B. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
ROMA
8
8 F 7
18

8.8.F.18

CONCILIORVM OMNIVM, TAM GENERALIVM, quàm Prouincialium,

QVÆ IAM INDE AB APOSTOLORVM Temporibus, hactenus legitime celebrata haberi potuerunt;

Volumina quinque.

QVIBVS NOVISSIMA HAC EDITIONE, poſt Surianam, acceſſere præſertim Nicænum, & Epheſinum, celeberrima Concilia.

In quorum omnium collocatione, temporum ratio habita eſt, & eruditæ notationes per catholicos Theologos additæ.

Primo volumini præfixus eſt Index Conciliorum omnium, & ſeorſum principalium capitum, in illis contentorum.

Cuique autem volumini præmiſſus eſt rerum, vocumq́, omnium ſingularium locupletiſſimus Index in ſtudioſorum maiorem vtilitatem, & commodum.

SIXTI V. PONTIFICIS MAXIMI, Fœliciſſimis Auſpicijs.



VENETIIS, M D LXXXV.

Apud Dominicum Nicolinum.

SANCTISSIMO
DOMINO D. NOSTRO
SIXTO QVINTO
PONTIFICI MAXIMO.



COMMODVM mihi accidit Beatiſſime Pater in hac totius Chriſtiani orbis exultatione ob tui ad apicem Apoſtolatus euectionem, & in tanta ad te venerandum vndiq; confluentium multitudine, vt ego quoquè inter antiquos Sanctitatis Tuæ ſeruos ad manus aliquid haberem, quod nec auctoritatis tuæ, nominisvè maieſtate alienum, rationibusquè meis valdè conſentaneum, pro gratulationis, ac venerationis officio ad pedes tuos offerrem. Id verò eſt noua Conciliorum æditio, quæ Tomis quinque digeſta ſunt, ac pro inſigni acceſſione duorum maximè imprimis illuſtrium Conciliorũ Nicęni, & Epheſini, antehac nunquàm tam referta, & integra ædita fuerunt. Cui enim magis Eccleſiæ Concilia, ad ſuæ Nauis reparationem pro diuerſorum temporum congruentia ſancto afflante Spiritu condita, dicanda erant, quàm ſummo eius Nauclero, cui ea & indicere, & confirmare cœlitus datum eſt, illiquè præſertim, qui & in ſcholaſticis diſciplinis, Eccleſiaſticaque Hiſtoria admodum eſt verſatus? Omnem porrò pro tenuitate mea operam dedi, nulli ſumptui parcens, nullumuè omittens laborem, adſcitis etiam hinc inde Catholicis eruditiſſimiſque noſtra tem-

peſtate Theologis; præcipuè verò præſtantiſſimo Patre Dominico Bollano Patritio Veneto Ordinis Prædicatorum, numquàm ſatis pro ſui animi dotum dignitate commendato, qui ſua cura, induſtria, & eruditione maximo mihi, ac operi adiumento fuit, vtquè operam meam, ſtudiumquè impenſum hoc vno ſignificem verbo, ne per eandem lineam ſerram reciprocare videar, præſtare curaui, quicquid ab vno, & priuato homine præſtari poterat, vt vberior, & illuſtrior præ aliis huculque emanatis hæc à me prodiret in lucem, tibiquè offerretur editio, in qua aliquod profectum vti æquus, ſciensquè, confido, iudex iudicabis. Quamobrem affirmandum arbitror, nihil peruersè, aut concisè, ſed rectiſſimè, & luculenter, quoad fieri potuit, omnia ad priſtinum expreſſa candorem. Munus ergo hoc meum, ex quo tantum vtilitatis, & commodi percipere homines poſsunt, cum in ipſo, & quæ antea deſiderabantur, quæquè hactenus diſperſa fuerant, coniunctim habeantur; opusquè non minus ob eius impreſſionem impenſæ haud mediocris, quod ex ipſa voluminis magnitudine probari facilè poteſt, quàm laboris, cui quidem non tàm affui, quàm præfui, peroptans, vt ab erroribus, & mendis in ſtudioſorum commodum purgatiſſimus reſiliret, vti voluntatis meæ qualecumquè inditium, non dubito, quin pro tua Benignitate libenti animo, prout totis exopto præcordiis, ſupplexque deprecor, ſit Sanctitas Tua ſuſceptura. Ego interim Pater Sancte Beatitudini Tuæ omnia fœliciter contingere cupio; ac pro totius Eccleſiæ bono diuinorum chariſmatum incrementis vberiùs ornatam diù incolumem ſeruari exoro.

Venetiis, VI. Kalen. Octobris. M D L X X X V.

Beatitudinis Tuæ

Humillimus ſeruus,

Dominicus Nicolinus.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

HABES, amice lector, nouam, poſt Surianam, Conciliorum editionem; auctiorem, & locupletiorem, in quinq; volumina diſtributam, & pluribus notationibus, alijs in margine breuioribus, alijs in contextu plenioribus, diuerſo tamen charactere illuſtratam; quarum rationem initio tibi à nobis breuiter reddendam putauimus. Eæ autem ad hæc ferè capita reuocari poſſe videntur.

Primum ad obſeruationem temporis, quo habita ſunt Concilia, & quo Pontifice. qua in re plerunque Onufrium ſecuti ſumus, niſi cum aliquando manifeſta ratio aliter perſuaſit. Cuius obſeruationis occaſione, tranſlatione nonnunquam vtendum fuit; vt, quod, non ſuo loco, eſſe videbatur, in ſuum referretur; vt in Concilio Agathenſi factum eſt; quod cum antea extaret circa tempora Cœleſtini, ſatis apparet, & ex conſulatu Meſſalæ, & ex xxij. anno Alarici ij. Regis, ad Symmachi tempora pertinere, ſexaginta amplius annorum interuallo. Idem contigit in alijs nonnullis, quod, per ſingula, probare longum eſſet. De qua ratione temporis, nec doctus, & religioſiſſimus pater, Surius, nec ante illum alij, qui Concilia collegerunt, & publicarunt, viri aliòqui optimi, & in hoc genere, de Chriſtiana Republica optimè meriti, laboraſſe admodum videntur, cum tamen negari non poſſit, quia magnopere ad rem pertineant.

Deinde ad veritatem hiſtoriæ, & actorum; vt cum ſæpius varij citantur auctores, vel ad dictorum confirmationem, vel ad indicandam inter ſcriptores varietatem, vel ad coarguendam aliquam falſitatem; quod interdum, parce tamen, & timidè fecimus.

Tertio ad confutationem contumacium quorundam, & rebellium, qui libenter leuiſſima quæq; arripiunt, & planiſſima ſæpe detorquent ad ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obtrectationem; vt, cum, ex nonnulla contentione Aphricanorũ Patrum, circa appellationes ad Romanam Eccleſiam, violenter inferunt, contra ipſam veritatem actorum, & hiſtoriæ fidem, illos non agnouiſſe, & abnuiſſe eius in ſe Primatum, quod alieniſſimum fuit à mente illorum Patrum; quod ſi ſenſiſſent tamen, ad eorum pertineret infamiam, non ad conuellendam ſummam Eccleſiæ Romanæ auctoritatem diuinitus ſancitam, & conſtabilitam.

Deniqueàd additionem, vel pro ijs, quæ imperfecta & mutila inerant, integra, & perfecta reponendo; vt cum pro viginti vulgatis nudis Nicænis Canonibus, repoſita ſunt; acta omnia eius Concilij ex vaticano Græco codice, ab Alphonſo Piſano, ſocietatis IESV, interpretata; & octoginta Canones, ex Arabico, Alexandria aducto, ab alio eiuſdem ſocietatis homine, latinè expoſita: Cumque pro Epheſina ſynodo mutila, integra repoſita fuit ex Bauarico Græco Codice, collato cum Vaticano, à Theodoro Peltano, ſocietatis item IESV, latinè reddita, & in certum quendam ordinem diſtributa.

Vel addendis ijs, quæ omnino aberant, vt Epiſtola Iulij Papæ ad Orientales, ex Apologia ſecunda Athanaſij.

Apologetico Symmachi, aduerſus Anaſtaſium Imperatorem, & Orientalium, vt inſcribitur, ad eum Epiſtola, ex volumine Orthodoxographa inſcripto, ad quam reſpondet Symmachus, ea, quæ antea quoque in Conciliorum volumine legebatur.

Vt Epiſtola, fidei profeſſionem continente, Iuſtiniani Imperatoris, ad Ioannem Papam II. & eiuſdem Ioannis ad eundem Iuſtinianum ex Codice Iuſtiniani.

Conciliorum item aliquot ex beato Cypriano, & alijs, indicatione; alijs etiam, ex Bedæ hiſtoria Angliæ Eccleſiaſtica, inſertis, cum, aliquot Vitaliani, & Honorij Pontificum Epiſtolis.

Nicolai primi reſponſione ad conſulta Bulgarorum, & ſexdecim eiuſdem decretalibus, in cauſa Rothaldi Sueſſionenſis Epiſcopi, ex Bibliotheca ſanctorum Patrum.

Concilijs item quinque Mediolanenſibus, nunc primum voluminibus Conciliorum inſertis.

Deniq; pluribus decretis, ex decreto Gratiani, & decretalibus; vel omnino additis, quæ aberant; vel ſuis reſtitutis auctoribus, quæ alienis fuerant attributa.

Sunt aliquot aliæ notationes, quæ ad nullum fortaſſe dictorum capitum commode poſſunt reuocari, vel ſaltem non ſunt reuocata.

Hanc noſtram qualemcunque operam, pie lector, æqui, bonique conſulas optamus, & obſecramus.

INDEX

INDEX

OMNIVM CONCILIORVM GENERALIVM, ET PROVINCIALIVM,

Quæ in omnibus quinque Tomis continentur.

Concilia Generalia.

Concilium Nicenum primum generale tempore Conſtantini Imperatoris, anno Domini 323. To. 1. 490.a
Concilium Conſtantinop. primum generale tẽpore Damaſi Papæ & Theodoſij maioris, anno Domini 381. Tom. 1. 727.a
Concilium Epheſinum primum generale tempore Cyrilli, anno Domini 430. To. 1. 853.a
Concilium Chalcedonenſe generale tempore Leonis Papæ primi, anno Domini 451. To. 2. 129.a
Concilium quintum Conſtantinop. ſecundum generale confirmatum a Vigilio, anno Domini 553 To. 2. 669.a
Concilium ſextum Conſtantinopolitanum tertium generale tempore Agathonis Papæ & Cõſtant. Aug. anno Domini 678 To. 3. 234.
Concilium ſeptimum Nicenum ſecundum generale, Tempore Adriani Papæ ſub Cõſtantino & Irene matre, anno Domini 787. To. 3. 452.a
Concilium Lateranenſe generale tempore Martini Papæ primi, & Conſtantini Auguſt. anno Domini 560. Tom. 3. 88.a
Concilium Conſtantienſe generale tempore Ioannis Papę vigeſimitertij, anno Domini 1305. Tom. 4. 248.a
Concilium Lateranenſe generale tempore Innocentij Papę, anno Domini 1215. To. 4. 231.a
Concilium Lateranenſe Nouiſſimum generale tempore Iulij ſecũdi, & Leonis decimi, anno Domini 1512. Tom. 5. 1.a
Concilium Baſileẽſe tempore Martini & Eugenij quarti & Sigiſmundi Imperat. anno Domini 1431 To. 4. 414.a. tranſlatum poſtea ab Eugenio quarto in Ciuitate Ferrarienſi.
Cõcilium Ferrarienſe generale, tempore Eugenij Papæ quarti anno Domini 438. To. 4. 781.a
Concilium œcumenicum Tridentinum, tempore Pauli tertij, Iulij tertij, & Pij quarti anno Domini 1545. Tom. 5. 389.a

Concilia Prouincialia.

Conciliom Africanũ ante Cyprianum, anno Domini 257. To. 1. 369.a
Concilium Africanum tempore Lucij Papæ anno Domini 254. Tom. 1. 397.a
Concilium Africanum Prouinciale tempore Bonifacij primi anno Domini. To. 1. 225.a
Conciliom Agathenſe tempore Symmachi Papæ, anno Domini 506. To. 2. 503.a
Concilium Agripinenſe tempore Iulij Papæ primi, anno Domini 346 To. 1. 638.a
Concilium Alemanicum tempore Cõradi epiſcopi anno Domini 1225. To. 4. 233.a
Concilium Anglicanum tempore Adeodati Papæ, anno Domini 673. To. 3. 284.a
Concilium Anglicanum tempore Agathonis, anno Domini 680. To. 3. 230.a
Concilium Antiſiodorenſe tempore Deuſdedit Papę, anno Domini 614. To. 3. 51.a

Concilium Antiochenum tempore Dionyſij, anno Domini 260. To. 1. 418.b
Concilium Ancyranum tempore Marcellini, anno Domini 703. To. 1. 446.a
Concilium Antiochenum tempore Iulij Papæ primi Tom. 1. 640.a
Concilium Aquẽſe ſub rege Pipino anno Domini 837. Tom. 3. 840.a
Conciliom Aquileienſe tempore Damaſi Papæ. To. 1 717.a
Concilium Aguiſgranenſe tempore Gregorij quarti & Ludouici Imperator. anno Domini 833. Tom. 3. 820.a
Concilium Aquiſgranenſe tempore Stephani quinti & Ludouici Imperat. anno Domini 816. To. 3. 703.a
Concilium Arauſicanum tempore Leonis Papæ primi, Theodoſij & Cyri, anno Domini 441. To. 2. 16.a
Concilium Arauſicanum tempore Leonis Papæ primi, anno Domini 454. Tõ. 2. 21.b
Concilium Arelatenſe primũ tempore Silueſtri Papę primi To. 1. 606.a
Concilium Arelatenſe ſub Leone tertio, Imperatore Carolo manno, anno Domini 813. To. 3. 679.a
Concil. Arelatenſe tempore Silueſtri Papę primi To. 1. 613.
Concilium Arelatenſe tertium tempore Leonis Papæ primi, anno Domini 453. To. 2. 407.a
Concil. Ariminenſe tempore Liberij Papæ, anno Domini 353. To. 1. 675.a
Concilium Aurelianenſe primum tempore Symmachi, Papæ & Clodouei regis To. 2. 550.a
Concilium Aurelianenſe ſecundum tempore Ioannis Papæ ſecundi anno Domini 133. To. 2. 551.a
Concilium Aurelianenſe tertium tempore Silucrij, Papæ, & Childeberti regis, anno Domini 557. To. 2. 565.a
Concilium Aurelianenſe quartum tempore Pelagij Papæ anno Domini 555. To. 2. 570.a
Concilium Aorelianenſe quintum tempore Vigilij Papæ primi, anno Domini 549. To 2. 574.a
Concilium Auguſtenſe Diæceſanum tempore Illuſtriſſ. Othonis, anno Domini 1548. To. 5. 294.a
Concilium Aruernenſe tempore Siluerij Papæ primi, & Theodoberti regis, anno Domini 535. Tom. 2. 557.a
Concilium Baſileẽſe tempore Eugenij quarti, anno Domini 1431. To. 4. 415.a
Concilium Bracharenſe primum tempore Ioannis Papæ tertij anno Domini 572. T. 2. 825.a
Concilium Bracharenſe ſecundum tempore Ioannis Papæ tertij, anno Domini 573. To. 2. 828.a
Concilium Bracharenſe tertium tempore Adeodati Papæ, & Vuambrani regis, anno Domini 674. To. 3. 324.a
Concilium Britanicum tempore Vitaliani Papæ, anno Domini To. 3. 211.a
Coocilium Cabilonenſe tempore Vitaliani Papæ, anno Domini 658. To 3. 208.a
Conciliom Cabilonenſe tempore Leonis tertij & Caroli magni, anno Domini 813. To. 3. 682.a
Coocilium Calcedonenſe tempore Leonis Papæ primi anno Domini 451. To. 2. 129.a
Conciliom Carthaginenſe tempore Cypriani epiſcopi, anno Domini 254. Tom. 1. 406.a. improbatum ab Eccleſia.

Concilium Carthaginenſe primum temppro Iulij Papæ primi, Tom. 1. 672.a
Concilium Carthaginenſe ſecundum tempore Siricij Papæ, anno Domini 396. To. 1. 745.a
Concilium Carthaginenſe tertium tempore Siricij Papæ, anno Domini 397. To. 1. 749.a
Concilium Carthaginéſe quartum tempore Siricij Papæ Tom. 1. 757.a
Concilium Carthaginenſe quintum tempore Anaſtaſij. Tomo 1. 765.a
Concilium Carthagienſe ſextum tempore Bonifacij Papæ, anno Domini 418. To. 1. 818.a
Concilium Carthaginenſe ſeptimum tempore Bonifacij Papæ, anno Domini. To. 1. 823.a
Concilium Carthaginenſe tempore Innocentij Papæ, anno Domini 402. Tom. 1. 804.a
Concilium Carthagienſe tempore Innocentij Papæ, anno Domini 403. To. 1. 808.a
Concilium Carthaginenſe tempore Innocentij Papæ, anno Domini 404. To. 1. 809.b
Concilium Carthaginenſe tempore Innocentij Papæ, anno Domini 405. To. 1. 809.b
Concilium Carthaginenſe tempore Innocentij Papæ, anno Domini 407. To. 1. 809.b
Concilium Carthaginenſe tempore Innocentij Papæ, anno Domini 408. To. 1. 810.a
Concilium Carthaginenſe tempore Innocentij Papæ, anno Domini 409. To. 1. 816.a
Concilium Carthaginenſe tempore Innocentij Papæ, anno Domini 415. To. 1. 810.a
Concilium Cæſarauguſtanum tempore Hormiſdæ Papæ, anno Domini 518. To. 2. 531.a
Concilium celebratum à ſancto Siluestro Papa tempore Conſtant. Aug. To. 1. 592.a
Concilium Conſtantianum tempore Nicolai ſecundi, Tomo 4. 417
Concilium Colonienſe tempore Caroli tertij Imperatoris, & Stephani ſexti, anno Domini 887. To. 4. 17.a
Concilium Colonienſe tempore Antonij à Prato, anno Domini 1235. To. 5. 243.a
Concilium Colonienſe tempore domini Adolphi Archiepiſcopi, anno Domini 1549. To. 5. 331.a
Concilium Conſtantinopolitanum primum tempore Theodoſij maioris, anno Domini. To. 1. 727.a
Concilium Conſtantinop. 8. tempore Adriani Papæ, & Baſilij Imperatoris, anno Domini 868. To. 4. 3.a
Concilium Diœceſanum Auguſtenſe tempore Reuerendiſſimi, & Illuſtriſſimi domini Othonis, anno Domini 1548. Tom 5. 294.a
Concilium Diœceſanum Treuerenſe tempore Reuerendiſſimi domini Ioannis Archiepiſcopi Treuerenſis, anno Domini 1548. To. 5. 318.a
Concilium Elibertinum tempore Silueſtri Papæ, anno Domini. To. 1. 600.a
Concilium Epaunenſe tempore Hormiſdæ Papæ, anno Domini 517 To. 2. 527.a
Concilium Francofurdienſe tẽpore Adriani Papæ primi, & Caroli Magni, anno Domini 794. To. 3. 635.a
Concilium in Foro Iulij Aquileienſe tempore Adriani, Caroli, & Pipini, anno Domini. To. 3. 665.a
Concilium Francicanum, tempore Zachariæ Papæ, & Caroli Manno, anno Domini 741. To. 3. 436.a
Concilium Gangrenſe tempore Silueſtri Papæ primi, anno Domini 324. To. 1. 607.a
Concilium Gerundenſe tempore Hormiſdæ Papæ, anno Domini 517. To. 2. 530.a
Concilium Hiſpalẽſe tempore Bonifacij Papæ, & Siſebuti Regis, anno Domini 619. To. 3. 54.a
Concilium Hiſpalẽſe tempore Pelagij Papæ, anno Domini 590. To. 2. 869.a
Concilium Hipponẽſe tempore Siricij Papæ, anno Domini. Tomo 1. 756.a
Concilium Ilerdenſe tempore Ioannis Papæ, & Theodorici Regis, anno Domini 52 . To. 2. 535.a
Concilium Lateranenſe tempore Gregorij Papæ primi anno Domini. To. 3. 4.a
Concilium Lateranenſe tempore Alexãdri Papæ III. anno Domini 1180. To. 4. 101.a
Concilium Laodicenum tempore Damaſi Papæ, anno Domini. Tom. 1. 696.a
Concilium Lugdunẽſe primum tempore Ioannis III. Papæ, anno Domini 570. To. 2. 824.a
Concilium Lugdunenſe ſecũdum tempore Pelagij Papæ, anno Domini 586. To. 2. 852.a
Concilium Matiſconenſe primum tempore Ioãnis Papæ tertij, anno Domini 576. To. 2. 840.a
Concilium Matiſconenſe ſecundum tempore Pelagij Papæ ſecundi, anno Domini 588. To. 2. 855.a
Concilium Metenſe tempore Arnulphi, anno Domini Tomo 1. 24.a
Concilium Mediolanenſe primum tempore Pij quarti, & Caroli Borrhomei, anno Domini 1565. To. 5. 503.a
Concilium Mediolanenſe ſecũdum tempore Pij quinti, & Caroli Borrhomei, anno Domini 1569. T. 5. 562.a
Concilium Mediolanenſe tertium tempore Gregorij decimitertij, & Caroli Borrhomei, anno Domini 1573. Tomo 5. 579.a
Concilium Mediolanenſe quartum tempore Gregorij decimitertij, & Caroli Borrhomei, anno Domini 1573. Tomo 5. 607.a
Concilium Mediolanenſe quintum tempore Gregorij decimitertij, & Caroli Borrhomei, anno Domini 1579. Tomo 5. 699.a
Concilium Meldenſe tempore Sergij Papæ ſecundi, & Caroli Regis, anno Domini 845. To. 3. 865.a
Concilium Mileuitanum tempore Innocentij Papæ, anno Domini 405. To. 1. 804.a
Concilium Moguntinum tempore Leonis tertij, & Caroli Magni, anno Domini 813. To. 3. 693.a
Concilium Moguntinum tempore Sebaſtiani Archiepiſcopi, anno Domini 1549. To. 5. 579.a
Concilium Moguntinum tempore Gregorij quarti, & Ludouici Regis, anno Domini 834. To. 3. 831.a
Concilium Moguntinum tempore Arnulphi, & Stephani ſexti, anno Domini 887. To. 4. 27.a
Concilium Nannetenſe tempore Arnulphi Imperatoris, anno Domini. To. 4. 42.a
Concilium Neocæſareenſe tempore Euſebij Papæ, anno Domini 316. To. 1. 469.a
Concilium Oxoniẽſe tempore Stephani Archiepiſcopi, anno Domini 1261. To. 4. 236.a
Concilium Pariſienſe tempore Pelagij Papæ, anno Domini 556. To. 2. 811.a
Concilium Pariſienſe tempore Pelagij Papæ, anno Domini 558. Tom. 2. 813.a
Concilium Pariſienſe tẽpore Ludouici, & Lotharij Imperat. anno Domini 829. Tom. 3. 769
Concilium Piſtenſe tempore Caroli Regis, anno Domini 8 3. Tom. 3. 900.a
Concilium Rhemenſe tempore Leonis tertij, & Caroli Magni, anno Domini 813. To 3. 700.a
Concilium Regienſe tempore Sixti Papæ, anno Domini 439. Tom. 2. 12.a
Concilium Romanum tempore Gregorij Papæ primi, Tiberij, Theodoſij Imperatoris, anno Domini 595. Tomo 3. 2.a
Concilium Romanum tempore Gregorij Papæ ſecũdi, & domini Aug. Leonis. To. 3. 416.a
Concilium Romanum tempore Hilarij Papæ, anno Domini 465. To 2. 412.a
Concilium Romanum ſecundum tempore Symmachi Papæ, anno Domini 498. To. 2. 468.a
Concilium Romanum tertium tempore Symmachi Papæ, anno Domini 501. To 2. 470.a
Concilium Romanum quartum tẽpore Symmachi Papæ, anno Domini 502. To. 2. 472.a
Concilium Romanum quintum tempore Symmachi Papæ, anno Domini. To. 2. 487.a
Concilium Romanum ſextum tempore Symmachi Papæ, & Theodorici Regis, anno Domini. To. 2. 490.a
Concilium Romanum tempore Silueſtri Papæ primi. Tomo 1. 593.a
Concilium Romanum tempore Iulij Papæ primi. Tomo 1. 637.a
Concilium Romanum in Baſilica Conſtantiniana tempore Nicolai Papæ, anno Domini 1059. To. 73.a

Concilium

Concilium Sardicenſe tempore Iulij primi, & Conſtātij ſexti Imperat. anno Domini. To. 1. 651.a
Concilium Saleghſtadienſe tempore Benedicti Papæ tertij, & Henrici primi Imperatoris, anno Domini 1023. Tomo 4. 45.a
Concilium Sennonenſe tempore Antonij à Prato, anno Domini 1228. To. 5. 205.a
Concilium Sueſſionenſe tempore Childerici Regis, Ducis Pipini, & Zachariæ Papæ, anno Domini 744. Tomo 3. 438.a
Concilium Taurinatenſe tempore Syricij, & Ambroſij Mediolan. anno Domini 395. To. 1. 762.a
Concilium Tarraconenſe tempore Hormiſdæ Papæ, anno Domini 516. To. 2. 525.a
Concilium Teleuſe tempore Siricij Papæ, anno Domini 417. Tom. 1. 745.a
Concilium Toletanum primum tēpore Anaſtaſij, Honorij, & Archadij, anno Domini 400. To. 1. 767.a
Concilium Toletanum ſecundum tempore Bonifacij ſecundi, anno Domini 526. To. 2. 546.a
Concilium Toletanum tertium tempore Pelagij Papæ ſecundi, anno Domini 589. To. 2. 859.a
Concilium Toletanum quartum tēpore Theodori Papę primi, annō Domini 643. To. 3. 65.a
Concilium Toletanum quintum tēpore Theodori Papæ primi, & Chintillani Regis, anno Domini 646. Tomo 3. 79.a
Concilium Toletanum ſextum tempore Martini Papę primi, anno Domini 54. To. 3. 83.a
Concilium Toletanum ſeptimum tempore Martini Papę primi, anno Domini 652. To. 3. 181.a
Concilium Toletanum octauum tempore Eugenij Papæ primi, anno Domini 655 To. 3. 184.a
Concilium Toletanum nonum tempore Vitaliani Papæ, anno Domini 657. To. 3. 200.a
Concilium Toletanum decimum tēpore Vitaliani Papæ. Tomo 3. 204.a
Concilium Toletanum vndecimum tempore Adeodati Papæ primi, anno Domini 674. To. 3. 215
Concilium Toletanum duodecimum tempore Agathonis, anno Domini 681. To. 3. 374.a
Concilium Toletanum decimumtertium tēpore Eringij Regis, anno Domini 683. To. 3. 383.a
Concilium Turunenſe tempore Leonis tertij, & Caroli Magni, anno Domini 813. To. 3. 682.a
Concilium Turonicum tempore Ioannis Papæ tertij, Kereberti Regis, anno Domini 570. To. 2. 817
Concilium Turonicum tēpore Hilarij Papę, anno Domini 461. Tom. 2. 410.a
Concilium apud Theodonis villam tēpore Leonis Papæ, & Caroli Magni, anno Domini 812. To. 3. 677.a
Concilium Ticinenſe tempore Ludouici ſecundi Imperat. anno Domini 855 To. 3. 894.a
Concilium Treuerenſe diœceſanum tempore Reuerēdiſs. Ioānis Epiſcopi, anno Domini 1548. To. 5. 318.a
Concilium Treuerenſe tempore Ioannis Epiſcopi, anno Domini 1544. To. 5. 379.a
Concilium Triburienſe tempore Bonifacij ſexti, & Arnulphi, anno Domini 895. To. 4. 26.a
Concilium Valentinum tempore Lotharij Imper. anno Domini 855. Tom. 3. 888.a
Concilium Valentinum tēpore Ioannis Papę, & Theodorici Regis, anno Domini. To. 2. 538.a
Concilium Valentinum tempore Pelagij Papæ, & Gūtramni Regis, anno Domini 588. To. 2. 853.a
Concilium Vaſenſe tempore Leonis Papæ primi, anno Domini 442. To. 2. 19.a
Concilium Veneticum tempore Leonis Papæ primi, anno Domini 461. To. 2. 409.a
Concilium Vormatienſe tempore Adriani Papæ ſecūdi, & Ludouici ſecundi, anno Domini 868. Tomo 3. 977.a
Concilium Vernenſe tempore Stephani Papę tertij, & Pipini Regis, anno Domini 755. To. 3. 439.a

INDEX
OMNIVM PONTIFICVM
CVM EORVM GESTIS IN PONTIFICATV,
Qui in omnibus quinque Conciliorum Tomis continentur.

PEtrus Apoſtolus Papa primus tempore Tiberij Cęſaris, Gaij, Claudij, & Neronis, anno Domini 34. To.1. 277.a
Adeodatus Italus primus tempore Imperatorum Cęſ.Fl. Heracli Aug. anno Domini 172.
Adrianus Romanus Papa primus & eius geſta, anno Domini 771. To.3. 443.a
Adrianus ſecundus Iunior, Imperat. Ludouico iuniore Aug. anno Domini 867. To.4. 1.a
Adrianus tertius Romanus & eius geſta, anno Domini 888. To.4. 16.b
Agapetus Romanus & eius geſta, anno Domini 534. Tom.2. 553.a
Agatho Siculus Papa & eius geſta, anno Domini 677. To.3. 228.a
Alexander Romanus Papa primus tempore Traiani, anno Domini 109. To.1. 316.b
Alexander Senenſis & eius geſta, anno Domini 1159. Tom.4. 82.a
Anacletus Papa Græcus tempore Domitiani, anno Domini 84. To.1. 299.b
Anaſtaſius Romanus Papa primus & eius geſta, anno Domini 398. To.1. 763.b
Anaſtaſius Romanus Papa ſecundus tempore Theodori regis, anno Domini 463. 496.a
Anicetus Syrus Papa tempore Veri & Marci, anno Domini 154. To.1. 331.b
Anterus Græcus Papa tempore Maximi, & Aphricani, anno Domini 236. To.1. 351.b
Benedictus ſecundus Italus. Imperat. Cæſ.Fl. Conſtantino Aug. anno Domini 683. T.3. 385.a
Benedictus tertius Italus & eius geſta, anno Domini 855. To.3. 887.b
Benedictus primus Romanus & eius geſta, anno Domini 575. To.2. 838.a
Bonifacius Papa primus & eius geſta, anno Domini 418. To.1. 812.b
Bonifacius Romanus Papa ſecundus tempore Athalarici regis hæretici & Iuſtini Aug. anno Domini 530. Tom.2. 544.a
Bonifacius Italus Papa tertius tempore Mauritij Auguſt. Imperat. To.3. 49.a
Bonifacius Marſus Papa quartus Imperatore Cæſ. Phoca & Heraclio Aug. To.3. 50.a
Bonifacius Cāpanus Papa quintus Imperatore Cæſ. Fl. & Heraclio Aug. anno Domini 622. To.3. 53.a
Calixtus Romanus tempore Macrini & Heliogabali, anno Domini 218. Tom.1. 342.b
Canon. primus Trax Imperatore Cæſ. Fl. Iuſtiniano Aug. anno Domini 686. To.3. 406.a
Clemens Romanus tempore Galbæ & Veſpaſiani anno Domini 69. To.1. 278.a
Clemens Romanus Papa tertius & eius geſta, anno Domini 84. To.1. 291.
Clemens Gallus Papa decimus & eius geſta, anno Domini 1305. To.4. 246.a
Cletus Romanus tempore Veſpaſiani, & Titi, anno Domini 77. To.1 278.a
Cyprianus Papa & eius geſta, anno Do. 253. To.1. 369.a
Cœleſtinus Romanus Papa primus & eius geſta, anno Domini 423. To.1. 845.a
Conſtantinus Syrus Papa primus, Imp. Cæſ. Fl. Iuſtini & Fl. Philippico Dardanico Aug. anno Domini 707. Tom.3. 408.a
Cornelius Romanus tēpore Tiberij Cæſaris, anno Domini 251. To.1. 365.b
Damaſus Hiſpanus Papa primus tempore Iuliani, anno Domini 366. T.1. 705.a
Deuſdedit Romanus & eius geſta, anno Domini 613. Tom 3. 50.b
Dionyſius Papa & eius geſta, anno Domini 260. Tom.1. 416.b
Donus Romanus Papa primus & eius geſta, anno Domini 676. To.3. 227.b
Eleuterius Græcus Papa tēpore Antonini Commodi, anno Domini 171. Tom.1. 335.a
Euariſtus Græcus tempore Domitiani & Neruæ Traiani, anno Domini 96. Tom.1. 311.a
Eugenius Romanus Papa primus & eius geſta, anno Domini 654. To.3. 184.a
Eugenius Romanus Papa ſecundus & eius geſta, anno Domini 824. To.3. 768.b. 819.b
Eugenius quartus Venetus Papa & eius geſta, anno Domini 1431. T.4. 777.
Euſebius Græcus tempore Conſtantini, anno Domini 309. To.1. 458.b
Eutichianus Tuſcus tempore Aureliani, anno Domini 275. To.1. 425.a
Fabianus Romanus tempore Maximiniani & Aphricani, anno Domini 237. To.1. 354.b
Felix Romanus Papa primus tempore Claudij & Aureliani, anno Domini 270. To.1. 421.a
Feliz Romanus Papa ſecundus & eius geſta, anno Domini o T.1. 684.b
Felix Romanus Papa tertius tēpore Odeodacis regis, anno Domini 483. To.2. 419.a
Felix Samnius Papa quartus tēpore Theodorici regis & Iuſtiniani Aug. anno Domini. 526. To.2. 533.a
Gaius Dalmata tempore Cari, & Carini, anno Domini 283. T.1. 431.a
Gelaſius Apber tempore Theodorici regis & Zenonis Aug. anno Domini 492. To.2. 434.a
Gregorius Romanus Papa primus & eius geſta, anno Domini 590. To.3. 1.a
Gregorius Romanus Papa ſecundus tempore Anaſtaſij, Theodoſij, Leonis, & Conſtantini, anno Domini 716. Tom.3. 408.a
Gregorius Syrus Papa tertius tempore Leonis & Conſtantini Imperat. anno Domini 731. To.3. 418.a
Gregorius Italus Papa quartus & eius geſta, anno Domini 829. Tom.3.
Gregorius Ildebrandus Papa ſeptimus & eius geſta, anno Domini 1073. Tom.4. 76.a
Gregorius Theobaldus Papa decimus & eius geſta, anno Domini 1271. To.4. 244.a
Hilarius Sardus Papa, & eius geſta, anno Domini 468. Tom.2. 409.a
Higinius Græcus Papa, tempore Veri, & Marci, anno Domini 139. To.1. 326.a
Honorius Cāpanus Papa primus & eius geſta, anno Domini 622. To.3. 61.b
Hormiſda Campanus Papa, tempore Theodorici regis & Anaſtaſij Aug. anno Domini 514. To.2. 513.b
Innocentius Albanenſis Papa primus & eius geſta, anno Domini 402. To.1. 771.b
Innocentius Anagrinus Papa tertius & eius geſta, anno Domini 1195. To.4. 209.b
Ioannes Tuſcus Papa primus tempore Theodorici regis & Iuſtiniani Aug. anno Domini 523. To.2. 532.a

Ioannes

Ioannes Romanus Papa ſecundus tempore Athalarici regis, anno Domini 532. To. 2. 547.b
Ioannes Romanus Papa tertius & eius geſta, anno Domini 561. To. 2. 813.a
Ioannes Dalmata Papa quartus Imperat. Cęſ. Fl. & Heraclio Aug. anno Domini 638. To. 3. 64.
Ioannes Syrus Papa quintus Imperat. Cæſ. Iuſtiniano Aug. anno Domini 695. To. 3. 385.a
Ioannes Gręcus Papa ſextus Imperat. Fl. Tiberio, Habſimaro Aug. anno Domini 701. To. 3. 407.a
Ioannes Græcus Papa ſeptimus Imperat. Cæſ. Tiberio, Habſimaro, & Iuſtiniano Auguſt. anno Domini 706. Tom. 3. 407.a
Ioannes Gallus Papa duodecimus & eius geſta, anno Domini 1316. To. 4. 247.a
Iulius Romanus Papa primus tempore Conſtantini hæretici, anno Domini 336. To. 1. 617.a
Leo Tuſcus Papa primus & eius geſta, anno Domini 440. To. 2. 15. 225.a
Leo Siculus Papa ſecundus & eius geſta, anno Domini 682. To. 3. 370.a
Leo Romanus Papa tertius & eius geſta, anno Domini 796. To. 3. 675.a
Leo Italus Papa quartus Imperat. Cæſ. Lothario & Ludouico, anno Domini 844. To. 3. 881.a
Leo Alemannus Papa nonus & eius geſta, anno Domini 1049. To. 4. 50.a
Liberius Romanus Papa, tempore Conſtantij Conſtantini filij, anno Domini 353. To. 1. 674.b
Lucius Romanus Papa, tẽpore Galli, & Voluſiani, anno Domini. 254. To. 1. 394.a
Marcellinus Romanus, tempore Dioclitiani, & Maximiniani, anno Domini 296. To. 1. 434.b
Marcellus Romanus, tempore Cõſtantij, & Gelaſij, anno Domini 304. To. 1. 454.b
Marcus Romanus Papa, tempore Conſtantini Aug. & Nepotiani, anno Domini 336. To. 1. 615.b
Melchiades Apher Papa, & eius geſta, anno Domini 311. To. 1. 466.a
Martinus Tudertinus Papa primus & eius geſta, anno Domini 647. To. 3. 81.a
Nicolaus Romanus Papa primus & eius geſta, anno Domini 862. To. 3. 897.a
Nicolaus Allobrogus Papa ſecundus & eius geſta, anno Domini 1059. To. 4. 72.a
Paulus Italus primus & eius geſta, anno Domini 758. Imper. Cęſare Flauiano To. 3. 443.
Paſchalis Italus Papa primus & eius geſta, anno Domini 817. To. 3. 768.a
Paſchalis Rainerius Papa ſecundus & eius geſta, anno Domini 1100. To. 4. 79.a
Pelagius Romanus Papa ſecundus & eius geſta, anno Domini 579. To. 2. 842.a
Pius Italus Papa primus tempore Antonini pij, anno Domini 150. Tom. 1. 328.b
Pontianus Romanus Papa, tempore Alexãdri, anno Domini 232. To. 1. 349.a
Sabinianus Thuſcus, Imperatore Phoca Aug. Tom. 3. 49.a
Seuerinus Italus Papa primus Imperatore Cæſ. Fl. Hęraclio Aug. anno Domini 638. To. 3. 64.a
Sergius Syrus Papa, Imperatore Cæſ. Iuſtiniano iuniore, Leontio, & Tiberio, anno Domini 687. T. 3. 406.a
Sergios Italus Papa ſecundus Imperat. Cæſ. Lothario, & Ludouico, anno Domini 844 To. 3. 865.a
Silueſter Romanus Papa primus tempore Conſtantini, & Voluſiani, anno Domino 314. To. 1. 477.a
Siluerius Campanus Papa & eius geſta, anno Domini 535. To. 2. 555.a
Simmachus Sardus Papa tertius tempore Theodorici regis, & Anaſtaſij Aug. To. 2. 465.b
Simplicius Tiburtinus Papa & eius geſta, anno Domini 467. To. 2. 417.a
Siricius Romanus Papa & eius geſta, anno Domini 384. To. 1. 738.b
Sixtus Romanus Papa primus tempore Adriani, anno Domini 117. To. 1. 322.a
Sixtus Græcus Papa ſecundus tempore Valeriani, & Decij, anno Domini 257. To. 1. 413.b
Sixtus Romanus Papa tertius & eius geſta, anno Domini 416. To. 2. 1.a
Soter Campanus Papa, tempore Veri, & Marci, anno Domini 163. To. 1. 333.a
Stephanus Romanus Papa primus tempore Valeriani. Gallicani, & Maximi, anno Domini 255. To. 1. 397.b
Stephanus Italus Papa ſecundus Imperatore Conſtantino Copronymo Aug. anno Domini 752. To. 3. 442.
Stephanus Italus Papa tertius Imperatore Cæſ. Conſtantini Copronymi, anno Domini 753. To. 3. 442.
Stephanus Romanus Papa quartus Imperat. Cæſ. Fl. Conſtantino Copronymo. Aug. anno Domini 759. Tom. 3. 443.a
Stephanus Italus Papa quintus & eius geſta, anno Domini To. 3. 816.
Teleſphorus Græcus. Papa tempore Antonini. & Marci, anno Domini 127. To. 1. 324.a
Theodorus Græcus Papa & eius geſta, anno Domini 640. To. 3. 64.b
Valentinus Italus Papa primus, & eius geſta, anno Domini 827. To. 3. 820.a
Victor Apher Papa tempore Helij pertinacis & Seueri, anno Domini 186. To. 1. 336.b
Vigilius Romanus Papa, & eius geſta, anno Domini 537. To. 2. 560.a
Vitalianus Segnienſis Papa, & eius geſta, anno Domini 657. To. 3. 197.a
Vrbanus Romanus Papa primus & eios geſta, anno Domini 224. To. 1. 347.
Zacharias Græcus Papa, & eius geſta, anno Domini 740. To. 3. 424.a
Zepherinus Romanus, tempore Antonini, & Seueri, anno Domini 198. To. 1. 340.b
Zoſimus Græcus Papa, & eius geſta, anno Domini 417. Tom. 1. 810.a

INDEX
OMNIVM EPISTOLARVM,
LITERARVM, ATQVE ORATIONVM, CVM EARVM MATERIIS,
Quæ in hoc Primo Conciliorum Tomo continentur.

EPiſtola Aurelij Epiſcopi Carthaginenſis ad Damaſum Papam, qua cum rogat, vt omnia decreta à ſummis Pontificibus condita, népe à B. Petro vſq; ad ſuum Pontificatum ad eum mittat. 6.a

Epiſtola reſponſiua Damaſi Papæ, ad Aurel. Epiſcopũ Carthag. ad eius petitionem, ei mittit quædam decreta ab ipſo ſeruanda, & alijs prædicanda, & publicanda. 6.b. & reliqua decreta pro opportunitate temporis ſe miſſurum pollicetur. 6.b

Tractatus de primatu Romanæ Eccleſiæ. 8.a

Epiſtola Clementis Papæ primi, ad Iacobum fratrem Domini, qua narrat illi quomodo diuus Petrus eum recoſantem ſucceſſorem ſuum elegit, & omnia præcepta, ſiue documenta tradita ſibi a Beato Petro explicat. 279.a

Epiſtola ſecunda Clementis Papæ ad Iacobum fratrem Domini, de ſacratis veſtibus, vel vaſis. 288.b

Epiſtola tertia Clementis Papæ primi, de officio ſacerdotis, & clericorum. 291.b

Epiſtola quarta Clementis Papæ, ſcripta diſcipulis ſuis Iulio, & Iuliano, qui malorum hominum perſuaſionibus aliquatenus deuiarunt, & gentibus inter quas habitabant, directa. 296.a

Epiſtola quinta S. Clementis Papæ, de communi vita, & reliquis cauſis, ſuis diſcipulis ſcripta Hieroſolymiſque directa. 298.b

Epiſtola prima Anacleti Papæ de ijs qui ſacerdotes accuſant, & vt Epiſcopus Deo ſacrificans, teſtes ſecum habeat, & de peregrinis, deque prouincialibus iudicijs, tum vt oppreſſus iudicio ſecularium, appellet iudicium ſacerdotum, & de maioribus cauſis ad ſedem Apoſtolicam referendis. 300.a

Epiſtola ſecunda Anacleti Papæ, de ordinatione Epiſcoporum, & omnium clericorum. De epiſcoporum accuſationibus. Quod minus, quam à tribus Epiſcopis non debeat Epiſcopus ordinari. In quibus ciuitatibus Primates, in quibus Metropolitanũ eſſe debeãt. 30·. b

Epiſtola eiuſdem Anacleti Papæ tertia, de bipartito ordine ſacerdotum. de cõſtitutione, ſeu Epiſcoporũ, ac presbyterorum ordinatione, de diſcretione Epiſcoporum, & ciuitatum. Vt difficiliores cauſæ ad ſedem Apoſtolicam referantur, non denique admittendos ad accuſationem, ſiue ad teſtimonium, qui antea fuerunt inimici, & de extraneo iudicio. 308.a

Epiſtola prima Euariſti Papæ ad omnes Aphricanos Epiſcopos. Quot in ciuitate diaconi eſſe debeant, ac de vxore ducenda. 311.a

Epiſtola ſecunda Euariſti Papæ, de Epiſcopis eiectis, & alijs loco eorum ſubſtitutis. 312.b

Epiſtola eiuſdem decretalis prima, ad omnes orthodoxos. De ijs, qui ſacerdotes accuſant, vel perſequuntur de ſcriptura, vel confeſſione per vim extorta. ſiquis aduerſus Epiſcopum, vel actores Eccleſiæ quærelam habuit. Vt in oblatione ſacramentorum commemoretur paſſio Chriſti, & vt panis tantum, & vinũ aqua mixtũ offeratur. De benedictione ſalis, & aquæ ſine cęterorum elementorũ. De trinitate, & vnitate deitatis. 316.a

Epiſtola Alexandri Papæ ſecunda. de cauſis & grauaminibus ſacerdotum. 320.a

Epiſtola Alex. Papæ tertia, vt vitentur detractiones, & iniuſtæ pulſationes. 321.a

Epiſtola Sixti Papæ decretalis prima, ad omnes Chriſti fideles. 322.a

Epiſtola Sixti Papæ ſecunda. de ſacris vaſis, de appellanda ſede Apoſtolica, deque Epiſcopis rebus ſpoliatis, vel à ſede pulſis. 323.b

Epiſtola Teleſphori Papæ decretalis, ad omnes vniuerſaliter, vt ſeptem hebdomadas ante Paſcha clerici à carne ieiunent, nec admittant laicos in accuſationibus ſuis.
De celebratione miſſarum, & hymno Angelico recitando.
De Epiſcopis honorandis, & non detrahendis.
De accuſatoribus non recipiendis. 324.b

Epiſtola Higinij Papę prima ad omnes Chriſti fideles, de miſſione filij a patre.
De cauſis epiſcoporum.
De criminationibus maiorum.
De peregrinis iudicijs.

Epiſtola Higinij Papæ ſecunda, ad Athenienſes, in qua adhortatur ipſos ne vitam vnà cum infidelibus viuant. 327.b

Epiſtola prima Pij Papæ primi, ad vniuerſos Chriſti fideles, vt die Dominico Paſcha celebretur, & à quibus non oporteat Epiſcopos accuſari, ac de his, qui tranſgrediuntur iuſſa Apoſtolicæ ſedis. 328.b

Epiſtola Pij Papæ ſecunda, Italicis directa, quæ diuinis ſunt aſſignati vſibus, ad humanos vſus ſine ſacrilegio non poſſe transferri. 329.b

Epiſtola decretalis Aniceti Papæ ad Galliæ Epiſcopos.
De ordinationibus Epiſcoporum, & de cauſis eorum.
De primatibus & Metropolitanis, ſi Metropolitanus ſine conſilio egerit, vel ſi Epiſcopi eum ſuſpectum habuerint; de tonſura clericorum, & habitu. 331.b

Epiſtola Soteris Papæ decretalis prima, ad Campaniæ Epiſcopos, de fide. 333.a

Epiſtola Soteris Papæ ſecunda, ad Italiæ epiſcopos. Ne feminæ ſacra vaſa, vel ſacras pallas contingant, vel altaria incendant. 333.b

Epiſtola Eleutherij Papæ decretalis ad Galliæ prouincias.
De eſcis irrationabiliter non vitandis.
De accuſationibus epiſcoporum, & omnium clericorum.
De accuſationibus omnium comprouincialiũ. 335.a

Epiſtola prima decretalis Victoris Papæ ad Theophilum Alexandriæ Epiſcopũ de celebratione Paſchę, & Baptiſmi: ne quis incerta iudicet, & de cauſis Epiſcoporum terminandis. 336.b

Epiſtola eiuſdem Papæ ſecunda ad Afros, de cauſis ſuperioribus. 337.b

Epiſtola Zephirini Papæ prima ad Epiſcopos omnes Sicilieñ. de iudicijs Epiſcoporũ, & maioribus Eccleſiæ cauſis, in ſede Apoſtolica terminandis. 340.b

Epiſtola eiuſdem Zepherini Papæ, ad Aegypti prouinciæ Epiſcopos ſecunda.
De Epiſcopis rebus ſpoliatis, vel à ſede pulſis.
De ordinatione presbyterorum, atque diaconorum. 341.b

Epiſtola Papæ Calixti ſecunda, ad omnes Galliarum Epiſcopos.
De ijs, qui conſpirant aduerſus Epiſcopos, vel qui eis conſentiunt.
De ijs, qui excommunicatis communicant, vel infidelibus.
Vt nullus Epiſcopus de alterius parochia aliquid

præſumat

ſumat, & de mutationibus Epiſcoporum.

De coniunctione conſanguineorum, & de ijs, qui ex eis naſcuntur, & de accuſationibus, quas leges reijciunt.

Qui non debeant admitti ad accuſationem, vel ad teſtimonium.

Nec niſi de ijs, quæ in præſentia acta ſunt, teſtimonium dandum, & ſi poſſit ſacerdos poſt lapſum miniſtrare. 344.a

Epiſtola Vrbani Papæ primi decretalis.

De vita communi, & quam ob cauſam Eccleſia poſſeſſiones habere cęperit.

A quibus vel in quos vſus res Eccleſiaſticæ diſpēſentur, & de inuaſoribus eorum.

Si quis ab Eccleſia ius poſſidendi auellere tentauerit.

De cathedris Epiſcopalibus.

Vt nullus communicet ijs, quibus Epiſcopus nō communicat, vel recipiat, quos ille abiecerit.

De ſponſione in baptiſmo facta, & de ijs, qui communem vitam ſuſceperunt.

De impoſitione manus Epiſcopalis. 347.a

Epiſtola Pontiani Papæ decretalis prima ad Felicem Succribonum de honore, quo Sacerdotes proſequendi ſunt. 349.a

Epiſtola Pontiani Papæ ſecunda ad ſanctam Eccleſiam vniuerſalem de fraterna dilectione, & vitandis malis. 350.a

Epiſtola decretalis Antheri Papæ ad Epiſcopos prouinciarum Beticæ, & Toletanæ, de mutatione Epiſcoporum. 351.b

Epiſtola Fabiani Papæ ad dilectiſſimos comminiſtros Eccleſiæ catholicæ, qui non debeant admitti ad excuſationem, & non eſſe communicandum excommunicatis. 354.b

Epiſtola ſecunda Fabiani Papæ ad oēs Epiſcopos Orientales, vt per annos ſingulos nouum chriſma conficiatur, & vetus incendatur, de Epiſcopis non accuſandis ac obtrectationibus lacerandis. 356.b

Epiſtola tertia Fabiani ad Hilarium Epiſcopum de ijs, qui non debeant admitti ad accuſationem, de peregrinis iudicijs, de pulſatis, ſi quis iratus crimen obiecerit vel obiecta non probauerit, ſi Epiſcopus accuſatus ſedem Apoſtolicam appellauit. 359.b

Epiſtola diui Cypriani ad clerum Romanum de dormitione Epiſcopi Romani. 362.a

Epiſtola cleri Romani ad clerum Carthaginenſem, de ſucceſſu diui Cypriani, & admonet, ac inſtruit quid circa lapſos interea dum abeſt eorum Epiſcopum fieri oportet. 362.a

Epiſtola Presbyterorum, ac diaconorum Romæ conſiſtentium ad Cyprianum Epiſcopum Carthag. de ijs, quæ ſupra ad clerum Carthaginenſem. 363.b

Epiſtola prima Cornelij Papæ primi ad filios dilectiſſimos Eccleſiæ, de translatione corporum Apoſtolorū Petri, & Pauli, & de Nouato alijsq; hæreticis. 366.a

Epiſtola ſecunda Cornelij Papæ ad Ruffum Coepiſcopum Orientalem, ſi ſacramentum ab Epiſcopis fieri debeat, de cauſis Epiſcoporum, & vt quicquid aduerſus abſentes agitur, vacuum habeatur. 367.b

Epiſtola Cypriani ad Cornelium Papam quod ordinationem Nouatiani non receperit. 369.b

Epiſtola Cypriani ad Cornelium de ordinatione eius à ſe comprobata. 370.a

Epiſtola Cypriani ad Cornelium de Polycarpo adrumentino. 371.a

Epiſtola Cornelij Papę ad Cyprianum de confeſſoribus ad vnitatem regreſſis. 372.a

Epiſtola Cypriani congratulatoria ad Cornelium de confeſſorum reditu ex ſchiſmate. 372.b

Epiſtola quarta eiuſdem ad eundem de factione Nouatiani. 373.a

Epiſtola reſpōſoria Cypriani ad Cornelium de Nouati ſceleribus. 373.b

Epiſtola Cypriani ad Antonianum de Concilio, & Nouatiano. 374.a

Epiſtola Cypriani Epiſcopi Carthag. & ſynodi Aphricæ ad Cornel. de danda lapſis. 380.a

Epiſtola Cypriani ad Cornelium, de Fortunato & Feliciſſimo, ſiue contra hæreticos. 387.b

Epiſtola Cypriani ad Cornelium Papam de confeſſione eius. 388.b

Epiſtola gratulatoria Cypriani ad Lucium Papam, de eius reuerſione ab exilio. 389.b

Epiſtola Cypriani, & aliorum ad Fidum presbyterum, de infantibus baptizandis. 390.b

Epiſtola Cypriani ad Clerum, & plebem ſurninatorum, quod nulli liceat presbyterum tutorem teſtamēti inſtituere. 391.b

Epiſtola Lucij Papę ad Epiſcopos Galliæ, atque Hiſpaniæ decretalis, vt Epiſcopi ſemper teſtes ſecum preſbyteros, aut diaconos habēt, de criminationibus Epiſcoporum, ſiue maiorum natu, & vt audientia ad maiores appellantibus non negetur, vt Metropolitanus ſine Concilio Epiſcoporum nihil agat, nec ipſi ſine alijs, niſi quod ad proprias Eccleſias pertinet, vt Metropolitanus ſine Epiſcopis cauſas illorum non audiat, ne poſteriores Epiſcopi prioribus ſe præferant, nec eis inconſultis aliquid agant, de ijs qui res Eccleſiæ, vel oblationes fidelium auferunt, & qui eis conſentiunt. 394.b

Epiſtola diui Cypriani ad Stephanum Papam de Martiano Epiſcopo Arelatenſi fautore Nouatiani. 402.a

Epiſtola diui Cypriani ad Stephanum Papam de baptizādis ijs qui ab hæreticis ſint baptizati, qua eius ſententia non recipitur. Item de non admittendis in clerum, qui ab hæreſi redeunt. 403.b

Epiſtola prima Sixti Papæ ad Gratum quēdam Epiſcopum, licere accuſatis, vel damnatis Epiſcopis appellare, ſiue adire ſedem Apoſtolicam, ſine cuius authoritate cauſę eorum terminari non debent. 413.b

Epiſtola ſecunda Sixti Papæ ſecundi ad dilectiſſimos Hiſpaniæ fratres, de ijs, qui aduerſus Epiſcopos, vel actores Eccleſiæ cauſam habuerint, de Epiſcopis rebus expoliatis aut à ſede depulſis, vt nullus Epiſcopus alterius parochianum teneat, ordinet, vel iudicet, de Epiſcopis iniuſtè damnatis, & Apoſtolica authoritate reſtitutis. Quod excommunicati Epiſcopos accuſare non poſſunt, nec illi, qui eos non recipiunt in ſua accuſatione, nec maior à minori iudicari, vel damnari. 415.a

Epiſtola decretalis Dionyſij Papæ ad Vrbanum præfectum, qua hortatur eum diligere, & ſcrutari, vt rationabiliter, & ſapienter diſponat, & iudicet ea, quæ illi commiſſa ſunt. 416.a

Epiſtola decretalis Dionyſij Papę, ad Seuerum Epiſcopum, de Eccleſijs parochianis, vt ſingula ſingulis dentur presbyteris, & vt nullus alterius parochiæ terminos vel ius inuadat. 417.b

Epiſtola decretalis Felicis Papæ primi ad paternū Epiſcopum, quod detractores, & fautores inimicorū ab accuſatione Epiſcopali ſubmoueātur, ne maiores à minoribus accuſationibus impetantur, in re dubia nō iudicetur certa ſentētia de ijs, qui aduerſus clericum cauſam aliquam habebūt in prouincia, clerici actiones ſuas exerceant, primates in accuſatum Epiſcopū quomodo ſe gerere debeant, ne iudices Eccleſiæ, ne abſente eo cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant, & ne proditoris calūnia, aut vox audiatur. 421.a

Epiſtola ſecunda Felicis Papæ primi ad vniuerſos Epiſcopos Galliæ conſtitutos, de authoritate iudicis, ſedis Apoſtolicæ, & de Epiſcopis accuſatis. 423.b

Epiſtola tertia Felicis Papæ primi, ad Benignum Epiſcopum: Errant, qui filium non videre patrem contendunt, eo quod Deum nemo vidit vnquam, errant affirmantes filium minorem patre, quia ille inuiſibilis filius verò viſibilis. 424.a

Epiſtola decretalis primu Eutichiani ad Ioannem, & ad omnes Epiſcopos Beticæ prouinciæ, Chriſtus, vt ſalua proprietate vtriuſq; naturæ verus Deus, & homo verus exiſterit. 426.a

Epiſtola Eutichiani ad vniuerſos Epiſcopos per Siciliā cōſtitutos, de modo recipiendi accuſationē aduerſus clericos, & qui non admittantur ad accuſationem religioſorum, & de modo procedendi in negotijs Eccleſiaſticis, cū procedi nō debet modo ſeculari. 427.b

Epiſtolu

Epiſtola decretalis Gaij Papæ ad Felicem Epiſcopum, de non audiendis paganis, & hæreticis contra Chriſtianos. Quod Epiſcopus accuſari non debet apud iudices ſeculares, quod accuſatio omnium clericorum fiat apud Epiſcopos, de ijs qui negant verbi Dei incarnationẽ, quod ad ſpem vitæ æternæ perueniri non poſſit niſi per mediatorem Dei & hominum Chriſtũ Ieſum, & de ordinibus Eccleſiaſticis. 431.b

Epiſtola prima decretalis Marcellini ad Salomonẽ Epiſcopum, confutatur error dicentium patrem eſſe filio maiorem, &c. 434.b

Epiſtola Marcellini ſecunda ad oẽs Epiſcopos Orientales de cõtentionibus inter Chriſtianos ortis ad Eccleſiam deferendis, & ab Eccleſiaſticis iure terminãdis, quod maior à minori iudicari nõ debeat, nec Epiſcopi nullum præiudicium inferre poſſunt Pontifici à quo conſacrari probantur, quod clericus abſque permiſſu Epiſcopi ſui nullum ad iudicium ſeculare trahere præſumat, nec laico quẽlibet clericum liceat accuſare, quod iniuſtum iudicium metu Regis, vel iuſſu à iudicibus factum non valeat, quod quicquid contra Euangelicæ, propheticæ, aut Apoſtolicæ doctrinam conſtitutionem ſucceſſorum eorum, ſiue ſanctorũ Patrum actum fuerit ſtabit, & quod ab infidelibus, vel hæreticis actum fuerit caſſabitur. 436.a

Epiſtola decretalis Marcelli Papæ, ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ, de Romanæ Eccleſiæ primatu, & authoritate. 455.a

Epiſtola decretalis Marcelli Papæ ad Maxentium tyrãnum. Commonet Tyrannum, vt deſinat ſæuire in Chriſtianos. 456.b

Epiſtola Euſebij ad omnes Galliæ Epiſcopos decretalis, in qua decreuit laicos ob accuſationem ſacerdotũ prohiberi, ſimiliter illis aliquo modo ſubiugatos, & quæ accuſationes à Iudicibus Eccleſiaſticis audiri nõ debeant, & qui accuſatores ab accuſatoribus ſubmoueantur. 459.a

Epiſtola ſecũda Euſebij ad Aegyptios, de Epiſcopis rebus ſuis ſpoliatis, aut à ſede pulſis, niſi in integrũ reſtituantur, non iudicandis in ſynodis conuocandis, & ab omnibus ſuæ prouinciæ Epiſcopis audiant. 460.a

Epiſtola tertia Euſebij ad Epiſcopos Tuſciæ, & Campaniæ de infamibus ad teſtimonium non admittendis, & qui dicuntur infames, & de hæreticis ritè baptizatis, ſi ad fidem reuertantur per manus impoſitionem recipiẽdis, quæ quidem manusimpoſitio ad ſummos ſacerdotes tantummodo pertinere monſtratur. 463.b

Epiſtola decretalis Melchiadis a omnes Epiſcopos Hiſpaniæ de iudicijs Epiſcoporum ſiue maioribus cauſis ad Apoſtolicam ſedem deferẽdis, & vt nullus eam prohibeatur appellare. Quod ſit maius ſacramẽtum, impoſitio manus Epiſcoporum, an baptiſmus, de ieiunio Dominicæ diei, & quintæ feriç. 466.a

Epiſtola Alexandri Alexandrini Epiſcopi ad Alexandrum Epiſcopum Conſtantinop. gentilem ſuum.

Epiſtola Conſtantini Regis ad Alexandrum, & Arium, qua hortatur, vt dimiſſis quçſtionibus amicitiç bonũ, veram fidem, reuerentiam erga Deum, & legatus obſeruantiã firmam, atq; ſtabilem amplectentur. 508.a

Epiſtola Diui Athanaſij, & Aegyptiorũ Epõrũ ad ſanctum Marcum Papam pro exẽplaribus Nicçni Concilij, quia Ariani eorũ exemplaria incenderant. 518.a

Epiſtola reſpõſoria Marci Papç Athanaſio, & omnibus Aegyptiorum Epiſcopis de miſſione capitulorũ Nicçni Concilij. 558.b

Epiſtola circularis Euſebij Epiſcopi Cçſareç Paleſtinç, qua mittit fidem ſuam quæ à Concilio propoſita eſt. 564.b

Epiſtola Regis Conſtantini ad Alexandrinos aduerſus Arium, & ad omnes orthodoxos. 566.a

Epiſtola Conſtantini Aug. ad Epiſcopos qui Concilio non interfuerint, qua rationem reddit congregato Concilio Nicçno vbi taliter omnia ſunt pertractanda, vt nihil tam quod in diſſenſionem, aut profeſſionis fidei ambiguitatem facere poſſet ſit relictum, & de Paſchate, vt ab omnibus eodem tempore celebretur, ac illos hortatur, vt illud ſuſcipiant. 567.a

Epiſtola Victoris Conſtantini maximi Aug. ad Epiſcopos, & populos, qua explicat illis legem à ſe ſanitam, vt qui Arianam hæreſim ſectati fuerint, aut librumq; aliquem ab Ario compoſitum habuerint, & nõ illum igni tradiderint pœna capitali multentur. 568.a

Epiſtola ſynodi Nicçnæ ad Silueſtrum Papam primum, qua rogat, vt quicquid per Nicçnum Concilium ſtatutum, & decretum fuerit ore proprio cõfirmare velit. 569.b

Epiſtola increpatoria prima Iulij Papæ primi ad Oriẽtales Epiſcopos pro cauſis Athanaſij, & exceſſibus cõtra Romanam Eccleſiam, quod ſoli Romano Pontifici liceat generale Cõcilium cogere, & Epiſcopos iudicare, quod prçter ſententiam Rom. Pont non oportet Concilia generalia celebrare, & Epiſcopos damnare. Vt accuſatores, & accuſationes, quas leges ſæculi non admittant repellantur, & ſi quis Epiſcopũ præter authoritatem ſedis Apoſtolicæ damnauerit, vel à ſede expulerit, de gradu ſuo eijciatur, & excommunicetur, & Epiſcopi eiecti reſtituantur. 619.b

Reſcriptum Iulij Papæ primi contra Orientales pro Athanaſio, & cæteris. 624.b

Epiſtola Orientalium ad Iulium Papam cauſantium, quod in communione receperit Athanaſium, & cæteros quos ipſe damnauerat. 623.a

Epiſtola Iulij Papæ ad Oriẽtales in eadem cauſa Athanaſij ex apologia ſecunda Athanaſij. 630.b

Epiſtola Sardicenſis Concil. ad omnes Epiſcopos pro Athanaſio, & alijs Epiſcopis inique damnatis, & contra quoſdam Epiſcopos Orientales ab Epiſcopo Alexandriæ iã damnatos propter Arianã hæreſim. 661.b

Epiſtolæ diuerſç à Conſtantio ad Athanaſium ſcriptæ, aut ad alios pro Athanaſio. 665.a.666.b

Epiſtola Iulij Papæ ad Epiſcopos, & clericos, & populũ Alexandrinum pro Athanaſio. 665.b

Epiſtola ſynodi Hieroſolymitani ad Clerum, & populũ Alexandrinum de reuerſione Athanaſij ad ſedẽ Alexandrinam. 668.a

Epiſtola Epiſcoporum catholicorũ ex Symmacho Ariminenſi ad Conſtantium Imper. de ſceleribus Vrſacij, & Valentis, & eorum condemnatione, & rogant vt ſtatuta antiqua diſſolui minimè patiantur, ſed intacta, & integra cuſtodiantur. 680.a

Epiſtola Athanaſij, & Agripini Epiſcoporum ad Papam Liberium de oppreſſionibus Arianorum. 682.a

Reſcriptum Liberij Papæ ad eõſdem contra perturbatores pacis, & quietis Eccleſiarum, & tales qualiter puniendi. 683.a

Epiſtola Aegyptiorum Pontificum ad eundem de infeſtationibus Arianorum. 685.b

Reſcriptum Felicis Papæ ad eoſdem in Alexandrina ſynodo congregatos, de modo & ordine procedendi in accuſationibus, & in cauſis Epiſcoporum, & reliquorum clericorum, & de accuſationibus, qui ad eorum accuſationem admitti non debeant, & cuius conditionis eſſe debeant tales accuſatores, & in qua multa huiuſmodi materiæ continentur. 688.b

Epiſtola Damaſi Papæ ad Paulinum Antiochenum Epiſcopũ de fide, & formula libelli eiuſmodi qui ab hæreſi reuertuntur debeant profiteri. 705.b

Epiſtola Damaſi Papç ſecunda, ad Hieronymum preſbyterum, à quo petit, vt pſallentiam, & hymnidicum ſicut ab Alexãdro rectore ſuo, & Epiſcopo didicit ad eum mittat. 707.a

Reſcriptum Hieronymi Presbyteri ad Damaſum, vbi ſuggerit de Gloria patri, & filio, & Alleluia in fine pſalmorum apud Rom. Eccleſ. concinendo. 707.a

Epiſtola Stephani Archiepiſcopi, & trium Conciliorum Aphricæ ad Damaſum Papam de priuilegio Romanæ ſedis. 707.b

Epiſtola Damaſi tertia ad eundem Stephanũ, & ad Concilia Aphricç, de primatu Apoſt. ſedis, de cauſis Epiſcoporum, & ſynodo congreganda, de accuſatoribus, & teſtibus, quòd qui vocatus non eſt reſpondere non debeat niſi ſpontè velit, de Epiſcopis eiectis, aut rebus ſpoliatis, de accuſatoribus, & accuſationibus de cauſa accuſati, & vt alij accuſatores, alijs iudices, alij teſtes ſint, & de inquiſitione, de iudicijs, & quomodo quis iudicari debeat. 708.a

Epiſtola

Epiſtola Damaſi Papæ quarti ad Proſperum Numidiæ Leoni, Reparato, Alexandro, Rufo, & cæteris de chorepiſcopis, & qui ijdem ſint, aut ſi aliquid ſint, aut nihil, & de mala ſuperſtitione eorum vitanda. 711.b

Epiſtola Damaſi Papæ quinti, & Epiſcoporum qui ad cō in Romanam vrbe ex Italia, & Gallia conuenerant numero nonaginta: ex qua colligitur, Epiſcopos omnes in Illyrico Paſtorali officio fungentes, ab eodem Damaſo adhortari, vt ſanctam per illa loca diſſeminent fidem: hęreticorumq́; labem cauere ſtudeant. 715.a

Epiſtola ſexta Damaſi ad Italiæ Epiſcopos, in qua, ne per ſcripta in poſterum iubet, ſed per legitimum accuſatorem, quis ab eis iudicetur: ſed cauſæ etiam iudicandæ omnes ad Apoſtolicam ſynodum, ſiue ſedem deferantur. 715.b

Epiſtola Concil. Aquileienſis ad Epiſcopos Galliæ, ex qua noſcitur quam fuerit neceſſarium Concilíū congregatum fuiſſe præcipuè propter Palladium, ac Secundianum Arianæ hæreſis defenſores. 717.b

Epiſtola eiuſdem Concilij ad Gratianum, & Valētinianum, & Theodoſiū Imperatores, quibus gratias agit, quod eorum cauſa cōgregatum fuiſſet Concilium, vt contentiones omnes extinguerentur, Arianaque potiſſimum damnaretur hęreſis. 718.a

Epiſtola Concil. Valentini, ad clerum, & plebem Eccleſiæ Foroiulienſi, quę eos, qui Eccleſię ſcandalo eſſe poſſunt, ab ordinatione eſſe priuandos commonſtrat. 738.a

Epiſtola Siricij Papæ tertia ad vniuerſos Orthodoxos: quod nullus indignus efficiatur Epiſcopus, nec ignotis ſacerdotium detur, nec denique Neophyti, vel Laici ſacerdotes fiant. 744.a

Epiſtola Siricij Papæ quarti, qua omnes exhortatur Epiſcopos, diligentem habere animarum curam, & multa alia quæ ad Epiſcoporum vigilantiam pertinent. 745.b

Epiſtola decretalis Anaſtaſij Papę prima ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ Epiſcopos, quæ tria oſtēdit, nimirum, quod ſanctum Euangelium vniuerſi non ſedentes audiant, ſed ſtātes. Tranſmarini quomodo ad clerum recipi debeant, de Manichęis in vrbe Romana repertis. 763.b

Epiſtola ſecunda eiuſdem Papæ, in qua iſdem Anaſtaſius Neriani cultum quem in religionem, Deiq́; miniſtros habere demonſtrabat, laudat. Deinde vt quicquid ex alto ceciderit ęquiſſimo perferat animo. Poſtremum eorum mortem minimè doleat, qui ex hac ad patriam commigrauerunt vita. 764.b

Epiſtola regularis Innocentij Papæ prima, ad Decentiū Eugubinum Epiſcopum, quę de multis tractat, nimirum de pacis oſculo dando poſt confecta myſteria. De nominibus ante preces ſacerdotis non recitādis. Quod non debeant baptizari, niſi ab Epiſcopo conſignari: quod ritè omni Sabbato ieiunetur. De fermēto quod ciuitatis tantum presbyteris dirigatur, de Energumenis baptizatis. De pœnitentibus. De Epiſtola S. Iacobi Apoſtoli, qua pro infirmis orari præcipitur. 772.a

Epiſtola ſecunda eiuſdem Innocentij Papæ ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopū, quę hęc capita continet. Quod extra conſcientiam Metropolitani non ſint ordinandi Epiſcopi. De his, qui poſt baptiſmum cingulum militiæ ſecularis, aut de cauſis clericorum, quæ in prouincia iuſtè non finiuntur, vt ab Apoſtolica ſede terminentur. De vxoribus clericorum, vt virginibus ſocientur, & vt ipſi ſecundam non ducant vxorem. Vt laicus ſi viduam duxerit clericus non fiat. Vt clericus non ſit, qui ſecundam duxerit vxorem; vt alterius clericum nullus Epiſcopus ordinare vſurpet. Vt non rebaptizentur, qui à Nouatianis vel Montenſibus veniunt. Vt Sacerdotes, & leuitæ cum mulieribus cohærere non debent. Vt Monachus ſi clericus factus fuerit præpoſitum ſuum ſeruare debeat. Vt ex curialibus clericus non fiat propter voluptates quas à diabolo inuētas compellitur. De virginibus ſacris, ſi lapſę fuerint, vel publice nupſerint. De virginibus non velatis, ſi deuiauerint. 774.a

Epiſtola eiuſdem tertia ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum, quę de continentia tractat ſacerdotum, vel leuitarum. De ijs, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus ſint dediti, & vltimo pœnitentiam poſcunt. De adminiſtrationibus, vel iudicibus ſecularibus. Quod viri cum adulteris vxoribus non conueniant. Quod qui præceps, vel crimina dictāt habeantur immunes. Quod hi qui intercedente repudio diuortium pertulerint, ſi ſe nuptijs alijs iunxerint adulteri eſſe monſtrentur. Qui libri in canone recipiantur. 776.b

Epiſtola quarta eiuſdem ad Felicem Nucerianum Epiſcopum quę. quod ſi quis volens partem ſui corporis amputauerit, clericus eſſe non poteſt, nolēs autem poteſt. Quod bigami ad clerum admitti non poſſint. Qui de laicis ad clerum non debent promoueri. Qui de laicis poſſunt clerici fieri. Hinc aperte concubina prohibetur, de tēporibus in clero immorandi. 778.a

Epiſtola eiuſdem quinta de ijs qui in presbyterio filios genuerunt, vt ab officio remoueantur. 779.a

Epiſtola eiuſdem ſexta, quod pœnitentiū nullus ad clerum poſſit admitti. 779.a

Epiſtola eiuſdem ſeptima de Bubalio, & Fauriano damnatis a prouincialibus Epiſcopis, quorum ſententiam ſedes Apoſt. retractare curauit. 779.b

Epiſtola eiuſdē octaua de inuaſione parochię alterius, vel de terminis minime transferendis. 779.b

Epiſtola eiuſdem nona ad Probum de eo cuius de captiuitate reuerſa eſt vxor, vt eam recipiat, altera quā duxerat repudiata. 780.a

Epiſtola eiuſdem decima ad Aurelium, & Auguſt. Epiſcopos, qua ſuis orationibus ſe commendat. 780.a

Epiſtola eiuſdem vndecima ad Aurelium Epiſcopum Iponenſem de ratione Paſchali. 780.a

Epiſtola eiuſdem duodecima ad eundem Aurelium, vt nullus cōtra ordinationem canonum fiat Epiſcopus. 780.b

Epiſtola decimatertia Innocentij ad Iulianam nobilem fœminam.

Epiſtola decimaquarta Innocentij ad Bonifacium preſbyterum de Antiochena Eccleſia. 781.a

Epiſtola decimaquinta Innocentij ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum de pace. 781.b

Epiſtola decimaſexta Innocentij ad Maximinianum de Attico Epiſcopo Conſtantinop. 781.b

Epiſtola decimaſeptima Innocentij ad Alexandrū Epiſcopum Antiochenum de pace. 781.a

Epiſtola decimaoctaua Innocentij ad Alexandrum Epiſcopū, quod prima ſedes beati Petri apud Antiochiā eſſe memoretur, quod non oportet ſecundum cōſtituta Imperatorum duos eſſe Metropolitanos Epiſcopos, quod Arianorum clerici non ſunt recipiendi in ſuis officijs, quamuis eorum baptiſmus quē catholicis conſtat confirmat Eccleſia. 781.b

Epiſtola decimanona Innocētij ad Atticum Epiſcopum Bœoeę de ſanctu Ioanne Epiſcopo Conſtant. 783.a

Epiſtola vigeſima Innocentij ad Laurentium Epiſcopū Senienſem, de Bonoſiacis, quod ſunt iudęis comparandi. 783.b

Epiſtola vigeſimaprima ad Martianum Epiſcopum Naſſitanum de ſuſcipiendis clericis, quos Damaſus antequam damnaretur ordinaſſe cognoſcitur. 783.b

Epiſtola vigeſimaſecunda Innocentij ad Epiſcopos Macedonię, de clerico, ſi vxorem viduam, vel eiectam duxerit, ſoli perdat officium. De Cathecumenis, qui defuncta vxore aliam duxit poſt baptiſmum, vt ad clerum non admittantur. De clericis ab hæreticis ordinatis. Quod in ordinationibus crimina, vel vita nō bene credantur auferri, & in qua multa alia decreta ſunt. 784.a

Epiſtola vigeſimatertia Innocentij ad ſynodum in Toletana conſtitutam, in qua repręhenduntur Hiſpani, quod inordinatè conſtituunt clericos, de cauſidicis, vel curialibus, vel militiæ ſeculari deditis ad clerum non admittendis, vt tales ordinati cum ordinatoribus ſuis deponantur. De qualitate clericorum eligendorum. De ijs qui ante baptiſmum vxorem habuerint, & poſt baptiſmum aliam, vt clerici non fiant. 787.a

Epiſtola Concilij Carthaginenſis ad quintum Innocentium

tium Papam, à quo petit confirmari ſententiam, & damnationem Celeſtij hæretici, & eius ac Pelagij hæreſes illi deſcribit. 788.b.
Reſcriptum Innocentij Papæ ad Concil. Carthaginenſem Epiſtola vigeſimaquarta, in qua demonſtrat omnes egere gratia, & adiutorio Dei in omni opere bono contra Pelagium & Cœleſtium contrarium affirmantes. 790.a
Epiſtola Concil. Mileuitani ad Innocentium Papam, de cohibendis Pelagianis. 791.a
Reſcriptum Innocentij Papæ ad Mileuitanum Concil. Epiſtola vigeſimaquinta, in quo condemnat, & communione priuat Pelagium, & Cœleſtium Hereſiarcas ſimul etiam eorum fautores. 793.a
Epiſtola familiaris quinque Epiſcoporum ad Innocentium Papam Epiſtola vigeſimaſexta, in quo rogant eum vt diligenter inquirat contra Pelagiũ affirmantem ſine gratia Dei hominem poſſe ſaluari, quod ſi Pelagius dixerit talem nõ eſſe ſuam ſententiam quã illi obijcitur, ſaltem talem opinionem anathematizet. 794.a
Epiſtola vigeſimaſeptima, ſiue reſcriptum Innocentij Papæ ad ſupraſcriptos Epiſcopos de Pelagio hæretico. 798.a
Epiſtola vigeſimaoctaua, Innocẽtij Papæ ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, qua Epiſtolæ à ſe miſſæ reſpondit per Iulium quem illi reſtituit cum Apoſtolicæ ſedis dignum ad relationem duplicis ſynodi iudicetis. 799.a
Epiſtola Ioannis ad Innocentium Papam in qua narrat crudelẽ ſucceſſum, & immania ſacrilegia perpetrata ab Alexandriæ Epiſcopo, & alijs multis Epiſcopis in expulſione dicti Ioannis, à ſede Conſtantinopolitana. 799.b
Controuerſia agitata in Conciliu Carthaginenſi ſexto, & in Aphricano circa appellationes ad Eccleſiã Romanam. 806 a
Epiſtola vigeſimanona, Innocentij Papæ ad S. Ioannem Chryſoſtomum à ſua ſede pro inuidia deiectum. 801.a
Epiſtola trigeſima, Innocentij ad Clerum & Populum Conſtantinopolitanum pro Ioanne Chryſoſtomo, & in qua damnat eos qui extra decreta Nicęnę Synodi ſedes Epiſcoporum inuadũt, aut vſurpant, & inſinuat Concilium generale ſe velle congregare pro hac cauſa Chryſoſtomi. 802.a
Epiſtola Ioannis ad Innocentium Epiſcopũ Romę, qui illi narrat ſuam calamitatem, & exilium, & rogat eũ pro cauſa ſua & Eccleſię Conſtantinopolitanę. 803.a
Epiſtola trigeſimaprima, Innocentij ad Imperatorem, qua excommunicat perſecutores D. Ioannis Chryſoſtomi. 803.b
Epiſtola Zoſimi Papę ad Heſychiam Salonitanum Epiſcopum, vt monachi, vel laici niſi per gradus Eccleſiaſticos ad ſummum ſacerdotium non debeãt peruenire, quòd ſi quis interdicta deſpexerit gradus ſui periculo ſubiacebit, & quæ in ſingulis clericorũ gradibus tempora ſunt præfixa. 810.b
Epiſtola Zoſimi ad Clerum, & ad Presbyteros Rauennatium, qua damnat quoſdam presbyteros Eccleſię perturbatores, & rebelles ſimiliter etiam puniantur eorum fautores. 811.b
Epiſtola Bonifacij Papę ad Honorium Auguſtũ, vt conſtituatur à Principe quatenus in vrbe Roma nunquã per ambitum ordinetur Antiſtes. 812.b
Reſcriptum Honorij Auguſti ad Bonifacium Papã Romanum, in quo ſtatuit, vt ſi denuo Romę Epiſcopi ordinati fuerint duo, ambo ciuitate pellantur. 813.a
Epiſtola ſecunda Bonifacij ad Epiſcopos Gallię de Maximo Epiſcopo diuerſis criminibus accuſato. 813.b
Epiſtola tertia Bonifacij ad Epiſcopos Romanos, vt nullus contempto Metropolitano ordinetur Epiſcopus. 814. a
Epiſtola Aphricani Cõcil. ad Bonifa. Papam primum, in qua rogat eum, vt quędam decreta pręcipuè circa appellationes Epiſcoporum ad Romanum Pontificẽ, & de cauſis clericorum apud ſuarum prouinciarum Epiſcopos terminandis ſeruari permittat. 841.b
Reſcripta Cyrilli Alexandrini Epiſcopi ad Concilium Aphricanum, vbi authentica Concilij Nicęni trãſlata de gręco per Innocentium tranſmiſit. 843.a
Epiſtola Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Concilium Aphricanũ, vbi mittit Canones veriſſimos Cõcilij Nicęni, quos ab eo petierant. 843.b
Epiſtola Concilij Aphricani ad Papam Cœleſtinum, in qua rogant, vt deinceps abſtinere velit de cauſis, & negotijs Epiſcoporum, & clericorum terminandis cõtra Nicęni Concilij Decreta facere, eo quod quẽdã excommunicatum à Concilio Aphricano cõmunioni reſtituerat. 844.a
Epiſtola Cœleſtini Papę primi ad Epiſcopos Gallię quę 13. Decreta ſiue Canones continet, De iniuria[illegible] de Diui Auguſtini, & gratia Dei, & libero arbitrio cõtra Pelagianos. 846.a
Epiſtola ſecunda Cœleſtini ad Epiſcopos Gallię quod non debeãt ſacerdotes, aut cl[illegible] amicti pallijs, & pręcincti lumbis in Eccleſijs miniſtrare, quod nulli ſit vltima pœnitentia deneganda, quod per gradus eccleſiaſticos ad Epiſcopatum quis debeat peruenire, quod vnaquęq; prouincia ſuo Metropolitano debet eſſe contenta, quòd nolentibus clericis & populis nemo debeat Epiſcopus ordinari, & quod ab illicitis ordinationibus ſit abſtinendum. 849.a
Epiſtola Cœleſtini ad Epiſcopos Apulię & Calabrię, quòd nulli ſacerdotum liceat Canones ignorare, quod non oporteat clericis Eccleſiarum contemptis, de laicis epiſcopos ordinare, quod docendus ſit populus non ſequendus. 851.a

Alias Epiſtolas, literas, orationes, & homilias non pauciores numero his, quę ſuperius collectę ſunt, & quę in hoc primo Tomo Conciliorum continentur, reperies in minutiſſimo Indice Concilij primi Epheſini. folio 857.a

INDEX OMNIVM CONCILIORVM QVÆ IN SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

CONCILIVM Regienſe Prouinciale tempore Sixti Papæ tertij, anno Domini 439. 12.a
Concilium Arauſicanum Prouinciale tempore Leonis Papæ primi, anno Domini 441. Theodoſio regnante. 16.a
Concilium Vaſionenſe Prouinciale tẽpore Leonis Papę, anno Domini 442. 19.a
Concilium Vaſionenſe ſecundum Prouinciale tempore Leonis Papæ, anno Domini 444. 20.b
Concilium ſecundũ Arauſicanum Prouinciale tempore Leonis Papæ, anno Domini 444. 21.b
Concilium Carpentoracenſe Prouinciale tempore Leonis primi, anno Domini 444. 24.a
Concilium Chalcedonenſe Generale tempore Leonis Papæ præſente Martiano Auguſto, anno Domini 451. 129.a
Concilium tertium Arelatẽſe prouinciale tempore Leonis Papæ primi, anno Domini 455. 406.a
Concilium Veneticum prouinciale tempore Leonis primi Papæ, anno Domini 460. 408.a
Concilium Turonicũ Prouinciale tempore Hilarij Papę, anno Domini 461. 410.a
Concilium Romanũ tempore Hilarii Papæ, anno Dñi 465. 412.a
Concilium Romanũ primũ tempore Simmachi Papæ, qui ſex cõcilia Romæ habuit, anno Domini 498. 467.b
Concilium ſecundum Romanum tempore Simmachi Papæ, annò Domini 500. 468.a
Concilium tertium Romanum tẽpore Simmachi Papæ, anno Domini 501. 470.a
Concilium quartum Romanũ tẽpore Simmachi Papæ, anno Domini 502. 472.b
Concilium quintũ Romanum tẽpore Simmachi Papæ, anno Domini Rege Theodorico. 487.a
Concilium ſextum Romanum tẽpore Simmachi Papæ, anno Domini. 90.a
Concilium Agatenſe Prouinciale tempore Simmachi Papæ, anno Domini 506. 503.a
Concilium Aurelianenſe Prouinciale tempore Simmachi Papæ, anno Domini 506. 510 a
Concilium Tarraconenſe Prouinciale tempore Hormiſdæ Papæ, anno Domini 516. 525 a
Concilium Paunenſe tempore Hormiſdę Papæ, anno Domini 517. 527.a
Cõcilium Gerundenſe Prouinciale tempore Hormiſdæ Papę anno Domini 517. 530.a
Concilium Cæſarauguſtanũ Prouinciale tempore Hormiſdæ Papæ, anno Domini 518. 531.a
Concilium Ilardenſe Prouinciale tempore Ioãnis Papæ, anno Domini 524. 535.a
Concilium Valentinum Hiſpaniæ Prouin-

Prouinciale tẽpore Ioannis Papæ, anno Domini 525. 538.a
Concilium Toletanum ſecũdum, tempore Bonifacij Papæ, anno Domini 531. 546.a
Concilium ſecundum Aurelianenſe tempore Ioannis Papæ ſecundi, anno Domini 533. 551.a
Concilium Aruennẽſe Prouinciale tempore Siluerij Papæ, anno Domini 535. 557.a
Concilium tertium Aurelianenſe Prouinciale tp̃e Siluerij papæ & Vigilij, anno Domini 537. 565.a
Concilium quartum Aurelianenſe Prouinciale tempore Vigilij Papæ, anno Domini 547. 570.a
Concilium quintum Aurelianenſe prouinciale tempore Vigilij Papæ, anno Domini 549. 574.a
Concilium Cõſtantinopolitanum tẽpore Agapeti Papæ, anno Domini 536. Imperatore Iuſtiniano. 578.a
Concilium quintum Conſtãtinopolitanum Generale confirmatum á Vigilio Papa, anno Domini 553. Iuſtiniano Auguſto. 669.a
Concilium Pariſienſe prouinciale tempore Pelagij Papæ, anno Domini 557. 811.a
Concilium Pariſienſe breue tempore Pelagij Papæ, anno Domini 558. 813.a
Concilium ſecũdum Duronicum Prouinciale tẽpore Ioannis Papæ, anno Domini 570. 817.a
Concilium Lugdunenſe primum Prouinciale tẽpore Ioannis Papæ, anno Domini 570. 824.a
Concilium Braccharenſe primum Prouinciale tempore Ioãnis Papæ, anno Domini 572. 825.a
Concilium ſecũdum Braccharenſe Prouinciale tempore Ioannis Papæ, anno Domini 573. 828.a
Concilium primum Matiſconẽſe prouinciale tempore Ioãnis Papæ, anno Domini 576. 840.a
Concilium ſecundum Lugdunenſe Prouinciale tempore Pelagij Papæ, anno Domini 586. 852.a
Concilium Valentinum ſecũdum Prouinciale tempore Pelagij Papæ, anno Domini 588. 853.a
Concilium ſecundum Matiſconẽſe Prouinciale tempore Pelagii Papæ, anno Domini 588. 854.a
Concilium Toletanum tertiũ Prouinciale tempore Pelagii, anno Domini 589. 859.a
Concilium Hiſpalenſe primũ Prouinciale tempore Pelagij Papæ, anno Domini 590. 869.a

INDEX

INDEX OMNIVM EPISTOLARVM Quæ in Secundo Conciliorum Tomo continentur.

EPISTOLAE Papæ Leonis diuerſis temporibus ad diuerſos ſcriptæ, numero 101

Epiſt. prima Leonis Papę ad Epiſcopos Campanię, Piceni, & Tuſcię; de ſeruis, & Bigamis ad ſacerdotiū nō ordinandis, de vſura tam a clericis quàm à laicis non exercenda, & de pœna Canonum violantium. 25.a

Secunda ad Epiſcopos per Italiam, de hęreticis Manichæis, qui vigilantia ipſius Leonis, in vrbe Roma detecti ſunt. 26.a

3 Ad Epiſcopū Aquileienſem, de clericis, qui hęreticę communioni ſe miſcuerint, ſi ad Eccleſ. poſteà cōuerſi fuerint, in eo gradu ī quo erāt remaneāt. 27.a

4 Ad Epiſcopos Sicilię, de tēpore baptizandi, de effectu, & ſignificatione trinę immerſionis, & eleuationis, de conuerſione triū milliū ac baptiſmo à Beato Petro in die Pentecoſtes collato, & vt ex Epis Siciliæ terni Romā ſociādi ſynodo occurrant. 27.b

5 Ad Epiſcopum Beneuentanum, qua eum repręhendit propter tranſgreſſionem canonum. 30.a

6 Ad Eutychē Abbatem Conſtan. qua eum laudat ob vigilantiam in extirpanda Neſtoriana hęreſi. 30.b

7 Ad Theodoſiū Auguſtū, qua gratulaī de eius ſollicitudine erga Chriſtianā Religionē; & rogat vt de perturbatione Eccleſiæ Conſtantinop. eum certiorem faciat, vt poſſit de congruis iudicare. 31.a

8 Ad Epiſcopum Conſtan. vbi quærit Eutyches cur à communione Eccleſiæ fuerit ſeparatus. 31.b

9 Ad Theodoſium Auguſtum, qua narrat fidem Romanę Eccleſię ad eum miſiſſe, & petit vt Conciliū in Italiam fieri decernat. 32.b

10 Ad Flauianum Epiſcopum Conſtantin. contra Eutychetis perfidiam, & hęreſim, & pulcherrime fidē catholicam explicat, & pręcipuè myſterium incarnationis Ieſu Chriſti. 33.a

11 Ad Epiſ. Coēſem cōtra Eutychen, & de diuinitate, humanitate, & incarnatione Ieſu Chriſti. 36.b

12 Ad Theodoſium Aug. de legatis quos vice ſua deſtinauit ad ſynodum Epheſinam, congregatam pro erroribus Eutychetis auferendis. 37.b

13 Ad Pulcheriam Auguſtā, de his vnde ſupra ad Theodoſium Auguſtum. 38.a

14 Ad ſynodum ſecūdam Epheſinam, in qua prohibet congregatos Epiſcopos blaſphemias Eutychetis condemnare. 39.b

15 Ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinop. qua narrat Concilio opus non eſſe in rebus apertis. 0.a

16 Ad Theodoſium Aug. in qua cauſam aſſerit cur ſynodo intereſſe non poteſt, & quòd in rebus tā apertis Concilio opus nō fuiſſe, & de legatis vicē ſuam gerentibus. 40.a

17 Ad Pulcheriam Aug. de venia Eutychi concedenda, ſi errorem ſuum deteſtatus fuerit, & de legatis quos vice ſua deſtinauit. 40.b

18 Ad Iulianum Epiſcopum, de his quæ ſupra ad Pulcheriam, & de fide antiqua quam ipſe Leo ad Flauianum miſit, ab vniuerſa Eccleſia tenenda. 41.a

19 Ad Flauianum Epiſcopum Conſtantino. de his quæ ſupra, & vt fidem expoſitam firmiter teneat. 41.b

20 Ad eundē Flauianū, qua ſe curarū eius participem eſſe oſtēdit, & eius literas expectare affirmat. 41.b

21 Ad Conſtantinopolitanos, qua eos damnat qui Flauiano aduerſati fuerūt, & eos in fide catholica permanere hortatur. 42.a

22 Ad clerum, & populum Conſtantinopolit. qua fidē eorum laudat, & negantes veritatē humanę naturę in Chriſto damnat, & ad petendam ſynodum vniuerſalem ab Imperatore hortatur. 42.b

23 Ad Theodoſium Auguſtum de prophana ſynodo Epheſina; in qua hęreſis Eutychis quorundam Epiſcoporum prauo intellectu adiuta eſt, vnde eundē Aug. rogat, vt priſcę fidei conſtitutio nō violetur, ſed Cōcilium vniuerſale totius orbis adunetur. 44

24 Ad Pulcheriam Auguſtam cōtra eandem ſynodum Epheſinam, & vt eius errores in alia ſynodo retractentur. 45

25 Ad Flauianum Epiſcopum Conſtan. de prouiſione quàm eius facienda, & vt interim toleret quę ad æternam gloriam non dubitat profutura. 46

26 Ad Fauſtum, & cęteros Archimandritas Conſtantinopolitanos, qua adhortatur eos ad conſtantiam in omni bono, & maximè ad fidem, & charitatem, & deteſtatur acta ſecundi Concilij Epheſini. 45

27 Ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſalonicenſem, qua hortatur ne conſenſum pręſtet nefario dogmati ſynodi Epheſinę. 46

28 Ad Iulianum Epiſcopum, in qua narrat ſe habuiſſe cognitionem rerum geſtarum apud Epheſum, & de diligentia tranquillitatis fidei amplectendę. 47

29 Ad Pulcheriam Auguſtam de his, quę ſuperius ab ea poſtulauit. 47

30 Ad Fauſtum & Martianum presbyteros de damnatione Concilij Epheſini. 47

31 Ad Theodoſium Auguſtum, vt quod de incarnatione filij Dei ab Anatolio Epiſcopo Conſtantinop. prædicatur, agnoſcat, & vt vniuerſale Cōcilium in Italiam fieri decernat. 48

32 Ad Fauſtum Martianum cęteroſq; presbyteros, & Archimandritas, vt legatos ad Auguſtum miſſos iuuent ad cognoſcendum noui Epiſcopi Conſtantinopolitani doctrinā, & vt falſitate deſtructa ſoliditatem fidei defendant. 49

33 Ad Pulcheriā Auguſtā pro his, quæ ſuperius Theodoſium Auguſtum poſtulauit. 49

34 Ad Martinum Presbyterum, vt fortiter in confeſſione verę fidei perſeueret, ad quam fortitudinē roborandam legatos miſiſſe oſtendit. 50

35 Ad Leonem Rauennatem Epiſcopum, de his qui de captiuitate redeuntes neſciunt an ante captiuitatē baptizati fuerint. 50

36 Ad Martianum Auguſtum, qua gratias illi agit de beneficijs Eccleſiæ collatis. 51

37 Ad Pulcheriā Aug. in qua gratias agit quòd Neſtorianam hęreſim fidei defenſione deſtruxerit. 51

38 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinop. de eius fide probata, de reconciliatione eorum qui metu in hęreſim lapſi ſunt, de nominibus hęreticorum ad altare non recitandis, &c. 52

39 Ad Iulianum Epiſcopū exhortās eum, vt contra falſitatis auctores perſeuerantem diligentiā teneat. 52

40 Ad Martianum Auguſtum, de conſeruatione catholicę fidei, & ſollicitudine conuocandę ſynodum. 53

41 Ad eundem Auguſtū, de ſecunda ſynodo Epheſina, de Nicęna, & eius legatis. 53

42 Ad eundem Auguſtum, de fidei confeſſione, & Concilij prorogatione. 54

43 Ad Pulcheriā Auguſtā, de abominatione Eutychianę hæreſis ... Eutychio ... transferēdo. 54

44 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinop. de lapſis in hæreſim ... & de grauioribus hęreſib. 55

45 Ad Synodum Chalcedonenſem vbi hortatur per legatos ſuos Dei ſacerdotes, vt ſecundum ſcripturas cuncta diſponant. 56

46 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum de hæreticis qui ſi Neſtorianam & Eutychianā hæreſim deteſtauerint illos recipiat. 56

47 Ad eundem Auguſtum de legato qui vicem Pontificis in Concilio gerat, & de pullo Neſtorianæ, &

Eutychianæ hæreſis veſtigio relinquendo. 56

48 Ad eundem Auguſtũ de trãquillitate fidei per Cõciliũ coadunatũ adipiſcẽda, & de definitis in dubio amplius nõ reuocãdis, & illi legatos cõmendat. 57

49 Ad Pulcheriam Auguſtam, de deteſtanda prophana ſynodo Epheſina, & de recipiendis hæreſim deteſtantibus, & ad fidem redeuntibus, ac ſuas ſedes obtinendis. 57

50 Ad omnes Epiſcopos Galliarũ, de damnatione hæreticorum à Concilio Chalcedonenſi. 59

51 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinop. vbi in primis in Chalcedonẽſi Cõcilio eũ de fide laudat, deinde arguit, q contra Nicenã ſynodum Alexandrinã, & Antiochenam eccleſiam ſibi ſubdere voluiſſet, & illi excommunicationem minatur. 62

52 Ad Martianum Auguſtum vbi de eius fide gratulatur, quæ in Chalcedonenſi Concilio geſta eſt, & de Anatolio Epiſcopo Conſtan. qui in eodẽ Concilio Alexandrinam, & Antiochenam Eccleſiam contra ſtatuta per ambitum ſubiugare ſibi voluit. 63

53 Ad Pulcheriam Auguſtam de ambitu Anatolij Epiſcopi Conſtantinopolitani 64

54 Ad Iulianum Epiſcopum Coenſem, de expulſione Hetij ab archidiaconatu & aſſumptione Andreæ Eutychiariſtæ, de diſſẽſione monachorũ Paleſtinæ, de Aegypti monachis cuiuſnã ſint fidei, & de Cõcilio Chalcedonẽſi i latinũ ſermonẽ trãſferẽdo. 65

55 Ad eundem Auguſtũ de Aetio & Andrea, & de correctione Anatolio faciẽda, & de commatu aſſiduo legati apud Imperatorem. 66

56 Ad Pulcheriam Auguſtam de Aetio, & Andrea, & quòd ipſe male ſentit de Anatolio Epiſcopo Conſtantinop. fautore hæreticorum. 67

57 Ad Auguſtum, vbi gratias agit, q per Chalcedonẽſe Concilium pax Eccleſiæ catholicæ ſit reddita. 68

58 Ad Pulcheriam Auguſtã de eius pietate erga Chriſtianam religionem. 68

59 Ad Epiſcopos qui in ſancta Synodo congregati fuerant, de approbatione diffinitionum Concilij & de obſeruandis decretis Nicęnæ ſynodi. 69

60 Ad Maximum Antiochenum Epiſcopum de Neſtoriana & Eutychiana hæreſi, & de Romanæ & Antiochenæ Eccleſię fundatione, & de canonibus Nicenæ ſynodi inuiolabiliter ſeruandis. 69

61 Ad Theodoretum Epiſcopum Ciri de fidei perſeuerantia. 72

62 Ad Martianum Auguſtum de conſtituenda propria die in qua Paſcha celebretur. 75

63 Ad Eudoxam Auguſtam de Paſcha. 76

64 Ad Eudoxam Auguſtam de Monachis Paleſtinæ. 76

65 Ad Iulianum Epiſcopum Coenſem, vt certiorẽ Papam faciat de ſtatu fidei. 76

66 Ad Iulianum Epiſcopum legatum de Hieroſolymitano Epiſcopo recepto, & monachis ad fidem reuerſis, de Priuilegijs Alexandrinę ſedis ſeruandis, de Paſcha, & de correctione ab Anatolio Epiſcopo Conſtantinop. per Auguſtum recepta. 77

67 Ad Martianũ Auguſtũ de confirmatione noui Epiſcopi Alexãdrini, & de falſificatione Epiſtolæ Leonis fidẽ explicantis, & vt copiam quam Auguſtus apud ſe habet in breuem ſermonem proferat. 77

68 Ad eundem Auguſtum de trãsferendo Euthyche ad ſecretoria loca, quia vbi poſitus erat adhuc praua docebat. 78

69 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantino. de electione Archidiaconatus officij, & de Nicęni Concilij decretis ſeruandis. 79

70 Ad Iuuenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum de ſua reſipiſcentia, & de explanatione fidei. 79

71 Ad Leonem Auguſtũ de pace Eccleſię Alexandrinæ reparanda, & de electione eius Epiſcopi 80

72 Ad Leonẽ Auguſtũ de pietate erga religionem, & eius poteſtate exercenda ad auferẽdã hæreſim. 81

73 Ad Leonem Auguſtum de Eutychiana, & Dioſcoriana hæreſi à ſynodo Chalcedonenſi condemnata, & de reparatione Eccleſiæ Alexãdrinæ, de morte violenta Epiſcopi & de Clero. 81

74 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopo. de diligentia, de reconciliandos hæreticos, & ad excommunicandos & puniendos. 83

75 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantino. de eius bona opinione apud Pontificem, de Aetio presbytero, vt aut abiuret, & damnet Eutychianã hæreſim, aut ſententia Chalcedonẽſis Concilij puniatur. 83

76 Ad Leonem Auguſtum de fide per Concilium Nicęnum & Chalcedonenſe explicata, & de non retractanda quæ definita fuerint, de expulſione contradicentium, & de hæreticis in diſputationem nõ admittendis. 84

77 Ad Nicetam Epiſcopum Aquileienſem de quibuſdam dubijs reſolutis. 85

78 Ad Epiſcopos Campaniæ Samnij & Piceni de tẽpore regenerandi, & de confeſſione fidelium non publicanda. 86

79 Ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum de die ordinationis, & de reiteratione Miſſæ. 87

80 Ad Iulianum Epiſcopum Coenſem de perturbatoribus Eccleſiæ comprimendis, de imperiali & ſacerdotali authoritate. 88

81 Ad Paleſtinos Monachos, qua pulcherrime myſterium incarnationis Chriſti explicat contra Neſtorium & Eutychem, & Chriſtum ſine erubeſcentia confitendum. 89

82 Ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſalonicẽſem de Vicariatu Epiſcopi Theſalonicenſium in Oriente, & de pluribus decretis obſeruandis. 91

83 Ad Septimium Epiſcopum Altinum de ſuſceptione eorum qui de Pelagiani & Cœleſtini conſortio ad fidem catholicam venerũt, & de Epiſtola Metropolitano Veneto ſcripta, de clericis vt de Eccleſia in Eccleſiam non tranſeant. 94

84 Ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum de abiuratione à Clericis facienda contra hæreſes; de aſtutia hæreticorũ in abiuratione, de Pelagiana & Cœleſtina hęreſi ac eius confractione, & de clericis vt de Eccleſia in Eccleſiam tranſire nõ permittat. 94

85 Ad Epiſcopos Aphricanos per Mauritaniam Cęſarienſem cõſtitutos, de promotione idonearũ perſonarum ad Epiſcopatum, de ſtatutis canonum obſeruandis, & de expulſione Bigamorum Epiſcoporum ab Epiſcopatu. 96

86 Ad Epiſcopos Germaniæ, & Gallię, de priuilegio Chorepiſcoporum, & Presbyterorum. 98

87 Ad Epiſcopos Viennẽſis prouinciæ, de primatu Romani Pontificis, de Hilarij compreſſione, de ordine ſeruando in creandis Epiſcopis, de tempore ordinationis, & de excommunicatione temere non ferenda, &c. 99

88 Ad Rauennium Arelatenſem Archiepiſcopũ de eius electione & confirmatione in epiſcopatum. 102

89 Ad Theodorũ Foroiulienſem Epiſcopũ de penitẽtia & cõmunione his qui in exitu ſunt nõ negãda. 102

90 Ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum de modo puniendi, de tribulationibus ſuſtinendis, de perſeuerantia paſtorum, de odio habẽdis peccatis, & de multis alijs decretis à Leone factis. 103

91 Ad Turibium Aſtaricenſem Epiſcopum de multis Priſcillianiſtarum hæreſibus cum eorum confutationibus à Leone factis. de hereticis ſupplicio afficiendis, de ſynodo conuocanda, & ſi aliquis cõtra dixerit decretis a communione ſeparetur. 106

92 Ad Ruſticum, Rauennium, Venerium, & cæteros Epiſcopos Galliæ, de tranquillitate fidei per ſynodum Orientalem acquiſita. 110

93 Ad Epiſcopos Galliarum & Hiſpaniarum de die Paſchatis. 111

94 Ad Epiſcopos & presbyteros prouinciæ Galliæ de clericis, vt tribunalia ſecularia non adeant. 111

95 Ad Leonem Auguſtum de diuerſis hæreſibus & eorum confutationibus, & de explicatione myſterij incarnationis. 111

Leo Papa ad Fauſtum Presbyterum de quæſtionibus fidei ad Romanum Pontificem deferendis. 130

Leo Papa ad Leonẽ Imperatorẽ cõtra hęreticos Alexãdrię, & de medicina Eccleſ. Alexãdrinę pręſtãda. 61

Leo Papa ad Fauſtum Martianũ & reliquos Archimandritas

dricis Cõſtant. de cõdẽnatione Eutychis, & ei miſericordia nõ neganda ſi errorẽ ſuum damnauerit. 121

Leo Papa ad Theodoſium Auguſtum de cõuocanda ſynodo. 122

Leo Papa ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum de Eutyche ac eius hæreſi. 228

Leo Papa ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinop. contra Eutychem, ac fidem catholicam explicat. 749

Sixtus Papa ad Epiſcopos Orientales de eius purgatione & calumnia impoſita, de pœna accuſatorum non probantium, & de Epiſcopis accuſatis. 2

Epiſtola ſynodi Carpentoracenſis ad Agretium Epiſcopum, qua eum propter canonum tranſgreſſionem miſſam per annum facere prohibet. 24

Epiſtola Celetij Salonij, & Vranij Epiſcoporum Gallorum ad Leonem Papam, in qua eum præcãtur, ut excuſſum libellum definitiuum cognoſcat & emendatũ ad ipſos remittat. 48

Epiſt. Epiſcoporum Gallorum ad Leonẽ Papam de maxima vtilitate quam ad Orientem obtulit ob expoſitionem fidei per literas factam, & directam. 58

Epiſtola Euſebij Epiſcopi Mediolanẽſis ad Leonẽ Papã pro fidei eius quam ad Orientẽ direxerat, aſſertioni cum alijs Epiſcopis conſenſit atque ſubſcripſit. 60

Epiſtola Theodoreti Epiſcopi Cyri ad Leonem Papam de primatu Sedis Romanę, de explicatione diuinitatis, incarnationis, & humanitatis Chriſti à Leone facta, de calumnia ipſi impoſita, de eius depoſitione, de liberatione ſuarum Eccleſiarum ab hæreſi, & de ſua appellatione ad ſedem Apoſtolicam. 70

Epiſtola Flauiani Epiſcopi Cõſtantinopol. ad Theodoſium Imperatorem de fide incarnationis. 119

Epiſtola Petri Epiſcopi Rauẽnatis ad Eutychem abbatem de veritate incarnationis iam definita in dubiũ non reuocanda, & de authoritate Pont. Romani. 119

Epiſtola Gallæ Placidiæ ad Pulcheriam Auguſtam de nefandis actibus Epheſinæ ſynodi. 123

Epiſtola Valentiniani Aug. ad Theodoſium Auguſtum de primatu ſedis Romanę, & Cõcilio cõuocãdo. 124

Epiſt. Hilarij diaconi Romani ad Pulcheriam Auguſtã, de nefandis actibus Epheſinæ ſynodi. 123

Epiſt. Gallæ Placidiæ ad Theodoſiũ Auguſtũ filiũ de primatu ſedis Romanæ, de impia cõdẽnatione Flauiani Epiſcopi, & de conſeruanda catholica religione. 124

Epiſtola Liciniæ Eudoxię ad Theodoſium Aug. qua petit quæ male geſta ſunt contra Flauianum emendari, & Concilium conuocari in partibus Italiæ. 124

Epiſtola Theodoſij Auguſti ad Valentinianum Auguſtum, in qua licet iniuſte commendantur, & Epheſina ſynodus ſecunda prophana, & Flauiani Archiepiſcopi Conſtantinop. depoſitio. 125

Theodoſius Aug. ad Gallam Placidiam eadem quæ ſuperius continens. 125

Theodoſius Aug. ad Eudoxiam Auguſtam eadem, quæ ſuperius continent. 125

Epiſt. Valentiniani & Martiani Aug. ad Leonem de erroribus fidei auferẽdis & pacem inter Epiſcopos per Concilium celebrandum conciliãda. 126

Epiſtola Martiani Aug. ad Leonem Papam, vt deliberet de futuro Concilio & de loco conuenienti. 126

Epiſtola Pulcheria Auguſtæ ad Leonem, qua Anatolij Epiſcopi probitas cõmendatur, & admonet fieri Concilium maturum, & ſepultura S. Flauiani condecens facta ſignificatur. 126

Literæ miſſæ à Valentiniano, & Martiano Aug. ubique ad omnes Epiſcopos quatenus omnes in Nicęa conuenirent. 127

Literę Imperatorũ ad Anatoliũ Epiſcopũ de loco & tẽpore futuri Concilij, & vt ad illud conueniat. 127

Literę Imperatorum ad Nicęnam ſynodum, qua hortãtur vt iuxta catholicam fidem decernant, & ne moleſte ferant ipſos intereſſe non poſſe. 128

Literæ Pulcheriæ Aug. ad conſularem Bitiniæ, vt curã habeat circa diſciplinam ſynodi perhibendam. 128

Literæ Imperatorum ad Concilium congregatum Nicęæ, vt deberet migrare Chalcedonem, in qua præſente eſſe volunt. 128

Literæ Imperatorum ad Concilium Nicęnum, vt feſtinanter aduenant in Chalcedonenſium ciuitatẽ. 128

Epiſtola Euſebij Epiſcopi Dorilei ad Imperatores Valent. & Marti. à quibus iuſtitiam petens narrat quæ male geſta ſunt à Dioſcoro Epõ Alexandrino. 135

Epiſtola Imperatorũ Theodoſij & Valẽtiniani ad Dioſcorum Alexandriæ Epiſcopum qua iubet Conciliũ congregari ad fidem explicandam. 135

Epiſt. Imperatoris ad Dioſcorum Alexãdrinum, qua iubet Barſumam locum omnium Archimandritarum Orientalium tenere. 137

Epiſt. Imperatoris ad Barſumam Archimandritam qua iubet eum ad ſynodum pergere, & locum omniũ Archimandritarum Orientalium tenere. 137

Epiſtola commonitoria Imperatoris ad Elpidium comitem ſacri Cunſiſtorij, qua illi iubet vt ſynodo interſit ne tumultus fiat, & vt cognoſcat quę a ſynodo acta erunt, & de his Imperatorem certiorem faciat. 137

Epiſtola Imperatoris ad Proculum Aſię proconſulem, qua iubet vt opem ferat Elpidio, & Eulogio vicem Imperatoris in Concilio Epheſino gerentibus. 138

Epiſtola Imperatoris ad ſecũdam ſynodum Epheſinam de cauſa qua iuſſit ſynodum congregari. 138

Epiſtola Imperatoris ad Dioſcorũ Alexãdrinũ Epiſcopũ, qua illũ conſtituit caput & Iudicem Synodi. 138

Epiſtola Euſebij Dorilei Epiſcopi ad Flauianum Conſtantinop. Archiepiſcopum contra Eutychem. 149

Epiſtola Theodoſij & Valentiniani Imper. ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum. 141

Reſcriptum Epiſtolę Cyrilli Alexandrię Epiſcopi ad Neſtoriũ Menſe Mechi de Incarnatione Chriſti. 151

Epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum de pace, & de partu Deiparæ, & aſſumptione humanitatis vnigeniti filij Dei. 154

Epiſtola Concilij Conſtantinop. ad Eutychem Archimandritam, vt ad ſynodum compareat. 164

Epiſt. Concilij Conſtantinopol. ad Eutychem, qua eum tertio vocat. 165

Epiſt. Monachorum Monaſterij Eutychis ad ſynodum Epheſinam dolentium de prohibita illis a Flauiano communione, & petentium a Synodo reddi. 198

Epiſt. Euſebij epiſcopi Dorilei contra Neſtorium. 230

Epiſtola Concilij Chalcedonenſis ad Martianum Imperatorem de contumacia & damnatione Dioſcori Epiſcopi Alexandrini. 256

Epiſtola Concilij Chalcedo. ad Martianum & Valentinianum Imp. de damnatione Dioſcori. 256

Epiſtola Concilij Chalcedonenſis ad diuerſas Eccleſias vt ſententiam a Concilio contra Dioſcorum cognoſcant. 257

Epiſt. Concilij Chalcedo. ad Clericos Alexandriæ de damnatione Dioſcori eorum Epiſcopi, & vt earã gerant rerum Eccleſiæ. 257

Epiſt. Concilij Chalcedo. ad Dioſcorum de ſua depoſitione. 257

Epiſtola Concilij Chalcedo. ad Pulcheriam Auguſtam de damnatione Dioſcori. 257

Literæ a Concilio directæ ad Dioſcorum Alexandrinum, quibus eum ſecundo, & tertio vocat vt ad Concilium compareat. 232. 239

Epiſtola Imperatorum Valentiniani, & Martiani, qua probant decreta Concilij Chalcedo. & prohibent ne definita amplius retractentur. 259

Alia eorundem Imperatorum, de deſtruendis quę contra Flauianum acta ſunt, & recipiendis quę à Cõcilio Chalcedo. ordinata ſunt. 260

Epiſtola Imperatorum, de confirmandis quæ à Synodo Chalcedonenſi contra Eutychem & eius monachos conſtituta ſunt. 261

Epiſtola Archimandritarum diuerſorum Monaſteriorũ ad Martianum Aug. de tuenda eis libertate, & iuriſdictione. 269

Epiſtola Archimandritarum ad Concilium pro Dioſcoro. 259

Epiſtola Archimãdritarum Catholicorum ad Martianum Aug. contra Archimandritas hæreticos. 271

Epiſtola clericorum Edeſſenæ ciuitatis ad Fotiũ & Euſtachium Epiſcopos pro Iba ſuo Epiſcopo. 302

Epiſtola Baſſiani Epiſcopi ad Martianum & Valẽtinianum

Eutychianæ hæreſis veſtigio relinquendo. 56
48 Ad eundem Auguſtũ de tranquillitate fidei per Cõcilium coadunatũ adipiſcẽda, & de definitis in dubio amplius nõ reuocandis, & illi legatos cõmendat. 57
49 Ad Pulcheriam Auguſtam, de deteſtanda prophana ſynodo Epheſina, & de recipiendis hæreſim deteſtantibus, & ad fidem redeuntibus, ac ſuas ſedes obtinendis. 57
50 Ad omnes Epiſcopos Galliarũ, de damnatione hæreticorum à Concilio Chalcedonenſi. 59
51 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinop. vbi in primis in Chalcedonẽſi Cõcilio eũ de fide laudat, deinde arguit, q contra Nicęnã ſynodum Alexandrinã, & Antiochenam eccleſiam ſibi ſubdere voluiſſet, & illi excommunicationem minatur. 62
52 Ad Martianum Auguſtum vbi de eius fide gratulatur, quæ in Chalcedonenſi Concilio geſta eſt, & de Anatolio Epiſcopo Conſtan. qui in eodẽ Concilio Alexandrinam, & Antiochenam Eccleſiam contra ſtatuta per ambitum ſubiugare ſibi voluit. 63
53 Ad Pulcheriam Auguſtam de ambitu Anatolij Epiſcopi Conſtantinopolitani. 64
54 Ad Iulianum Epiſcopum Coenſem, de expulſione Hetij ab archidiaconatu & aſſumptione Andreæ Eutychianiſtæ, de diſſẽſione monachorũ Paleſtinę, de Aegyptis monachis cuiuſnã ſint fidei, & de Cõcilio Chalcedonẽſi i latinũ ſermonẽ trãſferẽdo. 65
55 Ad eundem Auguſtũ de Aetio & Andrea, & de correctione Anatolio faciẽda, & de comitatu aſſiduo legati apud Imperatorem. 66
56 Ad Pulcheriam Auguſtam de Aetio, & Andrea, & quód ipſe male ſentit de Anatolio Epiſcopo Conſtantinop. fautore hæreticorum. 67
57 Ad Auguſtum, vbi gratias agit, q per Chalcedonẽſe Concilium pax Eccleſiæ catholicæ ſit reddita. 68
58 Ad Pulcheriam Auguſtã de eius pietate erga Chriſtianam religionem. 68
59 Ad Epiſcopos qui in ſancta Synodo congregati fuerant, de approbatione diffinitionum Concilij & de obſeruandis decretis Nicęnæ ſynodi. 69
60 Ad Maximum Antiochenum Epiſcopum de Neſtoriana & Eutychiana hæreſi, & de Romanæ & Antiochenæ Eccleſię fundatione, & de canonibus Nicenæ ſynodi inuiolabiliter ſeruandis. 69
61 Ad Theodoretum Epiſcopum Ciri de fidei perſeuerantia. 72
62 Ad Martianum Auguſtum de conſtituenda propria die in qua Paſcha celebretur. 75
63 Ad Eudoxam Auguſtam de Paſcha. 76
64 Ad Eudoxam Auguſtam de Monachis Paleſtinæ. 76
65 Ad Iulianum Epiſcopum Coenſem, vt certiorẽ Papam faciat de ſtatu fidei. 76
66 Ad Iulianum Epiſcopum legatum de Hieroſolymitano Epiſcopo recepto, & monachis ad fidem reuerſis, de Priuilegijs Alexandrinę ſedis ſeruandis, de Paſcha, & de correctione ab Anatolio Epiſcopo Conſtantinop. per Auguſtum recepta. 77
67 Ad Martianũ Auguſtũ de confirmatione noui Epiſcopi Alexãdrini, & de falſificatione Epiſtolæ Leonis fidẽ explicantis, & vt copiam quam Auguſtus apud ſe habet in breuem ſermonem proferat. 77
68 Ad eundem Auguſtum de trãsferendo Euthyche ad ſecretoria loca, quia vbi poſitus erat adhuc praua docebat. 78
69 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantino. de electione Archidiaconatus officij, & de Nicęni Concilij decretis ſeruandis. 79
70 Ad Iuuenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum de ſua reſipiſcentia, & de explanatione fidei. 79
71 Ad Leonem Auguſtũ de pace Eccleſię Alexandrinæ reparanda, & de electione eius Epiſcopi. 80
72 Ad Leonẽ Auguſtũ de pietate erga religionem, & eius poteſtate exercenda ad auferẽdã hæreſim. 81
73 Ad Leonem Auguſtum de Eutychiana, & Dioſcoriana hæreſi à ſynodo Chalcedonenſi condemnata, & de reparatione Eccleſiæ Alexãdrinæ, de morte violenta Epiſcopi & de Clero. 81
74 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopo. de diligentia adhibenda in reconciliandos hæreticos, & ad excommunicandos & puniendos. 83
75 Ad Anatolium Epiſcopum Conſtantino. de eius bona opinione apud Pontificem, de Aetio presbytero, vt aut abiuret, & damnet Eutychianã hæreſim, aut ſententia Chalcedonẽſis Concilij puniatur. 83
76 Ad Leonem Auguſtum de fide per Concilium Nicęnum & Chalcedonenſe explicata, & de non retractandis quæ definita fuerint, de expulſione contradicentium, & de hæreticis in diſputationem nõ admittendis. 84
77 Ad Nicetam Epiſcopum Aquileienſem de quibuſdam dubijs reſolutis. 85
78 Ad Epiſcopos Campaniæ Samnij & Piceni de tẽpore regenerandi, & de confeſſione fidelium non publicanda. 86
79 Ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum de die ordinationis, & de reiteratione Miſſæ. 87
80 Ad Iulianum Epiſcopum Coenſem de perturbatoribus Eccleſiæ comprimendis, de imperiali & ſacerdotali authoritate. 88
81 Ad Paleſtinos Monachos, qua pulcherrime myſterium incarnationis Chriſti explicat contra Neſtorium & Eutychem, & Chriſtum ſine erubeſcentia confitendum. 89
82 Ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicẽſem de Vicariatu Epiſcopi Theſſalonicenſium in Oriente, & de pluribus decretis obſeruandis. 91
83 Ad Septimium Epiſcopum Altinum de ſuſceptione eorum qui de Pelagiani & Cœleſtini conſortio ad fidem catholicam venit, & de Epiſtola Metropolitano Veneto ſcripta, de clericis vt de Eccleſia in Eccleſiam non tranſeant. 94
84 Ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum de abiuratione à Clericis facienda contra hæreſes; de aſtutia hæreticorũ in abiuratione, de Pelãgiana & Cęleſtina hęreſi ac eius confractione, & de clericis vt de Eccleſia in Eccleſiam tranſire nõ permittat. 94
85 Ad Epiſcopos Aphricanos per Mauritaniam Cęſarienſem cõſtitutos, de promotione idoneorũ perſonarum ad Epiſcopatum, de ſtatutis canonum obſeruandis, & de expulſione Bigamorum Epiſcoporum ab Epiſcopatu. 96
86 Ad Epiſcopos Germaniæ, & Gallię, de priuilegio Chorepiſcoporum, & Presbyterorum. 98
87 Ad Epiſcopos Viennẽſis prouinciæ, de primatu Romani Pontificis, de Hilarij compreſſione, de ordine ſeruando in creandis Epiſcopis, de tempore ordinationis, & de excommunicatione temere non ferenda, &c. 99
88 Ad Rauennium Arelatenſem Archiepiſcopũ de eius electione & confirmatione in epiſcopatum. 102
89 Ad Theodorũ Foroiulienſem Epiſcopũ de pœnitẽtia & cõmunione his qui in exitu ſunt nõ negãda. 102
90 Ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum de modo puniendi, de tribulationibus ſuſtinendis, de perſeuerantia paſtorum, de odio habẽdis peccatis, & de multis alijs decretis à Leone factis. 103
91 Ad Turibium Aſtaricenſem Epiſcopum de multis Priſcillianiſtarum hæreſibus cum eorum confutationibus à Leone factis, de hæreticis ſupplicio afficiendis, de ſynodo conuocanda, & ſi aliquis contra dixerit decretis à communione ſeparetur. 106
92 Ad Ruſticum, Rauennium, Venerium, & cæteros Epiſcopos Galliæ, de tranquillitate fidei per ſynodum Orientalem acquiſita. 110
93 Ad Epiſcopos Galliarum & Hiſpaniarum de die Paſcharis. 111
94 Ad Epiſcopos & presbyteros prouinciæ Galliæ de clericis, vt tribunalia ſecularium non adeant. 111
95 Ad Leonem Auguſtum de diuerſis hæreſibus & eorum confutationibus, & de explicatione myſterij incarnationis. 111
Leo Papa ad Fauſtum Presbyterum de quæſtionibus fidei ad Romanum Pontificem deferendis. 140
Leo Papa ad Leonẽ Imperatorẽ cõtra hæreticos Alexãdrię, & de medicina Eccleſ. Alexãdrinę preſtãda. 61
Leo Papa ad Fauſtum Martianũ & reliquos Archimandritas

dritás Cóſtant. de cődénatione Eutychis, & ei miſericordia nó neganda ſi erroré ſuum damnauerit. 121
Leo Papa ad Theodoſiũm Auguſtum de cóuocanda ſynodo. 122
Leo Papa ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum de Eutyche ac eius hæreſi. 128
Leo Papa ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinop. cótra Eutychem, ac fidem catholicam explicat. 149
Sixtus Papa ad Epiſcopos Orientales de eius purgatione & calumnia impoſita, de pœna accuſatorum non probantium, & de Epiſcopis accuſatis. 2
Epiſtola ſynodi Carpentoractenſis ad Agretium Epiſcopum, qua eum propter canonum tranſgreſſionem miſſam per annum facere prohibet. 24
Epiſtola Celetij Salonij, & Vranij Epiſcoporum Gallorum ad Leonem Papam, in qua eum præcãtur, ut excuſſum libellum definitiuum cognoſcat & emendatũ ad ipſos remittat. 58
Epiſt. Epiſcoporum Gallorum ad Leoné Papam de maxima vtilitate quam ad Orientem obtulit ob expoſitionem fidei per literas factam, & directam. 58
Epiſtola Euſebij Epiſcopi Mediolanẽſis ad Leoné Papã pro fidei eius quam ad Orienté direxerat, aſſertioni cum alijs Epiſcopis conſenſit atque ſubſcripſit. 60
Epiſtola Theodureti Epiſcopi Cyri ad Leonem Papam de primitu Sedis Romanę, de explicatione diuinitatis, incarnationis, & humanitatis Chriſti à Leone facta, de calumnia ipſi impoſita, de eius depoſitione, de liberatione ſuarum Eccleſiarum ab hæreſi, & de ſua appellatione ad ſedem Apoſtolicam. 70
Epiſtola Flauiani Epiſcopi Cóſtantinopol. ad Theodoſium Imperatorem de fide incarnationis. 119
Epiſtola Petri Epiſcopi Rauénatis ad Eutychem abbatem de veritate incarnationis iam definita in dubiũ non reuocanda, & de authoritate Pont. Romani. 119
Epiſtola Gallæ Placidiæ ad Pulcheriam Auguſtam de nefandis actibus Epheſinæ ſynodi. 123
Epiſtola Valentiniani Aug. ad Theodoſium Auguſtum de primatu ſedis Romanę, & Cócilio cõuocãdo. 124
Epiſt. Hilarij diaconi Romani ad Pulcheriam Auguſtã, de nefandis actibus Epheſinæ ſynodi. 123
Epiſt. Gallæ Placidiæ ad Theodoſiũ Auguſtũ filiũ de primatu ſedis Romanæ, de impia cődénatione Flauiani Epiſcopi, & de conſeruanda catholica religione. 124
Epiſtola Liciniæ Eudoxię ad Theodoſium Aug. qua petit quæ male geſta ſunt contra Flauianum emendari, & Concilium conuocari in partibus Italiæ. 124
Epiſtola Theodoſij Auguſti ad Valentinianum Auguſtum, in qua licet inuitè commendantur, & Epheſina ſynodus ſecunda prophana, & Flauiani Archiepiſcopi Conſtantinop. depoſitio. 125
Theodoſius Aug. ad Gallam Placidiam eadem quæ ſuperius continens. 125
Theodoſius Aug ad Eudoxiam Auguſtam eadem, quæ ſuperius continens. 125
Epiſt. Valentiniani & Martiani Aug. ad Leonem de erroribus fidei auferẽdis & pacem inter Epiſcopos per Concilium celebrandum conciliãda. 126
Epiſtola Martiani Aug. ad Leonem Papam, vt deliberet de futuro Concilio & de loco conuenienti. 126
Epiſtola Pulcheriæ Auguſtæ ad Leonem, qua Anatolij Epiſcopi probitas cõmendatur, & admonet fieri Cócilium maturum, & ſepultura S. Flauiani condecens facta ſignificatur. 126
Literæ miſſæ à Valentiniano, & Martiano Aug. ubique ad omnes Epiſcopos quatenus omnes in Nicęa conuenirent. 127
Literę Imperatorũ ad Anatoliũ Epiſcopũ de loco & tẽpore futuri Concilij, & vt ad illud conueniat. 127
Literę Imperatorum ad Nicęnam ſynodum, qua hortãtur vt iuxta catholicam fidem decernant, & ne moleſte ferant ipſos intereſſe non poſſe. 128
Literæ Pulcheriæ Aug. ad conſularem Bitiniæ, vt curã habeat circa diſciplinam ſynodi perhibendam. 128
Literæ Imperatorum ad Concilium congregatum Nicęæ, vt deberet migrare Chalcedonem, in qua præſente eſſe volunt. 128
Literæ Imperatorum ad Concilium Nicęnum, vt feſtinanter aduenìant in Chalcedonenſium ciuitatẽ. 128
Epiſtola Euſebij Epiſcopi Dorilei ad Imperatores Valent. & Marti. à quibus iuſtitiam petens narrat quæ male geſta ſunt à Dioſcoro Epõ Alexandrino. 135
Epiſtola Imperatorũ Theodoſij & Valẽtiniani ad Dioſcorum Alexandriæ Epiſcopum qua iubet Conciliũ congregari ad fidem explicandam. 135
Epiſt. Imperatoris ad Dioſcorum Alexãdrinum, qua iubet Barſumam locum omnium Archimandritarum Orientalium tenere. 137
Epiſt. Imperatoris ad Barſumam Archimandritam qua iubet eum ad ſynodum pergere, & locum omniũ Archimandritarum Orientalium tenere. 137
Epiſtola commonitoria Imperatoris ad Elpidium comitem ſacri Conſiſtorij, qua illi iubet vt ſynodo interſit ne tumultus fiat, & vt cognoſcat quę a ſynodo acta erunt, & de his Imperatorem certiorem faciat. 137
Epiſtola Imperatoris ad Proculum Aſię proconſulem, qua iubet vt opem ferat Elpidio, & Eulogio vicem Imperatoris in Concilio Epheſino gerentibus. 138
Epiſtola Imperatoris ad ſecũdam ſynodum Epheſinam de cauſa qua iuſſit ſynodum congregari. 138
Epiſtola Imperatoris ad Dioſcorũ Alexãdrinũ Epiſcopũ, qua illũ conſtituit caput & Iudicem Synodi. 138
Epiſtola Euſebij Durilei Epiſcopi ad Flauianum Conſtantinop. Archiepiſcopum contra Eutychem. 149
Epiſtola Theodoſij & Valentiniani Imper. ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum. 141
Reſcriptum Epiſtolę Cyrilli Alexandrię Epiſcopi ad Neſtoriũ Menſe Mechi de Incarnatione Chriſti. 151
Epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum de pace, & de partu Deiparæ, & aſſumptione humanitatis vnigeniti filij Dei. 154
Epiſtola Concilij Conſtantinop. ad Eutychem Archimandritam, vt ad ſynodum compareat. 164
Epiſt. Concilij Conſtantinopol. ad Eutychem, qua eum tertio vocat. 165
Epiſt. Monachorum Monaſterij Eutychis ad ſynodum Epheſinam dolentium de prohibita illis a Flauiano communione, & petentium a Synodo reddi. 198
Epiſt. Euſebij epiſcopi Dorilei contra Neſtorium. 230
Epiſtola Concilij Chalcedonenſis ad Martianum Imperatorem de contumacia & damnatione Dioſcori Epiſcopi Alexandrini. 256
Epiſtola Concilij Chalcedo. ad Martianum & Valentinianum Imp. de damnatione Dioſcori. 256
Epiſtola Concilij Chalcedonenſis ad diuerſas Eccleſias vt ſententiam a Concilio contra Dioſcorum cognoſcant. 257
Epiſt. Concilij Chalcedo. ad Clericos Alexandriæ de damnatione Dioſcori eorum Epiſcopi, & vt curã gerant rerum Eccleſiæ. 257
Epiſt. Concilij Chalcedo. ad Dioſcorum de ſua depoſitione. 257
Epiſtola Concilij Chalcedo. ad Pulcheriam Auguſtam de damnatione Dioſcori. 257
Literæ a Concilio directæ ad Dioſcorum Alexandrinum, quibus eum ſecundo, & tertio vocat vt ad Concilium compareat. 232. 239
Epiſtola Imperatorum Valentiniani, & Martiani, qua probant decreta Concilij Chalcedo. & prohibent ne definita amplius retractentur. 259
Alia eorundem Imperatorum, de deſtruendis quę contra Flauianum acta ſunt, & recipiendis quę à Cõcilio Chalcedo. ordinata ſunt. 260
Epiſtola Imperatorum, de confirmandis quæ à Synodo Chalcedonenſi contra Eutychem & eius monachos conſtituta ſunt. 261
Epiſtola Archimandritarum diuerſorum Monaſteriorũ ad Martianum Aug. de tuenda eis libertate, & iuriſdictione. 269
Epiſtola Archimandritarum ad Concilium pro Dioſcoro. 269
Epiſtola Archimãdritarum Catholicorum ad Martianum Aug. contra Archimandritas hæreticos. 271
Epiſtola clericorum Edeſſenæ ciuitatis ad Fotiũ & Euſtachium Epiſcopos pro Iba ſuo Epiſcopo. 302
Epiſtola Baſſiani Epiſcopi ad Martianum & Valẽtinianum

num Imperatores ſupplicatoria pro cauſa ſua. 306
Epiſtola Martiani Aug. qua hortatur Alexandrinos reuerti ad fidem explicatam per Cōcilium Chalcedo. cōtra Eutychem iuxta decreta Concilij Niceni, & formam fidei ab ipſis ſcribit. 349
Literæ Valentiniani, & Valentis Imperatorum, quibus Nicenæ ciuitati confertur priuilegium quòd ſit Metropolis. 313
Literæ Valentiniani Imperat. priuilegiales datæ Nicomedienſi ciuitati. 313
Epiſtola deprecatoria Sauiniani Parenorum Epiſcopi ad Valentinianum & Martianum Imperatores. 314
Epiſtola deprecatoria Sauiniani Paren. Epiſcopi. ad ſynodum Chalcedonenſem pro iuſtitia obtinenda. 315
Epiſtola ſynodica Cyrilli Alex. Archiepiſ. ad Dōnum Antiochenū ꝓ cauſa Athanaſij Parenorū epiſco. 315
Epiſtola Synodica Procli Archiepiſcopi ad Dōnū Antiochenum pro cauſa Athanaſij Paren. Epiſcopi. 316
Epiſtola Martiani Augusti contra hæreticos. 344
Epiſtola Martiani Aug. qua monachos Heliæ de ſuis ſceleribus reprehendit, & cur ad eos Dorotheum Comitem miſerit narrat, & hortatur, vt voluntarie ad fidem orthodoxam ſe conuertant. 350
Epiſtola Aeliæ Placidiæ Auguſtæ, ad eoſdem, & de ijs quæ ſupra Martianus. 351
Epiſtola Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopi, qua hortatur Monachos, & Archimandritas Paleſtinæ, vt fidē Orthodoxam explicatam à Cōcilio Niceno, & vltimo à Concilio Chalcedo. inuiolabiliter teneant. 352
Epiſtola Leonis Auguſti ad Conſtātinopolitanum Epiſcopum, qua demonſtrat ſe velle ab Epiſcopis doceri, quid de religionis negocio ſtatuendum ſit, vt ab Alexandrinis, & Aegyptiacis tumultus auferatur. 353
Epiſtola Paſchaſini, & aliorum Epiſcoporum de damnatione Dioſcori. 345
Epiſtola Epiſcoporum, & Cleri Alexandriæ ad Leonē Aug. de vſurpata dignitate Epiſcopatus Alexandriæ à Timotheo hæretico, & immaniſſima trucidatione Protherij Epi Alexā. expulſione Orthodoxorū Epiſcoporum, & clericorum. & de alijs ſeditioſis eius ſceleribus, & de prouiſione eccleſiæ Alex. facienda. 354
Epiſtola Epiſcoporum Aegyptiacæ diœceſis ad Archiepiſcopum Conſtantinop. de ſeditioſis ſceleribus Timothei hæretici, & de expulſione catholicorum Epiſcoporum ab eo facta, & de prouiſione Eccleſiæ Alexandrinæ facienda. 357
Epiſtola Epiſcoporum hæreticorum Aegyptiacę diœceſis ad Leonem Aug. pro Timotheo nefando. 360
Epiſt. Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem cōtra hereticos Alexandriæ & de Medicina Eccleſię Alexād. preſtanda. 361
Epiſt. Anatolij Conſtant. Epi ad Leonem Imperatorem cōtra Timotheū, & pro Chalcedonēſi Cōcilio. 363.a
Epiſt. Eporum Europæ ad Leonem Impe. contra Timotheum, & pro Cōcilijs Orthodoxis & Proterio. 364.a
Epiſt. Luciani Epiſcopi Bizæ ad Leonem Imperat. contra Timotheum, & pro Concilio Chalcedonenſi. 365
Epiſt Valentini Epiſcopi Philippopolenſis ad Leonem Imperat. de his quæ ſupra. 365.b
Epiſt. Sebaſtiani Epiſco. ad eūdē de his quę ſupra. 366.b
Epiſt. Theotimi Epiſcopi Scytiæ ad eundem de his quæ ſupra. 367.a
Epiſt. plurimorum Epiſc. Meſiæ ſecundæ ad eundem de his quæ ſupra. 367.b
Epiſt. plurimorum Epiſ. Primæ Syriæ ad eundem de his quæ ſupra. 368.a
Epiſt. Varadati Monachi ad eūdē de his quę ſupra. 369.a
Epiſt. quorundam Epiſcoporum ſecundæ Syriæ ad eundem de his quæ ſupra. 371.a
Epiſt. ad eundem Epiſcoporum Oſrenæ Prouincię Meſopotamiæ ore finitimæ Pheniciæ de his quæ ſupra. 372.a
Epiſt. eorundem, ad eundem de his quæ ſupra. 572.a
Epiſt. aliorū Epiſcoporū Fenicię de his quæ ſupra. 373.b
Epiſt Epiſcoporum Fenicię ſecunda ad eundem, de his quę ſupra. 374.b
Epiſt. Epiſcoporum Iſaurię ad eundem, de his quę ſupra. 375.a
Epiſt. Epiſcoporum primę Ciliciæ ad eundem de his quę ſupra. 377.b
Epiſt. Epiſcoporū Piſidię ad eūdē de his quę ſupra. 378.a
Epiſt. Epiſcoporū Lydię ad eūdē de his quę ſupra. 381.a
Epiſt. Epiſcoporum Pamphylię ad eundem de his quę ſupra. 381.b
Epiſt. Epiſcoporū Lycię ad eūdē de his quę ſupra. 383.a
Epiſt. Epiſcopi Rhodij ad eundē de his quę ſupra. 385.a
Epiſt. Epiſcopi Coenſi ad eūdem de his quę ſupra. 386.b
Epiſt. Epiſcoporum Helleſponti ad eundem de his quę ſupra. 387.a
Epiſt. Epiſcoporum primę Armenię ad eundem de his quę ſupra. 388.b
Epiſt. Epiſcoporum ſecundę Armenię ad eūdem de his quę ſupra. 389.b
Epiſt. Epiſcoporum primę Cappadocię ad eundem de his quę ſupra. 592.b
Epiſt. Epiſcoporum ſecundę Cappadocię ad eundem de his quę ſupra. 593.b
Epiſt. Epiſcoporū Ponti ad eūdē de his quę ſupra. 394.b
Epiſt. Epiſcoporum Helleſponti, ad eundem de his quę ſupra. 397.b
Epiſt Epiſcoporum Paphlagonię ad eundem de his quę ſupra. 399.a
Epiſt. Epiſcoporum Dardanię ad eundem de his quę ſupra. 400.a
Epiſt. Epiſcoporū Corint. ad eūdē de his quę ſupra. 400.b
Epiſt. Epiſcoporum primę Galatię ad eundem de his quę ſupra. 401.a
Epiſt. Eporum Epiri ed eundem de his quę ſupra. 403.b
Epiſt. Epiſcoporum Dirrachenę prouincię ad eundem de his, quæ ſupra. 404.b
Epiſt. Epiſcoporum Cortinę de his quę ſupra. 405.b
Epiſt. duę Epiſcoporum Tarraconenſium ad Hylarium Papam contra Siluanum Epiſcopum Calagurę, eo ꝙ canones, & diſciplinā Eccleſiaſticā violauerit. 413.a
Epiſt. Hilarij Papę ad Epiſcopos Veranum Leontium & Victurium, de priuilegijs eccleſiarum conſeruandis, ac contra canonibus cuſtodiendis. 415.b
Epiſt. Hilarij Papę ad Aſcanium Metropolit. de reuerſione Irenei ad propriam Eccleſiam, & de confirmatione Epiſcoporum ſine ſua authoritate ordinatorū, & vt ſua iura cuſtodiat. 416.a
Epiſt. Simplicij Papę ad Zenonem Spalēſem Epiſcopū, qua Vicariū Sedis Apoſtolicæ illū cōfirmauit. 417.b
Epiſt. Simplicij Papę ad Epiſcopū Rauennatem de ordinatione Epiſcoporum, & cęterorum Eccleſię miniſtrorum ipſis inuitis non facienda. 417.b
Epiſt. Simplicij ad Epiſcopos, qua mandat priuari Epiſcopum Auſinienſem, eo ꝙ illicite contra canones ordinationes feceret. 418.a
Epiſt. Simpl. ad Acaciū Cōſtantinop. Epm, qua hortatur vt ſua vigilantia pax Eccleſię Alex. reſtituatur. 418.a
Epiſt. Acacij Cōſtātinop. Epi ad Simpl. Papam cōtra Petrū Alexandrinū Epiſcopum, & pro Timotheo. 418.b
Epiſt. Felicis Papæ ad Acacium Conſtantinop. Epiſcopum de conſenſu Concilij, qua eum damnat propter communionem Euthych. hæreſis. 419.b
Epiſt. Antheonis Epiſcopi ad Petrum Epiſcopum Antiochiæ contra ſuam hæreſim. 423.a
Epiſt. Epiſcopi Apollonidæ ad Epiſcopum Antiochenū cōtra ſuam hereſim, & eum hortatur vt ad veritatem catholicæ fidei à Concil. Chalcedon. explicatæ ſe conuertat. 423.b
Epiſt. Epiſcopi Abidarum ad eundem Petrum cōtra ſuā hęreſim, & vt ad uiam veritatis ſe conuertat. 424.a
Epiſt. Epiſcopi Tralliarum ad eundem Petrum, de his quæ ſupra. 425.a
Epiſt. Epiſcopi Siciliæ ad eundē, de his quæ ſupra. 426.a
Epiſt. Epiſcopi Aculianarum ad eundem contra ſuā hæreſim, explicans myſterium incarnationis, & vt ad veritatem fidei ſe conuertat. 426.b
Epiſt. Felicis Papæ ad eundem Petrum contra ſuam hæreſim, explicās Incarnationis & Trinitatis myſteriū, & qua eū hortatur, vt ad fidem Catholicā reuertatur, & de miraculo Conſtantinopo. orto in annunciatione triſagij. 429.b
Epiſt. Acacij Cōſt. Epi ad eundē de his quę ſupra. 428.a

Epiſt.

Epiſt. Felicis Papæ ad eundem Petrum de ſua condemnatione, ac omnium ſequentium. 431.b
Epiſt. Felicis ad Zenonem Imperatorem de damnatione Petri Epiſcopi Antioch. & eius cauſa. 432.b
Epiſt. Gelaſij Papæ ad Anaſtaſium Auguſtum, qua excuſat ſuam taciturnitatem, & rogat vt integritatē Eccleſiæ tueatur, de regia, & pontificia dignitate, ac primatu Romanæ Eccleſię ac eius veritate, & de damnatione hæreticorum. 435.a
Epiſt. Gelaſij Papæ ad Epiſcopos Sicilię, vt bona Eccleſiæ quomodo diſtribuere debēt, & bona Eccleſię per ſpatium 30. annorum poſſeſſa defendant. 439.a
Epiſt. Gelaſij Papæ ad Anaſtaſium Auguſtum de duabus poteſtatibus quibus mundus regitur, de obedientia Eccleſiæ Romanæ præſtanda, de Eccleſia acriter defendēda, de primatu ſedis Romanæ, & de fide catholica, & Eccleſia quæ errare non poteſt. 445
Epiſt. Gelaſij Papæ ad Epiſcopos Dardanię, qua oſtenditur competenter fuiſſe damnatum Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum à ſede Apoſt. 447.b
Epiſt. Gelaſij Papę ad Epiſcopos Orientales de damnatione Acacij Epiſcopi Conſtantinopol. 452.a
Epiſt. Gelaſij Papæ ad Euphemianum, qua rationem reddit condemnationis Eutychis ac eis communicātium, & hortatur vt fidem catholicam ſectetur, & plebem Conſtantinop. ab hæreſi defendat. 457.a
Epiſt. Anaſtaſij Papæ ad Anaſtaſium Auguſt. qua multa decreta fecit. 463.b
Epiſt. Symmachi Papæ ad Epiſcopū Mediolanenſem de epiſcopatus ſuo benemerito. 494.a
Epiſt. Symmachi Papę ad Liberiū Patriciū, qua cōſenſū præſtat, & electionem Aquileienſem laudat. 494.b
Epiſt Symmachi Papæ ad clerum Presbyteros Diaconos Archimādritas Dardaniæ Daciæ & Illirici orientales, qua hortatur, vt damnatis hæreſibus ad fidem catholicam reuertantur. 495 502.a
Epiſt. Eccleſiæ orientalis ad Symmachum Papam, vt illis ſubueniat, & eos in communionē recidiat. 499.a
Epiſt. Clodouei Regis Francorum ad Cōcilium de immunitate Eccleſiæ ſeruanda. 500
Epiſt. ſiue Libellus Ioan. Epiſcopi Conſtatino. ad Hormiſdam Papā, qua Neſto. ex Eutyc. & reliquos hæret. anathematizat, & ſe vna cum Eccl. Rom. ſentire profitetur. 515 a
Epiſt. Iuſtini Imperatoris ad Hormiſdā Papam, qua narrat Epiſcopum Conſtantinop. vna cum clero conſentire ſtatutis Patrum, & ſedis Apoſtolicæ, & quomodo Imperator præcepit vt in omnibus locis vnitas fidei ſeruaretur. 514.b
Epiſtola Iuſtini Aug. ad Hormiſdam Papam, qua narrat pertinaciam Eccleſiarum orientalium, quę tollere nolant nomina antiſtitum ſuorū ex diptychis, & vt mollius cum ipſis agatur. 515.b
Epiſt. Hormiſdæ Papę ad Iuſtinū Imp. de myſterio Trinitatis, & de diuinitate & humanitate Saluatoris. 517.b
Epiſt. Hormiſdæ Papę ad Meliuitanæ Eccleſiæ Epiſcopū de cōmunione Eccleſię Conſtātinopolitanę. 519.b
Epiſt. Hormiſdę Papę ad Ioan. Epiſcopum, de inſtitutis ad eum directis, & vice commiſſa. 519.b
Epiſt. Hormiſdæ Papę ad Ephiphaniū Cōſtan. Epiſcopū de recōciliatione Romanę & Cōſtan. Eccleſiæ. 520.a
Epiſt. Hormiſdę ad Epiſcopos Hiſpanię de ordinatione Epiſcoporū, de pretio non accipiēdo pro epiſcopatu, & de Concilio bis in anno conuocando. 521.b
Epiſt. Hormiſdæ ad Epiſcopos Hiſpaniæ, qua eis dirigit Ioan. Cōſtan. Epiſcopi profeſſionē propter orientales clericos, qui eorū communionem popoſcerunt. 523.a
Epiſt. Hormiſdę Papę ad Hiſpalēſem Epiſcopū de commiſſa vice per Beticā, & Luſitaniā prouincias. 524.a
Epiſt. Hormiſdę ad Presbyteros, Archimandritas ſecūdæ Siriæ, qua gratulatur de eorum conſtantia. 524.a
Epiſt. Hormiſdę ad Epiſcopos Betice prouincię de congratulatione pacis. 524.b
Epiſt. Ioānis Papę de nō accuſādis Epiſcopis & de re integrādis ipſis antequā ad ſynodū conuocentur. 533.a
Epiſt. Ioannis Papæ ad Epiſcopos Italię in carcere ſcripta, qua hortatur eos ad Arianorum hæreſim extirpandam, & eorum Eccleſias conſecrandas. 534.a

Epiſt. Felicis Papæ ad omnes Epiſcopos de miſſis non celebrādis niſi in locis ſacratis, & de conſecrādis Eccleſijs, quorum conſecratio dubia eſt. 540.a
Epiſt. eiuſdem Exortatoria ad Sabinam. 313.a
Epiſt. Bonifacij ad Epiſcopum Alexandr. de recōciliatione Carthaginenſis Eccleſiæ. 544.a
Epiſt. Ioānis Papę II. ad Valeriū Epiſcopū, qua narrat Dei filiū æqualē eſſe Patri ſecūdū diuinitatem 547.b
Epiſt Ioannis Papę ad Iuſtinianum Aug. qua hortatur vt in cuſtodia fidei & pacis Eccleſię perſeueret. 548.b
Epiſt. Iuſtiniani Aug. ad Ioan. Papā, qua rogat, vt quos fidem per Concilia explicatam tenent in communionem recipiat, qui vero denegāt eundē damnet, & de ſubmiſſione Eccleſię orientalis ſedi Apoſtolicę, & de noua hęreſi quorundam, & de fide Eccleſiæ totius orientalis. 549.a
Epiſt. Io. Papæ ad Aug. Iuſtinian. qua ſuā petitionē confirmat, & eum rogat vt monaſteriū Cunitenſe, ſi damnata hæreſi ad fidem reuertentur, ipſos in ſua gratia recipiat. 55.a
Epiſt. Agapeti Papę ab Anthimū Epiſcopū Cōſtantino. cōtra ſuā hęreſim, & de duab⁹ naturis ī Chriſto. 553.a
Epiſt. Amatoris Epiſcopi ad Siluerium Papam, cū muneribus directa conſolans eum. 556.a
Epiſt. Siluerij Papæ ad Amatorem Epiſcopum acta contra ſe exponentis & de deceptoribus Epiſcoporū, & falſis teſtibus, cōtra Epiſcopū non ſuſcipiendis. 556.a
Epiſt. Siluerij Papæ ad vigilium Diaconum, qua illum condemnat, eo quod illi inſidiatus fuerit. 557.a
Epiſt. Vigilij Papæ ad Eucherium Epiſcopum de modo baptizandi, de quibuſdam hęreſibus auferēdis, & de primatu Eccleſiæ Romanæ. 561.b
Epiſt. Vigilij Papæ ad Epiſcopū Cęſareæ Cappadociæ, qua eū dānat, & deponit, & vna cū Epiſcopo Cōſtan. & omnibus cū eo cōmunicātibus excommunicat. 563.a
Epiſt. Vigilij Papę ad vniuerſos de damnatione, & excommunicatione plurimorum Epiſcoporum & clericorum Conſtantinop. 594.b
Epiſto. ſiue Libellus Epiſcopi Apamearum ſecundæ Syrię ad Iuſtinianū Aug. pro fide explicata per quatuor Concilia, & contra Anthimum, Petrum ſeuerum, & reliquos Neſtorianos, Eutychianos, & Dioſcorianos hęreticos. 580.a
Epiſt. ſiue Libellus Monachorum, & monaſteriorum ſecundę Syriæ ad eundem de his quæ ſupra. 581.a
Epiſt. ſiue Libellus Monachorum ad Mennam Patriarcham, & Concilium congregatum, de his quæ ſupra, ac ſcelera ſeditioſiſſima dictorum hæreticorum narrantes. 583.b
Epiſt. Hormiſdæ Papæ ad clerum Oriētalem exhortatoria & contra varios hæreticos. 590.b
Epiſt Hormiſdæ Papę ad Epiſcopum Conſtantino contra quoſdam hæreticos. 592.b
Epiſt. ſupplicatoria clericorum ac monachorum Antiochiæ ad Epiſcopum Conſtant. vt ipſis contra hæreticos ſuccurrere debeat. 549.a
Epiſt. Monachorum Conſtā. ad congregatam ſynodum, qua petunt ut nomina Conciliorum Nic. & Conſtan. & Cal. ac nomē Papę Leonis in diptychis recitari, & catholicos reuocet, & Seuerum condemnet. 597.b
Epiſt. Patriarchæ Ioā. Cōſtan. ad Io. Archiepiſcopū Hieroſol. qua omnia quę in ſynodo acta ſunt narrat. 601.b
Epiſt. Epiſcopi Conſtanti. ad Epiphanium Epiſcopum Tyri, qua omnia quę in ſynodo acta ſunt narrat. 601.b
Epiſt. Io. Archiepiſcopi Hieroſolymitani & aliorū Epiſcoporum ad Epiſcopum Cōſtan. pro quatuor Concilijs, & contra Seuerum & cæteros hæreticos. 602.a
Epiſt. Epiſcopi Tyri & aliorum Epiſcoporum ad ſynodum Conſtantinop. congregatam pro quatuor Concilijs, & contra Seuerum, & Io. Paramonariū, & reliquos hęreticos. 603.b
Epiſt. Epiſcoporum ſecundę Syrię ad Patriarcham, & ſynodum congregatam de condemnatione Seueri, & ſerui hereticorum. 608.b
Epiſt. ſiue Libellus Monachorū Appameę ad Epiſcopos proprios cōtra Petrū Epiſcopū Appamearum. 616.b
Epiſt. Mēnę Epiſcopi Cōſtan. ad Petrū Epiſcopū Hieroſol. de condēnatione ſupradictorū hæreticorū. 624.b

Epiſt. Archimandritarum & Monach. Hieroſol. & Oriẽtalium ad Agapetum Papam contra hæreticos damnatione dignos. 630.a
Epiſt. Eporum Orientalium ad Agapetum Papã contra ſupradictos hæreticos damnatione dignos. 635.a
Epiſt. Agapeti ad Petrum Hieroſolymitanũ de cõdemnatione Anthimi, & ordinatione Mennæ Epi Conſtã. ab ipſo Papa facta, cum ab Apoſtolo Petro nunquam per manus Papæ alius fuerit ordinatus. 637.b
Epiſt. Pontiani Epiſcopi ad Iuſtinianum Augu. qua narrat mortuos hæreticos dãnare quomodo timet propter, &c. 665.b
Epiſt. Iuſtiniani Aug. ad ſynodum Conſtantinopol. congregatam, qua hortatur vt diſcuſſa veritate de tribus quibuſdam capitulis quid de fide obſeruari debetur decernant ac ſtatuant, & quatuor Concilia corroborent. 671.a
Epiſt. Eutychij ad Vigilium Papam, qua explicat eum catholicam ſeruare fidem, & de examinandis quibuſdam difficultatibus. 674.a
Epiſt. S. Cyrilli ad Clerios, & Lamponem Presby. contra Theodorum. 705.a
Epiſt. Cyrilli ad Acacium Epiſcopum Melitanæ qua tomus Procli cõmendatur, & de vano timore Oriẽtaliũ q; ſcripta Theodori anathematizare noluerint. 705.a
Epiſt. eiuſdem ad Rabbulam Epiſcopum Edeſſæ contra Theodorum. 706.a
Epiſt. eiuſdem ad Monachos, qua illis reſpondet vt fidẽ per ſacros Patres expoſitam teneant. 706.b
Epiſto. Rabbulæ ad ſanctum Cyrillum contra impium Theodorum. 707.a
Epiſt. Theophili ad Porphyrium Epiſcopum Antiochiæ contra Theodorum, & vt hæreſim amputet. 709.a
Epiſt. Cyrilli de eo, quod vnus Chriſtus, contra Theodorum. 710.a
Epiſt. Cyrilli ad Acacium Epiſcopum contra Theodorum, Diodorum, & Neſt. & contra Epiſcopos Orientales, qui Theodoro fauebant. 716.a
Epiſto. Epiſcoporum ſecundæ Ciliciæ ad Iuſtinianum Aug. qua narrant Theodoris nomen in diptycho non reperiſſe, ſed in eius locum nomen S. Cyrilli Epiſcopi Alexandrini. 720.a
Epiſt. Iuſtiniani ad Epiſcopos ſecundę Ciliciæ vt Mopſueſtenæ congregati quando nomen Theodori ſacris diptychis oblatum fuerit cognoſcant. 721.a
Epiſt. eiuſdem Augu. ad Coſmum Epiſcopũ Mopſueſtiæ de inquiſitione per ſynodum facienda, quando nomẽ Theodori in diptychis oblatum fuerit. 721.b
Epiſt. Synodi Mopſoneſtenæ ad Vigilium Papã qua narrat adhibita diligentia inueniſſe nunquam nomen Theodori in ſacris diptychis nominatũ fuiſſe. 727.b
Epiſt. impia Theodori Epiſcopi Mopſueſt. contra Cyrillum. 778.a
Epiſto. Theodori ad Epiſcopum Samoſatenum contra ſanctos Patres, & ab eis decreta. 729.b
Epiſt. Theodori ad Neſtorium de his quę ſupra. 729.b
Epiſt. eiuſdem ad Epiſcopum Antiochiæ de his quæ ſupra. 736.a
Epiſto. eiuſdem ad eundem contra Cyrillum qui è vita diſceſſit. 730.b
Epiſt. Ibæ Epiſcopi ad Marim Perſam contra Cyrillum & Neſtorium pro Theodoro. 733.b
Epiſt. Procli Conſtãtinop. Epiſcopi ad Ioan. Epiſcopum Antiochiæ, qua hortatur, vt Ibam ab impietate recedere procuret. 735.b
Epiſt. ad Neſtorium Epiſcopũ de fide tenenda per Concilium Chalcedonenſe explicata. 738.b
Epiſt. Neſtorij ad Cyrillum, quę multas continet hęreſes. 740.a
Epiſt. Cœleſtini Papæ ad Neſtorium, qua eum reprehendit, & monet vt veritatẽ catholicæ fidei agnoſcat, alioquin ſententia excommunicationis innodetur & Cyrillo vicem ſuam committens. 742.a
Epiſt. Cyrilli, & ſynodi ad Neſtorium, qua hortantur, vt abneget hæreticam prauitatẽ, & rectam fidem ſectetur, ac illi a quibus abſtinere, & quę ſapere conueniat explicant. 744.b
Epiſt. Vigilij Papæ ad Sebaſtianum & Ruſticũ, qua eos damnat propter hæreſim. 760
Epiſt. Vigilij ad Valentinianum Epiſcopum Scythiæ de damnatione Ruſtici, & Sebaſtiani, & eorum ſectatorum, & pro fide quatuor Conciliorum. 764.a
Epiſt. Vigilij Papę ad Aurelium Epiſcopum Arelatenſe pro fide quatuor Conciliorum, & Vicariũ Sedis Apoſtolicæ illum conſtituit, & vt Regem Francorum roget vt Gothos à diſturbatione Eccleſiæ Romanæ prohibeat. 765.a
Epiſt. Pelagij Papę ad Vigilium Epiſcopum, qua plurimis authoritatibus demonſtrat aduentum filij Dei, & vnum eſſe cum Patre. 806.a
Epiſt. Pelagij Papæ ad Narſum Ducẽ in Italia, qua hortatur, vt legatis auxilium preſtet ad Epiſcopos Eccleſiæ perturbatores corrigendos. 808.a
Epiſt. Pelagij ad eundem, qua hortatur vt perturbatores Eccleſiæ corrigat, & quod (omnes etiam inuiti) ſunt ad bonum cogendi. 808.a
Epiſt. Pelagij ad eundem de his quæ ſupra, & de cõdemnatione eius ab Epiſcopis ſchiſmaticis facta. 809.b
Epiſt. Pelagij ad eundẽ de Epiſcopis Aquileienſ. & Mediolanen. ad Principem ſub cuſtodia dirigendis, & de ipſis per ſecularem poteſtatem comprimendis ſi Sedi Apoſtolicæ non ſe ſubderint. 810.a
Epiſt. Papæ Ioannis ad Epiſcopos Germanos, & Gallos, qua Chorepiſcopos propter manus impoſitionem arguit, & quod Clemens poſt B. Petrum Apoſtol. ſedem rexit, & de ſollicitudine quãta eſſe debeat in paſcendo gregem Chriſti. 814.a
Epiſt. Benedicti Papæ ad Dauid Epiſcopum, qua explicat trinitatem vnitatem eſſe. 838.a
Epiſt. Pelagij Papæ ad illegitimam ſynodum Conſtantinopo. qua eum caſſat eo quòd ſine authoritate Romani Pontificis congregata fuerit, & de cauſis maioribus ad Eccleſiam Romanam deferendis, & quæ nam ſit prouincia. 842.a
Epiſt. Pelagij Papæ ad Benignum Epiſcopum, qua oſtendit quando Epiſcopo liceat de Eccleſia in Eccleſiam tranſire. 846.a
Epiſt. Pelagij Papæ ad Epiſcopos Italię de accuſatoribus Prelatorum, & Epiſcopis quorum res detinẽtur, & de Monachis. 849.a
Epiſt. eiuſdem ad Epos Germanię, & Gallię de prætationibus quæ in Miſſis Romano more cãtantur. 850.b
Epiſto. eiuſdem ad Antoninam Patriciæ, & Deciam de Monachis defenſores non conſtituendis. 851.a
Epiſt. eiuſdem ad Epiſcopum Florentinum, qua concedit ordinari poſſe eum, qui mortua vxore cũ alia muliere fornicatus eſt. 851.a
Epiſt. eiuſdem ad Clerũ Catinenſem de Elpidio, qui in Epiſcopum electus fuit. 851.b
Epiſt. eiuſdem ad Creſconium Illuſtrem de exactionibus Epiſcoporum. 852.a
Epiſt. eiuſdem ad Benegeſtum defenſorem, & Sergium Cancellarium vt ante iudicem eiuſdem clerici nõ accuſentur. 852.a

INDEX
OMNIVM CONCILIORVM
QVÆ IN TERTIO TOMO CONTINENTVR.

CONCILIVM Anglicanũ tempore Adeodati Papę primi, anno Dñi 673. 214.a. Rege Egfredo.

Concilium aliud Anglicanum tẽpore Agathonis Papę anno Domini 680. 230

Concilium Aquenſe tempore Gregorij Papę quarti, & Pipini Regis filij Ludouici, anno Domini 837. 840.a

Concilium Aquiſgranenſe tẽpore Gregorij Papæ, & Ludouici Pij Imperatoris, anno Dñi 833. 820.a

Concilium Aquiſgrani celebratũ tempore Stephani V. Papę, & Ludouici Imperatoris, anno Domini 816. 703.a

Concilium Arelatẽſe quartum tẽpore Leonis tertij Papę, & Caroli Magni, anno Dñi 813. 679.a

Concilium Antioſiodorenſe Prouinciale tempore Deuſdedit Papæ, anno Domini 614. 51.a

Concilium Britãnicum de controuerſia Paſchatis tempore Vitaliani Papæ, Rege Oſuuio, anno Domini 664. 211.a

Conciliũ Bracarenſe tertij Prouinciale tempore Adeodati Papæ, & Regis Vuambini, anno Domini 674. 224.a

Concilium tertium Conſtãtinopolitanum Generale tempore Agathonis Papę, & Conſtãtini Aug. anno Domini 678. 234.a

Concilium ſecundum Cabilonẽſe tempore Leonis tertij Papæ, & Caroli Magni Imperatoris, anno Domini 813. 686.a

Concilium Cabilonẽſe Prouinciale, anno Domini 658. Rege Clodoueio. 208.a

Concilium Foroiulienſe tempore Adriani vel Leonis tertij Papæ, & Carolo & Pipino Regibus, anno Domini. 665.a

Concilium Francicanum ſub Zacharia Papa Apoſtolica à S. Bonifacio, & Francorum Epiſcopis ſub Carolo Manno. 437 a.b

Concilium Francofordienſe tẽpore Adriani Papę primi, & Caroli Magni, anno Domini 794. 635.a

Concilij ſexti Æcumenici Conſtãtinopolitani deſcriptio. 448.b

Concilium Generale Conſtãtinop. tertio, tẽpore Agathonis Papę, & Conſtantini Imperatoris, anno Domini 678. 234.a

Concilium Hiſpalenſe ſecundum Prouinciale tempore Bonifacij quinti, anno Domini 619. 54.a

Concilium Lateranenſe tempore Martini Papæ primi, anno Domini 660. Conſtãtino Imp. 88.a

Concilium Lateranenſe tempore Gregorij Papę. 4.a

Concilium Moguntiacum tẽpore Leonis tertij Papę, & Caroli Magni Imp. anno Domini 813. 693.a

Concilium Moguntinũ tempore Gregotij Papę quarti, & Ludouici Regis, anno Dñi 834. 832.a

Concilium apud D. Medardum in ſuburbio Sueſſionenſi Leone

quarto Papa, anno Dñi 853.881.a
Concilium Meldenſe tempore Sergij Papæ, & Caroli Iunioris Regis Francorum, anno Domini 845. 865.a
Concilium Nicænum ſecundũ Generale tempore Adriani Papę & Conſtãtini Imperatoris, & Irene matre, anno Domini 787. 453.a
Concilium Pariſiẽſe tempore Gregorij Papæ, & Ludouici, & Lotharij Imp. anno Dñi 829.769.b
Concilium Piſtenſe ad Sequanam fluuiũ celebratũ, anno Dñi 863. tempore Caroli Regis. 900.a
Concilium Rhemenſe tẽpore Leonis tertij Papæ, & Caroli Magni, anno Domini 813. 700.a
Concilium Romanum habitũ ſub Gregorio ſecundo, & Conſtantino Imp. anno Domini. 416.a
Concilium Romanũ, anno quinto Gregorij primi, anno Dñi 595.a. Imperatoribus Mauritio, Tiberio, & Theodoſio. 2.a
Concilium Romanum tẽpore Gregorij I. 4.a
Concilium Sueſſion. ſub Childerico Rege, & Duce Pipino Zacharia Papa, anno Dñi 744. 438.a.b
Concilium apud Theodonis Villã tẽpore Leonis tertij Papę, & Caroli Magni, anno Dñi 812. 697.a
Concilium Ticinenſe tẽpore Benedicti Papæ tertij, & Ludouici ſecundi Imp. anno Dñi 855. 894.a
Concilium Toletanum quartum Prouinciale tempore Theodori Papę primi, anno Dñi 643. 65.a
Concilium Toletanum quintum Prouinciale tempore Theodori Papę, anno Domini 646. 79.a
Concilium Toletanum ſextum Prouinciale tẽporo Martini Papæ, anno Domini 648. 83.a
Concilium Toletanum ſeptimum Prouinciale tẽpore Martini Papæ primi, anno Dñi 652. 181.a
Concilium Toletanum octauum Prouinciale tẽpore Eugenij Papæ, anno Domini 655. 184.a
Concilium Toletanum nonũ Prouinciale tempore Vitaliani Papæ, & Regis Receſſuinthi, anno Domini 657. 200.a
Concilium Toletanum decimum Prouinciale tempore Vitaliani Papæ, & Regis Receſſuinthi, anno Domini 658. 204.a
Concilium Toletanum vndecimũ Prouinciale tempore Adeodati Papæ Rege Vuambano, anno Domini 674. 215.a
Concilium Toletanũ duodecimũ Prouinciale tẽpore Agathonis, vel Leonis Papæ Rege Eringio, anno Dñi 681. vel 685. 374.a
Concilium Toletanum tertiumdecimum Prouinciale tẽpore Eringi Regis, Leone Papa, anno Dñi 683. vel 688. 383.a
Concilium Toletanũ fidẽ ſuã ſecũdum quatuor Cõcilia explicatã profitetur, & confirmat. 682.a
Concilium Turonicum tertium tempore Leonis tertij, & Caroli Magni, anno Domini 813. 682.a
Concilium Valẽtinum tẽpore Benedicti tertij Papæ, & Lotharij Imperatoris, anno Domini 855. Prouinciale. 889.a
Concilium Vormatienſe tempore Adriani ſecũdi Papæ, Ludouico ſecũdo Imp. anno Dñi 868. 977.b
Concilium apud Palatium Vernis ſub Pipino Rege Frãcorum habitum anno 755. Stephano tertio Papa. 439.a.b

INDEX OMNIVM EPISTOLARVM Quæ in Tertio Conciliorum Tomo continentur.

EPISTOLA Adriani Papæ ad Epiſcopos Galliciæ, & Hiſpaniarum de hæreſi Elipādi Toletani Epiſcopi. 635.a

Epiſtola Adriani Papæ ad Conſtantinū Impera. & matrem eius pro imaginibus, & eorum cultu, & vt illæ in Oriēte reſtituantur. 471.a

Epiſtola Adriani Papæ ad Patriarcham Conſtantinopo. de primatu Eccleſiæ Romanæ, de ſolicitudine erga oues Dei, de authoritate Romani pontificis, & qua narrat ſe conſenſum ſynodo non præbiturum ſi imagines non reſtituantur. 478.a

Epiſtola Agathonis Papæ, ad Conſtantinum Imperatorem, qua probat duas naturas, voluntates, atque operationes, in vna ſubſiſtentia in Chriſto, & de fide Eccleſiæ Romanæ ſequenda, quæ nunquam in fide errauit, nec errare poteſt. 243.b

Epiſtola Agathonis, & Romanæ ſynodi 125. Epiſcoporū ad Conſtantinum Imperatorem, qua eorum fidē exponunt de duabus Chriſti naturis, voluntatibus, atque operationibus, & eum hortantur. vt opem ferat pro vnitate fidei ſeruanda, quæ firma ſemper in Romana Eccleſia extitit. 258.a

Epiſtola Bonifacij ad Zachariam Papam, in qua maxime lætatur de eius promotione ad Pontificem, & de multis eum cōſulit, & petit, vt tres Epiſcopos à ſe ordinatos confirmet. 428.a.& 429.a.b

Epiſtola Cabilonenſis Concilij ad Theodoſium Epiſcopum, à quo quærunt, cur in Concilio adeſſe noluit, dū multa aduerſus eum narrata fuerīt, & de publica ſua pœnitentia. 210.b

Epiſtola Caroli Magni Regis Francorum ad Elipandū Toletanum Epiſcopum, & cæteris Epiſcopis, qua hortatur eos, vt abnegantes eorum hereſim, fidem catholicam omnium Eccleſiarum cōformem Romanæ Eccleſiæ amplectantur, & qua illis fidem ſuam ſequendam exponit. 655.b

Epiſtola Cæſarea qua quatuor Concilia fieri decernit. 769.a

Epiſtola Concilij ſecundi Nicæni, ad Epiſcopos, & clericos vniuerſos, qua illis narrat inſaniam prophani Concilij Conſtantinopol. contra Imaginum vſum inſurgentis, & illud vna cum hæreſiarchis damnatum eſſe, & quod ſanctarum imaginum vſum ſuſcipit, & adorat, & ſic, ſancta ſynodus eas venerari præcipit. 596.b

Epiſtola Concilij ſecundi Niceni ad Imperatores Conſtantinum, & Irenem, qua illi explicat errores illius prophani Concilij, quod inſurrexerit cōtra vſum ſanctarum imaginum. Et vnà cum alijs hereſiarchis condemnat: & approbat, & precipit vſum, & adorationem imaginum anathematizans omnes contrarium ſentientes. 594.a

Epiſtola Imperatoris Conſtantini, & Irenæ ad ſynodum Nicenam ſecundam exhortatoria. 456.b

Epiſtola Conſtantini Imperatoris ad Romanum Pontificem, qua hortatur, vt aliquos ad ſynodū mittat pro tollendis diſſentionibus Eccleſiarum. 234.a

Epiſtola Imperatoris Conſtantini, ad Archiepiſcopum Conſtātinopolitanum, vt Metropolitas, & Epiſcopos ad ſynodum mittat. 236.a

Epiſtola Conſtantini Imperatoris, ad ſynodum Apoſtolicæ ſedis Romæ contra aliquos Pontifices hæreticos, & de ſua ſolicitudine erga fidem, & Eccleſiaſticū ſtatum quāta ſit, & quomodo relationem Agathonis tamquam vocem Beati Petri ſuſcepit, &c. 369.a

Epiſtola Cyri ad Sergium, qua dicit vnam tantū in Chriſto operationem debere prædicari. 331.b

Epiſtola Cyri Epiſcopi Alexandrini, ad Sergiū Patriarcham Conſtanti. qua confirmat Ecthesin ſub nomine Heraclij Imperatoris ſcriptam, in qua vnam tantum operationem in Chriſto tribuit. 129.b

Epiſtola Epiſcoporum ad Imperatorem, qua illi quæ in ſynodo ab eis peracta ſunt probanda præſentāt. 812.a

Epiſtolæ exemplar ſcriptæ a Sergio præſule Conſtantinopolitanę Eccleſiæ ad Cirum præſulē eccleſię Alexandrinæ, in qua laudat eum pro vna operatione, & confirmat eam quaſi pro vnitate Acephalorum hæreticorum. 321.a

Epiſtola Felicis Siciliæ Epiſcopi ad Gregorium Papā, qua eum conſulit de conſanguinitatis coniunctione, de vexatione Epiſcoporum à ſubditis, & de dubitatione conſecrationum Eccleſiarum. 45.b

Epiſtola Gelaſij Papæ ad Imperatorē, pro ſanctis imaginibus, & de augmento ſciētiæ poſt Chriſtum. 631.b

Epiſtola Germani Epiſcopi Conſtantino. ad Epiſcopum Claudiopoleos pro imaginibus. 523.b

Epiſtola Gregorij ad Theodoricum, & Theodabertum Reges Francorum, qua illis Auguſtinum ſeruum Dei commendat. 24.a

Epiſtola Greg. Papæ Quirino ceteriſq; Hiberniæ Epiſcopis, de ijs qui ab hæreticis in nomine Trinitatis baptizati fuerint non rebaptizandis, & quid confiteri & promittere debeant reſipiſcentes ab hæreſi. 40.a

Epiſtola Gregorij Papæ ad Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem de Reccaredo Rege ad fidem conuerſo, & de trina merſione baptiſmi. 20.b

Epiſtola Gregorij Aetherio Epiſcopo Lugdunenſi de ſimoniaca hæreſi, quod Neophyti non ordinentur, cū quibus mulieribus clerici habitare non debent; & de ſynodo ſemel in anno celebrando. 37.a

Epiſtola Gregorij primi, ad Brunichildam Reginā Francorum, de pallio Siagrio Epiſcopo concedendo, & ſacris ordinibus pretio non concedendis, & de Concilio Chalcedonenſi, & de ſchiſmaticis. 11.a

Epiſtola Gregorij ſecūdi, qua Bonifacio religioſo presbytero facultatem concedit concionandi verbum Dei infidelibus. 412.a

Epiſtola Gregorij tertij ad optimates, populoſque omnium prouinciarum Germanię, qua illos hortatur ad obediendum in omnibus Bonifacio. 421.a

Epiſtola Gregorij Papæ primi, ſecundario ſeruo Dei incluſo de inſidijs Diaboli, pro Chalcedonenſi Concilio, de pęnitentium ſacerdotum reſtitutione, de ordinatione Apoſtolicæ ſedis, de muneribus ab eo trāſmiſſis, de origine animarum, de cultu imaginum. 7.b

Epiſtola Gregorij ad Felicem Epiſcopum Siciliæ, qua reſpondit ad quæſita contenta in epiſtola eiuſdem Felicis, & de ſynodo congreganda. 46.b

Epiſtola Gregorij ſecundi, qua Bonifacium Epiſcopum hortatur ad perſeuerandū in prædicatione, & ei gratulatur de infidelium conuerſione. 414.b

Epiſtola Gregorij ſecundi ad Clerum, & plebem Thuringiæ, qua illis congratulatur de perſeuerantia in fide, & hortatur eos ad obediendum Bonifacio. 413.b

Epiſtola Gregorij ſecundi, ad vniuerſum Clerum, & plebē Thuringiæ, qua illis ſcribit ordinationes, quas Bonifacio ſeruandas dedit. 413.b

Epiſtola Gregorij ſecundi, ad Epiſcopos, presbyteros, ſeu diaconos, & ad omnes Chriſtianos, qua Bonifacium Epiſcopum miſſum ad conuertendos Germanos, commendat. 412.b

Epiſtola Gregorij ſecundi ad Thuringos, qua illos hortatur ad ſuſcipiendum baptiſmum, & ad obediendum omnibus, quæ illos Bonifacius Epiſcopus docuerit, & ad conſtruenda Epiſcopia, Eccleſiaſque condendas. 413.b

Epiſtola Gregorij Papę primi, ad Anatolium diaconum Conſtantienſem, de his qui ex Hiſtriæ partibus, ad vnitatem fidei venerunt. 11.a

Epiſtola Gregorij Papæ ad Germanum Patriarchā Cōſtantinopol. pro imaginibus conſtruendis, & adorandis. 519.b

Epiſtola Gregorij Papæ primi ad Conſtantium Epiſcopum Mediolanēſem, qua gratulatur de eius electione, eumq́; admonet, quomodo ſe gerere debeat. 6.b

Epiſtola Gregorij tertij ad Baioarios, qua illos hortatur ad obediendum, & opem ferēdum Bonifacio, cui impoſuit, vt ſynodum quotannis congreget. 422.a

Epiſtola Gregorij ad Theodoricum, & Theobertū Francorum Reges de his quæ ſupra ad Reginam Brunichildam. 36.b

Epiſtola Gregorij Papæ ad Ciriacum Epiſcopum Conſtantinopolitanum de ſubmouendo profano vocabulo vniuerſalis. 18.a

Epiſtola Gregorij ad Brunichildam Reginam Francorum, de laicis ad Epiſcopatum non ordinandis, de ſimoniaca hæreſi, de Iudæis Chriſtiana mancipia poſſidentibus. 35.a

Epiſtola Gregorij ad Auguſtinum Epiſcopū Anglorum; de conuerſione gentis ipſius, & vt non glorieī in operatione virtutum, quas plerunq; faciunt, & mali. 25.a

Epiſtola Gregorij ad Serenum Epiſcopum Maſſiliēſem de imaginibus in Eccleſijs non confringendis. 33.a

Epiſtola Gregorij ad Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem de laude charitatis, de honore ſuæ prælationis, & de pallio ad ſacrum tantum Miſſarum ſolemnia tranſmiſſo. 23.a

Epiſtola Gregorij Papæ primi ad Sauinum ſubdiaconū, qua ſynodum Chalcedonenſem, & alios tres veluti quatuor libros Euangelij recipit. 6.a

Epiſtola Gregorij Papæ ad Mauricium Auguſtū de Ioanne Epiſcopo Conſtantinopolitano, qui ſibi vniuerſalis nomen arripuit. 15.b

Epiſtola Gregorij tertij ad Epiſcopos, Presbyteros, religioſos Abbates, qua illis Bonifacium Archiepiſcopum commendat. 421.a

Epiſtola Gregorij ad Brunichildam Reginam Francorum de his quæ ſupra ad eandem. 39.b

Epiſtola Gregorij ſecundi, in qua Bonifacio palliū Archiepiſcopi mittit, facultatemque concedit, vt Epiſcopos ordinet. 415.a

Epiſtola Germani Patriarchæ Conſtant. ad Epiſcopum Nacoliæ pro ſanctis imaginibus, & vt ſe ſuo Metropolitano ſubijciat, ac illi ſuſpenſionem à diuinis minatur. 523.a

Epiſtola Gregorij tertij, ad Bonifacium Archiepiſcopū, qua illi congratulatur de ſua incolumitate, & fideliū magno augmento, & ad multa eius quæſita, & dubia reſpondet. 422.a

Epiſtola Gregorij Theoctiſtæ patriciæ de tractationibus multorum non curandis, & quibus ſatisfaciendū ſit, de ijs qui dicunt coniugia religionis gratia ſolui poſſe, & de ijs qui dicunt peccata in baptiſmo non dimitti, & de pœnitentia, & de anathemate. 41.b

Epiſtola Gregorij Papæ ad Mellitum Abbatem cui dat mandata Auguſtino Epiſcopo porrigenda circa cultum veri Dei. 26.b

Epiſtola Gregorij ad Eulogium Epiſcopum Alexādrinum, vbi commemorat in ſancta Chalcedonenſi ſynodo Papam Romanum vniuerſalem appellatum. 24.b

Epiſtola Grego. Papæ primi, ad vniuerſos Epōs Hiberniæ, eos exhortās, vt ad matrem Eccleſiā redeant. 5.b

Epiſtola Gregorij Papæ primi, ad Baſilium de ſchiſmaticis, & de peruerſo conſilio Iuſtini. 10.b

Epiſtola Gregorij Papæ primi, à Theodelindam Reginam Longobardorum de ſynodo Chalcedonenſi, & Conſtantio Epiſcopo. 7.a

Epiſtola Gregorij primi ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanū de pace Eccleſiæ, ab eo per vniuerſale ſibi arrogatum nomē turbata, de ſynodo per Pelagium Papam caſſata, & in ea multa de humilitate, & contra ſuperbiam. 13.a

Epiſtola Gregorij Papæ ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, de tribus Apoſtolicis ſedibus, & de lignis tranſmittendis. 20.a

Epiſtola Gregorij ad Conſtantium Auguſtum, de miraculis corporum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & de monachis grecis mortuorum oſſa effodientibus, detentisque vendere in Oriente pro reliquijs, & de Sudario S. Pauli. 34.a

Epiſtola Gregorij Papæ primi, ad Conſtantium Epiſcopum Mediolanenſem de tribus capitulis, & Theodelinda Regina, de Epiſcopis à communione eius ſeparatis, & Agone Regi Longobardorum. 6.b

Epiſtola Gregorij ad Serenum Epiſcopum Maſſiliēſem, qua eum reprehendit, quod imagines in Eccleſijs cōfregerit, & de imaginibus in Eccleſijs faciendis, & cōſeruandis, & de malis hominibus in ſocietatem non admittendis. 33.a

Epiſtola Gregorij ad Reccaredum Regē de laude eius, quod per eum Gens Gotorum ad fidem conuerſa eſt, de muneribus beato Petro Apoſtolo ab eo miſſis, de conſtitutione aduerſus iudæos quod auri dono nō ſit corrupta, quod Principes humilitatem cordis, caſtitatem corporis, moderationē erga ſubiectos amplecti debent, & de reliquijs S. Petri, & ſanctæ Crucis ad eum miſſis. 22.a

Epiſtola Gregorij tertij ad Bonifacium, qua ei congratulatur de conuerſione infidelium Germanorum, ex quibus centū mille conuertit, & probat nonnulla eius facta in Baioariorum, facultatemq́; concedit, vt Epiſcopos ordinet. 423.b

Epiſtola Gregorij vndecimi, ad Saxones, qua eis idolorum culturam diſſuadet, & ad veram fidem ſuſcipiendam eos hortatur, propter quam eis Bonifacium mittit. 414.a

Epiſtola Gregorij Papæ ad Mauricium Auguſtū, quod qui vniuerſalē ſe nominat præco ſit Antichriſti. 19.a

Epiſtola Germani Patriarchæ Conſtantin. ad Ioannem Epiſcopum Synnadon. pro imaginibus. 521.b

Epiſtola Gregorij primi, ad Eulogium, & Anaſtaſium Epiſcopos de reſponſalibus Ciriaci, de quodam Eudoxio damnato, de anima Adæ, & de diabolo qui ingreditur cor hominis. 17.a

Epiſtola Gregorij Papæ, ad Auguſtinum Epiſcopum Cantuarienſem, qua reſpondet ad ſuas interrogationes. 27.a

Epiſtola Gregorij Papæ primi, ad Euſebium Theſalonicenſem, & alios Epiſcopos de ſuperbia Ioānis Epiſcopi Conſtantinopolitani, & Ciriaci. 18.b

Epiſtola Honorij Papæ, ad Epiſcopos, & Clerū Angliæ, de fugienda hereſi quartadecimanorum, Paſcha more iudæorum Paſcha celebrantium, & de Pelagiana hæreſi fugienda. 63.b

Epiſtola Honorij Papæ, ad Honorium Epiſcopum Doroucrnenſem, & Epiſcopū Eboracenſem, quibus poteſtatem tribuit, vt cum vnus eorum de hac vita tranſierit, is qui ſupereſt in loco defuncti alium Epiſcopum ordinet. 62.b

Epiſtola Honorij ad Regem Anglorum, qua eum hortatur ad fidei perſeuerantiam, & de duobus pallijs ad Paulinum, & Honorium Epiſcopis miſſis. 62.a

Epiſtola, ſiue diuina iuſſio Iuſtiniani Aug. ad Ioannem Papam in confirmationem ſextæ ſynodi Conſtantinopolitani. 386.a

Epiſtola Leonis Papæ ſecundi, ad Conſtantinum Imperatorem, qua gratulatur de tranquillitate catholicæ fidei eius ſolicitudine facta, & confirmat Concilium ſextum Conſtān. cum quinque alijs Concilijs, & anathematizat Hereſiarchas, & duas voluntates Chriſti prędicat. 371.a

Epiſtola Nicolai primi, ad Rothaldum Epiſcopū Sueſſioneñ. qua illum tamquam innocentem Epiſcopatui ſuo reſtituit, & anathematizat omnes, qui ſibi contradixerint, aut rem aliquam Eccleſię Sueſſioneñ. vſurpauerit. 968.a

Epiſtola Nicolai Pape primi, ad Carolum Regē, illumque cōmendat pro eius Romanæ. S. in Rothaldi cauſa ſubmiſſione. 954.b

Epiſtola Nicolai primi, ad Carolum Regem Francię, qua Hicmarij pertinaciam in cauſa Rothaldi, & erga S. Apoſt. inobedientiam oſtendit. 960.a.b

Epiſtola Nicolai Papę primi, ad Carolum Regem, qua illum adhortatur pro reſtitutione Rothaldi. 949.b

Epiſtola Nicolai Papę primi, Metropolitanis Epiſcopis, &

pis, & cæteri prouinciarum præſulibus, qua reprobat ſententiam Rothaldi. 950.b
Epiſtola Nicolai Papæ primi ad Hincmarium Archiepiſcopum Rhemenſem, qua Rothaldi Epiſcopi immeritum ab Epiſcopatu exilium oſtendit. 949.a
Epiſtola Nicolai primi ad Hincmarum Rhemenſem, qua illum reprehendit, quòd Rothaldum Sueſſion. Epiſcopum depoſuerit abſq; licentia ſua, & eum innocentem condemnauerit, necnon ad Pont. Rom. venire voleitem impedierit. 961.b
Epiſtola Nicolai Papæ primi, in qua oſtendit occaſionē expulſionis Rothaldi ab Epiſcopatu eiusque erga ſedem Apoſtolicam in ſua cauſa diſcutienda integritatem. 958.b
Epiſtola Nicolai primi, ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos Galliæ, in qua illos reprehendit, quòd Rothaldū Epiſcopum ſine conſenſu ſedis Apoſtolicæ Epiſcopatu priuauerint, & Romam venire volentem reuocauerint, & in vinculis cum detineri præceperint. 963.a
Epiſtola Nicolai Papæ primi, ad Rothaldum Sueſſonicæ Epiſcopum, qua admonet illum Romam pergere ſi æquam cauſam habere ſe credat. 954.a
Epiſtola Nicolai primi, ad Clerum, & Plebem Sueſſion. in qua illos hortatur ad recipiendum Rothaldum hilariter, eis oſtendendo eius innocentiam, & patientiam. 967.a.& b
Epiſtola Nicolai Papæ primi, ad Hincmarium Archiepiſcopum, qua illum increpat, quòd non Romanæ curiæ obedierit, & quod Rothaldum ab itinere reuocauerit. 955.b
Epiſtola Nicolai Papæ primi, ad Irmintrudam Reginā, cui reſpondet minimum ei obſequendum eſſe de non audiendo Rothaldo. 955.a
Epiſtola Nicolai Papæ primi, omnibus Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus, in qua oſtendit ſe reſtituere Rothaldum ad Epiſcopatum, cum non ſua culpa, ſed per inuidiam illo priuatus fuerit. 959.b
Epiſtolæ decretales Nicolai primi, de Rothaldi Sueſſion. Epiſcopi reſtitutione incipiunt. 948.a
Epiſtola Nicolai Papæ primi, ad Rothaldum Epiſcopū qua illi perſuadet, vt ſine mora pro ſua cauſa Romam proficiſcatur. 953.b
Epiſtola Manſueti Epiſcopi Mediolanenſis, ad Conſtātinum Imperatorem, qua vna cum ſua ſynodo traditiones ſanctorum Apoſtolorum, & venerabilium Patrum inſtituta, qui in quinq; Concilijs adfuerunt ſuſcipere, & defendere oſtendit, necnon & ſcripta Orthodoxorum Patrum prædicare, & fidem Mediolanenſis Eccleſiæ mittit. 231.b
Epiſtola Martini Papæ primi, & Synodi Lateranę ad omnes Chriſti fideles, qua hortatur eos in Chriſto duas voluntates, & operationes firmiter tenere, & in prædicatióne eorundem perſiſtere, & damnat hæreticos contrarium ſapientes. 175.b
Epiſtola Martini Papæ ad Amandum Epiſcopum, qua hortatur eum, ne propter hominum improbitatē Epiſcopatum dimittat, de clericis lapſis poſt ordinationē ad gradum priſtinum non reſtituendis, de condemnatione hereticorum modernorum, &c. 179.b
Epiſtola Pauli Epiſcopi Conſtan. ad Theodorum Papā, qua ſpretis admonitionibus ſedis Apoſtolicæ Ecthesim in heretica confirmat, & ſcripſit. 135.a
Epiſtola Photij Patriarchę Conſtantino. ad Principem Bulgarię de ſeptem concilijs œcumenicis. 445.a
Epiſtola Regum Anglię in quatuor regna diuiſæ, & Synodi Anglici ad Conciliū vniuerſale Conſtantinopo. eorum fidem exponentes, & quinque concilia amplectente, anathematizant contraria ſapientes, & regna ab omni hereſi libera eſſe oſtendunt &c. 230.a
Epiſtola Sacerdotum Orientalium ad Patriarchā Tharaſium Conſtantinop. qua illi fidem ſuam exponunt conſonam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & imagines demonſtrant accipere. 490.b
Epiſtola Sergij Patriarchæ Conſtan. ad Cyrum Epiſcopum Phaſidis de Chriſti volūtate, atque operatione, & de dogmatibus ſanctorum Patrum, & ſecundū ſenſum, & ſecundum voces ſequendis. 322.a
Epiſtola Sergij Patriarchæ Conſtantinopol. ad Honorium Papam, qua illi adducit aliquos dicentes vnam volūtatem, & operationem Chriſti, & de ſilentio imponendo huic quæſtioni, ne tumultus excitetur in populis. 323.a
Epiſtola Sophronij Patriarchæ Hieroſolymorū ad Epiſcopum Conſtantinopol. qua diffuſiſsimè tractat myſterium Trinitatis, & incarnationis & oſtendit duas naturas & voluntates, atque operationes in Chriſto fuiſſe, & anathematizat omnes hæreſiarchas, qui à Chriſti incarnatione fuerunt. 304. vſq; ad 317.b
Epiſtola Synodi Françofordiæ ad Præſules Hiſpaniæ, & cęteros catholicos, qua plurimis authoritatibus ſanctorum Patrum demonſtratur, & confutatur hæreſis Elipandi Toletani Epiſcopi, & eos hortatur, vt Chriſtum Deum verum, & verè filium Dei prædicent. 646. vſque 655.b
Epiſtola Synodi Moguntinæ ad Ludouicum Imperatorem, qua illi ſynodum eſſe cōgregatam, & quæ ad vtilitatem Eccleſiæ, & imperij neceſſaria eſſe cognouerint decernere velle oſtendit, & illum hortatur vt anteceſſores ſuos in tuenda Eccleſia ſectetur. 832.a
Epiſtola Synodi Treinenſis, qua Epiſcopi reſpōdent exhortationi Ludouici Imperatoris, eumque de ſtatu ſui regni certiorem reddunt, eique quæ corrigenda ſint exponunt. 894.b
Epiſtola Tharaſij Patriarchæ Conſtantinop. ad Epiſcopos Alexandriæ, & Antiochiæ, qua illis fidem ſuam mittit, vt ipſi fidem ſuam exponant, & ad eum dirigant. 486.b
Epiſtola Tharaſij Archiepiſcopi Conſtantinopolitani ad Adrianum Papam, qua illi narrat ordinem omniū rerum geſtarum in Concilio Nicæno, & de tranquillitate Eccleſię recuperata. 602.b
Epiſtola Tharaſij Epiſcopi Conſtantinopolit. ad Ioannem Presbyterum, & anachoritā qua monet de Concilio in Nicęna iam congregato pro ſanctis imaginibus, & de his qui ſacerdotium pecunijs adepti ſunt, & laudat pœnitentiam, & de Apoſtolicis canonibus ſequendis. 351.a
Epiſtola Vitaliani Papæ ad Vaanum cubicularium Imperialem, qua illi commendat Ioannem Epiſcopum Lappæ, vt ſuæ Eccleſiæ reſtituatur, quem cognouit ab Archiepiſcopo Cretę contra canones condemnatum. 198.b
Epiſtola Vitaliani Papę ad Oſuiuum Regem Saxonum, qua gratulatur de conuerſione gentis ſui Regni, & hortatur eum vt Paſcha, & traditiones Apoſtolorum obſeruari, & totam inſulam Deo dicari curet, ac ei reliquias ſanctorum mittit. 199.b
Epiſtola Vitaliani Papę ad Georgium Epiſcopum Siracuſanum pro Ioanne Epiſcopo Lappenſe. 199.a
Epiſtola Vitaliani Papæ ad Paulum Archiepiſcopum Cretenſem, vt Eccleſias occupatas Epiſcopo Lappæ reſtituat, vt Diaconum, qui vxorem duxit, & in duabus Eccleſijs militat, corrigat, & vt ſuum conſiliariū non bonæ famæ à ſe proijciat. 198.b
Epiſtola Vitaliani Papæ ad Archiepiſcopū Cretenſem, qua eum reprehendit, quod Epiſcopū Lappę Romanam ſedem appellantem dimittere noluit, & caſſat quæcunque contra illum acta ſunt, ac eum in priſtinū honorem reſtitui decernit. 197.b
Epiſtola Zachariæ Papæ, qua Vuittam ordinatum Epiſcopum à Bonifacio confirmat, & excommunicat omnes, qui ſibi in eo contradixerint. 430.a
Epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium, qua eum monet non eſſe iterandum baptiſmum incongruè prolata forma Baptiſmi. 430.b
Epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium, in qua reſpondet ad multa, quæ ad eum Bonifacius ſcripſerat, & Monaſterium ſancti Benedicti ab eodem cōſtructum Apoſtolico priuilegio munit. 433.a
Epiſtola Zacharię Papę ad Bonifacium, in qua confirmat tres Epiſcopos ab eo ordinatos, & hortatur eum ad ſynodum celebrandum in Francia, in qua malos Epiſcopos, Presbyteros, & alios corrigat, & ad multa alia reſpondet, quę vide in epiſtola. 435.a

Epiſtola Zachariæ ad diuerſos Epiſcopos, qua illis cõgratulatur de eorum mutua pace, & charitate, & Bonifacium eis commendat. 430.b

Epiſtola Zachariæ ad Bonifacium Archiepiſcopum, in qua dolet de calamitatibus quibuſdam, quæ acciderunt in Francia, deinde lætatur quod ſynodũ in Francia celebrauerint, eorumq́ue geſta in ea ſynodo confirmat, poſtremo ad multa reſpondet, quæ Bonifacius illi per literas ſignificauerat. 431.b

Reſcripta Nicolai primi ex Gratiani volumine in vnum collecta per Ioannem Cochleum. 959.a

Sacroſillabus libellus Paulini Epiſcopi Aquileienſis cõtra diuerſos errores, & præcipuè contra hæreſim Elipandi Epiſcopi Toletani aſſerentis Chriſtum eſſe filium Dei adoptiuum. 640.a

Epiſtolæ reſiduum Adriani ad Imperatorem, de primatu Eccleſiæ Romanæ, de non attribuendo nomen vniuerſalis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & de dominio Italię a Carolo Magno Eccleſię reſtituto, &c. 476.a

Scriptum Adriani Papæ ad Carolum Regem de imaginibus, quo confutantur illi qui ſynodum Nicęnam ſecundum oppugnarunt, qui liber falsò adſcriptus eſt Carolo Magno. 605.a, vſque 633 b

INDEX EPISTOLARVM, SEV LITERARVM, ET ORATIONVM,

VNA CVM EARVM MATERIIS, QVAE IN QVARTO TOMO CONTINENTVR.

EPISTOLA Leonis noni Papæ, aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani Epiſcoporum, & in qua multis diuerſis rationibus, & authoritatibus oſtēdit primatum, & regnū, & imperium cœleſte, & terrenum Romani Pontificis, & priuilegia, & dotatio Eccleſię Romanę facta à Cōſtātino Imperatore. 50.a. vſq; ad 64.a

Epiſtola Leonis noni Papæ ad Thomam Carthagi. Epiſcopum, de dignitate Eccleſiæ Carthaginenſis: ſed tamen Concilia vniuerſalia congregare, & Epiſcopos damnare, vel deponere ſine conſultu Romani Pontificis non debet: & vt Epiſcopus Gummitanus nullā licentiam habet Epiſcopos conſecrandi, aut deponēdi, nec Concilia Prouincialia celebrandi, ſine conſenſu Carthaginenſis Epiſcopi, & de cauſis Eccleſiarum maioribus, & difficilioribus ad Romanum Pōtificem deferendis. 64.b

Epiſtola Leonis Papæ ad duos Epiſcopos Africæ, de ijs quæ ſupra ad Epiſcopum Carthaginenſem, & de bipartito ordine ſacerdotum, & de Eccleſiaſticæ atque humanæ dignitatis ordine. 65.a

Epiſtola Leonis noni ad Petrum Epiſcopum Antiochenum, qua monet eum, vt dignitatem ſuæ ſedis omnimodo defendat, & ſuā promotionem ad Epiſcopatum confirmet, dummodo non fuerit promotus contra canones, & probat ſuam fidem conformem fidei Romanæ, cuius explicationem Papa ad eum mittit. 66.a

Epiſtola Leonis noni ad Michaelem Epiſcopum Conſtantino. qua monet, & hortatur eum, vt depoſita pertinaci, ac ſacrilega vſurpatione nominis vniuerſalis Patriarchæ, Eccleſiæ Romanæ capiti omnium Eccleſiarum ſe humiliet, & qua probat Chriſtum myſteriū corporis ſui ſub ſpecie panis azimi Apoſtolis commendaſſe. 68.a

Epiſtola Leonis noni Papæ ad Conſtantinum Imperatorem, qua hortatur eum, vt collaborare dignetur, ad recuperandum, retinendum, & defendendum patrimonia, & priuilegia ſanctæ matris Eccleſiæ ab anteceſſore Conſtantino collata, confirmata, atque defenſa, qui idē Enricus Imperator in ſuis partibus proficere mollitur, & de præſumptione Epiſcopi Conſtātinop. & commendat illi legatos, quos ad eum direxit. 70.a

Literæ Gregorij ſeptimi ad Principes, & Nationes, qua anathematizat omnes impedientes, ne legati ſui pacem ex æquo, & bono componere poſſint. 78.a

Epiſtola Concilij Generalis Baſileenſis ad Bohemos miſſa, ſuper cōcluſione vnionis in Egra facta, in quarta publica ſeſſione lecta. 430.b

Epiſtola Concilij Baſileenſis ad conuocationem Bohemorum ad Concilium. 549.a

Epiſtola Concilij Baſileenſis ad omnes Chriſti fideles, in qua Patres intendunt manere in Baſilea, & quod non credatur literis, aut mandatis in contrariū. 550.b

Epiſtola reſponſoria Concilij Baſileenſis, de authoritate cuiuslibet Concilij Generalis ſupra Papā, & quoslibet fideles, quodque ſine eius conſenſu non potuit diſſoluere Conciliū Baſileenſe Eugenius Papa quartus. 552.a

Reſponſio Concilij Baſileenſis oſtenſiua non eſſe acceptandas literas Eugenij quarti Papæ, de ſua prætenſa diſſolutione, quodque articulus de diſſolutione eſt pertinens ad fidem. 569.a

Reſponſio ſynodalis data à Præſidente Concilij Baſileenſis, quam ex ſe ipſo fecit viua voce in congregatione generali, deinde redegit in ſcriptis, ſuper acceptione decretorum per Papam faciēda, primo quā eidem à Concilio fiat prouiſio. 572.b

Epiſtola Concilij Baſileenſis ad Eugenium Papā quartum, quod pro vnione Græcorum non debet in Conſtantinopoli ſynodum celebrare. 575.b

Reſponſio Concilij Baſileenſis, quod poſſet Concilium condere indulgentias plenarias pro vnione Græcorum: quod oblatio Papæ, quo ad acceptionem decretorum non eſt ſufficiens, nec agendum eſſe modo de mutatione Concilij. 576.a

Epiſtola ſynodalis reſponſiua ad inuectiuam factam ſub nomine Eugenij Papæ, contra ſynodum Baſileenſe, ſuper materia citatorij conuocatis ad iudicium ſynodale. 580.a

Reſponſio ſynodalis facta oratoribus electorum Imperij Romani, & ciuitātibus vt ſuperſederetur in proceſſu Papæ Eugenij. 588.a

Reſponſio ſynodalis ad fundamenta, & rationes primæ, & ſecundę ſeſſionum conuenticuli Ferrarienſis, oſtēdens quod Papa erigendo ipſum conuenticulum introduxit ſchiſma in Eccleſia Dei. 590.a

Reſponſio ſynodalis ad ſchedulam proteſtationis cōtra proceſſum Papæ facta per Franciſcum de Barbauera oratorem Ducis Mediolani. 595.a

Reſponſio ſynodalis ad ſchedulam præſentatam in deputationibus per oratores principum ſuper mutatione Concilij in alterum ex tribus locis, etiam ſi Papa, & Græci non conſentirent. 598.b

Reſponſio ſynodi ad ſchedulam Oratorum Principum, de mutatione Concilij in alium ex tribus locis, vbi inchoandum eſſet omnino Concilium ad ſex menſes cum dimidio, nec interim contra Papam procedendum. 605.b

Sententia ſynodalis in congregatione generali declarans ſequentes curiam Eugenij Papæ, pœnas contentas in decretis ſynodalibus incidiſſe. 612.a

Reſponſio ſynodalis ad inuectiuam Gabrielis quondā Papæ Eugenij, publicatam in quadam diſcurſione cōuenticuli Florentini. 613.a

Epiſtola ſynodalis ad vniuerſos Chriſti fideles de obediendo Concilijs generalibus, & cauendo ipſis inobedientes. 620.a

Reſponſio ſynodalis facta oratoribus Regis Romanorum, ac Principum electorum de transferendo Concilio. 627.b

Copia literarum miſſarū Papæ ex parte Regis Angliæ, ſuper facto Concilij per dominum Epiſcopum Laudenſem, & Raſallum præceptorē ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & Magiſtrum Guidonem Priorem Prædicatorum. 630.a

Literæ Regis Angliæ illuſtris, directa Concilio per Epiſcopum Laudenſem, & Raſallum præceptorem ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & magiſtrū Guidonem priorem prædicatorum. 631.a

Epiſtola Sigiſmundi Cæſaris ex Italia ad Patres in Cōcilio Baſileæ congregatos miſſa, qua illis fauorē ſuū promittit, & vt legatos Papæ benignè ſuſcipiant hortatur. 631.b

Reſponſio facta Ambaſciatoribus, Imperatoribus ſuper facto Bohemorum in generali cōgregatione die ſabbati 29. Octobris 1435. 633.a

Epiſtola Concilij Baſileenſis miſſa ad Bohemos, qua

hortatur

hortatur eos, vt ad Concilium viros timeratos, & in lege Christi exercitatos, ad communem ſalutem, & pacem mittant, ac illis ſecuritatem promittit accedẽdi, ſtandi, redeundi, & etiam ſaluos conductus illis à principibus obtinere procurabit. 653.a

Epiſtola Concilij Baſileenſis ad Regem Frãciæ de cauſa cur Concilium congregatum ſit, & vt prælatos ſui regni cum ſua ambaſſiata ad ſacrum Conciliũ mittat hortatur. 654.b

Epiſtola Concilij Baſileenſis ad dominum de Tremollià, qua hortatur vt fauorem ſibi poſſibilem huic Cõcilio præſtet, & vt apud Regem Galliæ intercedat, vt Prælatos Galliæ cum ſua imbaſſiata ad Concilium mittat. 655.b

Epiſtola Concilij Baſil. ad Archiepiſcopum Rhemenſem Cancellarium Franciæ, qua illi gratias agit de zelo erga ſacrum Concilium, & rogat eum vt ſi quid ad perſecutionem rei, necnon ad pacem regni Franciç faciendũ videtur, Concilio ſignificare velit. 656.a

Epiſtola Concilij Baſileenſis ad Archiepiſcopum Lugdunenſem, qua illi oſtendit quantæ vtilitatis foret ſi ad Concilium cum alijs Galliæ prælatis, quam citius veniret. 656.a

Epiſtola Concilij Baſileenſis ad Regem Poloniæ, qua hortatur eum, vt viros doctos, & peritos, ac diuinarũ, & mundanarum rerum experientia imbutos ad Cõcilium pro Eccleſiæ bono mittat, necnon Epiſcopos, cæteroſq; qui de iure Concilijs generalibus intereſſe debent, ſollicitet ad Concil. conuolare. 656.a

Copia Salui conductus conceſſa per Concilium Ambaſciatoribus, Domini noſtri Papæ. 657.b

Bulla per Concil. Baſileenſe miſſa ad ſacri Imperij electores, de poteſtate Concilij generalis ſupra Papã, & oc hanc poteſtatem impedire velint rogat. 658.a

Epiſtola ſynodalis Concilij Baſil. qua inſtituitur Indulgentiæ in veneratione Corporis Chriſti. 664.b

Epiſtola Bohemis miſſa per Ambaſciatores, ſeu legatos Concilij, qua hortatur eos, vt ad Concilium pro componẽdis rebus Eccleſiæ, & fidei, nũcios mittant. 667.a

Epiſtola legatorum Concilij Baſileenſis, in Numberga exiſtentium ad Bohemos directa, de his quæ ſupra, & ſecuritatem eorum oratoribus promittunt accedendi, ſtandi, &c. 668.b

Oratio habita à magiſtro Ioanne de Bachenſtira decretorum doctore, coram Eugenio Papa in Florẽtia pro Concilio Baſil. 674.b. cum reſponſione Papæ Eugenij. 677.a

Reſponſiones factæ per dominum Antonium auditorẽ nomine fratris Ambroſij Prioris Generalis, & ſuo pro parte Papæ Eugenij quarti in generali congregatione ad petitiones factas per Oratores ſacri Concilij. 678.a

Oratio Gerardi Epiſcopi Laudenſis Oratoris Concilij Baſil. ad Regem Angliæ & reliquos Patres cõſcriptos Regni pro Concilio celebrando in Baſilea, & pro pace inter ipſum Regem & alios ineunda. 679.b

Oratio Magiſtri Andreæ de Petra Archiepiſcopi Coloſſen. quarti Ambaſciatoris Eugenij Papæ, habita in congregatione generali pro vitando ſchiſmate, & pro reformatione, & pro obediẽtia ſummo Pontifici præſtanda. 683. vſq; 690.b

Oratio Archiepiſcopi Tarentini habita ad Patres Cõcilij de primatu Romani Pontificis, de transferendo Concilio à Baſilea in Bononiam, de authoritate Papæ conuocandi Concilium, & quod Concilium nõ eſt ſupra Papam, & quod Papa ſponte Concilio ſe ſubmittit, & cupit illud perfici. 690.b. vſq; 696.b

Oratio luculenta præſidentis habita in Concilio Baſileenſi nomine Eccleſiæ catholicæ ad conuertendum Bohemos. 696.b. vſq; 708.a

Libellus Ioãnis Patriarchę Antiocheni in Cõcilio Baſileenſi promulgatus, in quo conatur oſtendere ſuperioritatem inter Concilium generale, & Papã, & quis eorum dignior, & quod Concilium ſit ſupra Papam. 708.b. vſque 720.a

Epiſtola ſiue Bulla miſſa ab Eugenio ſanctiſſimo Papa quarto Epiſcopo Colonien. qua oſtendit Concilium Baſileenſe authoritate Apoſtolica diſſolutum, & vt Epiſcopos ab illo Concilio reuocet, & ſecum in Bononiam ad Concilium ducat. 721.a

Literæ, ſeu informatio miſſa per dominum noſtrũ Eugenium Papam, ad Regem Romanorum per dominũ Iacobum Archiepiſcopum Ebredun. deliberata circa modum ſe habendi per dominos prælatos, & alios Baſileæ congregatos. 722.a

Tenor literarum Apoſtolicarũ de poteſtate Legati Papæ moderni præſidentis Concilio. 722.b

Literæ ſiue Bulla reuocationis per commiſſionem factã Domino Cardinali Legato, de Concilio, cum cauſis inibi expreſſis. 723.a

Literæ reuocationis Concilij Baſil. ab Eugenio Papa factæ, publicatæ Romæ, & alibi. [illegible]

Literæ Apoſtolicæ Eugenij Papæ ad Regem Romanorum, Vngariæ, & Bohemię ſuper Concilij diſſolutione. 72[illegible].b

Literæ Domini noſtri Papæ Eugenij [illegible] facto Cõcilio per Ambaſciatores Domino[illegible] Imperij, miſſas ad Papam in quibus non obſtante diſſolutione iterũ diuerſis de cauſis in Baſilea fieri decernit. 727.b

Literæ Eugenij Papæ ad Imperatorem reſponſiuæ ſuper factis Concilij. 729.a

Literæ Eugenij Papæ, in qua reuocat diſſolutionẽ Concilij, & illud fieri, & perfici in Baſilea decernit. 730.a

Literæ Eugenij Papæ ad Archiepiſcopũ Spalaten. Epm Cenuen. & alios in quibus reuocat diſſolutionem aliquorum geſtorum per Concilium actorum. 730.b

Litera, ſeu Bulla Præſidentiũ Concilio Baſileenſi. 731.a

Literæ Eugenij Papæ ad Archiepiſcopum Tarentinum Epiſcopum Pãduanum, & Abbatẽ ſanctæ Iuſtinæ Paduanę, de legatis Apoſtolicis q̃ præeſſe debeant Concilio, & ea illis aliquibus abſentibus, ipſi vices ſuas ſuppleant. 372.a

Literę Eugenij Papę ad Iulianum Cardinalem legatũ ſedis Apoſto. in Concilio, vt alios legatos deputatos, & ſubſtitutos, aut ſubſtituendos iuxta facultatem ipſis conceſſam ſuſcipiat. 732.b

Epiſtola Eugenij Papę ad Conciliũ, qua illi mittit Chriſtophorum Gorattonum Secretarium, qui ex Conſtantinop. rediit informatum circa materiam vnionis Gręcorum cum Latinis. 732.b

Epiſtola Eugenij Papę ad Concilium Baſileen. qua gratulatur de eorũ lætitia quam habuerunt ob aſſenſum Romani Pontificis ad eorum Concilium, ac eos hortatur, vt bonum totius Chriſtianitatis, præ oculis habeant. 731.a

Epiſtola Eugenij Papæ ad ſuos legatos præſidentes ſacro Concilio de prouiſione facienda per Concilium annatis, & diuerſis alijs negotijs auferendis, & prouidendis. 733.b

Copia Bullæ translationis Concilij Baſileen. ad ciuitatem Ferrarieñſem factæ ab Eugenio Papa quarto miſſa per dominum Vualterum de Herke Canonicum S. Martini Laodicen. ex Bononia. 734.b

Epiſtola Sigiſmondi Impera. ad Eugenium Papam prima eſt ſupplicatio ad Papam pro credẽtia primorum Ambaſciatorum domini Regis. 740.a

Epiſtola eiuſdem Imperatoris ad Eugenium Papam ſuper facto Baſileenſis Concilij. 7[illegible]0.a

Epiſtola eiuſdem Imperatoris ad Cardinalẽ Præſidentem, & congregatum Concilium Baſileen. pro continuatione, & perfectione dicti Concilij in Baſilea. 740.b

Epiſtola eiuſdem Imperatoris ad Eugenium Papam ſuper facta Concilij, qua eum monet, & rogat vt Concilium continuari, & perfici in Baſilea iterum confirmet. 741.b. & quædam monita ſiue aduiſamenta ad ipſum mittit pro reſtauratione dicti Concilij Baſileenſis. 742.a

Literæ eiuſdem ad Concilium Baſileenſe de concordia cum Papa. 745.b

Epiſtola eiuſdem ad Concilium Baſileen. de contẽtione inter aliquos Principum oratores orta de præcedentia in Conc. & quo honore afficere debẽt Ducem Saxonię declarat. 746.a

Epiſtola eiuſdem Imperatoris, qua Concilium certius

facit

facit de victoria Bohemorum aduerſus Taboritas. 746.b

Epiſtola eiuſdem Imperatoris ad Concilium, qua narrat ſe intellexiſſe Bohemos in vnam ſententiã vnamque voluntatem tractos eſſe in materia articulorum fidei. 747.a

Litera eiuſdem patens, per quam promittit inconcuſſe adhærere Concilio Baſileenſi. 747.a

Mandatum miſſum ſanctiſſimo domino noſtro Eugenio Papæ à sereniſſimo Rege Romanorum per ſuos oratores, & lectum in conſiſtorio publico de aduẽtu Regis in vrbe Romæ pro corona Imperij ſuſcipienda, & in eodem conſiſtorio oratores Imperatoris iuramentum Papæ præſtiterunt. 748.a.b

Epiſtola Imperatoris Sigiſmundi ad Concilium Baſileenſe, qua hortatur, & rogat, vt cauſam Enrici ad forum Imperatoris terminandam mittat. 749.b

Epiſtola eiuſdem Imper. ad Concilium, qua petit cauſam cuius cognitio ad ſe pertinebat, ad Concilium appellatum, & vocatum remitti: alioquin proteſtatur contra Concilium. 450.a

Epiſtola Imperatoris Romani, qua ſpondet, & promittit ſe confirmaturum certa capitula Concilij. 752.a

Epiſtola Ducis Burgundiæ ad Concilium Baſileẽ. ſuper canonizatione ſancti Petri de Lutzemburgo facienda per Concilium. 752.b

Epiſtola Ducis Burgundiæ miſſa ad Concilium Baſil. qua rogat, vt aliquos Cardinales, & alios prælatos ad dietam faciendã pro pace tractanda inter ipſum Ducem, & alios Principes nuntios ſolẽnes mittat. 753.a

Epiſtola Caroli Regis Franciæ ad Cõcilium de ijs, quæ ſupra in Epiſtola ſecunda Ducis Burgundiæ. 754.a

Literæ miſſæ per dominos Ambaſiatores Concilij exiſtentes in Bohemia ſacro Concilio lecta in generali congregatione die Sabbati 23. Aprilis, anno Domini 1435. 755.a

Epiſtola Archiepiſcopi Lugdunenſis ad Conciliũ, qua narrat Eccleſiam Gallicanam poſt longam concertationem prælatorum in vnum conueniſſe concludens. Veſtram cõuentionem ab omnibus, & præſertim ipſa Gallicana Eccleſia ſequẽdam, & cum veſtro vniuerſali Concilio debere conuenire. 755.b

Epiſtola oratorum Concilij ad Concilium Baſileen. de reductione regni Bohemiæ ad obedientiam, & vnitatem fidei, & Chriſtianæ religionis. 756.a

Epiſtola miſſa Concilio ab Ambaſiatoribus eiuſdẽ exiſtentibus in Nuremberga ſuper facto eorum legationis. 756.b

Epiſtola Imperatoris Conſtantinop. miſſa ſacro Concilio Baſileen. qua narrat, ſi Concilium cum omnibus qui neceſſario œcumenico, & vniuerſali Concilio intereſſe debẽt conuocatum fuerit, omnibus quæ circa vnitatem Eccleſiæ Græcę cum Romana ſtatuta, & ordinata fuerit ſe obedire paratum eſſe. 759.a

Epiſtola Regis Daciæ miſſa Concilio Baſileen. in fauorem ordinis ſanctæ Brigittæ. 759.b

Epiſtola alia aliquorum Epiſcoporum ad dictum Concil. in fauorem ordinis ſanctę Brigittæ. 760.b

Epiſtola ciuitatis Rothomagenſis ad Concilium Baſil. de ſedanda æmulorum diſſenſione Eccleſiæ S. Audoeni. 761.b

Epiſtola Romeorum Imperatoris ad idem Concilium ut fidem præſtent ſuis nuncijs miſſis ad Eugenium Papam, & ad ipſum Concilium ſuper concluſione de vnione facienda. 762.a

Epiſtola Ducis Sabaudiæ ad Concilium Baſil. in læſionem Ludouici Epiſcopi Lauſauen. 762.b

Epiſtola Ducis Mediolani ad Concilium, qua narrat victoriam habitam contra Regem Aragonum, & Regẽ Nauarræ, & alios Principes, qui omnes captiui remanſerunt. 763.b

Epiſtola Imperatoris Conſtantinop. ad Concilium Baſileen. qua rogat, vt locus idoneus, & maritimus pro celebrando vniuerſali Conci. eligatur, vt poſſit commodius cum ſuo Patriarcha intereſſe, & Põtifex Romanus interſit, cum plurimum valeat eius præſentia pro vnione Eccleſiarum facienda. 764.a

Epiſtola Patriarchæ Conſtantinop. ad Cõcilium Baſil. de ijs, quæ ſupra in Epiſtola Imperatoris ad idem Concilium. 764.b

Epiſtola Fratris Germani Imperatoris, qua demõſtrat fauores, & auxilia impẽdiſſe Ambaſiatoribus à Cõcilio ſibi commendatis in materia vnionis Eccleſiarum, & rogat idem Concilium, vt omnimodam diligentiam adhibeat ad conſummationem huius diuini negotij. 764.b

Epiſtola Ducis Federici Auſtriæ ad Conciliom, de quibuſdam caſtris ad Eccleſiam ipſumq́ue aduocatum dictæ Eccleſiæ pertingentibus. 765.a

Epiſtola Regis Aragonum ad Concilium Baſileen. qua narrat nuncios, & oratores ad Concilium deſtinaſſe pro vnione Eccleſiarum per Concilium adipiſcenda, ac omnes prælatos ſui rẽgni ad Conciliom venire cogere promittit. 765 b

Epiſtola Ducis Alberti Auſtriæ miſſa Concilio Baſileẽ. in qua hortatur pro viſitatione, & reformatione facienda. 766.a

Epiſtola à Bohemis, conſulibus ciuitatis Egrenſis tranſmiſſa, qua narrant nuncios ad Concilium Baſil. mittere velle, propterea ſecurum tranſitum petunt, ibiq́ue ſecuri ſtare, & redire ſine aliqua læſione. 766.b

Epiſtola miſſa a Pragenſibus ad nuncios ſacri Concilij Baſil. in Nuremberga conſiſtentibus pro cauſa Bohemorum. 767.a

Epiſtola ab eiſdem Pragenſ. conſulibus ciuitatis Nurẽberg. tranſmiſſa, qua narrant triplicatas literas à Cõcilio Baſileen. accepiſſe, quæ cum lectæ fuerint corã omni generali cõgregatione, quicquid ſuper eas deciſum fuerit quantocyus Concilio, & ipſis notificare curabunt. 767.b

Epiſtola Archiepiſcopi Logdunẽſis ad Epiſcopũ Lauſanenſem, qua narrat ſe cũ Eccleſia Gallicana reſiſtere legatis Papæ ſuper diſſolutione Concilij Baſil. monet tamen quod Papa caput Eccleſiæ ſumma cum manſuetudine tractandus ſit a Concilio. 768.a

Epiſtola ſiue literæ vniuerſitatis Pariſienſis ad viros Concilij Conſtantin. ex parte ſua deſtinatos, qua illis narrat ſe plurimum dolere de receſſu Papæ, & formã literarum, quas ad ipſum Papam deſtinarũt illis mittit, in qua vniuerſitas Pariſien. Papam hortatur, vt ad Cõcilium pro pace totius Eccleſię redire velit, & vota promiſſa de renunciatione Papatus adimplere velit. 263.a

Epiſtola vniuerſitatis Pariſien. ad prælatos Italicæ nationis, qua hortatur eos, vt pro bono pacis totius Eccleſiæ Papam inducere velint, vt ad Conciliũ redeat, & vota promiſſa adimplere velit. 264.a

Literæ vniuerſitatis Pariſien. ad Concilium Conſtantienſe ſuper facto, & receſſu Papæ à Cõcilio. 278.a

Epiſtola Ioannis Papæ ad Regem Romanorum, in qua eum rogat omni inſtantia, vt ſui miſertus apud Concilium poſt demiſſionem Papatus ſuum ſtatum, honorem, & famam ſaluam cuſtodire dignetur. 294.a

Literæ Eugenij Papæ IIII. qua oſtendit ſe adhærere Concilio Baſileen. & illud confirmat, ac diſſolutionẽ dicti Concilii reuocat, & quicquid contra dictũ Concilium ſtatuerat, annullat. 458.a

Epiſtola legati Imperatoris Romanorum ad ipſum Impera. qua narrat legationem iniunctam in conuocando omnes nobiles Bohemiæ executum fuiſſe, & quid ab eis in reſponſum obtinuerit. 769.b

Epiſtola cõmunitatis ciuitatis Pilznæ de victoria Bohemorum, & quomodo res geſta ſit ab eis ad Nicolaũ ordinis fratrum minorum cuſtodem, & procopium. 770.a

Epiſtola miſſa Cardinali legato, per quendam ciuem Nurembergen. de victoria habita contra Taboritas, & orphanos. 770.b

Epiſtola cuiuſdam Capitanei ad nobilem militem Duriſſinibam fratrẽ dilectum de victoria contra Taboritas, & vt de hoc Imperatorem certiorẽ faciat. 771.a

Epiſtola Bohemorũ ad omnes Chriſti fideles, quæ ſuas hæreſes continebat, quas ipſi Bohemi in Cõcilio defendere volebant. 771.b

Epiſtola per Egrenſes miſſa ad nuncios Concilij Nurembergę exiſtentibus, qua illis mittunt literas, quas

acceperunt in reſponſum literarum ad ipſos Pragenſes per Egrenſes à nuncijs miſſarum. 773.a
Epiſtola Pragenſium ad nuncios Concilij, qua hortatur eos ad Egram vnà cum principibus Bohemiæ venire, pro aſſicurationis oratorũ cauſa quos in promptu ſunt miſſuri ad Concilium Baſileen. 773.a
Epiſtola cuiuſdam Capitanei ad Imperatorem, de rebus Taboriticis. 773.b
Epiſtola Traiectẽſium miſſa ad ſuos commiſſarios, qua narrant, miſiſſe Epiſtolam ad Concilium Baſileen. do prouiſione facienda Eccleſiæ Cæſareen. pro conſeruatione pacis. 774.a
Epiſtola cuiuſdam Capitanei ad Imperatorẽ de rebus Taboriticis. 774.b
Epiſtola cuiuſdam Capitanei ad eundem Imper. de victis Taboritis. 776.a
Epiſtola Imperatoris Trapezundarum ad Eugenium Papam IIII. qua narrat, binas Epiſtolas ab eo per galeam Venetorum miſſas, ſuſcepiſſe &c. 775.b
Commiſſio Imperatoris Græcorum, facta vni Ambaſiatorum Concilij de loco maritimo eligendo apto, & commodo pro Concilio cõgregando pro cauſa vnionis, ac etiam vt Pontifex Romanus interſit, &c. 775.b
Commiſſio Patriarchæ Conſtantino. facta Ambaſiatori Concilij de loco competenti, & idoneo eligendo pro Concilio congregando pro vnione Eccleſiarum, qui locus cõmodus ſit, vt Eugenius Papa, & Patriarcha Conſtant. perſonaliter Concilio intereſſe poſſint vnà cum Imperat. Græcorum. 776.a
Epiſtola legati Concilij ad legatum Pontificis, qui reuerſus è Conſtã. Venetijs infirmitate detinetur, propterea quantocius ad eũ venire curabit iucundiſſimũ nuncium afferens pro vnione Eccleſiarum. 776.b
Literæ domini Eugenij Papæ IIII. ad Iulianum legatum, qua hortatur ad perſeuerantiam in cauſa fidei contra Bohemos, & mãdat quatenus expedito negotio Bohemorum greſſus ſuos dirigat ad ciuitatẽ Baſileen. iuxta iniunctam ſibi legationem. 420.b
Epiſtola Epiſcopi Arien. ad Archiepiſcopum Rauennatem, qua illi mittit totum ſucceſſum Concilij Florentini, in quo Græci cum Eccleſia Latina conuenere, è Græco in Latinum conuerſum. 779.a
Bulla Pij Papę II. retractationum omnium dudum per eum in minoribus adhuc agentem pro Concilio Baſileenſe, & contra Eugenium ſummum Pontificem ſcriptorum. 920.a
Litera domini Archiepiſcopi Hieroſolymitani ad Papam Eugenium IIII. circa materiam ſanctiſſimæ vnionis Armeniorum cum Romana Eccleſia, 914.b
Decretum Eugenij Papæ IIII. pro vnione Græcorum, atque Armeniorum effecta cum Eccleſia Romana. 909.a
Oratio Beſſarionis Archiepiſcopi Nicęni habita in ſynodo Florẽtino ad Græcos poſt plurimas publicaſq; cum Latinis habitas diſputationes pro vnione Græcorum cum Eccleſia Latina facienda. 890.a
Taxatio notariorum in Concilio Baſileenſi facta, & limitata, anno Domini 1432. 648.b
Duo decreta Sixti IIII. Pontificis de feſto conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ. 926.b
Liber magni Baſilij contra Eunomium de ſpiritu ſancto. 887.a
Oratio Beſſarionis Archiepiſcopi Nicęni habita in octauo Concilio Ferracienſi. 785.b

INDEX

INDEX CONCILIORVM,
TVM GENERALIVM,
TVM PROVINCIALIVM,

Quæ in Quarto Conciliorum Tomo continentur.

CONCILIVM Alemanũ tempore Honorij Papę III. ſub Conrado Cardinali Portuenſi legato in Alemania, anno Domini 1225. 133.a
Concilium Baſileẽſe ſub Eugenio Papa IIII. anno Domini 1431. 414.a
Concilium Colonienſe Prouinciale tempore Stephani ſexti dicti quinti, & Imperatoris Caroli tertij, anno Domini 887. 17
Concilium Cõſtãtinopolitanum quartum Occumenicum octauum, anno Domini 868. 3.a
Concilium Conſtantienſe Generale ſub Ioanne Papa XXIII. anno Domini 1414. 349.a
Concilium in Baſilica Conſtantiniana tempore Nicolai II. 73.a
Concilium Ferrarienſe inceptum, Florẽtiæ peractum, tẽpore Eugenij Papæ IIII. anno Domini 1438. 781.a
Concilium Lateranenſe Romę ſub Innocentio Papa III. anno Domini 1215. 212
Concilium Lateranenſe generale tempore Alexandri III. Papæ 280. Epiſcoporum, anno Domini 1180. 101.a
Concilium Metenſe tempore Arnulphi Regis, anno Domini ... 24.a
Concilium Moguntiacenſe tempore Stephani ſexti dicti quinti, & Arnulphi Imperatoris, anno Domini 888. 18.a
Concilium Nannetenſe tempore Arnulphi. 42.a
Concilium Oxoniẽſe tempore Stephani Archiepiſcopi, anno Domini 1261. 236 a
Concilium Romanum in Baſilica Conſtantiniana tempore Nicolai Papæ, anno Domini... 73.a
Concilium Salegustadienſe tempore Benedicti VII. Papæ, & Henrici ſecundi Imperatoris, anno Domini 1023. 45.a
Concilium Triburienſe tempore Bonifacij ſexti, & Arnulphi Imperatoris, anno Domini 895. 26.a

INDEX ACTIONVM, ET SESSIONVM, CVM MATERIIS IN IIS CONTENTIS,

Quæ in hoc Quarto Conciliorum Tomo continentur, nempe Concilij Conſtantinopolitani, Concilij Conſtantienſis, & Concilij Baſileenſis, & Ferrarienſis, ſiue Florentini,

ACtio prima Concilij Conſtant. quarti, quæ continet Epiſtolam Adriani II, Papę ad Baſilium Imper. contra ſynodum qua Ignatius depoſitus fuit, & Photius electus. Item libellum à Romana Eccleſia miſſum quo Photius anathematizatur, &c. 3.a.b

Actio 2. Concilij Conſtantin. quarti, in qua qui ceciderant cum Photio, Epiſcopi, presbyteri, & alij pœnitentes recepti ſunt. 7.b

Actio 3. Concilij Conſtantin. quarti, in qua lectæ fuerũt plures Epiſtolæ ſuper damnatione Photij, & ſuorum ſectatorum, 4.a

Actio 4. Conci. Conſtan. quarti, in qua lecta fuerũt plura quæ ſpectãt ad hoc vt laici in Epiſcopos, & presbyteros non eligantur, 4.a

Actio 5. Concilij. Conſtan. quarti, in qua Photius interrogatus non reſpondit, lecta ei fuerunt plura quæ lecta fuerãt in actione quarta, & eius conatus abiectus, & anathematizatus, & ipſe ammonitus ad pœnitentiam, 4.b

Actio 6. Concilij Conſtan. quarti, in qua actum eſt cum Epiſcopis Photij, vt ad pœnitentiam reuocarentur, & ab Impe. decretę ſunt illis induciæ ſeptem dierũ. 4.b

Actio 7. Concilij Conſtã. quarti, in qua Photius ſumma arrogantia ingreſſus poſt aliqua lecta, & Concilium ab eo, & Michaele Imperatore contra Ignatium Patriarcham & ſedem Romanam coactum damnatum, & anathematizatum fuit. 5.a

Actio 8. Concilij Conſtan. quarti, in qua acta à Photio contra Papam Nicolaum, & Ignatium Patriarcham, combuſta ſunt, & aliqui iconomachi recepti, alij verò anathematizati cum Photio. 5.b

Actio 9. Concilij Conſtan. quarti, in qua Vicarius Alexandrinæ ſedis approbat acta in octo pręcedentibus actionibus, & cum ſatisfactione recepti ſunt falſi teſtes contra Ignatium, & qui defecerãt ad Photiũ. 5.b

Actio 10. Concilij Conſt. 4. in qua ſuſcipientibus vicarijs ſenioris Romæ lecti ſunt canones ſanctæ ſynodi. 5.b

Seſſio prima Concilij Conſtanti. in qua lecta fuit bulla conuocationis Concilij, & modus traditus tam ad ea quæ dicenda, & determinãda erunt, quam etiam quo ad conſeoſum, & geſtũ, & morum compoſitionem. Ac ẽt deputati ſunt miniſtri, & officiales Concilij. 249.b

Seſſio 2. Concil. Conſtan. in qua lecta fuit ſchedula præſentata Papæ à Patriarcha Antiocheno nomine Concilij, in qua Io. Papa cedere Papatui iurauit pro tranquillitate Eccleſiæ, & in qua Imperator Papæ de hoc gratias egit, ac eius pedes oſculatus eſt, 254

Seſſio 3. in qua præſidebat Cardinalis Cameracenſis, & Imperator aderat, & pronunciati fuerunt quidã articuli ſeruandi per Concil. & primo quod ipſa ſynodus iuſtè, & ritè eſt in Conſtantienſi ciuitate congregata, & quod per receſſum Papæ, & aliorum nõ eſt diſſolutum hoc Concilium, ſed in ſua remanet authoritate, & integritate; & quod hoc Concil. non eſt diſſolutum quouſq; Eccleſia fuerit reformata, & qđ Concil. ſine rationabili cauſa non transferatur in aliam ciuitatẽ. Et quod Pręlati non debent à Concilio recedere ſine authoritate, & conſenſu eorum qui ad hoc deputandi ſunt. 254

Seſſio 4. eiuſdem Coocil. in qua lecti fuerunt aliqui articuli ſeruandi, quibus poteſtatem Papæ euacuabant, ne Romanam curiã, & officia publica à ciuitate Conſtanti. in alium locum mutet. & quicquid Papa contra Concil. decerneret irritum eſſet, & quod Cardinales de nouo ſi creati fuiſſent pro non Cardinalibus haberentur, & deputati fuerunt aliqui ex omni natione, ſine quorum authoritate nullus à Concilio recedere præſumeret, & Papa cauſam cur ipſe à Concilio receſſiſſet per Archiepiſcopum Rhemenſem in Concilio narrare fecit. 254.b

Seſſio 5. Concil. Conſtant. in qua lecta fuerunt quædam capitula in ſeſſione quarta contenta, & alia per modũ conſtitutionum ſynodalium in quibus declarãt Concilium immediatam à Deo habere poteſtatem ſuper omnes, etiam ſupra Papã, & anathemati ſubijcit eos, qui Concilio parere contempſerint, & cogit Papam Papatui renunciare pro pace Eccleſiæ, quod ſi noluerit illum deponere ſtatuunt, & Papam cogunt, vt ad Concil. reuertatur, quod ſi redire noluerit contra eũ tanquam fautorem ſchiſmatis, & de hæreſi ſuſpectũ procedere intendunt, & ſi redire voluerit ei prouideatur de ſecuritate, & in Concilio, & poſt fine Concilij, quod nõ capietur, nec incarcerabitur, & nec moleſtabitur in perſona, vel in bonis, & lecta fuerunt q̃dam auiſamenta contra Ioannem Vuicleff, & Ioannem Huſs hæreticos. Item quod ſcribantur literæ Regibus, & Principibus per mundum de receſſu Papæ à Concilio, & quædam verba prolata fuerunt, vt Regem Romanorum rogarent, vt Papam, aut vi, vel ſponte ad Concil. redire curet, quod Rex reſpondit ſe paratum eſſe ad omnia quæ a Concilio deliberata erunt, & modi diuerſi à Rege Cõcilio propoſiti fuerunt ſuper reuerſione Papæ. 256.a

Seſſio 6. in qua præſidente Cardinale Epiſcopo Oſt. publicata fuerunt quædam decreta Concilij. Primo qđ Papam Papatui renunciare oporteret, & quod Papa procuratorium ad cedẽdum Papatui facere deberet, ac illi formam procuratorij componunt, & perſonas nominant quas Papa procuratores conſtituat, & legatos conſtituunt ad requirendum Papam ſuper procuratorio faciendo, & ipſum ad Concil. citant, & ſecuritatem illi mittunt, ac illum obligare Concilio intendunt ſub amiſſione Papatus, & quod ſuſpẽdatur proceſſus donec ab eo habeatur reſponſio: Quod Vicecancellarius ſignet ſupplicationes conciſtoriales partibus auditis, & datur cõmiſſio cõtra Ioannem Huſs, & citatur Hieronymus de Praga de hæreſi infamatus, & excommunicat libellos famoſos componẽtes, & literas informatorias de geſtis ſynodalibus decreuit per mundum miſſiuas. 58.b

Seſſio 7. in qua præſidente Epiſcopo Oſtienſi Cardinali accuſata fuit contumacia Hieronymi de Praga alias citati, & non comparentis, & ordinata fuit citatio contra Ioannem Papam XXIII. Et forma citationis publicata fuit coram ſynodo, ſic etiã citatio contra Hieronymum de Praga. 264 b

Seſſio 8. in qua præſidente Epiſcopo Oſtienſi Cardinali accuſata fuit contumacia Ioannis Vuicleff, & à Concilio declarata, & definita fuit, & canones dictarum citationum, & ſententiæ diffinitiuæ cum inſcriptione articulorum deſcriptæ ſunt, ac etiam lecta fuit ſententia damnationis doctrinæ Ioannis Vuicleff, & lectæ fuerunt hæreſes 45. ſuper diuerſis materijs Ioannes Vuicleff, & poſtea Concilium hæreticum pronũciat Ioan. Vuicleff, ac eius memoriam condemnat, & oſſa eius exhumari mãdat. Poſtremo facta fuit quædam congregatio coram Imperatore, qui ab ea poſtulabat eo q̃ bellum contra Federicum Auſtriæ neceſſarie, & iuſte feciſſet, & iuraſſet ſe cum dicto Duce non velle pacem, nec treuguam facere, & nunc dictus Dux pacem petit, an periurium incurreret, ſi pacem iniret, quod reſpõſum fuit Imperatori, ſe periurium non incurrere, quando ſimpliciter Ducem ad miſericordiam reciperet, & narrata hiſtoria quo-

modo

modo Imperator Ducem in gratiam receperit, & qbus contradicentibus. Et deſcribuntur literæ ſubmiſſionis dicti Ducis. 268.a

Seſſio 9. in qua præſidente vt ſupra publicati fuerũt tenores, execqutioois, citationis in valuis Eccleſiæ, & portis ciuitatis Conſtantienſis factæ, nec non ſchedulæ depotationum officialium, & literæ miſſiuæ vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, & Concilium conſtituit commiſſarios in cauſa inquiſitionis contra Ioannem Papam, ac etiam iudices conſtituit, & deputat ſeſſionarios. 274

Seſſio 10. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Cardinal. facta fuit relatio citationis contra Ioannem Papam, & eius fautores, & ad eum defendendum nullus comparuit, & teſtes contra Ioannem Papam fuerunt examinati, & pronunciatum fuit Papam ſuſpendendum eſſe, & tenor dictæ ſuſpenſionis publicatus fuit. 278.b

Seſſio 11. in qua præſidente, vt ſupra, oſtenditur, articulos contra Papam, per plures, & diuerſos notabiles teſtes probatos fuiſſe, & tenores petitionum articulorum commiſſionum, ac literæ miſſiuæ publicantur & deſcribuntur articuli ſuper quibus Papa accuſatus fuit, & literæ Ioannis Papę deſcribuntur ad Regem Romanorum, quibus eum rogat, vt poſt dimiſſionem Papatus, ſtatum ſuum cuſtodire dignetur, ac etiam inſtrumentum deſcribitur ratificationis articulorum factum per dominum Balthazar, olim Papam Ioannem XXIII. in oppido cellis. 281.b

Seſſio 12. Concilij Conſtantinopolitani, in qua præſidẽte Epiſcopo Oſtien. Cardinale lecta fuit ſententia contra Ioannem Papam, in qua depoſitus fuit à Papatu, & omni dignitate priuatus, & decretum fuit nunquam poſſe in Papam eligi, nec alij duo ſchiſmatici, & quod ad electionem Papæ non procedendum ſit ſi contingat ſedem vacare ſine expreſſo conſenſu Concilij conſtitutum fuit, & deſcribitur inſtrumentum ratificationis ſententiæ factæ per dominum Balthazarem olim Papam in villam de cellis. 297.a

Seſſio 13. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Card. decretum fuit, Euchariſtiam poſt cœnam, nec confici, nec ſumi debere, & nec laici niſi ſub vna ſpecie tantum eam ſumant, cum totus Chriſtus ſit in vnaqualibet ſpecie, & excommunicat presbyteros populum ſub vtraque ſpecie communicantes, vel taliter fieri debere affirmantes. 300.b

Seſſio 14. in qua, in ceſſione Papatus a Gregorio Papa XII. facienda præſidebat Sygiſmundus Rex Romanorum, Gregorius XII. nuncupatus qui Papa in ſchiſmate creatus fuerat in Concilio Papatui per bullam renunciauit, & Cõcil. Conſtantinopol. legitimum eſſe declarauit, & ſchedula authorizationis lecta fuit, & ſimiliter procuratorium ad renunciandum Papatui, & Concilium decernit vacante ſede non procedatur ad electionem Roma. Pont. ſine conſenſu expreſſo Concil. & quod electio Roma. Pontif. fiat modo, & forma per Concil. ordinanda, & quod Concilium non diſſoluatur donec ſit facta electio, & quod ad hoc Rom. Rex det operam, & Concil. ratificat, & probat omnia per Gregorium XII. canonicè geſta in ſua obedientia, & declarat decretum quod ne reeligatur Gregorius, non eſſe factum ad ipſius inhabilitatem, & Coocil. reformat, & ſe facturum declarat quod prouidebit vbi duo vel plores in eodem titulo ex diuerſis obedientijs concurrunt, & recipit in Cardinales, Cardinales Gregorij XII. Quod officiarij dicti Grego. gaudeant eorum officijs, & hortatur Imper. vt det operam vt Concil. ſit tutum, & poſtea lecta fuit ſchedula renunciationis Papatus Gregorij XII. quæ renunciatio collaudata, & approbata fuit à Concilio. 303.a

Seſſio 15. Concilij Conſtantinopolitani, in qua præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. introductus fuit Ioannem Huſz accuſatus, & conuictus tanquam hæreſiarcha, & ſilentio ſub pœna excommunicationis indicto. Lectę fuerunt hæreſes Ioannis Viicleff damnatę à Concilio, & ſententia contra Ioannem Huſz lecta, & publicata fuit, & eius hereſes deſcribuntur damnatę à Concilio, & cum dictus Ioannes Huſz in ſua obduratione perſiſtent, tandem degradatus fuit coram Concilio, & factum fuit quoddam decretum contra inuaſores, & ſpoliatores accedentium, & recedentium à Concilio. 313.b

Seſſio 16. eiuſdem Concilij in qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. deputati fuerunt ambaſciatores ad Aragonium, & datur poteſtas iudicibus citandi ſub pœna priuationis illos, qui clandeſtinè à Concilio receſſerunt, & poteſtas datur pręſidenti Concilij literas expediendi, licentiam concedendi recedere à Concilio cupientibus, mandatur etiam Concilij camerario, vt Cardinalibus ceteriſque indigentibus de bonis camerę prouideat. Et formatus fuit proceſſus contra Carolum de Dueil, & Henricum de Turre inuaſores, & prędones accedentium, & recedentium à Concilio, & etiam excommunicati ſolemniter fuerunt, & in vltimo ſeſſionis regiſtrari mandat Concilium inſtrumenta de ratificatione ſententiæ contra Ioan. Papam, & transſumi literas ceſſionis Papatus Greg. XII. 318.b

Seſſio 17. de receſſu Imperatoris, quem Concil. benedixit, & in qua ſeſſione præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. & præſente Imperatore lecta fuit bulla legationis, conceſſionis, & prouiſionis domini Angeli Corarij olim Grego. Papa XII. & lecta fuit ſchedula excommunicationis latę ſententiæ contra impedientes Regem Romanorum in itinere ad Regem Aragonum, & ordinatæ fuerunt proceſſiones, & Miſſæ per ſingulis Dominicis diebus cum indulgen. centum dierum omnibus intereſſentibus pro Regis incolumitate. 332.a

Seſſio 18. Concilij Conſtantien. in qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. data fuit poteſtas iudicibus diffiniendi, & cauſas per duos cognoſcendi, & quod fides adhibeatur bullæ Concilij, & falſum committentes circa bullam Concilij puniantur, ſicut falſarij literarum Apoſtolicarum, & quod literæ expediantur ſuper gratijs per olim Papam Ioannem conceſſis, exceptis exorbitantibus, & expectatiuis, & deputati fuerunt Ambaſciatores ad Cardinales, & prælatos Italiæ ſuper factis, & negotijs Eccleſiæ cum inſtructionibus, & deliberatis, & concluſis à Concilio Conſtantien. 336.a

Seſſio 19. Concil. Conſtantien. in qua præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. Hieronymus de Praga ſuas hæreſes, & errores abiurauit, & regula fratrum minorum ſancti Franciſci à Concilio approbata fuit, & ab alijs fratribus conuentualibus ſancti Franciſci ſeparati ſunt, & poteſtas data eſt eligendi ſibi ſuperiores, & generalem Vicarium, qui confirmari deberet à Miniſtro generali, & modus eligendi Vicarium generalem, & norma in omnibus religionis negotijs obſeruanda traditur, & decretum fuit, quod non obſtantibus ſaluis conductibus Imperatoris, & Regum, &c. poſſit per iudicem competentem de hæretica prauitate inquiri. Quod beneficiati in Concilio pręſentes recipiant fructus ſuorum beneficiorum in abſentia, & cauſæ hæreſis certis iudicibus committantur, & decernit ſancta ſynodus, quod literæ ſuper prouiſionibus ad Patriarchales Metropolitanos, & alias Eccleſias, per olim Papam Ioannem, vſque ad eius ſuſpenſionem conceſſæ, expediantur. 337.a

Seſſio 20. Concilij Conſtantienſis, in qua præſidente Cardinal. Epiſcopo Oſtien. ſuper monitorio contra Ducem Auſtriæ pro Epiſcopo Tridentino, & primo miſſum fuit decretum monitorij Duci Auſtriæ pro cauſa Tridentina, cogens eum ius dominij Tridentini Epiſcopo reſtituere, & congregatio generalis congregata fuit ad audiendum relationem Ambaſciatorum ad Petrum de Luna, & Regem Aragonum, in qua lecta fuerunt quædam capitula inter Regem Romanorum Ambaſciatores Concil. & dictum Petrum, & Regem firmata, & concordata, quę à Concilio Conſtantien. firmata, & iurata fuerunt. 342.a

Seſſio 21. in qua præſidente Ioann. Cardinal. Epiſcopo Oſtien. Hieronymus de Praga in hæreſim relapſus

pſus, à Concilio fuit condemnatus, & curiæ ſeculari traditus, cuius ſententia diffinitiua deſcribitur. 353 a

Seſſio 22. Concilij Conſtantien. de vnione Ambaſciatorum Regis Aragonum, in qua præſidente Cardinal. Epiſcopo Oſtien. lectum fuit decretum locationis Ambaſciatorum Regis Aragonum, & lecta fuit ſchedula per Ambaſciatores, in qua ſignificabant, ſe velle literis conuocatorijs ſatisfacere, quæ etiam lectæ fuerunt, & à Concilio conceſſum fuit, pro illa vice tantum Ambaſiatoribus Regis Aragonum, vocem habere in Concilio, quod idem etiam cæteris Regum Ambaſiatoribus cõceditur, & lecta fuit ſchedula acceptionis decretorum conuentionum, & pactorum Concilij per Ambaſciatores Regis Aragonum. 354.a

Seſſio 23. in qua præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. commiſſio deputatorum data fuit ſuper informatione ſummaria facienda ad effectum citationis perſonalis per edictum contra Petrum de Luna. 358.a

Seſſio 24. pro citatione decernenda contra Petrum de Luna, in qua ſeſſione præſidente Cardina. Epiſcopo Oſtien. lectus fuit tenor citationis contra Petrum de Luna. 359 b

Seſſio 25. Eſt pro vnione oratorum, & procuratorum Magiſtri domini Comitis de Tuxo, & trium ſtatuum dominorum ſuorum, & lectum fuit decretum conceſſionis Eccleſiæ Olumanenſis incommodam per Concilium conceſſ. 363.a

Seſſio 26. Pro vnione Ambaſciatorum Regis Nauarræ ad ſacrum Concilium, & lectum fuit decretum de nõ derogando iuri alicuius nationis, de prioritate votorum. 363.b

Seſſio 27. pro cauſa Tridentina, in qua præſidente Epiſcopo Card. Oſtien. accuſata fuit contumacia Frederici Auſtriæ, & aliorum occupantium, & detinentium Eccleſias, ciuitates, & dominium Tridentinum. 364

Seſſio 28. in cauſa Tridentina, in qua præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. Prius accuſata fuit contumacia Frederici Auſtriæ, & aliorum non audientium ſe declarari incidiſſe pœnas contentas in monitorio, ac contra dictum Fredericum, & alios occupatores dominij Tridentini Concilium ſententiam excommunicationis ſacrilegij, & periurij publicare fecit, & terras eorum interdicto ſuppoſuit, ipſoſque pœnam in Carolina conſtitutione incidiſſe declarat, & Regem Romanorum, nec non & alios principes hortatur ſancta ſynodus contra Ducem Auſtriæ, pro indemnitate Eccleſiæ Tridentinæ. 364.b

Seſſio 29. in qua accuſata fuit contumacia Petri de Luna dicti Benedicti 13. & deputati fuerunt procuratores, & notarij in cauſa contra dictum Petrum de Luna, & lecta fuit quędam ordinatio ſuper contumacia Petri de Luna. 367.a

Seſſio 30. in qua Concil. approbat ſubtractionem obedientię factam per Regem Aragonum ipſi Petro de Luna, & reuocat quandam conſtitutionem Petri de Luna, quę incipit. Ad futuram. 368.a

Seſſio 31. in qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. ordinatum fuit, & lectum monitorium contra Philippum comitem virtutum, qui manus violentas in Epiſcopum Aſtenſem injecerat, & decretum factum fuit ſuper redintegratione Eccleſię Baionenſis, cum perplures annos duos Epiſcopos habuiſſet. 369.a

Seſſio 32. in qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. ſucceſſus canonicarum citationum, & vocationum contra Petrum de Luna dictum Benedictum XIII. factarum, narratur nec non ſuę contumacię. 371.b

Seſſio 33. in qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. Petrus de Luna à Concilio contumax publicatus fuit ac ad contra obijciendum iterum citatur. 373.a

Seſſio 34. in qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. audita relatione proceſſus probationum, & aliorum actorum in cauſa inquiſitionis per commiſſarios à Concilio deputatos contra Petrum de Luna, ſancta ſynodus ſuper citatione ad audiendum ſententiam per eandem ſynodum faciẽdam dictos commiſſarios nullam poteſtatem habere decreuit. 374.a

Seſſio 35. de vnione Ambaſciatorum Domini Regis Caſtellę, & legionis ad Concil. Conſtantienſe, & lecta fuit ſchedula approbationis capitulorum Narbonę factę per oratores Regis Caſtelle, & Concil. irritat, & annullat iuramenta pręſtita à Regibus cęteriſque principibus de non redeundo ab obedientiã domini Petri de Luna Benedicti 13. nuncupati, poſt modum per vnum Ambaſiatorem Regis Caſtellę lecta fuit ſchedula confirmationis, ſubtractionis obedientię. 374.b

Seſſio 36. in qua pręſidente Ioan. Epiſcopo Oſtiẽ. Card. lecta fuit quędam citatio contra Petrũ de Luna facta ad audiendum ſe priuari, & ſententiam ferri, lectũ ẽt fuit decretum caſſationis pęnarũ factarũ per Petrum de Luna, vigore cuiuſdam conſtitutionis pro Ambaſciatoribus Regis Caſtellæ. 378.a

Seſſio 37. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Card. accuſata fuit contumacia Petri de Luna, & contumacem illũ Concil. declarans ſententiam contra Petrum nuncupatum Papam Benedictum XIII. tulit, & Papatu, ac omni Pontificio, & honore priuat, & ipſum tanquam hæreticum, & ſchiſmatis fautorem, & nutritorem damnat, & ab Eccleſia expellit. 380.a

Seſſio 38. in qua præſidente Ioã. Eṗo. Oſt. Card. irritatæ fuerunt pœnæ latæ contra Ambaſciatores inſtantis Henrici, & reuocatæ fuerunt voces Ambaſciatoribus Regis Aragonum conceſſæ. 381.b

Seſſio 39. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Card. Concilia generalia, poſt Concil. Conſtantienſe certis temporibus aſſignatur celebranda, & ſtatuitur, ac etiam prouidetur pro ſchiſmate futuro auferendo, & multa circa electionem Papæ ſtatuuntur, & forma de profeſſione Papæ facienda deſcribitur, & quod prælati inuiti non transferantur, & de ſpolijs prælatorũ morientium. 383.b

Seſſio 40. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Card. decreuit ſancta ſynodus quædam capitula reformatione digna, per futurum Romanum Pontificem, vna cũ Concilio reformari ante diſſolutionem Concilij, & quod procedatur ad electionem Romani Pontificis, abſentia Cardinalium Petri de Luna non obſtante ac modum, & formam eligendi Papam traditur. 386.a

Seſſio 41. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Cardi. lecta fuit conſtitutio Clementis Papæ VI. ſuper modo, & forma tenendis ſuper victualibus Cardinaliũ in conclaui exiſtentium, & quædã capitula iuranda per electores Rom. Pontificis, & cuſtodis conclauis, & lectũ fuit decretum de adiungendis quibuſdã electis à Cõcil. qui ſimul cum Cardinalibus Papam eligãt, & de non ſpoliando eligendum in Papatu, & quomodo poſtea Odon de columna in Papã electus fuit, & Martinus V. nominatus, & de eius incoronatione. 387.b

Seſſio 42. in qua ṗſidente Martino V. Papa dictus Martinus bullam liberationis fecit domino Imperatori de cuſtodia olim Papæ Ioannis XXIII. & ipſum Ioannem ſibi tradidi fecit. 391 b

Seſſio 43. in qua præſidente Martino Papa V. multa decreta ab ipſo Martino V. facta ſunt, de exẽptionibus, de vnionibus, de fructibus percipiendis, de ſimonia, de vita, & honeſtate clericorum, de decimis, & alijs oneribus Eccleſiaſticis, de diſpenſationibus. 392.a

Seſſio 44. in qua præſidente Martino Papa V. deputatus fuit locus futuri Concilij ṗximè celebrãdi. 394.a

Seſſio 45. & vltima Concilij Conſtantienſis in qua præſidente Martino Papa V. & præſente ſereniſſ. Romanorum Rege abſolutum fuit Conci. & omnia eius geſta à Martino fuerunt confirmata. 394.b

Seſſio prima Concilij Baſileenſis in qua præſidebat Fabianus Cardinalis diaconus tituli S. Angeli nomine Papæ Eugenij IIII. indicatum eſt Concil. die Veneris 14. menſis Decembris 1431. & omnes qui in Concilio intereſſe debent ſub pœnis in iure contentis citantur, & peractis Miſſa ſolemni, & alijs precibus, inchoatum eſt Conc. & lectum fuit decretũ Cõſtantienſis Concil. de tẽpore, & loco celebrandi Concilia generalia, & lectum fuit inſtrumentum electionis ciuitatis Baſileenſis pro genere Conc. celebrãdo, cum quadam bulla Martini V. & etiam lecta fuit bul-

la alia

la alia Martini de initiando Concilio, & de eius approbatione, & qua Iulianum Cardinalem S. Angeli legatum Apoſto. & præſidentem dicto Concilio conſtituit, & explicatur intentio & finis Concilij Baſil. & modus ſeu geſtus in Concilio, & ſeſſione traditur, vt in Concilio Toletano decretum fuit, & quod nullum præiudicium alicui inferratur propter ſeſſionem in Concilio explicatur, & declaratus fuit proceſſus contra inuaſores, ſeu ſpoliatores accedentium ad Cõcilium, & recedentium ab illo, & contra impedientes Concil. & conſtituti ſunt officiales Concilij, & de fructibus beneficiorum percipiendis per ſuppoſita Concilij. 414.a

Seſſio 2. in qua fuit decretũ Cõc. Baſil. legitime inchoatum, & quod Concil. generale eſt ſupra Papam, & quod inobedientes Concilio etiamſi Papalis dignitatis exiſtant puniantur, & quod perſonæ Concilij nõ debent extra Concil. trahi, vel impediri, & quod qui tenentur intereſſe Concilio non recedant ſine licentia, & recedentes tenentur ſuam poteſtatem alijs in loco remanentibus relinquere. 425.a

Seſſio 3. in qua modus, & cauſa, quomodo, & cur Conci. in Baſilea ſit congregatum explicatur, & oratores ad Papã Eugeniũ fuerunt deſtinati, ad eum exorãdum vt auxilijs, fauoribus, & Concilijs Concilio aſſiſtere velit, & cum Conci. audiſſet Papam ſiniſtra informatione motum diſſolutionem Concil. attentaſſe, alios oratores ad eum deſtinauit ad ſupplicandum, & inſtãdum Papam, vt ipſam diſſolutionem reuocare dignaretur, & Concilio auxilijs, & conſilijs ſuffragaretur opportunis, poſtea decreuit, vt Concilium nullatenus diſſolui poſſet à Papa, & monitorium contra Papam ordinauit. 426.b

Seſſio 4. Conc. Baſil. in qua factus fuit ſaluus conductus Bohemorum, & miſſa fuit Epiſtola Bohemis à Cõcilio ſuper cõcluſione negotij vnionis in Egra facta, & decretum fuit, ſi ſedẽ Apoſt. vacare contigerit, durãte Concilio, electio alibi fieri nõ poſſit, niſi in loco ſacri Concilij, & declarat, quod nullus vi iuramẽti, aut promiſſionis alicui factę adſtrictũ ſe putet, vt ad Concil. venire non poſſit, & quod durante Concilio in literis Concilij vtatur bulla plumbea pendente in vna parte Spirituſſanctus in ſpecie columbę, in altera ſacroſancta generalis ſynodus Baſil. ſculptum continẽte Item decreuit Papam durante Concilio non poſſe creare Cardinales, nec creatos publicare. Item facta fuit commiſſio per Concil. domino Cardinali S. Euſtachij, ſuper regimine ciuitatis Auionenſis, & comitatus Venuſini. 430.a

Seſſio 5. de cauſis fidei in qua ſeſſione Concil. deputat iudices cauſarum fidei, & procuratorem generalem, & alios iudices ad examinãdos in cauſa generaliter, & per cognitores cauſarũ, & decreuit vltra tres menſes, iudicum poteſtatem non durare, & ordinatur auditor ordinarius cameræ, & conſtituitur Soldanus, & alij officiales, necnon notarij deputantur, & ne incorporati trahantur ad iudicium extra locum huius Cõcilij. 434.a

Seſſio 6. Concil. Baſil. in qua promotores Concilij dant ſuam petitionem, in qua Eugenium IIII. per ſynodum contumacem declarari petunt, & ſimul accuſant contumaciam Cardinalium citatorum. 435.b

Seſſio 7. quam ſedente Concilio vacante ſede Apoſto. extra Conc. non procedatur ad electionem. Item decretum fuit quod prorogetur tempus Cardinaliũ veniendi ad Concil. tempore vacationis Papatus. 437.b

Seſſio 8. in qua Concil. iterum Eugeniũ Papam ad Conciliũ citatur, & admonetur, & vt diſſolutionẽ Concilij reuocet infra 60. dies, & ſynodus mandat omnibus Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, vt tranſacto tempore infra 20. dies à curia Romana recedãt, ſub pœna priuationis officij, beneficij, &c. & ad Concil. veniant, & decreuit ſynodus vnicum debere eſſe Concil. nec poſſe aliud congregari Concil. præter congregatum in Baſilea, & decreuit pro incorporatis quod eorum beneficia non poſſunt per Papã, vel alium auferri, & quod Papa non poteſt imponere nouas gabellas in terris Rom. Eccleſiæ, & de nõ alienandis terris Eccleſiæ per Papam Eugenium. 438.a

Seſſio 9. in qua Conci. recipit Sigiſmundum Imperatorem, & caſſat proceſſus contra Ducem Vuilhebarum protectorem Concilij, & alios adhærentes Concilio. 440.a

Seſſio 10. in qua Concil. exponit, & intendit quędam capitula contenta in decreto citationis Eugenij Papæ, deinde promotores Concilij accuſauerunt contumaciã Eugenij Papæ, & per Concil. deputati ſunt aliqui ad videndum, & examinãdum proceſſum contra Eugenium factum. 441.a

Seſſio 11. in qua lectum fuit decretum Concilij Conſt. in quo habetur quod perſonæ quæ Cõcilio intereſſe debent ſine alia vocatione venire ad Concil. adſtringantur, aut ſi legitimo impedimento detineãtur perſonas idoneas cum ſufficienti mandato deſtinare teneantur, quod ſi facere neglexerint, aut Concil. prorogare, mutare, diſſoluere tentauerint infra quatuor menſes cũ reali ſatisfactione non reſipuerint, ex tunc Rom. Pontif. à Papali adminiſtratione, & aliæ perſonæ a ſuarum dignitatum adminiſtratione ſint ipſo facto ſuſpenſi, quæ quidem Papalis adminiſtratio ad ſacrum Concil. ipſo iure deuoluatur. Item decretũ fuit quod liberum ſit cuilibet venire ad Concil. & declarat Concil. verbum de prorogatione Concilij, & caſſat attentata in contrarium, & quod non diſſoluatur, aut mutetur ſine conſenſu duarum partiũ cuiuslibet, &c. & quod locus Concilij eligatur per menſem ante diſſolutionem, & declaratur illud verbum. In decenniũ, & quod electores Papæ ante ingreſſum cõclauis iurent quod ſi quis eorum eligatur ſeruabit dicta decreta. Poſtremo Concil. caſſat iuriſdictionem factam curialibus Romanę curiæ ne veniant ad ipſum Concilium. 443.b

Seſſio 12. in qua lectum fuit, & publicatum decretum citationis contra Papam, in quo eum tertiò, vt infra 40. dies ad Concil. compareat citat ſub pęna priuationis &c. & expeditum fuit decretũ de electionibus, & confirmationibus Epiſcoporum, & prælatorum. 445.a

Seſſio 13. in qua habetur accuſatio cõtumaciæ Papæ facta per promotores ſacri Concilij, & ad requiſitionẽ Principum, & præcipue Imperatoris terminum 30. dierum dicto Eugenio ad comparendum, Concilium prolungauit, & aliud decretum expediuit pro ſuppoſitorum tuitione. 450.a

Seſſio 14. Concil. Baſil. in qua aſſiſtente Imperatore in habitu Imperiali alia prorogatio monitionis Papæ ad 90. dies conceſſa fuit, & tres formulæ adhæſionis Eugenio Papæ a Concilio præſcriptæ ſunt. 454.b

Seſſio 15. in qua agitur de Concilijs Prouincialibus, & ſynodalibus celebrandis, & quid in eis præcipuè attẽdendum ſit, & qualiter puniantur Archiepiſcopus, & ſuffraganei ſi negligentes fuerint Concilio intereſſe per ſe, vel per idoneam perſonam. 456.a

Seſſio 16. in qua declaratur Papam Eugenium Concilio adhærere, celebratis cerimonijs conſuetis, incorporantur bullæ Papæ Eugenij, & primo literæ reuocationis diſſolutionis Concilij, & illud confirmãtes, poſtea tres bullæ, quibus Concilium continuari in Baſilea declarat, & illud reprehendit de temerario auſu contra Papam, & irritat quicquid contra Apoſtolicam ſedem decretum fuerit, cũ Concilium eſſe non poſſit nec ratum aliquid eſſe ſine authoritate Papæ, & incorporati ſunt Concilio præſidentes legati Eugenij Papæ, & etiam eius oratores. 458.a

Seſſio 17. ſuper admiſſione præſidentium Concilio nomine Eugenij Papę IIII. in qua ſeſſione adfuit Imperator cum Imperiali apparatu, & quibus conditionibus præſidentes Concilio fuerunt admiſſi. 465.b

Seſſio 18. ſuper inuocatione decreti Concilij Conſtant. de authoritate, & poteſtate Conciliorum generaliũ abſentibus legatis Papæ. 466.a

Seſſio 19. in qua pronunciata fuerunt decreta in materia Græcorum, Iudæorum, & Neophitarum. Itẽ quæ inter Ambaſciatores Imperatoris, & Patriarchę Grę corum, & Concilium ſtabilita ſint, pro Concilio vniuerſali celebrando pro vnione Eccleſiarum Orientalium, & Occidentalium facienda, cũ mandatis Imperatoris

peratoris ſub bulla aurea,& Patriarchę Conſtã. Ambaſciatoribus datis de gręco in latinũ tranſlatis, quæ omnia à Concilio fuerunt acceptata,& confirmata,& ſanctiſſimum Papam Eugenium Concilium rogat, vt prædictis capitulis à ſynodo approbatis expreſſum cõſenſum prębere velit,& alium decretũ pro Iudæis, & cõtra Iudæos,& Neophitos promulgatũ fuit. 467.b

Seſſio 20. de concubinarijs publicis præcipuè clericis, quomodo cõtra eos procedi debeat, & de filijs ex cõcubinatu procreatis, & de excommunicatis quos euitare tenemur,& de interdicto, & de friuole appellãtibus,& de publicãdis decretis huius ſeſſioois. 471.b

Seſſio 21. de annatis, & quod pro expeditione literarũ, bullæ,ſigilli,nihil exigatur, nec ante expeditionem, nec poſt,niſi pro labore ſcriptorum,regiſtrorũ, & abbreuiatorum,de pacificis poſſeſſionibus. Quomodo diuinum officium in Eccleſia celebrandum ſit, qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendę, & de his, qui tempore officiorum vagantur per Eccleſiam, de tabula pendente in choro, in qua deſcripti ſint ij ad quos per hebdomadam legere, & canere in ſingulis horis ptinet,de ijs qui in Miſſa aliquid cantare omittunt,vel cantant cãtilenas, vel nimis baſſe Miſſam legunt,aut ſine miniſtro. De pignorantibus cultum diuinum. De tenentibus capitula tempore Miſſę maioris,& de ſpectaculis in Eccleſijs non faciendis. 473.b

Seſſio 22. de cõdemnatione libelli Fratris Auguſtini de Roma Archiepiſcopi Nazareni. 475.b

Seſſio 23. de electione Rom. Pontificis, quomodo à Cardinalibus eſt facienda, & electus in Papam cõſenſum infra certum tempus determinatũ præſtet,& formam conſenſus Concilium dictauit,qui vt in ſingulis annis ante præſentiam Papę legatur,decreuit,& quod precipuè Papa obſeruare,& curare teneatur oſtendit, de numero, & qualitate Cardinalium, & de iuramento Cardinalis recẽs creati, & quod Cardinales decima ſuis titulis applicare debẽt,& eorum electio quomodo facienda, & quid Cardinalibus maximè curandũ ſit. 476.b

Seſſio 24. de quibuſdam actis cum Gręcis circa eorum aduentum in vniuerſali Concilio pro vnione facienda,& in qua lectæ fuerunt bullæ aureæ Imp. & Plumbeæ Patriarchæ Conſtan. in confirmatione ſupradictorum actorum, & miſſus fuit à Concil. Baſileẽſi ſaluus conductus ipſis Græcis,& promulgata fuit bulla indulgentiæ plenariæ conceſſæ à Concil Baſil. ſemel in vita, & ſemel in morte in fauorem ſubſidij pro reductione Græcorum procuranda. 483.a

Seſſio 25. de locis futuri Oecumenici Cõcilij pro Græcis,& decimas ſoluendas omnibus Eccleſiaſticis perſonis,etiam ſummo Pontif. & Cardinalibus Conciliũ indixit, & aliud decretum factum fuit pro cautione Auinionenſi. 490.a

Seſſio 26. in qua factum fuit monitorium, & citatio cõtra Eugenium Papam,& Cardinales. 492.a

Seſſio 27. in qua caſſatur nominatio, & creatio Cardinalium per Eugenium Papam IIII. facta, & lectum fuit decretum caſſationis literarum falſo bullatarũ, & aliud decretum lectum fuit quod ciuitas Auinioñ. non poſſit alienari,& recipitur in ſalua guardia Concilij. 94.b

Seſſio 28. in qua accuſatur contumacia Papæ,& declaratur contumax. 498.a

Seſſio 29. in qua reuocatur prætenſa bulla Papæ ſuper tranſlatione Concilij facta,& oſtendere conatur Cõcilium eſſe ſupra Papam,ac illi minatur ſuſpẽſionem, & priuationem Papatus ſi Concilio parere noluerit, & ſub pœna excommunicationis, & alijs pœnis præcipit omnibus tam Eccleſiaſticis quã ſecularibus perſonis ne ad Concil. congregatum per Eugenium accedant. 500.b

Seſſio 30. de modo communionis, quod non cõficientes non adſtringuntur ſub vtraq; ſpecie Euchariſtiam ſumere,cũ in qualibet ſpecie ſit totus Chriſtus,& quod hanc conſuetudinem quæ pro lege habenda eſt nemini liceat reprobare,aut immutare. 504.b

Seſſio 31. de cauſis apud quos terminari debent, & de friuolis appellationibus tollẽdis. De beneficiorũ collationibus. De gratijs expectatiuis ſiue denominationibus ſuper beneficijs vacaturis non concedendis. De ſuſpenſione Domini Eugenij Papæ ab omni adminiſtratione Papatus. 505.a

Seſſio 32. de caſſatione pretenſi electionis loci à minori parte factæ, & Conc. Ferrarienſe congregatũ ab Eugenio Papa à Concil. Baſil. damnatur, & Conc. ſchiſmaticum,& conciliabulum nuncupatur, & totam curiam Rom. Pont. ſub pœnis, & cenſuris ab obedientia Eugenij Papę ſubtrahere conantur,ac eis præcipit ne ad Concil. Ferrarienſe accedant, ſed ad Concil. Baſileen. infra ſpatium 30. dierum veniant, excommunicans omnes inuaſores accedentium, & recedentium à Concil. Baſileenſi. 511.a

Seſſio 33. De veritate fidei catholicę pro tres veritates, nempe,quod Generale Concil. poteſtatẽ immediate à Chriſto habet ſuper omnes fideles,& omnes cuiuſuis dignitatis etiam ſi Papalis exiſtant obedire Concilio tenentur, & inobedientes contumaciter condignę pœnitentiæ ſubiaceant. ſecunda quod Concil. eſt ſupra Papam, tertia quod Papa Concilium generale diſſoluere nõ poteſt ſine cõſenſu cõcilij, nec in aliud tempus prorogare, nec de loco ad locum mutare,& quòd his veritatibus oppugnans hæreticus eſt cenſendus. 516.a

Seſſio 34. De depoſitione Eugenij Papæ.4. in qua Concil. in eũ deffinitiuã ſentẽtiã depoſitionis tulit. 516.b

Seſſio 35. De ſtabilitate Concilij Baſil. & terminum eligendi nouum Papam decernit,ac omnes curiales infra ſpatiũ 60. dierum qui obediẽtiam Eugenij, & adhærentiam dimiſerint in eorum ſtatu cõfirmare promittit. 518.a

Seſſio 36 de conceptione beatæ Mariæ Virginis, in qua definitum fuit Virginem Mariam fuiſſe conceptam ſine peccato originali, & feſtum ipſius conceptionis cum indulgentijs celebrari conſtituit, & renouauit. 518.b

Seſſio 37. in qua reuocantur proteſtationes, cõuentiones, iuramenta obuiantia electioni Papæ faciendæ. 519.b. & aliud decretum factum fuit de modo eligendi nouum Pontificem,quæ electio fiat per Concil. Baſil. pro hac vice tãtum,vel de eius authoritate modis, & formis infraſcriptis, & dictauit formã conſenſus, profeſſionis, iuramenti præſtandi per ipſum electum in Papam,& aliud decretum factum fuit. ne bona electi,& eligentium rapiantur,& etiam ne tempore electionis fiant audientiæ. 520

Seſſio 38. contra inuectiuam Eugenii, & in qua decretũ factum fuit de electionibus faciendis, & aliud decretum factum de confirmatione nominatorum ad eligendum nouum Papam, & aliorum deputatorum in conclaui. 5-3.b

Seſſio 39. in qua à Concilio confirmatus fuit nouus Papa electus qui fuit Amedeus Dux ſabaudiæ 526.a

Seſſio 40. de conſenſu Felicis.5. electi in Papam,tũc Ducis ſabaudiæ,& de eius profeſſione facta ante conſpectum concilij,& de eius coronatione, & decretum factum fuit quod domino Felici tunc Amedeo Papæ ſit obediendum. 529 b

Seſſio 41. in qua condemnantur quidam libelli habiti ſcandaloſi per Eugenium quartũ Papam editi, & præcipuæ cum dictus Eugenius Felicem antipapã ludibrio haberet,& ipſum damnaſſet. 531.a

Seſſio 42. de prouiſione Felicis Papæ 5. pro eius ſuſtentatione. 533.a

Seſſio 43. in qua feſtum viſitationis Virginis Mariæ inſtitutum fuit cum indulgentijs conceſſis ijs qui Miſſarum ſolemniis, Matutinis, proceſſionibus ſermoni, primis, & ſecundis veſperis dictæ ſolemnitatis interfuerint. 538.b

Seſſio 44. de tuitione ſuppoſitorum huius ſacri concilij. 537.a

Seſſio 45. & vltima in qua electa fuit ciuitas Lugdunẽſis pro proximo futuro concilio infra trienniũ celebrando,& in qua conceſſa fuit indulgentia,& abſolutio, & habilitatio,& diſpenſatio ab omnibus, & ſuper omnibus peccatis, pœnis, cenſuris irregularitatibus fructibus male perceptis, & beneficiis ſimoniacæ obtentis

quibuſ-

quibuſcunque incorporatis, & per ſex menſes incorporandis huic, ſacro Concilio, & lectum fuit decretũ quinque concluſionum Concilij Baſileenſis contra Eugenium Papam. 541.b

Seſſio prima Concilij Ferrarienſis in qua habetur acceſſus Imperatoris Conſtantinop. ad Concil. Ferrar. ordo ſedium, quæſt. de purgatorio nomina omnium prælatorum, qui Concilio interfuerunt, & quædam oratio Beſſarionis Cardinalis, & conſenſus Patriarchæ Conſtantinop. vt œcumenica ſynodus Ferrariæ celebretur. 781.a

Seſſio 2. Concil Ferrar. in qua proponitur quæſitum priuatim inter ipſos diſpotatores quis nã primus negotium aggredietur, & quo nã genere diſputandi vti, & de qua quæſtione agere prius deberet. 788.b

Seſſio 3. in qua explicatur cauſa ſchiſmatis ac deſidij eccleſiæ Græcæ. 789.a

Seſſio 4. in qua diſputatũ foit inter Græcos, & Latinos, an liceat ſymbolo fieri additio, & de authoritate Ro. eccleſiæ declarãdi, illuſtrãdi, & addẽdi ſymbolo. 792.a

Seſſio 5. Concil. Ferrar. in qua ponuntur rationes Græcorum ex varijs Cõcil. ſelectæ ſacro ſymbolo nõ poſſe fieri additio. 794.a

Seſſio 6. Concil. Ferrar. in qua reſpõdetur a latinis obiectionibus Græcorum ordinatim. 798.b

Seſſio 7. in qua explicatur ſententia illa Concil. Niceni Cõſtantinop & Calcedõ. (quòd quicquid decreuerit ſancta ſynodus impermutabile ſit) quomodo intelligatur. 803.b

Seſſio 8. in qua Græci nituntur reſpõdere cũ argumẽtis, tũ authoritatibus à latinis adductis ſeſſione ſexta, & ſeptima in quibus Eccleſiã Ro. habere facultatẽ ſymbolum illuſtrandi atque declarandi diſſeritur. 810.b

Seſſio 9. in qua explicatur à Græcis quædam ſententia ſancti Cirilli. & B. Agatonis, q̃ videtur illis explicare non licere nec vllo addere ſymbolo. 816.a

Seſſio 10. in qua latini varijs authoritatibus, & rationibus adducti optimè particolam illam (ea filioq́;) eſſe poſitã explicant cõtra Grecos, deinde diſſerunt an liceat ſymbolo addere reſpondendo adamus in argumentis Græcorum. 817.b

Seſſio 11. in qua attendunt latini explicare intelligentiã illius loci Concil. Epheſini (vt nemini liceat proferre, cõſcribere, & componere) qui locus fuit adductus à Græcis ad probandum Eccleſiæ Romanæ non licere addere ſymbolo. 820.b

Seſſio 12. in qua habetur prolixa diſputatio inter Græcos & latinos An Chariſio liceret componere ſymbolũ, ipſumq́; celebrare, quomodo ſymbolum Neſtorianum a Concilio Niceno fuit antiquatum, & reprobatum. 823.a

Seſſio 13. in qua introducti fuerunt oratores ducis Burgundiæ, qui ſalutato de more ſolitu ſummo Pontifice, ei litteras dederunt, ipſeq́; lectæ fuerunt, & fuit dimiſſa ſynodus. 829.b

Seſſio 14. in qua nihil fuit actũ niſi ab ijſdẽ ducis Burgũdiæ ſalutatus Imperator, & fuit ſeſſio dimiſſa. 829.b

Seſſio 15. in qua Græci petunt à latinis ſymbolum ſibi traditum exhortantes eos obſeruare traditiones maiorum Patrum, deinde auferre ea ſymbolo particulã illã (ea filioq́; procedit,) cum quid impium eſſe aſſerebãt quos adhortatur Imperator vt in vnionẽ eccleſiarum incumbent. tandem ob peſtem determinatur a pontifice ſynodum transferendum eſſe Florentiam. 829.b. 830.a b

Seſſio 16. & vltima Ferrariæ in qua legitur decretum ſummi Pontifi. de transferenda ſynodo Florentiam, vnde commemoratur diſceſſus ſummi Pontifi. & latinorum, & Imperatoris, mentioq́; de pompa magna qua honorificẽtiſſime fuit acceptus Imperator à Florentinis. 831.a.b

Seſſio 17. Florentiæ celebrata, A. D. 1439. die Iouis 26. menſis Februarij, in qua prolixa habetur oratio inter Imperat. & Iulianum Cardinalem. ſiquidem Imperator aiebat ꝓ Græcis melius deinceps expedire q̃ſtiones tractaturas inter Græcos & latinos priuatim agere. Deinde communiter in ſeſſionibus diſputarent. & quod ad alteram quæſtionem deuenirent, cum hac tamẽ conditione, vt ad Papã ſi ipſis placuerit redire valerent. cui Cardi pro latinis minime aſſentire voluerit, ſed quod omnis quæſtio communiter agerent in ſeſſione Hinc fuerunt electi diſputatores pro vtraq; parte, & fuit dimiſſa ſeſſio. 831.b

Seſſio 18. Florentiæ, in qua exorditur quæſtio de proceſſione. ſpiritus. S. An Spiritus ſanctus procedat à patre & à filio, vbi multa adducuntur argumẽta, & rationes, & authoritates ſanctorũ Patrũ ꝓ vtraq; parte, ſcilicet Latinorum & Græcorum. 834.a

Seſſio 19. Florẽtiæ, in qua eandem quæſtionem de proceſſione S. Spiritus proſequũtur, vnde habetur longa diſputatio inter Grecos, & Latinos ob varias ĩtelligẽtias ſententiæ ſancti Baſil. 10 ſeſſione. 18 poſitę. 840.a

Seſſio 20. Florẽtiæ in qua eadẽ q̃ſtio de ꝓceſſione S. ſpiritus tractatur innixa autoritate magni Baſil. 845.a

Seſſio 21. Florentiæ in qua oſtenditur auctoritate magni Baſil. Spiritum ſanctum à filio accipere eſſe, ipſumq́; ordine ac dignitate tertium eſſe. 851.a

Seſſio 22. Florentiæ in qua inter alia adhuc perſiſtunt Græci, & latini in auctoritatę S. Baſil. An Spiritus ſanctus ordine tertius ac dignitate, & diſſeritur an ſententia S. Baſil. ſit corrupta ex parte latinorum vel ex parte Græcorum. 856.b

Seſſio 23. Florentiæ in cuius exordio prolixe conantur Græci probare Spiritum ſanctum minime procedere ea filio. Tandem reuertuntur ad examinationem ſententiæ magni Baſilij, vbi Imper. videns controuerſiam, adhortatur omnes benigniſſime vt quam primũ veliot rem hanc perſolnere. 863.a

Seſſio 24. Florentiæ in qua nil aliud tractatur niſi quod latini reſpondent illi authoritati Domini noſtri (S. cum venerit paracletus qui à patre procedit) à Græcis adductę pro cõfirmanda eorum opinione, ſcilicet quod Spiritus ſanctus non procedat ea filio. 870.a

Seſſio 25. & vltima Florẽtiæ, quæ cum prolixa ſit in eius exordio plurimæ quidem à latinis adducuntur ſentẽtiæ probantes Spiritum ſanctum procedere ea filioq́; quibus viſis ac lectis in libris, ceperunt Græci cogitare de concordia, ac pace, licet Græcorum conſenſus in duas fuerit diuiſas partes. Hinc Græci miſerunt nuntios ad Pontificem dicentes ſe non velle amplius cum latinis diſputationes habere Quibus Pontifi. reſpondet vt vnam ex ijs quatuor conditionibus eligerent, vel vt demonſtrationibus acquieſcerent, vel ſi quas authoritates haberent in Concilium in mediũ adducant, vel ſi volunt magis ſatisfieri à latinis, vel deniq; ſeſſione vocata ſolẽniq; miſſa celebrata quiſq; Græcorum ſimul & Latinorum iuratus liberis ſuffragijs ſuam ſententiam dicant, vt quæ ſentẽtia pluribus conſtaret ſuffragijs, ea ſuſcipiatur. Tandem fuit facta cõiunctio, & pax inter Latinos & Græcos, poſtq́; multa alia fuerunt peracta, fuitq́; abſoluta ſynodus octaua Florentiæ. 871.a. vſque 896. perdurat.

INDEX OMNIVM CONCILIORVM, QVÆ IN QVINTO TOMO CONTINENTVR.

CONCILIVM Auguſtēſe tempore Reuerend. Othoni ſanctę Romanæ Eccleſiæ tit. ſanctæ Balbinę presbyteri Cardinalis, & Epiſcopi Auguſtani, anno Domini 1548. 294.a
Concilium Colonienſe celebratū, anno Domini 1536. 243.a
Concilium Coloniēſe tempore D. Adolphi ſanctæ Coloniēſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ſacri Romani Imperij, Archicancellarij, Principis electoris, Veſtphaliæ, & Vngariæ Ducis, legatique nati, anno Domini 1549. 331.a
Concilium Lateranenſe nouiſſimū ſub Iulio II. & Leone X. celebratum, anno Domini 1521. 1.a
Concilium Mediolanēſe primum quod Pio IIII. Pontifice Carolus Borrhomeus S. R. E. presb. Cardinalis titu. ſanctæ Praxedis legatus ad vniuerſam Italiam, & Archiepiſcopus Mediolani habuit, anno Domini 1555. 505.a
Concilium Mediolanenſe ſecundū quod Carolus Borrhomeus S.R.E. Cardinalis tit. ſanctæ Praxedis Archiepiſcopus Med. habuit, anno Domini 1569. 503.a
Concilium Mediolanenſe tertium tempore Caroli Borrhomei S. R. E. tit. ſanctæ Praxedis Cardinalis Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopi Mediolani, anno Domini 1576. 583.a
Concilium Mediolanenſe quartū, quod Carolus S. R. E. Cardinalis tit. ſanctæ Praxedis, Archiepiſcopus habuit, anno Domini 1574. tempore Gregorij XIII. Pontif. 607
Concilium Mediolanenſe quintū, quod Carolus S. R. E. Cardinalis tit. ſanctæ Praxedis, Archiepiſcopus Mediolani habuit, anno Domini 1579. tempore Gregorij XIII. Pont.
Concilium Moguntinum tempore Sebaſtiani Archiepiſcopi Moguntini ſacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellarij, & Principis electoris, anno Domini 1549. 354.a
Concilium Senonenſe celebratum ſub Reuerendiſſimo D. Antonio à Prato, anno Domini 1523. 211.a
Concilium Treuerenſe tēpore Ioānis Archiepiſcopi Treuerenſis ſacri Romani Imperij per Galliam, & regnum Arelatenſe Archicancellarij, ac Principis electoris, anno Domini 1549. 318.a
Concilium aliud Treuerenſe tempore Ioannis Archiepiſcopi Treuerenſis, ſacri Romani Imperij per Galliā, & regnū Arelatenſe Archicancellarij, Principis electoris, anno Domini 1549. 379
Concilium Tridentinum tempore Pauli III. Iulij III. & Pij IIII. anno Domini 1542. 389.a

INDEX
COPIOSISSIMVS
EORVM
QVAE IN HOC PRIMO CONCILIORVM TOMO ſcitu digna reperiuntur.

Epitomes ferè vicem explens.

Litera, A, primam Columnam, B ſecundam demonſtrat.

AARON Epiſcopus, filij verò eius preſbyteri. fol.306.b
Abraham iuſtificatus eſt in Deum credens, ita quotquot in Chriſtum credentes illius veſtigijs innixi iuſtificabantur. 919.b.920.a
Abſens non condemnandus, neque accuſandus. 336.b. 341.a.400.b
Abſente aduerſario accuſator non audiendus. 421.b
Abſentem nulla lex damnat. 368.b
Abſtinendū fortiter ab oibus a diabolo excogitatis.64.b
Abſtinendum ab omni auaritia & iniuſtitia: etiam concupiſcēdo.63.a.qui ſecus fecerit, niſi reſipuerit, damnatus eſt. 63.b
Abſtinere à carne eſt quoddā ieiuniū imperfectū.242.b
Accuſandi licētia in cauſis ꝓprijs nulli denegāda. 823.b
Accuſandi ſacerdotem, aut teſtificandi contra ipſum licentia laico non permittenda. 301.a
Accuſātio Epiſcoporum facilis eſſe non debet, & quare. 400.b. 421,a
Accuſatio Epiſcopi intra terminos prouinciæ terminanda. 400.b
Accuſatio nulla inter fideles fieri debet. 357.a
Ad accuſationem qui non admittendi. 823.b.841.a
Ad accuſationem & teſtimonium, qui non admittendi. 841.a
His tamen in cauſa propria licentia nō negāda. 841.a
Accuſator culpabilis non admittendus niſi ad proprias cauſas. 750.a
Accuſator & teſtis ſimul eſſe non debent. 321.b
Accuſator propria voce & præſente reo actionem ſuam agat. 345.b.400.b
Accuſator qui abſente aduerſario cauſam ſuggerit non audiendus parte iuſtam vtriuſque partis diſcuſſionem. 325.b
Accuſatores Athanaſij à Synodo Romana tanquam ſycophantæ damnati deponuntur. 636.a
Accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione. 709.a
Accuſatores & teſtes quales eſſe debeant, quibus credatur. 305.a
Accuſationes & accuſatores quos legēs ſæculi repellūt, à canonica quoque auctoritate repelli. 7.b
Accuſatores & teſtes quales eſſe debeant. 708.b
Accuſatores qui repellendi. 400.a. 415.a. 424.b. 459.a. 464.b
Accuſatores, teſtes, & iudices ijdem non ſint, ſed vnuſquiſque in ſuo ordine. 709.a
Accuſatoribus ſuſpecti, & de inimicorum domo exeuntibus fides non adhibenda. 323.a
Accuſatorum perſonæ, fides, vita, & conuerſatio enucleatim inquirenda. 400.b
Accuſatus in ſuo foro tantum audiendus. 359.b
Accuſatus etiam iuſtè, ſeorſum tamen conueniendus, & nemine præſente arguendus. 81.b
Accuſatus præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat. 709.a.716.b
Actionis ſuæ cuique rationem repoſcendam, non aliorum. 71.a
In Adæ præuaricatione omnes homines naturalē poſſibilitatem & innocentiam perdiderunt, nemoque de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium poteſt conſurgere, niſi gratia Dei miſerentis erexerit. 847.a
Adam à Deo non factus ſit mortalis. 839. Concilia Aphricana contra hereſim Pelagij. 838.a
Adam qui dixerit moriturum fuiſſe neceſſitate naturæ, non peccati merito, anathema. 805.b.839
Adam ſua libertate deceptus in profunda præuaricationis ſuæ demerſus in æternum iacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſtea Chriſti per ſuam gratiam releuaſſet aduentus. 791.a.847.a
Adiurantur Acacius & Theodotus de veritate dicenda de eo quid actum eſt inter ipſos & Neſtorium. 1001.a
Adiutorium Dei negantes, & Catholicæ fidei inimicos, & Dei beneficijs ingratos ſe eſſe profitentur. 791.a
Admitti qui non debeant ad accuſandum, aut teſtificandum. 359.b.368.b
Adoptionem filiorum Dei minimè recipere poſſemus, neq; Chriſti eſſe fratres, ſi Dei verbum caro factum non eſſet. 914.b
Adoptio vera per baptiſmum tribuitur. 257.a
In Aduentu Domini ſecundo dabitur nobis regnū, quod orantes petimus quotidie. 246.b
Et magnum ſupplicium excommunicatis & maledictis. 246.b
Aduocatus cur Chriſtus appelleť, & propitiator. 940.a
Adulterio nullum peccatum grauius. 180.a
Adulteræ cur magis puniantur, quàm adulteri. 777.b
Adulteria & ſcortationes ingentium malorum cauſæ, 120.b. 122.b
Maledicti ſunt à Deo qui talia faciunt. 122.b
Adunatio multiplex. 1099.b
Aemulationes malę vitandæ. 309.b
Aerumnis & malis ſola patientiæ conſolatio medetur. 802.b
Aetas omnis, omnis ſexus, & omnis conditio ad pœnitentiam properet. 390.a
Aetij hæreſis. 677.a
In Afflictionibus tutiſſimum perfugium Deus. 1150.b
Afflictionibus fideles, ſicut aurum igne probari. 666.a
Afflictis propter Chriſtum opem à Chriſtianis eſſe ferendam, quatenus adſit periculum. 700.b
Afflicto ſolamen fidus amicus, cui ſuæ afflictionis cauſam exponere queas. 971.a
Africæ ſynodus propter bellum impedita. 1008.b
Africani Epheſinæ ſynodo conſentientes. 1080.b
Africani vt noua doctrina explodatur, veterumq; fides defendatur patres Epheſinæ ſynodi rogant. 1009.a
Africanorum Epiſtola excuſatoria ad ſynodum Epheſinam in Concilio lecta, & magno applauſu excepta. 1008.b
Africanorum Epiſtola ad Innocentium Papam, in qua luculentiſſimè & ſanctiſſimè Pelagij blaſphemiam redarguentes, Dei gratiam omnibus numeris abſolutiſſimè aſſerunt. 794.795.796
Africanum Concilium ad Impe. legatos mittit, petens vt ad Eccleſias confugientes ſint ſalui. item vt idolorum reliquiæ tollantur, &c. 826.a
Africanum Concilium quid ſtatuerit de appellationibus ad Romanum Epiſcopum. 482.a
Agamus quid. 233.b
Agape & conuiuia Chriſtianorū communia. 79.a.181.b
Quid in eis facere clericis non liceat. ibid.
Agere gratias Deo ſi pro dignitate nō poſſumus, at ſaltem pro viribus debemus. 130
Agens omne agit propter finem. 283.b
Aliena qui inuadit, impunitus abire non debet. 626.a

Alienum à Catholica Eccleſia eſſe, qui fidei Nicænæ ſymbolum non amplectitur. 990.a
Alipij ad Cyrillum Epiſtola gratulatoria. 1096.b
Altaria martyribus dicata in villis vbi non ſint illorum reliquiæ, diruenda. 766.b. 883.a
Altaria quæ per ſomnia, & per inanes quaſi reuelationes quorumcunque extructa ſunt, reprobanda. 833.a
Altari qui deſeruiunt miniſtri, integri & immaculati eſſe debent. 404.a
Altaris miniſter ſi cubile vxoris intrauerit, ei à ſacris abſtinendum. 289.a
Altaris oblatio omnibus Dominicis diebus fiat. 362.b
Alteri non feceris quod tibi non vis fieri. 63.b
Alteri nullus loquatur quod ſibi loqui non vult. 346.a
Altercatio inter Palladium Arianum, & Epiſcopos Orthodoxos. 720.b
Altiora captumque noſtrum excedentia non inquirenda. 972.a
Altiora curioſè non inquirenda. 961.b
Alexander Romanus VI. Papa. 315.b. eius epiſtolæ, 316.320.321.
Alexandri Epiſcopi Alexandrini conſtantia de non recipiendo Ario, & ſi Conſtantius Imperator id imperaſſe iuberet. 572.a
Eius mors, & vitæ anni. ibid.b
Alexandri Alexandrini ad Alexandrum. Conſtantinopolitanum Epiſtola de Arij impia hæreſi. 503.a
Alexandri Alexandrini Epiſcopi Epiſtola ad alios Epiſcopos eos ad Concilium euocantis. 500.b
Alexandriæ plures Eccleſiæ. 499.b
Alexandrinæ ſynodi ad Monachos Conſtantinop. Epiſtola. 980.a
Ambitio & auaritia hæreſium omnium cauſa. 503.a
Ambitio ſuperbia & faſtus tanquam peſtes fugienda. 129.b
Ambitioni & ſuperbiæ clericorum ſtatutis patrum obſiſtendum. 811.a
Ambroſij in extirpanda Ariana hæreſi diligentia & ſtudium. 718. & deinceps.
Amicitiam hominum pluriſque pietatem facientes non ſuſcipiendis. 1080.b pauci ſunt qui ſe perfitent. ibid.
Amicitia reconciliata plus ſolet hre iucunditatis. 510.a
Amor carnalis, timor atque auaritia ſenſus humanos hebetant, atque peruertunt. 346.a
Amicus huius ſeculi, Dei inimicus. 319.b
Anacleti Epiſtolæ & decreta. 300.a.b. 304.b. 308.a
Anacletus Græcus Papa IIII. 299.b
Anaſtaſius Romanus Papa XL. 763.b. eius decreta. 764.a
Eius Epiſtola ad Germaniæ Epiſcopos. ibid. 1. eiuſdem altera Epiſtola ad Nerianum. 764.b
Anathema illi, quiſquis addit diuinis ſcripturis aliquid, vel minuit. 723.a
Anathematiſmi duodecim à Cyrillo Neſtorio vt illos confirmaret, propoſiti. 957.b
Anathematiſmi impij Neſtorij Cyrillianis ex aduerſo penè oppoſiti. 1035.a
Anathematiſmorũ Cyrilli dilucida explanatio. 1110.a 1113. &c.
Anathematizationes Damaſi contra Sabellianos, Arianos, Macedonianos, Photinianos, Hebionitas & omnes alios huius farinæ hæreticos. 706.a. & b
Anaxirides quid. 865.b
Ancyranum Concilium. 446.a
Angeli Chriſtum adorant etiam in forma qua illis minor eſt. 925.a
Angeli Chriſtum natum adorare iuſſi. 1216.a
Angeli mali, quomodo deprauati ſunt. 256
Angeli noſtræ ſalutis miniſtri. 1222.b
Angeli ſcientes verbum Dei viſibile factum clamarũt, Gloria in excelſis Deo, &c. 1224.a
Angeli vocabulum officiũ & ſubiectionẽ deſignat. 925.a
Angelorum apparitiones in veteri teſtamento, filium Dei incarnandum ſignificabant. 1040.a
Angelorum excellentia in hoc ſita præcipuè, quod mortis carniſque expertes ſint. 925.b
Angelos omnino corporis expertes. 266.a
Angelus in habitu paſtoris Hermæ apparens iubet vt paſcha Dominico die celebretur. 329.b
Anguſti & puſilli qui eſt animi, valde demens eſt. 82.a
Huic addendus animus & conſolandus eſt. ibid.
Anicetus Syrus Papa XI. 331.b
Eius Epiſtola decretalis. ibid.
Anima ad cognitionem Dei attolli nõ poteſt, niſi Deus ipſe ad eam deſcendens, eam ad ſe euchat. 222.b
Anima hominis carnalis inſtar iumenti ab Eccleſiaſtæ vocatur. 267.a
Anima hominis diuinæ ſubſtantiæ non eſt, ſed creatura, Dei voluntate creata. 769.a
Anima inconſtans & duplex non adiuuabitur à Domino. 1167.a
Anima non de ſenſibilibus, neque de intelligibilibus eſt dicenda, ſed de intelligentibus. 266.b
Anima quanto eſt corpore præſtantior, tantò ſacerdotium regno excellentius. 80.b
Anima quæ peccauerit ipſa morietur, iuſtus verò viuet. 73.a
Anima ſola ea intelligit quæ ſenſum ſuperat, & omnium quæ ſub intelligentiam cadunt extrema eſt. 266.b
Anima ſecundam naturam ſuam impaſſibilis eſt, corpore tamen ſuo patiente, & ipſa pati dicitur. 948.a
Animæ iuſtorum in manu Dei ſunt. 1453.b
Animæ ne laquei inijciantur valde cauendum. 65.a
Animam ex nihilo factam, homini indidit Deus. 193.a
Anima vnionem cum corpore nemo explicare nouit. 1099.b
Animam noſtrã incorpoream & immortalem eſſe. 213.b
Inter Animas & mentes cœleſtes quid interſit. 266.b
Animi candor & diligentia magis quàm verſutia & audacia in propaganda pietatis doctrina requiruntur. 945.a
Animi perturbatio contentionem, contentio ſeditiones parit. 981.a
Animus ſibi bene conſcius Euangelicæ diſciplinæ rigore ſubnixus, Deo licet contentus ſolo iudice, actus tamen ſuos & à fratribus comprobari deſiderat. 963.b
Anterus Græcus Papa XIX. 351.b. eius decreta. ibid. & 352.a
Anthropolatræ eſſent omnes Chriſtiani, ſi Chriſtus non eſſet Deus. 937.b
De Antichriſto prędictio. 127.a. eius qualitates quæ futuræ ſint. 127.a
Antiochia Epheſo triginta dierum ſpatio diſtat. 970.b
Antiochia primi Apoſtoli prima ſedes. 782.b
Antiocheni Neſtoriani Cyrillum Arianiſmi falsè inſimulant. 1044.a
Ei multas calumnias imponunt. ibidem, & multis ſequentibus.
Membra immedicabili morbo laborantia nonnunquam reſecanda. 1045.a
Antiochenorum Epiſcoporum aduerſus Cyprios ſyſtaſes. 1031.a
Antitheſes elegantiſſimæ de verbo incarnato. 1198.a
Antitypa myſteria quid. 206.a. 207. 208. 209
Antonij laus, & eius prædictio hæreſeos Arij. 497.a
Apoſtolatus & Epiſcopatus per Petrum cœpit exordium. 745.b
Apoſtolorum doctrina augmentum vel imminutionem non ſuſcepit. 962.b
Apoſtolica doctrina ſequenda, non in quæſtiones vocanda. 878.b
Apoſtolica dicta in quibus Chriſtus Deus eſt nominatus. 1105.a
Apoſtolica ſedes cardo & caput omnium eccleſiarum. 8.a. 309.b
Si quæ cauſæ difficiliores inter alias ortæ fuerint ad huius apicem referendę. ibid. & 304.b. & 309.a
Apoſtolicæ doctrinę nihil adiungere fas eſt, ſed ea ſimpliciter conſeruanda. 1013.b
Apoſtolicæ prædicationis expoſitio. 413.a
Apoſtolicæ ſedi reſeruata nemo ſine eius conſultu vſurpet. 781.a
Apoſtolicæ ſedis mandata libenter tranſgrediens infamis efficitur. 329.a
Apoſtolicam ſedem aliarum Eccleſiarum verticem à Deo conſtitutam. 708.a
Apoſtoli Chriſti ſpiritu operabãtur miracula, Chriſtus autem ſuo proprio. 1166.a

Apoſtoli

Apoſtoli illud per quem &c. promiſcuè Patri & Filio tribuitur. 932.b
Apoſtoli in monte Thabor lumen Dei increatum viderunt in lumine illo creato. 237.a
Lumen enim illud adumbratio quædam fuit gloriæ corporis Chriſti glorificati poſt reſurrectionem, ac ſymbolum diuinitatis. 237.a
Apoſtoli non ſeipſos ſed Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum prædicabant. 939.b
Apoſtolorum Concilia quot, & quare coacta. 1.a
Apoſtolorum doctrinã varijs maculare doctrinis iniuſtum & impium. 301.a
Apoſtolorum eſſe ſtatutum iuſſu ſaluatoris, vt maiores & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem Apoſtolicam deferantur. 304.a
Apoſtolorum nomina nõ ſunt attendenda, ſed natura & ſententia à vero nunquàm deflexa, & hoc maxime in librorum inſcriptionibus eſt obſeruandus. 115.b
Apoſtolorum qualis fuerit oratio ad Deum. 1014.b
Apoſtolis quidquid iniunctum eſt à Domino, idem ſucceſſoribus iniunctum eſſe intelligendum. 1012.b
Inter Apoſtolos etiam fuit quædam diſcretio poteſtatis. 465.b
Licèt cunctorum par electio foret, Petro tamen conceſſum fuit, vt alijs præemineret. ibid.
Apoſtatæ & hoſtes pertracti in Eccleſiam non recipiendi. 380.b
Apollinariſtæ Chriſtum naturam humanam habuiſſe negarunt. 942.b
Apoſtatæ qui dicantur. 301.a
Apollinariſtarum delictum. 870.a
Appellare etiam in cauſis criminalibus licere. 360.a
Appellanti à iudice nulla iniuria aut moleſtia inferenda. 360.a
Appellationes ad Eccleſiam Romanam quare non admittẽdas eſſe cenſuerit Conciliũ Aphricanum. 844.a
Appendices ad Tomum ſecundum actorum Concilij Epheſini. 1030.a. & ſequentib.
Aqua ſale aſperſa & precibus ſanctificata populum ſanctificat, &c. 318.b
Aquæ baptiſmi futuri ignis vim extinguunt. 248.a
Aquæ cum vino in Calice mixtio, quid ſignificet. 671.b
Arca fœderis verbi incarnationem adumbrabat. 1102.b
Arca Noe typus noſtri baptiſmi. 269.a
Archiepiſcopi aut Metropolitani qui dicendi. 308.b
Patriarcharum, aut primatum nominibus non inſigniendi. 308.b. 332.b
Archiepiſcopus ab omnibus Metropoleos Epiſcopis ordinandus. 332.a
Ariani cum ex non ſcriptis vocibus impietatem ſuã extruxerint, ex non ſcriptis quoq; vocibus à ſanctis patribus piè tamen excogitatis, confutati & damnati à ſanctis patribus fuerunt. 531.b
Ariani cum dicerent voluntatem patris antecedere generationem filij, inferebant tempus quoque intercedere, ex quo ſequebatur filium non eſſe autorem ſeculorum, vt re vera eſt. 258.a
Ariani ſæpe & ſępius ad Concilium citati cauſę ſuę diffidentes non comparuerunt. 662.a
Arianorum impia dogmata & blaſphemiæ plena damnata. 531.a
Arianorum impias voces vt tollerent S. patres, quid cẽſuerint in Concilio. 531.b
Arianorum ineptia Imperatorem perpetuum appellãtium, filium vero Dei ſempiternum vocare recuſantium. 671.a
Arianorum in catholicos ſęuitia. 618. pręcipuè in Athanaſium. 619.a. 669.b
Arianorum in Orthodoxos nephandæ clades. 662.b
Arianorum in Orthodoxos odium, & clades intentatæ, & renouatum bellum. 669.a
Arianorum technæ vt ſuam ſtabilirent opinionẽ. 678.a
Arij aſtus, & eius pertinacia. 498. eius in Alexandrum inuida conſpiratio. 499
Eius contagioſa & pernicioſa hæreſis. ibid.
Diaboli opera Arij vſum, vt Dei Eccleſiã vexaret. 498.a
Arij & ſociorum libri in Concilio diſcerpti, & vſti. 517.a
Eius impiæ blaſphemiæ extirpatæ. ibid.
Eius impuriſſimis dogmatibus ſana & pura doctrina oppoſita. ibid. b
Arij & ſequacium eius impiæ & abſurdæ opinones & hæreſes. 501.a. damnatæ.b
Arij hæreſis & blaſphemia quæ, & eius condemnatio. 5.b
Arij ſpecies, & eius morum deſcriptio. 500. a. eius ſectatores.b. 501.a
Arij ſcripta iubentur igni comburi. 568.a
Arium ex gentilium & Iudæorum prauitate congeſſiſſe ſuam blaſphemiam. 503.b
Arius Cõſtantiæ precibus ab exilio reuocatus. 571.b
Eius fallacia & periurium. 572.a
Eius horrenda mors. 572.b
Arma ſpũalia inuiſibilibus hoſtibus obijcienda. 1155.b
Armati ad templum non admittendi. 1147.b
Armis ſpiritalibus agendum, vbi ſpiritale bellum foſcitatur. 1014.a
Artis ratio artifici relinquẽda, nõ inueſtiganda. 1200.b
Atali Ariani proteruia, faſtus, & petulantia. 719 a
Attendendum eſſe non quid maligni dicant, ſed quid viri graues & modeſti faciant. 375.a
Aſiæ Epiſcopi quo die Paſcha celebrarint. 339.a
Aſiaticæ Eccleſiæ quòd cum Romana non cõueniunt de die Paſchatis celebrando, à Pontifice ab vnitate Eccleſiæ ſeparatæ. 339.b
Aſſumere ad familiaritatem, vel ad aliquod opus non eſt incarnari. 1180.b
Aſtrologia & huiuſmodi inanes artes vitandæ. 329.a
Aſtrologiæ & matheſi nulla fides danda. 770.a
Aſylum à Theodoſio miſeris conſtitutum, quod, & quomodo intelligendum. 1145.a
Athanaſij Alexandrini egregium præconium. 863.b, à diuinis literis alienum nihil dixit. ibid.b
Athanaſij Epiſtola vna cum Epiſcopis Egyptijs ad Tiberium Papam. 682.a
Athanaſij presbyteri Neſtoriani impia blaſphemia & horribilis. 857.a
Athanaſij ſententia de Chriſto Dei filio. 891. b. refellit veterum errores contra Chriſtum. 892.a
Athanaſius Arianorũ conatus impedit & ꝓgreſſus. 616.b
Athanaſius Arianis reiectis Eccleſiarum adminiſtrationem orthodoxis magno omniũ plauſu tradit. 668.b
Athanaſius cũ ſocijs ab Arianis diffamatus, innoxius & purus declaratus in ſynodo Sardicenſi. 663.b
Athanaſius certaminis pro fide illuſtre exemplũ. 967.b
Athanaſius intellecto Conſtantij malo in orthodoxos animo, fuga ſibi conſulit. 669.a
Athanaſius mortuo Conſtantio e latebris prodiens Niceni Concilij fidei ſymbolum ſtabilit. 675.b
Athanaſius quomodo inſidias euitarit Arianorum. 619. a. 669.b
Athanaſius veræ fidei cultor etiam à Niceno ſynodo comprobatus. 625.b
Athenagoras coniugium ſecundum adulterium decorum eſſe dixit. 193.b
Attributorum Chriſti pulchra antitheſis. 1187.a
Auaritia penitus fugienda. 281.a
Auaritia hoc potiſſimum habet malum, quod dum ingerit tranſitoria, abſcondit æterna. 348.b
Audacia ſceleratorum, & hęreticorum comminationes Epiſcopo non timendæ. 382.a
Audientes quid, & quare ſic vocati. 258.a
Auditori inuito nemo libenter refert. 310.b
Auguria, incantationes, & huiuſmodi prauæ diſciplinæ fugiendæ. 123.a
Auguſtini mira laudis aſſertio. 846.b
Auguſtini mors ante aliquot hebdomadas, quam ſynodus Epheſina celebraretur. 1008.b
B. Aureliani Imperatoris ſententia quibus danda eſſet domus Eccleſiæ Antiochenæ. 420.b
Aures opera imploranti obturans, ipſe auxilium implorabit, & non exaudietur. 124.a
Sicut Aurum igne probatur, ita iuſti tribulationibus. 421.a
Authoritatem patrum & ſedis Apoſtolicæ negligentes periculo ſui gradus ſubiacent. 811.a

B

BAPTISMI & eorum quæ in baptiſmo fiűt ſignificatio. 95.b
Baptiſmi & fides totidem neceſſariò quot Chriſti: vt, vnus Dominus, vna fides vnum baptiſma. ergo vnus etiã Chriſtus. 1213.a
Baptiſmi forma. 292.b
Baptiſmi forma & conſtitutio. 125.a
Baptiſmi gratiæ iuncta eſt viuificatio & Dei participatio per Chriſtum. 885.b
Baptiſmi myſterio initiatos qui baptizare iterum aggrediuntur, contumelia ſpiritum ſanctum afficiunt, ac veluti iterum Dominum in crucem agunt. 115.b
Baptiſmi virtus. 298.a. eius neceſſitas. ibid. 537.a
à Baptiſmo neminem prohibendum eſſe. 197.a
In Baptiſmo peccata dimitti, non numerum vxorum aboleri. 787.b
In Baptiſmo peccata omnia tam actualia quam originalia dimitti. 758.b
Baptiſmum ab impijs accipiendum non eſſe. 115.b
Ad Baptiſmű accedẽtes qui admittendi, & qui nõ. 144.b
Baptiſmum accipere qui procraſtinat & differt vſque ad mortẽ, Deum ignorat, & naturæ ſuæ oblitus eſt. 115.b
Baptiſmum hæreticorum ſuſcipere non debet Epiſcopus: quod ſi fecerit damnatur. 21.a
Baptiſmum iterare non licere. 115.b
Baptiſmum ſpernens & recuſans, tanquam infidelis erit condemnandus. 115.b
Baptiſmus coniugia non abluit ſed peccata. 784.b
Baptiſmus hæreticorum qui nam improbandus. 231.a
Baptiſmus impiorum quomodo intelligendus. 230.b
Baptiſmus Ioannis an idem fuerit cum noſtro. 240.b
Baptiſmus in Chriſtum oſtendit eum eſſe Deum. 900.a 934.b
Baptiſmus in Trinitate ſuſceptus non iterandus. 672.b
Baptiſmus in trina merſione fieri debere, quomodo intelligendum. 231.a
Baptiſmus omnibus petentibus dandus. 599.a
Baptiſmus pueris & omnibus alijs petentibus celeriter conferendus. 739.b
Baptiſmus quomodo celebrandus. 95.b
Baptiſta Chriſti deitatem Iudæis annunciauit. 868.a
Baptizamur in Chriſtum non hominem ſolum, ſed Deű & hominem ſimul. 886.a
Baptizamur in Chriſtum tanquam in Deum. 934.a
Baptizandi munus nulli ex clero præterquam Epiſcopis & presbyteris eſt permiſſum. 94.a
Baptizandi nomen ſuum dent. 761.a
Baptizare in Spiritu ſancto humanæ naturæ nõ eſt opus, ſed Diuinæ. 904.a
Baptizare vna vel trina merſione materiali nihil refert, modo trina merſione formali .i. in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti baptizetur. 231.a
Baptizati ab hæreticis non rebaptizandi, ſed eis tãtum imponendæ manus. 739.b
Baptizati ab impijs hæreticis nõ baptiſmo initiati ſunt, ſed inquinati. 115.b
Baptizati in Chriſto tanquam mortui peccato amplius peccare non debent. 69.a
Baptizati vel ordinati ab hæreticis, fideles vel clerici eſſe non poſſunt. 23.b
Baptizatis Chriſtus immittit ſpiritum vt Deus, nõ alienum, ſed ſuum proprium. 885.b
Baptizantes qui nos dicunt in mortem Verbi ſeorſim conſiderati, illud à diuinitate excludunt. 941. mortale ſiquidem erat in cuius mortem baptizamur. 941.b
Baptizatus omnis de Euchariſtia edat. 126.a
Baptizatus qualis eſſe debeat 95.b
Barba ad virilitatis gloriam data, non eſt igitur radenda. 167.a
Barba non radenda. 64.b
Baſilica Sancti Petri Apoſtoli à Conſtantino condita. 479.a. eius ornamenta, & ſumptuoſa ſuppellectilia, & dona. ibid.
Baſilica beati Pauli à Conſtantino extructa cum magna & ſumptuoſa ſuppellectile, & ingentibus donis. 479.b. 480.a.
Baſilicæ multæ aliæ ab eodem extructæ & ingentibus donis dotatæ. 450.a
Baſilicæ ſemper cum Miſſa celebrandę. 315.b
Baſilius iubet presbytero etiam nolenti, in monaſteriű vxorem includere. 133.b
Baſilius quartum coniugium fornicationem appellat. 192.a
Beatitudinis humanæ vera fidesq;. 426.b
Beatus grex qui inter paſcua & paſcua diſcernere nouit. 965.a
Bellum in parentes laudandum, ſi Chriſti gloriæ aduerſari comperiantur. 973.a
Beneficio Chriſti, qui eſt natura Dei Filius, adoptiuĩ filij ſimus. 505.b
Beneficiorum in nos a Deo per Chriſtum collatorum enumeratio. 129.b. 130.a
Beneficium datum non iactandum oſtentandumve. 94.b
Bellum ſanctorum cuiuſmodi ſit. 931.a. eorum arma pro Deo & in Deo valida.a
Benedictio aquæ aſperſionis cum ſale à quo inſtituta. 319.a
Benignitas Dei ad pœnitentiam nos inuitat. 146.b
Beſula Diaconus ab Africanis cum literis ad Epheſinã Synodum legatus mittitur. 1009.a
Bigami ad Clerum non admittendi. 778.b
Bilinguis maledictus. 351.360
Blaſphemæ in Deum voces citra dolorem à pijs viris audiri nequeunt. 1005.a
Blaſphemia in Chriſtum omnem excedit inquinationem. 1121.b
Blaſphemiæ in Chriſtum atrocius puniẽdæ, quàm Principum læſa vocibus maieſtas. 1018.b
Blaſphemi in Deum fugiendi, vt qui Deum ignorent, & tanquam Dei oppugnatores ſunt. 111.a
Blaſphemus in Deum ſi ſit Eccleſiaſticus, deponatur, laicus verò anathematizetur. 330.b
Blaſphemus Neſtorius propter impiam ſuã doctrinam loco & ordine motus. 1012.a
Breuiatum verbum non diminutionem Deitatis in filio, ſed diſpenſationẽ ſuſceptę carnis ſignificat. 307.a
Bona ea expetenda quæ æterna fore promiſit, qui mentiri neſcit Deus. 967.b
Bona Eccleſiæ alienare Epiſcopo non licere ſine cõſenſu cleri. 738.a
Bona Epiſcopi ſint diſtincta a bonis Eccleſiæ. bonis. n. proprijs poteſt ad libitum vti, bonis Eccleſiæ nõ item. 77. 179.b
Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt. 395.b
Boni à malis ſemper perſecutionem patiuntur. 320.a
Boni à malis ſemper infeſtantur. 329. b. quia diſſimilis eorum cogitatio voluntas & actus. b.
Boni principis officium. 457.a. 974.a
In Bonis & iuſtis hominibus nomen Dei ſanctificatur, in malis verò blaſphematur. 338.a
Bonifacius Romanus Papa XLIII. 812.b. eius epiſtolæ & decreta ibidem & deinceps.
Bonitatem ſuam oſtendit Deus nobis, remittendo delicta per Chriſtum. 314.a
Bonum operantibus gloria, honor & pax. 314.b
Bonus eſſe nõ poteſt, qui homines magis veretur, quàm Diuina præcepta. 1123.b
Bonus nemo eſſe poteſt, niſi qui ſolus eſt bonus, per participationem eſſe donauerit. 847.b
Bonus nullum habet inimicum niſi malum. 343.b
Bonoſus hæreticus damnatus. 783.b

C

CADVNT difficillime quos gratia Diuina ſuſtentat. 965.b
Cæcus non diuinitatem per ſe, ſed quẽ oculis aſpiciebat, adorauit. 885.a
Cædes iuſta priuato non competit, ſed ſolis magiſtratibus eſt reſeruata. 122.b
Cœleſtes opes congregandæ, quas neq; tinea, neque fur demoliuntur. 181.a
Cœleſtini ad Neſtorium & ad Cyrillum literæ in Synodo lectæ

do lectæ & inter actorum cõmentarios relatę. Relatę etiã inter eoſdem Cyrilli ad eundem literæ. 1070.b
Cœleſtini Epiſtola ad Cyrillum. 959.b
Cœleſtini Epiſtola ad Neſtorium. 961. eiuſdem ad clerum Conſtantinop. 964. eiuſdem ad Ioannem Antiochenum. 968
Cœleſtini & Cyrilli in Synodo laudes præbitæ. 1015.a
Cœleſtini ſententia aduerſus Neſtorium. 960.b
Cœleſtinus Neſtorium prius condemnarat, quàm Epheſina Synodus illum exautoraret. 1022.b
Cœleſtinus Papa Petri ſucceſſor & Vicarius. 1016.a
Cœleſtinus Romanus Papa XLIII. 843. eius laudes. ibidem a. eius decreta & Epiſtolæ. 846.a.& ſeq.
Cœtus, quid & vnde. 7.a
Caiphas mortem ſibi conſciuit. 134.b
Calamitates variæ ab Arianis Orthodoxis illictę. 730.a
Calamitatum Synodi cauſæ. 1085.b
Calumniator impunitus abire non ſinendus. 85.b
Calumniator, ſi nõ probauerit, talionem recipiat. 716.a
Calumniatores quomodo puniendi, maxime quando ſunt incorrigibiles. 83.b
Calix Dominicus cur vino & aqua permixtus offerri debet, quia populus in aqua, in vino verò ſanguis Chriſti oſtenditur. 671.a
Calixtus Romanus Papa XVI. 342.b. eius Epiſtola decretalis prima. 343.a. ſecunda. 344.a
Calũniæ variæ Athanaſio ab aduerſarijs impoſitæ. 1125.a
Candidianus in Neſtorij gratiam Concilium perſequitur. 1044.a.& 1080.1083
Candidianus. Neſtorij fautor in Orientalium Conciliabulo impudentiſſimè ſacræ Synodo mendacia flagitia imponit. 1044.a
Canities ſenum gloria. 306.a
Canones Apoſtolorum cur cæteris Concilijs præpoſiti, licet ab aliquibus apocryphi dicantur. 7.b
Canones Antiocheni Concilij. 641.a
Canones de Ep̃is presbyteris & reliquis clericis. 144.b
Canones diuerſorum Conciliorum Africanorum. 825. 827.& ſequentibus.
Canones Nicæni Concilij à Concilio Africano comprobari. 820.b
Canones pęnitentiales relaxati per indulgentias. 195.b
Canones ſancti Sylueſtri Papæ I. 595.a
Canones ſex Synodi Epheſinæ. 1079.a
Canonicarum pœnitentiarum frandem per indulgentias condonat ſummus Pontifex. 195.b
Canonum voluntarij violatores grauiter puniendi. 6.b
Capite languescẽte facilius reliqua mẽbra ęgrotãt. 309.b
A Capite nullo modo diſſidendum. 329.a
Capri emiſſarij ſignificatio. 1210.a
Capri & paſſeres cur duo ad figurandum vnum Chriſtũ aſſumpti, non autem vnus tantum. 1213.a
Captum noſtrum quæ excedunt, verbis nobis familiaribus ſcriptura ſignificare ſolet. 1038.b
Caput à membris omnibus ſequendum. 343.b
Caput Eccleſiæ Chriſtus, eius vicarij ſacerdotes. 463.a
Carbonis igniti cum verbi incarnationem pulchra ſimilitudo. 1100.a
Carbo ignitus Eſaiæ quid deſignaret. ibid.
Carni & ſanguini quomodo communicamus. 925.b
Carnis & ſpiritus pugna per Chriſtum in credentibus dirempta. 913.a
Carnis nouitas Diuinitatis antiquitatẽ nõ ſuſtulit. 914.a
Carnis noĩe ſcriptura totũ hoĩem ſignificar̃ ſolet. 1039.a
Carnalia mẽbra, fornicatio, auaritia & alia vitia. 883.a
Carnaliter parere, vel naſci, quid. 1158.a
Carnem noſtram cur Dei Filius aſſumpſerit. 957.b
Caro Chriſti ex verbo viuificãdi vim ſortita eſt. 1216.a
Caro Chriſti quamuis condemnationi obnoxia, quatenus. ſ. in ſe noſtra delicta tranſtulit, Deo tamen ſemper gratiſſima fuit. 941.a
Caro Chriſti viuifica. 910.b
Caro Chr̃i verè viuifica, & Dei verbi vere ꝓpria. 958.a
Caro Chriſti noſtræ cõſubſtantialis, nõ aũt a cęlo. 893.a. nec caro in Deũ, neq; Deus in carnẽ eſt mutatus. 955.a
Caſtigandi ſunt filij maxime in adoleſcentia. 124.a
Caſtitatem pulchram eſſe cũ vxore ſua conuentũ. 562.a
Caſtam eſſe & dare operam liberis repugnant. 233.a
Caſtrati ſponte ad ſacros ordines nõ promouẽdi. 624.b.
ſecus ſi per violentiam. ibid.
Cathari clerici reſipiſcentes, & dogmata catholica ſequentes, non remouendi. 823.b
Cathedra propria derelicta nulli clerico ad aliam tranſire licere. 832.a
Catholica doctrina ab Apoſtolis prædicata. 115.a
Catholica Eccleſia vera Sion. 683.b
Catholicæ Eccleſiæ maieſtatem & dignitatem pertinere non debet, quid apud ſe hæreticorum & ſchiſmaticorum moliatur audacia. 384.b
Catholicæ Eccleſiæ partes licèt varijs diſperſæ ſint locis, vno tamen ſpiritu ſancto fouentur. 567.b
Catholicæ fidei profeſſio Damaſi ad Paulinũ. 706.a.& b
Catholicæ fidei ſymbolum à ſynodo Nicęna concinnatum. 532.b
Cauendi qui maximè. 396.a
Cauendum ab hæreticis. 114.b
Cauillatio nunquam innocentiæ nomen accipiet. 813.b
Cauſa cum reſpicit, qui ſilentio fauet errori. 416.a
Cauſa ibi audiẽda, vbi crimẽ eſt admiſſum. 386.a.360.a
Cauſæ difficiliores & maiora negotia ad maiorem ſedẽ referenda. 303.b. quæ per hanc ſedem terminari non poſſunt, ad concilium quod bis quotannis fieri debet, referantur; ſin minus ad Apoſtolicã ſedẽ. 304.a.309.b
Cauſæ Epiſcoporum quomodo tractandę & terminandę & à quibus. 327.a.337.a.344.b.625.a
Cauſæ difficiliores ad ſanctæ ſedis apicem tanquam ad caput referendæ. 309.b.613.a
Cauſæ ſuæ qui confidunt, eam probare etiam ad faciem non fugiunt. 662.b
Cauſæ ſynodum mouentes, cur Schiſmaticos ad cõmunionem non admittendos iudicet. 1082.a
Cauſarum alia eſt ratio diuinarũ, alia ſecularium. 337.a
Pro Cauſis communibus Eccleſiæ Concilium generale vocandum, pro priuatis vero ſpeciale vniuſcuiuſque prouinciæ. 806.a.839.a
Cauſidici curiales, & milites ad clerum non admittẽdi. 787.a. ſi ordinati fuerint, vnà cum ordinatore deponendi. 787.b
Cathecheſis & à laicis modo ſint eruditi, poteſt. 262.b. ſed docere in Eccleſia non licet. ibid.
Cathechizantes quales eſſe debeant. 281.b
Cathecumeni de foris audiunt myſteria; ſed adhuc non appellantur fideles. 256.b. in quo differant à competentibus. 257.a
Cathecumeno tẽpore baptiſmi quid addiſcendũ. 130.b. quid tunc ei dicendum. 131.a
Chalcedonenſis ſynodus quando & cur congregata. 5.a
Chaldęi ſtellarum motus periti. 1224.a
Cham cum tota eius poſteritate maledictioni cur factus obnoxius. 290.b
Character quo Chriſto cõformamur, nõ eſt corporeus, ſed Diuinus, per quem ſpiritus ſancti participes efficimur. 886.a
Chariſmata ſunt diuerſa quæ à Deo per Chriſtum in homines conferuntur. 133.b. quæ cum ſint Dei dona, nemo ſe his efferre debet. 134.a
Chariſmata ſignorum à Domino Apoſtolis tributa & quare. 133.a
Chariſij presbyteri libellus Synodo Epheſinæ oblatus, Neſtorianorum dogmatum confuſionem, & ſuam ipſius Orthodoxam confeſſionem continens. 1027.b
Charitas omne bonum, ſicut è contra odium omne malum facere docet. 313.b
Charitas non verbo aut lingua, ſed opere & veritate dignoſcitur. 303.a
A Charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu, nihil nos ſeparare poteſt. 915.a
Charitatis Chriſti erga homines duplex operatio, altera ad corpus, altera ad animam. 184.b
Charitatis effectus. 366.b
Charitatis vis magis in opere quàm in ſermone ſpectatur. 1169.a
Charitas corda exercet, & ſenſus corroborat. 456.b
Choreæ & ſaltationes inter Chriſtianos non permittendæ. 703.b
Chorepiſcopi inſtitutio eiuſq; officium. 711.b. eius vana ſuperſtitio vitãda. ibid. eius vſus nõ neceſſarius. 711.b
Cerimonię in ordinandis Epiſcopis, presbyteris, & dia-

tonis & alijs clericis ſeruandæ. 799.a
Cerimonialia legis veteris quoniam abrogata non obſeruanda. 121.a
Certamina pro Chriſti fide intrepidè obeunda. 980.b
Chriſtianæ modeſtiæ & grauitatis eſt, tradita à maioribus ſeruare, non ſua poſteris tradere. 405
Chriſtianæ religioni initiandi quibus inſtruendi & docendi. 130.b
Chriſtiani boni eſt omnia prius experiri, quam ius ſuũ in iudicio pertinaciter proſequi. 318.a
Chriſtiani eſſe qui volunt, compati fratribus non autem eos perſequi debent. 621.b
Chriſtiani inimicos patientia ſuperare debent. 692.a
Chriſtiani in primitiua Eccleſia nullo ſupplicij genere à ſuis cogi poterant ad parendum iudicio, nec alio ecidi gladio, quam anathematis. 270.b
Chriſtiani perſecutionem patientes recipiendi, conſolandi & adiuuandi. 100.b
Chriſtiani veri Chriſtianiſmum ſuum bonis operibus oſtendunt. 977.b
Chriſtiani veri operibus Chriſtianam doctrinam oſtendunt. ibid.
Chriſtianis ab infidelibus oppreſſis ac damnatis, quantum fieri poteſt, ſubueniendum. 100.a
Cum Chriſtianis ſermones ſalutares conferendi. 64.a
A ſcripturis & libris profanis abſtinendum. ibid.
Chriſtiano abſtinendum ab omnibus in nundinis, niſi quæ ad naturæ neceſſitatem ſunt accommodata. 90.a
Chriſtiano nomine indigni, qui verbum in hominem deſcendiſſe negantur, blaſphemi verò & deteſtandi, qui Chriſtum nec Deum, nec Dñm, nec ſaluatorem nec Patris Filiũ impudenter aſſerere audent. 1002.b
Chriſtiano pax inquirenda. 318.a
Chriſtiano quid vis, fidei cauſa ferendum. 871.a
Chriſtianorum animæ in paleſtra ſemper verſant. 967.a
Chriſtianorum hæc eſt ſalus, vt in vnum Deum credentes & trinum. i. patrem & filium & ſpiritum ſanctũ, & in eum baptizati, ſine dubio eiuſdẽ eſſe vnam ſolamq; diuinitatem & ſubſtantiã in trinitate credamus. 706.b
Inter Chriſtianos & philoſophos plurimũ diſtat. 376.b
Chriſtianos hoc ipſo inuictos eſſe, quia mori non timent. 389.a
Chriſtianũ Chriſto ſemper adhærere oportere. 1189.a
Chriſtianum & fidelem ſolum caſta decent. 104.a
Chriſtianum iniuſtè iudicans & puniens, Chriſtum iudicat & punit. 436.b
Chriſtianum quando per leges licuit eſſe. 835.a
Chriſma docuit facere Chriſtus ĩ vltima ei⁹ cœna. 356.b
Chriſtianus neque Ethnicam cantilenam, neque meretricium canticum eloqui debet. 104.b
Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia nõ eſt. 378.b
Chriſtianus quilibet pro chriſtiana religione tribulationes patiens à ſacerdotib. honorandus, & victus ei adminiſtrandus. 760.a
Chriſti aduentus quid nobis attulerit ex diuinis literis conſpicuum eſt. 879.a. per eius mortem diaboli deſtructum eſt imperium, & à ſeruitute liberati, qui per totam vitam erant ſerui. 879.b. quod impoſſibile erat legi, ipſe adimpleuit in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. ibid. corpus & animam humanam aſſumpſit, vt vtrunque ſanaret. ibid.
Chriſti aduerſarius & hoſtis niſi caſtra & milites Chriſti nõ impugnat. 390.a. proſtratos ſemel & ſuos factos contemnit, & præterit. ibid.
Chriſti aut Domini duo non ſunt, ſed vnus. 1113.b
Chriſti beneficio alacres nos quoq; dicere poſſumus, vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt ſtimulus tuus ò Inferne? 891.a. in ipſo & per ipſum deuicimus inimicos omnes, ſicut in Adam victi ſumus. 891.a
De Chriſti diuinitate ambigens, in illum credere non poteſt. 913.b. fides. n. iuſtificans in Deũ tm̃ fertur. ibid.
Chriſti exemplo fratribus ſeruire oportet. 96.a
Chriſti fortitudinis manifeſtæ argumentum. 936.b
Chriſti gloria non in morte, ſed in reſurrectione emicuit. 913.a
Chriſti gloriæ diabolus inuidus inſidiator. 975.b
Chriſti hominis perpeſſiones quomodo in Deum verbum redundarint. 1203.a. Dei verbum dicitur non prolatũ, vt nr̃um, ſed ſubſtantiale ſubſiſtensq;. 1203.a
omnes corporis paſſiones proprias ſibi duxit. ibid.
Chriſti humanitas verbo coniuncta vnigenitus, & verbum caro factum primogenitus appellat. 883.b. 901.a
Chriſti humilitas noſtra nobilitas, eius contumelia noſter honor. 426.b
Chr̃i incarnati myſteriũ dilucidè enucleatũ. 529.b. 530.a
De Chriſti incarnatione variæ hæreſes. 874. confutatæ. 875. & ſequentibus.
Chriſti lachrymæ & clamor in Cruce ſunt nobis documento, vt ſcilicet illam imitemur. 937.a
De Chriſti maieſtate tractandum cum ſumma pietate & reuerentia. 934.b
Chriſti mors vita noſtra. 1026.b
Chriſti mors, mundi ſalus. 891.a
Chriſti myſterium æternis temporibus tacitũ, quomodo mundo patefactum. 919.b
Chriſti myſterium, Dei ſapientia. 897.a
Chriſti nomen alia ratione Emanueli competit, alia cæteris. 865.a. 888.a
Chriſti obedientia multò plus potuit, quàm Adę inobedientia. 93.b
Chriſti operum mirabiliũ multorũ enumeratio. 140.a. pro ijs Deo agendæ gratiæ. ibid.
Chriſti ortus iuſta nobis lætitiæ cauſa. 1199.a
Chriſtipara ſimul ac Deipara ſola virgo mater appellanda. 865.a
Chriſtiparas ſi quis Chriſtianorum matres appellaret nihil abſurdum faceret. 865.a
Chriſti pedibus omnia ſubſtrata. 931.b
Chriſti potentiæ gloriam vnigeniti acceſſiſſe qui dicũt, quaſi vnigenitus ſit alter à Chriſto, & per conſequens duos filios cõſtituẽtes, anathema ſunto. 958.b. 1116.a
Chriſti qui vult eſſe diſcipulus, illius certamina imitari quoque oportet. 102.a
Chriſti reſurrectio noſtræ reſurrectionis cauſa. 932.a
Chriſti ſaluatoris nr̃i myſteria ſemper meditãda. 426.b
Chriſti ſanguinis effuſio fuit tam diues, vt ſi omnes in illum crederent, nullus periret. 432.b
Chriſti ſpiritus Dei ſpiritus diſertè aſſeritur. 895.b
Chriſti ſunt multi, ſed nõ omnium eadem ratio. 1099.b
Chriſti victoria contra Satanam nos quoque victores reddit. 935.b
Chriſto attributa nulli creaturæ competunt. 882.a
De Chriſto Deo noſtro ea tenenda & docenda, quæ & Romana, & Alexandrina & Vniuerſa catholica Eccleſia tenet, & docet. 964.a
Chriſto omnes multis beneficijs obnoxij. 896.b
In Chriſto qui piè viuere volunt, impiorum perſecutiones patienter ferri debent. 341.b
A Chriſto qui recedunt, culpa ſua pereunt. 383.a
Chriſto reconciliatus, & Patri reconciliatus eſt. 1219.a
De Chriſto quid nobis ſentiendum. 1198.b
In Chriſto ſolo innocentiæ laudibus natura hominis decorata. 1097.b
Chriſto vt fundamento fides noſtra innititur. 897.a
In Chriſto vnitas & dualitas ſimul obſeruanda. 881.a
Chriſtum ad iram prouocant, qui pœnitentes non recipiunt. 77.a
Chriſtũ abnegãtes Dei ſunt rebelles. 901.b. eius legem violantes grauius delinquunt, quã qui Moyſis. 902.a
Chriſtũ adorantes, legẽ de Deo adorando pficiũt. 895.b
Chriſtum cum dicimus, verbum Dei incarnatum intelligimus. 896.a. cum eum iudicem terrarũ, eſſe fatemur, eum quoq; Deum eſſe confitemur. 896.a. 899.a
Chriſtũ confiteri quid. quid item illum negare. 1206.a
Chriſtum Deum eſſe negantes, ſalutem noſtram per ipſam partam quoque negant. 870.a
Chriſtum dicere hominem Deificatum multa abſurda conſequuntur. 1101.a
Chriſtum filium Dei dicentes & adorandum, Deum quoque neceſſe eſt vt affirment, cum lex dicat, Chriſtum in duas perſonas diuidentes, duos neceſſario filios effingunt. 1114.b
Chriſtum in duos diuidens anathema eſto. 893.a
Chriſtũ in duos diuellere abſurdũ & impijſſimũ. ſiquidem vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. 891.b
Per Chriſtum lex euacuatur, fideſq; in illum lege ſuperior euaſit. 899.b
Chriſtum negantes indigni ſunt eius ſacerdotio. 718.a

Chriſtum

Chriſtum non habentes, in impietate ſunt. 900.b

Chriſtum non fuiſſe Deiferum hominem, ſed verum Deum. 1106.b.1115.a

Chriſtum qui negant Deum ex ſubſtātia patris ante ſecula genitum perfidis Iudæis ſunt ſimiles. 783.a

Chriſtum qui non recipit, inter filios Dei cenſeri non poteſt. 910.a

Chriſtum qui profitetur, Deum agnoſcit. 900.b

Chriſtum verum Deum verumq; Dei naturalem filiū ſancti patres omnes confeſſi ſunt. 976.b

Chriſtus à chriſmate, propterea nullus presbyter chriſma conficiat. 597.a

Chriſtus ad numerum vnus eſt & filius & Dn̄s. 1113.b

Chriſtus aliud erat, aliud eſſe exiſtimabatur. 940.b. eſt patris dextera, & omnium opifex. ibid.b

Chriſtus ad patrem orans, paternas aures quodāmodo naturæ humanæ aperiens, noſtras preces gratas illi reddidit. 937.a. Nos in ipſo veluti in altero generis noſtri principio ſumus. 937.a

Chriſtus angelis in cœlo paſſionis ſuæ veſtigia cur oſtēderit. 1212.b. ſpectaculum in cœlo nouum, verbū incarnatū. ibid. paſſionis ſuæ veſtigia cur retinuit. ibid.

Chriſtus arrhabo reſurrectionis noſtræ. 102.b. non nudus homo, ſed Deus verbum. 813.b

Chriſtus carne & anima humana quomodo vſus. 880.a. carne carnem, anima verò animas noſtras redemit. ibidē. eius caro corrumpi non potuit, nec anima eius in inferno derelinqui. ibid.

Chriſtus citra impietatem adorari nō poſſet, ſi ipſe Dei verbum incarnatum non eſſet. 890.b

Chriſtus caput corū qui p ſpūm ſanctū reformant. 924.b

Chriſtus creditur, vereq; eſt viuens illud ſubſiſtensque Dei Patris verbum. 1095.a. ante omne æuum & tempus fuit, idem omnino ex ſancta Virgine ſecundum carnem natus eſt. 1095.a

Chriſtus cum Deus eſſet, hominē fecit: & manēs Deus, homo factus, refecit ipſe quod fecit. 796.b

Chriſtus cum ſit ſempiterna Dei virtus, vtiq; Chriſtus eſt ſempiternus. 720.b

Chriſtus cū proprius Dei filius appelletur, ex Dei ſubſtantia genitus quoque oſtenditur. 868.a. Omnia cū condiderit, neceſſarium eſt illum eſſe Deum. 869.a. eius mors mortem noſtram deſtruxit. 869.b. reſurrexit non vt homo, ſed vt Deus, pro nobis homo factus. 870.a. eius diuinitas ex inferis non remeauit, quoniā vbique præſens eſt. 880.a

Chriſtus cum in ſcripturis diuinis filius hominis appellatur, eius diuinitas ſubintelligenda. &c. 944.a

Chriſtus cum ſolus cognoſcat quæ ſunt in homine, ſolusq; peccata remittat, cur nō dicēdus eſt Deus. 1106.a

Chriſtus cur p paternā virtutē reſurrexiſſe dicat̄. 940.a

Chriſtus cur mortuus. 892.a

Chriſtus & filius Dauidis eſt & Dominus. 918.b. qui illi ſeruiunt, Deo ſeruiunt. 919.a. Lapis offenſionis, & petra ſcandali. ibid. per fidem ad eum accedimus, per ipſum verò ad patrem. ibid. eſt caput ſalutis omnium: fidei oſtium, & via ad patrem. 919.b

Chriſtus Dei filius verus Deus ex patre, homo verus ex matre. 758.b. carnem ex matris viſceribus habens & animam rationalem. ibid. In vna perſona Deus & homo, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus Dominus creatór omnium creaturarū & autor: paſſus vera carnis paſſione, mortuus vera corporis ſui morte, reſurrexit tertia die, iudicaturus viuos & mortuos in extremo die. ibid.

Chriſtus Dei verbum incarnatum quomodo Apoſtolus vocatus. 943.a

Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia, & Deus verus de Deo vero. 523.b. Incorporei figura & imago incorporea. 524.a. Quomodo ex ſubſtantia patris ſit genitus, inſcrutabile eſt. 524.b. 864.a. Pater ſolus agnoſcit filiū, & filius patrē, & cui voluerit filius reuelare. 524.b. oīa quæ condidit, facta ſunt volūtate pr̄is. ibid. carnē accepit, vt carnē à morte liberaret. ibi. & 537.a

Chriſtus Deus eſt & homo, perfectus in Deitate, & perfectus in humanitate. 1220.a

Chriſtus dr̄ opifex oium, quatenus eſt verbū incarnatū. 1099.b. qūo remiſſionem in ęternum credentib. comparauit. ibid. quomodo vnus Emanuel. 1099.b

Chriſtus dicitur ſecundum carnis ſacramentū, ſed idem Deus & homo eſt. 721.b

Chriſtus dicitur ſapientia Dei condita, propter ortum ex muliere. 204.a

Chriſtus duas naturas cōplectitur, nō duos filios. 1004.a

Chriſtus Emanuel vnica adoratione colendus & adorandus. 958.a

Chriſtus glorificatus eſt non aliena virtute ſed propria, proprioq; ſpiritu omnia quæ operatus eſt miracula, edidit. 958.a

Chriſtus eſt filius Dei, & verus Deus. 903.a

Si Chriſtus eſſet homo Deum habens inhabitantem, nō eſſet verus Deus, & propterea neq; adorādus. 1106.b

Chriſtus & quatenus hō, eſt ſuper oēm creaturā. 1184.b

Chriſtus ex operibus, & operandi modo quis eſſet, oſtēdebat. 1163.a

Chriſtus factus eſt maledictum & peccatum, vt maledictum & peccatum aboleret. 1158.b

Chriſtus filius Dei & filius hoīs rectè appellatur. 769.a

Chriſtus heri & hodie & in ſecula qūo ſemp idē. 902.a. magnus Deus à Paulo appellatur. 902.b

Chriſtus humana eſt perpeſſus, vt vere homo factus crederetur, licet eſſet vt antea, Deus. 1181.b

Chriſtus idem diuerſa ratione & validus & infirmus dicitur. 938.a

Chriſtus impolluta eſt illa hoſtia patri in odorem ſuauitatis oblata. 938.b

Chriſtus incrementa ſumpſit ſm naturæ aſſumptæ quallitatem. 927.a. diuina tn̄ æque ac humana illi conueniunt. 927.b. gratiam qua ornatus erat, ab alio non habebat, ſed à ſeipſo. ibid. vt homo, quædā neſcire dicitur, cum tn̄ vt Dei ſapientia, omnia aperta ſunt oculis eius. 928.a. in cruce derelictorū pęnam ſuſcepit. ibid.

Chriſtus homo è cœlo veniſſe dr̄ propter vnitatem filij Dei cum carne. 1098.b. licet pars mūdi quatenus homo, erat tamen ſupra mundum vt Deus. 1098.b

Chriſtus Ieſus non vulgaris homo eſt, ſed verbum homo factum. 1177.b. Verbum caro factum etiam Vnigenitus eſt Filius. 1178.b

Chriſtus per proprium Spiritum & corpus ſigna patrauit, non ſicut ſancti per alienum. 1178.a. petit gloriā à patre, quia factus homo. ibid. glorificauit ſemetipſum, ſuſcitans templum ſuum. ibid.

Chriſtus infirmitatem noſtrā experientia didicit. 935.b. cœlos penetrauit & vt homo, & vt Deus 936.a. longo interuallo Angelorum gloriam poſt ſe reliquit. ibid. à patre ad ſacerdotium aſcitus. 935. quid morte ſua docere nos voluerit. 936.b. ei ſacrificia laudum Angeli in cœlo offerunt. ibid.

Chriſtus in deſertum quomodo ductus. 935.a

Chriſtus in oib. oſtendit ſe hoīem & Deū. 426.b. 433.a.b

Chriſtus iuſtificare non poſſet, niſi Deus eſſet, cum iuſtitia ſit donum Dei. 913.b

Chriſtus luctatur tn̄ cū his qui ſunt in tenebris. 1192.a

Chriſtus legem adimpleuit, vt nos à legis maledicto vindicaret. 118.b

Chriſtus moriens ſuam diuinitatē maximis miraculis oſtēdit. 1208.b. p ipſum graui peccatorū mole exoneramur. ibid. illum fecit Pater victimā pro peccatis noſtris. 1211.a. peccatum à Paulo appellatus. ibid.

Chriſtus mortuos ſuſcitando ſuapte virtute, & alijs eam virtutē impertiēs Deū ſe eſſe manifeſtè oſtēdit. 895.b

Chriſtus natura Deus exiſtens, ex ſubſtantia patris genitus, & homo factus, & ex Virgine Deipara natus, tā à nobis quàm ab Angelis colitur & adoratur. 879.a

Chriſtus nec ſolus Deus, nec purus homo, ſed vtrunque ſimul. 1194.a. Sine matre, vt rerū conditor, ſine patre verò vt homo eſt. 1195.a. Immortalitatē per mortem ſuam nobis conciliauit. 1195.a. cernebatur vt ſeruus, operabatur vt Dominus. 1198.a

Chriſtus non fuit Pontifex propter gratiam electionis, ſed propter humanitatem cum verbo vnitam, vnione non facta, ſed naturali & hypoſtatica. 270.a

Chriſtus non homo Deifer, ſed verus Deus, naturaliſq; Dei filius eſt, non aūt hō numine afflatus. 958.a. 1115.a

Chriſtus non eſt diuiſus aut geminus, ſed vnus & indiuiſus. 955.a. vnus & idem Dei Patris Filius, & ex Virgine natus. 955.b

Chriſtus non virtute humanitatis ſed deitatis a mortuis reſurrexit.

reſurrexit. 941.a. reſurgens iter nobis ad immortalitatem obtinuit. ibid.
Chriſtus non ex homine factus eſt Deus. ſed Deus exiſtens verbum, factum eſt homo. 1039.a
Si Chriſtus nô eſſet verus Deus, & verus homo, mediator noſter eſſe non poſſet. 432.a
Chriſtus nullum incommodum pertulit, quod nobis maximum commodum nô attulerit. 1284.b. eius paſſionis noſtrarum ſanitas. ibid. neque ratione neque ſenſu diuiſus eſt. 1225.b
Chriſtus omnium honorum nobis autor: 940.a. per reſurrectionem glorificatus. ibid.
Chriſtus Patri aſſidet tanquam Deus Deo, Dominus Domino, Filius verus Patri vero &c. 1217.a
Chriſtus Pr̃i & Mr̃i homouſios, ſed diuerſa rône. 1207.b
Chriſtus Patris virtus, vita & reſurrectio noſtra. 942.a. primogenit' ex mortuis, & primitię reſurgêtiû. 942.b
Chriſtus per fidê iuſtificat, erigit, & recreat. 926.a. eſt fidelis pontifex, ſecundum humanam naturam aſſumptâ, & digniſſimus cuius promiſſis fides habeat. 926.b. ſaluare in perpetuû pôt accedentes ad Deû. ibid. eius ſacerdotiû æternû, non damnans ſed ſaluâs. ibid. Deo & pr̃i impollutû ſemetipſum obtulit. ibid. Vnica oblatione perfectos effecit, quotquot ſanctificani. ibid.
Chriſtus per paſſionem ſuam credentes ad crucem voluit animare. 932.b
Chriſtus per ſe ad patris notitiam trahit. 877.b
Chriſtus per ſuam reſurrectionem in vitæ nouitatê nos transformat. 941.b
Chriſtus per corpus ſuû viuificû mortalibus noſtris corporibus vitâ largit, & mortis imperiû abolet. 1184.a
Chriſtus per paſſionem ſuam humano generi pleniſſimam contulit ſalutê, ab oi peccato nos liberâs. 731.b
Chriſtus Pontifex fidei noſtræ confeſſionem Deo Patri offert. 956.b. cum prius corpus proprium illi pro nobis in ſuauitatem odoris obtuliſſet. 957.a. cur per ſpiritum ſe glorificari profiteatur. 957.a
Chriſtus proprio ſpiritu ſanctificans, ſuoq; ſanguine credentes emundans, clare ſe eſſe Deum demonſtrat. 903.a. ex mortuis reſurgens regenerauit nos in ſpê viuam. ibid. & Dominus, & Deus ex æquo eſt. ibid.
Chriſtus proprio ſanguine peccata credentium expiauit. 911.a. ſapientiam ſanctificationem & redemptionem nobis impertit. ibid. ſecundus Adam appellatus eſt. 911.b. per carnem paſſus eſt vt homo, vt nos ſua diuina virtute ſuſcitaret. 911.b. eius mors legis maledictionem ſuſtulit. 912.a. eius paſſio mundo ſalutem peperit. ibid.a. toti mundo ſalutem afferens oſtendit ſe eſſe Deum. ibid.a
Chriſtus propria virtute miracula edens, non ſicut ſancti aliena, Deum ſe eſſe manifeſtauit. 908.a
Chriſtus propria virtute miracula edebat. 1116.a
Chriſtus propter reſurrectionem verus Deus & verus filius Dei agnitus & creditus fuit. 927
Si Chriſtus propter nos requiem & omnia cômoda reſpuit, neque mori ignominioſa morte pro nobis erubuit, cur & nos propter eius gloriam vitam noſtram exponere non debemus? 101.b
Chriſtus poſt reſurrectionê Diuina potius virtute, quâ humana infirmitate vtebatur. 906.b
Chriſtus ſolus peccati expers, radix & initiû quoddâ eſt cunctorum ad vitę nouitatem, & immortalitatem inſtaurandorum ſm̃ quandam gratiæ cômicationê. 879.b
Chriſtus vnus ex patre & matre filius, ſed non ſecundû idem. 1138.a
Chriſtus qua mediator & ſacerdos, homo eſt. 931.b. offert Pr̃i nr̃am confeſſionê. i. fidem quã ſ. dicimus, credo in Deû &c. 931.b. ſacerdotio fungit, vt hô ſacrificio potiû, vt Deus. ibid.b. eius miniſteriû a Moſaico valde diuerſum. ibi.b. quo ſenſu dicat de cęlo deſcêdiſſe. 932.a
Chriſtus qua ratione ſuſcitatus a Patre dicatur. 941.b
Chriſtus qua ratione caput viri, eſt vir mulieris, Chriſti vero Deus. 898.a. cęleſtia dona diſtribuens, tanquam natura Deus id operatur. ibid. ſcribit in cordibus noſtris legem Dei viuentis ſpiritu ſuo. ibid.
Chriſtus quamuis hoîem à præteritis redemiſſet peccatis, ſciens tamen illum rurſus poſſe peccare, remedia illi quotidiana ſeruauit, quibus côfiſus humanos vincere poſſet errores. 791.a. eo ergo auxiliante vincimus, non adiuuante verò vincimur. ibid.a
Chriſtus quanquam corpus induit, natura tamen & re ipſa eſt Deus. 865.a
Chriſtus quia in ſe aſſumpſit quod nô erat, à patre exiſſe dicitur. 236.b
Chr̃s qd. cur inûctus, & quo ſenſu vngit & vngit̃. 1097.a
Chriſtus qcqd in tpe accepit, ſm̃ hoîem accepit. 433.a
Chriſtus quomodo homo cœleſtis appelletur. 1130.b
Chriſtus quomodo viuificet. 886.b
Chriſtus quo ſenſu profeciſſe dicatur. 1103.a. eſt propitiatio pro peccatis noſtris. 161.a
Chriſtus quot & quibus rônib. Emanuel dicatur. 1097.b
Chriſtus ſimul & vnigenitus & primogenitus credendus eſt. 878.b. vnigenitus, tanq̃ Dei verbû. primogenitus, quatenus inter multos fratres homo extitit. 878.b 883.a. vnus eſt Dñs nr̃ Ieſus Chriſtus, Eſt per quê oîa, ſicut vnus eſt Deus Pater, à quo oîa. 878.b. Salus illa quæ ex Iudæis eſt. 905.a. diuerſa rône ſupra legem & ſub lege erat. 905.a. Eſt imago & character Dei inuiſibilis. 915.a. Ex duabus naturis conſtitutus, vnus eſt Dñs. 915.a. Si non eſſet vnus non eſſet vna fides. ibidê. eius exaltatio non côpetit verbo ſm̃ naturam ſuâ, ſed quatenus caro factû eſt. 915.b. Omnia per ipſum condita & inſtaurata ſunt. 915.b. Eſt caput corporis Eccleſiæ. 915.b. Eſt hæres vniuerſorum. 916.a. Eſt Ioanne prior dignitate, & ſubſiſtendi ratione. 917.b. Derelictorum pœnam in Cruce ſuſtinuit. 988.b
Chriſtus ſeruiliter nô timuit mortem, cùm à ſe ſi voluiſſet, facillimè arcere potuiſſet. 937.a
Chriſtus ſecundum aliud, & aliud, ſanctificat & ſanctificatur &c. 1109.a
Chriſtus ſm̃ carnem perficiebatur, ſecundum verò diuinam naturâ perficit. 933.a. reſtituit humanæ naturæ integritatê quâ mortuis ſui primordio habuit. 933.a. quomodo iuſtificatus eſt in ſpiritu. 934
Chriſtus ſecundum naturam humanam id accepiſſe dicitur, quod perpetuò & conſtanter in ſeipſo poſſidet, nempe vniuerſorum eſſe Dominum & Deum. 929.a. Quo caput Eccleſiæ eſt primogenit' mortuorû. 929.a
Chriſtus ſpiritu nos ſanctificat, ſanguine expiat, aqua abluit. 910.a
Chriſtus ſua morte mortem debellauit, muniuitq; nobis viam ad vitam. 956.a
Chriſtus ſupra legem & ſub lege erat, ſed diuerſa ratione. 905.a. 1095.a
Chriſtus tanquam rex & ſapiens poteſtatem habet condendi varias leges. 119.a
Chriſtus verbo & opere Deum ſe eſſe declarauit. 888.b
Chriſtus verus Dei Filius, tametſi filius hominis appelletur. 943.a
Chriſtus vera lux, & vita perpetua. 473.b
Chriſtus virus, quod ſerpens per Adamum in nos transfuderat, exhauſit, & deleuit. 935.a. vnus & idem iuxta nos eſt, & ſupra nos, quatenus. ſ. homo & Deus. ibid.
Chriſtus vita fidelium & reſurrectio mortuorum. 102.b
Chriſtus vita & reſurrectio vt Deus. 903.a
Chriſtus viuorum & mortuorum Dominus. 888.b
Chriſtus vna oblatione pfectos effecit credentes. 957.b
Chriſtus vngit ſuos, qui in ipſum credunt. 1097.b
Chriſtus vnus atq; idê eſt, & totus hominis filius pp carnê, & totus Dei Filius pp vnâ cû Patre Deitatê. 433.b quæ in forma ſerui à Patre accepit, eadem in forma Dei êt ipſe donauit. 433.b. forma ſeruili verbi maieſtate velata, redemptionem noſtram compleuit. ibid. Deitatis & carnis in eo vna côfitenda eſt pſona. 434.a
Chriſtus vnus eſt ex Deitate & humanitate conſtans, ſicut homo vnus ex corpore & anima conſtituit. 881.b. Conditor vt Deus, viuificator vt vita. 887.b
Chriſtus vnus eſt qui vtramque naturam eſſentialiter complectitur. 882.b
Chriſtus vt homo ſuſcipit ſpiritum ſanctû, vt verò Deus illum impertit. 934.a
Chriſtus vt homo ſpiritu ſancto innngit, vt verò Deus, eundem confert. 917.934.b
Chriſtus reſurrexit, vt nos immortales faciens, ſpem noſtræ reſurrectionis conſtitueret. 537.b
Chriſtus reſurrexit nô tanq̃ vnus ex nobis, ſed tanq̃ vita & Deus, & morte ſuperior. 891.b. q diuinû honorê ei tribuere recuſat, reprob' oîno atq; dânatus eſt. 895.a

Chri-

Chriſmatis confectio quotannis renouanda & vetus cremanda. 356.b
Cibus carnalis, ſpirituali cibo non eſt pferendus. 276.b
Ciborum omne genus ſumendum cum gratiarũ actione: nihil.n. in os introiens coinquinat hominẽ. 725.a
Citatio canonica fieri debet per congruum tẽpus. 708.b
alioquin citatus non tenetur reſpondere. ibid.
Citatus Neſtorius ter & ſcriptis & viuæ vocis oraculo, vt Concilio ſe ſiſtat, contumaciæ cum non comparuiſſet, inſimulatus eſt. 987.a
Clauis parua à Gregorio Magno ad Regem Recaredũ miſſa quid ſignificaret. 196.a
Clamor & lachrymæ Chriſti in cruce, documento nobis ſunt propoſita, vt. ſ. illum imitemur. 937.a
Claudum vel ſurdum irridens ſegregetur. 22.a
Claudus ſubuerti non debet, ſed potius curari. 511.a
Clemens Romanus papa quartus, Galbæ & Veſpaſiani temporibus. 278.b
Clementia & manſuetudo Chriſtianum maxime decet. 377.a
Clementi Cathedra a Petro tradita. 282.a
Clementis Epiſtolæ ad Iacobum fratrẽ Domini. 279.a 288.b. eiuſdem de ſacerdotis officio 291. eiuſdem ad Iulium, & Iulianum diſcipulos ſuos. 296.a. eiuſdem ad diſcipulos ſuos Hieroſolymis. 298.b
Cletus Romanus papa tertius. ſub Veſpaſianis Imperatoribus. 278.a
Ad Clericatus gradus niſi ſecundum ſtatuta patrũ nullus admittendus. 810.a
Ad Clericatus ordines quomodo aſcendendum. 741.a
Ad Clericatus ordines nemo aſcendat niſi per gradus. 594.a
Cleri Conſtan. conteſtatio aduerſus Neſtorium. 949.b
Cleri Conſtantinopol. pro ſynodo Ephe. ſupplex ad Impe. libellus. 1086.a
Cleri & plebis ſuffragio Epiſcopus Romæ creatus Cornelius. 400.b
Cleri Romani Epiſtolæ ad Cyprianum, & ad Carthaginen. 361.b
Clerici ad teſtificandum non cogendi. 765.a
Clerici ad Concilia ne appellent niſi ſint ſuæ cognationis. 807.b
Clerici ab hæreticis exautorati in proprium gradum reſtituendi. 1079.a. ſi ab Epiſcopis hæreticis deſtituerint, non tenentur obſtricti. ibid.
Clerici conuicti de aliquo crimine, ſi forte innocẽtiam ſuam defendere voluerint, intra annum hoc faciant. alioquin nunquam amplius audiantur. 766.b.832
Clerici plebes alienas ſubornantes, etiam de propria Eccleſia reijciendi. 828.b
Clerici in habitu & in tonſura à laicis diſcernẽdi. 332.b
Clerici negotia & quæſtuoſas nundinas vitent. 603 b
Clerici non veſte & habitu, ſed doctrina & mentis puritate a cæteris diſcernendi. 849.b
Clerici omnes quales eſſe debeant. 67.b
Clerici ſecularibus negocijs ne ſe immiſceant. 673.b
Clerici ſi nubant, deponendi. 740.b
Clerici conſanguineis niſi fuerint Catholici, aliquid ſuarum rerum quoquo modo non conferant. 750.b
Clerici ſicut familiares Domini dicuntur, ita moribus & ſanctitate alios præcellere debent. 324.b
Clericis de Epõ ſuo cõquerentibus quid agendũ. 807.b
Clericis interdũ vi vti licere, ne ſacra profanentẽ. 1147.a
Clericis nullis licere ad virgines ſacras adire ſine honeſto comitatu. 827.a
Clericis tabernas ingredi non licere, niſi neceſſitatis cauſa. 827.a
Clerico de vno loco ad aliũ tranſire nõ permiſſũ. 822.a
Clerico non licere cauſam in publico examinare. nec ante iudicem laicum ſtare. 592.a
Clericorum & ſecularium vita dẽt eſſe ſegregata. 324.b
Clericorum gradibus tempora præfixa. 811.b. ad hos gradus neque bigamus, neque pœnitens, neq; Viduæ maritus admittendus. 811.b
Clericis emancipare filios ſuos & à ſe exire ſinere non licere. 750.b
Clericorum vxores ſi peccauerint, in maritorum poteſtate ſint, vſque ad necem excluſine. 768.a
Clericos non decere nuptijs, conuiuijs, vel ſpectaculis intereſſe. 703.b
Clericos tutores aut curatores teſtamentarios conſtitui non debere. 391.a
Clerici ad hæreticos deficientes deponendi. 1079.a. reſtituti ab hæreticis, q antea pp flagitia ab Orthodoxis amoti fuerant, adhuc excõicati permaneãt. 1079.b
Clericus alienus ab alio non abripiendus. 829.a
Clericus ad tutelam aut ad curam non vocandus. 392.a
Clericus à Iudæis xenia accipiens, vel quid tale, deponatur, laicus verò ſegregetur. 23.b
Clericus aut viduam aut ad ſecundas nuptias tranſiens deponendus. 741.a.746.775.
Clericus comedens carnes cum ſanguine, vel quid à feris captum aut morticinum, deponatur: laicus verò ſegregetur. 23.b
Clericus contra Epiſcopum ſuum non audiendus, ſed de gradu deijciendus. 400.b
Clericus cum mulieribus extraneis non habitet. 760.b per plateas non deambulet ibidem. Niſi corporis imbecillitate cogatur, a vigilijs ſe non ſubſtrahat. 760.b adulationibus aut proditionibus vacans degradetur. ibidem. ſcurilis vel iocularis ab officio remoueatur. b per creaturas iurans, aut inter epulas cantans obiurgationibus acerbis cohercendus. 760.b
Clericus clericum accuſans ſi curiam introierit anathema ſit. 594.a.600
Clericum falsò accuſans communione priuetur. 716.b
Clericus damnatus à nullo defendendus. 830.b
Clericis cuiuſcunq; gradus condemnandis quot requirantur teſtes. 593.b
Clericus die Dominico ieiunans vel ſabbato, deponatur, laicus verò ſegregetur. 23.b
Clericus Epiſcopo maledicens deponatur. 22.a
Clericus fideiuſſor ne eſto, alioquin deponatur. 16.a
Clericus in ſacris vxorem habere non præſumat. 614.a
Clericus in caupona comedere depræhenſus niſi in itinere, deponatur. 22.a
Clericus in tentationibus ſtrenuus ad altiora promouendus. 760.a
Clericus in pugna aliquem occidens vno ictu, deponatur propter ſuam temeritatem. 23.b
Clericus nec comam nutriat, nec barbam. 760.a. nec in habitu decorem quærat. 760.b. artificio honeſto victum quærat. b. ſi inuidus ſit non promoueatur. 760.b
Clericus niſi examine & populi teſtimonio probatus ſit, ad ordines non promouendus. 751.a
Clericus niſi in Eccleſia non examinandus. 600.a
Clericus nullus Eccleſiam ſuam derelinquat. 614.b
Clericus nullus vſuræ aut turpis lucri negocio vacet. ſi fecerit excommunicetur. 614.b
Clericus nullus ab ignobili loco ad nobilem per ambitionem tranſeat. 759.b
Clericus nullus in Cellarij ſecretum puellam introducat. 614.a
Clericus nullus ſecum habeat mulierẽ extraneã. 821.a
Clericus nullus Epiſcopum accuſare audeat, quod ſi fecerit, infamis habeatur, & priuetur. 359.a
Clericus nullus occidendus. 600.a
Clericus quilibet mulierum domos frequentans, deponatur, & ſegregetur. 397.b. cum muliere niſi proxima fuerit, non habitet. ibid.
Clericus quilibet Sacerdos inobediens Epiſcopo, aut eum calumnians curiæ tradatur. 330.b
Clericus quiſquis moriens abſque hærede bona ſua cõferat Eccleſiæ. 597.b
Clericus qui ſeculare iudicium petierit, honore priuetur. 807.a
Clericus ſcurrilia verba loquens acerbe corripiendus. 755.a
Clericus vſurarius & turpi lucro deditus deponendus. 822.b
Clericus ſi quis relicta parochia ſua ad aliam tranſierit abſque Epiſcopi licentia, deponatur è miniſterio, nõ tamen communione priuetur. 16.b. Epiſcopus verò qui eum receperit, communione priuetur. 16.a
Clericus victum & veſtitum artificio aliquo vel agricultura ſibi paret. 762.b

In

In Clero vnuſquiſque maneat in ſuo gradu, nec limites tranſiliat, alioquin deponatur. 822.b
Cuma mulieri à Deo data ad memoriam ſubiectionis. 611.a. eam ſi amputauerit, anathema eſto. 611.a
Comici & hiſtrionicam artem exercentes, donec ab illa ſe abſtineant, communione priuentur. 615.a
Comitis Irenæi Epiſtola ad Orientales de illarũ cauſæ ſucceſſu. 1054.b
Commonitorium Concilij legatis datum contra Donatiſtas. 835.b
Commonitorium Papæ recitatum in Concilio Carthaginenſi ſexto. 818.b
Commune, non vni commune eſt, ſed pluribus. 1159.b
In Commune quæ tradita non ſunt, totam Eccleſiam non obligant. 244.a
Communia ſacta ſunt omnia, omnia quoq; communia eſſe habenda. 299.a
Communi conſenſu, quæ ad religionem ſpectant, conſtitui debent. 986.b
Communicans cum excommunicato vel orans quiſquis fuerit, excommunicetur. 761.a
à Communione ſuſpenſus & ad aliam properans ciuitatem abſque commendatitijs literis, & qui ſuſcipit & qui ſuſceptus communione priuetur. 15.b
Communicandum ſaltem ter in anno, niſi legitima cauſa impedierit. 362.a
Competentes dicuntur qui presbyteris baptizandos ſe offerunt. 257.a
Comprouincialibus Epiſcopis abſentibus nec audiri, nec iudicari debet Epiſcopus. 400.b
Concilia doctrinæ Apoſtolicæ & patrum ſanctorũ traditioni inniti debere. 1079.b
Concilia à Principibus quare cogenda. 945.b
Concilia Aphricana aliquot. 770.a.838.a
Concilia præter ſententiam Rom. Pont. nullo modo celebranda. 625.b
Concilia quatuor celeberrima, & quæ. 5.a
Concilia quædam ſub Innocentio Carthagine celebrata. 808. b. 809. b. 810. a. 812. a
Concilia ſub Victore habita propter diẽ Paſchæ. 340.a
Concilia tempore Lucij. 397.b
Cõcilij Antiocheni Epiſtola ad omnes Epiſcopos. 419.a
Concilij Carthaginenſis Epiſtola ad Innocentium Papam. 788.b
Concilij primum Conſtantinopol. capitula ſiue canones. 732.a
In Concilijs quę ad fidem ſpectant primum, deinde quę neceſſaria ad diſciplinam Eccleſiaſticam diſciplinã, tractanda. 808
In Concilio nihil per contentionem, aut oſtentationem faciendum. 1014.a
In Concilio congregando, Epiſcoporũ quæ debeat eſſe diligentia. 766.a
Conciliorum generalium cõuocandorum autoritas penes Apoſtolicam ſedem. 621.a
Conciliorum generalium conuocandorũ autoritas penes ſedem Apoſtolicam. 62.b. præter eius ſententiam non ſunt celebranda. 621.a
Conciliorum generalium origo. 5.a
Conciliorum congregandorum cauſæ. 974.b
Concilia aliquot Aphricana ante Cyprianum. 369.a
Concilia tempore Cornelij, & Cypriani. ibid.a
Concilium Africanum Mauritaniæ. 707.b. eius Epiſtola ad Damaſum Papam. 707.b
Concilium Africanum primum 32. Epiſcoporum. Secundum 71. Tertium 87. quod vnum extat, & illud damnatum. 406.a
Concilium Africanum tempore Bonifacij primi. 824.a
Concilium tertium Africanum quod Carthaginẽſe appellatur, de rebaptizandis hæreticis. 406.a
Concilium Antiochenum ſub Dionyſio papa. 418.b
Concilium Arelatenſe primum tempore Syluestri. eſt prouinciale. 606.a. eius capitula. ibid.
Concilium Vangrenſe. 607. a. eius procemium, & capitula. 608.609.a
Concilium Arelatenſe ſecundum ſub Syluestro. 613.a eius capitula. ibid. & 614.a
Concilium Ariminenſe Epiſcoporum Occidentalium. 400.678.a. in eo variatũ eſt ſentẽtijs, dum alij Arij opinionem, alij Nicenam fidem tuerentur, alij formulam Conciliabuli Sirmienſis retinendam cenſerent. 678.a. tandem Orthodoxi Valentem cum ſocijs & eorum formulam fidei damnarunt. 680.b.683.a
Concilium Alexandrinum. 682.a
Concilij Hieroſolymitani literæ ad Alexandrinos gratulatoriæ de reſtituto illis Athanaſio. 668.a
Concilium Antiochenum ſub Iulio. 640.a
Concilium Antiochenum contra hæreſim Pauli Samoſathai. 418.b
Concilium Aquileienſe. 717. à metu liberum, & omnibus patens. 717. a eius geſta tempore Damaſi. 717. a. eius Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ. ibidem. b. eiuſdem Epiſtola ad Theodoſium imperatorem. 718. a. in eo Ariana hæreſis damnata. 725.a
Concilium Cæſarauguſtanum in Hiſpania contra Priſcianiſtas. 718.a
Concilium Carthaginenſe primum, & eſt prouinciale. 672.a. eius exordium, & capitula. 672.a. &c.
Concilium Carthaginenſe ſecũdum, prouinciale. 746.a eius capitula. ibid. & 747.a
Conciliom Carthaginenſe tertium. 749. a. eius capitula & decreta. 750.a
Concilium Carthaginenſe quartum. 758.a. eius decreta. ibid. & 759.a.60.61.
Concilium Carthaginenſe quintum. 765.a. eiuſdem canones. ibidem.b
Concilium Carthaginenſe ſextum prouinciale epiſcoporum. 217. 818. a. eius acta ibidem & ſequentibus. Ad orientales legatos mittit pro habendo exẽplũ Synodi Nicenæ. 819. a. conſtitutiones eius omnes approbat. 819.b
Concilium Carthaginenſe ſeptimum. 38. Epiſcoporum. 823.a. eios acta & canones. ibid. & ſeq.
Concilium Carthaginenſe de rebaptizandis ijs qui ab hæreticis baptizati fuerint, à Cypriano & eius collegis celebratum, quod tñ minime fuit receptum. 406.a
Concilium Carthaginenſe, ſed damnatum. 458.b
Concilium Conſtantinopolitanum, conciliom ſecũdum vniuerſale, habitum a 150. Epiſcopis ſub Theodoſio primo, anno dñi 381. aduerſus Macedonianum. 727.a
Cuncilium Eliberinum Hiſpaniæ, non receptum. 600.a eius capitula. ibid. & 601.
Concilium generale pro communibus Eccleſiæ cauſis, pro priuatis vero ſpeciale vniuſcuiuſque prouinciæ vocandum. 839.a
Concilium Hipponenſe. 755. a. eius ſtatuta. & formula fidei. ibid.b
Concilium Laodicenum prouinciale. 696. a. einſdem capitula. ibid.
Concilium magnum Epheſinum primom contra Neſtorium præcipuè coactum. 853.a. eius acta omnia. 867. & ſequentibus.
A. Concilium Mediolani coactum à Conſtãtio, vt Athanaſius damnaretur, ſed re infecta, diſſoluitur. 678.
Concilium Mileuitanum in Numidia contra Pelagium & hæreſim eius. 804.a
Concilij Mileuitani Epiſtola ad Innocentiũ papã. 792.a
Concilium Neocæſarienſe. 469. a. eius canones. ibidem, & 670.671.
Concilium Nicenum primum quãdo celebratum. 492.a in eo fuerunt Epiſcopi. 318. qui Arianam hæreſim omnes damnarunt. 492.a, durauit annis tribus & paulo amplius. ibidem. Contra illud portæ inferi non prȩualuerunt. 395 a
Concilium magnum Nicenum primum generale in 4. libros diſtinctum. 490. eius canones viginti vulgati. 482. a. eius acta ante & poſt. 496. &c.
Concilium 90. Epiſcoporum tempore Cypriani. 385. a. aliud 9. Epiſcoporum. ibid.a
Concilium nullum ratum, quod autoritate Papæ non fuerit fultum. 628.b
Conciliabulum Orientalium cõtra ſacram Epheſinam ſynodum. 1043.a
Concilium quid, & vnde dictum. 7.a
Concilium Romæ actum contra Nouatum 60. Epiſcoporum. 392.b

Concilium

Concilium primum ſub Petro celebratum Hieroſolimis. 277.b
Concilium Romanum poſt Nicenum. 592.a
Concilium Prouinciale bis quotannis faciẽdum. 303.b
Concilium Romanum ſub Iulio Papa. 637.a
Concilium Colonienſe ſub Iulio, contra Euphratam Arianum. 638.a
Concilium Romanum ſub Sylueſtro Papa. 593
Concilium Romanum tempore Damaſi. 715.a
Concilium Sardicenſe ſub Iulio, de duorum Imperatorum fratrum ſentẽtia 651.a. in eo interfuere Epiſcopi 300. Occidentales, Orientales verò. 76.a
Concilium Seleuciæ cõgregatum, propter diſſenſiones Epiſcoporum diſſolutum. 682.a
Concilium 60. Epiſcoporum cum Cypriano. 390.b
Concilium Sirmienſe à Conſtantio indictum. 670.b. in eo Photinus damnatus. 670.a. eius fidei formulæ variæ, & impiæ. ibid.
Concilium Taurinatenſe, prouinciale. 762.a. eius proœmium & ſtatuta. ibid.b
Concilium Telẽſe in Hiſpania, prouinciale. 745.a. eius proœmium. ibid.
Concilium Toletanum I. 767.a. eius decreta. ibidem b. eiuſdem fidei formula. 769.a
Concilia a ſanctis patribus ſancita omni ſtabilita manent vigore. 5.b
Concilium Valentinum prouinciale. 737.a. eius decreta. ibid.b
Concordiam religionis ob ceremoniarum varietatem non diſſoluendam. b
Concordiam ſectantes ad tranquillum portum perueniunt. 281.b
Concordiam ſimul iunctã omnino vinci nõ poſſe. 388.b
Concubinam habens ad clerum nõ admittendus. 778.b
Condemnari indicta cauſa nemo debet. 1071.b
Condemnatio Palladij hæretici à Concilio. 725.a
Conditiones ineundæ pacis inter Synodum & ſchiſmaticos. 1082.b
Confeſſio humilis in malè factis melior eſt, quàm ſuperba gloriatio in bonis. 344.a
Confeſſio in iudicijs ſpontanea debet eſſe, alioquin nullius erit momenti. 317.b
Confeſſionem bonam confitẽtes & nos ipſos ſeruamus, & alios in fide confirmamus. 101.b
Confeſſionem fidei cur ſynodus edere recuſet. 1082.b
Confeſſionem fidei edere, nõ eſt idem quod ſymbolum nouum facere. 1133.a
Confeſſor dici non debet, qui Chriſti Eccleſiam negat, & deſerit. 373.a
Confide in Deo, & ſta in loco tuo. 396.b
Confirmatio an neceſſaria poſt baptiſmum. 467.b. eius effecta. ibid.b
Confirmationis ſacramentum nõ eſt neceſſitatis ſacramentum, ſine eo enim poteſt quis eſſe ſaluus, dummodo illud non negligat. 257.b
Coniugalia præcepta de clericis. 115.b
In Coniugali copulatione ſit corporis & animi coniunctio. 265.a
Coniugijs duobus ſi quis fuerit implicitus, vel concubinã habuerit, Eps eſſe nõ põt. neq; alius ex clero. 16.a. neq; ſi quis vxorem duxerit infamem vel viduã. 16.a. neq; qui duas ſorores duxerit, aut conſobrinam. ibid.
Coniugium, non eſt genus pacti humani, ſed lege Dei ſancitum. Deus enim eſt qui copulat, qui leges dedit matrimonij. 265.b
Coniugium qui concedit non laxat habenas incontinentiæ, ſed potius ne ſint intẽperantes & impudici. 262.a
Coniugatis pœnitentiam non niſi ex conſenſu dandam. 615.a
Coniugium ſecundæ mulieris priore ſuperſtite, nec diuortio eiecta, nullo pacto legitimum. 780.a
Coniugatus ad ſacros ordines non promouendus, niſi promiſſa fuerit conuerſio. 614
Coniugatorum qualis debet eſſe conuictus. 120.b
Coniunctio corporis & animi ſit in coniugali copulatione. 265.a
Coniunctiones conſanguineorum prohibendæ. 345.a
Connexionis vocabulum incarnationis myſterio minime aptum. 955.b. Verbum ſecundum carnem Deo & legi ſubiectum. 955.a. vnà cum ſua carne vna adoratione colitur. ibid.a
Conſanguinei ſi inter ſe nubãt, infames iudicãdi. 345.a
Conſanguinei qui vocentur. 345.b. eorum coniugia diſſoluenda authoritate Apoſtolica. 345.b
Conſcientia ab omni inquinamento carnis cuſtodienda. 293.b
Conſcientia bona in malis quæ iniuſtè accidunt res ſtabilis & firma. 802.a
Conſenſus diuerſarum ſynodorũ de die Paſchæ. 338.b
Conſecratione peracta omnibus communicandũ. 302.a. alioquin ſegregandi. ibid.
Conſilia non præcipitanda. 346.a
Cum conſilio omnia facienda. 1031.a
Conſtanter perſeuerandum in doctrina vera. 304.a
Conſtantiam in confeſſione fidei ex Dei indulgentia prouenire. 364.b
Conſtantini ad Aceſium Nouatianum facetum dictum. 556.a
Conſtantini Epiſtola ad omnes Orthodoxos aduerſus Arium. 566.a. alia eiuſdem Epiſtola ad Epiſcopos qui non interfuerunt Concilio. 567.a. alia eius Epiſtola. 568.a
Conſtantia humanitas benignitas & munificentia erga Epiſcopos in Concilio Niceno. 568.b
Conſtantini Imperatoris edictum, quo fidem ſuam publice teſtatam facit. 473.a
Conſtantini Imperatoris Epiſtola ad Alexandrum & Arium, qua eos ad cõcordiam inuitat, & in qua egregij principis officium oſtendit. 508.a
Conſtantini Pij Imperatoris mors. 572.b
Conſtantinus aqua ſacri baptiſmatis lotus à lepra curatur. 474.b
Conſtantinus Imperator Pontificem Romanũ omnium Eccleſiarum principem declarat. 475.a
Conſtantini iunioris Imperatoris literæ ad Alexandrinorum Eccleſiam pro Athanaſio. 626.b
Conſtantinus Imperatorũ primus Chriſtianus. 472.a. eius munificentia in Eccleſiam. ibidem. 478. & in Eccleſijs dotandis. 479. Idem magnæ Synodo Nicenæ interfuit. 472.a. ab eius tempore a multis prædia Eccleſiæ donata. ibid.b. Baſilicæ quoq; multæ in honorem martyrum ædificatæ. ibid. & 480.a
Conſtantinus Imperator in Concilio cum Epiſcopis ſedit. 515.a. lites inter Epiſcopos vt dirimeret, eorũ libellos comburi iuſſit. 516.a. 536.a. magna eius erga ſacerdotes religio. 516.a
Conſtantius Imp. vt religionem ſuo modo conſtitueret, duas ſynodos duobus locis euocauit. 676. ſed diſſenſione vtrinque orta conſilium eius aliter ceſſit. 678.
Conſtantinus paci Eccleſiæ ſtudens concilium vniuerſale Epiſcoporum Nicææ indicit. 512.a. eius oratio præclara ad patres in ſynodo habita. 513.a. eius peracto concilio diligentia, vt illius decreta vbique ſeruarentur. 536.a
Conſtantinopolis terræmotus obnoxia. 1020.a
Conſtantinopolitana ſynodus prima, quando & cur congregata. 5.a
Conſtantinopol. Concilij ſymbolum fidei. 735.a
Conſtãtinopolitani Neſtorio anathema clamãt. 1020.b
Conſtantinopolitani Neſtorij depoſitionem læti excipiunt. 1024.a. Synodum rogant vt eorum Eccleſiæ de idoneo prouideat. ibid.
Conſtantinopol. Epiſcopus poſt Romanum, primatum obtineat, eo quòd ipſa vrbs ſit noua Roma. 733.a
Conſtantis literæ ad fratrem de reſtituendo Athanaſio. 665.a
Conſtantij literæ ad Athanaſium. ibid.
Conſtantius ab Arianis ſolicitatus acta ſynodi Sardicẽſis euertit, epiſcopoſque reſtitutos alios exilio mulctat, alios in carcerem tradit, alios interfici iubet. 669.a
Conſtantius Imperator Photini hæreſi commotus Sirmij Concilium indicit. 669.b
Conſtantius Imperator male animatus contra Athanaſium. 624
Conſpiratores omnes grauiter damnandi, & compeſcendi.

ſcendi. 344.a. et quæ pœna Eccleſiaſtica imponenda. 344.b
Conſtitutionum Clemẽtis librorũ ordo. 59.a.60.b.61.b
Conſtitutio Syluestri Papæ circa gradus Eccleſiaſticos. 595.a
Conſubſtantialis vox à Conſtantino piè & ſapienter explicata. 565.a. non corporeo more debere intelligi, nec quicquam cum mortalibus commune habere vel ſimile. ibid.
Conſuetudinem Eccleſiæ à Synodo confirmatam iniquum eſt à paucis abrogari. 631.a
Conſuetudines inueteratæ ſi non ſint contra fidem, ſeruandæ. 331.b
Conſuetudines quæ non ſunt contra fidem & contra bonos mores non improbandæ. 243.a
Conſuetudines variè pro varietate temporum & locorum ab Apoſtolis traditæ. 243.a
Conſuetudo mala non minus quam corruptela eradicanda. 653.b
Conſuetudo olim fuit, vt ante conſecrationem Diaconus ediceret. Qui non communicat, exeat. 258.a
Conſuetudo vetus non mutanda. 55.b.56.a
Conſuetudo vim legis habet. 1032.a
Conſultores in rebus arduis, & proprijs qui adhibendi. 981.a
Contaminatio gẽtium eſt lingere ſanguinem more canum, & veſci licenter ſuffocatis. 227.a
Contemptus clericorum in maiores ſuos caſtigandus. 674.a
Contentiones inter Chriſtianos ortæ, ad Eccleſiam deferendæ, & ibi terminandæ. 436.a
Per Contentionem nihil agendum. 327.b
Contentio ſummopere vitanda. 357.b
Continentiæ vigor non frangitur, tametſi adultero pœnitentia & venia datur. 377.b
Continentiam ſemper ſeruare valde difficile. 603.a
Continentiam à proprijs vxoribus ex obſeruãs relinquit Concilium Nicenum iudicio volentium. 562.a
Continens nemo poteſt eſſe, niſi Deus det. 795.b
Contraria citra ſuſpicionem inter ſe non celant. 963.b
Controuerſiæ inter Arium & Alexãdrum origo & cauſa lenis. 508.b
Controuerſia agitata in Concilio Carthaginenſi ſexto, & in Africano circa appellationes ad Eccleſiam Romanam. 816.a
Conuenticula hæreticorum, conciliabula appellanda, non Eccleſia. 761.a
Conuentus ad audiendum verbum Dei, & ad preces & gratiarum actiones ſæpe à Chriſtianis faciendi in quibus Epiſcopus debet eſſe ſolicitus. 45.a.190.a
Conuentus in quibus de pudicitia, de iuſtitia, & de pietate tractatur, frequentandi. 289.b
Conuerſio ad Dominum non differenda. 551.a
Conuicia & maledicta humana contemnenda. 584.a
Conuicia Chriſto & criminaobiecta. 105.b
Conuicia ſi cui iniuſte fiat, nihil facienda. 69.a
Conuicium faciens miſer eſt, non aſt qui recipit. 386.a
Conuitia ſine cauſa qui facit ſibi maledicit. 43.a
Conuictus de aliquo graui crimine ad Clerum ne prouehatur. 85.a
Communio in Eccleſia non facienda. 817.a
Communio in Eccleſia abſtinendi. 55.b.817.b
Copulatio diſcretorum, coniunctione verò diſtantium, coitus. 1172.b
Cooperatores gratiæ Dei vt ſimus, ſummopere ſtudendum. 309.b
Cor hominis immutat faciem. 398.b
Corda omnium ſcrutatur Deus. 336.a
Cordatum cuiuſdam Epiſcopi dictum. 972.a
Cordis tẽtationes ei qui præeſt detegendæ, & pro ijs conſilium petendum. 881.a
Cornelij ad Cyprianum, & Cypriani ad Cornelium Epiſtola reſponſoria. 372.a.b.373.a
Cornelij laus. 375.b
Cornelius Romanus Papa XXI. 365.b. eius Epiſtolæ. 366.a.367.b. capite truncatus. 365.b
Corpora noſtra quomodo viuificentur. 941.b
Corpora noſtra membra cum ſint Chriſti, & ſinguli ſimus templum Dei, quiſquis adulterio templum Dei violat, Deum violat. 379.a
Corporaliter in aliquo habitare, idem eſt quod eſſentialiter. 930.a
Corpori Chriſti quæcunq; irrogata ſunt, ea omnia verbo attribuuntur. 1216.a
Corporis damnum non impedit quominus quis in Epiſcopum eligatur. 24.a. Cæcus tamen & ſurdus nõ eliguntur, non vt pollutum, ſed ne Eccleſiaſtica impediantur. ibid.
Corporis Chriſti contactus viuificus erat. 910.b
Corporis & ſanguinis Dominici fragmenta, ſacrarium item & ſacra vaſa diligenter curanda, & à quo. 288.b
Corporis Chriſti, vbicunque inciderit mentio, non inanime ſed anima intelligente præditum, aſſumptum eſſe ſemper ſtatuendum. 1219.a
Corpus Chriſti licet fuit ſepultum, nullo tamen modo ab arcana illa cum verbo vnione fuit diuulſum, anima tamen triduo illius interuallo fuit ſpoliatum. 1153.b
Corpus Chriſti quomodo viuificum. 943.a
Corpus Domini conficientes obediendi, & timendi, nõ autem lacerandi & detrahendi. 325.a
Corpus ex Virgine natum, verbi quod ex patre genuit eſt, proprium erat, & propter hypoſtaticam vnionem verus Dei filius eſt, non organum tantum. 862.a
Corpus hominis ex quatuor elementis, anima vero ex nihilo facta. 128.a
Corpus ſine anima doloris eſt incapax. 942.b
Creare deſijt quidem Deus, ſed non deſijt prouidere. 81.a
Creatio mundi facta eſt per filium Dei nondum factum hominem. noua vero creatura per Chriſtum cœpit, quia per mortem Chriſti facta eſt. 183.a
Creationis & ſpiritualis nouæ creaturæ autor & effector eſt Chriſtus. 249.a
Creatori Deo nemo impune obſiſtit. 1025.a
Creatorem eſſe eiuſdem naturæ cum re creata, nulla ratio oſtendere poteſt. 504.a
Creatura omnis inhabilis erat ad perficiẽdam noſtram ſalutem. 1225.b. & ideò Creatore opus fuit. 1223.a
Credenda non ſunt quamuis vera ſint, niſi quæ manifeſtis indicijs & manifeſto iudicio comuincuntur. 327.a
Credentes in Chriſtum a ſeruitute legis liberati, ſunt ſub gratia. 147.b
Credentes in Chriſtum omnes iuſtificãtur. 919.b.920.a
Credentes in Chriſtum, ſpirituale chariſma omnes accipiunt, tametſi non omnibus ſignorum chariſmata data ſint. 133.b
Credentes in Chriſtum omnes iuſtificationis gratiam conſequuntur. 920.b
Credentes in miſſum, in mittentẽ quoq; credunt. 923.b
Credere in hominem ſimplicẽ non eſt Dei opus. 923.b
Cribrare aliquem à Satana, eſt fieri, vt eius fides tanquã aqua effluat. 220.b
Crimen obijciens ſcribat ſe probaturum. 360.a. quod ſi non probauerit, lege talionis tenetur. 360.a
Crimen fatetur, qui oblata occaſione ſe in iudicio purgandi non vtitur. 814.a
Crimen reuocatum in iudicium grauius condemnandum. 779.b
Crimen vnum qui non probauerit, ad alia non admittendus. 841.a
Crimina quibus ſacrificijs deleantur. 318.a
Criminationes aduerſus doctores nõ recipiendæ. 401.a
Criminationes contra doctores non ſuſcipiendæ. 343.b
Criminationes maiorum quomodo tractandæ. 327.b
Criminationes impiorum nõ fiant niſi per eum qui crimen intendit, isq; ſit irreprehenſibilis. 628
Criminator niſi obiecta probet, lege talionis tenetur. 1075.a
Crimnoſus ad accuſationes non admittendus. 747.b
Criminum diſcuſſio ibi agenda, vbi crimen eſt admiſſum. 710.a
Crucifixum Chriſtum qui non adorat, infideli deterior. 1004.b
Crucis ſupplicium qui pertulit, Dominus gloriæ appellatus. 921.a

Crucis

Crucis Domini inuentio. 465. b. eius feſtum. ibid.
Crux à cruciatu. 321.b
Caſus non videntur niſi opera bona, peccatum eſt enim ex ſuſpicione damnare. 462.b
Culpa curatur pœnitentia. 386.a
Cultus Dei diſpar impedit matrimonium, ita vt fideli cum infideli contrahere non liceat. 239.b
Cura impenſa diuino operi, humano locum non relinquit errori. 135.b
Curandum nobis non eſt, à quo, aut quando perimamur, mortis & ſanguinis præmium à Domino recepturi. 388.a
Coria à Cruore dicta. 592.a.602.a
Curioſæ quæſtiones vitandæ, vt quæ animarum ſint pernicies. 960.a
Curioſè non inquirenda, quæ captum noſtrum excedunt. 1191.a
Curioſi eſſe non debemus quid aliquis extra Eccleſiam doceat. 378.b
Curioſum in aliorum vitam eſſe non oportere, ſed ijs quæ ſunt honeſta, attendendum. 64.b
Cypriani diligentia, & ſtudium erga eos, qui propter Chriſti nomen in carcere erant detenti. 364.b
Cypriani Epiſtolæ ad Cornelium Papam. 369.b. 370.a. 371.a
Cypriani Cartagin. Epiſcopi Epiſtolæ. 362.b
Cypriani Epiſtola de infantibus baptizandis. 390 b. ad clerum Furnitanorum. 391.b
Cypriani Epiſtola gratulatoria ad Lucium Papam ab exilio reuerſum. 389.b
Cypriani ratio, quare lapſis infirmis laxandam pacem duxerit. 374.b
Cyprij Epiſcopi ne ab Antiochenis opprimantur, à ſynodo efflagitant. 1033.a
Cyrilli ampliſſima laus. 1094.b. eius Epiſtola ad Maximianum. 1095.a
Cyrilli ad Conſtantinopolitanos Epiſtola quid in ſynodo agatur admonens. 1081.b
Cyrilli ad quoſdam Epiſcopos Epiſtola quanta perpeſſus ab Orientalibus fuiſſet, exponens. 1089.b
Cyrilli ad Theodoſium Imperatorem Apologetica Epiſtola. 1117.b
Cyrilli Alexandrini reſcriptum ad Concilium Aphricanum de Niceni Concilij ſtatutis. 843.a
Cyrilli Alexandrini Epiſtola Orthodoxa ad clerum Aegypti. 862.a
Cyrilli ardens ſtudium, & diligentia ad Neſtorij impiã hæreſim profligandam. 858.b
Cyrilli Epiſtola ad Neſtorium, qua ad reſipiſcẽdum inuitat. 870.a. alia ad eundem. 950.a. eiuſdem liber de fide in Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. 872.a
Cyrilli Epiſtolæ ad Neſtorium, fidei ſymbolo conſentaneæ. 1022.a
Cyrilli Epiſtola ad Acatium Epiſcopum. 1131.a
Cyrilli Epiſtolæ ad Alexandrinos de Neſtorij depoſitione eos admonens. 1024. a. eiuſdem ad Conſtantinopol. 1025.a
Cyrilli Epiſtolæ ad clerum ſuum Alexandrinum. 975.a. vitæ honeſtatem illis commendat, & inculcat. ibid.a
Cyrilli Epiſtola ad clerum Conſtantinopol. qua eos de Neſtorij obſtinata impietate, & de eius exauthoratione certiores facit. 1018.a
Cyrilli Epiſtola ad Dynatum Epiri Epiſcopum, de pace inter Eccleſias facta. 1142. a. eiuſdem ad Maximianum. 1144.b
Cyrilli Epiſtola ad Cœleſtinum quid cum Neſtorio actum ſit, eum certiorem faciens. 978. eius diligentia in ſanandis Neſtoriana labe infectis. 979.a
Cyrilli & Memnonis depoſitionem à generali ſynodo factam fuiſſe, negat ipſa œcumenica ſynodus. 1081.b
Cyrilli liber ad Pulcheriam, & Eudociam Imperatrices de recta in Dominum Ieſum Chriſtũ fide. 869.b. alter ad eaſdem. 923.b
Cyrilli pro fidei certamine conſtans, & inuictus animus. 949.a
Cyrilli Scholion de verbi incarnatione doctrinam cõplectens. 1097.a
Cyrillo calũniæ magnæ ab Orientalib. impoſitę. 1069.b
Cyrillum quid mouerit, vt contra Neſtorium pugnam ſuſciperet. 1112.b
Cyrillus ab Imperatore ad Concilium vocatus. 945. b. eius Epiſtola ad quoſdam quorum literis notatus fuerat. 946.a. eiuſdem Epiſtolæ ad clerum Conſtantinopol. 947.b
Cyrillus doctrinæ puræ vberrimus fons. 959. b. fortiſſimus fidei Antagoniſta, & vindex. 960.a 969
Cyrillus, & Memnon Ioan. Antiochenum ad ſynodum grauiter accuſant. 1071.b. paratos oſtendere ſe offerunt illum cum ſuis aſſeclis impiè illegitimèq; feciſſe, quòd ſe condemnauerint: idque ter agunt. 1073.b. & 1074. a
Cyrillus ſupra modum cæteris Epiſcopis charus. 1083
Cyrus Idololatra cur Chriſtus appelletur. 1097.b

D

DAMASVS Hiſpanus Papa XXXVIII. 705. a. eius decreta. ibid. b. & 706. & ſequentibus.
Damaſi Epiſtolæ. 705.b. & ſeq.
Damnatio Epiſcoporum iniuſta tanquam irrita à ſynodo retractanda. 760.a
Damnandus nullus eſt, niſi accuſatores legitimos habeat præſentes. 457.b
Damnatus propter nomen Domini Dei noſtri, ſanctus martyr eſt, & frater Domini, &c. 100.a
Dare nemo poteſt, quod non habet. 713.b
Decalogus ſemper meditandus. 81.a
Decreta Conciliorũ clericis ordinandis legenda. 750.a
Decreta ſiue canones Niceni Concilij Arabica lingua ſcripti, an legitimi ſint. 573.a
Decretum de ſynodo fidei à ſynodo Epheſina ſancitum. 1030
Decretum firmum eſſe non poſſe citra plurimorũ conſenſum. 364.b
Decretum Impe. quo publicè Neſtorio exilium indicitur. 1139.b
Decreta ſynodi conuellentes exautorationi, & excommunicationi ſubijciuntur. 1079.b
Dediſcit errare, cui nullus conſentiet. 794.a
Deliberatio de re communi omnibus innoteſcere debet. 964.b
Defenſæ fidei merces, gloriæ corona. 980.b
Delictum maius, aut macula deformior eſſe non poteſt, quàm aduerſus Chriſtum ſtare. 404.b
Delinquens quomodo in principio tractãdus, 72.a. Diaconi cum obſeruantes pro eo Epiſcopum rogẽt. 72.a. demum facta examinatione, & iniuncta pęnitentia in Eccleſiam admittatur. 72.a
Dementia vera eſt, neſcire mendacia dio non fallere. 385.a
Dęmones cauent ſedulò, ne vllam contumelioſam vocem contra filium Dei eloquantur. 506.b
Dęmones Chriſto inuito nihil ne in porcos quidẽ poſſunt. 904.a
Dęmoniaci aut Epileptici ad miniſteria ſacra non admittendi. 331.a
Deprecantibus ſpei ſalutaris præſidium non denegandum. 380.b
Deſponſatam puellam alteri non licet in vxorem accipere. 740.a
Detractio vitanda. 353.b
Detrahere & accuſare ſumma iniquitas. 321.a
Detrahentibus non detrahendum. 342.b
Dei accuſat ordinationem, qui ſacerdotes accuſat. 125.a
Dei appellatio, aliter ſanctis, aliter Chriſto tribuitur. 865.a
Dei benignitatem Neſtorius ignominiam interpretatur. 1022.b
Dei conſilia intellectui noſtro ſubijcere extrema dementia. 878.b
Dei bonitas in nos tanta eſt, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſua ſunt dona. & pro his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. 849.a
Dei cognitio quo pacto viuifica. 1191.b

Dei dignitatem & magnitudinem natura humana pro dignitatē explicare non poteſt. mediocrem verò notionem aſſequi, filio eius reuelante poteſt. 222.b
Dei gratia nulli hominum deneganda. 390.b
Dei Filius cur reiectis ſplendidis, & magnificis, vilia, & abiecta elegerit. 1223.a
Dei Filius, & nobis natus, & nobis donatus eſt. 1204.a
Dei Filius non hominem ſuſcepit, ſed homo factus eſt. 1003.a
Dei erga nos clementia maximè patefacta, cum filium ſuum noſtræ ſalutis cauſa ex Virgine naſci voluit. 982.a
Ex Dei ignoratione cunctos naſci errores. 525.a
Dei inhabitatio ſola non efficit Deum, alioqui omnes ſancti eſſent dij. 1105.a
Dei iudicium ſemper habere ante oculos, maximum eſt contra peccatum remedium. 281.a. in Dei iudicio nō quæſtiones, ſed facta tractantur. 288.a
Dei naturam nihil omnino lædere poteſt. 1200.a
Dei natura ſemper immota perſiſtit. humana verò mutationi non poteſt non eſſe ſubiecta. 876.a
Dei operationes duæ, creatio, & prouidentia in eis conſeruandis. 184.b
Dei opera oculo ſincero conſiderata vt valde bona miram offerunt venuſtatem. 1201
Dei probitate, & bonitate abutens, veniam ab eo non impetrat, ſed in æternum exitium ruit. 76.b
Dei verbum Chriſti Dominus aut Deus nō eſt, ſed poſt incarnationem Deus & homo eſt, non ſui, ſed vniuerſorum Dominus. 958.a.1115.a
Dei verbi imperium, Eccleſia. 1204.a
Inter Dei verbum, & noſtrum, magna eſt cognatio. 1201.b
Dei verbum ſecundum carnem aſſumptā guſtauit mortem, & reſurrexit à mortuis. 958.b
Dei verbum in Virginis filio inhabitaſſe non eſt dicendum. 955.b
Dei verbum ſemper ſui ſimile, neque mutationi obnoxium. 1113.a
Dei veri vera cognitio vita æterna & felix. 1036.a
Sine Dei voluntate neque minima fieri. 383.b
Dei voluntate mas, & fœmina ad propagationem miſcētur. 120.a. nepharia vero contra naturam coniunctio abominatio coram Deo eſt. 120.a. vnde neque impunita manet. 120.a.122.b
Dei Patris verbum ſecundum ſe impatibile eſt. carnem tamen aſſumpſit propter nos, eamq́; propriam ſibi fecit, vt per eam mortem guſtans à morte nos liberaret. 1117.a
Deitas oīa implet, vniuerſas creaturas excedēs. 1202.b tota tamen in vno Chriſto corporaliter habitat. ibid. perinde ſe habet ad omnia, vt vox docentis vel præconis ad auditores. 1202. b. cur humanam aſſumpſit naturam. 1202.b. cur humanæ naturæ paſſiones vt ꝓprias in ſe tranſtulerit. ibid.
In Deitate, quod vni perſonæ aſcribitur, totius Trinitatis opus cenſetur. 940.b
Deitatis & carnis in Chriſto vna perſona. 434.a
Deitatis plenitudinem in Chriſto inhabitaſſe, quomodo intelligendum. 955.b
Deiparam Virginem legalibus ſacrificijs non eguiſſe, vt impiè Ariani deblaterarunt. 892.b
Deiparæ vocabulum reijcientes, totum incarnationis myſterium euertunt. 982.a
Deo exoſus qui iniuſtū pro iuſto recipit, & contra. 967.a
Deo magis obedire, quàm hominibus oportere. 2.b
Deo nō magis turpe in Virgine inhabitare, quam Virginem formare. 1026.b
In Deo omnes viuimus, mouemur, & ſumus. 943.a
Deo vero reconciliantur, qui Chriſto reconciliantur. 939.b
Deorum nomen Angelis, & ſanctis hominibus à Deo donatum. 706.b
Deorum nomen patri, & filio, & ſpirituiſancto non competit, ſed Dei, propter vnam & æqualem diuinitatem. 706.b
Deum pacis pacificis exhibere, quicquid ſimul petitur ab omnibus. 388.b
Deum patrem mendacem facit, qui non credit in filium. 312.b
Ad Deum omnipotentem accedere, niſi per Chriſtum non licere. 79.a
Deum quid patibilem effecerit. 1198.b
Deus alia ratione Chriſti pater eſt, alia noſter. 928.b
Deus à nobis non eſt diſcutiendus, ſed credendus. 283.b
Deus a nobis pecuniam non requirit, ſed animam miſericordem, & piam mentem. 290.a
Deus citra vllam ſui mutationē homo factus eſt. 1221.a. in operibus ſuis naturæ legibus non tenetur. ibid.
Deus corruptionis autor non eſt. 1200.a. in mundum veniens non mutauit locum. 1200.a. ex partu Virginis, aſpectabilitatis non diuinitatis ſortitus eſt initium. ibidem a. voluit homo fieri propter ingentem erga nos clementiam. 1120.a
Deus cui manifeſtæ ſunt mentes, non temporum colligit rationem, ſed animarum. 290.a
Deus cum ſit fidelis, non patitur nos tentari ſupra vires. 319.a
Deus cur non in potentia & faſtu, ſed in humilitate ad nos ſaluandos venerit. 1223.a
Deus Dei principium dicitur, non vt cauſa efficiens, ſed vt fons. 224.a
Deus erat pater antequam mundus fieret, ſed non erat pater antequā generaret, vt Arriani volebant. 265.b. Creator etiam prius eſt creator quam creet, ſed pater non poteſt eſſe pater, antequam generet. 266. a. quia ex ſubſtantia ſua generat. ibid.
Deus eſt altiſſimum profundum. 222.b
Deus hominum voluntates, cum vult, mutat, & vertit per prouidentiam ſuam. 267.a
Deus homo per hominem factus, manſit Deus, ſubſtantia non mutata. 1225.a
Deus ignotus Athenienſium, cui Aram erexerant, qui fuerit variæ ſententiæ. 221.a
Deus in omnibus temporibus à principio mundi ad pœnitentiam homines vocauit. 86.b
Deus in nobis agit, vt quod vult, velimus, & agamus, & cooperatores eius gratiæ ſimus. 849.a
Deus in ſpecie ignis cur apparuerit ī monte Sina. 1191.b
Deus in vili abiectoque luto artis ſuæ excellentiam declarauit. 1003.b
Deus iuſtus eſt in iudicandis peccatoribus, miſericors vero in recipiendis conuerſis. 75.a
Deus non eſt, quod initium habet, aut proficit. 1004.b
Deus non exauditur eos qui inimicitias, & ſimultates, cum fratribus gerunt. 86.a
Deus non lætatur in perditione viuorum. 353.a
Deus non minus benignus & clemens, quam magnus & potens. 1118.a. non poteſt non parcere veniam petentibus. 1118.a. ſolus peccare non poteſt. ibid. 1118.a
Deus noſtram ſalutem cur per ſemetipſum nō per alios molitus ſit. 1222.b
Deus omnia qui condidit, ante omnia neceſſariò extitiſſe fatendum eſt. 876.b
Deus omnes docet, non tamen omnes diſcere volunt. 263.a
Deus opera ſua non auerſatur. 1201.b. oculo ſincero cōſiderata, vt valde bona miram offerunt venuſtatem. 1201.b
Deus operum ſuorum rationem ſolus nouit. 1191.a
Deus per opera creationis manifeſtus, quantum cognoſci naturaliter poteſt. 295.a
Deus per ſingulas generationes à principio ad pœnitentiam per ſeruos ſuos homines vocauit. 86.b
Deus perturbationibus minime ſubiectus. 876.b
Deus quos coronari diſponit, tradi permittit. 382.a
Deus ſecundum ſuam naturam ſub aſpectum non cadit. 879.a
Deus ſi aliunde vitam acciperet, non eſſet natura ſimplex, nec ſummum ens, neque ſummum bonum. 943.a
Quid Deus ſit non poteſt ſciri, ſed quid non ſit Deus, facillime dignoſcitur. 297.b
Deus ſola voluntate mortuos ſuſcitabit, nullo indigens adiutore. 103.a
Deus ſicut perſonam non accipit, ita neq; ætatem. 191.a
Deus ſicut impunitatem impœnitenti reo non tribuit,
ita

ita redeuntem in viam recipit. 71.a
Deus verbum carne aſſumpta, non depoſuit quod erat. 1101.a
Deus verbum, magni conſilij Angelus à patiendo alienus, factus eſt homo, vt homines morti obnoxios à morte redimeret. 77.a
Deus verus erat homo ille, qui luctabatur cum Iacob. 1107.b
Deus vbi vult, naturæ ordo cædit. 892.b
Deus vt eſt indulgens, ita præceptorum ſuorum diligẽs exactor. 365.a
Diaboli epitheta & attributa conuenientia. 351.b
Diaboli membrum oſtenditur eſſe, qui diſcere, & agere bona recuſat. 292.b
Diaboli ſemper hoc eſſe opus, vt ſeruos Dei mendacio, & falſa infamia laceret. 376.a
Diabolum cordibus plebium ſuadere, vt paſtoribus detrahant. 309.b
Diabolum quorundam imprudentiam per ſimilitudinẽ pietatis ſæpiſſimè illudere. 6.b
Diabolus ad cogendos homines ad mala omnia perpetranda, illorum multiplici, & mala cupiditate vtitur. 247.b
Diabolus cadendo ſic ſplendorem gloriæ amiſit, vt fulgur erumpendo fulgorem amittit. 255.b
Diabolus Eccleſiæ inuidens afflictiones ei excitat, perſecutiones, motus ſeditioſos, blaſphemias, ſchiſmata, & hæreſes. 111.b
Diabolus non per conditionem, ſed volens factus eſt malus. 758.b
Diabolus nunquam ceſſat circuire quos perdat. 320.a
Diabolus tacet, quandiu impunè graſſari ſinitur. 1125.a
Diaconi Cardinales quot, & quibus veſtimentis induẽdi. 598.a
Diaconi quaſi oculi Epiſcopi, qui eum cuſtodiãt. 311.b. quot eſſe debeant. ibid.
Diacono inter presbyteros ſedere non licere. 614.b
Diacono prædicare verbum Dei, aut baptizare non licet. 210.b
Diaconum munus. 281.a
Diaconus Epiſcopo aſſiſtat, & miniſtret. 78.b
Diaconus Epiſcopo eſt tanquã Angelus. 79.b. Sine Epiſcopi conſilio, & autoritate nihil agat. 79.b
Diaconus nunc eſt tanquam Aaron, Epiſcopus vero tanquam Moyſes. 79.b. eos ergo honorare oportet. 79.b
Diaconus qualis eſſe debeat, & diaconiſſa. 96.a. vnuſquiſque eorum partes ſuas agnoſcat & eas ſtudioſè agat. 95.b
Diaconus quomodo ab Epiſcopo ordinandus. 142.b. Pro eo precationis formula. 143.a
Diaconus referat ad Epiſcopum, quæcunque tamen poteſt, facta poteſtate ab Epiſcopo moderetur, grauiora vero Epiſcopus iudicet. 83.b
Diaconus ſicut Epiſcopi, ita & pſbyteri miniſter. 760.a
Diaconiſſæ ordinatio. 143.a. itidem hypodiaconi, & lectoris. 143.a
Dicta eadem ſæpe inculcare, & repetere non eſſe abſurdum. 69.a
Dictorum copia auditorum mentem obtundit. 1203.b
Dictatores ſupplicationum ad principes pro reis, vel contra reos, an condemnandi. 777.b
Dignitas, & honor externus, neque omnes decet, neque omnibus vtilis. ſic neque communicare ſub vtraque ſpecie omnes decet, neque omnibus conuenit. 262.a
Dignitatem interiorem, & inuiſibilem ſolus Deus remunerat, non Eccleſia, quæ non videt, niſi quæ oculis patent. 262.a
Ad dignitates euectus in alios ſe efferre non debet. 134.a
Dignitatis paritas non arguit perſonarum identitatem, neque hypoſtaticam vnionem ſatis conſtituit. 939.a
Dies Domini ſuper omnem iniurioſum, & ſuper omnẽ elatum, & excelſum. 382.b
Dies vnus apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus. 327.b. & 368.a
Dilectio Dei animam ſeparat à mundo, ſicut mors animam ſeparat à corpore. 284.a
Dilectione ſola diſcernimur, quis ex quo genitus probetur. 815.a
Diligentia pietatis vbi fuerit, temeritas non habet locum. 356.a
Diligere eſt pluſquam amare. 216.b
Diligimus ex virtute, amamus interdum voluptatis, aut vtilitatis cauſa 216.b
Dimiſſus vel dimiſſa alteri ne coniungatur. 807.a. 837.a
Diœceſes Epiſcopis aſſignatæ, & Eccleſiæ presbyteris aſſignatæ cleri ſunt, id eſt ſortes à Deo, à quo vocati ſunt tributæ. 254.a
Diœceſis quæ nunquam habuit Epiſcopum, in futurum etiam careat. 747.b
Dionyſij Ducis exercitus ad clerum Conſtantienſem mandatum, quo noui Epiſcopi electionem illis interdicit. 1034.a
Dionyſius Papa XXV. 436.b. eius Epiſtolę. 416.b. 417.b
Dirige ſemitam, & omnes viæ tuæ ſtabilientur. 1095.b
In diſciplina Eccleſiaſtica & ſi in aliquo alius ab alio diſſentit, vnitas tamen diſſoluenda non eſt. 378
Diſciplina veterũ memoria tenenda, & quomodo. 327.a
Diſciplinæ ſeueritas tam in pace, quàm in bello perſecutionum eſt retinenda. 363.b
Diſcipulorum Domini ordines duo, nec poteſt addi tertius. 712.b
Diſcipulos ſuos Chriſtus nunquam deſeruit. 1013.b
Diſcipulus Chriſti non eſſe conuincitur, cuius exempla negligit imitari. 714.b
Diſcordia in Eccleſia propter Paſchæ ſolẽnitatẽ. 531.b
Diſcordiæ & diſſenſiones animorum cauendæ. 281.a
Diſcordia inter ſacerdotes maxime deteſtanda. 1126.a
Ex diſcrepantibus literis nulla certitudo conſtitui poteſt. 633.a
Diſſidij inter Cyrillum, & Neſtorium cauſa ipſius Neſtorij improbitas. 1120.b
Diſſimulare quæ fidei ſunt, & ad Dei honorem pertinent, non leue peccatum eſt. 971.b
Diſtinguere & partiri non ſunt idem. 1161.b
Diuerſitas nihil contrarium format, vbi vnitas fidei efficaciam proſperitatis repræſentat. 334.b
Diuiſio inter mortales ex iniquitate deſcendit. 299.a
Diuina opera patrare ſolius Dei eſt. 927.a
Diuina ſecularibus anteponenda. 89.a. & in ea nullam excuſationem valere. 89.b
Diuina myſteria ſobriè tractanda. 971.b
Diuina ſcriptura quod ſancitum eſt, eius ſententia non differenda, ſed exequenda. 674.a
Diuinæ incarnationis myſteriũ imperſcrutabile. 880.b. illud curioſius inquirere periculoſum. ibid. fide firma tantum aſſequi oportet. 880.b
Diuinas ſcripturas niſi quod ratio recta permittit, interpretari non licere. 788.a
Diuinis ſcripturis qui aliquid addit, aut diminuit, anathema eſto. 723.a
Diuinis aſſignata vſibus ſi quis ad alium vſum transferat, ſacrilegus eſt iudicandus. 329.b
Diuino humanoq; modo Chriſtus in Virginis vtero formatus fuit. Diuino, citra viri commercium, humano verò communi prægnantium lege. 1004.a
Diuinitas molis, & quantitatis expers. 955.a
Diuinitas non eſt vna perſona, ſed tres verè ſubſiſtentes. 517.a. 864.a. filius eſt Deus perfectus ſicut pater, eiuſdem eſſentiæ. &c. ibidem. & 890.b. ſicut pater & filius, ſimul ſubſiſtit & ſpiritus ſanctus, eiuſdem eſſentiæ, &c. 517.b. & 890.b. beata Trinitas perſonarum non recipit confuſionem aut diuiſionem, ſed diſtinctionem, &c. 517.b. ſicut pater ſemper eſt Deus, filius etiam cum patre ſemper eſt Deus. 519.a. ex ipſo ineffabiliter genitus ante omnia ſæcula, coæternus patri, omnipotens vt pater. 519.a. creator cum patre, dominans cum patre, regnans cum patre. 519.a. verus Deus exiſtens de Deo vero. omnia cum patre ſimul & non diuiſim à patre creauit. ibidem. & 864.b. ſiquidem vna eſt Diuinitas & eſſentia vna patris & filij & ſpiritus ſancti. 519.b. & 524. ſanctæ Trinitatis hypoſtaſes non ſunt disiunctæ, aut locales, ſed ſola fide cõpræhenſibiles. 527.b. verbum à patre alienantes, & à paterna diuina ſubſtantia diuidentes, anathema ſunto. 638

Diuinitatis natura omnia replet. 926.b
Diuinitatis plenitudo quomodo in Chriſto habitauerit. 929.a
Diuinitatis totius communia ſunt, quæ dicuntur vnita, Myſteria vero humanitatis Chriſti ſunt propria. vt eſuriiſſe, paſſum eſſe &c. 249.a
Diuitiæ iniuſtæ coaceruatæ euomentur. 97.b
Diues qui fuerit, à delicto immunis non erit. 395.b
Diuitibus pauper ne aſſocietur, & quare. 398.a
Diuortium facientes ſi alijs ſe iunxerint, adulteri ſunt. 777.b
Docenti malè magis addiſcere, quam docere competit. 846.b
Docendi munus ſolus habet, qui ad hoc à Deo vocatus eſt. 262.b
Docendum nihil, quod vel tantillum à ſacris literis eſt alienum. 939.b
Doctor vel paſtor Eccleſię ſi a fide aberrauerit corrigẽdus à fidelibus, in reliquis magis tolerandus, quàm diſtringendus. 310.a
Cum Doctore falſo preces non faciendæ. 126.b
Doctorem veritatis valde amare oportere. 292.b
Doctorem veritatis qui contriſtauerit, peccat in Chriſtum. 317.a
Doctores niſi in fide errauerint, non reprehendendi. 343.b. 359.a
Doctrina de religione in Eccleſia vſitata in primis docet vetera tranſiiſſe, & facta eſſe omnia noua. 243.b
Doctrina Epiſcopi quos fructus edere debeat. 418.a
Doctrina fidei alia non ſequenda, quam quę ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus eſt tradita. 355.a
In Doctrina pietatis propagãda animi candor magis & diligentia quam audacia & verſutia requiruntur. 945.a
Doctrinæ fidei pabulo alios paſcere magnum pietatis argumentum. 352.b
Doctrinam aliam quam quæ ab Apoſtolis tradita fuit, prædicanti Euchariſtiam offerre non eſt permittendum, quia talis Deum potius contumelia quàm honore afficit. 226.b
Doctrinam Euangelicam deſerere, & ſimul ſacerdotali honore gaudere, non licere. 398.a
Doctrinam & fidem ſanam qui nõ tenent, infames ſunt, & propterea in iudicijs non audiendi. 355.a
Dogmata Eccleſiarum recta peruertentes de diaboli familia ſunt. 975.b
Dogmata veterum patrum iudicio & ſententijs corroboranda. 1009.a
A' Domeſticis & familiarioribus pericula magis expectanda. 381.a
Dominatus omnis inuidiæ ac maledicentiæ iaculis obnoxius. 1250.a
Domini caro cum ſit verbi propria, viuifica procuidubio dicenda. 1127.a
Domini Ieſu nomine intelligitur verbum caro factum. 906.a
Dominicis diebus, & in diebus Pentecoſtes ſtantes orare oportere. 489.a
Dominicis diebus præcipuè die Pentecoſtes ſtãtes orare oportet. 822.b
Dominico die conuentus celebrandi ad gratias agendas Deo, & profitendum beneficia quibus nos Deus per Chriſtum affecit. 126.b
Dominico die ſtudioſè ieiunãs Catholicus nõ eſt. 760.b
Dominico die ieiunare non eſt illicitum modo in contumeliam Reſurrectionis non fiat. 243.b
Dominico die non ieiunandum. 109.b
Dominicus dies cæteris præſtantior & quare. 229.a
A' Domino neſciuntur, qui quæ ſunt Domini neſciunt. 307.a
Dominum Deum tuum adorabis, neq; adorabis Deum alienum. 864.b
Dominus ad munera Abel quare reſpexerit, & non ad Cain. 317.b
Dominus gloriæ mortem paſſus eſt. 1017.b
Dominus qui Chriſtianum ſeruum habet, eum tanquã filium diligat. 99.b. 124.a
Dona impiorum ab Eccleſia non accipienda. 98.b
Dormire propter ſpem viuam reſurrectionis, idem eſt, quàm glorioſè pro Chriſti teſtimonio occumbere. 254.b
Dorothei in propalanda propugnandaq; hæreſi Neſtoriana impudens promptitudo. 929.a
Dorothei Cali Neſtoriani i Chriſtũ blaſphemia. 946.a
Dubia & maiora negotia à ſede Apoſtolica terminanda. 424.a
Dubius in fide infidelis eſt. 323.a
Duodecim lapilli in pectore Aaron & duo alij lapilli, quid deſignarent. 1039.b
Duris dura debetur reſponſio & vltio. 953.a
Duritia & inhumanitate in recipiendis lapſis non vtendum. 376.b

E

EBRIETAS cauenda. 431.a
Ebrioſus, & leno, & otioſus inopiæ obnoxij. 68.a
In Eccleſia alia ex præcepto, alia ex voluntaria & libera ſuſceptione ſeruantur. 263.b
Eccleſia Catholica, arbor à Deo ſata, & vinea eius electa. 63.a
Eccleſia Chriſti pax eſt & portus tranquillus pro pœnitentibus peccatoribus. 74.a
Eccleſia Chriſti ſponſa, cuius nos filij ſumus. 313.a. ſicut Chriſto eius ſponſo eſt coniuncta, ita Eccleſiæ Epiſcopis iunguntur. 313.a
In Eccleſia Dei nullus eſt tam excellens, cui audendum ſit dicere, ſibi neceſſariam precationem non eſſe orationis Dominicæ. Dimitte nobis debita noſtra. & ſe non habere peccatum, quia in illo veritas non eſt, etiam ſi ſine querela viuat. 798.a. 806.b
Eccleſia Dei nullis tempeſtatibus ſuccumbit. 421.a
Eccleſia Dei immaculata eſſe debet. 360.a
In Eccleſia Dei eſſe non poteſt, qui Eccleſiaſticam diſciplinam moribus tenere non oſtendit. 374.a
Eccleſia Domini eſt templũ, quod à Conſtantino egregiè depingitur. 513.a
Eccleſia Domini in ſacerdotibus conſiſtit. 329.b & qui eos inſectatur ſacrilegus eſt. 330.a
Eccleſia eſt in Epiſcopo, & è contra. 220.a
Eccleſia non errat, quando agit ſecundum morales, & theologicas probabilitates. 293.b
Eccleſia quid, quid item Catholica. 671.b
Eccleſia ſemel conſecrata, an iterum conſecrãda. 670.b
In Eccleſia ſi quæ fiant præter eius ordinationes, ſed nõ animo faciendi contra illas, non debet dici violatam eſſe illam conſtitutionem. 268.b
In Eccleſia vbi conuenire non licet, domi orandum, legendum, atque pſallendum vnicuiq; eſt. 265.a
Ex Eccleſia vna ad aliam migrans quomodo ſuſcipiendus, in qua re maximè vitanda perſonarum acceptatio. 66.a
Eccleſia vna eſt in cœlo & in terra, & in hac requieſcit ſpiritus ſanctus. 537.b
Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem extenditur, quomodo ſolis radij multi, ſed tamen lumen vnum. 70.b
In Eccleſiæ adminiſtratione liberum arbitrium habet vnuſquiſque præpoſitus. 404.b
Eccleſiæ miniſtri de pace populum ſemper admonere deberent. 86.b
Eccleſiæ nauiſque magnæ comparatio. 281.b. 300.a
Eccleſiæ Occidentalis laus. 653.a
Eccleſiæ omnes vbicunque ſint, ad vnum Chriſti thalamum referendæ. 965.a
Eccleſiæ parochiales quomodo ſint gubernandæ. 427.b
Eccleſiæ præpoſitos diabolus inſequitur, vt gubernatore ſublato, atrocius circa Eccleſiæ naufragia graſſetur. 384.a
Eccleſiæ quilibet deputatus clericus, ſi ad Eccleſiã quotidie non venerit, clericus non habeatur. 768.b
Eccleſiæ Romanæ Linus Claudiæ filius primus à Paulo Epiſcopus ordinatus. 232.249.b
Eccleſiæ caput Chriſtus. 964.a
Eccleſiæ vnitatem qui non tenuerit, alienus & prophanus hoſtis eſt. 21.a
Eccleſiæ ſtatum conturbans ab eius liminibus arcendus. 320.a

Eccleſiæ vniuerſalis vnitatem qui non tenuerit, Deum patrem habere non poteſt. 11.a
In Eccleſia congregati quid quiſque facere debeat. 87.a & qui ordo ſeruandus. 87.b
Eccleſiæ dimittere Epiſcopum ſuum non licere, neque Epiſcopo ab ea ſe ſegregare. 313.a
Extra Eccleſiam catholicam non eſt ſalus. 758.b
Eccleſiam catholicam nec totus quidem mundus ſi in illam coniuraret, euertere poſſet. 507.b
In Eccleſiam conuenire mane & veſperi ſingulis diebus quiſque debet ad preces & verbum Domini audiendum. 88 b
Eccleſiam Dei qui parum curauerit, aut ſe de ea ſubduxerit, Iudæo peius aut gentili iudicandus eſt. 89.a
Eccleſiam introire ad audiendum verbum Dei, neque hæretici, neque iudæi, neque pagani prohibendi. 761.a
Eccleſiam, eos q in ea aſſidui ſunt, alere oportere. 78.a
Eccleſiam eſſe qui in Chriſtum credunt, & ab eo nunquam diſcedunt. 383.a
Eccleſiarum ab Arianis deuaſtatio. 497.a.b
Eccleſiarũ conſecratio ſine miſſa fieri non debet. 328.a
Eccleſiarum diſcordia magnarum calamitatum Theodoſio Imp. cauſa. 1142.a
Eccleſiarum priſca dignitas conſeruanda. 1034.a
In Eccleſijs Dei ſanctis non eſt prioris aut poſterioris ratio. 1151.b
Eccleſiaſtica negotia diligenter non negligenter explenda. 288.a
In Eccleſiaſticis rebus ordo ſeruandus & confuſio vitanda. 357.b
Eccleſiaſtico qui non fuerit functus officio, ad ſacros ordines non promouendus. 745.b
Eccleſiaſticarum omnium rerum curam gerat Epiſcopus. 19.b. nec liceat ei, ex eis aliquid proprijs cognatis elargiri. ibid.
Eccleſiaſticarum rerum poteſtatem habere debet Epiſcopus, quo ad vſum & miniſtrationem, quam quidẽ per presbyteros aut diaconos facere debet. 20.a
Edictum Imp. ſeueriſſimum contra Neſtorianos libros. 1144. b. aliud Edictum contra Porphyrium & alios. 1141. a
Egentibus omnibus benignè proſpiciendum, ſiue amicus fuerit, ſiue inimicus. 91.b
Egregium nihil citra laborem conficitur. 1024.b
Elationes mentis & corporis ſemper vitandæ. 309.a
Eleemoſyna ab ea morte liberat, quæ per commiſſa delicta ſerpit. 378.a
Eleemoſynam præſtanti non gloriandum. 94.b
Electio Epiſcopi Conſtãtienſis Cyprij ad ſynodũ Epheſinam reiecta. 1033.b
Electio poteſtatis ſpũalis eſt diuinæ autoritatis. 251.a
Electio reproba honorem adimere non po. eſt. 802.b
Eligendi ad clerum qui & quales. 787.b
Eligendi poteſtas quæ dicitur liberum arbitrium, homini naturalis eſt. 247.b
Eligendum ſemper eſt præſtantius ex duobus propoſitis. 275.a
Elenſij Cyziceni inconſtantia & perfidia. 727.a
Eleutherius Græcus Papa XIII 335.a. eiuſdem Epiſtola. ibidem. eius decretum ne vlla eſca vſualis repudietur. 335.b
Emanuel Deus verus eſt, ideo & Virgo quę illum peperit, Deipara rectè dicitur & eſt. 1113.b
Emanuel Dei verbum carni & ſanguini participauit, vt nos. 1097.b
Emanuel nec tantum homo, nec tantum verbum eſt, ſed verbum incarnatum. 937.a
Emanuel non eſt homo ſimpliciter, vt nos diuinæ glorię participes, ſed verus Deus & homo. 1178.b
Emanuel quid. 1206.a
Emanuel ſolus & Chriſtus & Deus verus eſt. 865.a
Emanueli tunc Chriſti nomen auditum, cum ex ſacra Virgine duxit originem. 914 a
Epheſina ſinodus cur & quando congregata. 5.a
Epheſina ſynodus grauibus cauſis coacta. 974.a
Epheſina ſynodus tota Cyrilli doctrinæ ſubſcribit. 988. & ſequentibus.
Epheſinæ ſynodi ad Imp. Epiſtola ſacræ eorum reſpondens, & illis à Candidiano relata, falſa oſtendens. 1079. b. alia eorundem ad aliam ſacram reſponſio. 1081. alia ad eoſdem. 1084
Epheſinæ ſynodi ad Cœleſtinum Papam Epiſtola actorum in ſynodo eum commonefaciens. 1087.a
Epheſini Concilij celebrandi ratio. 859. eius actio proceſſus & ſententia contra Neſtorium. ibid.
Epheſinæ ſynodi cogendæ cauſa duplex. 1071.a
Epheſinorum lætitia & plauſus ob Neſtorij depoſitionem. 1024.b
Epheſus aliquando Ioannis Euangeliſtæ & Deiparæ Virginis habitatio. 1025.a
Epheſus rerum copia affluens. 1056.a
Ephrata eadem quæ Bethleem. 1191.a
Epilogus Romani Concilij. 593.a
Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. 230.b
Epiſcopatus Epiſcopo adimi non dẽt, niſi cognita prius cauſa eius fuerit. 423.b
Epiſcopatus vnus Epiſcoporum multorum cõcordi numeroſitate diffuſus. 378.b
Epiſcopi Apoſtolorũ, presbyteri vero ſeptuaginta duorum diſcipulorum locum tenent. 308.b
Epiſcopi ab Apoſtolis ordinati. 132.a
Epiſcopi à Deo iudicandi qui eos ſibi oculos elegit. 329.a
Epiſcopi à Deo tantum iudicandi, non à prauæ vitæ hominibus infamandi. 305.a
Epiſcopi boni dignitas & officium. 78.b
Epiſcopi exemplum multum valere apud populũ. 69.b
Epiſcopi hodie ſunt, quales olim Leuitæ fuerunt. 77.b. ſi rectè miniſtrauerint certa merces eſt præpoſita; ſi ſecus, damnatio æterna. 78.a
Epiſcopi in villis, caſtellis, aut paruis ciuitatibus non inſtituendi, ne vileſcat eorum nomen. 284.b
Epiſcopi lapſi, ad pœnitentiam admittendi, non tamen ad dignitatem recipiendi. 369.b
Epiſcopi munus præter munus docendi. 713. a. corepiſcopo id exercere non licere. 713.b
Epiſcopi magnis in cauſis grauati, ad ſedẽ Apoſtolicam confugiunt. 414.b
Epiſcopi ne ea ſoli edant, quæ cauſa pauperum offeruntur: ſed decenter in pupillos quoque & viduas & alios egentes diſtribuant, tanquam Dei bona. 77.b. 179.b
Epiſcopi nec poteſtatem habere nec honorem poteſt, qui Epiſcopatus vnitatem & pacem tenere non vult. 379.a
Epiſcopi niſi autoritate ſedis Apoſtolicæ non condemnandi. 466.b
Epiſcopi niſi in fide errauerint, non repræhendendi. 287.b
Epiſcopi parochiæ ſuæ limites non tranſiliant. 733.a
Epiſcopi, presbyteri, Diaconi vnius vxoris ſint mariti, ſiue ea viua, ſiue mortua ſit. 116.a. poſt ordinationem tamen nubere non licet. 116.a
Epiſcopi poſteriores prioribus ne ſe præferant. ſi quid extra parochiam ſuam egerint, niſi agant cum conſilio aliorum Epiſcoporum, ſit irritum ac vanũ. 395.a
Epiſcopi res propriæ ſint manifeſtæ, & ab Eccleſię rebus ſeparatæ, ne fiat confuſio, & lites oriantur. 20.b
Epiſcopi ſuffraganeis vtẽtes meretricibus ſimiles. 712.a
Epiſcopi ſupra ducentos Neſtorij depoſitioni ſubſcripſerunt. 1023.b
Epiſcopi throni Dei vocantur. 400.b
In Epiſcopis creandis precibus ad Deum aſſiduis incumbendum. 1023.b
Epiſcopis inuadere plebes quas ad ſe pertinere putant non licere, ſed debita iuris forma ſeruanda. 807.b
Epiſcopis in vnum conuenire ante Conſtantinum Imp. non licuiſſe. 5.a
Epiſcopis liberè apoſtolicam ſedem appellare licere. 626.a. ea inſcia, non damnandi. 625.b
Epiſcopis non licere Principum ſequi comitatũ. 657.a
Epiſcopis qui honor debeatur. 80.a
Epiſcopis ſtudendum, vt diſſidentes magis ad pacem, quàm ad iudicium coerceantur. 400.b

Epiſcopo data eſt facultas ligandi & ſoluendi. 72.b. & propterea ab ipſo multa repoſcentur. ibid.
Epiſcopo turpe eſt fidei doctrinam rectè non callere. 963.a
Epiſcopo aliquem accuſanti de crimine etiam ſibi confeſſo, fides non adhibenda ſoli. 823.b.841
Epiſcopo alienam parochiam ſua derelicta, peruadere non licere. 15.b
Epiſcopo à ſua Eccleſia abeſſe niſi per tres ſeptimanas non licere. 659.a
Epiſcopo aut eius miniſtris vſuras exercere non licere, quod ſi fecerit deponatur. 21.a
Epiſcopo cum populus ſit creditus, presbyteri aut diaconi nihil abſque eius licentia agere debent. 19.a
Epiſcopo clericum ordinare qui non ſit ſuæ parochiæ, non licere. 659.b
In Epiſcopo eligendo rogandus eſt populus à ſummo Epiſcopo, an is quem petunt, ſit dignus eo loco & dignitate. 150.b
In Epiſcopo eligendo quæ ſint inquirenda. 67.b. & qualis eſſe debeat. ibid. & 68.a
Epiſcopo expulſo ſi in ciuitatem ingreſſus ſit, quæ pœna irroganda. 815.b
Epiſcopo extra terminos ſuos ordinationes facere non licere, quod ſi aliter fecerit, deponatur. 19.a
Epiſcopo non expaueſcendum ob effrenem impiorum licentiam. 387.b
Epiſcopo non licere Eccleſiam ſuam deſerere. 313.b
Epiſcopo non licere ſuam Eccleſiam propter perſecutiones deſerere. 694.a
Epiſcopo omni tempore chriſma conficere licere. alijs verò clericis nunquam. 769.a
Epiſcopo ſemel collegarum ac plebis teſtimonio & iudicio comprobato, alium conſtitui non poſſe. 370.a
Epiſcoporum ad Concilium Epheſinum adeundi ſtudium. 858.859
Epiſcoporum cauſas terminare ad ſedem Apoſtolicam pertinere. 708.b
Epiſcoporum in Concilio Epheſino in eandem de fide ſententiam conſpiratio, licet diuerſa orationis ratione. 988.b. & ſeq.
Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe oportere & ſine macula. 67.a. eius præclaræ dotes quæ eſſe debeant. 67.b
Epiſcoporum iudicia finitiua ad ſedem Apoſtolicã deuoluenda. 335.b.340.b
Epiſcoporum iudicia finitiua omnia à ſede Apoſtolica terminanda. 332.b.341.b.621.a
Epiſcoporum metropolitanorum in Cypro ordinandorum autoritas apud Inſulanos Epiſcopos ſemper fuit. 1034.a
Epiſcoporum officium eſt, ſeditiones aut ſcandala ne eueniant. 341.b
Epiſcoporum qui Concilio Niceno interfuerunt felix exitus. 570.b
Epiſcoporum quæ diligentia eſſe debeat circa hæreticos. 807.b. Negligentia caſtiganda. ibid.
Epiſcopos & presbyteros falſos iudicium Dei non euaſuros. 134.b
Epiſcopos in locum Apoſtolorum ſucceſſiſſe. 306.b. qui eos ſpernit, Dominum ſpernit, &c. ibid.
Epiſcopum ad rationes reddendas vocare non licet, neque eius diſpenſationes obſeruare. 81.a
Epiſcopum ea improba viuendi ratione fieri æquum nõ eſſe. 24.a
Epiſcopus ad eijciendum promptus ne ſit qui deliquit, neque tardus ad eum recipiendum ſi reſipuerit. 74.b
Epiſcopus adiutores ſibi eligat, probos, patiẽtes, & Deo gratos. 95.a
Epiſcopus ad iudicẽ ſecularẽ nullus ꝑducendus. 815.a
Epiſcopus alienam parochiam non ingrediatur ordinandi cauſa inſcio altero, & non petente. 851.b
Epiſcopus alterius fines non inuadat. 673.b
Epiſcopus à quibus ordinari debeat. 14.a
Epiſcopus à ſede ſua pulſus, antequam in omnibus à Primatibus redintegretur, non accuſandus. 400.a. eius accuſatores non audiendi niſi facta prius prima & ſecunda ſecreta correptione. 400.a.415.b
Epiſcopus à teſtibus fide dignis accuſatus; ſi fuerit contumax, ſynodus aduerſus eum pronunciet quæ ſibi videntur. 24.a. aduerſus eum neque hæreticus neq; ſolus teſtis valeat. 24.a. Epiſcopatus hæredem ſibi facere non licet. 24.a
Epiſcopus a tribus, ſaltem à duobus Epiſcopis ordinandus. 96.b
Epiſcopus aut alius de genere clericali, fornicationis, vel periurij, vel furti conuictus deponatur, communione tamen non priuetur. 17.a
Epiſcopus aut presbyter vero baptiſmo baptizatum, ſi rurſus baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit, deponatur, tanquam crucem & mortem Domini irridens. 21.a
Epiſcopus aut presbyter niſi in nomine Patris & filij & ſpiritus ſancti baptizauerit deponatur. 21.b
Epiſcopus auxilium illi præſtare debet, cui ab aliquo vis affertur. 656.b
Epiſcopus ægrotans aut alia iuſta cauſa impeditus, ad iudicium non cogendus. 423.b. ad ſynodum tamen legatum mittat. ibid.
Epiſcopus clericum vel laicum criminans in ſynodo deducatur ad probationem. 762.a
Epiſcopus contra ordines canonum non ordinandus. 780.b
Epiſcopus debet eſſe ſolicitus ne cui ſit ſcandalo. 73.a
Epiſcopus Epiſcoporum tanquã Deo vicinior alijs Epiſcopis, ſummam habet poteſtatem indulgentias diſtribuendi, prout ei expedire viſum fuerit. 196.b
Epiſcopus & omnis ſacer ordo, omnium rectè factorum & virtutum exemplum eſſe debet. 234.b
Epiſcopos eſſe os Domini arbitrandum nobis. 79.a
Epiſcopus eſt populi ſpeculator, qui ſi non locutus fuerit, vt peccatorem à peccato abducat, ſanguis illius ab eo requiretur. 68.b
Epiſcopus expoliatus neque excommunicari, neque iudicari poteſt. 627.a
Epiſcopus ignorantia oppletus aut malo animo, verus Epiſcopus non eſt, ſed falſus, non à Deo ſed ab hominibus promotus. 134.b
Epiſcopus in villis aut caſtellis fieri prohibitum, ne Epiſcopi nomen vileſceret. 712.b
Epiſcopus iudicandi eos poteſtatem qui peccarunt, habet. 70.a
Epiſcopus de quo nulla querela ſit, ea optimis quibuſq; à cuncto populo eligendus. 134.b
Epiſcopus minus quam à tribus Epiſcopis non poteſt ordinari. 253.b
Epiſcopus non minus quàm à tribus Epiſcopis ordinandus. 332.a
Epiſcopus occaſionem alijs non det eum increpandi, vt poſſit eſſe iuſtus iudex. 72.a
Epiſcopus officium ſuum non faciens bonis Eccleſiæ vti non debet. 180.a. ſecus, ſi ſit bonus operarius. ibid.
Epiſcopus ordinandus qualis eſſe debeat. 758.b
Epiſcopus peregrinus aut alius de clero ſine commendarijs literis non recipiendus. 18.b
Epiſcopus periculis obnoxius, ex ipſis quoque ſit glorioſus. 382.a
Epiſcopus, presbyter aut diaconus pœnitentem non recipiens deponatur. 21.a
Epiſcopus prohibere peccata monendo debet, & fieri ſcopus iuſtitiæ, præco bonorum cœleſtium & iræ futuræ denunciator. 72.b. & curam habere, vt qui non peccarunt, non peccent, & qui peccarũt, pęniteat. 72.b
Epiſcopus prouinciam alienam ne inuadat, decreto ſynodi cautum eſt. 1034.b
Epiſcopus perſonam diuitis ne accipiat, neque pauperis miſereatur in iudicio. 68.b. ne ſit delicatus, ſed malorum tolerans cum multa patientia, ſit eruditus in verbo Domini, vt populum multa doctrina copioſe nutriat. 68.b. ne ſe negotijs vitæ implicet, ne ſit fideiuſſor, ne ſit ambitioſus, ne ſit maledicus, ſed per omnia moribus ſuis bonis populum ad ſe imitãdum alliciat. denique quæcunque in hominibus pulchra ſunt, hæc in ſe Epiſcopus habeat. 68.b
Epiſcopus qui vnam vxorem & eam pudicam duxerit, probandus. 67.b. & qui bene præſit, &c. ibid. & 68.a
Epiſcopus qui ab vno Epiſcopo tantum ordinatus eſt, &

ipſe, &

ipſe, & qui cum ordinauit deponendus. 144.a
Epiſcopus rebus Eccleſiæ tanquam commendatis non tãquam proprijs vtatur. 760.a. ſublimior locus in Eccleſia ei dandus. extra vero, presbyterum ſibi collegam eſſe ſciat. 760.a
Epiſcopus ſacerdotes & diaconos teſtes ſecum ſemper habeat. 394.b
Epiſcopus ſecularibus negotijs nullis ſe immiſcere debet. 280.a. qui aliter ſecerit impietatis reus eſt dicendus. ibid.a. Eius proprium munus eſt verbum Dei docere ſine intermiſſione. 280.a. 313.b
Epiſcopus ſi à fide deuiauerit, ſecretè prius corrigẽdus. ſi incorrigibilis, ad primates accuſandus. 359. in alijs rebus tolerandus. 359.a
Epiſcopus ſine intermiſſione ſuam Eccleſiam docere tenetur. 313.a
Epiſcopus ſicut delinquẽtes increpare debet, ita & pœnitentes benigne recipere. 70.b. 73.a
Epiſcopus vbi, ex quibus, & à quibus ſit creandus. 634.a
Epiſcopus vel alius quilibet de clero vxorem ſi duxerit, vel ſuſceptam retinuerit, officio priuetur. 397.a
Epiſcopus vel alius de clero aleæ & ebrietatibus vacãs vel ceſſet, vel deponatur. 20.a
Epiſcopus vel alius de clero iniurioſus & alios minis perterrefacere ſtudens deponatur. 17.a. qui ſi ob manifeſta crimina depoſitus miniſterium adhuc attingere audeat, communione priuetur. 17.a. Si hanc dignitatem pecunijs vel fauore Principum aſſecutus ſit, deponatur & ipſe, & qui eum ordinauit, & communione priuetur. 17.b
Epiſcopus vel alius ex clero curis ſecularibus ne ſe immiſceat. 14.a. Si aliter fecerit deponatur. 14.a. Si ſancta oblatione non communicauerit, idq; ſine legitima cauſa fecerit, communione priuetur. 15.b
Epiſcopus vel presbyter populi curam non gerens, eos pietatem docendo, ſegregetur, & ſi perſeueret, deponatur. 22.a. Si clerico egeno neceſſaria non ſuppeditauerit, ſegregetur, & perſeuerando, deponatur. 22.a
Epiſcopus ſolus Epiſcopum deponere non poteſt. 144.a
Epiſcopus vitam frugalem agat. 759.b. libros gentilium non legat, neque hæreticorum niſi pro neceſſitate. pro rebus tranſitorijs nõ litiget, etiam prouocatus. 759.b. lectioni, orationi, & verbi prædicationi tantummodo vacet. 759.b. curis familiaribus abſtineat, nullius cauſam audiat niſi præſentibus ſuis clericis. 759.b
Epiſtola Alexandrini Concilij ad Liberium de inſectationibus Arianorum. 685.b
Epiſtola Concilij Aphricani ad Bonifacium Papam, qua ſummatim eum certiorem facit quid actum ſit in Concilio. 841.b
Epiſtola Concilij Niceni ad Syluestrum papam. 569.b. eiuſdem Syluestri reſponſio. ibid.
Epiſtola Concilij Niceni circularis. 564.b
Epiſtola Cyrilli ad Monachos de Neſtorio exautorato. 1021.a.
Epiſtola Ioannis Antiocheni ad Neſtorium, ſeriò eum admonens, vt reſipiſcat. 981.a
Epiſtola Synodi Epheſinæ ad clerum & populum Conſtantinop. de Neſtorij depoſitione. 1023.a. eorum reſponſio. 1023.b
Epitheta Deo attributa pp eius opera. 138.a. 139. 140.a
Erat & eſt terminum nullum habent. 1207.b
Erranti conſenſum præſtans, peccat. 329.a
Errare dediſcit, cui nullus conſentit. 794.a
Errores circa Christi incarnationis myſterium orti, cõpendioſè confuſa. 881.a
Error ambibitus difficulter deſeritur. 1141.a
Eſca viſualis nulla repudianda. 335.b
Eſſe noſtrum & bene eſſe habemus à Chriſto. 1152.b
Eſſe ſatius eſt, quàm non eſſe. 878.a
Euangelij prædicatio ad veram Dei cognitionem inuitat. 897.a
Euangelij ſumma eſt fides in Chriſtum. 895.b
Euangelium prædicatum, fides in Chriſtum. 920.b
Euangeliorum plura loca primatum Petri ſymbolicè teſtantia. 11.a. & b.
Euangeliſtæ nõ ſemper ordinẽ rei geſtæ ſeruarũt. 216.a
Euariſtus Græcus Papa V. 311.a
Ethnicorum ſalus deſperatã non eſt, ſi incredulitatem pœnitendo abijciant. 82.a
Euchariſtia accipientibus tutela. 380.b
Euchariſtiæ reliquiæ quomodo diſtribuendæ. 1.4.b
Euchariſtiam à Sacerdote acceptam ſi quis non ſumpſerit, velut ſacrilegus propelletur. 768.b
Ad Euchariſtiam non admittendus niſi qui probatus fuerit. 126.b
Eunomij hæreſis ſimilis Arianæ. 258.b
Eunuchi ſi ſe caſtrauerunt, ad clerum non admittendi, ſecus ſi per infirmitatem aut per violentiam, & fuerint alioquio habiles & idonei. 821.a
Euphrata quod negaret Chriſtum eſſe Deũ a toto Concilio Colonienſi damnatus. 638.b
Euſebij Ariani in Arium vehemens ſtudium. 572.a
Euſebij Ariani mors. 636.a
Euſebius Nicomedienſis Arij fautor. 501.a. 572.a
Euſebius Græcus Papa X X X I. 458.b. eius Epiſtolæ. 459.a. 460.b. 463.b
Euſebius & Theognis Epiſcopi Bithyni mortuo Conſtantino Arianam hæreſim excitant, quos multi ſequuntur, inter præcipuos Conſtãtius Imperator magni Conſtantini filius, & eius vxor cum tota fere aula Imperatoria. 616.a
Euſtathij & ſequaciũ eius nephãdi errores. 608.a. 609.a
Euſtathius ſponte Epiſcopatu ſe abdicat. 1031.b. nomẽ tamen & honorem Epiſcopi retinet. ibid.b
Eutichis hæreſis quæ, & eius condemnatio. 6.a
Eutichianus Tuſcus Papa X X V I I. 425.b. eius Epiſtolæ. 426.a. 427.b. eiuſdem decreta. 430.431
Exaltatio & inflatio non de Chriſti magiſterio, ſed de Antichriſti ſpiritu prodit. 382.b
Excindendi ſunt ſemper animorum Chriſtiani populi perturbatores, ſacram ſcripturam ad ſenſum propriũ detorquentes. 966.a
Excelſum quod eſt in hominibus, execratio in conſpectu Dei 403.a
Excommunicati à nullo recipiendi. 344.b. ſubeunt idem iudicium qui eos recipiunt. 344.b
Ab excommunicatis aut infamibus Eleemoſinæ nõ accipiendæ pro Eccleſia. 93.b
Excommunicato aut laico fragmenta oblationum Domini ad menſam non apponenda. 289.a
Excommunicatis conuictus, & congreſſus non negandus. 82.a
Excommunicatus ab vna parochia, à reliquis quoquè arcendus. 484.a
Excommunicatus iure excommunicare nequit. 969.a
Excommunicatus legitimè ab vna parochia, à nulla alia recipiendus. 821.a
Excommunicatus niſi reſipiſcat, apud homines inhonoratus, apud Deum verè damnatus. 84.b
Excommunicatus quiſquis fuerit nec accuſare, neque teſtis eſſe poteſt. 841.a
Excuſandus nemo eſt, qui tam verbis quàm literis quid facere debeat, edocetur. 290.a
Exauctorationis ſententia à Synodo Epheſina in Neſtorium lata. 1009.b. 1012.a. Nomina Epiſcoporum qui ſententiæ ſe ſubſcripſerunt. 1011. & ſeq.
Exempla, peccandi occaſiones & incitamenta. 72.a
Exemplar Concilij Niceni ad Bonifacium Papam directum. 843.b
Exequiarum pro mortuis fiendarum ratio. 268.a
Exhortatio ad clericos ad patientiam. 401 b
Exitus Chriſti duo qui, & quomodo Micheas de hoc ſit intelligendus. 236.b
Exemplo Chriſti & veterum patrum aduerſa patienter ferenda. 301.b
Exorciſtarum noſtri temporis quodnam munus. 261.a
Expoſitio loci illius Prou. Salomon; Dominus condidit me initium viarum ſuarum. 521.a. intelligendum verò eſt illud condidit me, de ratione ac ſapientia hominibus conceſſa. 522.a Non eſt igitur dictũ illud de filio Dei, ſed de rationali ſapientia, quam Deus homini dedit, ac præparauit. 522.b
Ezechiæ ſapientis Regis eximia in Deum pietas. 872.b. 873.a

FABIA-

F

FABIANVS Romanus Papa XX. eiuſdem Epiſtolæ. 354.b.356.b.359.b
Facinori manifeſto qui nō obuiat, ſocietatis occultæ culpa non vacat. 336.b
Fœminas baptizandi, qui fuerit mos in veteri Eccleſia. 95.b
Fœneratur Domino qui miſeretur inopi. 92.a.123.a
Fœtus non perimendus. 122.b
Fallere hominem verbo facile eſt, Deum verò impoſſibile. 321.b
Fallere hominem verbo facile eſt, at non Deum. 341.b
Falſi nihil ad Principes referendum, ne ex ore illorum falſitas progrediatur. 1075.a
Falſitas teſtimonij deprehenſa rigidè iudicanda. 83.a
Fame perire præſtet, quàm ab impijs oblata accipere. 98.b
Fames & nuditas ex otio naſcitur. 68.b
Familiariores Dei qui ſint. 320.a
Famulus & ſeruus Chriſtianus Domino ſuo cum timore Dei ſeruiat. 99.b. 124.a. in religione tamen ſi herus ſit impius non conſentiat. 99.b
Fautores Neſtorij ob eius exautoratione cōfuſi. 1021.a
Felicis ij. Epiſtolæ reſponſoriæ ad Alexandrinam ſynodum. 688.692.693. eiuſdem decreta. ibid.
Felicitatis primus gradus eſt non delinquere, ſecundus, delicta agnoſcere. 386.a
Felix Liberio in exilium miſſo ſufficitur. 675.a. pulſo Felice Liberius reuocatur. 675.a
Felix Romanus Papa XXVI. 421.a. eius Epiſtolæ & decreta. 421.a.422.b.424.a
Felix Romanus Papa XXXVII. 684.b. martyrio coronatur, quia Conſtantium Imperatorem hæreticum pronuntiauit. 684.b
Ferrū de catenis Petri Apoſtoli quid ſignificaret. 196.a
Feſti dies qui ſint, & quō eos celebrare oporteat. 105.a
Feſtis Apoſtolorum diebus vacare oportet, vt poſſimus gratias agere Deo, & vitam noſtram ad illorum exēplum formare. 264.a
Feſtis diebus gratiæ agendæ ſunt Deo, legem creationis & prouidentiæ eius meditantes. 241.a
In Feſtiuitatibus martyrum ſpectacula, choreæ, conuiuia, & huiuſmodi prohibenda. 830.b
In Fide claudicantes ſcripturas intelligere nequeunt. 1209.b
Fide conſtanti in Deum & firma eſſe oportet, qui in precibus ab eo exaudiri cupit. 124.a
Fide euacuata, quæ iuſtitia remanet homini, cum iuſtus ex fide viuat. 796.b
Pro Fide & iuſtitia ſemper certandum. 417.a
Fide recta deſtituti quamuis honeſta vita ſe ornēt, grati Deo eſſe non poſſunt. 1036.b
Fide ſincera & vitæ integritate ornatos eſſe Chriſtianos oportet. 862.b
Fide violata vinculum pacis noſtræ rumpitur. 1119.b
Fidei Alexandrini Concilij formula ſimilis per omnia Nicenæ. 682
Fidei Arianorum quorundam formula ficta. 619.a
Fidei cauſa omnia Chriſtiano ferenda. 871.a
Fidei chriſtianæ compendium. 283.a
Fidei defenſæ merces, gloriæ corona. 980.b
Fidei doctrinæ nec addēdū quidquā uel detrahēdū. 962.b
Fidei formulam longam ab Arianis editam, neq; Oriētales recipiunt. 618.a
Fidei formula pro cathecumenis. 131.a
Fidei obiectum Chriſtus Deus. 909.b
Fidei ratio quoties ventilatur, ad ſedem Petri referenda eſt. 793.a
Fidei robur immobile contra omnes diaboli incurſus ſtare debet. 382.a
Fidei ſacramentum in Chriſti nominis confeſſione totum conſiſtere. 364.a
Fidem & fortitudinem probat animi conflictus. 967.a
Fides Apoſtolica à ſynodo Nicęna fuſius expōſita. 1022.a
Fides aquæ cur aſſimilatur. 220.b
Fides ab Apoſtolis Eccleſiæ tradita tanquam margarita animis inſerenda. 863.a
Fides & charitas omnium bonorum fundamentū. 283.a
Fides & conuerſatio accuſatoris & rei in iodicio quærenda. 761.b
Cum Fides in Chriſtum credētes iuſtificet, clarum eſt ipſum eſſe Deum. 922.a
Fides in Chriſtum quomodo lege præſtantior. 900.a
Fides in Deum, Principum magnū ornamentum. 873.a
Fides iuſtificans meritis Chriſti tantum oritur. 432.b
Fides iudicium Dei futurum credens, continet homines à peccato. 293.a
Fides non eſt vnius loci, ſed totius orbis. 1151.a
Fides noſtra nulla eſſet, ſi verbum perſonaliter humanæ naturæ non eſſet vnitum. 920.a
Fides Orthodoxa contra hæreſes clypeus tutus. 966.b
Fides Orthodoxa per ſynodum Nicænum ſufficienter explicata. 1026.a
Fides omnes actus hominis præcedere debet. 123.a
Fides recta vbi cum bonis operibus iuncta eſt, ibi perfectio ſanctificatioq; integra comperitur. 889
Fides recta iter ad cœlum. 863.a
Fides recta ſemel ſuſcepta conſtanter retinenda. 959.b
Fides quam quiſque Epiſcopus prædicare & tueri in ſua Eccleſia debet, catholica, ideſt vniuerſalis eſſe debet. 230.b
Fides qualis à nobis exigitur. 935.b
Fides vera animæ anchora. 1095.a
Fides vna ſemp fuit, & vna ſpes vocationis, & propterea omnes quotquot placuerunt Deo, expectant in cœlis repromiſſionem ſalutis in tempore futuro reuelādę, cum ſcilicet erit omnium reſurrectio. 267.b
Fidelis Deus in omnibus verbis ſuis. 103.b
Fidelis infidelem diſcedentem ſequi non cogitur. 430.b
Fidelis in pericula ne ſe temerè proijciat, neque cum iis his eſt, ſit meticuloſus, ſed conſtans & fortis decertet propter reſeruatam coronam. 102.a
Fidelis magis diligit audire quæ oportet, quam dicere quæ non oportet. 350.a
Fidelium filij ſancti ſunt. 239.b
Fidelium mentes ſacræ ſcripturæ innitentes firmiſſimæ ſemper erunt. 340.b
Fidelium oblatiooes vſibus Eccleſiæ inſeruire tantummodo debent. 347.b
Fidendum nobis eſt in ſola creatoris noſtri protectioe. 417.a
Inter fideles & infideles magna dēt eſſe diſcretio. 327.b
Fideles omnes in oratione non perſeuerantes nec ſanctam communionem percipientes, tanquam Eccleſiæ turbatores communione priuandi. 15.b
Fideles omnes peccantes, poſt ſatisfactionem dignam ad priſtinos honores redire poſſunt. 346.a
Fideles peccato & morte nō amplius conſtricti, ſed verbi virtute exſuſcitati, immortalitatem adepti ſunt. 1002.b
Fideles pereuntes omni cura ſubleuandi. 310.a. debent plebem aduerſus paſtorem ſuum tumeſcentem compeſcere. 310.a. non loquantur cum inimicis ſui paſtoris. 310.a. abſtineat à detractione. ibid. ſint hoſpitales inuicem ſine murmuratione. 310.a
Figuræ in ſacris ſcripturis incarnationem verbi ſignificantes. 1100.a
Figuræ veteris Teſtamenti aduenient Chriſto, cuius erant figuræ, finem habuerunt, & ceſſarunt. 938.b
Filij à parentibus à pueritia literas ſacras docendi. 99.a quomodo in reliquis inſtituendi. 99.b
Filij à parentibus erudiendi in timore Domini. 99.a
Filij Dei carnis aſſumptio Trinitati nullam fecit additionem. 93.a
Filij Dei cognitio Dei donum. 1187.a
Filij Dei generatio non ſolum humanas cogitationes, ſed cœleſtes quoque virtutes excedit. 972.a
Filij Dei in quo differant à filijs diaboli. 350.a
Filij Dei naturales, & ſecundum gratiam in Chriſto eſſicimur. 883.b
De Filio Dei & ſpiritu ſancto male ſentiētes, de Iudęorum & gentilium perfidia eſſe. 700.b
Filio omnia communia cum Patre, excepta paternitate. 1116.b
Filios in miniſterio qui genuerint, ad maiores gradus oon promoueantur. 763.a

Filium

Filium caſtigare qui ab infantia deſierit, filium ſuum odit. 99.a
Filium Dei ante omnia ſæcula ex patre natum. 413.b
Filium Dei æternum eſſe cum Patre, pluribus ſcripturæ teſtimonijs probatur. 127.a
Filium Dei efficere, humanarũ virtũ opus non eſt. 921.b
Filium hominis e cœlo deſcendiſſe, quo ſenſu intelligendum. 1130.a
Filium Dei ex ijs ortum, quæ non ſunt, dicere, extrema dementia. 504. b. ſi verum eſt (vt eſt) omnia per ipſum facta fuiſſe, conſtat omne ſæculum, tempus, & interuallum, & illud quando, & illud non erat, omnia per ipſum facta fuiſſe. 504.b. nullæ voces eius diuinitatem exprimere poſſunt. 507.a
Filium nihil facere ſine patre, ſignificat virtutem operandi, quæ eſt in filio, eſſe ex patre, non quidem ſecundum participationem, ſed ſecundam identitatem ſubſtantiæ filij cum patre, ſecundum quam filius eſt in patre, & pater in filio. 181.b
Filium patri æqualem eſſe credere ad ſalutem non ſat eſt, niſi credamus eum noſtri cauſa hominem eſſe factum. 1038.b
Filium Dei qui dicunt, erat, quando non erat, & priuſquam naſceretur non erat, & quia ex non exiſtentibus factus eſt; vel ex alia ſubſtantia vel natura, & mutabilem eſſe & conuertibilem; anathema ſunto. 820.b
Filium ſtultum qui matrimonio iungit, contumelia afficit iuſtitiam. 240.a
Filius Dei æquè principij temporalis expers vt Pater. 890.a. per omnia & in omnibus patri ęqualis. ibidem. homo factus, vt homines in peccatis mortuos viuificaret. ibid. 890 a
Filius Dei corpus & animam & omnia quæ ſunt hominis ſuſcepit excepto peccato. 705.b
Filius Dei cur verbum appellatus. 1201.a. cur vnigenitus, ibid. cur item ſplendor Patris. ibid.
Filius Dei cur vnigenitus appellatus. cur lumen de lumine. 1037.b. quomodo Deus de Deo vero. 1038.a
Filius Dei exinanitus, & formam ſerui accepiſſe dicitur, cum verbum caro factum eſt. 866.b
Filius Dei formam ſerui ſuſcipiens, Deitatem nequaquam amiſit. 427.a. 432.a
Filius Dei genitus ante ſæcula omnium viſibilium & inuiſibilium eſt opifex. 664.a. ſi ſumpſiſſet exordium, ſemper eſſe non potuiſſet. ſed cum ſit Deus non habet initium. 664.b. eſt verbum patris & virtus. primogenitus quantum ad hominem, differens tamen à communi creatura. Vnigenitus patris, quia ſemper fuit, & eſt cum patre. 664.b. minor patre non propter eſſentiam, ſed propter nominis differentiam. quoniam nomen patris maius eſt filio. 664. b. ſine termino regnat cum patre. ibid. b. Is paſſus non eſt, ſed homo quem aſſumpſit de Maria Virgine. 664.b
Filius Dei in præſepio iacẽs diuites ad ſe trahit. 1223.a eius humilitas & paupertas ad eius ſplendorẽ & glorioſas diuitias nobis viam acceſſibilem fecit. 1223.a. neque ſine Diuinitate diues, neque ſine humanitate pauper. ibid.a
Filius Dei niſi in carne natus fuiſſet, nos ſecundum ſpiritum non naſceremur. 1026.b. Cœleſtis exiſtens in terram deſcendit, vt nos terrenos ad cœlum eueheret. ibid.
Filius Dei ſplendor eſt gloriæ & character paternæ eſſentiæ. 507.a. eius myſterium verbis explicare nõ poteſt. ibid. hæ voces erat, ſemper, & ante ſæcula de illo proſequuntur, vt exquiſita omnino imagini patris ſimilitudo quantum fieri poteſt, attribuatur. 507.a
Filius Dei lucis æternæ candor, & Deitatis ſpeculum ſine macula. 312.a
Filius Dei naturæ humanæ legibus non continetur, ſed natura & veritate Dei filius, vniuerſi Dominus è cœlis ad nos dilapſus eſt. 867.a
Filius Dei patris imago & caracter. 877.b. 890.a
Filius Dei poſt humanam naturam aſſumptam factus eſt mediator. 939.b
Filius Dei ſecundũ formam hominis eſt viſibilis. 424.b. ſecundum vero deitatis ſubſtantiam inuiſibilis. ibid.
Filius Dei vitam in ſeipſo habet vt Deus, aliunde accepit vt homo. 943. b. Quam nã fidem in nouiſſimo die ſit exacturus. 943.b
Si Filius eſt virtus patris, & ſpiritus ſanctus item, eſt igitur filius ſuper omnia, & item ſpiritus ſanctus. 201.b
Filius hominis ad antiquum dierum veniſſe quomodo intelligatur. 1040.b
Filius in patre, & pater in filio quo intelligatur. 1036.a
Quod fingitur, reipſa non eſt. 1092.b
Si fimbriæ ſaluatoris ſolus contactus ſaluare potuit infirmos, quanto magis elementa virtute verborũ eius ſacrata ſanitatem reddere corporis & animæ poſſunt. 318.b
Flagitia deteſtanda Cyrillo à Neſtorianis publice impoſita. 950.b
Flagitioſus homo ſi ab Eccleſia non remoueatur, facimus domum Dei ſpeluncam latronum. 72.b
Flamma fornacis Babilonicæ manſit flamma, tametſi in roſcidam auram verſa. 1222.b
Flos & inde dimanans odor verbi incarnati ſymbolum, 1100. b
Fons baptiſmi Conſtantini ornamentis, & donis valde ſplendidus. 478.b
Fontes ſalutares, Apoſtoli, Prophetæ, & Euangeliſtæ. 923.a
Fontes Nicee vbi fuerat congregatum concilium miraculoſè ſcaturijſſe. 570.a
Forma non aſſumpſit formam, ſed perſona aſſumpſit naturam. 1170.a
Formica & apes in laboribus & induſtria imitandæ. 90.b
Forma conuentionis cum Donatiſtis. 833.a
Formula ſententiæ Impe. aduerſus Neſtoriũ & eius ſectatores, quos Simoniacos appellari ſancit. 1140.b
Fumus lachrymarum cauſa. 1192.a
Formula fidei à Valente & eius ſocijs in Concilio Ariminenſi expoſita. 678.b. ea ab omnibus exploſa, & ab Athanaſio confutata. 679.a
Formula benedicendi aquam & oleum. 144.a
Formula fidei in Concilio Nicæno edita. 565.a
Formula precationis pro ijs, qui ſunt in penitẽtia. 137.a
Formula precationis pro fidelibus cuiuſcunque ſtatus, & conditionis. 137.a. 141. a. poſt preces quæ ceremoniæ obſeruandę. 138.a
Formula ſententiæ in Neſtorium latæ. 969.a
Fornicatio idololatria quædam ſpiritualis, & ideo vetita, quia leges ſæculi eam non prohibebant. 209.a
Fornicator ſe tantum lædit, tetragamus verò vel potragamus, & ſe & canones offendit, & filios odijs & ſimultatibus implicat. 192.a
Foueam proximo qui facit, incidet in eam. 95.a
Fragmenta corporis Dominici diligenter curanda, ne murium ſtercoribus, aut alijs huiuſmodi ſordibus immiſceantur. 289.b
Fraus & ſecta amarulẽtia corã Deo execrabilis. 1223.a
Frater Fratrem exaltans exaltabitur, & allidens diſſipabitur. 336.a. 360.a
Frater qui à fratre adiuuatur quaſi ciuitas firma. 1094.b
Fraterna charitas totius boni faſtigium. 80.b
Fratres damnare & perdere qui cupiunt, per ſe ſua dogmata deſtruunt. 695.a
Fructus Eccleſiæ oblatos, diaconis ac reliquis clericis Epiſcopus vel presbyter præter ſuam portionem diſtribuere debent. 24.a
Fundamentum fidei Chriſtus eſt. 1036.b
Fundatus ſuper petram ſtabilem nec aura, nec vento, aut turbine commoueri debere. 374.b
Fugientibus ad Aſyla Eccleſiaſtica arma ſecum ferre non licere. 1147.a
Fugiẽtibus patriam aut alias vrbes propter Euangeliũ, ne ſ. nomẽ Dei negent, neceſſaria ſuppeditãda. 147.b
Furtum vt Deo exoſum ſæpiſſimè quoq; punitum. 122.b
Futuris vulneribus medicina nõ poteſt applicari. 705.b

G

GAIVS Dalmata Papa XXVIII. 431.a eius Epiſtola decretalis in qua myſteria incarnationis Chriſti doctè exponuntur. 432
Georgij Ariani horrendæ crudelitates in Orthodoxos. 669.a

Generalis

Generalis omnium Epiſcoporum in ſynodo Epheſina exiſtentium exclamatio aduerſus Neſtorium ipſum. & eius dogmata impia, & illum ſequẽtes anathematizantium. 1020.a
Generatio filij Dei non eſt ſubiecta voluntati intermediæ, proprietas tamen naturæ eſt, quæ autem ex natura ſunt, non cadit in ea voluntarium, aut inuoluntarium. 258.b
Gentes quomodo ante incarnationem verbi ſine Deo eſſe dicebantur. 1101.a
Gentibus datũ eſſe regnũ cęlorũ iudæis reiectis. 107.b
Gentilium mos in pronunciandis ſententijs contra nos capitales. 85.b
Gentilium ſpectacula conuentus, pompæ, incantationes & ſimilia prorſus vitanda. 90.b
Geſtorum cauſa in iudicio Dei agitur, non quæſtionum. 288.a
Gladius cœleſtis iudicium vltimum. 246.a
Gradatim debet aſcendere qui in Eccleſia vult præcellere. 434.a.477.a.594.b
Gradu ad gradum aſcendere clericis nõ licere, niſi poſt aliquod temporis interuallum. 778.b
Græci, tametſi idolorum cultus funditus vbique deletus ſit, à ſanguine tamen adhuc & ſuffocato ſe abſtinent. 228.b
Gratia a Chriſto correpta ad nos quoque tranſit, quia ipſe in nobis eſt primogenitus. 1097.b
Gratia Chriſti non ſolam ſcientiam, ſed etiam dilectionem nobis inſpirari. 839.a
Gratia cum facti ſimus filij Deo per Chriſtum, elaborãdum nobis quoque eſt, vt eius exemplum ſequentes verè filij dici, & eſſe valeamus. 428.b
Gratia Dei efficit, vt ſciamus, quid nobis agendum, & vt legem implere valeamus, non quidem facile, quaſi quod per liberum arbitrium difficile poteſt impleri, facilius per gratiam impleatur, vt voluit Pelagius. ibid.839.a.848.a
Gratia Dei abſente nihil boni agere poſſumus. 839.a
Gratia Dei & Chriſtiani ſumus, & arbitrium voluntatis noſtrę verè ſit liberum.789.a.& hoc impetrat fides in Chriſto Ieſu domino noſtro. ibid. Hæc omnia negabant Pelagiani. 789.a
Gratia Dei duplex in nobis, vna quam etiam cũ impijs habemus communem, qua ſcilicet homines creati ſumus creati cum voluntate libera, altera qua iuſtificamur, & ſaluamur, & glorificamur. 794.b
Gratia Dei neceſſaria nobis eſt, reſtituta etiam priſtini ſtatus libertate.793.b. ſine hac neque diaboli inſidias vitare poſſumus. ibid.b
Gratia & veritas per Chriſtum facta. 1002.a
Gratia Dei liberantur quotquot liberari poſſunt. 795.b
Gratia Domini non negligenda, ſed exercenda. 321.b
Gratia qua iuſtificamur & ſaluamur per fidem Chriſti, ex ſubminiſtratione eſt ſpiritus ſancti, de hac gratia ſcriptum eſt pluribus in locis tam veteris quam noui teſtamenti, de gratia autem qua creati homines ſumus, mirum eſt, ſi in ſacris reperiatur literis. 796.a
Gratia Dei, & peccata remittit, & ne peccetur, auxilium præſtat. 838.b
Gratiæ Dei vt ſimus cooperatores, ſummopere eſt ſtudendum. 309.b
Gratiæ plenitudo adiectione non indiget. 301.b
Gratiam Dei qua iuſtificamur per Chriſtum, qui dixerit ad ſolam remiſſionem peccatorum valere quę cõmiſſa ſunt, non etiam adiuuare ne committãtur, anathema eſto. 805.b.838.b.847.b
Per gratiam non tollitur liberum arbitrium, ſed de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum efficitur. 849.a
Gratiam ſancti ſpiritus non defuturam credendum eſt vnicuique prouinciæ, qua æquitas à Chriſti ſacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur. 844.b
Gratiarum actio Conſtantini Imp. poſt celebratum concilium Nicænum. 535.b
Gratiarum actionis formula poſt communionem.141.b. 142.a
Gratiarũ actionis formula pro oleo chriſmatis, quo cathecumenus inungendus eſt poſtquam eſt baptizatus. 131.b
Gratiarum actionis formula pro aqua miſtica, qua cathecumenus in baptiſmo lauandus eſt. 131.b
Gratiarum actio pro auxilio ſanctis illato. 130.a
Gratiarũ actionis pulcherrima formula pro ſancta Euchariſtia. 126.a
Gratis vberior gratia obuenire ſolet. 1199.a
Graue eſt ſaxum, oneroſa arena, ſed ira ſtulti eſt grauior. 305.b
Graues cauſæ ſynodum mouentes, ne Orientales ad cõmunionem admittant. 1090.b
Grauis decreta pœna à ſynodo in eos qui aliud quàm Nicænum ſymbolum edunt. 1030.a
Gregorium Nazianzenum Imperator vna cum tota ſynodo Conſtantinopolitana Epiſcopũ deſignat. 727.b. à qua tamẽ dignitate ipſe volũtariè ſe abdicat. 728.a
Gregorius Niſſenus ex conſenſu totius Concilij Conſtantinopolitani. de ſpiritu ſancto quod deerat Nicęnæ ſynodo, ſupplet; adhortante etiam Imper. Theodoſio. 729.a
Gregem Domini paſtore viduum diu manere indignum. 1031.a
Gregis portio paſtoribus aſcripta, quam vnuſquiſq; gubernet. 386.b
Grex ille felix eſt, qui inter paſcua & paſcua diſcernere nouit. 965.a
Gloria Dei cum dicitur aut regnum eius, gloria & regnum increatum intelligendum eſt. 237.a
Gloria diuitum & pauperum timor Domini eſt. 395.b
Gloria filij redundat in patrem. 940
Gloria par labori & certamini reſpondere ſolet. 966.b
Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, quis primus cecinerit. 667.a
Gloria patrum ſanctitas filiorum.125.b.metus miniſtrorum honor dominorum.125.b.ſicut è contra, filiorum nequitia.patrum inſania. 125.b
Gloriæ Dominum dici & eſſe, ſoli Deo competit. 882.a
Gloriam Chriſtus à Deo patre accepit, vt homo: gloriæ tamen eſt dominus, vt Deus. 939.b
Gloriam propriam quærens Chriſti diſcipulus eſſe non poteſt. 966.a
Gubernare & conſeruare omnia ſolius Dei eſt. 904.a
Gutta diſtillans ſaxum excauat. 1119.b

H

HABITAVIT diuinitas in Chriſto eo ſerè modo, quo anima in corpore. 955.b
Habitus nouitas damnãda in clericis. 849.b
Hæreſes à ſe & à veritate quoque diſſentientes. 113.a
Hæreſes & ſchiſmata omnibus, ſed pręcipue Epiſcopis vitanda. 110.a
Hæreſes vnde ortæ ſecundum Cyprianum. 383.b
Hæreſes ſunt Sathanæ doctrinæ. 537.b
Hæreſes & ſchiſmata vnde. 32.b
Hæreſeos baſis mendacium; pater verò Satan. 1119.a
Hæreſis pulſa, populo & eius ducibus lætitiæ materia. 1025.a
Hæreſis Arij dogmata blaſphema quæ. 501.a. 503. a. ea firmiſſimis rationibus confutata. 501.a. 504.a. 505.b. 506. 507.a
Hæreſis Arij quantum incrementi breui ceperit. 499.a
Hæreſis omnis impia, veritatis Euangelicæ inimica, Fundamenta religionis conuellens. 413.b.421.a
Hæreſis tanquam morbus peſtifer profligandus. 1021.a
Hæreſum initium, & qui primus eas inuexit. 112.a
Hæretica non ſunt omnia, neque omnia reijcienda, quæ hæretici dicunt. 1136.b
Hæretici Apoſtolorum temporibus qui, & eorum hæreſes. 112.a
Hæretici baptizantes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, tametſi ſit ſecundum eorum ſenſum & hæreſim, tamen quia non ſic efferunt, ſed ſecundum formã Eccleſiæ, verè baptizant. 274.a
Hæretici etiam pœnitentes ad ordines ſacros non admittendi. 404.b

Hæretici ad conuerſionem adhortandi. 367.a
Hæretici fidem Nicænam recipiunt, ſed eam falſa interpretatione contaminant. 1026.a
Hæretici cæci & duces cæcorum. 1112.b
Hæretici, iudæi, & pagani Eccleſiam intrare non prohibendi. 761.b
Hæretici in orthodoxos dentibus frendent. 978.a
Hæretici impœnitentes vitandi, & ab Eccleſia arcendi. 116.a
Hæretici in Trinitatis noīe credentes recipiendi. 465.a
Hæretici etiamſi numero eſſent ſuperiores, cauſa tamē & iuſtitia Eccleſiam vincere non poſſent. 365.b
Hæretici per ſe ſua dogmata deſtruunt. 367.b
Hæretici omnes diaboli ſunt inſtrumenta. 113.a
Hæretici qui dicendi. 119.a
Hæretici qui dicendi. 734.b. eis non licere Orthodoxos epiſcopos accuſare. 734.b
Hæretici ſcripturas ſacras, aut deprauant, aut in præpoſterum ſenſum detorquent. 873.b
Hæretici ſeueritate pro viribus extirpandi. 397.a
Hæretici tanquam fidei deſertores, Chriſtiani non nominandi. 1140.b
Hæretici vitandi. 664.a
Hæreticis conuentus interdicendi. 1141.a
Cum Hæreticis coniugia non contrahenda. 603.b
Ab hæreticis ſe ſegregare volens, ſuſcipiendus. 763.b
Hæreticorū contra Orthodoxos machinationes. 730.b
Hæreticorum in eo ſe manifeſtat impietas, cum ſub ſpecie diuinitatis honorandæ, humanæ carnis in Chriſto denegant veritatem. 433.b
Hæreticorum inuenta catholicis canonibus non annectenda. 802.b
Hæreticorum recipiendorum mos ſeruandus, & cerimoniæ à Concilio Conſtant. ordinatæ. 735.a
Hæreticorum proteruia Eccleſiā tentat auocare à munere ſuo. 385.b.386.a
Hæreticorum mos eſt ſchiſmatis Chriſti membra diſtrahere. 370.b
Hæreticos paſtores etiā ſubditis arguere licere. 7027.b
Hæreticorum ſemper infelix exitus. 963.b
Hieronymi Epiſtola reſponſoria ad Damaſum Papam, in qua monet, vt in fine cuiuſque pſalmi cātetur, Gloria patri, &c. 707.a
Hieroſolymitana Eccleſia omniū aliarum mater. 731.b
Higinus Græcus Papa IX. 326.a. eiuſdem Epiſtolæ decretales. 326.a.327.b. eiuſdem decreta. 327.b
Hilarius ab exilio reuerſus Ariminenſis fidei formula damnata Nicænam in Gallijs ſtatuit. 675.a
Hiſtoriarum peritum eſſe oportere Epiſcopum, vt auditores exemplis monere vel cōſolari ſciat. 75.a. Danidis, Ionæ, Ezechiæ, & Manaſſæ exemplis, Deū peccatoribus pœnitentibus propitium eſſe agnoſci. 75.b
Homicida violentior eſt, qui innocētem extra Eccleſiā eijcit. 75.a. & qui pœnitentem non recipit, oues Chriſti diſſipat. 75.a
Homicidæ necare non poſſunt, niſi quos Deus eis necare permiſerit. 382.a
Homicidio vel adulterio Eccleſia violata, denuo purganda, & conſecranda. 328.a
Homiliæ plures Cyrilli, & aliorum nonnullorum. 1188. & ſequentibus.
Hominem ad Dei imaginem conditum, quomodo intelligendum. 518.b
Hominem poſſe eſſe ſine peccato conuerſione à via mala ad bonam vitam ſenſerunt Pelagiani. 797.b. at cum iuſſi à Domino ſimus, vt orantes dicamus, dimitte nobis debita noſtra; facile apparet, eos erraſſe: per gratiam tamen ſaluatoris in dies proficimus in hac vita, charitate creſcente, & deficiente cupiditate; perfecti in altera vita futuri, cupiditate extincta, & charitate completa. 797.b
Hominum voluntati non obſequendum, ſi inde peccatum ſequatur. 64.a
Homines oēs ſunt filij Dei, niſi per ipſos ſteterit. 925.b
Hominis caro ex ſe viuificare non poteſt. 956.b
Hominis conſtitutio mirum Dei artificium. 1202.a
Hominis vulgaris mors, humanum genus viuificare nō potuiſſet. 891.a
Homo animal noxium, ſerpenti non abſimilis. 917.b
Homo aſſumptus non eſt factus egenus, ſed potius ditatus. Verbum verò dicitur factum egenum ratione aſſumptæ naturæ, quam propriam ſibi fecit. 1181.a
Sicut Homo cōſtituitur vnus ex corpore & anima, quæ ſunt inter ſe diſſimilia, ita Chriſtus vnus eſt ex deitate & humanitate conſtans. 881.b
Homo ciuis Mundi. 130.b
Homo cum verbo adorari non rectè dicitur: ne fiat aliqua diuiſio, &c. 951.a
Homo factus eſt aſpectabilis Filius Dei, qui prius erat inaſpectabilis. 909.b
Homo licet animo & corpore conſtet, non duo, ſed vnus eſt, ex vtraque parte concretus. 956.b
Homo non coadoratur cum verbo, ſed homo Deus vna adoratione adoratur. 1109.a
Homo nulla neceſſitate ad bonum vel malum, ſed liberè fertur. 1222.b
Homo per quem facta eſt reſurrectio, Deus erat. 956.a
Homo quicquid habet, à Deo habet, et ipſum eſſe. 924.b
Homo ſolus inter cætera animantia liberum ſortitus eſt arbitrium. 1202.a. ad Dei imaginem conditus, cætera verò minimè. 1202.a. cur e terra formatus, plures cauſæ. ibid. e gradu dignitatis propter peccatum deiectus. 1202.a. in integrum propter Chriſti aduentum reſtitutus. 1202.b
Homo videt in facie, Deus autem in corde. 1335.a
Homouſia Trinitas ſuapte natura ſancta eſt. 866.b
Honorem dare non poteſt, qui honorem amiſit. 785.b
Honorem retinere nō poteſt, qui ab illo accepit, qui tribuendi poteſtatem non habet legitimam. 714.a
Honori Chriſti nihil anteponendum. 963.a
Honoris & autoritatis æqualitas naturarum vnionem non efficit. 955.b
Honor homini maior eſſe non potuit, quàm vt ad conditoris ſui imaginem conderetur. 303.a
Honor inflat ſuperbiam. 416.a
Horæ præcandi quæ inſtitutæ in Eccleſia. 245.a
Horis quibus, & quare in eis ſit præcandum. 145.b
Horrere non debemus, quod Deus facere dignatus eſt. 191.a
Hoſte intra mœnia graſſante feriari nefas. 966.b
Hoſtes Chriſti odio habent ſancti viri. 963.a
Hoſtis domeſticus nequior, & magis timendus, quàm qui foris eſt. 282.b
Humana infirmitas Deo propter nos incarnato nihil derogat. 1022.b
Humana natura ſi ſaluanda erat; ad priſtinum obedientiæ ſtatum erat reducenda. 930.a. id quod nullus homo præſtare poterat, niſi Chriſtus omnis peccati expers, humanam naturam in ſe ipſo iuſtificaſſet, & patri ſatisfeciſſet. 930.a
Humanæ & diuinæ naturæ coitio vnum nobis conſtituit filium. vnum Chriſtum, & vnum Dominum. 1206.b
Humanæ naturæ proprietates verbo Dei diuinitatem non adimunt. 882.a
Humanæ naturæ affectiones cur imparibili Diuinæ naturæ tribuantur. 1187.a
Humanæ naturæ proprium facile labi. 1118.b
Humana omnia Deo verbo ſunt parua. 1184.a
Humani conatus exitum ſortiuntur, non qualem deſignat homo, ſed qualem vult Deus. 1150.a
Humani generis reparatio ab æterno fuit præordinata. 337.b
Humaniter cum fugitiuis agendum. 1118.a
Humanum genus Chriſti arca ſpiritalis. 903.b
Humanū genus nullo mō inſtaurari poterat, niſi verbū Dei ſemen Abrahæ non appræhendiſſet. 876.b.890.a
Hunnorum phalanges multos populos depopulaturas Seruatius prædicit. 640.a
Hymnum Angelicum, Gloria in excelſis, in miſſa dicendus, quis ordinauerit. 324.b
Hymnus Angelicus, Gloria in excelſis, quando in miſſis celebrari ordinatus. 125.a
Hypoſtaſes in Chriſto non diſtinguendæ, cum ſit vna tantum. 957.b
Hypoſtaſes licet tres ſimul ſint coniunctæ, vnus tamen Deus adoratur. 1152.a

Hypoſtaſes ſiue ſubſiſtentias poſt vnionem diuidentes, veram incarnationem reijciunt. 1114.b
Hypocriſis & peruerſitas vitanda. 123.a
Hypoſtaticam vnionem qui repudiant, duos filios neceſſariò conſtituunt. 951.b

I

IACOB Antagoniſtam ſuum Deum appellat. 1192.a
Iacob Coxa claudicatus quid oſtenderet. 1039.b
Iacobus frater Domini an fuerit Apoſtolus. 224.a. Epiſcopus Hieroſolymitanus. 224.b. eius feſtum octauo Kalendas Auguſti cur celebretur. 225.b
Ieiunandum poſt baptiſmum, qui in Chriſti mortem vult baptizari. 125.b. Quibus ieiunandum, & quibus non, & quare. 125.b
Ieiunans Sabbato atque Dominico die, tanquam Chriſti interfector ab Ignatio iudicatur. 242.a
Ieiunia niſi neceſſitate cogente non diſſoluenda. 466.b
Ieiunij omni tempore pœnitentibus manus imponendæ. 761.a
Ex Ieiunio quæ redundant pauperibus elargiẽda. 109.b
In Ieiuniorum diebus nullæ lites aut contentiones tractandæ, ſed bonis operibus incumbendum. 695.a
Ieiunium dierum ante paſcha ſex. 106. b. quomodo celebrandum. 107.b
Ieiunium eſt non ſolum cum quis tota die à cibis abſtinet, ſed etiam cum quibuſdam cibis abſtinemus, vt vino & carne. 275.a
Ieiunium penè nihil valet, quod coniugali opere polluitur. 696.b. & quod vigiliæ & eleemoſynæ nõ commendant. 696.b
In Ieſum Saluatorem noſtrum Epiſcopi tanquam in ſcopum aſpicere debent, & eum imitari. 77.a.78.a
Ieſus Chriſtus proponens nobis exemplum, cępit prius facere, deinde docere. 68.b
Ieſus Chriſtus idem eſt quod verbum incarnatum, ſeu homo factum. 924.a
Ieſus Naue Chriſti Typus. 254.a
Ieſus nomen ab Angelo Chriſto impoſitum Dei Patris ordine. 883.a. poſt incarnationẽ verbo acceſſit. 887.b
Ieſus nomen ex re. 1098.a
Ignauiæ vitio fit, vt Deum non agnoſcamus. 297.b
Ignauus eſt, qui victoria potiri potens, haſtam & clypeum abijcit. 1120.a
Ignorantia quid. 293.a
Ignorantia quot malorum cauſa. 293.a. vnde ortum ſuũ, & alimentum trahat. ibid. moleſte auellitur, & fugatur. ibid. quibus artibus fuganda. 293.a
Ignorantiæ mundi ruinis, ſcientiam veritatis Dominus oppoſuit. 296.b
Ignorantiæ proprium eſt hoc vitium, vt lucem veritatis, & ſcientiæ non ferat. 297.a
Ignorantiæ remedium ſalutare ignis iracundiæ. 297.a
Ignorans, & credens ſe ſcire quod ignorat, atque defendens quod falſum eſt, intolerabilis eſt. 293.a
Ignorans non iudicatur ex eo quod ignorat. 293.b. ſed ſi audierit rationem veritatis, in errore tamen permanere voluerit, ex eo iudicabitur, & dabit pœnas. 293.b
Ignorans verbum, & voluntatem Dei, mitius punietur in die iudicij, quàm qui nouerit, & non fecerit. 295.b. 296.a
Ignis terroris ſymbolum. 1191.b
Illecebris huius mundi, & vanitatibus reſiſtendũ. 337.b
Illuminatio ſcientiæ Dei patris in perſona Chriſti effulſit. 884.b
Per Imaginẽ terreni, & cęleſtis quid intelligendũ. 879.b
Imaginis vitium in ipſum exemplar omnino redundat. 877.b
Imago Dei in nobis amiſſa propter peccatum, per nouitatem vitæ recuperanda. 303.a
Imago Dei ſimplex eſt, & omnis compoſitionis expers. 518.b
Imago & vmbra ceſſauit, ſuperueniente Chriſto, qui eſt veritas. 191.a
Imméſum diſcrimẽ inter creatorẽ, & creaturas. 1032.b
Impœnitentes orantes Deum magis irritant. 98.b
Impeccabilitas ſolius Dei propria. 895.b
Impatibile Dei verbum quo factum patibile. 1041.b
Imperfecta munera Deus ſuis non elargitur. 1186.a
Imperatoris Theodoſij ad Cyrillum Epiſtola. 973.b
Imperij firmamentum ſolidum eſt Chriſtus, & eius fides. 872.b
Imperium laqueus eſt, qui peccatum trahit. 233.b
Impietas in Deũ, infelices fines perpetuò ſortitur. 872.b
Impij miraculorum reuerentia non mouentur, ſed ij tãtum quorum cauſa placet Deo. 133
Impij quanquam prophetent, prophetijs tamen impietatem non delent, ſicut neque qui dæmones expellũt ſanctiores propter illud ſunt. 251.b
Impius in profundum peccatorum cum venerit, cõtemnit: inſequitur verò eum dedecus, & probrum. 66.a
Impoſſibile quod eſt apud homines, poſſibile eſt apud Deum. 103.b
Improbis probè reſiſtere oportet. 623.a
Improborum voluntates, non naturæ vitandæ. 122.a
Impunitus non abibit ſuper quem Dei iudicium ceciderit. 350.a
Incarnati verbi noſtra ſunt oĩa, excepto peccato. 1187.b
Incarnari nõ eſt in carnem verti, ſed carne vniri. 1157.b
Ante incarnationem, verbum Dei neque Ieſum, neque Chriſtum vllus nominauit. 920.a
Incarnatio nullam in verbo ponit mutationem. 1107.a
Incarnationis Chriſti breuis, & elegãs expoſitio. 1152.b
In incarnationis Chriſti myſterio eſt aliud, & aliud, non alius, & alius. 1004.a
Incendium magnum ex parua ſcintilla excitare ſolet diabolus. 981.a
Incerta non iudicanda. 337.a
Incognitorum ſolus Deus iudex. 341.a
Inconſtantia, & leuitas ab Epiſcopis fugienda. 316.b
Incontinentes oĩ Eccleſiaſtico honore priuandi. 776.b
Indolis & mens non eadem omnibus. 509.b
Induciæ non modicæ in iudicijs dandæ, vt veritas melius innoteſcat. 335.b
Indulgentiarũ origo. 195.a. quo intelligendæ. 195.a.197
Incredulitatis pœna, perditio ſempiterna. 198.a
Indulgentiarum theſaurus fit ex meritis ſanctorum additis ad merita Chriſti. 196.a
Per indulgentias remittuntur pœnæ temporales debitę pro ſatisfactione tum peccatorum mortalium, tum venialium. 195.b
Indulgentiæ à Pont. conceſſæ meritis Chriſti, & ſanctorum nituntur. 196.a
Indulgentiæ ſunt remiſſiones obligationis ſatisfactionum, quæ ſecũdum iudicium, & regulas Eccleſiæ pro peccatis magnis remiſſis, & pro alijs paruis debentur ꝓp debitum naturale ſatisfaciendi & offenſis. 197.a
Indulgentijs pœna æterna peccatis debita non remittitur, ſed tantum temporalis, quæ poſt remiſſa peccata debetur ad ſatisfactionem canonicæ iuſtitiæ. 197.b
Indulgentijs remittuntur paruæ pęnæ poſt remiſſa peccata debitæ. 197. Pœna æterna peccatis debita, indulgentijs non remittitur; ſed tantum temporalis, quæ poſt remiſſa peccata debetur ad ſatisfactionem canonicæ iuſtitiæ. 197. Indulgentiarum cauſa meritoria, quæ item diſpoſitiua, quis modus dãdi indulgentias, & quæ occaſiones dandi eas. 198.a. 199.a. Cauſa quæ excitat Pontificem ad dandas indulgentias. 198.a
Infames qui ſint. 398.b. hi nec teſtes eſſe poſſunt, neque ad ordines ſacros promoueri. ibid. 429 459.a
Infames vitandi, & qui ſint. 358. b. teſtes eſſe non poſſunt. 357 b.367.a
Infantes cum dubium eſt non eſſe baptizatos, denuo baptizandi. 766.b.83a
Infantes recens natos qui dixerit non baptizandos, aut nihil originalis peccati ex Adamo contrahere, anathema eſto. 805 b.838.a
Infantes paruuli verè in remiſſionem peccatorum baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt, tametſi nullum adhuc peccatum committere potuerint. 805 b 838
Infanti baptizato nõ propria, ſed aliena peccata remittit. 191.b

Infideles

Infideles virtuti deditos exemplum nobis eſſe debere, & ſtimulum ad bene agendum. 295.b
Cum infidelibus non conuerſandum. 344.b
Infidelis homo mortuus eſt in corpore viuente. 343.b
Infidelis in corpore viuente mortuus eſt. 467.a
Infidelis ſi nullus fuerit, ſuperuacanea erit omnis ſignorum effectio. 134.a
Propter infidelium nimium numerum in vetere Eccleſia parum tutum erat fidelibus in vnũ cõuenire. 261.b
Infirmi curandi & erigendi. 377.a
Infirmitas duplex eſt, alia carnis imbecillitas dicitur, alia peccandi procliuitas. 938.a
Infirmitates infirmorũ qui firmiores ſunt ſuſtinere debent. 315.a
Ingrati nimium animi eſt, ſaluatori & benefactori noſtro beneuolum ſaltẽ non rependere ſermonẽ. 1167.b
Inhabitans eiuſdem naturæ nõ eſt cũ inhabitato. 1107.a
Inimicis non ſtandum in accuſationibus vel teſtimonijs. 309.b
Inimicitia omnis prorſus à Chriſtianis tollenda. 86.a
Inimicitias & lites qui agitant, improbi ſunt, & à Deo alieni. 86.b
Inimicitias quærit, qui vult diſcedere ab amico. 623.b
Iniquitatem ſectans, & contraria Dei voluntati faciens tanquam gentilis, legis violator eſt. 63.a
Initium non laudatur, ſed finis 694.b
Iniuria cui facta ſit, cuiuſcunque religionis exiſtat, ius ſuum conſequi licere. 734.a
Iniuriæ non vleiſcendæ. 63.b. immo maledicenti benedicendum, & illatæ iniuriæ patienter ferendæ. 63.b
Iniuriæ mutuò condonandæ. 84.a
Iniuriam propulſare non eſt malum, præſtat tamen tolerare, & perpeti. 122.b
Iniuſta iudicia ab omnibus ſed præcipuè à fidelibus cauenda. 341.a
Iniuſtè alium damnans, in ſeipſum ſententiam pronuntiat. 82.b
Iniuſtitia mortis acquiſitio. 353.a
Inobedientia tanquã rebellio dãnanda vitandaq;. 291.b
Innocens dum facile credit, cito labitur. 346.a
Innocens & iuſtus non oppugnandus. 711.a
Innocentij reſponſio ad Conciliũ Carthaginenſe. 790.a
Innocentij reſponſum ad Mileuitanum Conciliũ. 793.a
Innocentij Papæ in Honorium Imperatorem, & alios Chryſoſtomi pſecutores ſeuera animaduerſio. 804.b
Innocentius Albanenſis I. Papa XLI. 771.a. eius decreta. ibid.a. eiuſdem Epiſtolæ. 772. & deinceps.
Innupti ad clerum ſuſcepti. i. lectores vel cantores vxores accipiant ſi velint. 17.a
Inſani & miſeri eſt temporis autorem, temporis ſpatio circumſcribere. 864.a
Inſani ſunt qui vnum Dei filium in duos diuidunt. 918.a
Inſons & iuſtus non occidendus. 1124.b
Intelligentia intelligentem & rem intellectam ſecum infert. ita & creatio, creantem, & rem creatam. 164.b
Intelligẽtibus & bene affectis plana ſunt omnia. 1112.a
Interna ſi erunt munda, munda quoque erunt & externa. 298.b
Inteſtinum malum externo pernicioſius. 968.b
Intrantes in Eccleſiam, & non communicantes, excommunicentur. 768.b
Inuitis nullus detur Epiſcopatus ſine conſenſu plebis, & cleri. 850.b
Inermes cum armatis ritè pugnare non poſſunt. ſic neq; expoliati, neque litigare, niſi in priſtinum ſtatum reſtituantur. 709.a
Inuidia diaboli mors introiuit in mundum. 933.a
Inuocatur pater & filius, & ſpiritus in baptiſmo, vt quorum vna virtus eſt, vna ſit inuocatio, non plures inuocationes. 182.a
Ioannes Apoſtolus vnico verſiculo totam pietatem complexus eſt. 1199.a
Ioannis Epiſtola prima ad Parthos ſcripta. 327.a
Ioannes et in vtero matris prophetæ munus obijt. 907.b
Ioannes quo tempore ſcripſit Euangelium, & Apocalipſim. 187.a
Ioannis Apoſtoli reliquiæ Epheſi. 1014.a
Ioannes Antiochenus multis & validis rationibus Neſtorium ad reſipiſcentiam inuitat. 981.a
Ioannes Antiochenus Epiſcopus Neſtorio ſe coniungẽs totum Epheſinam Concilium communione priuat: 860.a. citatus legitimè a Concilio, & non comparens damnatur cum ſuis ſectarijs. ibid.a
Ioannes Antiochenus ſynodo non poſſe intereſſe ſe excuſat per duos Epiſcopos. 1062.a
Ioannes Antiochenus Cyrillum, & Memnonem hæreſeos damnat, reliquos verò Epheſinos fratres communione priuat. 1049.b
Ioannes Antiochenus ſchiſmaticorum anteſignanus a ſynodo legitime citatus, legatos nõ admittit. 1072.a. ſecundo iterum citatus legatis per ſuos cleros reſpõdit, à ſe excõmunicatos reſpõſo eſſe indignos. 1073.a. eius miniſtrorum, & ſatellitum inſignis petulantia & impietas. ibid.b. cauſæ ſuæ diffidens iudicio ſe ſiſtere non audet. 1073. b. eius acta contra Cyrillũ & Memnonem à ſynodo irrita declarantur. 1074.a. tertiò citatus, neq; iudicio ſe ſiſtẽs à ſynodo exautoratũ. 1075.b
Ioannis Antiocheni, & ſociorum ad ſacram Imp. reſpõſum adulatorium, & mendax, 1058.a. eorundem mandatum procuratorium rerum agendarum Conſtantinop. cum legatis Concilij. 1059.a
Ioannis Antiocheni Epiſtola ad Cyrillum. 970.b
Ioannis Chryſoſtomi doctrinæ laus. 965.b
Ioannis Chryſoſtomi Epiſtola ad Innocentium Papam. 799.b. eius exilium laus & mors. ibid.
Ioannis Sacrenſis Comitis Epiſtola ad Imp. admonens eos de ſtatus Eccleſiaſtici pturbatione in vrbe Epheſo. & quid ꝓpter hoc effecerit, effecturusq; ſit. 1061.a
Ioſiæ regis magna in Deum religio, & in idolorum cultores ſeueritas. 872.b
Ioſue cur Emanuel non ſit appellatus. 1097.b
Iotæ litteræ myſterium in nomine Ieſu. 77.a. 180.b
Iouinianus ꝙ virgines Deo ſacras ad nuptias induceret, tanquam hæreticus damnatus. 742.a
Ira Dei eſt non intelligere delicta, ne ſequatur pœnitẽtia. 386.a
Ira Dei ſuper eos, qui Chriſtum perſequuntur in ſuis membris. 710.a
Iracundiæ ſalutaris ignis aduerſus ignorantiam optimum remedium. 297.a
Iraſcendum aduerſus noſmetipſos pro his quæ inutiliter geſſimus. 296.b
Irenæus Comes ſynodo maxime infenſus. 1080.b
Irenæi & aliorum contra Victorem Pontificem ſcripta acerba. 339.b
Irrepræhenſibile omne quod eſt, Catholica defendit Eccleſia. 437.a
Iſchiras malignissimus Athanaſij calumniator. 663.a
Iſrael cur Moyſes populus dictus, non autem Chriſti. 1098.a
Iterari neceſſe eſt, quod actum legitime non eſt. 714.a
A Iudaicis & infidelium obſeruationibus cauendũ. 119.b
Iudaizare populum compellit, qui ſabbatum vt diẽ Dominicum coli & obſeruari docet. 243.b
Iudas proditor an interfuerit ſacræ Domini cœnæ. 205.a. 206.a
Iudæ Iſcariotis ſimilis æſtimandus qui ſacrarij veſtes ſubtractas vendiderit. 289.a
Iudæi neceſſariò maledicti, & quare. 119.a
Iudæi nihil de Chriſto pter humanitatẽ cõcipiũt. 927.a
Iudæi nolentes, ſuam ipſorũ ruinã prophetarunt. 119.a
Iudæi ob derelictam veram Dei religionem in poteſtatem inimicorum ſedacti. 1121.a
Iudæi omni poteſtate à Romanis priuati. 119.238.b
Iudæi tanquam infames Chriſti & prophetarum interfectores vitandi. 119.a
Iudæi legem Dei paruiſaciebant. 932.a
Iudæis ad fidem conuerſis in initio permiſſum fuit, vt cum noui teſtamẽti ſacramẽtis & ceremonijs veteris quoque teſtamenti ceremonijs vterentur. 2.a
Iudæis ad fidem conuerſis legalibus ceremonijs ad tempus vti permiſſum fuit. 2.a
Iudæorum hæreſes quæ fuerint ante Chriſtum. 111.b
Iudeos falli in ipſo calculo Paſchæ. 307.b
Iudicare per ſuſpicionem aut per extortam confeſſionem nemo hominẽ debet, peſſimum enim id eſt. 317.b

Iudex acceptator perſonarum eſſe non debet. 83.a
Iudex eſt velut ius animarum. 272.a
Iudex quibuſuis credere non debet. 81.b. neque facile accuſationes admittere. 81.b
A' iudice aduerſo appellari licere abſque vllo periculo. 360.a
Iudices abſente reo ſententiam ne proferant. alioquin rationem reddituri in ſynodo. 760.a
Iudices æqui, pacifici, iraque vacui ſunto. 86.a
Iudices quot eligendi in cauſa Epiſcopali. 341.a
Iudices ſi de conſenſu partium fuerint electi, ab ijs prouocari non licere. 750.a.836
Iudicia Eporum omnia ſpectare debent ad faciendã reconciliationem pacis inter fratres, & cum Deo. 273.a
Iudicia pronunciare, & ſententiam, non audita altera parte, iudices prorſus non debent. 85.b
Iudicia peregrina prohibita. 627.a
Iudicia ſæpe amariſſimi rancoris plena. 318.a
Iudicia diuina locum non haberent, ſi in hoc ſeculo omnia vindicarentur. 318.a
Iudicia clericorum quomodo fieri debeant. 593.b
Iudicia exercere ad Dei gloriam pertinet. 944.a
Iudicia iniuſta ab omnibus, maximè à ſeruis Dei cauenda. 341.a
A' iudicibus communi conſenſu electis appellari non licere. 840.a
Iudicis alterius ſententia nullum teneri, ſed ſui tantum. 627.a
Iudicio in omni quatuor perſonas adeſſe neceſſe eſt. iudices. ſ. accuſatores, defenſores, atque teſtes. 359.a
In iudicio futuro huius carnis erit reſurrectio, vbi prout vnuſquiſque geſſit in corpore mercedem accipiet. 758.b
Iudicium Dei ſemper habere ante oculos, contra peccatum eſt maximum remedium. 281.a
Iudicium de fratre cum facis, te ipſum iudicem facis, cũ tamen à nemine ſis electus. 81.b
Iudicium iniuſtũ quoquo modo exortũ, non valet. 345.b
Iudicium lege & iuſtitia deſtitutum nihil eſt, quàm merum conuitium. 1078.a
Iudicium iniuſtum non valet. 437.a
Iudicium nullum, niſi ordinabiliter teneatur. 628.b
Iudicium qui detractat, conſcientiam puram non habet. 988.a
Iudicium reſpuentes legitimum cauſæ ſuæ diffidere oſtendunt, & delicta ſua fatentur. 602.b
Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. 401.b
Iudicium ſincerum eſſe non poteſt, vbi ſolus accuſator præſens eſt, reus verò abſens. 633.a
Iudicium ſynodale totius Orbis conſenſus. 1017.b
Iudiciaria poteſtas in Deum ſolum competit. 944.a
Iugo Chriſti ſe ſubijcientes, Deũ illũ eſſe fatẽtur. 902.b
Iugum Chriſti eſt eius lex. 904.b
Iulij Papę Epiſtolę ad Oriẽtales criminatoriæ. 625.630
Iugum cum infidelibus non ducendum. 327.b
Iulij Papæ literæ gratulatoriæ ad Alexandrinos. 665.b
Iulius Romanus Papa XXXV. 617.a. eius Epiſtola ad Orientales. 620.a
Iuramento malum quod incautè eſt promiſſum, non eſt faciendum. 334.b
Iurans per creaturas acerrimè puniendus. 330.b
Iurare ſi opus ſit, nunquam iurandum niſi per Deum, idola verò neque nominare licet. 104.b
De iuriſdictione, & ordinatione Epiſcoporum, Epheſinę ſynodi ſententia. 1034.b
Ius & proprius ordo cuique ſeruandus. 9.a
Iuſſu Imperatoris ſynodus Epheſi coacta. 1021.b
Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & ſcelus ſcelerati ſuper eum erit. 379.b
Iuſtitia ideo Dei dr̃, qa ex gratia diuina donatur. 797.a
Iuſtitia eſt ex fide in Chriſtum Ieſum, & propterea ipſe eſt Deus iuſtus iuſtum faciens. 895.a
Iuſtitia neque per legem eſt, neque per naturæ poſſibilitatem, ſed ex fide ac dono Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum vnum mediatorem Dei, & hominum. 796.a
Iuſtitiam ſæpius recenſeri, diuinus fructus eſt. 779.b
Iuſti cum iniuſtis cõmunitate vitæ non ſanctitatis congregantur. 70.b
Iuſto Dei iudicio ſæpe eius ſerui impiorũ perſecutionibus vexantur, vt per laborũ exercitia clariores fiãt. 415.b. pœnam tamen impij non euadent. ibid.
Iuſtos habitare cum iniquis crimen non eſſe, ſed tãtum idem cum eis ſentire. 71.a
Iuſtum cum iniuſto Deus non perdit. 70.b
Iuſtus oui, peccator vero capro, cur aſſimilatur in ſcripturis. 1211.a
Iuſtus ſæpiſſimè perit pro impio. 305.a
Iuſtus ne vnus quidem eſt, & requirens Deum. 314.b
Iuſtificamur gratis per gratiam Chriſti Domini noſtri. 1211.a
Iuſtificatio & regeneratio merces eſt fidei in Chriſtum. 885.a
Iuſtificatio noſtra per Chriſtum quomodo facta. 941.a
Iuſtificatus in innocentia vitæ ambulare debere. 514.a
Iuuenibus non minus quàm ſenibus de conuerſione, & pœnitentia cogitandum. 299.b
Iuſtificandi facultas in ſolum Deum competit. 919.b

L

LABOR ſine ſolicitudine eſſe poteſt. 537.a
Labore ex iuſto fidelium, egentibus ſubueniendum. 99.a
Lachrymarum effuſio mouet animi paſſionem. 345.b
Læna quæcunque fuerit, communione priuetur. 603.a
Laici in accuſatione Epiſcoporum non audiendi. 310.b
Laici ab accuſatione ſacerdotũ ſubmouẽdi. 959.b. 477.a
Laici ad Epiſcopatum non aſſumendi, niſi per gradus proceſſerint. 850.b. 851.b
Laici clericos actores ſuos ne conſtituant. 673.b
Laici in Eccleſia minimi & infimi ſunt. 271.b
Laici ſiue clerici ab Epiſcopo ad pacem magis quàm ad iudicium hortandi. 759.b
Laici qui ad clerum admittendi. 778.b
Laici opus aliquod ſacerdotale facere non permittendum. 94.a
Laicus Epiſcopi dominus eſſe non debet, ſed ſubiectus, vt filius patri, & ſeruus domino. 71.a
Laicus niſi iubentibus clericis, non doceat. 761.b
Laicus paſtorem ſuum diligat, vt patrem, &c. 73.b
Laicus quicunque ſine ſacerdote aliquid agit, inaniter operatur. 78.b. ſeipſum in ſacerdotium intrudere nõ debet, non accepta dignitate a præſtantiore. 79.a
Laicus viduam ducens ad clerum non admittendus. 746.a. 775.a
Laicus vxorem propriam pellens, & aliam vel ab alio ſolutam ducens communione priuetur. 21.b
Lapides Dauidis in Goliath quid ſignificarent. 1190.a
Lapſi benignè corrigẽdi, & ad pęnitentiã hortãdi. 363.b
Lapſi recipiendi, & pugnaturis arma ſuggerenda. 369.b
Lapſi ſed pœnitentes, vt recipiantur, quid facere debeant. 365.a
Lapſi ſi ad presbyterium ſint ordinati, ordinatio nulla, & irrita. 821.b
Lapſis manus porrigenda, proſtratiq; erigendi. 978.b
Lapſo non deſperandum, quia apud Dominum miſericordia, &c. 346.a
Lapſorum ratio in conuentu totius Eccleſiæ tractanda. 364.b
Lapſus quocunque modo, fraterno corripiendus affectu. 346.a. 363.a
Lapſus ſi egerit pœnitentiam, ad priſtinos honores redire poteſt. 346.a
Lapſus ſi ſubdole verum petit, ſeipſum fallit, aliud corde, aliud ore pronuncians. 381.a
Laqueum qui ponit alij, peribit in illo. 350.b
Largiendum pauperi ſine murmuratione. 124.a
Latentia peccata vindictam non habent. 777.b
Lauatio pedum quam fecit Chriſtus, ſignificat noſtrum baptiſmum, quando ſancti Chriſmatis vnctione perficitur. 356.b
Laudandus nullus ante mortem. 396.a
Laudari ab iniquis & diligi non eſt curandum. 282.a
Laus parta ſumma diligẽtia, & labore cõſeruanda. 364.a
Lector, hoſtiari⁹, aut Acolythus ſacra ne attingat. 598.a

Lector viduam in vxorem accipiens ſubdiaconatũ non tranſcendat. 768.a

Lectores nubere cogendi, aut caſtitatem profiteri, cum ad puberem ætatem peruenerint. 751.a

Legati octo à ſynodo Epheſina ad Imp. miſſi qui totam controuerſiæ ſtatum exponerent. 1092.b

Legati à Concilio ad Neſtorium miſſi ter, non admiſſi ab eo. 987.a

Legati Pont. Roma. ad ſynodum Epheſinam, & patrum conſeſſum admittuntur. 1013.a

Legati Pont. Rom. cum tempeſtate iactati ad præfinitũ diem adeſſe ſynodo nequiuiſſent, patres rogant, vt de actis ipſi quoque certiores fiant. 1015.a

Legati Pont. Rom. ſententiam ſynodalem in Neſtorium approbant, & ſua ſubſcriptione confirmant. 1017.a

Legati Rom. Pont. ad ſynodum Epheſinam miſſi, Neſtorij condemnationem approbant, atq; Ioannis Antiocheni. 860.a

Legatorum ſchiſmaticorum ſupplicatio ad Imp. 1062.a altera eorũdem petitio ad Theodoſium Imp. 1063.b. tertia item eorundem petitio. 1064.b. eorundẽ Epiſtolæ ad ſuos. 1065.b. & ſeq.

Legatũ lædens, eũ lædit, cuius legatione fungit. 286.b

Legatio ad Donatiſtas decreta pacis componendæ gratia. 831.a

Lege quænam abrogauit Chriſtus aut mutauit, aut in alia tranſtulit. 118.b

Legem naturalem Chriſtus non abrogauit, ſed magis confirmauit. 118.b

Leges humanæ rationi non repugnantes, amplectendæ. 345.b

Leges plereque ſunt, quæ ab omni virtute iubent. 272.a

Legi mortificari quid. 895.b

Legi Moyſis mori quid. 899.b

Legis tempore, & ante tempus legis non poſſibilitas naturæ infirmæ, & ſub peccato venundatæ, Patres ex fide viuentes iuſtificabat, ſed Dei gratia. 797.a. ita & nunc eadem iam in apertum reuelata veniens nos iuſtificat. ibid.a

Lex naturalis, & ſcripta, cur homini data. 137.a

Lex & gratia diſtinguenda ſunt, lex iubet, gratia verò iuuat. 795.a

Lex non iuberet, niſi eſſet voluntas, nec gratia iuuaret, ſi ſatis eſſet voluntas. ibid.

Lex pedagogus eſt ad Chriſtum nos tãquam ad Deum adducens. 900.a

Lex Prophetæ, Euangelia & Chriſtus ipſe teſtificari, docere, & oſtendere veritatem corporis Chriſti non deſtiterunt. 434.a

Lex qua quis liberè cultum Chriſtianitatis acciperet, quando lata. 835.b

Lex vmbram quandam continebat eorum omnium quę ad Chriſtum pertinebant. 179.b

Libat Domino proſpera, qui ab afflictis repellit aduerſa. 711.a

Libellus Cyrilli & Memnonis ſynodo oblatus, & inter acta relatus. 1071.a

Libellus Ioannis Antiocheni Cyrillo per Paulum Emiſenum miſſus. 1127.a. eiuſdem Epiſtola & fidei confeſſio pro pace ſtabilienda ad eũdem Cyrillũ. 1128.b

Liberij liberum dictum ad Conſtãtium Imperatorem. 676.b. ob id in exilium miſſus. ibid.

Liberij Papæ Epiſtola reſponſoria ad Concilium Alexandrinum. 683.a

Liberius Romanus Papa XXXVI. 674.b. eius acta. 675.a. Conſenſit Conſtantio in Ariana hæreſi, licet propter hoc antea exulauiſſet.

Libero arbitrio ſine grã neminem rectè poſſe vti. 847.b

Liberum arbitrium ad non peccandum non ſufficit, niſi gratia iuuetur. 794.b

Liberum arbitrium qui tollit, Naturam hominis tollit. 247.b

Libertatem arbitrij hominibus ineſſe. 293.a

Libri quinam in Eccleſia legendi. 704.a. & qui reijciendi. ibid.b

Libri veteris & noui teſtamenti, qui legendi. 25.b

Libros impiorum, ſi quis tanquam ſanctos in Eccleſia publicat, deponatur. 22

Licinij tyranni calamitoſus finis. 496.a

Lidijquidam hæretici ad Eccleſiæ gremium anhelantes ab hæreticis abducuntur. 1027.b

Ligna Eccleſiæ in vſum laicorum non cõuertenda. 328.a

Limitem gradus ſui nemo excedere debet. 214.a

Limites alienos nullus Epiſcopus tranſiliat. 76.a

Limitibus ſuis vnuſquiſque contentus ſit, nec in alienos trãſilire audeat. 850.b

Lingua doloſa Deo exoſa. 1125.b

Lingua effrenis multorum malorũ cauſa. 351.360.388

Linguæ iniquæ aures obturandæ. 351.a.388.b

Linus Italus Papa ſecundus ſub Nerone, martyr. 277.b

Linus viuente Petro mortuus. 250.a

Lites inter clericos ortæ in Concilio terminandæ. 775.a earum appellationes ad ſedem Apoſtolicam deferendæ. 775.a

Lites, contentiones, diſputationes in omnibus conuentibus propter Arianam hæreſim vbique in Oriente ortæ. 616.a

Lites inter Chriſtianos, & controuerſiæ tollendæ, neq; coram infidelibus agitandæ. 84.a

Litigantes niſi reconcilientur, ad communionem non recipiendi. 815.b

A' litibus abſtinendum. 350.b 360.a

Literarum diuinitus inſpiratarũ teſtimonijs quęſtiones de religione tollendæ. 515.b

Literæ Conſtantij Imperatoris ad Alexandrinos de reſtituendo Athanaſio. 667.a

Literæ Epiſcoporum Orthodoxorum ex ſynodo Arimineuſi ad Conſtantium Imperatorem. 680.a

Literæ Rom. Pont. græcè redditæ in ſynodo publicè leguntur. 1013.a

Literæ ſynodi arundini incluſæ Conſtantinopol. redditæ. 1019.b

In loco eſſe rei corporeæ propriè competit, ſic & propriè conuenit moueri. 255.b

Locus Euangelij Ioannis, ſine ipſo factum eſt nihil, &c. quomodo interpungendus. 255.b

Locus hominem non ſanctificat, ſed homo locum. 145.a

Locus ille, Deus meus quare me deſeruiſti? quomodo intelligendus. 928.a

Locus ille, Hic eſt filius meus dilectus, quomodo intelligendus. 934.b

Locus Ioannis. cap. 17. vt & ipſi in nobis vnum ſint, dilucidè enodatus. 665.a.883.a

Locutionum formulæ non admodum anxiè excutiendę. 930.a. ſed potius rerum naturæ contemplandæ, & ita ad veritatem contendendum eſt. 930.a

Longanimitas, innocentia, manſuetudo, & tolerantia amplectendæ. 123.b

Loquacitas, & pugna mulieri fugienda. 66.b. è contra ꝑ pudor & lenitas amplectenda. 66.b

Loquens detegitur, vtrum quis Chriſtum in corde an Antichriſtum habeat. 382.b

Loqui ꝓpriè de reb. Theologicis valde difficile. 1135.b

Lucius Romanus Papa XXII. 394.a. eius epiſtola, & decreta. 394.b

Lucrum turpe quod. 670.b

Lucta Angeli cum Iacob quid ſignificauerit. 1039.b

Lumen veritatis Deus his infundit, qui ipſius cognitionem rectam capere volunt. 1036.b

Luporum rabies canum latratu, & paſtoris baculo deterrenda. 357.a

Lupus ſub paſtoris ſpecie à grege nõ admittẽdus. 980.b

M

MACEDONII ſæuitia in Eccleſia Conſtãtinopol. à ſe occupata. 669.b

Macedoniani abnegato Arianiſmo à Liberio admiſſi. 675.b

Macedoniani cum Arianam hæreſim damnare nollent, à Concilio diſceſſerunt, a quo poſtea iure ſunt damnati. 727.b

Macedoniani reſipiſcentes fidem Nicænam amplectuntur. 691.b

Mœchi peior quàm libellãtici cauſa, quia hic neceſſitate, ille voluntate peccauerit. 379.a

Magna vitia citra magnam moleſtiam curari non ſolent. 962.b
Magna Epheſi Eccleſia Maria appellata. 1022.a
Magiſtratum & ſacerdotalem dignitatem ſimul obtinere non licet. 25.b
Magiſtratus quando eſt Chriſtianus, ſecularia à ſecularibus iudicanda. 270.b
Magiſtratibus poteſtas gladij tradita à Deo eſt ad vindictam noxiorum. 777.b. reddituri rationem de omnibus ſuis geſtis. ibid.
Magiſtrum fieri, qui nunquam diſcipulus fuit, miſerum & abſurdum eſt. 780.b
Magorum dona myſtica offerunt aurum, tanquam Regi, thus tanquam Deo, Myrrham tanquam morituro. 1026.b
Magorum dona Chriſti humanitatem, & diuinitatem ſignificabant. 1222.a
Magus & beneficus non tolerandi. 122.b
Maior à minori argui, nec iudicari poteſt. 287.b
A' maiorum præſcriptis deuiare, impium & ſacrilegum. 718.a
Mala facta non de ſancto ſpiritu, ſed de aduerſarij inſtinctu proueniunt. 379.b
Mala audita aut dicta niſi ꝓbata ſint, non credẽda. 324.a
Qui male agit ex Deo non eſt, ſed ex Diabolo. 322.b
Maledicta & morſus prauorum hominum euitare valde difficile. 950.b
Maledictio in caput eius, qui iniquè eam iecit, reuertitur. 95.a
Maledictus, qui ſpem ponit in homine. 1105.b
Maleficia committentes vitandi. 100.b
Maleficij alicuius conuictus non ſibi tantum, ſed & toti Eccleſiæ nocet. 69.a. huiuſmodi ab Epiſcopo repellendus, niſi mutarit mores. ibid.
Mali ſeruitus ſemper ſuo furore dementes, conſcientiaq; ſceleratæ mentis agitantur. 374.a
Mali bona loqui non poſſunt. 1218.a
Mali ſemper cauendi. 356.a
Malignorum dicta non attendenda, ſed quid viri graues & modeſti faciant. 375.b
Malorum conſuetudo prorſus vitanda. 567.a
Malum peius non eſt, quàm vt ciues ciuibus inuideant. 416.b
Malus eſſe permittitur, vt aut corrigatur, aut per ipſum bonus exerceatur. 343.b
Malum omne vitandum, & quicquid ſpeciem mali habet, & ſimilitudinem. 123.a
Mammona quid. 294.a
Manaſſes cum infinita propemodum ſcelera perpetraſſet, tamen cum toto corde ad Deum eſſet conuerſus, iuſtus reputatus eſt. 76.b
Manaſſis oratio cum captiuus in catenis teneretur, & compedibus. 76.a
Mandati exemplum quo legatis ſuis iniungit ſynodus, quid contra Orientales agant. 1090.b
Mandatũ Dei eſt, vt credamus in nomine filij eius vnigeniti, & diligamus nos ad inuicem. 303.a
Manicheus abnegat veritatem, quia carnem Chriſti negat. 744.a
Manifeſtum quicquid eſt, lumen eſt. 354.a
Manum ad accipiendum ne facilè porrigas, ad largiendam verò ne contrahas. 124.a
Manus impoſitio ſacramentum, a nullo quàm à ſacerdotibus peragendum. 465.b
Manus mentis ancillæ. 1202.a
Manus Moyſis leproſa mox reſtituta verbi incarnati vmbra. 1104.a
Manuum impoſitio multiplex. 259.b. 260.a
Manus impoſitio protectionem principis, & perfectoris Dei ſignificat, qua paternè tanquã filij gubernantur, quibus manus imponitur. 259.b. docet etiã eos, vt oĩa opera faciant, tanq̃ Deo duce actionũ ſuarum. 260.a
Manus impoſitio, nihil aliud niſi oratio ſuper hominem intelligitur. vnde & iterari quoties opus fuerit, non prohibetur. 260.a. cum tamen pro ordinatione impẽditur, iterari non licet. 260. a. omnis electio ac benedictio cuiuſuis Eccleſiaſtici miniſtri quæ ab Epiſcopo fit, per manus impoſitionem fieri dicitur. 260.b
Maranatha quid ſignificet, & quomodo ab Apoſtolo vſurpatum in Epiſt. ad Cor. 15. 285.b
Marcellinus Romanus Papa XXIX. 434.b. eius epiſtolæ. 434.a. 436.b. quia thurificauit dijs, damnatus. 46.b
Marcellini Papæ condemnatio. 437.a
Marcellus Romanus Papa XXX. 454.b. eius Epiſtolæ. 455.a. 456.b
Marcus Romanus Papa XXXIIII. 615.b
Mare & venti ad Chriſti nutum obedientes, illum eſſe Deum declarant. 908.a
Maria Magdalena an fuerit ſoror Lazari. 193. b. quæ fuit ſoror Lazari pietate inſignis fuit. 194.a
Mariæ Virginis natus, æternus eſt Dei Filius. 1003.a
Mariam Virginem Deiparam qui negat, à Deo prorſus alienus eſt. 1004.a
Maria Virgo cum Chriſtum qui eſt Deus pepererit, iure Deipara quoque dici debet. 863.b
Maritus & vxor diſtincti figura & numero, moribus vero, affectione, vita, natura, conſpiratione, & vnione ſunt vnum. 122.b
Maritus ne in vxorem ſuperbus arrogansve ſit, ſed ſtudeat illi eſſe ſuauis. 64.a
S. Martinus Turonenſis in hæreticis puniendis à ſanguine abſtinendum cenſuit. 787.b
Martyribus iniuriam facit, qui pro eis rogat. 259.b. Eos tamen in precibus commemorare licet, vt huiuſmodi commemoratione nos ad beatam virtutẽ hortemur eos imitando. 259.b
Martyria dilata merita confeſſionis nõ minuunt. 369.b
Martyres in honore habendi. 104.a
Martyrum dignitatem nemo prophanus infamet. 672.b
In Martyrum feſtiuitatibus ſpectacula, choreę, conuiuia, & huiuſmodi prohibenda. 830.b
Martyrum geſta à notarijs ſcribenda quis primus ordinauerit. 351.b. 355.a
Martyrum nulla memoria celebretur, vbi non corpus, non reliquiæ ſint, neq; origo paſſionis, &c. 766.b. 833
Martyribus qui ſuppeditant, & eos in carceribus viſitãt, pro martyribus & ipſi habentur. 100.b
Mater noſtra eſt Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. 303.b. 313.a
Mathiæ electio in Apoſtolum, ſortibus cõmiſſa; vt Deo propter reuerentiam totum negotium permiſſum videretur. 254.b
Matrimonia ſecunda non damnanda. 758.b
Matrimonio copulari non poſſunt, qui os ex oſſibus, & caro ex carne per matrimoniũ fieri nõ poſſunt. 239.a. ad quotum gradum ij ſint cenſendi huiuſmodi. 239.a
Matrimonium cum hæretico non contrahendum. 701.a
Matrimonium inter furioſos ne fiat, ſi contractum non diſſoluendum. 361.b
Matrimonium quæ impediant. 239.b. 240.a
Matrimonium vt ſit legitimum. 311.b
Maximiani de inſtauranda Eccleſijs concordia prudens conſilium. 1132.a
Maximiani Epiſcopi Conſtantinopol. ad Cyrillum Epiſtola gratulatoria. 1094.a
Maximiani eximia laus. 1096.a
Maximianus a ſynodo Neſtorio ſuffectus. 1094.a
Medela infirmis non autem ſanis exhibenda. 377.a
Medico opus non habent qui bene valent, ſed qui male, & propterea opitulari ijs qui ſunt in ægritudine, periculo, & errore debet Epũs, & monitis ſanare. 71.a
Meditandum ſemper in lege Domini, vt in Deum impietas, & iniuſtitia in proximum remoueatur, quę ſola inquinant hominem. 820.a
Melchiades Apher Papa XXXII. 466. a. eius Epiſtola decretalis ibid.
Meletianorum ſecta. 510.b. vnde orta. 511.a
Membra Eccleſiæ licet longe inter ſe diſtent, in illo tamen qui vbique eſt, vnum ſunt. 415.a
Membra omnia caput ſequuntur. 9.a
Membris aliquibus manchi ſi id voluntariè factum ſuit, ad clerum non admittendi. ſecus, ſi caſu. 778.b
Membrum nullum hominis per ſe turpe eſt, cum omnia à Deo bona ſint condita. 1224.b
Memnonis ad Conſtãtinopolitanos Epiſtola, de aduerſariorum inſolentia eos admonens. 1084.a
Memorabile exemplũ Epiſcopi lapſi reſipiſcẽtis. 981.b

Meniã

Menſa Epiſcopi qualis eſſe debeat. 466.a
Menſæ ſacræ myſterium, & virtus. 537.a. in ea ad panem & vinum intentos eſſe non oportet, ſed fide mentem attollentes credere hæc eſſe ſymbola noſtræ reſurrectionis, & verè ibi corpus & ſanguinem Domini ſumi. 537.a
Mens conſcia recti ægrè non fert, ſi quod ab ipſa iudicatum eſt, ab alijs iuſtè excutiatur. 631.a
Mens ſermoni contraria eſſe non debet. 1225.a
Mentis noſtræ nos Domini ſumus. 1163.a
Merces fidei i Chriſtũ iuſtificatio, & regeneratio. 865.a
Meretricem, aut ancillam, aut viduam, aut repudiatam nullus ex clero ducat. 116.a
Meretrix, & eius blanditiæ fugiendæ. 65.b
Merita ſanctorum additis meritis Chriſti efficiunt theſaurum indulgentiarum. 196.a
Meſſalianitarum ſcripta à ſynodo Epheſina damnata. 1032.a
Metrophanis prædictio de futuris ei ſucceſſorib. 571.b
Metropolitani ad Conciliũ à Theodoſio euocati. 945.b
Metropolitani duo in vna prouincia non admittendi. 782.b
Metropolitani ſui vnaquæq; prouincia in omnibus rebus ordinationem expectet. 814.b
Metropolitano inconſulto nullus ordinetur Epiſcopus. 747.b
Metropolitano non licere citra voluntatem, & cõſilium aliorum Epiſcoporum cauſas tractare Epiſcoporum. 628.a
Metropolitanis Eccleſijs propria priuilegia ſeruanda. 821.b
Metropolitanus extra parochiam ſuam aliquid agere tentans abſque conſenſu omnium ſuorum coepiſcoporum, ſui gradus periculo aget, & quod egerit, irritum, & vanum habeatur. 344.b. & 395.a
Metropolitanus pallium à ſede Apoſtolica intra tres menſes non petens, dignitate priuetur. 717.a
Neque metus, neque paſſio vlla fuit in Chriſto, quatenus verbum Dei ſecundum ſe. 937.b. eſt enim omnipotens, & maius quàm vt paſſio, aut formido in ipſum cadere queat. 937.b. noſtri tamen cauſa mortem ſuſtinuit, quatenus homo. 937.b
Miles ad clerum admiſſus Diaconatus non accipiat dignitatem. 768.a
Miles fieri clericus non debet. 746.a. 775.b
Miles ſi arma aduerſus hoſtes non fert, cum ſtipendium accipit, alienum rapit, & reſtituere tenetur ſic & Epiſcopus, &c. 180.a
Milites quos Chriſtus habeat, certamen oſtendit. 301.b
Minaciter quæ ſancita ſunt, vim legis habent, quæ verò ſine pœnis, doctrinæ, & monita potius ſunt appellanda. 47.a
Miniſterium Chriſti nihil gloriæ illius detrahit. 936.b
Miniſtri Eccleſiæ quales eligendi. 127.a. qui huiuſmodi fuerint honorandi. 127.a
Miniſtri Eccleſiæ pœnas ſunt daturi, ſi per eorum negligentiam populus peccatis inuoluatur. 280.b
Miniſtri veteris Eccleſiæ in quo differant à miniſtris noui teſtamenti. 78.a
Miniſtrum Eccleſiæ non decere ſacra profanaque ſimul miſcere, & confundere. 945.a
Minor à maiore ſemper benedicitur, non econtrà. 866.b
Minor maiorem iudicare non poteſt. 1071.b
Miracula fidem conciliant. 1103.b
Miracula in ſcriptura virtutes ſolent appellari. 237.a
Miracula non ſunt res ſecundum naturam. 1200.b. rationis noſtræ captum excedunt. 1200.b
Miraculum omne excedit, Deum per carnem aſſumptã morte potuiſſe teneri. 1004.b
Miraculum non eſt, quod ratione cognoſcitur. 1225.a
Miraculorum patratio Chriſti deitatis euidens argumentum. 868.a
Miſeria homini infelicior eſſe non poteſt, quam ad informem brutorum ſimilitudinem delabi, amiſſa conditoris ſui quam gerebat ſimilitudine. 303.a
Miſericordia potior omnibus ſacrificijs. 147.a
Miſericordia cum iudicio eſſe debet. 746.b
Miſericordiã prouocat, q peccata deteſtãs luget. 378.b
Miſſa niſi à ieiunis non celebretur, niſi die quo cœna Domini celebratur. 751.b. 827.a
Miſſæ ante horam diei tertiam non dicendæ, niſi in nocte Natalis Domini, & quare. 325.a
Miſſæ celebrandæ in nocte Natalis Dñi origo. 324.b
Miſſæ ſuper memorias martyrum cur celebrãdæ. 423.b
Miſſas celebrare niſi in his locis non licet, in quib. Epiſcopus proprius iuſſerit. 295.a
Miſſas celebrare niſi duo ſaltem adſint teſtes, non licere. 334.b
Miſſas facere poſt aſſumptum vel minimum cibum, aut potum non licere. 334.b
In miſſum credentes in mittẽtem quoq; credunt. 922.b
Modus operum Dei non eſt quærendus. 1222.b
Modus docendi Chriſtum oſtendit eſſe Deum. 1106.a
Monachis quibus ad ordines liceat promoueri. 741.b
Monachorum, & monacharum inuicem ſe miſcentium quæ pœnitentia. 740.a
Monachorum, & Orthodoxorum lætitia, & exultatio ob ſententiam in Neſtorium latum. 1020.a
Monachorum ſupplicatio ad Impe. aduerſus Neſtorianos. 975.b
De Monaſterio alieno recepti, nec priores monaſterij, neque clerici fiant. 833.a
Monitorium Cyrilli ad Eulogium. 1136.b
Morbi communes diligentiore, & maiore egent remedio. 1034.b
Mores non tempus iudicandi. 145.a
Mores bonos qui corrumpunt deteriores his ſunt, qui ſubſtantias diripiunt. 353.a
Mors Chriſti mortem noſtram deſtruxit. 869.b
Mors Chriſto. i. vitæ inſultans deſtructa eſt. 933.a
Mors morte deſtructa. 909.a
Mors per vnum hominem Adam, ſ. vita verò & reſurrectio mortuorum per vnum hominẽ. i. Chriſtũ. 925.b
Mors tanquam ſomnus, & interuallum ab hac vita ad immortalem. 139.b
Mors tũc victa cũ vitale corpus inſultare eſt auſa 1042.a
In morte obdormiunt quia recta fide deficiunt, & ſacras ſcripturas non ſequuntur. 1036.b
A morticinis abhorret natura. 228.a
Mortis imperium humana natura per ſe debellare non poterat. 925.b
Mortis qui ſibi fuerit cauſa, maior homicida eſt. 738.a
Mortis vim homo per ſe demoliri non poterat. 933.a
Morituro ſi cõionis gratiam petat, non neganda. 822.a
Moriturum, qui ſe non cogitauit, indignus eſt in morte habere ſolatium. 378.b
Mortui, hominibus mortui ſunt, non Deo, cui omnia viuunt. 908.a
Mortuis in pœnitentia oblatio accipienda. 614.b
Mortuos q nimis lugẽt, diffidentiæ culpa nõ carent. 765
Moyſes à populo quot diebus defletur. 269.a
Moyſes & Helias paſſionis Chriſti teſtes quõ. 236.a
Moyſes indubitanter Chriſti Typus. 308.a. fuit ſimilitudo mediatoris Dei, & hominum qui eſt Chriſtus Ieſus. 308.a
Moyſes nobile Dei fuit inſtrumentum, non tamen Dei filius appellatus vnquam. 868. ingẽs enim inter Moyſen & Chriſtum interuallum. ſiquidem Moyſes famulus appellatur, Chriſtus verò filius Dei, & domus cõditor, & Dominus appellatur. 868.b
Moyſes precibus contra Amalechitas victoriam obtinet. 1021.a
Moyſes typus fuit Chriſti filij Dei, in quo nouiſſime locutus eſt Deus ſine vllo medio. 269.b
Moyſis laudes. 110.b. eius præclara facinora. ibid.
Moyſis opera, & miracula quæ Deus per illum fecerit. 110.b
Moyſis velata facies, quid ſignificaret. 1210.b
Mulier ad cultum ne nimium ſit propenſa. 66.a
Mulier chriſtiana ne cum viris lauet, oculorumq; curioſitatem vitet. 66.b
Mulier nulla ad Diaconum, aut Epiſcopum ſine Diaconiſſa non accedat. 78.b
Mulierem baptizare, periculoſum, contra legem, & impium. 93.b
Mulierem extraneam nullus clericus ſecũ habeat. 603.b

Mulieres quæ ab omni ſuſpicione liberæ non ſint, cum nullo ex clericis ſacri ordinis habitare debent. 233.b
Mulieri docere, aut baptizare non permittatur. 761.b
Mulieris prauæ deſcriptio. 66.a. eius vituperatio. 66.a
Mulieris probæ deſcriptio. 55.b. eius laudes. 66.a
Mulieribus in Eccleſia docere non permittendum 91.a
Mulierum cõmertia clericis omnibus interdicta. 209 a
Multitudo ſententiarum mentem obtundit. 893.b
Munda animalia ab immundis propter idololatriam diſtinxit lex. 220.a
Mundi corde qui ſint. 350.a
Mundi opificium non eſt per vllius creaturæ miniſteriũ intermedium perfectum, vt docuerunt Platonici, & poſtea Ariani, voluntate Dei tamen media factus eſt mundus. 259.b
Mundum vincit, qui credit Ieſum eſſe filium Dei. 910.a
Mundus Chriſtum per fidem colens, ad Dei cognitionem adductus eſt. 921.a
Mundus totus in maligno poſitus. 312.b
Munera oculos ſapientum excæcant, & verba iuſtorum deprauant. 69.b
Munus Deo gratum precario, & gratiarum actio. 86.a
Murus firmiſſimus pro ſacerdotibus qualis à patribus inſtructus, & ſtatutus. 325.b
Mutando regionem nõ propterea mutatur homo. 373.b
Mutationes Epiſcoporum faciendæ, ſi non auaritia, ſed cum vtilitate fiant publica. 352.a
Mutatio nulla in Dei verbum cadere poteſt. 917.a
Mutationi neceſſariò ſubiectum eſt, quicquid ſui initiũ ſimpliciter habuit. 876.a
Mutationi obnoxiũ, quicquid ſanctificari poteſt. 866.b
Myſteria Antitypa corporis, & ſanguinis ſui exhibuit Chriſtus diſcipulis ſuis Iuda iam egreſſo. 105.b
Myſteria diuina humanæ mentis captũ excedunt. 879.b
Myſteria in nouo teſtamento adimplenda, veteris teſtamenti figuris deſignata. 1199 b
Myſterij Chriſti doctrina non omnibus etiam doctis, facilis. 1129.b
In myſterijs fidei curioſitas non habet locum. 880 b
Myſterium Chriſti fide honorandum, non curioſè inquirendum. 1191.a
Myſteriorũ Chriſti præcones quales eſſe debeant. 923.a
Myſterium incarnationis Chriſti perſpicuè explicare, valde arduum. 873.b
Myſticæ benedictiones quibus carnis ſanguinisq; Chriſti participes efficimur, nos ſanctificant. 956.a

N

NATVRA diuina ſola ſecundum ſe impeccabilis eſt, & perfecta. 938.a
Natura diuina neceſſitatibus non eſt ſubiecta. 1173.a
Natura humana in Chriſto reformata. 1097.b
Natura humana peccati morbis obnoxia. 957.a
Natura filios iræ eſſe quid. 1160.a
Natura noſtra tyrannicis paſſionibus obnoxia. 1173.a
Natura verbi cum carne non eſt permixta, aut in carnem verſa. 1113.b
Natura quæuis productiria pro eſſentiæ ſuę ratione mutationi obnoxia. 938.a
Naturã hominis tollit, qui liberũ arbitriũ tollit. 217.b
Naturam humanam ſolam ſufficere poſſe ad Dei mandata complenda, & ad iuſtitiam perficiendam aſſerebant Pelagiani, contra verum ſacræ ſcripturæ ſenſum. 789.a
Naturæ in Chriſto duplices, ita & duplices operationes diſtinctæ, & voluntates. 1153.b
Naturæ humanæ inopia diuinam opulentiam verbo nõ ademit. 939.b
Naturæ in Chriſto ſibi inuicem proprietates communicant. 1100
Naturæ in Chriſto neque mutatæ, neque inter ſe confuſæ, ſed admirabili vnione coniunctę. 889.a
Naturæ noſtrę miſer ſtatus ante redemptionem. 1101.a
Naturæ poſſibilitas neminem liberauit, aut liberat, cũ perdita redemptore indigeat, ſanccia ſaluatore. 795.b
Naturarum differentia in Chriſto eſt obſeruanda, vocesq; pro naturarum inter ſe conditione ſunt diſtinguendæ. 1136.a
Naturarum duarũ coniunctione vnus conſtat Emanuel, vnus Dominus Ieſus Chriſtus, non homo deificatus, ſed vnus & verus Dei filius, qui Deus ſimul, & homo eſt. 867.b
Naturas Chriſti duas confitetur quidem Neſtorius, earum tamen vnionem in vna hypoſtaſi negat. 1136.b
Naturale pro vero ſæpe in ſcripturis accipitur. 1114.a
Naturali ratione poteſt cognoſci de Deo an ſit, ſed cuius naturæ, nõ poteſt. 221.b. anima enim ad cognitionem Dei attolli, niſi Deus ipſe ad eam deſcendens eam ad ſeipſum euehat. 222.a
Naturaliter inter ſe cohærentia, à ſe inuicem tanquam diuerſa diuelli non debent. 1102.b
Natus ex Deo qui eſt, non peccat ad mortem. 312.b
Neceſſitate ceſſante, & id quod vrgebat, ceſſare debet. 785. b
Nectarius nondum initiatus à tota tamen ſynodo Epiſcopus Conſtantinop. creatur ob morum eius probitatem atque præſtantiam. 728. b. Maximus vero Cynicus damnatus. ibi. 728.b
Negare Chriſtum, horrendum eſſe, & omnium pernicioſiſſimum. 101.a
Negligentia Epiſcoporũ Eccleſiæ ſtatũ perturbat. 712.a
Negligentia quantum nociua. 344.b. 359.b
Negligere nihil aliud eſt, quam fouere. 336.a. 344.a
Negocia quæcunque vbi orta ſint, ibi finienda eſſe à patribus ſtatutum. 844.b
Neophyli à ſpectaculis & coniugibus aliquandiu abſtineant. 761.a
Neophitus ad ſacros ordines non admittendus. 821.a
Neophitus ad ſacros ordines non promouendus. 614.a
Nero ira inflammatus omnes Chriſtianos interimendos eſſe pronunciat. 238.b
Neſcire ſe illa oſtendit, quæ tanquam dubia in quæſtionem vocat. 966.a
Neſtoriani omnem lapidẽ mouent, ne acta ſynodi Epheſinæ palam fiant. 1019.b
Neſtorianorum de Chriſto opiniones duæ. 971.a
Neſtorianorum error deteſtandus. 948.a
Neſtoriani vbiq; ſuum virus diſſeminare tẽtant. 1027.b
Neſtorij blaſphemiarum commentarij in ſynodo lecti, & inter acta relati. 1005.a
Neſtorij dogmata Apoſtolicæ doctrinæ prorſus aliena. 1021.b
Neſtorij dogmata anilia, & inutilia, & fugienda. 959.a
Neſtorij dogma ſaluti noſtræ pernicioſum. 969.a
Neſtorij Epiſtola ad Cyrillum in Concilio lecta, & exploſa, & damnata. 997
Neſtorij Epiſtola virulenta ad Cyrillum. 952. a. eius Reſponſio. 954.a
Neſtorij & eius aſſeclarum putidæ, & horribiles in filiũ Dei blaſphemiæ. 1001.b
Neſtorij error, & Pauli Samoſatheoſis. 270.a
Neſtorij excommunicatio exploſa. 951.b
Neſtorij exauctoratio per publicos præcones ſolenniter promulgata. 1044.a
Neſtorij hæreſis cum Paulo Samoſateno cõſenſit. 949.b
Neſtorij hæreſis condemnata. 5.b
Neſtorij ſpecies & delineatio, & mores. 857. a. quibus artibus ad Epiſcopatum peruenerit, ibid. eius arrogans ad imperatorem oratio incendij cauſa qđ Ariani fecerant Conſtantinop. eius perſecutio, & bellum contra omnes alios hæreticos crudele. eius hæreſis patefactio. ſuam putidã, & impiam hæreſim euomit. 858. eius Cyrillo amice monenti inſolens reſponſio. 858. Cyrillum, & Memnonẽ Epiſcopatu quantũ ad ſe attinet, priuat. 859. eius exilium, & finis infelix. 861.
Neſtorij ſupplicatio ad Impe. qua ſe excuſans ꝙ citatus ad ſynodum non comparuerit, petit, vt in integrum reſtituatur, eiusq; cauſa denuo cognoſcatur, aut ſaltem liber illi reditus concedatur. 1062.a
Neſtorij doctrina epiſtolis illius, & libris luculenter expreſſa. 10221.b
Neſtorius benè cępta turpiter euertit. 961.b. permiſcet vera falſis, obſcura claris. 961.b. pabuli loco venenum ouibus offert. 962.a

Neſtorius cum tota ſua falſa & impia doctrina & ſecta à tota ſynodo Epheſina damnatus & anathematizatus. 997 b
Neſtorius hæreſeos Antropolatrarum preco. 1081.b
Neſtorius iactabundus doctrinam fidei obſcuram a ſe illuſtratam aſſerit. 998.a. quauis pœna dignus ob impias in Deum blaſphemias iudicatus. 999.a
Neſtorius in Chriſtum maledicus, a Cęleſtino Papa dãnatus. 954.a
Neſtorius in omnibus audax, & temerarius, & ſatanæ aduerſus Chriſtum inſtrumentum. 1119.a
Neſtorius monachos male accipit. 977. a. eius impios mira furia & inſania. 977.a. neque hominem neque Deum veretur. 977. b. veræ fidei auerſionem molitur. 977.b. palam Orthodoxos per ſequitur. 977.b. Cyrillo parat inſidias. 979.a
Neſtorius ne legati Concilij ad ſe venirent, armatis militibus veſtibulum munit. 987.b. nullum ad ſe miſſum a Concilio intromiſit. 988.a
Neſtorius nouæ peruerſitatis auctor. 1016.a. tempus reſipiſcentiæ indultum contempſit. 1016.a. multis modis miſer, ibidem. b. priuata fide ſemet in præcipitiũ dedit. ibidem b. fidei & veritatis hoſtis. 1015.b
Neſtorius non ſine dolore Concilij depoſitus. 1023.a eius depoſitio inter acta rata. 1025.a
Neſtorius nouus Iudas a ſacra ſynodo appellatus. 22. die Iulij exauctoratus. 1012.a
Neſtorius perpetuo exilio Petras condemnatus, eiusq; bona omnia Eccleſiæ fiſco addicta. 1104.a
Neſtorias propter ſedis præſtantiam inflatus. b. 979. incorrigibilis. 980.a
Neſtorius verbo vnigenito humana omnia detrahit, tũ voce tum ſcriptis. 1001.a
Nicea aſſiriorum furori miraculosè reſiſtit. 570.a
Nicena ſynodus contra Arium, Cõſtantinopol. prima cõtra Macedonium Epheſina contra Neſtorium, Chalcedonenſis contra Eutychen & Dioſcorum. 154.b
Nicenæ fidei auctoritas à Conſtantinop. Concilio confirmata & aucta. 729.732.a
Nicena ſynodus quando & cur congregata. 5.a
Nicenæ fidei ſymbolum tanquàm adamuſſis, eſt ab omnibus tenenda. 988.b
Nicea Bithyniæ Metropolis. 492.a
Nicenæ ſynodi de Chriſto ſententia. 950.b
Niceni Concilij decreta perpetuò ſeruanda. 767.b
Nihil eſt prorſus, quod neque ſubſiſtit, neque exiſtit. 877.b.
Nihil poteſt eſſe, niſi habeat, vnde ſit. 713.a
Nihil prodeſt ieiunare & alia bona agere, niſi mens ab iniquitate reuocetur. 329.b
Nicephori Epiſcopi Conſtantinop. ad Leonem Papam Epiſtola excuſatoria. 1148.b
Nocens iudicum ſubterfugit, ſicut innocens vt abſoluatur, requirit. 625.b
Nocturna gratia non actio, & matutina. 146.a
Nomen hoc Chriſtus ab ipſa re deſumptus, omnib. gratia ſpiritus ſancti imbutis conuenit. 864.b
Nomen hoc Chriſtus ſoli verbo non competit, ſed cum caro factum eſt. 894.a.900.a
Et ideo ſeorſum non eſt dicendus, neque tanquàm verbum ſolum neque tanquàm homo ſolus. ibid.
Nomina hircorũ, Dominus & Emiſſarius. 1210.b. vterque Chriſtum ſignificabat. b. ibid. quomodo. 1212.a
Nomina verbi ante incarnationem. & poſt. 1102.a
Nominatim pro eo mortuo præcandum qui fecit eleemoſynas. 193.a
In nomine trium perſonarum deitatis ex ęquo baptizamur. 941.b
De nominibus non contendendum, quãdo res palàm cõſtat. 863.b
Nominis communio graduum diſtinctionem non tollit, neque eos confundit. 260.b
Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſed patiẽter expectat nolens aliquos perire. 327.b
Noſſe omnia quæ ſunt in homine ſolius Dei proprium eſt. 905.b
Nota improbationis ad dubium & incertum accedens, tunc nota apochryphi accedit. 32.b
Noua diligentiſſimè examinanda & diſcutienda. 1009.a
Noua præcepta introducentes contra ſcripturas & regulas Eccleſiaſticas damnandi. 612.a
Nouarum vocum radix ambitio. 966.a
Nouationum Nouatus in Epiſcopum eligit & Nicoſtratum. 366.b. eorum hæreſis damnata. ibidem.b.
Nouati hæretici nephanda vitia. 373.b. 392.a.
Nouati iuramẽtum ſectatoribus ſuis exhibitum. 394.a
Nouatemores 385. eius pertinacię, & aliorum ſcelerũ hiſtoria. 392.b.393.a
Nouatus ex aphrica hæreticus. 355.a. alios ad ſuam hæreſim traxit, & in his Nouationum. ibidem & 366.
Nouis vocabulis viam veritatis obſcurantes, nouis & vocabulis ſunt redarguendi. 948.b
Nouatus hæreticus ſectæ Catharorum auctor & dux. 392.a. damnatus a concilio Romano. ibid.b
Nouiſſimi diei & vniuerſalis iudicij prædictio & ſigna. 127.a.
Noui teſtamenti legibus non eſt interdicta liberorum procreatio. 235.a
Nubere toties licet, quoties neceſſitas incumbit. 191. polygamia tamen non laudatur. 192.b
Nuptias damnãtis anathema eſto. 610.a
Nuptiæ honorabiles & thorus immaculatus, fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. 235.a
Nuptiæ honoratæ & honeſtæ ſunt, & à Deo benedictæ, & generatio filiorum Deo grata. 120.b
Nuptiarum copula, quia mandato Dei ſit, peccatum dici non poteſt. 785.a
Nuptijs cur Chriſtus interfuerit. 957.b
Nuptijs, carnibus, & vino abſtinens propter abominationem tanquàm blaſphemus extra eccleſiam eijciatur. 22.a
Nulli hominum nato Dei gratiam eſſe denegandam. 390.b.
Nullum alterius iudicis niſi ſui ſententia teneri. 425.b
Nullus purus a ſorde, tametſi vnius dies ſit vita eius. 72. b.
Numerus ſeptennarius numerus eſt quietis. 268. b. ſicut numerus ſenarius numerus operum & laborum. b.268
Numerus ternarius vbique numerus reſurrectionis. 269.a

O

OBEDIENTIA bonorum omnium conciliatrix. 937.a
Obedientia quæ magiſtris habetur, Deo exhibetur. 287.b
Obedientiã quomodo Chriſtus ex his quæ paſſus eſt, didicerit. 937.a
Oblata dona cũ non ſuffecerint, collecta inter fratres fideles facienda, vt neceſſitatibus Eccleſiæ ſubueniri poſſit. 98.b
Oblationes a quibus non accipiendæ. 98.a. ab ijs qui accipiunt rei fient in iudicio Dei. ibidem
Oblationes auferens de Eccleſijs anathema ſit. 716.b
Oblationes diſſidentium fratrum nõ recipiendæ. 761.b
Obſeruantiæ præceptorum Dei æterna præmia propoſita. 296.a
Obſignatio Patris in filio quid ſignificet. 910.b
Obtemperandi ſtudiũ præclara mercede pẽſatur. 937.a
Obuiare malis qui poteſt, & non facit impietatis eſt reus. 711.a
Occaſiones peccandi amputandæ & ſuſpiciones omnes. 673.a
Occidens hominem, aut qui eum odit, aut ei detrahit, pariter homicida eſt. 286.b
De occultis iudicare temerè, peccatum eſt. 341.a
Occultorum ſolus Deus ſcrutator & cognitor. 381.a
Ne Occultorum quidem nutu ſacerdotio aduerſari licere. 110.a
Occidere innocentibus neque nocentem licere. 389.a
Odijs exardeſcentes ab Eccleſiaſticis conuentibus arcendi, donec reconcilientur. 615.b
Odium irreconciliabile Chriſtianis fugiendum. 84.a
Odium omnium malorum cauſa. 280.b

Oecono-

Oeconomum fidelem diligit Deus, diuerſum verò tanquam profanum auerſatur. 1096.a
Offendiculum fratri non ponendum. 351.b
Oleum vel ceram a ſancta Eccleſia auferens ſegregetur. 23.b
Oleum vel lucernam deferens, & accendens in ſynagogam Iudæorum, ſegregetur. 23.b
Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. 314.b
Omnia quæ Domini ſunt cautè tractanda, nec leuiter præcipitanda, ne infidelitatis crimen incurrat. 358.a
Omnia cõdere ſolius Dei eſt. cum autem Chriſtus Dei filius omnia condiderit, ſequitur neceſſario illum eſſe Deum. 869.a
Omnibus vnus Deus, omnibus etiam vna lex. 670.b
Opera omnia bona, & merita ſanctorum ad Dei laudẽ qui illis ea donauit, ſunt referenda. 847.b
Per opera ſecundum carnem quid intelligendum. 246.b
Opera ſupra naturam, & Deo grata fieri non poſſunt ſine gratia iuſtificante. 247.a
Operatio aliud eſt præter operantem, & opus, neq; ipſa per ſe ſubſiſtit. 163.a
Operationes Dei duæ, creatio prima omnium creaturarum, deinde prouidentia in eis conſeruandis. 184.b. ſic & Chriſti Domini duplex fuit operatio charitatis erga homines, altera ad corpus, altera ad animam, &c. 184.b
Operatur bene homo, quando Deus in illo, & velle, & perficere operatur pro bona voluntate. homo tamen facultatem habet eligendi illud quod Deus operatur in nobis. 247.b
Operibus bonis ſcientia & ſapientia oſtendenda. 347.b
Operibus nefaſtis diebus vacare licet, vt ſuppetat otiũ, ad conueniendum eſtis diebus ad rem diuinam faciendam, & audiendum verbum Dei. 263.b
Ex operibus ſecundum carnem. i. naturalibus quantumcunque ſpecioſa ſint, non iuſtificatur vllus. 347.a
Operum bonorum autor Deus, mẽtes incitans, & actiones iuuans. 331.b.422.a
Operum bonorũ pedibus per iuſtitiæ & veritatis ad iter nobis eſt pergendum. 295.a
Operum excellentia Chriſtus manifeſtauit ſe eſſe Deũ. 884.b
Operum hic locus eſt, tempus verò meritorum, ſæculum futurum. 288.a.295.a
Opus Dei & Deo gratum eſt credere in Chriſtũ. 922.b
Opus imperfectum audacem confidentiam non parit, imo pudore afficit eum qui non perfecit. 244.b
Opiniones multæ erroneæ Cyrillo attributæ. 1136.a
Oppoſita alternis ſe vicibus excipere ſolent. 951.a
Oppoſita prædicata Chriſto vere tribuuntur. 892.b
Oppoſita quomodo de Chriſto prædicentur. 1153.a
Oppreſſi erigendi, & adiuuandi. 351.a
Oppreſſis omnibus ſubuenire, ſacrificium Deo gratum. 711.a
Oppoſita prædicata quomodo locum in Chriſtum habeant. 1041.a
Opprobrium hominum, & eorum blaſphemiæ, homini iuſto non timendæ. 337
Optimus omnium eſt, qui eſſe omnibus impertit. 878.a
Orandi ſine intermiſſione præceptum, ſtudium precandi acuit, & intendit. 245.a
Oratio pro Energumenis. 136.a
Oratio pro ijs qui petunt baptiſmum. 136.b
Oratio Dei omnipotentiam in creatione, & prouidentiam prædicans. 127.b
Oratio à recenter baptizatis dicenda. 132.a
Oratio ab Epiſcopo dicenda poſt eius ordinationem. 136.a
Oratio cum gratiarum actione, Dei ſapientiam, & bonitatem ſummè commendans. 128.a
Orationes pro impijs à Deo non exaudiri, etiamſi fiant à pijs & bonis viris. 98.b
Orationis formula in Epiſcopo conſecrando. 135.a
Oratio pro cathecumenis. 135.b
Orationum formulæ matutino tempore, veſperi, & cum ſumitur cibus dicendarum. 132.b
Orationum in Eccleſia ſcopus. 848.b
Orationum pulcherrimæ formulæ. 128.129.139
Oret, pſallat, legat domi vnuſquiſque, quando in Eccleſia conuenire non licet. 265.a
Ordinandi clericos Epiſcopis ſolis cura demãdata. 94.a
In ordinando Epiſcopo ſi fuerit contradictio, quid agendum. 828.a
Ordinatio Epiſcoporum quomodo fieri debeat, ſimiliter & aliorum clericorum. 759.a
Ordinationes illicitæ non faciendæ. 850.b
Ordinationes Epiſcoporum, & reliquorum clericorum quomodo & à quibus faciendæ. 304.a.305.a
Ordinationes clericorum quando, & quomodo faciendæ. 342.b
Ordinati contra ordines, & ſtatuta Eccleſiæ deponendi. 786.b
Ordinem ſuum vnuſquiſque cognoſcat, nec poſteriores anterioribus ſe præferant, nec eis inconſultis aliquid præſumant. 807.a
Ordines non confundendi. 148.a
Ordinis compoſitio in Eccleſia non perturbatio docetur. 144.b
Ordo in ſynodo Epheſina ſeruatus. 1022.a
Ordo pulcherrimus ſynodo Epheſinæ à Theodoſio imperatore præſcriptus. 983.b
Orientales Chriſtiani ſabbato non ieiunant, ſed alia ratione quàm Iudæi. 243.b
Orientales Epiſcopi plerique Neſtorianæ inſaniæ adhærent. 979.b
Orientales à Iulio Papa citati. 625.b
Orientales epiſcopi citati ad Concilium, & non comparentes a Concilio damnati. 651.b
Orientales Concilium cogunt Philippopoli, ſed ab alijs damnatur. 651.b
Orientales Epiſcopi acriter à Iulio reprehenſi. 629.a
Orientales patres in ſynodo Conſtantinopol. exiſtentes rogati, vt ad Romanum Concilium quoque ſeſe tranſferrent propter magnam incommoditatem recuſant, Epiſtola tamen Occidentales patres de actis in Concilio certiores faciunt, Apoſtolicam ibi doctrinam ſummatim in ea inſerentes. 730.a
Orientales Theodoſium Imp. nomine Callimoris Perſarum regis appellant. 1069.a
Orientalium catholica, & erudita confeſſio de verbo incarnato, & Deipara virgine. 1128.a
Orientalium Epiſtola ad Imp. partim excuſatoria, partim actorum ſuorum monitoria. 1046.b. eorundem Epiſtola ad clerum Conſtantinop. 1047.a. eorundem ad magiſtratum. 1049. eorundem ad ſenatũ Conſtantinopol. ibid. eorundem ad Theodoſium Impe. 1049. eorundem ad populum Conſtantinop. Epiſtola. 1048. eorundem ad Reginas. 1049
Orientalium, & Occidentalium idem fidei conſenſus. 1017.b
Orientalium Conciliabuli in ſacram Oecumenicã ſynodum impudens, & calumnioſa ſententia. 1045.b. eiuſdem ad eandem Epiſtola, qua Oecumenici Concilij autoritatem vſurpare dignoſcuntur. ibid. eiuſdẽ Epiſtola ad Imp. ibid.
Graue peccare, ſed grauius illud pœnitentia non delere. 1046.b
Orientalium Epiſcoporum Epiſtola ad Occidentales excuſatoria. 730.a
Orientalium oppoſitiones Cyrilli Anathematiſmis. 1162
Orientalium quorundam Epiſtola ad Ruffum, illum ad ſuas partes trahere tentantium. 1052.a
Orientalium ſchiſmaticorum ad ſuos legatos Epiſtola. 1166.a. eorundem ad Imp. 1067.a
Orientalium Epiſcoporum Epiſtola reſponſoria ad Iulium papam. 623.a
Origenis ſcripta à ſynodo Cypria, & Alexandrina damnata. 765.b
Ornamenta Pont. Romano à Conſtantino cõceſſa. 476.b
Ornatui nimio non ſtudendum. 64.a
Ornatui nimio non vacandum, ne inde occaſio alijs peccandi detur. 64.a
Orthodoxa veritatis cognitio, Dei donum. 976.a
Orthodoxæ fidei ſymbolum Neſtorio, vt ei conſentiat, miſſum. 955.a

Os ex abundantia cordis loquitur. 329.a
Os maleuoli fouea alta. 346.a
Os quod mentitur, occidit animam. 587.a
Oſius Cardubenſis ab Arianis metu coactus Athanaſij damnationi ſubſcribit. 618.a. ab exilio reuocatus ſynodo Sirmienſi ſe ſiſtit. 670.a Maior à minore non poteſt iudicari. 621.a
Otio & vacationi nemo Deo ſeruiens, indulgere debet. 90.b
Oues in periculis à paſtoribus non deſerendæ. 380.b
Oues paſtorem ſuum non reprehendant. 329.a
Oues paſtorem ſuum niſi in fide errauerit reprehendere ne præſumant. 359.a.368.a
Oues ſauciæ curandæ, & integræ non perdendæ. 376.b
Et Ouis & paſtor niſi recte ſe geſſerint, pœnas dabunt. 73.b
Ouium non eſt lupi præuidere inſidias, ſed paſtoris. 730.a
Ouium morbidarũ contactu ne totus grex contaminetur, valde à paſtore cauendum. 387.a

P

PACE iam tranſacta, diſſidiorum cauſæ non ſunt memorandæ. 1129.b
Pacem cum dat nobis Deus, omnia bona nobis donat. 1129.b
Pacem inter Chriſtianos ſerere oportet, nõ diſſidia, quæ ſiqua ſint, reconcilianda. 123.b
Pacem ſi ſectemur, Deus pacis & dilectionis erit nobiſcum. 312.b
Pacis conſcientiæ auctor ſolus Deus. 896.b
Pacta eorum qui ſunt in alterius poteſtate, nihil rati habent. 265.b
Pœna par agentibus & conſentientibus irrogãda. 395.b
Pœnis meritis puniẽdi qui de religione impiè ſentiunt. 1140.a
Pœnitentia quouis tẽpore petenti nõ deneganda. 850.a
Pœnitentiæ priſcæ rigor. 365.a
Pœnitentiæ medicina non ſit minor quàm vulnus. 365.a
Pœnitentiam lapſis denegantes non audiendi. 378.a
Pœnitentiã morientibus abnegans, animarũ reus. 670.b
Pœnitentiam non agentes delictorum, ad cõmunionem non recipiendi. 378.b
Pœnitentem qui dicunt recipi non oportere, non audiendi. 70.b
Pœnitentem recipere quomodo oporteat, & quãdo delinquentem ab Eccleſia ſeparare. 82.b
Pœnitentes delicti ſui agnoſcant magnitudinem. 365.a
Pœnitentes etiam ab infimis clericorum officijs excludendi. 779.a
Pœnitentes multi à Cornelio benigne recepti. 372.b
Pœnitentes non recipiendi, ſed ab Epiſcopo benignè & libenter recipiendi. 71.b
Pœnitenti quiſquis fuerit, pœnitentiæ leges imponendæ. 761.a
Pœnitentibus non ſolum condonat peccata Deus, ſed in priorem dignitatem reuocat. 76.b
Pœnitentibus ſi venia danda non eſſet, non hortaretur Dominus peccatores ad pœnitentiam. 378
Pœnitentibus in articulo mortis ſubueniendum. 365.b
Pœnitentibus nec nimium indulgendũ, nec in eos dura crudelitas exercenda. 365.a
Pœnitentibus ſacramenta non danda. 773.b
Pagani & Chriſti crucem irrident, & diuinitatem negant. 943.b
Palladius & Secũdianus Ariani in Cõcilio Aquileienſi damnati. 717.b. 725.a. eorũ impiæ blaſphemiæ, ibid. eorum pertinacia, & tergiuerſatio. 718.720. ſcripturas deprauant. ibid.
Panis & vinum aqua mixtum tãtum in oblationibus offerendum. 318.a
Paphnutius validis rationibus Cõcilio Nicæno perſuadet, ne clericis prohibeatur coniugium. 562.a
Parænetica Cyrilli ad Neſtorium in Synodo lecta & approbata. 988.b
Parentes colendi, cognati verò non deſpiciendi. 124.b
Parẽtes vitę noſtrę auctores nõ eſſe, ſed miniſtros. 297.a
Pares & æquales apud Deũ omnes ſunt homines. 391.a
Parte altera abſente, acta quæcunque ſunt, nullarum virium, & ſuſpecta eſſe. 631.b
Partes comparatione totius imperfectæ. 878.b
Paruulos æternæ vitæ præmija abſque baptiſmatis gratia, vt volebant Pelagiani, donari poſſe, & fatuum eſt & à ratione alienum. 793.b
Parochiam alterius inuadere non licere. 740.a
Paſcha Dominico die celebranda. 358. b. idque Angeli iuſſu. 329.a
Paſcha nullum in vigeſima tertia Luna factum. 780.a.b
Paſcha quando, & quo die celebranda. 336.b. cõtrouerſia ex hoc nata. 330.b
Paſchæ celebratio quando fieri debeat iuxta Nicænum Synodum, & traditionem Apoſtolicam. 317.a
Paſchæ ſolennitas quando celebranda. 592.a
Paſſeres duo vnus immolatus, alter dimiſſus, ſed in ſanguine immolati tinctus, quid ſignificarent. 1212.a
Paſſio Dñi in ſacrificio commemoranda, & quare. 318
Paſſiones cum hominibus ſæpe conſeneſcunt. 143.b
Paſtor bonus qualis eſſe debeat. 1096.a
Paſtor diligat laicos tãquàm filios, & cum charitate eorum curam gerat. 73 b. populũ pacificè paſcat. 73.b increpans ſi opus ſit, non feriens, vt corrigat & in viã reducat, non vt diſperdat: demum talis ſit, qualis copioſe ibi deſcribitur. 73.b
Paſtor cum in lupum vertitur, ipſe verius perit ouibus, quàm oues paſtori. 963.a
Paſtor oues ſuas negligens, de his ſi periclitauerint, rationem Domino eſt redditurus. 381.a
Paſtore illo nil miſerius, qui luporum laudibus gloriatur. 301.b
Paſtores ſæpe pro meritis plebis deprauantur. 309.b
Paſtores & ſi multi ſunt, vnum tamen gregem Chriſti paſcunt. 403.a
Paſtores mali fugiendi. 73.b
Paſtori tacere non licere, cum Chriſti fides periclitatur. 870.b
Paſtoris eſt offendicula tollere, & planam ſemitam facere. 1113.a
Paſtoribus fide in Chriſtum in diſcrimẽ adducta, mutos eſſe non licere. 979.b
Paſtorum animis inſita lex, vt gregem foueant & tueantur. 1048.b
Paſtorum proprium munus. 1118. b. Speculatores eſſe debent. 1119.a
Pater cernitur in Filio, quia is eſt illius expreſſa imago. 1192.a
Pater Chriſto teſtimonium perhibens, non dixit in hoc eſt filius meus, ſed hic eſt filius meus. 815.b
Pater diſtribuit dona ſua per filium in Spiritu ſancto. 906.a
Pater eſt qui iubet, qui obedit filius, & qui dat intellectum eſt Spiritus ſanctus. 202.b. & tamẽ nulla eſt inæqualitas ſubſtantiæ. 203.a
Pater & filius cum ſint correlatiua, non poteſt eſſe vnus ſine altero. 877.a
Pater & Voce & Spiritu teſtimonium filio ſuo perhibuit. 910.b
Pater Filio propter incarnationem nihil ademit, quod antea poſſidebat. 929.a
Pater filium ſuum proprium nobis donauit, quẽ ſua propria ſubſtantia genuit. 913.b
Pater genuit filium ab æterno volens, voluntate tamen non antecedente, ſed ſine medio vllo. 851.b
Pater gloriam gratam habet, Filio exhibitam. 1101.a
Pater in Filio, & Filius in Patre eſſe dicetur ſecundum vnionem & identitatem naturalem. 1038.a
Pater in filio, & filius in patre dicendus eſt. 86.b
Pater ingenitus in diuinis literis non reperitur, qui tamen in filio à ſe genito viſus eſſe monſtratur. 353.a
Pater maior filio dicitur ſola ratione ex quo. 203.b
Pater omnia ſibi ſubiecit per Filium, cum quo omnia communia habet. 939 b
Pater per Filium ſemper eſt Pater, qui ſimul ſubſiſtit, & coexiſtit. 1037.b
Pater per filium regnat. 907.a
Pater quare filium per paſſionem cõſummauerit. 938.b

Pater quomodo filium genuerit non inquirendum, cum neque prophetis uno neque Angelis ipſis ſit notum. 283.b.
Pater quo ſenſu omnia operari dicaẽ per Filiũ. 1038.a
Pater vna cum Filio & Spiritu ſancto credẽtes viuificat. 941.b.
Pater vbi eſt, indubitanter ibi filium eſſe credendum. 312.a.
Patrem cum audis, agnoſce etiam eum habere filiũ, ſunt enim correlatiua. 283.b
Patrem Deum hi ſoli videre poſſunt, qui mundo ſunt corde. 295.a
Patrem mẽdacem faciunt, qui Chriſtum verum Deum eſſe negant. 910.b
Patris de filio teſtimonium certiſſimum. 916.b
Patris & Filij idem Spiritus viuificus. 941.b
Patris & Filij incarnati, & Spiritus ſancti vna eſt adoratio. 884.b
Patris gloria, filij contra mortem victoria. 933.a
Patres Concilij ab Imperatore & reditum ad ſuas Eccleſias petunt, & vt in poſterum per ipſum caueatur, ne noua afflictio illos tentet. 1018.a
Patres Concilij Epheſini vt eorum acta ab Impe. rata habeantur, obnixè petunt. 1077.a
Patrum doctrina ad hæreſes deſtruẽdas potens, & Orthodoxis lumen immittens. 1036.b
Patres Nicæni Apoſtolos ſunt ſecuti. 1036.b
Patres omnes venerandi, non calumniandi aut reſpuendi. 315.b
Patrum aliquot loca primatum Petri reſtantia. 12.a.& b
Patrum præclaris & honeſtis virtutibus & veſtigijs inſiſtendum. 862.b
Patrum quorundam ſententiæ ad ſymboli Nicæni confirmationem. 1026.a
Patrum veterum ſcripta Verbum Dei in vtero virginis incarnatum atteſtantia. 1002.a
Patriarchæ qui dicantur. 308.b
Patientia in tribulationibus quantum conferat. 320.a
Patientia multa opus eſſe iudicibus maximè Eccleſiaſticis. 336.a
Patientia nobis neceſſaria ad colluctationes aduerſariorum. 695.a
Patientiæ ius & fructus. 1205.a
Pauli Apoſtoli corpus in prædio Lucinæ ſepultum, vbi ipſe fuerat decollatus. 366.a
Pauli reſponſio ad gentes mirantes virtutem Chriſti paſſam eſſe infirmitatem. 942.a
Pauli Samoſateni impia blaſphemia. 976. a. à Synodo Antiochena damnata. 976.a
Pauli Samoſateni impia hæreſis & deteſtanda. 418. b, 420.a. eius blaſphemia in Chriſtum in Concilio Antiocheno damnata. 419.a
Pauli Samoſateni morum deſcriptio. 419.b
Paulus Apoſtolus aliquando vtitur verbis ſecũdum vſitatam loquendi conſuetudinem, aliquando ſecũdum ſuam quandam intelligentiam liberè profert, nihil de conſuetudine curans. 203.b
Paulus Apoſtolus cum non per hominem ſe ad Apoſtolatum vocatũ dicat, ſed per Ieſum Chriſtum, vtique illum eſſe Deum intelligere voluit non hominem tantum. 914.a
Paulus ad dexteram Petri cur pingatur & cum gladio diſtricto. 263.b
Paulus fugit perſecutionem. 937.a
Paulus ſæpe Dei nomine Chriſtum intelligit. 883.a
Paulus vbique Chriſtum Deum eſſe prædicat. 1106.a
Paulus ſecũdus cum Friderico tertio Imperatore, Diacono & ſubdiacono ſacramentum altaris de pane tãtum communicauit. 261.b
Pauper cum ceciderit expelletur, etiam à notis, Diues vero ſubſtentatur ab amicis. 398.b
Pauper inopsq; & tamen edax, aut ebrioſus vel otio deditus, ſubſidio indignus, imo neque Eccleſia Dei dignus. 68.a
Pauperes & ſenes Eccleſiæ plus honorandi. 761.a
Pauperes opprimentium dona à ſacerdotibus refutanda. 761.b
Pauperes paſcua ſunt diuitum. 398
Pauperibus omnibus aut propter valetudinem infirmã, aut propter alendos filios ſubueniendum. 9.b
Paupertas verenda ei, qui in ſubſtantia gloriatur. 395.b
Pauperum defenſores contra diuites à principibus impetrandi cum Epiſcoporum prouiſione. 766.b
vbi Pax & bonitas, ibi ſalus. 280.b
Pax data toti Eccleſiæ tempore Conſtantini. 496.a
Non Peccantes non ſolum liberos eſſe à dæmonibus & paſſionibus, verum & aliorum dæmones & paſſiones fugare poſſe. 293.a
Peccantes ad pœnitentiam adhortandi. 71.b
Peccare ex malitia, eſt moueri voluntatem ex ſeipſa ad malum. 256.a
Peccare ſatius eſt in audacia quàm in impietate. 1147.a
Peccata apud Chriſtianos paria non eſſe vt apud ſtoicos. 377.a
Peccata condonare ſolius Dei proprium. 903.b.907.a
Peccata paria cum non ſint, iudiciũ quoque par eſſe nõ debet, ſed variandum iuxta facti qualitatem & circũſtantias. 84.b
inter Peccata reputari quod lex præcepit & Deus iuſſit, non poteſt. 785.a
Peccata turbarum in Eccleſia cauſa. 981.a
Peccati cognitio per legem. 314.b
Peccati omnis expers expiatione non indiget. 1116.b
in Peccatis mortuo pœnitendi nulla datur facultas. 70.b
Peccatis inuoluto & inquinato niſi reſipiſcat, verbum Dei non eſt conferendum. 195.b
in Peccatis non perſeuerandum, ſed de commiſſis delictis cum dolore venia petenda. 70.b
Peccatores ſaluare, ſpiritalem vitã eis impartiri ſolius Dei proprium. 921
Peccatoribus plerunque iuſto Dei iudicio datur facultas ſanctos ipſius perſequendi. 342.b
Peccatori quacunque die conuerſus fuerit, peccata non imputabuntur. 850.a
Peccatorũ maior pœna vltimi diei iudicio reſeruatur. 1625.a
Peccatorum prudentia, eſt nequitia. 462.a
Peccatorum qualitas & circũſtãtiæ conſiderandæ. 380.b
Peccatum eſt ſuperfluum voluptatis. 208.a
Peccatum ex malitia eſt grauiſſimũ, eo quòd nulla paſſio ſit, quæ impellat, deinde quia habitus quo ex malitia peccatur, eſt de difficili mobilis, quo ſit, vt diuturnius peccet, qui ex malitia peccat. 256.a
Peccatum nullum maius eſt idololatria, tamen per pœnitentiam remittitur. 76.b
Peccatum per legem agnoſcitur, & per eius trãſgreſſionem abundat, vt ad liberationem Dei promiſſiones quærãtur, hoc eſt eius gratia, & incipiat in homine eſſe iuſtitia, non ſua, ſed Dei, hoc eſt data dono Dei. 797.b. vnde qui ſuam volunt conſtituere iuſtitiã, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. 797
Peccatum quod nõ arguitur, deterius ſit, & ad alios manat. 72.b
Peccatum quod in querelam venit, non eſt qualecũque, ſed graue. 798.a
Pecunias habens, & ijs non vtens, neque cum alijs communicans, infidelis eſt, Deo non credens, ſed auro ſuo. 97.b
Pecunias Chriſti & Eccleſiæ qui rapit, aut defraudat, homicida eſt. 303.b.396.f
Peierans qua pœna puniendus. 361.b
Pelagij Britonis pernicioſa hæreſis. 788.a.789.a.794.a. à Carthagineñ Concilio pluribus ſcripturæ locis cõfutata & damnata. 789.a. Liberum arbitrium nimiũ extollẽdo nullum gratiæ locum relinquit. 789.a. dãnata quoque in Concilio Mileuitano. 805.b
Pelagij impia inſania pluribus ſcripturæ locis confutata. 789.a
Pelagij inſana & impia doctrina fundamenta Chriſtianæ fidei cõuellit, orationes, & benedictiones tollit, & paruulorum baptiſmum vanum reddit. 789.a
Pelagianiſmo imbuti Deo etiam dicere quodammodo poſſunt, tu nos creaſti homines, nos autem iuſtos nos fecimus. 794.a. Hi naturam humanam dicunt liberã, ne quærant liberatorem, ideo ſaluam, vt ſuperfluum iudicent ſaluatorem. 794.b

Percuſſor dicitur ille doctor, qui ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum. 307.a
Peregrinatio vita præſens. 350.a
Peregrina iudicia prohibita. 327.b
Perfectum abſolutè illud dicitur quod omni bono cum genere cumulatum eſt. 938.a
Periculum magnum cū paſtores magiſtratusve error inuadit. 968.b
Periculum nullum celeberrimos Eccleſiæ doctores ſequentibus. 982.b
Periuriorum pœna quæ. 330.b
Perſecutiones patienter ferendæ. 300.a
Perſecutionibus obnoxij omnes, qui corde Chriſtum ſequi volunt. 694.a
Perſecutionibus ſe ſubtrahens, in periculū incurrit perditionis. 695.a
Perſecutores formidare, & vitare licet. 936.b
Perſeuerantia ex virtute patientiæ oritur. 539. a. ea ad Chriſti gratiam referenda. 539.a
Perſona in Deo non ſignificat compoſitionem. 526.a
Perſonam impij accipere non eſt bonum. 707.b
Perſonas totidem conſtituere oportet, quot hypoſtaſes, 1219.b
Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo. 352.b.620.a
Peſtis tempore, famis, & huiuſmodi afflictionum ieiunijs, orationibus & eleemoſinis incumbendum. 696.b
Petitiones noſtræ à Deo exaudiuntur, ſi ſecundum eius voluntatem fiant. 312.b
Petri Apoſtoli corpus à Cornelio iuxta locum vbi fuerat crucifixus poſitum. 366.a
Petri Alexādrini admonitio ad Epiſcopos pro Ario deprecantes. 498.a
Petrus Alexandrinus Concilij Epheſini notarius. 985.a
Petro principi Apoſtolorū Chriſtus vniuerſam Eccleſiam & omnium Epiſcoporum electiones commiſit. 250.308. a
Petrus Apoſtolorum os & Corephæus. 1206.b
Petrus adiutores ſibi adſciuit Linum & Cletum, ſoluēdi tamen & ligandi poteſtatem eis non tradidit, ſed Clementi eius ſucceſſori. 250.b
Petrus Apoſtolus primus pontifex. 279. qui imperatores fuerint eius tempore. ibidem. Duas epiſtolas canonicas ſcripſit: quatuor Euangelia confirmauit. Populum prædicatione erudiebat. Coram Nerone cum Simone Mago diſputauit. Clementem in Epiſcopum conſecrauit. Martyrio coronatur. 277.a
Petrus eodem die crucifixus, quo & Paulus decolatus, 277.b
Petrus Cephas eſt appellatus. 1. caput. 9.b
Petrus & Paulus Apoſtoli Conſtantino in ſomnis apparent. 474.a
Petrus & Paulus vno & eodem die martyrio coronati. 309.a. ambo ſanctam Eccleſiam Romanam conſecrarunt. ibid.
Petrus primus in nouo teſtamento ſacerdos. 306.b
Petrus pro omnibus Chriſto reſpondit, Nos credimus quia tu es filius Dei &c. 383.a
Petrus quo tempore interfectus. 252.a
Petrus ſolus meruit à rege regum claues regni cœlorū aperiendas fidelibus, infidelibus verò claudendas. 710.b
Phœnicem auem quoddā reſurrectionis ſymbolū. 103.a
Phariſæos cur Chriſtus increparet. 298.b
Phantaſia Neſtorij de Verbi incarnatione. 1115.a
Philippus presbyter Cœleſt. legatus & vicarius. 1017.b
Philonis philoſophi pro Ario diſputātis obiecta. 508.b. eorundum refutatio & ſolutio per ſanctos patres ibidem, & 519.a.520. & ſequentibus.
Philoſophus ab Ario conductus in ſui defenſionē, à ſimplicitate cuiuſdā ſenis victus fatetur ſe victum, licet dicendi peritia plurimum valeret, & factus eſt Chriſtianus. 518.b
Photij, Epiphanij, Baſilij & nonnullorum aliorum patrū ſententia de cōſtitutionibus Clementis 28. & per totum Turriani procemium.
Photini delirium impium. 1200.a
Photini hæreſis. 669.b
A pietate ne tantillum quidem deflectendum. 124.b
Picturas in Eccleſia eſſe nō debere, ne quod colitur aut adoratur in parietibus pingatur. 603.b
Pietas inſeri non poteſt, niſi malitia prius extirpata. 1197.b
Pietas & Chriſti honor amicitiæ præferendus. 1001.b
Pietas in Deum Reipub. baſis & fundamentum. 973.b
Pilatus contra leges Romanorū Chriſtum condemnauit. 106.a
Pius primus Italus Papa x. 328.b. Epiſtolæ eiuſdē. 328.b 329.b. 330. eiuſdem decreta. 330.b.331.a
Plebe non conſentiente nihil in Eccleſia fiebat. 390.b
Plures ceciderunt lingua ſua, quàm gladio. 361.b
Politicæ leges ordinis conſeruatrices. 1123.a
Politicæ gubernationis iuſtæ firmamentū, puta religio. 1145.a
Polycarpus & Anicetus tametſi inter ſe diſſiderent de die paſchatis, tū cū pace alter ab altero diſceſſit. 340.a
Polycratis opinio de die Paſchæ quibus rationibus fulta. 338.b.339.a
Pontianus Romanus Papa xviii. 349. a. Eius Epiſtolæ & decreta. ibid.
Pontifex quis primus in lege. 306.a
Pontifex ſolus aut qui in ea re perſonam eius ſuſtinet, electiones Epiſcoporum confirmat, qui cum duobus alijs conſecrat, & hoc dicitur ordinatio Epiſcopi. 253
Pontifex ſolus de calice participabat ante Huſſitarum hæreſim. 261.b. hinc poſtea factum eſt, vt quibuſdam regibus olim à Pontifice ſit conceſſum. 261.b
Pontifex tanquàm Dei locum tenens valde honorandus. 292.a
Vt Pontificis fides ſucceſſoris Petri deficere non poteſt, ſic neq; fides Eccleſiæ cuius ille eſt caput. 219. vtriuſque enim fides capitis & corporis colligata eſt. 219. eſt.n. in Epiſcopo Eccleſia, & è contra. 220.b
In Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum mentis oculi ſemper dirigendi. 326.b
Pontificum nomen ſi vileſcat, omnis ſtatus perturbatur Eccleſiæ. 713.b
Populi & turbæ peccata multa tranſire ſolent. 786.b
Populo præter ea quæ vera, probata ac recta iudicata ſunt, in concionibus nihil proponendum. 1139.a
Populum in recta fide inſtituere, præcipuum Epiſcoporum munus. 1143.b
Populus à ſacerdotibus docēdus & corripiendus eſt, nō ipſi ab eo. 325.a
Populus docendus, non ſequendus. 851.a
Populus moralibus & tritis ſententijs inſtituendus, non autem quæſtionibus inextricabilibus. 971.b
Populus totus Epiſcopo ſubiectus ſub pœna anathematis. 291.b
Portæ inferorum, hæreticorum ora. 978.a
Potens clericum aut pauperem expolians excommunicetur, donec aliena reſtituat. 768.b
Poteſtati omni in omnibus ſubiectos eſſe oportet, & eis obedire, in ijs tamē quæ Deo placēt, & nō aliter. 99.b
Poteſtatem habentes ſi ſint iracundi, ne bibāt ad temulentiam vinum, vt incorruptè iudicare poſſint. 147.b
Poteſtatem ordinandi, Apoſtolica conſtitutio poteſtatē dandi cleros. i. ſortes appellat. 255
Poteſtates omnes & principatus diuinæ maieſtati ſubiecti. 117.b
Præcepta legis veteris moralia nunc quoque ſeruanda, ceremonialia verò minime, ſicut neque iudicialia niſi à iudice poteſtatē habente in ſua ditione denuò ſtatuantur. 2.a
Præcepta noua aduerſus ſcripturas & Eccleſiaſticas regulas introducentes, damnandi. 612.b
Præcepti cauſa vbi non ſubeſt, vitiū non imputatē. 167.a
Prædia cur à fidelibus vendita Apoſtolorū tēpore. 472.a
Qui Præeſt cæteris, medici vicē, nō furioſæ beſtiæ agere oportet. 280.a
Præmia non dantur niſi laborantibus. 967.a
Præmium iuſtis, & ſupplicium impijs præparatū. 127.a
Præpoſitio cū, dualitatē indicat, verbo poſtpoſita. 1109.b
Præpoſitum qui ſe ſcit alijs, aliquem ſibi eſſe prælatum moleſtè non ferat. 9.b
Præſul Eccleſiārum Dominus, qui pro his mori dignatus eſt. 662.a

Præſul

Præſul ſummus à nemine iudicari debet, quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. 593.b
Præſumat nullus ea quæ ſibi non ſunt conceſſa. 358.a
Præſtigiatoribus nunquam deeſt ad fraudem faciẽdam ſimulatio. 503.a
Prætermiſſa ab aliquo Euangeliſta non temerè prætermiſſa eſt arbitrandum, ſed magno ſpiritu ſancti conſilio. 236.a
Præcari cum illis domi non licere, qui nobiſcum in Eccleſia non orant. 265.a
Præcationem quæ præcedere debeant. 245.b
Præcationes in Eccleſia quomodo & pro quibus faciendæ. 88.a
Preces à Deo audiuntur fide & bonis moribus adiutæ. 281.b
Precea compoſitæ niſi in Concilio fuerint probatę, non dicendæ. 806.b.837.a
Preces & gemitus aſſidui ad Deũ diuina tela, quæ protegunt. 389.b
Preces fidelium gratias à Deo impetrant. 1021.a
Preces non fiẽdæ niſi prius depoſito animo amaro. 124.b
Preces verſus orientem faciendæ. 132.a
In precibus Deus pater pro filio non nominandus, neq; filius pro patre. 751.a
Pręcipites in cognoſcendis, & dijudicandis cauſis eſſe non debemus. 314.a
Presbyteri cuiuſdam Ariani impudens perfidia. 572.a
Presbyter ante trigeſimum ſuæ ætatis annum nullo modo ordinetur. 814.b
Presbyter à pęnitente gratiam, fauorem, vel munus nullo modo accipiat. 322.a
Presbyter à die presbyteratus vxorem ne ducat. 600.a
Presbyter ante trigeſimum annũ non ordinandus. 362.b
Presbyter aut Epiſcopus gratia à Deo accepta abutens non verus eſt, ſed falſus ſacerdos, & dignitate illa indignus. 251.b
Presbyter contra Epiſcopum ſuum ſchiſma faciens excommunicatus eſt. 748.a
Presbyter diaconus, & reliqui clerici à quo ordinandi. 14.a
Presbyter vxorem ducens deponatur. 469.a
Presbyter literarum ignarus ad celebrandum miſſam non admittendus. 362.b
Presbyter quis primus, & quare ſic dictus. 306.b
Presbyter iudicio totius cleri ordini aſcribẽdus. 142.a.
pro eo præcationis formula. 142.b
Presbyteri adoleſcentes nuptijs iungendi, vt feruorem ætatis præueniant. 280.a
Presbyteri ſunt tanquam conſilium & ſenatus Eccleſiæ. 79.a
Presbyteri qui in presbyterio genuerint filios, deponendi. 779.a
Presbyteri & Diaconi qui Arij depoſitioni interfuerũt. 502.b
Presbytero aut diacono ab epiſcopo ſuo ſegregari non licere. 18.b
Presbyterorum qualis eſſe debeat cura & munus, & quales ipſi eſſe debeant. 280.a
Presbyterium cum ſacra officia celebrantur, laico ingredi non licere. 299.b
Ad presbyterium non admittendus, niſi quem ætas, & meritum probitatis admittendum teſtentur. 811.a
Pretium quod Chriſtus pro mundi ſalute pependit longè totius mundi ſuperat æſtimationem. 925.a
Primæ ſedis Epiſcopus non princeps aut ſummus ſacerdos aut aliquid tale, ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus nominetur. 751.b.827.b
Primæ ſedis Epiſcopus non alio titulo ornetur, quàm primæ ſedis Epiſcopus. 827.a
Primam ſedem nemo iudicet. 600.a
Primarius Epiſcopus quomodo, & quibus præuijs ordinandus. 135.a
Primas niſi quod ad propriam parochiam pertinet, non tentet. 344.b. ſi quid egerit, irritum habeatur. ibidem & 395.a
Primates dicendi qui primas, & principales ciuitates tenent. 308.b
Primates in Eccleſia an conſtitui debeant. 308.b
Primatis habeat dignitatem, qui ciuitatem ſuam Metropolim eſſe probauerit. 762.a
Primatis nomen nullus Epiſcopus vſurpet, niſi qui primas ſedes tenent. 400.a
Primati negocia deferenda quæ Metropolitanus explicare non valet. 815.a
Primitiæ & decimæ pauperibus & ſacerdotibus dandæ. 116.b
Primitiæ ſacerdotum ſunt & diaconorum. 144.b
Primogenitus quid, & vnigenitus, & in quo differunt. 1109.a
Principem contumelia afficiens, ſi clericus deponatur, ſi laicus ſegregetur. 25.b
Principes Dei miniſtri, & vicarij. 977.b
Principes & magiſtratus, vt Dei maieſtas non violetur, ſeduli eſſe debent. 873
Principes rogandi vt fidei cauſæ patrocinentur. 973.b
Principes quanto maiores, tanto promptiores ad obliuiſcendum iniurias eſſe debent. 1118.b
Principes ſicut potentiæ ita benignitatis debẽt eſſe imitatores. 1118.b
Principibus trãquillitas Eccleſiæ curæ eſſe debet. 945.a
Principibus coram, mendacia non proferenda. 1123.b
Principibus parendum in omnibus quæ animæ ſaluti nõ officiant. 1086.a
Principum Chriſtianorũ ſanctionibus pro viribus obediendum. 1090.b
Principum eſt ſubditorum ſaluti & pietati conſulere. 1144.b
Principum magnum ornamentum eſt fides in Deum. 873.a
Principum pietate Deus mirè delectatur. 1145.a
Priſcilliani hæreſis damnata. 717.b
Priuati hominis errores in fide minus periculoſi, quàm eius qui munus publicum obit. 968.a
Priuatum agere præſtat, quàm magiſtratum gerendo, nihil magiſtratu dignum facere. 1149.b
Priuatus hæreticus à Cypriano & multis alijs damnatus. 385.a
Priuilegia Eccleſiæ Romanæ à Conſtantino conceſſa. 476.b
Priuilegia Eccleſiæ per venerabiles viros conſequuta. 311.b
Priuilegia Eccleſiarum, & ſacerdotũ inuiolabilia. 303.b
Probata virtus protegit & conſolatur oppreſſos. 620.a
Probatione ceſſante vindictæ ratio conquieſcit. 777.b
Proceſſionis ſpiritusſancti modus propriè explicari non poteſt. 223.a
Prodigia Chriſto morienti facta ipſius diuinitatem oſtenderunt. 905.b
Proditores apertis hoſtibus periculoſiores. 1169.a
Profeſſio cuiuſque ex opere oſtenditur. 967.a
Prophetarum oracula Chriſtum fore Deum prædixerunt. 908.a
Prophetia eſt donum Dei. 907.a.b
Prophetiæ de Chriſto verè ad eius hyſtoriam ſunt referendæ, non per comparationem. 176.a.177.a
Prophetiæ de Chriſto verificatæ, & tamen à Iudæis non creditæ. 107.b.108.b.109.a
Prophetiæ de verbo incarnando. 1191.b
Propinqui in quoto gradu poſſint coniungi. 361.b
Propinquitas quomodo innoteſcere debeat. 362.a
Propinquitatis, familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet. 346.a
Propitiatio pro peccatis noſtris Chriſtus eſt. 1211.b
Propitiatorium verbi incarnati Typus erat. 1103.a
Proprium Dei Filiũ Paulus Chriſtum appellauit, vt eũ à filijs adoptiuis diſtingueret. 505.b
Proprius Dei filius cũ Chriſtus appelletur, ex Dei quoque ſubſtantia genitus oſtenditur. 868.a
Prouidentia Dei opus eſſe, vt homines inuiti trahantur ad virtutem, à Dei prouidentia alienum eſt. 247.b
Prouincialis ſynodus per vicarios Papæ retractetur, ſi ei viſum fuerit. 628.a
In prouectis ætate multis concupiſcentia viget. quibus matrimonio occurrendum, ad fornicationes & adulteria vitanda. 280.a
Prouocanti ad alios iudices audiẽtia nõ neganda. 355.a

Prouocanti à iudice Eccleſiaſtico ad alium Eccleſiaſticum iudicem audientia non deneganda. 628.a
Puella Dei cum Confeſſore familiaritatem nõ habeat. 768.a.neque cum laico alieni ſanguinis. ibid.
Puellæ deſponſatæ licet in monaſterium ingredi. 465.b
Pueri ante 14.annos iurare non cogendi. 368.b
Puerorum ſtupratoribus quæ pœna. 605.a
Pugnæ euentum expurantes anxij nõ minus ſunt, quàm pugiles. 1092.a
Pugnaturis arma ſuppeditanda, & animus addendus, nõ autem timor incutiendus. 374.b
Pulcheriæ laudes. 890.a
Pulchra non diuturna. 961.a
Pulpitum aſcendere laico non licere. 537.a
Pulſatis quoties appellauerint induciæ dandæ. 360.a
Pupillis proſpiciendum. 97.a

Q

QVADRAGESIMAE tempore nuptias celebrare non licere. 703.b
Quadrageſimam ſiquis de clero non ieiunet niſi imbecillitate impeditus, deponatur. 23
Quadrageſimale ieiuniũ quis primus inſtituerit. 324.b
Qualitas, & circunſtantiæ peccatorum conſiderandæ. 380.b
Quatuor temporum ieiunium quando inſtitutũ. 343.a
Quærentibus dubiorum ſolutiones, fratribus non denegandum. 308.b
Quod in Querelam venit, non eſt qualecunq; ſed graue peccatum. 798.a
Quæſtiones de religione in vulgum non ſunt ſpargendæ.509.a.ex ijs neceſſe aut in blaſphemias aut diſſenſiones incurrere. ibid.
Quæſtiones de religione teſtimonijs literarum ſacrarum ſunt diſſoluendæ. 515.b
Quæſtiones profundiores nec negligendæ, nec nimis pertinaciter aſſerendæ. 849.a
Quæſtiones Theologicæ publicè non proponẽdæ. 509.a
A' Quæſtionibus curioſis abſtinendum. 863.a
Qui cum Chriſto non eſt, Chriſti aduerſarius eſt. 388.a
Qui cum excommunicatis conuerſatur, communione & ipſe priuandus. 355.b
Qui docet, ſemper adiſcit. 776.b
Quidquid per ſe ſubſiſtit, propriæ naturæ perſonam vel figuram habere dicitur. 527.a
Quietam vitam agere præſtat, quàm turbis operam dare. 978.b
Quietis ſabbati ſignificatio. 182.b
Qui malè agit odit lucem. 1073.b
Qui non bene credit, non bene viuit. 343.b
Quinquageſimus à Paſcha dies feſtus maximè dẽt eſſe, cum ſit dies Penteecoſtes; in quo Apoſtoli acceperunt dona ſpiritus ſancti. 108.a
Quinta feria cum ſit dies ſolemnitatis noſtræ non ieiunandum. 241.a
Quis tradat, aut ſæuiat nihil intereſt, cum Deus tradi permittat, quos coronari diſponit. 382.a
Quorum eſſe diuerſum eſt, horum inter ſe habitudo & reſpectus inſeparabilis eſt. 164.a
Quorum fides, vita & libertas neſcitur, ijad teſtificandum non admittendi. 345.b
Quorundam Epiſcoporum ad ſynodum Epiſtola, ſuam ipſorum animi promptitudinem ad omnem eius voluntatem declarans. 1091.a

R

RAPSACIS Babilonij iactantia, & in Deũ inſanæ blaſphemæque voces. 873.a. eius blaſphemiæ merces. ibid.a
Raptores bonorum Eccleſiæ anathematizandi. 396.b
Rarum omne, quod magnum eſt. 416.a
Raſura in modum ſpheræ ſuper caput clericorum quãdo ordinata, & cur. 332.b
Ratio inſita quæ ſaluare poteſt animas non eſt illa quæ eſt ſecundum potentiam naturalẽ, ſed altera illa excellẽtior, cuius participatio fit ſ'm gratiam Dei. 247.a
Ratione quod caret, extirpandum prorſus. 718.b
Rationes quibus Aphricani contendunt, appellationes ſuas ad ſedem Apoſtolicã non eſſe deferendas. 844.b
Rationes validiſſimæ, cur Cyrilli & Memnonis depoſitio ſit inualida. 1086.b
Rationis qui non ſunt compotes, matrimonium contrahere non poſſunt. 240.a
In rebus fidei & diuinis, quo modo, qua ratione, &c. locum non habent. 1200.a
Recta fides bonis comitata operibus omnium bonorum cauſa. 1036.a
Rectores à ſubditis timeantur. 309.b
Redemit nos Ieſus Chriſtus vnus & ſolus, & verus Dei & Patris Filius. 1095.a. ingens pro vita noſtra pretiũ, vtpotè ſanguinem ſuum impendens. ibid.a
Redemptio captiuitatis humanæ fieri non poterat niſi ſanguine eius, q ſemetipſum pro omnib. dedit. 233.a
Redemptionis opus nõ caruit intermedio, qui eſt Chriſtus, Creationis verò opus fuit ſine medio. Omnia tamen per filium facta ſunt ſine medio. 249.a
Reditus Eccleſiæ in 4.partes diſpertiendus. 597.a
Refugij portus quis. 1146.a
Regeneratis cœleſtia magis quàm terrena quærenda, & facienda. 348.b
Regem non diligit, qui leges eius odit. 284.a
Regia dignitas diuinæ celſitudinis vmbraculum quoddam. 872.a
Regibus vſque ad aras parendum. 1086.a
Regis Regum verba à diſcipulis ſuis prædicata, nulla Tyrannis abolere potuit. 1014.a
Regini ad ſynodom petitio. 1033.a
Regna duo ſtatuit Deus ab initio, quibus ſimul eſſe ſubiectos non licet, ſed cuicunq; ſe ſubijcere qs voluerit, ei liberum eſt, vel cœleſti, vel infernali ſeruire. 293.b
Regnis vtile & neceſſarium hęreticos expellere. 1121.a
Regnum Dei non in perſuaſione verbi eſt, ſed in virtute Spiritus. 1003.b
Regnum terrenum regni cœleſtis vmbra. 1118.a
Regula quid & vnde dicta. 7.a
Regulum habemus, Epiſcopum non habemus, dictum populi Conſtantinop. contra Neſtorium. 976.b
Rei conſideranda eſt cõſuetudo, & conuerſatio, vita anteacta, &c. 85.a
A' religione Dei propter molliciem deficientes, doctrinam pietatis & veritatis ſuſpectam reddunt. 101.b
Religionem conſilio & prudentia firmari magis, quàm imperio. 945.a
Inter Religionem & Reipub. adminiſtrationem magna cognatio. 974.a
Religionem piam non multitudo ſed veritas oſtendit. 1063. b
Religio pura & Chriſtiana non imperantis minis, ſed ſanctorum patrum decretis eſt conſtituta. 945.a
Religionis puræ negotium Principibus cordi eſſe debere. 983.a
Religioſis fœminis qui præponendus eſt, ab Epiſcopo probetur. 761.b
Remedia morbis propria non adhibere, ſed eos tãtummodo operire, occidere id potius eſt dicendũ, quàm curare. 364.b
Remiſſionẽ peccatorũ in ſolo Chriſto habemus. 1165.b
De re non moleſta non certandum. 395.b
Res Eccleſiæ oblatæ in vſus pios tantum ſunt diſpenſandæ. 348.a
Reſponſoria Epiſtola Cleri Conſtãt. ad Cyrillũ. 1019.b
Reſpub. Religionis ope nexa floreſcit. 974.a
Reſurrectio corporum noſtrorum omnino integra fiet, quocunque modo interierimus. 102.a
In reſurrectione in hac ipſa forma qua hic ſumus, reſurgemus. 102.a
Reſurrectionem futuram multis argumentis probari. 102.a, & b
Reſurrectionis erit autor, qui nunc mortem quoque infert. 102.b
Reſurrecturi prout vnuſquiſq; geſtauit in corpore, præmium vel probrum accipient. 102.a
Reſurrexit Chriſtus nõ vt homo, ſed vt Deus noſtri cauſa homo factus. 870.a

Reum quocunque fugerit, ſua crimina perſequuntur. 813.b
Reum ſe facit, quia dilationibus iudicium ſubterfugere tentat. 813.b
Vt reus ter moneatur & citetur canonibus ſancitum eſt. 988.b
Rex impius non eſt rex ſed tirannus. 134.b
Rex iniquo ſermoni præbẽs aures, facit vt miniſtri eius omnes ſint iniqui. 72.b
Romam cur Cyprianus ſcripſerit à Cornelio conſilium petens. 375.a
Romam Petrus & Paulus, & præſentia & ſuo triumpho alijs vrbibus prætulerunt. 309.a. pro ea Paulus pollicetur ſe continuò precaturum. 309.a
Romæ ſynodus celebrata contra Neſtorium ante ſynodum Epheſinam. 1017.b. eius ſententia ad Cyrillum miſſa. 1017.b
Romana Eccleſia non ab Apoſtolis ſed ab ipſo Domino primatum ſuũ obtinuit. 8. b. eſt cardo & caput omniũ Eccleſiarum. 8. b. & 3 3. b. ad eam cauſæ difficiliores referendę. 8. b. & 9. b. ab hac ſede iudicia Epiſcoporũ, maioresque cauſæ Eccleſiæ ſunt terminandæ. 9. a. & 304. b. & 309. b. primatum tenet omnium Eccleſiarum. 9.b
Romana Eccleſia Orthodoxorum oppreſſorum refugium. 967.b
Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum mater & caput. 343.b
Romana Eccleſia ſeueritatis neruos nũquàm diſſoluit. 364.b
Romanæ Eccleſiæ fides omnes ſemper ſuſtulit errores. 344.a
Romanæ Eccleſiæ fides omniũ hæreſeum deſtructrix. 413.b
Romanæ Eccleſiæ diligentia & auctoritás contra Pelagij ſectatores. 847.a
Romanam ad Eccleſiam ab omnibus maximè tamen ab oppreſſis eſt appellandum & tanquàm ad matrẽ concurrendum. 38. b. Epiſcoporum iudicia maioresque Eccleſiæ cauſæ ab hac ſede ſunt terminandæ. 9. b. & 719. a. Hæc mater omnium cum ſit, eius regulis ſtare prorſus conuenit. 9. a. ad eam appellare tanquàm ad caput omnibus licere, ibidem. 456. a. 708. b. eam tanquàm primũ ſedẽ nemo iudicabit, neque Auguſtus, neque clerus, neque vllus alius. 9. b. Habet poteſtatẽ aperire, & claudere ianuas regni cœleſtis quibus voluerit. 625. a. 710. b. Habet fas de omni eccleſia iudicandi. 9. b. 416. a. ab illa nemo appellare poteſt. 9. b. Quos ſynodus iniqua damnauerit, exoluendi habet poteſtatem, & damnãdi quos oportuit abſque vlla ſynodo. 9. b. Hominum cauſas per homines terminare Deus voluit, huius verò ſedis præſulẽ ſuo ſine quæſtione reſeruauit iudicio. 9. b. eius primates à Chriſto. 621. a. Eſt fundamentum & forma Eccleſiarũ. 9. b. Reliquæ Eccleſiæ in partẽ ſunt vocatæ ſolicitudinis non in plenitudinem poteſtatis. 9. b. & 10. a. ſi quis aliter arbitratus fuerit Apoſtolicæ auctoritatis reus iudicetur. ibidẽ. Omnis ſanctæ religionis relatio ad eam tanquàm ad caput referri, & inde normã ſumere debet. 10. a. Siquis eius præcepta nõ obſeruauerit, percepti honoris hoſtis non dubitetur. ibid. Sit à diuinis & põtificalibus officijs alienus, qui eius præceptis parere noluerit. 10. b. de eius iudicio iudicare nemini licitum eſt, aut illius ſententiam retractare permiſſum. ibid.
Romani Cleri numerus. 393.a
Romani Epiſcopi quomodo fierent temporibus priſcis. 375.b
Romani ſi duo Epiſcopi eodem tẽpore ordinentur; ambo eijciendi. 813.b
Roma. Pont. literæ in ſynodo lectæ & inter acta relatæ referuntur. 1013.a
Romano Pontifice inconſulto iudicia Epiſcoporum non ſunt terminanda. 414.b
Romani nobiles multi tempore Apoſtolorum in Chriſtum crediderunt. 238.a
Romanorum præſulum decreta non imparem concilijs authoritatem habere. 7.a
Rogatur Imperator, vt libros Neſtorianos tãquàm blaſphemos flammis iubeat abſumi. 1022.b
Rudes docendi ſunt potius, quàm illudendi. 849.b
Rudium captum non ſolum altiora, ſed & leuia plerunque excedunt. 863.a

S

SAbbati dies cur feſtus etiã Chriſtianis fuerit priſcis temporibus. 241. a. cur in eo non ieiunandum etiã quadrageſimæ tempore. 242.a
Sabbatiſmus Chriſtianorum quomodo cõueniat cum ſabbatiſmo veteris legis. 183.b
Sabbato ieiunare in Oriente vetatur, in Occidẽte vero permittitur. 276.a
de Sabbato quod præceptum eſt in veteri lege, ſpiritualiter nunc intelligendum. 244.a
Sabbato ieiunandum & cur. 773.a
Sabbatum eſt requies à fabricatione mundi. 129.a
Sabbatum cur Apoſtoli feſtiua operũ vacatione honorari voluerint. 263.b
Sabbatum repræſentat creationẽ, Dominicus verò dies Reſurrectionem. 243.b
Sabbatum vnum tantũ in toto anno nobis obſeruandũ, & in quo ieiunandum, ſabbatum. ſ. ſepulturæ Chriſti. 125.b
Sacra & ſecularia æquè Imperatori curæ eſſe debent. 1127.b
Sacra Imperatoria ad Io. Antiochenum miſſa pro recõciliatione inter ipſum & Cyrillum. 1126.a
Sacra Imperatoria per Comitem Palatinum ad Epheſinam ſynodum miſſa. 983.a
Sacra violari, ſacrilegium eſt. 400.a
Sacræ exemplar Imp. ad ſynodum miſſæ. 1056.a
Sacramenta ſiue iuramenta incauta fieri non debere. 368.a
Sacramento Epiſcopi non adſtringendi. 368.a
In Sacramento nihil aliud niſi panis & vinũ aqua mixtum offerendum. 327.a
Sacramentorum gerendorum inſtrumenta eſſe non debent, qui dudum vaſa fuerint vitiorum. 741.b
Sacramentum quodnam maius, Baptiſmus, an confirmatio. 467.b
Sacram Virginem Deiparam eſſe negãtes, duos Dei filios neceſſariò conſtituunt. 890.b
Sacrarum literarum lectio quid conferat pijs. 1191.b
Sacerdos Dei Euangelium tenens, occidi poteſt, vinci non poteſt. 387.b
Sacerdos fornicator omni officio priuandus. 851. b. ſi cũ filia ſpirituali id fecerit, totam vitam in monaſterio tranſigat. 851. b. idem intelligatur, ſi cum confeſſa id fecerit. 852.a
Sacerdos nec prece nec præmio moueatur. 322. a. ſi aliter fecerit, Deo & hominibus abominabilis. ibid.
Sacerdotes ad iudices ſeculares accuſare nephas. 316.a
Sacerdotes cum ſchiſmaticis conſpirantes gradu mouendi. 1079.a
Sacerdotes, Chriſti legati. 300.b. & 313.a
Sacerdotes de laicis iudicare debent, non econtra. 725.a
Sacerdotes inſequens ſacrilegus eſt. 330.a
Sacerdotes mali nõ ſunt ſacerdotio digni, neque nomine ſacerdotis, interim tamen non amittunt gratiam chariſmatis qua ordinati ſunt. 252.a
Sacerdotes niſi à magiſtris ſuis non ſunt corripiendi. 358.a
Sacerdotes pacis ſtudioſi eſſe debent. 1126.a
Sacerdotes proprio ore corpus Domini conficiunt, & populis tradunt. 349. b. quanto honore ſint proſequendi. ibid.b
Sacerdos pro dignitate ſua debet miſtica benedictione calicis, effuſionem ſanguinis Domini repræſentare & ſumere. 262.a
Sacerdotes quibus orandi & ſacrificandi iuge officium eſt, ab vxoribus abſtineant. 777.a
Sacerdotes veritatis ſtudioſos eſſe oportere. 1075.a

Sacer-

Sacerdote verbum in Eccleſia faciente ſi quis egrediatur, excommunicetur. 759.b
Sacerdoti turpe eſt pœna digna committere. 964.a
Sacerdotes peccata populi comedunt. 320.a
Sacerdotis ſummi imperio obediendum. 8.a
Sacerdotij Chriſti, & Aaronis diſſimilitudo. 936.a
Sacerdotio qui funguntur ſecundum ordinem Melchiſedech, vxorem neceſſariò non admittunt. 235.a
Sacerdotes cum vxoribus non cohabitent. 746.a
Sacerdotium regno præſtat, vt pote pro anima certans. 310.a. ei aduerſari ne oculi quidem nutu licere. ibid.
Sacerdotum iniuriã ad Chriſtum cuius legatione funguntur pertinere. 300.b.313.317
Sacerdotum nulli canones ſuos ignorare licere. 851.a
Sacerdotum officia quàm Deo grata. 349.b
Sacerdotum ordo bipartitus. 308.b
Sacerdotum perſecutores perpetua infamia & exilio digni. 316.b.317.a
Sacerdotum ſacrificantium qui veſtitus, qui modus eſſe debeat. 302.a
Sacrificãdi ritus Chriſti in cœlo diuerſus ab eo, quo ſacerdotes in terris ſacrificant. 937.a
Sacrificantes Deo non vexandi, ſed ab omnibus venerandi. 302.a
Sacrificaturi ſecum teſtes habeant. 302.a
Sacrificia aliquando offerre liberum fuit, poſtea neceſſarium, poſtremo abrogatum. 117.b
Sacrificia Deo oblata quomodo offerenda & ſumenda. 318.b
Sacrificia impiorum execratió apud Dominum. 718.a
Sacrificia ſi a recto fiebant animo, grata erant Deo, neque aliter. 117.a
Sacrificijs & alijs ceremonijs legalibus Chriſtus legem adimplens finem impoſuit. 118.b
In Sacrificio nihil præter panẽ & vinũ offerendũ. 671.a
Sacrificium à Chriſto patri in cœlis oblatum, ſunt fideles. 938.b
Sacrificium altaris in ſerico panno non celebrandum. 465.b.477.b
Sacrificium Chriſtianorum non ſolum Deo Patri, ſed etiam Filio communi deuotione offertur. 435.a. Nec patri ſine Filio, nec Filio ſine Patre offerri põt. 435.a
Sacrificiũ Deo patri oblatũ, filio eius quoq; offerri. 35.a
Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab iniquitate. 350.b
Sacrilegium facit, qui bona Eccleſiæ rapit. 396.a
Sacrilegium grauius peccatum quàm fornicatio. 330.a
Sæuitia Neſtorianorum in Orthodoxos. 976.b
Sal aſperſus & precibus ſanctificatus ad emũdationem quod & quantùm conferat. 318.b
quod Salomon deliberationẽ cordis, Ariſtoteles appetitum deliberantem appellauit. 248.b
Saluari qui vult, ab eo qui ſaluari non vult, ſegregare ſe debet. 297.a
In Saluatore qui duos aſſerunt eſſe filios, vnum ante incarnationem, alterum poſt aſſumptionem carnis ex Virgine, & non eundem Dei filium ante & poſt confitentur, anathema ſunt. 706.a
Saluatorem in mundum veniſſe vt nos ab ira reſeruata liberaret. 65.a
Saluatoris corpus ex Virgine ſumptum humanum eſt & verum. 1003.a
Saluatoris nomen ſoli Deo proprium cum ſit, Chriſto tributum, oſtendit eum eſſe Deum. 902.b
Salus iuſtorum à Domino. 325.b
Salus noſtra non eſt inane commentum, vt impijſſimus docebat Manichæus, ſed res veriſſima. 1003.a
Salutis noſtræ baſis Chriſti mors & reſurrectio. 869.b
Salutatio ſapientis amica res, ſuauiſsima & iucunda. 1131.b
Samoſatenſiani reſipiſcentes rebaptizãdi, ſi fuerint clerici idonei, remaneant, ſin minus deponendi. 822.b
Sanationis & curationis donum fuit in veteri & primitiua Eccleſia. qui huiuſmodi dono erat ornatus, non hominum ordinatione, ſed Dei reuelatione declarabatur, gratia omnibus pateſacta. 260.b
Sanctificauit templum ſuum Chriſtus, vt Deus. 918.b
Sancti Dei mundum iudicaturi ſunt. 330.a
quod Sancti in cœlis pro nobis orent. 264.b
Sancti qui non ſunt, ſancta tractare non debent. 779.a
Sanctis omnibus quicunque vel fuerint, vel futuri ſunt, dicere neceſſe eſt in oratione, dimitte nobis delicta noſtra, non ſolum pro alijs, ſed & pro ſeipſis, quia in conſpectu Dei nullus iuſtificabitur. 805.a
Sanctorum doctrina tuta & omnis erroris expers. 874.b
Sanctorum ſacerdotum Cõcilium Spiritus ſancti præſentiam declarat. 1013.b
Sanctorum vnicum eſt ſtudiũ Chriſto placere & Deo, & hæc eſt gloria noſtra. 899.a
Sanctorum veſtigia ſequentem, eorum quoq; gloriam conſequitur. 1169.a
Sanctorũ vota adimplere, & eos audire ſolius Dei eſt. 906.a
Sanctum quod eſt natura, ſanctificatione non eget, alios tamen ſanctificare poteſt. 918.a
Sanctum quod eſt per gratiam, ſanctificationem ſuam alijs impartiri non poteſt. 916.a
Sanctus eſt pater, pari modo per eſſentiã & filius & Spiritus ſanctus. 866.b
Sanguinem ſumere in communione, ad viſibilem & exteriorem dignitatem pertinet. 262
Sanguine veſci cur vetitum in lege veteri. 228.b
Sanguine veſci ad deteſtationem homicidij vetitum in lege fuit. 229.a
Sanguinis Domini aliquid extra calicem ſi ſit effuſum, quid agendum. 331.a
Sanguis Chriſti mundi æſtimationẽ excedebat. 1095.a
Sanguis Ieſu Chriſti ab omnibus peccatis nos emundauit. 1211.a
Sanguis omnis etiam antequàm idolis libaretur, dijs habebatur dedicatus. 229.a
Sapientia duplex. 169.a
Sapientia huius mundi ſtultitia apud Deum. 348.b
Sapientia in maleuolam animam non ingreditur. 352.b
Sapientia non eſt, niſi patientiæ fuerit coniuncta. 599.a
Sapientiam & prudẽtiam familiarem ſibi facere oportere. 65.a
Sapientiæ huius mundi fructus. 348.b
Sapientiæ plus reperiri in ſacris libris, quàm in omni poeſi & ſapientia ſophiſtarum. 6.b
Sapienti da occaſionem, & additur ei ſapientia. 893.a
Sardicenſis Concilij fides Nicænæ conſentiens. 660.a
Sardicẽſis Cõcilij Epiſtola circularis ad oẽs Epos. 661.b
Sardicenſis ſynodus in indãganda veritate, diligentia, contra Arianos. 663.a
Satanas nunquam non ruinam noſtram molitur. 862.b
Satanas omnia miſcere & euertere ſatagit. 978.b
Satanas quam in Adamo acquiſiuit victoriam, amiſit in Chriſto. 934.b. temere Chrõ inſultãs ꝓſtratus. 935.a
Satanæ inſultibus difficillimè ac vix citra baptiſmi gratiam reſiſtitur. 935.a
Satanæ vis maior quauis virtute humana. 904.b
Satellitum Neſtorij in Concilij legatos inſolẽtia & impudentia. 984.b
Satius eſt eſſe, quàm non eſſe. 878.a
Vt ſcandala vitentur, quid agendum. 466.b
Scandalizatur in Deum qui non recte docet, & qui ſcãdalizat eius ſacerdotem. 302.b
Scelera ſi in hoc ſeculo vindicarentur, locum diuina iudicia non haberent. 301.b
Scelera ſemper feſtinant, quaſi contra innocentiam feſtinatione præualeant. 385.a
Scenicis, hiſtrionibus & huiuſmodi reconciliatio non neganda. 751.b
Scientia de diuinis eſt noſſe diuina mandata, & ea facere. 202.a
Scientia omnis & regula in ſe diuiſa non ſtabit. 327.a
Ex Scintilla parua magnus excitatus ignis, propter cõtentionem Arij. 508.a
Scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vtrumque à Deo eſt. 848.b
Schiſma & hæreſes in Alexandriæ Eccleſijs. 500.a
Schiſmata impunita non ſinit Deus, quanto minus hæreſes. 111.a
Schiſmatici varias turbas Epheſi excitant. 1085.a
Schiſmaticorum exitus horribile exemplum. 110.a

Simonis magi præſtigiæ, & malæ artes detectę. 117.b. cũ ſuis incantationibus à dæmonibus ſurſum in aera raperetur, Petri Apoſtoli precibus confractus in terrã aſtantium cum riſu decidit. 112.b
Simulatores ſapientibus omnibus exoſi. 1122.b
Simultas ingens & diſcordia inter Oriẽtales epiſcopos & Occidentales. 651.b
Singulos ſinguli ſuſcipiant tam in confirmatione, quàm in baptiſmo, niſi neceſſitas vrgeat. 328.b
Sinus Abrahæ, patriarcharum & omnium ſanctorum quid. 268.a
Siricius Romanus Papa XXXIX. 738. b. eius epiſtola ad vniuerſos orthodoxos. 744. eius decretalis Epiſtola ad Himerium. 739.a. eiuſdem aduerſus Iouinianum hæreticum. 742.a
Siſinij conſilium optimum contra Arianos & alios hæreticos. 729.b
Siſinij ſententia aduerſus Meſſalianos à ſynodo Epheſina comprobata. 1031.b
Sixtus Romanus VII. Papa. 322.a. eius epiſtolæ. 322.a. 323.b
Sixtus ſecũdus Græcus Papa XXIIII. 413.b. eius epiſtolæ. 413.b. 415.a
Soboles ex ſecundis nuptijs, ſoboli prioris in matrimonium copulari non debet vſque ad quartam generationem. 328.a
Societas nulla fidei & perfidiæ poteſt eſſe. 388.a
In ſola creatoris noſtri protectione fidendum. 414.b
Sola Dei natura ſecundum ſe, impeccabilis. 938.a
Solẽ certat facibus adiuuare, qui quęrit Deo placere, ſacerdotes ſuos accuſando. 301.b
Solicitudinem pro cunctis habere debent, quibus animarum ſalus eſt commiſſa. 296.b
Solicitudines ſuperfluæ & occupationes amputandæ ne verbi ſemen euocent. 296.b
Soluit nos Dominus vinculis, & onus noſtrũ leue effecit, & iugum graue excuſſit. 114.a
Sophiſtæ vocabuli vana ſignificata. 168.a
Sortes quibus Matthias declaratus eſt Apoſtolus quænam fuerint. 254
Sortibus non vtendum tanquàm prohibitis, & damnatis. 254.b
Sortilegi & malefici de parochijs eijciendi. 454.a
Sortilegiorum viſiones diabolicas eſſe illuſiones. 454.a
Soter Campanus Papa XII. 333.a. eius epiſtolæ. ibidem. eius decreta. 333.b. 335.a
A ſpectaculis tam laici quàm clerici & eorum filij abſtineant. 750.b
Spem noſtram ſi totam in Chriſtum collocabimus, ipſe conſiliarius & protector noſter erit. 303.b
Spes noſtra Ieſus filius Dei. 101.b
Spes omnis noſtra Chriſtus eſt. 944.b
Spiritu deſtituuntur, qui Chriſtũ diuidũt in duos. 937.b aut Spiritu ſancto quiſque plenus eſt, aut ſpiritu immundo, neque caueri poteſt, quin alterum horum accidat. 119.b
Spiritũ baptizatis Chriſtus vt Deus immittit, non alienum, ſed ſuum proprium. 885.b. 886.a
Spiritum ſanctum infundere per inſufflationem, hominis non eſt, ſed Dei. 906.b
Spiritum cur ſuum Patri commendarit Chriſtus. 942.b
Spiritum ſanctum a nobis ſeparare nihil poteſt, præterquàm impietas, & tranſgreſſio legis. 119.b
Spiritum ſanctum qui non aſſerit vnius eſſe cũ patre & filio poteſtatis & ſubſtantiæ, anathema eſto. 706.a
Spiritus communicatio interdum cœleſti patri, interdũ filio tribuitur. 886.a
Spiritus Dei tanquàm ipſa manus eius omnia propter hominem condidit. 297.b
Spiritus ſancti donum omnem ſuperat æſtimationẽ, & propterea pecunijs acquiri non poteſt. 112.a
Spiritus ſancti gratiam largiri, non hominis ſed Dei eſt proprium. 934.b
Spiritus ſancti in nobis habitantis effecta. 349.a
Spiritus ſancti vim alicui impertiri humanæ facultatis non eſt. 904.a
Spiritus à Deo eſt. 329.b
Spiritum à Deo initium habere. 297.b
Spiritus ſanctus à Patre per Filium in creaturas dimanat. 890.a
Spiritus ſanctus à Patre procedit, tanq̃ ex fonte: 1042.a
Spiritus ſanctus à Patre & Filio procedit. 941.a
Spiritus ſanctus cur ſuper Chriſtum baptizatum deuolauit. 1115.b
Spiritus ſanctus & pluribus rationibus & ſcripturæ teſtimonijs probatur eſſe Deus. 525.b. 526.a
Spiritus Deus bonorum dator, illuminator, cõſiliorum patris annunciator, paracletus, ſicut filius magni conſilij Angelus eſt, ſic etiam Spiritus ſanctus, non quidẽ vt reliqui Angeli. illi enim habent principium cęptũ & finitum; Filius vero & Spiritus ſanctus principium non factum. 223.b
Spiritus ſanctus æque eſt ex Filio, ſicut ex Patre. quoniã Filius omnia communia habet cum Patre. 1179.b
Spiritus ſanctus fidei in Chriſtum præmium, eſt hæreditatis noſtræ pignus. 920.b
Spiritus multiplex ſignificatio. 266.b. 267.a
Spiritus ſanctus non eſt de numero vniuerſorũ, ſed potius ſupra vniuerſa. 255.b
Spiritus ſanctus omnibus indiſcriminatim æqualem ſe paterna benignitate præbet. 391.a
Spiritus ſanctus quando Chriſtum glorificauerit. 957.a. quo ſenſu dicatur à Filio accipere. 957.a
Sponſa Chriſti adulterari non poteſt. 10.b
Sponſa Chriſti illa Eccleſia eſt, quæ nullo ſe patitur errore contaminari. 33.a
Sponſæ Chriſti qui non adhæret, neque cũ Chriſto eſſe poteſt. 373.b
Sponſam iam factam viduam nemini ex propinquis ducere licere. 670.b
Sponſus & ſponſa pro reuerentia benedictionis prima nocte ſic permaneant. 759.b
Statuta Eccleſiæ antiqua. 758.a
Stella cur Magis prę cęteris apparuerit, eoſq́; ad Chriſti præſepe adduxerit. 1224. a. nõ fuit vna ex reliquis ſtellis, ſed noua. ibid. a
Stellæ loca non permutant. 1224.a
Stephanus Romanus Papa XXIII. 397. b. eius epiſtolæ, & decreta. 398.a. 399.b
Stomachari non debet, qui quod ipſe fecit, ab alijs fieri videt. 631.b
Studium Angelorum vnicum eſt obſequi Deo. 1103.a
Stulti dum foueã parant alijs, in eã incidũt ſæpe. 1123.a
Stulti ſunt, qui ſe ſapientes eſſe putant, & qui gloriam propriam quærunt. 966.a
Stultum ab inutili non longè abeſt. 962.b
Stultus ſtulta loquitur, vanaque meditatur. 1133.b
Subducẽs ſe à fide catholica de promiſſione cadit. 367.a
Subſiſtens in non ſubſiſtente cerni non poteſt. 877.b
Subſiſtens omne per ſe, quatenus per ſe ſubſiſtit, naturæ propriæ perſonam vel figuram habere dicitur. 527.a
In ſubſtantiæ identitate nõ competit maius aut minus. 1038.a
Subueniendum quibus, & quomodo. 97.b
A ſuffocatis & morticinis abſtinemus, cõſuetudine iam in naturam quodammodo mutata: 229.b
Sum, & eſt, abſolutè poſita, ſoli Deo propriè conueniunt. 877.a
Summa eorum, quæ de Verbo credere oportet. 1104.b
Summa mandatorum Imp. ad factionum capita. 1127.b
Summæ virtutis eſt gloriam vincere carnis, & nobilitatem ſuperare moribus. 781.a
Summum bonum, Dei notitia. 900.b
Superbia origo peccati. 343.b
Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. 134.b
Superbum eſt, vt quicquàm ſibi natura humana præſumat. 848.a
Superbus & pertinax iram ſibi & pœnam iudicij venientis exagerat. 378.b
Superbus peccat, ad eum finem ſpectans, vt ſibi placeat. 256.a
Superſtitiones vitandæ. 849.a
Superſtitionibus non dandus locus. 357.a
Supplicia ingentia à verbi miniſtris expectanda, ſi doctrinam prauam ſeminauerint. 946.b

Suſpectis de fide non credendum in iudicio. 345.b
Suſpectis de fide recta, fides in iudicijs non adhibenda. 355.b
Suſpectos iudices habenti ad alios appellare licere. 628.a
Symbola conuiuiorum cauſa dari non licere. 703.a
Symbolum fidei ab Apoſtolis conditum. 283.a
Symbolum Nicænum certa regula ad cõuincẽdas omnes hæreſes. 1082.a
Symbolum Nicænũ in Cõcilio Epheſino recitatũ. 988.b
Synagogam Iudæorum vel hæreticorum ſiquis intrauerit ad orandum deponatur, & ſegregetur. 23.b
Synagogam improbam Deus repudiauit, Eccleſiam verò ſuã ſpirituali gratia repleuit, in qua habitat. 111.a
Symboli Nicæni Cyrilliana expoſitio. 1036.a
Synodales literæ ad vniuerſas Eccleſias miſſæ. 1078.b
Synodalis Epiſtola ad Impe. poſt celebratam ſynodum. 1017.b
Synodalis Epiſtola ad Clerum Conſtantinop. Neſtorij condemnationis eos admonens. 101.a
Synodalis Epiſtola Conſtantinopolim miſſa vnà cũ ſynodali ſcripto. 1093.b
Synodi celebratæ contra Nouatianos. 369.b
Synodi Epheſinæ ad Conſtantinop. Clerum Epiſtola de ſuis calamitatibus eos admonens. 1085.a
Synodi Epheſinæ ad Impe. de exautoratione Neſtorij relatio. 1021.b
Synodi Epheſinæ Epiſtola ad ſynodũ Pamphiliæ. 1031.a
Synodi reſponſoria Epiſtola ad quoſdã Epiſcopos Cõſtantinopoli degentes. 1091.b
Synodi ſextæ inſtitutiones & capitula ab Eccleſia Romana refutata. 243.a
Synodi ſolent pro tempore controuerſias determinare. 947.b
Synodi tum publicis tum Eccleſiaſticis cõtrouerſijs tollendis vtiles & neceſſariæ. 974.b
Synodo Antiochenæ Epiſtola Cyrilli. 1138.a
Synodo Epheſi congregatæ ſacra Auguſtalis prælecta. 986.a
à Synodo ſemouendi qui ad rẽ nõ ſunt neceſſarij. 983.b
in Synodo ſingulis inoffenſè permittẽdum, liberè ſuam ſententiam exponere. 983.b
Synodorum congregandarum auctoritatem penes ſedẽ Apoſtolicam reſidere. 7.b
ad Synodum euocati qui adire neglexerint, de eo apud Deum rationem reddent. 974.b. malã ſe cauſam fouere demoſtrant. ibid.b
Synodus Arianorum Antiochena prima & ſecunda dãnata. 618.a
Synodus cum Cyrillo, & Memnone exilium ſubire parata. 1056.b
Synodus Epheſina à Theodoſio Imperatore indicta. 1016.1017.b
Synodus Epiſcoporum bis in anno fiat, in quo Eccleſiaſticas controuerſias componant. 19.a
Synodus Pontificis Rom. legatos ad actorum monumẽta remittet 1015.b
Synodus prouincialis bis quotannis cõgreganda. 484.a
Synodus præter ſedis Apoſtolicæ voluntatem nulla cogenda. 435.a
Synodus Romæ congregata Neſtorianam hæreſeos damnat. 970. a. huius ſententia ad diuerſos Epiſcopos miſſa. 970.a
Synodus ſuos aduerſarios & offenſores nunquàm vltra eſt, ſed vltrò iniurijs ſe expoſuit. 1092.a. terra mariq; obſidetur. ibid.
Syluester Romanus Papa xxxiij. 477 a. eius munificẽtia in Eccleſiam. ibid. eius tẽpore Nicæna magna ſynodus celebrata, & multi hæretici damnati. 477.b. conſtituit Chriſma ab Epiſcopo fieri debere. & multa alia. 477.b

T

TAbernaculũ Chriſti cœlũ ſupernũ eſt. 938.a
Tabernaculum Chriſti veriſſimum, Eccleſia. 1211.b
Talionem meretur, qui fratri foueam parat. 320.b. 621.b
Thelesphorus Græcus Papa 8. 324.a. eius epiſtola. ibi.b
Templa cur oblonga ædificẽtur, & vſus Oriẽtaliũ. 186.a
Templum Dei per Spiritum Chriſti efficimur, atque filij Dei. 897.b. 899.a
Temporis autorem tẽporis ſpatio circumſcribere, hominis eſt inſani & miſeri. 864.a
Temporis ratio auget aut minuit remiſſionem. 777.a
Tempus vllum nõ erat, antequam filius ex patre naſceretur. 414.a. quoniã ex quo eſt pater, ex illo eſt filius, & quod pater eſt, idem etiã eſt filius. 414.a. & qui tẽpora cuncta conſtituit, ex tempore, vel poſt tempora naſci non potuit. 414.a
Tenebræ & fumus in monte Sina quid ſignificarent. 1192.a
Tentatio Chriſtianum hominem probat. 966.b. ex ea naſcitur ſpes, quæ nec confundit, nec decipit. ibid.b
De tẽtatione nouit Dominus pios eripere, iniquos verò in diem iudicij cruciandos reſeruare. 327.b
Tentatum nihil non eſt, vt Neſtorius in viam redoceretur, ſed nihil profuit. 973.a
Terminos alterius nullus vſurpet. 34.b
Terminos tranſgreditur, qui ſtatuta patrum contemnit. 316.a
Ter in anno ſaltem communicandũ vnicuique niſi cauſa ſuberit impedimenti. 362.a
Terræmotus ingens in Oriente factus. 619.a
Terræmotus ingens in Oriente. 677.b
Terreni imaginem hominis hic portamus, olim imaginem cœleſtis in cœlo portaturi. 909.a
Tertulliani error de Monogamia. 192.b
Teſtamẽti veteris & noui vnus & idẽ autor Deus. 758.b
Teſtes admittendi qui ſint. 841.a
Teſtes fide digni in examine cõtra Epiſcopum quot eſſe debeant. 341.a
Teſtes fide digni quales eſſe debeant. 85.a
Teſtes niſi conſtet in omnibus eſſe innocentes, aduerſus quemcunque non admittendi. 400.b. & 45.b
Teſtes nõ per ſcripturam ſed præſentes teſtimonium de veritate veraciter proferant. 345.b. neque teſtificentur, niſi de his quæ in præſentia eorum acta noſcuntur. 346. a. non ſint conſanguinei neque de alia re ſuſpecti. 346.a. 357.b. 395.b. 417. 432.a
Teſtes qui non admittendi. 823.b. 841.a
Teſtis mendax non erit inultus. 1075.a
Teſtimonia plura ex ſcriptura filium Dei Deum verum eſſe demonſtrantia. 322.b. 323.b
Teſtimonijs ſacræ ſcripturæ pluribus & euidentiſſimis probari filium Dei eſſe cum patre æternum. 327.a
Teſtimonium aduerſus vllum non ſumendum niſi quod dictum ſit à duobus aut tribus teſtibus fide dignis, qui neque inimicitia neque inuidia moueantur. 74.b
Teſtimoniũ clerici contra laicũ non admittendũ. 599.a
Teſtimonium diuinitatis Chriſti dedit Deus pater, cũ diceret, hic eſt filius meus dilectus, &c. 237.a
Teſtimoniũ laici aduerſus clericũ nemo recipiat. 593.b
Theodoriti Cyri cõtra Cyrilli Anathematiſmos obiectiones. 169.a
Theodoreti Epiſcopi Cyprij ad Alexãdrum Hierapol. epiſtola eũ, de rerũ partis ſuæ ſtatu admonens. 1067.b
Theodorus Epiſcopus linguæ lapſũ quo populũ offenderat, animosè correxit. 982.a
Theodoſij ad Cyrillum criminatoria Epiſtola. 94.b
Theodoſij Impe. acre erga Religionẽ & indefeſſum ſtudium. 1140.a
Theodoſij Imp. erga ſacerdotes propẽſũ ſtudiũ. 1093.a
Theodoſij Impe. eiuſq; maiorũ pietas & religio. 1016.b
Theodoſij in offerendo donis Eccleſijs, munificentia. 1121.b
Theodoſij vigilantia in componendis Eccleſiæ diſſidijs. 1056.a
Theodoſius imperator citatis Orthodoxis & hæreticis Conſtantinopoli indicit Concilium ad extirpandas hæreſes. 727.a
Theodoſius imperator diſſidijs in concilio ortis profligatis, tranquillitatem Eccleſiæ reſtituit. 860.a
Theodoſius primus Imperator examinatis diligenter Orthodoxorum, & hæreticorũ opinionibus, reliquis reiectis, Orthodoxam ſolam admiratus ſequendam ſtatuit. 729.a. legem tulit ne hæreticis conuentus Eccleſia-

cleſiaſticos agere liceret, neque vllum munus Eccleſiaſticum exercere, neque quicquam cum reliquis ciuibus commune habere. 730.a. magno in honore habuit hæreticos reſipiſcentes. 730.a. ſtuduit vt per totum imperium recta de Deo opinio haberetur. 730.a
Theodoſius Imperator excitatas turbas propter Neſtorij blaſphemias, compeſcere cupiens, generale Concilium Epheſi indicit. 858.a
Theodoſius Imperator literis ad ſynodum miſſis cauſarum deciſionem vrget. 986.a
Theodoſius Imperator perperam à Neſtorianis instructus, Concilij acta reſcindit. 1057.b. eius ſacra ad Cōcilium. ibid.b
Theophili Alexandrini in Chryſoſtomum rabioſa perſecutio. 800.a
Theoremata difficilia difficulter quoque explicantur, & intelliguntur. 1209.b
Theſaurus vbi eſt tuus, ibi eſt cor tuum. 93.a
Timorem Domini quæ bona ſequuntur. 416.b.417.a
Tituli verbi poſt incarnationem. 1102.b
Totum Dei verbum, toti naturæ humanæ vnitum aſſerendum eſt. 879.b
Traditiones maiorum, & conſuetudines antiquę pro legibus habendæ, ſi non ſunt contra fidem. 229.b
Traditiones Eccleſiaſticæ quæ fidei non officiunt, ſunt obſeruandæ. 275.b
Traditionis hortatorię violator eſt qui eam contemnit, non autem qui iuſta cauſa impeditus eam non ſeruat. 191.b
Tranquillitas Eccleſiæ Principibus curæ eſſe dēt. 945.a
Tranſmarini ad clericatus gradum quomodo promouendi. 593.b
Tribulationem patienter qui ferunt, multam quoque mercedem accipient. 290.b
In tribulationibus ſerui Dei ſe ſolari debent, reputantes quæ ipſi patiuntur, antea ſanctis viris accidiſſe. 802.b
Tribulatis bonus eſt Dominus. 321.b
Trinitas ſecundum ſubſiſtentiam, vnitas ſecundum eſſentiam. 1152.a
Trinitas tota perhibet teſtimonium de filio, &c. 424.b
Trinitas in vna eſſentia, par in gloria & maieſtate. 890.a
Trinitatis eadem ſubſtantia, idem honor, & eadem operatio. 1165.b. eius opera indiuiſa. 1165.b
Trinitatis fides pluribus ſcripturæ teſtimonijs probata. 318.b.319.a
In Trinitatis myſterio eſt alius & alius, non tamē aliud & aliud, ſed vnum. 1004.b
Trinitatis myſterium curioſè ſcrutantes, inter pios non numerandi. 504
Trinitatis ſacræ elegantiſſima, & veriſſima attributa. 1151.b
Trinitatis opera ſunt indiuiſa. 940.b
Triſtitia obſcurat iudicium. 1031.a
Trium hypoſtaſeon elegantiſſima, & profunda theoria. 1152.a
Turbæ & ſeditiones ingētes Epheſi ortæ. 1061.b.1083.b
Turbæ multæ ob vnam voculam in Eccleſia ortæ. 981.b
Turbidam ſcaturiginem vę illi, qui proximo propinat. 1217.b
Si turpe Deo condere non eſt, neque opus ſuum inhabitare turpe erit. 1026.b
Ad tutelam, aut curam ſi quis Clericum nominauerit, pro eo mortuo oblatio non facienda. 392.a
Tutius ſeipſum poſſidere, quam aliena curare. 1149.b
Typi partem deſignant quarum ſunt typi, non rem totam. 1213.a

V

VAE Epiſcopo, ſi rectè munus ſuum non obierit. 69.b
Væ Epiſcopis, ſi ſilentio veritatem oppreſſerint. 397.a
Væ his qui habent, & in hypocriſi accipiūt. vel qui nihil agunt operari potentes, hi enim omnes pœnas Deo ſoluent, quod pauperum panem rapuerint. 97.b
Vę illi per quem nomen Dei blaſphematur inter gentes. 66.b
Væ vę illis qui detrahunt ſeruis Dei. 342.b
Væ impium iuſtificantibus, & à iuſto iuſtitiam ſuam auferentibus. 285.b
Væ qui domum adiungunt ad domum, & agrum agro vt aliquid proximo detrahant. 63.b
Variæ de Chriſti incarnatione hæreſes. 873.b.874. confutatæ. 875.&c.
Varijs doctrinis non decet labefactari Epiſcopum, ſed patrum corroborari ſententijs. 715.a
Varietates omnes fugiendæ. 304.a
Vas aureum, aut argenteum ſanctificatum in ſuū vſum nemo conuertat. 24.a
Vaſa ſacra niſi à miniſtris non attingenda. 322.b.323.b
Vaſa ſacra quando primum argentea. 347.b
Velis cur Magiſtratus vterentur. 195.b
Velo leuato iudicare quid ſignificet. 185.b
Vendere agros, & prædia, & Eccleſijs tradere quando cœptum, & cur. 347.b
Venientibus ab hæreticis honor clericatus non tribuendus. 785.b
Verbi Dei incarnationis intelligentiam nulla creatura aſſequi poteſt. 530.a.878.a. eius ſolius eſt dare remiſſionem peccatorum, & donum adoptionis filiorum. 530.b. Baptizatus fuit, vt noſtrum baptiſmum confirmaret. 530.b. vt credamus ſpiritum ſanctū in eos deſcendere qui in eo baptizati ſunt. 530.b. Debita nobis ſupplicia in carne ſua à peccato immuni ꝑtulit. 530.b
In verbi incarnatione naturarum facta eſt vnio, non cōfuſio. 1128.b
Vnus Chriſtus, vnus Filius, & vnus Dominus confitendus eſt. 1128.b
Ad verbi incarnationem declarandam pulchrum, & appoſitum exemplum. 1201.a
Verbi incarnatio multis ſymbolis ante adūbrata. 1199.b
Verbi epitheta ante incarnationem. 1102.b
Verbi natura quamuis immutabilis ſit, exinanitionis tamen conditionibus homo factus ſe ſubiecit. 924.a
Poſt verbi vnionem cum carne, nulla diuiſio quærenda. 881.a
Verbi ſubiectio Deo patri iubenti, nō ſeruilem ſubmiſſionem, neque præſtantiam herilem ſignificat, ſed naturalem voluntatis conſenſionem, & vnitatem Trinitatis demonſtrat. 203.b
Verbo Dei homine facto verba facere, nemo dignè poteſt, ſine Dei præſidio. 901.b
Verbo Dei propter humanitatem aſſumptam nihil dignitatis detractum, cum tamen humanam naturam aſſumptam perfectam reddiderit. 869.a.890.a
A verbo Dei qui ſe ſubtrahunt, peccatis ſe ſe exponunt. 281.a
Verbo Domini nihil addendum, neque detrahendum. 124.a
Verbo incarnato humana tribuere verētes, ſuam inſcitiam & amentiam produnt. 1175.a
De verbo incarnato doctæ interrogationes, & reſponſiones. 1187.a
Verbo nihil dignitatis diminutum cum caro factū eſt. 883.b. 884.a. 890.b. propterea Angelis ſicut & nobis illud adorare iniunctum eſt. 883.b. adoratur vt Vnigenitus, licet appelletur primogenitus. 883.b
Verbum Dei, quia nullius perpeſſionis eſt capax, non in ſe ipſo, ſed in carne ſua paſſum eſt. 912.b
Cum non eſſet in mundo in illum ingreſſus eſt per ſuſceptionem naturæ noſtræ. ibid. tunc non perſonarum, ſed naturarum facta eſt vnio. 913.a
Verbum Dei caro factum per ſeipſum Deo & Patri nos coniunxit, à peccato nos liberans, fideque iuſtificans. 1119.b. eſt pax noſtra, faciens vtraque vnum. ibid.b
Verbum Dei ex ipſa Patris ſubſtātia genitum, cum ipſo & in ipſo ſemper eſt. 865.b. Corpori animato iūctum ſecundum carnem ex Virgine natum eſt. ibid. ſeorſum & per ſe non eſt ſanctificatum, ſed quatenus homini vnitum. 866.a
Verbum Dei carni anima intelligente informatæ quomodo vnitum, ſolus ipſe Deus nouit. 1113.b
Verbum Dei Filium vnicum in duos diuidentes extremè impiè

nié impiè

me impie inſaniunt. 918
Verbum Dei non ita curam patre nunc apparet, vt ante carnis expers, ſed in forma & natura humana. 939.a
Verbum Dei ſecundum ſe, nullius vnctionis eſt capax, quia mutationi non eſt obnoxium, & propterea Chriſtus dici non potuit, niſi quãdo caro factum eſt. 894.a
Verbum Dei aliter cum Chriſto homine fuit, aliter cũ ſanctis hominibus. 1099.b
Verbum Dei ante carnem aſſumptam non fuit Põtifex, vt fuit Arianorum error, atq; Neſtorij. 270.a
Verbum Dei audiens, & fructum non ferens, ſimilis eſt arbori infrugiferæ, quæ exciditur. 291
Verbum Dei carne exutum Chriſtus dici non poteſt, ſed quatenus homo factum eſt. 867.b
Verbum Dei carnem aſſumptam à mortuis reſuſcitans, veram ſe vitam eſſe apertè oſtendit. 869.a
Verbum Dei caro factum cum etiam ab Angelis in cœlo adoretur, quis negabit eſſe Deum? 901.b. Angelos creauit vt Deus, vnctus autem ſpiritu ſancto vt homo. 901.b
Verbum Dei carni vnitum ſecundũ hypoſtaſim credentes, iuſtificationis beneficium conſequimur. 914.a. homo factus eſt, vt nos locupletaret. 914.a
Verbum carnis perpeſſiones in ſe tranſtulit. 1107.b
Verbum Dei, Chriſti & Ieſu nomen ſortitum eſt, cùm caro factum eſt. 903.b
Verbum Dei cur exinanitum dicitur. 1098.b. quomodo exinanitum. 1101.b. humanę naturę inopiam propriã facit. ibid.
Verbum Dei cur incarnatum. 893.a
Verbum Dei æquè perfectum in vtraque natura. 894.a. corpus quod aſſumpſit anima intelligente informatum fuit. ibid.b
Verbum Dei ex Deipara Virgine natum eſt, vt noſtrã natiuitate in ſeipſum tranſlata non amplius terreni, ſed cœleſti verbo coniuncti, ab ipſo in cœlum euchamur. 1002.b
Verbum Dei idem ſupra legem tanquam Deus, ſub lege autem propter humanæ naturæ cõditionẽ. 1095.a. idem Dominus ſecundum propriam naturam, in forma ſerui propter incarnationis diſpenſationẽ. 1095.b
Verbum Dei in hominem ſe non dimiſit, ſed verè homo factum eſt. 1004.a
Verbum Dei non in homine inhabitauit, ſed diuinitate integrè retenta homo factum eſt. 896.a
Verbum Dei per incarnationẽ frater noſter eſt factus. 933.b. magnum pietatis myſterium in hoc offertur. ibid.b. ſecundum ſe ſpiritu ſancto non eget. 634.a
Verbum Dei per omnia nobis ſimile factũ excepto peccato. 893.a. licet infans, Emanuel tamẽ à Magis agnoſcitur, & adoratur. 893.a. corporis humilitate hominem, miris verò operibus ſe Deum eſſe declarauit. 893.a
Verbum Dei qui dicunt in carnem conuerſum, præterquam quod ſapientiæ decreta reprehendunt, verbum etiam ipſum mutationi obnoxium (quod impoſſibile eſt) confingunt. 875.b
Verbum Dei quomodo ſe exinaniuerit, elegans expoſitio. 1004.b
Verbum Dei ſecundum ſe nec mortem timuit, neq; patris auxilium popoſcit. 882.a
Verbum Dei ſecundum quod homo factus eſt ab Angelis minoratum. 882.b. communicatione idiomatum quæ ſunt Dei attribuuntur homini, quæ verò hominis, Deo, propter perſonæ identitatem. 882.b
Verbum Dei ſi non verè natum eſſet, quicquid de illo in ſcripturis reperitur, falſum eſſet. 875.a. atque ita omnia pro ſalute noſtra per ipſum facta in nihilũ recederent. 875.a. atque ita vis Crucis, quæ eſt mundi ſalus, & fides noſtra nulla eſſet. ibid. 877.b
Verbum Dei ſpiritus & Deus eſt. 1214.a. cum carne ſua vnus Chriſtus & Dominus eſt. ibid.a
Verbum Dei ſupernè natum, cur infernè naſci voluerit. 892.b
Verbum Dei viuum extitit in Virgine ſacra. 1003.a. filius hominis fieri voluit, vt nos Dei filios efficeret. ibidem.b
Verbum Dei vt Deus, mutationi non eſt obnoxiũ. ſponte ſua tamẽ caro factum ex Virgine naſci voluit, carnis natiuitatem in ſe quaſi propriam trãſferens. Neq; tamen diuina illius natura aliquod principium inde ſumpſit. 890.b
Verbum caro factum non amiſit quod erat, ſed cępit eſſe quod non erat. 473.b
Verbum caro factum, ſimile factum eſt nobis, ita tamen vt morti non ſuccumberet. 926.a. in eo in quo tentatũ eſt, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari. 926.a. hominum more naſci dedignatum non eſt. 926.a. & hac cauſa filius hominis eſt appellatum. 926.a. Incarnationis verbi cauſa præcipua Dei benignitas & miſericordia. 926.a
Verbum carnem factum eſſe idem eſt, quod carnem aſſumpſiſſe, & hominem factum eſſe. 1207.b. habitaſſe in nobis quid. 1208.a
Verbum carnem factum eſſe, quid ſecundum Orthodoxos. 1157.b
Verbum carni quàm primum iunctum fuit, viuificandi virtutem illi contulit. 956.b
Verbum corpore mortem obijt, diuina verò ſua virtute denuò reuixit. 941.b
Verbum Chriſtus cum ſua carne vnus eſt. 957.b
Niſi verbum dignaretur caro fieri, nulla caro poſſet ſaluari. 434.a
Verbum fidei corda purificat. 921.a
Verbum fuit Crucifixum non in propria natura diuina, ſed in noſtra humana aſſumpta. 1153.b
Verbum hominem eſſe factum quomodo intelligatur. 1038.b. quod erat manſit, & quod non erat factum eſt. 1039.a. quomodo factum caro ſit, enarrari impoſſibile eſt. 1039.a
Verbum homo factum eſt, vt homo fieret Deus. 1222.a
Verbum homo factum exaltatum eſt ſecundum naturã humanam, non ſecundum diuinam, ſecundum quam ſublimius euadere non poterat. 940.a
Verbum homo verè factum eſt, non autem homini ſecundum habitum adiunctum. 1178.b
Verbum in carne apparere, & carnem factum eſſe idem ſunt. 1113.b. Vnus & idem ante & poſt incarnationem Filius exiſtit. ibid.b
Verbum in carne, & cum carne adoratur Deus. 1039.b
Verbum incarnatum adorat, & adoratur, hoc vt Deus, illud verò vt homo. 926.b. ex Iudæis dicitur eſſe, non ſecundum ſe, ſed quatenus caro factum eſt. 926.b
Verbum incarnatum cur Ieſu, & Chriſti nomine ſit appellatum. 1115.b
Verbum incarnatum eſt Pontifex noſter, qui non pro ſe (quia non indiguit) ſed pro nobis ſeipſum Deo Patri in ſacrificium obtulit. 958.a
Verbum incarnatum immenſo interuallo poſt ſe reliquit orta omnia. 876.b
Verbum incarnatum qui negat, in Deo manere non poteſt. 910.a
Verbum in ſæculo naſcitur, non vt ſit, ſed vt ſit homo. 1220.b
Verbum licet carnem aſſumpſit, verbum tamen eſſe nõ deſijt. 901.a
Verbum licet mori non poſſit, carne tamẽ aſſumpta moriente, mortuum fuiſſe rectè dicitur, id tamen idiomatum communicatione. 888.b
Verbum neque ſuam, neque Angelorum, ſed noſtram appræhendit naturam. 1159.a
Verbum non aſſumpſit carnem inanimatam, ſed anima intelligente præditam perfectam. 1038.b
Verbum non in carnem conuerſum, ſed caro factum eſt: quomodo autem id factum fuerit, captum humanam excedit. 1115.a
Verbum Deus exiſtens factum eſt homo, vt in eodem Deus ſimul, & homo intelligatur idem. 1039.a
Verbum de cœlo deſcendiſſe, quo ſenſu dicatur. 1039.b. qua ratione factum eſt caro. 1039.a
Verbum naturæ humanæ diuina communicauit, nihil in ſuam transferens. 1208.a
Verbum noſtri cauſa homo factus, noſtra non auerſatus eſt. 1114.a
Verbum pathemata carnis quaſi propria in ſe tranſtulit. 1130.b

Verbum

Verbum per humanam naturam factũ eſt mediator inter patrem & nos. 939.b
Verbum per ſe pati non poteſt. 947.b. perpeſſiones tamẽ ſui corporis in ſe tranſtulit. ibid.b
Si verbum propria ſubſtantia deſtituitur, ipſe quoq; pater in diſcrimen adducitur. 877.b
Verbum propter diſpenſationem ominatus eſt Pontifex. 1181.b
Verbum propter incarnationem neque mutatum, neq; in carnem verſum. 950.b. humana natura ſecundum hypoſtaſim ſibi vnita ea muliere naſci voluit. 951.a. impatibile in corpore paſſibili exiſtebat. ibid.a. mortem dicitur paſſum eſſe nõ ſecundum ſuam naturam, ſed ſecundum aſſumptam carnem. 951.a
Verbum ratione corporis vitam accepiſſe dicitur. 943.b
Verbum ante omnia ſæcula exiſtens caro factũ propter noſtram ſalutem, & natum eſt, & palpabile factum, & omnibus humanis infirmitatibus obnoxium excepto peccato. 1016.a
Verbum incarnatum per aſſumptum corpus corruptionem & mortem aboleuit. 1002.b
Verbum verè hominem factum adorantes, ſalui ſunt. 930.b
Verba noſtra noſtræ mẽtis quædam proles. 1101.b. dum ſcribuntur denuo quodammodo renaſcuntur. ibid.
Verba rebus ſeruire debent, non è contra.
Verborum pugnæ vitandæ. 962.b
Verboſis quæſtionibus non vacandum. 1014.a
Verbum namque immutat cor. 350.b
Verecundia & horror ſuſcipiendi ſacerdotij ſanctitatis ſignum 738.a
Verecundiam illis maximè congruere, quorum mẽs in peccando inuerecunda fuit. 365.a
Veritas defendenda ſed ſine ſtrepitu concertationum. 326.a
Veritas facile occurrit, cui diſplicet falſitas. 846.b
Veritas ſæpius agitata, magis ſplendeſcit. 714.b
Veritate nihil precioſius. 192.b
Veritati fidei neque amicitia, neque vlla alia res anteponenda. 954.b
Veritatis agnitio ſimilis ferro carnem corruptam ſecanti. 297.a
Veritatis hoſtes eius amicos ſemper perſecuti ſunt. 1125.a
Veritatis doctorem contriſtans in Chriſtum peccat. 279.b. 317.b
Veritatis qui habẽt ſcientiam à Domino, alijs quoque, etiam inimicis impartire deſiderant. 297.a
Veritatis ſermo, verus & diligens cordis colonus. 196.b
Veritatis virtus nulla vnquam ſermonum falſitate extincta. 1014.a
Veſtimenta miniſtrorum Eccleſiæ ab alijs non attingenda, neque in alios vſus transferenda. 399.a
Veritatis doctrina in ſynodis diligenter examinanda, & conſtituenda. 945.b
Veteres errores iam condemnati nouæ diſcuſſioni non ſubijciendi. 1009.a
Veteres ſancti luminaria mundi. 1095.b
Veterũ labes & maculæ nſa tutela, & monitio ſunt. 72.b
Vetus homo cum actibus ſuis nobis expoliandus, nouus verò induendus. 325.b
Vbi eſt doctrina de Deo, ibi Deus eſt. 123.b
Via ad ſalutem eſt fides in Chriſtum. 922.a
Via mortis in prauis actionibus cernitur, quæ ſunt multæ & variæ. 124.b
Via ſtulti in oculis eius recta. 342.a
Via pacis eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui nos docuit remittere vt remittatur nobis. 75.a
Viæ hæreticorum ad Barathrum trahunt. 1095.b
Vias duas eſſe, alteram vitæ quæ ea Deo eſt, & naturalis, alteram mortis ea Diabolo. 122.a
Victima præbẽs virtutis exemplum & fidei, præſentibus etiam fratribus debet immolari. 390.a
Victimæ impiorum abominabiles Deo. 620.a
Vidua Eccleſiæ ſeruitijs obligata nullo prętextu domos fidelium ingrediatur ad accipiendum, eſt enim ipſa altare Dei, quod nequaquam circumit. 92.b. idem de virgine dicendum. 92.b
Vidua quæ neceſſaria ad vitæ vſum ſibi comparare poteſt, ab Epiſcopo de bonis Eccleſiæ non alenda. 767.b
Viduam clericus ducens deponendus. 784.b
Viduæ adoleſcentiores minime eligendæ. 91.a
Viduæ aut virgines ſacræ clericorum familiaritatibus non ſubijciantur. 761.b
Viduæ & virgines ſacræ ſint ad officium inſtructæ. 759.a
Viduæ & pupilli quibus proſpicitur, quomodo gerere ſe debeant. 97.b
Viduæ in Eccleſia eligendæ qualibus moribus prǽditæ eſſe debeant. 92.a. 93.b
Viduæ in Eccleſia quales & qua ætate eligendæ. 91.a
Viduæ iuuenes & debiles corpore ſumptu Eccleſię ſuſtententur. 761.b
Vigilantes paſtores eſſe debere, & curam gregis habere. 363.b
Vindicta dignus eſt, qui alijs eſt cauſa periculi. 327.a
Vinculum pacis non ſeruat, qui alium verbis aut factis perſequitur. 415.b
Vinea fertilis Dei Eccleſia. 1151.a
Victor Afer. Papa XIIII. 336.b. eius Epiſtolæ, & decreta. ibid. & 337.b. 338.b
Vinum aqua mixtum quare in ſacrificijs non autem ſe ſola offerendum. 318.a
Vir caput mulieris cum ſit, æquum non eſt reliquũ corpus capiti præeſſe. 92.b
Viri debent vxores ſuas diligere, vt ſua ipſorum corpora. 139.a
Viri nonnulli miraculis & virtutibus clari. 516.b
Viris non licere cum mulieribus in balneo lauari. 701.a
Virilia ſi quis ſibi amputauerit tãquam Dei opificij hoſtis & ſiumet, clericus ne fiat. 16.a. ſecus, ſi vi talis factus fuerit, & ſit dignus. 16.a
Virga Moyſis in ſerpentem verſa incarnationis adumbrabat myſt rium. 1103.b. virgas deuoraſſe Magorum quid ſignificaret. 1103.b
Ex Virgine ſacra neque homo ſolus, neque ſolum Dei verbum, ſed Deus & homo ſimul natus eſt. 867.a
Virginem Deiparam nemo negauerit, niſi qui Chriſtũ purum hominem eſſe ſtatuerit. 971.a
Virginem Deiparam omnes pij fatentur. 946.a. ſic etiã definit ſynodus Nicæna, tametſi hac voce non vtatur. 947.b
Virginem ſacram totum Chriſtum, hoc eſt hominem & Deum peperiſſe oſtenditur. 865.a
Virginem non deſponſam vi allata habens, ſegregetur, nec aliam accipiat, ſed illam retineat. 23.b
Virgines an velari poſſint etiam ante ſtatutum tempus. 840.b
Virgines Deo ſacræ ſi ſponte nupſerint, vtriq; communione ptinentur. 615.b
Virgines non ſacrandæ ante 25. annum ſuæ ætatis. 750.a
Virgines quando & qua ætate velandæ. 330.b
Virgines velatæ ſi nupſerint, ad pœnitentiam non admittendæ niſi mortuo marito. 776.a. ſi verò non velatæ fuerint, & nubant, aliquandiu pœnitentiam agant. 776.a
Virginitas non ad criminationem cõiugij, ſed ad otium cultus Dei conſtituenda. 143.b
Virginitas poſt partum nõ eſt naturæ, ſed gratiæ. 1220.b
Virginitatem perpetuã Virgo mater cõſeruauit. 918.a. vnigenitus eius cur primogenitus appellatus. 918.a
Virgo mater Deipara, & quomodo. 957.b
Virgo & mater ſimul ſtupenda copula. 1194.a
Virgo mater Deipara ideo dicitur, quia facrũ illud corpus anima intelligente prǽditum, Dei Filius ex ea traxerit. 951.b
Virgo mater patrum omnium voce Deipara appellata. 893.a
Virgo mater quomodo Deipara dicenda ſit. 957.b
Virgo nulla ſacranda niſi poſt annum ſuæ ætatis. 72. 598.a
Quem Virgo peperit verus filius eſt Dei, & Deus ipſe, qui ſecundum carnem paſſus eſt, diuina natura impatibili permanente. 892.a
Virgo quæ virginitatis votũ fecit, qualis eſſe dẽat. 99.b
Virtus

Virtus per aliena peccata non lanneſcit. 377.b
Virtute qui prædituſ eſt, ei quoq; fidei ſerbum, & ſcientiæ credendum eſt. 295.b
Virtutes Chriſtianas quãto quiſq; plus in ſe habet, tãto propior eſt Deo, ac cõditoris ſui gerit imaginẽ. 303.a
Virtuti coniuncta gloria. 1024.b
Virtutis & eruditionis amans laude dignus. 1036.a
Virtutis Romanæ Eccleſiæ præconium. 388.b
Virtutum poſſeſſio citra moleſtiã non contingit. 1205.a
Viſu & aſpectu ſolo nullus laudandus, aut vituperandus. 395.b
Vita doctrinæ fidei cauſa paruipendenda. 947.a
Vita æterna in Filij Dei vera cognitione ſita eſt. 906.b
Vita eſſentialis Chriſti & propria. 943.a
Vita in ſcripturis anima appellatur. 530.a
Vitæ Chriſtianæ ſumma & compendium. 287.a
Vitæ noſtræ autor vnus & ſolus eſt Deus. 297.b
Vitam æternam aſſequi non poſſumus niſi per mediatorem Dei & hominum Ieſum Chriſtum. 433.a
Vitam æternam nobis dedit Deus in filio ſuo. 312.b
Vitam alterius nemo laceret, & de malo alieno os ſuum non coinquinet. 125.a
Vitam non habet, qui filium Dei non habet. 312.b
Vitam ſuam planè neſcit, qui Chriſtum verum Deum, & verum hominem ignorat, 426.b
Viuifica ſunt ſanctum corpus & ſanguis Chriſti. 1042.a
Viuificandi facultas diuinæ naturæ propria. 909.a
Vmbræ non ſunt veritas, ſed veritatis ſignificatrices. 1210.b
Viuo cui Deus fuit inimicus, neque defuncto erit amicus. 147.b
Vnctio quibus olim fieret. 1097.b
Vnicum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Angeli nobiſcum adorant. 1037.a
Vniuerſalis Eccleſia omnibus Epiſcopis commiſſa eſt, vt pro omnibus laborent, & cunctis opem ferre non negligant. 230.a
Vniuerſalis Epiſcopatus omnibus Epiſcopis concreditus, & quomodo. 229.b
Vniuerſalem Epiſcopatum qui tollit, contradicit Chriſto, & eius gubernationi repugnat. 230.b
Vnigenitum Dei Filium, qui dicunt alium fuiſſe ab eo, q ex Maria Virgine natus eſt, anathema ſunto. 950.a
Vnigeniti filij Dei ſubſiſtentia omnem ſuperat intelligentiam. 504.b. ſoli Deo patri eius cognitio eſt reſeruata. 504.b
Vnigeniti incarnatio, mors, & reſurrectio mundo ſalutem attulit. 1026.b
Vnigenitus Dei Filius niſi incarnatus fuiſſet, ab Angelis uideri non potuiſſet. 493.a
Vnigenitus Dei Filius ſolus exactè nouit ſuam pro nobis inhumanationem. 5 8.a. deſcendere, & mitti dicitur ſecundum ſuam inhumanationem. 530.a
Vnigenitus Dei Filius, vt mortem aboleret, mortem ſubijt. 1026.b. vt noſtram reſurrectionem conſtitueret, ex mortuis reſurrexit. ibid.
Vna eademq; cœli & terræ eſt Eccleſia. 1151.b
Vnio corpus aſſumptum verbo effecit proprium. 1314.b
Vnio in Chriſto dicit aliud & aliud, non alium & alium. 1153.a
Vnio verbi cum homine cognatum aliquid habet cum vnione animæ cum corpore. 1099.b. eius diſſimilitudo. ibid.b
Vnio verbi cum homine nihil habet commune cum naturalibus vnionibus. 1099.b
Vnione ſublata totum incarnationis myſterium euertitur. 1222.b
Vnitas Dei Gentiũ Deorũ multitudinẽ euertit 1037.b
Vnitas poteſtatis vbi eſt, ibi gradus magnitudinis eſſe non poteſt. 818.b
Vnitas quantum fieri poteſt in Eccleſijs retinẽda. 371.a
Vnitatem eccleſiæ qui non tenet, ad Eccleſiaſticum munus non admittendus. 375.b
Vnitatem Eccleſiæ tenere & ſeruare omnes debent, ſed maxime Epiſcopi. 10.b
Vnitates quot requirãtur in matrimonio fiendo. 122.a. 239.b
Vni ſoli magni negotij examinatio non eſt committenda. 364.b
Vnum Dei Filium in duos diuidentes inſcitiam, & inſaniam ſuam produnt. 918.a
Vnum effici nos cum Dei Filio quo ſenſu dicatur. 906.b
Vnum eſſe Deum in quem credamus, & ſcriptura & Patres tradiderunt. 1037.b
Vnum ſentire, vnum cor, & anima vna in nobis eſſe debet. 312.b
Vnus Chriſtus pro omnibus iuſtum pretium perſoluit. 1216.b
Vnus Dei Filius, duæ in eo Naturæ. 1004.a. nõ vno ſemper modo loquitur, ſed modo vt Deus, modo rurſus vt homo. 1004.a
Vnus Epiſcopus in Catholica Eccleſia. 372.b
Vnus eſt qui introductus eſt in orbem terrarum, & vnus ille adorandus. 1109.b
Vnus & idem eſt opifex, & carne deſtitutus, & carne veſtitus. 886.b
Vnus & idem eſt, qui ſcit omnia, & qui aliqua ignorauit. 1175.a
Vnus eſt Chriſtus ex duarum naturarum vnitate, Deitatis & humanitatis. 177
Vnus in cœlo, vnus Vnigenitus in terra. 1003.a
Vnus pater, vnus filius, & vnus ſpiritusſanctus, ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia. 983.b
Vnuſquiſque in peccato ſuo morietur. 379.b
Voces attendere, non autem quæ vis ſit propoſiti, alienum eſt à ratione. 266.a
Voces quæ Chriſto tribuuntur, triplicis ordinis ſunt, aliæ ſecundum humanitatem, aliæ ſecundum diuinitatem, aliæ quaſi mediæ Deum ſimul, & hominem declarantes. 1135.a
Voces quæ in ſcripturis de Chriſto reperiuntur, vni quidem Chriſto conueniunt, ſed non vna ratione. 1161.b
Voces quæ in ſcripturis quomodocunque Chriſto tribuuntur, ad vnam hypoſtaſim ſunt referendæ. 956.b
Voces quæ in ſcripturis ſacris reperiũtur de Chriſto loquentes, non duabus hypoſtaſibus aut perſonis attribuendæ, ſed ad vnam perſonam tantum ſunt referendæ. 957.b. 1114.a
Voces tantum attendere non autem ſenſum, & ſcopum, eſt à ratione alienum, verba enim rebus, non res verbis ſeruire debent. 232.a
Vocibus ne quiſquam à ſcripturis abhorrentibus vteretur omnino, eſt à ſynodo Nicena cautum. 566.a
Vocum nouarum fructus, impietas. 962.a
Voluntas cum eligit aliquod malum, non timẽdo Deũ, neque ſpem in eo ponendo, tunc peccat ex malitia. 256.a
Voluntas Dei quæ ſit. 87.a
Voluntas hominis libera nihil prorſus poteſt, cœleſti præſidio deſtituta. 793.b
Voluntas pręparatur à Domino, ita vt ſi quid boni agat, paternis eius inſpirationibus debeatur. 847.b
Voluntas vbi antecedit, neceſſe eſt conſilium antecedere, & per conſequens tempus. 258.b. eſtq; media, ſicut ipſa operatio inter effectum & efficiens. 259.a
Voluntates hominum Deus cum vult mutat, & vertit per prouidentiam ſuam. 267.a
Voluptatibus immerſus oculos in Deum non ſurrigit. 1198.a
Vota noſtra cur Deus non ſtatim exaudiat. 1150.b
Votum melius eſt non feciſſe, quàm factum non reddere. 91.a
Vrſacij & Valentis inconſtantia. 678.b
Vrſacius & Valens Ariani pœnitẽtes Athanaſio ſe iungunt 668.b. eorum literæ ad Iulium Papam veniam petentes, & Arianam hæreſim deteſtantes. ibid.b
Vulnera vnguentis non ſanata ferro abſcindenda. 357.a
Vulnus totum corpus lædens tempeſtiue curandũ. 960.b
Vrbanus primus Romanus Papa XVII. eius Epiſtola decretalis. ibid. 347.a
Vſura plus ab eo exigitur, cui multum creditur. 774.a
Vſurpantibus bona Eccleſiæ quę pœna iniungẽda. 348.a
Vſurpare nullus debet, quæ ſibi non videntur eſſe conceſſa. 622.a. 784.a

Vtilia

Vtilia replicare non eſt abſurdum. 306.a
Vxor à Deo viro præparatur. 775.a
Vxor conſors vitæ eſt ex duobus in vnum corpus a Deo copulata. 115.a
Vxor ſubiecta ſit viro ſuo, quem poſt Deum omniũ maximè amet, & reuereatur. 65.b
Vxorem ducere conſanguineam, aut affinem vſq; ad ſeptimum gradum non licere. 670.b
Vxorem ducere eſſe crimen, dicere, oephas. 784.b
Vxorem iniuſtè interficienti quę pęna Eccleſiaſtica imponenda. 331.a
Vxorem non habens ſed concubinam pro vxore, ſi ea tantum contentus ſit, cõmunione non prioetur. 768.b
Vxorem prætextu religioois oeq; Epiſcopus neq; alius ex clero dimittere poteſt. 14.a. ſi qois aliter fecerit, & perſeueret, deponatur. 14.a
Vxorem ſuam occidens non poteſt matrimonium cootrahere cum muliere, cum qua prius conſuetudinem habuit viuente vxore. 240.a

X

XENIVM à qnocunque publico vel inceſtuoſo à presbytero non accipiendum. 322.a

Z

ZEBEDEI patris Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ domus. 249.a. ibi paratum fuit Paſcha. ibid.
Zepherinus Romanus Papa XV. 340.b. eius Epiſtolæ. 141.a
Zoſimus Grecus Papa XLII. 810.b. eius Epiſtolæ, & decreta. ibid & deinceps.

Finis Indicis Tomi primi.

DE QVADRVPLICI SYNODO APOSTOLORVM,

IVXTA GLOSAM ORDINARIAM,

IN ACTIS APOSTOLICIS

Per Sanctum Lucam Euangeliſtam.

Diuerſis in capitibus ſtudioſè deſcripta.

Gloſa Ordi. colligit tantũ has 4. alij alias, & plures.

EX Actis Apoſtolicis colliguntur à Scriptoribus Eccleſiaſticis, ac potiſsimùm Gloſa Ordinaria, Conuentiones ſiue Cõcilia aliquot Apoſtolorum, primitiuæ quoque Eccleſiæ: in quibus exempla, formæ, imagines ac cæremoniæ certæ Conciliorum, tam generalium q̃ prouincialium, tradunt; poſteà p ſanctos Patres & Eccleſiæ Catholicę poſteros obſeruádæ.

Act. 1. de electione Matth.

DE prima Apoſtolorum Diſcipulorumq; Chriſti conuentione, legimus Actorum primo capitulo, quòd ſtatim poſt aſcenſionem Domini in cęlum, reuerſi ſunt Hieroſolymam à monte Oliueti, manentes in cęnaculo, Petrus, Ioannes, Iacobus, &c. perſeuerãtes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria mater Ieſu & fratribus eius. ¶ In diebus illis exurgens Petrus velut principalis & caput, (in medio) fratrum, dixit: (Erat autem turba hominum ſimul ferè c x x.) Viri fratres, oportet impleri ſcripturam, quam prędixit Spiritusſanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui compræhenderunt Ieſum, &c. Oportet ergò ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati in omni tẽpore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Ieſus &c. teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, &c. & orantes, dixerunt: Tu Domine qui corda noſti oíum, oſtende quẽ elegeris ex his duobus &c. Et dederunt ſortes eis. Et cecidit ſors ſup Matthiá, & annumeratus eſt cũ vndecim apoſtolis.

1. Synod⁹ ob apoſtoli electionem.

Exemplũ orandi in concilijs.

Act. 6. de diaconorũ ſeptem electione. Anno 1. poſt Chriſti mortẽ, & Spiritus ſancti aduentũ ante conuerſionẽ Pauli, qui conde anno deinceps.

DE ſecunda in Hieruſalem Apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti ſynodo, legimus Act. vj. In diebus illis creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur Gręcorum aduerſùs Hebræos, eò quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum. Conuocantes autem x i i. multitudinem diſcipulorum) ac cęterorum credentium, quæ iam ad multa millia excreuerat, (dixerunt: Non eſt æquum, nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergò fratres ex vobis viros boni teſtimonij ſeptem, plenos &c. Et placuit ſermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spirituſancto, &c. Hos) à multitudine electos (ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum,) qui erant Epiſcopi fidelium: (&) ipſi apoſtoli (orantes, impoſuerũt eis manus,) per orationẽ & manûs impoſitionem ipſos diaconos ordinando. Sequitur effectus huius ordinationis: (Et verbum Domini creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum in Hieruſalem valdè.) Ex quo liquet, ẽt hoc concilium eſſe Hieroſolymis celebratum.) Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat ſigna magna & prodigia in populo. Surrexerunt autem &c. & non poterant reſiſtere ſapientiæ & Spirituiſancto qui loquebatur.) Actorum quoquè 8. proſequitur ſanctus Lucas de prædicatione Philippi diaconi &c.

cõuerſus fuit.

2 Synod⁹ ob. 7. diaconorum inſtitutionem.

Effectus iſtius ordinationis.

Act. 15. de circuncisione gentibus nõ imponenda.

DE tertia conuentione Apoſtolorum, quæ fuit plenaria cõciliorum forma, poſtmodùm à ſummis pontificibus & ſanctis patribus obſeruata & obſeruanda, legimus Act. xv. Hæc fuit celebrata anno 14. poſt mortem & reſurrectionem Chriſti in Hieruſalem, & 14. anno cõuerſionis Apoſtoli Pauli, anno 4. Claudij Cęſaris, ſecũdùm Bedam, Dionyſium & alios, quos vide de his latiùs. Vnde de hac ſynodo Apoſtolorum loquitur Apoſtolus Paulus ad Galat. 2. (Deindè poſt annos 14. aſcendi Hieroſolymã cum Barnaba, aſſumpto etiàm Tito, & contuli cum eis euangelium quod prædico in gentibus &c.) Sequitur: (Et cùm cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, vt nos inter gentes, ipſi autem in circuncisionem: tantùm vt pauperum memores eſſemus &c.

Beda & Dionyſius Carth.

3. Synod⁹ ob circuncisionem gentibus non imponendam.

¶ De hac ergò tertia Apoſtolorum conuentione legimus Actor. 15. ſic: (Et quidam deſcẽdentes de Iudæa, docebant fratres,) fideles. ſ. ex gentilitate conuerſos: (quia niſi, circuncidamini ſecundùm morem &c. ſtatuerunt) .ſ. fideles (vt aſcenderent &c. ad apoſtolos & presbyteros) velutì primarios Eccleſię prælatos (in Hieruſalem ſuper hac quæſtione &c. Cùm autem veniſſent &c. Surrexerunt autem quidã de Phariſæorum ſecta, qui crediderant, &c. Conueneruntq; apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurgens

Pars opponens.

Petrus primo loquitur.
Diſcuſſio negociorum.
Secundò Barnabas & Paulus.

Petrus,) tanquàm apoſtolorum ſupremus & caput,) dixit ad eos: Viri fratres, vos (ſcitis quoniã ab antiquis &c. Nunc ergò quid tẽtatis &c. ſed per gratiam Dñi Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi. Tacuit autẽ omnis multitudo) conſentiens Petro, (&) deindè (audiebãt Barnabam & Paulum narrantes, quanta Deus feciſſet ſigna & prodigia in gentibus per eos. Et poſtquàm tacuerunt.) ſ. Barnabas & Paulus (reſpondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me: Simon narrauit &c. Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deũ, ſed ſcribere ad eos, vt abſtineãt ſe à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine, &c.) Sequitur determinatio negocij: (Tunc placuit Apoſtolis & ſenioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam & Silam viros primos in fratribus, ſcribentes per manus eorum: Apoſtoli & ſeniores fratres, his qui ſunt Antiochię & Syriæ & Ciliciæ, fratribus ex gentibus ſalutem: Quoniam audiuimus quòd quidam ex nobis &c. Viſum eſt enim Spiritiuiſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quib. vos cuſtodientes, benè agetis. Valete.

Tertiò Iacobus, ceu in ſua diœceſi.

Determinatio negocij.

Executio determinationis.

Illi autem dimiſſi, deſcenderunt Antiochiã: & congregata multitudine, tradiderunt epiſtolam: quam cùm legiſſent, &c.

Act. 21.

DE quarta primitiuæ Eccleſiæ cõgregatione ſeu ſynodo, ſcribitur Acto. 21. in qua declaratum fuit, teſte Beda Dionyſio Carthuſiano, & alijs, licitum eſſe conuerſis Iudæis vti cũ fide & Sacramentis noui Teſt. etiam circunciſione, & alijs cęremonijs & ſacrificijs veteris Teſt. quãdiù templum & ſacrificia legis in Hieruſalem ſtabant: non quaſi lex euangelica non ſufficeret, ſed vt mater ſynagoga paulatim cum honore ſepeliretur, & non ſtatim velut impia, & mortifera, inſtar idolorum culturæ, damnaretur, cùm fuerat à Deo fundata, & tẽpore ſuo in remedium & ſalutem genti Iudæorum data. Quum ergò Paulus ab ęmulis ſuis, velut deſtructor & damnator legis, eſſet vehementer & falsò apud Hieroſolymam infamatus, communi concilio Iacobus, & Paulus, & ſeniores ſtatuerunt, ex Iudaiſmo conuerſos legis cęremonias pro tempore illo non damnare, ſed licitè obſeruare poſſe, dummodò ſpem ſalutis ſuæ in illis non collocarent. Hinc ſcribitur Act. 21. (Et cũ veniſſemus Hieroſolymam, libenter excęperũt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum &c.

Permiſſio legalium ad tẽpus, donec ſynagoga cũ honore ſepeliretur.

In lege q̃ nã hodiè obligent Chriſtianos, & q̃ non Præcepta moralia.

Hîc autem ſecundùm Doctores catholicos diligenter notandum venit, quædã in lege Moſis vſq; hodiè vniuerſos Chriſtianos obligare, videlicet præcepta moralia, & omnia quæ ad bonos mores & virtutes directè, & immediatè pertinent. Nam hæc in Euangelio ipſe Dominus replicauit, & perfectiùs obſeruari mandauit. Enimuerò principalis diuinę legis intẽtio eſt, homines benè inſtituere ad amorem Dei. Quòd cum rectè fieri nequeat, niſi addatur & modus, qualiter ſeſe iuſtè habere debeant tam erga ſeipſos, quàm erga ſuos proximos: hinc data ſunt præcepta moralia, quæ mentibus hominum & rectæ rationis dictamini ſunt inſcripta, quòd Deum ſuper omnia quiſque diligere debeat, & proximum ſicut ſeipſum. Modus autem colendi Deum per externos ritus & cęremonias legis, quia hæc fuerũt figura & vmbra Chriſti tunc venturi & myſteriorum eius, ideò adueniente veritate Euangelica, euanuerunt & illicita iam facta ſunt. Nihil ergò per duplicitatẽ ſimulatoriè egit diuinus Apoſtolus, ſed pro ſcandalo fratrum amouendo, ſeq; à falſa infamia purgando, fecit, quod tunc (vt dictum eſt) conuerſis Iudæis ad tempus licuit: ſed modò deſtructo templo, ſepulta ſynagoga, & vbiq; diuulgato Euangelio, nequaquàm liceret. Præcepta autẽ Iudicialia legis, qualiter iuſtitia ſeruari debeat erga proximum, iam non obligant, niſi à iudice poteſtatem habente, in ſua ditione ſuaq; authoritate denuò ſtatuerentur.

Cæremonialia.

Iudicialia

Sunt qui poſthabito (viderint ipſi qua ratione) Gloſſæ Ord. iudicio, quartam hanc Apoſtulorum Syoodum obmittant, faciantq;, ordine præſenti nõnihil mutato, ex decimoquinto Actuum capite quartam, ex ſexto tertiam, ex quarto ſecundam, idq; hoc modo:

Act. 4.

DE 2. conuentione Apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti notabili, legimus Acto. 4. quòd vbi poſt aduentum Spiritusſancti per prædicationes Apoſtolorũ multi credidiſſent in Chriſtum, factus eſt numerus eorum V. millia. De qua re dolentes ſacerdotum principes, & magiſtratus templi, poſuerunt Petrũ & Ioannem in cuſtodiam. Et poſtquàm examinaſſent eos, videntes Petri conſtantiam atq; Ioannis, comminati ſunt eis & denunciauerunt, nè omninò loquerentur nec docerent decætero in nomine IESV. Petrus verò & Ioannes reſpondẽtes, dixerunt ad eos: (Si iuſtum eſt in cõſpectu Dei vos potiùs audire quàm Deum, iudicate.) Sequitur coniunctio Apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti. (Dimiſſi autẽ, venerũt ad ſuos, & annunciauerunt eis, quanta ad eos principes Sacerdotum, & Seniores dixiſſent. Quæ cũ audiſſent, vnanimiter) ſimul omnes congregati, (leuauerunt vocem ad Deum) per inſpirationem Spiritusſancti, (& dixerunt: Domine, tu es qui feciſti cœlum, & terrã, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui Spiritusſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti, Quarè fremuerunt gentes, &c? Et nunc Domine reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cum omni fiducia loq verbum tuum, in eo quòd manum tuam extendas ad ſanitates & ſigna & prodigia fieri per nomen ſancti filij tui Ieſu. Et cùm oraſſent, motus eſt locus in quo erant congregati,) in ſignum exauditionis ſupplicationum eorum. (Et repleti ſunt omnes Spiritusſancto,) ampliori ſcilicet gratia & charitate confortati. vndè ſequitur effectus huius: (Et loquebãtur verbum Dei cum fiducia. Multitudinis autem credentium erat

Hic cętus nõ fuit cõcilũ, ſed oratũ eſt pro gratię incremento.

Pſal. 2.

Effectus donorum Spiritusſancti.

cor

„ cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum „ quæ poſſidebat, aliquid ſnum eſſe dicebat, ſed „ erant illis omnia communia.) Nota, ex hoc decreto Apoſtolicam fundatam eſſe vitam, & cõuerſationẽ omnium religioſorum, vitam beatorum in patria, vbi omnia ſunt cõmunia, imitantium. Sequitur: (Et virtute magna reddebãt Apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis Ieſu Chriſti Dñi noſtri, & gratia magna erat in omnibus „ illis. Neq; enim quiſquã egens erat inter illos. „

Apoſtolorum Decretum. Auguſt & cęteri Doctores.

Sunt præterea qui & iſtam è quarto Act. extractam, & illam vigeſimoprimo Act. apertè deſcriptam ſynodũ prætereuntes, aliam ſibi nouam ex vndecimo Act. trahant: id quod per nos quidem eis licitum erit, modò norint maiorem eſſe Gloſæ Ord. authoritatem, quàm cui tam leuiter à curinſis quibuſuis nouatoribus ſit contradicendum.

DE ORDINE CELEBRANDI CONCILII, CANONES,

Ideſt, Regulæ Eccleſiaſticæ,

A' ſanctis Patribus conſtitutæ, & ab Iſidoro in Codicis vnius corpus collectæ.

ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

HOra diei prima, ante Solis ortum, eijciant omnes ab Eccleſia: obſeratiſque foribus cunctis, ad vnã ianuã, per quã Sacerdotes ingredi oportet, oſtiarij ſtabunt: & cõuenientes omnes Epi, pariter introibũt, & ſm ordinationis ſuę tempus reſidebunt. Poſt ingreſſum Epiſcoporum omnium atq; conſeſſum, vocentur deindè presbyteri, quos cauſa probauerit introire: nulluſq; ſe inter eos ingerat diaconorũ. Poſt hos ingrediãtur diacones probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe. Et corona facta de ſedibus Eporũ, presbyteri à tergo eorum reſideant, quos tñ ſeſſuros ſecũ Metropolitanus elegerit, qui vtiq; & cum eo iudicare aliquid, & diffinire poſſint, Diacones in conſpectu Eporum ſtent. Deindè ingrediantur laici, qui electione coniugali, cõcilio intereſſe meruerunt: ingrediantur quoq; notarij, quos ad recitandũ vel excipiẽdũ ordo requirit. Obſeratiſq; ianuis, & ſedentibus in diuturno ſilẽtio ſacerdotibus, atq; cor totum habentibus ad Dñm, * dicturus eſt Archidiaconus: Orate. ſtatimq; omnes in terram proſternantur tam Epiſcopi q̃ presbyteri: & orãtibus diutiùs tacitè cum fletibus atq; gemitibus, vnus ex Epis ſenioribus ſurgẽs, orationẽ palàm fundat ad Dñm, & cunctis adhuc in terra iacentibus, dicat hanc orationem:

*dicat Archidiaconus.

ADſumus, Dñe ſancte Spiritus, adſumus, peccati quidem immanitate detenti, ſed in nomine tuo ſpecialiter aggregati: veni ad nos, adeſto nobis, dignare illabi cordibus noſtris, doce nos quid agamus, quò gradiamur: & oſtende quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Eſto ſolus & ſuggeſtor & effector iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo Patre & eius Filio nomen poſſides glorioſum: non nos patiaris perturbatores eſſe iuſtitiæ, qui * ſummam diligis æquitatem: vt in ſiniſtrum nos ignorantia nõ trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel perſonæ corrũpat: ſed iunge nos tibi efficaciter ſolius tuæ gratiæ dono, vt ſimus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, quatenùs in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cũ moderamine pietatis iuſtitiam, vt & hìc à te in nullo diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro ꝑ benè geſtis conſequamur præmia ſempiterna. In qua oratione, Pater noſter non dicatur, neq; benedictio, ſed ipſa ſolummodò oratio confirmetur. Finita autem oratione, & reſponſo ab omnibus Amen, rurſùs dicat Archidiaconus: Erigite vos. Confeſtim omnes ſurgant, & cum omni timore Dei & diſciplina tam Epiſcopi, q̃ Presbyteri ſedeant. Sicq; omnibus in ſuis locis in ſilentio conſedentibus, diaconus alba indutus, codicem canonum in medium proferens, capitula de concilijs agendis pronunciet, ideſt, de concilio Toletano * tertio, æra xviij.

*ſummè

Aera 18. 1. cap. 18. Sed de ratione huius appellationis, vide Couarr. li 1. Variarum Reſolut. cap. 12.

¶Item ex cõcilio Toletano * quarto, æra iij.

¶Item ex capitulis Orientalium Patrum, quę * Martinus Epiſcopus de Gręco in Latinũ vertit, æra xviii. de ſynodo facienda.

¶Item ex concilio Chalcedoneñ. ęra. * xviii.

¶Item ex concilio Agathenſi, æra * xxv. vel xxvj. vel aliud de canonibus, quod Metropolitano aptius viſum fuerit vt legatur. Finitiſq; titulis, Metropolitanus Epiſcopus concilium alloquatur per exhortationem, ità dicens:

*ſexto. *ſexto. *Maxim. *xix *xxxv. vel aliud de

¶Eccè ſanctiſſimi ſacerdotes, præmiſſis Deo precibus, Fraternitatem veſtram cum pia exhortatione conuenio, & per Diuinum nomen obteſtor, vt ea quæ à nobis de Deo & de ſacris Ordinibus, vel ſanctis moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate ſuſcipiatis, & cũ ſumma reuerentia perficere intendatis. Quòd ſi fortitan aliquis veſtrùm alitèr, quàm dicta fuerint, ſenſerit: ſinè aliquo ſcrupulo contentionis, in * noſtrorum omnium copulatione, ea ipſa, de quibus dubitauerit, cõferenda reducat: qualiter Deo auxiliante, aut doceri poſſit, aut

*noſtrum

doceat. Deindè ſimili vos obteſtatione * conuenio & obſecro, vt nullus veſtrûm in iudicando aut perſonam accipiat, aut quolibet fauore vel munere pulſatus, à iuſto iudicio ſcienter auertatur aut diſcedat: ſed cum tanta pietate, quicquid cœtui noſtro ſe iudicandum intulerit, retractate, vt nec diſcordans contentio, ad ſubuerſionem iuſtitię inter nos locum inueniat: nec item in perquirenda æquitate, vigor noſtri ordinis vel ſolicitudo tepeſcat.

*coniuro vel obſecro,

¶Poſt hanc exhortationem introibunt omnes, quicunque fuerint presbyteri, diaconi, vel religioſi vniuerſi, ad audiendum doctrinam. Sicque Archidiaconus lecturus eſt Canonem Toletani concilij xj. æra prima, nè tumultu concilium agitetur. Quo canone perlecto, concilium Epheſinum ex ordine perlegatur. Deindè collatio pariter & inſtructio de myſterio ſanctę Trinitatis habeatur, ſimulque & de officiorum ordinibus, ſi in omnium ſedibus eiuſdem celebritatis vnitas teneatur. Pro his quoque cauſis, prout ſpatium diei permiſerit, & epiſtolæ Papæ Leonis ad Flauianum epiſcopum de erroribus Eutychetis, & myſterio Trinitatis, legendę ſunt. Canones quoq; de Officiorũ vnitate. nec ad aliud aliquid ante tranſeatur, quàm iſta omnia explicentur, ità tamen, vt totos tres dies litaniarum nihil aliud agatur, nec retractetur, nisì ſola collatio de myſterio ſanctæ Trinitatis, & de Ordinibus ſacris, vel Officiorum inſtitutis, ità vt hęc tota partiãtur per totos illos tres dies, & nihil aliud (ſicut dictum eſt) nisì ſola quæſtio de his, quę prædicta ſunt, habeatur, ità vt lectio ſemper, congruens ordini & cauſæ, quę quęrenda eſt, antecedat. Poſt hæc, in quarto die reliquę per ordinem perſonæ admittendæ ſunt, ſicque omnes, qui de religioſis in retroactis diebus ꝓ ſpirituali inſtructione interfuerant in concilio, foràs egrediantur, reſidentibus aliquibus preſbyteris in concilio, quos Metropolitanus probauerit honorandos. Per ſingulos tamen illos tres dies litaniarum, Epiſcopi vel presbyteri cũ admonitore, primùm orationibus ſe proſternant. Sicq; collecta à Metropolitano oratione, conſurgant, & de diuinis tantùm (vt dictum eſt) rebus conſultationem habeant: in reliquis autẽ diebus, cunctis adſtantibus, oratio colligenda eſt: & ſic conſidentes, cauſarum negocia iuſtè & religioſè colligant. Nullus tamen tumultus aut inter conſidentes, aut inter adſtantes habeatur. Eodem tamen modo, eodemq; ordine ad concilium omnes per ſingulos dies ingrediantur, quo ſuperiùs iam præmiſſum eſt. Nam & ſi pręſbyteri reliqui aut diaconi, clerici ſiue laici, de his qui foris ſteterint, concilium pro qualibet re crediderint appellandum, Eccleſiæ Metropolitanæ Archidiacono cauſam ſuam intimẽt, & ille concilio denunciet. Tunc illis & introeundi ſingulatim, & proponendi licentia conceda tur. Nullus autem Epiſcoporum à cœtu communi ſecedat, antequàm hora generalis ſeceſſionis adueniat. ¶Concilium quoque nullus ſoluere audeat, nisì fuerint cũcta determinata, ità vt quæcunque deliberatione communi finiuntur, Epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur, ità tamen, vt ante duos vel tres dies q̃ ſoluatur coucilium, omnes conſtitutiones à ſe editas, diligenti conſideratione retractent, nè in aliquo offendiſſent. Item in die quo concilium abſoluendum eſt, Canones qui in ſancta ſynodo conſtituti ſunt, coram Eccleſia in publico relegantur. Quibus explicitis, reſpondeatur in choro, Amen. Deindè ad locum redeuntes, vbi in concilio reſederunt, Canones ipſos ſubſcribant. Admonendi quoq; à Metropolitano ſunt de Paſcha venturo, quo veniat die. Admonendi etiam ſunt, quo tempore ſuperuenienti anno ad faciendum concilium veniant. Eligendi etiam ſunt de epiſcopis, qui cum metropolitano dies feſtos Natalis Domini & ſanctum Paſcha debeant celebrare. Poſt hæc dicente Archidiacono, Orate: omnes ſimul in terra pariter ſe proſternant, vbì diuiſſimè orantibus, hanc vnus ex ſenioribus orationem dicat:

NVlla eſt, Domine, humanæ conſcientiæ virtus, quæ inoffensè poſſit tuæ voluntatis iudicia expedire: & ideò quia imperfectum noſtrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa quæſumus, quæ perfecto ęquitatis fine concludere pręoptamus. Te in noſtris principijs occurſorem popoſcimus, te quoq; in hoc fine iudiciorum noſtrorum pro exceſſibus indultorẽ adeſſe precamur, ſcilicet vt ignorãtię parcas, vt errori indulgeas, vt pfectis votis perfectã operis efficaciam largiaris. Et quia conſcientia remordente tabeſcimus, nè aut ignorãtia nos traxerit in errorem, aut pręceps forſitan voluntas impulerit * iuſtitiam declinare, ob hoc te poſcimus, te rogamus, vt ſi quid offenſionis in hac cõcilij celebritate attraximus, condonare ac remiſſibile facere digneris, vt in eo quod ſoluturi ſumus, aggregati concilio, à cunctis primùm abſoluamur noſtrorum nexibus delictorum, quatenus & tranſgreſſores venia, & confitentes tibi ſubſequatur remuneratio ſempiterna. Per &c. Huic orationi Oratio Pater Noſter adiungatur: & cunctis adhuc in terra iacentibus, hæc benedictio explicet: Chriſtus Dei filius, qui eſt initium & finis, complementum vobis tribuat charitatis. Amen. Et qui * vos ad expletionẽ huius feci peruenire cõcilii, abſolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen. * Et ab omni reatu liberiores effecti, abſoluti ét per donum Spiritusſancti, felici reditu veſtrarũ ſedium cubilia repetatis illæſi. Amen. Quod ipſe pręſtare dignetur, cuius regnum, & imperium permanet in ſecula ſeculorum Amen. Quibus expletis, cum dictum fuerit ab Archidiacono, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, eamus cum pace: omnes illicò pariter exurgentes, reſidente Metropolitano, ab ipſo primùm incipientes, oſculum ſibi inuicèm omnes pariter dabunt. Sicque data ſibi inuicèm pace, conuentus concilij abſoluatur.

Pſal. 118.

* à iuſtitia

* nos

* vt

ORA-

ORATIO DIEI SECVNDÆ.

NOſtrorum tibi Dñe curuantes genua cordium, quæſumus, vt bonum quod à nobis à te requiritur, exequamur, vt prompta tecum ſcilicet ſolicitudine gradientes, diſcretionis arduæ ſubtile iudicium faciamus, ac miſericordiam diligentes, clareamus ſtudijs tibi placitæ actionis.

ORATIO DIEI TERTIÆ.

AD te Domine * interni clamoris vocibus proclamantes, vnanimiter poſtulamus, vt reſpectu gratiæ tuæ ſolidati, præcones virtutis efficiamur intrepidi, tuumq; valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

* interim clamoſis

ORIGO CONCILIORVM GENERALIVM,

QVO TEMPORE SCILICET CONCILIA Celebrari cœperint:

Et de Quatuor Concilijs principalibus, Ex Iſidoro.

CANONES generalium Conciliorū, à temporibus Conſtantini cœperunt. In præcedentibus namq; annis, perſecutione ſęuiēte, docendarum plebium minimè dabatur facultas. Deindè Chriſtianitas in diuerſas hęreſes ſciſſa eſt, quia non erat licentia epiſcopis in vnum conuenire, niſi tempore ſupradicti Imperatoris. Ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis liberè cōgregari. Sub hoc etiàm ſancti Patres in Concilio Niceno de omni orbe terrarum conuenientes, iuxta fidem Euangelicam & Apoſtolicam, ſecundùm poſt Apoſtolos ſymbolum tradiderunt. Quatuor autem principalia ſunt Cōcilia, ex quibus pleniſſimam fidei doctrinam tenent Eccleſiæ, tam de Patris & Filij & Spiritusſancti Diuinitate, quàm prædicti Filij & Saluatoris noſtri incarnatione.

Concilij primi Niceni celebritas.

Quatuor celeberrima concilia quæ.

1 Prima harum, Nicena ſynodus eſt, trecentorum decem & octo Epiſcoporum, ſub Conſtantino Auguſto Imperante peracta, in qua Arrianę perfidię blaſphemia condemnata, qua inæqualitatem ſanctæ Trinitatis idem Arrius aſſerebat, conſubſtantialem Deo patri Dei filium eadem ſancta Synodus per ſymbolū definiuit.

2 Secunda ſynodus eſt centum quinquaginta Patrum ſub Theodoſio Seniore Cōſtantinopoli congregata, quę Macedonium Spiritumſanctum Deum eſſe negantem condemnans, conſubſtantialem Patri & Filio eundem Paracletū demonſtrauit, dās latiùs ſymboli formam, quā tota Gręcia & Latinitas in Eccleſijs pręclicat.

3 Tertia ſynodus eſt Epheſina prima ducentorum Epiſcoporum, ſub iuniore Theodoſio Auguſto edita, quæ Neſtorium, duas perſonas in Chriſto aſſerentē, iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere *in duabus naturis vnam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

4 Quarta ſynodus eſt Chalcedonenſis, ſexcentorum triginta ſacerdotum, ſub Martiano principe habita, in qua Eutychem Conſtantinopolitanum abbatem, verbi Domini & carnis vnā naturam pronunciantem, & eius defenſorem Dioſcorum, quondàm Alexandrinum Epiſcopum, & ipſum rurſùm Neſtoriū cum reliquis hæreticis, vna Patrum ſententia prędamnauit, prędicans eadem ſynodus Chriſtum Dominū ſic natum de virgine, vt in eo ſubſtātiam & diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. Hę ſunt (vt prędiximus) quatuor principales & venerabiles ſynodi, fidem Catholicam complectētes. Sed & ſi qua ſint Cōcilia, quæ ſancti Patres ſpiritu DEI pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor authoritatem omni manent ſtabilita vigore. Quorum etiàm geſta in hoc corpore condita continentur.

ITEM DE SYNODIS PRINCIpalibus, quibus in locis, quibus pro cauſis, quibus temporibus, quibus authoribus celebratæ ſint.

PRima ſynodus in Nicea trecentorum decem & octo Patrum, contra Arrium Alexandrinum presbyterū, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, Patrem ſcilicet maiorem, Filiū minorem, Spiritumſanctum creaturam, temporibus Conſtantini principis, Sylueſtri Papę Romani, Macarij Hieroſolymitani, Alexandri Cōſtantinopolitani, qui condemnata hęreſi, ſtatuerunt Canones * XX. Quorum author maximè præfatus ſanctus Alexander Epiſcopus fuit.

Quandò & cur prima ſynodus Nicena cōgregata.

* Immò Canones LXX. teſte Athanaſio, &c. Sed de illis plenè ſuo loco.

Secunda in Conſtantinopoli, centum quinquaginta Patrum contra Macedonium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui negabat Spiritumſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, Nectarij Conſtantinopolitani, qui condemnata hæreſi ſtatuerunt canones tres. Quorum maximè author Nectarius Conſtantinopolitanus fuit.

Quandò & cur I. Conſtantinopolitana.

Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam

Cur & quandò prima Epheſina.

non Dei, ſed hominis tantùm, genitricē, vt aliā perſonam carnis, aliam faceret Diuinitatis, temporibus Theodoſij magni principis, Cęleſtini Papæ Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Cyrilli Alexandrini. Qui duodecim capitula contra Neſtorij blaſphemiarum totidem capitula, authore eodem ſancto Cyrillo, anathematizando conſcripſerunt.

Cur & quandò Chalcedonenſis.

Quarta in Chalcedone ſexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Conſtantinopolitanum abbatem, qui aſſerebat Chriſtū poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolii Conſtantinopolitani: Qui, cōdemnata hæreſi, ſtatuerunt canones 27. Quorum author maximè idem Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus fuit.

Quandò, & cur ſecunda Cōſtantinopolitana.

Quinta Conſtantinopoli contra Theodorū Mopſueſtenum & omnes hæreticos: qui Theodorus dicebat, alium Deum eſſe verbum, & aliū Chriſtum, & ſacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe, temporibus Iuſtiniani Principis, Vigilij Papę, Domini Antiocheni, Eutychii Conſtantinopolitani; qui Quatuordecim capitula anathematizando, ſcripſerunt contra Theodori & ſociorum eius blaſphemias.

Cur & quandò tertia Cōſtantinopolitana.

Sexta in Conſtantinopoli, CLXX. Patrū contra Macarium Antiochenum Epiſcopum & ſocios eius, qui vnam voluntatem & operationem in CHRISTO falſa ſuſpicione adſtruebant, temporibus Conſtantini Principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Cōſtantinopolitani. Qui condemnata hæreſi, anathematizando ſcripſerunt octo capitula.

Epiſtola Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi, ad Damaſum Papam.

Beatiſſimo Papæ Damaſo Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus:

Gloriam Apoſtolicæ Sedis, & veſtræ ſublimitatis gratiam noſtra humilitas exoret, vt ſtatuta, quæ reperire poteritis, poſt finē beati Principis Apoſtolorum Petri, vſq; ad veſtræ ſanctitatis principium, iuxta Apoſtolicæ Sedis authoritatem, quā cognouimus per veſtræ ſapientiæ ſanctitatem gubernari, nobis ſcripta mittere dignemini: quatenùs per veſtræ ſanctitatis nobilitatem atq; prudentiam noſſe valeamus, quæ in præfata ſancta Sede ſupradictis temporibus ſunt decreta, & qui aduersùs canonum Apoſtolorum inſtituta geſſerunt, cognoſcantur. Benè vale ſanctiſſime Papa, & ora pro nobis amātiſſime Pater. Data. 8. Kal. Martij. Item lecta Romæ, 5. Nonas Maii.

Reſcriptum B. Papæ Damaſi ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum.

Reuerendiſſ. fratri & Coepiſcopo Aurelio, Damaſus: Scripta ſanctitatis tuæ debita veneratione ſuſcepimus, in quibus ſinēre venerationē ac prudentiam tuam Apoſtolica inſtituta (vt dignū erat) cognouimus. Qua de re quædam ex his, quæ petiſti, miſimus: & quędā adhuc, cùm iterùm miſeris, mittere cupimus. Nullam tamen à B. Petri principis Apoſtolorum fine, prædeceſſorum noſtrorum prætermiſimus, de quorum ſtatutis aliquid tibi per Ammoniū presbyterum, & Felicem diaconum, ſub certis ſignaculis non mitteremus. Quæ te & cuſtodire optamus, & aliis prædicanda ac publicanda mandamus, vt ab omnibus inuiolatè debita veneratione cuſtodiātur, & inuiolatè ſeruent, atq; ab omnibus futuris tēporibus diligenter venerent: quia violatores voluntarii canonum, grauiter à ſanctis Patribus iudicant, & à Spiritu-ſancto (cuius inſtinctu ac dono dictati ſunt) dānantur: qm̄ blaſphemare Spiritumſanctū non incongruè vnr, qui contra eoſdē ſanctos Canones nō neceſſitate cōpulſi, ſed libenter, vt pfixū eſt) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſpontè cōſentiunt. Talis. n. pſūptio manifeſtè vnū genus eſt blaſphemannū Spiritumſanctum, qm (vt iā. plibatū eſt) cōtra eū agit, cuius impulſu & gratia ijdē ſancti editi ſunt canones. Diabolica verò nequitia pleroſq; ſubtiliter fallere ſolet, & ità quorūdā imprudentiā p ſimilitudinē pietatis ſæpiſſimè illudit, vt p ſalutaribus nocitura ſuadeat. Idcircò norma ſanctorū Canonū, q ſunt Spiritu Dei cōditi, & totius mundi reuerētia cōſecrati, fideliter à nobis eſt ſcienda, & diligenter tractanda, nè quouis modo ſanctorū Patrū ſtatuta abſq; ineuitabili neceſſitate, qd abſit, tranſgrediamur: ſed fideliſſimè p ea gradiētes, cū eis q eos inſtinctu cōdiderunt diuino, mercedis gloriam & laboris cumulū, eorū meritis, auxiliāte Dño, habere mereamur. His itaq; ritè deliberatis, & ad Eccleſiarū veſtrarū notitiā nr̄a deliberatione perlatis, parēre, vos eorundē ſanctorū canonū Regulis ſummoperè cōuenit, nè in aliquo eis obuiare quorundā ignauia faciat: ſed veſtra ſapiens & ſana doctrina, quæ cupit vos per omnia placere Deo, illis cohæredes & comparticipes cęleſtis regni, in ſedibus fideles cooperatores oſtendat. Data * XVI. Kalend. Iunij, Gratiano & * Cyricio; quartò conſulibus. *xj. * Syricio * Equitio

ISIDORI IN SVAM CANONVM COLLECTIONEM PRÆFATIO.

Iſidorus peccator, ſeruus Chriſti, cōſeruo ſuo & parenti fidei, in Dño ſalutē: Cōpellor à multis tā Epiſq̄ reliqs ſeruis * Chriſti, canonū ſentētias colligere, & in vnū volumē redigere, & de multis vnū facere, ſed hoc me oppidò conturbat, q diuerſæ interpretationes varias ſnīas faciūt, & licèt vnus ſit ſenſus, diuerſæ tñ ſunt ſnīæ, & aliæ longiores, aliæ breuiores. Ea verò cōcilia, q Grꝑco ſunt edita ſtylo, ampliùs quā tripliciter aut qua- * Dei,

quadrupliciter interpretata atq; cóſcripta repe
rimus. Quòd ſi veritas eſt q̃rẽda è pluribus, Grę
corũ ſequamur ſtylũ, eorumq; imitemur editio
nes atq; exẽplaria. Sin minùs, ipſi dicãt atq; ex-
ponant, q̃bus tot ſunt exẽplaria, quot codices.
* Romano Nobis tñ vr̃, cùm in * nr̃o diſcrepauerint ſermo
ne, vt vnitas & veritas ab ipſis q̃rẽda ſit, quorũ
lingua edita eſſe noſcunt. Qđ & nos fecim⁹, & ſi
cut à veris eorũ reperim⁹ magiſtris, ĩ volumine
cui hęc p̃ponit̃ p̃fatiũcula, inſerere curauim⁹.

Canon aũt Gręcè, Latinè Regula nũcupat̃. re
gula aũt dicta, q̃ rectè ducit, nec aliquãdò alior
sùm trahit. Alij dixerũt regulã dictã, vel q̃ re-
gat, vel q̃ normã rectè viuẽdi p̃beat, ſiue q̃ di-
ſtortũ prauumq; qđ corrigat. Synodũ aũt dñt
ex Gręco interpretari comitatũ, vel cœtũ. Con-
cilij verò nomẽ, tractũ ex more Romano. Tem
pore.n. quo cã agebat̃, cõueniebant oẽs in vnũ,
cõiq; intẽtione tractabãt. Vndè & cõciliũ à cõi
intẽtione dictũ, quaſi cõſiliũ: & cõſiliũ, quaſi cõ
ſidiũ, d in l literã trãſeunte: Vel cõciliũ dictũ ex
cõi intẽtione, eò q̃ in vnũ oẽs dirigãt mẽtis ob-
tutũ. Cilia.n. oculorũ ſunt. Vndè & qui ſibimet
diſſentiũt, nõ agũt cõciliũ, quia nõ ſentiũt vnũ.
Cœtus verò, cõuetus eſt vel cõgregatio, à cocun
do.i. cõueniẽdo in vnũ. vndè & cõuẽtus eſt nũ-
cupatus, q̃ oẽs ibi cõueniãt: & ſicut cõuẽtus cœ
tus, ſic conciliũ dr̃, à ſocietate multorũ in vnũ.

In principio verò voluminis huius; qualiter
cõciliũ apud nos celebret̃, poſuimus: vt qui no-
ſtrũ ordinẽ ſequi voluerint, ſciant qualiter hoc
agere debeant. Qui aũt hoc agere meliùs elege-
rint, faciãt qđ iuſto, canonicoq;, atq; ſapientiſſi
mo cõſilio iudicauerint. Deniq; pp eorũ autho
ritatẽ cęteris cõcilijs p̃poſuimus canones qui di
cunt̃ Apoſtolorũ, licẽt à quibuſdã apocryphi dĩ
cantur, qm̃ plures eos recipiũt, & ſancti patres
eorũ ſnĩas ſynodali authoritate roborauerunt,
& inter canonicas poſuerunt cõſtitutiõnes. De-
indè quarundã epiſtolarũ decreta virorũ Apo-
ſtolicorũ interſeruimus, i. Clemẽtis, Anacleti,
Euariſti, & cęterorũ Apoſtolicorũ, quas potui-
mus hactenùs reperire epiſtolas vſq; ad Sylue-
ſtrũ Papã. Poſtmodũ verò Nicenã ſynodũ cõſti
tuimus pp authoritatẽ eiuſdẽ magni cõcilij. De-
incèps diuerſa cõcilia Græcorũ & Latinorũ, ſi-
ue q̃ anteà, ſeu q̃ poſtmodũ facta ſunt, ſub ordi
ne numerorũ ac tẽporũ capitulis ſuis diſtincta,
ſub huius voluminis adſpectu locauimus, ſubij-
cientes ẽt reliqua decreta p̃ſulũ Roman. vſq; ad
S. Gregoriũ, & quaſdã epiſtolas ipſius, in q̃bus
pro culmine Sedis Apoſtolicæ nõ impar conci
liorũ extat authoritas, quatenùs Eccleſiaſtici or
dinis diſciplina in vnũ à nobis coacta atq; dige
ſta, & ſancti p̃ſules paternis inſtituant̃ regulis,
& obediẽtes Eccleſiæ miniſtri vel populi ſpiri-
tualibus imbuant̃ exẽplis, & nõ malorũ hoĩm
prauitatibus decipiant̃. Multi.n. prauitate & cu
piditate depreſſi, accuſantes ſacerdotes oppreſ-
* compoſuerunt, ſerunt. Ideò ſancti Patres leges * conſtituerunt,
quas ſanctos C A N O N E S appellauerunt. Mul
ti ergò idcircò alios accuſant, vt ſe p illos excu-
ſent, aut eorum bonis ditent̃. Pleriq; verò boni
Chriſtiani ꝑptereà tacẽt, & portãt aliorũ pec-
cata q̃ nouerũt, quia documẽtis ſępè deſerunt̃,
quibus ea q̃ ipſi ſciunt, iudicibus Eccleſiaſticis
probare nõ p̃nt: qm̃ licèt vera ſint q̃dã, nõ tñ
iudicibus credenda ſunt, niſi q̃ certis indicijs
demonſtrant̃, niſi q̃ manifeſto * indicio cõuin- * iudicio
cunt̃, niſi q̃ iudiciario ordine publicant̃. Nul-
lus.n. qui ſuis eſt rebus ſpoliatus, aut à ſede ꝑ-
pria, vi aut terrore pulſus, anteq̃ oĩa ſibi ablata,
ei legibus reſtituantur, & ipſe pacificè diù ſuis
fruat̃ honoribus, ſediq; ꝓprię regulariter reſti
tutus, eis multo tp̃e liberè potiat̃ honore, iuxta
canonicã accuſari, vocari, iudicari, aut damnari
inſtitutionẽ pt. Vndè & Eccleſiaſtica hiſtoria ab
Euſebio Cæſareeñ Ep̃o confecta, de mulierẽ,
quadã, quæ pro caſtitate à marito accuſabatur:
ait: Præceptũ vel * interdictum eſt ab impera- * indictũ
tore lege lata, vt primò permitteretur ei rem fa
miliarem liberè diutiùs ordinare, tũ deindè re-
ſpondere obiectis, Hæc omnes leges, tam Eccle
ſiaſticæ quàm & vulgares publicæq; p̃cipiunt.

Horũ verò cõcinnãtia ſi oĩa ponerent̃, antè
deficeret dies, q̃ horũ ſingula explicarem, & ni-
mis ꝓlixa fieret epiſtola. Ex pluribus tñ aliqua
hîc ad prouocationẽ aliorũ inſerere iudicaui-
mus. Ait nãq; S. Leo Romanę Eccleſię antiſtes
in epiſtola Chalcedonenſi cõcilio miſſa, cuius
initiũ eſt, Leo Ep̃s Synodo Chalcedonenſi: Op-
tauerã quidẽ dilectiſſimi & rel. In qua inter cæ
tera ſic teſtat̃, dicẽs: Quia verò ignoramus; per
prauas æmulationes multarũ Eccleſiarũ ſtatũ
fuiſſe turbatũ, plurimoſq; fratres iniuſtè ſedi-
bus ſuis pulſos, & in exilia deportatos, atq; in
locũ ſuperſtitũ alios ſubſtitutos, his primitùs
vulneribus adhibeatur medicina iuſtitiæ. Nec
quiſquã ità careat ꝓprijs, vt alter vtat̃ alienis.
Quẽ ità errorẽ oẽs reliquãt, vt nemini quidem
perire honor dẽat, ſed prioribus Ep̃is cũ omni
priuilegio ſuo ius ꝓpriũ reformet̃. Eadẽ & an-
tiqui Ap̃lici, qui fuerũt ante ſynodũ Nicenam,
ſanxerũt. Eadẽ ſynodus q̃ habita eſt in * Lariſſa * Lampſaco ſub Valentiniano,
ſub Valeriano, loquit̃. Eadẽ plurimę Rom. ſyno
di teſtant̃. Eadẽ Papa Symmachus & cęteri ſan
cti patres ſanxerũt. Quorũ ſtatuta, ꝓlixitatẽ vi-
tantes, hîc inſerere diſtulimus. Si quis aũt hæc
pleniùs ſcire & legere voluẽrit, ſuis in authori-
bus inuenire & legere pleniter poterit. Nobis
verò hæc in p̃fatiuncula iſta ſufficiãt. Et ſicut mi
liti ex multis armis illa ſufficiunt, q̃ ferre con-
gruẽter ſup ſe poterit, ſic nobis de multis ſentẽ
tijs una aut duæ, uel quãtũ tũc tp̃is neceſsè fue-
rit, ſufficiunt: qm̃ ſicut cũ uno telo aut duobus
inimicũ uincimus, ſic cũ una aut duabus ſentẽ-
tiis authoritate plenis, ęmulũ ſuperamus. Si.n.
de mulierib. & ſecularib. hõibus hęc cõſtituta
ſunt, multò magis Ecl̃iaſticis uiris & ſacerdoti-
bus ſunt cõceſſa. Hæc eadẽ verò & Eccleſiaſtica
iura iubẽt, & ſeculi leges p̃cipiũt. Similiter accu
ſatores, & accuſationes, quas ſeculi leges prohi-
bẽt, canonica funditùs repellit authoritas. Syno
dorũ verò cõgregãdarũ authoritas, Ap̃licæ Se-
di priuata cõmiſſa eſt p̃tãte: nec vllã ſynodũ ra-
tã eſſe legimus, q̃ eius nõ fuerit authoritate cõ-
gregata

gregata vel fulta. Hæc canonica teſtatur authoritas, hæc hiſtoria eccleſiaſtica roborat, hæc ſancti patres confirmant.

§ Scire autem vos LXXX. Epiſcopos, qui hoc opus me incipere & perficere coegiſtis, & cunctos reliquos Domini ſacerdotes oportet, quòd plura quàm illa viginti capitula, quæ apud nos habentur, Nicenę ſynodi reperimus, & in Decretis Iulij Papæ lxx. capitula eiuſdem ſynodi eſſe debere legimus. Quam epiſtolam in ſuo ordine inter cætera decreta Apoſtolicorum poſuimus, hęc ſcrutãtibus, & cunctis nôſſe volentibus rimanda. Nam quòd plura quàm viginti capitula ſint Niceni Concilii, in mulós inuenitur locis. Legitur enim in Conſtantinopolitano concilio ità: Manifeſtum eſt quòd illa quæ ſunt per vnamquamq; prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet, ſicut Niceno cõſtat decretum eſſe concilio. Legitur & in epiſtola Innocenöj Papæ, Victricio Rothomagenſi epiſcopo directa, ità: Si quæ cauſæ vel contentiones inter clericos & laicos, vel inter clericos tã maioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ: placuit vt ſecundùm ſynodum Nicenam, congregatis omnibus eiuſdem prouinciæ Epiſcopis, iudicium terminetur, & reliq. Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Alexandrinus epiſcopus, ſuis in epiſtolis meminit, in concilio Niceno ſtatutum eſſe, vt ab viij. Idus Martii, vſq; in diem Nonarũ April. diebus ſcilicet xxviii. qualiſcũq; luna nata fuerit, in quolibet medio ſpatio * perhibet facere initium primi menſis, quartamdecimam verò, à xij. Kal. April. vſque * in xviii. Kalend. Maii, ſolerter inquiri, & ſi die ſabbatorum inciderit, conſequenti die Dominico, id eſt, luna 15. paſcha celebrare conſcripſit: & ſi die Dominico luna * 13. eiuſdem menſis, id eſt, primi menſis euenerit, ipſa hebdomada tranſmiſſa, * in alterum diem Dominicum paſcha ſinè dubio celebrare conſcripſit. His & aliis quamplurimis exemplis patet, plura eſſe quàm viginti Niceni Concilij capitula, & veram eſſe prædictam Iulij Papæ epiſtolam. Nobis autem quidam è conſortio fratrum noſtrorum Orientales, teſtati ſunt ſe vidiſſe concilium Nicenum, habens potiorem IIII. Euangeliorum magnitudinem, continens in ſe ſeſſiones epiſcoporum, & introductiones, iudiciaq; querimoniarum * atque definitiones, & conſtitutiones, necnon & ſubſcripoones eorum: ad cuius ſimilitudinem magnum Chalcedonenſe concilium conſcriptum eſſe confirmauerunt, & demùm alia Conſtantinopoli * condita, vnum videlicet ſub Iuſtiniano Imperatore, contra Dei impugnatores Origenem, Didymum & Euagrium; & aliud temporibus Agathonis Papæ, & Conſtantini Imperatoris contra Macarium Epiſcopum & Stephanum eius diſcipulum, ac reliquos Epiſcopos, qui pro frumẽto zizania in Eccleſia ſeminauerunt, vinum miſcuerunt aquæ, & proximo potum dederunt * euerſione turbida, & tãquàm lupi, agni ſimulabant mendacium, & veritas vt mẽdaciũ refutabatur. § Nôſſe etiam oportet (licèt cætera non infirmẽtur) quatuor eſſe principalia concilia, &c. Vide paulò ſuprà.

De nu. Nicenorum Canonũ ſuo loco plura.

* ad

* 14

* ad

*

* edita

* euerſionem turbidam,

Primò quidem ordo, vt prædictum eſt, de celebrando concilio incertus habetur, & poſtmodùm Canonũ Apl'orũ, ac primiorũ Aplicorũ (id eſt, à ſancto Clemente v. q; ad ſanctum Syluestrum) decretorum, atque diuerſorum conciliorum breuiariũ interpolat, ſequens ordinẽ ſuũ.

TRACTATVS DE PRIMATV ROMANÆ ECCLESIAE.

Deut. 17.

SI difficile & ambiguum apud te iudiciũ eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinẽ, & cauſam & cauſam, & iudicũ intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit illo tempore: quęresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem: & facies quodcunq; dixerint, qui pręſunt loco, quẽ elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: ſequérisq; ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbiêrit, nolẽs obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael. cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deincèps intumeſcat ſuperbia.

Sacerdotis ſummi imperio obediendum ex lege diuina.

ANacletus ſeruus ſeruorum Dei, omnibus Epiſcopis & reliquis Chriſti ſacerdotibus ſalutem: Sacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut ipſe Petro beato Apoſtolo dixit: (Tu es Petrus, & rel.) Ergò hæc Apoſtolica ſedes, cardo & caput omnium Eccleſiarum à Domino, & nõ ab alio, eſt cõſtituta: & ſicut cardinẽ oſtium regitur, ſic huius ſanctę Sedis authoritate omnes Eccleſię, Domino diſponente, reguntur. Igitur ſi quæ cauſæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ Sedis apicem eas quaſi ad caput referte, vt Apoſtolico terminentur iudicio.

Diſti. 22. ca. Sacroſancta. Idem Diſ. 21. cap. In nouo. Matt. 16.

ZEphyrinus Romanæ vrbis archiepiſcopus, omnibus Epiſcopis ſalutem: Ad Romanam Eccleſiam ab omnibus, maximè tamen ab oppreſſis, appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrẽ: vt eius vberibus nutriantur, authoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus

2. q. 6. cap. Ad Romanam.

releuen-

releuentur: quia non poteſt nec debet obliuiſci mater filium ſuum. Iudicia enim Epiſcoporū, maioresq; Eccleſiæ cauſæ, à Sede Apoſtolica, & non ab alia, ſunt terminādæ: quia licèt in alios transferantur Epiſcopos, beato tamen Apoſtolo Petro dictum eſt: (Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cęlis: & quæcunq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlis.

Matt. 16.

Diſtin. 12. cap. Nō decet.

CAliſtus Archiepiſcopus Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ, omnibus Epiſcopis ſalutem: Non decet à capite membra diſſidere, ſed iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium, omnia mēbra caput ſequantur. Nulli verò dubium eſt, ꝙ Apoſtolica Eccleſia mater ſit omnium Eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenùs cōuenit deuiare: & ſicut Dei filius venit facere voluntatē patris ſui, ſic & vos voluntatem veſtræ implete matris, quæ eſt Eccleſia. Quicquid ergò ſinè diſcretione iuſtitię contra huius diſciplinā actum fuerit, ratum habere ratio nulla permittit.

FAbianus Epiſcopus Romæ, omnibus Epiſcopis ſalutem: Si in rebus ſecularibus ſuū cuiq; ius & proprius ordo ſeruandus eſt, quantò magìs in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci confuſio? quod hac obſeruatione ſeruabitur, ſi nihil poteſtati, ſed totum æquitati tribuitur.

IDEM: Si quis iudicem ſibi aduerſum ſenſerit, vocem appellationis adhibeat. Appellantē autem non debet afflictio vlla aut detentionis iniuriare cuſtodia, ſed liceat appellatori vitiatā cauſam appellationis remedio ſubleuare. Liceat etiàm in cauſis criminalibus appellare, nec vox appellationis denegetur ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinârit. Pulſator ante ſuum iudicem cauſam dicat, & non ante ſuum iudicem pulſatus: ſi voluèrit, taceat. & vt pulſatis, quotiès appellauerint, induciæ dentur, nec quemquam non à ſuo iudice dicta ſententia conſtringat.

2. q. 6. cap. Licet cum ſeq.

SIxtus vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ epiſcopus, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ rectoribus ſalutem: Si quis veſtrûm pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctā & Apoſtolicam appellet Sedem, & ad eam quaſi ad caput, ſuffugium habeat, nè innocens damnetur, aut Eccleſia ſua detrimentum patiatur. Si autē neceſsè ei euenerit, eamq; minimè appellate voluerit: & vocatus tamen ab hac ſancta Sede fuerit, non renuat venire: ſed confeſtìm, vt ei nunciatum fuerit, venire feſtinet: & cauſas, pro quibus vocatus eſt, prudenter diſponat, atq; ſi fuerit neceſsè aliquid corrigere, cum his quos primos hìc inuenerit, corrigat. Ad Eccleſiam tamē ſuam non priùs reuertatur, quàm hinc literis Apoſtolicis vel Formatis pleniter inſtructus atque purgatus ſit, ſi fuerit vndè: vt poſtquā domum reuerſus fuerit, cognoſcāt vicini ſui, qualiter hìc ſuam aliorumque cauſam finiêrit, quatenùs * ea abſque aliqua ambiguitate nunciare & prædicare poſſit omnibus. Si quis autem aliter agere præſumpſerit, ſciat cenſuram huius Sedis cum omnibus membris ſuis ſibi non deeſſe

Ibidèm c. Si quis veſtrum.

* eam

venturam: & ſicut egerit, ità recipiet: ſi benè, benè: ſi grauè, grauè: ſi peſſimè, peſſimè: quoniam dignus eſt operarius mercede ſua.

Matth. 10.

SIlueſter Papa in generali reſidens ſynodo, dixit: Nemo iudicabit primam Sedem, iuſtitiam temperare deſiderantem: neque enim ab Auguſto, neque ab omni clero, neq; à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

9. q. 3. Nemo iud.

IVlius Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus, omnib. Epiſcopis ſalutē: Habet ſacroſancta Romana Eccleſia poteſtatem, ſingulari ſibi priuilegio conceſſam, aperire & claudere ianuas regni cęleſtis, quibus voluerit.

GElaſius Epiſcopus omnibus Epiſcopis: Cuncta per mundum nouit Eccleſia, ꝙ ſacroſancta Romana Eccleſia de omni Eccleſia fas habeat iudicandi: neq; cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, ſiquidem ad illā de qualibet mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus. Sed nec illa prętérimùs, quòd Apoſtolica Sedes ſinè vlla ſynodo pręcedente exoluendi quos ſynodus iniqua damnauerat: & damnandi, nulla exiſtente Synodo, quos oportuit, habeat facultatem: & hęc nimirùm pro ſuo principatu, quem B. Petrus Apoſtolus Domini voce & tenuit ſemper, & retinebit.

Ibidem c. Cuncta per mundum.

SYmmachus Papa vniuerſis Epiſcopis: Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminare, ſacro verò ſanctæ Sedis Romanę pręſulem ſuo ſinè quæſtione reſeruauit arbitrio: voluit B. Petri ſucceſſores cęlo tantùm debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam.

Ibidèm c. Aliorum.

VIgilius Papa dilectiſſimo fratri Euthero coepiſcopo: Nulli vel tenuiter ſcienti, vel pleniter ſapienti dubium eſt, quòd Eccleſia Romana fundamentum & forma ſit Eccleſiarum, à quo omnes Eccleſias principium ſumpſiſſe nemo rectè credentium ignorat: quoniam licèt omnium Apoſtolorum par eſſet electio, beato Petro tamen conceſſum eſt, vt cęteris pręmineret: vndè & Cephas vocatur, quia caput & primus eſt omnium Apoſtolorum: & quod in capite pręceſſit, in membris ſequi neceſſum eſt. Quamobrèm ſancta Romana Eccleſia, eius merito Domini voce conſecrata, primatum tenet omnium Eccleſiarum: ad quam tam ſancta Epiſcoporum negocia atque querelæ atque iudicia, quàm & maiores Eccleſiarum quæſtiones quaſi ad caput ſemper referendę ſunt. Nam & qui ſe ſcit aliis eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe pręlatum. Ipſa nanque Eccleſia quæ prima eſt, ità reliquis Eccleſijs vices ſuas credidit largiendas, vt in partem vocatæ ſint ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vndè omnium appellantium Sedem Apoſtolicam, Epiſcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negocia cauſarum, eidem ſanctæ Sedi reſeruata eſſe liquet, præſertim cùm in his omnibus eius ſemper ſit expectandum conſilium, cuius tramiti ſi quis obuiare tentauerit ſacerdotum,

Ioan 1.

2. Quæſt. 6. Qui ſe ſcit alijs.

tum; cauſas ſe non ſinè honoris ſui periculo apud eandẽ ſanctam Sedẽ nouerit redditurũ.

GRegorius ſeruus ſeruorũ Dei, omnibus Epiſcopis per diuerſas prouincias conſtitutis: Diuinis præceptis & Apoſtolicis ſaluberrimis incitamur monitis, vt pro omnium ſtatu impigro vigilemus affectu: & quia cunctarum diſpoſitione diuina Eccleſiarum curã gerimus, omnibus noſtra poſcentibus ſuffragia. Apoſtolica authoritate ſubuenire optamus: quoniã diuinæ virtutis & infirmitatis humanæ ſanctio eſt, vt omnium Eccleſiarum negocia ad noſtræ reparationis tẽdant effectum. Quapropter has ad vos literas deſtinamus, in quibus decreto noſtro veſtram rogantes charitatẽ mandamus, vt nihil priùs de eo, quod ad ſinum ſanctæ Romanæ confugit Eccleſiæ, eiusq; implorat auxilium, decernatur, quàm ab eiuſdẽ Eccleſiæ fuerit præceptum authoritate: quæ vices ſuas itâ alijs impartiuit Eccleſiis, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Si autem, quod non arbitramur, à quoquã ſecùs præſumptum fuerit: ab officio cleri ſubmotus, Apoſtolicæ authoritatis reus ab omnibus iudicetur, nè lupi, qui ſub ſpecie ouiũ ſubintràrunt, beſtiali ſæuitia quoſque audeant dilacerare: & quod ſibi fieri nolunt, alijs inferre præſumant.

Diſti. 12. Præceptis.

IDEM eiſdem: Præceptis Apoſtolicis nõ dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam quę à ſancta Romana & Apoſtolica authoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdem ſanctę Eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrum, communionẽ habere deſideratis. Nõ nouum aliquid præſenti iuſſione præcipimus, ſed illa quæ olim indulta videntur, firmamus, cùm nulli dubium ſit, quòd non ſolùm pontificalis accuſatio, ſed omnis ſanctæ religionis relatio, ad Sedem Apoſtolicam quaſi ad caput Eccleſiarum, debeat referri, & indè normam ſumere, vndè ſumpſit exordium, nè caput inſtitutionis videatur omittere, cuius authoritatis ſanctionem omnes teneant ſacerdotes, qui nolint ab Apoſtolica, ſuper quã Chriſtus vniuerſalem fundauit Eccleſiam, ſoliditate diuelli. Si quis hęc Apoſtolicę Sedis pręcepta non obſeruauerit, percepti honoris hoſtis eſſe non dubitetur.

Diſt. 19. Nulli fas.

Io eiſdem: Nulli fas eſt, vel velle vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta, nec eius diſpoſitionis miniſterium, quod omniũ ſequi oportet charitatem. Sit ergò ruinæ ſuæ dolore proſtratus, quiſquis Apoſtolicis voluerit cõtraire decretis: nec locum deinceps inter ſacerdotes habeat, ſed extorris à ſãcto miniſterio fiat, nec de eius iudicio quiſquam poſteà curam habeat: quoniam iam damnatus à ſancta & Apoſtolica Eccleſia eiusq; authoritate, pro ſua inobedientia atq; præſumptione, à quoquam eſſe non dubitatur, quia maioris excommunicationis deiectione eſt exigendus, cui ſanctæ Eccleſiæ commiſſa fuerit diſciplina: qui non ſolùm præfatæ ſanctæ Eccleſiæ iuſſionibus parére debuit, ſed etiàm alijs, nè præterirent, inſinuare. Sit ergò alienus à diuinis & põtificalibus officijs, qui noluit præceptis obedire Apoſtolicis.

Si quis ſuper his nos arguere voluerit, aut extra authoritatem facere contenderit, veniat ad ſedem Apoſtolicam, quò omnia Eccleſiaſtica negocia, de quibus quæſtio habetur, cõfluere iuſſa ſunt: vt ibi ante cõfeſſionem ſancti Petri mecùm iuſtè decertet, quatenùs inibi vnus ex nobis ſententiam ſuſcipiat.

17. q. 4. Nemini.

NIcolaus Papa omnibus Epiſcopis: Nemini licitũ eſt de Sedis Apoſtolicæ iudicio iudicare, aut illius ſententiã retractare permiſſum, videlicet propter Romanæ Eccleſiæ primatum, Chriſti munere in Petro Apoſtolo diuinitùs collatum.

Cyp. in tracta. de ſimplic. prælatorum. 24. q. 1. c. Loquitur Dñs. Matt. 16. Ioan. 20.

CAecilius Cyprianus in epiſtola ſua dicit ità: Loquitur Dominus ad Petrum: (Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam.) Super vnum ędificat Eccleſiam, & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: (Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritumſanctum:) tamẽ vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem, ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant vtiq; cęteri Apoſtoli, quod fuit Petrus: pari conſortio prędіti & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna monſtretur, quam vnã Eccleſiam etiam in Cantico canticorum Spiritusſanctus ex perſona Domini deſignat, & dicit: (Vna eſt colũba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuę.) Hanc Eccleſię vnitatem & beatus Apoſtolus Paulus docet, & ſacramentum vnitatis oſtendit, dicens: (Vnum corpus, & vnus ſpiritus, vna fides, vnũ baptiſma, vnus Deus.) Quam vnitatem tenere firmiter & vindicare debemus, maximè nos Epiſcopi, qui in Eccleſia pręſidemus, vt Epiſcopatum quoq; ipſum vnum atq; indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei virtutẽ perfida pręuaricatione corrumpat.

Cant. 6. Ephe. 4.

Ibid. in Cyp.

Idem: Epatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur: Eccleſia vna eſt, q̃ in multitudinem latiùs incremento fęcunditatis extendit, quõ ſolis multi radij ſunt, ſed lumen vnũ: & rami arboris multi ſunt, ſed robur vnũ tenaci fundatũ radice: & quõ de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licèt diffuſa videat exundantis copię largitate, vnitas tñ ſeruat in origine. Auelle radiũ ſolis à corpore, diuiſionẽ lucis vnitas nõ capit: ab arbore frãge ramum, fractus germinare nõ poterit: à fonte ꝑcide riuũ, ꝑcisus areſcit: ſic & Eccleſia Dñi luce ꝑfuſa, ꝑ orbẽ totũ radios ſuos porrigit: vnũ tñ eſt, qđ vbiq; diffundit, nec vnitas corporis ſeparat. Ramos ſuos in vniuerſam terram copia hubertatis extendit, profluentes largiter riuos latiùs pãdit: vnum tñ caput eſt, & origo vna, & vna mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit.

Idem:

Ibidem. Idem: Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt: habere nõ poteſt Deum patrem, qui vniuerſalis Eccleſiæ non tenuerit vnitatem.

Hactenùs ex codice antiquo.

SVfficerent quidem iſta apud eos Chriſtianos, qui pareant & ſimpliciter credunt quicquid tradit ac tenet ſancta mater Eccleſia. Cũ autem noſtra ętate Sedis Apoſtolicæ authoritas à plurimis Belial & inobedientiæ filiis, nõ ſolùm reuocetur in dubium, ſed etiam editis libellis impugnetur, pluribus profectò & ſcripturarum teſtimonijs, & ſanctorum patrum adſtipulationibus debet primatus Petri & ſucceſſorũ eius affirmari. Id quod efficaciter pſtiterũt: Superiori ætate D. Thomas opuſculo cõtra errores græcorũ: D. Antonin. 3. p. Summæ Car. Turrecremata lib. 2. Sum. Thomas Vuald. lib. 2. Doctrin. fidei, & Patrum, ac noſtra ætate Cardinales Caietanus, Roffenſis, Contarenus, Polus, Oſius; & alij variorum ordinum. Catharinus Ecchius. Pyghius Ioannes Faber. Iacobus Latomus, Cochleus. Campegius, Ioan. Anton. Delphin. Petrus à Soto. Alphonſus de Caſtro, Alanus Copus, Melchior Canus, Ioan. à Louanio, Frãciſcus Turrianus, Remũdus Ruffus, Nicolaus Sãderus, erud. octo lib. de viſib. Monarch. Eccl. & alij plurimi. Copioſiſſimè enim ſimul & ſolidiſſimè oſtẽderunt ex ſacris literis, ex antiquis cõcilijs, ex Apoſtolicis decretis, ex antiquiſſimis patribus, ex probatiſſimis Eccleſiæ Doctoribus, ex legibus deniq; publicis, & approbatis hiſtorijs rem hanc ità clarè deduxerunt, vt de ea nemo amplius dubitare queat, niſi qui per hæreſim, & rebellionẽ penitùs eſt
Tit. 3. ſubuerſus, ac iudicio ꝓprio (vt ait Apoſtolus) condemnatus. Cùm autẽ iſtorum libri nõ omnibus paſſim ſint ad manum, operępretiũ fuerit hìc aliquot teſtimonijs propoſitum confirmare: nè lector dubio aut ſuſpenſo animo tot ac tam pręclara ac pia veterum Romanorum Pontificum decreta, quæ nunc eduntur, legat: cui profectò omnem dubitationis ſcrupulũ, ſi non obſiſtat rebellionis aut odij affectus, ſequentes poterunt authoritates eximere. Ipſe enim Dñs & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus in
Matth. 16. ſingularem prærogatiuam ſic loquitur in Euãgelio ad Petrũ: (Beatus es Simon bar Iona, quia
» caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater
» meus &c.) Item, (Tu es Petrus, & ſuper hãc Pe-
» trã ædificabo Eccleſiam meam.) Tertiò, (Tibi
» dabo claues regni cęlorum, & quodcunque li-
» gaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis.)
Luc. 22. Quartò, (Ego rogaui pro te, vt non deficiat fi-
» des tua: & tu aliquandò conuerſus, confirma
Ioan. 21. fratres tuos.) Quintò, (Simon Ioannis, diligis
» me plus his? Paſce agnos meos, Paſce oues meas.
Hęc ꝓfectò ſingulariter Petro, primo Romanæ Eccleſię Pontifici, nulli aliorũ Apoſtolorũ,
Matth. 10. dixit Dñs. Sunt & alia plura Euangelij loca, ex
Marc. 3. quibus Petri primatũ haud obſcurè obſeruare
Luc. 6. liceat. Vbiq;.n. in Apoſtolorũ catalogis primo loco ponit Petrus, licèt vocatione primus non fuerit, & non rarò nominatim præ alijs cõmemoratur. Atq; pro ſoluẽda didrachma ait Dñs
illi ſpecialiter: (Vade ad mare, & mitte hamũ: Matth. 17.
& eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & »
aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illũ ſumẽs, »
da eis ꝓ me & te.) Neq; ſinè myſterio dixit ei, »
(Tu me ſequere,) vt. ſ. ſimili mortis genere eũ Ioan. 21.
ſequeretur, cuius in Eccleſia vices præ cæteris adminiſtraturus erat. Nec parui momenti eſt, ꝙ à ſe Petra Chriſtus Simonem, mutato nomi-
ne, Petrum vocauit: (Tu vocaberis (inquit) Ce- Ioan. 1.
phas, quod interpretatur Petrus, quia ſuper hãc »
petram ædificabo Eccleſiam meam.) Neq; ca- Matth. 16.
ret myſterio, ꝙ cùm Dñs poſt reſurrectionem ſuam ſe diſcipulis ſuis manifeſtaret iterùm ad mare Tiberiadis, ſolus Petrus, quum audiſſet
quia Dñs eſt, tunica ſe ſuccinxit, erat.n. nudus, Ioan. 21.
& miſit ſe in mare: alij autẽ diſcipuli nauigio
venerunt. Hoc quippe ſignũ fuit (vt ait S. Ber- Ber. lib. 2.
nardus) ſingularis pontificij Petri, per qđ non ad Eugen.
nauẽ vnam, vt cæteri quique ſuam, ſed ſeculũ ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare.n. ſeculum eſt: Naues, Eccleſiæ. Indè eſt, ꝙ altera vice Matthæi 14. & Marci 6. inſtàr Dñi gradiẽs ſuper aquas, vnicum ſe Chriſti vicarium deſignauit, qui nõ vni populo, ſed cunctis præeſſe de-
beret. Siquidem aquæ multæ, populi multi. So- Apoc. 17.
lus ergò ſupra mare iuſſus eſt venire ad Chriſtum, vt daretur intelligi, ꝙ totus orbis qui p mare eſt deſignatus, ſuæ ditioni parẽre debe-
ret. Neq; fruſtrà dictum Petro putat ſanctus Luc. 5.
Ambroſius, Duc in altum, hoc eſt, in profundũ diſputationum. Quid.n. tam altum, q̃ altitudi-
nẽ diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei videre, Rom. 11.
ſcire filiũ Dei, & profeſſionẽ diuinæ gñationis
aſſumere? Non turbatur itaq; nauis q̃ Petrum 24. q. 1.
habet, turbatur illa quæ Iudam habet. Per na- Non tur-
uem.n. Petri, quam Chriſtus aſcendit, Eccleſia batur.
ſignificatur. Sed & alia loca Euãgelij animaduertunt ſacri interpretes circa Petrum ad vniuerſalis Eccleſiæ curã ptinẽtia, velut Matt. 18.
(Accedens Petrus ad Ieſum, dixit: Dñe, quotiès »
peccabit in me frater meus, & dimittã ei?) Vbì »
ſanè tanq̃ præſes Eccleſiæ, fraternę correctionis modum diligenter p̃ alijs quæſiuit Apoſto-
lis. Et ſequenti capite, (Eccè,) inquit, (nos reli- Matth. 19.
quimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergò »
erit nobis?) Vbì Chryſoſtomus ait: Interrogat »
Petrus, vt tu inops diſcas, qm̃ in nullo hinc diminutus es. Qui.n. claues regni cęlorũ acceperat, ꝓ his q̃ ibi ſunt, confidit, & ꝓ orbe terrarũ interrogat. Inſtante itẽ tempore paſſionis,
ſoli Petro nominatim dixit Dñs: (Simon dor- Marc. 14.
mis? non potuiſti vna hora vigilare mecùm?) Luc. 22.
Vbì voluit oſtẽdere Chriſtus, Petrũ pręcęteris ex cõmiſſo ſibi officio dẽre vigilare. Sed & ab-
ſciſſio auriculæ, à beatis Ambr. & Greg. in my- Ambr. in
ſteriũ paſtorale trahit. Quarè tollit, inquiunt, Lucã lib.
aurẽ Petrus? Quia ipſe eſt, q accepit claues re- 9. cap. 95.
gni cęlorũ. Ille.n. cõdemnat, q & abſoluit, qm̃ ligãdi atq; ſoluẽdi idẽ adeptus eſt poteſtatem. Tollit aũt aurem malè audientis, tollit autem gladio ſpiritali aurẽ interiorem malè intelligẽtis. Hęc & id genus plura Euangeliorum loca,

ſym-

ſymbolicè ad Petri primatũ referunt à ſacrarũ literarũ interpretibus, etiàm antiquiſſimis, nõ modò Latinis, ſed & Græcis, quos recẽſere lõgum foret. Sunt & alia ſcripturæ loca tum in epiſtolis, tum in Actibus Apſorum, q̃ principẽ Apſorum fuiſſe Petrum, apertè declarant, vt

In art. 13.

Roffenſis Epus eleganter deducit, ſed hîc commodè referri pp prolixitatẽ non poſſunt. Satis itaq; fuerit pro ampliori huius rei declaratione, tres ex antiquis Eccleſiæ Doctoribus in teſtimonium accerſere. Hæc autem ſunt verba

Dionyſius de tranſitu Mariæ.

B. Dionyſij, quem Areopagitã vocant, capit. 3. De diuinis nominib. ad Timotheum. Namq; & apud ipſos Diuino ſpiritu plenos Pótifices noſtros, cùm & nos (vt nôſti) & pleriq; ex ſanctis fratribus noſtris ad contuendũ corpus illud, qđ authorẽ vitę, Deumq́; ceperat, conuenſſemus: (aderat aũt & frater Dñi Iacobus, & Petrus ſupremum decus, & antiquiſſimum Theologorum columen) vbi poſt cõtuitum placuit, vt infinitè potentem diuinæ infirmitatis bonitatem pontifices laudarent oẽs, quiſq; pro captu ſuo. Hæc ibi. Et alibi vocat Petrum nõ rarò ſummum & verticalẽ Apſum, quemadmodum

Chryſ. in Matt. homil. 55.

poſteà eundem vocauit B. Chryſ. os & principem Apſorum, verticem totius cõſortij paſtoremq́; ac caput Eccleſiæ. Sed & Cyrillus Origenesq́; & Theophilus, id genus epitheta illi attribuiſſe leguntur. Sic deindè antiquiſſimus Aphrorum ſcribit in libro de præſcriptionib. aduersùs hæreticos Tertullianus: Si Italiæ, in-

Tertullianus.

quit, adiaces: hẽs Romã, vndè nobis quoq; authoritas pſtò eſt. Felix eccleſia, cui totã doctrinam Apſi cum ſanguine ſuo profuderunt: vbi Petrus paſſioni Dñicæ adæquatur, vbi Paulus Ioãnis exitu coronatur, vbi Apſus Ioannes poſteaq̃ in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. Videamus quid didicerit, quid docuerit, &c. Hæc ille. An verò non eſt hoc grande teſtimonium, ab eo pſertim, q Romanis clericis inimicus fuiſſe legit? Sic an-

Irenæus lib. 3. c. 3.

tiquiſſimus item Latinorum ante mille trecentos quinquaginta annos ſcripſit Irenæus epus Lugdunenſis lib. 3. contra hæreticos: Maximè, inquit, & antiquiſſimę, & omnib. cognitę, à glorioſiſſimis duob. Apſis Petro, & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ eccleſię, eã quã habet ab apſis traditionem, & annunciatã hominib. fidem, p ſucceſſiones eporum peruenientẽ vſq; ad nos, indicantes, cõfundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſui placẽtiã malã vel vanã gloriã, vel p cęcitatẽ & malã ſniam, pręterq̃ oportet, colligunt. Ad hanc. n. eccleſiã propter potentiorẽ principalitatẽ neceſſe eſt oẽm conuenire eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndiq; fideles: in qua ſemper ab his, qui ſunt vndiq;, cõſeruata eſt ea, q̃ eſt ab apſis, traditio. His itaque, & id genus aliis rationibus & authoritatibus conſtat, Romanã eccleſiã ſemper habuiſſe primatum inter oẽs totius orbis eccleſias à tẽporibus apſorum in hãc vſq; horã. Vnde allegatur à Fabro Conſtantienſi Græcus author

* Hugo * Etherianus, qui tẽpore Emanuelis Imperatoris, in Latinorum ſentẽtiam tres libros de proceſſione ſpiritusſancti ſcripſit, vbi inter cætera his vtitur verbis: Quibus ex rebus liquidò claret, q̧ Petrum, eiuſq́; ſucceſſorem, principem Chriſtus & caput non modò Latinorum, Gręcorum, occidẽtis & ſeptẽtrionis vniuerſi, verùm etiam Armeniorum, Arãbũ, & totius orientis ac meridiani climatis in perpetuum conſtituit. Ob quam rem occidui ſolis limites vniuerſi, Petri ſucceſſorem ex tũc ſibi dñm recognoſcunt, & ſub illo præſule diriguntur, qđ omnes facere opportunum eſt. Hæc Græcus ille author. Hinc certè ſunt ampliſſima illa Sedis Apſicę priuilegia, quæ Iulius Papa & Athanaſius Patriarcha ad longum commemorant in epiſtolis ſuis ex concilio Niceno: quæ tñ & anteà huic ſedi fuiſſe attributa, ex hiſtoria Eccleſiaſtica, veterumq́; pontificũ decretis, haud obſcurè cognoſcitur. Ità. n. ante Nicenã ſynodum ſcripſit Marcellus Papa & martyr Maxentio epo: Synodũ eporum abſq; huius ſedis Romanæ authoritate (quamuis quoſdã epos poſſitis congregare) non poteſtis regulariter facere, neq; vllum epiſcopum, qui hanc appellauit Apoſtolicã ſedẽ, damnare, anteq̃ hinc diffinitiua ſnia procedat. Nemo igitur ſinè peccato aut inſtituta eius cõtemnit, aut eius præcepta trãſgreditur. Vndè ait Damaſus Papa: Omnia decretalia cunctorum prędeceſſorum noſtrorum cõſtituta, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus & canonum ſunt promulgata diſciplinis, ità ab omnibus Epiſcopis ac ſacerdotibus generaliter cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quid in illa cõmiſerint, veniam ſibi honoris deincèps nouerint denegari. Quòd ſi ſanctis iſtis pontificib. velut in propria cauſa, minùs credendũ eſſe dixerint aduerſarij, credant ſaltem B. Cyp. ſuperiùs allegato, cuius & hæc ſunt ad S. Corneliũ Romanũ pontificem verba: Quales putas eſſe eos, qui ſacerdotũ hoſtes, & contra Eccleſiã catholicã rebelles, nec præmonentis Dñi comminatione, nec futuri iudicij vltione terrent? Neq; . n. aliundè hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, q̃ indè, q̧ ſacerdoti Dei nõ obtemperat, nec vnus in Eccleſia ad tẽpus ſacerdos, & ad tẽpus iudex vice Chriſti cogitat. Cui ſi ſcdm magiſteria Diuina obtẽperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduersùm ſacerdotũ collegiũ quicquã moueret: nemo poſt diuinũ iudiciũ, poſt populi ſuffragiũ, poſt coëpiſcoporũ cõſenſum, iudicẽ ſe non iam epiſcopi, ſed Dei faceret.

Priuilegia Rom. Eccleſiæ.

Diſt. 17. c. Synodũ.

25. q. 1. c. Omnia.

Cypria. in epiſt. lib. 1. Epiſt. 3.

* Hunc Hugonem, Tritemius, Thuſcum fuiſſe aſſerit, atque ita latinum, id quod probabilius eſt: quamuis, non modo Latinè, ſed & Græcè doctiſſimus fuerit: & ipſemet in præfatione operis ſui, de proceſſione Spiritusſancti, contra Græcos, quem ad Alexandrum tertium miſit, teſtetur ſe Conſtantinopoli ab Imper. Emmanuele conſultum de rationibus latinorum pro eorum ſententia.

Tractatus de Romanæ Eccleſiæ Primatu,

· F I N I S.

TITVLI CANONVM
APOSTOLORVM, IVXTA VETEREM EDITIONEM.

I.

De ordinatione Epiſcopi.

II.

De ordinatione Presbyterorum, Diaconorum & cæterorum.

III.

Nihil aliud in ſacrificio, præter quod Dominus ſtatuit, offerendum.

IIII.

Quæ ſpecies ad altare, non ad ſacrificium, ſed ad benedictionem ſimplicem debeant exhiberi.

V.

Quòd ea, quæ in Eccleſijs offerri non poſſunt, ad domos ſacerdotum a fidelibus deferantur.

VI.

Vt Epiſcopus aut Presbyter vxorem ſuam, quam debet caſtè regere, non relinquat.

VII.

Vt ſacerdotes & miniſtri altaris, ſecularibus curis abſtineant

VIII.

Quo tempore Paſcha celebretur.

IX.

Quòd miniſtri altaris oblatione celebrata, communicare debeant.

X.

Quòd fideles laici ingredientes Eccleſiam, communicare debeant.

XI.

Quòd cum excommunicatis non ſit orandum.

XII.

Quòd cum damnatis clericis non ſit orandum.

XIII.

Vt nullus fidelium præter commendatitias ſuſcipiat epiſtolas.

XIIII.

Vt ab epiſcopis aliena parochia minimè peruadatur.

XV.

Vt clerici proprias Eccleſias non relinquant.

XVI.

Vt epiſcopus, qui clericos alterius ſuſceperit, communione priuetur.

XVII.

Quòd bigami non admittantur ad clerum.

XVIII.

Quòd is, qui viduam vel eiectam aut meretricem acceperit, non admittatur ad clerum.

XIX.

Qui duas ſorores habuerit, non admittatur ad clerũ.

XX.

Clericum fideiuſſorem eſſe non poſſe.

XXI.

Quòd his, qui non ſpontè eunuchizati ſunt ſuſcipiantur ad clerum.

XXII.

Vt is, qui ſe eunuchizauit, clericus non fiat.

XXIII.

Vt clericus, qui ſe eunuchizauit, abiiciatur à clero.

XXIIII.

Vt laicus, qui ſe eunuchizauit, tribus annis communione priuetur.

XXV.

Quòd epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſi pro criminibus damnati fuerint, minimè communione priuentur.

XXVI.

Similiter & reliqui miniſtri Eccleſiæ.

XXVII.

Qui clerici debeant coniugibus copulari.

XXVIII.

Quòd Epiſcopus, presbyter & diaconus, fideles peccantes verberare non debeant.

XXIX.

Quòd officium priſtinum damnati pro criminibus vſurpare non debeant.

XXX.

Quòd non debeant officia Eccleſiaſtica pecuniis obtineri.

XXXI.

Vt Eccleſia ſeculari potentia minimè peruadatur.

XXXII.

De presbytero, qui contempto Epiſcopo, ſeorſum conuentus congregare tentauerit.

XXXIII.

Quòd clerici damnati non debeant ab alijs recipi.

XXXIIII.

Vt nullus epiſcopus, presbyter, aut diaconus, ſinè cõmendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.

XXXV.

De primatu Epiſcoporum.

XXXVI.

Quòd non liceat Epiſcopum in aliena prouincia clericos ordinare.

XXXVII.

De ordinatis Epiſcopis, nec receptis.

XXXVIII.

Vt bis in anno concilia celebrentur.

XXXIX.

Vt tantùm curam rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus habeat.

XL.

De dignitate pontificis, & quòd rerum ſuarum habeat poteſtatem.

XLI.

Quòd Epiſcopus rerum eccleſiaſticarum pro diſpenſatione pauperum habeat poteſtatem.

XLII.

Quòd epiſcopus, presbyter, & diacon⁹, aleator & ebrioſus eſſe non debeat.

XLIII.

Similiter clerici & laici, ſi permanſerint in alea, communione priuentur.

XLIIII.

Quòd epiſcopus, presbyter, & diaconus, non debeat vſuras accipere.

XLV.

Quòd non debeat epiſcopus presbyter aut diaconus cum hæreticis orare.

XLVI.

Quòd non debeant hæreticorum baptiſmata comprobari.

XLVII.

Quòd Eccleſiæ baptiſmate baptizatus, denuo baptizari non debeat: & non ità baptizatus, debeat baptizari.

XLVIII.

Laicum pellentem ſuam coniugem, communione priuandum.

XLIX.

Quòd in nomine Trinitatis debeat baptizari.

L.

Quòd non debeat vna merſio in baptiſmate, quaſi in morte Domini, prouenire.

CANONES APOSTOLORUM, Gentiano Herueto interprete.

Canon 1.

EPISCOPVS à duobus vel tribus Epiſcopis ordinetur.

Can. 2.

Presbyter ab vno Epiſcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

Can. 3.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, præter Domini de ſacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, mel, vel lac, vel pro vino ſiceram, vel cōfecta, vel aues vel aliqua animalia, vel legumina præter ordinationem, deponatur, præterquam noua legumina (Gētiani exemplar non habuit, σταφυλῆς, id eſt, vel vuam) tempore opportuno. Nē liceat autem aliquid aliud ad altare offerre, quam oleū ad luminare, & incenſum tēpore ſanctæ oblationis.

Can. 4.

Omnis autē alius fructus domum mittatur, primitiæ Epiſcopo & presbyteris. Clarum autem eſt, quòd Epiſcopus & presbyteri diaconis & reliquis clericis diſtribuunt.

Can. 5.

Hic canon mutat⁹ eſt per 12 canonem 6 ſynodi [illegible]

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus vxorem ſuā nē eijciat religionis prætextu: ſin autem eiecerit, ſegregetur. & ſi perſeueret, deponatur.

Can. 6.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus ſeculares curas non ſuſcipiat: alioqui deponatur.

Can. 7.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, ſacri Paſchæ diem ante Vernū æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponatur.

Can. 8.

ΚΑΝΟΝΕΣ τῶν ἁγίων καὶ πανσέπτων ἀποστόλων.

α΄.

ΕΠίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

β΄.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

γ΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἢ ἐπιτηδευτά, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου ποιῶν, καθαιρείσθω, πλὴν νέων χίδρων, ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι.

Μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς.

δ΄.

Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Δῆλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

ε΄.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. Ἐὰν δὲ ἐκβάλλῃ, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω.

ϛ΄.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω· εἰ δὲ μή, καθαιρείσθω.

ζ΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.

η΄.

CANONES APOSTOLORUM ſanctorum & omni veneratione proſequendorum,

iuxta veterem editionem,

De Canonū Apoſtolicorū qui quidē modo circumferūtur, auctoritate, valde perplexa ratio eſt. Vide apud Gratianum diſtin. 16. pro eorū quidē deſenſione luculentum librū edidit Franciſcus Turrianus ſocieta. Ieſu.

* Cap. I.

EPISCOPVS à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur.

Cap. II.

Presbyter ab vno Epiſcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

Cap. III.

Sacrificiū Miſſę à Domino ordinatum.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, præter ordinationem Domini alia quędā in ſacrificio offerat ſuper altare: id eſt, aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, aut confecta quædā, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra conſtitutionem Dñi faciens, cōgruo tempore deponatur.

Cap. IIII.

Offerre non liceat aliquid ad altare præter nouas ſpicas & vuas & oleū ad luminaria, & thymiama, i. incenſum, tpe quo* ſancta celebrat oblatio.

* πρὸς τὸ

* ſacra

Cap. V.

Reliqua poma omnia ad domū primitiæ Epiſcopo & presbyteris dirigantur, non offerantur in altari. Certum eſt autem, quòd Epiſcopus & presbyteri * diuidant & diaconis & reliquis clericis.

* diuidunt.

Cap. VI.

Diſt. 28. Si quis docuerit. & diſt. 31. Quicūque di clarando. Et in dec. ſuo. lib. 3.

Epiſcopus, aut presbyter vxorem propriam nequaquā ſub obtētu religionis abijciat: ſi vero reiecerit, excommunicetur: * ſed ſi perſeuerauerit, deijciatur.

Cap. VII.

Diſt. 88 c. Epiſcopus aut ſacerdos.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam ſeculares curas adſumat: ſin aliter, * deijciatur.

Cap. VIII.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſanctum Paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abijciatur.

Cap. IX.

Si

Si quis Epiſcopus,aut preſbyter, aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione, nõ communicauerit: aut cauſam dicat, vt ſi rationabilis fuerit, veniã conſequatur: aut ſi non dixerit,cõmunione priuetur,tanquàm qui populo cauſa læſionis extiterit,dans ſuſpicionem de eo qui ſacrificauit, quòd rectè non obtulerit.

Miſſa eſt ſacrificium & oblatio: qua facta, omnes præſentes communicabant.

De cõ. diſt. 1. c. Omnes fidel.

Cap. X.

Omnes fideles qui ingrediunt Eccleſiam,& ſcripturas audiunt, non autem perſeuerant in oratione, nec ſanctã communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commouentes, conuenit cõmunione priuari.

Cap. XI.

Si quis cum excommunicato ſaltem in * domo ſimul orauerit, iſte communione priuetur.

* domo locutus fuerit, vel 2. Ioan. 1. c.

Cap. XII.

Si quis cum damnato clerico, veluti cum clerico, ſimul orauerit, iſte damnetur.

Cap. XIII.

Si quis clericus aut laicus à communione ſuſpẽſus, ſeu communicans, ad aliam properet ciuitatẽ, & ſuſcipiatur præter cõmendatitias literas: & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt, communione priuẽtur. Excommunicato verò protelletur ipſa correptio, tãquàm qui mẽtitus * ſit,& Eccleſiam Dei ſeduxerit.

In decret. Iuo. lib. 5.

* ſic, eccleſiam

Nice. cõ. c. 25. Anti. cõ ci. c. 21.

Cap. XIIII.

Epiſcopo non licere alienã parochiam, propria relicta, peruadere, licèt cogatᷣ à plurimis. Niſi fortè quis * cũ rationabili cauſa * compellatᷣ, tanquàm qui poſſit ibidem conſtitutis plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid * profectò proſpicere. Et hoc non à ſemetipſo pertentet, ſed multorum Epiſcoporũ iudicio & maxima ſupplicatione perficiat.

* eum

* compellat

* profectus

Cap. XV.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omninò demigrans præter Epiſcopi

Nice. Con. ca. 16 Antioch. Cõc. c. 3.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γενομένης μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. Καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης τυγχανέτω. εἰ καὶ μὴ λέγοι, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν * ποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος.

θ.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας, * τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.

ι.

Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω.

ια.

Εἴ τις καθῃρημένῳ * κληρικὸς ὢν ὡς κληρικῷ συνεύξηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός.

ιβ.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφωρισμένος, ἤτοι ἄδεκτος, ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς. εἰ καὶ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός, ὡς ψευσαμένῳ καὶ ἀπατήσαντι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ.

ιγ.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾶν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται, εἰ μή τις εὔλογος αἰτία ᾖ τοῦτο βιαζομένη αὐτὸν ποιεῖν, ὡς πλέον τι κέρδος δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλεσθαι, καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

ιδ.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ, καὶ παντελῶς μεταστὰς διατρίβει ἐν ἄλλῃ

Sì quis Epiſcopus, presbyter, vel diaconus, vel ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione non communicauerit, cauſam dicat: & ſi probabilis fuerit, veniam conſequatur: ſin verò minùs, ſegregetur, vt qui populo offenſionis cauſa ſit, & ſuſpicionem dederit aduersùs eum qui obtulit, tanquàm non dignè obtulerit.

* ἐμποιήσας

Can. 9.

Quicunque fideles ingrediũtur, & ſcripturas audiũt, în precatione autem & ſacra cõmunione non permanent, vt Eccleſię confuſionem afferentes, ſegregari oportet.

De Conſe. Diſtin 1 c. omnes fideles.

* τῆς ἐκκλησίας.

Can. 10.

Si quis cum excommunicato, vel in domo, vnà precatus fuerit, is ſegregetur.

Can. 11.

Si quis cùm ſit clericus, vnà cũ eo, qui eſt depoſitus, orauerit, deponatur & ipſe.

* κληρικῷ ὡς κληρικῷ

Can. 12.

Si quis clericus vel laicus ſegregatus, ſiue non recipiendus, diſcedens, in altera vrbe receptus fuerit abſque literis commendatitijs, ſegregetur & qui excepit, & qui except* eſt. Sin autem eſt ſegregatus, eius intendatur ſegregatio.

Can. 13.

Epiſcopo nõ liceat ſua relicta parochia ad aliam tranſilire, etiãſi à pluribus cogatur: niſi ſit aliqua cauſa rationi conſentanea, quæ eum cogat hoc facere, vtpotè ad maius lucrum, cùm poſſit ipſe ijs, qui illic habitant, pietatis verbo conferre, idque non ex ſe, ſed multorum Epiſcoporũ iudicio & maxima exhortatione.

Can. 14.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel omninò ex clericorum catalogo, relicta ſua parochia, in aliã abſceſſerit, & cùm penitùs trãſierit, præter ſui Epiſcopi ſentẽtiam in

Niœ. c. 16. Antioch. ca. 3.

alia parochia maneat, eũ non amplius celebrare iubemus, maximè ſi eum adhortante Epiſcopo vt rediret, nõ paruerit, in contumacia & inſolentia perſeuerans: is tamẽ vt laicus communicet.

Can. 15.

Sin autem Epiſcopus nihili faciens aduerſus eos decretam à munere cellationẽ, eos vt clericos receperit, ſegregetur vt immodeſtiæ & inſolentiæ magiſter.

Can. 16.

Diſt. 33. Si quis poſt. Qui poſt ſanctum baptiſmum duobus coniugijs fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non poteſt eſſe Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omninò ex numero ſacerdotali.

Can. 17.

Diſt. 34. Si quis viduã. Qui viduam accepit, vel eiectam, vel meretricem, vel ſeruam, vel mimam ſeu ſcenicam, non poteſt eſſe presbyter, vel Epiſcopus vel diaconus, vel omninò ex numero ſacerdotali.

Can. 18.

Qui duas ſorores duxit, vel conſobrinam, non poteſt eſſe clericus.

Can. 19.

Clericus fideiubens deponatur.

Can. 20.

Diſt. 55. Eunuchus ſi. Eunuchus ſi ex hominum quidem iniuria factus ſit, vel in perſecutione virilib. priuatus ſit, vel ſic natus eſt, & dignus eſt, fiat.

Can. 21.

Ibid. Qui ſeipſum mutilauit, nẽ ſit cleric[us]: eſt enim ſui homicida, & Dei opificij hoſtis.

Can. 22.

Nicæ. Cõc. Ca. 1. Si quis cùm ſit clericus, ſeipſum mutilauerit, deponatur: eſt enim ſui homicida.

Can. 23.

παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, μάλιστα εἰ προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ. ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

ιε.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, παρ᾽ ᾧ τυγχάνουσιν, παρ᾽ οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ᾽ αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν, δέξεται αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς, ἀφοριζέσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

ις.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιζ.

Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιη.

Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

ιθ.

Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς, καθαιρείσθω.

κ.

Εὐνοῦχος εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ ἀνδρῶν, ἢ οὕτως ἔφυ, καὶ ἐστὶν ἄξιος, γινέσθω.

κα.

Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικός. αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

κβ.

Εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω. φονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ.

κγ.

ſui conſcientiam, in aliena parochia commoretur, hunc vlteriùs miniſtrare non patimur, præcipuè ſi vocatus ab Epiſcopo, redire contempſerit, in ſua inquietudine perſeuerans. Veruntamen tanquàm laicus ibi communicet.

Cap. XVI.

Epiſcopus verò, apud quẽ moratos eſſe cõſtiterit, ſi cõtra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tãquàm clericos fortè ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis, communione priuetur.

Cap. XVII.

Si quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptijs copulatus, aut concubinã habuerit, nõ poteſt eſſe Epiſcopus, non presbyter aut diaconus, aut prorſus ex numero eorũ, qui miniſterio ſacro deſeruiunt. Diſtin. 33. c. Si quis poſt.

Cap. XVIII.

Si quis viduam aut eiectã acceperit, aut meretricẽ, aut ancillã, vel aliquã de his, quæ publicis ſpectaculis mancipãtur, nõ poteſt eſſe epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui miniſterio ſacro deſeruiunt. Diſtinc 34. c. Si quis vid.

Cap. XIX.

Qui duas in coniugiũ ſorores acceperit, vel filiã fratris,* clericus eſſe non poterit. * ἀδελφιδῆν

Cap. XX.

Clericus fideiuſſionibus inſeruiens, abijciatur.

Cap. XXI.

Eunuchus ſi per inſidias hominum factus eſt, vel ſi in perſequutione eius ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus, efficiatur Epiſcopus. Diſtin. 55. c. Eunuchus ſi per.

Cap. XXII.

Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi quis amputauit ſibi virilia, non fiat clericus, quia * ſuus homicida eſt, & Dei conditionis inimicus. Ibidem ca. Si quis abſciderit. * ſuipſius.

Cap. XXIII.

Si quis cùm clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omninò dãnetur, quia ſuus eſt homicida. Nicep. Cõc. c. 1.

Cap. XXIIII.

Lai-

Laicus ſemetipſum abſcindens, annis tribus cõmunione priuetur, quia ſuæ vitæ inſidiator extitit.

Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία. ἐπίβουλος γάρ ἐστιν τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.

Laicus qui ſeipſum mutilauit, tribus annis ſegreget: eſt enim ſuæ ipſius vitæ inſidiator.

Cap. XXV.

Diſtinc. 81. c. Presbyter aut diaconus

Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: nõ tamen communione priuetur.

Nahum 1. c. ſecundum aliam literam.

Dicit enim ſcriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipſum.

κδ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ ἢ ἐπιορκίᾳ, ἢ κλοπῇ ἁλοὺς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφή· Οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. * ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ αἱρέσει ὑποκείσθωσαν.

Can. 24.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, fornicationis, vel periurij, vel furti conuictus, deponatur, & nõ ſegregetur, Dicit enim ſcriptura, Nahum. 1.
Non vindicabis bis in idipſum. Similiter reliqui quoq; * [illegible]
clerici.

Cap. XXVI.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni ſubiaceant.

κε.

Τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν ἀναγνώστας καὶ ψάλτας * μόνους.

Can. 25.

Ex ijs, qui non ducta vxore ad clerum promoti ſunt, jubem*, ſi velint, vxorẽ ducere lectores & cantores ſolos. * μόνον

Cap. XXVII.

Indec. Inno. lib. 4.

Innuptis autem qui ad clerum prouecti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint, vxores accipiant: ſed lectores cantoresque tantummodò.

Cap. XXVIII.

Diſt. 45. ca. Epiſcopũ aut presbyterum.

Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutiẽtem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agẽtes, & per huiuſmodi volẽtem timeri, deijci ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquàm nos hoc Dominus docuit.

Eſaiæ 53 c. 1. Petr. 2. d

Econtrariò verò ipſe cùm percuteretur, non repercutiebat: cùm malediceretur, non remaledicebat: cùm pateretur, nõ comminabatur.

κς.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, καὶ διὰ τοιούτων φοβεῖν * θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε. τοὐναντίον δὲ αὐτὸς τυπτόμενος οὐκ ἀντέτυπτε, λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει.

Can. 26.

Epiſcopum, vel presbyterum, vel diaconum, qui verberat eos, qui peccant, vel infideles, qui iniuriam fecerũt, & per hæc vult perterrefacere, deponi iubemus. * [illegible]
Dominus enim nos nequaquàm hoc docuit. cõtrà autem ipſe verberatus, non repercuſſit: maledictis appetitus, maledicta non retulit: patiens, nõ minatus eſt.

Cap. XXIX.

Antioch. co. c. 4.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, depoſitus iuſtè ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudùm ſibi cõmiſſum, hìc ab Eccleſia penitùs abſcindatur.

κζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος * καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, τολμήσειεν ἅψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας, οὗτος παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

Can. 27.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, iuſtè ob manifeſta crimina depoſitus, ſibi aliquandò creditum miniſterium attingere audeat, ab Eccleſia omnindò abſcindatur. * [illegible]

Chalced. Concil. ca. 6.

Cap. XXX.

Chal. con. cap. 2.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hãc obtinuerit dignitatem: deijciatur & ipſe, & ordinator eius, & à communione modis omnib. abſcindatur, ſicut Simon Magus à Petro.

Actu. 8. d

κη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ἀπὸ ἐμοῦ Πέτρου.

Can. 28.

Si quis Epiſcopus per pecunias hãc ſii dignitatem aſſecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipſe, & qui eum ordinauit, & à communione omnindò excindatur, vt Simon Magus à me Petro. Act. 8.

Cap. XXXI.

16 q. 7. c. Si quis Epiſcopus.

Si quis Epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus, Eccleſiam per * ipſos obtineat, deponatur, & ſegregentur

κθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ

Can. 29.

Si quis Epiſcopus ſecularibus principibus vſus, per eos Eccleſiam adeptus ſit, deponatur, & ſegregetur, &

omnes qui illi communicant.

Can.30.

Si quis presbyter, cōtempto proprio Epiſcopo, ſeorſum cōgregationem fecerit, & alterū altare fixerit, Epiſcopo ſuo in religione ac iuſtitia nulla in re à ſe cōdemnato, deponatur, vt imperiū obtinendi cupidus, eſt enim tyrannus. Similiter & reliqui clerici, & quotquot ei acceſſerunt. Laici autem ſegregentur, eaque poſt vnam alteramq; ac tertiam admonitionem fiant.

** συναγωγὴν. θυσιαστήριον στῆσαι.*

Can.31.

Si quis presbyter vel diaconus ab Epiſcopo ſit ſegregatus, non liceat alij eum ſuſcipere, quàm qui ipſum ſegregauit: poſt eius qui ſegregauit, mortem ſoluere non eſt permiſſum.

** ἢ ἀφορισμένος.*

Can.32.

Nullus externorū Epiſcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum ſinè cōmendatitijs recipiatur, iiſq; afferentibus examinentur. Sin minùs, ijs quæ ſunt neceſſaria alijs, exhibitis, ad cōmunionem nè admittatur. multa enim per ſurreptionem fiunt.

** μὴ αἰτῶν.*
** τὰ πρὸς τὰς χρείας αὐτοῖς.*

Can.33.

Epiſcopos vniuſcuiuſque gētis noſſe oportet eum, qui in eis eſt primus, & exiſtimare vt caput: & nihil facere, quod ſit arduum aut magni momenti, præter illius ſententiam: illa autem facere vnumquenque, quæ ad ſuam parochiam pertinent, & pagos, qui ei ſubſunt. Sed nec ille abſque omnium ſententia aliquid agat. Sic enim erit concordia, & glorificabitur DEVS per Dominum Ieſum Chriſtum.

** ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα.*

Can.34.

Epiſcopus nè audeat extra

ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

λ.

Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, χωρὶς * συναγωγὴν καὶ θυσιαστήριον * πήξει, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ ἐπισκόπου ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος. τύραννος γάρ ἐστιν. ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί, ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται. οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

λα.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἀπὸ ἐπισκόπου γένηται* ἀφορισμένος, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτόν, εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκυρίαν τελευτήσει ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

λβ.

Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι. καὶ ἐπιφερομένων* αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ εἰ μὲν ὦσιν κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. εἰ δὲ μήγε, * τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθε, πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται.

λγ.

Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐκεῖνα καὶ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτως γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται * ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

λδ.

Επίσκοπον μὴ τολμᾷν

omnes * qui illi communicant. *eiuſque*

Cap. XXXII. *Anti.conc. c.5.*

Si quis presbyter contemnens Epiſcopum ſuum, ſeorſùm collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo repræhēdat Epiſcopum in cauſa pietatis & iuſtitiæ, deponatur, quaſi principatus amator exiſtens. eſt enim tyrannus: & cæteri clerici quicunque tali conſentiunt, deponantur, laici verò ſegregentur. Hæc autē poſt vnam & ſecundam & tertiam Epiſcopi obſecrationē fieri conueniat.

Cap. XXXIII. *Nic.conc. c.5. Anti.cō c.6.*

Si quis presbyter aut diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo, qui eum ſequeſtrauerat, niſi forſitan obierit Epiſcopus ipſe, qui eum ſegregaſſe cognoſcitur.

Cap. XXXIIII. *Ant. conc c.9.*

Nullus Epiſcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, ſine cōmēdatitijs ſuſcipiatur epiſtolis. Et cùm ſcripta detulerint, diſcutiantur attētiùs, & ità ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint: Sin minùs, nec quæ ſunt neceſſaria, ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenùs admittantur, quia per ſubreptionem multa proueniunt.

Cap. XXXV. *Ant.conc. c.9.*

Epiſcopos gētium ſingularū ſcire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quē velut caput exiſtiment, & nihil ampliùs præter eius conſcientiam gerant, quàm illa ſola ſinguli, quæ parochiæ propriæ & villis, quæ ſub ea ſunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conſcientiam faciat *aliquid: ſic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto.

**aliquid in eorum parochijs.*

Cap. XXXVI. *Anti.cōc. c.13.*

Epiſcopum non audere ex-

extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus & villis, quę illi nullo iure ſubiectę ſunt. Si verò cōuictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientiam, qui ciuitates & villas detinent: & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.

ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιήσασθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

ſuos fines facere ordinationes in vrbibus & pagis non ei ſubiectis. Sin autem hoc feciſſe conuictus fuerit, præter eorum ſententiam, qui tenent pagos illos vel ciuitatē, deponatur & ipſe, & ij quos ordinauit.

Cap. XXXVII.

Antio. con. c. 18. Si quis Epiſcopus non ſuſceperit officium, & curàm populi ſibi commiſſam, hic communione priuetur, quoadusquè cōſentiat, obedientiam commodans: ſimiliter autem presbyter, & diaconus. Si verò perrexerit, nec receptus fuerit, non pro ſua ſententia, ſed pro malitia populi, ipſe quidē maneat Epiſcopus, clerici verò ciuitatis communione priuentur, eò quòd eruditores inobedientes populi non fuerunt.

λδ.

Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ, τοῦτον ἀφωρισμένον τυγχάνειν, ἕως ἂν καταδέξηται. ὡσαύτως καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος. εἰ* καὶ μὴ δεχθείη, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς* μενέτω ἐπίσκοπος, ὁ καὶ κλῆρος τῆς πόλεως ἀφοριζέσθω, ὅτι τοιούτου λαοῦ ἀνυποτάκτου παιδευταὶ οὐκ ἐγένοντο.

Can. 35.

Si quis ordinatus Epiſcopus non ſuſcipiat miniſteriū & curam ſibi commiſſam, ſit ſegregatus donèc eam ſuſceperit: ſimiliter & presbyter, & diaconus. Sic autem receſſerit, nec ſuſceptus fuerit, non ſua quidem voluntate, ſed propter populi improbitatem, ipſe quidem maneat Epiſcopus: clerus autem ciuitatis ſegreget, quòd eiuſmodi rebellis & inſolentis populi inſtitutores non fuerint.

Cap. XXXVIII.

Nic. cō. c. 5. Antioc. con. c. 20. Bis in anno Epiſcoporum concilia celebrentur, vt inter ſe inuicèm dogmata pietatis explorent, & emergentes eccleſiaſticas cōtentiones amoueant, ſemèl quidem quarta ſeptimana Pentecoſtes, ſecūdò verò duodecima die mēſis * Hyperberetæi.

λϛ.

Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν, ἅπαξ μὲν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ.

Can. 36.

Bis in anno fiat Epiſcoporū Synodus, & inter ſe examinent decreta Religionis, & incidētes Eccleſiaſticas cōtrouerſias componant: ſemèl quidem quarta hebdomada Pentecoſtes, iterùm autem * Hyperberetæi duodecimo. * id eſt, Octobris

Cap. XXXIX.

Omnium negociorum Eccleſiaſticorū curā Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet, nec ei liceat ex his aliquid omninò contingere, aut parentibus proprijs, quæ Dei ſunt, condonare. Quòd ſi pauperes ſunt, tanquàm pauperibus ſubminiſtret, * nec eorum occaſione Eccleſiæ negocia deprædetur. * nè

λζ.

Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς θεοῦ ἐφορῶντος. Μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω.

Can. 37.

Omnium rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus curā gerat, & eas adminiſtret tanquàm Deo intuente. Nè liceat autem ex eis aliquid ſibi vendicare, vel proprijs cognatis, quæ Dei ſunt, largiri. Si autem ſunt pauperes, vt pauperibus ſuppeditet: ſed non eorum pretextu vendat, quæ ſunt Eccleſiæ.

Cap. 40.

19. ap. 1. c. fiat manifeſta. Presbyteri & diaconi pręter Epiſcopum nihil agere pertentent. Nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus eorū hic redditurus eſt rationem.

λη.

Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος.

Can. 38.

Presbyteri & diaconi ſine ſententia Epiſcopi nihil perficiant: ipſe enim eſt, cuius fidei populus eſt creditus, & à quo pro animabus ratio exigetur.

Can. 39.

Cap. XLIIII.

Diſtin. 47. Epiſcopus aut presbyter. Et in dec. Ivo. libr. 1. vbi additur, damnetur & communione priuetur.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vſuras à debitoribus exigens: aut deſinat, aut certè damnetur.

μγ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

Can. 43.

Diſtin. 47. Epiſcopus aut presbyter.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, pecunias mutuò datas cũ fœnore exigens, vel ceſſet, vel deponatur.

Cap. XLV.

**, μόνον hoc loco diuerſo diſtinctia, ſensũ diuerſis facit.*

Epiſcopus, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis orauerit, tantummodò communione priuetur: ſi verò tanquàm clericos hortatus eos fuerit agere vel orare, dãnetur.

μδ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος αἱρετικοῖς συνευξάμενος * μόνον, ἀφοριζέσθω: εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω.

Can. 44.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis vel ſolùm comprecatus eſt, ſegregetur. Sin autem eis tãquàm clericis aliquid operari permiſerit, deponatur.

Cap. XLVI.

2. Cor. 6. c

Epiſcopum aut presbyterum hæreticorum ſuſcipientem baptiſma, damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? aut quę pars fidelis cum infideli?

με.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν * δεξάμενον βάπτισμα ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. Τίς γὰρ συμφώνησις * τοῦ Χριστοῦ πρὸς Βελιὰρ, ἢ τίς μερὶς * πιστοῦ μετὰ ἀπίστου;

Can. 45.

** δεξαμένους * χριστ * πιστ*

Epiſcopum, vel presbyterum, qui hæreticorũ baptiſmum vel ſacrificium admiſerit, deponi iubemus. Quæ eſt enim conuentio Chriſti cum Belial? vel quæ pars eſt fideli cum infideli?

Cap. XLVII.

Diſt. 41. ca. præter. S. ſciendum ſententialiter.

Epiſcopus aut presbyter, ſi eum qui ſecundùm veritatem habuerit baptiſma, denuò baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit: deponatur, tanquàm deridens crucem & mortem Domini, nec ſacerdotes à falſis ſacerdotibus iure diſcernens.

μϛ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐὰν μὴ βαπτίσῃ: καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας τῶν ψευδιερέων.

Can. 46.

Epiſcopos vel presbyterũ qui verè habet baptiſmũ, ſi deintegrò baptizauerit, vel ſi eum qui ab impijs pollutus eſt, nõ baptizauerit, deponatur, vt qui irrideat mortem & crucẽ Domini, & non diſcernat ſacerdotes à falſis ſacerdotibus.

Cap. XLVIII.

Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.

μζ.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ' ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω.

Can. 47.

De Conſ. Diſtin. 4. Si quis presbyter.

Si quis laic⁹ ſua eiecta vxore aliam acceperit, vel ab alio ſolutam, ſegregetur.

Cap. XLIX.

Matt. 28. d

Si quis Epiſcopus aut presbyter iuxta præceptum Domini nõ baptizauerit in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, ſed in tribus ſine initio principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, abijciatur.

μη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱοὺς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω.

Can. 48.

Si quis Epiſcopus vel presbyter ex Domini ordinatione nõ baptizauerit in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, ſed in trium principij expertium, vel trium filiorũ, vel trium paracletorum, deponatur.

Cap. L.

De conſecr. diſtinc. 4. c. Si quis presbyter. Et in dec. Ivo. libr. 1.

Si quis Epiſcopus aut presbyter, non trinam merſionem vnius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in Baptiſmate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, In morte mea baptizate: ſed, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti.*

μθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, Εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατέρος, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Can. 49.

** vel eis. Matth. 28.*

Si quis Epiſcopus vel presbyter, non tria vnius myſterij baptiſmata perfecerit, ſed vnum baptiſmũ, qui datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus, In mortem meam baptizate: ſed, *Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti.*

Can.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Can. 50.

Si quis Epiſcopus, presbyter, vel diaconus, vel omninò ex ſacerdotali numero, à nuptijs, carnibus & vino, non propter exercitationé, ſed propter abominationem abſtinet, oblitus quòd omnia valdé bona, & quòd maſculinũ & fœmininum fecit Deus hominem: ſed blaſphemans calumniatur opificium, vel corrigatur, vel deponatur, & ex Eccleſia eijciatur. Similiter & laicus.

ν.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου ϗ κρεῶν ϗ οἴνου οὐ δι' ἄσκησιν ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν, ϗ ὅτι ἄρσεν ϗ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν: ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω ϗ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω. ὡσαύτως ϗ λαϊκός.

Can. 51.

Si quis Epiſcopus, presbyter vel diaconus eum, qui à peccatis conuertitur, non recipit, ſed eijcit, deponatur. quoniam CHRISTVM moleſtia afficit, qui dixit, *Gaudium* Luc. 15. *eſt cælo propter vnum peccatorem pœnitentiam agentem*.

ια.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀποβάλλεται: καθαιρείσθω, ὅτι λυπεῖ Χριστὸν τὸν εἰπόντα χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

Can. 52.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus in feſtis diebus carnem & vinum nõ ſumit abhorrens, & non propter exercitationem, deponatur, vt qui habeat inuſtam conſcientiam propriam, & ſit multis offenſionis cauſa.

νβ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν ϗ οἴνου βδελυσσόμενος ϗ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν ἰδίαν συνείδησιν, ϗ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος.

Can. 53.

Si quis clericus in caupona comedens depræhenſus fuerit, ſegregetur, præterquàm ſi in publico diuerſorio in via propter neceſſitatem diuerterit.

νγ.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ φωραθῇ ἐσθίων, ἀφοριζέσθω πάρεξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην * καταλύσαντος. * καταλύοντος.

Can. 54.

Exo. 22 Actor. 23. Si quis clericus Epiſcopum cõtumelia, affecerit, deponatur. principi enim populi non maledices.

νδ.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει τὸν ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

Can. 55.

Si quis clericus presbyterũ vel diaconum iniuria affecerit, ſegregetur.

νε.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίζει πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἀφοριζέσθω.

Can. 56.

Si quis clericus claudum, vel ſurdum, vel ei, cui vitioſus eſt inceſſus, irriſerit, ſeparetur. Similiter & laicus.

νς.

Εἴ τις * χωλὸν ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός. * κληρικὸς χωλόν.

Can. 57.

Epiſcopus vel presbyter, qui cleri vel populi curam non gerit, & eos pietatem nõ docet, ſegregetur: & ſi in ſocordia perſeueret, deponatur.

νζ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, ϗ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ τῇ * ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω. * ἀμελείᾳ ϗ ῥαθυμίᾳ.

Can. 58.

Si quis Epiſcopus vel presbyter, cùm ſit aliquis ex clericis egenus, ea quę ſunt neceſſaria, ei nõ ſuppeditat, ſegregetur: ſin aũt perſeueret, deponatur, vt qui fratrẽ ſuũ interfecerit.

νη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τινὸς τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων ϗ, καθαιρείσθω ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν * αὐτοῦ. * ἑαυτοῦ.

Can. 59.

Si quis falsò inſcriptos impiorum libros tanquàm ſanctos, in Eccleſia publicat ad populi & cleri perniciem, deponatur.

νθ.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει ἐπὶ * λύμῃ τοῦ λαοῦ ϗ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω. * λοίμῃ.

Can. 60.

Si aduerſus fidelẽ aliqua accuſatio intendatur, vel fornicationis, vel adulterij, vel alicuius alius prohibitæ actionis, & conuictus fuerit, ad clerum nè prouehatur.

ξ.

Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πιστοῦ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, ϗ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ * ἀγέσθω. * προαγέσθω.

ξα.

ξα.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον ἰουδαίου, ἢ ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ ἀρνήσεται, εἰ μὲν * ὄνομα Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω: εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω. Μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

* τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ.

ξβ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω. Τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξγ

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν * συνεύξασθαι, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω.

* προσεύξασθαι,

ξδ.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνῃ, καθαιρείσθω διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. * Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ἀπὸ τοῦ ἑνὸς abeſt à Græcis codicib. emendatioribus.
* εἰ δὲ λαϊκὸς ᾖ,

ξε.

Εἴ τις κληρικὸς εὑρέθῃ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. Εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ξς.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχῃ, ἀφοριζέσθω. Μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ᾽ ἐκείνην κατέχειν, ἣν * ᾑρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

* κατηρτίσατο,

ξζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξεται παρά τινος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, εἰ μή γε ἄρα συσταίη, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει τὴν χειροτονίαν. Τοὺς γὰρ παρὰ τῶν τοιούτων βαπτισθέντας ἢ χειροτονηθέντας, οὔτε πιστοὺς, οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ξη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, * ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν οὐ νηστεύοι, καθαιρείσθω, ἐκτὸς εἰ μὴ δι᾽ ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο. * Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

* ἢ ὑποδιάκονος ἢ,
* ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ.

ξθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν νηστεύοι μετὰ τῶν ἰουδαίων, ἢ * συνεορτάζοι μετ᾽ αὐτῶν, ἢ δέχοιτο παρ᾽ αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἤ τοιοῦτον, καθαιρείσθω: εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

* ἑορτάζοι

ο.

Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκῃ εἰς * ἱερὰ ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὴν ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει, ἀφοριζέσθω.

* ἱερὸν

οα.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω *.

*, καὶ τὸ ἐπιτίμιον προστιθέτω μετ᾽ οὗ ἔλαβον.

Can.61.

Si quis clericus propter metum humanũ, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici, negauerit, ſi quidem nomẽ Chriſti, eijciatur: ſi autem nomen clerici, deponatur. Pœnitentiam autem agens, vt laicus recipiatur.

Can.62.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omninò ex ſacerdotali catalogo, comederit carnes in ſanguine animæ ipſorum, vel quid à feris captum, vel morticinum, deponatur. hoc enim lex prohibuit: ſi autem ſit laicus, ſegregetur.

Can.63.

Si quis clericus vel laicus in Iudæorum vel hæreticorum ſynagogam ingreſſus ſit ad orandum, deponatur & ſegregetur.

Can.64.

Si quis clericus in pugna pulſatum aliquem vno ictu occiderit, deponatur propter ſuam procliuitatem & temeritatem.

Can.65.

Si quis clericus inuentus fuerit die Dominico ieiunare, vel ſabbato, præterquàm vno ſolo, deponatur: ſin autem laicus, ſegregetur.

Can.66.

Si quis virginem non deſponſam vi allata habet, ſegregetur: ei autem aliam accipere nõ liceat, ſed illã retinere quam elegit, etiamſi pauper ſit.

Can.67.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus ſecundam ordinationem ab alio ſuſceperit, deponatur & ipſe, & qui ordinauit, niſi vtique conſtiterit, quòd ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati vel ordinati ſunt, vt fideles vel clerici ſint, fieri non poteſt.

Intelligitur de Cataphrygibus, vt Ca. 19. Concil. Nic. & 95. ſextæ Synodi.

Can.68.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, * vel lector, vel cantor ſanctam Paſchæ Quadrageſimam non ieiunat, vel quartã diẽ, vel paraſceuem præterquàm ſi propter imbecillitatẽ corporalem impediatur, deponatur: ſi ſit autem laicus, ſegregetur.

* vel hypodiaconus, vel

Can.69.

Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omninò ex clericorum catalogo, ieiunat cum Iudæis, vel cum ipſis feſtos dies agit, vel ab ipſis xenia accipit, vt, verbi gratia, azyma, vel quid tale, deponatur. Si verò ſit laicus, ſegregetur.

Can.70.

Si quis Chriſtianus oleum deferat in templum gentium, vel in ſynagogam Iudæorum in eorũ feſtis, vel lucernã accendit, ſegreget.

Can.71.

Si quis clericus vel laicus à ſancta Eccleſia ceram vel oleum auferat, ſegregetur.

Can.

Can.72.

Vas aureum,vel argenteum,vel velum ſanctificatum nemo ampliùs in ſuum vſum conuertat. hoc fit enim præter ius & cõtra leges. Si quis autem deprehenſus fuerit,mulctetur.

οβ.

Σκεῦος χρυσοῦν* καὶ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν ἢ ὀθόνην μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω. παράνομον γάρ. εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

* ἢ ἀργυροῦν

Can.73.

Epiſcopum à viris fide dignis ob aliquid accuſatũ, ipſum ab Epiſcopis vocari neceſſe eſt. & ſi ſe quidem ſtiterit,& confeſſus vel cõuictus ſit, ſtatuatur pœna. Si autẽ vocatus nõ paruerit, ſecundò etiam vocetur,miſſis ad ipſum Epiſcopis duobus. Si etiam ſic non obedierit, vocetur & tertiò, duobus ad eũ rursùs miſsis Epiſcopis. Si autem vel ſic aſpernans & contumax non ſtiterit, Synodus ea quæ videntur aduerſus eum pronunciet, nè lucriſacere videatur, dum iudicium ſubterfugit.

ογ.

Επίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων. Κἂν μὲν* ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγχθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. εἰ δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσοι, καλείσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως* καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

* ἀπαντήσοντι καὶ ὁμολογήσαντι, ἢ ἐλεγχθέντος αὐτοῦ ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. ἐὰν δὲ * μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ τρίτον, δύο πάλιν ἐπισκόπων ἀποστελλομένων πρὸς αὐτόν. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως

Can.74.

In teſtimonium aduersùs Epiſcopum hæreticus nè admittatur: ſed nec vnus ſolus fidelis. In ore enim duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.

οδ.

Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατ' ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ* μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

* μὴ δὲ

Can. 75.

μὴ χρὴ τὸν Quòd non oportet Epiſcopum fratri, vel filio, vel alij cognato gratificantem, humana
* κληρονομίαν affectione ad Epiſcopatus dignitatem, quem vult,eligere. Epiſcopatus enim hæredes face-
*μὴ ἴσα ἢ re iuſtum non eſt, ea quæ Dei ſunt largientẽ. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipſe autem ſegregatione mulctetur.

οε.

* Οτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ, * υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαρίζεσθαι πάθει ἀνθρωπίνῳ. οὐ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ* κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος* μενέτω ἡ χειροτονία, αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

οἱ τῷ υἱῷ, ἢ τῷ συγγενεῖ χαρίζόμενος τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονεῖ, ὃν βούλεται. κληρονόμους γὰρ τῆς ἐπισκοπῆς ποιεῖσθαι, οὐ δίκαιον τὰ τοῦ θεοῦ χαριζόμενον.

Can. 76.

Si quis vel oculo orbatus,vel femore obleſus, Epiſcopatu autem dignus ſit, fiat. Non enim corporis damnum eum polluit, ſed animæ inquinatio.

οϛ.

Εἴ τις ἀνάπηρος ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δὲ* ἐστὶν, ἐπίσκοπος γινέσθω. οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός.

* ἐστι ἐπισκοπῆς γενέσθω. οὐ γὰρ

Can.77.

Qui autem eſt ſurdus & cæcus, nè ſit Epiſcopus: non vt pollutus, ſed nè Eccleſiaſtica impediantur.

οζ.

Κωφὸς δὲ ὢν καὶ τυφλὸς, μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος, οὐχ' ὡς* βεβλαμμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο.

* μεμιασμένος

Can. 78.

Si quis dæmonem habeat, nè fiat clericus, ſed neque cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur,& ſi ſit dignus,fiat.

οη.

Ἐὰν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ* μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. καθαρισθεὶς δὲ προσδεχέσθω, καὶ ἐὰν ᾖ ἄξιος γινέσθω.

* μὴ δὲ

Can.79.

Eum qui ex vita gentili acceſſerit & baptizatus fuerit, vel ex improba viuendi ratione, non eſt æquum protinus Epiſcopum fieri.
ὁ μὴ τοῦ Iniquum eſt enim, vt qui ſui nondùm experientiam oſtenderit,ſit aliorum magiſter, niſi fortè hoc diuina gratia fiat.

οθ.

Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλης διαγωγῆς οὐ δίκαιόν ἐστι* παραυτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον, ἄδικον γὰρ τὸν * μηδὲ πρόπειραν ἐπιδειξάμενον ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον. εἰ* μή που κατὰ θείαν χάριν τοῦτο * γίνεται.

* ἀδόκιμον
* μηδέπω πεῖραν
* γένηται

Can.80.

Diximus non oportere Epiſcopũ vel preſbyterum ſeipſum ad publicas adminiſtrationes demittere, ſed in Eccleſiaſticis negocijs verſari. Vel ergò ità facere perſuadeatur, vel deponatur.

π.

Εἴπομεν, ὅτι* οὐ χρὴ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω. * οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν κατὰ τὴν κυριακὴν παρακέλευσιν.

* μὴ χρὴ

πα.

πα.

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης, *ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτο ἐργάζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσι, καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτῶν ἐξαποστελοῦσι, γινέσθω.

* οὐκ ἐῶμεν [illegible] τῶν δεσποτῶν [illegible]. εἶναι γὰρ ἀνατροπὴν τό.

πβ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. τὰ γὰρ τοῦ Καίσαρος, Καίσαρι: καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, τῷ θεῷ.

πγ.

*Ὅστις ὑβρίζει βασιλέα, ἢ ἄρχοντα, *τιμωρίας τιννύτω: καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

* ἴστω
* παρὰ τὸ δίκαιον, τιμωρίαν

πδ.

Ἔστω *δὲ ὑμῖν, κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, τῆς μὲν παλαιᾶς Διαθήκης, Μωσέως πέντε, γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον. Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἓν, Κριτῶν ἓν, Ῥοὺθ ἓν, Βασιλειῶν τέσσαρα, παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν δύο, Ἔσδρα δύο, Ἐσθὴρ ἓν, *Μακκαβαϊκῶν τρία, Ἰὼβ ἓν, Ψαλτήριον ἓν, Σολομῶντος τρία, Παροιμίαι, Ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων. Προφητῶν δεκαδύο, Ἠσαΐου ἓν, Ἱερεμίου ἓν, Ἰεζεκιὴλ ἓν, Δανιὴλ ἕν. ἔξωθεν δὲ προσιστορείσθω ὑμῖν μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σιράχ.

Ἡμέτερα δὲ, τοῦτ᾽ ἔστι, τῆς καινῆς Διαθήκης, Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου. Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰακώβου μία, Ἰούδα μία. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι᾽ ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, (ἃς οὐ δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικὰ) καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

* δὲ ὑμῖν πᾶσι κληρικοῖς καὶ
* δύο, Ἔσδρα [illegible] Μακκαβαίων.
* καὶ

Τέλος τῶν ἀποστολικῶν Κανόνων.

Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ᾽ [illegible] αὐτοῖς σωθήσεσθε καὶ εἰρήνην ἕξετε, ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε καὶ πόλεμον μετ᾽ ἀλλήλων ἀΐδιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν ποιούμενοι. Ὁ δὲ θεὸς ὁ μόνος ἀΐδιος καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, διὰ πάντας ὑμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν πνεύματι ἁγίῳ σθενώσει, καὶ καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους, καὶ καταξιώσει τῆς αἰωνίου ζωῆς σὺν ἡμῖν, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, μεθ᾽ οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Can. 81.

Seruos in clerum prouehi ſinè voluntate dominorum, non permittimus ad eorum, qui poſſident, moleſtiam. Dominorum enim euerſionem talia efficiunt. Si quádò autem etiam dignus ſeruus viſus ſit, qui ad gradum eligatur, qualis noſter quoque Oneſimus viſus eſt, & domini conceſſerint ac liberauerint, & ædibus emiſerint, fiat.

Can. 82.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus exercitui vacans, & vtraq; obtinere volens, Romanum ſcilicet magiſtratum; & ſacerdotalẽ adminiſtrationẽ, deponatur. Quæ ſunt enim Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Matth. 22.

Can. 83.

Quiſquis Regem vel Principem præter ius contumeliá affecerit, pœnas luat: & ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur.

Can. 84.

Sint vobis omnibus clericis & laicis libri venerandi & ſancti, veteris quidem Teſtamẽti, Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Ieſu Naue vnus. Iudicum vnus. Ruth vnus. Regnorum quatuor. Paralipomenon, id eſt, derelictorum libri dierũ, duo. Eſdræ duo. Heſter vnus. Maccabæorum tria. Iob vnus. Pſalterium vnus. Solomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum. Prophetarum duodecim, vnus. Eſaiæ vnus, Ieremiæ vnus, Ezechiel vnus. Daniel vnus. Extrinſecùs autem à vobis intelligatur, debere veſtros adoleſcentes diſcere Sapientiam eruditiſſimi Syrach. Noſtra autem, id eſt, noui Teſtamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Iohannis. Pauli Epiſtolæ quatuordecim, Petri Epiſtolæ duæ, Iohannis tres, Iacobi vna. * Clementis Epiſtolæ duæ, & Ordinationes vobis Epiſcopis per me Clementem in octo libris editę, quę non ſunt omnibus diuulgãdę, propter ea, quę ſunt in eis myſtica: & Actus noſtra Apoſtolorum. * , Indæ vna.

Hactenùs Gentiani verſio.

Hæc verò de Regulis conſtituta vobis ſint per nos, ô Epiſcopi. Vos autem obtemperantes eis, ſaluabimini, & pacem habebitis. At ſi non parueritis, puniemini, & bellũ mutuò perpetuum habebitis, pœnam inobedientię cõgruam daturi. Deus porrò, qui ſolus eſt æternus ac vniuerſorum creator, vos omnes pace in Spirituſancto confortabit, & aptos reddet ad omne opus bonum, immutabiles, irreprehenſibiles, ſinè crimine, dignosq; faciet æterna vita nobiſcum, per *interceſſionẽ dilecti filij ſui Ieſu Chriſti, Dei & Saluatoris noſtri, cum quo gloria ſit ipſi ſupra omnia Deo Patri cum ſancto Spiritu conſolatore, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum.

* mediationem.

Coronidis ipſorum Canonum Apoſtolorum, Finis.

Nuſquam, inquit, certus liber extat qui contineat traditiones Apoſtolicas. Sed quod de cauſa vnde hoc fieret, mecum, vt dixi, mirabar, ex ſermone qui mihi cum nonnullis iſtorum incidit, intellexi, non vnam eſſe, ſed multiplicem. Alius enim dicit, *Si certum eſſet Conſtitutiones Apoſtolorum eſſe, quæ in his libris Clementis Romani, eorum eſſe feruntur, planè ſequi non minoris auctoritatis eſſe hos libros, quàm epiſtolas Pauli & aliorum Apoſtolorum, ac proinde in numero librorum Canonicorum habendos eſſe, vt ſi non habeantur, rurſus ſequatur, non eſſe Conſtitutiones Apoſtolorum à Clemente Romano Apoſtolico auctore ſcriptas.* hæc enim eſt iſtorum meta, ad quam argumenta ſua dirigunt. Alius quærit, quomodo à XII. Apoſtolis, ac VII. diaconis commiſſa & commendata Clementi eſt horum librorum conſcriptio, cùm in illis ipſis libris de morte aliquorum Apoſtolorum & diaconorum mentio fiat? & Petrus poſt mortem ſuam dicat in quodam canone de Simone Mago, à me Petro, communione priuato? Quomodo, inquiunt, mortuus loquitur? Siquidem Clemens, qui beato Petro in Pontificatu ſucceſſit, horum librorum ſcriptor eſt? Alius alia dum notat, & tanquam falſa criminatur, aut non credit Clementis eſſe libros; aut eſſe quidem, ſed ab alijs poſtea corruptos, & admixtis falſis, violatos, ac proinde inter apocryphos numerari eos oportere. Hęc tria ſunt quæ hoc noſtro tempore de Cōſtitutionibus Apoſtolorum à Clemente Romano ſcriptis à quibuſdā obijciuntur. Ante annos verò propè octingentos quæ obijcerentur, notauit, & memoriæ prodidit Photius Conſtantinopolitanus in Bibliotheca ſua (ſic enim appellat volumen ingens de libris à ſe lectis) interpretabor locum ad verbum. Conſtitutiones, inquit, Apoſtolorum à Clemente Romano cōſcriptæ, trium ſolùm argui videntur, κακοπλασίας, conuiciorum Deuteronomij & Arianiſmi. Hæc duo extrema ad illud tertium ſupetius, qnod dixi hoc noſtro tempore argui, pertinent; id eſt, ad ea quæ arguuntur eſſe falſa & corrupta. Illud verò primum crimē ad illud idem refertur, quod dixi nunc etiam accuſari quaſi malam factionem perſonarum. hanc enim vocat Photius κακοπλασίαν. Sed videamus quid Photius incredibilis lectionis & acris iudicii auctor, de iſta triplici criminatione iudicauerit: de κακοπλασίᾳ reſpondet, ῥᾳδίως τὰ ἀποσκευάσασθαι, id eſt, facile eſſe depellere hanc criminationem. non iudicauit opus eſſe pluribus ad diluendum; ſatisq; hac conciſa reſponſione ſignificauit, non eſſe arguendum quod nemine etiam reſpondente, ſponte ſua diluitur. Quis enim non intelligit, cùm Conſtitutiones Apoſtolorum legit, ſcriptas eſſe more dialogi, factis perſonis? quæ, vt ait Quintilianus, mirè cum variant orationem, tum excitant: quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, ſi ea locutos finxerimus, quæ cogitaſſe eos non ſit abſurdum, & noſtros cum alijs ſermones, & aliorum inter ſe credibiliter introducimus. Quin deducere deos in hoc gēnę

dicendi,& inferos excitare conceſsũ eſt. hactenus ille? Sic Cicero ſummus dicendi & ſcribendi magiſter de libris Academicarũ quęſtionum,quos ad Varonem miſerat,in epiſtola ſua, quæ eſt in libro eius IX. Tibi,inquit, dedi partes Antiochenas,quas à te ꝓbari, intellexiſſe mihi videbar;mihi ſumpſi Philonis,puto fore,vt cùm legeris,mirere,id nos locutos eſſe inter nos,quod nunquã locuti ſumus.Sed noſti morem dialogorum . Similiter Clemens in hiſce libris partes conſtituendi & loquendi quę in eis cõtinentur, Apoſtolis quibus conuenire & à quibus profecta eſſe ſciebat, dedit, licet nunquã inter ſeſe ſic locuti eſſent,neq; ſcripſiſſent,vt eos loquentes,& ſcribentes facit; hunc enim morem habet dialogus: In temporibus verò nunquã errore labitur Clemens;quod in Platone & Xenophõte arguit Athenæus, & Marcus Tullius in Curione;qui,vt erat ingenij mirè immemoris,in quodã ſuo Dialogo eo tempore ſermonem inſtituit, cùm eius rei de qua erat inſtitutus ſermo,non iam tempus pæteriſſet, ſed anno poſt, & deinceps futurum eſſet. Clemens verò nunquã Apoſtolis partes dedit cõſtituendi, quæ poſt eorum tempora conſtituta eſſent.omnia enim quæ his libris complexus eſt, à ſanctis Apoſtolis didicit,accepit,audiuit; illi verò à Chriſto Ieſu, & ab Spiritu eius,per quem ſumus nos à Deo edocti,ſicut Eſaias prædixit, Erunt oẽs docibiles Dei. Deinde quia omnes Apoſtoli ſpiritum ſapientiæ diuinæ habuerunt,iſta eadem oẽs eos cõſtituiſſe & docuiſſe dicendum eſt:nã & hoc Plato etiã natura duce ac magiſtra aſſecutus eſt, cùm ait Socrates in Minoe Platonis,de ijs quorum ſcientiã aliqui habent,non alia alios,ſed eadem ſtatuere.Quare ſiue hunc Clemens ſiue alium Apoſtolũ ratione quapiã apta aliquid conſtituentem faciat,eiuſmodi cõſtitutio æquè in omnes Apoſtolos cadit. Vnde beatus Chryſoſtomus, repetam enim hic quod ex homilia eius in laudem beati Ignatij martyris in libro ſecundo defenſionis epiſtolarum Pontificum Apoſtolicorum recitaui, vbi citat Paulum ad Titum de epiſcopo,qualis eſſe debeat,ſcribentem,cùm Paulum,inquit,dico, non hunc ſolũ dico, ſed Petrum & Iacobum & Ioãnem & vniuerſum chorũ Apoſtolorũ. vt enim in vna lyra varij nerui ſunt in fidibus, vnus tamen cõcentus eſt; ſic in choro Apoſtolorum,variæ perſonæ, ſed vna doctrina; ſiquidem vnus eſt artifex Spiritus ſanctus,qui illorum mentes excitabat. Sed de factione perſonarum in his libris ſatis arbitror dictũ eſſe in eo loco & libro quem modò dixi,ne eadem ſine neceſſitate à nobis iterentur, qui his & illis non contentus,adhuc melius quærit,quærat,& ſi poteſt, inueniat; & cùm inuenerit,nobiſcum ſi placet,cõmunicet,& interim ſuo iudicio,ſi ita vult, vtatur. Ad alterum quod de conuicio in Deuteronomium objiciebatur, ſimiliter ab eodem Photio reſponſum eſt, ῥᾴϛον διαλύσασθαι, id eſt , perfacile eſſe ad diluendum. nec hic putauit Photius opus eſſe confutatione , vbi vis verbi percepta totam accuſationem depellit. Etenim quia Clemens

mens Deuteronomium nomine deuteroſeos in his libris vocare ſolet, quî verbum accipiebant, vt nunc vtimur; & vſus eſt Iuſtinianus Imperat. cùm in conſtitut. C X L V I. de Hebræis, Deuteroſim Hebręis vt impiam & legi Moyſis contrariam prohibet, conuicium fieri Deuteronomio exiſtimauerunt, at non ſic Clemens accepit, ſed vt tunc accipiebatur. Deuteroſim enim prius vocabant eam quæ, poſt Legem Decalogi vice ſecundæ legiſlationis à Deo data eſt Moyſi. vt iam in hoc verbo factū eſſe videamus, quod in alijs ſimiliter factum eſt, vt quod primò in laude ponebatur, poſteà in vitio poneretur, ſicut in ſophiſta, & hoſte, & alijs. Itaque non magis Clemēs Deuteronomiū vituperat, cùm afficit verbo deuteroſeos, quàm Iouem Socrates vituperat, cùm in Minoe Platonis Sophiſtam vocat, ſapientem enim intelligit? nam hoc primò nomen Sophiſtæ ſignificabat. Ad tertiū illud de Arianiſmo, quod extremo loco his libris opponebat, his verbis idem Photius reſpondet, [illegible] non dixit non poſſe depelli hoc crimen, ſciebat enim Arij hæreſim pluribus locis horum librorum planè conuelli, vt poſtea docebimus, cùm in explanationibus apologeticis præfabimur, ſed dixit depelli violentè; quià ſcilicet duriuſculè nonnumquam Clemens loquatur: non tamen durius quàm alij poſtea ſancti & antiqui Patres & Ecclesię catholicę lumina locuti ſunt, ſed potius eodem penitus modo, imm ò & prius ipſa ſcriptura ſancta ſic locuta eſt. quod quidem nos, & cur ita locis proprijs in ijs defenſorijs explanationibus obſcuriorū locorū docebimus. Hæc igitur ſunt, de quibus dixit Photius, Cōſtitutiones Apoſtolorū à Clemente Romano cōſcriptas [illegible] idest, tria ſolum in eis argui. Ecquis dubitat, ſi alia eruditiſſimus & incredibili lectione auctor in his libris vel à ſe cōſcius, vel ab aliis argui non neſcius fuiſſet, quin illa notaturus eſſet in eo præſertim opere, quod Bibliothecam de libris à ſe lectis nominauit, in quo tam accuratè, tam acri ingenio, tam cōſideratè, tam doctè, tam diſtinctè, tā liberè de tāta multitudine & varietate librorum iudicium facit, vt nihil animaduerſione dignum prætermiſiſſe videatur? Præterea, qui genus ſermonis, quo in his libris vſus eſt Clemens, non diſſimulauit, dixit enim non eſſe ita ſplendidum, graue, purum, vehemens; & tam variè eruditum, vt quod ad orationem attinet, poſſent hi libri cum illis eiuſdem Clementis de Actis Petri comparari; an diſſimulaſſet, ſi quid vitii in ipſis Conſtitutionibus, & earū doctrina obſeruaſſet? minimè; nō enim in aliis libris diſſimulare ſolet, immo quia ſciebat Photius libros illos Clementis de Actis Petri, qui de recognitionibus inſcripti ſunt, maculatos eſſe, ac multa in illis impia ferri, vt idem Photius teſtatus eſt; hos verò de Conſtitutionibus incorruptos, quod ad orationem attinet, dixit illos his antecellere; vt puram doctrinam à puro ſermone diſtingueret, & elegantiam orationis à bonitate rerum. Tales itaque libros Clementis de Apoſtolorum Conſtitutionibus hæc noſtra

ætas habet diuino munere, quales habuit Photij ſeculum, in quibus nihil ne à limatiſſimis quidem & acerrimis ingenijs, quod ad genus Doctrinæ Catholicæ & conſtitutionem vitæ Chriſtianæ & Eccleſiaſtici ordinis ac decori pertineat, requiri, aut etiam reprehendi poſſit. Quàm ſit autẽ graue in hoc iudicio & quantæ auctoritatis Photij teſtimonium, intelligere licet & exiſtimare ex ijs quæ ipſe ſcripſit, quæ ad manus noſtras venerunt, ex ſcholiis, inquam, in epiſtolas Pauli, & in Euangelium Matthęi ac Ioãnis recondito ſenſu & acumine ingenij plenis; item ex CCC. reſponſionibus ad totidem quęſtiones de varijs locis Scripturę ſanctę ad Amphilochium Metropolitanũ Cyzici; tum ex epiſtola eius longa & doctiſſima ad Nicolaum Pont, & ex alia multo adhuc lõgiore parænetica admirabili, tum in primis ex Bibliotheca, ſic enim inſcripſit, vt paulo antè dixi, ingens volumen de libris omnis generis à ſe lectis, in quo ita ferè cuiuſq; argumentum, & genus ſtyli ac doctrinæ diſcernit, & notat, vt qui ſummas illas legat, totos libros, & ingenia auctorum noſſe ſibi videatur. Quis igitur noſtræ ætatis ſe cum Photio conferre audeat, ſiue ingeniũ eius ſpectemus, ſiue πολυμαθίαν & πολυπειρίαν, vt amplius in his libris arguere tentet aut cogitet, quod ille omnibus doctrinis cultus & ſummo ingenio non eſſe arguendum iudicauit? Sed quid ad illud, dicet aliquis, reſpondemus, quod primo loco poſui à quibuſdã opponi? non minoris ſcilicet auctoritatis eſſe has Cõſtitutiones Apoſtolorum, ſi à Clemente Romano, Petri & Pauli auditore, ſcriptas eſſe conſtet, ex quo ſequatur, hos libros inter Canonicos eſſe referendos hac enim cõcluſione effici volunt, vt hi ipſi libri in apocryphis habeantur quaſi verò in approbandis libris nomina tãtum apoſtolicorum, aut etiam Apoſtolorũ attendenda ſint, cõtra pręceptũ apoſtolicę Doctrinæ, & cõſtitutionis, quod lib. 6. c. 16. ſcriptum eſt, & non natura rerum, & ſententia nunquam à recto deflexa. nã & impij hæretici, inquit, inſcriptione apoſtolici nominis libros ſuos munierunt: aut quaſi inter Canonicos libros & apocryphos nulli eccleſiaſtici & catholici tãquã medij interiecti ſint; aut ſi ſunt, vt fateri cogũtur, niſi ad illud abſurdum quod modò dixi, delabi malũt, fuerint igitur hi libri ex illorum numero & nota, nec apocryphi, neque canonici, ſed tamen catholici. nec enim ſunt Scriptura ſacra, licet ſacras Apoſtolorum conſtitutiones, & doctrinam eorũ cõtineant. In Scriptura enim ſacra nõ licet ne vnũ quidem iota, aut vnum apicem mouere; immo nec ibi inquirere, vtrũ aliquid rectè, an ſecus, vbi & ſententiæ & verba ſpiritus Dei ſunt; niſi quis Celſus, aut Porphyrius, aut Iulianus, aut Theoſthenes velit eſſe. Itaq; in ſcriptura diuina cũ omnia ſint inſtinctu & afflatu Spiritus ſancti ſcripta, nihil in eã inquirere ad accuſandũ fas eſt. In his verò conſtitutionibus non eſt ſcriptura Apoſtolorũ aut Euangeliſtarũ, ſed Clemẽtis Romani, qui quę erant Apoſtolorum pleraq; ἄγραφα νόμιμα, id eſt, ſermone ſine ſcripto tradita & quibus

illi

illi per cunctas Ciuitates proficiſcentes Eccleſias cõfirmabant,vt idẽ poſtea à ſucceſſoribus illorum fieret literis mandauit, & libros VIII. confecit, valde illos quidem eccleſię vtiles, vt in Synodo Tridẽtina ab illis Patribus qui auctoritate Synodi iudicio librorum præerant, nuper iudicatum eſt, quorum iudicium grauiſſimum Romę in tabulis publicis officij ſanctę Inquiſitionis teſtimonio Frãciſci Forerij Luſitani, patris R[di]. ordinis ſancti Dominici multa doctrina & religione clari, & in illo tũ iudicio ſecretarij obſignatum eſt. Scripſit igitur hos libros Clemens ex perſona Apoſtolorum, ſicut epiſtolã ad Corinthios ex perſona Eccleſiæ Romanæ. Quid enim intereſt, ex perſona eccleſiæ Romanæ ad Corinthios ſcripſiſſe valde vtilẽ epiſtolã, vt B. Hieronymus teſtatur, quæ & in nõnullis, inquit, locis publicè legebatur; an ſcripſiſſe ex perſona Apoſtolorũ ad vniuerſam eccleſiam Chriſtianæ & eccleſiaſticæ diſciplinæ Conſtitutiones? An Petrus & Paulus in doctrina & inſtitutis eccleſiæ Romanæ non viuebant & ſpirabant? Quid enim Romana eccleſia tunc tenebat, niſi quæ à ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo didicerat, acceperat audierat, & in eis viderat? Quare ergo, ſi non fuit apocrypha Clementis epiſtola ex perſona Romanæ eccleſiæ ad eccleſiam Corinthiorum ſcripta fuerint apocryphi libri eiuſdem de Cõſtitutionibus ad eccleſiã catholicã ex perſona Apoſtolorum ſcripti? Scribit idem Hieronymus de Polycarpo diſcipulo Ioãnis, ſcripſiſſe ad Philippenſes valde vtilem epiſtolam, quæ vſque hodie, inquit, in Aſię conuentu legitur. Quis epiſtolam Polycarpi, & ſi valde vtilem, quia is Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ diſcipulus eſſet, aut etiã quia in eccleſia Aſiæ epiſtola legeretur, canonicam fecit? Sed quis rurſus apocrypham dicat, aut vnquam dixit? Sic nos Clementis apoſtolorũ diſcipuli de eorũ conſtitutionibus & catholica doctrina libros non facimus canonicos, alioqui vtiliſſimos, & vſu eccleſiaſtico Apoſtolicæ traditionis tametſi extra canonem diuinarum Scripturarum, planè Apoſtolicos. Sed quis eos rurſus apocryphos facere audeat? niſi, vt paulo antè dixi, qui inter canonicos, & apocryphos nullos medios, interiectosque eſſe magno errore exiſtimet? Sed videamus deinceps quid S. Epiphanius quadringentis & amplius ante Photium annis de his libris teſtatus ſit, quales ſæculo ſuo eſſent & haberentur, vtrumne deprauati, neglecti, ignobiles & apocryphi? Libro igitur tertio contra Audianos, qui cum Iudæis Paſcha celebrabant, & Apoſtolorum Conſtitutionem de Paſcha ad errorem ſuum defendendum prauè detorquebant, ſic ſcribit: Et ad hoc iſti Audiani Conſtitutiones Apoſtolorum detorquent, quas quidem in dubium multi reuocant. Sed quid mirum, ſi tempore Epiphanij multi in dubium reuocabãt, q̃ multi etiã ignorabant? vt quidem B. Heronymus, diligentiſſimus alioqui librorum inueſtigator, in illo terrarum angulo ignorauit in quo ſe de viris illuſtribus & Eccleſiaſticis ſcriptoribus ad Dextrũ prætorio præfectũ ſcripſiſſe.

pſiſſe, dicit. Sed quid tũ Epiphanius de libris iſtis, de quibus multi dubitabant, ἀλλ᾽ οὐκ ἀδόκιμοι, id eſt, non tamen, inquit, improbantur. planè declarat quamuis libri Conſtitutionum Apoſtolicarum multis in dubium veniret, non tamen apocryphos eſſe. cùm enim nota improbationis ad dubiũ & incertum accedit, tunc nota etiam apocryphi accedit. Sed audiamus iudiciũ S. Epiphanij, quemadmodum & quare non improbarentur, quia omnis, inquit, canonicus ordo in eis habetur, nihilq́; fidei, nihil profeſſionis eius, nihil eccleſiaſticæ gubernationis ac regulæ adulteratum. Quod maius teſtimonium à tanto ac tam graui, & antiquo & illuſtri contra hæreſes ſcriptore, & in diſcernendo vero à falſo, tã erudito & exercitato dari potuit, eſſe conſtitutiones Apoſtolorũ, quæ in VIII. libris Clementis feruntur, nõ apocryphas, ſed iuſtas & legitimas; & ab omni nota improbationis alienas & liberas? Cõcedit quidem multos ſui ſeculi veniſſe in dubiũ de eis, ſed negat eas non probari. & nõ contentus hoc, earũ approbationem omni laude cumulauit. Dicã igitur quod de ſeculo Photij paulò antè dixi, tales habet noſtra ætas Apoſtolorum Conſtitutiones, ſanas ſcilicet & incorruptas, quales Epiphanij ætas habuit. Sed accedat iã tertius teſtis cõtra notã apocryphi; ſitq́; is S. Athanaſius, quem Photius ſic in illa ſua Bibliotheca laudat, vt ex eo tanquã ex fonte Gregorium Nazianzenum, & Baſilium cõtra Arianos hauſiſſe dicat. is igitur tantus auctor in epiſt. XI ἑορταστικῇ, poſtquã libros canonicos à principio traditos tum veteris Teſtamenti tũ noui numerauit, & qui eſſent, canone ſuo declarauit, de quibus ait dixiſſe Dominũ Ieſum Iudæis, Erratis neſcientes ſcripturas; & rurſus illud, Scrutamini ſcripturas; ipſæ enim ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. his ſubiungit idem Athanaſius, vt ad verbam transferã: Verùm copioſioris teſtimonii gratia addam hoc etiam epiſtolæ, eſſe item alios libros præter hos non quidem relatos inter canonicos, à patribus tũ ſancitos, vt ab iis legantur qui paulò antè ad fidem venerunt, & diſciplina vitæ piè inſtructi eſſe cupiunt; qui ſunt Sapientia Salomonis, Sapientia Sirach, Eſther, Iudith, Tobias, & quę vocatur Doctrina Apoſtolorum, & Paſtor. Cęterùm amici illis in canonem redactis, & his extra canonem ad legendum cõſtitutis, nuſquã hic apocryphorũ mentio. immo hæc apocrypha ab hæreticis excogitata ſunt, qui illa quidem, cùm libitum eſt, ſcribunt; tempus verò eis apponunt, vt veluti priſca proferentes, occaſionẽ habeant ſimplices decipiendi. Hactenus Athanaſius, qui ſatis apertè teſtatur libros Clementis de Conſtitutionibus & doctrina Apoſtolorum nunquam in apocryphis habitos eſſe; quin potius à patribus traditum, vt quamuis extra canonem eſſent, cum illis quatuor, qui iam canonici ſunt, ad ædificationem fidei & pietatis legerentur. Quòd verò Athanaſius cùm doctrinam dixit, quæ Apoſtolorum vocatur, libros Clementis de Conſtitutionibus Apoſtolorum intelligi voluerit, teſtatur tum Zonaras,

qui epiſtolam Athanaſij interpretatur; tum liber vi. harum conſtit. in quo ipſi apoſtoli, quos Clemens ſcribentes facit, ca. 14. doctrinā catholicam appellant, quam ſe dicunt epiſcopis ſcribere. & lib. 2. cap. 39. Ego, ĩquit, Matthæus, vnus ex ijs qui in hac doctrina loquuntur. Sic etiam in quodam vetuſto exēplari manu ſcripto reperi Græcè inſcriptos libros de doctrina Apoſtolorum. Sic etiam inſcripti ſunt ijdē libri è Græco in Arabicum tranſlati, qui in Bibliotheca Vaticana extant. Ego verò vtrunq; cōiunxi, & ex vtroq; inſcriptionē contexui Apoſtolicarum Cōſtitutionū & catholicæ doctrinę. Alia enim eſt doctrina Petri, quā Damaſcenus citat in Parallelis, & Gregor. Naziāz. in oratione de charitate in pauperes, quæ à Clemente Alexandrino Prædicatio Petri nominatur, quæ adhuc extat licet non tota, quæ inſcripta eſt Epitome prædicationum Petri. Hæc autem, quā Athanaſius dicit, non doctrina Petri ſed Apoſtolorū vocatur. Cùm igitur teſtis ſit magnus Athanaſius horum librorū lectionē proximo loco poſt canonicos libros ab eccleſia ætatis ſuæ approbatā fuiſſe, ac proinde nihil ſuperioribus tēporibus in illis notatū eſſe, quod arguendū eſſe videretur, rurſus dicendū nobis eſt, quod de ſæculo Photij paulo antè dicebamus, tales hoc noſtrū ſæculum libros Clementis de cōſtitutionibus, & Doctrina Apoſtolorū habere, quales etiā ſæculū Athanaſij habuit, non quidem canonicos, ſed eiuſdē ordinis, & notæ, cuius erāt Sapientia Salomonis, Sapientia Sirach, Eſther & Iudith, antequā inter canonicos libros ab Eccleſia collocarentur; nunc aūt infra eos ſunt ob hanc cauſam; ita vt proximè poſt eos catholici & Eccleſiaſtici habeantur, ad eccleſiæ vtilitatē & ædificationē, eccleſiaſticè & catholicè ab auctore Apoſtolico & Apoſtolorū Petri & Pauli auditore & diſcipulo conſcripti. quod quidem tunc magis intelligetur, cùm eos qui his libris, & eorū auctoritate ac doctrina & conſtitutionibus vſi ſunt, in medio ponemus. Sed illud prius dicendū eſt de teſtimonio Athanaſij paulò antè recitato, multò eū verius & doctius Eccleſiaſticos libros diſtinxiſſe ab apocryphis, quàm Euſebius diſtinxerit. is enim lib. 3. Hiſt. eccleſ. c. 19. in numerū eorū quæ νόθα à Græcis dicuntur, quæ alij apocrypha vocant, oīa illa retulit, quæ dubitationem habebant, licet multis probarentur; in quibus numerat epiſtolā Iacobi & Iudæ, ſecundā Petri, ſecundā & tertiā Ioannis, Apocalypſim, Paſtorem, & Doctrinā quæ dr̄ Apoſtolorum. his annumerat Acta Pauli & Apocalypſim Petri, quę planè ſunt apocrypha & ab eccleſia reiecta & exploſa. qui igitur illa ſuperiora notha vocauit, non reliquit locum diſtinguendi hac nota & noīe apocryphi ea quæ noīe Apoſtolorum ab hæreticis ſcripta ſunt, quod tamen magnus Athanaſius fecit, qui iſta iuſtè & legitimè vocauit apocrypha, quem Gregorius Nazianz. ita in ſingulis libris veteris & noui Teſtamenti exercitatum fuiſſe dicit, vt nemo alius in vno. Cedat igitur

teſti-

teſtimonio Magni Athanaſij de doctrina, quæ in his libris Conſtitutionum Apoſtolicarum continetur, teſtimoniũ Euſebij Cæſarienſis, quem Photius Conſtãtinopolitanus, infinitæ lectionis & multæ eruditionis auctor, in Bibliotheca ſua ait, fuiſſe quidem illum eruditione præſtantiſſimum, ſed in Eccleſiaſtica & Chriſtiana doctrina non planè eruditum. Veniamus igitur ad eos qui his libris vſi ſunt, & ordiamur à S. Epiphanio, cui quidem quàm frequens ac familiaris horum librorum lectio eſſet, ex crebro Apoſtolicarum Conſtitutionum in libris eius contra hæreſes teſtimonio, & vſu perſpici põt. Sed illud animaduertendum eſt, ſic eum Conſtitutionum interdum meminiſſe, vt totam quidem ſententiam exprimat, nõ tamen totidem verbis, quod more ſuo in Euãgelio etiã facere ſolet; vt cum de 10. leproſis apud Lucam in ijs quę contra Manichæum ſcripſit, meminit, ſic ſententiam extulit, non numeratis Euangelij verbis: Sicut, inquit Dominus, decem leproſi mundati ſunt, quare nec vnus ex ipſis reuerſus eſt, vt daret gloriã Deo, niſi hic ſolus alienigena? ꝑtermiſit hic illã interrogationem, Et nouẽ vbi ſunt? Et quod ſequitur aliquantulum variauit, ſed ita vt eadem ſententia remaneat. Aliquid ſimile fecit in Conſtitutione Apoſt. de Paſcha non celebrãdo cũ Iudæis, quæ eſt in lib. v. Conſtitutionum, cuius in III. libro cõtra hæreſes meminit cùm Audianos confutat, qui Paſcha cum Iudæis agẽdum eſſe cõtendebant, idq́; teſtimonio Conſtitutionis Apoſt. quã alijs verbis proferebant, quę malè etiã interpretabantur. ſic enim ait Epiphanius. Ad hoc ipſi Audiani Cõſtitutionẽ Apoſtolorum falsò afferunt. dictum verò de Paſcha vnde ſumũt, quod prauè interpretantur, eſt, quia decernunt Apoſtoli in eadẽ Cõſtitutione, vos ne ſupputetis, ſed agite Paſcha quãdo fratres veſtri ex circunciſione: cũ ipſis ſimul agite. & non dixerunt, inquit Epiphanius, cùm fratres veſtri, qui in circunciſione ſunt, vt oſtenderent eos qui ex circũciſione ad Eccleſiã tranſierunt, principes duces fuiſſe ſic poſtea feſtũ Paſcha agitandi. Hactenus S. Epipha. & q̃ ſequuntur eodẽ pertinentia. Fateor (ne quis hoc per ignorantiam noſtris Conſtitut. obijciendum eſſe putet) in ea Cõſtitutione Apoſtolorũ de Paſchę celebratione, quæ in libris noſtris nũc extat, & in lib. S. Epiphanij erat, nõ eſſe illam partẽ, Sed agite Paſcha, quando fratres veſtri ex circunciſione quę erat in Cõſtit. Apoſt. quã Audiani falsò proferebant; nõ quia falſa ſit, nõ enim eã reijcit tanquam fictam Epiphanius (ſolet enim fieri nõ rarò, vt in variis exẽplaribus, alioqui veris & incorruptis, aliquę partes variè legantur) ſed quia eam Conſtitutionem ad ſuam falſam ſententiam cõfirmandam perperam detorquebant, falsò eam interpretantes. Fratres enim ex circũciſione, quos Cõſtitutio illa dicebat; fratres q erant adhuc in circunciſione, Audiani accipiebant. Sãctus verò Epiphanius hãc ipſam Conſtitutionem ab illis malè detortã ſic interpretatur, vt intelligẽda

omnino

omnino erat. At conſtitutio Apoſtolorũ, quæ in libris noſtris nunc fertur, multò dilucidior & ſimplicior, ac proinde purior eſt, quàm illa, quę ab illis producebatur, licet illa vera etiam, vt dixi, eſſet: eſt enim in veris & rectis aliud alio purius & rectius. Pro alia itaque parte, quæ in illa Conſtitutione erat, quam malè Audiani interpretabantur, Sed agite quando fratres veſtri ex circunciſione; in Conſtitutone noſtrorum librorũ ſic eſt, Ne obſeruetis cũ Iudæis feſti Paſchæ celebrationem; quæ pars tam dilucida & manifeſta eſt, vt nullã occaſionem malè intelligendi & perperã interpretandi vnquã dare poſſit. Itaq; S. Epiphanius nõ redarguit Audianos hac parte Cõſtitutionis, quæ in libris Epiphanij erat, & nunc eſt in noſtris, quæ alioqui eorũ ſententiæ apertiſſimè repugnabat, quia ſcilicet aliam pro ea proferebant, quę vera etiã erat, & ſi apta illis viſa eſt ad detorquendũ in ſenſum ſuũ & malè interpretandũ; ſed redarguit, aliũde, id eſt, ex alijs, quæ idem Apoſtoli dicũt; quæ S. Epiph. illis obijcit tanquã cũ eorũ interp̃tatione pugnãtia. Aiunt enĩ Apoſtol: inquit Epiphanius, agendas eſſe vigilias in medio azymorum, hoc autem fieri nõ poteſt in eccleſiaſtica ſupputatione, &c. Hic etiã Epiphanius ſñiam Cõſtitut. nõ verba citauit. ſic enim eſt ĩ cõſtitutione eiuſdẽ li. v. c. xix. vt à veſpera ſabbati, ſ. vſq; ad galicantũ vigilias agerent. at quia erat ĩ ſabbato tempore Apoſtolorũ mediũ azymorum, ſiquidem à veſpera quartæ Feriæ pridie ſcilicet eius diei, quo Paſcha tunc comedebant, ĩcipiebãt azymi, qui vii. diebus durabãt, nõ poterat vllo modo ſecundũ Apoſt. Cõſtit. Paſcha cũ Iudęis agitari, vt Audiani cõtendebant; ſiquidem ijdẽ Apoſtoli p̃ciperent vigilias agere, quod eſt genus afflictionis, cũ Iudęi agẽtes Paſcha gauderẽt, & lętarent. Rurſus idem S. Epiphanius poſtquã dixit perfectũ eſſe Cõſtãtino Imperatore, quod S. Apoſtoli à principio p̃uidiſſent, ac ſumma diligentia curaſſent, vt ſcilicet vnus tenor in vno feſto Paſchę celebrando omnium Eccleſiarum p̃pter concordiam eſſet, ſubiungit, Apud Apoſtolos autem dictum illud, propter concordiã, habet, vt teſtãtur, cùm dicunt; quãuis errent, ne curetis. hic quoq; ſententiã Cõſtit. noſtrorum librorũ ſecutus eſt Epiph. ſic enim eſt ĩ noſtra cõſtit. nulla enim nobis cõmunio cum eis eſt. errãt enim in ipſa ſupputatione quam ſe cõficere exiſtimant, vt ſint vndequaq; ĩ errore, à veritate abſciſſi; at vos ſeruate diligenter æquinoctium vernum, &c. Hæc S. Epiphanius ſic accepit, quaſi dicerent Apoſtoli, nulla nobis eſt cum Iudęis cõcordia, quare etſi errant ĩ ſua ſupputatione, nihil ad vos; ſitis vos cõcordes in diligenti obſeruatione æquinoctij, &c. Poſtremò arguit Epipha. Audianos, quòd iactarent ſe ſecundum Conſtit. Apoſtolorum Paſcha cum Iudęis agere, cum nullam tamen, inquit, accurationem in ea re haberent, neque ſcirent manifeſtam diligentiam, quam S. Apoſtoli in Conſtitutione adhibuerunt. eiſdem verbis vſa eſt Cõſtit. Apoſtolorũ in his libris noſtris, in

quam

quam planè conſtitutionem intuebatur S. Epiphanius, cùm hęc ſcripſit. ſic enim ait conſtitutio cap. 17. eiuſdē libri v. Oportet ergo fratres, vt qui pretioſo Chriſti ſanguine redempti eſtis, dies feſtos Paſchæ accuratè & omni diligentia poſt æquinoctium celebretis; vt nec vnius paſſionis bis per annū memoriā renouetis, ſed potius ſemel quotannis memoriā Chriſti, ſemel item mortui celebretis; nec amplius cum Iudęis tempus agendi Paſcha obſeruetis. nulla enim nobis nunc cum eis cōmunitas eſt; & quę ſequuntur. De hac conſtitutione de Paſcha & de quibuſdam eius particulis non eodē ordine & numero, quo nunc ſunt, ſed pari ſentētia à S. Epiphanio citatis paulo ſubtilius in hoc Prooemio notare volui, ne hoc parum expertos falleret, quaſi conſtitutio Epiphanij alia eſſet quàm noſtra. quin potius quàm puræ eſſent & integræ horum librorum cōſtitutiones, vel ex hac cōſtitutione de Paſcha tam limatè & accuratè ac dilucidè ſcripta perſpici poſſet. id quod S. Epiphanius admiratus eſt, tantam dico diligentiam Apoſtolorum ī hac de Paſcha conſtitutione, & tam exactam curam, ac tam manifeſtam, quā idem Audianis tanquam eius neſcijs & ignaris obiecit. quo magis mirandum eſt, quòd hæc tanta Apoſtolorū diligentia & tam limata & perfecta ratio agēdi Paſcha, quę laude potius & admiratione digna erat, vllū aliquando mouere potuerit ad affirmandum ſuppoſitā eſſe in his libris hanc Cōſtitutionē, magiſq; Concilio Nicęno, quàm Apoſtolis conuenire. Sed de hoc pluribus diſſerendum erit in explanatione defenſione huius de Paſcha conſtitutionis. Addam huc, quod planè oblitus eram, q; diſſertos adhuc cōtra Audianos idem Epiphanius de eadem conſtitutione Apoſtolorum de Paſcha, aliū etiam locum citat non eiſdem verbis, ſed pari ſententia, vt in ſuperioribus fecit. Aiunt, inquit, Apoſtoli, cùm illi conuiuantur, lugete vos ieiunantes pro illis, qm̄ in ipſo feſto Chriſtū comprehenderunt. Oportet igitur deflere eos. In eandem ſniām ſcriptum eſt in eodem lib. 5. cap. 15. præcipitur enim ab Apoſtolis, vt ieiunemus ſabbato hebdomadæ ſanctę ſiquidē in ipſo feſto Dñm cōprehenderunt, quare lugendum eſſe: q; ſi lugendū eſt nobis in eorū feſto, ergo lugendū eſt nobis cùm illi conuiuātur; conuiuātur enim illi in feſto ſuo. Aliā præterea conſtitutionem de nō ieiunando die Dñico ſimiliter citat Epiphanius. quo, inquit, nos die Dñico lugebimus, & ieiunabimus, cū rurſus Apoſtolorum conſtitutionem audiamus; quæ ait, animam eius q; ſe affligit ieiunando die Dñico, maledictā eſſe Deo? Conſtitutio aūt, q̄ extat in extrema parte eiuſdem libri, totam horum verborū ſniām cōtinet. ſic enim ait: Die Dñico lętamini. at cū iubet lętari die Dñico, lugere certè & ieiunare in eo prohibet. ſequitur poſtea in cōſtit. reus enim peccati erit, qui die Dominico ieiunauerit. atqui certè maledictus Deo eſt, qui peccati reus eſt. Rurſus idem Epiphanius lib. 3. contra Aerium, Si, inquit, dicendum

Ttt. 2 eſt,

eſt, quod eſt in conſtitutione Apoſtolorũ, quomodo ibi conſtituerunt, vt 4. & 6. feria ieiunaretur, Præterquã in Pentecoſte, & diebus Paſchę, quomodo iubent nihil aliud penitus, quàm panem ſal & aquã ſumere? Hæc autẽ ſumpta ſunt ex Conſtitutionibus noſtris, quæ ſunt in lib. v. c. 18. & cap. vlti. Item contra Maſſalianos, ac de barba quidem, inquit, in Conſtitutionibus Apoſtolorum ait diuinus ſermo & doctrina, non licere corrumpere, id eſt tondere pilos barbæ; neque meretriciè ornari. eſt autem hæc Conſtitutio in lib. primo de laicis. in quo loco Epiphanij obſeruandũ eſt, non dixiſſe, ait ſcriptura, ſed diuinus ſermo & doctrina, vt qui non ignoraret Conſtitutiones Apoſtolorũ traditiones eorum eſſe ἀγράφους, quas S. Apoſtoli per ſermonem ſuum, qui ſermo diuinus erat, ſine ſcripto nobis tradiderũt; quasq; Clemens, non vt Apoſtolus, aut Euangeliſta, ſed vt Apoſtolicarũ Cõſtitutionũ ſcientiſſimus, & Apoſtolorũ auditor ad vtilitatẽ omnium Eccleſiarũ memoriæ prodidit & cõſcripſit; vt, ſicut lib. v i. cap. 18 ſcriptum eſt, hac doctrina catholica epiſcopi, & reliqui ſacerdotes eos qui per verbum euangelij crediderunt, ad exemplum Apoſtolorũ fulcire, & roborare meminiſſent. Rurſus ſcribẽs aduerſus Collyridianos, quoniã inquit, eſt ordo diaconiſſarũ in eccleſia nõ quidẽ ad fungendum ſacerdotio, vt conẽtur mandare aliquid, ſed potius ad honeſtũ vſum feminarũ, cùm vel tẽpus lauandi, vel ęgrotationẽ, aut quod dolet, inſpiciendi eſt, vel cùm nudandum eſt corpus mulieris, ne à ſacerdotibus ſpectetur, ſed à diaconiſſa potius in ijs miniſtrãte quę ſacerdos iubet ad vſum mulieris. Deinde intuens Epiphanius in Apoſtol. Cõſtit. ſubiungit ita aptã cõpoſitionẽ ordinis & rectã Eccleſiæ adminiſtrationẽ ſcienter Canone munitã eſſe. eſt autẽ hic Canõ ſiue potius cõſtitutio in III. libro Cõſtit. Adhuc aduerſus eoſdem Collyridianos citat ex eodem lib. III. Conſtit. Apoſtolorũ, nõ debere mulierẽ docere, neq; baptizare. Si enim, inquit, hoc liceret, Maria quidem Mater Domini docuiſſet, & Chriſtũ baptizaſſet. Prętermitto reliqua quę in Epiphanio obſeruaueram ex Cõſtitutionibus Apoſtolorũ, quas in manibus habemus, citata. Pergamus ad alios, ex quibus magnus Baſilius quemadmodũ Cõſtitutiones Apoſtolorum coleret, & pro diuinis haberet, ex libro eius de Spiritu ſancto ad Amphilochiũ intelligi poteſt, vbi de pluribus ca. 27. meminit, quas ſine ſcripto à ſanctis Apoſ. traditas eſſe ait, ita enim, vt mihi videtur, futurũ erat, vt & maiore ſtudio atq; diligentia eis aſſueſcendũ eſſet; (vnde conſuetudines non ſcriptas vocat idẽ Baſilius) & vt melius ac facilius à corruptelis inſidiatorũ defenderentur: quas quidẽ parẽ Euãgelio vim ad colendã pietatẽ hr̃e dicit; quare qui eas reſpuũt & aſpernãtur, graue eos plagã Euãgelio infligere. in his igitur numerat B. Baſilius, quæ in his noſtris Cõſtitutionibus feruntur, ſignari ſigno Crucis, verti ad Orientem in adhibendis precibus, benedicere aquã baptiſmi & oleũ vn-

ctionis, credere in patrem & filium & Spiritū ſanctum; facere tres merſiones vno baptiſmo, renunciare Satanæ & angelis eius, dicere quædam verba ante conſecrationē & poſt conſecrationem S. Euchariſtiæ, quorū nec Apoſtolus, inquit, nec Euangelium meminit: Hæc inquam, quæ in traditionibus nec ab Apoſtolis, nec in Euangelio ſcriptis exempli cauſa Baſilius notauit, in his, vt dixi, Cōſtitutionibus noſtris ſunt. nec ſentētijs modò Cōſtitutionū, ſed eiſdem etiam verbis interdum vſus eſt, vt cùm ait, aſpicere in Orientem, cùm fideles precationem faciunt, traditionem eſſe Apoſtolorum, quia antiquam, inquit, patriam quærimus paradiſum à Deo conſitum ad Orientem. Conſtitutio verò ſic ait libro 2. cap. 57. & contemplantes Orientem, preces adhibeant memores antiqui paradiſi ad Orientem. Magnus verò Athanaſius non ſolum de hac cōſtitutione Apoſtolorum meminit, ſed cōſtitutionem etiam ædificādi verſus Orientem ædes ſacras, quas eccleſias vocamus; quæ in eodem libro & capite eſt, in quæſtionibus ad Antiochum principē citat. Sic enim ait: Idcirco B. Apoſtoli fecerunt, vt Eccleſię Chriſtianorum ad Orientem ſpectarent, vt in paradiſum, vnde eiecti fuimus, precando intueremur. Sed redeo ad Baſilium de quo fortaſſe dubitabit aliquis, quomodo dixerit de Traditionibus illis Apoſtolorum, quas exempli gratia commemorabat, quas non ignorabat à S. Clemente ſcriptas eſſe, quomodo, inquam, dixerit neminem ſanctum eas ſcriptas reliquiſſe? ſic enim de illis Traditionibus, quæ noſtris, vt dixi, Conſtitutionibus continẽtur, ait: Quis ſanctorum hæc nobis ἐγγράφως, id eſt, ſcripta reliquit? Verùm cùm hoc quærit, perinde eſt vt ſi quæreret, Quis Apoſtolus, aut Euangeliſta hæc ſcripſit? Nemo ſanè. hanc enim reſponſionem poſtulat illa percunctatio. Quare quæ Baſilius & alij antiqui Patres vocant tradita ἀγράφως, vocemus nos tradita ſine ſcriptura, quod de ſacra ſcriptura continuò intelligitur. hæc enim iam propter excellentiam & diuinam inſpirationem qua confecta eſt, ſcriptura dici ſolet. Illud præterea obſeruandum eſt, quemadmodum B. Baſilius huiuſmodi traditiones Apoſtolorum, quæ, vt dixi, Conſtitutionibus eorum continentur, quibus à principio Eccleſias conſtituerūt, tacitas & myſticas vocat, quas dicit S. Apoſtolos ſcriptura ſua vulgare noluiſſe, ſed ſilentio potius reuerentiā myſterijs adhibere, ne cognitio eorum, inquit Baſilius, à multis neglecta contemptui haberetur. Clementem Romanum, vt mihi videtur, ſecutus & imitatus eſt; qui in extremo Canone Conſtitutiones Apoſtolorum à ſe octo libris perſcriptas oportere ait non coram omnibus & in vulgus efferre propter myſtica, inquit, quæ in eis ſunt. Hunc etiam Canonem Nicolaus primus ſecutus quoque videtur, reddita inſuper ratione, cur Canones non omnibus vulgare oporteret. is enim in reſponſis ad Bulgaros cap. 9. poſtquam dixit de ijs qui intrant in Eccleſiā, & facta

obla-

oblatione non communicant, ſacri Canones ſufficienter enunciãt (citat autẽ hic Canonem Apoſtolorũ IX. qui eſt poſtea in Synodo Antiochena cap. 2. renouatus) ſubiungit de ſacris Canonibus Apoſtolorum, quos dixerat, qui Antiſtiti veſtro ſunt tribuendi, & à ſacerdotibus, qui claues tenent ſcientię, dumtaxat aperiendi; & vobis nihilominus in quibus opus eſt, & minimè prohibetur, inſinuandi. quod hic dixit Pontif. de ſacris Canonibus Apoſtolorum, qui ſunt in libro VIII. Clementis, intelligendũ eſt de reliquis horum librorũ Cõſtitutionibus, quas, vt oportet, ſacerdotibus, & Eccleſię magiſtris notas eſſe & familiares ad vtendum, & earum vſum alijs cõmendandum, & exponendum; ita non omnibus ſunt vulgandæ. Sic etiam idem Nicolaus eiſdem Bulgaris, qui leges ſeculares à Pont. petebant, reſpondit cap. 3. Libenti animo mitteremus, ſi quem penes vos eſſe comperiſſemus, qui has vobis interpretari potuiſſet. ſi quos autem de mundana lege libros miſſis noſtris dedimus, nolumus ibi relinqui, ne fortè quilibet vobis diuersè interpretetur, aut facilitate qualibet violet. Si hoc prouidus Pont. de legibus ſæculi cauendum eſſe iudicauit, quãto magis de Apoſtolicis legibus & Cõſtitutionibus, quæ ſpirituales ſunt, cauendum erat, ne eſſent cum omnibus communicandæ? Sed rurſus de Baſilio adhuc fortaſſe quęrat aliquis, quare cùm eiuſmodi traditiones ſine ſcripto à S. Apoſtolis traditas, de quibus loquitur, à Clemente Romano collectas & cõſcriptas eſſe non ignoraret, nunquam eius meminit? præſertim cùm paulò pòſt in eodem libro cap. 29. licet in alia re Clementis meminerit. Mihi quidem obeam cauſam videtur non meminiſſe, quòd maior illi videbatur auctoritas Eccleſiæ, quæ ab ipſis Apoſtolis Cõſtitutiones ſine ſcripto traditas accepiſſet, quàm Clementis Romani, qui eas collegit & cõſcripſit. Semper enim viuunt ſpiritu Petrus & Paulus, & reliqui Apoſtoli in eccleſia, cui cõſtitutiones ſuas diuinas ſine Scritura ſacra tradiderunt. neque nos Conſtitutiones Apoſtolorum & doctrinã, quæ in his libris ſunt, quia Clemens ſcripſit, ſed quia Apoſtoli tradiderunt, veneramur. ſiquidem Clemens, non vt diuinus Legiſlator, nec vt ſacer & canonicus auctor, hæc ſcripſit, ſed vt eccleſiaſticus ſcriptor, licet proximæ poſt canonicos ſcriptores auctoritatis. Sed hactenus de Baſilio.

S. Aſterius Epiſcopus Amaſeæ, cuius extant aliquot homiliæ eruditiſſimæ, interpretans parabolam Samaritani, qui deſcendit ab Hieruſalem, Duo, inquit, denaria duo Teſtamenta ſignificant, vnum Legis & Prophetarum, alterum Euangeliorum, & Apoſtolicarum διατάξεων, id eſt, Conſtitutionum; & vtrumque vnius Dei, & vnius ſuperni Regis imagine conſignatum inſtar denariorum, & eundem characterem cordibus noſtris per ſanctas Scripturas imprimens. Bene hoc conuenit cum eo, quod paulò antè S. Baſilius in libro ad Amphilochium,

aiebat,parem Euangelio vim ad pietatem colendam habere quæ S. Apoſtoli ſine ſcripto tradiderunt.

Item Euthalius Epiſcopus Sulcenſis,qui ætate Athanaſij Alexandrini in Acta Apoſtolorum ſcripſit,cuius extat eruditiſſimus in ea ipſa Acta Prologus,in eo ſic ſe Acta expoſiturum pollicetur,vt in multis locis τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων mentionem faciat,quas, inquit, ἅς τε πρὸς τοὺς ἐναντίους, ἅς τε καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους πεποίηνται, id eſt,quas ſiue contra aduerſarios, ſiue etiam ad vſum fidelium fecerunt. nõ dixit ſcripſerunt,ſed fecerunt; quia ſine ſcriptura eas, vt ſæpe dictum eſt,ſolo ſermone tradiderunt ad conſeruationem ſcilicet diuini cultus & euangelicæ doctrinæ. Hæc enim quæ ſine ſcriptura à S. Apoſtolis conſtituta & tradita ſunt,non parum defendunt ab hæreticis Euangelium noſtrum, quod ipſi oppugnant;& quo ſe priuant, cùm Traditiones Apoſtolicarum Conſtitutionum negant,& explodunt. Quomodo enim ſcripturam euangelij aduerſus eos tueremur,niſi quomodo rectè intelligenda eſſet, S. apoſtoli verbo prædicationis ſuæ ſine ſcripto docuiſſent? eſt autem magna pars doctrinæ eorum per ſermonem traditæ in his libris cõſtitutionum; vt ex locis in obſeruatione noſtrorum ſcholiorum contra nouatores euangelicæ doctrinæ indicatis perſpici poterit.

Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus in epiſtola illa ſua admirabili,quæ eſt in actione xi. ſextæ Synodi,non ad Sergium Archiepiſcopum & Patriarcham Conſtantinopolitanũ,vt nunc mendosè ſcriptum eſt; ſed ad Honorium Pont. Romanũ,vt Photius in Bibliotheca ſua teſtatur, Requiritur,inquit,à nobis,vt accedentes ad ſalutarem baptiſmũ,carnis reſurrectionem confiteamur,vt quidam ſapientũ cõtẽplatus eſt. Atqui nũquam hoc in euangelio,nec ab vllo ex apoſtolis ſcriptum eſt; ſed potius per ſermonẽ eorum traditum,& à Clemente Romano lib. 7. conſtitut. cap. 42. ſcriptum. Clementẽ enim haud dubiè intellexit,cùm dixit, vt quidam ex ſapiẽtibus. contemplatum verò dixit,quia quod ad apoſtolis audiuit, & in Eccleſiaſtica cõſuetudine ab illis tradita vidit,hoc ab apoſtolis conſtitutum eſſe perſpexit;quod vſq; in hodiernum diẽ in Eccleſijs catholicorum vbiq; ſeruatur,vt qui ad baptiſmum accedat, ſymbolũ recitet,in quo reſurrectionem carnis confitetur:aut ſi per ętatem non poteſt,qui eũ tenet,hoc faciat. Idem rurſus Sophronius in homilia de certamine & peregrinatione Petri & Pauli ſcribit,Petrum & Paulum Canones & conſtitutiones Apoſtolicas feciſſe. Cùm Petrum & Paulum auctores Canonum & conſtitutionum dixit,cæteros quoque apoſtolos intellexit;ſed hos nominauit,quia de eorum certamine & peregrinatione ſcribebat.

Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi 18. cùm de reſurrectione diſſerit, Clementem Romanum nominatim citat eà de Phœnice in quinto

libro

libro narrantem, quę ad demonſtrandam reſurrectionem multi narrabant. Si hic tãtus & tam antiquus auctor Cleměti hos libros falsò inſcriptos eſſe putauiſſet, ac nō potius eius auctoris iuſti & legitimi eſſe cuius eſſe ferunt, id eſt, Clementis, quod ipſorū librorū inſcriptio teſtatur, aut ſi corruptelis contaminatos putaſſet, nonquam in ea præſertim narratione, quæ tanti & tam grauis auctoris teſtimonio indigeret, horū librorum quintū citauiſſet. Hūc enim librum citat, cùm ait, Scribit Clemens, & aiunt multi. nuſquam enim aliàs niſi in hoc libro ita de reſurrectione Clemens diſſeruit, vt Phęnicis meminiſſet, non quidē q, hoc Clemēs de Phœnice aſſerat, tametſi Cyrillus & aſſerere & credere videtur; quin potius narrationem ipſorū illis ipſis obijcit, qui nihilo minus tamē reſurrectionem corporum, quàm S. Apoſtoli prædicabant, & nobis credendam tradiderūt, non credebant. Huc accedit, quòd ipſe idem Cyrillus Hieroſ. teſtimonium dat non ſe citaſſe Clemētem tãquā ex libris eius apocryphis, qui in catecheſi 4. ſic ſcripſit: Nihil legas ex apocriphis, qui enim, quæ omnes confitētur ignorat, quid fruſtra de ijs ſolicitus eſt, de quibus eſt dubiū? Qui hoc ſcripſit, profectò cōſequens eſt, vt libros Clementis, vnde teſtimonium narrationis de Phęnice petiuit, in numero eorum librorum, quos omnes confitebantur, & de quibus dubium non erat, planè poſuerit.

Hanc ipſam de Phœnice narrationem mutuatus quoq; eſt à Clemęnte Tertullianus in ijs, quę de reſurręctione carnis ſcripſit, Clemētem nō ſolum ſententia ſed verbis imitatus; quod enim Clemens ait, præbere Phœnicem πλουσίαν ἀπόδειξιν reſurrectionis, Tertullianus dixit copioſam probationem reſurrectionis, πλούσιος enim diuitem ſiue copioſum ſignificat: & quam Clemens vocat μονογενὲς ὄρνεον, id eſt, vnigenam volucrem, Tertullianus appellat voluerem ſingularem. Rurſus in Apologetico cùm ait, Quis Poetarum vel Sophiſtarũm nō hauſit ex fonte Prophetarum? Clementem imitatus eſt cùm i primo libro ait, Siue ſophiſtica, ſiue poetica cupis, habes Prophetas. Nunquid doctiſſ. auctor Tertullianus his libris vſus eſſet, ſi eorum lectionem non magnæ auctoritatis eſſe iudicaſſet?

Petrus Alexãdrinus martyr, is qui primus Ariū à cōmunione fidelium ſeiunxit, ca. 15. eorum, quæ inter Canones eccleſiaſticos ſanctorum patrum relata ſunt, ait iuſſum eſſe nobis ſecundum traditionem quarta & ſexta feria ieiunare; ſententiā & verba ex cōſtitutione Apoſtolorum ſumpſit. Sancti enim Apoſtoli in extremo capite libri v. Iubemus, inquiunt, vobis quarta & ſexta feria ieiunare. Quę cōſtitutio quemadmodum intelligēda eſſet, & qūo vſq; in hodiernū diem in eccleſia catholica ſeruet, expoſui lib. 1. cap. 3. defenſionis Canonū Apoſtolorū cōtra Magdeburgenſes Centuriatores.

Proclus Conſtantinopolitanus, cui ſucceſſit Flauianus, in ijs, quæ de

diuina liturgia ab eo ſcripta iu publico feruntur, teſtatur myſticũ diuini ſacrificij cultum, quem miſſam vulgo vocamus, Clementem Romanum ſecundum traditionem Apoſtolorum mirabiliter deſcripſiſſe. Eſt autem ea deſcriptio in VIII. libro Conſtitutionum.

Gregorius Naziãz. cognomento Theologus frequenter in libris ſuis doctrinam Apoſtolorum à Clemente in his cõſtitutionibus conſcriptã, interdum eiſdem etiam verbis imitatus eſt, vt cùm differens de filio Dei, genitũ eum dicit bonitate & dilectione, non voluntate media; ex doctrina Apoſtolorum ſumpſit, quæ in libro 8. cap. 12. ait de Patre, filium genuiſſe bonitate & voluntate ſine medio. Et illud in Apologetico, epiſcopatum eſſe velut artem quandam medicinæ, ſecare, vrere, & quæ ad artis paſtoralis, ceu artis medicinæ ſpectant, facere, ex doctrina Apoſtolorum ſumpſit, quæ in libro 2. cap. 20. ſcripta eſt.

Philaſtrius Brixienſis, ſeculi B. Ambroſij ĩ libro de hæreſibus cap. de apocryphis, cõtraria, inquit, ſcripturis canonicis ſentiunt atq; paulatim dogmatizãt cõtra Legem & Prophetas, cõtraq; diſpoſitiones beatiſſimorum Apoſtolorũ cõſulta ponẽtes; è quibus ſunt maximè Manichæi. Cùm diſpoſitiones Apoſtolorũ dixit, planè eorũ cõſtitutiones intellexit, ſic enim à principio nomen διατάξεις interpretabantur, quod nos nunc, tum cõſtitutiones, tum diſpoſitiones interpretamur. teſtatur hoc vetus interpres noui Teſtamenti, qui verbũ, vnde ducitur nomen διατάξεων, diſponere interpretatur, vt cũ Apoſtolus ait, Cætera cũ venero diſponã; & illud ad Titum, Sicut tibi diſpoſui. Cùm verò dixit hic auctor Manichæos maximè ex omnibus conſulta cõtra diſpoſitiones Apoſtolorũ ponere, nõ potuit apertius cõſtitutiones Apoſtolorũ, quas habemus, indicare. In his enim quæ Manes, à quo Manichæi nominati ſunt tradebat, manifeſtè refelluntur; vt ꝙ aiebat mundum eſſe factũ à Deo non voluntate, ſed neceſſitate & coactè, doctrina Apoſtolorũ tũ aliàs ſæpe, tum in libro VIII. cap. 12. planè euertit, cùm ait, Tu enim æterne Deus omnia per filium feciſti, per quem vt eſſent, conceſſiſti, ac donaſti. & paulò pòſt, Qui ſola volũtate terram ſuper nihil firmaſti. Item legem nuptiarum, diaboli eſſe dicebat; doctrina verò Apoſtolica libro VI. cap. 11. Nuptias, inquit, legitimas, honorabiles, & nõ maculatas eſſe credimus; Chriſtũ quoque verum hominem eſſe ex humano corpore & anima cõſtantem negabat, ac proinde non verè paſſum; tum etiam reſurrectionem omnium tollebat. Horũ contraria ibidem tradũt Apoſtoli, & in pluribus alijs locis. facile eſt idem in reliquis Manichæorum dogmatibus oſtendere, niſi longum eſſet & nõ neceſſariũ. Citat autẽ paulò pòſt idẽ Philaſtrius, ne quid teſtimonio eius deſit, vnam ex diſpoſitionibus Apoſtolorum, quas dixit. ſic enim ait: Propter quod ſtatutũ eſt ab Apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus, non aliud legi

debere in eccleſia catholica, niſi legem & Prophetas, & Euangelia & actus Apoſtolorum, & epiſtolas Pauli. Eſt autem hæc diſpoſitio ſiue conſtitutio in 11. libro cap. 57.

Ioannes Damaſcenus celeberrimus dogmatiſtes, in libro de ieiunijs, ad Cometam, Apoſtolorum διατάξεις, id eſt, conſtitutiones nominatim citat, & vnam ex eis quæ eſt in libro v. cap. 13. ad verbum recitat. Seruandum eſt, inquit, ieiunium ſanctæ Quadrageſimæ, quod memoriam continet vitæ Chriſti & Legis eius. Fiat autem hoc ieiunium ante ieiunium Paſchæ incipiens à ſecunda feria, & deſinens in ſextam. poſtea ſoluto ieiunio incipienda eſt hebdomada ſancta, ieiunandumque in ea omnibus cum timore & tremore; precandumque pro pereuntibus. ſecunda enim feria ceperunt conſilium contra Dominum. & quæ ſequuntur.

Item Anaſtaſius Antiochenus, qui ante mille annos omnibus virtutibus & doctrinis floruit, multas Conſtitutiones apoſtolorum ex his libris quos nunc habemus, eiſdem verbis citat, de nō legēdis libris Gentiliū, ex libro 1. de ſeparādis ab eccleſia, quorum peccata alijs nocere poſſunt, ex libro 2. de ratione recipiendi pœnitētes, ex eodem libro; à quibus accipiēdæ oblationes, & a quibus nō, ex libro 4. de orphanis; qui iuſtè eleemoſynas accipiāt, & qui non, ex eodem libro; de duplici via, altera vitæ, altera mortis, ex principio libri VII. de naturali lege decalogi, & de ijs quæ ꝓpter duritiā cordis ſancita erāt Hebręis, ex libro VI. de Quadrageſima & hebdomada ſancta ex libro V. de feſtis Domini & ſanctorum, & de 7. horis canonicis, ex libro VIII. Quāta autem ſit huius ſcriptoris auctoritas, ex ijs, q̄ de eius in diuinis Scripturis eruditione & vitę ſanctitate, & aduerſus Iuſtinianū Imp. ꝓ defenſione catholici dogmatis cōſtātia Euagrius lib. 4. Hiſtorię ſuę ſcribit, perſpici pōt, qui inter alias eius laudes, in diſſoluendis q̄ſtionibus acutū & perſpicacē fuiſſe teſtatur. quæ laus ſatis indicat eius eſſe librum variarū quæſtionum, qui eidem inſcriptus eſt, quem ὁδηγὸν appellauit. ꝙ enim in eo libro auctores Anaſtaſio poſteriores citātur S. Maximus monachus, Ioannes monachus cognomēto Clymax, Nicephorus Conſtātinop. qui contra Iconomachos ſcripſit, idē hic factū eſt, quod in libro Quęſtionū Athanaſij Alexandrini ad Antiochū Principē, quē Athanaſij eſſe nō ſolum hic Anaſtaſius, ſed Ioan. Damaſcenus cū alijs teſtatur. in eo tamen libro feruntur nunc auctores Athanaſio poſteriores S. Epiphanius & Gregorius Nyſenus. Ego verò nactus ſum exemplar Gręcum harum quæſtionum Athanaſij ex Bibliotheca Meſſanenſis Archimādritę; vbi nō eſt citatus Epiphanius, neque Gregorius Nyſſenus; q ab aliquo ſunt appoſiti, qui q̄ ad Athanaſij q̄ſtiones pertinentia in his auctoribus legebat, ad ſuā & aliorum vtilitatē adiunxit; ſic in Anaſtaſij quæſtionibus factum eſt. nō igitur, vt quidam auctor nuper exiſtimauit,

ego

ego deceptus ſum,cùm aliàs ex hoc libro,quem Anaſtaſio attribuebã,teſtimonia citaui; ſed ipſe potius ſe mecum deceptum eſſe falsò putauit.

Sed reuocemus nos ad tẽpora Apoſtolica,& videamus, quomodo Dionyſius Areopagita conſtitutionibus Apoſtolorũ à Clemente Romanò ſcriptis vſus fuerit, & earum teſtimoniũ citauerit, in Eccleſiaſtica hierarchia, cùm de baptiſmo ſcribit,Tota illa,inquit, in aquã merſio ad repræſentãdã imaginem mortis,ac triſtis ſepulturæ ſumpta eſt.Subiungit deinceps: Eum igitur,qui ſacrè baptizatur,docet myſticè ſymbolica doctrina imitari tribus illis in aquam merſionibus, & emerſionibus diuinam illam mortem in trium dierum & noctium ſepultura IESV auctoris vitæ. Doctrinam myſticam ac ſymbolicam planè vocat doctrinam Apoſtolorum, conſtitutionem inquam eorum de myſterio baptiſmi, q̃ in III. libro à Clemente ſcriptá eſt.Teſtis eſt S. Maximus,cuius ſcholium in hoc loco,vt verbum verbo reddam,tale eſt:Ex conſtitutionibus,inquit, Apoſtolorum eſt, baptiſmum quidem fieri in mortem Domini; aquam verò adhiberi pro ſepultura. In cęleſti Hierarch.cap.2.docens quemadmodum tunc Deum magis propriè & verè laudamus, cùm eum non quod ipſe eſt, ſed quod non eſt dicimus; vt cùm infinitum eſſe,inaſpectabilem & nõ poſſe capi prędicamus, ſubiungit;ſiquidem vt occulta & ſacerdotalis traditio expoſuit, verum dicimus, cùm prædicamus non eſſe eum,vt aliquid eorum,quę ſunt,occultam & ſacerdotalem traditionem vocat traditionem Apoſtolorum ſine ſcripto,quę à Clemente in his libris ſcripta eſt cùm aliàs,tũ libro VIII. cap.15.vbi Deũ dicit eſſe vbique, & in omnibus adeſſe & in nullo tanquam aliquid quod inſit; non locis circumſcribi,non temporibus ſeneſcere, non ſæculis terminari,non verbis ſeduci,non ortui ſubijci,non cuſtodia indigere, nõ poſſe interire,non poſſe natura mutationem capere; & quæ ſequuntur. Hęc S. Apoſtoli ſine ſcripto per ſermonem tradiderunt,& expoſuerunt, quæ alioqui ex S.Scripturis cõcluduntur; ex quibus intelligimus verum eſſe,vt ait Dionyſius,quod ab Apoſtolis traditum eſt,οὐκ ἶναι κατά τι τῶν ὄντων,id eſt non eſſe eum ad inſtar eorum quæ ſunt. Denique de his Conſtitutionibus Apoſtolorum primo capite Eccleſ.hierarchiæ planę meminit cùm dicit diſpoſuiſſe ſiue conſtituiſſe Apoſtolos ſine ſcripto Hierarchiã firmis & digeſtis ordinationibus decori & ſacris diſtributionib⁹ eorum,q̃ cuiq; ꝓ dignitate cõgruunt. Omitto reliqua,q̃ ex eodem Dionyſio in defenſionem Canonum Apoſtolicorum ca.21.attuli ſumpta ex Canonibus Apoſtolorum,qui ſunt in lib.VIII. in ſummo Conſtitutionum Apoſtolicarum ceu caput in corpore.

Venio ad Ignatium Martyrem, qui in epiſtolis ſuis, Conſtitutionibus Apoſtolorum frequentiſſimè eiſdem etiam verbis vſus eſt, vt in epiſtola ad Epheſios, quarta & ſexta feria ieiunare, & quæ ſuperfluunt, egentibus

ſuppeditare. hæc eadem Apoſtolica Cōſtitutio lib. v. extremo capite iubet. Item illud in eadem epiſtola ſapientem eſſe diabolū ad nocendum, & ignorare quidnam ſit bonum. idem & eiſdem verbis eſt in lib. v i. Et illud etiam de diabolo ibidem, ignorantia propter voluntariā malitiam repletum eſſe; ex lib. v i i i. c. 1. ſumptū eſt. In epiſtola ad Tarſenſes iubet honorare viduas tanquam aram Dei. Conſtitutio verò Apoſtolorū lib. 3. cap. 14. viduam ait aram Dei eſſe. In epiſtola ad Philadelph. fugite, inquit, doctrinā hæreticorū, ex quibus pollutio egreſſa eſt in vniuerſam terrā; Clemens verò in vi. libro cap. 5. ait, Ex malitia hæreticorum exiuit pollutio in cunctam terram. Rurſus in eadem epiſtola cùm illa eadem præciperet patribus, vt filios educarent in diſciplina & monitis Domini, docerentq́; eos artes idoneas, & ſacras litteras; ac de viduis eadem etiam quæ in eiſdem Conſtitut. Apoſtolorum lib. i i i. legebat, ne eſſent vagæ, ne gulæ deditæ, ne circumcurſitarent, quin potius tales eſsēt, quales honeſtiſſima Iudith, & caſtiſſima Anna, quia ſciebat illas ipſas Apoſtolorum Conſtitutiones, vnde hauriebat, à Clemente Romano in perſona Apoſtolorum more Dialogi ſcriptas eſſe, ne quis fortè exiſtimaret, quaſi ſe faceret vnum ex Apoſtolis, quos Clemens loquentes fecit, cōmodè ſubiungit; hæc non vt Apoſtolus cōſtituo. item hæc in epiſt. ad Magneſios, Epiſcopū præeſſe loco Dei; presbyteros loco conſeſſus Apoſtolorum; Diaconis verò concreditū eſſe miniſterium Chriſti; & rurſus illud, non poſſe presbyteros, neq; diaconos neq; laicos facere quicquā in Eccleſia ſine epiſcopo, ſicut Dominus IESVS ſine Patre nihil faciat; Præterea, quod in eadem epiſtola ſcribit, quemadmodum oporteat ſabbatum agitare meditatione Legis, non relaxatione corporis; & diem Dominicum, Regem & Principem eſſe omnium dierum; & ſolū Chriſtum natura Pontificē eſſe: hæc, inquam, ſumpta ſunt ex Conſtitutionibus Apoſtolorū, in quibus eadem eiſdem verbis leguntur partim lib. 2. partim lib. 7. Idem dicendum eſt de illis in epiſt. ad Heronem, Epiſcopos baptizare, ſacrificare, ordinare, manus imponere, quę ſunt in Conſtitutionibus Apoſtolorum lib. i i i. Item illud, Corpus Adæ ex i i i i. elementis factum eſſe, quod eſt in lib. v i i i. c. 1 2. Item illud, vxores viris ſuis contentas eſſe oportere, & viros ſuis vxoribus, quod eſt in eodem lib. cap. 3 2. in epiſt. ad Smyrnenſes: Si, inquit, qui aduerſus Reges arma mouet, ſupplicio dignus eſt, quāto maiore dignus erit qui abſq; Epiſcopo aliquid facere velit? Eadem ſententia & eiſdem ferè verbis eſt in lib. vi. cap. 2. tum in epiſtola ad Epheſios cū ait, baptizatus eſt à Ioāne Baptiſta Chriſtus, vt inſtituto commiſſo Prophetę tribueret auctoritatem; mutuatus eſt hāc ſententiam à Clemente lib. v i i. ca. 21. in quo ſic ſcriptum eſt, Baptizatus eſt à Ioanne Chriſtus, vt veritatem quam Ioannes prædicabat, teſtimonio ſuo cōprobaret. Iā in epiſtola ad Trallianos Cōſtitutiones

Apoſto-

gnauit. Secunda Synodus Nicæna, quæ in Synodis œcumenicis VII. numeratur, cuius teſtimonium, eccleſiæ quoque Catholicæ teſtimoniũ eſt, in primo canone, Libenter, inquit, amplectimur diuinos Canones & eorum integram διατάξιν, id eſt, conſtitutionem. non eſt exiſtimandum ταυτολογίαν eſſe, id eſt, idem iteratum. quin potius quia ſciebat Synodus alia eſſe à S. Apoſtolis de rebus eccleſiaſticis certa formula iubendi & vetandi tradita & ferè pœnis ſancita, quarum ſanctiones Canones Eccleſiaſticos appellare voluerũt: alia verò propè infinita conſtituta & diſpoſita de diſciplina & honeſtate Chriſtianæ vitæ & eccleſiaſticæ conuerſationis ſine ſanctione eccleſiaſticæ pœnæ, non q minus diligenter ſeruari voluiſſent, ſed quia ita expediret, non minaciter conſtituta eſſe eà quæ ſimiliora erant doctrinę, & monitioni quã legibus, vt verbi cauſa de honeſtate lauãdi in balneo, de ornatu honeſto virorum & mulierũ, de ordine ſedendi in Eccleſia, de educatione & diſciplina filiorum, & de ſimilibus; hæc quam dicuntur διατάξεις & διατυπώσεις, nos conſtitutiones ſiue diſpoſitiones dicamus; quæ quia ſunt quædam appendiculæ Canonum, id eſt, Legum eccleſiaſticarũ, quibus Canones perficiuntur, & quę ad cuſtodiendum eos plurimum momenti habent, opportunè & commodè adiunxit Synodus ad Canones, totam & integram eorum cõſtitutionem. Congruit cũ hoc quod eſt in lib. VIII. c. 3. Deſcripturus enim Clemens Canones poſt Cõſtitutiones libris VII. ſuperioribus cõprehẽſas, Nũc, inquit, ad ſummum Eccleſiaſticæ conſtitutionis feſtinat oratio. Canones igitur ſunt velut caput Conſtitutionum; Conſtitutiones verò velut reliquũ corpus capiti adhærens. Similis ferè differentia & diſtinctio erat in vetere Teſtamento eorum quæ minaciter legibus ſancita erant; & eorum quæ ſine minis, & nulla propoſita pęna, q̃ ſimiliora etiã doctrinæ & monitis, quàm legibus videbantur. hoc intereſt, q illa vetera omnia ſcripta erãt, tum quia erat populus durus, & obliuioſus; tum vt cogitarent aliunde quàm ex lege quærendam eſſe iuſtitiam, ſiquidem omnes ſub maledicto eſſent, ſicut ſcriptum eſt, Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Similitudinẽ quoq; huius diſtinctionis quandam habent illa quæ Plato de educatione & diſciplina puerorum & alijs eiuſmodi in principio libri VII. de legibus, ſimiliora eſſe dixit doctrinæ & monitioni, quàm legibus: quæ enim parua eſſe viderentur, cũ alijs, ſ. grauioribus cõparata, & quæ frequentia, de ijs ipſis aiebat, nõ eſſe ſcribẽdas leges, quæ pœnis ſancitæ eſſent. quia aſſueſcere, inquit, in paruis, & crebris leges violare, interitum legibus ſcriptis affert. vnde illæ quæ ſint eiuſmodi, non leges ſed ἐπιτηδεύματα & ἔθιμα & νόμιμα ἄγραφα vocat, quia non ſint cum ſanctione pœnæ ſcripta: Leges verò eas dicit, quæ μετὰ ζημίας, id eſt, cum irrogatione pœnæ latæ ſunt. Vnde νόμιμα ἀπειλητικὰ appellat, id eſt, leges minaces:

minacĕs. Videtur mihi Plato, vt hoc etiam obiter obſeruetur, hanc diſtinctionem ex Lege Moyſis hauſiſſe, in qua videbat infinita quæ ad mores pertinerent, & priuatè ac frequenter committi ſolerent, ſiue minis conſtitui ac ſanciri, vt illa in Leuitico, Non mentiemini, neque decipiet vnuſquiſque proximum ſuum: Non peierabis in nomine meo; neque morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane: non facies quicquam iniquè, neque iudicabis iniuſtè; & alia eiuſmodi ſimiliora, vt antea dicebã, doctrinę, & monitis, quàm legibus. Rurſus videbat alia pœnis ſanciri; vt illa iudicialia Leuitici, Qui hoc aut illud fecerit, morte moriatur; Qui illud, lapidabit eum populus. & alia eiuſmodi multa. Hæc idcirco huc allata ſunt, quo magis intelligeretur diſtinctio Canonum & Conſtitutionum, quam Synodus Nicæna in iſto ſuo Canone primò intelligi voluit, cùm dixit, Amplectimur diuinos Canones & totam eorum Conſtitutionem.

Atque hoc quidem ita eſſe, id eſt, Canones à Conſtitutionibus diſtinxiſſe, clariſſimè perſpici poteſt ex octaua Synodo Conſtantinopolitana, quæ Ioanne Pontifice Romano ante annos octingentos habita eſt, trecentorum & octogintatrium Patrum, cui præfuerunt Petrus & Paulus Anconitanus & Eugenius Oſtienſis Epiſcopus. in qua cùm Baſilius Imperator fidei confeſſionem ab ijs, qui locum Pontificis Romani tenebant poſceret; vt in Actione ſexta ſcriptum eſt; reſponderentque non licere alium canonem nouari pręter veteres, qui in cuncto orbe vigerent; tum etiam peterent, vt de ſententia omnium legerentur & confirmarentur; Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus dixit: Iudicio omnium fratrum & conſacerdotum noſtrorum legantur. ac Petrus quidem Diaconus, & Protonotarius legit ea quæ ſequuntur: Diuinam & veneratione dignam Domini & Saluatoris noſtri doctrinam ſinu mentis amplectimur; & ſententia conſtante ac fidei puritate fundati, Sanctorum etiam Apoſtolorum τὰς πρὸς διατάξεις καὶ τοὺς κανονικοὺς τύπους, id eſt, ſacras Conſtitutiones & Canonicas formas, hoc eſt, Canones veriſſimo iudicio veneramur & tuemur. Quinetiam ſeptem Synodorum œcumenicarum, vt quæ vno Spiritus ſancti afflatu directę & actæ fuerunt, prædicationem & inuiolatos ac legitimos Canones ſincerè & conſtanter honoramus, & cuſtodimus: eijcimus ex Eccleſia, quos eiecerunt; amplectimur & approbamus quibus honorem & obſeruantiam tanquam magiſtris pietatis & in eiuſdem fidei profeſsione conſentientibus deberi pronunciauerunt. Sic de his ſentientes & prædicantes definitionem caſtiſſimæ fidei Chriſtianæ à Patribus noſtris vſque ad nos delatam, animo, & lingua exoſculamur, & omnibus clara voce denunciamus. Hactenus Synodus. En quemadmodum in antiqua fidei profeſſione,

ne, quæ teſte Synodo à Patribus tradita per cunctum orbem vigebat; & à 383. Patribus in Synodo prolata eſt, ſecundo loco poſt Scripturam diuinam ſacræ Conſtitutiones Apoſtolorum & eorum canones collocati ſunt. Quis hic iam contra teſtimonium & auctoritatem duarum Synodorum œcumenicarum Canonem ſecundum ſextæ Synodi in Trullo obijcere audebit? etenim ſi ille iuſtus & legitimus Canon eſt, & non potius falſus, qui præter 85. Canones Apoſtolorum, quos approbat, reliquas eorum Conſtitutiones à Clemente conſcriptas, tanquam ab hæreticis corruptas & violatas improbat, quomodo ſeptima Synodus Canones Apoſtolorum & eorum Conſtitutiones, & inſuper ſextam Synodum cum quinque reliquis ſuperioribus & earum Canones approbat? Quomodo idem etiam octaua Synodus facit, quæ planè & diſtinctè ſacras Apoſtolorum Conſtitutiones, eorumque Canones, ac ſimul etiam ſeptem Synodos ſuperiores cum earum Canonibus confirmat? Neceſſe igitur eſt, vt neutra Synodus Canonem illum, quo conſtitutiones Apoſtolorum improbatæ ſunt, qui cum alijs ſextæ ſynodi in Trullo eſſe ferebatur, ſextæ Synodi œcumenicæ eſſe iudicauerit; ne vtraque Synodus à ſe diſſentire, ſibique repugnare planè conuincatur. Immo dicam amplius, videri mihi non eſſe hoc à Synodo octaua diſſimulatum. nec enim in Confeſſione illa, quæ de ſententia Legatorum ſummi Pontificis ac totius Synodi recitata eſt, temerè dictum eſt; ſeptem Synodorum prædicationem, & canones inuiolatos ac legitimos honoramus, & cuſtodimus: non enim ignorabant Legati Pontificis neque diſſimulare debebant, fuiſſe aliquando ſuppoſitos falſos canones pro veris, vt in ſecunda Synodo tertium; & in quarta, vigeſimum octauum; vtrumque de æquando honore ſedis Conſtantinopolitanæ Sedi Romanæ. De canone ſuppoſito ſecundæ Synodi teſtis eſt Damaſus: de quartæ Synodi, teſtes Leo primus, Gregorius item primus, & Anaſtaſius cognomento Bibliothecarius. ſciebant enim Canones illos, qui ſextæ Synodi in Trullo eſſe feruntur, non fuiſſe illius ſextæ Synodi Canones, quæ contra Monothelitas Agathone Pontifice habita eſſet; ſed eius, quæ annis poſt illam 24. alijs Epiſcopis in Trullo loco Palatij Imperatoris congregata fuit; id quod Theophanes Græcus auctor, Taraſij Patriarchæ Conſtantinopolitani ſyncellus, in hiſtoria qua Chronicon Georgij Monachi proſecutus eſt, perſpicuè indicauit. Immo ita eſſe tempus ipſum indictionis in tertio Canone notatum, vt idem quoque Theophanes obſeruauit, & admonuit, planè conuincit. Itaque non eſſe Canones illos auctoritate Pont. Romani tunc factos & editos, nec omnes poſtea approbationem ab

eo tuliſſe, vt cęteros canones nunc taceam, certè decimus tertius Canon manifeſtè conuincit; in eo enim legem ſacri cęlibatus, quam Eccleſia Romana ſecundum Apoſtolicam Traditionem, quæ in his Conſtitutionibus à Clemente ſcripta eſt, tuetur & ſeruat, illius Trullani cœtus patres palam audent repręhendere; & Canonem antiquum (vt ipſi vocant) approbare & ſequi, qui ius & poteſtatem facit ſacerdotibus & reliquis clericis ſacri Ordinis, vxoribus ſuis vtendi; quem Canonem cùm Apoſtolica conſtitutio ſexto libro cap. 17. liquidò coarguat, & refellat, quid mirum ſi libros Conſtitutionum à Clemente Romano conſcriptos improbarunt & eiecerunt? quin immo multò magis mirandum eſſet, ſi non improbaſſent.

Sed concedamus verum eſſe quod iſti Patres teſtificantur, Conſtitutiones Apoſtolorum à Clemente ſcriptas, ab hæreticis violatas eſſe, neſcio quibus peregrinis & adulterinis doctrinis (vt iſti dicunt) interiectis, an non veriſimilius tunc fuerit, immo neceſſarium ex illis ipſis Conſtitutionibus corruptis & violatis, quas fatentur, antiquum iſtum Canonem, quem ſe ſequi gloriantur, manaſſe? immò veriſſimum eſſe, teſtis eſt quidam ex illorum Patrum Trullani cœtus ſectatoribus. is eſt Nicætas cognomento Pectoratus, Græcus auctor, qui ante annos 500. in libro ſuo contra Latinos, cui Vmbertus Eccleſiæ Siluæ candidæ epiſcopus, & Leonis IX. ad Conſtantinopolitanos Legatus reſpondit, Canonem Apoſtolorum, quem vocat & defendit, his verbis recitat: Epiſcopum, & Presbyterum & Diaconum dicimus, qui vnam habet vxorem ordinari, quamuis viuant eorum vxores, quamuis defunctæ. neque licet eis poſt manus impoſitionem innuptos eſſe, nec inſuper ad nuptias ire; aut ſi nupſerint, alias amplecti; ſed ſufficere eis, quas habent, cùm ad ordinationem venerint. Hactenus Canon ab iſto recitatus; quem à Nicolaitis in ſexto libro, vnde Nicętas hauſit, ſuppoſitum aliquando fuiſſe credendum eſt; illi enim miniſtris ſacri Altaris nuptias concedebant: immo tradebant non licere illis poſt manus impoſitionem abſque vxore eſſe. Hunc ergo Canonem Nicolaitarum tanquam Canonem Apoſtolorum Patres illi arripuerunt; & ad eum ſententiam Concilij Carthaginenſis detorquebant. Inde licentiam profanæ ac flagitioſæ incontinentiæ ſacri Ordinis traxerunt; & eam conſuetudinem, quam idem Vmbertus Græcis obijcit, ſcilicet interrogandi eos, qui ordinandi ſunt, vtrum habeant vxores? qui ſi non habere reſpondeant, coguntur, inquit Vmbertus, prius ducere; deinde manus impoſitionem accipere. Idem ante illos Trullanos Patres Epiſcopi quidam Vigilantij hęretici conſortes faciebant, de quibus Beatus Hieronymus contra

Vigi-

Vigilantium ſcribens, Pro nefas, inquit, epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes, ſi tamen epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinant diaconos, niſi prius vxores duxerint, nulli cælibi credentes pudicitiam. Hactenus Hieron. Cùm igitur Conſtitutio iſta quam Nicæta protulit, ex ſexto libro conſtitutionum violato manauerit; in ſexto autem libro Conſtitutionum, quas nos habemus, nunc incorrupta & inuiolata ſit, conſequens eſt, non omnes Conſtitutiones Apoſtolorum à Clemente Romano conſcriptas, deprauatas fuiſſe, ſed alias etiam, alias non, quales noſtræ ſunt. Quare iſte Canon ſecundus ſextæ Synodi in Trullo, qui Conſtitutiones Apoſtolorum tanquam vitiatas ab hæreticis infirmare & tollere videbatur, non ſolum non eas lædit & infirmat, ſed contra potius earum grauiſſima confirmatio eſt; ſiquidem ex eo ducitur teſtimonium, tum eſſe à Clemente Romano ſcriptas Apoſtolorum Conſtitutiones, ſi qui fortè de eo dubitent; tum corruptas aliquando fuiſſe, illas ſcilicet Conſtitutiones. Vnde ipſa illa ſynodus ſexta in Trullo canonem illum ſuum antiquum accepit, quem in Canone 13. ſe ſequi & denuò ſancire dicit, quem Nicætas Pectoratus ex ſexto libro ſuo corrupto, vt dixi, recitauit; tum alias integras & inuiolatas, noſtras ſcilicet, in quibus eſt libro VI. cap. 17. Apoſtolica conſtitutio illius cõtraria, nec eſt quicquam aliud quod in eis reprehendi poſſit; aut proferant iſti, ſi quid contra poſſunt. Hactenus de ſextæ Synodi in Trullo Canone ſecundo, quem præter Synodos œcumenicas ſollemnis quoque coronatio Imperatoris refutat. Cùm enim Imperator Conſtantinopoli in templo ſanctæ Sophiæ coronandus erat, manu ſua fidei confeſſionem his verbis deſcribebat & profitebatur: Ego fidelis in Chriſto N. Imperator cõfeſſionem manu propria deſcriptam propoſui: Credo in vnum Deum. & quæ ſequuntur. & paulò pòſt: Amplector quoque & confirmo Apoſtolicas & diuinas traditiones, & conſtitutiones, Apoſtolicas ſcilicet & diuinas, hoc enim repetendum eſt ἀπὸ κοινοῦ. Has autem à Canonibus Conciliorum planè diſtinxit cùm ſtatim ſubiungit; Et formas ſeptem Synodorum vniuerſalium, ſcilicet amplector: formas, Græcè τύπους, vocat eccleſiaſticas regulas, quas Canones etiam nominamus.

Poſtremò, ne quod genus teſtium in hac cauſa deſideretur, ipſos quoq; eccleſiæ catholicæ inimicos & aduerſarios, teſtes citabimus, Arium dico & ab eo dictos Arianos, qui niſi à catholicis, quanta eſſet horum librorum auctoritas, didiciſſent, nunquam illos catholicis obieciſſent; vt intelligant tandem, qui hos libros non tanti faciunt quãti Ariani fecerunt, minus eos in hac parte à catholicis didiciſſe, quàm Ariani didicerint. Cùm igitur Athanaſius in diſputatione ſua cum Ario in Concilio Nicæno habita, & ab eodem Athanaſio ſcripta, illud de Filio, per quem facta eſſent omnia,

ſcriptum eſſe diceret, Brachium Domini cui reuelatum eſt? & illud, Dextera Domini fecit virtutem. Tu verò, inquit Arius, quid mihi æternum Deum ex partibus conſtituis? an non audiſti Clementem Romanum Petri Apoſtoli ſectatorem, quemadmodum huiuſmodi opinionem euertit? Reſpondet Athanaſius: Memineris, quæ dicta ſunt, & ne erres. ego enim ſimplicem, non compoſitum, neque circumſcriptum Deum colo; hoc enim tum ex ſacris & diuinis litteris didici, tum ab ijs, qui ordine deinceps in epiſcopatu ſucceſſerunt. ſic enim eſt Græcè. Euertunt autem hanc opinionem de compoſitione Dei tum illa, quę de Deo non circumſcripto locis, neque ſeculis terminato, neque ortum nec interitum capiente libro VIII. c. 15. tum quæ libro VI. cap. 11. de æternitate Dei ſcripta ſunt. partes enim cùm prius ſint, quàm quod ex eis exiſtit, æternitatem compoſiti tollant neceſſe eſt; & rurſus compoſitio, inquit Gregor. Nazianz. lib. 2. de Theologia; initium pugnæ eſt; pugna verò diſſidij, diſſidium interitus, qui eſt penitus à Deo alienus. qui ergo Deum æternum tradit, opinionem de Dei compoſitione euertit. cùm autem ait Athanaſius didiciſſe ſe hoc ipſum tum ex ſacris ac diuinis Scripturis, tum ab ijs, qui in epiſcopatu Petri ſcilicet, cuius paulò antè meminerat, ſucceſſerunt, Clementis, qui Petri auditor & ſucceſſor fuit, & aliorum ſucceſſorum Pontificum Apoſtolicorum ſcripta ſignificat, quæ ſecundo loco poſt ſacras & diuinas Scripturas ponit. Clementis itaque de doctrina Apoſtolorum libros quamuis extra Canonem eſſent, Arius, & Ariani ad auctoritatem citabant. quod quidem, vt dixi, à Catholicis didicerant.

Illud poſtremò dicendum eſt libros octo conſtitutionum Apoſtolicarum non ſolum Eccleſiarum Græcarum totius Orientis vſu iam inde à principio celebratos ſemper fuiſſe; ſed Eccleſiarum totius Aethiopiæ & Aegypti & omnium prouinciarum ditionis latiſſimę Pretioſi Ioannis, teſtis eſt Damianus Goes Luſitanus, equeſtris ordinis, in libro de fide & religione ac moribus Aethiopum, quem tanquam interpres dictante Zagazabo legato Æthiopico ad Regem Luſitaniæ Vlyſſipone ſcripſit. ſic igitur aiebat ille in explicatione doctrinæ & legum Eccleſiaſticarum, quas Æthiopes habebāt: Sunt nobis ſanctæ Eccleſiæ legum libri octo, Manda atque Abethilis vocamus, quos omnes Apoſtoli Hieroſolymis cōgregati ſcripſerunt. Sic Aethiopes per ignorantiam & imperitiam exiſtimabant ſcriptos ſcilicet fuiſſe hos libros ab ipſis Apoſtolis, idque Hieroſolymis congregatis. ſed hic error index potius eſt auctoritati ipſorum librorum apud eos. Recitat poſtea idem legatus aliquas conſtitutiones quæ in his libris noſtris ſunt, vt de feſtis, de ieiunijs, & de alijs. Iis igitur qui teſtes antiquitatis, auctoritatis atque vſus horum librorum requirebant, puto me affatim hactenus ſatisfeciſſe.

Si quis

Si quis verò illud etiam quærendum eſſe exiſtimet, cur potius Clemens, quàm alij Apoſtolici auctores Apoſtolorũ Cõſtitutiones litteris mãdauerit; ſatis ille quidem reſponſum ſibi eſſe putabit, ſi quod B. Petrus Clemẽti ſucceſſionẽ in cathedra Romana recuſanti dixit, animaduertat, quod idẽ Clemens in epiſtola ad Iacobum fratrem Domini non temere neque gloriandi cauſa, ſed conſilio certo & accommodatè ad noſtram vtilitatem atque ædificationem ſcripſit, At hęc cathedra, inquit Petrus, non poſtulat audacem aliquem atque ambitioſum, ἀλλὰ μὲν εὐλαβῆ τὸν τρόπον, δὲ πολυμαθῆ τὸν λόγον, id eſt, ſed qui ijs moribus præditus ſit, vt refugiat potius ac reformidet, ſitque multis doctrinis eruditus. Da verò mihi tu præſtãtiorẽ, qui me diutius comitatus ſit; qui plura ex me audierit; qui rationem gubernãdi Eccleſiã melius perceperit, & non cogam te. Hæc Petrus. Ratio autem rectè eccleſiam gubernandi ex ſcientia & vſu Conſtitutionum Apoſtolorum & eorum canonibus pendet. Ignatius quoque in epiſtola ad Mariam Zarbenſem, Clementẽ vocat Petri & Pauli auditorem. & beatus Irenęus in tertio libro contra hæreſes de Clemente loquens, Qui vidit, inquit, ipſos Apoſtolos, & cum eis contulit cùm adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum & traditionem ante oculos haberet. Nunquã hoc Irenæus de Clemente ſcripſiſſet, niſi ex ſcriptis eius hoc cognouiſſet, habuiſſe ſcilicet eum inſonantem prædicationem Apoſtolorum & traditionem ante oculos. quod quidem ex his libris Conſtitutionum, quos ex perſona Apoſtolorum ſcripſit, facilè perſpici poteſt. Anne Irenæus libros Clementis de Conſtitutionibus, quas Sancti Apoſtoli per ſermonem ſine ſcripto tradiderunt, & de eorum doctrina & prędicatione obſcurè hoc loco ſignificauit? Mihi certè nequaquam videtur, nec vlli credo, qui bene & accurate conſiderauerit, videbitur.

Sed poſtquam ſatis, vt opinor, de horum librorum antiquitate, teſtimonijs, vſu, & auctoritate, & de auctore eorum dictum eſt; dicamus iam aliquid de eorum vtilitate, quę tanta eſt, vt pro certo affirmare audeã, nullos libros extare eccleſiaſticæ antiquitatis tam refertos, nullumve genus antiquarum literarum in lucem exire potuiſſe, quod eſſet huic noſtræ ætati accommodatius ad redarguendos & planè conuincendos Nouatores rerum & conſuetudinum Eccleſiaſticarum, & Apoſtolicarum traditionum proditores. Ex iſta enim nouatione vniuerſum malũ ĩ eccleſia manauit. Quod vt magis adhuc pateſiat, nõ pigebit obſeruare & cõferre hic, quòd Plato diuinè mihi in libro Salomonis ad leges Reipub. ſuę, quã formabat, ſcribẽdas obſeruaſſe videtur. cùm enim legiſſet in Prouerb. c. 22. Ne trãſgrediaris terminos æternos quos Pr̃es tui poſuerũt, idq; de optimarũ legũ & Cõſtitutionũ ſanctionib⁹ ĩ primis dictũ eſſe, rectè intelligeret, facilè aĩaduertit, vt erat

 perſpicax

perſpicax & magna ingenij ſagacitate præditus, ad cõſeruandam Reip.formam quantũ in ea re momenti eſſet. vult itaque, (interpretabor enim Latinè) vt pueri ſolemnes & ſtatutas ſaltationes & cantus Dijs conſecratos ad imitationem Ægyptiorum habeant, quos ſingulis diebus feſtis, certis anni temporibus, ſingulis Dijs eorumque filijs, quos aliàs heroas vocare ſolet, & dæmonijs adhibeant. huiuſmodi ludos ſacros ſaltationũ & cantilenarũ nõ mutari vllo vnquã tempore, ſed eoſdem perpetuò permanere, affirmat Plato ſummè valere, vt Reipub. leges firmę & ſtabiles habeãtur: ſin autem, inquit, mutetur id genus, nouiq; ludi inducantur, & nunquam eiſdem iuuentus delectetur, nec in habitu & figura corporis, nec ĩ reliquo apparatu, vnũ & idem pro certo poſitum ſit decere, & cõtrà dedecere, quin potius inuentores rerum nouarum, & qui aliud præter cõſueta, tum in habitu & figura, tum in colore & in cæteris eiuſmodi introducunt, iſti præcipuè honorentur, nihil eſſe quod magis ciuitati noceat, rectè, inquit, affirmare poſſumus. mutat enim hoc ſenſim mores adoleſcentum, facitq; ne habeant in honore antiquitatem, ſed contrà potius nouitatem. Rurſus dico, inquit, quod magis omnes Reſpublicas lædat, quàm hoc, nõ poſſe dici, neq; decerni. Deniq; mutationem, inquit, omnium rerum, exceptis malis, periculoſiſſimam eſſe reperiemus, temporum, vẽtorum, victus, morum. Deinde poſtquam elegãtiſſimè expoſuit, quemadmodum inuſitatus cibus & potus principio naturam tentare ſoleat, donec vſu ipſo amicus & familiaris factus ſalubritatem & iucunditatem afferat concludit idem exiſtimãdum eſſe euenire in cogitationibus & naturis animorum. In ijs enim legibus in quibus alti & educati ſumus, quæq; diuina quadam ſorte lõginquis temporibus immutabiles permaneant, ita vt nullus, neque meminerit, nec audierit aliter vnquam, atq; nunc ſunt, habuiſſe (interpretatus mihi videtur ęternos terminos, quos Salomon dixit non eſſe trãſeundos) in eiuſmodi, inquit, legibus omnes metuunt propter reuerentiam aliquid mutare eorum, quæ rectè cõſtituta ſunt. Itaq; legiſlatores, inquit, oportet conſiderare, vnde & quomodo hoc in Repub. fiat. Ego verò vſu ſic fieri poſſe intelligo, omnes putãt ludos adoleſcentum mutatos, meros ludos eſſe; neq; magnum emolumentum neque damnum ex eorum mutatione proficiſci; ex quo fit, vt non id prohibeant, quin potius concedant conniuentes. nec enim illud cogitant, neceſſe eſſe, vt ſi pueri nouis ludis gaudeant, alij viri euadant, atque erant pueri; & cùm alij euaſerint, aliam vitam quærant: hanc rurſus cùm quæſierint, alia ſtudia & aliàs leges cupiunt; atque hinc maximum malum, quod modò dixi, ciuitatibus eventurum eſſe. Hæc, inquam, nemo iſtorum metuit. atqui alia quidem mutata, vt in figuris minus mali apportare poſſunt; at crebra variatio in laudandis vituperandiſue moribus periculoſiſſima omnium

eſt, &

eſt, & maximè pertimeſcenda. Ergo quia ſaltationes & cantus imitationes ſunt meliorum aut peiorum hominum, omne, inquit, ſtudium adhibendū eſt, vt pueri in ſaltatione & cantu non alias imitationes tentare cupiant, nec vllus eis quocunque genere voluptatis adhibito alias ſuadeat. Explicat deinde Plato, quas ſaltationes, & quos cantus dicat, choreas ſcilicet & hymnos in laudem Deorum ad imitationem Aegyptiorum cōſecratos. Hæc hactenus Plato de graui & periculoſa eorum mutatione, quæ ſemel rectè inſtituta ſunt, diuinè ſcripta, & ex diuinæ Scripturæ lectione ingenioſe ducta & ad leges Reipub. quam fingebat, pulcherrimè accommodata, quæ ita ſunt apta tum ad laudandam cōſtantiam Eccleſiæ noſtræ catholicæ, quæ in doctrina & Conſtitutionibus Apoſtolorum vſque in hodiernum diem immutabiliter perſeuerat, tum ad redarguendam & vituperandam puerilem inconſtantiam nouorum Euangeliſtarum, vt à Gentili Philoſopho, qui Apoſtolos ignorauit, ad hoc ipſum diuinitùs cōſcripta eſſe videantur. Iſti enim ſunt, qui Conſtitutiones Eccleſiaſticæ gubernationis, cæremoniasq; diuini cultus & Eccleſiaſticos ritus atque conſuetudines Deo ſacratas & ab Apoſtolis traditas, quibus ipſi eorumque maiores gaudebant, veluti meros ludos mutare tanquam pueri non metuerunt. ex quo factū eſt, vt ſicut in illa mutatione hymnorum & chorearum euenturum eſſe Plato tanquam Propheta quidam Gentilium prædicebat, vt alij facti, alios mores & aliam vitā quærerent, alia ſtudia & alias leges; ita iſtis euenerit. cùm enim ſacros ritus ordinandi clericos, eccleſiaſticū cātū, ſollēnes & ſtatutos dies feſtos, & dies ieiuniorum cum delectu ciborum, ac dies vigiliarum, tum exequias mortuorum & exequiarum dies certos, impoſitiones pœnitentiarum, & indulgentias, conuentus eccleſiaſticos ad ſacrificium Miſſæ, conſecrationes Eccleſiarum, aquæ, olei & aliarum rerum, tum multa alia, ne omnia enumerem, partim ſuſtulerunt, partim mutauerunt, continuò aliam vitam & alios mores aliasque leges induxerunt & alium ſcripturæ ſenſum quem ad nouam vitam, & nouos mores nouasque leges, vt par erat, accommodarent. ſunt enim non paucæ Eccleſiaſticæ conſuetudines, quæ ita ſunt quorundam locorum Scripturæ ſanctæ interpretes, vt qui illas tollat, aut variet, aut mutet, legitimum ſenſum ſcripturæ in locis illis vertat & adulteret neceſſe ſit; quæ fuit præcipua cauſa cur ſine ſcripto per ſolum ſermonem à ſanctis Apoſtolis traderentur, vt integræ ſcilicet & inuiolatæ conſeruarentur, & ſic conſeruatæ legitimum ſenſum ipſius Scripturæ ſanctæ tuerentur. Quod enim ad auctoritatem attinet, nihil refert, vt in libro de corona militis rectè ait Tertullianus, vtrum conſuetudo, quæ ſcilicet aliunde quàm ab Apoſtolis proficiſci non potuit, ſcriptura an traditione conſiſtat. exempli cauſa, cōſuetudo ieiunandi cum delectu ciborum, quæ eſt in his Conſtitutionibus

Apo-

Apoſtolorum, quæ ſine ſcriptura Apoſtoli aut Euangeliſtæ ſola per ſermonem traditione conſiſtit, ſi ab aliquo tenteтur, qui eam mutare velit, vt hæretici Euangelij nouatores fecerunt, an non ſtatim reclamabunt omnes eccleſię catholicorum? Et rurſus cùm Apoſtolus ad Coloſſ. ſcribit, Nemo ergo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti aut neomeniæ aut ſabbatorum, quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti; ſi quis hunc locum ad improbãdum delectum ciborum in ieiunijs pertinere prauè interpretetur, vt Confeſſioniſtæ faciunt, an non ſtatim redarguat eum, & locum Apoſtoli à falſa interpretatione defendat hæc ipſa antiqua omnium Eccleſiarum conſuetudo ab initio Apoſtolicæ prædicationis per cunctum orbem ſine vllis literis ſacris per ſermonem tantum tradita? Hæc igitur cõſuetudo omnium Eccleſiarum iuſtam & legitimam ſcripturæ Pauli, quę à nouatoribus hęreticis violatur, inuiolatè ſeruat, quia ipſa conſuetudo, cuius eſt, vt ait idem Tertull. Traditio inuentrix, violari non poteſt, dum eam ita fides vtentium conſeruat, vt niſi fide amiſſa negari non poſſit. Item conſuetudo celebrandi memorias ſanctorum & dogma de ſanctorum pro nobis precatione poſt obitum eorum, quæ conſuetudo ex traditione Apoſtolorũ quę in his Conſtitutionibus continetur, vt à nobis ſuis locis indicatum eſt, profecta eſt, an poteſt ab vllo, niſi ſenſu communi careat, negari? aut vllus poteſt aliter interpretari, quàm vt fieri & eſſe in uſu videt? Minimè. & ſi quis ſcripturam Pauli, quia ſit paulo obſcurior, perperàm interpretetur, & neget ad celebrandas memorias ſanctorum pertinere cùm ait in epiſt. ad Hebr. Mementote Præpoſitorum veſtrorum qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis, eorum imitamini fidem; nonne hęc ipſa conſuetudo celebrandi dies feſtos ſanctorum, quę in eccleſia catholica viget, iſtius falſam interpretationem redarguit, & legitimam ſententiam iſtius loci Pauli defendit, & ad celebrandum cultum Sanctorum in laudem & gloriam Dei pertinere, planè demonſtrat? Similiter quod B. Petrus in epiſt. 2. ſcripſit, Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum, vt horum omnium memoriam faciatis; ſi quis neget promiſiſſe hic B. Petrum preces poſt obitum ſanctorum apud Deum pro ijs ad quos ſcribebat, an non conuincit errare iſtum ipſa conſuetudo ex Apoſtolica traditione orta precandi ſanctos vt pro nobis Deum orent?

Infinitus eſt hic locus ſi vellum omnes conſuetudines ſine ſcripto ab Apoſtolis traditas veri ſenſus ſcripturarum conſeruatrices perſequi. Idem dicendum eſt de vera & legitima Scripturæ ſanctæ interpretatione & intelligentia, quæ ad prædicandum & docendum in Eccleſia adhibenda ſemper eſt, quę ab ipſis Apoſtolis & Euangeliſtis non vſquequaq;

ſcripta

ſcripta eſt, ſed potius ſine ſcripto per ſermonem tantùm plenè tradita. quæ traditio magis inuiolatè cuſtodiri poteſt, vt in eccleſiâ tanquã in vaſe quodam, ſicut ait Irenæus, ſemper cuſtodita eſt, quàm ipſa ſcriptura, quam nemo poteſt rectè intelligere nec interpretari, niſi ad conſuetudinem apoſtolicæ traditionis in Eccleſia relictæ collineet. Sic enim oportet intelligere, & interpretari, ſicut Eccleſia catholica intelligere & interpretari cõſueuit; à qua regula & norma qui diſcedit, in doctrinas varias & peregrinas, quas Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos declinare præcipit, incidat neceſſe eſt. Rectè itaque Euſebius contra Marcellum Ancyranũ hæreticum diſputans, Teſtimonia, inquit, ſcripturarum obſignat eccleſia. Quare ſiquis ſenſum ex ſcriptura eliciat, qui cum eo, quod ſemper in Eccleſia catholica prædicatum eſt, non conſentiat, continuò tanquam non legitimus & eccleſiaſticæ traditionis ſigillo carens, repudiatur & conuellitur. Huiuſmodi doctrinæ traditio per ſermonem Apoſtolorum qua iuſta & legitima Scripturę ſanctę intelligentia, & explicatio continetur, frequens eſt in his libris Clementis, & à me in obſeruationibus per ſingulos locos contra nouatores Confeſſioniſtas paſſim notata & animaduerſa.

Hactenus de toto genere Traditionis, & de neceſſitate conſuetudinum eccleſiaſticarũ, quas Traditio per ſermonẽ inuenit, quibus Conſtitutiones Apoſtolorum, & Catholicæ doctrinæ prædicatio continetur. quæ traditio conſuetudinum Eccleſiaſticarum tantam coniunctionem cum Euãgelio, quod in Eccleſijs catholicorũ docetur & prædicatur, habet (illis enim quaſi quibuſdam vinculis colligatum retinetur, & ſeruatur) vt nihil ſtudioſius neque vigilantius, neque callidius omnibus modis caueant nouatores, quã ne eas nobiſcum teneant; ſed aut nullas aut nouas, vt ſint ipſi omnino noſtri diſſimiles. metuunt enim ne conſuetudinibus Eccleſiæ noſtræ reuocatis, continuò ipſi ad noſtrum & maiorum ſuorum Euangelium, à quo in aliud Euangelium Lutheri traducti fuerunt, reuocentur.

Hi igitur libri tanquã Apoſtolici teſtes, quibus nec antiquiores neq; grauiores exire potuerunt, hac noſtra ætate, cùm maximè opus erat, conſilio diuinæ prouidentię contra proditores catholicę doctrinæ, & Eccleſiaſticarum conſuetudinum nouatores exierunt, vt ad conuincendos eos nihil amplius neque deſiderari nec expectari poſſe videretur. quos quidem ad agendum de eis triumphum, & ad proclamandam iuſtiſſimam eorum damnationem, nuper in Concilio œcumenico Tridentino factam à Deo miſſos, ad cuiúſnam bibliothecam Reuerendiſſime Domine tanquam ad hoſpitium niſi ad tuam ornatiſſimam mittere debui, vt eos honorificè & hilariter exciperes? aut cuius patrocinium potius eis parare, vt ſi opus

eſſet,

eſſet, defenderes? Vt enim propter dignitatem ac ſanctitatem tum Conſtitutionum ipſarum Apoſtolicarum, tum ipſius Clementis ſcriptoris Apoſtolici Pontificis, diuinitus factum eſt, vt Epiſcopus, qui eſt in eccleſia ſummi ordinis ac primi gradus, Epiſcopis loco ſummi Pontificis Synodo oecumenicæ Tridentinæ præſidentibus hos libros à ſe è Græco tranſlatos prius, dedicaret; ſic etiam diuinitùs nunc factum eſt, vt ego poſt illum, infimus quidem omnium, ſed qui gratia Dei hoc ſtudium meum excitante & adiuuante, plus quàm alij in eis inueſtigandis, & poſtquam inuenti ſunt, illuſtrandis, laboraui, eoſdem tibi nunc conſecrarem, qui optimè omnium eos noſti; & cum quo eos principio, vt probares, legi, communicaui, contuli; & quid de eis ſentires, & quantis laudibus in cælum veheres, ſæpe coram audiui: quiq; me in teſtimonijs eorum quærendis & obſeruandis, litteris ad me de ea re Venetias miſſis, quas adhuc ſeruo, adiuuaſti; & ex quo eos ex Calabria, vnde ipſe es, quæ olim Magna Græcia dicebatur, Græcos primus Romam attuli, & tecum communicaui, ſemper aduerſus comtemptores defendiſti, & teſtimonio & auctoritate laudationis tuæ à neglectione multorũ vindicaſti. Tibi igitur maximas gratias per me, qui hæc audient, agent & habebũt: quę gratificatio tibi quidẽ diuinæ remunerationis pignus erit; mihi verò laboris mei & induſtriæ, ſi qua eſt, fructus. Perges ergo, vt primò cœpiſti, hos ſanctiſſimos libros defendere, ſiqui fortè erunt, qui non vt deceat, eos venerẽtur, audentes potius affirmare de eis, quod neſciunt, quàm ſcientes de quo affirmẽt, aut quid loquãtur. Ego verò vt aliquid ſimile ſummi noſtri oratoris dicã, quem timeam lectorem, cùm ad te ne Græcis quidem Græcè cedentem, neque Latinis Latinè, Clementem è Græco Latinum à me factũ audeam mittere? quamquã multis cauſis id quidem prouocatus facio; ex quibus vna eſt præcipua noſtræ erga te Societatis obſeruãtia, cuius erit perpetuò velut teſtificatio obſignata horum librorum dedicatio. De officio autem Interpretis, quo functus ſum, hoc tantum dicam in exprimenda ſententia de Græcis; vſum me eſſe verbis non tam electis ad eleganter & ornatè loquendum, quàm ad dicendum quod planè intelligeretur, accommodatis. non ſum incultus & horridus, vt de Epicuro ait Cicero; ſed nec elegans & ornatus, vt Antonius. quod nemo puto reprehendet. à Philoſopho enim, eloquentiam ſi afferat, dicit ſe idem Cicero non aſpernari; ſi non afferat, non requirere. idem exiſtimo de Theologo dicendum eſſe; par enim eſt in vtroque, & in vtriuſque rebus, quas tractant, ratio. Sed quia iam ad ingreſſum librorum Clementis propiùs accedimus, ſupereſt, vt hoc extremo Proœmij loco ſeriem & ordinem eorum attingamus, ne videatur nullus eſſe, vt parum animaduertenti fortaſſe videri queat; nam hoc

quo-

quoq; ad exiſtimationẽ tãti auctoris, quantus Clemens eſt, pertinere videtur. abſurdum enim eſſet nullo ordine diſtinctos, diſpoſitos ac collocatos eſſe; nec alium ex alio necti, ſed potius diſſolutos diſſipatoſque eſſe. Quod autem eadem nonnunquam in his libris iterantur, non eſt argumentum, vt cuidam viſum eſt, confuſos eſſe, & non ratione diſtributos: ſiquidem hoc non ſolùm Scripturæ ſanctæ familiare eſt. Vnde illud Apoſtoli ad Philippenſes, Nam eadem ſcribere mihi quidem non eſt pigrum, vobis autem neceſſarium. Sed & ſapientes huius ſeculi, Platonem dico & Ariſtotelem, qui in ſtudio eloquentiæ & dicendi arte tantam operam conſumpſerunt hoc ipſum non rarò facere conſueuere. De artificio igitur diſtribuendi libros, ſi ſancti Apoſtoli, vt Clemens Alexandrinus ait, cognitionem earum artium, quæ ad Philoſophiam pertinerent, doctore & magiſtro Spiritu ſancto perceperunt, quomodo Clemens Romanus, qui non ſolum omnibus doctrinis eruditus fuit, ſed Apoſtolorum, qui à Deo docti fuerunt, diſcipulus & auditor, libros Conſtitutionum ex arte diuidere neſciuit? Sin autem ſciuit, cur neglexit? Sed omittamus hoc ἄφυκτον, dicamusq; nos, quę materia cuiuſque libri; & qui eorum ordo; & quàm appoſitè & conuenienter naturæ rerum diſtributi, & collocati ſint, ita vt alius ex alio aptiſſimè nexus ſit. Librum igitur de laicis & de diſciplina Conſtitutionum Apoſtolicarum ad laicos pertinente primo loco collocauit, vt natura, & ratio doctrinæ poſtulabat, vt ab ignobiliore ſcilicet & generaliore ac notiore ordine ſæcularium, id eſt, coniugum, exordium caperet, Paulum imitatus, qui in priore ad Corinthios Epiſtola, in illa myſtica proſopopœia membrorum corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, eodem modo & ratione laicos ante miniſtros Eccleſiæ collocauit. in quo Platonem quoq;, cuius, vt antea dixi, fuit perſtudioſus, ſecutus eſt, qui in quarto libro de Legibus, legẽ de cõiugio primam eſſe dixit, à legiſlatore ſcribendam, ꝙ coniugium ſecundum naturam Principium ciuitatum & cæterorum ordinũ eſſet. In hoc ergo libro de laicis Conſtitutiones Apoſtolicæ doctrinæ contra auaritiã & libidinẽ, quibus qui in cõiugio ſunt, potiſſimùm ſeruire ſolẽt, cõtinẽtur. Deindè, quia, vt ait idẽ Clemẽs li. VIII. quaſi in extremo capitis primi, laici aliquorũ laici ſunt, Epiſcoporum, ſ. & Presbyterorũ, oportet autẽ prius eſſe gregem, deinde paſtorẽ; idcirco ſequitur liber ſecũdus de epiſcopis, & presbyteris & diaconis, ĩ quo libro Apoſtolicus auctor Cõſtitutiões deſcripſit de omni genere virtutũ epĩ, vt quæ ſit imago Chriſti & populi exẽplũ ad imitãdũ Deũ pro viribus cuiuſq;, & vt omnia vno verbo cõplectar de omnibus, quę, vt Apoſtolus ait, honeſtè & ſecundũ ordinẽ in eccleſia ab eo fieri oportet, ſiue in dijudicandis litibus & controuerſijs fratrum; ſiue in iudicando

& ar-

& arguendo eos,qui deliquerunt;ſiue in admittendis pœnitentibus;ſiue in omni ſtudio paſtorali ouium ratione vtentium tanquam in curatione quadam ægrotantium; ſiue in oblationibus tribuendis Epiſcopo, & reliquis clericis;ſiue in impartiendo egentibus ea,quæ Epiſcopo dantur;ſiue in celebrando Eccleſiaſticos conuentus ad ſacrificia & orationem; hæc enim ſunt præcipua capita libri ſecundi.

Sequuntur Tertius, & Quartus, qui illis fortaſſe,qui hos libros ordine collocationis carere dixerunt,nullam penitus communitatis rationem neque cum anterioribus, neque cum poſterioribus habere viſi ſunt; ſed habent tamen, tametſi non omnes facilè animaduertunt: ſic enim in 11. lib. cap. 27. Apoſtolica conſtitutio Epiſcopis dicit: Veſtri Leuitæ ſunt Diaconi, & ij, qui Lectores, & qui Cantores ac Ianitores ſunt; Veſtri item Leuitæ, illæ,quæ ſunt veſtræ Diaconiſſæ,viduæ,virgines,& veſtri orphani;Princeps verò omnium epiſcopus eſt,quòd ſi viduæ & orphani vnà cum Diaconis, Lectoribus, Cantoribus, Ianitoribus, in locum Leuitarum ſucceſſerunt, vt Apoſtolica Conſtitutio tradit, quomodo temerè & ſine ratione ordinis factum videri poteſt,vt poſt ſecundi libri Conſtitutiones de Epiſcopis,Preſbyteris, Diaconis, deinceps in libro tertio Conſtitutiones de viduis, & in quarto de orphanis collocarentur? Sed quomodo, dicet aliquis, viduæ, orphani & reliqui, quos proximè commemoraui, locum tenent Leuitarum? quatenus ſcilicet hos etiam oportet ijs bonis ali quę Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis tribuuntur; ſicut in lege Leuitis, eorumq; vxoribus,& filijs de hoſtijs & donis oblatis impertiebatur. Viduas enim & orphanos ac virgines omneſque egentes tanquam filios ac filias ſacerdotum,participādis primitijs & decimis alijſque oblationibus ſacris ab ipſis Epiſcopis & presbyteris ſeu à parentibus procurari oportet. Sunt autem in libro de viduis pręcipua capita,quales eſſe debeāt, quę eligēdę ſunt viduę in Eccleſia, & ab ea alendæ; itē à quibus eas accipere oporteat,& à quibus non: quis earū vſus,& quod munus:Deinde,quę vetētur facere in Eccleſia nō ſolùm viduę,ſed omnes mulieres,immo laici omnes.In libro aūt de orphanis hi ſunt præcipue loci; quemadmodum epiſcopos tanquā patres orphanis oporteat opitulari; & à quibus ſubſidia ad alendū eos accipere, & à quibus nō: item de eleemoſynis; & de educatione ac diſciplina filiorum;quę cura à patribus eorū habenda.Deinde quià multa in IIII. libro cōſtituta ſunt de ſubueniēdo orphanis,& de faciendo benignè omnibus,qui egēt,ac de eleemoſynis,martyres verò,qui ꝓ Chriſti nomine patiuntur ſe diripi,vexari, in cuſtodia tradi,ante cæteros oēs egentes & calamitoſos maximè digni ſunt auxilio,idcirco, poſtquam de orphanis & eleemoſynis cōſtitutum eſt,proximo

ximo. deinceps libro quinto aptiſſimè traditur doctrina de martyribus tanquàm verè orphanis, & omni ope humana priuatis, & quibus omnibus modis etiam periculo mortis impendente, ſuccurrẽdum eſt. Ac quia nihil prodeſſet martyrem fieri, mortem pro Chriſto ſubeundo, niſi futura eſſet reſurrectio, ſicut Apoſtolus ait, ſi ſecundùm hominem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? Ob hanc cauſam de reſurrectione poſtea in eodem libro docetur, & de paſſione & morte Chriſti, qui eſt caput martyrum, & primitiæ reſurgentium; qui enim ſuſcitauit IESVM, inquit Apoſtolus, & nos cum IESV ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum. Ad hæc, quia martyres propter confeſſionem fidei, quam hæretici oppugnant, cruciantur, valde appoſitè poſt librum de martyribus ſequitur liber ſextus de ſchiſmatibus & hæreſibus, & de Apoſtolica prædicatione dogmatum Catholicorum. Præterea, quia oportet fidem in actionibus verſari, quòd fides, vt ait B. Iacobus, ſine operibus mortua ſit, quid aptius, magiſque appoſitum eſſe potuit, quàm poſt Conſtitutiones de recta fide contra ſchiſmata & hæreſes, de ea vita conſtituere & docere, quæ in ſtudio & vſu virtutis cernitur, & de oratione & gratiarum actione, quibus eorum fides qui fidem Chriſti perceperunt, exercetur: hæc autem in libro ſeptimo Clemens in perſona Apoſtolorum fecit. Poſtremò quia, vt ſuprà diximus, Conſtitutiones de omni diſciplina vitæ Chriſtianæ, & Eccleſiaſtici decori, ac de omni genere virtutis, quæ libris ſeptem ſuperioribus continentur, ſeu vincula quædam ſunt quibus cuſtodia Legum Eccleſiaſticarum, quæ Canones dicuntur, vincta & colligata eſt; & omne officium virtutis, omnis exercitatio pietatis, omnis Eccleſiaſticarum legum ſanctio, omnis eleemoſyna & pia atque conſtans fides, & ſanctæ preces ad dignam communionem corporis & ſanguinis Domini referuntur; huc enim ſpectat totius vitæ Chriſtianæ in hoc ſeculo finis. idcirco in libro proximo, id eſt, Octauo, eodemque extremo Canones Eccleſiaſtici diſpoſiti & collocati ſunt, ac primum de ordinatione Epiſcopi qui eſt Princeps miniſter ſanctæ Euchariſtiæ conficiendæ, participandæ, & alijs diſtribuendæ; tum de myſtico cultu magni Sacramenti Sanctæ Euchariſtiæ, de ſacrificio inquam Miſſæ, quæ vſque in hodiernum diem vſu Eccleſiaſtico, ſicut à Sanctis Apoſtolis traditum eſt, celebratur, cuius deſcriptio ſummatim ac typo quodam in hoc libro delineata eſt; qui merito numerum octauum ſortitus eſt, qui eſt ſymbolum ſæculi venturi, cuius virtutes, ſicut Apoſtolus ait, guſtauerunt qui donum cœleſte, vt idem ait, quod eſt Sancta Euchariſtia, dignè guſtauerunt.

Hactenus de ſerie & collocatione octo librorum Clementis. quorum exemplaria dicam vnde nacti ſimus, & quot. nam hoc etiam nonnulli fortaſsè neque vanè, nec inutiliter ſcire deſiderabunt; & ego cùm dixero, hac grata memoria gratiam ei referre videbor, per quem duo ex eis nactus ſum. is eſt Diuus Antonius Auguſtinus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Tarraconẽſis vir omnibus virtutibus & doctrinis ornatiſſimus, & in Eccleſiaſticis & Ciuilibus legibus eruditiſſimus, qui mihi ex Sicilia vnum attulit vetus quidem illud, ſed non ſatis benè ſcriptum; alterum multo vetuſtius & emendatius ex Creta aduectum non paruo pretio liberaliter emit, & mihi ad vtendum liberalius commodauit; in hunc enim vſum emerat. tertium ſatis quidem antiquum, & rectè ſcriptum, ſed libro octano inchoato & imperfecto, ipſe prius in Calabria inueneram in Bibliotheca monaſterij, quod vocant πατῆρος Beatę Mariæ ſacri, quam incolæ νέαν ὁδηγήτριαν appellant. hoc ergo quanta potui diligentia exſcripſi; & cum alijs contuli; ſed Cretenſe vt reliquis duobus melius & Græcè edidi & Latinè tranſtuli; & vtrumque meo ſtudio & mediocri induſtria, ad vtriuſque Eccleſiæ, Græcorum & Latinorum vtilitatem, quantum conſequi potui, ad maiorem Dei gloriam illuſtraui; cui ſit honor, laus, gloria, & gratiarum actio cum Filio eius, & vtriuſque Spiritu in ſæcula ſæculorum,

A M E N.

APOSTO-

APOSTOLICARVM CONSTITVTIONVM, ET CATHOLICÆ DOCTRINÆ

Clementis Romani Liber Primus.

Franciſco Turriano interprete è Græco, Scholia & obſeruationes, quibus ex Apoſtolicis Conſtitutionibus recentes hæreticos partim accerrimè confutat, certo Conſilio hic prætermiſit; eas, qui volet, petat ex Libro ſeorſum Impreſſo.

De Laicis Liber Primus.

APOSTOLI, & Presbyteri omnibus, qui ex gentibus in Dominum Ieſum Chriſtum credidiſtis, gratia vobis, & pax ab omnipotēte Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in agnitione eius multiplicetur. Eccleſia Catholica, arbor à Deo ſata, & vinea eius electa, qui in veram Dei religionem credidiſtis, qui fructū per fidem percipitis regnum eius ſempiternum, qui eius robur & Spiritus ſancti participationem tuliſtis, per Chriſtum armati, & timorem eius toto pectore amplexi, aſperſionis pretioſi, & innocentis ſanguinis Chriſti participes, qui fiduciam accepiſtis appellandi patrem Deum omnipotentem; vos dico cohæredes, & conſortes dilecti filii eius, audite ſacram doctrinam, qui promiſſioni eius ex præcepto Saluatoris adhæretis: doctrinam dico ipſius vocibus glorioſis conſonam. Videte filij Dei, vt omnia ad obediēdum Deo faciatis, & vt Chriſto Deo noſtro in omnibus placeatis: Si quis enim iniquitatē ſectetur, & contraria, atque eſt Dei voluntas, faciat, habebitur ille quidem à Deo tanquam gentilis, legis violator.

De Auaritia. *Cap. 1.*

ABſtinete igitur ab omni auaritia, & iniuſtitia; ſcriptum eſt enim in lege, (Non Exod. 20. concupiſces vxorem proximi tui, neq; agrum eius, neque ſeruum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque ſubiugale eius, neq; cætera proximi tui:) quia omnis cupiditas horum à malo eſt. Nam qui vxorem, aut ſeruum vel ancillam proximi concupiuit, iam mente adulter, & fur eſt: & niſi pœnitentiam egerit, damnatus eſt à Domino noſtro Ieſu Chriſto, per quem gloria Deo in ſæcula ſeculorū, Amē. Ait enim in euangelio repetens ſummatim, & cōfirmans, ac complens decalogum legis, ſcriptum eſt, non adulterabis; ego autem dico vobis, id eſt ego (inquit) per Moyſen in lege locu- Matt. 5. tus ſum, nunc verò idem ipſe vobis edico, (quicunque aſpexerit vxorem proximi ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo;) iudicatus eſt hic animo adulter, qui cōcupiuit. An qui bouem, aut aſinum appetiuit, non cogitat furari, & ſua facere, aut abigere? Quid verò? agrum rurſus qui concupiuit, & in ea cupiditate perſeuerat, nonne malitioſè illud agit, vt fines in modum ſculpentis paulatim præcidendo, cogat dominum agri, vt paruo ſibi vendat? Audi quid de iſtis Propheta Eſaias dicat: (Væ qui adiungunt domum ad Eſa. 5. domum, & agrum agro addunt, vt aliquid proximo detrahant.) idcircò ſubiungit; numquid habitabitis ſoli in terra? Audita ſunt hæc in aures Domini Sabaoth: & aliàs, maledictus, inquit, qui tranſtulit terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, fiat. Vnde & Moyſes ait: (Non tranſmouebis fines proximi tui, quos pa- Deut. 19. tres tui poſuerunt.) Ob hanc igitur cauſam huiuſmodi homines terroribus, cędibus, iudicijs, damnationibus Deus inſequitur; ijs verò, qui Deo obediunt, vna lex Dei ſimplex, vera & viua inſita eſt; hæc ſcilicet, quod ab alio oderis fieri tibi, alteri ne feceris. Non vis, vt alius vxorem tuam ad ſtuprum impudicè aſpiciat, neq; ipſe in vxorem proximi tui oculum improbè intendas; non vis pallium tibi furto tolli, neq; tu proximo abſtuleris; non vis pulſari, non conuicijs & contumelijs affici, neq; ipſe alium ſimiliter afficias.

De non referenda contumelia, nec vlciſcendo inimico, qui iniuriam fecit. *Cap. 2.*

QVin potius ſi quis tibi maledicit, tu eidē benedic: quoniam ſcriptum eſt in libro Numerorum, (Qui benedixerit tibi, erit & ip- Num. 24. ſe benedictus: & qui maledixerit, erit & ipſe Luc. 6. maledictus.) Similiter in Euangelio ſcriptum eſt, (benedicite maledicentibus vobis:) illatas vobis iniurias ne vlciſcamini, ſed potius patienter tolerate. ait enim ſcriptura, Ne dicas, ſumā pœnas de inimico meo propter iniuriam, qua

me affecit: quin immo patere, vt vicem tuá vlciſcatur Dominus, in cumq́; animaduertat, qui tibi iniuriam facit. Rurſus enim in Euangelio
Matt. 5. ait, (Diligite inimicos veſtros: benefacite ijs, qui oderunt vos; orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, & eritis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt; quoniam ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos; & pluit ſuper bonos, & malos.) Attendamus itaque chariſſimi hæc præcepta, vt ea facientes, reperiamur filij lucis: quare ferte vos mutuo, qui ſerui Dei, eiuſque filij eſtis. Ac maritus quidem ne in vxorem ſuperbus, arrogánſve ſit, ſed potius benignus, ac facilè ei tribuens, qui ſuæ tantùm vxori placere velit, & ei honeſtè blandiri, ſtudens eſſe illi ſuauis.

De ornatu, & peccato inde proficiſcente.
Cap. 3.

NEque te ornes, vt alia quæpiam amore tui illaqueetur: ſiue enim ab ea coactus, in eam pecces, morte ſempiterna, & graui ſenſus cruciatu torqueberis; ſiue non committas ſcelus, immo eam à te repellas, negesq́; ei, vel in eo ſolum peccaſti, quamuis rem non patres, quòd mulierem ornatu tuo ſic irretiſti, vt te appeteret: feciſti enim, vt tuo cultu capta, adulterium appetitu committeret: tametſi eò eſt culpa tua leuior, quòd ad eam, quæ irretita eſt, nó miſiſti, neque enim illam appetiſti; ei verò te ſi non dedas, miſericordiam à Deo conſequeris, qui dixit, Non mœchaberis, & nó concupiſces. Quòd ſi illa, cùm te vidit, aut tibi intempeſtiuè occurrit, vulnerata eſt, & ad te miſit, tu verò, vt pius erga Deum, negaſti ei, & abſtinuiſti, neque in eam peccaſti; illa verò pulchritudine, adoleſcétia, & cultu tuo ita ſauciata eſt, vt amore tui capta ſit; tu peccati illius reus es, tanquá auctor ſcandali eius, & hæres ſupplicij. Quare precare Deum, vt nihil tibi mali propter hoc peccatum infligat: neque enim voluntati hominum obſequi, & inſeruire te oportet, vt pecces; ſed Deo potius adhærere, vt ſanctitatem vitæ colas, & requie potiaris ſempiterna. Pulchritudinem à Deo tributam ne inſuper ornes, quin potius tempera eam modeſtè apud homines, non capillum nutriens, immo conſcindés, ac concerpens, ne pexus, & comatus, aut vnguétis delibutus eas mulieres ad te pellicias, quæ ſic capi aut capere ſolent; neque veſtitu ſtudioſè exquiſito, ad decipiendum vtaris; aut anaxyridas, vel crepidas pedibus nequiter inducas, ſed quod ſolú honeſtas, & neceſſitas poſtulant: neque aureum annulum digitis tuis induas, quę ſint omnia meretriciæ conſuetudinis indicia; quibus quidem ſi præter honeſti rationem ſtudueris, non rectè ages. Tibi enim, qui fidelis, & homo Dei es, non licet nutrire comam; & in vnum colligere: hæc enim luxuria eſt, & mollicies; neq; effuſam geſtare, neque diſcriminatá, neq; facere, vt tumeſcat: neque eam carpendo, & formando criſpare, neque flauam reddere, quod etiam lex Deuteronomij vetet ſiſoem facere aut anaxyridas. Oportet præterea nó barbam radere, neq; formam hominis contra naturam mutare; ait enim lex, (nó radetis barbas veſtras;) mulieres nanque vt deceret non eſſe barbatas, fecit earum auctor Deus; viros contra vt non deceret, idem iuſtè ſtatuit. Tu verò ſi hæc facias, vt alicui placeas, id quod eſt contra legem, execrabilis apud Deum eris, qui te ad imaginem ſuam effecit. Si ergo placere Deo volueris, abſtine ijs omnibus, quæ idem odit, nihilque efficias, quod ei diſpliceat.

Quòd non oporteat eſſe curioſum obſeruatorem eorum, qui non rectè viuunt, ſed opus ſuum attendere. *Cap.* 4.

NE ſis quaſi volitans, & inambulans, ac errans in vicis, intempeſtiuus ſpectator eorum, qui turpiter viuunt, immo artem tuam, tuumque opus attende, & ſtude, vt facias, quæ Deo probentur. Scripturas ſanctas aſſidua memoria meditare; ſcriptú eſt enim, in lege eius meditaberis die, ac nocte, deambulans in agro, & domi ſedens, cubans, & experrectus, vt in omnibus ſis intelligés. Quòd ſi diuitijs affluas, ita vt non opus ſit tibi arte ad parandum victum, ne circumeundo vageris, neque intempeſtiuè inambules; ſed potius ſi adis ad Chriſtianos, & tuæ fidei homines, colloquere cum eis, ſermones ſalutares conferendo.

Qui libri ſcripturæ legendi. *Cap.* 5.

SI vero non hoc facis, intus ſedens lege legé, libros de Regibus, Prophetas, cane Pſalmos Dauid; percurre diligenter Euangelium, in quo ſunt hæc conſummata.

Quòd oporteat abſtinere à lectione omnium librorum gentilium. *Cap.* 6.

ABſtine ab omnibus libris gétilium: quid enim tibi cum alienis ſermonibus, aut legibus, aut falſis Prophetis, quæ quidem homines leues à fide recta detorquent; nam quid in lege Dei deſideras, vt ad illa gentilium ſcripta animú velis appellere? ſiue enim hiſtorias legere cupis, habes libros de Regibus: ſiue ſophiſtica, id eſt, quæ arguté ad ſapientiam referuntur, & poëtica, hés Prophetas, Iob, Prouerbia; in quibus plus acuminis, q̃ in omni poëſi, & ſapientia ſophiſtarum reperies, quę is qui ſolus ſapiens eſt, illa effatus eſt: ſiue cátilenas expetis, habes Pſalmos; ſiue vetuſtas rerum origines, habes Geneſim; ſiue leges, & præcepta, habes legem Domini celebrem. Ab omnibus itaque alienis, & à Diabolo excogitatis fortiter abſtine: Quin potius cùm legem legis, abſtine ab ijs, quæ in ea ſunt aſcita; tametſi non ab omnibus, ſed à quibuſdam, quæ ad Deuteroſim, id eſt ad ſecundam legiſlationem ſpectant: quæ

tantum-

tantummodo cauſa narrationis lege ad agnoſcendum, & laudãdum Deum, qui nos talibus tantisq; vinculis liberauit. Sit tibi ante oculos propoſitum, vt cognoſcas, quid ſit lex naturalis; & quid illa aſcita, quæ ad Deuteroſim pertinent, quæq; in eremo iјs, qui vitulũ fecerunt, data ſunt. Lex enim ea continet, quæ Dominus locutus eſt, antequàm populus idola coleret; & Apim illum Ægyptium in vitulo veneraretur. Continet, inquam, decalogum. quæ verò illis vincula, poſtquàm peccarunt, iniecta ſunt, caue, ne ea tibi accerſas: quippe cùm Saluator non alia de cauſa in mundum venerit, niſi vt reos ab ira reſeruata liberaret; & vt legem ac Prophetas impleret, & illa aſcita vincula ad Deuteroſim pertinẽtia vel ceſſare faceret, vel in alia transferret. idcircò cùm nos exhortaretur, aiebat, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tu igitur poſtquam legem cum Euangelio, & Prophetis concordantem legeris, legẽ etiam hiſtoriam de regnis, vt ſcire poſſis quot Reges iuſti fuerunt, totidem aucti à Deo fuerunt, & apud Deum æternæ vitæ promiſſio eos manſit. rurſus verò, quot Reges à Deo defecerunt, in defectione ſua iuſto Dei iudicio breui interierunt, & vita eius priuati ſunt, immortale ſuppliciũ pro requie ſortiti. His itaq; legendis multum fide auctus, magis, ac magis in Chriſto, cuius corpus, & membrum es, extrueris. Cùm in foro deambulas, & lauare vis, vtere balneo virorum, ne, quia corpus nudum turpiter mulieribus oſtenderis, aut quod non deces viros, ſpectaueris, vel illaqueeris, vel illaquees fœminas, quæ ita facilè capiuntur. caue igitur, ne animæ tuæ laqueos iniјcias.

De muliere praua. *Cap.* 7.

Prou. 7. AVdiamus enim, qui in Sapientia præcipiat ſanctus ſermo: (Fili ſerua ſermones meos, mea verò præcepta reconde apud te, dic, ſapientiam ſororem tuam eſſe, prudẽtiam verò familiarem tibi effice, vt te ab aliena, & improba muliere ſeruet, ſi te verbis ad gratiam compoſitis aggreſſa fuerit; ex feneſtra enim domus ſuę in plateam proſpectans, quemcunque viderit ex filiјs imprudentibus adoleſcentum mentis indigentem, prætereuntem per forum, per tranſitus ædium ſuarum, & loquentẽ in tenebris veſpertinis, cùm eſt nocturnum ſilentium, & caliginoſa nox, huic occurrit ſpecie meretricia, quæ adoleſcentem è corde euolare facit; eſt verò ipſa pennata, & luxurioſa, pedesque eius nunquam domi quieti, nunc vagatur foris, nunc in plateis ad omnem angulum inſidiatur; deinde prehenſum adoleſcentem deoſculata eſt, & impudẽti vultu ſic allocuta: Victimæ pacifica mihi eſt, hodie vota mea reddo; ob hanc cauſam exiui obuiã tibi; cùm tui videndi deſiderio tenerer, reperi te, funibus lectum meum tetendi; Ægyptiјs tapetiјs ſtraui; cubile meum croco ſparſi, & domum meam cinnamomo; veni fruamur amicitia vſque ad auroram; veni, & reuoluamur in amore.) & quæ ſequuntur: quibus ſubiungit: Illum autem multa cõfabulatione decepit, & laqueis labiorum abripuit; ille verò ſecutus eſt illam inſtar Cepphi deluſus. Et rurſus ait: Ne attendas mulierem nequam, mel enim ſtillat ex labiis meretricis, quę ad tempus fauces tuas ſuauitate afficit, ſed poſtea felle amarius, & acutius gladio duplicem aciem habente reperies. & iterum: Sed aufuge, ne moram trahas, neq; oculum tuum in eam intendas, multos enim inflicto vulnere proſtrauit, & innumerabiles occidit: quòd ſi non fugeris, ad extremum, inquit, pęnitebit te, cùm carnes tuę detritę erunt: & dices, quomodo diſciplinam odi, & reprehenſiones iuſtorum declinauit cor meum? non audiui vocem caſtigantis me, & cùm me doceret, aures non adhibui; parum abſuit, quin in omni malo eſſem. Sed ne teſtimonia longiùs producamus, ac ſi quæ ſunt, quæ prætermiſimus, qui ſapientes eſtis, ea, quæ cõmoda erunt vobis, colligendo, cõfirmate vos de ſcripturis ſanctis, praua omnia declinantes, vt ſancti in vita ſempiterna apud Deum reperiamini.

De vxore viro ſubiecta, & virum diligente, ac caſta. *Cap.* 8.

MVlier verò ſubiecta ſit viro ſuo, quoniã vir caput eſt mulieris; viri autem in via iuſtitiæ incedentis caput Chriſtus; Chriſti verò caput Deus, idemque pater eius. Ergo poſt omnipotentem Deum noſtrum, eundemque patrem præſentis, & futuri ſæculi dominum, omnis animæ, atque angelorum auctorem; & poſt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium eius dilectiſſimum, cuius gloria Deo, time virum tuum mulier, & reuerere eum, ita vt ei ſoli placere velis, & vbi ei miniſtrandum eſt, voluntati eius ſatisfacias, vt maritum tuum de te ſapientia laudet; cùm per Salomonem ait,
(Mulierem fortem quis inueniet? huiuſmodi Prou. 31.
mulier pretioſior eſt lapidibus magni pretij; Cõfidit ei cor viri ſui, quæ talis eſt ſpoliorum non indigebit, operatur enim viro ſuo vtilia per vniuerſam vitam, quę nendo fecit manibus ſuis ex lana, & lino, quæ eſſent commoda ad vtẽdum; facta eſt inſtar nauis negotiantis congregando ei è longinquo facultates; & ſurgit de nocte, & alimenta impertit familiæ, & opera diſtribuit ancillis; contemplata eſt agrum, & emit illum, & ex fructibus manuum ſuarum poſſeſſionem ſeruit; ſuccinctis lumbis, brachia ſua firmauit, & guſtu didicit, bonum eſſe operari: non extinguitur lucerna eius tota nocte, cubitos ſuos ad vtilia extendit, & manus ſuas ſuſtinet, ac librat ad fuſum; manus item aperuit pauperi, & fructum porrexit inopi; non habet curam domeſticorum vir eius; omnes enim, qui apud eam ſunt, veſtiti ſunt duplici amictu: & fecit viro ſuo ſtragula, & ex byſſo, ac purpura indumenta: illuſtris verò eſt in portis maritus

„ eius, cùm ſedet in concilio cum ſenioribus in-
„ colis: ſindones fecit, & vendidit Phœnicibus,
„ & cingula Chananæis: ſplendidè, & decorè
„ veſtiuit, & lætitiam cepit in extremis diebus;
„ os ſuum aperuit ſapienter, & accommodatè,
„ & ordinem adhibuit linguæ ſuæ: anguſtiæ ſe-
„ mitæ domus eius, cibum non ſumpſit otioſa;
„ os ſuum aperiet ſapienter, & legitimè, leges de
„ eleemoſynis in lingua eius: ſurrexerunt filij
„ eius, & ditati laudauerunt eam; multæ filiæ ac-
„ quiſiuerunt opes, & multæ comparauerunt po
„ tentiam, tu verò antecellis, & ſuperaſti omnes.
„ Ne ſit in te falſa ſpecies placendi, neque vana
„ pulchritudo mulieris; mulier enim pia benedi-
„ ctionem fert: ipſa verò timorem Domini lau-
„ det: Date ei de fructibus labiorum eius, & vir
Prou. 12. eius in portis laudetur. Et iterum: mulier for-
„ tis corona viro ſuo.) ac rurſus: (multæ mulieres
„ ædificauere domum.) Intellexiſtis quas laudes
mulier pudica, & mariti ſui amans à Domino Deo ferat, quare ſi vis fidelis eſſe Domino, eidemque placere, ne comas te, vt alienis viris placeas, neque meretriculæ capillum calamiſtratum, aut veſtitum, aut calceos ad geſtandum imiteris, vt eos qui iſtis irretiuntur, ad te pellicias; hæc enim tametſi non facias ad peccandum, ſed tantummodo ad cultum, tamen ne hac quidem ratione & via futuras pœnas effugies, quæ alium coegiſti, vt ad te appetendum alliceretur; neque cauiſti, vt neque ipſa peccato ſuccumberes, neque alij ſcandalo: quòd ſi etiam pecces teipſam dedendo, ipſa deliqueris, & animæ alterius rea fueris. Deinde cùm in vno quaſi ſemel deſperanter peccatum commiſeris, ad alios rurſus deflectes ſine ſenſu doloris; ſicut ait ſcriptura: Cùm venerit impius in profundum peccatorum, contemnit; inſequitur verò eum dedecus, & probrum. Huiuſmodi enim mulier deinceps crudeliter ſauciata animas inſipientium illaqueat. Audiamus igitur quomodo diuina ſcriptura eas, quæ ta-
„ les ſunt, notat, cùm ait: (odi peius morte mu-
„ lierem, quæ eſt venatio, & ſagena cordis, la-
„ quei verò manus eius.) & aliàs: (quale eſt moni-
„ le aureum in naribus ſuis, talis eſt pulchritu-
„ do mulieris malitioſæ.) & iterum. (ſicut in li-
„ gno vermis, ſic mulier malefica viros perdit.)
„ & rurſus: (præſtat habitare ſub dio in angulo,
„ quàm cum muliere loquace, & pugnace.) Ne
Prou. 21. igitur vos, quæ Chriſtianæ eſtis, tales imitemini. Si autem vis fidelis eſſe viro tuo, ſtude vt ei tantum placeas; in plateis verò caput tuũ obnube, obtegendo enim caput, aſpectum curioſioribus occludes. Ne pingas faciem tuam, quam tibi Deus finxit, nihil enim in te eſt, quod ornatu indigeat, quandoquidem vniuerſa quæ Deus fabricatus eſt, pulchra nimis; impudicus verò ornatus pulchræ formæ additus artificis gratiam contumelioſè dedecorat. incede ergo deiectis oculis deorſum, atque obtecta, vt mulieres decet.

Ne mulier cum viris lauet. Cap. 9.

CAue etiam in balneo indecoram cum viris lauationem, multa enim ſunt dæmonis retia. Chriſtiana fœmina ne cum viris lauet: etenim ſi ſe tegit, vt oculos alienorum virorum cum pudore vitet, quomodo huiuſmodi mulier cum viris in balneas ingredietur? Si verò fuerit balneum muliebre, lauet modeſtè, verecundè, & moderatè; non autem ſuperuacuè, neque nimis, neque ſæpius, neque meridie: immò ſi fieri poteſt, neque quotidie: Sit verò conſtitutum tempus tempeſtiuæ lauationis hora decima; oportet enim te, quæ fidelis es, omnibus modis, ac ſemper multorum oculorum curioſitatem vitare.

De muliere pugnace, & loquace. Cap. 10.

NOli autem, quæ fidelis es, pugnax eſſe contra vllum, præſertim contra virum tuum, ne vir tuus ſi infidelis ſit vel gentilis, ſcandalum paſſus tua cauſſa, in Deum ſit blaſphemus, & tu apud Deum illud væ ſortita reperiaris: Væ enim, inquit, ei, per quem nomen meum blaſphematur in gentibus. Si autem maritus tuus fidelis eſt, cogetur, vt qui ſcripturas ſciat, dicere verbum, quod in ſapientia Domini ſcriptum eſt, melius eſt habitare in ſolitudine, quàm cum loquace, & pugnace muliere. Vos igitur mulieres pudore, & lenitate religionem Dei, & in eum pietatem declarate ijs etiam omnibus, qui foris ſunt, tum viris, tum fœminis, vt ſic eos ad fidem traducatis, & excitetis. Quòd ſi vos ſorores, & filiæ ac membra noſtra breui admonitione hactenus erudiuimus, ipſæ etiam vt ſapientes perſeuerate ſine probro vitæ; & ſtudete diſciplinas noſſe; quibus ad regnum Domini noſtri eidem placendo appropinquare, & in eo requieſcere poſſitis.

DE EPISCOPIS, PRESBYTERIS, Et Diaconis.

LIBER SECVNDVS.

Quòd oporteat epiſcopum eſſe eruditum, & in ſermone exercitatum. Cap. 1.

DE EPISCOPIS verò ex Domino noſtro audiuim*, oportere eum, qui paſtor eſt, & Epiſcopus in eccleſijs totius parœciæ conſtitutus, alienũ eſſe à crimine, & reprehenſione, quem nulla humanæ iniuſtitiæ macula attigerit; non minorem nanı quàm annorum quinquaginta, quòd ea ætas quodammodo iam iuueniles petulantias, & eorum, qui foris ſunt, obtrectationes effugerit contra quorundam falſorum fratrum vituperationes, quas multis inferunt, dum ignorant quod Dominus in euãgelio dixit, qui loquitur verbum otioſum, reddet de eo rationem Domino in die iudicij: & rurſus ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Sit igitur eruditus, vſu ſermonis exercitatus, ætate inclinante. Sin verò in parua quapiam parœcia ætate prouectus nõ reperiatur, & ſit aliquis, cum quo qui verſati ſunt, teſtimonium dederint, dignum eſſe qui fiat Epiſcopus, qui in adoleſcentia, manſuetè, & compoſitè viuendo, ſenilem ætatem planè oſtẽdat, ſi talium teſtimonio probatur, quod in pace fiat, eſto Epiſcopus. Etenim Salomon annos natus xij. Rex Iſrael fuit: Item Ioſias iuſtè regnauit, cùm eſſet viij. annorum: & Ioab ſeptimum annum agens populum rexit. Quare etſi iuuenis eſt, ſit tamen mitis, timens, ac tran-
Eſa.66. quillus; ait enim Dominus per Eſaiam, (Domine Deus, in quem aſpiciam, niſi in humilẽ, & quietum, & trementem ſermones meos?)
Matt.5. ad eundem modum in euangelio, (Beati) inquit,) mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Sit præterea etiam miſericors, quia
Ibid. rurſus dictum eſt; (Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.) Ad hæc, ſit quoque pacis conciliator, quia
Ibid. rurſum ait, (Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.) Sit illi recta conſcientia: ſit omnis vitij, improbitatis, & iniuſtitiæ
Ibid. purus; quoniam rurſus dictum eſt, (Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.)

Qualem eſſe oporteat Epiſcopum, & reliquos clericos. Cap. 2.

SIT igitur ſobrius, pudicus, modeſtus, conſtans, ſedatus, non vinolentus, non percuſſor, ſed æquus; non pugnax, non auarus, non neophytus, ne ſuperbia elatus in iudicium, & laqueum diaboli incidat: quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur. Talem verò eſſe oportet Epiſcopum, qui vnam vxorem duxerit, quę vni tantum nupſit; qui domui ſuæ rectè præfuerit. Sic enim probandus eſt, cùm in gradu Epiſcopi per ordinationem collocatur, an ſit pudicus, fidelis, & modeſtus: an vxorem habeat pudicã, & fidelem, aut habuerit; an liberos piè educando, & monitis Domini erudiendo prouexerit: an eum metuant, & reuereantur, eidemq; obediant domeſtici omnes. Etenim ſi ij quos habet ſecundum carnem ſuos, ſecum habet diſſentientes, & repugnantes, quemadmodum quos habet extra domum factos ſuos, ſe ei ſubijcient, & obedientes præbebunt?

Quæ ſint inquirenda in eligendo Epiſcopo. Cap. 3.

EXcutiatur igitur, an in ijs, quæ ad vſum hominum, atque vitam pertinent, omni vitio vacet; Scriptum eſt enim, (inſpicite, an ſit macula, & vitium corporis in eo, qui eligitur ad ſacerdotium.) ergo ſit etiam non iracundus: ait enim ſapientia, iracundia etiam prudentes perdit. Sit deinde miſericors: non ſumptuoſus in parua: ſit charitatis ſtudioſus; ait enim Dominus: (In hoc cognoſcent omnes quòd mei eſtis diſcipuli, ſi diligatis inuicem.) Sit promptus ad impertiendum; beneuolus viduis, hoſpitalis, promptus ad miniſtrandum; facilis ad ſubeundas vexationes: nihil habeat, in quo erubeſcat, non ignoret, quis nam dignior ſit ſubleuatione.

Quòd non ſit tribuendum vnicuique viduæ, & aliquando anteponenda ſit non vidua viduę; & quòd viduæ voraci, temulentæ, otioſæ, non ſit largiendum. Cap. 4.

ETenim ſi qua vidua eſt, quæ facere poſſit, vt quantum ſatis eſt, ad vſus vitæ ſibi ſuppetat, alia verò non vidua, ſed tamen egens, aut propter ægritudinem, aut quia ſint ei alendi

filij,

filij, aut quia non poteſt infirmis manibus parare victum, huic potius manum porrigat: Si quis verò in ijs, quæ ad victum pertinent, inopia premitur, quia edax, ebrioſus, aut otio deditus ſit, hic non eſt ſubſidio dignus, immò neque dignus eccleſia Dei; de hoc enim ait ſcri-
Prouerb. 19. ptura: (Piger, qui manum ſuam in ſinum abdidit, non poterit eam inde ad os referre.) &
Prouerb. 26. rurſus:) Otioſus manus ſuas complexus eſt, &
Eccleſ. 4. carnes ſuas deuorauit: omnis enim ebrioſus,
Prouerb. 53. & leno inopia laborabit, & lacero veſtitu vtetur, qui ſe nimium dederit ſomno.) & aliàs:
» (Si in phialas, & pocula oculos tuos dederis,
» nudior piſtillo ambulabis poſtea; verè enim
» ex otio naſcitur fames.)

Quòd oportet Epiſcopum non eſſe acceptatorem perſonarum, & quòd eſſe debeat moderatus, & ſobrius. Cap. 5.

NE ſit autem Epiſcopus acceptator perſonarum, neq; pluſquam par eſt, diuitem reueteatur, aut ei blandiatur: neue pauperem deſpiciat, aut opprimat, non enim (inquit Dominus Moyſi) perſonam diuitis accipies: & pauperis non miſereberis in iudicio, quoniã Domini eſt iudicium. & iterum, quod iuſtum eſt, iuſtè perſequeris. Sit contentus commodo cibo, & potu, qui ſufficiat, vt poſſit ſobrius eſſe ad monendum imperitos. Ne ſit multus in inſumendo, ne voluptuarius, ne delicatus, ne deditus eſcis ſuauibus. Sit malorum tolerans, magna patientia in monẽdo; multa didicerit; meditetur de libris Domini, & ſtudeat eis. Sit multus in lectione, vt ſcripturas accuratè interpretetur; euangelium, vt prophetis & legi conſonet: legem, & prophetas, vt euangelio:
Ioan. 5. ait enim Dominus, (ſcrutamini ſcripturas,
» quia ipſæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent
» de me,) & iterum, de me enim ſcripſit Moyſes. Ante omnia ſit Epiſcopus bonus diuiſor, qui legem, & Deuteroſim diſtinguat, & demõſtret quid ſit lex fidelium, & quid vincula infidelium, ne quis ſub vinculis ruat. habe igitur curam verbi Epiſcope, vt poſſis omnia ſecũdùm verbum interpretari; ac multa doctrina populum tuum copioſè nutrias, & illuſtratione le-
Oſeæ cap. 10. gis illumines: (accendite enim vobis) ait Dominus, (lumen cognitionis, dum tempus eſt.)

Quòd debeat Epiſcopus non eſſe turpi lucro deditus, neque ſpondere pro alio, neque aduocatus eſſe. Cap. 6.

NE ſit verò Epiſcopus turpiter quæſtuoſus, & præſertim in conſpectu gentiliũ, malitque ipſe incommodo affici, quàm alterum afficere; ne ſit circumuentor, ne raptor, ne defraudator, ne diuitum ſtudioſus, ne oderit pauperes, ne ſit maledicus, ne falſus teſtis, ne iracundus, ne contendendi cupidus, ne ſe negotijs vitæ implicet; ne pro alijs ſpondeat; ne cauſſas nummarias defendat, ne ſit cupidus præſidendi, ne duplici animo, ne ſe duplici lingua ſit; ne delationem, aut maledicentiam auribus libenter excipiat, ne ſit ſimulator, ne in agitandos dies feſtos Gentilium aliquid conferat; ne vanis fallacijs, & præſtigijs vtatur; ne ſit appetitionibus deditus; neque auarus, quòd ſint hęc omnia inimica Deo, & amica Dæmonibus. Hæc eadem omnia Epiſcopus exemplo ſuo confirmans, laicis præcipiat, inducens eos ad imitandum mores ſuos:
facite, enim ait, reuerentes filios Iſrael. Sit prę Leuit. 15.
terea ſapiens, modeſtè de ſe ſentiens, ſtudioſus monendi de diſciplina, & præceptis Domini: Sit norma virtutis; ſit ab omnibus ſtudijs, & inſtitutis prauis vitę huius, & ab vniuerſis Gẽtilium cupiditatibus alienus: Sit attentus, perſpicax ad cognoſcendum improbos, & ab eis cauendum; omnium verò amicus; iuſtus, omnia diiudicans. Denique quæcunque in hominibus pulchra ſunt, hæc in ſe Epiſcopus habeat. Cùm enim extra omnẽ reprehenſionem paſtor erit, exemplo vitæ ſuæ ſuos diſcipulos ad facta ſua, & actiones imitandas impellet; &, vt in quodam loco ait Propheta, erit ſicut ſacerdos, ſic & populus. Dominus enim idemq; magiſter noſter Ieſus Chriſtus Dei filius primùm cępit facere, deinde docere, vt in quodã
loco Lucas dicit; vnde ait: (Qui autem fecerit, Matt. 5.
& docuerit, hic magnus vocabitur in regno cę »
lorum.) Vos enim epiſcopos oportet ſpecula- »
tores populi eſſe, quod vos quoque ſpeculatorem habeatis Chriſtum. & vos igitur eſtote boni ſpeculatores populi Dei, ait enim Dominus
vnicuiq; noſtrum per Ezechielem: (Fili homi- Ezech. 33.
nis, ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael, & audies »
ex ore meo ſermonem, & cuſtodies, & eum ex »
me nunciabis; ac cùm dixero peccatori, morte »
morteris, ſi non locutus fueris, vt abducas pec- »
catorem à peccato ſuo, peccator ille in pecca- »
to ſuo morietur, & ſanguinẽ eius ex manibus »
tuis requirã: Tu verò ſi explicaueris peccato- »
ri de via eius, vt auertatur, & ipſe non fuerit »
auerſus, in peccato ſuo peribit, & tu animam »
tuã liberaſti.) Similiter & gladius belli. Si ve- »
niat, & ſtatuat populus ſpeculatorem ad præcauendum, & videns gladium venientem, non prænunciet, & ceperit animam, anima quidẽ peccato ſuo capta eſt, ſanguis verò ex manu ſpeculatoris requiretur, quia non ſignificauit tuba. Sin aũt ſignificet buccina; & qui audierit non caueat, & venerit gladius, & tollat eũ, ſanguis eius ſuper ipſum erit, quia non cauit audita buccina; qui autẽ cauit, animam ſuam liberauit; & ſpeculator, quia ſignificauit, vita viuet. gladius quidem eſt iudicium, tuba verò ſacrum euangeliũ: ſpeculator autem Epiſcopus, qui præeſt iudicio, & eccleſiæ, quem oportet prædicando teſtari, & affirmare de iudicio. Si enim nõ denunciarũ, & teſtatum populo erit, peccatum ignorantium aſcribetur vobis. Quocirca eos, qui extra diſciplinam verſantur, monete, & audacter ac liberè arguite; ignaros docete, ſcientes roborate, aberrantes in viam reducite.

reducite. Neque ſi eadem de eiſdem dicta in-culcemus,ac repetamus,error fuerit; credibile eſt enim aliquos ſæpe audiendo pudore per-motos, vel ſemel tandem aliquid boni factu-ros,& aliquid mali declinaturos.ait enim per
» Prophetam Deus: (teſtificare illis hęc,fortaſſis
» vocem tuã audient:) & rurſus, (ſi fortè audiât,
» ſi ſortè cedit.) & Moyſes ad populum;(ſi audi-
» tu audieris Dominum Deum,& feceris bonũ,
» & rectũ in oculis eius.)& iterum: (audi Iſrael,
» Dominus Deus tuus Dominus vnus eſt.) &
Dominus in euangelio ſæpe narratur dixiſſe,
» (qui habet aures audiẽdi,audiat.)& ſapiens Sa-
» lomon: (Audi) (inquit) (fili diſciplinam patris
» tui,& ne abijcias leges matris tuæ.) & vſq; in hodiernum diem non audierunt; qui enim au-diſſe videntur,audita neglexerunt;quippe qui vnum,& ſolum verum Deum reliquerunt, & in mortiferas,atque horrendas hæreſes præci-pitati ſunt,de quibus poſtea dicemus.

Qualem oporteat eſſe eum, qui baptizatus eſt. *Cap.* 7.

SCitote verò chariſſimi,quòd qui in nomi-ne Domini Ieſu Chriſti baptizati ſunt, non debent amplius peccare: vt enim mortui pec-catum operari deſierunt, ſic Chriſto commor-tui non dant operam peccato. Itaque non cre-dimus fratres,eum,qui lauacro vitæ lotus eſt, aliquid eorum facere, quæ homines ſine lege flagitioſè facere ſolent. Qui verò poſt baptiſ-ma peccarit,niſi eum peccati pœniteat,& pec-care deſinat,ad gehennam damnabitur.

De eo,cui calumnia adhibetur. *Cap.* 8.

QVod ſi quis ab infidelibus per calumniã delatus ſit,quòd non iam impurè, vt ip-ſi,viuat,ſciat ſe beatum eſſe apud Deum,vt Do
Matt. 5. minus noſter in euangelio ait, (Beati eſtis cùm
» exprobrauerint vobis,& vos perſecuti fuerint,
» & dixerint aduerſum vos omne malum ver-
» bum,mentientes propter me,gaudete, & exul
» tate,quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœ-
» lis.) Si cui igitur conuicium propter mendaciũ fiat,beatus erit:ait enim ſcriptura, vir repro-bus non tentatur à Deo. Si quis verò alicuius maleficij conuictus ſit,is quidem non ſibi tan-tùm nocuit,ſed contumeliam vniuerſo corpo-ri eccleſiæ,& doctrinæ intulit;quòd non facia-mus,quæ pulchra & honeſta eſſe prædicamus; quibus quidem exprobrabit Dominus illud euangelij;dicunt,& non faciunt. Quocirca ta-les,poſtquam verè conuicti fuerint, liberè, ac fidenter repellet Epiſcopus, niſi mores mu-tarint.

Quòd oporteat,vt ſit Epiſcopus incorruptus. *Cap.* 9.

DEbet enim Epiſcopus non ſolùm innocẽs eſſe,offenſionemq; vitare,ſed etiam nõ eſſe perſonarum acceptator,eos qui delinquũt leni animo caſtigans. Qui ſi non benè conſcius ſibi ſit,facilè is quidem in gratiã perſonæ tur-pi quopiam quæſtu,& munere corruptus,par-cet ei,qui ſcelus commiſit,ſinens eum manere in eccleſia contra Domini ſententiam,qui ait,
(iuſtè perſequeris ius; non accipies perſonam »
in iudicio;non iuſtificabis impium, non acci- »
pies munera ſuper anima:) munera enim ocu »
los ſapientium excæcant: & verba iuſtorum deprauant;& aliàs,auferte malum ex vobis ip-
ſis.& Salomon in Prouerbijs, (Eijce,) inquit, »
(ex concilio peſtilentem,& egredietur cum eo »
contentio.) »

Quòd Epiſcopus,qui temerè ei,qui deliquit,parcit, reus efficitur. *Cap.* 10.

QVi verò hæc non attenderit, pœnas de-benti temerè ignoſcet, vt Sauli euenit in Agag rege:& Eli in filiis,qui Dominum nõ co gnouerunt. huiuſmodi autem Epiſcopus tum dignitatem ſuam,tum eccleſiam Dei, eccleſiã dico ſuæ parœciæ violarit.eſt itaq; hic iniquus Deo,& ſanctis hominibus,vtpote auctor ſcan-dali multis nouis Chriſtianis, ac catechume-nis,inſuper adoleſcentibus,tum maribus,tum fœminis;quem manet illud væ, & illa mola aſi-naria de collo pendens,& profundum illud in quo eſt,qui pœnas debet. Cùm enim eum,qui eis præeſt,talem eſſe ſentient, propter iniqui-tatem iudicij neglecti,eueniet,vt ſecum ambi-gant,& eodem viſi morbo cogantur cum eo pe rire,vt cum Hieroboam populus;& cum Core ſocij,& adiutores. Sin verò is,qui peccauit,Epi ſcopum,& diaconos eius videat crimine libe-ros,tum etiam ouile mundum primum quidẽ non audebit ingredi per contemptum in eccle ſiam,conſcientia ſua ſtimulatus;quòd ſi ea ſpreta, ingrediatur, aut continuò arguetur, & pœnas dabit,vt Ozan,cùm arcam tetigit, vt eam fir-maret;& Achar,cùm furatus eſt, quod erat fa-ctũ anathema;& Giezi, cùm nummos à Naa-man accepit:aut à paſtore monitus, ad pœni-tentiã adducetur. Cùm enim ſingulos circum-ſpexerit,& in nemine maculam repererit, nec apud Epiſcopum,nec apud populum, cui ille præeſt,tunc pudore affectus ac multis cum la-crymis pacificè egredietur dolore punctus,ma nebuntq; oues à contagione liberatæ; flebitq; ille delicta ſua, & peccaſſe pœnitebit, atq; ita ſpem ſalutis habebit. Omnes verò oues cùm illius lachrymas viderint,admonitæ erunt,pœ-nitendo fieri,ne pereat peccator.

Quomodo oporteat epiſcopum iudicare eos, qui de-liquerunt. *Cap.* 11.

QVo circa ſtude Epiſcope, vt mundus pro rubus ſis,locum tuũ, dignitatemq; tuã actionibus declara, vtpote qui exemplar Dei apud homines repræſentas præſidendo omnibus hominibus, ſacerdotibus,regibus,magiſtrati-bus,parẽtibus,filijs,& pariter cũctis ſubiectis.

Ac

Ac ſic quidem in eccleſia ſede ſermonem faciens, vt qui poteſtatem habeas iudicandi eos, qui peccarunt: quoniam vobis Epiſcopis dictum eſt, (Quodcunque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cęlis; & quodcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo.)

Quomodo oporteat tractare pœnitentes.
Cap. 12.

IVdica igitur Epiſcope poteſtate fretus, tanquam Deus, ſed pœnitentes recipe; Deus enim miſericordiæ eſt: obiurga delinquentes, mone non redeuntes ad Deum, ſtantes hortare, vt in ſtudio virtutis perſeuerent: pœnitentes admitte. quoniam Dominus Deus iureiurando promiſit dare veniam erratis pœnitentium: ait enim apud Ezechielem: (Dixi eis; Viuo ego, dicit Dominus Adonai, Si voluero mortem peccatoris, ac non potius vt redeat impius à via ſua praua, & viuat. Reuertite igitur ex itineribus veſtris malis, & cur perit domos Iſrael?) hoc loco ſermo Dei bonam ſpem habere fecit eos, qui deliquerunt, habere inquam ſpem ſalutis, ſi eos peccaſſe pœnituerit, ne aliquando tanquam deſperantes, nequitiæ ſedeant, ſed potius concepta ſpe ſalutis ad Deum reuerſi, ei peccata defleant, & ex animo pœnitentes eundem placatum, & beneuolum reddant, & in obliuionem peccatorum tanquam bonum patrem venire faciant.

Quòd oporteat cauere, ne experiamur peccata.
Cap. 13.

AT verò eos, qui à peccatis abhorrent, oportet in eo ſtatu perſeuerare, & non habere vſum, & experientiam peccatorum; ne dolore, triſtitia, & fletu ad petendam veniam opus ſit eis. Quid enim ſis homo, qui deliquiſti, an diem in hac vita acturus ſcis, vt ſit pœnitendi poteſtas? Incertum enim eſt vitæ huius extremum: & ei, qui in delicto mortuus eſt, nō erit pœnitendi facultas. ait enim Dauid; (In inferno autem quis confitebitur tibi?) itaque opus eſt, præſto eſſe ad virtutes, vt non dolenter iter illud ingrediamur. Quocirca monet te ſcriptura diuina per ſapientem Salomonem, cùm ait: (Præpara in exitum tuum opera tua, & para te in agrum,) ne quid honeſtæ actionis vobis deficiat, ſicut oleum beneficentiæ quinque euangelij virginibus propter fatuitatem defecit; quæ propter extinctas lucernas cognitionis Dei ab ſponſo eiectæ ſunt. Quare extra periculum eſt, quicunque vitæ ſuæ parcit, quique alienus à peccatis manet, vt ſuperiora recte facta ſibi conſeruet. Tu ergo Epiſcope ſic iudica, vt Deus. Domini enim eſt iudicium. Itaque primùm poteſtate fretus, reum cōdemna; deinde cum miſericordia, ac commiſeratione, & ſuſceptione allice, promiſſa ei ſalute, ſi mores mutet, & peccatorum pœniteat; pœnitentem verò caſtigando recipe, memor Domini, cùm dixit, gaudium eſſe in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

De iis, qui dicunt, non debere recipi pœnitentem, & quòd iuſtus licet cum iniuſto verſetur & viuat, non tamen cum eo perit.
Cap. 14.

SI N verò pœnitentem non receperis, obijcis eum inſidiatoribus, oblitus quod Dauid ait: (Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi.) Hinc Hieremias vt ad pœnitentiam ioci tatet; (An,) inquit, (qui cadit, non reſurgit? aut qui deflectit, non reuertitur? quid? quod Hier. 8. deflexit populus meus impudenti deflexione, Hier. 3. & in electione ſua obfirmati ſunt? reuertite filij, qui defeciſtis, & ego comminutiones veſtras ſanabo.) Recipe ergo pœnitentem nihil addubitans; neque obſtent tibi, aut ab hoc officio retardent, qui inhumanè aiunt, non oportere talium conuictu contaminari, neq; communem cum eis habere ſermonem: huiuſmodi enim conſilia hominum ſunt, & Deum, & Dei prouidentiam ignorantium, quin potius iudicum ratione carentium, & beſtiarum immanium: non enim intelligunt, non eſſe vitandam communitatem ſermonis cū delinquentibus, ſed actionis; iuſtitia enim iuſti ſuper eū erit, & delictū iniqui ſuper ipſum erit. & iterum, terra ſi peccauerit mihi, vt iniuriam faciat, extendam manum meam, & cooteram ſuper eam firmamentum panis, & mittam in eam famem, & delebo ex ea hominem, & iumentum; & ſi fuerint tres viri in medio eius, Noe, Iob, & Daniel, ipſi in iuſtitia ſua cōſeruabunt animas ſuas, ait adonai Dominus. Manifeſtiſſimè declarauit ſcriptura, iuſtum conuictu iniuſti vtentem non perire cum eo; in hoc autem ſęculo iuſti cum iniuſtis communitate vitæ non ſanctitatis congregantur: in qua re illi quidem non delinquunt, immò patrem ſuum, qui in cœlis eſt, imitantur, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos, & iniuſtos; & pluuiam ſuam pluit ſuper bonos, & malos: neque indè iuſtus periculum vllum incurret, in ſtadio enim victores ſunt, & victi; in corona verò, illi tantùm, qui fortiter depugnarunt; nemo autē coronatur, niſi legitimè certauerit, vnuſquiſque enim de ſeipſo confitebitur; neque iuſtum cum iniuſto Deus perdet, ſiquidem apud eum, quod culpa vacat, non vindicatur. Neque enim Noem demerſit; neque Lot incendit, neque Rhaab cum Hiericuntinis interfecit. Et ſi vultis cognoſcere, quæ noſtro tempore contigerunt, nobiſcùm erat Iudas, cùm ſortem miniſterij accepit, quam & nos accepimus. item Simon magus ſigillum in Domino accepit, verùm vterque eorum prauus extitit; & ille quidem laqueo ſe ſuſpendit, hic verò cùm præter naturam volaret, graui caſu fractus eſt. Præterea in arca fuerunt Noe, & filij eius, ſed ſolus Cham extitit nequam, qui in filio ſupplicium tulit.

tulit. quòd ſi neque patres pro filijs pœnas ſoluunt, neque filij pro patribus, liquet, neq; vxores pro maritis, neque famulos pro dominis, neque propinquos, cognatoſque pro propinquis, & cognatis, neque amicos pro amicis, neque iuſtos pro iniuſtis ſoluere; quin potius ab vnoquoque rationem actionis ſuæ repoſcẽdam eſſe. Neque enim Noe pęnas pro mundo dependit, neque Lot pro Sodomitis incendio conflagrauit: neque Rhaab pro Hiericuntinis iugulata eſt, neque Iſrael pro Ægyptijs, neq; habitare iuſtos vnà cum iniquis crimen eſt, ſed idem ſentire. Non igitur attendẽdum eſt quod iſti dicunt homines ad cædem prompti, inhumani, criminatores, & per ſpeciẽ ſic excuſandi interfectores, alter enim pro altero non morietur, immò ſuorum quiſque delictorum cate-

Prou. 5. nis conſtringitur: & ecce homo, & opus eius ante faciem eius.

Oportet autem vos ijs opitulari, qui ſunt in ægritudine, in periculo, & in errore; & quoad fieri poſſit, monitis eos ſanare, & à morte liberare: non enim medico opus habent, qui benè habent, ſed qui malè; quandoquidem non eſt voluntas coram patre, vt pereat vnus ex puſillis: non enim perpendere oportet, quæ ſit durorum hominum voluntas, ſed quæ Dei patris auctoris omnium per Chriſtum Dominũ noſtrum, cui gloria in ſæcula ſæculorum.

Nec enim æquum eſt, Epiſcope, cùm ſis caput, vt caudam attendas, laicum dico ſeditioſum, idque in alterius perniciem, ſed Deum tantùm: Siquidem te oportet ijs præeſſe, qui tibi ſubiecti ſunt, non autem ipſos tibi; nam neque filius Dominus patris eſt, ſecundùm rationem ortus, neque ſeruus Domini ſecũdùm rationem poteſtatis; neq; diſcipulus magiſtri, neque miles Regis; neque vtique laicus Epiſcopi; de eo enim, quòd non cenſent, oportere, accedendo ad iniquos, ſimul cum doctrina

Ezech. 18 verbi Dei coinquinari, eorumque peccata participare, Propheta Ezechiel præcidens hãc improborum ſuſpicionem, (quid,) inquit, (vos dicitis ipſis parabolam hanc in terra Iſraël, patres comederunt immaturam vuam, & dentes filiorum ſtuporem contraxerunt? viuo ego dicit Adonai Dominus, ſi adhuc erit in vobis parabola iſta, quæ hactenus erat in Iſraël, quia omnes animæ meæ ſunt, ſicut anima patris, ſic & anima filij mea eſt: Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: Homo verò, qui erit iuſtus faciens iudicium & iuſtitiam, ac deinceps recenſens reliquas virtutes, obſignat ſententiam dicens, hic talis iuſtus eſt, vita viuet, dicit Adonai Dominus. & ſi genuerit filium peſtilentem, effundentem ſanguinem, & via patris ſui iuſti non inceſſit, deinde ſubiungens quæ ſequuntur, ad extremum ſubijcit, vita non viuet: hæc omnia peccata commiſit, morte morietur, ſanguis eius ſuper eum erit; & dicetur, quòd non cepit filius iniuſtitiam patris ſui, aut iuſtitiam eius, iuſtitiam & miſericordiam operatus. & dices eis, anima quæ peccauerit, ipſa morietur; filius non capiet iniuſtitiam patris, & pater non capiet iniuſtitiam filij: iuſtitia iuſti ſuper ipſum erit, & iniquitas iniqui ſuper ipſum erit. & paulò poſt, ſi

Ibidem. auertat ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & faciat iniuſtitiam, omnes iuſtitiæ eius ſecundùm iniquitates, quas fecit, tradentur obliuioni; in iniuſtitia ſua, quam fecit, & in peccato ſuo, quod peccauerit, morietur. Et paulò poſt ſubiungit: ſi reuerſus fuerit iniquus à delicto ſuo, quod fecit, & fecerit iudicium & iuſtitiam, hic animam ſuam ſeruauit; & ſi auerterit ſe ab omnibus impietatibus ſuis, quas patrauit, vita viuet, & nõ morietur, & deinceps, vnumquenque, inquit, veſtrum ſecundùm vias veſtras iudicabo, domus Iſraël, dicit Adonai Dominus.)

Quòd oportet Epiſcopum nunquam negligere peccata, neque promptum eſſe ad puniendum. Cap. 15.

VIdete filij nobis chariſſimi, quemadmodum miſericors cum iuſtitia Dominus Deus noſter, bonus, & ſingulari in homines charitate, reo criminis, ac malefico non dat impunitatem; redeuntem in viam rectam recipit, eique vitam tribuit, non relinquens ſuſpicionis locum ijs, qui durè, & inclementer iudicare volunt, & peccantes penitus repellere, & nolunt communicare cum ipſis ſermones exhortatorios, qui poſſint ad pœnitentiam reuocare: contra quorum ſententiam Dominus per Eſaiam Epiſcopis ait, (hortamini populũ meum, loquimini ad cor Hieruſalem.) Eſa. 40.

Oportet igitur vos, qui hæc auditis, eos qui deliquerunt, hortari, & ad pœnitentiam impellere, ac bona ſpe eſſe facere, neque ſuſpicari debetis, quaſi participes eorum, quæ ipſi cõmiſerunt, efficiamini, quòd eos diligatis. recipite ergo libenter ac læti pœnitentes; & iudicate cum miſericordia, ac miſeratione peccantes. Etenim ſi ingredientem iuxta fluuium, & iam prolapſurum contis quibuſdam impellendo, in amnem protruſeris, cùm potius manum porrigere debuiſſes, fratrem tuum profectò occideris, cui magis dextram dare labanti oportuiſſet, ne omnino periret. Sic inquam, vt dixi, recipite, vt & populus moneatur; & is, qui peccauit, non proſus intereat. Oportet autem Epiſcope, non negligere populi delicta, neque quos peccaſſe pœnitet auertere; ne tanquam rudis, & inexercitatus gregem ouiũ Chriſti perdas, & mactes, & nomen eius nouum, quod populo eius impoſitum eſt, dedecores, quod tibi poſtea exprobrandum ſit, vt

Hier. 12. illis olim paſtoribus, de quibus aiebat Dominus apud Hieremiam, (Multi paſtores vineam meam vaſtauerunt; fœdarunt hæreditatem meam.) & aliàs, (Ira mea concitata eſt in paſtores, & agnis iraſcar.) & aliàs, (Vos ſacerdotes, qui infamiam infertis nomini meo.

De pœnitentia, & quis modus eius, & quomodo perficitur. Cap. 16.

CVm verò deliquiſſe videris, iube eijci foras, acerbè ferens, de quo eiecto doleant item Diaconi, qui eum obſeruent, & extra Eccleſiam contineant, ijdemque in Eccleſiam poſtea ingreſſi, pro eo te rogent: etenim Saluator noſter pro ijs, qui peccauerant, patrem precabatur, vt eſt in Euangelio ſcriptum: [Luc. 23.] (Pater, inquit, ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt.) Poſtea iubebis ingredi, & facta examinatione, an pœniteat, ſitque dignus qui in Eccleſiam ex toto admittatur: caſtiga illum ieiunijs duarum, aut trium, aut quinque, aut ſeptem hebdomadarum, vt delicti genus, & ratio popoſcerit; atque ita dimitte eum, ea locutus quæ eum, qui de peccato commiſſo aliũ admonendi cauſſa increpat, docere, & monere conuenit, vt apud ſe maneat Deum deprecans vt ſit ſibi propitius, ac beneuolus, illud- [Psal. 30.] que dicat: (Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? quoniam à te eſt propitiatio.) tale enim quid innuit, quod in Geneſi dictum eſt Caino, peccaſti, quieſce; id eſt, ne pergas peccare. Quòd enim eum qui deliquit, pudere delicti ſui oporteat, ſatis docet quod in ſcriptura dictum eſt Moyſi; Cùm Moyſes precabatur Deum, vt peccatum ſorori condonaret; ait enim Deus illi: (Si pater in faciem eius expuiſſet, an non erubuiſſet? Septem diebus extra caſtra amoueatur, & poſtea ingredietur.) Sic igitur uos facere oportet, eos ſcilicet, qui ſe pœnitere aiunt peccaſse, eijcere ex Eccleſia, tempore proportione peccatorum definito: poſtea verò recipere pœnitentes, tanquam patres filios.

Quòd oportet Epiſcopum carere reprehenſione, tanquam formam eorum quibus præeſt. Cap. 17.

SI verò Epiſcopus ipſe offenſionem alijs cõcitarit, quomodo aggredietur ad iuquirendum iniuriam alterius, ant ad increpandum aliquem, ſi aut ipſe aut Diaconi, propter perſouarum acceptionem, aut munera accepta non ſunt ſibi bene conſcij? Cùm enim petit magiſtratus, & cùm iudex accipit, & nou deducitur iudicium ad finem, cùm iudices ſunt participes furum, & cauſſas viduarum non attendunt; non poterunt ii, qui ſunt ſub Epiſcopi poteſtate, eſſe ei auxilio, ſi eos ſcilicet punire voluerit. dicent enim ei quod eſt in Euangelio [Matt. 7.] ſcriptum: (Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem verò in oculo tuo non conſideras? Sit ergo Epiſcopo vnà cum Diaconis ſuis metus, ne quid tale audiat, id eſt, ne præbeat occaſionem. Qui enim peccat, cùm viderit aliquem facientem ſimilia atque ipſe facit, extruetur ad faciendum eadem; deinde qui prauus eſt per vnum occaſionem nactus, in alijs operatur; quod Deus auertat: ita fiet vt grex deprauetur; & quò maior eſt numerus peccantium, eò ſit vitium maius. Peccatum nanque quod non arguitur, deterius fit, & ad alios manat. Siquidem parum fermeuti totam maſſam corrumpit, & vnus fur in totam nationem diffundit execrationem; & muſcæ mortuæ putreſcere faciunt vnguentum ſuaue; item cùm Rex iniquo ſermoni aures præbet, omnes miniſtri eius exiſtunt iniqui: Sic quoque ouis ſcabioſa in alias oues transfundit ſcabiem, niſi ſeparetur à ſanis; & homo peſte laborans, multis eſt cauendus; canis etiam rabioſus quicquid attigerit, in eo periculum affert. Si igitur hominem flagitioſum ab Eccleſia non remoueamus, facimus domum Dei ſpeluncam latronum. Oportet enim in delicto alterius non conniuere ſilendo, ſed potius arguere, mouere, caſtigare, ieiuniis ſtringere, vt alijs metum & reuerentiam iniiciat. Scriptum nanque eſt: (Facite filios Iſraël reuerẽtes.) Debet quippe Epiſcopus monendo prohibere peccata, fieri ſcopus iuſtitiæ, præco bonorum cœleſtium quæ ſunt præparata, & iræ in iudicio futurę denunciator; ne contempta Eccleſia, quæ ſatu Dei orta eſt, audiat propter incuriam & negligentiam, quod apud Oſeam dictum eſt: (Cur impietatem ſilenti calumnie-ſtis, & fructum eius collegiſtis?

Quòd oportet Epiſcopum curare, vt non peccet populus: quia ipſe eſt ſpeculator. Cap. 18.

OMnium ergo Epiſcopus curam habeat, & eorum qui non peccarunt, ut nõ peccent; & eorum qui in peccatis ſunt, vt peccaſſe pœniteat. ait enim Dominus: Videte ne contemnatis vnum ex puſillis iſtis. Item pœnitentibus condonare oportet peccata, ſtatim enim vt aliquis ex iis qui deliquerunt dixit ex animo, Peccaui Domino; reſpondet: Spiritus S. & Dominus remiſit tibi peccatum; confide, non morieris. Agnoſce igitur Epiſcope dignitatem tuam, quòd ſicut poteſtas ligandi tibi obtigit, ita quoque poteſtatem ſoluendi habes. Noſce teipſum, & ſic te in vita gere, vt tuo loco dignum eſt; quippe qui ſcias maiorem à te repoſcendam eſſe rationem; cui enim plus commẽdauerunt, plus ab eo exigent. Siquidem nemo hominum à peccato vacuus eſt, præter eum qui propter nos factus eſt homo; cùm ſcriptũ ſit: (Nullus purus à ſorde, tametſi vnius diei ſit vita eius.) Idcircò quæ vita veterum iuſtorum, & Patriarcharum, & qui eorum actus, proditum literis eſt; non quidem vt cùm ea legimus exprobremus, ſed vt nos potiùs peccatorum noſtrorum pœniteat, bonoque animo & ſpe ſimus, adepturos nos veniam, illorum enim maculę & labes, noſtra tutela & monitio ſunt. Quippe nobis etiam commiſſa peccata condonabuntur, ſi nos eorum pœnituerit; ſiquidem ſcriptum eſt: (Quis glori abitur mũdum ſe habere cor?) aut quis liberè, & audacter affirmabit, purum ſe eſſe à peccato? nemo

igitur

igitur eſt peccati expers. Tu ergo enitere pro viribus, vt nihil in te ſit quod reprehendatur, & fac ſis de omnibus ſolicitus, ne cui eorum ſis ſcandalo & offenſioni vnde pereat: laicus enim de ſe tantùm ſolicitus eſt, tu verò de omnibus, vt grauius onus ſuſtinens. Scriptum nanque eſt: (Et dixit Dominus Moyſi, Tu & Aaron ſuſcipietis peccata ſacerdotij.) quo circa curam omnium ſuſcipe, tanquam rationem de pluribus redditurus: ac ſanos quidem conſerua, lapſos verò mone, & qui in ieiunio premens, leua in remiſſione; & eum qui luxit recipe, cuncta eccleſia pro eo deprecante; & manu impoſita, ſine eum in eccleſia eſſe; ſomniculoſos & remiſſos conuerte, robora, hortare, adhibe curationem, gnarus, quanta ſit tibi, ſi hæc feceris, merces propoſita: contrà verò quantum periculi, ſi neglexetis.

Ezech. 34 Ait enim Ezechiel paſtoribus, qui populum negligunt: (Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſeipſos. Paſtores non oues paſcunt, ſed ſeipſos; lac deuoratis, & lana veſtimini; quod validum eſt, mactatis, oues non paſcitis; quod in eis erat vexatum, non roboraſtis; quod ægrotum, non curaſtis; quod confractum, non alligaſtis; quod foras excluſum, non reduxiſtis; quod periit, non requiſiſtis: & imperioſè caſtigaſtis cum ludibrio; & diſperſæ ſunt oues, quia non erat paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnibus beſtijs terræ. & rurſus: Non requiſiuerunt, inquit, paſtores oues meas, & paſcebant paſtores ſeipſos, & oues meas non paſcebant. & paulò pòſt: Ecce ego ad paſtores, & requiram ego oues meas ex manu eorum; & faciam vt deſinant paſcere oues meas, & non paſcent amplius paſtores ſeipſos, & eripiam oues meas è manu eorum; & non erunt ipſis in deuorationem. & ſubiungit dicens populo: Ecce ego iudicabo inter ouem & ouem, & inter arietem & arietem; parum ne erat vobis quòd bonis paſcuis paſcebamini, & reliquias eorum pedibus veſtris conculcabatis, & oues meæ calcata pedibus veſtris comedebant, & ſubiungit paulò pòſt: Et cognoſcetis quòd ego Dominus, & vos oues paſcui mei, homines mei eſtis, & ego Deus veſter, dicit Adonai Dominus.)

Quòd paſtor, qui ſe negligenter gerit, eum ouibus pœnas ſoluit; & ouis, quæ non paret paſtori, punitur.
Cap. 19.

AVdite Epiſcopi, & audite laici quod Dominus ait: (Indicabo inter arietem &

arietem, & inter ouem & ouem. & paſtoribus dicit Dominus:) Iudicabimini propter imperitiam veſtram, & propter interitum ouium; id eſt, iudicabo Epiſcopum cum Epiſcopo comparans; iudicabo item laicum cum laico, & magiſtratum cum magiſtratu conferens. ſunt enim hi oues rationis participes, item arietes; non autem rationis expertes; ne laicus dicat: Ego ouis ſum, & non paſtor; & nullam mei rationem habui; paſtor viderit, ipſe ſolus pœnas pro me dabit. Vt enim cùm ouis non ſequitur bonum paſtorem, lupis expoſita eſt ad intereundum, ſic rurſus cùm ouis malum paſtorem ſequitur, certus eſt ouis interitus à malo paſtore, qui eam deuorabit. Quare fugiendi ſunt paſtores interfectores.

Quomodo oporteat ſubditos obedire Epiſcopis ſuis, & Epiſcopos diligenti & varia vti prouidentia erga laicos.
Cap. 20.

AT verò bonum paſtorum laicus honoret, diligat, metuat vt patrem, vt dominum, vt herum, vt Dei pontificem, vt magiſtrum pietatis: qui enim audit eum, Chriſtum audit; & qui ei non obtemperat, non obtemperat Chriſto; & qui Chriſtum non recipit, non recipit patrem eius. (Qui enim vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit; & qui me ſpernit, eum qui miſit me ſpernit.) Similiter Epiſcopus tanquam filios diligat laicos, proſequens eos ſtudio charitatis, & fouens tanquam oua ad acquirendum pullos, aut tanquam pullos ſinu eos complectens, ad acquirendum gallinas: omnes monens, omnes increpans acerbè quicunque increpatione acerba indigent, ſed non feriens; premens, vt reuereantur, non vt euertantur; monens, vt conuertat; increpans, vt corrigat, & in viam rectam reducat; quod forte eſt cuſtodiens, id eſt, quod firmum eſt in tuto ſeruans; populum pacificè paſcens; quod vexatum eſt firmans, hoc eſt, eum qui tentatur & quateſit, admonitione firmum, ſolidumque efficiens; quod ægrotum eſt curans; id eſt, eum qui ex fide ægrotat ambigendo, huic curationem adhibens docendo; item quod contritum eſt alligans, id eſt, errantem aut quaſſatum aut peccatis confractum, ita vt in via claudicet, monitione hortatoria vinciens, & ex delictis deonerans, ac bona ſpe eſſe iubens; ſicque valentem in Eccleſiam reſtitue, atque ad gregem ouium reduc. Quod eiectum eſt conuerte, id eſt, eum qui in peccatis fuit, & vt obiurgaretur ex Ec-

ex Eccleſia eiectus eſt, ne ſinas foris permanere; quin potiùs recollige eum ac conuerte, vt ſic in ouile reſtituas, id eſt, in populum Eccleſiæ macula carentis: Quod perijt require, id eſt, eum qui propter multitudinem peccatorum ſuorum ſalutem deſperat, ne ſinas penitus interire: & qui valde refrigeſcit, & deſidia ac languore torpet ac ſopitus eſt, & propter huiuſmodi granem ſomnum vitæ ſuæ oblitus procul à grege diſceſſit, ita vt in lupos, à quibus deuoraretur, incideret, hunc tu quære, ac monendo conuerte, & ad ſobrietatem hortare, ſpemque inijce: neque ſinas, vt dicat deſperanter, quod à quibuſdam dictum eſt. Impietates noſtræ in nobis, & nos in ipſis liqueſcimus, & quomodo viuemus? itaque ſi fieri poteſt delictum alterius ſibi Epiſcopus tanquam proprium vendicet, atque ei qui deliquit, dicat, te modò fac conuertas, & ego mortem pro te ſuſcipiam, vt pro nobis Dominus mortem ſuſcepit: (Bonus quippe paſtor animam ſuam ponit pro ouibus, mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem,) id eſt, Diabolum, (& dimittit oues, ac fugit, & lupus rapit eas. Scire igitur oportet, quòd Deus, qui miſericors eſt, pœnitentiam ijs, qui peccarunt, iureiurando promiſit, qui verò peccauit, & promiſſum iſtud Dei de pœnitentia magnamque eius patientiam, ac malorum tolerantiam ignorat, ac etiam ſanctas Scripturas neſcit, quæ hanc pœnitentiam prædicant, quippe qui ex te, Epiſcope non didicerit, hic quidem propter ignorantiam perit, tu verò vtpote amans rector, & ſtudioſus paſtor require, recenſens gregem; exquire quod deeſt ad exemplum Domini Dei, eiuſdemque patris noſtri, qui filium ſuum bonum paſtorem, ac Saluatorem, & magiſtrum noſtrum IESVM CHRISTVM miſit, & ei iuſſit relinquere nonaginta nouem oues in montibus, & ire vt requireret eam, quæ errarat, & repertam vt humeris imponeret, & ad gregem reportaret gaudens reperta oue amiſſa. Sic igitur tu Epiſcope eſto obediens, vt ouem, quæ amiſſa eſt, exquiras; quæ errauit, corrigas; quæ abſceſſit, reuoces; poteſtatem enim habes reuocandi, & dimittendi fractos cum venia. per te enim dicit Saluator paralytico in peccatis, remittuntur tibi peccata tua: & illud, fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Pax verò, & tranquillus portus eſt Eccleſia Chriſti, in quam peccatores abſoluendo reſtitue ſanos, & a macula liberos, cum bona ſpe, cum ſtudio, & labore bonorum operum, vt expertus & condolens medicus medere errantibus; neque enim opus

Ioan. cap. 10.

eſt medico valentibus, ſed malè habentibus: venit enim Filius hominis ad quærendum, & ſeruandum quod errarat. Medice ergo Eccleſiæ Domini, adhibe medicinam cuique ægrotantium conuenientem: omnibus modis cura, ſana, factos ſanos redde Eccleſiæ, paſce gregem non per vim, neque imperioſè cum ludibrio, & deſpectu, quaſi dominatum teneas, ſed tãquam bonus paſtor in ſinum ac complexum agnos congrega, & oues grauidas hortare.

Quòd periculum ſit iudicium pronunciare altera parte tantum audita, & ſupplicium decernere contra eum, qui nondum conuictus eſt.

Cap. 21.

ATQVE etiam ſis tractabilis, bonus, lenis, ſine dolo, non mendax, non durus, non contumax, non ſeueritate nimia, non arrogans, non inhumanus, non ſuperbus, non aſſentator, non timidus, non verſipellis, ac duplici mente; non illudens populis tuæ fidei, ac poteſtati commiſſis; neque Dei leges ac præcepta, & quæ ad pœnitentiam pertinent, eis celans, non facilis ad exturbandum, eijciendumque ex Eccleſia, ſed in re certa attens, non increpator petulans, non teſtimonium aduerſus vllum ſumens, niſi quod dictum ſit à duobus, aut tribus fidelibus teſtibus, quorum mores iamdiu probati ſint, & qui neque inimicitia, neque inuidia moueantur: Multi enim ſunt, qui aliorum malis delectantur homines lingua præcipiti, & triplici perforata, habentes odium in fratres, quorum ſtudium eſt diſpergere oues Chriſti: Quorum ſermones ſi temerè & inconſideratè velis admittere, gregem diſſipaſ, lupiſque eum ad deuorandum tradideris, id eſt, dæmonibus & improbis hominibus, immò verò non hominibus, ſed potius feris ſimilitudinem hominum indutis, Ethnicis, Iudæis, & Atheis hæreticis: ſiquidem continuò vt aliquis ex Eccleſia eiectus eſt, accedunt ad eum truculenti lupi, & perinde ac ſi agnus eſſet, ita illum prædam eſſe putant ad vorandum, illius interitum quæſtui habentes. Etenim eorum pater Diabolus homicida eſt; & qui iniuſtè per imprudentiam tuam eiectus eſt, & triſtitia oppreſſus ac puſillo animo effectus, aut ad Gentiles aberrabit, aut hæreſibus implicabitur, & penitus ab Eccleſia, & ab ſpe in Deo poſita abalienabitur, atque ab impietate conſtringetur: fieſque de illius interitu reus: neque enim æquum eſt, promptum eſſe ad eijciendum eum, qui deliquit, tardum verò ad recipiendum,

piendum eum, qui à peccato ſe auertit: præproperum ad amputandum, crudelem autem ad medendum dolenti:, de talibus veò ait ſcriptura, (pedes eorum ad malum
Prou. 1. currunt, & celeres ſunt ad effundendum ſanguinem: calamitas, & afflictio in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: Non eſt timor Dei ante oculos eorum.) Via quidem pacis eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui docuit nos dicens, remittite, & remittetur vobis, date, & dabitur vobis: eſt, date veniam erratis aliorum, & remittentur vobis peccata. Sicut nos erudiuit, vt in precatione diceremus, (dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si igitur ijs, qui peccauerunt, non ignoſcitis, quomodo veſtrorum peccatorum veniam impetrabitis? an non contra potius voſipſos ligatis, qui dicitis remiſiſſe, cùm non remiſeritis? an non veſtro ori repugnabitis, ſi dicatis, remiſiſſe, quæ non remiſiſtis? Scitote enim quòd qui eum, qui iniuriam non fecit, eijcit, aut qui ſe conuertit, non recipit, fratrem ſuum occidit, & ſanguinem eius fundit, ſicut Cain ſanguinem fratris ſui fudit; cuius ſanguis, qui ad Deum clamat, requiretur. iuſtus enim à quopiam iniuſtè occiſus, apud Deum erit in requie ſempiterna. ſimiliter eueniet ei, qui ab Epiſcopo ſine cauſſa fuerit excommunicatus. Qui tanquam peſtiferum eijcit eum, qui eſt extra culpam, is quidem ſæuior eſt interfectore, quòd neque in Dei miſericordiam intuetur, neque bonitatis Dei erga pœnitentes memor eſt, neq; in eos aſpicit tanquam in ſcopum, qui multorum peccatorum veniam pœnitendo impetrarunt: idcircò violentior eſt ipſo homicida, qui corpus perimit, is, qui innocentem ex Eccleſia eijcit: Similiter qui non recipit pœnitentes, oues Chriſti diſſipat factus aduerſarius eius. vt enim iuſtus eſt Deus in iudicandis peccatoribus, ſic eſt miſericors in recipiendis conuerſis: Miſericor-
Pſal. 150. diam enim & iudicium cecinit ei Dauid ille Deo charus.

Quòd magnum pœnitentiæ exemplum propoſitum eſt in Dauid, in Niniuitis, in Ezechia, & in filio eius Manaſſe. Cap. 22.

OPortet autem Epiſcope, habere ante oculos præterita, & eis peritè vti ad eos monẽdos, quos vel ſtringere vel cõſolari opus ſit; atque etiam æquum eſt, vt iudicando, voluntatem diuinam ſequaris; & vt Deus delinquẽtes, aut ſe conuertentes iudicat, ſimili ratione ipſe iudices. Cùm Dominus per Nathan peccatum exprobraſſet, ac Dauid pœnitere ſe diceret, an non ſtatim à morte eum liberat, con fide, inquiens, non morieris? Ionam, quia Niniuitis prædicare noluerat, cũ mare, & cetus iuſſu Dei abſorbuiſſent, deprecantẽ in ventre ceti à morte eripuit: Ezechiam pauliſper elatum ueniam cum lachrymis orantem à crimine abſoluit. Aduertite Epiſcopi exemplum ad hæc accommodatum, ſcriptum eſt in quarto de Regibus libro, & in ſecundo Paralipomenon, id eſt prætermiſſorũ in libro dierũ ſic: Mortuus eſt Ezechias, & ſucceſſit in regno filius eius Manaſ-
ſes duodecimum annum natus, regnauitq; in Reg. 4. ca. 21.
Hieroſolymis annis quinquagintaquinq;, cuius mater vocabatur Haphſiba: fecit malum Par. 2. ca. 33.
coram Domino, & non auertit ſe ab execrationibus gentium, quas deleuit Dominus à facie Iſraël: & conuerſus ædificauit excelſa quæ Ezechias pater eius demolitus fuerat; & poſuit columnas Baal, & erexit altare Baal, & fecit lucos, ſicut fecerat Achab Rex Iſraël: & fecit altare in domo Domini, in quo dixit Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, dicẽs, quia in ipſo ponam nomen meũ: & erexit Manaſſes altaria, & in eis ſeruiuit Baal, & dixit, erit nomen meum in ſæculum: & ædificauit altaria in duobus atrijs domus Domini militiæ cœli, & ipſe traduxit filios ſuos per in ignẽ valle Ben-ennon, & augurabatur, & veneficijs vtebatur, & fecit ventriloquos, & incantatores, & cognitores, & therapim, & multiplicauit maleficia in oculis Domini, vt irritaret eum, & poſuit conflatile, & ſculptile luci imaginem, quam poſuit in domo Domini, in qua elegit Dominus, vt poneret nomen ſuum ibi in Hieruſalem ciuitate ſancta in ſæculum, & dixit, & non addam, vt moueam pedem meum à terra Iſrael, quam dedi patribus eorum, ſi tamen ſeruauerint omnia, quę præcepi eis ſecundum omne mandatum, quod mandauit Moyſes ſeruus meus, & non audierunt, & decepit eos Manaſſes, vt facerent malum corã Domino ſupra gentes, quas eiecit Dominus à facie filiorum Iſrael: & locutus eſt Dominus ad Manaſſem, & populum eius per Prophetas dicẽs, pro his abominationibus ſceleſtis, quaſcunque fecit Manaſſes Rex Iuda ex omnibus, quę fecit Amorrheus coram eo, & quia peccare fecit Iudam in idolis eius, hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Ecce ego infero mala in Hieruſalem, & Iudam, vt ambæ aures cuiuſq; audientis ea ſonent; & extendam in Hieruſalem menſuram Samariæ, & põdus domus Achab, & delebo Hieruſalem ſicut deletur tabula buxea, & inuertam in faciem eius, & reſtituam reliquias hæreditatis meæ, & tradam eos in manus inimicorum ſuorum, & erunt in direptionem, & in paſtum omnibus inimicis ſuis pro ijs malis, quæcunque fecerunt in oculis meis, & irritauerunt me, ex quo die eduxi patres eorum ex terra Ægypti vſque ad hunc diem. Atque etiam ſangui-

nem plurimum innoxium effudit Manaſſes, donec impleuit Hieruſalem os ſuper os. Sed propter peccata eorum, quæ peccare fecit Iudam, vt faceret malum coram oculis Domini, etiam adduxit Dominus in eum Principes exercituum Regis Aſſur: & ceperunt Manaſſem in ędibus, & ligauerunt cum compedibus æreis, & duxerunt eum Babylonem; & erat ligatus, & ferro vinctus totus in domo carceris, & dabatur ei panis ex furfuribus paruo pondere, & parua menſura aquæ cum aceto, vt viueret: eratque in anguſtias adductus, & vehementer dolens, & vt violenter afflictus eſt: Quæſiuit faciem Domini Dei ſui, & humiliatus eſt valde à facie Dei patrum ſuorum, & deprecatus Dominum Deum, dicens: Domine omnipotens Deus patrum noſtrorum Abraham, Iſaac, & Iacob, & ſeminis eorum iuſti, qui feciſti cœlum, & terram cum vniuerſo ornatu eorum, qui ligaſti mare ſermone iuſſionis tuæ, qui clauſiſti abyſſum, & ſigillum pertimeſcendi, & glorioſi nominis tui appoſuiſti ei, quem omnia pauent, & tremunt à facie potentiæ tuæ, quia non poteſt ferri magnificentia gloriæ tuæ: & eſt intolerabilis ira comminationis tuæ in peccatores, immenſa verò, & quæ inueſtigari non poteſt, miſericordia promiſſionis tuæ: quoniam tu es Dominus altiſſimus, benignus, longanimis, multæ miſericordię, & pœnitens in afflictionibus hominum, quoniam tu Deus ſecundùm benignitatem bonitatis tuæ promiſiſti remiſſionem pœnitentiæ ijs; qui peccauerunt: & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, decreuiſti pœnitentiam peccatoribus in ſalutem. Tu igitur Domine Deus iuſtorum, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis Abrahę, Iſaac, & Iacob, qui non peccauerunt tibi, ſed poſuiſti pœnitentiam mihi peccatori, quia peccaui ſupra numerum arenę maris; multiplicatæ ſunt nequitiæ meæ Domine, & non ſum dignus intueri, & aſpicere in altitudinem cœli præ multitudine iniquitatum mearum, incuruatus multis vinculis ferreis, quoniam irritaui iram tuam, & feci malum coram te poſitis abominandis idolis, & multiplicatis offenſionibus; & nunc flecto genu cordis deprecans benignitatem tuã; peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas ego cognoſco; Sed peto deprecans te, remitte mihi Domine, remitte mihi, & ne perdas me cum meis iniquitatibus, neque in ſæculum iratus, ſerues mala mihi, neque condemnes me in profundiſſimis terræ, quoniam tu es Deus, Deus pœnitentium: & in me oſtendes bonitatem tuam, quia me indignum ſeruabis ſecundùm miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper cunctis diebus vitę meæ, quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tua eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. & exaudiuit Dominus vocem eius, & miſertus eſt eius, & exſtitit flamma ignis circum eum, & liquefacta ſunt omnia vincula ferrea circum eum, & ſanauit Dominus Manaſſem ex afflictione eius, & reduxit eum Hieruſalem ad regnum eius; & cognouit Manaſſes, quòd Dominus Deus ipſe eſt ſolus. & ſeruiuit ſoli Domino toto corde ſuo, & tota anima ſua omnibus diebus vitæ ſuæ; & reputatus eſt iuſtus, & abſtulit Deos alienos, & ſculptilia ex domo Domini, & omnia altaria, quæ ædificauerat in domo Domini, & omnia altaria, quæ in Hieruſalem, & eiecit extra ciuitatem, & inſtaurauit altare, & fecerunt in eo ſacrificium ſalutaris & laudis. & iuſſit Manaſſes Iudæ, vt ſeruiret Domino Deo Iſraël, & mortuus eſt in pace cum patribus ſuis. & regnauit Ammon filius eius pro eo, & fecit malum coram Domino, ſecundùm omnia, quæ fecit Pater eius in principio, & irritauit Dominum Deum ſuum. Audiſtis filij chariſſimi, quemadmodum Dominus Deus eum, qui ad cultum idolorum ſe dederat, multosque innocentes interfecerat, poſtquam exiguo ſupplicio affecit, iam pœnitentem recepit, & data venia illius delictis, in regnum reſtituit. non ſolùm enim condonat pœnitentibus peccata, ſed in priorem dignitatem reuocat.

Oratio Manaſſis ſcripta in ſermonibus Hozai, ſiue videntium. 2. Para. c. 33.

In eos qui peccant per contemptum, exemplo Amon. Cap. 23.

NVllum maius peccatum, quàm idolorũ cultus, eſt enim impietas in Deum; tamen per veram pœnitentiam remiſſum eſt. Si quis verò ex acie delinquat, tentans Deum, quaſi non inſequatur pœnis improbos, is quidem veniam nõ impetrabit, quamuis illud ſecum dicat, bene mihi vertat Deus, quoniã ambulabo in conuerſatione cordis mei praui. Talis exſtitit Amõ filius Manaſſis, de quo ait ſcriptura: (decepit ſe Amon mala cogitatione transgreſſionis, & dixit, Pater meus multa peccata ab adoleſcẽtia commiſit, & cùm ſenex eſſet, commiſiſſe pœnituit, & nunc ego ambulabo, vt expetit anima mea; & poſtea conuertam me ad Dominum: & egit improbè coram Domino ſupra omnes natos ante ſe, & deleuit eum Deus celeriter ex terra eius bona, & ſerui impetum in eum fecerunt, & domi eius interfecerũt, & regnauit duobus tantùm annis.

2. Par. ca. 33.

Quòd

Quòd Chriſtus Ieſus Dominus venit ad ſaluandos peccatores per pœnitentiam. Cap. 24.

CAnete igitur laici, ne quis veſtrûm cogitationem Amon in animo ſuo firmet, ne breui intereat: Similiter Epiſcopus conſeruet ſuos pro viribus, vt qui non deliquerunt, extra peccatum maneant; & qui deliquerunt, à delictis reuerſos recipiat, medicinam adhibēdo. Quòd ſi pęnitentiam crudelis non admiſerit, peccabit in Dominum Deum ſuum iuſtificans ſeipſum ſupra illius iuſtitiam, & non recipiens hominem, quem Deus per Chriſtum recepit; cuius cauſſa miſit Deus in terram filium ſuum hominem hominibus; propter quem voluit, vt auctor viri & mulieris, ex muliere ortū caperet; cuius gratia permiſit, non parcendo filio, vt crucem, & mortem, & ſepulturam pateretur, natura alioqui alienus à patiēdo filius dilectus, Deus verbum, magni cōſilii Angelus, vt uidelicet obnoxios morti à morte eriperet: Hunc prouocant ad iram, qui nō recipiunt pęnitentes. Hac ratione non eum puduit mei, qui antea fuerā Matthæus publicanus; neque puduit Petri, qui ter propter metum negauerat; quem quidem recepit, ac paſtorem pecudum ſuarum fecit, poſtquam pœnitendo placauit Deum, & amarè fleuit: Atque etiam Paulum coapoſtolum noſtrum; cùm prius multis nós malis affeciſſet, & cōtumeliis nomen ſanctum Chriſtianorum uexaſſet, apoſtolum ex perſecutore fecit, & vas electionis eum declarauit: idem quoque cuidam mulieri peccatrici ait, remittuntur tibi peccata multa, quia dilexiſti multum. Alteram uerò, quæ deliquerat, cùm ſeniores ante eum ſiſterent, iudicio eidem relicto, egreſſi ſunt; Dominus autem, qui corda nouit, percontatus eam, eſſet ne à ſenioribus condemnata, cùm negaſſet illa, abi igitur, inquit, neque ego te condemno. In hunc Saluatorem, Regem, & Dominum ac Deum noſtrū Ieſum uos Epiſcopi tāquam in ſcopum aſpicere debetis, hunc uos imitari oportet, manſuetos eſſe, quietos, miſericordes, clementes, pacificos, non iracundos, ſtudio docendi, cōuertendi, recipiendi, hortandi deditos, non percuſſores, non contumelioſos, non arrogantes, non contemptores, non temulentos, non ſumptuoſos uane, non uoluptuarios, non magnas impenſas facientes, neque datis à Deo tāquam alienis, ſed tanquam propriis Dei utentes, vt bonos diſpenſatores, & ut rationem à Deo repoſcendos. ſumat ergo Epiſcopus cibi quātum ſufficiat: in indumentum, quod neceſſitati, & grauitati congruat. Bonis inquam Dominicis non tanquam alienis utatur, moderatè tamen; dignus eſt enim operarius mercede ſua: Ne ſit luxurioſus, neque abutatur rebus, ſed ea tantùm appetat, quæ corporis conſtitutio poſtulat.

De decimis, & primitijs, & oblationibus, & quomodo debeat Epiſcopus vel ipſe accipere ex eis, vel alijs diſtribuere. Cap. 25.

QVæ ſecundum Dei mandatū tribuuntur, decimas dico, & primitias, inſumat Epiſcopus, vt homo Dei; quæ cauſſa pauperum ſpontè offeruntur, diſtribuat decēter in pupillos, in uiduas, in afflictos, & calamitoſos, & in hoſpites egentes, tanquam qui Deum habeat harum rerum ratiocinatorem quarum procurationem ei commiſerit. Impartite igitur Epiſcopi cum iuſtitia omnibus egentibus; & uos utimini ex parte bonis Domini, ſed non abutimini; edite ex eis, ſed ne ſoli ea deuorate, imò communicate cum egentibus, & uitare offenſionem Dei; etenim ſi hæc ſoli inſumpſeritis; illud uobis tanquam inſatiabilibus, & qui ſoli ea comedatis, exprobrabit Dominus, lac deuorabatis, & lanis operiebamini: & aliàs, an ſoli in terra habitabitis? quo circa iuſſum eſt uobis in lege, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Atque hæc quidem dicimus, non ut laboribus ueſtris non fruamini, ſcriptum eſt enim, non obligabis os boui trituranti, ſed ut moderatè cum iuſtitia. Vt igitur cùm bos in area operatur ore non obligato, inde paſtum capeſſit, non tamen totum, quod in area eſt, ab eo depaſcitur; ſic etiam uos cùm in area, id eſt, in eccleſia Dei operam exercetis, edite ex eccleſiæ bonis, ut Leuitæ quoque faciebant, qui in tabernaculo teſtimonii miniſtrabant, quod ex omni parte figura eccleſiæ erat; præterea etiam ipſo iam nomine teſtimonium eccleſiæ tabernaculum illud pręmonſtrabat. Hic igitur Leuitæ, qui in tabernaculo aſſidui erant, ex iis, quę Deo ab uniuerſo populo nomine oblationis donabantur, & ex portionibus, atque ex primitiis, & decimis, & ex hoſtiis, & oblationibus liberè accipiebant ipſi, & eorum uxores, ac filii, & filiæ. Quia uerò eorum munus erat miniſtrare in tabernaculo, idcircò nō ſunt inter filios Iſraël datæ eis poſſeſſiones, quoniam populi oblationes poſſeſſio Leui erant, & hæreditas Leuiticę tribus. Vos ergo Epiſcopi eſtis hodie populo ueſtro ſacerdotes, Leuitæ; qui miniſtratis in ſacro tabernaculo ſanctæ & Catholicæ eccleſiæ, & ad aram Domini Dei noſtri aſſiſtitis, eademque hoſtias rationales, & incruentas per Chriſtum Pōtificem magnum offertis. Vos eſtis ueſtris laicis prophetæ, principes, duces, reges, mediatores Dei, & fidelium eius, receptacula uerbi Dei; & præcones eius: cognitores ſcripturarum, & Dei ſoni, ac teſtificatores uoluntatis eius: qui delicta omnium portatis, & de omnibus rationē reddituri eſtis, quibus, ut audiſtis, grauiter ſcriptura minatur, ſi clauē ſcientiæ hominibus celaueritis; quibus periculum impendet mortiferū, ſi uoluntatem Dei populis, quibus præeſtis, non denunciaueritis: quibus rurſus ſi benè, & ut decet, tabernaculo ſancto miniſtraueritis, certa merces, &

gloria maior, quàm vt dici poſſit, propoſita eſt. *Vt enim veſtrum eſt onus, ita quoque alimenta, & alia ad vſus vitæ neceſſaria tanquã fructus percipitis; imitatores enim eſtis Chriſti Domini: vt ſicut ille noſtra omnium peccata in ligno crucis tulit Crucifixus abſque vlla culpa, & macula pro ijs, qui ſupplicio digni erant: ſic etiam vos populi delicta vobis attribuere, & veſtra ducere debeatis; dictum eſt enim de Saluatore noſtro apud Eſaiam, Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet. & rurſus, Ipſe peccata multorum tulit, & propter iniquitates multorum traditus eſt. Vt igitur vos ſcopus eſtis, ſic Chriſtus ſcopus veſter eſt. Quare vt ille omnium veſtrûm eſt, ſic vos eorum omnium laicorum, qui ſub veſtra poteſtate ſunt: ne enim exiſtimetis facile, & leue onus eſſe epiſcopatum. Ergo oportet, vt pondus fertis, ſic quoque fructum in primis percipiatis, eumque cum egentibus communicetis, tanquam rationes cum illo putaturi, qui in veſtris rationibus ſubducendis decipi non poterit. Oportet nanque, vt qui in Eccleſia aſſidui ſunt eos Eccleſia alat, vtpotè Sacerdotes, Leuitas, præpoſitos, miniſtros Dei, ſicut in libro Numerum ſcriptum eſt de Sacerdotibus: (Et dixit
Num. 18. Dominus ad Aaron, Tu & filij tui, & domus
» patris tui accipietis peccata ſanctuarij Sacer-
» dotij veſtri, ecce dedi vobis cuſtodiam primitiarum ex omnibus ſanctificatis mihi à filijs Iſrael; dedi tibi eas in honorem, & præmium, & filiis tuis poſt te legitimum ſempiternum: & hoc erit vobis ex ſanctificatis de fructibus, & ex donis, atque ex omnibus ſacrificiis, & ex omni delicto, & de peccatis: & quæcunque mihi reddunt ex omnibus ſanctis, tibi erunt, & filiis tuis: in ſanctuario comedetis ea. & paulò pòſt: omnes primitiæ olei & vini, & frumenti, quæcunque Domino dederint, tibi dedi ea; & omnes primitias frugum tibi dedi, & omne quod conſecratum eſt, tibi confluebat; omne primogenitum hominis, & iumenti, mundi & immundi, conſecratum victimæ, pe-
» ctuſculi, & brachii dextri, (ad Sacerdotes perti-
» nent, & ad Leuitas, qui apud eos manent.) Audite hæc ò laici, & Eccleſia Dei electa: prius enim populus, populus Dei, & gens ſancta vocabatur. & vos igitur ſancta & ſacra Eccleſia deſcripta in cœlis, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ſponſa ornata Domino Deo, Eccleſia magna, Eccleſia fidelis. quæ prius dicta ſunt, audi ea nunc attentè. Portiones, decimæ, primitiæ Chriſto Pontifici, & miniſtris eius; decimæ ſalutaris, principium nominis Ieſu. Audi ſacra catholica Eccleſia, quæ decem plagas illas euaſiſti, decalogum accepiſti, legem didiciſti, fidem tenuiſti, in Dominum Ieſum credidiſti, & nomine eius appellata es, quæ in conſumatione gloriæ eius firmata es, & ſplendes. quæ antea ſacrificia, nunc precationes, & obſecrationes, & Euchariſtiæ; quæ tunc primitiæ, & decimæ, & portiones, ac dona, nunc oblationes, quæ per ſanctos Epiſcopos offeruntur Domino Deo per Chriſtum, qui pro omnibus mortuus eſt. Hi nanque ſunt veſtri Pontifices; Sacerdotes verò veſtri ſunt presbyteri: Leuitæ autem veſtri, qui nunc ſunt Diaconi; & qui lectores veſtri, & cantores & ianitores; diaconiſſæ item veſtræ, viduæ, & virgines, & orphani; ſupra hos verò omnes Pontifex eſt.

In cuius imagine, & dignitate quiſque in clero à Deo poſitus, & collocatus ſit.

Cap. 26.

QVi Epiſcopus eſt, hic eſt miniſter verbi, ſcientiæ cuſtos, mediator Dei, & veſtrû in iis, quæ ad eum colendum pertinent: hic eſt magiſter pietatis, ac religionis: hic eſt ſecundum Deum pater veſter, qui vos per aquam, & Spiritum ſanctum in adoptionem regenerauit: Hic princeps, & dux veſter: hic veſter rex, & præfectus; hic poſt Deum terrenus Deus, qui honore veſtro frui debet; de his enim, & ſimilibus aiebat Deus, ego dixi, Dii eſtis, & filii altiſſimi omnes: & Diis populi tui non detrahes. Epiſcopus igitur vobis præſideat, vt dignitate Dei cohoneſtatus; qua clerum ſub poteſtate ſua tenet, & toti populo præeſt. Diaconus verò aſſiſtat huic, vt Chriſtus patri; ac miniſtret ei ſanctè in omnibus, vt Chriſtus nihil priuata auctoritate faciens, quæ placita ſunt patri, facit ſemper. Diaconiſſam verò honorate, vt repræſentet vobis Spiritum ſanctum: nihilue ea agat, aut loquatur abſque Diacono, ſicut neque Spiritus ſanctus quicquam priuatim agit, aut loquitur, quin potiùs ad honorem Chriſti voluntatem eius ſpectat. & vt non contingit credere in Chriſtum ſinè doctrina Spiritus ſancti, ſic ad Diaconum, aut Epiſcopum nulla mulier ſinè Diaconiſſa accedat; presbyteri nos Apoſtolos repræſentare exiſtimentur: Sintq; Doctores cognitionis Dei. Si- Matth. ca.
quidem Dominus cũ Apoſtolis mitteret, (eũ- 28.
tes,) inquit, (docete omnes gentes baptizantes »
eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſan- »
cti, docentes ſeruare omnia quæcunque præ- »
cepi vobis,) viduas, & pupillos exiſtimate, qua- »
ſi altare repræſentent: Habete etiam honorem »
virginibus, vt thuribulum, & odoratum thymiama repræſentantibus.

Quòd horrendum ſit intrudere ſe dignitati ſacræ, vt Corita, vt Saul, vt Ozias fecerunt.

Cap. 27.

VT igitur non licebat alienigenæ, cùm non eſſet Leuita, offerre aliquid, aut ad aram accedere ſinè Sacerdote, ſic vos ſinè Epiſcopo nihil agite: Sin verò quiſpiam abſq; Epiſcopo quicquã faciat, fruſtra faciat; neq; enim ipſi reputabitur in opus: vt enim Saul cùm ſacrificium fecit, Samuele abſente, audiuit, ſtultè egiſti: ſic quicũque laicus ſinè Sacerdote aliquid operatur, inaniter operatur: & ut Ozias, quia fecit cùm non eſſet ipſe Sacerdos, quæ ad Sacerdotes pertinebát, propter crimen violatæ

Jaræ legis lepra affectus eſt;ſic nullus laicus impunè feret,qui Deum cõtempſerit, in ſacerdotes eius inſani erit, & honorem ſibi vſurparit minimè Chriſtum imitatus, qui non ſe glorificauit,vt fieret pontifex,ſed expectauit, vt patrẽ audiret,iurauit Dominus,& non pœnitebit, tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec. Si igitur Chriſtus non vindicat ſibi priuatim gloriam ſinè patre,quomodo poteſt homo ſeipſum in ſacerdotium proiicere, non accepta dignitate à præſtantiore? aut illa facere, quæ ſolis Sacerdotibus licent? Nónne Coritæ cùm alioqui Leuiticæ tribus eſſent,arſerunt tamen,quia ſeſe in Moyſen, & Aaron extulerunt, & de ijs quæ ad ſe non pertinebant, cum eis certarunt? & Dathan, atq; Abiron viui,terra dehiſcente,in infernum deſcenderunt? & virga illa quæ floruit, multorum inſolentiã repreſſit, & pontificem à Deo electum declarauit? Oportet igitur vt & vos fratres ſacrificia veſtra,id eſt,oblationes Epiſcopo,vtpote pontifici,aut per voſipſi,aut per diaconos offeratis; imò primitias quoque,& decimas, & quæ ſpõte offeruntur,is enim probè nouit afflictos, & cuique tribuit,vt congruit; ne quis eodem die, aut eadem hebdomada bis,aut ſępiùs accipiat, alius verò nihil penitus: æquius enim eſt ijs ſuppeditare,qui reuera magis inopia premuntur,quàm ijs qui premi exiſtimantur.

De conuiuio, & quomodo oporteat vnumquemque honorare. Cap. 28.

AD conuiuium,quod agape dicitur,& Euãgeliſta δοχὴν appellauit, qui anus inuitare voluerint,ei quam diaconi afflictam eſſe ſciãt, mittant ſæpe;ſeponant verò in conuiuio paſtori,quod cõſuetum eſt,primitias dico illius epuli tanquam ſacerdoti, quamuis non adſit in conuiuio,idque in honorem Dei, qui ei ſacerdotium mandauit: Quantum verò cuiq. impertitur,altero tanto plus diaconis impertiatur,vt ſit munus Chriſto. Presbyteris autem,ſi aſſiduè in ſtudio docendi verbum Dei laborauerint,ſeponatur dupla etiam portio in gratiam Apoſtolorum Chriſti, quorum locum tenent, tanquam conſiliarij Epiſcopi,& Eccleſiæ corona;ſunt. n. conſilium & ſenatus Eccleſiæ. ſi autem & lector eſt,is partem vnam in honorem prophetarum accipiat;item cantor,& ianuæ cuſtos. vnicuiq; igitur dignitati honorem laici habeant, qui in ijs,quę dantur deceat,& qui reuerentię erga vitam illius,cui datur,adhibendæ conueniat. Caueant verò ne facilè obſtrepant ei, qui præeſt; quin potius quæ volent, per miniſtros, id eſt, per diaconos ſignificent, cum quibus audaciùs ac fidentiùs agant. Neq; enim ad omnipotentẽ Deum accedere licet,niſi per Chriſtũ. Ad hũc ergo modum, quæcunque volunt laici,per diaconum Epiſcopo indicent; atque ita vt ei videbitur, agant. neque enim prius aliquid ſacrum in templo offerebatur,aut fiebat ſinè ſacerdote;
Mal.2 (labia nanque ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,
& legem requirent ex ore eius.) in quodam lo- »
co ait Propheta, (quia Angelus eſt omnipotẽ- »
tis Domini.) Etenim ſi cultores dęmonum in »
illis ſuis ſceleratis, & deteſtabilibus, atque impuris ſacris offenſione Dei plenis vſque in hũc diem ſancta imitantur,tametſi quę ſunt execrabilia,ab iis,quæ ſancta,& religioſa ſunt,comparatione quidem longiſſimè diſtent, tamen in ſuis illis ludibriis ſinè execrabili ſacerdote offerunt nihil,neque efficiunt: imò illum os lapidũ putant,expectantes quid eis facere iubeat, idq; faciunt,& abſque eo faciunt nihil,honoremque illi habent,& eius nomen venerationem habere exiſtimant,idque in honorem ſtatuarum anima carentium,& in cultum malorum ſpirituũ. ſi illi,inquam, vanam ac confictam opinionem habentes, ac nulla ſpe firma ſubnixi, quæ ſanctitatem & religionem habent,imitari ſtudent; quanto eſt iuſtius nos, quorum fides clariſſima eſt,& ſpes vera,qui promiſſum præclarum,& ſempiternum,& quod fallere non poteſt, expectamus, per eos, qui nobis præſunt, honorem Deo deferre;ita vt Epiſcopos os Domini eſſe arbitremur?

Quanta ſit dignitas Epiſcopi. Cap. 29.

NAm ſi Aaron poſtquã Pharaoni nunciauit verba Moyſis, Propheta dictus eſt, Moyſes verò Deus Pharaonis, vt rex ſimul &
pontifex ſicut ait illi Deus,(poſui te Deum Pha Exod.7.
raoni, & Aaron frater tuus erit tuus Prophe- »
ta;) cur vos internuncios ſermonis veſtri non »
habetis in Prophetis? & Epiſcopos tanquam Deos colitis?

Quomodo oporteat laicos obedire diaconis. Cap. 30.

NVnc enim veſter Aaron eſt diaconus,Epiſcopus verò veſter Moyſes,& Deus. Si igitur Moyſes à Domino appellatus eſt Deus,Epiſcopum in honore vt Deum habete,& diaconũ, vt Prophetam eius. Vt enim Chriſtus ſinè patre nihil agit,ſic neque diaconus ſinè Epiſcopo. Item vt filius eſt debitor patri, ſic omnis diaconus Epiſcopo: atq; vt filius eſt Angelus, & Propheta patris,ſic diaconus Angelus, & Propheta Epiſcopi. quare quæcunque diaconus cuipiã facit, indicentur Epiſcopo, & per eum perficiantur.

Quòd non oporteat quicquam facere diaconum ſinè Epiſcopo. Cap. 31.

NIhil verò prorſus ſinè Epiſcopo faciat, neque vlli quippiam niſi illo conſcio & auctore tribuat: etenim ſi clam Epiſcopo,dederit egenti,& calamitoſo,erit probro Epiſcopo; eumque de iniuria afflictorum inſimulat. qui autem Epiſcopum ſermone quopiam,aut facto vituperat,Deum offendit. An non audiſti quod
ait,(Diis tuis non maledices?) neque enim de Exod.21.
lapi-

lapideis,aut ligneis idolis, quæ quia falsò dicuntur Dij,execrabilia ſunt,legem ferebat;ſed
Pſal. 81. de Sacerdotibus, & iudicibus, quibus dixit,
» (Dij eſtis,& filij altiſſimi omnes,
»

Quòd non oporteat Diaconum præter voluntatem Epiſcopi dare vlli. hoc enim facere,ad criminationem Epiſcopi pertinere. Cap. 32.

SI quem ergo Diacone ſcis inopia premi, admonito prius Epiſcopo, ſuppedita ei, & ne occultè quicquam, quod ſit ei futurum probro,facias, ne in eum ad murmurationem ſuſcites; neque enim admurmuratio in eum fiet,ſed in Deum; & audiet Diaconus, ac reliqui, quod Aaron, & Maria audierunt Moyſi detraxerunt: Quomodo, inquit,non veriti eſtis detrahere Moyſi famulo meo ? & rurſus Moyſes ijs qui aduerſus eum coierant, non eſt, inquit, in nos facta admurmuratio veſtra, ſed in Dominum Deum noſtrum. Si enim
Exod. 16. qui laico dixerit Racha,aut fatue, non erit impunitus, vtpotè qui in nomen Chriſti fuerit contumelioſus;quanto minus erit ſi quis Epi-
Matth. 5. ſcopo maledixerit ? per quem dedit vobis Dominus Spiritum ſanctum in impoſitione manus baptizantis; per quem ſancta dogmata didiciſtis,Deum cognouiſtis, & in Chriſtū credidiſtis?per quem cogniti eſtis à Deo; per quē ſignati eſtis oleo exultationis, & vnctione intelligentiæ; per quem declarati eſtis filij lucis; per quem Dominus in baptiſmo veſtro, præbens teſtimonium impoſitioni manus, in vnumquemque veſtrum ſacram illam vocem
Pſal. 2. emiſit dicens; Filius meus es tu, ego hodie genui te:per Epiſcopum tuum te Deus adoptat, cognoſce fili dexteram, quæ eſt mater tua; ama eum qui ſecundum Deum factus eſt tuus pater,& cole hunc.

Quomodo oporteat honorare Sacerdotes,& veneratione dignos habere, ut qui ſint patres ſpirituales. Cap. 33.

NAm ſi de parentibus ſecundùm carnem
Exod. 20. ait diuina ſcriptura, (honora patrem tuum,& matrem,vt bene ſit tibi,& qui maledicit patri,aut matri,morte moriatur;) quantò magis de patribus ſpiritualibus verbis Dei moneamur,honore & charitate eos proſequi, vt beneficos, & ad Deum legatos ? qui nos per quam Deo regenerarunt, Spiritu ſancto impleuerunt, lacte verbi Dei aluerunt, & doctrinæ alimento nutriuerunt, monitis ſtabilierunt, corpore ſalutari, & pretioſo ſanguine nos dignati ſunt, nobiſque peccata remiſerunt,& ſanctæ ac ſacræ Euchariſtię participes fecerunt, ac promiſſionis Dei conſortes,& Chriſti cohæredes conſtituerunt. His igitur reuerentiam adhibētes omni eos genere honoris afficite:Siquidem hi poteſtatem vitæ & mortis a Deo acceperunt in iudicandis ijs qui deliquerunt, & in damnandis ad mortem ignis ſempiterni, & ijs qui ſe ad rectè viuendum conuertunt, abſoluendis, & viuificandis.

Quòd ſint Sacerdotes præſtantiores regibus, & magiſtratibus. Cap. 34.

HOs exiſtimate veſtros præſides, hos putate Reges, his quaſi Regibus vectigalia offerte,eos enim eorumque domeſticos bo
nis veſtris alere debetis. Vt enim Samuel in 1. Reg. 8.
primo de Regibus libro,de rege alendo ſanxit 9.10.
populo, & Moyſes de Sacerdotibus in Leuitico;ſic nos vobis de Epiſcopis ſancimus. Nam ſi illic populus tanti Regis proportione facultatis ea quæ dicuntur ſeruitia præſtabat, an non multò magis debet nunc Epiſcopus accipere à vobis,quæ ſunt ei à Deo conſtituta ad alendum eum, & clericos eius?immò ſiquid amplius dicendum eſt,plus hic accipiat, quàm ille olim accipiebat.Siquidem ille militaria tantùm adminiſtrabat bello, & pace ad cuſtodiā corporis ſuſceptis; hic verò Sacerdotium ad Dei honorem adminiſtrat, vt pericula ab anima,& corpore propulſet. Quanto ergo anima corpore præſtantior eſt, tanto eſt Sacerdotium regno excellentius; ligat enim aut ſoluit ſupplicio,vel remiſſione dignos. Quocirca Epiſcopum oportet vt patrem diligere, vt regem metuere,vt Dominum honorare, offerendo ei in benedictionem veſtram fructus veſtros, & opera manuum veſtrarum tribuēdo, inquam,vt Sacerdoti Dei primitias veſtras, & decimas veſtras,primitias frumenti,vini,olei, pomorum, lanæ, & quicquid Dominus Deus vobis ſuppeditat; & erit oblatio tua accepta in odorem ſuauitatis Domino Deo tuo, & benedicet Dominus operibus manuum tuarum; & multiplicabit bona terræ tuæ, quia benedi-
ctio ſuper caput impartientis. Prou. 11.

De penſionibus fructuum ad dandum miniſtros Eccleſiæ & egentes ſecundùm legem & euangelium. Cap. 35.

ATque etiam hoc vos ſcire oportet, quòd tametſi vos Deus à ſeruitute aſcitorum vinculorum liberarit,indeque eduxerit; vt te-
crearet,qui non permiſit amplius brutas pecu Leuit. 16.
des pro peccatis immolare;liberarit,inquam, ab emundationibus,à victimis emiſſarijs,à lauationibus aſſiduis,ab aſperſionibus,nondum tamen à penſionibus liberauit, quas Sacerdotibus debetis, & quas egentibus benignè largiri
oportet: Ait enim Dominus in Euangelio,(niſi Matt. 5.
ſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquam Scri- »
barum,& Phariſæorum, non intrabitis in re- »
gnum cœlorum.) Sic igitur abundabit iuſtitia »
veſtra, ſi maiorem procurationem Sacerdotū veſtrorum habueritis, veſtrorumque pupillorum,& viduarum, egentiumque omnium, ſi-
cut ſcriptum eſt, (diſperſit,dedit pauperibus, Pſal. 111.
iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.) & rurſus,

Pſal. 111. ſus eleemoſynis, & fide emundantur peccata. & iterum: benedicta omnis anima ſimplex. Si ergo facies tu, ut Dominus ſanxit, dabiſq; ſacerdoti quæ ei debentur, primitias areæ, & torcularis, & oblata pro peccatis, vt mediatori
Pro. 15. Dei, & pro emundatione, & depulſione mali:
Pro. 11. tibi enim conuenit, vt largiaris; illi verò tanquam œconomo, & adminiſtratori rerum eccleſiaſticarũ, vt diſpenſet. Caue tamen ne Epiſcopum ad rationes voces, neque diſpẽſationẽ illius obſerues, quomodo eam gerat, aut quando, aut quibus, aut vbi, vtrum bene, an ſecus. Habet enim ipſe ratiocinatorem Deum, qui hanc illi procurationem in manus tradidit, qui ei ſacerdotium tantæ dignitatis mandare voluit.

Commemoratio Decalogi, & quomodo hic iubet. Cap. 36.

Deut. 5. POne tibi ante oculos metum Dei, memor ſemper decem mandatorum, Dominum Deum tuum vnum, & ſolum totis viribus dilige; ne attendas idola, aut aliquos alios vtpote Deos inanimos, aut ratione carẽtes, aut dæmones. Noſce creationem variam, quæ per Chriſtum cœpit; & ſabbatiſmum agitabis propter eum, qui creare quidem deſijt, ſed non deſijt prouidere; agitabis, inquam, meditatione legis, non vacatione manuum; eijce omnẽ prauam cupiditatem, omnem læſionem ad homicidium pertinentem, omnem iram. Cole parẽtes, vt ortus tui auctores: Dilige proximum tuum ut teipſum: communica cum egentibus quæ ad uſum vitæ pertinent. Caue ne peieres, nẽve frequẽter iures; non enim habeberis inſons: Ne compareas apud ſacerdotes vacuus, & volũtarias tuas oblationes aſſiduè offer Domino; & ab eccleſia Chriſti ne abſis, ſurgẽs ad eam mane, antequam vllum opus aggrediaris; & rurſus adi ad eã veſpere, vt gratias Deo agas de ijs, propter quæ vitam tibi largitus eſt; operare, eſto aſſiduus, labora, & offer Deo quæ voluntatis tuæ ſunt; honorẽ enim, inquit, adhibe Deo ex tuis iuſtis laboribus; ſi conferre non potes in corbonã, ſaltem impartire peregrinis vnum, aut duo, aut quinque minuta; cõ-
Pro. 3. grega tibi cœleſtes opes; quas neque tinea, ne-
Leuit. 19. Math. 6. que fures demoliantur: Quæ cùm facies, caue, ne Epiſcopũ tuum iudices, aut popularem tuũ; nam fratrem tuum ſi iudices, factus es iudex,
Deut. 1. cùm à nemine ſis electus. Atqui ſolis ſacerdotibus iudicandi poteſtas commendata eſt, quia dictum eſt eis, iuſtum iudicium iudicate; &
Damaſcenus de fide. Orthodo. lib. 4. Math. 7. rurſus, eſtote probi trapezitæ: vobis namque non eſt concredita huiuſmodi poteſtas, immò contrà, ijs, qui extra dignitatem, & gradum iudicis, aut magiſtri ſunt, dictum eſt, (nolite iudicare, & non iudicabimini.)

De accuſatoribus, & calumniatoribus, & quòd oporteat iudicem non facilè credere, aut non facilè non credere, ſed accurata inquiſitione adhibita. Cap. 37.

EPiſcopum tamen oportet rectè iudicare, Deut. 1.
ſicut ſcriptum eſt, iuſtum iudicium iudi- Zacch. 7.
cate. & aliàs: Quid verò ex vobiſipſis quod Ioan. 7.
iuſtum eſt nõ iudicatis? eſtote igitur tanquam argentarij periti: vt enim hi nummos adulterinos ſegregant, probos autem ſibi adiungunt, ſic oportet Epiſcopum, quæ vitijs quidem carent, retinere; vitioſa verò uel curare, vel ſi eſt ægritudo inſanabilis, expellere, & non celeriter amputare, neque quibuſuis credere. Vſu enim uenire ſolet, vt quidam propter æmulationem, aut inuidiam contra fratrem aliquem falſam inſtituant accuſationem, vt duo illi ſe-
nes Babylone aduerſus Suſannã; & illa Ægy- Dan. 13.
ptia contra Ioſeph. Tu igitur ut homo Dei, ne Gen. 39.
huiuſmodi accuſationes facilè admittas, ne innocentẽ perimas, & occidas iuſtum; qui enim talia uult admittere, magis ille quidem pater iræ, quàm pacis eſt: vbi uerò ira, ibi non eſt
Dominus, ſiquidem ira amica Satanæ, ira, in- Iac. 1.
quam, ſuſcitata à falſis fratribus contra æquitatem, nunquam concordiam in eccleſia gigni ſinit. Quocirca cùm tales homines uobis noti erunt, imprudentes, pugnaces, qui alieno bono anguntur, qui aliorum malis delectantur, ne fidem eis habeatis: quin potius obſeruate eos, cùm quid ab ipſis contra fratres auditis, quia necem pro nihilo habent; & vbi nemo ſuſpicatur, proſternunt hominem. Tu igitur conſidera eum, qui accuſatus eſt, ſapienter animaduertens, quæ eius uita ſit, & qualis; etſi
reueris accuſatorẽ dicere verum, fac vt Do- Matt. 18.
minus faciendum eſſe docuit, conueni accuſatum ſeorſum, & argue eum nemine præſente, vt eum pœniteat: ſin autem non paruerit, adhibito vno aut altero, indica ei erratum, monens eum adhibitis manſuetudine, & diſcipli-
na; quoniã in corde bono requieſcet ſapientia, Prou. 14.
in corde autem inſipientium nõ dignoſcitur.

Quòd oporteat delinquentes priuatim arguere, & pœnitentes recipere ſecundùm conſtitutionem Domini. Cap. 38.

SI igitur vobis tribus crediderit, bene ha- Matt. 18.
bet; ſin aliquis durus, obſtinatuſque erit, dic eccleſiæ: hanc ſi contempſerit, neque audire voluerit, ſit tibi vt Ethnicus, & Publicanus; & ne eum ad eccleſiam tanquam Chriſtianum admittas, immò tãquam Publicanum deuita. Si autem vult agere pœnitẽtiam, aſſume eum: neque enim Ethnicum aut Publicanum ad cõmunionem eccleſia admittit, priuſquam eos, eorum, quæ prius impiè commiſerunt, pœniteat: pœnitentia enim ductis Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei, locũ pœnitentiæ cõſtituit.

Exempla

Exempla pœnitentiæ. *Cap. 39.*

Matth. 9. Luc. 19. EGo enim Matthæus vnus ſum ex numero duodecim, qui vobis in hac doctrina loquuntur, idemque ſui prius quidem Publicanus, nunc verò per fidem miſericordiam adeptus, & ad pœnitentiam anteactæ vitæ adductus, dignusque habitus, vt Apoſtolus, & præco verbi Dei ſim: & Zachæus, quem Dominus in pœnitentia deprecantem recepit; ipſe item fuit Publicanus. iam verò milites, & turba Publicanorum, cùm acceſſerunt ad audiendum verbum Domini de pœnitentia, illud à Ioanne
Luc. 3. Propheta poſt baptiſmum audierunt: (Nihil
„ præter conſtitutũ facite.) Ad eundem modum neque Ethnicorum ſalus deſperata eſt, ſi modò incredulitatem pœnitẽdo abijciant. Habe ergo loco Publicani & Ethnici eum qui cõuictus eſt in maleficio, neque eum tamen pœnitet: quem ſi poſtea errati ſui pœnituerit, in eccleſiam admittimus ad audiendũ verbum, ſicut Ethnicos, cùm pœnitentiam agere, & conuerti volunt, licèt communionem cum his, quoad baptizentur, non habeamus. ſic horum ſimilibus, donec fructus pœnitentiæ proferát, ingredi in eccleſiá permittimus, ne planè funditus pereant; ſed ne cõmunionem in oratione habeát, quin potius exeant poſt lectionem legis, & prophetarum, & euãgelij, vt exeundo vitam emẽdent, ac meliores fiant, dum ſtudent ire quotidie ad conuentus eccleſiaſticos, & precationi incumbere; vt & ipſi poſſint admitti, & qui eos viderint, ſint compuncti, ac cautiores fiant, dũ metuunt, ne in ſimilia incidát.

Quòd non oportet malè animatum eſſe in eum qui ſemel & iterum deliquit. *Cap. 40.*

CÆterum Epiſcope, ne eum, qui ſemel & iterum lapſus ſit, auerſeris, neque audire verbum Domini vetes, neque communitate vitæ priues; neque enim Dominus recuſabat quin cum Publicanis, & peccatoribus cõpran-
Math. 9. deret; & cùm à Phariſæis de hoc argueretur,
„ aiebat, (non opus habẽt medico, qui bene ha-
„ bent, ſed qui malè.) Cum ijs igitur, quos propter peccatum excõmunicaſtis, habete & con-
Heb. 12.b greſſus, & conuictum; curantes, conſolantes, fulcientes, illudq́; dicentes, inualeſcite remiſſę manus, & ſoluta genua. conſolari enim oportet lugentes, & eis qui parui animi ſunt, alacritatẽ animi addere, ne immoderato dolore ad amentiam tendant: nam qui eſt, inquit, angu-
Prou. 14. ſti animi, valde amens eſt.

Quomodo oporteat recipere pœnitentem, & qualem ſe exhibere delinquentibus, & quando ab eccleſia abſcindere. *Cap. 41.*

QVod ſiquis conuerſus pœnitẽtiæ fructus
Luc. 15. ediderit, tunc ad orationem admittite, vt illum filiũ, qui perierat, qui luxurioſus fuerat, qui cum meretricibus patrimonium dilapidauerat, qui oues paſcebat, & cùm ſiliquis expleri cuperet, non potiebatur optato, quem peccaſſe pœnituit, & ad patrem redijt, peccaui inquiens in cœlum, & coram te, neque ſum dignus vocari amplius filius tuus; quem pater filiorum amans, cum cãtu excepit, & ei antiquo amictu, annulo, & calceis redditis, pingui etiá vitulo mactato lætabatur cum amicis. Sic igitur faciendum tibi eſt Epiſcope. atque vt Ethnicum baptiſmo lotum poſt doctrinã admittis, ſic hũc per manus impoſitionẽ, vtpotè factum mundum pœnitendo, cunctis pro eo deprecãtibus in antiqua Paſcua reſtitue, eritq́; ei loco lauacri manuum impoſitio; ſiquidem per impoſitionẽ manuum noſtrarum dabatur Spiritus ſanctus credentibus. Quòd ſiquis ex eius fratribus, qui nõ fuit tentatione quateſactus, te reprehenderit, quòd ei ſis reconcilianus, illud ei reſpõdebis: tu ſemper mecum es,
mea omnia tua ſunt, lætari te oportebat, & Luc. 15.
gaudere, quoniá hic frater tuus mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt. Quod enim Deus non ſolùm recipit pœnitentes, ſed in priorem gradũ dignitatis reſtituit, teſtis eſt
ſanctus Dauid, qui poſt peccatum in Vr[illegible]am Pſal. 50.
admiſſum precabatur Deum, dicens, (Redde „
mihi lætitiá ſalutaris tui, & ſpiritu principali „
confirma me: & rurſus, auerte faciem tuam à „
peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele; „
cor mũdum crea in me Deus, & Spiritum tuũ „
ſanctum ne auferas à me.) ergo & tu, vt medi- „
cus condolens, adhibe curationem ijs, qui deliquerunt, vtens ſalutaribus ad opitulandum modis, non ſolùm ſecans, aut vrens, aut ſicca medicamenta adhibens, ſed etiam vulnus alligans, & linamẽtum in illud iniiciens, leneq́; medicamentum, quod vim habeat obducendi cicatricem, imponens, ac verbis conſolatorijs recreans. Si vulnus cauum fuerit, appone ſuaue emplaſtrum ad accretionem carnis; vt carne repletum vulnus æquale efficiatur parti ſanæ. Si autem vulnus ſordeſcit, tunc repurga nouacula, id eſt, ſermone increpatorio; ſi turgeſcit, complana, & deprime acri collyrio, id eſt, minis iudicij: ſi ſerpit cancer, vre, & extrahe ſaniem, comprimens ieiuniis. Quòd ſi hæc feceris, ac demũ intellexeris, quòd à pedibus vſque ad caput nõ eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligationem, immò magis ſerpit cancer, & omnem curationẽ anticipat, vniuerſas partes corporis tanquam gangræna tabefaciens; hic tu multa conſideratione, aliis item medicis peritis, & exercitatis in conſiliũ adhibitis, ſeca membrum tabidum, ne vniuerſum corpus eccleſiæ intereat. Ne igitur facilis ſis, & præproperus ad ſecandum, neque celeriter ad ſerram dentatam proſilias, quin potius vtere prius ſcalpello ad ſecandum apoſtema, vt cauſſa morbi, quæ intus reſidet, educta, corpus ſeruetur à dolore incolume. At verò quem à pœnitentia alienum videris, & obduruiſſe, hunc tu cum mœrore vt inſanabilem eiice ex

ecclesiæ

Eccleſia: tolletis, inquit, improbū ex vobiſip-
Num. 25. ſis, & facietis reuerentes filios Iſraël. & rurſus:
1 Cor. 5. non accipies perſonam in iudicio, & pauperis
Exod. 23. non miſereberis in iudicio, quoniam Domini
eſt iudicium.

Quòd oporteat iudicem non eſſe acceptatorem perſonarum. Cap. 42.

QVod ſi delatio falſa eſt, & vos paſtores cū
diaconis mēdacium tanquam veritatem
amplexi fueritis, aut quia perſonam accipitis,
aut quia iuſtitiam muneribus cōmutatis, volē-
tes gratificari calumniatori, atque ita accuſatū
quidem, ſed à crimine alienum ex eccleſia ex-
Exod. 23. puleritis, rationem reddetis in die Domini:
quoniam ſcriptum eſt, (innocentem & iuſtum
„ non occides; non accipies munera, vt animam
„ proteras: munera enim cæcitate afficiunt ocu-
„ los ſapientum, & corrumpunt verba iuſtorū.
„ & iterum, væ, inquit, qui iuſtificatis impium
„ propter munera, & iuſtitiam iuſto aufertis.)
„ Cauete igitur, ne ſi perſonas accipiatis, hæc
vox Domini in vos cadat; cauete ne vllos in-
iuſtè condemnetis, & improbos defendatis.
Eſa. 5. (Væ enim, inquit, dicenti malum bonū, & bo-
„ num malum; amarum dulce, & dulce amarū;
„ ponenti lumen tenebras, & tenebras lumen.)
Nam ſi alios iniuſtè damnatis, contra voſipſi
ſententiam pronunciatis, ſiquidem ait Domi-
„ nus, (quo iudicio iudicatis, iudicabimini; &
„ quo condemnatis, condemnabimini.) Ergo ſi
Matth. 7. abſque perſonarum acceptione iudicaueritis,
cognoſcetis eum qui proximum ſuum per ca-
lumniā mendacis teſtimonij accuſauit, & oſtē-
detis eum eſſe calumniatorem, inuidum, inter-
fectorem, ſuis repugnantijs perturbantem, vt
malitioſum, ſermone inconſtātem, dictis ſuis
cōtrarium, & oris ſui verbis captum; fuerunt
enim ei laqueus fortis labia ſua, quem tu, poſt-
quam falſitas teſtimonij eius conuicta fuerit,
iudica rigidè, & gladio ignis trade, facque ei
quod ipſe proximo ſuo ſceleratè machinatus
eſt; quantum enim in eo fuit, fratrem occidit,
aures iudicis occupando: ſcriptum enim eſt,
„ (qui ſanguinem hominis effuderit, effundetur
„ ſanguis illius,) & auferes à te ſanguinem inno-
Gen. 9. centem effuſum ſinè cauſſa.

Quomodo oporteat punire calumniatores. Cap. 43.

ITaque eijce eum ex Eccleſia tanquam fra-
tris interfectorem: deinde interuallo tem-
poris interiecto, ſi dixerit, pœnitere ſe, premi-
te eum ieiunijs, ac poſtea per manus impoſi-
tionem recipite, cauentes tamen illi, ne quem
iterum turbet. Quòd ſi rurſus ingreſſus, ſimili-
ter ſeditionē, & diſcordiam concitarit, neque
deſinat turbare, & conuicia facere fratri, vitu-
perationibus ex contentione nequiter ſtudēs,
eijcite eum tanquam peſtilētem, ne eccleſiam
Dei vitiet, & fœdet. Qui enim huiuſmodi eſt,
turbas conflat ciuitatibus, idemq; tametſi in-
tra eccleſiam eſt, tamē quia eccleſiam dedeco-
rat, ſuperuacuus & inanis eſt; qui quidē quan-
tum in ſe eſt, corpus Chriſti ſordidat. Nam ſi
nonnulli homines ita nati, vt quaſdam partes
corporis ſuperuacaneas adhærentes habeant,
vt digitos, aut quædā in carne eminentia, quæ
dicūtur hyperſarcomata, hæc ſibi propter tur-
pitudinem amputant; neque eſt indecorum,
opera artificis naturalem pulchritudinem re-
cuperare; quantò magis decet hoc facere vos
paſtores eccleſiæ, quæ eſt integrum corpus, cō-
ſtans ex membris ſanis, quæ in Deum, in me-
tu Domini, & charitate credunt, cùm aliquis
inſtar mēbri ſuperuacanei repertus fuerit, qui
praua cogitet, & reliquum corpus deformet,
tempeſtatesque in eo excitet, ſeditione & pu-
gna, ac detractione exhibens ei metus, mole-
ſtias, vituperationes, obtrectationes, criminā-
tiones, turbulentias, aut alia huiuſmodi opera
Diaboli efficiens, tanquam à Diabolo electus,
vt eccleſiam maledictis, & infamia, & multa
ſeditione, contentione, diſcordia vilem faciat,
& ſordidam. Hic igitur ex eccleſia iterum eie-
ctus, meritò eſt abſciſſus à cœtu Domini: at-
que eccleſia Dei magis nunc ornata fuerit,
quàm antea, cùm erat in ea aliquod membrū
ſuperuacaneum, & ab ea alienum. Quocirca
iam deinceps extra maledicta, & contemptum
eſt, liberata fraudulentis, conuiciatoribus, in-
humanis, proditoribus, à virtute auerſis, vo-
luptuariis, inanis gloriæ cupidis, impoſtori-
bus, & ijs qui ſapientes videri volunt, quorum
officium eſt diſpergere, quin potius diſſipare
agnos Chriſti. Stude igitur Epiſcope vnà cum
clericis tuis, vt verbum veritatis rectè tractes;
quia Dominus ait, (ſi obliquè in me inceditis, Leuit. 26.
& ego item in vos obliquus incedam. & aliàs, Pſal. 17.
cum ſancto ſanctus eris, & cum innocentibus „
innocens eris, & cum peruerſo peruerteris.) „
ſanctè igitur ambulate, vt laudē potiùs à Do-
mino reportetis, quàm, ſi ſecus feceritis, vitu-
perationem.

Quòd debeat diaconus ſubleuare onus Epiſcopi, & ea quæ leuiora ſunt, corrigere. Cap. 44.

FActi igitur vnius animi, & vnius inter vos
ſentētiæ, ô Epiſcopi, pacem inter vos mu-
tuam habete, condolentes, & beneuoli fratri-
bus. Paſcite populum diligenter, eodem ſenſu
& mente docentes eos qui ſub veſtra poteſtate
ſunt, vt cōcordent, & idipſum de re omni ſen-
tiant; ne ſint in vobis ſchiſmata; ſitis autē vnū
corpus, & vnus ſpiritus, perfecti eadem mēte,
& eadem ſententia ſecundùm ſanctionem Do-
mini. Ac diaconus quidē de re omni ad Epi-
ſcopum referat, vt Chriſtus ad patrem. Verùm
quæcunque poteſt, facta ab Epiſcopo poteſta-
te, moderetur per ſe; ſicut Chriſtus poteſtatem
creandi, & prouidendi à patre accepit: Quæ
verò maiora ſunt, Epiſcopus iudicet. Cæterùm
ſit diaconus Epiſcopi auris, & oculus, & item
os,

os, cor, & anima, ne Epiſcopus ſollicitudine
multarum rerum, ſed grauiorum tantùm vr-
Exod. 18. geatur, ſicut Iothor Moyſen inſtruxit, & Moy-
ſes conſilium eius amplexus eſt.

Quòd non conueniant Chriſtianis controuerſiæ, & concertationes. Cap. 45.

PVlchra quidem Chriſtiani hominis laus
eſt, cum nemine litigare. ſin autem alicu-
ius opera, aut tentatione quapiam factũ fuerit
vt incidat ei lis, det operã vt dirimatur, quam-
uis opus ſit aliquid damni facere; & ne adeat
ad iudicium gentilium; immò ne patiamini,
1. Cor. 6. vt ſæculares magiſtratus de cauſſis veſtris iu-
dicent, per eos enim Diabolus ſtudet, vt famu-
lis Dei probrum etiã excitet, quaſi non habea-
tis vos quempiam ſapientem, qui poſſit inter
vos ius dicere, aut controuerſias dirimere.

Quòd non oporteat fideles apud infideles litigare, nec aliquem ex eis vocare ad dicendum teſtimonium in Chriſtianos. Cap. 46.

NE igitur diſceptationes veſtras gentiles
cognoſcant, neque ad dicendum contra
vos teſtimonium adhibeãtur, neque ab eis iu-
dicemini; neque quicquam eis debeatis, quod
Matt. 22. ad tributum & timorem pertineat. Quin po-
Rom. 13. tiùs reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quę ſũt
Matt. 17. Dei Deo, vt vectigal, aut cenſum, aut didrach-
mum: ſicut Dominus noſter ſoluto ſtatere, à
moleſtia liberatus eſt. elige igitur potius incõ-
modum rerum tuarum, & ſtudium pacis non
ſolùm cum fratribus, ſed cum infidelibus; fa-
cta enim aliqua iactura bonorũ externorum,
nullum damnum facies in iis quę ad pietatem
erga Deum pertinent, vtpotè pius Dei cultor,
& ſecundùm mãdatum Chriſti viuens. Si ve-
rò fratres habuerint aliquid alius aduerſus a-
lium, quod Deus auertat, indidem intelligere
debetis, qui prępoſiti eſtis, quòd qui huiuſmo-
di ſunt, non faciunt opus fratrũ in Domino,
ſed potius hoſtiliter diſſidentium: Atque alter
quidem eorum reperietur lenis, æquus, ac fi-
lius lucis; alter verò immitis, contumax, op-
preſſor. qui igitur cõuictus fuerit, obiurgetur,
eijciatur, & pœnas odij fraterni luat: deinde
ſi eum peccati pœnituerit, recipiatur. atque
ita caſtigati tribunal veſtrũ alleuabunt. Opor-
tet autem mutuò iniurias condonare, nõ qui-
dem iudices, ſed eoſipſos qui inter ſe querelas
habent, ſicut Dominus edixit, cùm ego Petrus
Matt. 18. ſic eum percontarer: Quoties in me peccabit
frater, & remittam ei, vſque ſepties? & reſpõ-
dit, non dico tibi, vſque ſepties, ſed vſque ſe-
ptuagies ſepties. Sic enim vult Dominus eſſe
veros diſcipulos ſuos, nihilque eis eſſe alteri
in alterum: non iram immoderatam, aut fu-
rorẽ implacabilem, aut cupiditatẽ iniquam,
aut odium irreconciliabile. eos itaque, qui irã
habent, reconciliate in gratiam; eos qui inter
ſe diſſident, reducite in concordiam; ait enim
Dominus, (Beati pacifici, quoniam filij Dei Matth. 5.
vocabuntur.)

Quòd oporteat ſecunda feria cauſſas iudicare. Cap. 47.

FIant iudicia veſtra ſecunda feria, vt ſi fue-
rit diſceſſum à ſententia, poſſitis liberè vſ-
que ad Sabbatum ſedare cõtrouerſiam, & pa-
cificare diſceptantes in diem Dominicum. Aſ-
ſiſtant autẽ iudicio diaconi, & presbyteri, qui
citra acceptionem perſonarum tanquam ho-
mines Dei iuſtè iudicent. Cùm igitur vtraque
perſona ſicut lex iubet, in iudicium venerit, Exod. 22.
ſtabit vterque diſceptantiũ in medio iudicio;
quibus auditis, ferte ſanctè & incorruptè ſuf-
fragia, & date operam, vt antequam Epiſco-
pus prononciet, fiant amici, ne exeat Epiſcopi
ſententia ſuper terrã contra eũ qui deliquit,
quia habet ſecum in tribunali Chriſtum Dei
filium iudicij comprobatorem & cognitorem.
Si qui verò à quopiam de infamia non rectè
ambulandi in Domino, arguantur, auditis ſi-
militer vtriſque, & non ex opinione præiudi-
cata, neque altero tãtùm audito, ſed potius iu-
ſtè tãquam de vita & morte ſempiterna feren-
da eſt ſententia: Iuſtè enim, inquit Deus, quod Deut. 1.
iuſtum eſt exequeris. Qui enim iuſtè à vobis & 16.
punitus eſt, & excommunicatus, idem à vita
immortali & gloria reiectus eſt, & apud iuſtos
& pios homines inhonoratus, & inglorius, &
apud eundem Deum damnatus.

Quòd non ſit eadem pœna irroganda in omni delicto, ſed varia pro varietate peccantis. Cap. 48.

NE de omni peccato idem iudicium pro-
nuncietis, ſed de vnoquoque ſuum, ſin-
gulis delictis, tum paruis, tum magnis multa
prudentia iudicatis; alter, inquam, facto, ſer-
mone, item aliter propoſito, alio modo conui-
cio, alio ſuſpicione: atque etiam alios quidem
ſolis minis, & terroribus ſubijcies, alios mul-
ctationi largiendi pauperibus. rurſus alios ie-
iunijs cõprimes: item alios ex eccleſia eijcies
pro magnitudine & grauitate criminis. ſiqui-
dem lex non omne delictum eodem ſupplicio
puniebat, quinimmò alio atque alio cõmiſſa
in Deum, in ſacerdotem, in templum, in ho-
ſtiam: aliter in regem, in ducem, in militem,
in ſubditum, in æqualem, aut in famulum, aut
in poſſeſſionem, aut iumentum, ſiue in pecus:
rurſum ſecus peccata in parentes, & propin-
quos: aliter peccata ex cõſulto, aliter non vo-
luntaria; atque alios quidem morte puniebat
vel cruci affigendo, vel lapidando, alios verò
mulcta pecunię, vel verberibus, vel talione. er-
go vos quoque diuerſa delicta diuerſis pœnis
plectite, ne qua iniuria accidat, quæ iram Dei
prouocet. Cuius enim iniuſti iudicij eritis in-
termedij, eius mercedem feretis. nam quo iu- Matth. 7.
dicio iudicatis, eo iudicabimini.

Quales eſſe oporteat accuſatores, & teſtes. Cap. 49.

CVm igitur in tribunali ſedebitis, præſen-
tibus vtriſque perſonis, non enim appel-
labimus fratres, quoad pace facta ſe in gratiã
recipiant, exquirite diligenter de iſtiſipſis qui
in iudicio contendunt, ac primùm de accuſa-
tore, an hunc primum accuſauerit, an alium
quempiam criminatus ſit, aut vnum ex quere-
la eorum inter ſe & inimicitia ſubiecta ſit cõ-
tentio, & crimen, & quæ illius vita; ac quam-
uis talis exiſtat, cui recta conſcientia ſit, non
eſt tamen ei ſoli fides adhibenda, hoc enim
iniquum eſt, & à lege alienum; immò habeat
oportet alios teſtes, qui ſint ei moribus ſimi-
les, ſicut ait lex, in ore duorum vel trium te-
Deutero. ſtium ſtabit omne verbum. Sed cur diximus,
c.19. inquirendum eſſe & indagãdum, quibus mo-
ribus eſſet accuſator? nempè quia ſæpenume-
ro euenire ſolet, vt duo, aut plures teſtimoniũ
dicant in malo; & vno conſenſu mendacium
Dan.13. defendant. Vt duo illi ſenes Babylone contra
3.Reg. Suſannam. Item duo illi filij ſceleratorum in
c.21. Samaria cõtra Nabuthe; & turba Iudæorum
contra Dominũ Hieroſolymis, & contra pro-
Matt.c.26 tomartyrem eius Stephanum. Sint igitur te-
Act.c.6. ſtes manſueti, non iracundi, æqui, beneuoli,
temperati, continentes, non malitioſi, fideles,
pij in Deum, horum enim teſtimonium tum
propter eorum mores firmum, & graue eſt,
tum propter eorum vitam verum: Teſtimo-
nium verò eorum, qui non fuerint tales, ne
approbate, quamuis in teſtimonio contra
Exo.c.23. quempiam dicto conuenire videantur. Sic e-
nim lex iubet, non eris cum multis in malitia;
non vanam auditionem accipies; nõ conſen-
ties cũ multitudine ad peruertendum ius. De
reo etiam cognoſcere oportet, quæ vitæ eius
conſuetudo, quæ eius cõuerſatio; an vita pro-
bata, an extra crimen; an iuſtitiæ & pietatis
ſtudioſus; an benignus in viduas, & in paupe-
res; an hoſpitalis, & in fratres beneuolus, an
non lucri cupidus, non helluo, non dilapida-
tor, & decoctor rerum, an temperans, & non
luxuria diffluens, vel ebrius, & otio victitans;
an commoueatur miſericordia, ſitque facilis
ad tribuendum.

Quòd contingat, vt ex prioribus peccatis, quæ quis commiſit, credatur commiſiſſe ſecunda. Cap. 50.

SI enim iam ex parte maleficia eius ante-
ceſſerint, videbuntur vera crimina, quæ
nũc obijciuntur, niſi ius ei ſuffragetur: ſiqui-
dem contingere poteſt, vt is aliquando deli-
querit, ſit autẽ alienus ab hoc crimine. Quo-
circa accuratè, & vigilãter certa de his, & gra-
uia cõtra reum cõuictum pronunciate. Quòd
ſi reus poſtquam ex Eccleſia eiectus fuerit, ve-
niam petierit, ſeq; ſupplex ad pedes Epiſcopi
proiecerit, & peccaſſe fateatur, recipite eum.
Neque verò calumniatorẽ impunitum dimit-
tatis, ne quempiam rectè viuentem infamet;
aut alium exẽplo ſuo ad eiuſmodi calumniam
inferendam inuitet, & commoueat; neq; rur-
ſus reum conuictum, ſinè animaduerſione cõ-
tumelioſa relinquatis: ne aliàs eiſdem delictis
implicetur. neq; enim, inquit, teſtis malus im- Pro. c.19
punitus abibit; neq; qui deliquit, erit inuitus. Pro. c.28.

Quòd non oporteat pronunciare iudicia altera tantum parte audita. Cap. 51.

DIximus verò, non eſſe æquum, altera tan-
tùm parte audita, iudicare: etenim ſi al-
terum audiatis, cùm alter abeſt, & cùm nihil
ad illatum crimen reſponderit, ſententiam de
damnatione eius temerariè tuleritis, rei dece-
de illius; & eadem cum illo calumniatore mẽ-
ſura commenſi eſſe, apud Deum iudicem iu-
ſtum reperiemini: vt enim qui tenet caudam
canis, ſic qui præeſt alieno iudicio. Si verò ſe- Dan.13.
nes illos, qui Babylone dictis contra Suſannã
teſtimonijs eam ad mortem damnarunt, imi-
temini, iudicium, quod de eis factum eſt, &
eorum condemnationem ſubibitis. Quoniam
quidem Suſannam Dominus per Danielem è
manibus ſceleratorum eripuit: Senes autem
ſanguinis Suſannæ reos ad ignem damnauit,
ac vobis etiam per Danielis perſonam expro- Ibidem.
brauit, dicens, (ſic fatui filij Iſraël, qui neque „
habita quæſtione, neque cognita veritate filiã
Iſraël condemnaſtis? Reuertimini ad iudiciũ;
falſum enim teſtimoniũ contra eam dixerunt.

Exemplum iuſti iudicij, & cautio Gentilium in pronunciandis ſententijs. Cap. 52.

DEinde contemplamini iudicia ſecularia,
quorum poteſtate videmus trahi parri-
cidas, adulteros, veneficos, ſepulchrorũ vio-
latores, latrones. Hi enim ſtatim, vt ab ijs, qui
reos in iudicio ſiſtunt, quæſtiones de eis habi-
tas acceperunt, quærunt ex malefico ipſo, an
ita ſe res habeat; ille verò ſi ait, nõ ſtatim mit-
titur ad ſupplicium, immò pluribus diebus cũ
multa deliberatione ac conſultatione, & inter-
iecto velo, inquiritur in eum. Poſtremò, qui
ſuffragium de capite contra eum laturus eſt,
ſublatis manibus ſolem teſtatur, innocentem
ſe eſſe, ac mundum à ſanguine hominis illius.
Itaque iſti quamuis Gẽtiles, qui neque Deum
nouerunt, neque ſciunt vindicari à Deo eos,
qui innocenter cõdemnati ſunt, tamen cauẽt.

Quòd non oporteat, vt fideles habeant aduerſum ſe aliquid. Cap. 53.

VOs verò qui ſcitis, quis noſter Deus ſit,
& qualia eius iudicia, quomodò poteri-
tis iudiciũ veſtrum per violentiam; & imperiũ
pronũciate, cùm illicò illud pateat Deo? quod
quidem ſi iuſtum ſit, iuſtè & nunc, & in futu-
ro remunerandi ſitis: ſin verò iniuſtum rurſus
parẽ mercedẽ reportaturi. ergo conſiliũ vobis

ſratres damus, vt ſtudeatis meritam laudẽ potius à Deo ferre, quàm vituperationem: laus
nanq; Dei eſt hominibus vita immortalis, vt
cõtrà vituperatio, ſempiterna mors. Quocirca eſtote æqui iudices, pacifici, ira vacui. Qui
enim temerè fratri ſuo iraſcitur, reus erit iudicio. Quòd ſi alicuius opera in aliquem iraſci
contingat, ne occidat ſol ſuper iracundiam veſtram: iraſcimini enim, inquit Dauid, & nolite peccare: fiat citò reconciliatio pacis; ne
ira reſidens efficiatur iniuriæ recordatio, &
peccatum pariat. Animæ enim, inquit Salomon, memores iniuriarum in mortem. Ait
præterea Dominus Ieſus Chriſtus in euangelio, ſi offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, q frater tuus habet aliquid
aduerſus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, &
tunc veniens offer munus tuum. Munus verò
Deo cuiuſque precatio, & gratiarum actio. Si
igitur habes aliquid aduerſus fratrem tuum,
aut ipſe habet aliquid aduerſum te, neque precationes quidem tuæ, neque gratiarum actiones, quia ſubeſt ira, exaudientur. Oportet autem fratres aſſiduè precari; ſed quoniam eos,
qui cum fratribus inimicitias, & ſimultates
iratè, & iniuſtè exercent, Deus non exaudit,
quamuis ter in hora preces adhibeant. idcircò
tollenda eſt omnis inimicitia & exiguitas animi, vt poſſimus puro & mundo corde precari.
Atqui vel inimicos præcepit nobis Dominus
diligere, non autem amicos odio habere. &
Leuit. 19. legiſlator ait: (Ne oderis omnem hominem;
„ ne habeas odio fratrem tuum in corde tuo: arguendo argues fratrem tuum, & ne ſuſcipias
Deut. 23. peccatum propter ipſum. Non habebis odio
„ Ægyptium, quia aduena fuiſti apud eum. Non
„ habebis odio Idumæum, quoniam frater tuus
Pſal. 7. eſt.) & Dauid ait, (ſi reddidi retribuẽtibus mi-
Iſa. 58. hi mala.) Quare ſi Chriſtianus eſſe vis, ſequere legem Domini: diſſolue omne vinculũ iniquitatis, in te enim poſuit Dominus poteſtatem remittendi peccata in te commiſſa. Quoties ergo fratri tuo delicta remiſiſti, vt nolis
Zach. 8. etiam nunc eidem remittere? Cùm tamen Zachariam audias, qui ait, (vnuſquiſque malum
„ proximi ſui ne reputetis in cordibus veſtris.)
At tu iniuriæ memor es, & inimicitiam retines, & in iudicium venis, & iracundiam obſeruas, & precibus tuis obſiſtis. Quòd ſi fratri
tuo peperciſti remiſſis quadringentis nonaginta peccatis, fac propter teipſum, vt magis
adhuc aucta iræ vacuitas affluat in benignitatem. etſi ille nõ facit, at ſtude tu propter Deũ;
vt fratri ignoſcas, vt ſis filius patris tui, qui in
cœlis eſt, & vt audiaris tanquam amicus Dei,
cùm facis precationem.

Quòd oporteat, vt Epiſcopi populum de pace per diaconum admoneant. Cap. 54.

IDcircò Epiſcopi, cùm eundum vobis erit
ad orationem, poſt lectionem, & cantum
pſalmorum, ac poſt doctrinam de ſcripturis,
dicat diaconus ex loco vobis vicino voce magna, nemo contra aliquem, nemo cum ſimulatione. vt ſi in nonnullis cõtrouerſia reperiatur, conſcientia perculſi precẽtur Dominum;
vt fratri reconcilientur. Etenim ſi qui ingrediuntur cuiuſpiam domum, primùm dicere
debent, pax huic domui, tanquam filij pacis
pacem dignis tribuentes, ſicut ſcriptum eſt,
ijs, qui propè, & ijs, qui longè, quos nouit Dominus ſuos eſſe, multò magis qui in Eccleſiam
Dei ingrediuntur, in primis pacem Dei precari debent; qui verò hãc alijs precatur, multò magis curare debet, vt idem intra eam tanquam filius lucis habitet. Qui enim in ſe non
habet pacẽ, non eſt fide & auctoritate dignus
ad tribuendum eam alijs. Quocirca primùm
oportet ipſum eſſe ſecum in pace. Qui enim
ſecum non diſſidet, neque cum alio pugnabit;
quin potiùs erit ſtudioſus pacis, beneuolus,
colligens ea quæ Domini ſunt, adiutorque
eius ad augẽdum numerum eorum, qui idem
ſentiendo ſalui fiunt. Qui enim inimicitias,
pugnas, controuerſias, & lites excogitant, improbi ſunt, & à Deo alieni.

Recenſetur varia prouidentia Dei, & quemadmodum ſingulas generationes à principio ad pœnitentiam vocauit. Cap. 55.

DEus enim, miſericordiæ Deus, à princi- 2. Cor. 1.
pio ſingulas generationes ad pœniten- Gen. 5.
tiam per iuſtos, & prophetas vocat, & alios Gen 7.
quidem ante diluuium corrigebat per Abel, Gen. 9.
Seth, Sem, item per Enos, & Enoch tranſlatũ; Gen. 14.
alios verò rurſus in ipſo diluuio per Noë: Sodomitas per hoſpitalem illum Lot; poſt diluuium per Melchiſedec; & Patriarchas, & per
Iob, quem habuit Deus chariſſimum; eos qui
in Ægypto erant, per Moyſen; Iſraelitas per
ipſum Moyſen, & per Ieſum, ac Caleph, &
Phineem, & reliquos: Poſt legem per Angelos, & Prophetas, & eoſdem per aduentum
ſuum in carne ex Virgine ſumpta; alios paulò
antequàm eſſet oſtenſus, per Ioannem præcurſorem: eoſdem verò etiam per eundem, &
poſt ortum ſuum, cùm aiebat, (agite pœniten- „
tiã, appropinquauit enim regnum cœlorum:) „
poſt paſſionẽ ſuam vocat per nos duodecim, Math. 3.
& per Paulum vas electionis. Nos igitur, quos
voluit teſtes eſſe aduentus ſui vnà cum Iacobo
fratre Domini, & alijs ſeptuaginta duobus diſcipulis, ac ſeptem diaconis ſuis, audiuimus ex
ore Domini noſtri Ieſu Chriſti, & optimè e- Rom. 12.
docti, dicimus quæ nam ſit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta, quæ nobis per
Ieſum Chriſtum declarata eſt; ſcilicet ne vllus pereat, ſed potius omnes homines, cùm ei
vno conſenſu crediderint, laudibus eundem
vno animo, & ore celebrantes, ijdem in ſempiternum viuant.

Quòd

Quòd voluntas Dei ſit, vt omnes homines in religione pia conſentiant ad imitationem Angelorum. Cap. 56.

Math. 6. HOc enim eſt quod Dominus docuit, vt
cùm precationem facimus, patri eius
dicamus, fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in
terra; vt ſicut cælites naturæ incorporeæ cun-
cti Deum vno conſenſu laudant, ſic etiam in
terra cuncti homines vno ore, & vno animo,
concelebrent ſolum Deum vnum, & verum
Rom. 15. per Chriſtum vnigenitum. Voluntas itaque
Dei eſt, vt ipſum idem ſentiendo laudemus,
idemque dicendo veneremur. Hæc eſt enim
voluntas Dei in Chriſto, vt multi in eo ſint
ſalui; & non potius, vt ei incómodemus, ne-
que Eccleſiam eius imminuamus: aut contra-
hamus numerũ ad pauciores, vel vna anima
hominis à nobis occiſa, quæ cùm per pœni-
tentiam alioqui ſeruari poſſet, interierit tamẽ
non ſolùm à propria ira, ſed etiam veſtris in-
Matt. 12. ſidijs; ita vt ad exitum perductũ ſit, quod ſcri-
" ptum eſt, (qui non congregat mecum, diſper-
git;) qui verò ſic diſperſor eſt, aduerſarius eſt
ouium, inimicus Dei, agnorum laniator, quo-
rum fuit paſtor Dominus: & quos nos ex va-
rijs gentibus, & linguis congregauimus mul-
ta ſolicitudine, & periculo, ac labore aſſiduo,
peruigilando, famem tolerando, humi cuban-
2.Cor.11. do, perſecutiones, verbera, & carceres ſuſtinẽ-
do; vt voluntati Dei obſequentes triclinium
accubantibus impleremus; id eſt, impleremus
ſacram Catholicam Eccleſiam ijs, qui inuitati
lætentur, & exultẽt: laudentque, ac celebrent
Deum, qui per nos ad vitam eos vocauit: Nos
inquam congregauimus, vos verò quantum
in vobis fuit, diſperſiſtis. Et vos verò laici pa-
cem & mutuam concordiam ſeruate, ac ſtude-
te, vt tanquam prudentes Eccleſiam Dei am-
plificetis; & oues, quæ habentur pro feris, &
agreſtibus, ad eam reducatis, & mitigetis; &
in priſtinum ſtatum reſtituatis. Atque hęc qui-
" dem eſt maxima à Deo promiſſa merces, (ſi e-
" duxeris,) inquit, (ex indigno dignum, & ho-
Hier. 15. noratum, ſicut os meum eris.

Deſcriptio Eccleſiæ & cleri, & quid vnuſquiſque facere debeat clericis congregatis, vel laicis in Synaxe. Cap. 57.

TV verò ô Epiſcope ſis ſanctus, omni no-
ta carens, non percuſſor, non iracundus,
non ſæuus, ſed potius ædificator, conuerten-
di, docendi, conſtituendi ſtudioſus, tolerans,
lenis, mitis, longanimis, monitor, conſolator
tanquam homo Dei.

Cùm verò Eccleſiam Dei conuocas, tanquã
magnæ nauis gubernator iube cũ omni pru-
dentia, congregari præcipiens diaconis, velu-
ti nautis, vt loca fratribus tanquam nauigan-
tibus valde accuratè, & honeſtè diſponant. Ac
primùm quidẽ ſit ædes oblonga ad orientem
verſus naui ſimilis, vtrinque paſtophoria in
orientem. Sit ſolium Epiſcopi in medio poſi-
tum, & ex vtroque eius latere ſedeant presby-
teri, & aſtent diaconi ſuccincti, & expediti ſi-
nè multa veſte, ſunt enim ſimiles nautis; & il-
lis qui lateribus nauis præſunt. Sit autem ho-
rum cura, vt laici in altera parte, ordine, &
decore, & quiete ſedeant; item, vt ſedeant
mulieres ſeparatim, ac cum ſilẽtio; in medio
autem lector ex loco edito legat libros Moyſis,
& Ieſu Naue; Iudicum, & Regum; item Pa-
ralipomena, & Eſdram de reditu populi; præ-
terea Iob, & Salomonem: ad hæc ſexdecim
prophetas. peractis verò binis lectionibus de
binis libris, alius quiſpiã pſalmos Dauid ca-
nat, populus verò initia verſuum, quæ dicun-
tur acroſtichia, ſuccinat. Deinde acta noſtra
legantur; item epiſtolæ Pauli adiutoris noſtri,
quas Eccleſijs miſit Spiritus ſancti inſtinctu
dictatas. Poſtea diaconus aut presbyter euan-
gelia legat, quæ ego Matthæus & Ioannes tra-
didimus vobis, & quæ adiutores Pauli, Lucas,
& Marcus acceperunt, ac nobis reliquerunt;
& cùm legetur euangelium, presbyteri & dia-
coni, vniuerſusq; populus magno cum ſilen- Deut. 27.
tio ſtent: ſcriptum eſt enim, (tace, & audi Iſ- & 5.
raël.) & rurſus, (tu autem ſta ibi, & audies.) "
Deinde hortentur populum presbyteri, non
omnes ſimul, ſed ſingulatim, & poſtremus
omnium Epiſcopus, qui ſimilis eſt gubernato-
ri nauis. Ianitores ſtent ad introitus virorum
cuſtodiendi cauſſa, diaconiſſæ verò ad mulie-
rum, vtrique inſtar eorum, qui in naui recen-
ſent vectores: in tabernaculo enim teſtimonij,
& in templo Dei, eadem ratio, & forma ob-
ſeruabatur. Si quis autem repertus fuerit, qui
ſedeat loco non decenti, increpetur à diaco-
no, tanquam à proreta: traducaturque in lo-
cum qui eum deceat. eſt enim Eccleſia nõ ſo-
lùm ſimilis naui, ſed gregi: Nam vt paſtores
ſingulas pecudes, capras dico, & oues pro ge-
neris, & ætatis ratione locant, & quodque eo-
rum ſimile cum ſimili congregatur; ſic in Ec-
cleſia adoleſcentes quidem ſeorſum ſedeant,
ſi locus ſit: ſin autem non ſit, ſtent; ætate ve-
rò prouecti ordine ſedeant, pueros autẽ ſtan-
tes, patres, & matres eorũ ſuſcipiant; rurſus
adoleſcentulæ ſeorſum, ſi fuerit locus. Si verò
non fuerit, poſt mulieres locẽtur. Nuptæ iam
& matres familiâs itẽ ſeorſum: Virgines au-
tem, & viduæ, & anus primæ omnium ſtent,
aut ſedeant. Locis verò occupandis præſit dia-
conus, vt quiſque eorum, qui ingrediuntur,
in locum ſuum ſe conferat, & nemo præter
decorum ſedeat. Similiter diaconus populum
ſpeculetur, nequis murmure obſtrepat, dor-
mitet, aut nutus faciat. Oportet enim ſtare in
Eccleſia ſapienter, ſobriè, & vigilanter, auri-
bus ad verbum Domini intẽtis. Deinde cun-
cti pariter cõſurgentes & in Orientem ſpectã-
tes, egreſſis catechuminis, & pœnitentibus, Gen. 2.
precẽtur Deum, qui aſcendit ſuper cœlũ cœli; & 3.

idque ad Orientem. Vnde primus homo ne-
glecto Dei mandato conſilio ſerpentis eiectus
eſt. Diaconi autem poſt precationẽ alij obla-
tioni Euchariſtiæ operam dent, miniſtrantes
corpori Domini cum timore, alij obſeruent
turbam, & faciant, vt ſilentium teneant: dia-
conus verò, qui Epiſcopo aſſiſtit, dicat popu-
lo: Nemo contra aliquem, nemo in ſimula-
tione. deinde mutuò ſalutent, viri viros, &
Matt. 26. fœminæ fœminas oſculo in Domino; ac ne-
Mar. 14. mo dolo, vt Iudas, cùm Dominum oſculo pro-
didit. poſtea diaconus precationem faciat pro
cuncta Eccleſia, & vniuerſo mundo, & eius
partibus pro fertilitate, pro ſacerdotibus, pro
magiſtratibus, pro Pontifice, pro Rege, & pro
pace omnium. Deinde Pontifex precatus pa-
cem populo, benedicat ei, vt Moyſes ſacerdo-
tibus præcepit, vt his verbis populo benedi-
Num. 6. cerent: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat
te, & oſtendat faciem ſuam ſuper te, & det ti-
Pſal. 27. bi pacem. Precetur ergo Epiſcopus his verbis,
1. Pet. 2. conſerua Domine populum tuum incolumẽ,
& benedic hæreditati tuæ, quam ſanguine
Chriſti tui poſſediſti; & acquiſiuiſti; ac rega-
le ſacerdotium, & gentem ſanctam appellaſti.
Poſtea verò fiat ſacrificium, cuncto populo
ſtante, & ſilentio precante; & oblatione facta,
quiſq; ordo ſeorſum, corpus Domini & pre-
tioſum ſanguinem ſumat, accedentes ordine,
cum pudore, & reuerentia, vtpotè ad corpus
Regis: Item mulieres operto capite, vt ordi-
ne earum decet, accedant. Ianuæ autem ædis
ſacræ cuſtodiantur, ne quis infidelis, aut non
baptizatus ingrediatur.

De commendaticijs litteris peregrinorum, laicorum, clericorum, Epiſcoporum, & de recipiendis ſinè differentia acceptionis perſonarum. Cap. 58.

SI autem aliquis frater, aut ſoror ex parœcia aduenerit, qui commendaticias afferant; accedat diaconus; & inquirat, an fideles ſint, an eccleſiaſtici; num hæreſi quapiam contaminati; ac rurſus ſoror, nupta ne an vidua ſit. atque ita cùm cognouerit fideles planè eſſe, & in doctrina Domini idem atq; nos ſentire, deducat ſingulos eorum ad locum eis accommodatum. Si verò presbyter item ex parœcia aduenerit, excipiatur in commune à presbyteris: Si diaconus fuerit, à diaconis: ſi autẽ Epiſcopus fuerit, cum Epiſcopo ſedeat, eodem honore ab eo acceptus. Rogabiſque eum Epiſcope, vt ſermonem habeat apud populum docendi cauſſa: eſt enim hortatio, & monitio hoſpitũ grata, & mirum in modum
Luc. 4. vtiliſſima: ſiquidem (nemo propheta,) inquit
» (Dominus, acceptus in patria ſua.) Deinde
Epiſcope, committes ei, vt offerat Euchariſtiam; ſin verò tanquam ſapiens propter reuerentiam erga te, quo tibi honorem ſeruet, offerre noluerit, coge, vt ſaltem benedicat populo. Si autẽ cùm iam ſedetur, alius quiſpiam adueniat honeſtus, & nobilis, ſiue externus, ſiue eius regionis, tu Epiſcope cùm de Deo verba facis apud populum, aut cùm pſallentẽ, aut legentem audis, ne ratio perſonæ faciat, vt miniſterium verbi intermittas, quo illi locum ante alios ſedendi cõſtituas: quin potiùs quieſce, ne vel ſermonem tuum interrumpas, vel audientiã; fratres verò eum per diaconum recipiant; ſi nõ eſt locus, diaconus iuniorem loco moueat, prudenter tamen, & non iratè, & illum ſeſſum recipiat: æquum enim eſt, vt qui eſt in fratres beneuolus, ſpõte ſua hoc faciat. quòd ſi recuſauerit, moue eum cogendo, & in extremum locum reijce, vt diſcant cæteri, cedere loco honoratioribus. Si autem pauper, aut ignobilis, aut peregrinus quiſpiam, ſenex, vel adoleſcens aduenerit, neque ſit locus vacuus, his quoque diaconus ex toto animo locum faciat, vt non fiat aduerſus hominem acceptio perſonæ, ſed fiat miniſterium Deo acceptum: Cùm mulieres ſiue pauperes, ſiue diuites aduenerint, vtrumque horum faciat diaconiſſa.

Quòd debeat vnuſquiſque adhibere ſtudium, vt mane, & veſpere ad eccleſiam eat. Cap. 59.

CVm autem doces Epiſcope, iube & mone populum frequentare quotidie eccleſiam mane, & veſpere, vt omnino abeſſe nolit, immò aſſiduè conueniat, neque vllus ſubducendo ſe, Eccleſiam mutilam faciat, & à corpore Chriſti vnum membrum decerpat. Neque enim de ſolis ſacerdotibus dictum eſt, ſed potius quiſq; laicus de ſe quoque dictum co-
gitet. (Qui nõ eſt mecum, neque mecum col- Matt. 12.
ligit, ſpargit.) Ne igitur qui eſtis alioqui mẽ- »
bra Chriſti, vos diſpergatis non congregando vos, qui Chriſtum habetis caput, qui, vt idem promiſit, vobiſcum eſt, & vobis ſui communionem impertit. Ne ſitis veſtri negligentes, néve Saluatorem ſuis membris priuetis, neq; corpus eius diuidatis, neque membra eius diſſipetis, neque verbo Dei ea, quæ ad vſus vitæ pertinent, antepoonatis. Quinimmò conuenite in Eccleſiam ſingulis diebus mane, & veſpere ad canendum pſalmos, & precationes in templo Domini faciẽdas: mane quidem pſalmum ſexageſimum ſecundum; veſpere verò centeſimum quadrageſimũ: potiſſimum autem die Sabbati, & die Dominico, qui eſt dies Reſurrectionis, ſtudioſiùs templum Domini adite; vt Deum laudibus celebretis, qui fecit omnia per Chriſtum, quem ad nos miſit, & pro nobis mori permiſit, & à mortuis excitauit. Quid enim apud Deum excuſare poterit, qui eo die ad audiendum verbum Dei ſalutare de Reſurrectione non conuenit? quo quidem die precationes tres ſtantes facimus, memores eius, qui poſt triduum reſurrexit. in quo item adhibentur lectio prophetarũ, euangelij prædicatio, oblatio ſacrificij, & ſacri cibi donum.

Exem-

... mplum ad æmulationem inducens, vanus Gentilium, & Iudæorum ad Fana, & Synagogas concurſus. Cap. 60.

QVomodo verò non eſt hoſtis Dei, qui nocte, & die operam & ſtudium in fluxis quidem, & caducis rebus collocat, quæ verò æterna ſunt, negligit? qui quotidie in balnea, & cibum caducum incumbit; ea verò, quæ ſemper permanent, & durant, non curat? Ezech. 16. Quomodo iſti non eſt etiam nũc dicturus Dominus; iuſtificatæ ſunt ſupra vos gentes, ſicuti cùm exprobrabat; Hieruſalem, inquiens, iuſtificata eſt Sodoma ex te. Etenim ſi gentes quotidie cùm è ſomno ſurrexerint, ad idola propocant colenda, & ante opus, actionemque omnem eis primùm preces adhibent, & in eorum agitandis feſtis, ac celebritatibus non interponunt moram, ſed eis ſtudent, & inſeruiunt, nõ ſolùm qui ſunt eius loci, ſed etiam qui procul habitant, & in ipſis theatris omnes tanquam in Synagoga quadam conueniunt; ſimiliter qui nunc vano nomine Iudæi appellantur, ſex diebus operantur, die ſeptimo in Synagoga ſua conueniunt, nunquam neque ſuam illam Sabbati vacationem, neque Synagogam ſuam prætermittentes, aut negligentes, alioqui vacui in incredulitate ſua à virtute verbi Dei, & nominis, quo ſeipſi vocant. (Iudas enim confeſſionem declarat: hi autem, qui Chriſtum morte contra legem affecerunt, non confitentur Deo, vt per pœnitentiam ſalui fiant) ſi, inquam, perditæ gẽtes ea, quæ nihil eis proſunt, frequentant, quid tu Domino Deo excuſabis; qui ab Eccleſia eius abſens es? qui ne gentes quidem imitaris, immò quia abes, ideò deſidiæ te dedis, aut apoſtaſiæ, aut maleficio. Ezech. 16 Quibus Dominus per eum, qui dictus eſt, dicit, Iuſtificationes meas non cuſtodiſtis, immò neque ſecundùm iuſtificationes gentium ambulaſtis; & eas propè ſuperatis. Ierem. 3. & 2. & rurſus, Iuſtificauit animam ſuam Iſraël præ anima incompoſiti Iuda, & quæ ſequuntur; ſi mutabunt gentes Deos ſuos, & hi non ſunt Dij; quia tranſite in inſulas & videte, & mittite ad Cedar, & conſiderate diligenter, an ſint facta talia, quia illi quidem non mutant, quæ legis ſuę ſunt; populus verò meus, inquit, mutauit gloriam ſuam, quæ ei non proderit. Quomodo igitur ſe defendet, qui Eccleſiam Dei parum curauerit, aut ſe de ea ſubduxerit?

Quòd non ſit fas anteponere diuinis ſæcularia. Cap. 61.

Pſal. 140. SI quis verò parum curat eam, excuſando ſe cauſſa operis ſui, excuſando, inquam, excuſationes in peccatis, cognoſcat, qui ſic eſt, artes quidem Chriſtianorum eſſe quaſi quoddam adminiculum operis, religionem verò eſſe opus. Artificia ergo veſtra tanquam aliud agentes ad victum parandum exercete;

religionem verò colite hoc agentes. ſicut Dominus aiebat, Ioan. 6. (operamini non cibum, qui perit, ſed manentem in vitam æternam.) Ibidem. & iterum, (hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille.) Itaque ſtudete, ne Eccleſiam Dei vnquam deſeratis. Sin verò aliquis eam deſpexerit, & in Fanum profanum gentilium intrauerit, vel in Synagogam Iudæorum, vel Hæreticorum, quid iſte in die iudicij apud Deum excuſabit, qui dereliquit verba Dei viuentis, quæ viuunt, & viuificant, quæque ab æterno ſupplicio liberare poſſunt, & ſe contulit ad aliquam ædem Dæmoniorum, aut ad Synagogam eorum, qui Chriſtum occiderunt, aut ad Eccleſiam malignantium, neque audiunt eum, qui dixit, Pſal. 25. & 1. (odiui Eccleſiam malignantium, & cum iniquè agentibus non introibo; non ſedi cum concilio vanitatis, & cum impijs non ſedebo.) & rurſus: (Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit; & in cathedra peſtilẽtium non ſedit; ſed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.) Tu verò relicto fidelium cœtu, Eccleſia Dei, eiusque legibus, aſpicis in ſpeluncam latronum, ſancta exiſtimans, quæ ille profana, & execrabilia vocauit; & communia tecum faciens, quæ ille diſſeparauit: neque id ſolùm, immò iam ad pompas etiam gentilium cõcurris; & ad theatra properas, cupiſque inter eos, qui illuc ingrediuntur, numerari, & obſcœnos, ne dicam execrabiles cantus audire. Neque Hieremiam Ierem. 15 audiſti, cùm ait, (non ſedi in cõcilio eorum ludentium, ſed timebam à facie manus tuæ:) neque Iob, Iob 31. cùm ſimilia loquitur, (ſi cum ſcurris ambulaui vnquam, appendebar enim in lance iuſta.) Quid verò vis communicari tecum libros gentilium, qui ſunt hominum mortuorum, qui Diaboli inſtinctu ea ediderunt quę ad interficiendum, & euertendum fidem valent; quæque eos, qui ſtudium in ipſis collocant, ad ponendam multitudinem Deorum deferunt. Coloſ. 1. Vos igitur legibus Dei ſtudete, eaſque in maiore pretio, quàm ea, quæ ad vſum, & vitæ neceſſitatem pertinent, habete; atque ita maiorẽ eis honorem habentes, cõcurrite ad Eccleſiam Dei, quam ipſe acquiſiuit ſanguine Chriſti dilecti, primogeniti omnis creaturæ. Hæc eſt filia altiſſimi, quæ nos per verbum gratiæ parturiuit, & Chriſtum in nobis formauit, cuius facti participes, ſacra membra eſtis electa, Epheſ. 5. non habentes maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed potius tanquam ſancti & in fide immaculati, conſumati eſtis in ipſo ſecundùm imaginem eius, qui vos creauit.

Quòd oporteat omnes impietates Gentilium vitare. Cap. 62.

CAuete igitur, ne ferias cum perditis hominibus, id eſt, cum Synagoga Gentilium in errorem & interitum veſtrum agatis; nulla 2. Cor. 6. nanque Deo cum Diabolo communio, qui

enim tunc cum illis cōgregatur, qui ea ſapiunt
quæ Diaboli ſunt, vnus ex ijs ipſis numerabi-
tur, & væ erit hæreditas eius. fugite demum
turpia ſpectacula, theatra dico, & Gentilium
pompas, incantationes, diuinationes, vatici-
nia, expiationes, auguria, auſpicia, necroman-
Num. 23. tias, omina: quia ſcriptum eſt, (Non eſt au-
" guratio in Iacob, neque vaticinatio in Iſraël.)
Deut. 18. & rurſus, (augurium peccatum eſt.) & iterum
" aliàs: (Ne auguremini, & diuinationes, ac
" vaticinia, & ventriloquas ne ſectemini; & ve-
Hier. 10. neficos ne aſciſcatis.) Vnde Hieremias ſic nos
" monet: (Vias, inquit, gentium ne ambuletis,
" & à ſignis cęli ne vobis metuatis.) Quamobrē
oportet fidelem deuitare conuentus Gentiliū,
& Iudæorum reliquorumque Hæreticorum:
ne ferias cum eis communes habendo, ani-
mas noſtras laqueis irretiamus: & ne, ſi die-
bus eorum feſtis, quos ipſi in honorem Dæ-
monum agitant, cum ipſis verſemur, impie-
tatis eorum ſocij, & participes ſimus. Fugien-
dę verò ſunt nundinæ Gentilium, & qui in eis
fiunt ludi: Chriſtianus enim nihil debet in
nundinis impendere, niſi in mancipiolum
emendum, vt animam eius ſaluam efficiat, &
in quędam alia mercanda ad neceſſitatem na-
turæ accommodata. Abſtinete igitur ab om-
ni idolorum pompa, præſtigijs, mercatu, cō-
uiuijs, monomachia, & ab omni ſpectaculo
dæmoniaco.

*Quòd otioſus non debeat comedere ex bonis fide-
lium, vt Petrus fuit piſcator, & reliqui
Apoſtoli, Paulus autem & Aquila
artifices tabernaculorum, Iudas
verò Iacobi Agricola.*
Cap. 63.

VOs verò in Eccleſia adoleſcentiores ſtu-
dete, vt in omnibus, quæ opus erunt,
nauiter miniſtretis, & opera veſtra cum omni
honeſtate exercete, vt per vniuerſum vitę tem-
pus tum vobis, tum egentibus neceſſaria ſup-
petant; ne neceſſe ſit vobis graues eſſe Eccle-
ſiæ: Etenim & nos verbo euangelij incumbi-
mus, tamen exercere illa quaſi adminicula
operis huius non negligimus: partim enim
noſtrum ſunt piſcatores, partim tabernacu-
lorum opifices, partim agricolæ, ne vnquam
otioſi ſimus: ait enim Salomon, (Abi ad for- Prou. 6.
micam, ô piger, & imitare videns vias eius, "
& eſto ſapientior ea;) illa enim cùm neque "
opus ruſticum exerceat, neque ſit, qui cogat
eam, neque domum habeat, æſtate parat ali-
mentum, & meſſis tempore copioſè recondit.
Aut abi ad apem, & diſce, quàm ſit operaria,
& quemadmodum in opere ſuo honeſto ne-
gotiatur: Cuius labores tum reges, tum pri-
uati ad valetudinem adhibent, eſt deſidera-
bilis & inunifica: & quamuis eſt imbecillis vi-
ribus, eò tamen præſtantiæ proceſſit, vt ſa-
pientiam honorarit. & deinceps: Quouſque
piger cubas, quando tandem è ſomno exper-
giſceris? pauliſper dormis, pauliſper ſedes,
pauliſper dormitas, pauliſper pectus vlnis
complecteris; poſtea adeſt tibi tanquam ma-
lus viator paupertas, & egeſtas tanquam bo-
nus curſor. ſin autem fueris impiger, veniet
tanquam fons meſſis tua, & egeſtas tanquam
malus vir à te ſponte ſua recedet. & rurſus,
qui arat terram ſuam, implebitur panibus.
& alio loco ait, otioſus manus ſuas complica-
uit, & comedit carnes ſuas. & deinceps, pi- Prou. 22.
ger, inquit, qui manus ſuas abſcondit, non Eccl. 4.
poterit deferre eas ori ſuo. & rurſus, pro- Prou. 19.
pter vacationem manuum deprimetur conti- Eccle. 10.
gnatio. Igitur operamini aſſiduè, nota enim 2. Theſ. 3.
otioſi inſanabilis eſt; ſi quis autem apud vos
non laborat, ne manducet: odit enim Domi-
nus Deus noſter otioſos, ſiquidem nemo eo-
rum, qui Deo ſtudent, otio & vacationi in-
dulgere debet.

DE

DE VIDVIS,

LIBER TERTIVS.

Qua ætate eligendæ ſint viduæ. Cap. 1.

1. Tim. 5. VIDVAS verò conſtituite non minoris ætatis, quàm annorum ſexaginta, vt quodammodo propter ętatem ipſam pro rato & ſtabili habeamus, carere eas ſuſpicione nubendi iterum. Si verò adoleſcentiorem in gradu viduali conſtitueritis, & viduitatem in adoleſcentia non ferens nupſerit, gloriam gradus vidualis dedecorabit: rationemque Deo reddet, non quidem quia iterum nupſit, ſed quia promiſſionem ſuam non ſeruauit, quæ quaſi habenas quaſdam Chriſto dirupit, quia non venit cum fide, & metu Dei ad ſeruãdum promiſſionem. Quocirca oportet non temere, neque inconſideratè promiſſionem facere, ſed cautè: Melius enim eſt ei nõ feciſſe votum, quàm feciſſe, & non reddere. Sin verò aliqua adoleſcentior viro ſuo, cum quo exiguo vixit tempore, aut morte, aut alio caſu orbata, cum dono ſuper ſe viduitatis maneat, beata erit ſimilis facta illius Sidoniæ viduæ Sareptis, ad
3. Reg. 17. quam ſanctus Dei Propheta Elias hoſpes diuertit, huiuſmodi vidua ſimilis erit Annę filię
Luc. 2. Phanuelis ex tribu Aſſer, quæ nunquam à templo recedebat, perſeuerans nocte, & die in obſecrationibus, & precibus: quæ annos quidem nata erat octoginta, vixerat verò cum viro à virginitate ſua annis ſeptem, & aduetum Chriſti laudibus celebrans confitebatur Domino, & loquebatur de eo ijs, qui expectabant redemptionem in Iſrael. Quæ talis erit, teſtimonio approbata honorabitur gloriam habens apud homines in terra, & apud Deum in cœlis laudem ſempiternam.

Quòd cauendum ſit ne adoleſcentiores viduæ eligantur. Cap. 2.

CÆterum adoleſcentiores viduæ in gradum vidualem ne cooptentur, ne excuſando non poſſe continere feruorem adoleſcẽtię, aliquando iterum nubentes, in negotio ſint. ſubueniendum verò & opitulandum eſt illis, ne excuſando ſe derelinqui, iterum nubentes, negotio turpi implicentur. nam & illud ſcire oportet, monogamiam quidem, id eſt, ſimplex matrimonium, ſi legitimum ſit, iuſtum eſſe, vtpote Deo probatum; digamiam verò, id eſt, iterum nubere poſt promiſſionem, ſceleratum eſſe, non quidem propter coniugium ipſum, ſed propter mendacium; tertium coniugium, intemperantiæ indicium oſtendere; quartum verò coniugium, & deinceps, planè libidinem eſſe, & manifeſtam impudicitiam: Deus enim vnam vxorem dedit viro, cùm eum creauit, Gen. 15.
(erunt,) inquit, (duo in carnem vnam.) Adoleſcentioribus verò mortuo primo marito ſecundum connubium concedatur: ne in iudicium Diaboli incidant, & in laqueos multos; ac deſideria ſtulta, & animis incommoda; quæ ſupplicium potius afferunt, quàm laxamentum. »

Quales eſſe oporteat viduas, & quomodo eis ab Epiſcopo ſubueniendum. Cap. 3.

VEræ autem viduæ ſunt, quæ vni nupſerunt, quibus plures honeſtarum actionum teſtimonium prębent, re uera viduæ temperantes, pudicæ, fideles, religioſæ: quæ liberos honeſtè educarunt, quæ hoſpites exceperunt laudabiliter, quibus opitulari oportet tãquam Deo dedicatis. Quin potiùs pauperum quoque memineris Epiſcope manum porrigens adiutricem, atque eorum curam habens, tanquam Dei diſpenſator, diſtribuendo cuique in tempore, quæ commoda ſunt, viduis, pupillis, derelictis, ac deſtitutis, & calamitoſis.

Quòd oportet vnicuique indigenti benignè facere. Cap. 4.

QVid enim, ſi quæ ſunt non viduæ, aut ſi qui non vidui, egent tamen ope propter paupertatem, aut valetudinem infirmam, aut egent ad alendos filios? oportet te proſpicere omnibus, omneſque curare: Qui enim dona afferunt, non ea ex tempore dant viduis, ſed potius omnino conferunt, quæ voluntaria nominant: vt tu Epiſcope, qui calamitoſos noris, tanquam bonus diſpenſator dona illa optimè diſpertias, ac diſtribuas. Scit enim Deus eum, qui dedit, quamuis tu, eo abſente, egentibus diuidas. Atque ille quidem habet beneficentiæ mercedem, tu verò diſpenſationis recta cõſcientia adminiſtratæ laudem. Dicite, quibuſcunque dona diſpertitis, quis illa dederit, vt nominatim pro eo precentur; oportet enim omnibus hominibus benignè facere ſinè ſtudio ſcrutandi hunc velillum, quicunque ſit: Dominus enim ait, (omni petenti à te da, ſcili- Luc. 6.
cet omni verè indigenti, ſiue amicus ſit, ſiue i- »
nimicus, ſiue cognatus, ſiue alienus, ſiue vxorem nõ duxerit, ſiue duxerit. In vniuerſa enim ſcriptura hortat Dominus, vt pauperibus ſup- Cap. 58. & 44.
peditemus. Per Eſaiam quidem (frãge,) inquit,

(eſurien-

„ (eſurienti panem tuum, & inopes introduc
„ in domum tuam:) ſi videris nudum, veſti; &
propinquos, cognatosq́ue tuos ne deſpicias.
Cap. 4. Per Danielem potenti dicit Rex: (Conſilium
„ meum placeat tibi, & peccata tua eleëmoſynis
„ redime, & iniuſtè facta miſericordia paupe-
Pro. 14. rum.) & per Salomonem ait, (eleëmoſynis, &
Pſal. 40. fide purgantur peccata.) Rurſus per Prophe-
Pſal. 111. tam Dauid omnibus dicit: (Beatus qui intelli-
„ git ſuper egenum & pauperes, in die mala li-
„ berabit eum Dominus.) & iterum: (diſperſit,
„ inquit, & dedit pauperibus, iuſtitia eius ma-
Pro. 19. net in ſæculũ ſæculi.) Et Salomon ait (qui mi-
& 21. ſeretur inopis, Domino fœneratur, ſecũdùm
„ datum eius retribuetur ei.) & in eandem ſentẽ
„ tiam, (Qui obturat, inquit, aures, ne audiat
„ pauperem, & ipſe implorabit, & non erit qui
„ exaudiat eum.)

Quòd ſtudendum ſit viduæ, vt ſit bene morata. Cap. 5.

SIt verò omnis vidua mitis, quieta, moderata; non malitioſa, non iracunda, non loquax, non clamoſa, nõ occupans præloqui, non maledica, non captatrix verborum, non duplicis ſermonis, non curioſa, & ſi quid turpe viderit, aut factum audierit, ſit perinde, ac ſi nihil viderit, vel audierit, nihilq́ue aliud curet, quàm vt Deo preces pro ijs, qui dant, & pro cuncta eccleſia adhibeat. Siquis aliquid interroget, ne facilè reſpondeat, præterquam de fide in Dominum, & de iuſtitia, ac ſpe in Deũ; eos qui in dogmatibus religionis Chriſtianæ erudiri voluerint, ad præpoſitos eccleſiæ remittat, tantùm reſpondeat, quæ ad euerſionẽ falſę opinionis de multitudine Deorum pertinent, demonſtrans rationem de vno Deo ac Domino; de ijs verò, quæ deinceps ſequuntur, nihil temere reſpondeat, ne ſi quid inſcienter dixerit, infamiam inferat verbo Dei.
Matt. 13. Dominus enim docuit, ſimile eſſe verbũ grano ſinapis, hoc autem eſt igneum, quo ſi quis ſinè vſu & experientia vtatur, reperiet eũ amarum. oportet enim in myſticis non eſſe proditorem, ſed firmum. monet enim nos Domi-
Matth. 7. nus his verbis: (Ne proijciatis margaritas ve-
„ ſtras ante porcos, ne conculcent illas pedibus
„ ſuis, & conuerſi dirumpant vos.) Cùm enim infideles audierint verbum de Chriſto, non quantum opus ſit, ſed minus, præſertim de incarnatione, vel de paſſione eius, magis irridebunt tanquam falſa, quàm laudabunt; eritq́;
Iſa. 52. anus iſta rea petulantiæ, ac blaſphemiæ, ve-
Rom. 12. nietq́ue ei væ hæreditas; væ, inquit, per quem nomen meum blaſphematur.

Quòd non oportet mulieres docere; indecorum enim eſſe: & quales mulieres Dominum ſequebantur. Cap. 6.

1. Cor. 14 IGitur mulieribus vt in eccleſia doceant non concedimus, ſed tantùm, vt precationes faciant, & audiant Doctores. noſter enim magiſter ac Dominus Ieſus Chriſtus cùm nos duodecim ad docendum populum, & gentes miſit, nuſquam mulieres ad prædicandum miſit, tametſi non deerant: erat enim nobiſcum mater Domini, & ſorores eius, præterea Ma-
ria Magdalena, & Maria Iacobi, ac Martha, & Luc. 8.
Maria ſorores Lazari, & Salome, & aliæ quædam, ſanè quidem ſi neceſſe fuiſſet, vt mulieres docerent, ipſe primus ijs quoque mulieribus, quæ nobiſcum erant, populum erudire præcepiſſet. Si enim vir caput mulieris eſt, nõ eſt æquum, reliquum corpus capiti præeſſe.

Sciat igitur vidua ſe eſſe altare Dei, & domi ſuæ ſedeat, neq; prætextu vllo in domos fidelium ad accipiendum ingrediatur, nam neque altare Dei vnquam circumit, quin potiùs in loco vno collocatũ eſt. ergo & virgo, & vidua ne circumcurſent, aut vagẽtur per alienas domos quia vagæ, & impudentes, & ſimiles in vno loco non conquieſcunt, quoniam non χῆραι, ſed πῆραι ſunt, id eſt, non viduæ, ſed vidali, hoc eſt, ciſtæ, ad accipiendum promptæ, vaniloquæ, maledicæ, conſilij oppugnatrices, impudentes, inuerecundæ; quæ cùm tales ſunt, non ſe præſtant dignas eo, à quo vocatæ ſunt. Non enim ad Eccleſiam, quæ eſt communis omnium requies, Dominico die adeunt, vt faciunt qui vigilantes ſunt, immò vel dormitãt, vel nugas effutiunt, vel lenocinantur, vel potant, vel alios ducunt captiuos, adiungendo eos Diabolo, neque ſinentes ſobrios ac vigilantes eſſe in Domino, ſed potiùs ſic eos præparant, vt tales exeant, quales ingrediuntur, vacui ſcilicet, idq́ue quia non audiunt iſtæ vel eos, qui docent, vel eos, qui verbum Dei legunt. Huiuſmodi ſunt de quibus ait Propheta,
(auditu audietis, & non intelligetis, & vidẽtes Iſa. 6.
videbitis, & non ſcietis; incraſſatum eſt enim cor populi huius.

Quales ſint falſæ viduæ. Cap. 7.

AD eundem ergo modum huiuſmodi viduæ obturatas habent aures cordis, vt non intus in domibus ſuis ſedeant, & ibi Dominũ alloquantur, quin immò, vt circumeuntes cõſilio quæſtus per nugas faciendi, expleãt aduerſarij deſideria. Tales igitur viduæ non adhærẽt altari Chriſti. Sunt enim viduæ quædam, quæ negotiationem habent pro ſtudio ſuo, & quia impudenter petunt, & inſatiabiliter accipiunt, multos iam pigriores ad dandũ effecerunt. cùm enim deberẽt modeſtiæ cauſſa contentæ eſſe eccleſiaſticis ſubſidijs, ipſæ contra circumeundo, domos diuitum excutiunt, & pecuniarum copiam ſibi congerunt, & fœnori grauidant, ſoliusque mammonæ curam habent, quarum Deus eſt crumena, quæ voluptates cibi, & potus omni virtuti præferunt, aientes, edamus & bibamus, cras enim morie-
mur, quæ iſta putauerunt tanquam firma, ac Iſa. 22.
non potius fluxa, & caduca. Etenim ſi in conquirendis

quirendis pecunijs exercitata, pro Deo colit mammona, id eſt, ſeruit lucro, Deo placere nõ poteſt, neque cultum eius exequi, cùm aſſiduè illum precari non valeat, quia habeat mentem
Math. 6. & voluntatem auro colligendo intentam: quia ſcilicet vbi eſt theſaurus, illic eſt cor: mente enim tractat, vbi accipiet, aut quò ibit ad accipiendum, aut quòd illa amica ſua ſit oblita, & quòd ſit aliquid dicendum ei. quæ talia cogitat, non erit attenta ad precationem, ſed potius ad cogitationem menti occurrentem. Quocirca tametſi aliquando pro aliquo deprecari velit, non exaudietur, quia non toto corde, ſed mente diſtracta ſupplicat Deo. Quæ autem vult intendere animum ad Deum, vitus ſedẽs, quæ Domini ſunt, cogitat, nocte & die orenunquam ceſſante, caſtas puraſque preces adhi
Iudit. 9. bens. Vt igitur prudentiſſima illa Iudith pudicitiæ teſtimonio laudata, nocte & die Dominum pro Iſrael deprecabatur: ſic vidua illius ſimilis perpetuò pro Eccleſia Deum deprecabitur, eamque exaudiet; quia in hoc ſolùm intentà eſt, & non in inſatiabilitatem, ſumptuoſamque cupiditatem incumbit, cui oculus caſtus, aures mundæ, manus non inquinatæ, pedes quieti, os neque ad gulam, neque ad vanitatem loquacitatis paratum, loquens quidem, quæ loqui oportet; accipiens verò, quæ ad neceſſitatem tantùm naturæ commoda ſunt. quę ſic honeſta, grauis, & ſedata erit, placebit Deo, & ſimul vt à Deo aliquid petierit dabit Deus; adhuc enim te loquẽte, inquit, dicet, ecce adſũ.
Iſa. 52. Sit igitur vidua talis, quæ non ſit auara, ſuperba, turpis lucri cupida, nõ inexplebilis, nõ gulę dedita, ſit continens, lenis, tranquilla, religioſa, verecunda, ſedens domi ſuæ, pſallens, precans, legens, vigilans, ieiunans, ſemper cum Deo colloquens odis & hymnis ſpiritualibus, & lanam faciens, vt potius ſuppeditet alijs, quàm ipſa vlla re indigeat, memor illius viduæ, quæ teſtimonio Chriſti in Euangelio laudata eſt,
Luc. 21. quæ cùm in templum veniſſet, miſit in Gazophylacium duo æra minuta, qui eſt quadrans:
Mar. 12. Quam cùm videret is, cui patet cor, Chriſtus Dominus noſter, ac magiſter, ait: Amen dico vobis, plus omnibus miſit in Gazophylacion. hæc vidua, quia illi omnes ex abundantia ſua miſerunt, hæc verò totum victum ſuum, quem habebat, miſit. Viduas igitur oportet eſſe honeſtas, graues, obedientes Epiſcopis, preſbyteris, diaconis, adhuc etiam diaconiſſis; adhibẽtes reuerentiam, obſeruantiam, metum, non liberas, & licentiæ compotes, neque præter præſcriptum quicquam facientes ſine diaconi ſententia, vt ſi velint ire ad aliquem ad comprandẽdum, aut bibendum, aut ab aliquo accipiẽdum. Sin verò iniuſſu aliquid huiuſmodi fecerit, pęna ſit ei ieiunium, aut excommunicatio, vt petulanti, & temerariæ.

Quòd non oporteat, vt vidua ab indignis accipiat, aut Epiſcopus, aut alius fidelis.
Cap. 8.

QVid enim ſcit, qualis ſit ille, vnde accipit, aut ex quo genere miniſterij victum ſibi parat: num ex rapina, aut ex alio quopiam inhoneſto viuendi modo? ſcilicet neſcit huiuſmodi uidua reddituram ſe de his omnibus rationem Deo, quippe quæ ut indignum Deo eſt accipiat: neq; enim Sacerdotes talium munera ſponte oblata vnquam accipient, ut furis, aut meretricis. Scriptum eſt enim, (non concu- Deut. 23.
piſces rem proximi tui, neque offeres merce- »
dem proſtibuli Domino Deo. Non eſt igitur »
accipiendum è talibus, neque etiam ab excommunicatis. Sint autem uiduæ promptæ ad capeſſendum mandata ſuperiorum, & ad pręſcriptum Epiſcopi agant, tanquam Deo obedientes. Qui enim accipit donum ab huiuſmodi infami, aut excommunicato datum, & Deũ precatur pro eo, qui uult in ſcelere perſeuerare, neque pęnitendo uult unquam reſipiſcere, hic communionem precationis cum illo ipſo à à quo accipit, habet, & Chriſtum, qui iniquos repellit, contriſtat: eóſque in delicto ædificat, cùm eorum dona indigna accipit, ſéque cum eis inquinat; dum non ſinit eos ad pœnitentiam venire, vt defleant, & deprecentur Deum.

Quòd non oportet mulieres baptizare, eſſet enim impium, & à doctrina Chriſti alienum.
Cap. 9.

DE mulieribus verò baptizantibus ſcitote quæ hoc tentant, non mediocre periculum eas incurrere, quamobrem non hoc conſilium damus, periculoſum enim eſt, immò verò præter legem, & impium. Etenim ſi uir eſt 1. Cor. 11.
caput mulieris, & hic eligitur ad ſacerdotum, non eſt æquum improbare, quod in ædificatione mundi factum eſt, & relicto capite ad extremum corpus deſcendere. mulier nanque corpus viri eſt, ex coſta eius fabricatum, eique ſubiectum, à quo ſeparatum eſt ad liberorum Gen. 3.
procreationem: ipſe, inquit, dominabitur tui: princeps enim mulieris uir eſt, quippe caput eius. Quòd ſi hactenus mulieribus docendi munus non commiſimus, quomodo munere ſacerdotali fungi præter naturã eiſdem quiſpiam permittet? hic enim eſt error Gentilium Deum negantium, Deis fœminis ſacerdotes fęminas eligere: At non eſt hoc à Chriſto conſtitutum. Quòd ſi à mulieribus baptizari oporteret, profectò Chriſtus à matre ſua baptizatus eſſet, & non à Ioanne: Aut cùm nos ad ba- Math. 3.
ptizandum miſit, miſiſſet quidem mulieres no- & 28.
biſcum ad hoc; nunc uerò nuſquam neq; iuſſit hoc, neque per ſcripturam tradidit, utpote qui naturæ conuenientiam, & rei decorũ noſſet, tanquam naturæ auctor, & legiſlator.

Quòd

Quòd non oporteat, vt laicus vllum opus ſacerdotale faciat, vt baptiſmum, aut ſacrificium, aut manus impoſitionem, aut benedictionem. Cap. 10.

IMmo neque laico permittimus facere aliquod opus ſacerdotale, vt ſacrificium, aut Heb. 5. baptiſmum, aut impoſitioœm manus, aut benedictionem, ſiue paruam, ſiue magnam; nemo enim ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Domino: huiuſmodi oanque graoa per impoſitionem manuum Epiſcopi datur. qui verò non eſt ad eam electus, ſed potius ſibi eam 2.Para.26 rapuit, hic ſupplicio Oziæ afficietur.

Quòd nulli ex clericis præterquàm Epiſcopo, aut Presbytero permiſſum eſt facere, quæ ſunt ſacerdotum; ordinare verò Epiſcopo tantùm conuenit, & nulli alij. Cap. 11.

IMmo neque reliquis clericis poteſtatem baptizandi facimus, vt lectoribus, cantoribus, ianitoribus, aut miniſtris, niſi tantùm Epiſcopis, & presbyteris miniſtrãtibus diaconis. Num. 16. Qui verò hoc auſi fuerint, pœnas Coritarum pendent. Neque presbyteris poteſtatem damus ordinandi diaconos, aut diaconiſſas, aut lectotes, aut miniſtros, aut cantores, aut ianitores, ſed Epiſcopis tantùm; hic enim eſt ordo eccleſiaſticus, & concentus.

Dehortatio ab inuidia. Cap. 12.

DE inuidia verò, æmulatione, maledicentia, rixa, contentione iam dictum eſt à nobis, aliena eſſe hęc à Chriſtiano, præſertim in uiduis. Poſtquam verò Diabolus multis varijsq́ue modis ad fallendum inſtructus, in eas, quæ noo ſunt veræ viduæ, ſpeciem quandam Gen. 4. & pompam infert, vt olim etiam in Cainum intulit, quædam enim ſunt, quæ ſe quidem viduas dicunt, præcepta verò & inſtituta viduitatis digna noo exercent, ſicut neque Cain iura fraterna; ignorant enim, quòd oomē viduitatis non introducet eas io regnum cœlorum, ſed potius vera fides, & opera ſancta: ſi quæpiam nomen viduæ habeat, ſtudia verò aduerſarij exetceat, huius viduitas non reputabitur. quinimmò à regno Dei repulſa, æterno ſupplicio tradetur. Audimus enim quaſdam viduas eſſe zelotypas, inuidas, obtrectatrices, quæ aliarum ſubſidijs, & alleuamentis inuident: Quæ verò ſic ſunt, non ſont Chriſti diſcipulæ, neque doctrina illius inſtitutæ: dicere enim potius debebant, ſi quam ſororem vel fratrem viderent recreaſſe alterā viduam, eiq́ue aut veſtitum, aut pecuniam, aut alimentum, aut potum, aut calceos præbuiſſe, dicere, ioquam, debebant.

Quomodo oporteat viduas orare pro ijs, qui præbent quæ opus ſunt. Cap. 13.

BEnedictus Deus, qui conuiduam recreaſti, benedic Domine, & glorifica eum, qui illi præbuit; & opus eius aſcendat verè ad te, & memineris eius, vt bene ſit ei in die viſitationis eius. Epiſcopum quoque meum glorifica, qui bene tibi miniſtrauit, & opportunam eleemoſynam meæ conuetulę, quę erat nuda, fieri docuit; addas ei gloriam, & des ei coronam gloriationis ī die reuelationis viſitationis tuę: ſimiliter vidua, cui tributa eſt miſericordia, cō precetur pro eo qui tribuit.

Quòd non oporteat gloriari, neque vt iactet nomen ſuum, quæ eleemoſynam facit. Cap. 14.

TAmen quæ benignè facit, nomen ſuum celet, vt ſapiens non canens tuba ante ſe, vt fiat eleemoſyna coram Deo in occulto, ſicut Dominus ait, (cùm facis eleemoſynam, neſciat Matth. 6.
» ſiniſtra, quid facit dextra tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito;) & vidua precetur pro »
eo, qui dedit, quicūque ille ſit, cùm ſit ipſa ſanctum quoddam altare Dei, & pater qui uidet in occulto, reddet in aperto ei, qui benignè facit: verùm viduæ, quæ ſecundùm Dei mandatum uiuere nolunt, curam habeot ſciſcitandi curioſè, quæ illa, quæ dedit, quæ item illæ, quę acceperunt: quod cùm cognouit, quęritur de illa, quæ dedit; an, inquit, neſciebas, me eſſe viciniorem, & calamitoſiorem illa? cur igitur mihi illam prætuliſti? hæc verò dicit deſipiens, non intelligens, non fuiſſe hanc voluntatem hominis, ſed Dei mandatum: etenim ſi ipſa teſtatur, quòd erat Deo propinquior, quòd maiore inopia premebatur, & quòd magis nuda, quàm illa, debet cogitare eum, qui legem ſanxit, & tacita, ac de ea, quæ præboit, oon conqueſta, ingreſſa in domum ſuam humi in faciem proſtrata ſupplicare Deo, vt peccatum ſibi remittat. Dominus enim præcepit ijs, qui beneficium Matth. 6.
dant, oe beoeficium datum iacteot atque oſtentent, hæc verò querebatur de illa, quòd nomen oon dixiſſet, vt ipſa quoque ad accipiendum curreret; neque querebatur ſolùm, ſed malè etiam precabatur oblita quod Dominus dixit, qui benedicit tibi, benedictus Gen. 12.
eſt, & qui maledicit, maledictus. Ait præterea Dominus, cùm domum intratis, dicite, pax huic domui; & ſi fuerit illic filius pacis, pax veſtra requieſcet ſuper eum; ſin verò noo fuerit dignus, pax veſtra reuertetur ad vos. Matth. 10

Quòd non deceat conuiciari proximo, alienum enim eſſe à Chriſtiano, maledicere, & de diaconiſſis. *Cap.* 15.

SI igitur pax ad illos rurſus redit, qui eam præmiſerunt, quia non reperit qui ea eſſent digni, multò magis maledictio in caput eius, qui iniquè eam iecit, reuertitur, quia is, in quem iacta eſt, non ſit ea dignus. Quiſquis enim ſinè cauſſa conuicium facit, ſibi maledicit
Prou. 26. vt Salomon ait: (ſicut aues volant, & paſſeres,
» ſic maledictio vana non abibit in nihilum.) &
Prou. 10. rurſus ait: (Qui conuicia inferunt, impruden-
» tiſſimi ſunt;) vt aũt apis infirmis viribus prędi-
» ta, poſtquã pupugerit, aculeũ amittit, ſterilisq;
» efficitur. Sic vos quam iniuriam alijs feceritis,
» hãc vobis facietis, (lacũ,) ĩquit, (aperuit, & effo-
Pſal. 7. dit eum, & incidet in foueam, quam fecit.) &
rurſus: (Qui foueam proximo fecit, incidet in
Prou. 26. eam.) Ergo qui maledictum euitare vult, ne al-
Eccl. 10. teri maledicat. (Quod enim fieri tibi non vis, alteri ne facias.) Igitur qui maledictionem fu-
Tob. 4. git, ne alteri maledicat. Quare monete viduas non obedientes, obiurgate innerecundas, conſolamini eas quæ ſunt puſillo animo, roborate infirmas, laudate eas quæ ſanctè viuunt: Benedicant potius, & non maledicant; pacem concilient, & ne bellum inferãt. Ne igitur Epiſcopus, ne presbyter, ne diaconus, ne quiuis alius ordinis clericorum linguam conuicio inquinet, vt non pro benedictione maledictionem reportet, ſtudeat autem & curet Epiſcopus, vt neque laicus maledictionem proferat; habẽda enim eſt ei cura de omnibus, de clericis, de uirginibus, de viduis, de laicis. Idcircò Epiſcope elige adiutores tuos uitæ, & iuſtitiæ operarios diaconos Deo gratos, quos ex cuncto populo maximè dignos probaris, & faciles ad vexationes, & moleſtias, in vſus miniſterij ſuſtinẽdas. Eliges quoque diaconiſſam fidelem, & ſanctã ad miniſtrandum mulieribus. Euenire enim ſolet aliquando in quibuſdam domibus, vt nõ poſſis propter infideles mittere diaconum ad mulieres, mittere verò poſſis diaconiſſam propter cogitationes improborũ, ad multa enim indigemus diaconiſſa ac primùm quidem cũ mulieres baptizantur, vnget quidem eis diaconus frontem tantùm oleo ſancto; poſt eum verò illinet eas diaconiſſa. Non enim opus eſt, vt viri inſpiciant fęminas: verùm ſolùm Epiſcopus in baptiſmo caput eius unget, ſicut prius ungebantur Reges, & Sacerdotes, nõ quidem quòd qui nunc baptizantur, etiam Sacerdotes
1. pet. 2. ordinentur; ſed quòd fiant à Chriſto Chriſtia-
1. Tim. 3. ni, regale ſacerdotium, gens ſancta, Eccleſia
Oſe. 2. Dei, colnmna & firmamentum præſentis lumi-
nis, qui aliquando non populus, nunc autem dilecti, & electi, ſuper quos inuocatum eſt no-
Eſa. 62. uum nomen eius, ut teſtatur Eſaias Propheta
» dicens, (& vocabunt populum nouo eius no-
» mine, quo Dominus nominabit eum.)

De diuina celebratione myſterij ſancti baptiſmatis. *Cap.* 16.

TV igitur Epiſcope ad exemplum illud vnges oleo ſancto caput eorum, qui baptizantur, ſiue viri ſint, ſiue mulieres, in typũ ſpiritualis baptiſmi. Deinde aut tu Epiſcope, aut presbyter tuus, qui ſub poteſtate tua eſt, facta ſuper eos nominatim ſacra inuocatione Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, baptizabis. Ac virum quidem ſuſcipiat diaconus, mulierem verò diaconiſſa, vt honeſtè & à quibus decet, fiat ſignum infractum. Poſtea Epiſcopus baptizatos chriſmate vngat.

Quam cauſſam habeat baptiſmus in Chriſtum; & quare ſingula in eo & dicantur, & fiant. *Cap.* 17.

BAptiſmus igitur datur in mortem filij Dei; aqua adhibetur pro ſepultura: oleũ pro Spiritu ſancto; ſigillum crucis pro cruce: chriſma confirmatio confeſſionis eſt: fit patris commemoratio tanquam cauſſæ, & emiſſoris; Spiritus coaſſumptio, vt teſtis: mergi commori eſt; emergere conſuſcitari: Pater Deus eſt ſuper omnia, Chriſtus vnigenitus Deus, idemque dilectus filius, & gloriæ Dominus: Spiritus ſanctus paraclitus eſt, qui à Chriſto mittitur, & de quo Chriſtus docet, & qui ipſum Chriſtum prædicat.

Qualis eſſe debeat baptizatus. *Cap.* 18.

QVi baptizatur, ſit alienus ab omni impietate, expers omnis operationis ad peccandum, amicus Dei, inimicus Diaboli, hęres quidem Dei patris, cohæres verò filij eius: qui renũciarit Satanę, & Dęmonibus, ac fallacijs eius, caſtus, purus, ſanctus, Deo charus, Dei filius, qui tanquam filius his verbis patrẽ precetur velut nomine communis cœtus fide-
lium: Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur Math. 6.
nomen tuum; adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & ne nos inducas in tẽtationem, ſed libera nos à malo. Quoniam tuũ eſt regnum, & poteſtas, & gloria Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Qualis eſſe debeat Diaconus. *Cap.* 19.

SInt verò diaconi ab omni macula & labe alieni, non aliter quàm ipſe Epiſcopus, tantummodò faciliores, quàm ille, ad vexationes in miniſterio ſubeundas. Numerus verò eorũ ad proportionem multitudinis Eccleſiæ, vt

poſſint

poſſint miniſtrare imbecillis tanquam operarii, in quibus nihil ſit pudendum. Ac mulier quidem mulieres curet. Vtrique obeant munus nunciandi, peregrinandi, miniſtrandi, ſeruiendi, ſicut de Domino aiebat Eſaias, (Iuſtificauit iuſtum benè ſeruientem multis.) Vnuſquiſque igitur partes ſuas agnoſcat, & eas ſtudioſè agat, & concordi animo, ac cum charitate, vt qui mercedem miniſterij non ignoretis.

Eſa. 53.

Matth. 20 Ne verò pudeat miniſtrare egentibus, ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus nō venit vt ei miniſtraretur, ſed vt etiam ipſe miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis. Sic igitur faciendum eſt ipſis, ut quamuis pro fratribus uitam amittere opus ſit, ne dubitent, neque enim Deus noſter, & Dominus Ieſus

Ioan. 15. Chriſtus dubitauit animam ſuam ponere pro amicis ſuis, ut ipſe dixit. Si igitur Dominus cœli, & terræ omnia propter nos ſuſtinuit, quomodò uos egētib' miniſtrare dubitabitis? quos imitatores eſſe oportet eius, qui ſeruitutem, egeſtatem, uerbera, & crucē propter nos pertulit? Oportet itaque uos ſeruire fratribus

Matth. 20 exemplo Chriſti: (Qui uult, inquit, inter uos
" eſſe magnus, ſit ueſter miniſter: & qui uult eſſe
" inter uos primus, ſit ſeruus ueſter.) Sic ipſe impleuit illud benè ſeruire multis, & id quidem non uerbis, ſed re. Cùm enim, inquit, accepiſſet linteum, præcinxit ſe, deinde fudit aquam in peluim, & nobis menſæ accubantibus, ac-

Ioan. 13. ceſſit ad nos, & noſtros omnium pedes lauit, & linteo terſit. Cùm hoc faceret, demonſtrabat nobis amicitiæ fraternæ charitatem, vt nos quoque inter nos idem faceremus. Si ergo Dominus noſter idemque magiſter ſic ſe ipſe humiliter abiecit, quomodò pudebit uos hoc facere fratribus infirmis, & imbecillis? Vos dico, qui ueritatis operarii eſtis, & religionis propugnatores. Miniſtrate igitur beneuolè, ſinè murmuratione, ſinè ſeditione; nō enim propter hoīem, ſed propter Deū hoc facitis, à quo mercedē miniſterii ueſtri in die uiſitationis ueſtræ reportabitis. Oportet igitur, ut uos Diaconi omnes uiſitetis, quibus uiſitatione opus eſt; & de calamitoſis, & afflictis nunciate Epiſcopo ueſtro: debetis enim eſſe ei anima, & ſenſus faciles & parati ad ſubeundas moleſtias, ac per omnia obedientes tanquam Epiſcopo ueſtro, immò patri, & magiſtro.

Philip. 2.

Quòd à duobus, vel tribus ordinandus ſit Epiſcopus, & non ab vno. Cap. 20.

IVbemus autem ut à tribus Epiſcopis ordinetur, & ut minimum, à duobus, ita vt ab uno conſtitui nō poſſit. teſtimonium enim duorum, & trium firmus eſt, & certum: Item iubemus, ut preſbyter, & diaconus, ac reliqui clerici ab uno Epiſcopo ordinentur; & ut neque preſbyter, neque diaconus reliquos clericos ex laicis ordinent, ſed tantummodo preſbyter quidem doceat, offerat, baptizet, benedicat populo; diaconus uerò miniſtret Epiſcopo, & preſbyteris, id eſt, agat diaconum, reliqua uerò ne faciat.

DE ORPHANIS,
LIBER QVARTVS.

*De pupillis recipiendis in locum filiorum ex miſe-
ricordia ab ijs, qui liberis carent.*
Cap. 1.

SIQVIS Chriſtia-
nus pupillus, puer
ſcilicet, aut puella
virgo fuerit, pul-
chrè, ac præclarè
fiat, ſiquis ex fra-
tribus, qui liberis
careat, pupillum
ſuſcipiat, & loco
filij habeat: & vir-
ginem pupillam, ſi filium habeat, qui poſſit eo-
dem cum illa tempore maturus eſſe ad nuptias
filio collocet: Qui enim hoc faciunt, præcla-
rum opus efficiunt facti parentes pupillorum,
cuius quidem miniſterii mercedem à Deo ac-
cipient. Si quem verò ad voluntatem, &
gratiam hominum in vita verſantem, & diui-
tem, pupilli pudet, pupillo quidem proſpiciet
pater orphanorum, & iudex uiduarum, ipſe
verò diues incidet in eum, qui bona, quibus il-
le pepercit, & quibus abſtinuit, conſumat: eue-
nietque ei, quod dictum eſt, quæ non comede-
runt ſancti, comedent Aſſyrii, ſicut ait Eſaias:
Eſa. 1. » (Regionem veſtram in conſpectu veſtro alie-
» ni deuorant.

*Quibus ſit ſubueniendum ſecundùm conſtitutio-
nem Domini.* *Cap.* 2.

VOS igitur Epiſcopi eſtote ſoliciti de a-
lendis pupillis, vt nulla in parte illis de-
eſſe videamini, ac pupillis quidem præbete,
quæ decent parētes; viduis verò, quæ maritos;
maturis coniugio date coniuges; artifici opus;
imbecillo miſericordiam; hoſpitibus tectum;
eſurienti cibum; ſitienti potū; nudis indumen-
tū; ægrotis viſitationē; incluſis in cuſtodias au-
xilium. Sit autem præ cæteris maior cura de or
bis, vt nihil ei deſit; de uirgine quidē pupilla,
quoad veniat ad ætatem maturam uiro, eamq;
fratri in matrimonium collocetis: Puero pupil
lo ſuppeditate uictum, & quo artem quampiā
diſcat; ut cùm artem probè exerceat, poſſit tūc
emere ſibi inſtrumenta artis, ne ſit amplius
grauis cuipiam ex fratribus, qui erga eum cha
ritatem veram oſtenderit; quin potiùs ſibi ipſe
ſuppeditet, eſt enim planè beatus, ſi cùm iam
ſibi poteſt opitulari, locum pupillo, hoſpiti, &
viduæ non coarctet.

Acto. 20. SIQVIDEM Dominus beatius dixit eſſe da-
re, quàm accipere; ab eo enim rurſus dictum
eſt, væ eis, qui habēt, & in hypocriſi accipiunt;
aut qui poſſunt opem ferre, & malunt ab aliis
accipere; uterq; enim reddet rationem Domi
no Deo in die iudicii. Nā qui accipit aut pro-
pter ætatem, qua eſt pupillus, aut propter im-
becillitatem ſenectutis, aut quia incidit in æ-
gritudinem, vel quia habet multos filios alen-
dos, nō ſolū hic nō reprehendetur, ſed potius
laudabitur: habitus enim à Deo inſtar altaris
afficietur honore ab eo, ſi impigrè pro eis, qui
ei dāt, aſſiduè deprecatur. Sic enim fit, ne otio-
sè accipiat, immò precādo, mercedē dati mune
ris, quantū in ſe eſt, tribuit. hic igitur in æterna
vita fiet à Deo beatus. Qui verò hēt, & facta ſi-
mulatione accipit, aut nihil agēs, cùm deberet
potius opere faciendo alios etiam iuuare, hic
pœnas Deo ſoluet, ꝙ panē pauperum rapuit.

De Auaritia. *Cap.* 3.

QVi enim hēt pecunias, & cū aliis non cō
municat, immò neq; utitur, locū ſerpen
tis ſortitus eſt, quē aiunt in theſauris cubare;
competitq; in eū verè quod ait ſcriptura, con-
gregauit opes, & ex eis nihil guſtabit, & nihil Eccl. 6.
ei proſunt intereunti à ſupplicio; nō enim, in- Pro. c. 11
quit, proderunt opes in die iræ; nam qui ſic eſt,
non credidit Deo, ſed auro ſuo, quod pro Deo
habuit, & cui cōfiſus eſt, ſimulator veritatis, ac-
ceptor perſonæ infidelis, ſui derogator, timi-
dus, imbellis, leuis, facilis captu, querulus, ī do-
lendo aſſiduus, inimicus ſibi, amicus nemini:
Huius bona peribunt, & peregrinus homo co-
medet ea; aut quia eo uiuente, ſurripiet; aut
quia iam mortuo, eis fruetur. Diuitiæ enim
iniuſtè coaceruatæ euomentur.

Quali timore oporteat participare ea, quæ confe- Iob 20.
runtur in eleemoſynas Domini. *Cap.* 4.

MONEMVS autem viduas, & pupillos
vt cū omni metu, ac reuerētia accipiāt
quæ eis ſuppeditātur, & ut gratias agant Deo,
qui dat eſcam eſuriētibus, in eumq; oculos in-
tendant. Quis. n. veſtrū, inquit, edit, aut bibit ſi-
nè ipſo? & qui implet omne animal bona uolū
tate, tribuens frumentū iuuenibus, vinū uirgi- Pſal. 145.
nibus, oleum ad lętitiam & hilaritatem uiuen- Zach. 9.
tium fœnum iumentis, herbam ſeruituti ho- Pſal. 144.
minum, carnem beſtijs, ſemina auibus, & & 146.
omnibus commodum alimentum: idcircò ait
Dominus, (contemplamini uolucres cœli, Math. 6.
non ſerunt, neque metunt, neque congregant
in horrea, & pater veſter alit ea; nōne vos prę-
ſtantiores illis eſtis? Ne igitur ſoliciti ſitis, dicē
tes, quid comedemus, aut bibemus, ſcit enim
pater veſter, quòd his omnibus indigetis.) Cū
igitur tanta illius prouidentia, boniſque illius
fruamini, debetis omnipotentem Deum laudi-
bus celebrare, qui pupillum, & viduam recreat
per dilectum filium ſuum Ieſum Chriſtū Do-
minum noſtrum, cum quo ipſi Patri gloria in
Spiritu, & veritate in ſæcula, Amen.

A quibus accipiendæ oblationes, & à quibus non accipiendæ. Cap. 5.

OPORTET verò, vt ſciat Epiſcopus à quibus oblationes accipere debeat, & à quibus non debeat; cauere enim debet, ne caupo-
Eccle. 26. nes dent. Non enim iuſtificabitur caupo à pec
Eſa. 1. cato; de ipſis enim in quodam loco Eſaias, cũ
hoc Iſraeli exprobraret, aiebat, caupones tui
miſcent vinum aqua. Fugiendi præterea ſcor-
Deut. 23. tatores, non offeres, inquit, Deo mercedẽ proſtibuli. Item fugiendi prædatores, & direptores, atque alienarum rerum appetitores, & adulteri: odioſa enim & execrabilia Deo ſunt horum ſacrificia, immò etiam qui viduam affligunt, & pupillum opprimunt; & qui carceres implent innocentibus, aut famus ſuos durè accipiunt, & tractãt, id eſt, qui verberibus, aut fame afficiunt, aut crudeli ſeruitute premunt: aut qui ciuitates totas populantur: ſint tibi Epiſcope execrabiles horum oblationes. Vitabis etiam falſarios, & rhetores, qui iniuriæ patrocinium ſuſcipiunt; tum eos, qui idola faciunt: fures, & Publicanos iniuſtos, & qui fraudulenter lances deprimunt; & qui in menſuris alios fraudant: item militem ſycophantam non contentum ſuis ſtipendiis, ſed potius vexantem, & concutientem pauperes: deinde homicidam, carnificem; præterea iudicem iniquum, rerum dilapidatorem, inſidiatorem hominum, operarium nefandorum, ebrium, blaſphemum, cinædum, fœneratorem, quemlibet denique ſceleratum, & cum Dei ſententia ac voluntate pugnantem: ait enim ſcriptura, huiuſmodi omnes eſſe apud Deum execrabiles, à quibus qui oblationes accipiunt, & inde viduas, & pupil-
3. Reg. 13 los alunt, rei fient in iudicio Dei. Sicut ille in libris Regum Propheta Adonias, qui quia Deo non obediuit, cùm panem comedit, & aquam bibit, vbi Dominus propter impietatem Hieroboam edere & bibere uetuerat, à leone diſcerptus eſt. Panis enim qui ex labore viduis ac pupillis ſuppeditatur, melior eſt, quamuis modicus ſit, & paruus, quàm qui ex iniquitate, & fraudulentia, quamuis copioſus, & elabora-
„ tus; ait enim ſcriptura, melius eſt modicum
„ iuſto, quàm multæ diuitiæ peccatorum.)
Pſal. 36. Quòd ſi uidua uictu ab impiis accepto, & ſaturata pro eis deprecabitur, non exaudietur, quoniam Deus, cui corda patent, cum iudicio de impiis pronunciauit, ſi ſteterint
Ierem. 15 Moyſes, & Samuel ante faciem meam pro ipſis, non exaudiam eos: & tu ne ores pro populo hoc, & ne roges, vt miſericordiam eis tribuam, & ne accedas ad me ad precandũ pro eis, quia non exaudiam te.

Quòd oblationes eorum qui non ſunt digni, vt offerant, non ſolùm non placant Deum, ſed potius iram eius prouocant. Cap. 6.

QVIN potiùs qui deliquerunt, & eos nõ pœnitet delictorum ſuorum, non ſolùm non exaudientur, cùm precationem faciẽt, ſed magis Deum irritabunt, dantes ei recordatio-
nem improbitatis ſuæ. Prohibete igitur huiuſ- Deut. 23.
modi miniſteria oblationum, quæ ſunt tanquã commutatio canis, & merces proſtibuli, vtrunque enim legibꝰ vetitũ eſt: nec enim Eliſæus do-
na ab Azaele allata accepit, nec Achias à Hie- 4. Reg. 8
roboam. Quòd ſi Prophetæ Dei, dona impio- 3. Reg. 13.
rum non acceperunt, æquum eſt, ut neque vos Epiſcopi accipiatis. immò Simon Magus oblata pecunia mihi Petro & Ioanni conabatur mercari gratiam, quæ pretio æſtimari non poteſt, qua quidem pecunia non accepta, ſempiterna illum maledictione cõſtrinximus, quoniam donum Dei non beneuolentia in Deũ, ſed pecuniæ permutatione comparare cogitauit. Cauete ergo ne oblationes malæ conſcien- Act. 8.
tiæ ad altare Dei afferantur, (abſtine enim,) in- „
quit, (& non metues ab iniquo, & tremor non Eſa. 25.
appropinquabit tibi.) „

Quòd melius eſt ex proprio labore præbere viduis, quamuis parua & pauca ſint, quàm ex iis, quæ ab impijs dantur, licet multa, & magna ſint: præſtat enim perire fame, quàm ab impijs accipere, quæ conferunt. Cap. 7.

SED ſi dicatis, hi ſunt, qui eleemoſynas dant, ſi ab eis non accipimus, vnde viduis à nobis miniſtrabitur? vnde viuent in populo egentes? audietis à nobis, idcircò data eſſe vobis dona Leuitarum, oblationes dico populi, cui præeſtis, vt victus ſuppetat vobis, & egentibus: & ne egeſtate preſſi, à ſceleratis accipiatis. Quòd ſi tanta fuerit Eccleſiarum indigentia, præſtat fame perire, quàm ab inimicis Dei quicquam accipere, quòd amicis Dei contumelioſum ſit, & eos faciat ludibrio eſſe. De huiuſ-
modi enim hominibus ait Propheta, (oleum Pſal. 14.
peccatoris non impinguet caput meum.) ex- „
plorate igitur iſtos tales, & ab iis, qui ſãctè am- „
bulant, accipite, & calamitoſis atq; afflictis ſuppeditate. Ab excommunicatis uerò ne prius accipiatis, quàm vt membra Eccleſiæ fiant, digni habeantur. Sin autem oblata dona nõ ſuffecerint, denuncia fratribus, & cùm ab eis collectã feceris, ſuppedita pupillis, & viduis iuſtè.

Quòd oportet, vt Sacerdos populum hortetur ad largiendum pauperibus, ut ſapiens Salomon. Cap. 8.

DIC verò, cui præes populo, quod ſapiẽs
ille Salomõ: Honora Dominũ ex tuis iu- Prou. 3.
ſtis laboribus: da ei primitias ex tuis fructibus „
iuſtitiæ, „

„ iuſtitiæ,vt impleantur horrea tua frumenti,&
„ torcularia tua vino redundent.)ex iuſto igitur
labore fidelium victum, & veſtitum egentibus
tribuite,& pecuniam, vt ſupra diximus, coa-
ctam diſpenſate, conferentes eam in miniſte-
rium redimendi ſanctos,vt liberetis ſeruos,ca
ptiuos,in vincula coniectos,calumnia oppreſ-
ſos,damnatos à tyrannis ad monomachiam,
aut ad mortem propter nomen Domini: ait e-
Prou. 24. nim ſcriptura,libera eos qui ducũtur ad mor-
„ tem,& interſectos redime,ne parcas pecuniæ.

Quòd ſi aliquis impius nummos ſacerdotibus protecerit,in ligna, & carbones inſumendi ſint, & non in cibos. *Cap.* 9.

SI quę verò neceſſitas aliquando contigerit, vt à quopiam impio argentum inuiti accipiatis,impendite in ligna,& carbones,ne ſi inde vidua,aut pupillus aliquid acceperit, cogatur emere cibum,aut potum,quod minimè cõuenit;iuſtum nanque eſt, quæ impij dant,igne conſumi,& non ali indè pios. Hoc quoque lex cauet,cùm id, quod ex ſero ſacrificio reſtat,
Leuit. 19. ἄζρωτον vocat,& igne iubet conſumi: nõ enim iſta,quæ offeruntur,natura,ſed propter animũ eorum,qui dant,vitioſa ſunt. Hoc verò præcipimus,vt eos,qui ad nos accedunt,non auertamus, cùm ſciamus ſæpenumerò profuiſſe impijs cõgreſſum cum pijs,nocere autem pijs ſolam communionem religionis cum illis.atque hæc quidem hactenus chariſſimi ad cautionẽ veſtram dicta ſint.

De parentibus,& filijs. *Cap.* 10.

ACETIAM vos patres erudite filios veſtros in Domino,educantes eos in diſciplina,& monitis Domini, eóſque artes idoneas,& verbo Domini congruentes docete;ne copia & opportunitate temporis fractis habenis,& à parentibus non obiurgati, ab honeſtate & virtute deflectant, ante tempus idoneum relaxati. Quamobrem ne vereamini increpare eos,& aſperè caſtigare, non enim interficietis eos caſtigando,immò ſeruabitis, ſicut Salomõ
Prou. 23. ait in ſapientia,(caſtiga filium tuum, & dabit
„ tibi requiem :) Sic enim faciet tibi bonam ſui
Prou. 13. expectationem.nam tu eum quidem virga cædes,animam verò eius à morte eripies. & rur-
Eccl. 30. ſus(idem,qui parcit bacillo ſuo, filium ſuum
„ odit.) & in eandem ſententiam, (tunde latera
„ eius dum puer eſt, nequando obdureſcens nõ
„ obediat tibi.) Qui ergo filium ſuum monere ab infantia litteras,& caſtigare deſinit,idem filium ſuum odit. Docete itaque filios veſtros verbum Domini,& verberibus,ac fuſtibus cõ-
In alio exemplari vetuſto erat σωφρονεῖν καὶ ϑαρρεῖν. primite,& facite,vt ſint ſubiecti. Docete eos à puerítia litteras ſacras, & veſtras, & diuinas, omnemq; diuinam ſcripturam eis tradite; neque eis remiſſio ac relaxatio à vobis fiat,ne cõtingat,vt præter voluntatem veſtram,poteſtatẽ & licentiam in vos ſumant.Ne permittatis eis

conferre nummos in conuiuium cum æqualibus, ſic enim ad immoderationem deflectent, & in ſcortationẽ decident:quæ quidem ſi incuria parentum euenerint,ijdem erũt de animis filiorũ ſuorũ rei.Etenim ſi filij pigritia parentum cũ intemperantibus cõſuetudinẽ habent cùm deliquerint,nõ ipſi ſolùm punientur, ſed parentes quoq; propter eos iudicabuntur; idcircò date operam, vt tempore ad coniugium maturo eos matrimonio iungatis; ne in ipſo flore,ætate ferueſcente,ijs moribus euadant,vt ſe dedant meretricibus, & à vobis ratio in die iudicii à Domino Deo repoſcatur.

De famulis,& Dominis. *Cap.* 11.

DE famulis verò quid amplius dicamus, quàm quòd ſeruus habeat beneuolentiã erga Dominum cum timore Dei, quamuis ſit impius, quamuis ſit improbus; non tamen cũ eo de religione cõnſentiat. Item Dominus ſeruum diligat,& quamuis præſtet ei, indicet tamen eſſe æqualitatem,vel quatenus homo eſt. Qui autem habet Dominum Chriſtianũ, ſaluo dominatu,diligat eum, tum vt Dominum, tum ut fidei conſortem,& vt patrem,non ſicut ſeruus ad oculum ſeruiens, ſed ſicut Dominũ amans; vt qui ſciat mercedem famulatus ſui à Deo ſibi ſoluendam eſſe. Similiter Dominus qui Chriſtianum famulum habet,ſaluo famulatu,diligat eum tanquam filium,& tanquam fratrem propter fidei communionem.

In quibus oporteat ſubiectos eſſe poteſtatibus ſæcularibus. *Cap.* 12.

ESTOTE ſubiecti omni Regi,& poteſtati, in iis quæ Deo placent, tãquam miniſtris Dei,& impiorum vindicibus, & vltoribus; e-
xhibete eis omnẽ metum debitum, omne ve- Rom.13.
ctigal,omne tributum omnem honorem, dationem,cenſum;hæc enim eſt Dei lex, nemini quicquã debere præter amicitiæ fœdus, quod Deus per Chriſtum ſanxit.

De virginibus. *Cap.* 13.

DE virginitate verò mandatum non acce- 1.Cor.7.
pimus,quare hanc rem poteſtati cuiuſq; voluntatis permittimus,vt votum.illud modò monemus,ne quid facilè & leuiter promitta-
tur;ſiquidẽ Salomon ait,melius eſſe,non feciſ- Eccl.5.
ſe votum,quàm factũ non reddere. Sit igitur hæc virgo ſancta corpore, & aĩa, ut templum Dei,vt domus Chriſti,vt Spiritus ſancti domiciliũ.Dẽt enim quæ virginitatis votũ fecit,exercendo quæ voto digna ſunt,demonſtrare verã eſſe promiſſionem ſuã ſtudio pietatis factam, & nõ ad vituperandũ cõiugium. eſto præterea non vaga,nõ intempeſtiuè deambulãs, nõ duplici animo,ſed honeſta,continens,temperata, pudica,& fugiens congreſſus multorum, & eorum maximè qui ſunt inhoneſti.

DE MARTYRIBVS.

LIBER QVINTVS.

Quòd iјs, qui propter Chriſtum ab infidelibus affliguntur, iuſtum eſt, vt fideles præbeant, quæ opus ſunt ſecundùm conſtitutionem Domini. Cap. 1.

SIQVIS Chriſtianus propter nomen Chriſti, & fidem in eum, ac charitatem, ad ludum, aut ad beſtias, aut ad metalla ab impijs damnetur, ne eum deſpiciatis; quin potiùs mittite ei ex labore ac ſudore veſtro ad victum, & ad ſoluendum mercedem militibus, vt ab eis alleuetur, & curetur; vt quantum in vobis ſit, beatus frater veſter non premantur. Qui enim propter nomen Domini Dei noſtri damnatus eſt, hic eſt ſanctus martyr, frater Domini, filius altiſſimi, receptaculum Spiritus ſãcti, per quem illuminationem gloriæ euangelij ſinguli fideles acceperunt, cùm digni habiti ſunt immortali corona, & teſtimonio paſſionum eius, ac ſocietate ſanguinis ipſius, vt cõformarentur morti Chriſti in adoptionem.

OB hanc igitur cauſſam omnes fideles ex ijs bonis, quæ habetis, aut ex labore miniſtrate ſanctis per Epiſcopum veſtrum. Sin verò aliquis non habet, ieiunet, & cibum eius diei partitus deſtinet ſanctis. Qui autem opulentus, & copioſus fuerit, plus etiam proportione facultatum ſuarum eiſdem ſuppeditet. Si verò poteſt rebus ſuis omnibus diuenditis, ex cuſtodia eripere, beatus & amicus Chriſti erit. Etenim ſi is, qui bona ſua indigentibus largitur, perfectus eſt poſt cognitionem de diuinis, erit profectò multò perſectior, qui pro redimendis martyribus hoc fecerit: huiuſmodi enim frater, qui ſe præbuit Deo dignum, ſatisfaciet voluntati eius ſuppeditando eis, qui illum confeſſi ſunt coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael, de quibus Dominus pronunciauit di-
Matth. 10 cens: (Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt.) Quòd ſi iſti tales ſunt, vt eis Chriſtus teſtimonium corã patre tribuat, non debet pudere vos ire ad eorum carceres; hoc enim ſi feceritis, vobis vice martyrij habebitur, quòd illi quidem re ipſa martyrium ſubierunt experiendo; vos verò aliter, nempe voluntate prompta, tanquam facti ſocii certaminis illorum. Talibus enim ait Dominus; veni-
Matth. 25 te benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à cõſtitutione mundi: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi potum; hoſpes erã, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me, infirmus erã, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpõdebunt iuſti dicentes, Domine quando te vidimus eſurientem, & paſuimus, aut ſitientem, & potauimus; aut nudum, & operuimus, & in carcere, & venimus ad te? Tunc reſpondebit ei dicens; amen dico vobis, quatenus feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis; & ibunt hi in vitam æternam. tunc dicet & iis qui ſunt ad ſiniſtram, recedite à me in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & angelis eius: Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare; ſitiui & non dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus eram, & nõ operuiſtis me: infirmus eram, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi dicentes, Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum; aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit & ipſis dicens, amen dico vobis, quatenus non feciſtis vni ex his minimis, neque mihi feciſtis: & ibunt hi in ſupplicium æternum.

Quòd fugienda ſit falſorum fratrum conſuetudo, dum in nequitia perſeuerant. Cap. 2.

SIQVIS verò, qui ſe alioqui fratrem eſſe dicit, à Diabolo deceptus maleficium cõmittat, ac conuictus capite damnetur ut adulter, aut homicida, vitate eum, ut inuiolati ſeruemini, & ne quis veſtrum ſuſpectus ſit de communione, ac ſocietate flagitij, & infamiam aſpergat, quaſi omnes Chriſtiani ſceleribus & flagitijs delectentur; quamobrem procul ab eis recedite: Iis tamen, qui per calumniam, propter Chriſtum in carcerem incluſi ſunt, aut morti addicti, aut vinculis, aut exilio, ferte opem omni ſtudio, vt membra veſtra ex manibus ſceleratorum eripiatis. Quòd ſi quis cum eis iunctus comprehenſus fuerit, & verberetur, beatus eſt, quòd ſit factus ſocius martyrum, & imitator paſſionum Domini noſtri Ieſu Chriſti. etenim nos quoque ſæpius propter Chriſtum ſub Caipha, Alexandro, & Anna acceptis pla-
gis exiuimus læti, quòd digni habiti eſſemus, Actor. 4
qui illa propter Chriſtum pateremur, & vos Matth. 5.
gaudete qui iſta patimini.

Quòd afflictis propter Chriſtum oportet opem ferre, quamuis adſit periculum. Cap. 3.

ATQVE etiã eos, quos impij propter Chriſtũ inſequuntur, quiq; vt Dominus præcepit ex alia atq; alia ciuitate fugiunt, recolligite & adiuuate, recipite ut martyres læti, & gaudentes, quòd facti fuerint ſocii perſecutionis eorum, quos ſcitis beatos à Domino prædicari. Ait enim, (beati eſtis, cùm exprobrauerint

vobis,& perſecuti vos fuerint, & dixerint om-
Matth. 5. ne malum verbum aduerſus vos mentientes
» propter me: gaudete & exultate,quoniam mer
» ces veſtra copioſa eſt in cęlis. Sic enim perſe-
» cuti ſunt Prophetas, qui ante vos fuerunt.) &
Ioan. 15. rurſus,(ſi me perſecuti ſunt, & uos perſequen-
Matth. 10 tur.) & in eandem ſententiam: (Si vos perſe-
» quantur in vna ciuitate, fugite ad aliam, quia
» in mundo preſſuram habetis:tradent enim vos
Ioan. 16. in ſynagogas,& ad præſides,& ad Reges duce-
» mini propter me in teſtimonium ipſis; & qui
» perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.)
Matth. 10 Quem enim propter fidẽ Chriſti inſecuti ſunt
& idem teſtimonium de Chriſto dixit,& patiẽ
ter ſuſtinuit,hic eſt verè homo Dei.

Quòd horrendum,& mortiferum ſit, negare Chriſtum; & quòd imitandus ſit Chriſtus patiendo, & imitando patientiam eius.
Cap. 4.

QVi uerò ſe Chriſti eſſe negauerit, ut non
ſit hominibus odio, qui magis animam
ſuam,quàm Deum amarit,in cuius alioqui ma
nu eius reſpiratio eſt,hic miſerabilis, & miſer
eſt,utpote impurus,& deteſtandus: qui amicus
Matth. 25 quidem hominum eſſe uoluit, inimicus verò
Dei;qui non iam partem cum ſanctis tulerit,
ſed cum ſortitis maledictionem,qui pro regno
eorum,qui benedictionem tulerunt, expetiuit
ignem ſempiternum Diabolo, & Angelis eius
pręparatum,non iam hominibus inuiſus,ſed à
Matth. 10 Deo repulſus,& à facie eius proiectus. De hoc
» enim dixit Dominus: (Qui negauerit me co-
» ram hominibus,& erubuerit nomen meum,&
» ego negabo eum, & erubeſcam coram patre
Matt. 10. & 16. meo,qui in cœlis eſt.) & rurſus nobis diſcipu-
lis ſuis dixit,qui amat patrem,& matrem pluſ-
» quã me,non eſt me dignus; & qui non accipit
» crucem,& ſequitur me,non eſt me dignus:qui
» inuenit animam ſuam,perdet eam; & qui per-
» diderit animam ſuam propter me, inueniet
» eam.Quid enim prodeſt homini,ſi totum mũ-
» dum lucretur, animæ uerò ſuæ detrimentum
» patiatur? aut quam dabit homo commutatio-
» nem pro anima ſua?) & in eandem ſententiã;
» ne timeatis eos,qui occidunt corpus, animam
» uerò occidere non poſſunt;timete uerò potius
» eum,qui poteſt & animam, & corpus perdere
in gehennam.

Quòd oportet, vt fidelis non ſe proijciat in pericula propter infirmitatem ſuam, neque ſit meticuloſus propter molliciem, ſed fugiat propter metum Dei; & cùm inciderit in ea, decertet propter coronam reſeruatam. *Cap. 5.*

QVicunque igitur artem quampiam di-
ſcit, cùm uidet magiſtrum ſuum opere
& experientia artificium ſuum perficientem,
idem quoque ſtudet opus iniunctum ſimile

efficere;quod quidem ſi aſſequi non queat,nõ
eſt in eo perfectus. & nos ergo cùm magiſtrũ
habeamus Dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum,cur doctrinam eius non imitamur? quo-
niam ille à ſe repudiauit relaxationem, volu-
ptatem,gloriam,diuitias,ſuperbiam,copias au-
xiliares,matrem & fratres, immò etiam vitam
ſuam,idq; tũ propter pietatem erga Deum pa-
trem, tum propter charitatem erga homines;
perpeſſus non ſolùm perſecutionem & verbe-
ra,probra,& ludibria,ſed etiam cruci affigi,vt
Iudæos,& Gentiles ad pœnitentiam adductos
ſeruaret.Si igitur ipſe propter nos requiem &
omnia reſpuit,neq; in ſubeunda cruce erubuit
neque mori ingloriũ exiſtimauit;quare nos
paſſiones eius non imitamur,& eius cauſſa ip-
ſam etiam vitam noſtram, ipſo nobis toleran-
tiã præbente, nõ deſerimus?ille enim propter
nos,nos verò propter noſipſos: neque enim il
le nobis indiget, ſed nos miſericordia ipſius
indigemus. Tantummodo fidem noſtram re- Iob 35. & 6.
quirit ſynceram,& voluntariam;ut ait ſcriptu
ra,(ſi iuſtus es, quid dabis ei? aut quid ex ma- »
nu tua accipiet?Viro tui ſimili impietas tua, & »
filio hominis iuſtitia tua. »

Relinquamus ergo parentes,cognatos,ami- Matth. 6. & 26.
cos,vxorem,liberos,poſſeſſiones, & res omnes
vitæ huius, ſi quid horum nobis ad pietatem
obſtabit;deprecandum enim nobis eſt, ut non
ingrediamur in tentationem:Sin uerò ad mar-
tyrium accerſiti fuerimus,precandum,vt forti-
ter,& conſtanter honoratum nomen confitea-
mur. etſi hac de cauſſa puniamur, & crucie-
mur, lætemur tanquam ad immortalitatem
properantes.Neque nouum,& inauditum no-
bis uideatur,cùm nos inſequuntur:néue huius
ſæculi amore capiamur, neq; laudibus homi-
num,neque magiſtratuum gloria & honore,vt
quibuſdam Iudæis euenit, qui cùm opera Do-
mini admirarentur,non tamen in eum credi-
derunt metu principum Sacerdotum, ac reli-
quorum magiſtratuum;dilexerũt enim magis
gloriam hominum, quàm gloriam Dei. Cùm Ioan. 12.
verò bonam confeſſionem confitemur,non ſo
lùm noſipſi ſeruamus, ſed etiã recentes Chri-
ſtianos confirmamus; & catechumenos ut cre-
dant,facimus.Sin verò aliquid de confeſſione
remiſerimus, negata religione Dei ob animi
mollitiem,& metu breuiſſimi ſupplicij,non ſo
lùm nos æterna gloria priuamus,ſed aliorum
quoque interfectores erimus,& pœnas duplas
ſoluemus,quòd negatione noſtra ſuſpicionem
dederimus,eſſe doctrinam erroris veritatem,
quæ à nobis aliquando glorioſè prædicata fue
rit.Quocirca neq; prõpti ſimus ad obijciẽdũ
nos periculis,Dominus.n.dixit, (orate, ne in- Matt. 26.
tretis in tentationem;ſpiritus quidem prõptus »
eſt,caro autẽ infirma;)neq; rurſus, ſi incideri- »
mus,metu confeſſionẽ maculemus, ac dedeco-
remus:ſi enim qui ſpem ſuam negauit,quæ eſt
Ieſus filius Dei, à breui morte liberetur, cras
verò in lecto in morbũ acutiſſimum incidat vẽ
tris,aut ſtomachi,aut capitis,vel in aliquod mor-

bum inſanabile, vtrabi, vel cancri, vel apoſte-
matis, vel inteſtini ſenuieris, vel aquæ intercu-
tis, vel colicum, & celeriter extremum actum
peragat, & ex vita migret, nónne huius vitæ
bona amiſerit, & ex illis cœleſtibus deciderit?
immò verò æternum ſupplicium ſubierit pro-
Matth. 8. 13. 22. 24. 25. fectus ad tenebras exteriores, vbi gemitus, &
ſtridor dentium. At verò qui martyrio habi-
Luc. 13. tus eſt dignus, is lætitiam in Domino perci-
piat, quòd tantam coronam adeptus ſit, &
quòd propter confeſſionem ex hac vita migrat;
etſi catechumenus ſit, recedat ad Deum lætus;
cruciatus enim, quo eſt propter Deū affectus,
erit ei verior baptiſmus, quòd is quidem expe-
rientia ipſa mortis commoritur Chriſto, cæte-
ri verò myſtica repræſentatione. lætetur er-
go, quòd magiſtrum imitatur, ſiquidē iuſtum
Luc. 6. eſt, vt ſit vnuſquiſque perfectus, ſicut magiſter
ſuus, at magiſter propter nos verberatus eſt, bla-
ſphemias, & probra, magna tolerantia pertu-
Ioan. 19. lit, ſputis aſperſus eſt, colaphis & alapis cæſus,
& poſt verbera cruci affixus, aceto & felle po-
tatus, & conſummatis omnibus quæ ſcripta
Luc. 23. erant, dixit Deo & patri, (in manus tuas com-
mendo ſpiritum meum.) Quamobrem qui o-
ptat eſſe illius diſcipulus, æmuletur illius cer-
tamina, imitetur illius patientiam, vt qui ſciat,
etſi igne ab hominibus torreatur, nihil ſe ta-
Dan. 3. men incommodi paſſurum, ſicut illi tres pue-
ri; aut ſi quid patiatur, mercedem, & immorta-
lem requiem à Deo accepturū, cui credit vni,
& ſoli vero Deo, & patri per Chriſtum magnū
pontificem, & redemptorem animarum, & cer-
taminum remuneratorem, cui gloria in ſæcu-
la, Amen.

*De reſurrectione variæ demonſtrationes, & de Si-
bylla, & quid Stoici de Phœnice aue.*

Cap. 6.

Ipſe enim nos excitabit à mortuis Deus om-
nipotens per Dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum, filium ſuum ſecundùm promiſſio-
nem ſuam certiſſimam: excitabit, inquam, nos
cum cæteris omnibus, quicunque à primor-
dio ſæculi mortui ſunt, tales, quales modò ſu-
mus, & in hac ipſa forma, qua nunc conſiſti-
mus, ita vt nihil mutilum aut mancum habea-
mus, aut corruptū; ſiquidē incorrupti, & inte-
gri reſurgemus. Siue enim in mari interieri-
mus, ſiue per terram diſperſi ac diiecti, ſiue à
beſtijs, vel auibus diſcerpti fuerimus, excitabit
nos ſua potentia, quia vniuerſum manu Dei
continetur; capillus, inquit, de capite veſtro nō
Luc. 21. peribit. Quare his verbis nos admonet, in pa-
Ibidem. tientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. De
reſurrectione verò mortuorum, & de præmio,
Dan. 12. ac remuneratione martyrum ait Gabriel Da-
nieli, (& multi defunctorum ex terræ tumulo
reſurgent, partim quidem ad vitam æternam,
partim verò ad probrum & dedecus immor-
tale; & qui intellexerūt, ſplendebunt ſicut Sol,
& ſicut firmamentum, & Stellæ.) Sanctus igi-
tur Gabriel ſanctos prædixit futuros eſſe ſplen
didos inſtar aſtrorū, illos enim teſtatus eſt ve-

ritatem intellexiſſe, facti namque ipſius Dei no-
men. Neque verò martyribus ſolùm reſurre-
ctionem promiſit, ſed omnibus hominibus
tum iuſtis, tum iniuſtis, pijs, & impijs, vt quiſ-
Eccl. 12. que pro meritis ſuis ſoluat: (Adducet enim,
inquit, Deus omne factum in iudiciū in omni
neglecto, ſiue bonum ſit, ſiue malum.) Hanc
verò reſurrectionem cùm Iudæi non crederent,
aiebant olim, oſſa noſtra aruerunt, periit ſpes
Ezech. 37. noſtra. Quibus Deus cùm reſponderet; ecce e-
go, inquit, aperio ſepulchra veſtra, & educo vos
ex eis, & dabo ſpiritum meum in vobis, & vi-
uetis, & cognoſcetis, quod ego loquutus ſum. Et
Eſa. 26. ſic autem per Eſaiam ait, (reſurgent mortui, &
exaltabuntur qui ſunt in monumentis, & lætā-
buntur qui in terra iacent in ſilentio; quoniā
ros tuus illis eſt ſanatio.) Multa itaque alia de
reſurrectione dicta ſunt, & de iuſtorū immor
talitate gloriæ plena, ac rurſus de impiorum
ſupplicio ruina, auerſione, damnatione, dede-
core, igne ſempiterno, & verme immortali.
Eſa. 66. Quòd ſi voluiſſet eſſe omnes homines immor
tales, facere quidē potuiſſet. Demonſtrauit hoc
Mar. 9. Gen. 5. in Enoch & Elia, quos noluit mortē experiri.
Quòd potuiſſet item, ſi voluiſſet, mortuos exci-
4. Reg. 2. tare ſæculis ſuis, non per ſe, ſed per alios no-
bis patefecit, cùm filium viduæ per Eliam re-
4. Reg. 4. uocauit ad vitam, & filium Sunamitidis per
Eliſeum. Credimus non à morte malle non mer-
cedem ſupplicij; ſiquidem & ſancti mortem
ſubierunt, immo & ipſe ſanctorum Dominus
Chriſtus vita fidelium, & reſurrectio mortuo-
rum. Idcirco igitur quaſi in ciuitate aliqua ma-
gna, verſantibus poſt vnuſque certamē interie-
tum corporis ad breue tempus infert, vt poſtea
à morte excitatos, aut damnatos pronunciet,
aut corona donet. Qui enim corpus Adæ ex
terra fabricatus eſt, idē & Adæ corpus, & cæte-
rorū poſt diſſolutionē reſurgere faciet; quod
hoc naturæ hominū rationis participi debeat,
viuere, ſcilicet ſempiternū. Qui igitur mortē in-
fert, idē eſt reſurrectionis auctor; & qui dixit,
Gen. 2. accepit Deus puluerē ex terra, & formauit ho-
minem, & inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vi-
tæ, & factus eſt homo in animā viuentē; item
Gen. 3. qui poſt neglectā obedientiā ſubiunxit, Terra es,
& in terrā ibis, idē etiā in poſterū promiſit no-
Ioan. 5. bis reditū ad vitā, (Audient n. inquit, oēs qui
in monumentis ſunt vocem filij Dei, & qui au-
dierint, viuent.) Credimus præterea reſurrectio-
Ioan. 11. nem futurā uel ex ipſa reſurrectione Domini;
ipſe.n. eſt, qui & Lazarū iā quarto die mortuū
ſuſcitauit, & filiū Iairi, ac filiū uiduæ. Et qui ſe-
ipſe iuſſu patris poſt triduū excitauit, q̃ eſt ar-
rhabo reſurrectionis noſtræ, ego.n. inquit, ſū
Ion. 2. reſurrectio & vita: qui Ionā ex uentre ceti poſt
tres dies viuū nullo incōmodo læſū, extraxit;
item pueros illos tres ex fornace Babylonis, &
Dan. 3. 6. 14. Danielem ex ore leonis, nō indigebit viribus
ad ſuſcitandū nos. Quòd ſi hoc gentibus lu-
dibrio eſt, qui ſcripturis noſtris non credunt,
faciat, is ſaltem eorum propheteſſa Sibylla, quæ
cum illis loquitur, ut ſuis ipſius verbis:

At

At poſtquam in cinerem fuerint mortalia verſa,
Extinctusq́; Deo fuerit, quem incenderit, ignis,
Oſſa hominũ, cineremq́; Deus reparabit, & orbẽ;
Conſtituetq́; homines iterum, velut antè fuerunt;
Ac tunc iudicium, quo cernet cuncta, futurũ eſt.
Terra teget quoſcũque malus damnauerit error;
Qui bene vixerunt, hi viuent rurſus in orbe;
Spiritus his, & vita Deo donabitur, vnà &
Gratia; & aſpicient ſeſe, cernentq́; viciſſim.

Itaque hoc vates reſurrectionem cõfitetur,
& renaſci non negat, diſcernit autem pios ab
impijs; temerè igitur non credunt noſtra. At-
qui aiunt, ſpecialem etiam reſurrectionem
ſe demonſtrare, qui alioqui ſuæ narrationi
non credunt.

Narrant enim auem quandam eſſe vnige-
nam, quæ reſurrectionem affatim demõſtret;
hanc dicunt non maritari, & vnicè, atque ſo-
litariè gigni; Phœnicem vocant: qui etiá nar-
rant, quingenteſimo quoquo anno in Ægyptũ
ad aram ſolis, quam vocant, cum multo cin-
namomo, & caſia, ac xylobalſamo volare, &
ſtantem ad Orientem Solem, vt aiunt, preca-
ri, & ſponte incendi, atque in cinerem redi-
gi: ex cinere autem vermem renaſci, atque ex
eo tepefacto formari nouam Phœnicem, &
cùm facta eſt volucris, ferri in Arabiam, quæ
eſt vltra tractum Ægypti. Si ergo, vt ipſi aiunt,
in aue rationis experte reſurrectio apparet,
quid noſtra inaniter calumniatur? cùm confi-
temur, qui potuit, quod non erat, efficere vt
eſſet, poſſe eundem poſt diſſolutionem ſuſci-
tare. Quia enim compertum & exploratum
hoc habemus, idcircò & verbera, & mortes,
& perſecutiones ſuſtinemus: ſiquidem fruſtra
iſta ſufferremus, niſi hæc nobis conſtarent,
quorum præcones eſſe profitemur. Vt igitur
Gen. 1. Moyſi credimus, cùm ait, (In principio crea-
uit Deus cœlum, & terram,) ac ſcimus quidẽ
non fuiſſe illi opus materia, ſed ſola voluntate
effeciſſe, quæ Chriſtus iuſſus eſt facere, cœlum
dico, terram, mare, lumen, noctem, diem, ſtel-
las, aſtra, volucres, piſces, quadrupedes, ſer-
pentes, arbores, herbas; ad eundem quoque
modum cunctos ſola voluntate ſuſcitabit nul-
lo adiutore indigens: ad eandem enim pote-
ſtatem pertinet mũdi effectio, & mortuorum
ſuſcitatio. Ac tunc quidem hominem, cùm
non eſſet, effecit ex diuerſis; cui animam ex
nihilo factam indidit, nũc verò diſſoluta cor-
pora ijs ipſis animis reddet; excitatio enim
eorum eſt, quæ ceciderunt, & iacent; non au-
tem eorum, quæ non ſunt, itaque qui prima
corpora ex nihilo effecit, & ex ipſis corpori-
bus varia fabricatus eſt, idem mortuos reuiui-
ſcere faciet eos excitando; Qui enim ex mo-
dico ſemine genitali hominẽ in vtero format,
& animam quæ antè non erat, in eo creat, ſicut
Hier. 1. ipſe ait Hieremiæ, (antequam te formarem in
Zacch. 12. vtero, noui te;) & aliàs, (ego Dominus firmãs
cœlum, & fundans terrã, & fingens ſpiritum
hominis in ipſo,) idem vniuerſos homines à
mortuis excitabit: quippe qui ſint effecta eius,
ſicut diuina ſcriptura teſtatur, cùm ait Deus
filio ſuo, (faciamus hominem ad imaginem, Gen. 1.
& ſimilitudinem noſtram; & fecit Deus ho-
minem, ad imaginem Dei fecit eum, maſcu-
lum & fœminam fecit eos.) & diuinus ille at-
que inſigni tolerantia Iob, de quo ait ſcriptu-
ra, ſcriptum eſſe, ipſum rurſus ſuſcitandum
eſſe cum ijs, cum quibus Dominus reſurgit,
ſic Deo loquitur: (An non ſicut lac me mulſi- Iob 10.
ſti, & coëgiſti tanquam caſeum à pellem, &
carnem induxiſti mihi, oſſibus & neruis com-
pegiſti me, vitam & miſericordiam poſuiſti
apud me. Viſitatio autem tua cuſtodiuit ſpiri-
tum meum.) Cùm hæc in me habeam, ſcio te
omnia poſſe, nihilque eſſe, quod à te fieri non
poſſit. Quocirca noſter quoque Saluator, &
magiſter Ieſus Chriſtus ait, (quod impoſſibi- Matt. 19.
le eſt apud homines, poſſibile eſt apud Deum.)
Dauid verò inquit, (manus tuæ fecerunt me,
& plaſmauerunt me, tu cognouiſti formatio-
nem noſtram.) & deinceps. (Tu formaſti me, Pſal. 102. & 138.
& poſuiſti ſuper me manum tuam, admirabi-
lis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt,
& non potero ad eá.) & rurſus, (imperfectum
meum viderunt oculi tui, & in libro tuo om-
nes ſcribentur.) Immò Eſaias quoque ait de- Iſa. 64.
precans eum, (nos lutum, & tu formator no-
ſter.) Si igitur homo eſt à Deo per Chriſtum
effectus, profectò poſt mortem quoque per
eum reſurget, aut pro rectè factis coronãdus,
aut pro delictis puniendus. Si enim iuſtitia iu-
dicat vt legiſlator, ſicut Deus impios pœnis af-
ficit, ſic rurſus fideles benignè ſeruat, ſanctoſ-
que, qui propter eum cæſi ſunt & iugulati,
partim quidem tanquam aſtra claros, partim
verò tanquam luminaria ſplendidos efficiet,
vt Gabriel Danieli aiebat. Itaque fideles, qui Dan. 12.
ſumus omnes diſcipuli Chriſti, promiſſis e-
iuſdem fidem habemus; non enim, inquit,
mentitur qui promiſit, ait namque Propheta, Pſal. 144.
(fidelis Deus in omnibus verbis ſuis, & ſan-
ctus in omnibus operibus ſuis.) Qui enim
corpus ſibi fabricauit ex Virgine, idem eſt &
cæterorum hominum auctor, & qui ſe à mor-
tuis ſuſcitauit, idem mortuos omnes ſuſcita-
bit. Qui facit vt frumentum ex vno grano co-
pioſè è terra fuſum, & arbor exciſa renaſcatur
in ſurculum, & fecit vt virga Aaron iam ſicca Num. 17.
reuireſceret, hic nos ſuſcitabit in gloria. Qui Luc. 5. Mar. 3.
Paralytico ſalutem & incolumitatẽ reſtituit, Io. 9. & 6.
& eum, cuius manus exſiccata erat, ſanauit, &
qui nato cæco oculos ex terra, ac ſaliua reddi-
dit, idem nobis quoque vitam reſtituet, Qui
panibus quinque, & duobus piſcibus quinq;
milia ſatiauit, & fecit vt duodecim cophini ſu-
perarent, & qui aquam in vinum vertit, & ex
ore piſcis ſtaterẽ per me Petrum miſit ijs qui Ioan 2.
cenſum exigebant, hic idem mortuos quoque Matt. 17.
excitabit. Hæc enim nos de eo teſtificamur,
Prophetæ verò alia, nos, inquam, qui cum eo
comedimus, & bibimus, & ſpectatores fui-
mus mirabilium eius, & vitæ, & conuerſatio-
nis, & ſermonum, & paſſionum, & mortis, ac

reſurrectionis ex mortuis; & qui cum eo quadraginta diebus poſt reditũ ad vitã verſati ſumus, quiq; mandatum ab eo accepimus, vt Euangeliũ per vniuerſum mundũ prædicaremus, doceremusque omnes gentes, ac baptizaremus in mortem eius in auctoritate Dei, qui pater eius eſt, & in teſtimonio Spiritus ſancti, qui eſt paracletus. Hæc omnia docemus vos, quæ poſtquàm conſtituit, ac ſanxit, in conſpectu noſtro, in cœlum aſſumptus eſt ad eum qui ipſum miſerat, quæ ſi credideritis, beati eritis; ſin autem non credideritis, nos innocentes reperiemur, & mundi à veſtra infidelitate.

(Act. 1. Matt. 28. Mar. 16. Act. 2.)

De Iacobo fratre Domini, & Stephano Protomartyre. Cap. 7.

DE martyribus verò præcipimus vobis, vt in omni honore ſint apud vos, vt apud nos fuerunt Iacobus Epiſcopus, & condiacobus noſter Stephanus, hos enim & Deus beatos fecit, & viri ſancti honorarunt, & fuerunt puri omnis delicti, & neque ad peccatum flecti, neque à virtute detorqueri potuerunt, quorum nõ ſunt dubiæ laudes, de quibus Dauid aiebat, (pretioſa in cõſpectu Domini mors ſanctorum eius;) & Salomon, (memoria, inquit, iuſtorũ cum laudibus:) de quibus propheta, (viri,) inquit, (iuſti tolluntur.)

(Act. 12. & 7. Pſal. 115. Prou. 10. Iſa. 57.)

De falſis martyribus. Cap. 8.

ATque hæc quidem dicta ſunt de veris Chriſti martyribus, non autem de falſis ac fictis, de quibus ait ſcriptura, (nomen autem impiorum extinguitur, teſtis enim fidelis non mentitur; incendit autem mendacia teſtis iniuſtus.) Qui enim in martyrio non fallaciter pro veritate exceſſit è vita, hic eſt verus teſtis, ac auctoritate dignus, in quibus ſanguine ſuo pro verbo pietatis decertauit.

(Prou. 10. Prou. 14.)

Moralis admonitio, quòd oporteat fugere vanos & turpes ſermones, facetias, ebrietatem, laſciuiam, mollitiem. Cap. 9.

MOnemus autem vos fratres, & conſerui, vt fugiatis ſermonum vanitatem, & turpitudinem, facetias, ebrietates, laſciuias, fractos, & effeminatos motus, intemperatas ſaltationes cum dictis ſcurrilibus: ſiquidem neque in Dominicis diebus, qui ſunt dies lętitiarum, permittimus vobis quicquã inhoneſtum aut loqui aut agere; ait enim in quodam loco ſcriptura, (ſeruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.) Oportet igitur, vt exultationes veſtræ cũ metu, & tremore cõiunctæ ſint; Chriſtianus enim idemq; fidelis neque ethnicam cantilenam, neque meretriciũ canticum eloqui debet, alioqui continget ei, vt in cãtilena diabolica nomina idolorũ memoret, & pro Spiritu ſancto in eum ſubeat dæmon.

(Pſal. 2.)

Admonitio de fugiendo ſcelere execrabili idololatriæ. Cap. 10.

INterdictum verò eſt iurare per ea, & eorum execrabilia nomina ore proferre, aut ea venerari, aut quaſi Deos metuere; neque enim ſunt Dij, ſed vel Dæmones, vel opera per ludibrium facta. Ait enim Deus per Hieremiam de Iſraëlitis: (Dereliquerunt me, & iurauerunt per eos qui non erant Dij.) & in eandem ſententiam: (Auferam nomina idolorum ex ore eorum.) & aliàs, (ipſi me prouocauerunt in non Dijs, & irritauerunt in idolis eorum,) ſunt autem hæc in omnibus ſcripturis à Domino Deo vetita.

(Hier. 5. Zach. 13. Deut. 32.)

Quòd non liceat cantilenam ethnicam, aut meretriciam canere, aut per idolum iurare, impium enim eſſet hoc, & cognitioni Dei inimicum. Cap. 11.

NEque verò de idolis tantùm interdictum eſt, ſed etiam de luminaribus ſtatuentes, monent, nequis per ea iuret nec ea colat; ait enim, (ne ſi videris Solem, & Lunam, & Stellas, venerationem eis per errorem adhibeas.) & alio loco, (ſecundùm vias gentium ne diſcatis, & à ſignis cœli ne metuatis: Aſtra enim & luminaria facta ſunt, vt luceant hominibus, non autem vt colantur; tametſi Iſraëlitæ prauitate morum pro creatore creaturam coluerunt, in quo auctorem rerum contumelia affecerunt, res verò ipſas pluſquàm debebant, admirati ſunt, nunc facientes vitulum, vt in eremo; nunc colentes Beelphegor, nunc Baal, & Thammus, & Aſtartem Sydoniam: & rurſus Moloch, & Chamos; aliquãdo ſolem, vt apud Ezechielem ſcriptum eſt; tum animantes ratione carentes, vt apud Ægyptios Apim, & hircum Mendeſium, & Deos argenteos, atque aureos, vt in Iudæa. propter hæc omnia minabatur Dominus, cùm per Prophetam aiebat: (Nunquid parum eſt hoc domui Iuda, facere execrabilia hæc, quæ fecerunt quia impleuerunt terram ſcelere, vt me irritarent? Ecce ipſi ſunt tanquam ſubſannantes: & ego faciã cum furore, non parcet oculus meus, neque ego miſerebor, cùm clamauerunt in auribus meis voce magna; & non exaudiam eos.) Videte chari fratres, quàm multa dicat Dominus aduerſus idolorum, & Solis, & Lunæ cultores: Quocirca oportet, vt homo Dei tanquã Chriſtianus neque per Solem iuret, neque per Lunam, neque per aſtra, neque per cœlum, neque per terram, neque per vllum elementum, ſiue magnum, ſiue paruum. Etenim ſi magiſter noſter pręcepit, vt neque per verum Deum iuraremus, vt ſermo noſter firmior credibiliorque ipſo iureiurando haberetur, neq; per cœlum ipſum, quia id genus iurandi ad impietatem Gentilium pertineat, neque per Hieruſalem, aut ſancta Dei, aut altare, aut donum, aut

(Deut. 4. Hier. 10. Exod. 32. Num. 25. 3. Reg. 11. Ezech. 9. Matth. 5.)

templi

templi inaurationem, aut per ſuũ caput, quòd
ſit hæc Iudæorum corrupta cõſuetudo, & id-
circò interdicta: præcipit autem fidelibus, vt
Math. 5. dicant, eſt eſt, non non, vt quod amplius his
eſt, à malo eſſe dicat; quanto magis rei ſunt,
qui iurant per mentita, & falſi nominis, tan-
quàm iuriſiurandi religionem contineant, &
qui ea, quæ cogitatione ficta ſunt, pro veris
honore & gloria afficiunt, quos tradidit Deus
propter improbitatẽ flagitioſam in prauum
Rom. 1. conſilium faciendi quæ non oportet.

Catalogus dierum Domini feſtorum, quos obſeruare oportet: & quando ſint celebrandi: & de Quadrageſima. Cap. 12.

DIES feſtos agitate fratres, ac primùm quidem diẽ Natalis, qui vigeſimoquinto die menſis noni celebretur. Poſt hũc dies Epiphaniæ in maximo honore ſit, in quo Dominus diuinitatem ſuam nobis patefecit; is verò dies ſit ſextus menſis decimi: poſt quos dies ſeruãdum vobis eſt ieiunium Quadrageſimæ, quod vitæ Chriſti, & legis latę recordationem continet. Celebretur verò ieiunium hoc ante ieiunium Paſchæ, incipiens quidem à ſecunda feria, deſinens verò in ſextam. Deinde dimiſſo ieiunio, incipite ſanctam hebdomadam Paſchæ, ieiunateque omnes cum timore & tremore, facientes per eos dies precationem pro pereuntibus.

De paſſione Domini, & quid in ſingulis diebus actum eſt in paſſione, & de Iuda, & quòd non interfuit, cùm Dominus dedit diſcipulis myſteria. Cap. 13.

COEPERVNT enim conſultare contra Dominum feria ſecunda menſe primo, qui appellatur Xanthicos, & tertia feria durauit conſultatio, quarta verò decreuerunt cruce eum occidere.

Ioan. 12. AC Iudas qui hoc intellexerat diu quidem
antè deprauatus, ſed tunc à Diabolo auaritia
ictus, quamuis iamdiu cura crumenæ com-
miſſa ei erat, & quæ pauperum erant, furaba-
tur, non eſt à Domino eiectus ob nimiam eius
patientiam. quin potiùs nobis vnà cum eo ac-
cubantibus, cùm vellet eum corrigere, ac nos
de ſua illius præcognitione erudire, dixit.
Matt. 26. (Amen dico vobis, vnus ex vobis tradet me.)
Ioan. 13. & cùm ſinguli diceremus; nunquid ego? ſile-
retque Dominus, ſurrexi ego vnus ex duode-
cim, quem ille magis amabat, & recumbens
in ſinum eius, rogabam ſuppliciter, vt diceret
quis nam eſſet qui eum proditurus erat: & ne
ſic quidem bonus Dominus illius nomen di-
xit; Domino tamen ſigna proditoris dedit, al-
Matt. 26. terum quidem cùm dixit, (Qui intingit mecũ
manum in catino.) alterum verò, cùm dixit,
(cui ego intinctũ panẽ dedero.) immò quam-
uis ipſe ille Iudas diceret, nunquid ego ſum
Rabbi? non reſpondit Dominus, etiam; ſed
illud, Tu dixiſti: & cùm vellet metum illi in
ea re afferre, (væ,) inquit, (homini illi, per
quem filius hominis traditur:) bonum illi eſ-
ſet, ſi natus non fuiſſet. His auditis digreſſus
inde, dixit ſacerdotibus, Quid vultis mihi da-
re, & ego eum vobis tradam? illi autem ſtatue-
runt illi triginta argenteos, & impleta eſt ſcri-
ptura, quæ dicit, (& acceperunt argẽteos pre- Zach. 11.
tium appretiati, quem appretiauerunt à filijs
Iſraël, & dederunt eos in domum figuli.) Ac Matt. 27.
quinta feria cùm comediſſemus apud eũ Pa- Ioan. 16.
ſcha, & ille manum intinxiſſet in catino, & Matth. 26
panem accepiſſet, egreſſuſque eſſet nocte, di- Mar. 14.
xit nobis Dominus, (venit hora, vt diſperga-
mini, & me ſolum relinquatis.) & cùm vnuſ-
quiſque eorum aſſeueraret, ſe non eſſe relictu-
rum, cumque ego Petrus cum eo etiam me eſ-
ſe moriturum promitterem, dixit; (Amen di-
co tibi priuſquam gallus cantet, ter negabis
noſſe me.)

CVM autem tradidiſſet nobis antypa my- Luc. 22.
ſteria pretioſi corporis, & ſanguinis ſui abſen- Ioan. 18.
te Iuda, egreſſus eſt in montem Oliueti propè Matt. 26.
torrentem Cedron, vbi erat hortus: eramus Mar. 14.
autem nos cum eo, & diximus hymnum, vt
erat conſuetudo; ille verò à nobis remotus,
prolixè precabatur his verbis: (Pater transfer
à me calicem, verumtamen non mea voluntas
fiat, ſed tua.) & hoc cùm feciſſet tertiò, noſq;
præ triſtitia in ſomnum decidiſſemus, venit
ad nos, & ait: (Appropinquauit hora, & filius
hominis traditur in manus peccatorũ; & ecce
Iudas,) ac cum ipſo turba multa impiorum,
datque eis ſignum proditionis deoſculationẽ
fraudulẽtam. illi verò accepto ſigno compre-
henderunt Dominum, & duxerunt vinctum
ad ædes Caiphæ ſummi ſacerdotis, vbi non
quidem populus coierat, ſed turba, vbi non e-
rat ſacrum Concilium, ſed cœtus ſceleratorũ,
& ſenatus impiorum. Ita verò multis contu-
melijs eum affecerunt, vt nullum genus con-
tumeliæ prætermitterent, non ſputa, nõ dicta
amarulenta, non verbera, non pugnos, non
conuicia; tentabant; diuinationes loco pro-
phetiæ requirebant, appellabant ſimulatorẽ,
blaſphemum, Moyſis præuaricatorem, euer-
ſorem templi, ſacrificiorum abrogatorẽ, ho-
ſtem Romanorum, aduerſarium Cæſaris. &
cùm ad hũc modum vſque ad poſteri diei pri-
mum diluculum in eũ debacchati eſſent, tauri
illi & canes ducunt eum ad Annam Caiphæ
ſocerum, ibi cùm eiſdem modis illum accepiſ-
ſent, eſſetque ſexta feria, tradiderunt præſidi
Romanorum Pilato, multis & grauibus cri-
minibus illatis; ex quibus nullum demonſtra-
re poterant: Quæ cùm Pilatus moleſtè ferret,
dixit, ſe nullam in eo culpam reperire. Duobus
verò falſis teſtibus inductis, voluerunt calum-
niari Dominum, ſed cùm diſcreparent inter
ſe, cauſſam referunt ad crimen maieſtatis im-
minutæ, aiebant enim dixiſſe ſe Regem eſſe, &
prohibuiſſe pendere tributa Cæſari; erantque
ijdem accuſatores & iudices, & licentiæ ferẽdi
ſenten-

ſententiam vſurpatores, aientes, crucifige, crucifige eum, vt impleretur quod ſcriptum
Pſal. 26. erat in prophetis, (congregati ſunt ſuper me
Pſal. 21. teſtes, & mentita eſt ioiquitas ſibi;) & rur-
Hier. 12. ſus, (circumdederuot me canes multi, & ſynagoga malignantium circumdedit me;) & aliàs, (facta eſt hæreditas mea mihi, tanquam Leo in ſylua, dedit ſuper me vocem ſuam.) igitur Pilatus cùm poteſtatem ſuam timiditate dedecoraſſet, ſeipſe redarguit, & de malitia conuicit, qui maluit blandiri vulgo, quàm ius ſeruare; & cùm illi teſtimonium innocentiæ præbuiſſet, tanquam nocentem tamen, & capitis reum ſupplicio crucis addixit, tametſi leges Romanorum, ne quis niſi conuictus necaretur, vetabant. Carnifices verò cùm prehendiſſent Dominum gloriæ, ligno crucis hora quidem ſexta affixerunt, hora verò tertia ſententiam contra eum pronunciatam acceperunt, Dederunt deinde acetum cum felle ad bibendum, tum veſtium facta ſortitio, poſtea duos maleficos cum eo vtrinque in crucem egerunt, vt impleretur, quod ſcriptum
Pſal. 68. eſt, (dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti
Pſal. 21. mea potauerunt me aceto.) & rurſus; (diui-
Eſa. 53. ſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtitum
Mat. 15. meum miſerunt ſortes.) & aliàs, (cum ini-
Luc. 22. quis deputatus ſum.) Poſtea fuerunt tenebræ
Zach. 14. à ſexta vſque ad nonam, & rurſus lux veſpere,
Luc. 23. ſicut ſcriptum eſt, (non dies, & non nox, & ad veſperam erit lux.) Quæ omnia cùm ſpectaſſent ſceleſti illi, qui cum eo erant in crucem acti, alter quidem eorum conuiciabatur, quaſi propter infirmitaté noo poſſet ſibi ſubſidio eſſe; alter verò illius ignorantiam reprehendebat, & ad Dominum conuerſus, vtpotè ab eo illuminatus; & cognito, quis eſſet, qui pateretur, orabat, vt ſui poſtea in regno meminiſſet: Dominus autem donata ſtatim obliuione præteritorum, introduxit eum in Paradiſum, vbi ei myſticis bonis fruendum eſſet. Qui circa horam nonam emiſſo clamo-
Matt. 27. re, dixit patri, (Deus meus, Deus meus, vt
Luc. 23. quid me dereliquiſti?) & paulò poſt: Cùm clamaſſet magna voce, (Pater remitte illis, non enim ſciunt quid faciunt;) & cùm ſubiunxiſſet, (in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum,) emiſit ſpiritum, & ſepultus eſt ante occaſum Solis in ſepulchro nouo; illuceſcente verò vna ſabbatorum, excitatus à mortuis perduxit ad effectum quæ ante mor-
Mar. 12. tem ſuam nobis prædixerat, cùm aiebat, oportere filium hominis eſſe tribus diebus, & totidem noctibus in corde terræ. ac poſtquàm ſuſcitatus fuiſſet à mortuis, primùm quidem
Mar. 16. apparuit Mariæ Magdalenæ, & Mariæ Iaco-
Luc. 24. bi, deinde Cleophæ in via, & poſtea nobis diſcipulis ſuis fugientibus quidem propter metum Iudæorum, clam verò curioſè de eo indagantibus. hæc autem in euangelio ſcripta ſunt.

De magna hebdomada, & quare quarta, & ſexta feria iubent ieiunare. Cap. 14.

ITAQVE præcepit nobis ieiunare his ſex diebus, propter impietatem & ſcelus Iudæorum, hortatus ad deflendum & lamentandum interitum eorum, ſiquidem & ipſe illacrymatus eſt illis, quòd ignoraſſent tem-
pus viſitationis. Quarta verò feria, & ſexta Luc. 19.
iuſſit nobis ieiunare, illa quidem propter proditiooem, hac verò propter paſſionem; ieiunium verò ſoluere præcepit ſeptima die poſt gallicantum, ipſo autem ſabbato ieiunare, non quidem quòd ieiunandum ſit ſabbato, quod eſt requies Domini à mundi opificio, ſed quia illo tantùm ieiunandum eſt, quo ipſe auctor mundi adhuc erat ſub terra. in ipſo enim die ſuo feſto Dominum comprehenderunt, vt perduceretur ad exitum, quod ſcri-
ptum eſt, (poſuerunt ſigna ſua ſigna, & in me- Pſal. 73.
dio ſolennitatis ſuæ non cognouerunt.) Oportet igitur nos lugere eos, quòd cùm veniſſet Dominus, non crediderunt ei, ſed potius doctrinam eius reiecerunt; ſeque indignos ſalu-
te, & conſeruatione iudicarunt. Vos igitur Oſe. 2.
beati, qui aliquando non populus, nunc au- Rom. 9.
tem gens ſancta liberati ab errore idolorum, ignorantia, & impietate, qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem cóſecuti propter obedientiam cordis veſtri: vobis enim qui eſtis ex gentibus, aperta eſt ianua vitæ, qui aliquando non amati, nunc autem dilecti, po-
pulus in acquiſitionem Dei poſitus, vt enar- 1. Pet. 2.
retis virtutes eius, de quibus Dominus dixit, (inuentus ſum ab ijs, qui me non quærebant, apparui ijs qui me non interrogabant; dixi, ecce adſum genti quæ nomen meum non ap-
pellauit.) Cùm enim nó quæſiſſetis eum, tunc Eſa. 65.
ab eo inquiſiti eſtis; & credentes in eum obediſtis vocationi eius, inſanú multorum Deorum cultum relinquentes, & ad vnum verum principé, Deum præpotentem per Chriſtum confugientes, facti plenitudo numeri eorum
qui ſalui fiunt, Millia millium, & decies Dan. 7.
millia centena millium; vt ſcriptum eſt in Da- Pſal. 90. &
uid, (cadent à latere tuo millia, & decem mil- 67.
lia à dextris tuis:) & rurſus, (currus Dei de-
cem millibus multiplex millia lætantium:) Eſa. 65.
Iſraëli verò infideli dicit, (tota die extendi manus meas populo non obedienti, & contradicenti, ambulantibus in via non bona, immò populo ſectanti peccata, & me corá irritanti.)

Enumeratio prædictionum Propheticarum de Chriſto, quas cum Iudæi exitum alioqui perductas vidiſſent, tamen propter malum animum non crediderunt eſſe Chriſtum Dei; atque ita Dominum gloriæ ad crucem damnarunt. Cap. 15.

VIDETE quemadmodùm populus irri- Pſal. 106.
tauit Dominum non credendo ei, idcircò ait, irritauerunt Spiritum ſanctum, & conuerſus

uerſus eſt eis in inimicitiam.cæcitate enim aſfecti ſunt propter malum animum ſuum; qui cùm Ieſum viderent, nó crediderunt eſſe eum Chriſtum Dei ex ipſo natum ante omnia ſæcula, vnigenitum filiū, verbum Deum, quem propter infidelitatem neque ex factis eius,neque ex prophetis de eo ſcriptis agnouerunt: Quòd enim ex Virgine generandus eſſet, ſe-
Eſa.7. ,, gebant illud, (ecce Virgo in vtero accipiet,&
,, pariet filium, & vocabunt nomen eius Ema-
Eſa.9. ,, nuel. Quoniam puer natus eſt nobis, & filius
,, datus eſt nobis, cuius principatus ſuper hu-
,, merum eius, & vocatur nomen eius magni
,, conſilij Angelus,admirabilis cóſiliarius,Deus
,, fortis, habens poteſtatem, princeps pacis, pa-
,, ter futuri ſæculi:) Quòd verò futurum erat, vt propter nimiam malitiam non parerent ei,
Eſa.53. ait,Domine, (quis credidit auditui noſtro? &
& 6. brachium Domini cui reuelatum eſt?) & in
,, eandem ſententiam: (Auditu audietis, & non
,, intelligetis; videntes videbitis, & non ſcietis:
,, incraſſatū eſt cor populi huius,) quamobrem
Act.28. priuati ſunt cognitione,quia cùm aſpexiſſent,
Gal.4. ,, deſpexerunt, & cùm audiſſent, non obedierunt: Vobis verò ex gentibus oriundis datum eſt regnum; quoniam cùm non cognoſceretis Deum, per fidem prædicationis cognouiſtis, immò verò cogniti eſtis ab eo per Ieſum Saluatorem, & redemptorem eorum qui in eo ſpem ſuam collocant: Traducti enim à vana conſuetudine vitæ ſuperioris, & ſpretis idolis inanimis, ipſiſque Dæmonibus, qui in tenebris ſunt, abiectis, poſtquam accurriſtis ad verum lumen, & per eum, vnum & ſolum verum Deum, & patrem agnouiſtis,facti eſtis hæredes regni eius. Baptizati enim in mortem Domini, & in reſurrectionem eius, tanquam infantes modò geniti debetis nulli peccato operam dare. non enim veſtri eſtis, ſed eius qui vos ſanguine ſuo emit. De illo enim quondam Iſraële, quia credere nolebat, aie-
Matt.21. bat Dominus, (auferetur ei regnum, & dabi-
,, tur genti facienti fructus eius;) vobis ſcilicet, qui creditis, qui eratis aliquando longè ab eo alieni ac remoti, dedit regnum; & expectat grati animi fructus: Vos enim eſtis, qui aliquando miſſi eſtis ad vineam, & non obtemperaſtis,illi verò obtemperarunt; ſed vos poſtquàm pœnituit repugnaſſe,in ea nunc laboratis, illi verò pactiones ſuas moleſtè ferentes non ſolùm vineam incultam reliquerunt, ſed etiam procuratores Domini vineæ interfecerunt, alium quidem lapidibus, alium verò gladio; item alium ſecuerunt, alium in loco ſacro inter templum & altare occiderunt;poſtremò hæredem ipſum ex vinea eiectum necarunt; à quibus quidem tanquam lapis inutilis proiectus eſt, à vobis verò tanquam angularis ſuſceptus; idcircò de vo-
Pſal.117. bis dicit, (populus, quem non
,, cognoui, ſeruiuit mihi,
,, in auditu auris obe-
,, diuit mihi.)

Quomodo oporteat Paſcha celebrare.
Cap. 16.

OPORTET ergo fratres, vt qui pretioſo Chriſti ſanguine redempti eſtis, dies feſtos Paſchæ accuratè, & omni diligentia poſt æquinoctium celebretis; vt neque vnius paſſionis bis per annum memoriam renouetis, ſed potiùs ſemel quotannis, memoriam mortui item ſemel celebretis: neque amplius cum Iudæis tempus celebrandi Paſcha obſeruetis,nulla enim nobis nunc cum eis communitas eſt. falluntur nàque in ipſo etiam calculo, & ratiocinatione, quam exiſtimant ſe abſoluere, vt ex omni parte à veritate abſtracti ſint: Vos verò obſeruate diligenter cóuerſionem verni æquinoctij, quæ incidit in vigeſimum ſecundum diem menſis duodecimi, qui appellatur Dyſtros, & notate vſque ad vigeſimam primam Lunam, ne in aliam hebdomadam incidat Luna quartadecima, & per errorem bis vnoquoque anno Paſcha agitemus; aut diem reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti alio die, præter quàm Dominico tantùm, celebremus.

Conſtitutio de magna hebdomada Paſchæ. Cap. 17.

IEIVNATE igitur diebus Paſchæ,incipientes à ſecunda feria vſque ad ſextam, & ſabbatum ſex diebus pane tantùm,ſale,oleri bus, aqua menſæ adhibitis: Abſtinete his diebus vino, & carne, dies quippe luctus, & non feſti ſunt; ſexta tamen feria,& ſabbato ex toto manete ieiuni, qui ita firmis viribus eſtis, vt ferre poſſitis, nihil prorſus guſtantes vſque ad nocturnum gallicantum. Siquis verò propter imbecillitatē vtrumque diem cóiungere non potuerit, ſaltem ſabbatum ſeruet, ait enim Dominus de ſe, quādo ablatus fuerit eis ſponſus, tum ieiunabunt in diebus illis. His itaque diebus ablatus fuit nobis Dominus à Iudæis, Matth. 9.
quos ſic falſo vocant, & in crucem actus, & Luc.22.
cum maleficis deputatus.

De peruigilatione magni ſabbati, & de die Reſurrectionis. Cap. 18.

QVAMOBREM monemus vos, vt his diebus ieiuni maneatis vſque ad veſperam, ſicut & nos ieiuni manſimus, cùm ablatus fuit nobis; reliquis verò diebus ante ſextam feriam, edite hora nona, aut veſpere, aut pro ratione virium,vt quis poteſt: ſabbato autem vſque ad gallicantum ieiunium producite, & illuceſcente vna ſabbatorum,qui eſt dies Dominicus, deſinite, peruigilantes à veſpera vſque ad gallicantum, & in Eccleſia in vnum congregati, preces & ſupplicationes Deo in pernoctatione veſtra adhibentes: Item legem, prophe-

propheras,& pſalmos vſq; ad gallicantum,le-
gentes & catechumenos baptizantes; ac lecto
euangelio in timore & tremore, & habito ad
populum ſermone de ijs quę ad ſalutem perti-
nét, deponite luctũ, & deprecamini Deum,vt
conuertatur Iſraël, & locum pœnitentię acci-
piat, & veniam impietatis. Quoniam iudex
quidem alienigena cùm manns lauaſſet,inno-
cens, inquit, ego ſum à ſanguine iuſti huius,
Matt. 27. vos videritis; Iſraël verò inclamauit,inqniens,
ſanguis eins ſuper nos,& ſuper filios noſtros:
ac etiam cùm dixiſſet Pilatus, regem veſtrum
Ioan. 19. crucifigam? ipſi inclamarunt non habere ſe
regem niſi Cæſarem:& rurſus clamore edito,
crucifige, inquiunt, crucifige eum; omnis e-
nim qui ſe facit regem, contradicit Cæſari;&
ſi hunc dimiſeris, non es amicus Cæſari. &
Pilatus præſes, ac Herodes rex iuſſerũt in cru-
cem tolli; perductumque eſt ad exitum,quod
Pſal. 2. ſcriptum erat, (Quare fremuerunt gentes, &
populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges
terræ, & princeps conuenerunt in vnum ad-
uerſus Dominũ, & aduerſus Chriſtum eius;)
& proiecerunt dilectum inſtar cadaueris abo-
minati, & ſexta feria in crucem acto, & luce-
ſcente Dominico die à mortuis excitato,com-
Pſal. 81. pleta eſt ſcriptura,quæ aiebat, Reſurge Deus,
Pſal. 12. & 40. & iudica terram, quoniã tu eris hæres in om-
nibus gentibus. & rurſus: nunc exurgam, di-
cit Dominus, ponam in ſalutari, cum fiducia
agam in eo; & tu Domine miſerere mei,& ſu-
ſcita me, & retribuã eis. idcircò igitur & vos
excitato Domino à mortuis,facite ſacrificium
veſtrum, de quo vobis per nos conſtituit, in-
Luc. 22. quiens, (Hoc facite in meam commemora-
tionem.) Ac poſtea deponite ieiunium lætan-
tes, & diem feſtum agentes, quoniam ſuſcita-
tus eſt à mortuis Ieſus Chriſtus pignus noſtrę
reſurrectionis: & ſit hoc vobis legitimum
ſempiternum vſque ad conſumationem ſæ-
culi, donec veniat Dominus. Dominus enim
adhuc mortuus eſt Iudæis, Chriſtianis verò
ſuſcitatus; illis quidem mortuus propter infi-
delitatem, his verò ſuſcitatus, quia certũ ex-
ploratumque habent, quòd ſpes in eum col-
locata vita eſt immortalis, & ſempiterna. Poſt
dies verò octo celebrate rurſus honore octa-
Ioan. 20. uum diem, in quo me Thomam fecit nihil
habere dubitationis; oſtenſis mihi veſtigijs
clauorum, & vulnere lateris ex cuſpide lãceæ.
Mar. 16. Atque etiam rurſus numeratis quadraginta
diebus à primo Dominico die,celebrate diem
feſtum Aſſumptionis Domini, quo die abſo-
luta omni diſpenſatione, ac conſtitutione,
aſcendit ad Deum, eundemq; patrem ſuum,
1. Cor. 15 à quo miſſus fuerat; ad cuius dexterã virtutis
ſedet expectans, quoad inimici eius ſub pedi-
bus eius poſiti ſint: Quique in conſumatio-
ne ſæculi veniet cum poteſtate, & gloria mul-
ta ad iudicandum viuos & mortuos, & ad re-
tribuendum omnibus pro cuiuſque eorum fa-
ctis; & tunc videbunt dilectum Dei filium,
Zacch. 12. quem transfixerunt,& agnoſcentes eum plan-
gent ſuper ſeipſos, per ſingulas tribus, & mu-
lieres eorum ſeorſum.

Prædictiones Propheticæ de Chriſto Ieſu. Cap. 19.

SIQVIDEM & nunc decimo die menſis
noni, quem Gorpiæum vocant, Iudæi in
vnum locum congregati lamentationes Hie-
remiæ legunt, in quibus ſcriptum eſt, (ſpiri- Thren. 4.
tus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus:
comprehenſus eſt in corruptionibus eorum.)
item Baruch, in qno ſcriptum eſt: (Hic Deus Baruch 3.
noſter, non reputabitur alius ad eum,inuenit
omnẽ viam ſcientiæ, & dedit eam Iacob pue-
ro ſuo, & Iſraël dilecto ſibi. Poſt hoc, in ter-
ris viſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt.)
Ac cùm legunt, lamentantur cum plangore,
opinione quidem ſua deuaſtationem à Nabu-
chodonoſor factam,veritate tamen exordium
faciunt nolentes luctus & fletus futuri. Poſt
decimũ verò diem ab Aſcenſione,qui eſt Pen-
tecoſte, id eſt, à prima Dominica quinquage- Act. 2.
ſimus, ſit vobis maximè feſtus; tunc enim ho-
ra tertia miſit nobis Dominus donum Spiri-
tus ſancti, & repleti ſumus eius operatione,&
nouis linguis locuti ſumus, vt ille nobis aſpi-
rabat; & prædicauimus Iudæis, ac gentibus,
illum eſſe Chriſtum Dei, decretum ab eo iu-
dicem viuorum, ac mortuorum. Hoc Moyſes
teſtabatur,cùm aiebat,accepit Dominus à Do- Gen. 19.
mino ignem, & ſulfur,& pluit. Hunc vidit Ia- 32. 18.
cob tanquam hominem, cùm dixit, vidi Do-
minum facie ad faciem, & ſalua facta eſt ani-
ma mea. Hunc Abraham hoſpitio exceptum Exod. 3.
iudicem, ac Dominum ſuum confitebatur.
Hunc in rubo vidit Moyſes; de hoc aiebat in
Deuteronomio, (Prophetam ſuſcitabit vobis Deut. 18.
Dominus Deus ex fratribus veſtris tanquam
me, ipſum audietis in omnibus, quæcunqne
vobis loquatur; & erit, omnis anima,quæ nõ
audierit Prophetam illum, delebitur de po-
pulo ſuo.)Hunc vidit Ieſus filius Naue ducem
exercitus Domini aromatũ, ſubſidio venien- Ios. 5.
tem in bellum Hierichuntinum, quem humi
ſtratus,vt ſeruus Dominũ veneratus eſt. Hunc
cùm vidiſſet Samuel Chriſtum Dei, ſacerdo-
tes, & reges Chriſtos appellauit. Hunc vidit 1. Reg. 16.
Dauid, cùm canticum de eo cecinit, quod in- 24. 26.
ſcripſit, Canticum pro dilecto; in quo ad eius
perſonam refert, quod ait:(Accinge gladium Pſal. 44.
tuum ſuper femur tuum potentiſſime, ſpecie
tua & pulchritudine tua: & intende, & pro-
ſperè procede, & regna propter veritatem, &
manſuetudinem, & iuſtitiam; & deducet te
mirabiliter dextera tua: Sagittę tuæ acutę po-
tentiſſimę, populi ſub te cadent in corde ini-
micorum Regis: propterea vnxit te Deus oleo
exultationis præ participibus tuis.) De eo e-
tiã aiebat Salomon tanquam ex perſona ipſius Prou. 8.
Chriſti,(Dominus creauit me principium via-
rum ſuarũ in opera ſua: ante ſæculum funda-
uit me in principio,antequam terram faceret,

ante-

" antequam prodirent fontes aquarum, ante-
" quam montes firmarentur, ante omnes colles
Pro. 9. " genuerat me.) & rurſus, (ſapientia, inquit,
" ædificauit ſibi domum.) De eo aiebat Eſaias,
Eſa. 11. (egredietur virga ex radice Ieſſe, & flos ex ra-
" dice aſcendet, & erit radix Ieſſe; & qui reſur-
" get, vt ſit princeps gentium, in eo gentes ſpe-
" rabunt.) Item Zacharias, (ecce Rex tuus ve-
Zach. 9. nit iuſtus, ſaluans, ipſe mitis, & ſedens ſuper
" aſinam, & pullum filium ſubiugalis.) Hunc
Dan. 2. item Daniel dicit, eſſe filium hominis venien-
tem ad patrem, & omnem iudicij poteſtatem,
& omnem honorem ab eo accipientem, item
lapidem ex monte ſine manibus exciſum, &
factum ingentem montem, qui cunctam ter-
ram repleuit, dominatum multorum regũ,
& multitudinem Deorum contringentem,
vnum Deum prædicantem, & Romanorum
Monarchiam eligentem. De hoc quoque Hie-
" remias cùm vaticinaretur, aiebat: (Spiritus
" ante faciem noſtram Chriſtus Dominus com-
" prehenſus eſt in corruptionibus eorum, in
" cuius vmbra, diximus, viuemus in gentibus.)
Thren. 4. & Ezechiel, ac reliqui deinceps Prophetæ
vbique hunc eſſe Chriſtum Dominum, re-
gem, iudicem, legiſlatorem, nuncium pa-
tris, vnigenitum Deum. Hunc igitur & nos
prædicamus, & euangelizamus Deum ver-
bum miniſtrantem Deo ſuo, eidemque pa-
tri in rerum omnium creatione. ſi hoc cre-
1. Io. 5. dideritis, viuetis; ſin verò non credideritis,
Io. 3. pœnas dabitis: qui enim non credit Deo non
videbit vitam, & ira Dei manebit ſuper eum.
Itaque poſt celebratam Pentecoſtem celebrate

hebdomadam vnam, & poſt illam ieiunate
item vnam; æquum enim eſt tum lætitiam de
dono Dei capere, tum poſt relaxationem cor-
poris rurſus ieiunare; ſiquidem & Moyſes, & Exod. 24. & 34.
Elias quadraginta diebus ieiunarunt, & Da- 3. Reg. 19.
niel tribus hebdomadis dierum panem deſi- Dan. 10.
deriorum non comedit, & caro ac vinum non
ingreſſa ſunt in os eius. & beata Anna cum à
Deo peteret Samuelem, vinum, inquit, &
temetum non bibi, & effundam animam
meam coram Domino. Item Niniuitæ fa- 1. Reg. 1.
cto ieiunio trium dierum, & totidem no- Ion. 3.
ctium impendens diuinæ iræ periculum effu-
gerunt. Item Eſther & Mardochæus, & Iu- Eſth. 4.
dith ieiunio facto malum, quod impij Holo- Iudith. 9.
phernes, & Aman Iudæis moliebantur, de-
clinarunt. & Dauid ait: (Genua mea infirma- "
ta ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt "
propter oleum.) Igitur & vos quæ à Deo pe- Pſal. 108.
titis, ieiunando petite. Poſt totam verò iſtam
ieiunij hebdomadam præcipimus vobis quar-
tis, & ſextis ferijs ieiunare; & quæ ex ieiunio
vobis redundant, egentibus largiri. omni au-
tem ſabbato præter vnum, & cunctis Domi-
nicis diebus conuentus eccleſiaſticos celebran-
tes, lætitia fruimini; reus enim peccati erit,
qui Dominico die ieiunauerit, cùm ſit dies
reſurrectionis; aut qui Pentecoſtem,
aut denique vllum diem Domini
feſtum in mæſtitia egerit: læ-
tari enim his diebus
oportet, non au-
tem luge-
re.

DE SCHISMATIBVS, ET HAERESIBVS.

LIBER SEXTVS.

Quinam ſchiſma cùm feciſſent, ſupplicium non effugerunt. Cap. 1.

PRIMVM omnium cauete epiſcopi hæreſes, ǭ horrẽdæ, & difficiles, & à Deo maximè auerſę ſunt, eaſque fugite vt ignem, qui appropinquantes vrit: deinde fugite etiã ſchiſmata, nec enim fas eſt declinare mentem ad ſceleratas hæreſes, neque ab ijs qui vnum atque idem ſentiunt, cupiditate principatus ſeiungi atque diſtrahi. Hæc enim ſchiſmata cũ quidam olim tentare auſi eſſent, non tulerunt

Num. 16. impunè: nã Dathan, & Abiron, quia ſe Moyſi oppoſuerunt, demerſi ſunt; Core autem, & quinquaginta cum eo, quia ſeditionẽ in Aarõ concitarunt, igne arſerunt. Maria, quia intulit Moyſi probrũ, eiecta fuit ex caſtris diebus ſeptem, aiebat enim duxiſſe Moyſem vxorem

Num. 12. Aethiopiſſam: immò & Ozias, qui Azarias quoque dictus eſt, Rex Iuda, quia auſus eſt in ſacerdotium, voluitque incendere thymiama,

2.Para.26 quod eum minimè decebat, cùm ab Azaria ſacerdote, & ab alijs octoginta ſacerdotibus arceretur, neq; tamen pareret, facta eſt ei frons leproſa; egreſſusque eſt præproperè, quòd eum Dominus detexiſſet.

Quòd neque contra regnum, neque contra ſacerdotium fas ſit inſurgere. Cap. 2.

CONSIDEREMVS igitur chari fratres, quæ eorum gloria qui ſchiſma fecerunt, & quæ in eos Domini ſententia. Etenim ſi is qui contra reges ſeditiones facit, ſupplicio dignus eſt, licet filius, licet amicus ſit, quanto magis erit, qui aduerſus ſacerdotes facit? Quanto enim ſacerdotium regno præſtat, vtpote pro anima certans, tanto grauiores pœnas debet, qui audet vel nutu oculorum aduerſari: atqui nullus, qui regi reſi-

2.Reg.15. ſtat, inultus euadit. Non enim Abſalon, & Abedada, qui & Seba dictus eſt, impuniti remanſerunt; neque Core, & Dathan: ex quibus illi quidem aduerſus Dauid ſeditionem de regno mouerunt, hi verò certantes aduerſus Moyſen, de primis partibus contenderũt: vtrique verò maledicta iacebant; Abſalon quidem patrem vt iniquum iudicem inſimulabat, ſingulis dictitans, ſermones tui boni ſunt, & non eſt qui te audiat, neq; qui tibi ius reddat. Quis me faciet præeſſe? & Abedadã

2.Reg.20. non eſt, inquit, mihi pars in Dauid, neq; hereditas in filio Ieſſe. ſcilicet moleſtè ferebat imperium & dominatum Dauid, de quo dixerat

Pſal. 88. Deus, (Inueni Dauid filium Ieſſe virum ſecundùm cor meum.) Dathan verò, & Abironis hæc erant maledicta, & probra; An parũ eſt, inquiunt, ǭ nos eduxiſti è terra Aegypti lacte & melle manante? cur oculos nobis eruiſti? &

Num. 16. tu praees nobis? & coëgerunt magnum cœtum aduerſus eum, ac Coritæ, nunquid Moyſi tantùm locutus eſt Deus? cur ſoli Aaron dedit põtificatum? an non omnis cœtus Domini ſanctus eſt? cur ſolus Aaron fungitur ſacerdotio? & ante hos alius quidam dixerat; (Quis te

Exod. 2. conſtituit principem, & iudicem ſuper nos?)

De virtute Moyſis, & de incredulitate gentis Iudæorum, & quæ miracula propter eos Deus fecerit. Cap. 3.

ET deſciuerũt à Moyſe Dei miniſtro omnium leniſſimo, ac fideli, & tãtum virum

Num. 12. ingratiſſimi homines inhonorarũt, illum dico Legiſlatorem, Cuſtodẽ, Põtificem, Regẽ, illum diuinorum myſteriorũ magiſtrum, illũ, qui quaſi quidam conditor conditoris opera ediderat; illum mitiſſimum, modeſtiſſimum, ſummè tolerantem, illum ſumma erga homines charitate præditum, qui multis periculis eũ liberarat, & ex multiplici genere mortis ſua ſanctitate eripuerat; qui tot ſigna diuina, &

Exod. 7. 8. 9. &c. prodigia populo deſignarat; qui præclara &

Exod. 14. mirabilia opera beneficij dandi cauſſa patrarat; qui Aegyptijs decem illas plagas fecerat; qui mare rubrum diuiſerat, & ex vtraq; parte vndas inſtar muri diremerat, populum tãquã per ſiccum, & deſertum locum traiecerat, & Pharaonẽ, atq; Aegyptios, cæteroſq; omnes, quos ſecum ducebat, cum eis in altum demer-

Exod. 15. & 16. ſerat: qui fontem iniecto ligno dulcem illi populo effecerat, & ex dura rupe aquã ſitiẽtibus elicuerat; qui manna è cœlo eis dederat, & ex aëre carnẽ collegerat; qui de nocte columnã

Exod. 13. igneam ad illuminandum, & demonſtrandam viam, itẽ colũnã nubis de die vmbraculi cauſſa ꝓpter ardorẽ Solis tribuerat; qui Dei legẽ

Exod. 31. & 33. ex ore, manu, & ſcriptione Dei in tabulas lapideas inciſam numero pſecto decalogi cõtẽtã

Num. 12. præbuerat; cum quo Deus corã, vt amicus cum amico ſolet, loquebatur; de quo dixerat Deus,

Deu. 34. Num. 16. nõ ſurrexit Propheta vt Moyſes, ab hoc inquã deſciuerũt Coritæ, & Rubenitæ, & lapides in eũ iaculati ſunt his verbis precantẽ, ne attẽdas ſacrificium eorũ. & gloria Dei quæ apparuit,

alios

alios quidem in terram deiecit, alios combuſ-
ſit. atque ita principes quidem illius erroris
ſchiſmatis, qui dixerant, eligamus nobis prin
cipem ac ducem, terra dehiſcens, tum eos tũ
eorum tabernacula, ac ſupellectilem deuora-
uit, deſcenderuntque in infernum viuentes;
Coritas verò ignis conſumpſit.

Quòd ſchiſma facit, non qui ſeparat ſe ab impijs, ſed qui ſeparat ſe à pijs. Cap. 4.

SI ergo Deus ijs, qui cupiditate principa-
tus defecerunt, continuò ſupplicium inflι-
xit, quanto grauius impiarum hæreſum prin
cipibus, & auctoribus inferet? an non vehe-
mẽtiùs puniet eos, qui in ipſius Dei prouidẽ-
tiam, vel creationem mundi blaſphemi ſunt?
verùm vos fratres, de exemplis ſcripturæ ſan-
ctæ eruditi, cauete, ne nõ idem ſentiatis, neve
vnionem veſtram diſcindatis; quoniam qui
opinionis nefariæ auctores fiunt, hi populos
ad interitum dirigunt: ad ſimiliter vos laici
ne accedatis ad eos qui tradunt contraria ſen
tentiæ Dei, neque impietatis eorum partici-
Num. 16. pes ſitis. ait enim: recedite de medio horum
virorum, ne vnà cum eis pereatis. & iterum,
Hiere. 51. exite è medio eorum, & ſeparamini, ait Domi
2. Cor. 6. nus, & immundum ne tetigeritis, & ego reci-
piam vos.

Quare reiectus eſt falſo nomine vocatus Iſrael, demonſtratio ex propheticis prædictionibus. Cap. 5.

VERE enim fugiendi ſunt, qui ſunt bla
ſphemi in Deum; ſiquidem maxima im
piorum pars Deum ignorat: at hi malæ mẽtis
morbo laborant tãquam Dei oppugnatores;
ex malitia enim hæreticorum profluxit labes
Ierem. 23. in vniuerſam terrã, vt ait Hieremias Prophe-
ta: quia enim Deus improbam ſynagogam
repudiauit, & domum abiecit, vt in quodam
loco ait, (dereliqui domum meam, dimiſi vi-
Iſa. 5. neam meam.) & rurſus Eſaias, (deſeram vi-
neam meam & non putabitur, & nnn fodie-
tur, & aſcendet in eam tanquam in ſolum in-
cultum, & inaratum ſpina, & mandabo nubi-
bus, ne pluant in eam pluuiam, quia popu-
lum, inquam, dereliquit inſtar tabernaculi in
vinea, aut tugurij in cucumerario, & inſtar ci-
uitatis obſeſſæ,) & Spiritum ſanctum, atque
Iſa. 1. propheticum imbrem eis ademit, & eccleſiã
Eccl. 24. ſuã ſpirituali gratia ad inſtar fluuij Aegypti
in diebus nouorum inundantis repleuit, & in
Iſa. 2. excelſo collocauit tanquam domum in mon-
te ædificatam, aut tanquam montem excel-
ſum, tanquam montem coagulatum, montem
Pſal. 67. pinguem, in quo beneplacitum eſt Deo habi-
Ierem. 17. tare in eo; etenim Dominus habitabit in fi-
nem. & in Hieremia ait: (Thronus gloriæ in
Iſa. 2. ſublimi poſitus ſanctuariũ noſtrũ.) & Eſaias:
(Erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons
Domini, & domus Dei ſuper verticem mon-
tium, & extolletur ſuper colles,) quia populũ
dico, deſeruit, & templum dimiſit vaſtum, &
ſolum, velo templi diſciſſo, & Spiritu ſancto
ablato. (Ecce enim,) inquit, (relinquitur do-
mus veſtra deſerta,) & vobis, qui eſtis ex gen- Matth. 23
tibus, gratiam ſpiritualem tribuit; ſicut ait
apud Ioelem Prophetam: (Et erit poſt hæc, Ioel. 2.
dicit Deus, & effundam de ſpiritu meo ſuper
omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri,
& filiæ veſtræ viſiones videbunt, & ſeniores
veſtri ſomnia ſomniabunt.) omnẽ enim vim
verbi, & energiam, & huiuſmodi viſitationem
eripuit illi populo Deus, & ad vos qui ex gen-
tilibus eſtis, traduxit: quia hæc, inquã, facta sũt,
idcircò Diabolus, cùm eccleſiæ Dei inuideret,
ad vos ſe tranſtulit, ſuſcitãdo afflictiones, pſe-
cutiones, motus ſeditioſos, blaſphemias,
ſchiſmata, hæreſes. illum enim populũ, occi-
dẽdo Chriſtũ, ſibi cõciliauit: vos verò, qui ab
eius vanitate defeciſtis, diuerſis modis, diuer-
ſis tẽporibus tentat, vt beatũ illũ Iob: ſiquidẽ Zach. 3.
Ieſu filio Ioſedec magno ſacerdoti exiguo tem Luc. 22.
pore aduerſabatur, & nos ſæpenumero experi-
uit, vt inſtar aquæ dilaberemur, quo fides no-
ſtra deficeret. verùm Dominus noſter, idem-
que magiſter, qui illum in iudicio ſiſtens aie-
bat, increpet in te Dominus Diabole, & incre-
pet Dominus in te, qui elegit Hieruſalem, Zach. 3.
nonne ecce hic ereptus, vt torris? & qui dixit
tunc ijs, qui ſummo illi ſacerdoti aſſiſtebant,
detrahite illi veſtes ſordidas, & ſubiunxit, en
deleui peccata tua; hic dicet & nunc, ſicut &
antea nobis in vnum cõgregatis de nobis aie-
bat, Rogaui ne deficiat fides veſtra. Luc. 22.

Quòd variarum ſectarum doctrinam Deo odioſa extitit apud Iudæos. Cap. 6.

HABEBAT igitur illud vulgus Iudai-
cum hæreſes malas, inde enim ſunt
Sadducæi, qui non confitentur mortuorum
reſurrectionem; Phariſæi, qui errata homi-
num fortunæ ac fato aſſignant; Masbothæi,
qui tollentes prouidentiam, tradunt conſta-
re omnia ex fortuito fluxu, & animæ ampu-
tant immortalitatem; Hemerobaptiſtæ, qui
niſi quotidie lauent, non comedunt; immò
& lectos, & patinas vel crateras, & pocula, ac
ſedilia niſi aqua lauent, non vtuntur eis; &
qui nunc noſtro tempore exorti ſunt Hebio-
næi, qui filium Dei diuinitate nudum fa-
ciunt ex voluptate viri, & ex coniunctione
Ioſephe, ac Mariæ natum. Ab his omnibus
ſegregarunt ſe Eſſæi, qui patrios ritus ſer-
uant. Atque hæc quidem in priore populo.
Nunc verò Diabolus, callidus nocendi
artifex, & omnis boni, quodcunq;
eſt, ignarus, quoſdã è noſtris
extruſit, & in eis hære-
ſes, & ſchiſmata
operatus
eſt.

Vnde ortæ ſunt ſectæ, & quis fuit dux impietatis earum. Cap. 7.

INITIVM verò nouarum hæreſum hoc extitit: Fuit quidam Simó cognomine Githeus à pago ſic dicto, Samaritanus, qui artem magiæ profitebatur, hoc ſe Diabolus induit, & miniſtrũ ſuæ peruerſæ volũtatis fecit; Quando verò Philippus coapoſtolus noſter Dei munere, & Spiritus ſancti operatione miracula ſanitatũ in Samaria faciebat, ita vt Samaritani admiratione commoti ad fidẽ Dei, & filij eius venirent, eiuſq; nomine baptizarẽtur, quo tẽpore, Simõ ipſe ſigna illa, & prodigia ſine vllis magicis præſtigijs fieri vidit, & demiratus fuit, ac credidit, fuitque baptizatus, & in ieiunio, & precatione perſeuerabat, tunc nos, qui gratiam Dei Samaritanis per Philippi miniſte- Act. 8.
rium tributam audieramus, profecti ſumus ad eos, & ſermonem doctrinæ non mediocriter promouentes, imponentesque manus omnibus baptizatis, gratiam Spiritus ſancti precando largiebamur. Cùm autem videret Simon, quòd per impoſitionem manuum noſtrarum dabatur credentibus Spiritus ſanctus oblata nobis pecunia, date, inquit, & mihi hanc poteſtatem, vt cui ego quoque manus impoſuero, Spiritum ſanctum accipiat.
Gen. 3. Scilicet conſilium, & voluntas Diaboli erat, vt ipſum Adam poſt deguſtatum cibum interdictum, promiſſa immortalitate priuaueret: ſic nos pecunia delinitos & captos, dono Dei priuaret, ſi hac permutatione facta donum Spiritus ſancti, quod æſtimationem ſuperat, nummis ipſi addiceremus. Cùm verò hoc nos omnes commouiſſet, ego Petrus intuens in maleficum ſerpentem, qui in eo erat,
Act. 8. dixi Simoni, Argentum tuum ſit tecum in perditionem, quoniam exiſtimaſti donũ Dei pecunia poſſideri: non eſt tibi pars in ſermone hoc, neque ſors in fide hac; cor enim tuũ non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age de hac nequitia tua, & ora Deum ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe. Atqui Simon quidem tũc timore perterritus oro, inquit, vos, precamini pro me Dominum, ut nihil mihi eueniat eorum quæ dixiſtis.

Quinam fuerunt ſucceſſores impietatis Simonis, & quas hæreſes tradere cœperunt. Cap. 8.

CVM verò prouidimus in mundum ad prædicandum gentibus verbũ vitæ, tunc Diabolus hoc in populo operatus eſt, vt Pſeudoapoſtolos ad cõtaminandum verbum poſt nos mitteret: ac præmiſerunt Cleobium quẽdam, quem Simoni adiunxerunt, fuerunt autem hi diſcipuli cuiuſdam Doſithei, quem improbarũt, & ex principatu magiſterij deiecerunt: Deinde alij aliorum dogmatum abſurdorum auctores extiterunt, Querintus, Marcus, Menander, Baſilides, & Satornilus; ex quibus alij quidem plures Deos ponunt, alij verò tres aduerſos, principio carentes, qui ſemper unà ſint: alij infinitos, & ignotos: item alij nuptias improbant, quòd opinentur non eſſe eas opus Dei; alij quædam genera ciborũ tanquam execrabilia eijciunt; alij omni verecundia, & pudore ſublato ſcortantur, ut ij qui nunc falſo nomine Nicolaitæ uocantur. At Simon cùm me primùm conueniſſet in Cæſarea Stratonis, ubi Cornelius gentilis meo miniſterio in Dominum Ieſum credidit, dabat Act. 10.
operam, ut uerbum Dei peruerteret, cùm erant mecum ſancti filij Zachæus, qui fuerat antea Luc. 19.
Publicanus, & Barnabas, deinde Nicetas, & Act. 4. 9. & 13.
Aquila fratres Clemẽtis Romani epiſcopi, & ciuis, ac diſcipuli Pauli coapoſtoli, & adiutoris noſtri in Euangelio. & cùm ter coram eis cum eo diſſeruiſſem de propheta, & de uno Deo, ac Domino, uiciſſemque eum uirtute Domini, & ut nihil reſpondere, aut loqui poſſet, effeciſſem, coëgi, ut in Italiam profugeret.

Quomodò Simon quibuſdam præſtigijs cùm volare voluiſſet, precibus Petri ex alto deorſum præcipitatus, fregit extremos digitos pedum. Cap. 9.

CVM uerò Romam ueniſſet, eccleſiã magnopere uexabat multos ſubuertendo, & ſibi conciliando, gentibus autem magicæ artis uſu, & exercitatione, admirationem mouẽdo; ita ut aliquando cùm in theatrum meridie prodiſſet, iuſſiſſetque populo, ut me quoque in theatrum raperent; promittebat ſe per aërem uolaturum: Cùm uerò cuncti promiſſi huius expectatione ſuſpenſi eſſent, ego apud me precabar, tamque à Dæmonibus in altum ſublatus, uolabat ſublimis per aerem; dicens ſe in cœlum aſcendere, ut inde bona ipſis ſuppeditaret; cunctis uerò illum tanquam Deũ concelebrantibus, ego manus in cœlum pariter cum mente tendens, Deo ſupplicabam, ut illam peſtem per filium ſuum Dominum noſtrum rumperet, & uires Dæmonum, quibus illi ad fallendum, & perdendum homines utebantur, amputaret; ita tamẽ illum rumperet, ut non occideret, ſed confringeret. Itaque reſpondens ad illud, quod de aſcenſu in cœlum pollicebatur, & intuens in eum dixi: Si ego homo Dei ſum, & uerus Apoſtolus Ieſu Chriſti; ac doctor pietatis in Deum, & non ſeductor, ut tu Simon, iubeo malis poteſtatibus Diaboli apoſtatæ, quæ Simonem Magum uehunt, ut eum dimittant, ut ex alto præceps feratur cum riſu eorum, quos decepit. Hæc cùm dixiſſem, Simon Magus à poteſtatibus dimiſſus cum magno fragore & ſonitu decidit, & uehementer eliſus coxam, & anteriores partes in plantis pedum frangit; & multitudo uulgi, unus tantùm uerus Deus, inquit, quem Petrus iuſtè prædicat, ac multi quidem

defecerunt

defecerunt ab eo, nonnulli verò illius interitu digni, in doctrina eius nefaria perſeuerarunt: atque ita eſt conflata Romæ prima hæreſis impijſſima Simonianorũ. Atq; etiã per reliquos pſeudoapoſtolos Diabol⁹ operabat̃.

Quomodò hæreſes & à ſe & à veritate diſſentiunt. Cap. 10.

ERAT autem his omnibus vnum atque idem propoſitum impietatis, Deum omnipotẽtem blaſphemijs afficere, ſentire ignotum eſſe, & non eſſe patrem Chriſti, neq; mũdi effectorem, immò neque eſſe effabilem, neque pronunciabilem, neque nominabilem, eſſeque è ſe natum; & neque lege, neque Prophetis vtendum eſſe; item prouidentiam tollere, reſurrectionem non credere, iudicium ac remunerationem negare; non eſſe animã immortalem, ſola voluptate lætandum eſſe, & ad omnem religionem ſine vllo diſcrimine deflectere licere: alij enim ex eis plures Deos faciunt; alij tres ſine initio; alij duos ingenitos; alij infinita ſęcula. item partim eorum docent, non eſſe nubendum, eſſeq; à carne abſtinendum, & vino; execrabilia enim eſſe nubere, & procreare liberos, & cibos capere, vt tanquam venerandi quidam ſententiam ſuã peruerſam quaſi auctoritate dignam approbari faciant: partim verò eorum legem ſanciunt de abſtinendo à carne animantium non tanquam ratione carentium, ſed tanquam rationem habentium, ita vt qui eas mactare audeat, ab eo cædis pœna exigenda ſit; partim aiebant, abſtinendum eſſe ſuilla, puris autem ſecundùm legem cibis veſcendum; item circumcidendum ex lege Moyſis, credendumq; eſſe in Ieſum tanquam in virum ſanctum, & prophetam; alij docebant ſine vllo pudore ſcortandum, & carne abutendum, & omne flagitium ſuſcipiendum, quod hac ſolum ratione anima effugeret principes mũdi huius: Hi verò omnes Diaboli ſunt inſtrumenta, & filij iræ.

Expoſitio Apoſtolicæ prædicationis. Cap. 11.

NOS autem filij Dei, ac filij pacis, quiq; ſacram atque rectam doctrinã religionis Dei prædicamus, vnum tantùm Deum ꝓfitemur legis, & prophetarum Dominum, effectorem vniuerſitatis rerum; Chriſti patrẽ, non auctorem ſui, neque à ſe editum, vt illi opinantur, ſed ſempiternum, & origine carẽtem, lumen inacceſſum habitantem: non ſecundum, non tertium, non multiplicem, ſed ſolum æternè, non ignotum aut non effabilẽ, ſed à lege, & prophetis prædicatum; omnipotentem omnium poteſtatem habentem, Deũ, & patrem vnigeniti, eiuſdemque primogeniti omnis creaturæ: vnum Deum, vnius filij patrem, ac non plurium; vnius paracleti per Chriſtum; aliorum ordinum effectorẽ; vnum mundi architectũ, diuerſarum creaturarum opificem per Chriſtũ, eundemq; procuratorẽ, & legiſlatorẽ per ipſum tũ reſurrectionis, & iudicij, ac remunerationis, quę per ipſum fiunt, auctorem. Hunc ipſum quoq; filiũ prędicamus voluiſſe fieri hoĩem, & ſine peccato in vita verſatum, paſſum, & mortuũ, & à mortuis ſuſcitatũ, & aſcendiſſe in cœlum ad eum, à quo miſſus fuerat. Atque oẽm creaturam Dei bonam eſſe dicimus, & nihil eſſe eijciendum, vt malum: immò id oẽ quod ad ſuſtentandum corpus iuſtè ſumit̃, optimũ eſſe; (cũcta enim,) ait ſcriptura, (erant valde bona:) Gen. 1. legitimum coniugiũ, & gñationem filiorum honorata & munda eſſe credimus; ad augendũ enim genus hominũ formata eſt in Adam, & Eua figuræ diuerſitas. Animã in nobis cõfitemur expertem corporis, & immortalitate præditã, neq; interitu deleri, vt corpora, ſed immortalem eſſe, vtpote rationis participẽ, & ſui compotem. Oẽm coniũctionem corporũ contra legem, & eam qua nonnulli contra naturam vtuntur, tanquã nefariam, & ſceleratã deteſtamur. Iuſtos, & iniuſtos à mortuis excitandos, & mercedem eis ſoluendam confitemur. Chriſtum fatemur non eſſe nudũ hominem, ſed Deum verbum, & hominem, Dei, & hominum mediatorem; pontificem patris. Gen. 49. Neque verò iam cum Iudæis circumcidimur, qui ſciamus adueniſſe eum cui repoſitũ erat, & propter quem ſeruabantur generationes, qui erat expectatio gentium Ieſus Chriſtus, Iſa. 9. qui ortũ duxit ex Iuda, filius ex germine, flos ex Ieſſe, cuius principatus ſuper humerum.

Contra Conſitentes, volentes alioqui iudaizare; & de decreto Apoſtolorum. Cap. 12.

SED quia tũc hæc hæreſis viſa eſt ad decipiendũ validior, & cũcta eccleſia in diſcrimen adducebat̃, nos duodecim Hieroſolymis cõgregati, (loco enim Iudę ꝓditoris Matthias Act. 1. electus eſt, vt eſſet nobiſcũ Apoſtolus locũ Iudæ ſortitus, ſicut ſcriptũ eſt, epiſcopatũ eius accipiat alter) cõſultabamus de ea re cũ Iaco- Pſal. 108. bo fratre Dñi; viſumq; eſt illi, ac ſeniorib⁹, ut haberet̃ ſermo doctrinæ ad populũ: Quidam Act. 15. enim qui à Iudæa deſcenderant Antiochiam, docebant fratres, qui ibi aderant, ꝙ niſi ritu Moyſis circũciderent̃, & alia q̃ ab illo deſcripta, ac ſancita erãt, ſeruarẽt, ſalui eſſe nõ poſſent. Cũ igit̃ diſſenſio eſſet, & nõ parua q̃ſtio haberet̃, Antiochẽſes fratres vbi cognouerũt nos ad huius q̃ſtionis diſquiſitionẽ cõueniſſe, miſerũt ad nos viros fideles, & ſcripturę ſanctę peritos, vt de hac q̃one intelligerẽt. q cùm Hieroſolymã perueniſſent, nũciauerũt nobis ea de quibus quærebatur etiã in Antiochẽſi eccleſia, ꝙ nonnulli aiebant, oportere circumcidi, & omnes alias purificationes ſeruare: de quo cùm alij aliud dicerẽt, ſurrexi ego Petrus, & dixi: Viri fratres, vos ſcitis, quia ab antiquis dieb⁹ Deus in vobis elegit per os meũ audirę

gentes verbum Euangelij, & credere; & qui
Act.10. nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit ip-
ſis: Cornelio enim antea Romani exercitus
Centurioni apparuit Angelus, & dixit ei, vt
me accerſeret, & ex me verbum vitæ audiret;
ille verò accerſiuit me ex Ioppe in Cæſaream
Stratonis. cùm verò egreſſurus eram, volui ci-
bum capere, & dum parabatur, cùm facerem
in cœnaculo precationem, ecce video cœlum
apertum, & vas quoddam quatuor initijs alli-
gatum, velut linteum ſplendidum, & dimiſſũ
in terram, in quo erant omnes quadrupedes,
& ſerpentes terræ, & volucres cœli: & edita
eſt vox è cœlo, quæ aiebat, ſurge Petre, macta,
& manduca; Reſpondi ego, nequaquam Do-
mine, quia nunquam manducaui omne com-
mune, & immundum. ac rurſus edita eſt vox è
cœlo, quæ aiebat, quæ Deus mundauit, tu ne
communia dixeris. Hoc autem factum eſt ter,
& receptum eſt vas in cœlum. Dum autem du
bitarem quid hoc viſum eſſet, dixit mihi ſpiri-
tus: ecce viri quærunt te, ſed ſurge, proficiſce-
re cum eis, nihil hæſitans, quia ego miſi eos.
erant autem ij, quos Centurio miſerat. Atque
ita mecum, quod acciderat, reuoluens, intelle-
Ioel.2. xi verbum Domini, quod ſcriptũ erat, (omnis
» qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit;)
» & rurſus (recordabuntur, & conuertentur ad
Pſal.21. Dominum omnes fines terræ, & adorabunt
» coram eo omnes familiæ gentium.) Ac cùm
vbique de vocatione gentium ſcriptũ eſſe con
ſideraſſem, ſurrexi, & iui cum eis, & ingreſſus
ſum domum viri illius, & cùm adhuc ſermo-
nem exponerẽ, cecidit Spiritus ſanctus in eũ,
& in omnes qui cum eo erant, ſicut in nos in
principio, nihilq; diſtinxit inter nos, & illos,
fide purificante corda illorum: Atque ita com
peri, quòd non eſt acceptor perſonarũ Deus,
ſed in omni gente, qui timet Deum, & opera-
tur iuſtitiam, acceptus eſt ei. Hoc autẽ demi-
rati ſunt etiam ij, qui ex Iudæis crediderant.
Act.15. Nunc igitur quid tentatis Deum, imponere
iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod ne-
que nos, neq; patres noſtri portare potuimus,
ſed per gratiam Domini Ieſu Chriſti credi-
mus ſaluari ſicut illi: Soluit enim nos Domi-
nus vinculis, & onus noſtrum leue effecit; ac
iugum graue lenitate à nobis excuſſit. Cùm
verò hæc dixiſſem, conticuit omnis multitu-
do: Reſpondit autem Iacobus frater Domi-
ni: Viri fratres, audite me, Simon narrauit,
quẽadmodum primùm Deus viſitauit ſume-
re ex gentibus populum nomini ſuo. & his
Amo.9. concordant verba prophetarum, ſicut ſcriptũ
» eſt, (poſthac reuertar, & reædificabo taber-
» naculum Dauid, quod decidit, & diruta eius
» reædificabo, & erigam illud, vt requirant reli-
» qui hominum Dominum, & omnes gentes,
» ſuper quas inuocatum eſt nomen meum ſu-
» per eos, dicit Dominus faciens hæc;) nota
ſunt à ſæculo Deo omnia opera ſua. Propter
quod ego iudico, non inquietare eos qui ex
gentibus conuertuntur ad Deum, ſed ſcribe-
re ad eos, vt abſtineant ſe à cõtaminationibus
gentium, idolothyto, & ſanguine & ſuffocato,
& fornicatione; quæ quidem etiam antiquis
ſancita fuerant, qui ante legem ſecundùm na-
turam viuebant, vt Enos, Enoch, Melchiſedec,
Iob, & ſiquis alius eiuſmodi fuit. Tunc viſum
eſt nobis Apoſtolis, & Iacobo epiſcopo, & ſe-
nioribus cum tota eccleſia, mittere uiros ex
nobis electos cum Barnaba, & Paulo Tarſenſi
gentium Apoſtolo, & Iuda cognomento Bar-
ſaba, & Sila viris præcipuis in fratribus, & ſcri
bere per manus eorum: Apoſtoli, & ſeniores,
& fratres ijs, qui ſunt Antiochiæ, & in Syria, Act.15.
ac Cilicia fratribus ex gentibus ſalutẽ. (Quo- »
niam audiuimus, quòd quidam ex nobis tur- »
bauerunt vos verbis, euertẽtes animas veſtras, »
quibus non mandauimus, placuit nobis colle- »
ctis in unum eligere viros, & mittere ad vos »
cum chariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo ho- »
minibus, qui tradiderunt animas ſuas pro no »
mine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſuper ijs, de »
quibus ſcripſiſtis: Miſimus cum ipſis Iudam, »
& Silam, qui & ipſi verbo referent eadem. Vi- »
ſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis, nihil vl »
trà imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſa- »
ria, vt abſtineatis vos ab idolothytis, & ſangui- »
ne, & ſuffocato, ac fornicatione, à quibus cuſto »
dientes vos bene agetis.) Valete. His igitur »
litteris miſſis remãſimus nos pluribus diebus
Hieroſolymis conquirentes vnà, quæ in com-
munem vtilitatem ad correctionẽ ſpectabant.

Quomodò oporteat ſeparari ab hæreticis. Cap. 13.

POST verò multos dies viſitauimus fratres, & confirmauimus eos verbo veritatis obteſtantes, vt ab eis fugerent, qui nomine Chriſti, & Moyſis Chriſtum, & Moyſem oppugnarent, & pelle ouis lupum tegerent. Hi enim ſunt Pſeudochriſti, & pſeudoapoſtoli, & pſeudoprophetæ, ſeductores & corruptores, partes vulpium, & vinearum humilium, non remotis à terra viribus, deuaſtatores, quorum opera & ſtudio multorũ charitas refrigeſcet.
Qui verò vſque ad extremum ſuſtinuerit, nõ Matth.24
deflectens de via recta, hic ſaluus erit, de his
præmuniendi cauſſa ſic nos Dñs admonebat: Matth.7.
(venient,) inquit, (ad vos homines in indumen »
tis ouium, intus verò ſunt lupi rapaces, a fru- »
ctibus enim eorum cognoſcens eos;) cauete »
ab eis, ſurgent enim pſeudochriſti, & pſeudo-
prophetę, & decipient multos.

Qui prædicarunt catholicam doctrinam, & eius præcepta. Cap. 14.

PROPTER quæ & ipſi nunc in vnũ cõgregati, Petrus, Andreas, Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, Philippus, Bartholomæus, Thomas, & Matthæus, Iacob⁹ Alphæi, & Lebbęus cognomento Thadæus, Simon Cananæus, & Matthias, q loco Iudę in numerũ nſm electus

eſt,

eſt,& Iacobus frater Domini,idemq́; Hieroſolymitanus epiſcopus,item Paulus doctor Gentium,ac vas electionis,omnes,inquam,in vnū congregati ſcripſimus vobis catholicam hanc doctrinam ad fulciendum,ac confirmandum vos, quibus vniuerſalis epiſcopatus creditus eſt. In qua doctrina hæc vobis exponimus: Deum omnipotentem vnum tantùm eſſe, ac præter hunc neminem alium eſſe, oportereque hunc ſolummodò colere ac venerari per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum in ſancto Spiritu: itē vti vt ſcripturis ſacris lege, & prophetis;honorare parentes; omnem actionem prauam fugere; reſurrectionem,& iudicium credere; remunerationem expectare; omnes creaturas ciborum cum gratiarum actione, vt pote à Deo factas, & quibus in earum natura nihil vitij ineſt, vxorem ducere legitimè; huiuſmodi enim nuptiæ reprehenſione carent; quoniā à Domino aptatur vxor viro; & Dominus ait, (qui fecit à principio, maſculum,& fœminam, fecit eos,& dixit, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam.) Itaque vxorem nō ream poſt matrimonium eijcere fas ne ſit: cuſtodies,inquit, ſpiritu tuo,& vxorem adoleſcentiæ tuæ ne derelinque, quoniam ipſa particeps vitæ tuæ, & reliquiæ ſpiritus tui;& ego feci,& nō alius: ait enim Dominus, (Quæ Deus coniunxit,homo non ſeparet:) vxor enim cōſors vitæ eſt ex duobus in vnum corpus à Deo copulata: qui autem vnum rurſus in duo dirimit, inimicus eſt operis Dei, & prouidentiæ eius aduerſarius. Similiter qui retinet eam, quæ legem naturæ violauit, legis violator eſt,ſicut ſcriptum eſt, qui adulteram retinet, ſtultus,& impius. Abſcinde eam,inquit,à carnibus tuis, quia nō eſt auxiliatrix,ſed inſidiatrix,quæ mentem ad alium declinauit. Neque carnem circumcidere,ſed ſatis eſſe fidelibus circumciſionem cordis in ſpiritu;circumcidimini,inquit,Deo veſtro,& circumcidite præputium cordis veſtri.

Matth.19. Gen.2. Mala.2. Matth.19. Eccl.25. Ierem.4.

Quòd oporteat non rebaptizare, neque ab impijs baptiſmum recipere. Cap.15.

SIMILITER docemus oportere contentos eſſe vno baptiſmo, qui in mortem Domini datus eſt,non illo baptiſmo, qui ab hæreticis infamibus,ſed qui à probatis ſacerdotibus tribuit in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti: Itaque neque illorum impiorum baptiſmus vobis probetur, neque horum ſanctorum baptiſmus per ſecundum irritus fiat. vt enim vnus Deus,vnus Chriſtus, vnus item paracletus, vna verò etiam mors Domini in corpore; ſic item vnum ſit baptiſma,quod in eam datur: Qui autē ab illis impijs accipiunt inquinamētum,erunt quoque participes animi eorum;non enim illi ſacerdotes ſunt, ſicut Dominus de ipſis ait:(Quoniā eieciſti cognitionem,& ego eijciam te,ne fungaris mihi ſacerdotio.) Quare qui ab iſtis baptizati ſunt, non baptiſmo initiati,ſed inquinati ſunt, qui non veniam peccatorum, ſed vinculum iniquitatis accipiunt. Neque hoc ſolùm, immò qui myſterio baptiſmi initiatos, iterum baptizare aggrediuntur, iterum agunt in crucem Dñm, iterumq́; eum interficiunt,irrident diuina,ludibrio habent ſancta, contumelia afficiunt Spiritum ſanctum, & ſanguinem illum ſanctum vt communem paruipendunt;impij ſunt in eum, qui miſit; in eum, qui paſſus eſt; in eum, qui teſtimonium præbuit. Quin potiùs qui baptiſmum propter contemptum recuſauerit, tanquam infidelis condemnabitur; & ei vt ingrato, & immemori exprobrabitur quod ait Dominus:) Niſi quis baptizatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto,non ingredietur in regnum cœlorum.) & rurſus: (Qui crediderit,& baptizatus fuerit,ſaluus erit; qui autem non crediderit,condemnabitur). Qui verò ait, cum moriar, accipiam baptiſmum, ne peccem, & baptiſmum inquinem; hic quidem Deum ignorat, & naturæ ſuæ oblitus eſt: (Ne differas, inquit, conuerti ad Dominum, non enim ſcis quid pariet poſterus dies.) Baptizate autem veſtros pueros infantes, & educate eos in diſciplina,& monitione Dei: (Sinite) enim, ait Dominus,(pueros venire ad me, & ne prohibete eos.)

Oſe.4. Io.3. Mar.vlt. Pro.3. Matth.19.

De libris falſo inſcriptis. Cap.16.

HAEC omnia ſcripſimus vobis, vt ſcire poſſitis,qualis ſit noſtra ſcientia,& ne libros,quos impij noſtri nominis inſcriptione munierunt, approbetis; neque enim nomina apoſtolorum attendere debetis, ſed naturam rerum, & ſententiam nunquam à recto deflexam. Scimus enim Simonem,& Cleobium venenatos libros nomine Chriſti & diſcipulorum eius compoſuiſſe, quos ad decipiendum eos, qui Chriſtum & nos ſeruos eius dilexerunt, circumferunt. Atque etiam priſcis temporibus quidam libros apocryphos ſcripſerunt Moyſis, Enoch,Adam, Eſaiæ, Dauid, Eliæ,& trium patriarcharum; libros dico peſtiferos, & veritatis inimicos: Tales tunc libros ediderunt infames hæretici, quibus calumniantur creationem mundi,nuptias, prouidentiam,procreationem liberorum,legem, prophetas: ſcribuntque in his ipſis nomina quædam barbara, vt illi quidem aiunt, Angelorum,vt aūt verū fateamur,Dæmonū potius, quorū inſtinctu & afflatu iſta ſcripſerunt. fugite ergo horum doctrinam, ne ſupplicij eorū, q iſta ad fallendū fideles & ꝓbos Dñi Ieſu diſcipulos ſcripſerūt, participes efficiamini.

Coniugalia præcepta de clericis. Cap.17.

EPISCOPVM, & presbyterum, ac diaconum ordinari præcipimus, qui ſint monogami,ideſt,vnius vxoris viri,ſiue vxores eorum

eorum ſuperſtites ſint, ſiue non: poſt ordina-
tionem tamen, ſi vxores non habent, præcipi-
mus, vt non liceat amplius ducere; aut ſi an-
tea duxerant, non aliàs in matrimonium ac-
cipere; ſed potius, quòd cùm haberent, ad or-
dinationem venerunt, contentos eſſe: Item
miniſtros, cantores, lectores, & ianitores mo-
nogamos, id eſt, vnumquemque eorum vnius
vxoris virum eſſe præcipimus, ſin verò ante
coniugium ad clerum acceſſerint, permitti-
mus eis, vt vxores ducant; ſi eis cordi eſt: ne
cum deliquerint, pœnas pendãt. Iubemus ve-
rò, vt nullus ex clero in matrimonium acci-
Matth. 5. piat meretricem, aut ancillam, aut viduam,
aut repudiatam, ſicut etiam lex ſancit; Diaco-
Leui. 21. niſſa verò eligatur virgo pudica: Sin autem
non fuerit virgo, ſit ſaltem vidua, quæ vni nu-
pſerit, & fidelis, atque honorata ſit.

Admonitio de fugienda hæreticorum communione. Cap. 18.

POENITENTES ſuſcipite, hæc eſt enim
Dei voluntas in Chriſto. Poſt tradita cate-
chumenis elementa Chriſtianæ religionis ba-
ptizate eos. Impios hæreticos non pęnitentes
diſcludite, & ſemouete a fidelibus, & eis eccle-
ſiam Dei interdicite: vt omnibus modis ab eis
declinent, neque vlla cum eis ſit ſermonis, aut
precationis communitas; hi enim ſunt aduer-
ſarij, & inſidiatores eccleſiæ, qui corrumpunt
gregem, & fœdant hæreditatem, ſapientiæ ſi-
mulatores, & toti improbi, de quibus aiebat
Pro. 14. Salamon: (Qui impij ſunt, ſimulant ſe pios
» eſſe; eſt enim) inquit, (via quæ quibuſdam vi-
» detur recta, extrema verò eius ſpectant ad
» profundum inferni.) Hi ſunt de quibus Do-
minus acerbè & rigidè pnunciauit eſſe pſeu-
dochriſtos, & falſos magiſtros, qui in ſpiritũ
gratię blaſphemi fuerunt: et donum eius poſt
gratiam contumelioſè aſpernati ſunt: quibus
neq; in hoc ſęculo, neq; in futuro remittetur.
qui magis impij ſunt, quàm Iudæi, & magis
ſine Deo, quàm gentiles, qui ſummum Deum
vniuerſi præſidem blaſphemijs inſectantur,
& filium eius conculcant, ac in doctrinam
Spiritus ſancti deſpuunt, qui ſermones Dei
negant, aut approbare ſe ſimulant in contu-
meliam Dei, & ad decipiendum eos qui ipſos
adeunt; quique ſcripturis ſanctis contume-
liam inferunt, & quid nam ſit iuſtitia, igno-
el. 9. rant; qui eccleſiã deuaſtãt, vt paruæ vulpes vi-
neã; quas vt deuitetis hortamur, ne animis ve-
ſtris laqueos inijciatis. Qui ambulat, inquit,
cum ſapientibus, ſapiens erit; qui verò ambu-
lat cum inſipientibus, cognoſcetur: neq; enim
licet cum fure currere, neq; cũ adultero por-
Pſal. 138. tionem ponere; ſiquidem & ſanctus Dauid
» ait, (odiẽtes te oderam, & ſuper inimicos tuos
» tabeſcebam, perfecto odio oderam illos, ini-
» mici facti ſunt mihi.) Atq; etiam Deus ex-
probrabat Ioſaphat, quòd eſſet amicus, atque
2. Para. 19. auxiliator Acham, & Ochoziæ; ſic enim ait
per Iehu prophetã: tibi cũ peccatore amicitia
eſt, vel ei auxilium fers, quem Deus odit; pro-
pter hoc repetentè ira Domini concitata fuiſ-
ſet in te, niſi cor tuum inuentum eſſet perfe-
ctum erga Dominum; idcirco pepercit tibi
Dominus, excepto, quòd opera tua interru-
pta ſunt, & confractæ naues tuæ. Fugite ergo
communionem hæreticorum, & ne ſit vobis
pax cum eis, de ipſis enim pronunciauit Pro-
pheta, Non eſt ſaluere impijs, ait Dominus: Isa. 57.
Hi enim ſunt lupi occulti, canes muti, non va-
lentes latrare; qui nunc quidem pauci ſunt,
proceſſu verò temporis, & cum propè erit ex-
tremum ſæculi huius plures difficilioresque,
erunt. De quibus Dominus aiebat, (Nunquid Luc 18.
cùm venerit filius hominis, inueniet fidem in »
terra?) & quia multiplicabitur iniquitas, re- »
frigeſcet charitas multorum; & venient pſeu- Matth. 24
dochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna
in cœlo, vt ſi fieri poſſit, etiã electi inducantur
in errorem: à quorum fraude eripiet vos Do-
minus Deus per Ieſum Chriſtum, qui eſt ſpes
noſtra. Etenim & nos cùm pergeremus p gen-
tes, & eccleſias confirmaremus; alios quidem
multa admonitione, & ſermonis medicina ſa-
nauimus, & iam propè fraude perituros, re-
uocauimus; alios verò, quorum ægritudo non
poterat recipere curationem, extruſimus ex
grege, ne eorum ſcabies cum teneris agnis ſa-
nis contagione communicaretur, quin potiùs
puri, mũdi, ſani, ac ſine macula Domino Deo
ſeruarentur. Atque hæc quidem vbique ter-
rarum per ciuitates fecimus, vobiſque epiſco-
pis, & reliquis Sacerdotibus hanc doctrinam
catholicam meritò & iuſtè reliquimus, vt me-
mineritis fulcire ac roborare eos qui Deo cre-
diderunt. Quam quidem doctrinam miſimus
vobis per comminiſtrum noſtrum Clementẽ
fideliſſimum, ac chariſſimum filium noſtrum
vnà cum Barnaba, & Timotheo filio optatiſſi-
mo, & cum ſincero Marco, cum quibus notos
vobis eſſe volumus Titũ, Lucã, Iaſonẽ, Luciũ,
Soſipatrũ. p quos hortamur vos, vt abſtineatis
à vetere conſuetudine, vanis vinculis, ſepara-
tionibus, obſeruationibus, ciborum differen-
tia, ac baptiſmatib⁹ quotidianis: vetera enim 2. Cor. 5.
tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua.

Contra vituperantes legem. Cap. 19.

DEVM enim p Ieſum Chriſtũ cognoui-
mus, omnemq; eius diſpẽſationẽ à prin
cipio factã, quẽadmodũ legẽ dederit ſimplicẽ
legis naturalis adiutricẽ, purã, ſalutarẽ, ſan-
ctã, in qua propriũ nomẽ ferebat; perfectam, ex
nulla parte deficientẽ, cõtinentẽ decalogũ, ple-
nã, omni macula carentẽ, animas cõuertentẽ.
Cuius quidẽ oblitos Hebræos admonet Dñs
p Malachiã prophetã, cùm ait: (Memẽtote le- »
gis Moyſis hominis Dei, qui pcepit vobis p- »
cepta, & iuſtificationes.) Quæ vſq; adeo ſãcta »
& iuſta eſt, vt Saluator noſter cùm aliquan- Mala. 4.
do vnum leproſum, & rurſus nouem curaſſet, Matth. 28

primo

Luc.17. primò dixerit, Abi, oſtende te ſummo ſacer-
Matth. 8. doti,& offer munus quod præcepit Moyſes in
teſtimonium illis;ac rurſus illis item nouem,
Luc.17. Ite, inquit, oſtendite vos ſacerdotibus. Non
Matth. 5. enim legem ſoluit,vt opinatur Simon, immò
impleuit; ait enim: Iota vnum, aut vnus apex
non præteribit à lege,donec omnia fiant:non
enim inquit,veni ſoluere legem, ſed adimple-
re.ſiquidem Moyſes idem legiſlator ſimul, &
princeps ſacerdotum, & propheta, ac rex; itẽ
Matth.17. Elias ille prophetarum zelotes interfuerunt
transfigurationi Domini in monte teſtes aſ-
ſumptæ humanitatis Chriſti, & paſſionum
eius, tanquam amici Chriſti, & familiares,
non autem inimici, & alieni. Quæ quidem ſa-
tis demonſtrant legem eſſe bonam & ſanctam,
& item Prophetas.

Quæ ſit lex naturalis, & quæ inducta, & quare fuit inducta. *Cap. 20.*

LEx verò eſt decalogus, quemadmodùm
illis clara voce ſanxit, antequam populus
Apim illum Ægyptium facto vitulo coleret.
Hæc autem lex iuſta eſt, vnde nomos dicitur,
quòd natura fiant iuſtè iudicia, quam Simon
vituperat,quòd exiſtimet, ſi ab ea non iudica-
Exod. 20. tur,ex pœnis ſe euaſurum. Hæc eſt lex bona &
ſancta,nõ coacta. Si feceris,inquit,mihi aram,
ex terra facies; non dixit,fac,ſed ſi feceris;non
impoſuit neceſſitatem,ſed poteſtati vt pote li-
beræ permiſit:non enim eget Deus victimis,
qui natura nullius rei eſt indigens. Quin im-
mò cùm ſciret iam antea Abelem illum Dei
amantem, & ſtudioſum, & Noë,atque Abra-
ham,item alios deinceps non iuſſos, ſed lege
naturæ excitatos vltrò grato animo Deo ſacri-
ficaſſe,idem poſtea Hebræis quoque ſacrifica-
re permiſit,non quidem ſacrificare iubens,ſed
ſi liberet,concedens;ſacrificia quoque appro-
bans, ſi recto animo fierent. Idcircò ait, ſi ſa-
crificare cupis, ſacrifica mihi alioqui non in-
digenti,nulla enim re mihi opus eſt: meus eſt
Pſal.49. enim orbis terræ,& plenitudo eius. Poſtquam
verò obliuio horum populum cepit, & pro
Deo vitulum appellauit Deum, eidemque
cauſſam egreſſionis ex Ægypto aſſignauit, di-
Exod.32. cens,hi Dei tui Iſrael,qui te eduxerunt ex ter-
ra Ægypti, & cultu Dei ad figuram vituli co-
medentis fœnum impiè traducto, Deum ne-
Exod.7.8. &c. gauit; qui Hæbreos ipſos, cùm in Ægypto
premerentur, per Moyſem viſitauerat;qui ſi-
gna in virga,& manu ediderat, qui Ægyptios
plagis decem affecerat; qui mare rubrum in
diuiſiones aquarum diuiſerat; qui in medio
vndæ eos, vt equum in campo,traiecerat; qui
ſarracos,& inſidiatores demerſerat;qui ama-
rum fontem in Marra in dulcem verterat;qui
ex duro ſaxo aquam vſque ad ſatietatem eli-
cuerat; qui propter nimium æſtum columna
ex nube facta vmbram eis fecerat; eoſdemque
columna ignis illuminauerat,& neſcientibus
quà eũdum eſſet viam oſtenderat; qui manna
è cœlo,& ex mari carnem dederat,qui ex mon
te legem eis tulerat; qui eos honore audiendi
vocem ſuam dignatus fuerat, hunc negarunt,
cùm Aaroni dixerũt,fac nobis Deos qui præi- Exod.32.
bunt nobis; & fecerunt vitulum conflatilem,
& ſacrificauerunt idolo. Tunc Deus iratus,
quòd ingrati, & immemores beneficiorum
eſſent, conſtrinxit eos vinculis, quæ diſſolui
non poſſent, & compreſſione oneris, & aſpe-
ritate iugi conſtrinxit;neque amplius dixit, ſi
feceris,ſed fac aram,& ſacrifica aſſiduè; obli-
uioſus enim es & ingratus. Fac igitur conti-
nenter ſacrificium holocauſti, vt ſis memor
mei. Quia enim libera poteſtate malè abuſus
es, impono tibi deinceps neceſſitatem; inter-
dico tibi huiuſmodi qualitates, & genera ci-
borum; propono diſtinctiones animalium,
quæ munda, & quæ immunda; cùm alioqui
omne animal, bonum ſit,vt pote à me effectũ.
Item iubeo tibi tales quaſdam ſeparationes,
purgationes, crebras lauationes,aſperſiones,
purificationes, vacationes varias:& in ſingu-
lis horum niſi parueris,ſupplicium tibi, vt ſer-
uo non obedienti decerno, vt preſſus,& collo
obtorto, à falſa religione Deorum multorum
recedas; & illud iam prætermittens, Hi ſunt
Dij tui Iſrael, illud potius memineris, Audi Exod. 32.
Iſrael, Dominus Deus tuus Dominus vnus Deu.6.
eſt;ad illamque legem recurras, quæ eſt à me
cunctis hominibus natura inſita ſcilicet de
vno tantùm Deo in cœlo,& in terra;deque eo
amando toto corde, totis viribus, tota mente,
neque alio præter eum metuendo; de non co-
gitandis aliorum Deorum nominibus, neque
ore & linguis proferendis. Propter duritiam
enim cordis alligauit eos Dominus, vt illi ſa-
crificando,feriando,purificando,& talia quę-
dam obſeruando, Dei veniret in mentem, à
quo hæc ipſis deſcripta ac conſtituta eſſent.

Quòd ſumus ſub gratia, & non ſub ſeruitute legis inductæ, qui in Chriſtum credimus. *Cap.21.*

VEstri verò; qui in vnum Deum non
neceſſitate credidiſtis, ſed arbitrio ſanè
vocanti paruiſtis, beati oculi, quia vident, & Luc. 10.
beatæ aures, quia audiunt; ſoluti enim eſtis à
vinculis,& liberati à ſeruitute. Non iam dico Io.15.
vos ſeruos,ſed amicos,quoniam cuncta, quæ
audiui ex patre meo,nota feci vobis:illis verò,
qui noluerunt videre,neque audire, non quia
priuati eſſent facultate partium animi, ſed
quia nimia erat eorum peruerſitas ac malitia,
illis, inquam, dedi præcepta non bona, & iu- Ezech. 20
ſtificationes, in quibus non viuent in ipſis;
non bona dico, illorum ſcilicet propoſito
(ferrum enim ad ad vrendum,& ſcalpellum,
ac medicamenta inimica ſunt non valenti-
bus) non ſunt autem ſeruata propter eorum
contemptum obediendi; ex quo fit, vt non
ſeruata mortem eis afferant.

VOS

Quòd lex de ſacrificijs erat lex inducta quam Chriſtus ſuſtulit. Cap. 21.

VOs igitur beati, q maledicto ſoluti eſtis:
Chriſtus enim Dei filius cùm venit, legẽ
habuit ratam, & impleuit; aſcita verò abroga-
uit, tametſi non omnia, ſed grauiora; qui illã
quidem confirmauit, hęc verò ſilere fecit. rur-
ſusq́ue arbitrij poteſtatem à neceſſitate libe-
ram hominibus dimiſit, nõ breui morte mul-
ctans, ſed in altero ſæculo rationẽ repoſcens.
Matth.16. Vnde ait, (ſi quis vult venire poſt me veniat,)
Io.6. » & rurſus, (nunquid & vos vultis abire?) iam
vero etiam ante aduentum ſuum ſacrificia ip-
ſa populi reſpuebat, quòd ſæpe in Deum pec-
care pergeret; cumq́ue ſacrificando, ac non
potius pœnitendo propitium fieri exiſtima-
Ierem.6. ret. Sic enim ait: (Quid mihi thus ex Saba
» fers, & cinnamomum ex terra longinqua? Ho-
» locauſta veſtra non ſunt accepta, & ſacrificia
» veſtra nõ fuerunt mihi iucunda.) & deinceps,
Ierem.7. (Holocauſta veſtra congregate cum ſacrificijs
» veſtris, & comedite carnes, quoniam non prę-
» cepi vobis de holocauſtomatibus, & ſacrifi-
» cijs, quãdo eduxi vos ex terra Ægypti.) & per
Iſa.1. Eſaiam ait: (Quid mihi multitudo ſacrificio-
» rum veſtrorum? ait Dominus, plenus ſum,
» holocauſtomata arietum, & adipem agnorũ
» ſanguinemq́ue taurorũ, atque hircorum no-
» lo: neque ſi veniatis, vt appareatis coram me;
» quis enim requiſiuit hæc de manibus veſtris?
» Atrium meum terere non addetis amplius.
» Si obtuleritis ſiliginem, vanum eſt, thymiama
» abominatio eſt mihi. Neomenias veſtras, &
» ſabbata, & diem magnum non feram: ieiuniũ,
» & vacationem & feſtos dies odit anima mea.
» Facti eſtis mihi in ſatietatem.) Et per alium
Amo.5. Prophetam ait, (Recede à me: Sonitum can-
» ticorum tuorum, & pſalmum organorum
» tuorum non audiam.) Et Samuel Sauli, qui ſe
1.Reg.15. ſacrificaſſe putabat, Bona, inquit, obedientia
ſupra ſacrificium, & auditio ſupra adipem
arietum. Ecce enim non vult Dominus ſacri-
ficium, ſicut vult, vt eum audiamus. & per
Pſal.49. Dauid ait, (Non accipiam de domo tua vitu-
» los, neque de gregibus tuis hircos. Si eſuriero
» non dicam tibi, meus eſt enim orbis terræ, &
» plenitudo eius. Nunquid manducabo carnem
» taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?
» Immola Deo ſacrificium laudis, & redde al-
» tiſſimo vota tua.) Ad hunc modum in omni-
bus ſcripturis ſacrificia illorum renuit ac re-
pudiat, quòd in peccatis aduerſus eum perſe-
uerarent. ſacrificia enim impiorum execratio
Pro.15. apud Dominum, etenim præter legem illa
faciunt. & rurſus, ſacrificia eorum, vt panis
luctus ipſis, omnes enim eis veſcentes conta-
minabuntur. Si igitur & ante aduentum
Pſal.50. ſuum cor mundum, & ſpiritum contritum
magis quàm ſacrificia requirebat Deus, mul-
to magis poſt aduentum ceſſare eã fecit ſacri-
ficia, inquam, cruenta: finem verò illis impo-
ſuit implendo illa prius. Nam & circumciſus Luc.2.
eſt, & aſperſus, fecitq́ue ſacrificia & holocau-
ſtomata, alijsq́ue conſuetudinibus legis vſus
eſt, ac factus eſt ipſe legiſlator plenitudo le-
gis, non quidem lege naturali ſublata, ſed
illis abrogatis, quę per Deuteroſim aſcita fue-
rant, tametſi non omnibus.

Quomodo impleuit legem Chriſtus, & quæ ex lege abrogauit, aut mutauit, vel tranſtulit in alia. Cap. 23.

LEGEM enim naturalem non ſuſtulit, ſed
confirmauit: ſiquidem qui in lege dixe-
rat, (Dominus Deus tuus, Dominus vnus Deu.6.
eſt,) idem in euangelio ait, (vt cognoſcant »
te ſolum verum Deum.) & qui dixit, diliges »
proximum tuum, idem in euangelio ait, re- Io.17.
nouandi gratia, Mandatum nouum dò vo- Leu.19.
bis, vt diligatis inuicem. & qui tunc iram in- Io.13.
terdixit, nunc etiam iram temerè concitatam: Gen.9. Matth.5.
Qui tunc adulterium, nunc prauam quamque
cupiditatem: Qui tunc furtum, nunc potius
beatum prædicat eum, qui ex ſuis laboribus
ſuppeditat egentibus: Qui tunc odium ve-
tuit, nunc etiam inimicos amare iuſſit: Qui
tunc vltionem prohibuit, nunc tolerantiam
ſanxit, non quòd iniuncta vitio, ſed quòd
præſtantior ſit tolerantia. Neque verò legem
ſanxit de extirpandis perturbationibus natu-
ralibus, ſed de earum immoderatione. Item Luc.2.
qui iuſſit honorare parentes, idem ipſis ſub-
iectus fuit; qui tunc iuſſit lege, vt quiete &
vacatione ſabbatum celebrarent ad meditan-
dum legem, nunc iuſſit, vt quotidie legem
creationis & prouidentiæ conſiderando gra-
tias Deo ageremus: circumciſionem ſuſtulit, Gen.49.
quam in ſe impleuit, ipſe enim erat, cui re- Exod.20.
ſeruata erat expectatio gentium. Itẽ qui tunc Matth.5.
legem tulerat de ſanctè & religioſè iurando;
& peierare vetuerat, idem præcepit nunc non
iurare prorſus. Iam baptiſma, ſacrificium,
ſacerdotium, cultum loco circumſcriptum
aliter mutauit; pro baptiſmis enim quotidia-
nis vnum tantum dedit, qui fit in mortem
eius. Pro vna tribu ſacerdotali iuſſit ex vna-
quaque gente optimos quoſque ad ſacerdotiũ
eligere, neque corporum vitia contemplari,
ſed religionẽ, & vitam. Pro ſacrificio cruento
rationale, & incruentum, ac illud myſticum
ſacrificium corporis, & ſanguinis Domini,
quod in ſymbolum mortis eius celebratur:
Pro cultu circumſcriptione loci definito, ab Mala.1.
oriente vſque ad occidentem in omni loco Deu.6.
dominationis eius eundem laudibus celebra-
re præcepit, & iuſtum eſſe ſtatuit. Non igitur
ſuſtulit nobis legem, ſed vincula. De lege ve-
rò Moyſes quoque ait, Meditaberis verbum,
quod ego pcipio tibi ſedens domi, & ſurgens,
& deambulans in via: & Dauid, in lege Dñi Pſalm.1.
voluntas eius, & in lege eius meditabitur die,
ac nocte; in omnibus enim pſalmis, vult, vt ſi-

mus

mus ſeruatores legis,& non violatores. (Bea-
ti) inquit, (immaculati in via,qui ambulant
Baru.4. in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimo-
nia eius; in toto corde exquirent eum.) &
rurſus: (Beati ſumus Iſrael,quoniam quę pla-
cita ſunt Deo, nota ſunt nobis.) & Dominus
Io.13. ait ſi (ſi hæc ſcitis,beati eſtis,ſi feceritis ea.)

Quòd voluit Dominus, vt per Romanos quoque lex iuſtitiæ declararetur, & quòd Deus propter impietatem in Christum Iudæos fecit captiuos eſſe, & tributum pendere. Cap.24.

NEQVE verò vult,vt per nos tantùm lex iuſtitiæ eniteat,ſed voluit,vt per Romanos quoque luceret ac ſplenderet; nam & ipſi poſtquàm in Dominum Ieſum credidere, à Deorum multitudine, atque iniuſtitia deſciuerunt,bonosq; probant,& prauos puniunt; Iudæos verò cogunt conferre tributum,& eos legibus ſuis vti non ſinunt, quippe qui ſeruitutem verò ſibi tunc attraxerunt, cùm dixe-
Io.16. runt, non habemus regem, niſi Cæſarem;&
Io.11. niſi interfecerimus,inquiunt, Chriſtum, omnes in eum credent,& venient Romani,& tollent noſtrum locum,& gentem.

ATQVE ita factum eſt; vt nolentes prophetauerint: Siquidem & gentes in eum crediderunt, & eos ipſos Romani, poteſtate,& cultura legis Moſaicæ priuauerunt, qui neq; occidere poſſunt quos ipſi vellent, neque ſacrificare quãdo vellent; ex quo fit,vt ſint maledicti, vt qui ea, quæ deſcripta ac conſtituta
Deu.27. ſunt, facere non poſſint; (Maledictus enim, inquit,omnis,qui non permanet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis; vt facias ea.) Nullo enim modo poſſunt, qui inter gentes diſperſi ſunt, omnia perficere,quæ lex iubet.
Deu.12. Siquidem vetat eos Moyſes aram extra Hieruſalem collocare, & legem extra terminos Iudææ legere. Chriſtum igitur ſequamur, vt benedictionis eius hæredes ſcribamur. Cum lege,& Prophetis conuenienter euangelio cõſentiamus. Vitemus eos, qui multitudinem Deorum introducunt. Vitemus quoque interfectores Chriſti, & prophetarum,& infames, atque impios & ſine Deo hęreticos. Pareamus Chriſto,vt regi, & vt poteſtatem habenti mutandi varias ſanctiones, & in quo ſit vt in legiſlatore ſapientia ad alia,atque alia ſanciendum,& ordinandum: illis vbiq; fixè,& immutabiliter conſeruatis,quæ natura inſita ſunt.)

Quòd oporteat fugere ab hæreticis, vt animarum interfectoribus. Cap.25.

CAVETE igitur epiſcopi, & laici ab omnibus hæreticis,qui legem, & prophetas improbant: hi enim Deo omnipotẽti,cui ſunt inimici, repugnant, & non confitentur eſſe filium Dei Chriſtum, negant enim generationem eius ſecundùm carnem, pudetq; eos crucis,paſſum,& mortuum fuiſſe, ingloriùm, & inhonoratum putant; excitatum eſſe à mortuis ignorant; tollũ genitũ eſſe ante ſæcula: Nonnulli eorum alio modo ſunt impij, qui Chriſtum hominem tantùm eſſe cogitant ex corpore, & anima conſtantem: partim ex eis ſuſpicantur eundem eſſe Ieſum Deũ vniuerſi, eundemq; ſui pſius patrem,& eundem filium ac paracletum; quo quid eſſe poteſt execrabilius? Alij rurſus cibos quoſdam vt malos abijciunt,& nuptias cum generatione filiorum itẽ malas eſſe,& à diabolo excogitatas dicunt, ac ſua malitia impij nolunt à mortuis ſuſcitari, idcirco reſurrectionẽ criminantur, aientes veneratione nos dignos, qui edere, & bibere nolumus; cogitatione verò fingunt ſe dæmones incorporeos à mortuis ſuſcitandos: ſed hi ad ignem ſempiternum damnabuntur. Cauete ergo ab eis,ne cum eorum impietatibus pariter intereatis.

De obſeruationibus Iudaicis, & Ethnicis. Cap.26.

SI qui verò ſunt,q Iudaicos ritus obſeruant, vt fluxus ſeminis, per ſomnium pollutiones,coniunctiones corporum ſecundùm legẽ, reſpondeant nobis, an caueant diebus,& horis, quibus hæc eis accidunt, ne precationes faciant,aut librum tangant? q ſi aſſentiantur, liquet eos ſpiritu ſancto, qui ſemper adeſt fidelibus,vacuos eſſe. De ſanctis enim ait Salo- Pro.6.
mon,(vt ſe quiſq; pręparet,vt cùm cubarit,cuſtodiat eum;cùm excitatus fuerit à ſomno,colloquatur cũ eo.) Etenim ſi tu mulier exiſtimas diebus ſeptẽ menſtruę fluxionis te eſſe ſpiritu ſancto vacuã,ergo ſi repẽtè è vita excedas, excedes ſine ſpiritu ſancto,nulla in Deũ ſpe cõfiſa;cùm habeas alioqui ſpiritũ ſanctũ prorſus à tę non ſeparatum, quippe qui non eſt loco definitus; opus verò tibi eſt precatione,& aduentu ſpiritus ſancti,cùm nihil in hoc peccaueris. Neq; enim legitimus concubitus,neq; partus,neq; ſanguinis fluxio, neque genitalis ſeminis per ſomniũ excretio naturã hominis polluere poſſunt, aut ſpiritũ ſanctũ ſeparare, præterquã ſola impietas, & actio à lege interdicta. Sanctus enim ſpiritus ſemper apud eos permanet,qui eũ receperunt, quãdiu ſe dignos eo præſtant;& à quibus ſeparatus eſt, hos ſuo pſidio priuat,& malo ſpiritui addicit: Quiſq; enim aut ſpiritu ſancto plenus eſt,aut ſpiritu immundo;neq; verumq; horum caueri poteſt, quin alterum eorũ accidere neceſſe ſit: Paracletus enim omne genus mendacij odit,cõtrà verò diabolus omne genus veritatis. Omnis verò ſecundùm veritatem baptizatus,à ſpiritu quidem diabolico ſeparatus eſt, intra ſanctum verò ſpiritũ conſiſtit;& in eo quidẽ,qui honeſtis actionibus ſtudet, permanet ſpiritus ſanctus,eumq; ſapientia,& intellectu implet;neq; malum ſpiritum ſinit propè accedere, cuius incurſus,& agreſſiones obſeruat. Ergo tu mulier,ſi,vt ais, vacua ſpiritu ſancto es,cõſequens eſt,vt ſis ſpiritu immundo plena: quippe quẽ

vel

vel nolentem acceríis non precando, neque legendo: diligit enim ille quidem, ſiquis alius, ingratos, ignauos, negligentes, ſomniculoſos, quia & ipſe propter maleuolentię morbum ex ingrata memoria profectũ ſpoliatus eſt à Deo dignitate, maluitque ex archangelo effici diabolus. Quocirca abſtine mulier à vanis ſutilibusque ſermonibus: memor ſis ſemper auctoris tui, & eum deprecare, ipſe enim eſt tuus, & vniuerſitatis dominus. Meditare eius leges, nihil obſeruans, non mundiciam naturalem, nõ coniunctionem corporum legitimam, nõ partum, aut abortionem, non vitium corporis: huiuſmodi enim obſeruationes inuenta ſunt ſtultorum hominum vana, & ſenſu ac ſignificatione carentia. Non enim funus, non oſſa mortui, non ſepulchrum, neque tale quoddam genus cibi, neque fluxus ſeminis per ſomnũ animam hominis inquinare poſſunt, prӕterquam ſola in Deum impietas, & legis violatio, & iniuſtitia aduerſus proximum, furtum, inquam, & violentia, aut ſiquid iuſtitiӕ Dei contrarium eſt, Vt adulterium, aut ſcortatio. Eiicite ergo, & fugite chariſſimi huiuſmodi obſeruationes, ad gentiles enim pertinent iſta. neque enim cadauer abominationi habemus, vt illi; quippe qui illud reuiuiſcere ſperamus: Neque legitimum coitum vt malum damnamus, ipſorum enim

Matth. 19 mortis eſt huiuſmodi genus impietatis: Dei enim voluntate fit illa coniunctio maris, & fœminӕ, quӕ iuſta eſt. Siquidem qui fecit hominem à principio, marem, & fœminã fecit eos,

Gen. 1. & dixit, (Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.) Etenim ſi diuerſitas figurӕ ad propagationem multitudinis effecta eſt, igitur voluntate eius mas, & fœmina miſcentur.

De amore puerorum, adulterio fornicatione.
Cap. 27.

AT verò non eſt voluntate Dei facta illa cõtra naturam nefaria coniunctio, aut illa cõtra legẽ, quӕ inimica Deo eſt; contra naturã enim eſt illa Sodomitarum, & corpus cum beſtiis miſcentium flagirioſa libido; contra legẽ verò adulterium, & ſcortatio, ex quibus libidinibus, in illis quidem impia res eſt, in his verò iniuſtitia, & denique peccatum: neutrum verò genus euadit impunitũ, vt propriè affecti ſunt, primi enim interitum mundi machinantur, qui quod à natura eſt, contra naturam facere conantur, ſecundi verò iniuriam aliis faciunt, cùm aliena matrimonia violant, & quod à Deo factum eſt vnum, in duo diuidũt, ac liberos faciunt ſuſpectos, & legitimum maritum inſidiis exponunt. ac ſcortatio corruptio eſt proprij corporis, quӕ non adhibetur ad generationem filiorum, ſed tota ad voluptatem ſpectat, quod eſt indicium incontinentiӕ, non autem virtutis ſignum. Hęc vero omnia legibus vetita ſunt; ſic

Leuit. 18. & 20. enim ait ſcriptura: (Non cubabis cum mare cõcubitu muliebri; maledictus eſt enim huiuſmodi, & lapidibus obruite eum; quia abominationẽ fecerit. omnem concumbentem cum

Deut. 27. iumento occidite, ſcelus fecit in populo: Et ſiquis mulierem nuptam viro pollueerit, interfici te vtrumque, ſcelus commiſerunt, rei ſunt, moriantur.) Et deinceps: (Non erit, inquit, fornicator in filijs Iſrael, & non erit fornicatrix ex

Deut. 23. filiabus Iſrael. Non offeres mercedem proſtibuli Domino Deo tuo ſuper altare, neque pretium canis. non enim caſtӕ ſunt preces ex mercede meretricia.) Hӕc quidem leges diuinӕ vetuerunt; nuptias verò honorarunt, cùm eas benedictas appellauerunt: Benedixit nanque eis Deus, qui fœminam cum mare copulauit. ait

Prou. 19. autem Salomon, (à Domino aptatur mulier viro.) & Dauid ait, (vxor tua ſicut vitis abũdãs in

Pſal. 127. lateribus domus tuӕ; filij tui ſicut nouellӕ oliuarum in circuitu menſӕ tuӕ.) Ecce ſi benedicetur homo qui timet Dominum. Nuptiӕ igitur honoratӕ & honeſtӕ ſunt, & generatio filiorum pura; nihil enim mali ineſt in bono. Ergo neque naturalis purgatio offenſionem Deo mouet, qui vt ea mulieribus interuallo triginta dierum cauſſa firmitatis, & bonӕ valetudinis accideret, ſapienter fecit, cùm minus moueãtur; quippe quӕ plus domi ſedent. immò etiã Dominus in euangelio, cùm illa, quӕ ex fluxione ſanguinis laborabat, fimbriam eius ſalutarem tetigiſſet, non duxit graue & moleſtum; neque eam accuſauit, ſed contrà potius ſanauit, illud addens, fides tua te ſaluam fecit, cum

Marc. 5. naturalis purgatio cernitur in vxoribus, ne ſe cum eis commiſceant mariti, vt proli conſulatur, id enim lex prohibeat, cùm ait, Ad eã, quę

Ezech. 18 patitur menſtrua, non accedes: neque cum grauidis rem habeant, qui enim habent, non liberis, ſed voluptati operam dant; qui autem ſtudioſus Dei eſt, non debet eſſe ſtudioſus voluptatis.

Quomodo oporteat vxores ſubiectas eſſe maritis ſuis, & maritos diligere vxores ſuas.
Cap. 28.

QVAE maritos habetis, ӕſtote eis ſubiectӕ, eoſque honorate, ac cum timore, & charitate eis ſeruite, vt Sara fœmina ſancta honorem habebat Abrahӕ, quem ne nomine quidẽ ſuo appellare audebat, ſed dominum vocabat. cùm aiebat, Dominus autem meus ſenex eſt. Si-

Gen. 18. militer qui vxores habetis diligite eas tanquã membra veſtra, ac tanquam ſocias vitӕ, & ad liberos ſuſcipiẽdos adiutrices. (Lӕtare,) inquit,

Prou. 5. (ſimul cum vxore ex adoleſcẽtia tua: ceruus amicitiӕ, & pullus gratiarum tuarum conuerſetur tecum, tua prӕcat tibi, & ſit tecum omni tempore; ſi enim in amicitia ipſius circumferris, eris multus.) Amate igitur coniuges vt mem-

Mal. 2. bra veſtra, & vt corpora veſtra: Scriptum eſt enim, (Dominus teſtatus eſt inter te, & vxorem adoleſcentiӕ tuӕ, & ipſa conſors tua, & non alius fecit, & reliquię ſpiritus tui, & cuſtodite ſpiritu veſtro, & vxorem adoleſcentiӕ tuӕ ne dereliquas.) Viri igitur cùm in matrimonio legitimo

gitiuſo corpora commiſcent,& mutuam con-
iunctionem corporum dimittunt, precentur
ſine obſer uatione;& ſi enim non lauerint,pu-
ri ſu nt. Qui verò alienam vxorem ſtupro vio-
larit, ac polluerit, aut ſe cum meretrice com-
macu larit,neq; ſi ſe inde ſurgens toto mari &
omnibus fluuijs abluerit, purus eſſe poterit.

*Quòd Iudæis, & Gentilibus conſuetudo ſit obſer-
uare naturales purgationes, & mortuorum
reliquias auerſari.* Cap. 29.

NE ergo obſeruetis quæ in lege obſeruan-
tur,aut quæ naturalia ſunt, quaſi inqui-
nent; neque requiratis Iudaicas ſeparationes,
aut crebras lauationes, aut expiationes de ca-
dauere tacto. Sine vlla verò huiuſmodi obſer-
uatione cõuenite in cœmeterijs ad legendum
ſacros libros, & canendum pſalmos pro mor-
tuis martyribus, & ſanctis omnibus, qui ſunt
à ſæculo defuncti, ac pro fratribus veſtris,qui
in Domino mortui ſunt;& Euchariſtiam Deo
acceptam antitypon, id eſt, ſacramentum re-
galis corporis Chriſti offerte in eccleſijs ve-
ſtris, & in cœmeterijs; atque etiam cùm exce-
dant è vita proſequimini cantu pſalmorum,ſi
Pſal. 115. fuerint fideles; (pretioſa enim in conſpectu
& 114. Domini mors ſanctorum eius. & rurſus re-
„ uertere anima mea in requiem tuã, quoniam
„ Dominus benefecit tibi.) & aliàs, (memoria,
„ inquit, iuſti cum laudatione, & iuſtorum ani-
„ mæ in manu Domini.) Qui enim Deo credi-
Prou. 10. derunt,quamuis taceant in ſepulchro,nõ ſunt
Sap. 3. mortui; ait enim Dominus Sadducæis: (De
Mar. 12. reſurrectione mortuorum non legiſtis quod
„ ſcriptum eſt, ego ſum Deus Abraham, Deus
„ Iſaac,& Deus Iacob? non eſt igitur Deus mor-
„ tuorum, ſed viuorum Deus,) omnes enim ei
viuunt. ergo eorum, qui apud Deum viuunt,
ne reliquiæ quidem corporum ſunt inhonora-
4. Re. 13. tæ: ſiquidem Eliſeus propheta poſtquàm de-
functus eſt, mortuum ſuſcitauit à piratis Sy-
riæ occiſſum, attigit enim corpus eius corpus
Eliſei,& excitatus reuixit; quod quidem nun-
quam accidiſſet,niſi corpus Eliſei ſanctum eſ-
ſet. Et caſtus Ioſeph Iacob patrem iam defun- Gen. 50.
ctum in lecto iacentem amplexus eſt; item Exod. 13.
Moyſes, & Ieſus filius Naue reliquias corpo-
ris Ioſeph ferebant, neque ſe tamen cadauere
cõtaminari putauerunt. Quocirca & vos Epi-
ſcopi, ac reliqui, ne exiſtimate pollui, ſi mor-
tuos contingere & tractare non caueatis: ne-
que eorũ reliquias auerſemini, eiectis huiuſ-
modi obſeruationibus ſtultis; ornateque vos
ſanctitate, & pudicitia, vt immortalitatis, ac
regni Dei participes efficiamini, & promiſ-
ſum Dei obtineatis requieſcentes per Chriſtũ
Saluatorem in ſempiternum. Ei ergo,qui po-
teſt apetire aures cordis veſtri ad amplecten-
da verba Dei miniſtrata per euangelium, &
per doctrinam Ieſu Chriſti Nazareni, qui ſub
Pontio Pilato, & Herode in crucem ſublatus
eſt, & mortuus, atque à mortuis excitatus, &
iterum in conſummatione ſæculi adfuturus
cum gloria, & poteſtate magna, qui mortuos
quidem ad vitam reuocat, mundo verò finem
affert, & vnicuique pro dignitate, ac meritis,
retribuit; qui ſeipſum pignus reſurrectionis
nobis dedit, & in cœlum per poteſtatem Dei Act. 1.
patris aſſumptus eſt ante oculos noſtros, qui
cum eo comedimus, & bibimus diebus qua-
draginta, poſtquàm à mortuis ſuſcitatus eſt,
& qui ſedet à dexteris throni magnificentiæ
omnipotentis Dei ſuper Cherubin, qui audi- Pſal. 109.
uit, ſede à dextris meis, donec ponam inimi-
cos tuos ſcabellum pedum tuorum; quem vi-
dit beatiſſimus Stephanus ſtantem à dextris Act. 7.
virtutis, & dixit cum clamore, ecce video cœ-
los apertos, & filium hominis ſtantem à dex-
tris Dei tanquam pontificem omnium ordi-
num ratione vtentium;ei inquam,& per
eum veneratio, & magnificentia,
ac gloria omnipotenti Deo,
& nunc, & in ſæcu-
la; Amen.

DE VITA CHRISTIANA, ET GRATIARVM ACTIONE, & de Catecheſi ante baptiſmum.

LIBER SEPTIMVS.

Quòd duæ ſint viæ, vna vitæ, quæ naturalis via eſt; altera mortis, quæ eſt via aſcita, & inducta: & quòd illa eſt de Deo, hæc ex prauitate ſecundùm inſidias inimici. Cap. 1.

Deut. 30. CVM Moyſes legiſlator dixiſſet
Iſraëlitis, Ecce
dedi ante faciem
veſtram viam vitæ, & viam mortis,& deinde ſubiungeret, Elige
vitam, vt viuas;
& Elias propheta populo, (Quouſque tandem claudicabitis
3. Re. 18. vtroque poplite veſtro; Si Deus eſt Dominus,
ſequimini eum:) conſentaneum fuit, vt etiam
Matt. 6. Dominus Ieſus diceret, (Nemo poteſt duobus
dominis ſeruire, aut enim vnũ odio habebit,
& alterum diliget; aut vni adhærebit, & alterum contemnet.) Quocirca nos quoque Chriſtum magiſtrum noſtrum ſecuti, qui eſt Saluator omnium,& maximè fidelium, omnino dicimus, duas eſſe vias, alteram vitæ, alterã mortis, quarum nulla ſit cõuenientia propter magnam inter ſe diſcrepantiam, immò omnibus modis disiunctæ ſunt; ac via quidem vitæ ſecundùm naturam eſt, via verò mortis aſcita; quòd mors non ex voluntate Dei, ſed ex inſidijs alieni ſpiritus extitit.

Morales admonitiones præceptorum Domini conſentientes cum vetere præceptione legum diuinarum. Cap. 2.

PRIMA ergo eſt via vitæ, quæ illa quidem eſt, quam lex ſancit iubendo, vt toto cor-
Deut. 6. de, & tota mente Dominũ Deum diligamus,
qui eſt vnus, & ſolus, præter quem alius non
eſt; & proximos, vt noſipſos item diligamus:
& vt quicquid nõ vis tibi fieri, alteri ne facias.
Matth. 7. Benedicite ijs, qui vobis maledicũt, orate pro
& 5. perſequentibus, & calumniantibus vos: Diligite inimicos veſtros; quæ enim vobis gratia,
ſi diligitis eos, qui vos diligunt? hoc enim &
Ethnici faciunt: vos autẽ diligite eos, qui uos
Deut. 23. oderunt. Neminem habebitis inimicum: Ne
oderis, inquit, omnem hominem, non Ægyptium, nõ Idumæum, omnes enim ſunt à Deo
effecti. fugite ergo non quidem naturas, ſed
1. Pe. 4. voluntates, & animos improborum. Abſtine
Matth 5. à carnis, & mundi cupiditatibus. Si quis te
percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi alteram; non quidem quòd malum ſit
factam iniuriã à te propulſare, ſed quòd præ-
ſtet tolerare, & perpeti: ait enim Dauid, (ſi Pſal. 7.
reddidi retribuentibus mihi mala,) Si quis te Matth. 5.
angariauerit mille paſſus, vade cum illo & alia
duo; & ei, qui vult tecũ in iudicio contendere,
& tunicam tuam tollere, dimitte, & pallium;
& qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas: Petenti
à te da ei, & volenti mutuari à te, ne auerſus,
manum claudas; iuſtus enim vir miſeretur, &
cõmodat; pater enim cœleſtis, qui Solem ſuũ
oriri facit ſuper bonos & malos, & qui pluit
ſuper iuſtos & iniuſtos, vult vt omnibus tribuamus. æquum ergo eſt largiri omnibus ex
proprijs laboribus: ait enim ſcriptura, (hono- Pro. 3.
ra Dominum ex tuis iuſtis laboribus.) in primis verò largiendum eſt ſanctis.

Vetatio homicidij, adulterij, maſculæ veneris, ſcortationis, furti. Cap. 3.

NON occides, id eſt, ne hominem, qui tui ſimilis eſt, morte afficias, diſſoluis enim quæ rectè effecta ſunt; non quidẽ quòd omnis cædes improbanda ſit, ſed innocentis ſolummodo: quæ autem iuſta cædes eſt, ſolis magiſtratibus reſeruata eſt. Non adulterabis, diuidis enim vnam carnem in duo; ait nanque
ſcriptura, (erunt duo in carnem vnam:) ſunt Exo. 20.
enim maritus & vxor vnum natura, conſpira- Gen. 2.
tione, vnione, affectione, vita, more; diſtincti
verò ſunt figura corporis, & numero. Neque Leuit. 20
pueros vitiabis, præter naturam enim eſt eiuſ- Gen. 19.
modi libido, nata ex Sodomorũ ciuitate, quæ Deut. 27.
igne à Deo miſſo conſumpta & deleta eſt: ma- Ios. 7.
ledictus enim qui huiuſmodi eſt; & dicet om- 4. Reg. 5.
nis populus, fiat. Non ſcortaberis, non enim, Ioan. 12.
inquit, erit ſcortator in filijs Iſraël. Non fura- Matth. 27
beris; Achar enim propter furtum, quod in Act. 1.
populo Iſraëlitico in Hiericho fecit, lapidatione interfectus eſt: Item Giezi poſt factum furtum, & dictum mendacium, hæreditatem lepræ Naaman cepit; & Iudas, qui pecuniã pauperũ auertebat, Dominum gloriæ Iudæis prodidit, ac pœnitentia ductus laqueo ſe ſuſpẽdit, crepuitq; medius, & effuſa ſunt omnia viſcera eius: Ananias, & Sapphira vxor eius, quia ſuorum bonorum furtum fecerunt, & ſpiritum
Domini tentarunt, ſtatim ſententia Petri co- Act. 5.
apoſtuli noſtri interfecti ſunt.

Vetatio magiæ, interfectionis filiorum, periurij, falſi teſtimonij. Cap. 4.

NON eris magus, neque veneficus; veneficos enim, inquit, nõ ſinetis ſuperſtites eſſe. Nõ facies cædem filij tui, neque conceptũ perimes:

perimes: nmnis enim fœtus figuratus ac formatus, qui iam animam à Deo accepit, ſi occidatur, vindicabitur, tanquam iniuſtè occiſus.
Exo. 20. Non concupiſces res proximi tui, vt vxorem,
Mat. 5. ſeruum, bouem, aut agrum. Non peierabis,
Pſal. 62. dictum eſt, enim, nnn iurabis omnino; ſin minus, ſaltem iura verum, quia laudabitur omnis qui iurat in eo. Non falſum teſtimnnium dices, quia qui calumniatur pauperem, irritat eum à quo effectus eſt.

Vetatio maledicentiæ, iræ reſidentis, moris doloſi, otioſi, ſermonis, mendacij, circumuentionis, ſimulationis. Cap. 5.

Prou. 12. NON maledices, ait enim, ne delectetis
Prou. 6. maledicendo, ne extirperis: neque eris memnr iniuriarum, viæ enim eorum, qui iniuriarum memores ſunt, ad mnrtem ducunt. Non eris duplici ſententia, neque duplici lingua, laqueus enim fnrtis viro propria labia, & vir lingunſus non dirigetur in terra: ſermn tuus non erit vanus, de omni nanque otioſn
Pſal. 139. verbo rationem reddetis. Non mentieris, per-
Matth. 12. des enim, inquit, omnes qui loquuntur men-
Pſal. 5. dacium. Nñ eris circumuentor, neque rapax;
Eſa. 45. „ (væ enim,) inquit, (ei qui proximnm circum-
„ uentinne mala circumuenit.)

Vetatio peruerſitatis, acceptionis perſonarum, iræ, odij, inuidiæ. Cap. 6.

NON eris hypocrita, ne parté tuam cum hypocritis ponas. Nnn eris prauus, neque ſuperbus, ſuperbis enim reſiſtit Dominus.
1. Pet. 5. Non accipies perſnnam in iudicio, quia Do-
Zach. 4. mini eſt iudiciũ. Nnn odio habebis quemquã
Deut. 10. hominum, fratrem tuum argues, & non pro-
16.
Leuit. 10. pter eum peccatum ſuſcipies. Reprehende ſapientem, & diliget te: Fuge omne malum, & quicquid ſpeciem, & ſimilitudinẽ mali habet. Abſtine enim, inquit, ab iniquo, & tremor nõ
Prou. 9. appropinquabit tibi. Ne ſis iracundus, neque
Gen. 4. inuidus, neque æmulator, neque furioſus, neq; audax, ne eueniat tibi, vt Cainn, & Sauli, ac Ioab: Nam Caim fratrem ſuũ Abelem occidit, quia fuit apud Deum honore ante latus, & ſa-
1. Reg. 17. crificium eius antepoſitum. Saul Dauid ſan-
18. & c. ctum virum inſectabatur, poſtquàm Goliat Philiſthæum deuicit, quia laudibus, quas ſaltatrices canebant, inuidit: Ioab verò duos du-
2. Reg. 3. ces exercitus interfecit, Abner ducem Iſraël,
& 20. & Abſalonem ducem Iudæ.

De diſciplina augurali, de incantatione, diuinatione, de concupiſcentia mala, & de alijs prohibitis. Cap. 7.

NE ſis augur, auguratio enim ad cultum
1. Reg. 15 idolorum ducit: Augurium, inquit Sa-
Num. 23. muel, peccatũ eſt; & non erit auguratio in Ia-
Deut. 18. cob, neque vaticinatin in Iſraël. Non eris in-
Leuit. 19. cantator, neque filium tuum lnſtrabis, neque diuinabis, neque augurium ages, neque vnlatus auium obſeruabis, neque diſces prauas diſciplinas, hæc enim lege etiá vetita ſunt. Ne ſis deditus concupiſcendis malis, ad nim ia enim peccata traheris. Non eris turpilnquus, neque iniector oculorũ, neque vinolentus, hinc enim ſcortatinnes, & adnlteria oriuntur. Ne ſis auarus, vt nõ ſeruias mamnnæ vti Deo. Ne ſis auidus inanis gloriæ, neqne elato animn, neque alta ſapiens; ex his enim omnibus exiſtũt arrngantiæ. Memento eius, qui dixit, (Dnmine, Pſal. 130.
Nñ eſt exaltatũ cor meũ, neque elati ſunt ocu- „
li mei, neque ambulaui in magnis, neq; in mi- „
rabilibns ſuper me; ſi nñ humiliter ſentiebã.) „

Vetatio obtrectationis, contumaciæ, ſuperbiæ, & audaciæ. Cap. 8.

NE ſis obtrectatnr, memor, ſupplicij de Num. 16.
ijs ſumpti qui Mnyſi obtrectauerunt; ne contumax, ne malitinſus, ne duro & inflexibili corde; ne ſis iracundia efferueſcens, neque paruo animo, hæc enim omnia ad blá-
ſphemiam ducunt; ſis mitis, vt Dauid, quia Matth. 5.
mites poſſidebunt terram.

De longanimitate, innocentia, manſuetudine, tolerantia. Cap. 9.

SIS longanimis, qunniam qui talis eſt, multa prudentia prædictus eſt; rurſus verò, qui paruo, & anguſto animo eſt, inſigniter imprudens eſt. Sis miſericors, beati enim miſericordes, qunniam ipſi miſericordiam conſequentur. Sis innocens, quietus, bonus, &
tremens ad ſermones Dei. Non te extolles; Matth. 5.
vt Phariſæus; quoniam omnis qui ſe exaltat, Luc. 14.
humiliabitur, & quod altũ eſt in hominibus,
abominatin apud Deum: Non permittas ani- Luc. 16.
mæ tuæ audaciam, quia vir audax incidet in Eccl. 2.
mala. Non verſaberis cum inſipientibus, ſed cum ſapientibus, & iuſtis; qui enim verſatur cum ſapientibus, ſapiens erit; qui verò cum inſipientibus, cognoſcetur. Quæ acciderint aduerſa, fer æqun animn, & calamitates fer
indolenter. Sciens ſnluendam eſſe tibi merce- Iob 42.
dem à Deo, vt Iob, & Lazarn. Luc. 16.

Quòd oporteat eos, qui ſunt magiſtri doctrinæ Chriſti, pluris eſſe quàm parentes. illi enim præſtant, vt bene ſit, hi ſolum hoc, vt ſimus. Cap. 10.

HONORABIS eum qui ſermonem Dei loquitur tibi; memor eris eius die & nocte; hnnnrem autem habebis nnn tanquam ortus tui auctori, ſed tanquam effectori tui boni ſtatus. vbi enim eſt doctrina de Deo, ibi adeſt Deus; exquires quotidie ſanctorum faciem, vt eorum ſermonibus acquieſcas.

Quòd non oporteat diſceſſionem facere à Chriſtianis, ſed potius pacificare diſſidentes, & iudicare iuſtè, & non accipere perſonas. Cap. 11.

NE facias ſchiſma aduerſus ſanctos, me- Num. 16.
mor Coritarum. Conciliabis pacem Deut. 10.
inter diſſidentes, in gratiam eos reconcilians

exemplo Moyſis. Indicabis iuſtè, Dei enim eſt
3.Reg.18 iudicium. Non accipias perſonam; argue de
Hier. 38. delicto, vt Elias, & Michæas Acham; Abde-
2.Reg.12. melech Æthiops Sdeciam; & Nathan Da-
Mat.6. uid; & Ioannes Herodem.

De eo, qui eſt duplex animo, id eſt, puſilla fide. Cap. 12.

NE ſit in precatione tua duplici animo, ambigenti, vtrum ſit futurum, an non;
Matt.14. mihi enim Petro dixit Dominus in mari:(Mo
Eccle.4. dicæ fidei, quare dubitaſti?) ne ad accipiendum facilè manum porrigas, ad largiendum verò contrahas.

De beneficentia. Cap. 13.

SI habes, da tuis manibus, vt peccatis tuis redimendis operá des: Eleemoſynis enim, inquit, & fide eluuntur peccata: Ne dubita largiri pauperi, neque largiendo murmures,
Prou.19. cognoſces enim quis ſit remunerator: (Qui miſeretur,) inquit,(pauperis,fœneratur Deo:) quantum autem fuerit ab eo datum, tantu fiet ei remuneratio. Ne repellas indigentem, qui
Prou.21. enim, inquit, aures obturat, ne audiat opem rogantem, ipſe implorabit auxilium, & non erit qui exaudiat eum. Habe omnia cum fratre tuo communia, & ne dixeris propria eſſe; omnibus fuit inſtructa à Deo communis participatio. Ne remoueas manum tuam a filio tuo, aut filia tua, ſed potius doce eos timere
Prou.19. Deum à pueritia; caſtiga, inquit, filiũ tuum, ſic enim erit tibi bona de eo ſpes.

Quales ſe oporteat præbere dominos famulis, & quomodo oporteat famulos ſubiectos eſſe dominus. Cap. 14.

NE amaro animo iubeas famulo tuo aut ancillæ eidem Deo confidentibus, ne aliquando gemant aduerſus te, & iraſcatur tibi Deus. & vos ſerui dominis veſtris tanquam Deum repræſentãtibus ſubditi eſtote cum ſedulitate & metu, tanquam Domino, & non tanquam hominibus.

De hypocriſi, & ſtudio legum diuinarum, & de confeſſionibus. Cap. 15.

HABEBIS odio omnem ſimulationem,& facies quicquid Domino placet; ne deſeras mandata Domini, ſeruabis autem quæ ab eo accepiſti, nihil ad ea addens, aut eis detra-
Deut.12. hens. non addes, inquit, ſermonibus eius, ne
Ezech.18. coarguat te, & fias mendax. Confitere Domino Deo tuo peccata tua, neque pergas amplius peccare, vt benè ſit tibi
Matth.9. à Domino Deo tuo, qui non vult mortem peccatoris, ſed pœnitentiam.

De cultu parentum. Cap. 16.

COLES patrem tuum,& matrem tuam, vt ortus tui auctores: vt fias longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi: fratres tuos, & cognatos tuos ne deſpicias; non deſpicies, inquit, eos, qui ſunt ſeminis tui. Exod.20.

Quòd oporteat ſubditos eſſe regi, & magiſtratibus. Cap. 17.

TIMEBIS regem, ſcis enim Domini eſſe lectionem; magiſtratus eius honorabis, vt Dei miniſtros; ſunt enim vindices omnis Rom.13.
iniuriæ: & ſoluite eis animo non ingrato vectigal, & tributum, omnemque penſionem.

De munda conſcientia precantium. Cap. 18.

NON accedas ad precationem in die malitiæ tuæ, priuſquam amarum animum deponas; hæc eſt via vitæ: Vtinam vos intra eam reperiamini per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Quòd via, quæ ex inſidijs Diaboli aſcita eſt, impietate, & legum violatione plena eſt. Cap. 19.

VIA verò mortis in prauis actionibus cernitur, in ipſa eſt enim ignorantia Dei, & introductio multorum malorũ, & caliginum mentis, & turbarum, vnde cædes, adulteria, ſcortationes, periuria, prauæ cupiditates, furta, idolorum cultus, magiæ, veneficia, rapinę, falſa teſtimonia, ſimulationes, corda duplicia, fraudulentia, ſuperbia, malitia, contumacia, auaritia, verborum obſcœnitas, æmulatio, audacia, elatio mentis, arrogantia, vacuitas metus, inſectatio bonorum, inimicitia cum veritate, mendacij amor, ignorantia iuſtitię. Qui enim hæc faciunt, non adhærent bono, neque iuſto iudicio; vigilant non vt quod honeſtum eſt, capeſſant, ſed quod turpe, à quibus procul abeſt manſuetudo, & patientia: Delectantur inanibus, captant, & conſectantur retributionem; non commouentur pauperum miſericordia: non dolent vicem afflicti; non agnoſcunt auctorem ſuum: filios occidunt, quod à Deo formatum eſt, perimunt; repellunt indigentem: premunt calamitoſum: conſolantur diuites: contemnunt pauperes: in omne genus peccatorum ſe effundunt. vtinam filij ab his omnibus liberemini.

Quòd non oporteat à pietate deflectere ſiue ad dextram, ſiue ad ſiniſtram. Cap. 20.

CAVE, ne quis te à pietate in errorem abducat; ne, inquit, ab ea declines, ſiue ad dextram, ſiue ad ſiniſtram, vt in omnibus, Deut.5.
quæcun-

quæcunque feceris, ſis intelligens: non enim impius eris, niſi à via recta deflexus.

Quòd non oporteat vllum genus cibi commodi vituperare, ſed potius cum gratiarum actione, & ordinatè ſumere. Cap. 21.

Eſa. 1. „ DE cibis verò ait Dominus, (bona terræ
Gen. 9. „ comedite, & omnem carnem edite, vt
„ olera herbę, ſanguinem verò effundes;) neque
Matt. 15. enim quæ in os intrant, inquinant hominem, ſed quæ exeunt, illa inquinant hominem, blaſphemiæ ſcilicet, & obtrectationes, & quæ ſunt huiuſmodi: Tu verò comede medullam terræ cum iuſtitia, quoniam ſi quid pulchri, boniq; eſt, omnia ipſius ſunt, & ipſi gratias age: Frumentum adoleſcentibus, & odoratum
Zach. 9. vinum virginibus. Quis enim edit, aut bibit
2. Eſdr. 8. ſine eo? hortatur autem Eſdras, (Ambulate,)
„ inquiens, (& comedite pinguedines, & bibite
„ dulcedines, & ne ſitis mæſti.)

Quòd non ſit veſcendum idolothytis. Cap. 22.

CAVETE verò ab idolothytis, hæc enim immolant, vt Dæmones honorent, vt ſcilicet vni Deo contumeliam faciant: cauete, inquam, ne participes Dæmonum efficiamini.

Conſtitutio Domini, quomodo ſit baptizandum, & in cuius mortem. Cap. 23.

DE baptiſmo autem Epiſcope, aut presbyter, iam antè conſtituimus, ac nunc rurſus dicimus, ſic baptizandum eſſe, vt Dominus
Matt. 28. conſtituit, cùm dixit, (euntes docete omnes
„ gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &
„ Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare
„ omnia quæcunque præcepi vobis,) in nomine, inquam, patris, qui filium miſit, & Chriſti, qui venit, & Spiritus ſancti, qui teſtimonium tribuit. Vnges autem prius oleo ſancto, deinde baptizabis aqua, poſtremò ſignabis vnguento chriſmatis, vt ſit oleum vnctionis participatio ſpiritus: aqua ſymbolum mortis, vnguentum chriſmatis ſigillum pactionum. Sin autem non fuerit oleum, neque vnguentum chriſmatis, ſatis eſt aqua tum ad vnctionem, tum ad ſigillum, & ad confeſſionem morientis, ſiue commorientis. Ieiunet autem ante ba-
Math. 4. ptiſmum is qui baptizatur; ſiquidem Dominus, à Ioanne primùm baptizatus, & poſtea in ſolitudine commoratus, quadraginta diebus, & totidem noctibus ieiunauit, non quidem quod opus eſſet ei vllas ſordes eluere, aut opus vllo ieiunio, aut vlla purgatione, qui eſt naturâ mundus, & ſanctus; ſed vt tum Ioanni veritatem atteſtaretur, tum nobis normam. Itaque Dominus & regulam præberet, non eſt baptizatus in paſſionem ſuam; ant in mortē, aut in reſurrectionem, nōdum enim quicquā horum factum fuerat, ſed ad aliorum inſtitutionem. Quocirca auctoritate ſua tanquam Dominus Ioannis ieiunat poſt baptiſmum. Qui verò in mortem eius baptizatur, debet prius ieiunare, deinde baptizari: non enim æquum eſt, vt qui conſepultus eſt, & conſurrexit, in ipſo tempore reſurrectionis lugeat, mortuusq; ſit: Non enim homo cōſtitutionis Chriſti dominus eſt, ſiquidem ille eſt Dominus, hic verò Domino ſubiectus.

Quibus diebus hebdomadæ ieiunandum ſit, et quibus non: & quare. Cap. 24.

IEIVNIA verò veſtra ne ſint cum hypocritis communia, ieiunant enim ſecunda hebdomadis feria, & quinta; at vos aut quinque diebus ieiunate, aut quarta, & ſexta feria: Quoniam quarta quidem iudicium in Dominum pronunciatum eſt, poſtquàm Iudas proditionē pecunia promiſerat: Sexta verò mortem in cruce ſub Pontio Pilato paſſus eſt. Sabbatum tamen, & Dominicum feſtos dies agitate, quòd ille quidem dies recordatio ſit fabricationis mundi, hic verò reſurrectionis. Vnum verò tantummodo ſabbatum nobis toto anno obſeruandum eſt, ſabbatum ſcilicet ſepulturæ Chriſti: quo quidem ieiunare deceat, non autem celebrare feſtum. Dum enim auctor mūdi ſub terra eſt, ſuperat luctus mortis, lætitiam effectionis vniuerſi; quòd ipſe effector præſtantior ſit natura, & dignitate rebus à ſe effectis.

Quales eſſe oporteat orantes orationem Dominicam. Cap. 25.

CVM autem precationem facitis, ne ſitis quales ſunt hypocritæ, ſed potius, vt Dominus in euangelio conſtituit, ſic preces adhibete: (Pater noſter qui es in cœlis ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. „ Matt. 16.
Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie; „
& dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.) „
Quoniam tuum eſt regnum, & poteſtas, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Ad hunc modum precamini ter ſingulis diebus, ita ad precationem præparati, vt præſtetis vos dignos adoptione paterna: ne ſi indignè eum appelletis patrem, exprobretur vobis, vt Iſraeli (qui antea audierat, primogenitus Iſraël) exprobratum eſt illud, quòd ſi pater ego Mala. 1.
ego ſum, vbi gloria mea? & ſi dominus ſum, vbi eſt timor meus? Gloria enim patrum ſanctitas filiorum, & metus miniſtrorum honor eſt dominorum: ſicut è contrario, filiorum nequitia patrum infamia eſt: & miniſtros non timere, eſt non habere imperium dominos. (propter vos,) „ Eſa. 52.
„ inquit, (blaſphematur
„ nomen meum in
„ gentibus.)

Gratiarum actio pro ſancta Euchariſtia. Cap. 26.

ESTOTE verò præſto omni tempore ad agendas gratias tanquam fideles, & grati ſerui: ac pro Euchariſtia quidem in hunc modum: Gratias agimus tibi pater noſter pro vita, quam nobis per Ieſum filium oſtendiſti: per quem vniuerſa feciſti, & omnium rerum procurationem habes, quem miſiſti vt ad ſalutem, & conſeruationem noſtram fieret homo: quem pati & mori permiſiſti, quem etiã à mortuis ſuſcitaſti, & ſuſcitatum glorificare voluiſti, & ad dextram tuam ſeſſum recepiſti: per quem etiam reſurrectionem mortuorum promiſiſti. Tu igitur Domine omnipotens æterne Deus, vt erat hoc diſperſum, & poſtquam eſt congregatum, factus eſt vnus panis, ſic congrega Eccleſiam tuam ex finibus terræ in regnum tuum. Adhuc agimus tibi gratias pater noſter pro ſanguine pretioſo Ieſu Chriſti pro nobis effuſo, ac pro pretioſo corpore, cuius hæc antitypa celebramus, qui nobis cõſtituit, ¬vt mortem eius denunciaremus: per ipſum enim tibi gloria in ſæcula, Amen. Nemo igitur nõ baptizatus ex eis edat: ſed ij tantùm, qui ſunt in mortẽ Chriſti baptizati. Sin verò aliquis non baptizatus ſeipſum celauerit & ea participet, iudicium æternum manducabit; quòd cùm alienus à Chriſti fide eſſet, quę fas non erat, ad ſupplicium participauit: Si quis autem per ignorantiam ſumpſerit, eſt ille quidẽ citò elementis Chriſtianę religionis inſtituẽdus, ac baptizandus, ne exeat contẽptor.

Gratiarum actio poſt ſumptionem ſanctæ Euchariſtiæ. Cap. 27.

POST cõmunionẽ ſic eſt gratiarum actio adhibenda: Gratias agimus tibi Deus, & pater Ieſu Saluatoris noſtri pro ſancto corpore tuo, quod in nobis habitare feciſti, & pro cognitione, & fide, & charitate, & immortalitate, quæ dediſti nobis per Ieſum filium tuũ. Tu Domine omnipotens, Deus vniuerſi, mũdum, & quæ in eo continentur, per eum condidiſti, & legem in animis noſtris inſeruiſti, & quæ ad veſcendum opus erant, hominibus præparaſti. Deus patrum noſtrorum ſanctorum & reprehenſione carentium, Abraham, Iſaac, & Iacob, ſeruorum tuorum fidelium, Deus potens, fidelis, ac verax, & in promiſſis ſeruandis cõſtans, qui Ieſum Chriſtum tuum in terram miſiſti, vt cum hominibus conuerſaretur vt homo, idẽ Deus verbum, & homo, & vt errorem radicitùs euelleret, & nunc ipſe memento per eum huius ſanctæ Eccleſię tuę, quam ſanguine pretioſo Chriſti tui acquiſiuiſti: eamque ab omni malo eripe, ac eam in tua charitate, & tua veritate perfice, noſque omnes in regnum tuum, quod pręparaſti congrega. hoc Maranatha. Oſanna filio Dauid. Be-
Pſal. 117. nedictus, qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. Si quis ſanctus eſt, accedat: Si quis non eſt, curet vt fiat per pœnitentiã. Committite autẽ presbyteris veſtris, vt Euchariſtiam offerant.

Gratiarum actio pro vnguenti chriſmatis myſterio, ſiue ſacramento. Cap. 28.

PRO vnguento chriſmatis ſic gratias agite: Gratias agimus tibi Deus vniuerſi cõditor pro ſuauitate vnguẽti chriſmatis, & pro immortali ſæculo, quod nobis per Ieſum filiũ tuum patefeciſti; quia tua eſt gloria, & poteſtas in ſæcula, Amen. Qui venerit, & ſic gratias egerit, recipite illum vt Chriſti diſcipulum; Sin verò aliam doctrinam prædicauerit præter eam, quàm vobis Chriſtus per nos tradidit, huic ne permittatis Euchariſtiam offerre: qui enim talis eſt, is contumelia potius Deum afficit quàm honorat.

Quòd non oporteat omnes ſine diſcrimine ad communionem admittere. Cap. 29.

QVISQVIS ad vos venerit, vbi probatus fuerit, admittite: intelligentes enim eſtis, & poteſtis dextram, vel ſiniſtram cognoſcere, ac falſos doctores à doctoribus diſcernere. Ac doctori ea quæ ſunt vitæ neceſſaria ſuppeditate ex animo: Falſo autem doctori præbete quæ opus ſunt: eius verò errorem ne recipite, neque vnà cum eo precationem facite, vt
non cum eo inquinemini. Omnis propheta Matt. 10.
verus, aut doctor, qui ad vos venit, dignus eſt alimento, vt operarius ſermonis iuſtitiæ.

Conſtitutio de oblationibus primitiarum, & decimarum. Cap. 30.

DABIS Sacerdotibus oẽs primitias tor- Num. 18.
cularis, & areæ, vindemiæ, & meſſis, boum, atque ouium: ¬vt apothecæ cellarum tuarum penuariarum, & fructus agri tui benedictione afficiantur, vt firmeris in frumento, & vino atque oleo; augeanturque armenta boum tuorũ, & tuarum ouium greges: Dabis omnem decimam pupillo, & viduæ, pauperi, & proſelyto: Dabis etiam Sacerdotibus omnes primitias panum recentium, vini ex dolio, olei, mellis, pomorum ſiue baccarum, vuæ, aut aliorum fructuum: primitias verò argenti, aut indumenti, cæterarumq; rerum, quas poſſides, tribues pupillo, & viduæ.

Quomodo oporteat congregatos diem Dominicum celebrare. Cap. 31.

DIE reſurrectionis Domini, quem Dominicum dicimus, conuenite ſine vlla conuentus intermiſſione ad agendũ gratias Deo, & profitendum beneficia, quibus nos Deus per Chriſtum affecit, cùm liberauit nos ignorantia, errore, vinculis: ¬vt ſic ſacrificium

veſtrum

vestrum reprehenſione careat : ſitq́ue Deo
acceptum,& gratum: qui de Eccleſia ſua œcu-
Mal. 1. menica dixit : In omni loco offeretur mihi
thymiama,& ſacrificium mundum , quia ego
ſum Rex magnus,Dominus omnipotẽs,& no
men meum admirabilem in gentibus .

Quales eſſe oporteat, qui eliguntur ad miniſterium Eccleſiæ. Cap. 32.

ELIGITE Epiſcopos dignos Domino,
item preſbyteros,& diaconos viros pios,
iuſtos,manſuetos,non cupidos habendi, vera-
ces,probatos,ſanctos, liberos à vitio acceptio-
nis perſonæ , idoneos ad docendum verbum
pietatis,& qui Domini dogmata rectè tractẽt.
Vos verò habete his honorem,vt patribus, vt
Dominis, vt beneficis , vt anctoribus boni ſta-
tus veſtri.Præterea reprehendite inter uos mu
tuò non iratè,ſed magna cum tolerantia, cum
benignitate,& pace : Seruate omnia præcepta
Luc. 10. Domini vobis data . Vigilate pro vita veſtra.
Luc. 12. ſint lumbi veſtri præcincti , & lucernæ arden-
tes : & vos ſimiles hominibus expectantibus
Mar. 13. Dominum ſuum quãdo veniet,veſpere,an ma-
ne,an ad gallicantũ,an media nocte;qua enim
hora non expectant,veniet Dominus, etſi ei a-
peruerint,beati ſerui illi, quia inuenti ſunt vi-
gilãtes.Quia ſcilicet præcinget ſe, & faciet eos
diſcumbere,& tranſiens miniſtrabit illis. So-
brij igitur eſtote,ac vigilantes;& orate,ne dor-
miatis in mortem ; neque enim iuuabunt vos
ſuperiora rectè facta , ſi ad extremum vitæ ve-
ſtræ à fide vera aberrabitis.

Prædictio futurorum. Cap. 33.

2. Tim. 3. VLTIMIS enim diebus multiplica-
buntur falſi Prophetæ , & corruptores
Matt. 24. verbi , & mutabuntur oues in lupos , & chari-
tas in odium: abũdante enim iniquitate frige-
ſcet charitas multorum,erit eñ hoĩum mutuũ
in ſe odium,inſectatio, & proditio . Ac tunc
prodibit deceptor orbis,& inimicus veritatis,
mendacijq́ue defenſor,quem Dominus Spiri-
2. Theſ. 2. tu oris ſui interficiet, qui labijs impium delet;
ac multi in eo ſcandalum incurrent;qui verò
Matth. 10 & 24. perſeuerauerint vſque in finem,hi ſalui erunt;
& tunc apparebit ſignum filij hominis in cœ-
lo:deinde vox tubæ inſlante Archangelo, &
interea mortuorum ſuſcitatio,ac tunc veniet
Dominus in terræmotu cum omnibus ſanctis
ſuis ſuper nubes , comitatus Angelis virtutis
ſuæ in ſolio regni ad iudicandum Diabolum
mundi deceptorem , & ad retribuendum cui-
Matth. 25 que pro meritis : Tunc abibunt ſcelerati in æ-
1. Cor 3. ternum ſupplicium , iuſti verò proficiſcentur
ad vitam immortalem,& ea poſſidebunt, quæ
oculus non vidit,neque auris audiuit,neque
in cor hominis aſcenderunt,quæ præparauit
Deus diligẽtibus eum ; & gaudebunt in regno
Dei gaudio,ſupra quàm dici poteſt, magno in
Chriſto Ieſu . Tot igitur ac tantis bonis ab eo
dignari eũdem ſupplices crebris precibus im-
ploremus dicentes.

Oratio variam Dei prouidentiam prædicans. Cap. 34.

AETERNE Saluator noſter Rex Deorũ,
qui ſolus es omnipotens , & Dominus
omnium,idemq́ue Deus ſanctorum, & lauda-
torum patrum noſtrorum,noſtrorumq́ue ma-
iorum,Deus Abraham,Iſaac , & Iacob , qui es
miſericors,& commiſerator,longanimis , &
multa miſericordia;cui omne cor patet, nudú-
q́ue eſt, & omnis occulta cogitatio aperta : ad
te clamãt animæ iuſtorum,in te ſunt collocatæ
ſpes ſanctorũ,qui es Pater reprehẽſione carẽ-
tium , & eorum,qui te rectè inuocant,auditor
qui tacitas etiam ſermocinationes percipis, ſi-
quidem in uiſcera vſque humana prouidentia
tua peruadit, & per conſcientiam voluntatem
cuiuſque ſcrutaris . Tibi per omnes partes or
bis habitabilis thymiama precationis , & ſer-
monum adhibetur,qui hoc præſens ſæculum ,
curriculum iuſtitiæ inſtituiſti,omnibusq́ue ia-
nuam miſericordię aperuiſti,ac ſingulos homi
nes cognitione quadam nobis inſita,& natura-
li iudicio,ac tacita quadam legis naturæ voce
docuiſti, opum quidem non eſſe perpetuam
poſſeſſionem;venuſtatis verò pulchritudinem
non eſſe perennem ; firmitatem virium fragi-
lem;eſſeque uniuerſa vaporem, & vanitatem ;
ſolam verò conſcientiam fidei non fictæ per
medios cœlos peruadere cum veritate aſcen-
dentem , & dexteram futuri cibi recipere , ſi-
mul etiam antequam promiſſum reuiuiſcen-
di præſtetur, ipſa anima ſpe exultans , lætitia
perfunditur. Abraham enim progenitorum
noſtrum viam veritatis ex ipſa naturæ faculta-
te capeſſentem,cùm ei appareres, tãquam dux
deduxiſti;eumq́ue,quid tandem eſſet hoc ſæcu
lum , docuiſti , ac fidem eius antegreſſa eſt co-
gnitio, cognitioni verò conſequens fuit fides ,
fidem autem inſecuta pactio : dixiſti enim,fa- Gen. 15.
ciam ſemen tuum ſicut ſtellas cœli,& ſicut are
nam,quæ eſt in littore maris. Quin etiam do-
cuiſti,filium eius Iſaac,quem ei dediſti ; quem
cùm vidiſſes moribus patri ſimilem , appella-
tus es Deus eius,dicens, Ero Deus tuus , & ſe-
minis tui poſt te . Atque etiam cùm Pater no- Gen. 28.
ſter Iacob in Meſopotamiam profectus eſſet ,
oſtendiſſesq́ue Chriſtum per eum , item dixi-
ſti : Ecce ego tecum ſum , & augebo te , & Gen. 29.
multiplicabo te valde . Sic item dixiſti
Moyſi famulo tuo fideli ac ſancto in illo viſo Exod. 3.
rubi : Ego ſum qui ſum , hoc mihi no-
men æternum,& monimentum ge-
nerationibus generationum :
propugnator generis
Abraham benedi-
ctus es in ſę-
cula .

dinis enim tuæ nullus eſt finis, non enim Domine noſtrum eſt hoc dictum, immò verò famuli tui, qui ait, & cognoſces corde tuo, quòd Deut. 4. Dominus Deus tuus, Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, & non eſt amplius præter eum; neque enim eſt Deus præter te ſolum; ſanctus non eſt præter te, Dominus Deus ſcientiarum, Deus ſanctorum, ſanctus ſupra ſanctos omnes; ſanctificati enim ſub manu tua ſunt: glorioſus, ſupra omnia excelſus; natura inaſpectabilis; cuius iudicia inueſtigari non poſſunt: cuius uita nullius eſt indigens; duratio neque mutabilis, neque deficiens, operatio ſine defatigatione: magnitudo infinita; perennis decor; inhabitatio ſine vllius acceſſu, & appulſu; manſio ſine migratione; cognitio ſine ullo initio; veritas immutabilis; cuius opus ſine intermedio; potentia nullis inſidiis expoſita; monarchia, id eſt, principatus unius, ſine ſucceſſore; regnum perpetuum: robur inuictum; cuius exercitus ualde copioſus. Te enim es ſapientiæ pater, idemq́; inſtaurationis per mediatorem factæ auctor, vt cauſſa; prouidentiæ largitor, lator legum, indigentiæ expletor, impiorum vindex, iuſtorum remunerator, Chriſti Deus, & Pater, & eorum, qui in eum pij ſunt, Dominus: cuius promiſſio minimè fallax, iudicium incorruptum, ſententia immutabilis; cui cultus ſine intermiſſione, gratiarum actio perpetua, per quem tibi veneratio digna ab omni natura rationis participe, ac ſancta debetur.

Oratio commemorans incarnationem Chriſti, & variam prouidentiam de ſanctis.
Cap. 37.

DOMINE omnipotens, tu mundum, per Chriſtum fabricatus es, & Sabbatum huius fabricationis memoriæ dedicaſti, quia in eo ab operibus faciendis requieſcere feciſti, ad leges tuas meditandas: item feſtos dies ad capiendam animis noſtris lætitiam conſtituiſti, vt in mentem veniret ſapientiæ à te conditæ, quemadmodum noſtra cauſſa, quod omnium eſt ex muliere in ſe ſubſiſtere fecit: apparuitque in uita, declarans ſe in baptiſmo Deum & hominem: & propter nos permiſſu tuo paſſus, & mortuus eſt, ac poteſtate tua à mortuis ſuſcitatus. Quare diem feſtum reſurrectionis Dominico die celebrantes, in eo lætamur, qui uicit quidem mortem, illuminauit verò vitam, & immortalitatem: per ipſum enim gentes tibi adiunxiſti, vt fierent populus acquiſitionis, verus Iſrael, Deo charus, Deumq́ue uidens. Tu enim Domine etiam patres noſtros ex terra Ægypti eduxiſti, & ex fornace ferrea; atque ex luto, & fingendorum laterum labore eripuiſti: liberaſti à manu Pharaonis, & populi eius, ac per mare tanquam itinere terreſtri traieciſti: & mores eorum in ſolitudine omni genere bonorum ſuſtinuiſti; legem Decalogi uoce tua pronunciatam, & manu tua ſcriptam dediſti; diem ſabbati feſtum agitare iuſſiſti; non vt eſſet illis occaſio otij & uacationis, ſed adiumentum pietatis ad cognitionem potentiæ tuæ, vt prohiberentur mala, tanquam in circo quodam ſacro docendi gratia cohibitis, & ut eſſet exultatio hebdomadis. Hinc una hebdomas, & ſeptem hebdomades, item menſis ſeptimus, & annus ſeptimus, rurſus Iubileus, id eſt, annus quinquageſimus ad remiſſionem, qui ex ſeptena conuerſione, & reditu anni ſeptimi exſtitit, vt nullam haberent homines occaſionem falſo excuſandi ignorantiam; hac de cauſſa omni Sabbato feriari iuſſit, ut ſcilicet nemo ne uerbum quidem iratè ex ore ſuo in die ſabbati uellet emittere, ſabbatum enim eſt requies à fabricatione mundi, perfectio uniuerſi, legum inquiſitio, laus grati animi pro beneficijs in homines collatis Deo adhibita. Dominicus verò dies his omnibus præſtantior, vt qui repræſentet ipſum mediatorem, prouidentem, legiſlatorem, auctorem reſurrectionis, primogenitum omnis creaturæ, Deum uerbũ; eundemq́ue hominẽ ex Maria natum ſolum ſine coniunctione viri, ſanctè in uita uerſatũ, cruci affixum ſub Pontio Pilato, & mortuum atque à mortuis ſuſcitatum. Hic, inquam, dies Dominicus tibi Domine Euchariſtiam pro uniuerſis offerre hortatur, & iubet: Hæc eſt enim gratia, quam tu præbuiſti; quæ ſua magnitudine omne beneficium operuit.

Oratio continens memoriam prouidentiæ, & ennumerationem beneficiorum, quæ Dei prouidentia per Chriſtum ſanctis collata ſunt.
Cap. 38.

QVI promiſſa per Prophetas facta præſtitiſti, & Sion miſertus es, & Hieruſalẽ miſeratus extollendo in medio eius thronum Dauid pueri tui, nato Chriſto ex ſemine Dauid ex ſola Virgine; tu, inquam, Domine Deus hunc etiam accipe preces labiorum populi tui ex gentibus, quæ te in ueritate inuocant, ſicut accepiſti munera iuſtorum eorum temporibus; in primis ſacrificium Abel reſpexiſti, & Noe ſacrificium ex arca egreſſi probaſti; item Abrahæ poſt egreſſum ex terra Chaldæorum; Iſaac in puteo iuramenti; Iacob in Bethel; Moyſis in ſolitudine, Aaron inter uiuentes, & mortuos; Ieſu Naue in Galgalis; Gedeonis in petra, & uelleribus ante peccatum commiſſum; Manoes, & uxoris eius in agro. Samſonis in ſiti ante delictum; Iephtis in bello ante promiſſionẽ illam inconſultam; Barac, & Deporæ in Siſara; Samuelis in Maſpha; Dauid in area Ornæ Iebuſæi; Salomonis in Gabaon, & Hieruſalem; Eliæ in monte Carmelo; Eliſei in fonte ſterili, Ioſaphat in bello Ezechiæ in ægritudine, & in Senacherim; Manaſſis in terra Chaldæorum poſt peccatum, Ioſiæ in Sappha, Eſdræ in reditu, Danielis in lacu leonum: Ionæ in uentre ceti: trium puerorum in fornace ignis, Annæ in taberna-

tabernaculo coram arca; Neemiæ, & Zorobabelis in ædificatione murorum inſtauranda. Mathathiæ, & filiorum eius in zelo tuo; Iaël in benedictionibus: & nūc accipe preces populi tui tibi in ſpiritu per Chriſtum nobis agnitum adhibitas.

Oratio gratiarum actionis pro auxilio ſanctis allato. Cap. 39.

AGIMVS tibi gratias Dn̄e omnipotēs, quod nunquam miſericordias tuas, tuaſque miſerationes adhibere nobis deſtitiſti; immò per ſingulas ætates ſeruas, eripis, auxiliū fers, protegis. Auxilio enim fuiſti temporibus Enos, & Enoch; tēporibus Moyſis, & Ieſu; tpibus Iudicū; tpibus Samuelis, & Eliæ ac Prophetarū; tpibus Dauid, & Regum; temporibus Eſther, & Mardochæi, temporibus Iudith, temporibus Iudæ Machabæi, & fratrum eius; atque etiam temporibus noſtris opem nobis tuliſti per magnū Pontificem Ieſum Chriſtum filium tuum: ex gladio enim eripuit; & alēdo, à fame ſeruauit; ex morbo ſanauit, à lingua mala defendit: Gratias tibi de omnibus per Chriſtum agimus. Qui uocem quoque diſtinctam, & preſſam ad confeſſionem deduſti: linguam aptam plectri ſimilem tanquam inſtrumentum ſubieciſti; feciſti nobis guſtatum commodum, tactum accōmodatum, viſum ad ſpectandum, auditum ad percipiendum uocem, odoratum ad ſentiendum afflatus, manus ad opus, pedes ad ambulandum. Atque hæc omnia ex gutta exigua in vtero formas, & poſtquam formata ſunt, animam immortalem donas, & in lucem edis, animal rationis particeps, hominem dico, legibus inſtituiſti, officijs iuſtitiæ illuſtraſti, & diſſolutionem inducēs ad breue tempus, reſurrectionem promiſiſti. Quæ igitur uita, aut quæ ſæculorum diuturnitas hominibus ad agendas gratias ſuffecerit? Equidem ſi pro dignitate non poſſumus, at pro viribus hoc agere ſanctū eſt: Siquidem ab impietate multitudinem Deorū colētium liberaſti; à ſecta Iudæorum, qui Chriſtum interfecerunt, eripuiſti, ab errore ignorantiæ expediſti; Chriſtum utpote hominem, Deū unigenitum, ad homines miſiſti; à te factum eſt, vt Paraclelus in nobis habitaret: Angelos nobis præfeciſti; Diabolum dedecore affeciſti. Qui non eramus, ut eſſemus feciſti, factos conſeruas, vitam nobis commetiris; cibum ſuppeditas: pœnitentiam promiſiſti. Pro omnibus gloria tibi, & veneratio per Chriſtum nūc, & ſemper, & in ſæcula, Amen. Hec fratres meditamini, & ſit Dominus vobiſcum in terra, & in regno patris eius, qui eum miſit, & nos per eundem ex ſeruitute corruptionis in libertatē gloriæ eripuit; ac vitam promiſit ijs, qui in Deum vniuerſi per eum crediderunt. Quemadmodū igitur uiuendum ſit ijs, qui Chriſtiani ſunt, & quas gratiarum actiones Deo per Chriſtum agere oportet, dictum eſt hactenus. Æquum verò eſt, vt nec eos, qui non ſunt baptizati, prætermittamus, quin eos quoque adiuuemus.

Quomodo oporteat catechizare cathecumenos. Cap. 40.

IGITVR qui initijs atque elementis Chriſtianæ religionis imbuendus eſt, doceatur ante baptiſmum, vt noſcat Deum ingenitum, agnoſcat filium unigenitum, habeat certum plenè de Spiritu ſancto. Diſcat ordinem diuerſæ creationis; diſcat ſeriem prouidentiæ, diuerſæ legis tribunalia: Erudiatur cur mundus factus, quare ciuis mundi, qui eſt homo, conſtitutus eſt; agnoſcat naturam ſuam qualis ſit, doceatur quemadmodum aqua, & igne ſceleſtos punierit; ſanctos verò per ſingulas ætates honore & gloria affecerit, Seth dico, Enoch, Enos, Noe, Abraham, & poſteros eius; tum Melchiſedec, Iob, Moyſem, Ieſum, & Caleph, Phineem illum Zelotem, ac Sacerdotes, & vniuſcuiuſq; ſæculi ſanctos; deinde quemadmodum prouidentia Dei factum ſit, ut genus hominum non repulerit, ſed potius ab errore & vanitate ad agnoſcendam veritatem diuerſis temporibus reuocarit traducens à ſeruitute, & impietate ad libertatem, & pietatem; ab iniuſtitia ad iuſtitiam, à morte ad uitam immortalem Hæc & alia conſequentia diſcat in catecheſi, qui accedit. Qui verò manus admouet catechumeno, adhibeat Deo uenerationem, gratias agens omnium rerum Domino pro creatura eius, quòd miſerit filium ſuum unigenitum Chriſtum, vt ſaluet hominem deletis iniquitatibus, & remittat impietates, ac peccata, & mundet ab omni inquināmēto carnis, & ſpiritus; ſanctificetque hominem ſecundùm beneplacitum bonitatis ſuæ; doceatque uoluntatem ſuam, & illuminet oculos cordis eius ad intelligenda admirabilia eius; patefaciatque iudicia iuſtitiæ, ut omnem uiam iniquitatis odio habeat, ambulet uerò uiam ueritatis; vt lauacro regenerationis in adoptionem, quæ in Chriſto ſit, dignus habeatur, vt complantatus ſimilitudini mortis eius in ſpe glorioſæ ſocietatis, mortificetur quidem peccato, uiuat autem Deo mente ſermone, & actione, & in libro uiuētium adnumeretur. Poſt hanc actionem gratiarum doceat catechumenum de Incarnatione Domini, de Paſſione eius, de Reſurrectione ex mortuis, & de aſſumptione.

Conſtitutio, quomodo debent cathecumeni in ipſo tempore baptiſmi benedici, & quæ ſint docendi. Cap. 41.

CVM fuerit deinde in ipſo tempore baptiſmi qui catechizatus eſt, diſcat, quę de renunciando Diabolo, & aſcribendo ſe Chriſto. Oportet enim primum quidem abſtinere à cōtrariis, deinde uerò ad myſteria ingredi; prius, inquam, cor ſuum repurgare omni maleuolentia, macula, & ruga, & poſtea participē

fieri

fieri ſacramentorum: vt enim optimus agricola prius aruum repurgat, vulſis ſpinis ſupranatis, & deinde triticum ſerit, ad hunc modum oportet prius vos omnem impietatem ab eis extrahere, & poſtea pietatem in eiſdem ſeminare, ac baptiſmum tribuere: Sic enim Dominus noſter nos admonet, cùm dixit, (Docete omnes gentes,) deinde ſubiungit, (baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.) ergo qui baptizatur cùm renunciat, recitet hæc.

Matth. 28

De renunciatione in Diabolum, & de aſcriptione ad Chriſtum. Cap. 42.

RENVNCIO Satanæ, & operibus eius, & pōpis eius, & cultui eius, & angelis eius, & inuentis eius, & oībus quæ ſub eo ſunt. poſt renunciationem verò, cùm aſcribitur Chriſto, dicat: Aſcribor, & credo & baptizor in vnum ingenitum, ſolum uerum Deum omnipotentē, patrem Chriſti, conditorem, & opificem omnium, ex quo omnia; & in Dominum Ieſum Chriſtum vnigenitum eius filium primogenitum omnis creaturæ, & ante ſæcula uolente patre genitum, non factum, per quem omnia facta ſunt in cœlis, & in terra, quæ cernuntur, & quæ cerni non poſſunt. Qui ultimis diebus deſcendit è cœlis, & carnem ſumpſit ex ſancta virgine Maria, ſanctè in mundo uixit ſecūdùm leges Dei, & patris ſui: Qui crucifixus eſt ſub Pontio Pilato, & mortuus pro nobis, & poſt paſſionem tertio die pro nobis à mortuis ſuſcitatus, & aſcendit in cœlos, & ſedet ad dextram patris; & iterum uēturus eſt in conſummatione ſæculi cum gloria ad iudicandos uiuos, & mortuos: cuius regni non erit finis. Baptizor etiam in Spiritum ſanctum, id eſt, Paracletum, qui operatus eſt in omnibus à ſæculo condito, poſtea verò miſſus eſt Apoſtolis ſecundū promiſſionem Seruatoris noſtri, & Domini Ieſu Chriſti, & poſt Apoſtolos, omnibus qui credūr in ſancta & catholica Eccleſia in carnis reſurrectionem, & in remiſſionem peccatorum, & in regnum cœlorum, & in uitam futuri ſæculi. Poſt hanc profeſſionem venit ordine ad vnctionem olei.

De vnctione olei myſtici gratiarum actio. Cap. 43.

BENEDICITVR autem hoc ab Epiſcopo in remiſſionem peccatorum, ac præparationem baptiſmi. Sic enim inuocat ingenitum Deum patrem Ieſu Chriſti Regem omnis naturæ corporeæ, & ſpiritualis, vt ſanctificet oleum nomine Domini Ieſu, tribuatque gratiam ſpiritualem, & uim efficientem, & remiſſionē peccatorum, ac præparationem confeſſionis baptiſmi, ut is, qui ungitur, remiſſa omni impietate, dignus baptiſmo ſecundùm vnigeniti præceptum efficiatur.

De myſtica aqua gratiarum actio. Cap. 44.

POSTEA venit ad aquam, & benedicit, ac laudat Dominum Deum omnipotentem patrem unigeniti Dei gratias agens Sacerdos, quòd filium ſuum miſerit, vt noſtra cauſſa fieret homo, ut nos ſaluaret, quod ſuſtinuit, ut homo factus, fieret per omnia obediens, prædicaret regnum cœlorum, remiſſionem peccatorū, ex mortuis reſurrectionem. Adhuc venerationem adhibet ipſi unigenito Deo poſt ipſum, & per ipſum patrem gratias agens, quòd mortem in cruce pro omnibus ſubire uoluerit, cuius typum & imaginem dedit baptiſmū regenerationis: laudat etiam quòd in nomine Chriſti Deus rerum omnium Dominus in Spiritu ſancto non proiecit genus humanum, quin potius diuerſis temporibus diuerſus fuit prouidentię eius modus: tunc enim Adæ in Paradiſo primùm quidem ratione deliciarum dedit locum ipſum paradiſi ad habitandum: deinde verò ratione prouidentię mandatum dedit: poſtea delinquentem iure expulit, tametſi bonitate ſua non ex toto proiecit, immò, & poſteros eius varijs modis erudiuit, & caſtigauit. Ob hāc cauſſam in extremo ſæculi miſit filium ſuum, vt homo fieret propter homines, & humanas omnes paſſiones excepto peccato ſuſciperet, ipſum igitur, & nunc deprecetur Sacerdos inſtante baptiſmo, & dicat: Aſpice è cœlo, & ſanctifica hanc aquam: tribue autem gratiam, & uim, & vt qui baptizatur ſecundùm mandatum Chriſti tui, cum eo crucifixus, commortuus, conſepultus ac conſuſcitatus ſit in adoptionem, quæ in eo ſit; vt mortuus quidem ſit peccato, uiuat autem iuſtitiæ. poſtquam verò baptizauerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vngat vnguento chriſmatis inquiens.

De myſtico chriſmate gratiarum actio: oratio cum gratiarum actione, cùm adhibetur chriſma baptizato. Cap. 45.

DOMINE Deus ingenite, cui nullus eſt Dominus, & tu omnium Dominus es, qui odorem cognitionis Euangelij omnibus gentibus ſuauem præbuiſti, tu etiam nunc præſta, vt vnguentum hoc chriſmatis in baptizato efficax efficiatur, ut bonus odor Chriſti tui firmus, & omni parte ſanctus in eo maneat, & Chriſto commortuus, idem ſit conſuſcitatus, ac conuiuificatus ipſi. Hæc, atque alia his conſentanea dicat. Hæc eſt enim uis appoſitionis manus in uno quoque qui baptizatur: niſi enim unicuique eorum talis inuocatio à pio ſacerdote adhibeatur, in ſolam aquam deſcendit qui baptizatur, ut Iudæus: ac corporis tantum ſordes, non autem animæ deponit. Deinde faciat ſtans precationem, quam docuit nos Dominus; neceſſe eſt enim eum, qui reſurrexit ſtare, & precari, quoniam qui ſuſcitatus eſt, erectus

Matth. 6.

ctus eſt. ipſe igitur commortuus Chriſto, & cõ ſuſcitatus ſtet. precetur verò verſus Orietẽ, nam
2. Para. 5. & hoc ſcriptũ eſt in ſecũdo libro Paralipomenon, quòd templo Domini à rege Salomone confecto ac conſummato, in ipſa dedicatione ſacerdotes, & leuitæ ac cantores ſteterunt ad Orientem cum cymbalis, & pſalterijs laudantes, & confitentes ac dicentes, Laudate Dominum, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Oratio recen. er baptizatorum.
Cap. 46.

PRECETVR verò hæc poſt priorem precationem dicens: Deus omnipotens pater Chriſti tui, vnigeniti filij tui, da mihi corpus non inquinatum, cor mundum, mentem vigilantem, cognitionem non errantem, aduentũ ſpiritus ſancti ad adipiſcendã, & tenendam ſine vlla dubitatione veritatem per Chriſtum tuum, cum quo tibi gloria in ſpiritu ſancto in ſæcula. Amen.

Quos nam Apoſtoli ordinauerunt.
Cap. 47.

ATque hæc etiam de cathecumenis conſtituere æquum eſſe exiſtimauimus: De epiſcopis verò, qui à nobis, dum viximus, ordinati ſunt, certiores vos facimus, hos eſſe, Iacobum epiſcopum Hieroſolymitanum fratrem Domini, & huic poſt mortem ſecundum ſucceſſiſſe Simeonem Cleophæ filium, & huic rurſus tertium Iudam Iacobi filium; deinde Zachæum, qui antea fuerat publicanus, primum epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ, huic ſucceſſiſſe Cornelium, & huic rurſus tertium epiſcopum Theophilum; Euodium epiſcopum Antiochię à me Petro ordinatum, cui ſucceſſit Ignatius à Paulo ordinatus; Annianum Alexandriæ epiſcopum, quem primum Marcus euangeliſta ordinauit; huic ſucceſſiſſe Abilium à Luca euangeliſta ordinatum; Linum Claudiæ filium ecclesiæ Romanorum epiſcopum primum à Paulo ordinatum poſt mortem verò Lini Clementem, quem ego Petrus ſecundum ordinaui: Timotheum Epheſi epiſcopum à Paulo ordinatum, cui ſucceſſit Ioannes à me Ioanne ordinatus; Ariſtonem primum epiſcopum Smyrnæ, huius poſt mortem ſucceſſorem fuiſſe Strateã Loidis filium, cui ſucceſſit tertius epiſcopus alter Ariſton; Gaium Pergami epiſcopum, & Demetrium Philadelphiæ, quem ego Paulus ordinaui; Lucium epiſcopum Cenchrenſem, Titum Cretæ, Dionyſium Athenienſem, Marthonem epiſcopum Tripolitanum in Phœnicia, Archippum epiſcopum Laodicenſem in Phrygia: Philemonem epiſcopum Coloſſenſem; Oneſimum qui fuit ſeruus Philemonis, epiſcopum Berœenſem in Macedonia; Creſcẽtem epiſcopum eccleſiarum Galatiæ; Aquilã, & Nicetam epiſcopos parœciarum Aſiæ; Chriſpum eccleſię Æginenſis. Hi ſunt quos parœcijs Domini præfecimus; quorum doctrinæ ſemper memores ſeruate ſermones noſtros, & ſit Dominus vobiſcum nunc, & in infinita ſæcula, vt ipſe nobis dixit cùm eſſet ad Deum ſuum, eundemque patrem aſcenſurus, (Ecce Matth. 28
" ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem
" ſæculi;) Amen.

Oratio matutina. *Cap.* 48.

GLORIA in excelſis Deo, & in terra pax in hominibus bona voluntas; laudam^9 te, hymnis celebramus te, benedicimus te, glorificamus te, adoramus te per magnum pontificem, te Deum ingenitum vnum, inacceſſum, ſolum propte magnam gloriam tuam: Domine rex cęleſtis, Deus pater omnipotens, Domine Deus pater Chriſti agni immaculati, qui tollit peccatũ mundi, ſuſcipe deprecationem noſtram, qui ſedes ſuper Cherubim; quoniam tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus Deus, & pater Ieſu Chriſti Dei omnis naturæ creatæ, regis noſtri, per quem tibi gloria, honor, & veneratio. Luc. 2.

Oratio veſpertina. *Cap.* 49.

LAVDATE pueri Dominum, laudate nomen Domini: laudamus te, celebramus te, benedicimus te propter magnam gloriam; Domine rex pater Chriſti agni immaculati, qui tollit peccatum mundi: Te decet laus, te decet hymnus, te decet gloria Deum patrem p filium in ſpiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace, quia viderũt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam populi tui Iſrael. Pſal. 112. Luc. 2.

Oratio ad ſumendum cibum. *Cap.* 50.

BENEDICTVS es Domine, qui paſcis me ab adoleſcentia mea, & das eſcam omni carni; Imple gaudio, & lætitia corda noſtra, vt ſemper omnem ſufficientiam habentes abundemus in omne opus bonum in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quem tibi gloria, honor, & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

DE CHARISMATIBVS, ET ORDINATIONIBVS, & Canonibus Eccleſiaſticis.

LIBER OCTAVVS.

Quare, & propter quoſnam fiant miracula. Cap. I.

CVm Deus, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus magnũ pietatis myſteriũ nobis tradat, & Iudæos, ac gentiles ad agnoſcendum vnum & ſolum verum Deum patrem ſuum inuitet, ſicut ipſe in quodam loco ait, cùm agit gratias pro ſalute eorum, qui crediderant, (Manifeſtaui nomẽ tuum hominibus, opus, quod dediſti mihi, perfeci;) item cùm dicat patri de nobis, (Pater ſancte, & ſi mundus te nõ nouit, ego tamen noui te, & hi nouerunt te;) meritò tanquam nobis conſummatis, de chariſmatibus, q̃ ipſe per Spiritum ſanctum tribuit, omnibus ſimul dicit, (Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis; ſerpentes tollent; & mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt,) Hæc chariſmata prius nobis Apoſtolis tributa ſunt, à quibus euangelium omni creaturæ prædicandum erat; deinde cum iis etiam, qui per nos crediderunt, omnino cõmunicantur, non quidem ad vtilitatem eorũ qui chariſmata illa operantur, ſed vt qui non credunt, ad credendum adducantur; vt quibus nõ eſt verbis perſuaſum, eos ipſa vis ſignorum cõmoueat; ſigna enim non fidelibus ſunt, ſed infidelibus tum Iudæis tum gentilibus. Neque enim in expellẽdis dæmonibus vtilitas noſtra igitur, ſed eorum qui Chriſti operatione ab eis eripiuntur, & purgantur; quod ipſe Dominus cùm erudiret nos, his verbis demõſtrabat: (Nolite gaudere quod ſpiritus vobis ſubijciuntur, ſed gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo:) illud enim poteſtate Dei, hoc efficitur noſtra in Deum beneuolẽtia, & ſtudio idque adiuuante nos Deo. Non ergo neceſſe eſt omnes fideles expellere dæmones, aut ſi ſuſcitare mortuos, aut linguis loq, ſed eos, qui cauſſa quapiã vtili, chariſmate dignati ſunt ad ſalutẽ infidelium, quos ſæpenumero non rationum demonſtratio, ſed ſignorum effectio permouet, qui digni ſunt ſalute: neque enim omnes impij miraculorum reuerentia mouentur. Teſtatur hoc Deus, cùm ait in lege, (Quoniam alijs linguis loquar populo huic, & alijs labijs, & neq; ſic credẽt;) neque enim Aegyptij Deo crediderunt, tot ſignis, & prodigijs à Moyſe factis: neque Iudæorum multitudo Chriſto ſimili Moyſis credidit, qui omnem morbum, & omnẽ infirmitatem curauit. Neque illos permouit virga in viuum anguem mutata, neque manus facta alba, aut Nilus in cruorem verſus, neq; hos viſus cæcis reſtitutus, aut ſanata claudicatio, aut ſuſcitati mortui: Atque illi quidem Iannes, & Mambres reſiſtebant: huic verò Annas, & Caiphas. Sic non omnes ſignis mouentur, ſed ij tantum, qui grato ſunt animo, quorum cauſſa placet Deo, tanquam ſapienti gubernatori, vt ſigna fiant, non quidem viribus hominum, ſed ipſius Dei uoluntate, ac nutu. Hæc autem à nobis eo dicta ſunt, ut qui huiuſmodi chariſmata à Deo acceperunt, in eos ſe ne efferant, qui non acceperunt. Loquimur uerò de chariſmatibus ſignorum. Quippe cùm nemo ſit, qui per Chriſtum in Deum crediderit, quin ſpirituale chariſma acceperit. Nã hoc ipſum, ereptum fuiſſe ab impietate multos Deos colẽdi, & crediſſe Deo patri per Chriſtum, chariſma Dei eſt, item uelamen Iudaicum abieciſſe, ac crediſſe, uoluntate Dei eius ante ſæcula unigenitum nouiſſimo tempore ex uirgine matre ſine uirili coniunctione natum eſſe, uerſatumque ut hominẽ in uita abſque peccato peracta omni iuſtitia legis, deinde permiſſu Dei Deum uerbum ſpreto omni dedecore crucem ſuſtinuiſſe, & mortuum, atque ſepultum eſſe, & poſt triduum excitatum, & poſtquam à mortuis ſuſcitatus, & quadraginta diebus cũ Apl̃is cõmoratus eſſet, omnẽq; conſtitutionẽ peregiſſet, aſcẽdiſſe in cõſpectu eorũ ad Deũ patrem, à quo miſſus fuerat. Quæ qui credidit, & nõ utcunq; neq; incõſideratè, ſed cũ iudicio, ac plenitudine, chariſma quidẽ accepit à Deo. idẽ iudicandũ eſt de eo, q eſt oĩ hæreſi liberatus. Nemo igitur eorũ, qui ſigna & pdigia edũt, de ullo fideli, qui nõ ſit dignat⁹ à Deo hmõi ui operãdi, iudiciũ faciat. Diuerſa enim ſunt chariſmata, q̃ à Deo p Chr̃m in hoĩes cõferũtur. Tu quidẽ accepiſti hoc; ille uerò aliud: aut enim chariſma ſapiẽtiæ, aut cognitionis, aut diſcretionis ſpirituũ, aut præcognitionẽ futurorum, aut chariſma docẽdi, aut tolerãtiã malorũ, aut cõtinẽtiã legitimã. Quippe Moyſes homo Dei cùm ſigna in Ægypto factitaret, non ſe extulit in ſuæ gẽtis hoĩes, neq; appellat⁹ Deus, aliquid aduerſus Prophetã ſuũ Aaron ſibi arrogauit. immò Ieſus Naue, qui fuit populi Dux poſt Moyſem, cùm in bello, q cũ Iebuſæis gerebat, ſolis curſum ſiſteret ad Gabaon, & Lunæ ad uallem Aelon, quia nõ erat ſatis diei ad uictoriã,

Marginal notes: Ioan. 17. — Mar. vlt. — Luc. 10. — Eſa. 28. — Exod. 7. — 2. Tim. 3. — Ioſue 10.

non ideò inflatus eſt in Phineem; aut in Cha-
leb. Neque Samuel, qui tã multa admirabilia &
inaudita fecit, Dauid Deo charum contempſit,
cũ uterq; eſſet propheta, & alter quidem rex, al
ter uerò ſummus ſacerdos. Atq; ét cùm eſſent
3. Reg. 17. & 18. in Jſrael ſeptem millia ſanctorum, qui nõ cur-
3. Re. 4. 5. 6, &c. uauerũt genua Baal, ſolus Elias ex eo numero,
& diſcipulus eius Eliſeus fuerunt mirabilium
effectores: tamen neq; Elias Abdiã diſpẽſatoré
domus Achab irriſit; qui Deũ quidé timebat,
tamen ſigna nõ faciebat: neq; Eliſeus diſcipulũ
ſuũ hoſtes ptimeſcẽté deſpexit. Immò neq; ſa-
Dan. 14. & 31 piés ille Daniel bis ex ore leonũ ereptus; neque
tres illi pueri in fornace ignis reliquos ſuæ na-
tionis ſpreuerũt: ſciebãt enim nõ ſe ſuis uiribus
acerba illa ſuperare, ſed poti⁹ uirtute Dei ſe ſi-
gna facere, & illis anguſtijs ac difficultatibus li-
berari. Nemo igit᷑ veſtrûm ſe in fratré ſuũ effe
rat, quãuis ſit propheta, & quãuis ſit mirabiliũ
effector. Etenim ſi demus, nõ eé unquã amplꝰ
infidelé, ſupuacanea deinceps erit oĩs effectio
ſignorũ. Eſſe enim piũ quépiã, ex beneuolentia
erga Deũ pcedit, facere aũt miracula ex uirtute
eius qui operat᷑: ac prius quidé ad nos ſpectat,
poſterius uerò ad Deũ, q ob eas, quas ſupra di-
xi cauſſas, operatur. Ergo neq; rex duces exerci
tus ſui cõtẽnat, neq; magiſtratus populũ: Nã ſi
nulli ſunt ſub magiſtratibus, ſuperuacanei sũt
magiſtratus; ité ſi nõ ſint duces, non cõſiſtet re-
gnũ. Quin immò neq; Epiſcopus ſe in diaconos
efferat, aut in presbyteros; neq; presbyteri in
populũ: ex utriſq; enim cõſtat cœtus; Epiſcopi
enim & presbyteri aliquorũ ſunt ſacerdotes, &
laici aliquorũ laici. Atq; eſſe quidé Chrianum
in nr̃a poteſtate eſt, Apoſtolos uerò, & Epiſco-
pus nõ eſt: ſed potius penes Deũ, qui chariſma-
ta tribuit. ſed de his hactenus propter eos, qui-
bus chariſmata & dignitates donata ſunt.

De Epiſcopis & presbyteris indignis. *Cap. 2.*

Illud uerò huc addã, non oẽs, qui prophe-
tant, pios eſſe, neq; oẽs, qui dæmones expel
Num. 23. & 24. lunt, ſanctos: Balaã nãq; filius Beor uates pro-
phetauit quidé, alioqui impius; ité Caiphas fal
Ioan. 11. ſus pontifex; Diabolus quoq; multa prædicit,
& dæmones eius: neq; ideò quidé eſt illis ſcin-
tilla pietatis, ſunt enim ignorantia obruti pro-
pter malitiã uoluntaria. Liquet itaq;, quanquã
impij prophetent, nõ delere eos prophetiis im
pietatem; neq; ſi expellant dæmones, ipſos con
tinuo receſſu dęmonũ ſanctos fore, nam & ſe
mutuo decipiunt, ſicut ii, qui præſtigias ludorũ
ridendi cauſſa oſtentant, eos etiam qui ipſos
attendunt, perdunt. Neq; uerò rex impius, rex
eſt amplius, ſed tyrannus; neq; Epiſcopus igno
rantia aut malo animo oppletus Epiſcopus eſt,
ſed falſus Epiſcopus, nõ à Deo, ſed ab homini-
bus pmotus, ut Ananias, & Semeias in Iſraël;
Ierem. 27, 28. ité Sedecias, & Achias pſeudoprophetæ Baby-
lone; immò & Balam uates pęnas exoluit, quòd
Num. 24. & 25. populũ Iſraël ĩ Beelphegor corrupiſſet; & Cai
phas poſtea morté ſibi cõſciuit, & filii Sceuę ag
greſſi expellere dæmones, acceptis uulneribus
Act. 19. turpiter fugerũt. Præterea reges Iſrael & Iuda
ob impietaté pęnas oĩs generis luerũt. Liquet
igit᷑ falſos Epõs, & presbyteros nõ euaſuros ex
ſupplicio Dei dicetur enim nũc, qđ illis olim,
vos ſacerdotes, qui nomé meũ vituperatis, tra- Mala. 1.
dam in occiſionem, vt Sedeciam, & Achiam,
quos Rex Babylonis frixit in ſartagine, vt nar
rat Hieremias propheta. Hæc verò dicimus, Ierem. 29
non quòd veras prophetias pro nihilo duca-
mus, ſcimus enim eas afflatu diuino in ſanctis
fieri, ſed vt audaciam & temeritatem inſolen-
tium reprimamus, illudque addimus, Deum
huiuſmodi prophetis gratiam iſtam ablaturũ:
Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem 1. Pet. 5. Iac. 4.
dat gratiam. Silas igitur, & Agabus, qui no-
ſtris temporibus prophetarunt, non ſe fece-
runt pares Apoſtolis, neque ſuos excellerunt
modos, quamuis Deo erant chari. Atque etiã
mulieres prophetauerunt, olim quidem Ma-
ria Moyſis, & Aaron ſoror, poſtea verò Debo-
ra, deinde Oldad, & Judith; illa quidem Ioſia
Rege; hæc verò Dario. Præterea propheta- Luc. 1.
uit mater Domini, & Eliſabeth cognata eius, & 2.
& Anna: & noſtra ætate filiæ Philippi: tamen Act. 21.
non ſe in viros extulerunt; immò ſe intra mo
dulos ſuos continuerunt. igitur ſi quis inter
nos ſiue fœmina, ſiue vir huiuſmodi gratiam
adeptus fuerit, ſubmittat ſe, ut ſit Deo gratus:
(ſuper quem,) inquit, (aſpiciam, niſi ſuper mi- Iſa. 66.
tem, & quietum, & tremẽté ſermones meos?)

Quòd potiſſimum ſit, diſponi, & ordinari ea, quæ in Eccleſiis ſiunt. *Cap. 3.*

Expoſita igitur eſt prima libri huius
pars de chariſmatibus, quæ Deus pro vo-
luntate ſua hominibus largitus eſt: & quemad-
modum Deus eorum mores arguerit, qui fal-
ſa dicere conati ſunt, aut alieno ſpiritu agebã-
tur: & quòd ſæpe Deus ad prædictionem futu-
rorum, & ad prodigia edenda improbis homi-
nibus ſit gratiã ſuam elargitus. Nunc verò ad
id quod ſummũ eſt Eccleſiaſticæ cõſtitutionis
feſtinat oratio: vt vos Epiſcopi, quos Chriſto
auctore conſtituimus, cùm hanc Conſtitutio-
nem didiceritis, omnia ſecundum mandata
eius nobis tradita faciatis, ſcientes, quòd qui Luc. 10.
nos audit, Chriſtum audit: qui verò Chriſtũ
audit, Deum eius, eundemq; patrem audit: cui
gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

De ordinationibus. *Cap. 4.*

Nos igitur duodecim Apoſtoli Domini
qui vnà ſumus, has vobis conſtitutiones
de omni eccleſiaſtica forma indicimus, præ-
ſente Paulo vaſe electionis, & coapoſtolo no-
ſtro, & Iacobo epiſcopo ac reliquis presbyte-
ris, & ſeptem diaconis. Ego igitur primus Pe-
trus dico ordinandum eſſe epiſcopum, vt om-
nes pariter antea conſtituimus, ſcilicet de quo
in nulla re ſit querela, & qui ſit à cuncto po-
pulo ex optimis quibuſque electus. Quo
nominato, & placente, populus in vnum
congregatus, vnà cum presbyteris, atq; epiſco
pis pſentibus die Dñico conſentiat. Qui verò

inter

inter reliquos princeps epiſcopus eſt, percõtet presbyteros,& populum,an ipſe ſit,quem præeſſe petunt:& illis annuentibus,rurſus percontetur,an tribuant ei omnes teſtimonium,quòd dignus ſit hoc magno & illuſtri munere præſidendi; an quæ ad pietatem erga Deum pertinent rectè peregerit, an iura aduerſus homines ſeruarit,an domum ſuam, resque domeſticas bene adminiſtrauerit, & an vita ei per omnia honeſtè & laudatè acta fuerit. Cùm verò omnes ſimul non ſecundum opinionem præiudicatam; ſed ſecundum veritatem teſtificati fuerint,talem eſſe eum, tanquam in conſpectu iudicis Dei, & Chriſti, præſente etiam Spiritu ſancto,atque omnibus ſanctis,& adminiſtratorijs ſpiritibus, rurſus tertiò interrogent,verum ſit miniſterio dignus: vt in ore duorũ, vel triũ ſtet omne verbum.& cùm tertiò annuerint, & dignum eſſe aſſenſi fuerint, petatur ab omnibus,vt præbeant ſignum aſſenſus,& libenter prbentes,audiantur; ac ſilentio facto vnus ex primis Epiſcopis vnà cum duobus alijs ſtans prope altare,reliquis Epiſcopis,& presbyteris tacite precationem facientibus, & diaconis aperta euangelia ſuper caput eius, qui ordinatur,tenẽtibus,in hunc modum precetur.

Imploratio in ordinatione epiſcoporum,& Miſſæ celebratio. Cap. 5.

HERE, Domine,Deus omnipotens, qui ſolus es ingenitus, & non ſubiectus vlli regis imperio:qui ſemper es,& ante ſæcula extitiſti:qui omnibus ſufficis, qui nullã tui cauſsã, neque ortum habere potes: qui ſolus es verus, & ſapiens:qui ſolus altiſſimus: qui natura es inaſpectabilis: cuius cognitio non habet vllam originem: qui ſolus es bonus, & cum nemine conferri potes:qui omnia noſti antequam fierent:cui ſunt cognita occulta; ad quem accedi non poteſt: qui non potes habere Dominum; Deus,& pater vnigeniti filij tui Dei, & Saluatoris noſtri; effector omnium per ipſum, prouidens,& procurator, pater miſerationum, & Deus totius conſolationis, qui in altis habitas, & humilia reſpicis:qui dediſti leges Eccleſiæ per aduentum Chriſti filij tui in carne, teſtante Paracleto per Apoſtolos tuos,& per nos, qui gratia tua adſumus epiſcopi,qui à principio ſacerdotes prouidiſti, qui populo tuo præeſſent, in primis Abel,Seth,Enos,& Enoch,Noe,Melchiſedech,& Iob:qui declaraſti Abraham, & reliquos patriarchas cum fidelibus famulis Moyſe,& Aaron, Eleazaro,& Phinee: qui ex ipſis creaſti principes, & ſacerdotes ad tabernaculũ teſtimonij; qui elegiſti Samuelem,vt eſſet ſacerdos,& propheta:qui ſanctuarium tuum non reliquiſti ſine miniſterio;cui beneplacitum eſt in ijs,quos elegiſti ad te glorificandum, ipſe & nunc, mediatore Chriſto tuo per nos effunde virtutem tui Spiritus ductoris, qui miniſtratur dilecto filio tuo Ieſu Chriſto, quem donauit te volente idem Chriſtus ſanctus Apoſtolis tuis, qui es æternus Deus.Da in nomine tuo cognitor cordis Deus huic famulo tuo, quem ad epiſcopatum elegiſti, da, inquam, vt paſcat ſanctum gregem tuum, & vt pontificatu tibi fungatur ſanctè, & ſine reprehenſione miniſtrans die nocte: & vt efficiendo propitium vultum tuum, congreget numerum eorum qui ſalui fiunt, & offerat tibi dona Eccleſiæ tuæ ſanctæ. Da ipſi Domine omnipotens per Chriſtum tuum participationem ſpiritus ſancti, ut habeat poteſtatem remittendi peccata ſecundum mandatum tuum; item dandi cleros,id eſt,ſortes, ut tu iuſſiſti, ac ſoluendi omne vinculum ſecundũ poteſtatem,quam Apoſtolis dediſti, placendique tibi in manſuetudine, & corde mundo, offerendo tibi ſine culpa ſemper,& ſine crimine ſacrificium mũdum, & incruentum,quod per Chriſtum cõſtituiſti myſterium noui teſtamenti in odorem ſuauitatis per ſanctum filium tuũ Ieſum Chriſtum Deum, & Saluatorem noſtrum, per quem tibi gloria, honor & veneratio in ſancto Spiritu nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Poſtquàm ſic epiſcopus precatus eſt illi, reſpondeant reliqui Sacerdotes, Amen, & omnis populus cum eis; & poſt preces vnus ex Epiſcopis offerat hoſtiam in manus ordinati,& mane in ſolio ſuo à reliquis epiſcopis collocetur cunctis eum in Domino oſculantibus, ac poſt lectionem legis, & prophetarum, & epiſtolarum noſtrarum, & actorũ, atque euangeliorum, ſalutet eccleſiam ordinatus,dicens,Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei patris, & communicatio Spiritus ſancti cum omnibus vobis; & omnes reſpondeant, Et cum ſpiritu tuo: & poſt ſalutationem alloquantur populum ſermone hortatorio. Quo ſermone habito ad docendum, ſtatuo ego Andreas frater Petri, vt cunctis conſurgentibus, eliciat Diaconus ex loco alto, ne quis adſit audientium, ne quis infidelium. Et ſilentio facto, dicat,Orate catechumeni.Et omnes fideles attentè pro ipſis orent dicentes,Kyrie eleiſon.Miniſtret verò pro eis Diaconus dicens.

Denunciatio obſecrationis pro cathecumenis in celebratione diuinæ Miſſæ. Cap.6.

OMNES pro catechumenis Deum obſecremus; vt bonus, & ſingulari in homines charitate Deus, beneuolè eorum preces, & obſecrationes exaudiat: & eorum ſupplicatione ſuſcepta, eis auxilietur, eiſdemque poſtulata cordium commodo eorum tribuat; vt patefaciat eis euangelium Chriſti ſui; illuminet eos, & intelligentes faciat; erudiat eos Dei cognitione; & doceat mandata ſua, & iuſtificationes; inſeratque eis ſuum caſtum, & ſalutarem timorem; ac aperiat aures cordis eorum, vt die, ac nocte in lege eius demorentur; cõfirmet eos in pietate;

adiungat, & adnumeret eos ſuo ſancto gregi donans eos regenerationis lauacro, & indumento immortalitatis veræ vitæ; liberet verò eos ab omni impietate, & ne det locum alieno ſpiritui contra eos; & repurget, deterſo omni inquinamento carnis, & ſpiritus: habitetque in eis, & deambulet per Chriſtum ſuum, introitus; & exitus benedictione proſequatur: atque propoſita eis dirigat ad vtilitatem. Adhuc intentis mentibus pro eis ſupplicemus; vt adepti per baptiſmum veniam peccatorũ, habeãtur digni ſanctis myſterijs Euchariſtiæ; & cum ſanctis commorari, ac permanere. Surgite catechumeni, petite pacem Dei per Chriſtum eius, ac diem quietum, & à peccato vacuum, immò omne tempus vitæ veſtræ; petite vt vitam Chriſtianè finiatis; vt propitius, & beneuolus ſit vobis Deus; & vt peccata remittat. Commendate vos ſoli ingenito Deo per Chriſtũ eius, inclinate, & accipite benedictionem. In ſingulis horum, quæ Diaconus dicit, vt antè diximus, reſpondeat populus, Kyrie eleiſon, & ante omnes reſpondeant pueri; & inclinantibus eis capita, benedicat Epiſcopus ordinatus huiuſmodi benedictione: Deus omnipotens, qui es ingenitus, inacceſſus, ſolus verus Deus, Deus & pater Chriſti tui, vnigeniti filij tui, Deus paracleti, & vniuerſorum dñs, qui diſcipulos præfeciſti magiſtros per Chriſtum ad docendam pietatem in Deũ, ipſe etiã nunc aſpice in famulos tuos catechumenos in euangelio Chriſti tui, & tribue eis cor nouũ & Spiritum rectum innoua in viſceribus eorum ad cognoſcendam, & faciendam voluntatem tuam in corde pleno, & anima volente; dignare eos ſancto baptiſmo, & coniunge eos cum ſancta tua eccleſia, & fac participes ſanctorũ myſteriorum per Chriſtũ Ieſum ſpem noſtrã, qui pro eis mortuus eſt, per quem tibi gloria, & veneratio in ſancto Spiritu in ſecula, Amẽ. Et poſtea dicat Diaconus, exite catechumeni in pace. & poſtquã exierint, dicat, Energumeni, quos ſpiritus immũdi agunt, adhibete cũcti preces Deo: intentè pro eis precemur, vt ſumma in homines charitate Deus increpet per Chriſtum immundos, & malos ſpiritus, qui increpauit legionem Dæmonum, & Diabolum principium peccati, increpet ipſe, & nunc apoſtatas pietatis in Deum; eripiatque quos ipſe condidit, ab illius actu, & repurget eos, quos magna cũ ſapientia effecit. Deprecemur adhuc intentè pro ipſis, libera, & ſuſcita eos Deus tua potentia; inclinate energumeni, & accipite benedictionem, & Epiſcopus precetur illis dicens,

Luc. 8.

Obſecratio pro energumenis. *Cap. 7.*

Luc. 11. & 10.

QVi fortem ligaſti, & omnia vaſa eius diripuiſti, qui dediſti nobis poteſtatem calcãdi ſuper ſerpẽtes, & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici, qui dediſti nobis homicidam ſerpentem vinculis conſtrictum, ſicut paſſerem pueris, quem omnia horreſcũt, & contremiſcunt à facie potentiæ tuæ, qui ipſum è cœlo in terram inſtar fulguris erumpere feciſti non eruptione ad locum pertinente, ſed honoris in dedecus mutatione, idque propter volũtariam mentis malitiam, cuius aſpectus exiccat abyſſos, & minæ liquefaciũt montes, & veritas manet in ſeculum, quem laudãt pueri infantes, & benedicunt lactentes quem hymnis celebrãt, & adorant Angeli: Qui aſpicis in terram, & facis eam tremere. Qui tangis montes, & fumant. Qui minaris mari, & arefacis ipſum, & omnes fluuios eius deuaſtas. Cuius nubes puluis pedum. Qui ambulas ſuper mare tanquã ſuper pauimentũ, Vnigenite Deus, magni Patris filij, increpa malos ſpiritus, & eripe opera manuum tuarum ex actu alieni ſpiritus: Quoniam tibi gloria, & honor, & veneratio, & per te patri tuo in ſancto Spiritu, Amen. & dicat Diaconus, Exite energumeni. ac poſt egreſſum eorum dicat, Orate; qui baptiſmum petitis. omnes fideles intentè pro eis oremus, vt Dominus faciat eos dignos, vt baptizati in mortem Chriſti, cum ipſo reſurgant, regnique eius conſortes, ac myſteriorum eius participes fiant; vt vniat, & connumeret eos cum iis, qui ſalui fiunt in Eccleſia eius ſancta. Saluos fac, & reſuſcita eos in gratia tua. deinde poſtquàm ſe ſignauerint in nomine Dei patris per Chriſtum eius, ſeque inclinauerint, accipiãt ab Epiſcopo bñdictionẽ.

Luc. 10. Iob. 8. Pſal. 103. Nahum. Iob. 9.

Obſecratio pro baptiſmum petentibus. *Cap. 8.*

Iſa. 1.

QVi per tuos ſanctos Prophetas illud prædixiſti iis, qui myſterio baptiſmi initiantur, lauamini, & mundi eſtote, & ſanxiſti per Chriſtum ſpiritualem regenerationem, & nunc ipſe aſpice in eos, qui baptiſmum petũt, & benedic eis, & ſanctifica, ac præpara, vt ſpirituali dono tuo, & vera adoptione, myſteriiſque tuis ſpiritualibus digni fiant, & vt cũ iis, qui ſalui fiunt, congregentur per Chriſtum Saluatorem noſtrum: Per quem tibi honor, & gloria, & cultus in ſancto Spiritu, in ſecula. Amen. Et dicat Diaconus, Exite qui illuminamini. Et poſtea dicat, Precamini intentè, qui in pœnitentia eſtis. Omnes pro fratribus, qui in pœnitentia ſunt, preces adhibeamus, vt miſericors Deus oſtendat eis viam pœnitentiæ; approbet eorum palinodiam, & confeſſionem, & conterat cito Satanam ſub pedibus eorũ, ac liberet eos à laqueo Diaboli, & à violenta aggreſſione Dæmonum; eripiatque eos ex omni ſermone illicito, & ex omni abſurda actione, ac praua cogitatione, remittatque eis omnia delicta eorum tum voluntaria, tum nõ voluntaria, & deleat chirographum aduerſus eos ſcriptũ, & aſcribat in libro vitæ; mundet verò ab omni inquinamẽto carnis, & ſpiritus, atque vniat eos reſtitutos in ſanctũ ouile ſuum. Quoniã ipſe cognoſcit formationẽ naturæ noſtræ, Quis enim gloriabitur mundũ ſe habere

Pro. 20.

cor?

tori? aut quis audebit dicere ſe eſſe à peccato [Luc.15.] mundũ? oẽs enim pœnas debemus. Deprecemur adhuc intentiùs pro eis, quoniam gaudium eſt in cęlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agẽte: Deprecemur, inquã, vt auerſi ab omni opere illicito, applicent ſe ad omne opus bonum; vt qui eſt ſumma in homines charitate Deus [Pſal.50.] ſupplicationibus eorum quam celerrimè benignè exauditis, reſtituat exultationem ſalutaris, & ſpiritu principali eos confirmet, ne amplius fluctuent; fiantque ſanctorum ſacrorum eius, diuinorumq́; myſteriorum participes, vt cùm reperti fuerint digni adoptione filiorum, ſempiternam vitam adipiſcantur. Adhuc intentè omnes pro ipſis dicamus, Kyrie eleiſon. Salua eos Deus, & miſericordia tua ſuſcita. Qui ſuſcitati eſtis Deo per Chriſtum eius inclinate, & accipite benedictionem. Precetur igitur epiſcopus in hunc modum.

Pro iis, qui ſunt in pœnitentia precatio, & manus impoſitio. *Cap.9.*

OMNIPOTENS Deus æterne, Domine vniuerſi, conditor & moderator omniũ: Qui hominem mundi ornamentum per Chriſtum feciſti, & legem ei naturalem, & ſcriptã, vt tanquam animal rationis particeps rectè viueret, dediſti; item dediſti, vt poſt peccatum cõmiſſum bonitas tua pœnitentiam ei ſuggereret, reſpice eos, qui tibi ceruicem animæ, & corporis inclinarunt; quia non vis mortem peccatoris, ſed pęnitentiam, vt auertat à via ſua [Ezec.33.] praua, & viuat; Qui Niniuitarum pœnitentiam acceptam habuiſti: Qui vis omnes homines [2.Tim.2.] ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: [Luc.15.] Qui illum filium, qui patrimonium luxurioſè abligurierat, paternis viſceribus propter pœnitentiam amplexus: & nunc ipſe accipe tuorum ſupplicum pœnitentiam, quia non eſt, qui non peccet tibi; & ſi iniquitates obſeruaueris Do- [Pſal.129.] mine, Domine quis ſuſtinebit? quoniam apud te eſt propitiatio. & reſtitue illos eccleſiæ tuæ in priorem dignitatem, & honorem per Chriſtum Deum, & Saluatorem noſtrum, per quem tibi gloria, & adoratio in ſancto ſpiritu in ſæcula, Amen. Et dicat diaconus, Exite, qui in pœnitentia eſtis, & adiiciat: Nemo eorum, quibus non licet, exeat. Omnes fideles flectamus genu; oremus Deum per Chriſtum eius. omnes intẽtè obſecremus Deum per Chriſtum eius.

Denunciatio obſecrationis pro fidelibus. *Cap. 10.*

OREMUS pro pace, & pro tranquillitate mundi, & ſanctarum eccleſiarum, vt Deus vniuerſi pacem ſuam perpetuam, & quæ tolli non poſſit, nobis tribuat, vt conſeruet nos perſeuerantes in plenitudine virtutis ex pietate erga Deum. Oremus pro catholica, & Apoſtolica cuncti orbis eccleſia, vt cuſtodiat eam Dominus, ac conſeruet à motibus, & turbulentis fluctibus liberam, fundatam vſque ad conſummationem ſæculi ſuper petram. Oremus etiam pro hac ſancta parœcia, vt Dominus vniuerſorum benignè nobis tribuit, vt ſpem eius cœleſtem non remiſsè inſequamur, & perpetuum precationis debitum ei ſoluamus. Oremus etiam pro pro omni epiſcopatu totius orbis eorum, qui rectè tractant verbum tuæ veritatis, & pro epiſcopo noſtro Iacobo, & pro parœcijs eius; item pro epiſcopo noſtro Clemẽte, & pro parœcijs eius: item pro epiſcopo noſtro Euodio, & pro parœcijs eius; vt Deus miſerationum concedat eccleſijs ſuis ſanctis, vt ſalui, honorati, & diuturna vita ſint, tribuatq́; eis honoratam ſenectutem in pietate, & iuſtitia. Oremus præterea pro presbyteris noſtris, vt Dominus liberet eos ab omni re fœda, & praua: detque eis honoratum presbyterij gradum. Oremus item pro omnibus diaconis, & miniſtris vt tribuat eis Dominus miniſterium ſine querela vllius. Oremus quoque pro lectoribus, cantoribus, virginibus, viduis, & orphanis. Oremus etiam pro ijs, qui ſunt in coniugio, & liberorum procreationi operam dant, vt tribuat eis Dominus miſericordiam. Oremus pro Eunuchis ſanctè ambulantibus. Oremus pro ijs, qui viuunt in continentia, & reuerentia erga Deum. Oremus pro ijs, qui in eccleſia oblationes faciunt, & pauperibus largiuntur eleemoſynas. Oremus pro ijs, qui ſacrificia, & primitias efferunt Domino Deo noſtro, vt qui eſt vndique bonus Dominus, ſuis cęleſtibus donis eos remuneret, detq́ue eis in hoc ſæculo cẽtuplum, & in futuro vitam ſempiternam; largiaturq́ue eis pro caducis æterna, & pro terrenis cęleſtia. Oremus pro fratribus noſtris recẽs baptizatis, vt firmet, ſtabiliatq́ue eos Dominus. Oremus pro fratribus noſtris, qui morbis conflictãtur, vt Dominus liberet eos ab omni morbo, & omni inualetudine, & reſtituat ſanos eccleſiæ ſuæ ſanctę. Oremus pro nauigantibus, & iter facientibus. Oremus pro ijs, qui ſunt propter nomen Domini in metallis, & exilijs, & cuſtodijs, & vinculis. Oremus pro ijs, qui dura ſeruitute premuntur. Oremus pro inimicis, & qui nos oderunt. Oremus pro ijs, qui nos propter nomen Domini perſequuntur, vt mitigato eorum furore, eorum aduerſus nos irã diſſipet. Oremus pro ijs, qui foris ſunt, & in erroribus verſantur, vt Dominus conuertat eos. Recordemur etiam infantum Eccleſiæ, vt eos Dominus perfectos in timore ſuo reddat, & ad menſuram ætatis perducat. Oremus pro nobis mutuò, vt nos Dominus gratia ſua vſque ad finem cuſtodiat, ac nos ab omni malo, omnibusq́ue ſcandalis operantium iniquitatem eripiat, & ſaluos in regnũ ſuum cęleſte ſeruet; Oremus pro omni anima Chriſtiana, ſalua, & ſuſcita nos Deus miſericordia tua. Surgamus intentè orantes, nosq́ue ipſi, & alij alios Deo viuenti per Chriſtum eius commendemus. Oret epiſcopus, & dicat:

Obſecratio adhibita pro fidelibus. *Cap.11.*

DOmine oĩpotens, celſiſſime, q in excelſis habitas, ſanctè in ſanctis requieſcẽs, ſine

ortu & origine, vnice princeps, qui dediſti nobis per Chriſtum prædicationem cognitionis in agnitionē gloriæ tuæ, & nominis, quod manifeſtauit nobis ad comprehendendum; & nunc ipſe reſpice ſuper hunc gregem tuum, & libera eum ab omni ignorātia, & praua actione, & fac, vt te timore timeat, & dilectione diligat, & mittatur à facie gloriæ tuæ. Sis eis benignus, propitius, & exauditor in precibus eorum, & ſerua eos immutabiles, à querela, & crimine liberos, vt ſint ſancti corpore, & ſpiritu non habentes maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi; ſed ut ſint integri, & nullus ſit inter eos mutilus, aut imperfectus. Defenſor, potens, perſonarum non acceptor, ſis populo tuo adiutor, quē pretioſo ſanguine Chriſti tui redemiſti: Præſes, opitulator, quæſtor, cuſtos, murus munitiſſimus, ſepimentum, ſecuritas, quoniam nemo poteſt ex manu tua rapere, non enim eſt alius Deus, ſicut tu; quia in te

Ioan. 17. noſtra patientia conſiſtit. Sanctifica eos in veritate tua, quia ſermo tuus veritas eſt, qui neq; gratia corrumpi, neque falli poteſt. libera eos ab omni morbo, & omni inualetudine, ab omni delicto, ab omni uiolentia, & fraude, à metu inimici, à ſagitta volante in die, à negotio

Pſal. 90. perambulante in tenebris; & dignare eos æterna uita in Chriſto filio tuo; vnigenito Deo; & Saluatore noſtro; per quem tibi gloria, & veneratio in Spiritu ſancto nunc, & in ſecula ſæculorum, Amen. Ac poſtea dicat Diaconus, Attendamus; & ſalutet Epiſcopus Eccleſiam: & dicat, Pax Dei cum omnibus uobis. & reſpōdeat populus, Et cum Spiritu tuo. & Diaconus dicat omnibus, Oſculamini uos mutuo oſculo ſancto; & clerici oſculentur Epiſcopū; & uiri laici laicos, & fœminæ fœminas. Pueri ſtēt apud ſuggeſtum; & præſit eis alius Diaconus, ne turbent ordinem. Alij item Diaconi deambulent, & contemplentur uiros & mulieres, ne quis fiat ſtrepitus, ne quis nutus faciat, aut muſſitet, aut dormitet. Diaconi autem ſtent ad ianuas, quibus uiri in templum ingrediuntur; & hypodiaconi ad ianuas, quibus mulieres, ne quis egrediatur, néue aperiatur ianua tempore oblationis, quamuis ſit aliquis fidelis. Vnus autem hypodiaconus miniſtret aquam Sacerdotibus ad lauandum manus; quod eſt ſignum puritatis animarū, quæ Deo dicatæ ſunt.

Conſtitutio Iacobi fratris Ioannis.
Cap. 12.

DIco ego Iacobus frater Ioannis Zebedæi, vt ſtatim edicat Diaconus: Ne quis ex cathecumenis: ne quis ex audientibus: ne quis ex infidelibus: ne quis ex hæreticis. Qui primam precationem feciſtis, exite. Quæ matres eſtis, pueros aſſumite. Ne quis contra quempiam. Ne quis in hypocriſi: ſtemus erecti Domino cum metu, & tremore ad offerendum. His peractis adhibeant diaconi dona ad altare epiſcopo, & presbyteri ad dextram, & læuam eius, vt diſcipuli magiſtro aſſiſtant: Duo verò diaconi ex vtraque parte altaris teneant flabella ex tenuibus mēbranis, aut ex pennis pauonis, aut ex linteo; vt parua animalia volitantia abigant, ne in calicem incidant. Igitur epiſcopus precationem ſilentio faciens vnà cum ſacerdotibus, & ſplendidam veſtem indutus, & ſtans ad altare, & facto manu in fronte tropæo crucis, dicat; Gratia omnipotentis Dei, & charitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis. Et omnes vna voce reſpondeant, Et cum ſpiritu tuo. Ac ruſus epiſcopus, Surſum mentem; reſpondeant omnes, Habemus ad Dominum. & epiſcopus, Gratias agamus Domino: & omnes, Dignum & iuſtum eſt. Deinceps dicat epiſcopus, Verè dignum, & iuſtū eſt, laudare ante omnia te Deum verum; te, qui ex æternitate ante conditum vniuerſum exiſtis: ex quo omnis paternitas in cœlo, & Ephe. 3.
in terra nominatur: te ſolum ingenitum ſine origine, ſine rege, ſine domino: te nulla re indigentem: te omnium bonorum largitorem: te qui omnem cauſſam, & ortum ſuperas: te ſemper vno eodemque modo habentem: à quo tāquam è carcere quopiā dimiſſa prodierunt omnia ad capiendum ortum. Tu enim es cognitio ſine principio; aſpectus æternus; auditus non generatus; ſapientia non tradita à doctore, primus natura; & lex, eo ipſo, quod es; & infinitus: qui omnia ex nihilo per vnigenitum filium tuum effeciſti: ipſum verò ante omnia ſecula generaſti voluntate, potentia, & bonitate ſine vllo medio, filium vnigenitum, verbum Deum, ſapientiam viuentem, primogenitum omnis creaturæ, angelum magni conſilij tui, pontificem tuum, regem vero & dominum omnis naturæ, tum ſub intelligentiam, tum ſub ſenſum cadentis; qui eſt ante omnia, & per quem omnia. Tu enim Deus æterne, cuncta per eum feciſti; & per eum etiam vis cuncta prouidentia conuenienti procurari. Per quem enim eſſe voluiſti, per eundem vt in bono ſtatu eſſent, conceſſiſti. Deus & pater vnigeniti filij tui; qui per eum ante omnia cherubim, & ſeraphim feciſti, ſecula, & exercitus, virtuteſq; & poteſtates, principatus, & thronos, archangelos & angelos; & qui fabricatus poſt hæc omnia hunc mundum, qui cernitur, & quæcunque in eo continentur. Tu namque es qui cœlum inſtar cameræ ædificaſti, & inſtar pellis tetendiſti, terramq; ſola volūtate in nihilo fundaſti. Qui fixiſti firmamentum, & noctem, ac diem effeciſti, Qui lucem ex theſauris protuliſti, & tegumento lucis tenebras ad quietem animantium, quæ in terra mouentur, induxiſti. Qui Solem in cœlo poſuiſti, ut præeſſet diei; & lunam, ut nocti; & chorū ſyderum in cœlo ad laudem magni decoris tui depinxiſti.

depinxiſti. Qui feciſti aquam ad bibendum, & purgandum: aerem vitalem ad ſpirandum, & ad reddendum vocem lingua aerem feriente, & ad adiuuandum auditum, vt percipiat loquelam ad aures appulſam. Qui ignem effeciſti, vt eſſet in tenebris ſolatio, expleretque indigentiam, & calefaceret, ac illuminaret. Qui mare magnum à terra ſeparaſti; & illud quidem feciſti nauigabile, hanc verò pedibus peruiam: & illud paruis, ac magnis animantibus impleuiſti, hanc manſuetis, & indomitis, ac varijs ſtirpibus circumdediſti, & herbis coronaſti; floribus decoraſti; & ſeminibus locupletaſti. Qui conſtituiſti abyſſum, & ingentem cetum, & abyſſo coacerbatas vndas ſalſas circumpoſuiſti, eamque portis arenæ tenuiſſimæ circum obſtruxiſti. Qui ipſum mare aliquando ventis inſtar ingentium montium attollis; aliquando ad inſtar campi ſternis, & complanas; aliquando tempeſtate facis furere, aliquando, vt nauigantibus ſit ad nauigationem facile, tranquillitate ſedas. Qui mundum à te fabricatum per Chriſtum, fluuijs cinxiſti: torrentibus inundaſti; perennibus fontibus impleuiſti; & vt munitiſſimè, ac tutiſſimè fundatus eſſet, montibus circumdediſti: qui mundum tuum referſiſti, & ornaſti herbis odoratis, & ad medicinam commodis, varijsque animantibus tum robuſtis, tum infirmis, ad eſcam, & ad opus aptis, cicuribus, & feris, ſerpentũ ſibilis, variarum volucrum clangoribus: annorum circuitibus, menſium, & dierum numeris, ordinatis temporum mutationibus, nubium imbres parientium curſibus ad fœtus fructuum, & ad animantiũ vitam, ad ventorum flatus, cùm flare iuſſeris, & ad multitudinem ſtirpium, & herbarum. Neque ſolum fabricatus es mundum, ſed hominem mundi ciuem feciſti; qui eſſet mundi mundus, id eſt, ornamentum: dixiſti enim ſapientiæ tuæ, (Gen. 1.) (faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: & dominentur piſcibus maris, & auibus cœli.) Quamobrem ex anima immortali, & corpore diſſipabili hominem conſtituiſti, anima quidem ex nihilo effecta, corpore verò ex quatuor elementis. Dediſtique ei, vt anima quidem rationis participe diſcerneret pietatem; & impietatem dijudicaret; iuſtum, & iniuſtum notaret; in corpore verò vt quinque ſenſus ad quincuplicem pugnam haberet; motum item ad gradiendum dediſti. Tu Deus omnipotens, (Gen. 2.) paradiſum in Eden ad Orientem per Chriſtum omni genere arborum ad veſcendum inſtructum conſeuiſti, & in eum tanquam in magnificam domum illum introduxiſti. & cùm eum efficeres, legem in natura (Gen. 2.) inſitam tribuiſti: vt domi, & è ſe ſemina cognitionis Dei haberet. Vbi verò in paradiſum voluptatis introduxiſti, poteſtatem omnium ad participandum permiſiſti: vnius tantum ſtatum propter ſpem meliorum interdixiſti: vt ſi mandatum ſeruaret, mercedem obedientiæ ferret immortalitatem. Poſtquàm verò mandatum neglexit, & fructum vetitum dolo (Gen. 3.) ſerpentis, & mulieris conſilio deguſtauit, ex paradiſo quidem iuſtè eieciſti: bonitate verò tua, ne prorſus interiret, non deſpexiſti: erat quippe opus tuum. Quin potiùs qui omnia ei ſubieceras, tribuiſti, vt ſudoribus, & laboribus cibum pararet, te omnia gignente, augente, & maturante. Poſtea verò ad breue tempus ſomno mortis immiſſo, eum iureiurando interpoſito ad renaſcendum vocaſti, & reſciſſo edicto mortis vitam ex reſurrectione promiſiſti: Neq; hoc ſolum, ſed poſteros eius multitudine innumerabili effudiſti, & eos, qui in lege tua perſeuerarunt, gloria affeciſti; qui verò defecerunt, puniuiſti; & ſancti Abel ſacrificium approbaſti, (Gen. 4. Gen. 5.) & Cain fratricidæ munus, vt execrabilis, reieciſti. Ad hæc, Seth, & Enos ſuſcepiſti, & Enoch tranſtuliſti. Tu enim es auctor hominum, & vitæ dator, & indigentiæ expletor, & legiſlator; & eam ſeruantium remunerator, & vltor non ſeruantium. Qui ingentem illam illuuionem propter multitudinem impiorum mundo intuliſti, & ex illa iuſtum Noe cum octo animis in arca eripuiſti; (Gen. 7.) qui fuit finis quidem eorum qui præterierãt, origo verò eorum, qui ſucceſſuri erant. Qui igne illo pertimeſcendo Sodomitanam (Gen. 19.) pentapolim incendiſti; & terram frugiferam in ſalſuginem propter flagitia habitatorum eius loci vertiſti: & ſanctum Lot ex flamma ereptum extraxiſti. Tu es, qui Abraham ex maiorum ſuorum impietate liberaſti, & hæredem mundi conſtituiſti, atque ipſi Chriſtũ tuum oſtendiſti. Qui Melchiſedec põtificem cultus tui elegiſti. (Gen. 14.) Qui famulum tuum patientiſſimum Iob, ſerpentis, qui origo peccati fuit, victorem declaraſti. Qui Iſaac filium promiſſionis feciſti. Qui Iacob duodecim filiorum patrem, & eorum poſteros in multitudinem propagaſti, et in Ægyptum in ſeptuaginta animis introduxiſti. (Gen. 46.) Tu Domine, non deſpexiſti Ioſeph: immo pudicitiæ, quam propter te ſeruauit, præmium ei dediſti, vt eſſet Ægyptiorum princeps. Tu Domine Hebræos oppreſſos promiſſa patribus eorum facta non neglexiſti, ſed potius ſupplicio de Ægyptiis ſumpto, eripuiſti: Ac cùm homines legem naturalem corrupiſſent, & quæ erant effecta, nunc quidem exiſtimarent fortuita eſſe, & temerè ferri, nunc verò pluſquam opus erat, honorarent, & tibi vniuerſorum Deo æquarent, non es paſſus amplius in errore eos verſari; immò famulum tuum ſanctũ Moyſem in lucem ediſiſti: per quem legem (Exod. 10.) ſcriptam legis naturalis adiutricem dediſti; & mundum opus tuum eſſe declaraſti. Relegato autem de multis dijs errore, Aaron, & filios eius honore ſacerdotali illuſtraſti: Hebræos propter commiſſa peccata plexiſti, reuertentes ſuſcepiſti: in Ægyptios decem plagis illatis vindicaſti; diſrupto mari Iſraelitas (Exod. 14.) traieciſti; inſecutos Ægyptios demerſos deleuiſti:

uiſti: amaram aquam iniecto ligno dulcem
Exod. 16. effeciſti: ex rupe dura aquam profudiſti: Qui
feciſti vt ex cœlo plueret manna, & ex aere ad
alimentum coturnix; item feciſti columnam
ignis nocte ad illuminandum; & columna nu
bis die adumbraculum propter teporem; Ie-
ſum Naue ducem exercitus declaraſti; ſeptem
gentes Chananæorum hoc duce extirpaſti;
Ioſu. 5. & 6. Iordanem diuiſiſti; fluuios Ethan exſiccaſti;
muros nullis machinis bellici euertiſti. pro
omnibus tibi gloria Domine Deus. Te adorãt
innumerabiles Angelorũ copiæ, Archange-
lorum, Thronorũ, Dominationum, Principa-
tuum, Poteſtatum, Virtutũ, æternorum exer-
Iſa. 6. cituum, Cherubim, & ſenis alis præditi Sera-
phim, binis quidem tegentes pedes, binis ve-
rò capita, binis item volantes, & dicentes vnà
cum mille millibus archangelorum, & centũ
millibus angelorum nullo puncto temporis
intermiſſo, & ſine intercapedine vocis cla-
mantium, & omnis populus dicat, Sanctus,
Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth; plenum
eſt cœlum & terra gloria eius, benedictus in
ſæcula, Amen. & dicat poſtea epiſcopus: San-
ctus enim verè es, & ex omni parte Sanctus:
excelſus, & ſupra quàm excelſus in ſæcula.
Sanctus autẽ vnigenitus tuus filius Dominus
noſter, & Deus Ieſus Chriſtus: qui tibi Deo
ſuo, & patri per omnia inſeruiens tum in va-
ria creatione rerum, tum in prouidentia cu-
iuſque earum accommodata, genus hominũ
interitu affectum non deſpexit; quin immò
poſt legem naturalem inſitam, poſt monita le-
gis Moſaicæ, poſt propheticas reprehenſio-
nes, poſt angelos cuſtodiæ præpoſitos, cùm le-
gem naturalem ſimul cum lege poſita viola-
rent, veniréntque eis in obliuionem diluuiũ,
conflagratio illa quinq; vrbium, & illæ Ægy-
ptiorum plagæ, ac illæ Palæſtinorum cædes;
omnibus iam iam perituris, voluit conſilio, &
voluntate tua auctor hominis homo fieri; le-
giſlator legi ſubiectus; pontifex victima; pa-
ſtor fieri ouis, placauitque te Deum ſuum,
eundemque patrem, ac mundo reconciliauit;
& omnes ab impendente ira liberauit factus
ex virgine, factus in carne, Deus verbum, dile-
ctus filius; primogenitus omnis creaturæ, ex
ſemine Dauid, & Abraham, ex tribu Iuda ſe-
cundum propheticas prædictiones ab ipſo
de ſe factas. Ac factus eſt in vtero virginis, qui
format omnes qui generantur; & incarnatus
eſt, qui erat expers carnis; qui ſine tempore
genitus erat, factus eſt in tempore. Sanctè in
vita verſatus eſt, & legitimè erudiuit, omnem
morbum, omnemque inualetudinem expulit,
ſigna, & prodigia in populo fecit: Cibum, &
potum, & ſomnũ cepit, qui cunctos alit qui-
cunque alimento indigent, & implet omne
animal beneplacito. Manifeſtauit nomen tuũ
ijs qui eum neſciebant; ignorantiam relega-
uit; pietatem extinctam excitauit; voluntatem
tuam impleuit; opus quod ei dediſti, conſum-
Io. 17. mauit. Atque his omnibus perfectis, manibus
ſceleratorum, falſorum dico ſacerdotum, &
pontificũ, ac populi iniqui, proditione eius,
qui malitiæ morbo laborabit comprehenſus
eſt, & multa ab eis perpeſſus, & omni dedeco-
re ſuſcepto, permiſſu tuo traditus Pilato præ-
ſidi, ac iudicatus iudex, & damnatus ſaluator,
cruci affixus eſt, qui pati non poterat; & mor-
tuus, qui natura erat immortalis; & ſepulturæ
mandatus, qui vitæ auctor eſt, vt eos à paſſio-
ne liberaret, & à morte extraheret; propter
quos venit; & rũperet vincula diaboli, & eri-
peret homines ex fallacia eius. Excitatuſq; eſt
à mortuis die tertio: & cũ diſcipulis quadra- Act. 1.
ginta diebus commoratus, aſſumptus eſt in cę
los, & ſedet ad dextram tuam, qui Deus, & pa-
ter eius es. Memores igitur eorum, quę cauſa
noſtra ſuſtinuit, gratias agimus tibi Deus om-
nipotens, non quas debemus, ſed quas poſſu- Matth. 26
mus: conſtitutionemq; eius implemus. In qua Luc. 22.
enim nocte tradebatur, cùm accepiſſet panem
Sanctis, & ab omni labe puris manibus ſuis,
ſubſtuliſſetq; oculos ad te Deum ſuum, ac pa-
trem, ac fregiſſet, dedit diſcipulis ſuis, dicens,
Hoc eſt myſterium noui teſtamenti: accipite
ex eo, comedite. Hoc eſt corpus meũ, quod ꝑ
multis frangitur in remiſſionem peccatorũ.
Similiter & calicẽ, poſtquàm miſcuit ex vino,
& aqua, & ſanctificauit, dedit eiſdem, dicens,
Bibite ex eo omnes. Hic eſt ſanguis meus, qui
pro multis effunditur in remiſſionem pecca-
torum. Hoc facite in meã commemorationẽ:
quotieſcunq; enim manducabitis panẽ hunc,
& biberitis calicem hunc, mortẽ meã annun-
ciabitis, donec veniam. Quare memores paſ-
ſionis eius, & mortis, eiuſq; reſurrectionis à
mortuis, & reditus in cęlũ, atq; aduentus eius
ſecundi, qui futurus eſt, cùm veniet cũ gloria,
& poteſtate adiudicandos viuos, & mortuos,
& reddendum vnicuiq; ſecundum opera eius,
offerimus tibi regi, & Deo, ſicut ipſe cõſtituit,
panem hunc, & calicem hunc, gratias agentes
tibi per eum, quia à te dignati ſumus ſtare in
conſpectu tuo, & tibi fungi ſacerdotio. Ac te
precamur, Vt in hæc munera coram te propo
ſita beneuolè aſpicias tu Deus nullius indigẽs,
& beneplaceas in eis in honorẽ Chriſti tui: &
mittas ſuper hoc ſacrificiũ ſanctum tuum ſpi-
ritum teſtem paſſionum Dñi Ieſu: vt oſtendas
panem hunc corpus Chriſti tui, & calicẽ hunc
ſanguinem Chriſti tui: vt qui eum participa-
rint, ad pietatem firmentur; remiſſionẽ pec-
catorum conſequantur; à fallacijs diaboli libe
rentur: Spiritu ſancto impleantur digni Chri
ſto tuo fiant; vitamq; ſempiternam adipiſcan
tur, te illis reconciliato Dñe omnipotens. Ad-
huc precamur te Dñe ꝑ eccleſia tua ſancta à
finibus vſq; ad fines prorogata, quã pretioſo
ſanguine Chriſti tui acquiſiuiſti, vt eam extra
metus, & fluctus, ac tempeſtates vſq; ad con-
ſummationẽ ſæculi conſerues, & ꝑ omni epi-
ſcopatu rectè tractante verbum veritatis. Ad-
huc obſecramus te ꝑ me, q ſum nihili, q tibi
oblationẽ facio, & ꝑ vniuerſo presbyterio, ꝑ
diaconis,

diaconis; & toto clero; vt omnes ſapientiam doceas, & Spiritu ſancto impleas. Adhuc obſecramus te Domine pro Rege, & omnibus qui in ſublimitate ſunt, & pro toto exercitu, vt pacem habeant nobiſcum; vt totum vitæ noſtræ tempus in quiete & concordia traducentes, glorificemus te per Ieſum Chriſtum, qui eſt ſpes noſtra.

Adhuc offerimus tibi ꝓ omnibus ſanctis, qui à ſæculo tibi placuerunt, Patriarchis, Prophetis, Iuſtis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Hypodiaconis, Lectoribus, Cantoribus, Virginibus, Viduis, Laicis; & pro omnibus quorum tu noſti nomina.

Adhuc offerimus tibi pro populo hoc, vt in laudem Chriſti tui declares eum regale ſacerdotium, gentem ſanctam. pro virginibus, & caſtis, pro viduis eccleſiæ, ꝓ ijs qui ſunt in cõiugio honeſto, & dãs opera liberis, ꝓ infantibus populi tui, vt nullum noſtrum repudies.

Adhuc rogamus te pro hac vrbe, & incolis eius; pro ægrotis, pro dura ſeruitute preſſis, pro exulibus, pro proſcriptis, pro nauigantibus, & iter facientibus; vt ſis auxiliator, omnium adiutor, & ſuſceptor. Adhuc obſecramus te etiam pro ijs qui oderunt nos, & nos propter nomen tuum inſectantur: pro ijs qui ſunt foris, & errãt, vt cõuertas eos ad id quod bonum eſt; & eorum furorem mitiges.

Adhuc obſecramus te pro catechumenis eccleſiæ, & pro ijs qui vexantur ab alieno ſpiritu, & pro ijs qui ſunt in pœnitentia: vt catechumenos in fide perficias; energumenos expulſo actu mali Dæmonis repurges: pœnitentes recipias, & delicta tum eis, tum nobis noſtras remittas.

Adhuc offerimus tibi pro temperatione aeris & frugum vbertate, vt bonis tuis ſine penuria fruentes, ſine intermiſſione laudemus eum qui dat paſtum omnibus animantibus. Obſecramus te quoque pro ijs qui ſunt abſentes, qui ſcilicet habent abſentiæ ſuæ cauſam probabilem; vt nos omnes in pietate conſerues, & congreges in regno Chriſti tui, qui eſt omnis naturæ, quæ ſub ſenſum cadit, & quæ ſub intelligentiam, Deus, & Rex noſter; cõgreges, inquam, immutabiles, extra querelam, & crimen, quoniã tibi omnis gloria, veneratio, & gratiarum actio, honor & adoratio Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, & nunc, & ſemper, & in infinita, & ſempiterna ſæcula ſæculorum. Et omnis populus reſpondeat. Amen. Et dicat Epiſcopus, Pax Dei ſit cum omnibus vobis. Et cunctus populus reſpondeat, Et cum ſpiritu tuo. Ac rurſus dicat diaconus.

Denunciatio obſecrationis pro fidelibus poſt oblationem hoſtiæ. Cap. 13.

ETIAM atque etiam deprecemur Deum per Chriſtum eius pro munere oblato Domino Deo; vt Deus, qui bonus eſt, ſuſcipiat illud per mediatorem Chriſtum in cœleſte ſuum altare in odorem ſuauitatis. item ꝓ hac eccleſia, & populo; item pro omni epiſcopatu, pro cunctis presbyteris, & pro omni miniſterio cũ Chriſto, & pro famulatu totius cœtus eccleſiæ: vt vniuerſos conſeruet, ac cuſtodiat Dominus; pro regibus, & ijs qui in ſublimitate ſunt, vt ſit illis nobiſcum pax: vt quietã & tranquillam vitam degentes, in omni pietate & honeſtate viuamus. Memoremus Martyres ſanctos, vt mereamur certaminis eorum participes fieri. Precemur quoq; pro ijs qui in fide requieuerunt. item pro cœli temperatione, & maturitate frugum. Precemur etiam ꝓ recenter baptizatis, vt omnes in fide ſtabiliantur, cuncti ſe mutuò hortentur; ſuſcita nos Deus in gratia tua; & ſuſcitati per Chriſtum ipſum commendemus nos Deo. Et dicat Epiſcopus: Magne, ac magni nominis, qui es cõſilio magnus, & factis fortis, Deus, & pater ſancti filij tui Ieſu Saluatoris noſtri, reſpice nos, & hunc gregem tuum, quem per ipſum elegiſti ad gloriam nominis tui; & ſanctificãs corpus, & animam noſtrã, præſta, vt puri ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, propoſita bona adipiſcamur, neminemque noſtrũ indignum iudices; immò ſis adiutor noſter, opitulator, defenſor per Chriſtum tuum; cũ quo tibi gloria, honor, laus, celebratio, gratiarum actio, & Spiritui ſancto in ſæcula, Amen. Et poſtquàm omnes reſponderint, Amen; dicat Diaconus, Attendamus; & Epiſcopus edicat populo in hunc modum, Sancta ſanctis. Et populus ſubaudiat, Vnus Dominus, vnus Chriſtus in gloriam Dei patris, benedictus in ſæcula, Amen. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra in hominibus bona volũtas: Oſanna filio Dauid, Benedictus, q venit in nomine Dñi, Deus, Dominus, & apparuit nobis: Oſanna in altiſſimis. Et poſtea ſumat Epiſcop⁹, deinde Presbyteri, & Diaconi, & Hypodiaconi, & Lectores, & Cantores, & aſcetici, & ex fœminis diaconiſſæ, ac virgines, & viduę; poſtea pueri, & deinde cunctus populus ordine, cum pudore & reuerentia, ſine tumultu & ſtrepitu. Atq; Epiſcopus quidem tribuat oblationem dicens, Corpus Chriſti: & qui accipit, dicat, Amen. Diaconus verò teneat calicem; & tribuens alijs, dicat, Sanguis Chriſti calix vitæ; & qui bibit, dicat, Amen. Recitetur verò Pſalmus trigeſimus tertius, dum cæteri omnes communicant. Et poſt communionem omnium tum virorum, tum mulierũ, ſumant Diaconi reliquias, & inferant in tabernaculũ. & Diaconus poſtquàm finem fecerit, qui pſallit, dicat.

Denunciatio obſecrationis & gratiarum actionis poſt communionem. Cap. 14.

QVI pretioſum corpus, & pretioſum ſanguinem Chriſti participauimus, agamus gratias, quia dignatus eſt nos communione ſanctorum ſuorum myſteriorum; & obſecremus,

mus, vt non fiat nobis in iudicium, ſed in ſalutem, in vtilitatem animæ, & corporis, in cuſtodiam pietatis, in remiſſionem peccatorũ, in vitam ſæculi futuri. Surgamus in gratia Chriſti; & nosipſi Deo ſoli, ingenito Deo, & Chriſto eius commendemus. & epiſcopus agat gratias.

Imploratio poſt communionem. *Cap.* 15.

DOMINE Deus omnipotens, pater Chriſti tui, benedicti filij, qui exaudis eos qui te recto corde implorant, qui poſtulationes tacentium noſti, gratias agimus tibi, quòd nos dignatus ex participatione ſanctorum tuorũ myſteriorum: quæ nobis præbuiſti, vt in ijs, quæ bene nobis cognita ſunt, plenitudinem fidei habeamus; & ad cuſtodiam pietatis, & ad veniam peccatorum valeant: quoniam nomẽ Chriſti tui inuocatum eſt ſuper nos: & in familiaritatem tuam recepti ſumus. Qui ſeparaſti nos à communione impiorum, coniunge nos cum ijs, qui tibi conſecrati ſunt. Firma nos in veritate per ſpiritus ſancti aduentum.: patefac nobis, q̃ ignoramus, & quæ deficiunt, ſupple. Quæ cognita habemus, fac firma; conſerua ſacerdotes extra omne vitium & maculam in cultu tuo. Reges cuſtodi in pace; magiſtratus in iuſtitia: aerem in temperatione cõmoda: fructus in vbertate: mundum in prouidentia omnipotenti: Bellicoſas nationes manſuefac: Aberrantes in viam reduc: Populum tuum ſanctifica: virgines conſerua: Matrimonio iunctos cuſtodi in fide: caſtos roboras; infantes fac creſcere, nouos Chriſtianos firma: catechumenos erudi, & fac vt exiſtant digni baptiſmo: Noſque omnes congrega in regno cœlorum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro: cũ quo tibi gloria, honor, cultus, & ſancto ſpiritu in ſæcula, Amen. Et dicat diaconus: Deo per Chriſtum ipſius inclinate: &, Accipite benedictionem. & epiſcopus precetur dicens: Deus omnipotens, qui verax es, & cum quo nihil conferri poteſt, qui in omni loco ades, & omnibus præſens es, qui in nulla re exiſtis, tanquam res aliqua quæ contineatur, qui non es circumſcriptus locis, non ſeneſcens temporibus, non terminatus ſæculis; qui verbis non ſeduceris, non es ortui ſubiectus, neque cuſtodia indiges, qui non potes capere interitum, neque mutationem, qui es natura immutabilis, qui lucem habitas inacceſſibilem, qui es natura inaſpectabilis, qui cognoſci potes ab omnibus naturis ratione vtentibus, quæ te beneuolè quærunt; quem intelligunt, qui in beneuolentia inquirunt; Deus Iſrael verè videntis, populi, inquam, tui in Chriſtum credentis ſis clemens: & exaudi me per nomen tuũ: & benedic ijs qui tibi ceruices ſuas inclinarunt: & da eis quæ eorum corda petunt, quæ eis conducant: & neminem eorum ex regnó tuo eijcias, ſed potius ſanctifica eos, cuſtodi, protege, opitulare, eripe ab alieno ſpiritu, & ab omni inimico: domos eorum defende, eorum introitus, & exitus tutos ſerua: quoniam tibi gloria, laus, magnificentia, veneratio, adoratio, & filio tuo Chriſto Domino noſtro, & Deo, & regi, ac ſancto ſpiritui, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Et diaconus dicat, Ite in pace. Hæc de myſtico cultu nos Apoſtoli vobis epiſcopis, & presbyteris, ac diaconis conſtituimus.

De ordinatione presbyterorum conſtitutio Ioannis. *Cap.* 16.

DE ordinatione presbyterorum ego dilectus à Domino conſtituo vobis epiſcopis: cùm presbyterum ordinas epiſcope, impone ipſe manum capiti presbyteri, aſtantibus tibi presbyteris & diaconis, & faciendo precationem; dic: Domine omnipotens Deus noſter, qui cuncta per Chriſtum condidiſti, & vniuerſa per ipſum prouidentia tua, vt cuique naturæ conuenit, curas, qui enim poteſt varia efficere, hic etiam poteſt varijs modis prouidere; nam immortalibus quidem ſola conſeruatione proſpicis, mortalibus verò ſucceſſione, animæ curæ, & ſtudio legum, corpori expletione indigentiæ: ipſe igitur & nunc reſpice eccleſiam tuam ſanctam & auge eam, & multiplica eos qui in ea præſunt: & da virtutem, vt verbo, & opere ad ædificationem populi tui laborent. ipſe etiã nunc reſpice hunc famulum tuum ſuffragio & iudicio totius cleri ordini presbyterorum aſcriptum; impleque eum ſpiritu gratiæ, & conſilijs ad opitulandũ populo tuo, ad eumque corde mundo gubernandum: ſicut reſpexiſti populum tuum electum, & ſicut Moyſi ſeniores eligere iuſſiſti, quos ſpiritu impleuiſti. Et non Domine præſta ſeruans in nobis ſpiritum gratiæ tuæ non deficientem, vt plenus operationibus ad ſanandum aptis, & ſermone ad docendum idoneo, populum tuum manſuetè erudiat, & ſeruiat tibi ſincerè, ac mente pura, & anima volente; ac pro populo tuo ſacra rite ſine vitio operetur per Chriſtum tuum: cum quo tibi gloria, honor, cultus, & ſancto ſpiritui in ſæcula, Amen.

De ordinatione diaconorum conſtitutio Philippi. *Cap.* 17.

DE ordinatione verò diaconorum ego Philippus conſtituo, vt diaconum ordines epiſcope imponendo ei manus præſentibus omnibus presbyteris, & diaconis; & precando ei dices.

Imploratio in ordinatione diaconi. *Cap.* 18.

DEVS omnipotens, qui verax es, qui non mentiris, qui diues omnibus qui te inuocant in veritate; qui pertimeſcẽdus in conſilijs,

filijs, qui ſapiens cogitatione, qui validus & magnus: exaudi orationem noſtram, & auribus percipe preces noſtras Domine, & oſtende faciem tuam ſuper hunc ſeruum tuum electum tibi ad miniſterium: & imple eum Spiritu ſancto, & virtute, ſicut impleuiſti Stephanū protomartyrem, & imitatorē paſſionis Chriſti tui; & concede ei, vt miniſterio ſibi commiſſo, ad voluntatem tuam conſtanter, extra querelam, & crimen adminiſtrato, maiore deinceps gradu dignus habeatur per mediatorē Chriſtum tuum eundemque Vnigenitum filium, cum quo tibi gloria, honor, & veneratio, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſeculorum, Amen. Act. 6.

De diaconiſſa conſtitutio Bartholomæi. *Cap.19.*

DE diaconiſſa verò ego Bartholomæus conſtituo, vt manus ei epiſcope impónas præſentibus presbyteris, & diaconis, ac diaconiſſis. Et dices.

Imploratio in ordinatione diaconiſſæ. *Cap.20.*

DEVS æternæ, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui viri, & mulieris auctor es; qui Mariam, Deboram, Annam, & Oldam Spiritu ſancto impleuiſti; qui non duxiſti indignum, vt filius tuus vnigenitus ex muliere naſceretur; qui in tabernaculo teſtimonij, & in templo cuſtodes fœminas ianuis tuis ſanctis præfeciſti: ipſe etiam nunc reſpice hanc ancillam electam ad miniſterium; & da ei Spiritum ſanctum: & mūdam efficeab omni inquinatione carnis, & ſpiritus, vt opus ſibi impoſitum dignè perficiat ad gloriam, & laudem Chriſti tui. Cum quo tibi gloria, & adoratio, & ſancto Spiritui in ſæcula, Amē.

De Hypodiaconis conſtitutio Thomæ. *Cap.21.*

DE Hypodiaconis verò ego Thomas cōſtituo Epiſcopis, vt cùm Hypodiaconum ordinas epiſcope, imponas ei manus: & dicas.

Domine Deus effector cœli & terræ & omnium quæ cœlo terraque continentur, qui in tabernaculo teſtimonij æditues feciſti ſanctorum vaſorum tuorum cuſtodes; & ipſe nunc reſpice hunc famulum tuum, qui ad miniſterium Hypodiaconi electus eſt: & tribue ei Spiritum ſanctum, vt vaſa ad miniſtrandum tibi facta dignè attrectet, pareatque voluntati tuæ ſemper per Chriſtum tuum, cum quo tibi gloria, honor, & cultus, ac ſancto Spiritui in ſæcula, Amen.

De Lectoribus conſtitutio Matthæi. *Cap.22.*

DE Lectoribus verò ego Matthæus Leui, qui antea fui publicanus, conſtituo, vt lectorem eligas, cui manu impoſita, & preces Deo adhibens dicas:

Deus æternæ multus in miſericordia, & miſerationibus, qui mundi fabricam per ea quæ fiunt, patefeciſti, & qui numerum electorum tuorum conſeruas: & ipſe nunc reſpice hunc famulum tuum, cui ſcripturæ tuæ ſanctæ ad legendum eas populo tuo committuntur; da ei Spiritum ſanctum, Spiritum Propheticum: Qui Eſdram famulum ſapientem feciſti ad recitandum leges tuas tuo populo, & nunc obſecratus à nobis trade ſeruo tuo ſapientiam: & da ei, vt potius ſibi iniunctum rectè perficiendo, dignus appareat maiore gradu per Chriſtum: Cum quo tibi gloria, & veneratio, ac ſancto Spiritui in ſæcula, Amen.

De Confeſſoribus conſtitutio Iacobi Alphæi. *Cap.23.*

DE Confeſſoribus autem ego Iacobus Alphæi conſtituo: Confeſſor non fit ordinatione, hoc enim voluntatis eſt, & tolerantiæ: magno autem honore dignus eſt, vt qui nomē Dei coram gentibus, & regibus confeſſus ſit. Si autem opus eo fuerit, Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus ordinetur. Si quis verò Cōfeſſor non ordinatus, aliquam huiuſmodi dignitatem ſibi propter Confeſſionem vendicauerit, deponatur iſte, & eijciatur: non enim eſt Confeſſor, qui conſtitutionem Chriſti negauit: eſtque infideli deterior.

Eiuſdem conſtitutio de virginibus. *Cap.24.*

IDEM ipſe Iacobus de virginibus ſtatuo: Virgo non fit ordinatione. mādatum enim Domini non habemus: certare enim pro prę mio virginitatis volūtatis eſt, non ad criminationem coniugij, ſed otium cultus Dei. 1.Cor.11

Lebbæi cognomento Thaddæi conſtitutio de viduis. *Cap.25.*

ET ego Lebbæus cognomento Thaddæus hæc de viduis conſtituo: Vidua non ordinatur, ſed ſi iamdiu virum amiſit, & caſtę & laudatè vixit, & domeſticorum diligentem curam habuit, vt honeſtiſſimæ illæ, ac grauiſſimæ fœminę Iudith & Anna, cooptetur in gradum vidualem: Sin verò paulò antè maritum amiſit, ne ei credatur, ſed potius adoleſcentia tempore diiudicetur, aliquando enim paſſiones cum hominibus conſeneſcūt, niſi fortiori fræno cohibeamur. Iudith.8. Luc.2.

Idem de Exorciſta. *Cap.26.*

IDEM de Exorciſta, Exorciſta non fit ordinatione: certare enim pro præmio Exorciſtæ, liberæ voluntatis eſt, ac Dei gratiæ per Chriſtum, & aduentum Spiritus ſancti. Siquidem qui gratiam ſanitatum accepit,

cepit, per releuationem declaratur à Deo, cùm gratia, quæ in eo eſt, omnibus eſt manifeſta. Si verò neceſſitas poſtulet vt fiat epiſcopus, aut presbbyter, tunc ordinatur.

A quot ordinari debeat epiſcopus, conſtitutio Simonis Cananai. Cap. 27.

EGO Simon Cananæus conſtituo à quot epiſcopis debeat ordinari epiſcopus, ſcilicet à duobus, aut tribus epiſcopis: Sin verò aliquis ab vno epiſcopo ordinatus fuerit, tum is qui ordinatus eſt, tum is qui eum ordinauit, deponatur. Quòd ſi neceſſitas coegerit, ab vno ordinari, quòd propter perſecutionem, aut aliam cauſſam plures adeſſe non poſſint, afferatur decretum commiſſionis plurium epiſcoporum.

Eiuſdem canones de epiſcopis, presbyteris, diaconis, & reliquis clericis. Cap. 28.

IDEM de canonibus, epiſcopus benedicit, & non benedicitur; manum imponit, ordinat, offert, benedictionem ab epiſcopis accipit: à presbytero autem non accipit. Deponit omnem clericum, qui dignus ſit vt deponatur, præter epiſcopum. Epiſcopus enim ſolus epiſcopum deponere non poteſt.

Presbyter benedicit, non benedicitur. Benedictionem accipit ab epiſcopo, aut compresbytero: item dat compresbyteros manum imponit, ſed non ordinat, neque deponit, excommunicat autem eos quos habet infra, ſe ſi huiuſmodi pœnam teneantur.

Diaconus non benedicit, neque dat benedictionem; accipit verò ab epiſcopo, & presbytero: Non baptizat, non offert; oblatione verò ab epiſcopo, aut presbytero facta, ipſe diaconus dat populo, non tanquam ſacerdos, ſed tanquam qui miniſtrat presbyteris. Nulli ex reliquis clericis licet facere opus diaconi.

Diaconiſſa non benedicit, neque facit aliquid eorum quæ presbyteri aut diaconi faciunt, niſi quòd ianuas cuſtodit, & presbyteris miniſtrat, cùm mulieres baptizantur; idque propter decorum, & honeſtatem.

Diaconus excommunicat hypodiaconum, lectorem, & cantorem, & diaconiſſam, ſi hoc facere opus ſit; abſente presbytero hypodiacono non licet excommunicare lectorem, aut cantorem, aut diaconiſſam, aut clericum, aut laicum: miniſtri enim ſunt diaconorum.

De benedictione aquæ & olei conſtitutio Matthæi. Cap. 29.

DE aqua & oleo ego Matthæus cōſtituo, vt benedicat epiſcopus aquam, aut oleū: Sin verò non aderit, benedicat presbyter, præſente diacono. Cùm verò epiſcopus aderit, aſſiſtant presbyter, & diaconus. Dicat autem in hunc modum: Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum, & largitor olei, miſerator, & amator hominum, qui dediſti aquā ad bibendum, & abluendum, & oleum ad exhilarandum faciem in exultationem lætitiæ; ipſe etiā nunc ſanctifica per Chriſtum hanc aquam & oleum ex nomine eius qui obtulit, vel quæ obtulit; & tribue ei vim ſanandi, & depellendi morbum, fugandi dæmones, expellendi inſidias per Chriſtum ſpem noſtrā: Cum quo tibi gloria, honor, & cultus, ac ſancto ſpiritui in ſæcula, Amen.

Eiuſdem de primitijs, & decimis. Cap. 30.

IDEM ipſe de primitijs, & decimis conſtituo, vt omnes primitiæ offerantur, epiſcopo, & presbyteris, ac diaconis ad eos alendos: omnis verò decima offeratur ad alendos, reliquos clericos, & virgines ac viduas, & pauperes: primitiæ enim ſacerdotum ſunt, & diaconorum qui ſacerdotibus miniſtrant.

Eiuſdem de reliquijs Euchariſtiæ. Cap. 31.

IDEM de reliquijs conſtituo, vt benedictiones, quæ in myſticis ſuperant, de ſententia epiſcopi, aut presbyterorum diaconi diſtribuant clero, epiſcopo partes quatuor, presbytero tres, diacono duas; reliquis verò hypodiaconis, aut lectoribus, aut cantoribus, aut diaconiſſis partem vnam; pulchrum enim & gratum Deo eſt, vt quiſque conuenienter dignitati ſuæ & gradui honoretur: Siquidem in eccleſia compoſitio ordinis, non perturbatio docetur.

Varij canones Pauli de ijs qui accedunt ad baptiſmum, qui ſint admittendi, & qui repellendi. Cap. 32.

ET Ego Paulus minimus Apoſtolorum, hæc vobis epiſcopis, & presbyteris de canonibus conſtituo: Qui primò ad myſterium pietatis adueniunt, adducant eos diaconi ad epiſcopum, aut ad presbyteros: & cauſſas exquirant, cur ad verbum Domini acceſſerunt. & qui adduxerunt eos, tribuat eis teſtimoniū, excuſſis & examinatis diligenter ijs omnibus quæ ad eos pertinent. Inquiratur in eorū mores: & vitam: & vtrum ſerui ſint, an liberi.

Et ſi fuerit ſeruus Chriſtiani, interrogetur dominus eius, an præbeat ei teſtimonium: ſi non præbeat, repellatur, quo ad ſe probet domino: Sin verò præbeat, ſuſcipiatur.

Si fuerit famulus Ethnici, doceatur placere Domino, ne euangelium infametur.

Si vxorem habet, aut mulier ſi virum, doceantur ſuis maritis vxores, & ſuis vxoribus mariti contenti eſſe.

Si cœlibes ſunt, doceantur non ſcortari, ſed potius lege matrimonij iungi.

Si autem dominus eius Chriſtianus eſt, & ſcit illum ſcortari, neque dat famulo vxorem, aut ancillæ maritum, excommunicetur.

Si q̄s verò dæmonē habeat, doceatur pietatem: neque admittatur ad communionem,

priuſquam

priuſquam mundetur. Si tamen mors inſtet, admittatur. Si quis eſt leno, aut deſinat lenonē agere, aut repellatur. Meretrix ſi accedat, aut deſinat eſſe meretrix, aut repellač idolorū opifex ſi accedat, aut deſiſtat, aut repellatur.

Si quis ſcenicus accedat ſiue vir, ſiue femina, aut auriga, aut gladiator, aut curſor ſtadij, aut ludorum apparator, qui munerarius dicitur, aut olympicus, aut tibicen, aut citharœdus, aut lyricen, aut ſaltator, aut caupo, vel ceſ-
Luc. 3. ſent, vel repellātur. Similes acceſſerit, doceatur, ne cui iniuriam faciat, neue calumnietur; contentus verò ſit ſuis ſtipendijs: ſi obtemperet, admittatur; ſi repugnet, repellatur.

Patrator infandæ libidinis, cinędus, mente captus, ſiue ſtolidus, magus, incantator, aſtrologus, diuinus, qui magicas cantiones beſtijs adhibet, voluptuarius, circulator, qui facit amuletorū alligationes, qui facit ſuperſtitioſas expiationes, augur, ex ſignis coniector, palpitationum interpres, qui in occurſu, & congreſſu offenſiones obſeruat ex aſpectu, ex pedibus, ex auibus, ex muſtelis, ex vocibus hominū, q̃ vocant omina ex auditionib⁹ ſymbolicis, probentur ſpatio temporis: eſt.n. vitioſitas difficilis ad eluēdū. Si igitur deſierint, admittantur; ſin verò non paruerint, repellant.

Amica cuiuſpiam infidelis mancipium, q̃ cum eo tantùm rem habuerit, admittatur: ſin verò cum alijs quoq; impudica fuit, repellač.

Fidelis, qui habet amicā, ſi ancilla eſt mancipiū, deſinat, & ducat vxorem lege coniugij: ſi libera eſt, accipiat eam in matrimonium legitimum; ſin verò noluerit, repellatur.

Qui ſectatur mores gētilium, aut Iudaicas fabulas, mutet vitam, aut repellatur.

Qui eſt deditus theatri ſpectaculis venationibus, curriculis equeſtribus, certaminibus, aut deſinat, aut repellatur.

Cui tradēda eſt catecheſis, ſit tribus annis catechumenus. Si quis verò ſit virtutis ſtudioſus, & deſiderio baptiſmi tenetur, admittač: non enim tempus, ſed mores iudicantur.

Qui docet ſcilicet catechumenos, & ſi laicus ſit, modò ſit peritus in verbo, & honeſtis
Ioh. 6. moribus, doceat: *Erunt enim, inquit, omnes docibiles Dei.*

Omnis fidelis, ſiue vir, ſiue mulier, vbi è lecto ſurrexerint, & lauerint, priuſquam facere opus aggrediantur, faciāt precationem. Si verò traditur catecheſis aliqua verbi Dei, ſermo pietatis anteponendus eſt operi: Fidelis ſiue vir, ſiue fęmina proſpiciāt famulis beneuolè, ſicut tum antea conſtituimus, tum in epiſtolis docuimus.

Quibus diebus feriandum ſit famulis. Cap. 33.

Ego Petrus, & ego Paulus conſtituimus, vt ſerui quinq; diebus opus faciant, Sabbato autem, & Dominico die vacent in eccleſia pp doctrinam religionis; diximus enim habere quidem ſabbatum rationem creationis mundi, Dominicum verò reſurrectionis.

Tota magna hebdomada, & ꝓxima ſequēti vacēt ſerui, quia illa paſſionis eſt, hæc reſurrectionis: & opus eſt docere, quis ille ſit, qui mortuus eſt, & qui reſurrexit: quis itē ille ſit, qui mori permiſit, & ſuſcitauit eū à mortuis.

Dei aſſumptionis vacent, quòd tunc fuerit impoſitus finis œconomiæ Chriſti.

In Pentecoſte vacent propter aduentū ſpiritus ſancti, qui datus eſt ijs, qui in Chriſtum crediderunt.

In die feſto Natalis vacēt, ꝙ eo die præter oēm expectationē tributa ſit hominibus tāta lætitia, & Deus verbū, Dei filius ex Maria virgine ad ſalutem mundi natus fuerit.

In die aūt feſto Epiphaniæ vacēt, ꝙ eo die declarata ſit diuinitas Xp̃i teſtimonio patris ī baptiſmo, & ſpiritus ſācti, q in ſpecie colūbę oñdit aſtātib⁹ eū, cui tributū erat teſtimoniū.

In diebus Apoſtolorū vacēt: magiſtri enim veſtri fuerunt ad docendum vos de Chriſto: vobiſque ſpiritum ſanctum dederunt.

In die Stephani protomartyris item vacēt: ac reliquis diebus ſanctorum martyrum, qui Chriſtum vitæ ſuæ antepoſuerunt.

Quibus horis, & quare in eis precādū eſt. Cap. 34.

Precationes facite mane, tertia hora, ac ſexta, & nona, & veſpere, atq; ad gallicantū: Mane gratias agētes, ꝙ illuminarit nos nocte ſublata & reddito die: Tertia, ꝙ ea hora Pilatus iudiciū aduerſus Dn̄m pronūciauit: Sexta, ꝙ ea hora in crucē actus eſt: Nona, ꝙ tū omnia mota, & tremefacta ſunt Dn̄o crucifixo: quia horrerent audaciā impiorū Iudæorū, & contumeliā Dn̄i ferre non poſſent: Veſpere ꝙ noctem dederit ad requieſcēdū à diutnis laboribus: Ad gallicantum, ꝙ ea hora nunciet aduentū diei ad faciēda opera lucis. Quòd ſi ad eccleſiā prodire nō licuerit pp infideles, congregabis epiſcope in domo aliqua, ne ingrediač pius in eccleſiā impiorū: non.n. locus hominem ſanctificat, ſed homo locū. Si verò impij locū occuparint, vitandus eſt tibi, ꝙ ſit ab eis pollut⁹: vt.n. ſacerdotes ſancti ſanctificāt, ſic impij fędāt. Quòd ſi neq; in domo, neq; in eccleſia cōgregari poterūt, pſallat ſibi vnuſquiſq;, canat, oret, ſaltē duo ſimul, aut tres: *Vbi, enim fuerint* (inquit Dn̄s) *duo, aut tres cōgregati* Matt. 18.
in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Fidelis ne in domo quidem precetur cū catechumeno: non.n. æquū eſt, vt baptizatus cū nō baptizato pariter inquineč, pius cū hæretico; neq; in domo quidē precationē faciat: quæ .n. ſocietas luci cū tenebris? Fidelis vir, aut fęmina ſerui copulati, vel ſeparentur, vel eiiciantur. 2. Cor. 6.

Iacobi fratris Domini conſtitutio de veſpertina oratione. Cap. 35.

Et ego Iacobus frater quidem Chriſti ſecundum carnem, ſeruus verò eius vt Dei vnigeniti, epiſcopus verò Hieroſolymitanus ab ipſo Chriſto, & ab Apoſtolis ordinatus hæc dico: Congregabis epiſcope eccleſiā ad veſperam, & poſt recitatū pſalmū veſpertinū edicat diaconus, q̃ p̄caturi ſunt ꝓ catechumenis, ener-

energumenis,baptizatis,& ꝓ pœnitentibus,
vt antea diximus.Poſtquàm verò dimiſſi fue-
rint, dicat diaconus, Omnes fideles oremus
Dominum.& poſtquàm edixerit illa,quæ in
primis precibus, dicet tunc:

*Denunciatio obſecrationis nocturnæ poſt incen-
ſa lumina. Cap. 36.*

SALVA, & ſuſcita nos Deus per Chriſtũ
tuum,ſurgentes imploremus miſericordias
Domini,& miſerationes eius, Angelũ pacis
præſidem, quæ honeſta & vtilia ſunt, finire
vitam Chriſtianè,veſperam,& noctem quie-
tam,& a peccatis vacuam,& vniuerſum vitæ
noſtræ tempus a crimine liberum:ac noſipſi,
& alios viciſſim Deo per Chriſtũ eius cõmẽ-
demus, & Epiſcopus ꝑcationẽ faciens dicat:

*Nocturna gratiarum actio poſt incenſa lumina.
Cap. 37.*

DEVS ſine origine, & immortalis, au-
ctor omniũ per Chriſtum, & procurator, &
ante omnia ipſius Deus, & pater, Dominus
ſpiritus,& cadentium ſub intelligentiam, &
cadentium ſub ſenſum rex, qui feciſti diẽ ad
opera lucis,& noctem ad infirmitatis noſtræ
requiẽ,tuus eſt enim dies, & tua nox,tu per-
Pſal. 73. feciſti lucem,& ſolem:Et nunc Domine,qui
es ſumma in homines charitate, & vndique
bonus,accipe beneuolè hanc noſtram gratia-
rum actionem veſpertinam? Qui traduxiſti
nos per ſpatium longũ diei,& adduxiſti nos
ad Principium noctis,cuſtodi nos per Chri-
ſtum:da veſperam tranquillam,ac noctem,
quæ a peccatis vacet & a ſomniorum viſis;&
dignare nos vita æterna per Chriſtum tuum,
per quẽ tibi gloria,honor & cultus in ſancto
Spiritu in ſæcula, Amen. & diaconus dicat,
Inclinate ad impoſitionem manus. Et dicat
Epiſcopus,Deus patrum,& Don. e miſeri-
cordiæ,qui ſapientia tua homině a.imal ra-
tionis particeps, præ cæteris,q̃ in terra ſunt,
tibi Deo charũ fabricatus es, eidemq́; vt ijs,
quæ in terra ſunt dominaretur, conceſſiſti:
quiq́; tuo arbitratu & voluntate magiſtrat',
& ſacerdotes cõſtituiſti, illos quidẽ ad tutelã
vitæ,hos verò ad legitimũ Dei cultũ:& nunc
ipſe flectere Domine Omnipotens, & oſtẽde
faciẽ tuã ſuper ſeruos tuos,qui ceruicẽ cordis
ſui flexerunt:& benedic eis per Chriſtũ,per
quẽ nos lumine cognitionis illuminaſti,& te-
ipſum nobis pateſeciſti. Cũ quo tibi,& Spi-
ritui ſancto omnis natura rationis particeps,
& ſancta dignã venerationẽ debet in ſæcula;
Amen.& dicat diaconus,Exite in pace.Simi-
li modo mane,poſtquàm erit pſalmus matu-
tinus recitatus,& diacon' dimiſerit catechu-
menos, energumenos, & eos, quibus inſtat
baptiſmus,ac pœnitentes.& poſtquàm edixe-
rit,quæ edicere debet, ne eadẽ rurſus repeta-
mus, ſubiungar poſt illud, ſalua eos Deus, &
ſuſcita in gratia,ſubiungat,inquam,hæc: Pe-
tamus a Deo miſericordias & miſerationes
eius,& vt hoc matutinũ tempus,& hunc diẽ,
immò vniuerſum temp' peregrinationis no-
ſtræ in pace,& extra peccatum tranſigamus.
Petamus item angelum pacis, finẽ Chriſtia-
num,Deumque habeamus propitium ac be-
neuolum: Noſq́; ipſi,& alios mutuò Deo vi-
uenti per vnigenitum filium eius commẽde-
mus. Et epiſcopus orando dicat:

Gratiarum actio matutina. Cap. 38.

DEVS ſpirituum,& omnis carnis, cũ quo
nullus cõferri poteſt,& qui nullius indiges, Pſal. 135.
qui dediſti ſolem, vt præeſſet diei, & lunam,
& ſtellas,vt præeſſent nocti;& nunc ipſe aſpi
ce nos oculis beneuolis,& ſuſcipe noſtas gra-
tiarũ actiones matutinas,& miſerere noſtri.
Neq; enĩ man' tetẽdimus ad Deũ alienũ: qa
nõ eſt in nobis De' recens, ſed tu ætern',im-
mortalis,q largit' es nobis ꝑ Chriſtũ, vt eſſe-
mus;& nobis itẽ ꝑ eũdẽ,vt in bono ſtatu eſſe-
mus,tribuiſti.Ipſe ergo dignare nos ꝑ eũ vita
ęterna:Cũ quo tibi gloria,& honor, ac vene-
ratio,& ſancto ſpiritui in ſęcula,Amẽ.Dein-
de dicat diaconus,Inclinate ad benedictionẽ,
& epiſcopus orando dicat:

Impoſitio manus matutina. Cap. 39.

DEVS fidelis,& verax, q facis miſericor-
diã in millia,& decies millia diligentibus te,
amicus humiliũ,& pauperũ ꝓpugnator,quo
oĩa indigẽt,qa oĩa ſunt ſerua: Reſpice popu-
lũ hũc;hos dico, q tibi capita ſua inclinarũt:
& benedic eis benedictione ſpirituali,cuſtodi
eos,vt pupillã oculi;cõſerua eos in pietate,&
iuſtitia.Cũ quo tibi gloria, honor, & venera-
tio,ac ſancto ſpiritui nũc,& ſemper,in ſęcula
ſęculorum,Amen.& dicat diaconus,Abite in
pace.pro primitijs verò collatis ſic agit gra-
tias epiſcopus;

*Oratio actionis gratiarum pro primitijs oblatis.
Capit. 40.*

GRATIAS agimus tibi Domine omnipo-
tens,omnium effector & gubernator ꝑ vni-
genitũ filiũ tuũ Chriſtũ Dominũ noſtrũ,pro
oblatis tibi primitijs,nõ quãtas debemus,ſed
quãtas poſſumus. Quis enim hominũ poteſt
meritas gratias agere pro ijs,quę ipſis ad par
ticipandum dediſti,Deus Abraham,Iſaac,&
Iacob,& omnium ſanctorum, qui cuncta
verbo tuo ad maturitatem perduxiſti, &
omnis generis fructus ad lætitiam & ali-
mentum noſtrum terræ iuſſiſti è ſe fundere,
qui dediſti mollioribus,& balantibus ſuc-
cum lactis,herbiuoris herbam, alijs carnem,
alijs ſemina,nobis verò frumentum ad alen-
dum idoneum & accommodatum præbui-
ſti,ac multa alia, partim ad uſum, partim ad
vſum,partim ad ſanitatem,partim ad oble-
ctationem.pręter hæc igitur oĩa, ſuperas oẽs
laudes propter beneficiũ à te in nos collatum
per Chriſtum,per quem tibi gloria,honor,&
veneratio,& ſancto ſpiritui in ſecula,Amen.
Pro defunctis verò,qui in Chriſto requieuẽ-
runt;poſtquàm diaconus edixit, orandum
eſſe, ne eadem repetamus, adiungit
etiam hæc.

Denunciatio obſecrationis pro mortuis. Cap. 41.

ORE M V S pro fratribus noſtris q in Chriſto requieuerunt, vt Deus ſummæ erga homines charitatis, qui animam defuncti ſuſcepit, remittat ei omne peccatum voluntarium, & non voluntarium; & propitius ac beneuolus ei factus collocet eam in regione piorum qui laxati ſunt, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob, cũ omnibus qui à ſeculo cõditio Deo placuerũt, voluntatiq; eius paruerunt vnde fugit dolor, mœror, & gemitus. Surgamus, nosq; viciſſim ſempiterno Deo per verbũ, quod erat in principio, commẽdemus, & epiſcopus dicat: Qui natura es immortalis & ſempiternus, à quo effectum eſt, quicquid immortale eſt, & interitui obnoxium: qui hominem animal ratione præditum, mundi ciuem, mortalem in ſua fabricatione effeciſti, ac etiam immortalitatem promiſiſti: qui Enoch, & Eliam mortem
Gen. 5. 4. Reg. 2. experiri non permiſiſti: qui es Deus Abrahã,
Matth. 22. Sap. 3. Deus Iſaac, & Deus Iacob, non tanquã Deus mortuorum ſis, ſed tanquam viuentium, quia omnium animę apud te viuunt, & ſpiritus iuſtorum in manu tua ſunt, quos nõ tangit tormentum, cuncti enim ſanctificati, ſub manibus tuis ſunt: & ipſe nunc reſpice hunc ſeruum tuum, quem in aliam ſortem elegiſti, & aſſumpſiſti: & cõdona ei, ſi quid tum volens, tum nolens peccauit: & exhibe ei Angelos beneuolos; ac colloca eum in ſinu Patriarcharum, & Prophetarum, atque Apoſtolorum, & omnium qui à ſæculo tibi placuerunt; vbi nõ eſt triſtitia, neq; dolor, neq: gemitus, ſed potius chorus piorum laxatus, & terra rectorũ ſimul laxata, & eorum qui ibi gloriam Chriſti tui vident, per quem tibi gloria, honor, & veneratio, gratiarũ actio, & adoratio, ac ſancto ſpiritui in ſęcula, Amẽ. Et dicat diaconus, Inclinate, & accipite benedictionem. Et epiſcopus agat pro eis gratias hæc dicens: Conſerua Domine populum tuum; & benedic hęreditati tuæ, quam pretioſo ſanguine Chriſti tui acquiſiſti: Paſce eos ſub dextra tua, & protege eos ſub alis tuis; eisq; concede, vt bonum certamen certẽt, curſum conſumment, fidem ſeruent ſine mutatione, & extra querelam, ac
2. Tim. 4. crimen per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum dilectum filium tuum, cum quo tibi gloria, honor, veneratio, & ſpiritui ſancto in ſæcula, Amen.

Quomodo, & quando oporteat fidelium mortuorum memorias fieri: & quòd ex eorum bonis impartiendum ſit pauperibus. Cap. 42.

EXEQVIÆ verò mortuorum fiant tertio die adhibitis pſalmis, precibus, & lectionibus, propter eum qui tertio die à mortuis ſuſcitatus eſt: die nono ad recordationem eorũ qui ſunt ſuperſtites, & eorum qui defuncti ſunt: quadrageſimo fiant ſecundum veterem typum, Moyſen enim ſic populus fleuit. itẽ anno exacto ad habendam memoriam ipſius
Deu. 34. defuncti, & ſuppeditetur ex bonis eius pauperibus ad recordationem eiuſdem.

Quòd impios mortuos nihil iuuet memoria. C. 43.

SED hæc de pijs dicimus; impios enim tametſi omnia bona externa ꝓ eis largiaris, nihil iuuare queas: cui enim viuo inimicus fuit Deus, haud dubium, quin ſit etiã defuncto: non .n. iniuſtitia eſt apud eum iuſtus Do- Pſal. 10.
minus, & iuſtitias dilexit. Et ecce homo, & opus eius.

De ebrijs. Cap. 44.

QVI verò in exequijs mortuorũ ad epulũ funebre īuitati eſtis, ordine & cũ timore Dei epulamini, vt poſſitis p̃ces ꝓ defunctis adhibere Deo. Qui .n. presbyteri, & diaconi eſtis, debetis ſemper ſobrij eſſe tum vobis tũ alijs; vt poſſitis eos qui incompoſitè & immoderatè viuunt monere, ait enim ſcriptura, *qui pote* Pro. 31.
ſtatem gerunt, iracundi ſunt, ne bibant vinum, ne bibendo, ſapientiæ ſuæ obliuiſcãtur: & incorruptè iudicare non poſſint. Presbyteri ergo, & diaconi poſt Deum omnipotentem, & filium eius dilectum eccleſiæ poteſtates ſunt. Sed hoc nõ eo dicimus vt nõ bibant vinum, cùm alioqui nõ liceat, quod à Deo factum eſt ad lętitiam, id vituperare, ſed vt non fiant temulenti; nõ .n. dixit ſcriptura, non eſſe bibẽdum vinum: ſed
ne, inquit, bibe ad ebrietatem. & rurſus, ſpinę Pro. 25. Eccl. 31.
inquit, oriuntur in manu ebrij. Verùm hoc Iſa. 26.
non de ijs tantùm dicimus qui ſunt in clero, ſed etiã de omni laico Chriſtiano, ſuper quẽ inuocatũ eſt nomẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, ipſis enim dictum eſt, cui væ? cui tumul-
tus? cui faſtidia, & nugæ? cuius oculi liuidi? Pro. 23.
cui confractiones incaſſum? nonne eorum hæc ſunt, qui in vino multum temporis ponunt, & vbi conuiuia ſint, ſpeculantur?

De recipiendis ijs qui propter Chriſtum exagitantur. Cap. 45.

EOS qui propter fidem exagitantur, & ex alia in aliam ciuitatem fugiunt, quia meminerunt eorum quæ Dominus dixit, recolligite; quia enim ſciunt ſpiritũ quidẽ promptum eſſe, carnem verò infirmam, fugiunt,
& bonorum ſuorum direptionem negligũt, Matt. 26.
vt nomen Domini non negent: ſuppeditate ergo eis neceſſaria, vt mandatum Domini perficiatis.

Quòd oporteat in quo quiſque gradu cleri locatus eſt, permanere, & ordinem ſeruare, & non rapere ad ſe quæ nõ ſunt impoſita. Cap. 46.

ILLVD verò omnes communiter præcipimus, vt vnuſquiſque in ordine ſibi dato maneat, neque tranſeat regulas; non enim
noſtræ ſunt, ſed Dei: *Qui enim vos audit,* Luc. 10.
inquit Dominus, *me audit; & qui me audit, audit eum qui miſit me: & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.* Etenim ſi quæ effecta ſunt, & anima carent, ordinẽ ſeruant, vt nox, dies, ſol, luna, fide-

na, ſidera, elementa, mutationes temporū, mē-
ſes, hebdomades, horę, eaq; vſu cōſtituto ſer-
uiunt, ſicut dictum eſt, terminū poſuiſti, quē
Pſalm. 103. non tranſgredientur: & rurſus de mari, po-
Iob 38. ſui ei terminos circūpoſitis clauſtris & oſtijs,
& dixi, hucuſq; venies, & non tranſibis: quā-
to magis debetis vos nihil audere dimouere
eorum, quæ nos vobis ſecundum Dei ſenten-
tiam & auctoritatem conſtituimus. Cæterùm
quia hoc plerique negligenter curandum eſ-
ſe putauerunt, & ordines cōfundere, & ordi-
nationem cuiuſque mouere audent, non col-
latas dignitates ſibi rapiendo, ac per vim po-
teſtatem ſibi ſumendo ea dandi alijs quę dare
non poſſunt; ex quo fit vt Deum irritent, ſicut
Num. 16. Coritæ, & Ozias, qui pręter dignitatem, ac ſi-
2. Paral. 26. ne auctoritate Dei pontificatum inuaſerunt,
ex quibus illi igne arſerunt, hic lepra in fron-
te affectus eſt: irritent præterea Chriſtum Ie-
ſum, qui hæc ordinauit ac conſtituit, contri-
ſtentque ſpiritum ſanctum, cuius teſtimonio
derogant auctoritatem, idcirco neceſſitas po-
ſtulat, vt de hoc moneamus, quia ijs qui talia
committunt, periculum, vt par eſt, impende-
re pręuidemus, negligi etiam ſacrificia, & gra-
tiarum actiones, quod ab illis adhibeantur
quibus non eſt fas, qui ludicrum, & iocula-
rem putāt honorem pontificalem, qui imita-
tionem habet magni pōtificis Ieſu Chriſti re-
gis noſtri. Iam.n. nonnulli de recta deflexi, va-
Exod. 33. nitatē ſuam ſequūtur. Ergo Moyſes famulus
Num. 12. Dei, cum quo Deus ore ad os loquebatur, vt ſi
amicus cū amico loquatur, cui dixit, noui te
præter omnes, cū quo loquebatur in conſpe-
ctu eius, & non per obſcura vel per ſomnia,
aut per angelos, aut ænigmata, hic, inquam,
Moyſes cùm diuinas leges deſcripſit atq; cō-
ſtituit, diſtinxit quidem quę nā à pontificibus
fieri oporteret, & quæ à ſacerdotibus; quæ itē
à Leuitis, aſſignans cuiq; religionē, quæ eſſet
cuiuſq; miniſterij propria, cumq; decens: ita
vt quæ pontificibus facere iuſſiſſet, ad hæc ſa-
cerdotibus fas non eſſet accedere; & quæ ſa-
cerdotibus prę ſcripta eſſent, hęc Leuitę nō at-
tingerēt: ſed potius ſinguli miniſteria certa &
definita, quæ ſuſceperunt, cuſtodirent: Siquis
verò pter ius traditū accedere volebat, morte
mulctabat. Hoc verò in eo potiſſimū demon-
1. Reg. 13. ſtratū eſt qđ Saul expertus eſt: q cū exiſtima-
ret ſacrificaſſe ſine propheta, & pontifice Sa-
muele, inde peccatū & maledictionē inexpia-
bilem ſibi hauſit, neq; prophetā mouit, q re-
gē vnxiſſet. idē docuit Deus, & quidē clarius
2. Paral. 26. in Ozia: de cuius ſcelere ſine vlla mora ſup-
plicium ſumpſit. qui.n. in ſummū ſacerdotium
furore bacchatus eſt, idē regno ēt priuat⁹ eſt.
Apud nos verò quę ſint acta, fortaſſe nō igno-
ratis: Scitis.n. planè, eos qui à nobis per ora-
tionē, & manuū impoſitionē epi, presbyteri,
& diaconi nominati ſunt, differentia nominū
differentiam rerū declarare: neq;.n. quicunq;
volebat, apud nos manus implebat, vt in illo
falſo & adulterino ſacerdotio vitularū, regę

Hieroboā, ſed qui vocabatur à Deo. Etenim ſi 3. Reg. 12.
nō eſſet aliqua lex poſita, & aliquod diſcrimē
ordinū, ſatis erat, vno nomine affectos, oīa iſta
miniſteria perficere; verùm cum à Deo conſe-
quentiā rerū didicerimus, epiſcopis quidem
aſſignauimus, & attribuimus, quæ ad princi-
patū ſacerdotij pertinent: presbyteris verò, q
ad ſacerdotiū; deinde diaconis, quæ ad mini-
ſtrandū vtriſq;: vt purè & caſtè fiant, quæ ad
religionē pertinent. Neq; enim fas eſt diaco-
no ſacrificiū offerre, aut baptizare, aut bene-
dictionē ſiue paruā ſiue magnā facere: neque
presbytero ordinationes clericorū facere. Si-
quidem non licet ordinē inuertere, cùm non
ſit Deus diſſenſionis: vt inferiores, quæ ſunt
ſuperioris, per vim ſibi vendicent, nouam le-
gē in malū ſuū refingentes, ignorantes durū
eſſe ſibi contra ſtimulum calcitrare. Neq; iſti
nos aut epiſcopos ſolummodo oppugnant,
ſed omniū epiſcopū, & pontificē Chriſtū Ie-
ſum Dnm noſtrum. A Moyſe nanq;, qui fuit
Deo chariſſimus, conſtituti ſunt pōtifices, ſa-
cerdotes & Leuitę; à Chriſto aūt Saluatore no-
ſtro nos tredecim Apoſtoli: ab Apoſtolis verò
ego Iacobus, & ego Clemens, & alij nobiſcū,
ne omnes iterùm recenſeamus; communiter
verò à nobis omnibus presbyteri diaconi, hy-
podiaconi, & lectores. Primus igitur natura
Pontifex vnigenitus Chriſtus nō ſibi honorē Heb. 5.
rapuit, ſed à patre cōſtitutus eſt; qui factus pp
nos homo, & hoſtiā ſpiritualem Deo ſuo, ei-
demq; patri ante paſſionē offerens, cōſtituit
nobis ſolis, vt hoc faceremus: cùm eſſent alio-
qui nobiſcū alij ēt ex eorū numero, qui in eū
crediderant: ſed non protinus quicunq; cre-
didit, factus fuit Sacerdos aut gradū pontifi-
calis dignitatis obtinuit. Nos verò poſt aſſum-
ptionem eius offerentes, vt idē cōſtituit, ſacri-
ficiū mundū & incruentū, elegimus Epos, p-
sbyteros, & diaconos ſeptē. Ex quibus eſt bea-
tus martyr Stephanus: qui non minus q̃ nos Act. 6.
Deum dilexit; qui adeò pietatē erga Deū fide
declarauit, & charitatē in Chriſtum Dnm no- Act. 7.
ſtrum, vt pro eo animam ſuam daret, à Iudęis
Chriſti interfectorib⁹ lapidatione cōfectus:
& tamen talis ac tantus vir, q erat ſpiritu fer-
uens, qui Chriſtū ad dextram Dei vidit, & cę-
leſtes ianuas apertas, nuſquā cernitur ijs vſus
eſſe, quæ miniſterio eius non eſſent cōuenien-
tia: non ſacrificiū obtuliſſe, aut manus vlli im-
poſuiſſe; ſed potius diaconi ordinē vſq; ad ex-
tremū cuſtodiſſe: Sic.n. martyrē Chriſti dece-
bat cōpoſitionē ordinis ſeruare. Quòd verò Act. 8. & 9.
nonnulli Philippū Diaconū, & Ananiā fidelē
fratrem accuſant, q ille quidē Eunuchū ba-
ptizauit, hic verò me Paulū, non intelligunt
quod nos dicimus; dicimus.n. neminem ſibi
dignitatē ſacri ordinis ſumere, ſed vel à Deo
accipere, vt Melchiſedec, & Iob; aut à Pontifi-
ce, vt Aaron à Moyſe. Itaque & Philippus &
Ananias non ſeipſos elegerunt, ſed à Chri-
ſto Pontifice, & Deo, cum quo nemo compa-
rari poteſt, electi ſunt.

C A-

CANONES ECCLESIASTICI.

CANON I.

EPiſcopus à duobus aut trib⁹ Epiſcopis ordinetur: presbyter ab vno Epiſcopo: item Diacoui & reliqui clerici.

CANON II.

Siquis Ep̃s, aut presbyter, exceptis iјs, quæ Dominus ad ſacrificium cõſtituit, aliqua alia ad aram obtulerit, mel, aut lac, aut pro vino ſicera artificio facta, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina præter conſtitutionem, deponatur, prçterquã nouas ſpicas frumẽti opportuno tempore, aut uuã ne ſit fas quicquã aliud offerre ad altare, aut præterquã oleũ ad lumina ſanctorũ lychnorũ, & thymiama in tẽpus diuinæ oblationis: Reliqui fructus mittãtur domũ primitię Epiſcopo, & presbyteris: & nõ mittant̃ ad altare. Cõſtat autem, quòd Epiſcopus, & presbyteri impertiunt diaconis, & reliquis clericis.

CANON III.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vxoré ſuã ne prçtextu religionis eijciat; q̃ ſi eiecerit, excõmunicet̃; ſi perſeuerauerit, deponat̃.

CANON IIII.

Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus ſi ſanctum Paſchæ diem ante verum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponatur.

CANON V.

Siquis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut aliquis ex numero clericorum facta oblatione, non ſumpſerit communionem, vel dicat cauſſam, & ſi probabilis fuerit, tribuat̃ venia; vel ſi non dixerit, excommunicetur, vt qui populo nocuerit, & ſuſpicionem mouerit in eum qui obtulit, quaſi non rite obtulerit.

CANON VI.

Omnes in ſanctam Dei Eccleſiã ingreſſos, & qui ſacras ſcriptueas audiunt, non tamé in oratione perſeuerant, neque in ſancta communione, oportet excommunicare tanquam Eccleſiæ ſanctæ ordinem perturbantes.

CANON VII.

Siquis precationem fecerit vnà cum excõmunicato, quamuis in domo, deponatur.

CANON VIII.

Siquis clericus cũ depoſito tãquã cũ clerico precationẽ fecerit, ipſe quoq;, deponatur.

CANON IX.

Siquis clericus, aut laicus excõmunicatus, aut non admiſſus, abiens ad aliam ciuitatem, ſine litteris commendaticiјs admiſſus fuerit, excõmunicẽtur qui admiſerint; & qui admiſſus fuerit. Quòd ſi fuerit antè excommunicatus, prorogetur ei excommunicatio, vt qui mentitus ſit, & Eccleſiam Dei feſellerit.

CANON X.

Ne epiſcopo liceat dimiſſã parœcia ſua ad aliam tranſilire, tametſi à pluribus cogat̃: niſi cauſſa aliqua probabilis vim adhibeat ad hoc faciẽdũ; quod maiorẽ aliquã vtilitatẽ illic ratione pietatis afferre poſſit: Ac ne tum quidẽ voluntate atq; auctoritate ſua, ſed potius iudicio multorũ Ep̃orum, & hortatu maximo.

CANON XI.

Siquis presbyter, aut diaconus, aut deniq; ſi quis ex numero clericorũ parœcia ſua derelicta, ad aliã abierit, & cùm omnino migrauerit, in alia parœcia prætee voluntatẽ, & ſententiã Ep̃i ſui moratus fuerit, iubemus, ne amplius miniſtret; prçſertim ſi Epiſcopo reuocanti nõ paruit perſiſtẽs in perturbatione ordinis communicet tñ vt laicus. Sin verò Epiſcop⁹, apud quem ſunt iſti, pro nihilo ducens vacationẽ miniſterij decretá, receperit eos inter clericos, excommunicetur tanquam magiſter perturbati ordinis.

CANON XII.

Qui poſt baptiſmum ſecundarum nuptiarum fuit, aut concubinam habuit, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus, aut denique ex numero clericorum.

CANON XIII.

Qui viduam duxit in matrimoniũ, aut repudiatam, aut meretricem, aut ancillá, aut aliquam ex ijs quæ in ſcena verſatæ ſunt, nõ poteſt eſſe Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus, aut denique ex numero clericorum.

CANON XIIII.

Qui accepit in matrimonium duas ſorores, vel neptem ex fratre, aut ſorore, non poteſt eſſe clericus.

CANON XV.

Clericus, qui ſpõſiones fecerit, deponatur.

CANON XVI.

Si quis violentia hominũ factus ſit Eunuchus, aut in perſecutione exectus eſt, vel ſic natus eſt, ſi alioq; dignus eſt Epiſcopatu, fiat Epiſcopus: Qui ſeipſum execuit, ne fiat clericus: homicida enim ſui eſt, & inimicus fabricationis Dei. Si quis clericus ſeipſum execuerit, deponatur, homicidij enim reus eſt. laicus à ſe exectus, ſit excommunicatus annis tribus: ſuę enim vitæ inſidiator eſt.

CANON XVII.

Ep̃s, aut presbyter, aut Diaconus in ſcortatione, vel periurio, vel furto deprçhẽſus, deponat̃, & ne excommunicetur: ait enim ſcriptura, nõ uindicabit Dñs bis in idipſum in tribulatione. idem intelligitur in reliquis clericis.

CA-

CANON XVIII.

Ex ijs qui cælibes facti ſunt clerici, iubemus, vt ſolis lectoribus, & cantoribus liceat, ſi voluerint, vxores ducere.

CANON XIX.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus fideles propter delictũ verberet, vel infideles pp factã iniuriã, & per eos qui huiuſmodi sũt terrere volũt, iubem⁹ vt deponant. hoc enim Dominus nũquàm nos docuit: immò verò cùm verberaretur, nõ reuerberabat; cùm malediceretur, nõ viciſſim maledicebat; cùm pateretur, non comminabatur.

CANON XX.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus iuſte propter crimina manifeſta depoſitus, auſus fuerit tractare miniſterium, quod aliquando ſibi commiſſum fuit, penitus ab eccleſia abſcindatur.

CAN. XXI.

Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus pecunijs hãc dignitatẽ obtinuerit, deponatur, tum ipſe, tum is qui illũ ordinauit: & abſcindatur penitus etiam à communione, vt Simon Magus à me Petro abſciſſus eſt.

CANON XXII.

Si quis Epiſcopus magiſtratibus vſus ſæcularibus, per eos Eccleſiam obtinuerit, deponatur, & excommunicetur, & omnes cõmunionem cum eo habentes.

CANON XXIII.

Si quis presbyter Epiſcopo ſuo contẽpto, ſeorſum congreget Eccleſiam, & aliud altare collocet, cùm nihil quod ad religionem & iuſtitiam pertineat, in Epiſcopo damnauerit, deponatur, vt præſidendi cupidus; tyrannus enim eſt; & reliqui item clerici, quicunque ei adhæſerint: Laici verò excõmunicẽtur: atq; hoc quidem fiat poſt vnam & alteram, vel etiã tertiam Epiſcopi monitionem.

CANON XXIIII.

Si quis epiſcopus, aut Presbyter ab Epiſcopo excommunicetur, hunc ab alio recipi ne liceat, pręterquam ab eo qui excommunicauit eum; niſi accidat, vt Epiſcopus, qui eum excommunicauit, moriatur.

CANON XXV.

Nemo ex Ep̃s peregrinis, aut presbyteris, aut Diaconis ſine litteris commendatitijs recipiatur; ijs verò allatis, excutiantur iſti, & examinentur: & ſi fuerint prædicatores religionis Chriſtianæ, recipiantur; ſin verò non fuerint, poſtquã ſuppeditata eis erũt neceſſaria, ad communionem eos ne admittatis; multa enim per ſurreptionem fiunt.

CANON XXVI.

Debent Epiſcopi cuiuſque nationis agnoſcere eum qui in ipſis primus eſt, habereque eum vt caput, & præter ſententiã illius nihil exuperãs facere, ſed illa tantũmodo, quæ ſuæ cuiuſq; parœciæ, & locis ei ſubiectis competunt: immò nec ille ſine voluntate & ſententia omniũ quicq̃ faciat. Sic em̃ cõcordia erit: & glorificabit Deus p̃ Chriſtũ i Spiritu ſancto.

CANON XXVII.

Ep̃us ne audeat extra fines ſuos in ciuitatibus, aut locis non ſuæ ditioni ſubiectis ordinationes facere: Sin autẽ cõuictus fuerit, feciſſe hoc præter ſuiam eorum q̃ ciuitates illas & loca tenẽt, deponat ipſe, & ij quos ordinauit.

CANON XXVIII.

Si quis factus Epiſcopus miniſterium, & curam populi ſibi mandatam nõ ſuſceperit, ſit excommunicatus, quoad ſuſcipiat; idẽ intelligatur in presbytero, & diacono. Sin verò Epiſcopus ad eum profectus non recipiatur, non propter uoluntatem ſuam, ſed propter peruerſitatẽ populi; ipſe quidẽ maneat Epiſcopus, clerus autem ciuitatis excommunicetur; quia eiuſmodi populi non obedientis, nõ fuerunt clerici correptores.

CANON XXIX.

Habeatur cõcilium Epiſcoporum bis ſingulis annis: & de dogmatibus Chriſtianę religionis inter ſe ab alijs exquirant: & cõtrouerſias Eccleſiaſticas exortas diſſoluãt. habeatur dico ſemel quidem quarta hebdomada Pẽtecoſtes: iterum verò duodecimo die mẽſis Hyperberetæi, hoc eſt octobris.

CANON XXX.

Omnium rerum Eccleſiaſticarũ curã Epiſcopus habeat, & eas adminiſtret, tanquam in conſpectu Dei, neque fas ei ſit, aliquid inde ſibi auertere, aut ſuis propinquis, quæ Dei ſunt, largiri. Si verò fuerint pauperes, ſuppeditet eis tanquàm pauperibus; ſed ne eorum cauſſa, quæ ſunt Eccleſiæ, diuendat.

CANON XXXI.

Presbyteri aut diaconi, niſi volẽte Epiſcopo, nihil efficiant: ipſe enim eſt cui populus Domini concreditus eſt, à quo ratio ipſarum animarum repoſcenda eſt.

CANON XXXII.

Sint manifeſtæ res Epiſcopi propriæ, ſiquidem proprias habet: ſin item manifeſtæ res Dominicæ, tum vt Epiſcopus poteſtatem habeat moriens ſua cui volet, & vt volet, relinquendi, tum vt propter res Eccleſiæ non dilabantur res Epiſcopi, cui ſunt aliquando vxor, & liberi, vel propinqui, vel famuli: hoc enim apud Deum & homines æquum eſt: vt neq; Eccleſia ignoratione rerũ Epiſcopi damnum faciat: neque res Eccleſiæ in cauſſa ſint, vt cognati Epiſcopi proſcribantur, vel litigent, & mors eius infamiam habeat.

CANON XXXIII.

Iubemus, vt Epiſcopus poteſtatem habeat rerum Eccleſiæ. Etenim ſi hominum animæ tanti alioqui pretij & æſtimationis illi cõcredendæ ſunt, longẽ abeſt, vt in pecunijs cõtracti ſimus; vt poteſtas ei ſit omnia egentibus per presbyteros & diaconos adminiſtrãdi, & cum timore Dei & reuerentia ſuppeditandi: ſibi verò: ſiquidem indigeat, ſumendi inde ad vſus ſuos neceſſarios, & fratrum hoſpitum, vt nihil eis deſit; lege enim Dei ſancitum eſt, vt qui ad altare permanent, inde alantur. Nam

neque

neque miles ſuis ſtipendijs arma fert aduerſus hoſtes. CANON XXXIIII.

Eps̃, vel presbyter, aut diaconus, aleę deditus, & ebrietati, aut deſinat, aut deponatur; hypodiaconus, aut lector, aut cãtor, qui idẽ commiſerit, vel ceſſet, vel excõicetur; ſimiliter & laicus. CANON XXXV.

Eps̃, aut presbyter, aut diaconus, qui vſuras exigit ab ijs, quibus mutuo dat, aut ceſſet, aut deponatur. CANON XXXVI.

Eps̃, aut presbyter, aut diaconus, qui cũ hęreticis orat, excõicetur tm̃: Sin verò eis etiã cõmiſit tanq̃ clericis aliquid facere, deponat̃.

CANON XXXVII.

Eps̃, aut presbyter, aut diaconus, qui baptiſma hæreticorũ, aut ſacrificiũ, gratũ acceptũq; habuerũt, iubemus, vt deponãtur. Quæ enĩ conſenſio Chriſti cũ Belial? aut quę pars fideli cum infideli? CANON XXXVIII.

Eps̃, aut presbyter, ſi eũ, qui verum baptiſmum habet, denuo baptizauerit, vel eum, qui ab impijs inquinatus eſt, non baptizauerit, deponatur, vt irriſor crucis, & mortis Domini, & qui ſacerdotes à falſis ſacerdotibus non diſcernit. CANON XXXIX.

Si quis laicus vxore ſua eiecta, aliam duxerit, aut duxerit ab alio dimiſſam, excommunicetur. CANON XXXX.

Si quis Eps̃, vel presbyter, vt Dñs conſtituit, non baptizauerit in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctũ, ſed potius aut in tres principio carẽtes, aut in tres filios, aut in tres paracletos, deponatur. CANON XXXXI.

Si quis Eps̃, vel presbyter non tres merſiones vnius myſterij fecerit, ſed potius vnã merſionem in mortẽ Dñi, deponatur: non enim dixit nobis Dñs, in mortẽ mea baptizate, ſed euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. vos igitur Epiſcopi baptizate terna merſione in vnum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctũ, ſecundùm Dñi ſententiam, & noſtram in Spiritu ſancto conſtitutionem. CAN. XXXXII.

Si qs Eps̃, aut presbyter, aut diaconus, aut vllus denique ex numero clericorum à nuptijs, & carne, & vino abſtinet nõ propter exercitationem, ſed propter ebominationem, oblitus, quòd erant omnia valde bona, & quòd maſculũ & fœminã fecit Deus hominẽ; quin potiùs blaſphemè accuſat creationẽ: aut corrigat, aut deponat̃, & ex Eccleſia eiciat̃; item & laicus. CANON XXXXIII.

Si quis Eps̃, aut presbyter reuertentẽ à peccato nõ recipit, ſed reijcit deponatur, quia triſtitia afficit Chriſtum, qui dixit, gaudium eſſe in cęlo ſuper vno peccatore pęnitentiam agente. CANON XXXXIIII.

Si quis Eps̃, aut presbyter, aut diaconus in diebus feſtis abſtinet carne & vino, deponat̃; vt qui cauteriatam conſcientiam habeat, & multis ſit cauſſa ſcãdali. CAN. XXXXV.

Si quis clericus deprehendatur qui in caupona comedat, excõicet̃; niſi cũ neceſſe eſt de via diuertere ad hoſpitiũ. CAN. XXXXVI.

Si quis clericus cõtumeliã in Epiſcopũ iniquè iactauerit, deponatur; principi enim, inquit, populi tui non maledices.

CANON XXXXVII.

Si quis clericus in presbyterum, aut diaconum contumeliam iaciat, excommunicetur.

CANON XXXXVIII.

Si quis clericus ſurdum, aut cæcũ, aut cui ſunt plãtæ vitiatę, irriſerit, excõicetur; item & laicus. CANON XXXXIX.

Eps̃, aut presbyter clerũ, vel populũ negligens, & non eos in religione erudiẽs, excommunicetur: ſin verò in ſegnitie perſtiterit, deponatur. CANON L.

Si quis Eps̃, aut presbyter cuipiam ex clericis indigenti, quæ opus ſunt, non ſuppeditauerit, excommunicetur: Sin verò perſtiterit in eo deponatur, vt qui fratrẽ ſuum occiderit.

CANON LI.

Si quis libros impiorũ falsò inſcriptos tãquam ſanctos in Eccleſia in perniciem populi & cleri ediderit, deponatur. CAN. LII.

Si quæ ſit accuſatio in aliquem fidelẽ fornicationis, aut adulterij, aut vllius facti vetiti, & conuictus ſit, ne ad clerũ promoueatur.

CANON LIII.

Si quis clericus propter metũ hominis Iudæi, aut Gentilis, aut hæretici nomen Chriſti negauerit, excommunicetur: Si nomen clerici, deponatur. Si verò pœnituerit, vt laicus recipiatur. CANON LIIII.

Si qs Eps̃, aut preſbyter, aut diaconus, aut vllus denique ex numero clericorum carnem in ſanguine animæ eius comederit, aut captũ à beſtia, aut morticinũ, deponatur. hoc enim lex quoque prohibuit. Si autem laicus ſit, excommunicetur. CANON LV.

Si qs clericus Dñico die, aut Sabbato ieiunauerit, vno tm̃ excepto, deponat̃: Si verò laicus fuerit, excõicetur. CAN. LVI.

Si quis clericus, aut laicus ingrediatur in ſynagogam Iudæorum, vel hæreticorum ad orandum, deponatur, & excommunicetur.

CANON LVII.

Si quis clericus aliquem in pugna pulſauerit, & vna pulſatione cædem fecerit, deponatur propter petulantiam: Si fuerit laicus, excommunicetur. CANON LVIII.

Si quis habet virginem non deſponſatam, cui vim intulit, excommunicetur, & ne liceat ei accipere aliam in matrimonium, ſed illam retinere, quam elegit, licet ſit illa pauper.

CANON LIX.

Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus ſecũdã ordinationem ab aliquo accipiat, deponatur ipſe, & qui eũ ordinauit; niſi demonſtret, habere ſe ab hereticis ordinationẽ: qui enim à talibus baptizati, vel ordinati ſũt, neque fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

CANON LX.

Si qs Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut hypodiaconus, aut lector, aut cantor

ſanctam

INDICES CAPITVM LIBRORVM CLEMENTIS ROMANI DE CONSTITVTIONIBVS & Doctrina Apoſtolorum.

LIBRI PRIMI.

CAp. 1. De auaritia. pag. 63
Cap. 2. De non referenda contumelia, nec vlciſcendo inimico, qui iniuriam fecit. eod.
Cap. 3. De ornatu, & peccato inde proficiſcente. 64
Cap. 4. Quòd non oporteat eſſe curioſum obſeruatorem eorum qui nõ rectè viuunt, ſed opus ſuum attendere. ibid.
Cap. 5. Qui libri ſcripturæ legendi. ibid.
Cap. 6. Quòd oporteat abſtinere à lectione omnium librorum Gentilium. ibid.
Cap. 7. De muliere praua. 65
Cap. 8. De vxore viro ſubiecta, & virum diligente, ac caſta. ibid.
Cap. 9. Ne mulier cum viris lauet. 66
Cap. 10. De muliere pugnace, & loquace. ibid.

LIBRI SECVNDI.

Cap. 1. Quòd oporteat Epiſcopum eſſe eruditum, & in ſermone exercitatum. 67
Cap. 2. Qualem eſſe oporteat Epiſcopum, & reliquos clericos. ibid.
Cap. 3. Quæ ſint inquirenda in eligendo Epiſcopo. ibid.
Cap. 4. Quòd non ſit tribuendum vnicuique viduæ, & aliquando anteponenda ſit non vidua, viduæ; & quòd viduæ voraci, temulentæ, otioſæ, non ſit largiendum. ibid.
Cap. 5. Quòd oportet Epiſcopum non eſſe acceptatorem perſonarũ, & quòd eſſe debeat moderatus, & ſobrius. 68
Cap. 6. Quòd debeat Epiſcopus non eſſe turpi lucro deditus, neque ſpondere pro alio, neque aduocatus eſſe. ibid.
Cap. 7. Qualem oporteat eſſe eum qui baptizatus eſt. 69
Cap. 8. De eo cui calumnia adhibetur. ibid.
Cap. 9. Quòd oporteat vt ſit Epiſcopus incorruptus. ibid.
Cap. 10. Quòd Epiſcopus, qui temere ei qui deliquit, parcit, reus efficitur. ibid.
Cap. 11. Quomodo oporteat Epiſcopum iudicare eos qui deliquerunt. ibid.
Cap. 12. Quomodo oporteat tractare pœnitentes. ibid.
Cap. 13. Quòd oporteat cauere, ne experiamur peccata. ibid.
Cap. 14. De iis qui dicunt, non debere recipi pœnitentem, & quòd iuſtus licet cum iniuſto verſetur, & viuat, non tamen cum eo perit. ibid.
Cap. 15. Quòd oportet Epiſcopum nũquam negligere peccata, neque promptum eſſe ad puniendum. 71
Cap. 16. De pœnitentia, & quis modus eius, & quomodo perficitur. 72
Cap. 17. Quòd oportet Epiſcopum carere reprehenſione tãquam formam eorum quibus præeſt. ibid.
Cap. 18. Quòd oportet Epiſcopum curare, vt non peccet populus, quia ipſe eſt ſpeculator. ibid.
Cap. 19. Quòd paſtor, qui ſe negligenter gerit cum ouibus, pœnas ſoluit, & ouis quæ non paret paſtori, punitur. 73
Cap. 20. Quomodo oporteat ſubditos obedire Epiſcopis ſuis, & Epiſcopos diligenti, & varia vti prouidentia erga laicos. ibid.
Cap. 21. Quòd periculum ſit, iudicium pronunciare altera parte tantùm audita, & ſupplicium decernere contra eũ qui nondum conuictus eſt. 74
Cap. 22. Quòd magnum pœnitentiæ exẽplum propoſitũ eſt in Dauid, in Niniuitis, in Ezechia, & in filio eius Manaſſe. 75
Cap. 23. In eos qui peccant per contemptum, exemplo Amon. 76
Cap. 24. Quòd Chriſtus Ieſus Dominus venit ad ſaluandos peccatores per pœnitentiã. 77
Cap. 25. De decimis, & primitiis, & oblationibus, & quomodo debeat Epiſcopus, vel ipſe accipere ex eis, vel aliis diſtribuere. ibi.
Cap. 26. In cuius imagine, & dignitate quiſq; in clero à Deo poſitus & collocatus ſit. 78
Cap. 27. Quòd horrẽdum ſit intrudere ſe dignitati ſacræ, vt Coritæ, vt Saul, vt Ozias fecerunt. ibid.
Cap. 28. De conuiuio, & quomodo oporteat vnumquemque honorare. 79
Cap. 29. Quanta ſit dignitas Epiſcopi. ibid.
Cap. 30. Quomodo oporteat laicos obedire diaconis. ibid.
Cap. 31. Quòd non oporteat quicquam facere diaconum ſine Epiſcopo. ibid.
Cap. 32. Quòd non oporteat diaconũ præter volũtatẽ Epiſcopi dare vlli; hoc enim facere, ad criminationẽ Epiſcopi pertinere. 80
Cap. 33. Quomodo oporteat honorare ſacerdotes, & veneratione dignos habere, vt qui ſint patres ſpirituales. ibid.

Cap. 34. Quòd ſint ſacerdotes præſtantiores regibus, & magiſtratibus. ibid.
Cap. 35. De penſionibus fructuum ad alendũ miniſtros Eccleſię, & egentes ſecundùm legem, & Euangelium. ibid.
Cap. 36. Commemoratio decalogi, & quomodo hic iubet. 81
Cap. 37. De accuſatoribus, & calumniatoribus, & quòd oporteat iudicem non facilè credere, aut non facilè non credere, ſed accurata inquiſitione adhibita. ibid.
Cap. 38. Quòd oporteat delinquentes priuatim arguere, & pœnitentes recipere ſecundùm conſtitutionem Domini. ibid.
Cap. 39. Exempla pœnitentiæ. 82
Cap. 40. Quòd non oportet malè animatum eſſe in eum, qui ſemel & iterum deliquit. ibidem.
Cap. 41. Quomodo oporteat recipere pœnitentem, & qualem ſe exhibere delinquentibus; & quando ab Eccleſia abſcindere. ibidem.
Cap. 42. Quòd oporteat iudicem non eſſe acceptatorem perſonarum. 83
Cap. 43. Quomodo oporteat punire calumniatores. ibid.
Cap. 44. Quòd debeat diaconus ſubleuare onus Epiſcopi, & ea quæ leuiora ſunt corrigere. ibid.
Cap. 45. Quòd non conueniant Chriſtianis controuerſiæ, & concertationes. 84
Cap. 46. Quòd non oportet fideles apud infideles litigare, nec aliquem ex eis vocare ad dicendum teſtimonium in Chriſtianos. ibidem.
Cap. 47. Quòd oporteat ſecunda feria cauſas iudicare. ibid.
Cap. 48. Quòd non ſit eadem pœna irrogandam in omni delicto, ſed varia pro varietate peccanti. ibid.
Cap. 49. Quales eſſe oporteat accuſatores, & teſtes. 85
Cap. 50. Quòd contingat, vt ex prioribus peccatis, quæ quis commiſit, credatur commiſiſſe ſecunda. ibid.
Cap. 51. Quòd non oporteat pronunciare iudicia altera tantùm parte audita. ibid.
Cap. 52. Exemplum iuſti iudicij, & cautio gẽtilium in pronunciandis ſententijs. ibid.
Cap. 53. Quòd nõ oporteat, vt fideles habeant aduerſum ſe aliquid. ibid.
Cap. 54. Quòd oporteat, vt Epiſcopi populum de pace per diaconum admoneant. 86
Cap. 55. Recenſetur varia prouidentia Dei, & quemadmodum ſingulas generationes à principio ad pœnitentiam vocauit. ibid.
Cap. 56. Quod voluntas Dei ſit, vt omnes homines in religione pia conſentiant ad imitationem Angelorum. 87
Cap. 57. Deſcriptio Eccleſiæ, & cleri, & quid vnuſquiſque facere debeat clericis congregatis, vel laicis in Synaxe. ibid.
Cap. 58. De commendaticijs litteris peregrinorum, laicorum, clericorũ, Epiſcoporum, & de recipiendis ſine differentia acceptionis perſonarum. 88
Cap. 59. Quòd debeat vnuſquiſque adhibere ſtudium, vt mane, & veſpere ad Eccleſiam eat. ibid.
Cap. 60. Exemplum ad æmulationẽ inducens, vanitis Gentilium; & Iudæorum ad fana & ſynagogas concurſus. 89
Cap. 61. Quòd non ſit fas anteponere diuinis ſæcularia. ibid.
Cap. 62. Quòd oporteat omnes impietates Gentilium vitare. ibid.
Cap. 63. Quòd otioſus non debeat comedere ex bonis fidelium, vt Petrus fuit piſcator, & reliqui Apoſtoli; Paulus autem, & Aquila artifices tabernaculorum, Iudas verò Iacobi, Agricola. 90

LIBRI TERTII.

Cap. 1. Qua ætate eligendæ ſint viduæ. 91
Cap. 2. Quòd cauendum ſit, ne adoleſcentiores viduæ eligantur. ibid.
Cap. 3. Quales eſſe oporteat viduas, & quomodo eis ab Epiſcopo ſubueniendum. ibid.
Cap. 4. Quòd oportet vnicuique indigẽti benignè facere. ibid.
Cap. 5. Quòd ſtudendum ſit viduæ, vt ſit benè morata. 92
Cap. 6. Quòd non oportet mulieres docere; indecorum enim eſſe: & quales mulieres Dominum ſequebantur. ibid.
Cap. 7. Quales ſint falſæ viduæ. ibid.
Cap. 8. Quòd non oporteat vt viduã ab indignis accipiat; aut Epiſcopus, aut alius fidelis. 93
Cap. 9. Quòd non oportet mulieres baptizarẽ, eſſe enim impium, & à doctrina Chriſti alienum. ibid.
Cap. 10. Quòd non oporteat: vt laicus vllum opus ſacerdotale faciat, vt baptiſmum, aut ſacrificium, aut manũs impoſitionem, aut benedictionem. 94
Cap. 11. Quòd nulli ex clericis præterquam epiſcopo, aut presbytero permiſſum eſt facere, quæ ſunt ſacerdotum: ordinare verò Epiſcopo tantũ conuenit, & nulli alij. ibid.
Cap. 12. Dehortatio ab inuidia. ibid.
Cap. 13. Quomodo oporteat viduas orare pro ijs qui præbent, quæ opus ſunt. ibid.
Cap. 14. Quòd non oporteat gloriari, neque vt iactet nomen ſuum, quæ eleemoſynam facit. ibid.
Cap. 15. Quòd non deceat conuiciari proximo, alienum enim eſſe à Chriſtiano, maledicere: & de diaconiſſis. 95
Cap. 16. De diuina celebratione myſterij ſancti baptiſmatis. ibid.
Cap. 17. Quam cauſam habeat baptiſmus in Chriſtum: & quare ſingula in eo & dicantur, & fiant. ibid.
Cap. 18. Qualis eſſe debeat baptizatus. ibid.

Cap. 19.

Cap. 19. Qualis eſſe debeat diaconus. ibid.
Cap. 30. Quòd à duobus, vel tribus ordinandus ſit Epiſcopus, & non ab vno. 96

LIBRI QVARTI.

Cap. 1. De pupillis recipiendis in locum filiorum ex miſericordia ab ijs qui liberis carent. 97
Cap. 2. Quibus ſit ſubueniendum ſecundum conſtitutionem Domini. ibid.
Cap. 3. De auaritia. ibid.
Cap. 4. Quali timore oporteat participare ea quæ conferuntur in eleemoſynas Domini. ibidem.
Cap. 5. A quibus accipiendæ oblationes, & à quibus non accipiendæ. 98
Cap. 6. Quòd oblationes eorum qui non ſunt digni vt offerant, non ſolum non placant Deum, ſed potius iram eius prouocant. ibi.
Cap. 7. Quòd melius ex proprio labore præbere viduis, quamuis parua, & pauca ſunt, quàm ex ijs quæ ab impijs dátur, licèr multa, & magna ſint: præſtat enim perire fame, quàm ab impijs accipere quæ conferunt. ibid.
Cap. 8. Quòd oportet vt ſacerdos populum hortetur ad largiendum pauperibus, vt ſapiens Salomon. ibid.
Cap. 9. Quòd ſi aliquis impius nummos ſacerdotibus proiecerit, in ligna & carbones inſumendi ſint, & non in cibos. 99
Cap. 10. De parentibus, & filijs. ibid.
Cap. 11. De famulis, & dominis. ibid.
Cap. 12. In quibus oporteat ſubiectos eſſe poteſtatibus ſæcularibus. ibid.
Cap. 13. De virginibus. ibid.

LIBRI QVINTI.

Cap. 1. Quòd ijs qui propter Chriſtum ab infidelibus affliguntur, iuſtum eſt vt fideles præbeant quæ opus ſunt ſecundum conſtitutionem Domini. 100
Cap. 2. Quòd fugienda ſit falſorum fratrum conſuetudo, dum in nequitia perſeuerant. ibidem.
Cap. 3. Quòd afflictis propter Chriſtũ oportet opem ferre, quamuis adſit periculum. ibidem.
Cap. 4. Quòd horrendum, & mortiferum ſit, negare Chriſtum; & quòd imitandus ſit Chriſtus patiendo, & imitando patientiam eius. 101
Cap. 5. Quòd oportet vt fidelis nõ ſe proijciat in pericula propter infirmitatem ſuam, neque ſit meticuloſus propter mollitiem, ſed fugiat propter metum Dei, & cùm inciderit in ea, decertet propter coronam reſeruatam. ibid.
Cap. 6. De reſurrectione variæ demonſtrationes, & de Sibylla, & quid Stoici de Phœnice aue. 102
Cap. 7. De Iacobo fratre Domini, & Stephano protomartyre. 104
Cap. 8. De falſis martyribus. ibid.
Cap. 9. Moralis admonitio, quòd oporteat fugere vanos & turpes ſermones, facetias, ebrietatem, laſciuiam, mollitiem. ibid.
Cap. 10. Admonitio de fugiendo ſcelere execrabili idololatriæ. ibid.
Cap. 11. Quòd non liceat cantilenam Ethnicam, aut meretriciam canere, aut per idolum iurare; impium enim eſſe hoc, & cognitioni Dei inimicum. ibid.
Cap. 12. Catalogus dierum Domini feſtorũ, quos obſeruare oportet, & quando ſint celebrandi, & de quadrageſima. 105
Cap. 13. De paſſione Domini, & quid in ſingulis diebus actum eſt in paſſione, & de Iuda, & quòd non interfuit cùm Dominus dedit diſcipulis myſteria. ibid.
Cap. 14. De magna hebdomada, & quare quarta, & ſexta feria iubent ieiunare. 106
Cap. 15. Enumeratio prædictionum propheticarum de Chriſto, quas cùm Iudæi ad exitum alioqui perductas vidiſſent, tamẽ propter malum animum non crediderunt eſſe Chriſtum Dei, atque ita Dominum gloriæ ad crucem damnarunt. ibid.
Cap. 16. Quomodo oporteat Paſcha celebrare. 107
Cap. 17. Conſtitutio de magna hebdomada Paſchæ. ibid.
Cap. 18. De peruigilatione magni ſabbati, & de die reſurrectionis. ibid.
Cap. 19. Prædictiones propheticæ de Chriſto Ieſu. 108

LIBRI SEXTI.

Cap. 1. Qui nam ſchiſma cùm feciſſent, ſupplicium non effugerunt. 110
Cap. 2. Quòd neque contra regnum, neque contra ſacerdotium fas ſit inſurgere. ibid.
Cap. 3. De virtute Moyſis, & de incredulitate gentis Iudæorum, & quæ miracula propter eos Deus fecerit. ibid.
Cap. 4. Quòd ſchiſma facit; non qui ſeparat ſe ab impijs, ſed qui ſeparat ſe à pijs. 111
Cap. 5. Quare reiectus eſt falſo nomine vocatus Iſraël, demonſtratio ex propheticis prædictionibus. ibid.
Cap. 6. Quòd variarum ſectarum doctrina Deo odioſa extitit apud Iudæos. ibid.
Cap. 7. Vnde ortæ ſunt ſectæ, & quis fuit dux impietatis earum. 112
Cap. 8. Qui nam fuerunt ſucceſſores impietatis Simonis, & quas hæreſes tradere cœperunt. ibid.
Cap. 9. Quomodo Simon quibuſdam præſtigijs cùm volare voluiſſet, precibus Petri ex alto deorſum præcipitatus, fregit extremos digitos pedum. ibid.
Cap. 10. Quomodo hæreſes & à ſe, & à veritate diſſentiunt. 113

Cap. 11. Expoſitio Apoſtolicæ prædicationis. ibidem.
Cap. 12. Contra confitentes, volentes alioqui iudaizare, & de decreto Apoſtolorum. ibidem.
Cap. 13. Quomodo oporteat ſeparari ab hæreticis. 114
Cap. 14. Qui prædicarunt Catholicam doctrinam, & quæ eius præcepta. ibid.
Cap. 15. Quòd oporteat non rebaptizare, neque ab impijs baptiſmum recipere. 115
Cap. 16. De libris falsò inſcriptis. ibid.
Cap. 17. Coniugalia præcepta de clericis. ibidem.
Cap. 18. Admonitio de fugienda hæreticorũ communione. 116
Cap. 19. Contra vituperantes legem. ibid.
Cap. 20. Quæ ſit lex naturalis: & quæ inducta, & quare fuit inducta. 117
Cap. 21. Quòd ſumus ſub gratia, & non ſub ſeruitute legis inductæ, qui in Chriſtum credimus. ibid.
Cap. 22. Quòd lex de ſacrificijs erat lex inducta, quam Chriſtus ſuſtulit. 118
Cap. 23. Quomodo impleuit legẽ Chriſtus: & quæ ex lege abrogauit, aut mutauit, vel tranſtulit in alia rurſus. ibid.
Cap. 24. Quòd voluit Dominus, vt per Romanos quoque lex iuſtitiæ declararetur, & quòd Deus propter impietatẽ in Chriſtum Iudæos fecit captiuos eſſe, & tributum pendere. 119
Cap. 25. Quòd oporteat fugere ab hæreticis vt animarum interfectoribus. ibid.
Cap. 26. De obſeruationibus Iudaicis & Ethnicis. ibid.
Cap. 27. De amore puerorum, adulterio, fornicatione. 120
Cap. 28. Quomodo oporteat vxores ſubiectas eſſe maritis ſuis, & maritos diligere vxores ſuas. ibid.
Cap. 29. Quòd Iudæis, & Gentilibus conſuetudo ſit obſeruare naturales purgationes, & mortuorum reliquias auerſari. 121

LIBRI SEPTIMI.

Cap. 1. Quòd duæ ſint viæ, vna vitæ, quæ naturalis via eſt; altera mortis, quæ eſt via aſcita, & inducta: & quòd illa eſt ex Deo, hæc ex prauitate ſecũdum inſidias inimici. 122.
Cap. 2. Morales admonitiones præceptorum Domini conſentientes cum vetere præceptione legum diuinarum. ibid.
Cap. 3. Vetatio homicidij, adulterij, maſculæ veneris, ſcortationis, furti. ibid.
Cap. 4. Vetatio magiæ, interfectionis filiorũ, periurij, falſi teſtimonij. ibid.
Cap. 5. Vetatio maledicentiæ, iræ reſidentis, moris doloſi, otioſi ſermonis, mendacij, circumuentionis, ſimulationis. 125
Cap. 6. Vetatio peruerſitatis, acceptionis perſonarum, iræ, odij, inuidiæ. ibid.
Cap. 7. De diſciplina augurali, incantatione, diuinatione, concupiſcendis malis, & reliquis prohibitis. ibid.
Cap. 8. Vetatio obtrectationis, contumaciæ, ſuperbiæ, & audaciæ. ibid.
Cap. 9. De longanimitate, innocentia, manſuetudine, tolerantia. ibid.
Cap. 10. Quòd oporteat eos qui ſunt magiſtri doctrinæ Chriſti, pluris eſſe quàm parentes: illi enim præſtant, vt benè ſit, hi ſolum hoc, vt ſimus. ibid.
Cap. 11. Quòd non oporteat diſceſſionem facere à Chriſtianis, ſed potius pacificare diſſidentes, & iudicare iuſtè, & non accipere perſonas. ibid.
Cap. 12. De eo qui eſt duplex animo, id eſt, puſilla fide. 124
Cap. 13. De beneficentia. ibid.
Cap. 14. Quales ſe oporteat præbere dominos famulis; & quomodo oporteat famulos ſubiectos eſſe dominis. ibid.
Cap. 15. De hypocriſi, & ſtudio legum diuinarum, & de confeſſionibus. ibid.
Cap. 16. De cultu parentum. ibid.
Cap. 17. Quòd oporteat ſubditos eſſe regi, & magiſtratibus. ibid.
Cap. 18. De munda conſcientia precantium. ibidem.
Cap. 19. Quòd via, quæ ex inſidijs Diaboli aſcita eſt, impietate, & legum violatione plena eſt. ibid.
Cap. 20. Quòd non oporteat à pietate deflectere, ſiue ad dexteram, ſiue ad ſiniſtrã. ibid.
Cap. 21. Quòd nõ oporteat vllum genus cibi cõmodi vituperare, ſed potius cum gratiarum actione, & ordinatè ſumere. 125
Cap. 22. Quòd non ſit veſcendum idolothytis. ibid.
Cap. 23. Conſtitutio Domini, quomodo ſit baptizandum, & in cuius mortem. ibid.
Cap. 24. Quibus diebus hebdomadę ieiunandum ſit, & quibus non; & quare. ibid.
Cap. 25. Quales eſſe oporteat orantes orationem Dominicam. ibid.
Cap. 26. Gratiarum actiò pro ſancta Euchariſtia. 126
Cap. 27. Gratiarum actio poſt ſumptionem S. Euchariſtiæ. ibid.
Cap. 28. Gratiarum actio pro vnguenti chriſmatis myſterio, ſiue ſacramento. ibid.
Cap. 29. Quòd nõ oporteat omnes ſine diſcrimine ad communionem admittere. 126
Cap. 30. Conſtitutio de oblationibus primitiarum, & decimarum. ibid.
Cap. 31. Quomodo oporteat congregatos die Dominicum celebrare. ibid.
Cap. 32. Quales eſſe oporteat qui eliguntur ad miniſterium Eccleſiæ. 127
Cap. 33. Prædictio futurorum. ibid.
Cap. 34. Oratio variam Dei prouidentiã prædicans. ibid.
Cap. 35. Oratio variã creationẽ prædicãs. 128

Cap. 36. Oratio prædicans cum gratiarum actione diuinam procurationem rerum. ibi.
Cap. 37. Oratio commemorans incarnationē Chriſti, & variam prouidentiam de ſanctis. 129.
Cap. 38. Oratio continens memoriam prouidentiæ, & enumerationem beneficiorum quæ Dei prouidentia per Chriſtum ſanctis collata ſunt. ibidem.
Cap. 39. Oratio gratiarum actionis pro auxilio ſanctis allato. 130
Cap. 40. Quomodo oporteat catechizare catechumenos. ibid.
Cap. 41. Conſtitutio, quomodo debent catechumeni in ipſo tempore baptiſmi benedici, & quæ ſint docendi. ibid.
Cap. 42. De renunciatione in Diabolum, & de adſcriptione ad Chriſtum. 131
Cap. 43. De vnctione olei myſtici gratiarum actio. ibid.
Cap. 44. De myſtica aqua gratiarum actio. ibi.
Cap. 45. De myſtico chriſmate gratiarū actio. ibidem.
Cap. 46. Oratio recenter baptizatorum. 132
Cap. 47. Quos nam Apoſtoli ordinauerunt. ibidem.
Cap. 48. Oratio matutina. ibid.
Cap. 49. Oratio veſpertina. ibid.
Cap. 50. Oratio ad ſumendum cibum. ibid.

LIBRI OCTAVI.

Cap. 1. Quare, & propter quos nam fiant miracula. 133
Cap. 2. De Epiſcopis, & presbyteris indignis. 134.
Cap. 3. Quod potiſſimum ſit, diſponi, & ordinari ea quæ in eccleſijs fiunt. ibid.
Cap. 4. De ordinationibus. ibid.
Cap. 5. Imploratio in ordinatione Epiſcoporum, & Miſſæ celebratio. 135
Cap. 6. Denunciatio obſecrationis pro catechuminis in celebratione diuinæ Miſſæ. ibidem.
Cap. 7. Obſecratio pro energumenis. 136
Cap. 8. Obſecratio pro baptiſmum petentibus. ibid.
Cap. 9. Pro ijs qui ſunt in pœnitentia precatio, & manus impoſitio. 137
Cap. 10. Denunciatio obſecrationis pro fidelibus. ibid.
Cap. 11. Obſecratio adhibita pro fidelibus. ibidem.
Cap. 12. Conſtitutio Iacobi fratris Ioannis. 138.
Cap. 13. Denunciatio obſecrationis pro fidelibus poſt oblationem hoſtiæ. 141
Cap. 14. Denunciatio obſecrationis, & gratiarum actionis poſt communionem. ibid.
Cap. 15. Imploratio poſt communionem. 140
Cap. 16. De ordinatione presbyterorum conſtitutio Ioannis. ibid.
Cap. 17. De ordinatione diaconorum conſtitutio Philippi. ibid.
Cap. 18. Imploratio in ordinatione diaconi. ibidem.
Cap. 19. De diaconiſſa conſtitutio Bartholomæi. ibid.
Cap. 20. Imploratio in ordinatione diaconiſſæ. ibid.
Cap. 21. De hypodiaconis conſtitutio Thomæ. ibid.
Cap. 22. De lectoribus conſtitutio Matthæi. ibidem.
Cap. 23. De confeſſoribus conſtitutio Iacobi Alphæi. ibid.
Cap. 24. Eiuſdem conſtitutio de virginibus. ibid.
Cap. 25. Lebbæi cognomento Thaddæi conſtitutio de viduis. ibid.
Cap. 26. Idem de exorciſta. ibid.
Cap. 27. A quot ordinari debeat Epiſcopus, conſtitutio Simonis Cananæi. 144.
Cap. 28. Eiuſdem canones de Epiſcopis, presbyteris, diaconis, & reliquis clericis. ibid.
Cap. 29. De benedictione aquæ, & olei, conſtitutio Matthæi. ibid.
Cap. 30. Eiuſdē de primitijs, & decimis. ibid.
Cap. 31. Eiuſdem de reliquijs Euchariſtiæ. ibidem.
Cap. 32. Varij canones Pauli de ijs qui accedunt ad baptiſmum, qui ſint admittendi, & qui repellendi. ibid.
Cap. 33. Quibus diebus feriandum ſit famulis. 145
Cap. 34. Quibus horis, & quare in eis precandum eſt. ibid.
Cap. 35. Iacobi fratris Domini conſtitutio de veſpertina oratione. 146
Cap. 36. Denunciatio obſecrationis nocturnæ poſt incenſa lumina. ibid.
Cap. 37. Nocturna gratiarum actio poſt incenſa lumina. ibid.
Cap. 38. Gratiarum actio matutina. ibid.
Cap. 39. Impoſitio manus matutina. ibid.
Cap. 40. Oratio actionis gratiarum pro primitijs oblatis. 147
Cap. 41. Denunciatio obſecrationis pro mortuis. ibid.
Cap. 42. Quomodo, & quando oporteat fidelium mortuorum memorias fieri; & quòd ex eorum bonis impartiendum ſit pauperibus. ibid.
Cap. 43. Quòd impios mortuos nihil iuuent memoriæ. ibid.
Cap. 44. De ebrijs. ibid.
Cap. 45. De recipiendis ijs qui propter Chriſtum exagitantur. 148
Cap. 46. Quòd oporteat in quo quiſque gradu cleri locatus eſt, permanere, & ordinem ſeruare, & non rapere ad ſe quæ non ſunt impoſita. ibid.

FRANCISCI TVRRIANI
ANNOTATIONES,
VEL
EXPLANATIONES
DEFENSORIÆ
LOCORVM OBSCVRIORVM IN LIBROS VIII. Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Catholicæ Doctrinæ CLEMENTIS ROMANI.

PROOEMIVM.

SI temeritatis eſt in libris quorumcunque quicquam antequam exploratè cognitum ſit, improbare, aut etiam reprehendere, multo id profectò maioris audaciæ fuerit in libris magnorum Auctorum facere. ego enim, vt de me loquar, auctoritati præſtantium ſcriptorum, ac maximè antiquorum ſemper hoc deberi exiſtimaui, vt ſi quid prima ſpecie reprehendendum eſſe uideretur, me potius non aſſequi putarem, quàm auctorem, quod ſcriberet, ignoraſſe. Sunt in his libris Clementis non pauca huiuſmodi, quæ quidem aliquando tanquam falſa opinione ſua eſſent, notarũt; quæ ſunt tamen, ſi rectè intelligantur, ſcripta ſapienter. Hinc ego non contẽtus tum ijs, quæ nonnullis audiebam, aliquando cùm de ijs iudicium fieret, minus probata fuiſſe, tum alijs, quæ mihi etiam lubrica videbantur, rogaui quendam egregium animaduerſorem, cui ego valdè familiaris eram, ut quæcunque ingenij ſui, quo præſtat, ſagacitate, & ſolertia odorari poſſet, aliquam reprehenſionis cauſam, vel malæ intelligentiæ præbere poſſe, ea mihi ad explanandum, vel defendendum indicaret. Ex locis ergo à me, vel ab alijs notatis extiterunt noſtræ locorum obſcuriorum apologeticæ, ſiue defenſoriæ explanationes, quibus iudicio quidem meo, neſcio an aliorum, quæcunque difficiliora videri poterãt, & ad reprehenſionem magis parata, expediſſe uideor. erãt autem ex ijs, qui iſta notabant, quibus omnium difficillimum videretur conſtituere, vtrum in his libris de ſancta & homouſio Trinitate ſanctè, purè, & caſtè ubique doceretur. nam & ętate Photij, vt in Procemio diximus, non defuerunt, quibus neſcio quid in his libris fœtorem Arrij redoleret, quod idem Phocius facile eſſe aiebat ad refellendum meminerat enim doctiſſimus auctor errorem Arrij auctoritate Apoſtolicæ doctrinæ apertè eucrti, cùm ait libro viii. cap. xii. ut alios locos, non paucos nunc prætercam, Filium eſſe à Patre genitum ſine medio. in quo planè, ac neceſſariò docet, Filium non eſſe creaturam, ſed Deum de Deo, Patri conſubſtantialem. Etenim ſi creatura eſſet, eſſet creatio eius media inter creantem, & creatum. Sic enim ait beatus Baſilius libro quarto contra Eunomium: Si Filius eſt opus factum, & non Filius genitus ex Patre, non eſt ipſe ille qui operatus eſt, nec operatio. operatio enim aliud eſt præter operantem, & opus. immo neque per ſe ſubſiſtit: nulla enim operatio per ſe ſubſiſtit. Quod ſi eſt opus factum, tertius eſt à Patre, & non immediatus. Primum enim eſt, qui operatus eſt; deinde operatio; tertium opus. Item Gregorius Nyſs. libro ſecundo τῶν ἀντιῤῥητικῶν confutans Eunomi. qui aiebat, Filium eſse ſigillum operationis Dei Patris, tertium, inquit, facit illum poſt Patrem per operationem illam intermediam, quæ per ſe nõ ſubſiſtit. Ac S. Maximus in diſputatione contra Pyrrhum Monothelitam: Sicut, in-

quit,

quit, inflammatio ſecum infert inflammantem, & inflammatum; refrigeratio refrigerantem, & refrigeratum; viſio uidentem, & uiſum; item intelligentia intelligentem, & rem intellectam; non enim poteſt habitudo, ſiue reſpectus intelligi ſine habentibus intermediam habitudinem, ſiue reſpectum; ſic etiam deificatio ſecum inuehit deificantem, & deificatum. ad eundem modum in re noſtra, creatio media infert ſecum creantem, & creatum. Rurſus idem S. Maximus in tertia hecatontade theologica: Quorum, inquit, eſse diuerſum eſt, horum inter ſe habitudo & reſpectus inſeparabilis eſt; quorum autem diuerſorum habitudo inſeparabilis eſt, proprium eorum eſt, vt ſe uiciſſim impediant, ne quid eorum infinitũ eſse exiſtimetur; quorum autem eſse non eſt infinitum, manifeſtum eſt in eorum ortu & generatione tempus, vel ſæculum antegreſsum intelligi, fierique ex nihilo. Hactenus S. Maximus. Si ergo generatio Filii ex Patre ſine medio exiſtit ſecũdùm Apoſtolicã doctrinam, id eſt neque tempore intermedio, neque ſæculo, nec operatione, neque uoluntate; ſequitur neceſsariò, ut generatio Filii ex ſubſtãtia Patris ſit increata, & idem cum eſse eius, ut naturalis proceſsio. Voluntas enim Dei ad creandum ex nihilo, quę media eſt inter creantem, & creaturam, differt à ſubſtantia, & natura Dei, quæ neque cœpit, neque poteſt deſinere: uoluntas verò Dei, quatenus eſt extra facientem, deſinit, Deo nolente; vt Solem noluit creare, & creatus eſt; & iam non amplius uult Solem creare. Multa præterea in eodẽ loco dicit Apoſtolica doctrina, quæ unam & eandem eſsentiam Patris, & Filii demonſtrant, ut illud eſse Deum Patrem natura primum, & eſse Filium unigenitum Dei, & primogenitum omnis creaturæ. Primogenitus enim omnis creaturæ non eſset, niſi eſset etiam primus natura, id eſt, niſi homo factus, naturalem primatum diuinitatis in omni creatura retineret. Item Deum Patrem dicit eſse cognitionem ſine principio, & Filium ſapientiam uiuentem, quia ſunt ſcilicet una eſsentia, & vnum eſse ſimplicisſimum, & infinitum. Rurſus Deum Patrẽ dicit eſse ante ſæcula, ſimiliter & Filium; Patrem creaſse omnia, & item Filium; ſiquidem per Filium creauit, non quòd indigeret adiutore aut miniſterio intermedio, quem ibidem ait nullius rei indigere, & in lib. 7. cap. 41. Opus eius ſine medio eſse, ſed ut ex creatione omnium per Filium demonſtraretur, ut ait Magnus Athanaſius, eſse eandem in Filio naturam Patris. Omitto reliqua eiuſdem loci, quæ ſunt omnia eſsentialia, æquè Patri, & Filio conuenientia præterquam ingenitum, quod non ſignificat ſubſtantiam, neque notionem perſonalem, quæ dicitur γνώρισμα ὑποστατικὸν, ſed negationem tantùm, id eſt, nõ eſse ex principio. Illud autem magno argumento eſt, nihil Arrianos in his libris quod ſecum facere uideri poſset, reperiſse unquam, quod cùm ſciret alioqui Arrius magnum & illuſtre eſse Clementis Romani nomẽ, vt ex diſputatione Athanaſii cum eo in Synodo Nicæna perſpici poteſt, nunquam tamen contra Catholicum dogma de Filio homouſio aliquid ex his libris obiecit. Aequalitatem uerò Spiritus S. ſatis declarat Patris & Filii in Spiritu ſancto [illegible] in his libris, & in viii. potiſſimum frequentiſſimè repetita, quam beatus Baſilius grauiſſimè & acerrimè contra Eunomium defendit, & ad celebrandam communem Spiritus ſancti cum Patre, & Filio gloriam pertinere demonſtrat. Sed quæ hactenus contra Arrianiſmũ apologeticè præfati ſumus, hanc habeant concluſionem. Pergamus ad reliquas noſtras locorum obſcuriorum defenſorias explanationes.

IN LIBRVM PRIMVM DE LAICIS.

QVIA coniugium Laicorum eſt ſecundum naturam, vt ait Plato, principium ciuitatum ac cæterorum ordinũ, idcircò ordinem Laicorum omnium alioqui infimum oportuit primum conſtitutionibus Apoſtolicæ doctrinę inſtruere, unde rectè liber de Laicis primo loco collocatus eſt. Secutus itaque eſt Clemens huius Apoſtolicæ doctrinæ ſcriptor præceptũ Platonis, cuius fuit perſtudioſus, qui in 4. libro de Legibus ſcripſit, legem de coniugio eſſe, quę à legiſlatore ob hanc cauſam, quam dixi, prima ſcribenda eſſet. Deinde quia duo ſunt, in quibus coniuges maximè peccare ſolent, quæque eos in primis ſolicitant, ſcilicet ſtudiũ habendi, & ſtudium nimij cultus, vtrumque vero honeſto quodam prætextu, illud quidem acquirendi facultates filijs (parentes enim, ſicut Apoſtolus ait, theſaurizant filijs) hoc verò placendi coniugi, quę duo potiſſimùm pertinent ad tribulationem carnis, quam Paulus in priore epiſtola ad Corinth. dixit, cùm de coniugibus loqueretur, quæque idem, licet ſub oſcurè ſignificauit explicans illam ipſam carnis tribulationem, cùm ait, Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt quę mundi ſunt, (hoc enim ad auaritiam pertinere poteſt; quomodo placeat vxori, hoc ad libidinem) idcirco Clemens de his duobus ſcribit Laicis doctrinam catholicam. Præterea, quia Apoſtolus de coniugibus ſcribens, Tempus, inquit, breue eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, præterit enim figura huius mundi, citò enim recedendum eſt ad illum, vbi iuxta euangelium, neque nubuntur; idcirco accommodatè ad eiuſmodi breuitatem temporis, & ad hoc genus caducũ vitæ coniugalis breui prætereuntis imitatus Apoſtolum, doctrinam apoſtolicam de Laicis, id eſt, de coniugibus tractatione breuiſſima cõcluſit, Hoc autem idcirco notaui, ne quis hunc Libellum de Laicis propter breuitatẽ aut mutilum, aut inabſolutum eſſe ſuſpicaretur. Illud quoque non eſt prætermittendum, quod nonnullis fortaſſe videbitur humile quid eſſe, & Apoſtolis indignum, de capillo non componendo præcipere, & de non geſtando annulo aureo, & de modo ac tempore lauandi in balneo; quibus reſpondeo, non leue, neq; humile eſſe quicquid ad vitandum offenſionem Dei, & ad declinãdum peccatum pertinet, ſed potius graue, & magni momenti, Quod ſi quis hoc reprehendere audet, aut contemnere, reprehendat idem, & contemnat, quod Paulus 1. Timoth. c. 2. ait: Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & ſobrietate, ornantes ſe non in tortis crinibus aut auro, aut margaritis, aut veſte pretioſa: & beatus Petrus 1. c. 3. Quarum inquit, non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus.

CAP. III. pag. 64.

Ne pexus, & comatus.) Non verbũ de verbo, ſed ſenſum de ſenſu tranſtuli. ἄσκυλτον enim vocat capillum intonſum καταχρηστικῶς, vt ſi diceret, ſine vexatione; vexare enim videtur capillum, qui eum tondet. Ego verò ſine tropo catachreſis, comatum verti. Dictum eſt autem ſeruare comam ἄσκυλτον ἐκ τοῦ ἐναντίου πρὸς τὸ συγκόπτον καὶ καθαιροῦν αὐτήν, id eſt, non vexanti comam, oppoſuit autor concerpentem, & delẽtem comam. hæc notaui, ne quis in ipſo ferè principio interpretationis me reprehenderet, priuſquam rationem interpretationis intelligeret.

Neque anaxyridas.) Pro hoc verbo, quod in ea editione 70. interpretum, quam nunc habemus, non reperitur; alius interpres vertit ex Hebraico ad uerbum ἐντομίδας, id eſt, inciſiones in carne. 70. uerò Interpretes quia inſtinctu Spiritus ſancti, ut plerique ueterum patrum nobis tradiderunt, interpretati ſunt, Vt ad utilitatem Gentilium, quibus potiſſimùm ſcripturam Hebraicam in Græcum conuertebant, interpretationem accommodarent, Et quia uerbis maximè propriis, ſi quæ alia ad res ſignificandas, ut auctor eſt Philo Alexãdrinus, vſi ſunt, idcirco non dixerunt ἐντομίδας, quæ ſignificabant inciſiones in carne, ſiue illas ad religionem aliquam alienam, ut Ægyptiorum, aut aliorum pertinerent; ſiue ad pingendum effeminatè carnem notis in eam inciſis, vt nunc facere ſolẽt Arabici; ſiue ad utrumq; ſed potius dixerunt ἀναξυρίδας, quod verbum tum inciſiones illas ſignificat, quæ fiebant nouacula acutiſſima, quam ſignificat ξυρὸν, vt ipſi quoque Rabbini eius loci interpretes ſcribunt, ut ex quodam Hebraicè eruditiſſimo audiui; tum ſignificabat braccas longas, & uſq; ad pedes tractas, à uerbo ἀνασύρειν dictas: item ſignificant anaxyrides cothurnatos calceos aliquanto altiores, & ad extrahẽdum difficiliores, quã quibus vulgo utimur. Hæc igitur omnia, ut ad cultum effeminatum pertinentia, lex uoluit prohibere.

Comam in unum colligere.) Huiuſmodi ſunt crines ad uerticem conuoluti: Sic enim uocat Varro li. 6. de lingua Latina, quos idẽ ait tutulos olim priſco uerbo uocari ſolitos, quòd res alta tanquam tuta tutulus uocaretur. Eſt autem obſeruandum hoc loco, quòd etſi Apoſtoli docebant fugiendas eſſe huiuſmodi uarias formas, & modos capilli componendi ob uenuſtatẽ, & delicias; tamen Scriptura ſancta, ut Magnus

Baſilius

Baſilius in Epiſtola ad Diodotum Epiſcopum Tharſenſem admonuit, honeſtatis cauſſa communibus verbis ea quæ turpia ſunt, complecti ſolet. Vt cùm ait: Fornicatio, & omnis immunditia ne nominetur quidem inter vos.) nomine immunditiæ nefandos concubitus comprehendens. Vnde beatus Petrus in Epiſtola priore canonica capite 3. πλοκὴν τριχῶν, id eſt, plicationē capilli prohibuit, reliquas omnes ſpecies componendi capilli, hac ſpecie communi complexus. Item beatus Paulus 1. Timoth. c. 2. crines intortos prohibuit, complectēs formas omnes quas apoſtolica doctrina complexa eſt. Illud quoque hoc loco obſeruãdum eſt, quod hic ait apoſtolica doctrina, ne circundes digitis tuis annulum aureum) ſatis declarare, quã circundationem auri ſignificauerit. Petrus 1. cap. 3. cùm ait, Neque circundatio auri, ſcilicet ſignificauit geſtationem annuli aurei, vſus verbo περιθέσεως, ex verbo περιτίθεσθαι, quo vſa eſt poſtea hoc loco doctrina Apoſtolorum.

Quod etiam lex Deuteronomij vetet.) Deuteroſin vocat hic Deuteronomion, id eſt, illa quæ poſt decem mandata data ſunt, quæ ad deuteroſim pertinent: quæ quidem quatenus pertinent, εἰς τὰ δεσμὰ ἐπείσακτα, id eſt, ad vincula illa aſcita, quæ idem Clemens paulo poſt cap. 6. & rurſus li. 6. dicit, iam ab illis liberati ſumus. Sed rurſus ſunt quædam, quæ tametſi data ſũt poſt illa decem mandata, tamen quia ſpectant quoque ad legem naturalem, qua decem illa mãdata continentur, adhuc ſeruanda ſunt, neque exiſtimanda tantum eſſe τῆς δευτερώσεως, id eſt, ſecundæ lationis, ſed etiam primę: cuiuſmodi eſt quod lex prohibet in Leuitico, non facere ſiſoen & anaxyridas, quod ad mollitiem pertinet, quæ lege naturali interdicta eſt. Illud quoque obſeruãdum eſt hic, vocabulum δευτερώσεως à principio quidem ad ea quæ ſecundo loco poſt decalogum de cærimonijs, & iudicialibus lata ſunt, pertinuiſſe; poſtea verò ad traditiones Rabinorum tranſlatum eſſe verbũ. Similiter factum eſt in quibuſdam verbis Latinis quæ primò in laude ponebantur, poſteà in conuicio, vt ſophiſta, hoſtis, & alia eiuſmodi. Sic Deuteroſis cõtumelioſum verbum eſt nũc; ſicq́ue accepit Iuſtinianus Imperator, cùm eã lege prohibuit. ſic enim ait Conſt. 146. de Hebræis: Quæ verò Deuteroſis ab ipſis dicitur, in vniuerſum interdicimus, vt quæ ſacris libris comprehenſa non ſit: nec à principio ex Prophetis tradita; ſed quæ ſit excogitatio, & inuẽtio virorum è terra loquentium, & nihil diuinum in ſe habentium: & quæ ſequuntur. Non ſic autem Clemens accepit verbum Deuteroſeos, quo in his libris vſus eſt. quod qui nõ animaduerterũt, exiſtimauerunt conuicium eſſe in Deuteronomium, quòd Clemens Deuteroſin verbo Deuteronomij afficiat, & Deuteronomium uerbo Deuteroſeos. hoc enim erat ſecundum in illis tribus, quæ ante annos octingentos nonnulli in his libris criminabãtur. auctor eſt Photius in ſua bibliotheca. De primo & tertio reſponſum eſt in proœmio. hoc ſecũdum idem quoque Photius ait, ῥᾷστα διαλύεσθαι, id eſt, perfacile eſſe ad diluendum. ego ꝑfacile interpretor, quia depulſio huius criminationis ex obſeruatione ueteris uſus uerbi Deuteroſeos pendeat, quod quidem Clemens in laude, & non in conuicio, & uituperatione ſecundæ legiſlationis diuinæ ponere ſolet.

Siſoen facere.) Siſoen ait Suidas ſignificare πλεξίδιον, dictum à plicando; quaſi diceret capillum plicatum: beatus Petrus appellauit πλοκὴν τριχῶν, quod Latinus interpres uertit capillaturã; Paulus uerò nocat πλέγμα, id eſt, intortos crines. Latini dicunt, calamiſtratum, ſine calamiſtris ornatum capillum, quod lex ꝓhibebat. Quod autem Hieronymus uertit ex Hebraico, non tondere comam in rotundum, ex eo fortaſſe factum eſt, quòd exiſtimauit rotunditatem illam in modum annulorum, quæ efficitur in capillo calamiſtrato, pertinere ad rotundam comæ tonſionem, quæ fuit cauſſa, ut ſic uerteret. Audiui etiam ex quodã Hebraicè erudito, ſignificare eius loci uerba, ſi quis ad uerbum uerteret, Ne corrumpas angulum capitis tui circum caput. Angulos enim rectos, quos facit capillus promiſſus, is quidem corrũpit, qui in eo facit circulos calamiſtris, quod fieri ſolet cum caput. Vt iam duplex ſit rotunditas; altera in capillo ipſo calamiſtrato, altera in tonſione circum caput, in quam ſolam aſpexit Hieronymus interpretans, quod quidam uertunt ad uerbum, corrumpere angulum circum caput, pro eo quod eſt, tondere in rotundum. Addam etiam hoc, uideri mihi 70. Interpretes feciſſe ſiſoen, quo uerbo uſi ſunt, ex Hebraico ſiſin, quod tradunt Hebræi ſignificare cincinnos capitis.

Non radetis (inquit lex) *barbas veſtras: hoc enim, vt mulieres deceret, fecit Deus, qui earũ fuit auctor viros contrà, vt non deceret, idem iuſtè ſtatuit. Tu verò ſi hæc feceris, vt alicui placeas, id quod eſt contra legem, execrabilis apud Deum eris, qui te ad imaginem ſuam effecit.*) Sũt quibus hęc cõſtitutio de barba non tondenda non probetur, neque digna Apoſtolorum auctoritate uideatur. Quomodo enim (inquiũt) mortale peccatum erit, radere barbam, idq́ue quia lex iubeat nõ radere? Scimus enim legem, ſicut Apoſtolus ait, ijs, qui ſub lege ſunt, loqui: nos verò iam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia. Verùm quibus non probatur hæc interdictio tõſionis barbæ, mirum, ſi eiſdem probetur illa mulieris comæ apud Paulum interdicta tonſio. Sed vt melius præceptum de barbis non tondendis intelligamus, videamus quæ ſit cauſſa, cur iubeantur mulieres orare velato capite, ac ſimul vetentur tondere capillum, quia ſcilicet capilli dati ſunt ad velamen; vt admoneat, inquam, natura ipſa, virum eſſe caput mulieris, & mulierē ſubiectam viro: quaſi naturæ vox ſit, ne tõdeat mulier capillum, ne tondendo ſubiectam ſe viro negare videatur. ex quo ſit, vt ſi mulier aliqua quapiam honeſta cauſſa capillum tondeat,

vt

vt ualetudinis, aut religionis, ſicut virgines Deo dedicatæ facere conſueuerunt, quibus non licet nubere; aut cùm vult mulier amiſſo uiro uidua permanere, id quod in Italia nonnullæ profiteri ſolent capillum tondendo, & eum funeri, cùm effertur, imponendo; quæ ſic comam tondent, non erunt præcepti Pauli reæ; quia ubi cauſſa præcepti non ſubeſt, uitium non imputatur; ut de ſimilibus dixit beatus Ambroſius in epiſt. ſua, cui exprobrabatur, quod in eius ordinatione tempore neophyti uiolatum eſſet præceptum Apoſtoli de non ordinandis neophytis, cuius præcepti cauſſa erat; ut ne neophytus (inquit) ſuperbia elatus, ſcilicet ob ordinationem, in iudicium Diaboli incideret; at in Ambroſio iudicatum fuit non reperiri præcepti huius cauſſam, id eſt, nullam eſſe de eo futuræ elationis ſuſpicionem. Similiter ergo dicendum eſt hîc de barba Laicis non tondenda, vt Paulus dixit de coma mulieri nutrienda. An natura non docet nos, quod vir ſæculi ſi barbam nutriat, gloria eſt ei? ſin verò effeminatè radat, ignominia? quia barba ad gloriam virilitatis data eſt illi, vt ſcilicet qui ſecũdum naturam præeſſe debet mulieri, vel de barba admoneatur, ut fortis & uirilis ſit, & mollitiem atque impudicitiam omnem fugiat: hæc eſt gloria & decus barbæ. vt iam ſi quis effeminatè, & impudicè, aut radat, aut radere exiſtimetur, is quidem contra naturæ doctrinam faciat, & diuinam legem uiolet, quæ in Leuitico iubet non radere barbam: quam quidem legem moralẽ eſſe, & hanc eius cauſſam, ac rationem extitiſſe, ſcilicet ne hoc effeminatè fieret, docuit hæc apoſtolica conſtitutio. Sic quoque intellexit ſanctus Epiphanius Apoſtolicarum Conſtitutionum ſtudioſiſſimus; ſcribens enim aduerſus Meſſalianos; Alij, inquit, eorum barbam formam uiri detondent. & quæ ſequuntur. Conſiderandum igitur eſt, quibus nam hoc præcipiant Apoſtoli: præcipiunt enim laicis, utpote in eo libro qui de laicis inſcriptus eſt; tũ quia decebat, ut uir, qui caput eſt mulieris, quod uirum natura decet, id eſt, barbam ne corrumperet effeminatè, & muliebriter: niſi enim uiros barba deceret, non eis natura barbam dediſſet, vt contrà mulieribus non dedit, quia eas non decebat: tum quia Laici; ut occaſione acquirendi filiis facilè in uitium auaritiæ labuntur; ita occaſione placendi vxoribus, facilè item declinant in uitium alijs placendi, quod tonſa barba fieri ſolet. Ex hac ergo doctrina manauit, vt per omnes Eccleſias catholicorum Orientis & Occidentis, barbas laici ferant; immò ſit ignominia, ex barbatis imberbes fieri: niſi fortè cũ iam ſenes ſunt, aut ætate prouecti, hi enim ſuſpicione carent, quòd barbam effeminatè, ac propter mollitiem tondeãt: aut niſi iuuenem, ut radat, aliqua priuata & honeſta cauſſa excuſet. Cõtrà uerò, Barbari, & infideles, ut Machometani, propter mollitiem, & impudicitiã oẽs vulgò nullo ætatis diſcrimine radunt. Si quis autem uult cõtentioſus eſſe, dicam quod Apoſtolus de uelando capite mulieribus, apud nos Chriſtiani Laici; niſi aliqui ſenes, talem conſuetudinem non habent; Clericos verò, qui Laici eſſe deſierunt, id eſt, coniugia reliquerunt, ut alius habitus decet, ita quoque alia forma barbæ. Hos radere non eſt turpe; ut olim per totũ Occidentem fieri ſolitum, teſtatur Gregorius ſeptimus libr. viij. Regiſ. epiſt. x. ad Glorioſum iudicem Carolitanum: Nolumus, inquit, prudentiam tuam moleſtè accipere, quòd Archiepiſcopum veſtrũ Iacobum, cõſuetudini ſanctę Romanæ Eccleſiæ obedire coegimus; ſcilicet, vt quemadmodum totius Occidentalis Eccleſiæ clerus ab ipſis eccleſiæ Chriſtianæ primordijs barbam radendi morem tenuit, ita & ipſe frater noſter, veſter Archiepiſcopus, raderet. Vnde eminentiæ quoque tuæ præcepimus, vt ipſum ceu paſtorem, & ſpiritualem patrem ſuſcipiens, & auſcultans cum conſilio eius oẽm tuæ poteſtatis clerum radere facias, atque compellas: res quoque omnino renuentium, niſi demum cõſenſerint, publices; id eſt, iuri Carolitanæ Eccleſiæ tradas: & ne vlterius inde ſe intromittant, conſtringas: neque nõ ipſum ad honorem eccleſiarum defendendum promptiſſimè adiuues. Quod ergo apoſtolica doctrina execrabiles eos eſſe dicit qui barbas radũt, ex iis, quæ hactenus dicta ſunt, conſtat ſic intelligendum eſſe, ſiquidem radere ad turpitudinem, & laſciuiam ſpectet, & referatur.

CAP. VI. pag. 64.

Siue ſophiſtica (id eſt ſcripta ſapientum) & poetica cupis, habe Prophetas, Iob & Prouerbia.) Non ſignificat poetica eſſe, id eſt, fabuloſa, quę à Prophetis ſcripta ſunt, abſit: Libro enim 6. ca. 27. ait doctrina apoſtolica, Cauete ab omnibus hæreticis, qui Legem & Prophetas improbant. Neque dicit, Prophetas propoſuiſſe ſibi poetas, & ſophiſtas; id eſt, ſapientes Gentilium ad imitandum: ſed potius cùm ſophiſtica, & poetica dicit, illa philoſophica intelligi uoluit quę ſapientes Græcorum in fabulis poetarum Orphei, Heſiodi, Homeri de natura rerum, & morum diſciplina argutè per allegorias interpretabantur, ut ex lib. 10. Recognitionum Clementis, & copioſius ex 6. alterius editionis Recognitionum, & ex libro 3. Euſebij de Pręp. Euang. atque ex alijs perſpici poteſt. Verùm in hoc genere, cùm non ſunt prorſus ea quæ ſonant uerba, ſed alia inde eruditè, acutéque intelliguntur, longè maius ingenij, & ſolertis intelligentiæ acumen, in Prophetis, Iob, ac Prouerbijs Salomonis eſt, ut apoſtolica doctrina hîc teſtatur, quàm in omni poetarum arguta, & ſapienti ſcriptione reperitur. Quid enim cõferri poteſt cũ illo acumine, & ſolertia deſcriptionis ingenij Satanę, & operationis eius multiplicis in Iob cap. 40. & 41. aliud uerbis ſonãtibus, aliud inde mente ſolerter intelligente? Quid illud apud Eſ. c. 7. de Aſſyrijs delendis, in illa die radet Dominus nouacula conducta in rege Aſſyriorum, & pilos pedum, & barbã uniuerſam, & quod ſequitur de loco ob vaſtitatem

ſilue-

ſilueſcente, & in uepretum mutato, cum ſagittis, & arcu ingredientur illuc; uepres enim & ſpinæ erunt in uniuerſa terra. Item illud in Ioele de hoſtilibus depopulationibus, quibus inſtar meſſis deleti ſunt Iſraelitæ alii aliis temporibus ab aliis & aliis gentibus, reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Infinita huiuſmodi ſunt in Prophetis. Plenus quoque eſt liber Prouerbiorum Salomonis hoc genere, ut illud, In manu ebrii naſcuntur ſpinæ. & illud ad thorum immaculatum coniugis pertinens, Bibe aquam de uaſis tuis, ſiue de ciſterna tua, & fluenta putei tui; effundantur tibi aquæ è tuo fonte; in plateas tuas tranſeant tuæ aquæ; habe eas ſolus, ne ſint alieni participes tui. Præterea etiam, quæ in poetis plurimùm delectant, translationes dico ſimilitudines, exempla, metonymias, proſopopœias, hyperboles, ironias, narrationes figuratas, deſcriptiones, imitationes morum, & conſuetudinum, quas Græci uocant ἠθοποιΐας, dramaturgias, & repræſentationes, ac mutationes perſonarum, & reliquas figuras ſententiarum & tropos uerborum, hæc, inquã, omnia, quibus poetæ abundant, ita à Prophetis, & prius, & melius atque aptius, diuina mentis ſolertia ac perſpicientia adhibita ſunt; ut iam uerè dixerit doctus Tertullianus in Apologetico, Quis poetarum, quis ſophiſtarum, nõ omnino de Prophetarum fonte potauit? Inde igitur Philoſophi ſitim ingenii ſui rigauerunt; ut quæ de noſtris habent, ea nos comparent illis. Et paulo pòſt, Homines gloriæ, & eloquentiæ ſolius libidinoſi, ſi quid in ſanctis ſcripturis offenderunt, pro inſtituto curioſitatis ad propria opera uerterunt. Itaque cum dixit, quis poetarum, quis ſophiſtarum non omnino de Prophetarum fonte potauit, uidetur imitatus hunc locum Clementis, Si ſophiſtica & poetica cupis, habes Prophetas. Et cùm dixit, homines gloriæ, & ſolius eloquentię libidinoſi, uidetur interpretatus nomẽ ſophiſtę, ut Plato, Iſocrates, & Ariſtoteles interpretati ſunt, tametſi prius in bonam partẽ acciperetur. Sic enim Socrates in Minoe Platonis Iouem uocat ſophiſtam, id eſt ſapientem. Laudat enim & Themiſtius in oratione 4. quã Sophiſtam inſcripſit ait, Nam Sophiſtæ nomẽ quam olim graue ac magnificum fuerit, & qđ Solonem & Pythagoram ij qui tunc erant, Sophiſtam appellabant, perſpicuum eſt; ineptúſque ſim, ſi quod dico, comicorum & hiſtoricorum auctoritate uelim comprobare. Sed tamẽ hi non me eadem ratione ſophiſtã uocant, nec enim honore, ſed ignominia afficere me uolũt. Verùm quando nominis huius uis & proprietas diuerſa eſt ab ea, quæ antea erat, id quod tẽporis diuturnitate ipſis quoque nummis uidemus euenire; quod tamen accidit, ex quo primum Protagoras de omnibus cœpit ambigere & omnia in controuerſiam uocare. Itémq; Prodicus Chius, Gorgias Leõtinus, qui cum ſapiẽtiam profiterentur, uenalem eam exponebant, multúmque pecuniæ à diſcipulis exigebant: hinc profectò nomen traxere ii, qui in me nũc cauillantur, hactenus Themiſtius in eos, à quibus uocabatur Sophiſta uetere quidem uerbo, & olim honeſtæ ſignificationis, poſtea uerò turpis, & inuidioſæ, atque infamis uitio illorum, qui philoſophiam uenalem facere cœperunt. itaque primum Socrates, ut ait idẽ Themiſtius uocatus eſt ſophiſta arrogans, & nouarum rerũ ſtudioſus; poſtea Plato, & Ariſtoteles eiſdẽ conuicijs iactati ſunt; & Photius in reſpõſionibus ad Amphilochium Cyzici metropolitani uerbum Sophiſtæ πολύσημον eſſe ait, id eſt, multa ſignificare. Dicitur enim, inquit, Sophiſta, qui artem diſſerendi docet; item, qui in genere diſſerendi exercitatus eſt; tum etiam, quicunque exercitationem diſſerendi in diſcipulis ad contẽtionem, & controuerſiam pugnacem prauè cõtulit. Illud quoque obſeruandum eſt hic, quòd Clemens ſic poetica & ſophiſtica cõiunxit hoc loco, ut beatus Petrus 2. cap. 2. μύθους dixit σεσοφισμένους, id eſt, fabulas doctas, ut uetus interpres uertit; ſcilicet fabulas illas dicit, quas eiebat Clemens in perſona Appionis in altera editione Recognitionum, ἔχοντα τινὰ λόγον οἰκεῖον καὶ φιλόσοφον ἀλληγορίᾳ προσθῆναι δυνάμενον, id eſt, habere rationem quandam cognatam & philoſophicam, quæ per allegoriam exponi poſſet. Eiuſmodi erant fabulæ de transfigurationibus Iouis uarijs, quas idem Clemens per eandem perſonam Appionis interpretans allegoricè, ſubiungit: αὗται δὲ αἱ μεταμορφώσεις, τοῦ πανταχῇ διήκοντος Διὸς αἱ πολλαὶ νοείσθωσαν τροπαί, id eſt, hæ uerò transfigurationes intelligãtur multiplices commutationes, conuerſioneſq; Iouis, ideſt aeris omnes partes permeantis. Sic enim paulò antè Iouem aerem interpretatus erat. At transfiguratio Domini Ieſu, de qua ibid. in epiſto. Petri ſequitur, & cuius teſtis præſens fuit beatus Petrus, non fuit talis, ſed uera & glorioſa, cũ in lumine illo mirabili mirabiliter creato, tanquam in ſpeculo increatum lumen diuinæ gloriæ ſanctis Apoſtolis oſtenſum eſt. Sic enim intelligi, ſeu potius corrigi uolo, quod de lumine illo Thaborio in meo de reſidentia Epiſcoporum Antapologetico iam pridem ſcripſeram. de quo plura poſteà libro VI. capit. XIX. σοφιστείαν ergo uocat Clemens illam, quæ ab illis priſcis gentilibus ſapientia putabatur; & quam iactabant qui non tam erant ſapientes, quàm uideri & dici uolebant, δοξόσοφοι potius, aut φιλόσοφοι, quàm σοφοί, de quibus Apoſtolus ait, Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Qui quidem ſententioſè de moribus; & de occultis naturis rerum per allegorias fabularum acutè, ut uidebantur, tradebant; ut in Theologia Phœnicum, Ægyptiorum & Græcorum cerni poteſt; de quibus Euſeb. libro 3. De præparatione Euangelica, ita inquit: Generoſa Græcorum & Ægyptiorum Theologia ad ſublimiora nos perducere fabularum allegoriis pollicita, ad corpora rurſus reducit. & paulò pòſt,

Iſ pòſt, Qui ſecundum Apoſtolum, inquit, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Hanc quoque ſolet Scriptura ſancta appellare ſapientiam, vt cùm ait: Perdam ſapientiam ſapientium. Sunt prætereà aliæ duæ ſapiētiæ, quas diſtinxit Apoſtolus, vt Theodoretus in Commentarijs prioris Epiſtolæ ad Corinth. obſeruauit: Vnam quæ hominibus, inquit, data eſt, in qua ratione vtimur, & quid agendum, quid non, diſcernimus; & qua artes & diſciplinas adinuenimus, & Deum cognoſcere poſſumus: alteram, quæ in mundi fabrica cernitur, & in contemplatione naturæ verſatur. Vtramque harum vocare quoq; ſolet ſcriptura Sapientiam, vt cùm ait: Ecce vocaui Beſeleel, & repleui eum ſpiritu ſapientiæ. & Apoſtolus; Nam quia, inquit, in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Omnem igitur σοφίαν, quam Clemens vocat, vocare ſolet ſcriptura ſapientiam, in qua quidquid acuminis & ſolertiæ eſt, id omne ſuperatur acumine, & ſolertia diuini ſpiritus, qui in Prophetis ſpirat; quorum figuras & ſententias ſolerter & ingenioſè imitati ſunt Poëtæ ac Sophiſtæ. Spirat item in Pſalmis, quos ait Origenes plenos eſſe multis & ſapientibus dogmatibus: ac rurſus ſpirat in Prouerbijs, immo in toto Salomone, cuius opera habent, inquit idem Origenes, μεγάλην ἐν βραχυλογίᾳ περίνοιαν, id eſt, magnam ſenſus comprehenſionem, cum breuiloquentia coniunctam: item in Iob, Cuius dialogi, inquit, mirabiliter arguti ſunt, & omni doctrina referti. Nemo igitur hunc locum malè intelligens reprehendat, falsò exiſtimás comparari hic poëſim, & ſapientiam gentilium cum ſcripturis ſanctis; quaſi ſcripturæ ſanctæ ab illis mutuatæ ſint, cùm potius, vt iterum dicam, quæ de noſtris habēt, vt dixit Tertullianus, ea nos comparent illis. quæ enim in Prophetis ſunt ex poëtis ſumpta, non imitationis gratia ſumpta ſunt, ſed potius, ſicut ait Gregorius Nyſſenus in commentarijs Cant. cant. c. 4. vt illis nominatis, ſtatim intelligatur quod ſcriptura intelligi vult; vt cùm ſirenas apud Eſaiam legimus, & onocentauros, ad ſignificandam vaſtitatem loci: & in libro Iudith, Titanis filios, vt ſtatim intelligamus homines robuſtos ac viribus valentes: & in Iob, cornu Amalthææ, vt continuò laudem filiæ Iob intelligeremus, ſcilicet omni genere virtutis præditam fuiſſe. Illa quoq; poëtica ſunt, vt arcturus, orion, & Pleiades apud Iob & Amos, explanationis cauſſa, & nō imitationis, aut approbationis fabularum adhibita. Illud verò de Adonide in Eſaia cap. 18. & in Ezechiele, ad accuſationē idololatriæ pertinet. notauit Anaſtaſius Antiochenus in lib. Variarum quæſtionum, tam multa dicere Salomonem de vera ſapientia, ne quis propter homonymiam ſapientiæ in ſophiſmata gentilium, aut hæreticorum incideret; ſiquidem Gentiles promittunt ſapientiam, & profitentur: ſimiliter hæretici ſe putant ſapientes. hæc Anaſtaſius, poſtquam totum hunc locum Clemētis deſcripſit. Itaque videtur planè ſophiſtica iſta, quæ Clemens dicit, interpretari ſapientiam Gentilium, illam dico, quæ falsò videtur ſapientia. Clemens verò Alexandrinus in 1. lib. Strom. Has, inquit, partes veritatis fures, & latrones Philoſophi Gentilium an e adnentum Domini ab Hebraicis prophetis acceperunt, οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, id eſt, non agnoſcentes ea, ſcilicet aliena eſſe, ſed tanquam propria dogmata partim ſibi tribuentes, partim deprauantes, & Ariſtoteles ſophiſticen ait furtem eſſe ſapientiæ. Idem Clemens Alexand. in principio libri primi: Scriptura, inquit, vocat ſophiſtas τοὺς περὶ τὰς λέξεις καὶ τὰς τέχνας περιττούς. Vnde Græci eos qui in quauis re ſunt multum curioſi, Sapientes, & Sophiſtas παρωνύμως appellarunt, vt Homerus Fabrum vocat ſapientem. Hactenus explanatio in Clemētis Romani locū. Si ſophiſtica & poëtica cupis, habes Prophetas, & q̄ ſequūtur.

CAP. VII. pag. 65.

Audiamus quid in ſapientia dicat ſanctus ſermo.) Perinde eſt hoc quaſi diceret, Audiamus quid ſanctus ſermo in ſapientia dicat, quæ per Salomonem, ſcilicet locuta eſt, quæ eſt filius Dei, quod quidem conuenit in omnes libros Salomonis, vt intelligi poteſt ex capite octauo: ait enim de eo, quod in Prouerbijs quoque ſcriptum eſt: Vt de te maritus tuus per ſapientiam laudetur: cùm ait per Salomonem, & quæ ſequuntur. Sic in hoc loco non ex libro, qui inſcribitur Sapientia, verba citātur, ſed ex libro Prouerbiorum, in quo ſapientia Dei per Salomonem loquitur. Sicut idem Clemens in epiſtola ad Iacob. quod eſt in Cant. cant. c. 8. de ſapientia citauit, Dicente, inquit Sapientia, valida eſt dilectio, ut mors. Admonui de hoc, ne quis exiſtimaret Clementē quaſi memoria lapſum, vt alijs euenire interdum ſolet, citaſſe librum Sapientiæ pro libro Prouerbiorum. Quod autem ſapientia Salomonis ſapientia Dei per Salomonem locuta intelligatur, in extrema parte eiuſdem capitis octaui auctor explicauit. Qui enim dixerat, (Vt de te maritus tuus per ſapientiam ,, laudetur) poſteà dixit, (Intellexiſtis quas lau- ,, des mulier pudica à Domino Deo ferat?) Si- ,, militer intelligatur, quod in extrema parte eiuſdem libri ſumptum eſt ex libro Prouerbiorum. (Verbum, quod in ſapiētia ſcriptum ,, eſt) in ſapientia ſcilicet Salomonis, id eſt, Dei: ,, Dei enim ſapientia eſt, quicquid Salomon per ſapientiam Dei ſcripſit. Non eſt diſſimile quod beatus Cyprianus Prouerbia Salomonis citat ſub nomine, & titulo Sapientiæ Salomonis lib. 3. ad Quirinum cap. 6. In ſapientia, inquit, Salomonis; In locis impiorum gemūt iuſti: in illorum autem perditionem abundabunt iuſti) quod perinde eſt quaſi diceretur, apud ſapientem Salomonem.

IN LIBRVM SECVNDVM DE EPISCOPIS, PRESBYTERIS, ET DIACONIS.

Cap. I. pag.67.

SIT *ætate inclinante, ſiue delabente.*) Græce eſt καθήκων τῇ ἡλικίᾳ, quaſi κάτω ἰὼν κατὰ τὴν ἡλικίαν. qui enim annos quinquaginta, quos apoſtolica doctrina in epiſcopo, ſi fieri poteſt, requirit, natus eſt, iam delabitur ætate, ſiue iam eſt ætate delabente, quaſi aſcendamus, dum ad mediam ætatem tendimus, quæ media ætas vſque ad quinquageſimum annum, ætas conſtans eſt: vnde delabi ad extremam ætatem, eſt καθήκειν τῇ ἡλικίᾳ. Ex quo intelligimus eum eſſe & dici prouectum ætate, qualem oportet eſſe Epiſcopum, qui attigit annum quinquageſimum. Sic enim appellat ſtatim προβεβηκότα τῷ χρόνῳ. hinc rurſus intelligimus τὴν νεότητα, id eſt, adoleſcentiam Timothei Epiſcopi Paulum vocaſſe, quòd nõ eſſet ætate prouectus, vt proceſſu ętatis euaſiſſet iuueniles motus, & adoleſcentium petulãtias, licet ratione & moderatione vitę eas euaſiſſet. Hinc eſt quod aiebant Iudæi Chriſto: Quinquaginta annos nondũ habes, &c. quod perinde eſt quaſi dicerent, nõdum ætate proceſſiſti, ſiue nondum ætate prouectus es, &c. De ætate verò Epiſcopi ſynodus Neocæſarienſis iubet canone x i. vt fiat preſbyter non minor natu quàm triginta annorum, quia Chriſtus, inquit, trigeſimo anno baptizatus eſt, & cœpit docere. Hunc canonem tribuit ſynodo Nicænæ Hippolytus Thebanus in fragmento quodam reperi; Chronicorum, quæ ſcripſit. Cùm enim ſcribit de ætate Chriſti, qua baptizatus cœpit prædicare, ſubiungit idcirco in concilio Niceno decretum fuiſſe, ne quis ante triginta annos fieret Sacerdos; debet enim diſcipulus incipere quando eius dominus. Hactenus Hippolytus. Fortaſſis hunc canonem ſynodo Nicęnæ tribuere maluit, quàm Neocæſarienſi, quæ canone x i. hoc ipſum ſanxit, & quæ Nicænam anteceſſit, quod magna ſynodus, id eſt, Nicæna, illam Neocæſarienſem confirmauit, vt etiam ſynodus Florentina act. 7. teſtatur. Sed dicet aliquis, Si hæc apoſtolica conſtitutio de ætate Epiſcopi, quomodo non eſt in eccleſiaſtica & canonica conſuetudine, quæ ex apoſtolica traditione profecta ſit, vt ea ætas nunc requiratur, id eſt, quinquaginta annorum? Reſpondemus, non eſſe hanc conſtitutionem dogmaticam, vt eius tradio perpetua ac neceſſaria ſit, ſed eſſe conſtitutionem decentis ætatis, quæ ad honorandum magis Epiſcopum, & ad caſtimoniam vitæ multum momenti adferat, ſi facilè & commodè fieri poſſit, vt ea ætate aliquis reperiatur, modò cætera omnia conueniant, & nihil præterea obſtet, &c.

Cap. III. pag.68.

Excutiatur, ſi in vſu vitæ à vitio vacat: Scriptum eſt enim, Inſpicitò an ſit macula & vitium corporis in eo qui eligitur ad Sacerdotium. Ergo ſit etiam non iracundus: & quæ ſequuntur.) Interpretatur apoſtolica doctrina allegoricè, quid ſignificaret quod lex iubebat in Leuit. c. 21. vt careret omni macula & vitio corporis, qui eligeretur ad Sacerdotium; ſcilicet ſignificabat ſacerdotes nouæ legis, quorum illi veteres erãt, vmbra, debere in iis, quæ ad vitã pertinent, iis item vitiis carere quæ ſunt communia corporis & animæ, id eſt, quæ anima non operatur ſine corpore, ut eſt iraſci, & nõ cõmoueri miſericordia, & alia huiuſmodi. Itaq; hominem iratum ſignificabat in ænigmate cæcus; iracundia enim excæcat, & veluti oculum prudentię eruit. Deinde, quia ſicut ait Salomõ in Prouerb. ira nõ facit miſericordiam, idcirco poſtquam præcepit nõ eſſe iracundum, addidit, vt eſſet miſericors. Præterea ad miſericordiã quoq; pertinebat debere non eſſe claudum, neq; trunca manu, & aure, quod ſignificabat in ænigmate, debere eſſe omnibus modis præſto ad opitulandum egenti: hic enim eſt non claudus, immo pes clando, ſicut de ſe Iob aiebat; & præſto ad audiendum pauperem, hic eſt non ſine aure; & prõptus ad largiendum, hic eſt non mutila manu. Cùm autẽ ad illud, ſine fracto pede & manu cum reliquis eiuſmodi, quæ omne genus ſubueniẽdi & opitulandi egentibus ſignificãt, addat lex illud, nõ lippis oculis, & nõ ſine palpebris, quę quidem oculos cuſtodiunt; profectò ad eum ſpiritũ retulit cõſtitutio apoſtolica, qui rectè videt cui potius ſit opitulandum & largiẽdũ, vt prudẽter largiatur, ſicut hoc loco præcipit, cùm ait, nõ ignoret quiſnam dignior ſit ſubleuatione. Iubet etiã, vt nihil habeat Epiſcopus in quo erubeſcat, quod in ænigmate ſignificabat, ut nos apoſtolica doctrina admonuit, non habere ſcabiẽ & impetiginẽ in corpore. Illud verò, nõ hernioſus, ſiue vt eſt apud 70. vnius teſticuli, ſignificat omnia, quæ dixit pertinere ad beneficẽtiã; qua qui caret, velut ſterilis eſt.

Cap. V. pag.68.

Vt Scripturas accuratè interpreteĩ; Euãgeliũ, ut Prophetis et Legi cõſonet; Legẽ & Prophetas, ut Euãgelio.) & paulò pòſt: *Habe igitur curã verbi, Epiſcope, vt poſſis oĩa ſecũdum verbũ interpretari.*) Hęc igit apoſtolica cõſtitutio ac doctrina, q̃ à S. Apoſtolis Eccleſię catholicę tradita eſt, & ab antiqs Pſib' & Eccleſię doctorib' in

interpre-

interpretandis ſcripturis ſemper ſeruata redarguit nuper exortum, vel potius iam olim extinctum, & non ita diu reuocatum genus interpretandi veterem ſcripturam κατὰ λέξιν quidem, vt illi putant, id eſt, ſecundum litteram, vt nunc loquimur, ſed non vt conſonet Euangelio; ac proinde non ſecundùm litteram interpretantur. littera enim veteris ſcripturæ non eſt ducenda littera ſcripturæ diuinæ, ſi neque ea conſonat Euangelio, nec Euangeliũ ei. Lex enim, ſicut Apoſtolus ait, ſpiritualis eſt. Sed quia adhuc ſuperſtites eſſe dicunt qui hoc ſtudiũ interpretãdi excitarunt, & in eos in Hiſpania inquiri audio, operæpretium eſt cognoſcere quis olim primus auctor huius generis interpretandi fuerit, & qua ſpecie deceptus, & quo illud tempore, & quo Pontifice primùm Eccleſia damnauerit. Hæc enim cognoſcere tum ijs qui adhuc in iudicio ſunt, tum ijs qui eorum iudicio præſunt, prodeſſe poterit; illis quidem vt eo magis ſe aberraſſe agnoſcant, quòd alios prius in eodem errore antiquis temporibus fuiſſe ab Eccleſia videant iudicatum; his verò vt facilius & maturius cauſſam & iudicium expediant; & vt intelligamus non eſſe interpretãdas prophetias de Chriſto, κατὰ ἱςορίαν, vel κατὰ λέξιν, id eſt, vnumquodque dictum prout dictum fuit, non autem prout euenit; vt Theodorus Mopſueſtiæ faciebat primus huiuſmodi interpretationis inuentor. Recitabo igitur quoſdam locos propheticos ab eo in commentarijs minorum Prophetarum & Pſalmorum ſpecioſè quidem, ſed falsò expoſitos. Vnde fiet manifeſtum quid ſit rectè interpretari κατὰ λέξιν ſecundùm apoſtolicam doctrinam; & quid non. Incipiam à Ioele: Et erit, inquit, in nouiſſimis diebus, effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ; & filij veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt. & paulò pòſt: Et dabo prodigia in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi; Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifeſtus. Hæc Theodorus Mopſueſtiæ, ſiue Antiochenus, interpretatur ſecundum hiſtoriam de rebus feliciter geſtis à populo Iſraelitico ſtatim poſt liberationem ex captiuitate Babylonica; cùm, vt ait idem Theodorus, Scythas eorumque imperatorem Og diuino auxilio freti vicerunt Iſraelitæ: Effundam ergo, inquit, de Spiritu meo; id eſt, proſpiciam illis abundè. Præterea etiam admiratione digna edam in cœlo & in terra, cædem hoſtium eorumque ſupplicium; & vaporem fumi, iram diuinam oſtendentem. Vertetur autem Sol in tenebras, & Luna in ſanguinem, ſecundum exiſtimationem quam habebunt ob magnitudinem malorum. Hæc autem euenient ante illum diem quo Deus hoſtes ipſos pœnis grauiſſimis afficiet, & omnibus ſæculis notiſſimis. ex quibus malis omnibus, qui nomine meo vocabuntur, liberationem conſequentur; qui ipſi in montem Sion & in Hieruſalem aſcendent; ſiquidem hæc promiſit Deus ijs omnibus qui reuocandi & reducendi ſunt. deinde ſubiungit, atque hæc idem eſt horum verborum ſententia πρόχειρος, id eſt, quæ in promptu eſt, ſenſum dicit ſecundum litteram. deinde ſubiungit: Petrus verò differens cum Iudæis in aduentu Spiritus ſancti, his vſus eſt meritò; ſiquidem Lex vmbram habebat futurorum bonorum; & populo illi tam accuratè proſpiciebat Deus propter expectationem eorum quæ in Chriſti aduentu extiterunt. Erant itaque quæ ad illos pertinebant parua omnia, & tanquam in vmbra facta, vt iam magnificentiora atque grandiora eſſent verba, quàm res ipſæ ſubiectæ; veritas verò rerum ipſarum dictis ipſis par & æqualis in Chriſti aduentu habuit exitum, perductaque eſt ad effectum; tunc enim omnia magna, & noua, & verè admirabilia fuerunt; & quæ maximè illa quidem quæ in lege geſta fuerunt, ſuperarunt. vt iam illa vetera vice ænigmatis, hæc verò in Chriſto veritas ipſa fuerint. Sic David dixit de populo, Non eſt derelicta anima eius in inferno; neque caro eius vidit corruptionem: quod quidem reipſa completum in populo intelligi non poteſt, ſed dixit metaphoricè hyperbolicè ſcilicet liberatum fuiſſe populum à periculo & interitu; res verò, & veritas eorum quæ dicta ſunt, in ipſo Chriſto extitit & demonſtrata eſt, quando nec anima eius in inferno remanſit, vtpote reuerſa ad corpus per reſurrectionem; neque corpus interitum vllum ſuſtinuit; immo non ſolùm non manſit vt erat cùm eſt affectus morte; ſed immortalis factus eſt, & ab omni interim alienus: vt iam illud in populo ænigma & vmbra fuerit, hoc verò in Chriſto veritas ipſa. Ad eundem modum vſus eſt his eiſdem verbis Petrus in Actis Apoſtolorum in aduentu Spiritus ſancti, tanquã dicta eſſent antea ratione quadã metaphoricè, id eſt, trãſlatè; nunc autem ad exitum ipſius rei & ad veritatem ipſam perducta ſint; vt maior nũc fides præſentibus adhiberi debeat, quàm illis ſuperioribus admiratio tunc adhibita fuerit. cùm multa ſint huiuſmodi ĩ ſacris libris, hoc eſt, de illorũ numero in quo Deus diſſerẽs cũ Iudæis p Prophetã, & colloquens vt ſolebat, pmittebat ſe illis abundè & largè prouiſurũ, ſicut expoſitũ eſt, quæ omnia vera, vt dixi, extiterunt in Chriſto; quoniã Sol verè obſcuratus eſt & Luna cum eo, & multa tum in cœlo tũ in terra facta ſunt prodigia; & ſanguis ſalutaris Chri Dñi noſtri effuſus eſt; & ignis ſpecies oſtenſa, quæ aduenientis Spiritus vim & energiam præ ſe ferebat. quẽ ignem anteceſſit vapor fumi, ad ſignificandum ſupplicium eorũ qui auſi fuerant Chriſtũ agere in crucẽ,

Tunc omnes facti ſunt participes gratiæ Spiritus ſancti communicatis multis varijſque chariſmatibus. alij enim prophetabant, alij miracula faciebant plurima ad faciendam fidem ijs quæ audierant, & ad conuincendos eos qui aliter de Chriſto ſentiebant. vt iam quæ per Prophetam dicta fuerant tráſlatè, & ſuperlatè, ſiue hyperbolicè, nunc adeò ſint in rem ipſam & exitú collata atque perducta, vt uerba ſint infra res ipſas. Horum ergo & aliorum huiuſmodi verborum, quęcunque de alijs rebus à Prophetis dicta, & ad œconomiam, id eſt, ad aduentum Chriſti Apoſtoli tranſtulerunt, & accommodarunt, hæc cauſſa & ratio meritò exiſtimari poteſt; ne hiſtoria rerum illarum ficta eſſe videatur, & vt rerum præſentiú magnitudo ex comparatione illarum magis appareat; ſimulq́ue oſtendatur illorum cum his noſtris affinitas; abeſſe tamen illa ab his tantum, quátum vmbra à corpore, quamuis ſimilis eſſe videatur. Hactenus Theodorus ad verbum à me tranſlatus. Specioſa quidem ſunt hæc, quæ primo aſpectu, probabilitate quadá nónullis ſuaderi poſſe facilè videantur; ſed fallunt tamen. Petrus enim interpretans prophetiam Ioelis eodem Spiritu quo eam Propheta ſcripſit, non affirmat dicta eſſe hæc de Iudęis illis in ænigmate, ſiue in vmbra & hyperbolicè, vt Theodorus iſte ait, ſed dicta eſſe ſecundùm hiſtoriam de ijs, quæ tunc fiebant, & ijs quæ paulo antè in paſſione facta fuerant. Nó enim dixit, Hoc eſt quod adumbratum, aut figuratum fuit per Prophetá; ſed, *Hoc eſt quod* dictum eſt per Prophetam: vt intelligamus ſecundùm litteram accipiendam eſſe prophetiam, de quo Petrus eam interpretatur. Itaque Spiritus ſanctus non tunc primùm per Petrú prophetiam Ioelis tranſtulit & accommodauit ad rem Chriſti, vt Theodorus vult, ſed ipſe Propheta de ea κατὰ λέξιν, id eſt, ſecundùm hiſtoriam prophetauit, intuens eam in ſpiritu. Similiter interpretatus eſt idem Petrus ſecundùm hiſtoriá rei in Euangelio geſtæ dictum eſſe de reſurrectione Chriſti, & non de populo illud, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Si igitur, vt Apoſtolica conſtitutio præcipit, ſic oportet Legem & Prophetas interpretari ſecundùm litteram, ſiue hiſtoriam, ut Euangelio conſonent, conſequens eſt, non licere ſic interpretari Legem & Prophetas, ut non ſecundùm litteram Euangelio conſonét; tunc autem conſonant, quando res Euangelij in ipſo Propheta vel Lege ſecundùm litteram continetur. Alius locus eſt Actuum xv. ex propheta Amos. Reſpondit Iacobus dicés: Viri fratres audite me, Simon narrauit quemadmodum primum Deus viſitauit ſumere ex gentibus populum nomini ſuo, & huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid quod decidit, & diruta eius reædificabo; & erigam illud, vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc. Hanc prophetiam interpretans idem Theodorus, *Hoc loco*, inquit, *reditum Babylone prædicit, quando Zorobabelem ex ſtirpe Dauid Regem habuere.* Deinde ſubiungit: *Iacobus verò in actis Apoſtolorum húc locum ad Dominum Chriſtum tranſtulit, in quo res eſt ad exitum verum perducta, quia ſcilicet regnum Dauid quod ceciderat, perfectam accepit; tunc, inquam, firmitatem cepit regnum ex ſucceſſione Dauid ſimilem diebus ſæculi, quod in perpetuitate quadam continuationis conſiſtit. Præterea, illud cognoſci Deum à reliquis hominum, & ab omnibus gentibus, tunc reipſa verum extitit. Vt iam verba dicta fuerint à Propheta, qui hactenus euentura in reditu ex Babylone prædicebat; ipſorum autem dictorum veritas firmiſſima, & nullo modo mutabilis in Chriſto apparuerit, vnde meritò Iacobus hoc teſtimonio vſus fuerit.* Hactenus Theodorus. Hanc quoque prophetiam malè ſuo more interpretatus eſt, quaſi non eſſet dicta ſecundùm litteram de Chriſto, ſed per tranſlationem quandam ab hiſtoria reditus populi Iſraelitici ex captiuitate, & inſtaurationis regni terreni Dauid à beato Iacobo ad Chriſtum, & eius regnum ſpirituale in terris accommodata; cùm apertè dixerit beatus Iacobus, Et huic concordant verba Prophetarum, ſignificans ſecundùm verba, &, vt loqui ſolemus, ſecundùm litteram, & non ſecundùm vmbram, ſiue figuram, aut ſimilitudinem de Chriſto prophetatum eſſe. Non enim dixit, Et huic concordant quæ dicta ſunt de Iudæis in ænigmate, ſiue in vmbra & figura futurorum atque hyperbolicè, ſed huic concordant verba Prophetarum. Hinc beatus Hieronymus in com. Amos, affirmat non licere aliter hunc interpretari, quàm interpretatus eſt beatus Iacobus. Theodoretus quoque cóṫetur dit, nullo modo de Zorobabele poſt reditum Babylone accipi poſſe; quia ſcilicet neceſſe eſt interpretari hanc prophetiam κατὰ λέξιν, id eſt ſecundùm verba, & vt conſonet Euangelio, ſicut beatus Iacobus nos docuit. Ad eundem modum interpretabatur iſte promiſſionem factam Abrahæ de benedictione omnium gentium in ſemine eius; & factam Dauid de perpetrando regno in ſtirpe eius. *Hæc, inquit ille, primo aſpectu & ſpecie quadam populum illum, in quo hæc futura erant, declarabant, re autem & veritate exitum habuerunt in Chriſto, & Chriſti rebus, in quo verè eſt gentibus benedictum, & cuius factum eſt perpetuum regnum, & ab omni mutatione liberum.* Sic ille. At Apoſtolus interpretans benedictionem Abrahæ factam in epiſt. ad Galatas, Abrahæ, inquit, dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius: non dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Ergo vt

prophetia illa de benedictione omnium gentium in ſemine Abrahæ conſonet Euangelio, & vt eam interpretemur κατὰ λέξιν, id eſt, ſecundùm literam, non de populo, qui erat ſemina, interpretari oportet, ſed de Chriſto vno & ſolo, qui erat ſemen Abrahæ. Similiter quod Dominus promiſit Dauid inquiens 2. Regum ſeptimo. Suſcitabo ſemen tuum poſt te quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius; ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum eius vſque in ſempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium; interpretatur idem Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos dictum eſſe de Chriſto, quare prophetia illa de regno Dauid ſtabiliendo vſque in ſempiternum, non conſonabit Euangelio, vt neceſſe eſt conſonare, ſi primo aſpectu, vt vult Theodorus iſte, de alio primùm, & non de Chriſto interpretemur; quod eſt ex theologia demonſtratiua, vt Dionyſius vocat; quæ, vt idem ait in epiſtola ad Titum, fidem facit; & veritatem aſtringit, facere theologiam ſymbolicam, quæ hanc vim non habet; vt idem Dionyſius affirmat. Iſta ergo, quæ hactenus dixi contra Theodorum, interpretanda eſſe primùm de Chriſto ſecundùm hiſtoriam, ſimilia fecit Theodorus illis, quæ Paulus ait in figura contigiſſe illis, quæque erant vmbræ futurorum, quæ ſic erant rebus ipſis futuris inferiora, vt vmbra corpore, imago veritate, corpus ſpiritu. Vt Ionas figura fuit Chriſti ſecundùm Euangelium: Sicut enim, inquit, fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; & ſerpens ille æneus figura item Chriſti ſecundùm Euangelium; & ſicut Moyſes, inquit, exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. præterea, ſemel ingredi ſolum Pontificem in ſecundùm tabernaculum non ſine ſanguine, & munera, & hoſtiæ Legis, & de cibis & potibus, & varijs baptiſmatibus, & iuſtitiis carnis, & de ſanguine hircorum ac vitulorum, & de cinere vitulæ aſperſis ad emundationem carnis, item tranſitus maris rubri; Moyſes, nubes, potus aquæ ex petra, & petra ipſa. item de proſtratis illis in deſerto, quæ Apoſtolus ait in figura noſtri contigiſſe illis: Hæc, inquam, quæ Euangelium & Apoſtolus teſtantur, figuras fuiſſe rerum futurarum; de ipſis illis rebus, quæ vmbræ & figuræ erant, ſecundùm litteram accipienda & interpretanda ſunt; ſecundùm verò ſpiritum de illis futuris, quorum vmbræ & figuræ erant. Quare nimium à via rectè interpretandi ſcripturam aberraret, qui ea quæ ſecundùm verba, ſiue ſecundùm litteram de figuris & vmbris dicta ſunt, de ipſis rebus adumbratis ſecùndùm litteram interpretaretur. vt quæ de duobus filijs Abrahæ, altero ex libera, altero ex ancilla natis ſcripta ſunt, qui ſecundùm litteram de duobus teſtamentis figuratis interpretaretur, & non de illis ipſis, quæ in figura contigerunt; ſanè quidem iſte Paulo Apoſtolo contradiceret, qui non ſecundùm hiſtoriam, ſed per allegoriam in Epiſt. ad Galatas de duobus teſtamentis accipienda eſſe docuit. Pari igitur errore labitur, qui quæ ſcriptura noui Teſtamenti teſtatur dicta eſſe ſecundùm litteram de Chriſto, non de Chriſto primùm, ſed primo aſpectu de alio tanquam in figura interpretaretur, ut iſte Theodorus facit in iſtis locis propheticis, quos hactenus in eius commentarijs obſeruauimus, & qui deinceps obſeruabuntur. vt in Michæa propheta, quod ſecundùm Euangeliũ Matthæi de Chriſto ſecundùm hiſtoriam, ortus eius in Bethlehem Iudæ ſcriptum eſt à propheta, de Zorobabele cum Iudæis huius ætatis interpretatur Theodorus: Et tu Bethlehẽ terra Iuda nequaquam minima es, &c. Rex, inquit, veſter ex Bethlehem, quamuis pauci eſſe uideamini cum hoſtibus comparati, tamen meo fauore & auxilio fretus, maximè quidem ſufficiet tanto bello gerendo, & tantæ multitudini ac robori hoſtium ſuperando, quãdoquidem iam olim huius regis electio conſtituta & decreta eſt ex eo tempore, quo Deus promiſit Dauid ſeruaturum ſe regnum ſtirpi eius. Ab illa ergo promiſſione profectus hic rex ſufficiet tantis ærumnis ferendis, ſignificat autem Zorobabelem, is enim erat futurus rex Iſraelitarum ex genere Dauid ortus, quo tempore eſſet futurus reditus ex captiuitate Babylonica, & uenturus exercitus Scythicus contra Hieruſalem. deinde ſubiungit: Illud tamen conſtat, quòd quamuis hæc in Zorobabelem quadrent, & de eo dicta ſint tanquam ex ſtirpe Dauid orto, tamen ipſorum dictorum ſumma & ultima ueritas ad exitum, atque effectum plenum perducta eſt in Chriſto Domino noſtro; ſiquidem omnis promiſſio facta Dauid de regno generi eius ſeruando κατὰ πρῶτον λόγον, pro quo aliàs dicere ſolet τῇ λέξει, id eſt, primo ſermone, & primo aſpectu in reges ex genere Dauid ortos, conuenit; re autem & ueritate Dominum noſtrum Chriſtum, declarat, qui & ipſe ex ſtirpe Dauid, quatenus homo erat, profectus, regnum habet omnium & verum & ſtabile, quod mutari non poteſt, quod ipſum ex octuageſimo octauo Pſalmo ita eſſe perſpici poteſt, ubi ſignificat promiſſiones regni competere profecturis ex genere Dauid ſecundùm ſucceſſionem, de quibus ait, Si reliquerint filij eius legem meam, & in iud. ciis meis non ambulauerint, & iuſtificationes meas profanauerint, & præcepta mea non cuſtodierint, uiſitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus iniquitates eorum; miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis. Deinde ſubiungit Theodorus, Perſpicuum eſt autem congruere hęc poſteris Dauid, eiſdémque regibus futuris Iſrael, quos promittit ſupplicijs quidem ſe affecturum, ſi peccauerint, non tamen omnino regno ſpoliaturum. Progrediens autem declarat Chriſtum, in quo omnium promiſſionum neram, ἔκβασιν, id eſt, uerum exitum, ſiue uerum euentum oſtendit Deus;

ſequitur enim, Ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius; & thronum eius vt dies ſæculi, & ſemen eius in ſæculum manebit; & thronus eius tanquam Sol coram me, & tanquam Luna perfecta in ſæculum. Quæ verba, inquit, manifeſtum eſt in nullo quidem alio ex ſucceſſoribus Dauid habitura eſſe locum; apertè verò Chriſti regnum perpetuum & ſtabile declarare cum omni potentia & ſplēdore in omne reliquum tempus duraturum. Deinde ſubiungit: Sic hoc præſens Michææ teſtimonium perſpici poteſt cōuenire quidem re ipſa & veritate, quæ refelli non poſſit, in Chriſtū ſecundum auctoritatem ipſius Euangelij; dictumq; eſſe etiam de Regibus Iſrael ex genere Dauid ortis ſecundum promiſſionem diuinā. Vnde nunc Propheta de Zorobabele accepit. Quia enim de bello Scythico atque exercitu Gog, deque pœnis inflictis illi à Deo poſt reditum Babylone meminerat, conuenienter meminit eius, qui ſecundum promiſſionem diuinam ex ſucceſſoribus Dauid regnum tunc tenebat, & moderabatur, vt oſtēderet quæ is ipſe præclarè cōtra exercitum fecit, facere illa quidem potuiſſe propter promiſſionem factam Dauid, vnde dixit, Egreſſus eius à principio ex diebus ſæculi; quod perinde eſt atque diceret, quæ iam olim à principio dicta promiſſaque ſunt, illa hunc Zorobabelem ad capeſſendum regnum adduxerunt, feceruntq; vt talia atq; tanta facere poſſet, &c. Hæc Theodorus; quæ ideo non pœnitet ad verbum à me cōuerſa recitare omnia, quod ita ſint ad decipiendum apta, vt niſi quis aduertat probè, non ſit mirū ſi in errorem eundem adducatur. Non enim licet dicere eſſe quidem hanc prophetiam dictā de alio κατὰ λέξιν, habuiſſe verò plenum exitū rei, & euentum perfectæ & abſolutæ veritatis in Chriſto; ſed neceſſe eſt dicere, vidiſſe Prophetam in ſpiritu Chriſtum, dum dixit, Ecce rex tuus, vt Apoſtolica doctrina teſtatur lib. 5. Clem. c. 19. & nō eſſe dictam de vllo alio, quia habemus teſtimonium Euangelij dictam eſſe ſecundum hiſtoriam de Chriſto. quare Euangelio cōſonare non poteſt prophetia iſta, ſi eā κατὰ πρῶτον λόγον, vt iſte ait, de alio quàm de Chriſto accipiamus. Sed excutiamus teſtimonium Euangelij: Cùm natus, inquit, eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, & paulo pòſt, Et congregans omnes principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. at illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudę; ſic enim ſcriptū eſt per Prophetam, &c. Quęro quam fidem faceret teſtimonium Michęæ prophetę de Chriſto in Bethlehem Iudæ nato, ſi de alio ſecundū verba dicta eſſet prophetia, & de Chriſto non ſecundum verba, ſed ſecundum euentum & exitum rei? quis vnquam ſic producit teſtem, vt in re ad quam probandam producitur, nō ſit ei credēdum ex ipſo dicto, ſed ex euētu & exitu rei? aut quis teſtis erit fide dignus, ſi rogatus de vno, de altero reſpōdeat? talē facit Michæā Theodorus iſte, ſi fingamus Herodē non principes Sacerdotū, & Scribas populi interrogaſſe vbi Chriſtus naſceretur, ſed Prophetas ipſos. reſpōdiſſet autē vnus ex eis Michæas ſecundum hiſtoriam nō de Chriſto, de quo Herodes interrogabat, ſed de Zorobabele, quo nihil deſitius. At cùm propheta Aggæus de Zorobabele tanquam typo Chriſti prophetat, Zorobabelem vocat nominatim, Et aſſumam, inquit, te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus, dicit Dominus; & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituū. In quo loco Cyrillus, Magis, inquit, conuenit hic ſermo Chriſto in typo Zorobabelis expreſſo, ex tribu Iuda, duci redemptorū ex captiuitate, præſidi ædificantiū domū Dñi, formam ſerui induto, ſigillo Patris, in cuius propria pulchritudine natura genitoris reſplēdet; in quo & nos ſignat Deus in ſimilitudinem ſuā; ſiquidem in Chriſtum formati imaginem Dei acquirimus. Hactenus Cyrillus in cōmentarijs Prophetæ huius. Eodē modo interpretatus eſt prophetiā Malachiæ, qui eſt vltimus Prophetarū minorum, cùm ait: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuā, &c. Quandoquidem, inquit Theodorus, hæc dicitis, & à me requiritis iuſtitiæ curam, & ſtudium in ſupplicijs irrogandis, mittā quidem Angelum meæ voluntatis miniſtrum: illud enim, Præparabit viā tuā ante faciem meā, perinde eſt vt ſi diceret, Studium adhibebit tanquam quidā præcurſor, vt efficiantur quæ mihi viſa ſunt: adero autem derepente in eo ſcilicet oſtēdēs me ipſum factis ipſis in templo; quoniā in omnibus effectis ex ipſius Dei præſcripto & mandato effectio quidem Dei intelligitur miniſtratio verò angelorum per quos iubet illa effici. Sic mānalibus dicitur Angelorum tanquam miniſtrorum. Et paulò pòſt: Quod verò, inquit, dicta quoq; ſint hæc de aduentu Ioannis Baptiſtæ, nō eſt mirandum; ſiquidē tunc ipſa rei veritas extitit, cùm Ioannes adfuit præcurſor, & adminiſter eorum quæ antea definita decretaque fuerant; & ſimul adfuit is, cui teſtimoniū Ioānes perhibebat Dñs Ieſus. Hactenus Theodorus, qui prophetiam Malachię more ſuo auſus eſt interpretari contra auctoritatē Chriſti, qui in Euangelio Matthæi tribuēs teſtimoniū Ioanni, ſed quid, inquit, exiſtis videre? prophetam? etiā dico vobis, & plus quàm prophetā. hic eſt enim de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto Angelum meum, &c. Angelum dicit Ioannem Baptiſtam, non ſolùm propter officium præcurſoris, ſed propter ſingularem vitæ abſtinentiam, de quo Dñs dixit, Venit Ioannes neque manducans neque bibens. hęc eſt huius prophetiæ interpretatio κατὰ λέξιν, & cum Euangelio conſonans. illa verò Theodori non eſt κατὰ λέξιν, id eſt, ſecundum verbum, quia verbum Angeli nō eſt interpretatus, vt dictū eſt; ſiquidē non eſt dictū hic propriè pro perſona naturæ ſpiritualis, ſed tranſlatè pro homine vitæ angelicę Ioanne cōuenienter quam

gelio.

gelio. Vtiam interpretari omnia κατὰ λέξιν, quod Apoſt. cõſtitutio præcipit, ſit vnũquodq; dictum ſecundum dictionem, prout dictũ eſt, interpretari, & vt ſcriptura vetus cõſonet cũ noua, & noua cum vetere. Si dictum eſt verbũ propriè, interpretari propriè; ſi dictum metaphoricè, interpretari metaphoricè; quæ verò per allegoriam dicta ſunt, hæc non κατὰ λέξιν, ſed ſecundum ſpiritum interpretamur. Simili errore interpretatur Theodorus iſte illã Zachariæ prophetiam: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam & pullũ filiũ ſubiugalis, quã Euãgeliſta Matthæus de Chriſto dictam eſſe teſtatur, cùm ſic, vt ipſe narrat, & Propheta prædixit, in ſanctam ciuitatem in die Palmarum ingreſſus eſt. Theodorus verò de Zorobabele ex captiuitate Babylonica redeunte; & ſubiungit poſt interpretationem: Ego verò miror eos, qui ad ſententias ineptas ſe vertunt; ita vt partim ea de Zorobabele, partim de Chriſto accipiant, ac rurſus ad Zorobabelem redeant, deinde ad Chriſtũ, quod nihil eſt quàm prophetiã Chriſto & Zorobabeli diuidere, quod eſt ſummæ ſtultitiæ. Vera autem ſententia illa eſt quam ſuprà meminiſſe dixiſſe, nempe q lex vmbram quandã continebat eorum omnium quæ ad Chriſtũ pertinebant. Multa igitur eorũ quæ admirabiliter, & præter omniũ opinionem, ſiue in populo, ſiue in viris ad res aliquas gerendas electis facta ſunt, ſcriptura narrat hyperbolicè, verbis ipſis primo aſpectu veritate carẽtibus in ipſis illis rebus, in quibus exponendis poſita ſunt: at nunc deprehenduntur eſſe vera, cùm cõparantur cũ ipſo Chriſto, ad eumq; referuntur; qui cùm in omnibus vmbram legis ceſſare fecerit, veritatemq; introduxerit, meritò huiuſmodi etiam verborum veritatem declarauit. Hactenus Theodorus. Hoc loco patefecit vnde duxerit errorẽ iſtum ſiu interpretandi prophetias de Chriſto dictas, q æſtimabat abſurdum eſſe nõ continuare hiſtorias, dum rationes, vtilitates, & occaſiones variandi prophetias non conſiderabat, quas Eccleſiaſtici interpretes cõſiderare & obſeruare ſolent; vt cum Malach. c. 3. quia dicebant illi, Vbi eſt Deus iuſtitiæ? hac occaſione, inquit Cyrill. aduentum eius qui factus eſt noſtra iuſtitia, prædicit Propheta, inquiens: Ecce ego mitto angelũ meũ; & quæ ſequuntur. Ad eundẽ modũ interpretabatur Theodorus iſte Pſalm. 21. Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Sic enim ait; Pſalmus ex perſona Dauid dictus, quãdo perſequebatur eũ Abſalon, cùm permiſit Deus vt in eiuſmodi tentationẽ incideret, propter peccatum Berſabe: Similitudinem verò rerũ maximè habuit eum in paſſione Chriſti: vnde factum eſt, vt nonnulli æſtimarẽt dictũ eſſe Pſalmum ex perſona Chriſti. Verùm particulares ſimilitudines non totũ argumentũ Pſalmi euertunt; fieri enim poteſt vt & hiſtoria ſeruetur, & ſimilitudo contingat, nec alterum altero tollitur. Et paulò poſt, explicans illum verſum, Sperauit in Dño, eripiat eum, ſaluũ faciat eum, quoniam vult eum: Hæc, inquit, verba conuenerunt Dño; &, vt dixi, nihil prohibet & argumentum Pſalmi ſeruari, & ſimilitudines magis propriè exitum habuiſſe in Dño. Similis error eſt cõmentarijs eiuſdẽ Theod. Pſal. 15. Conſerua me Dñe, &c. ſic enim ait, Pſalmus dictus ex perſona populi ad agendas gratias pro liberatione ab allophylis circumhabitantibus Moabitis, Ammanitis, Amalecitis, Iſmaelitis, ac paulò poſt interpretans illum verſum, Quoniam non derelinquens animam in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem. In actis, inquit, Apoſtolorum hæc verba beatus Petrus de Domino accepit; non tamen lædens hiſtoriam ſic accepit; ſed quia magis quadrarent in Dominum Ieſum, quàm in eos de quibus dicta erant. Siquidem euentus rerum magis propriè demonſtrabat veritatem horum verborum in Domino, quàm in ijs ſcilicet Iſraelitis qui breui quidem vixerunt, poſtea verò mortui ſunt. Nihil igitur, inquit, prohibet, & hiſtoriam ſeruari, & hæc verba de Domino accipi. Hæc eadem ſcripſit idem Theodorus in commentarijs Ioelis, vt anteà dixi. immo & in comment. Zachariæ. c. 9. Sic iſte Theodorus putabat ſe ſcripturam κατὰ λέξιν, vt Apoſtolica doctrina præcepit, interpretari; ſed non ita eſt. non enim licet huiuſmodi prophetias de Chriſto, vbi Apoſtolos & Euangeliſtas habemus interpretes, ad Chriſtum ex euentu rerum ac per ſimilitudinẽ accomodare, ſed προηγουμένως ex propoſito. Spiritus ſancti, ac ſecundum præcognitionem ſanctis Prophetis reuelatam, & per Euangelium & Apoſtolos nobis traditam & expoſitam. & qui ſic interpretatur, vt Euangelio conſonet prophetias κατὰ λέξιν, id eſt, ſecundum litteram ad regulam Apoſtolicæ doctrinæ & conſtitutionis interpretatur. Hoc igitur genus interpretandi prophetias de Chriſto vnum fuit ex xx. capitibus Theodori Mopſueſtiæ miſſis à catholicis Epiſcopis per Benignum epiſcopum ad Vigilium Pontificem, & ab eo damnatis in ſynodo Romana, in qua ſubſcripſerunt Epiſcopi xx. extat deſcriptio & condemnatio horum capitulorum à Vigilio Pont. facta in variarum epiſtolarum veterum Põtificum codice illuſtriſſimi & reuerendiſſimi D. Antonij Aug. archiepiſcopi Tarracun. quẽ ille iam pridem cùm Romæ eſſet, à bibliotheca Vaticana, ſi rectè memini, deſcripſit. Itaque in 2. capite recitato: Theodori Mopſueſtiæ interpretatione illius loci prophetici. Non derelinquens animam meam in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem, ſubiungit Pont. Vigilius, in ſupradicto capite hoc videtur dicere, prophetiam, q ex perſona Chriſti loquens ait, Non derelinquens animam meã in inferno, non de ipſo Chriſto prædictam fuiſſe, ſed de populo Iſraelitico, hoc autem verum euentum ex ipſis rebus accepiſſe in Domino, &c.

ideò

ideò beatum Petrum ad Chriſtum hanc prophetiam per euentum aptare voluiſſe, qui hęc ita ſapit, docet, credit, prædicat, anathema ſit. Ruſus cap. 23. in ſupradicto, inquit, capite exponendo quædam verba Pſalm. 21. quibus dicitur, Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, &c. negatur Ieſu Chriſto Domino noſtro conuenire, ſed quod Dauid propter quædam mala quæ perpeſſus eſt, de ſe dixerit, Euangeliſtam ex euentu ad Chriſtum traxiſſe, quia non poterat, inquit Theodorus, Dominus Chriſtus, qui peccatum non fecit, dicere longe à ſalute mea verba delictorum meorum, & ideo, qui hæc ſapit, docet, credit, & prædicat, & non ea in quibus delictorum meminit, ad corpus ipſius, quod eſt Eccleſia, quæ in hoc mundo ſine delicto eſſe non poteſt, intelligit pertinere; illa autem de diuiſione veſtimentorum nõ ſpecialiter de ipſo capite, id eſt, Domino Deo noſtro Ieſu Chriſto prædicta, & in ipſo credit eſſe completa, anathema ſit. & 24. capite recitat Theodori interpretationem illorum verborum, Foderunt manus meas, & pedes meos, &c. Omnia, inquit, perſcrutabantur, & quæ agebam, & quæ conabar. nam foderunt ex tranſlatione dixit eorum, qui perfoſſione ſcrutari ſolent, quæ in profundo ſunt; dinumerauerunt omnia oſſa mea totius meæ fortitudinis, & totius meæ ſubſtantiæ detentores facti ſunt, & etiam numero mea ſubiecerunt. Iſtud autem ex conſuetudine quam hoſtes habent, dixit, qui quando obtinuerunt, numero etiam ſubtilem notitiam inuentorũ faciunt. Idcirco dicens, Dinumerauerunt, & conſpexerunt me, conſequenter intulit, Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. Conſiderantes enim me ait, & conſpicientes quòd omnia eis euenerunt in me deſiderata conſpicere, ita vt apud nos dicitur, vidit eum, quæ volebat pati, tanquam me omnino malis dedito, ſicut hoſtes poſt meam vaſtationem & captiuitatem diuiſerunt ſorte. Et Euangeliſta quidem in Domino verba ex rebus aſſumens, eis vſus eſt, ſicut & in alijs diximus. Beatus verò Dauid hyperbolicè iſta magis ex ijs, quæ ab Abſalon facta ſunt, dixit. quoniam dum receſſiſſet Dauid, iore belli metropolim ingreſſus, omnes quidem obtinuit res regales, nõ piguit autem eum etiam patris cubile inquirere. Deinde ſubiungit Pontifex cum Synodo, in ſupraſcripto 24. capite aſſeritur verba illa non de Chriſto eſſe prædicta, ſed Dauid hæc de ſe dixiſſe propter tyrannidem Abſalonis, qui regiam vrbem ſubſtantiamque peruaſerat, & in terra omnia dinumerauerat patris; ſed Euangeliſtã hæc ex euentu ad Chriſti traxiſſe perſonam. Qui igit hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit. Poſtremo notans interpretationem illorum verborum, Dederunt in eſcam meam fel, hoc quoque, inquit, de Dauid dicto propter nimiam eius triſtitiam, & iracundiam aiebat vſum fuiſſe Euangeliſtam ex euentu in Domino; qui hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, anathema ſit. Hactenus de falſis ſcripturæ interpretationibus Theodori Mopſueſtiæ hæretici, & de condemnatione earum à ſynodo Romana Vigilio Pontifice decreta, quæ ad intelligendum melius & vtilius locum Apoſtolicæ doctrinæ de interpretanda ſcriptura κατὰ λέξιν non mediocriter appoſita & accõmodata ſunt. De Theodoro autem Mopſueſtiæ ſic ſcripſit Leontius monachus tẽporibus Iuſtiniani Imperatoris 18. annos natum cœpiſſe ſcribere παρηγορίας, καὶ παρεξηγήσεις, id eſt, deliras & prauas interpretationes in ſacram ſcripturam; Iob è numero ſacrorum librorum eieciſſe, & epiſtolam Iacobi, immò omnes Catholicas; item librum Cant. ab omnibus ſemper receptum & probatum repudiaſſe, & impudicè atq; amatoriè interpretatum eſſe; deleuiſſe præterea omnes Pſalmorum inſcriptiones, & pſalmos omnes Iudaicè de Zorobabele & Ezechia expoſuiſſe, exceptis tribus, quos ſolos de Domino interpretabatur. Scripſit etiam negaſſe duos libros Paralip. & Eſdram. eius errores enumerat idẽ Leontius, & eos de ſcriptis eiuſdem varijs recitat, quos ego conſulto prætermiſi, ne aures lectoris inficerem. Ait præterea idem auctor ſcripta huius Theodori in linguam Chaldaicam & Armeniacam fuiſſe tranſlata. propoſitum erat mihi nihil amplius hîc addere: ſed, quia legi, poſtquam hæc ſcripſeram, argumẽta quædam etſi leuiſſima, quibus vſi, vel potius decepti quidam hoc tempore genus illud Mopſueſtienſis, & Iudaicæ interpretationis reuocaſſe feruntur, quia non omniũ eſt ſcientia, ſicut Apoſtolus ait, non erit alienum ad præcauendum incautis, admonere hîc de obſeruatione loci epiſtolæ beati Petri, qui vel ſolus iſtorum fallacem interpretationem planè conuellit & euertit, cùm tradunt nunquàm Prophetas de Chriſto ſecundùm hiſtoriam prophetare, ſed aut de Zorobabele figura Chriſti, aut de Dauid, aut de alio quopiam; id eſt, nunquam informatam fuiſſe diuinitus mentẽ Prophetarum viſione Chriſti ad prophetandum de eo, ſed viſione figuræ Chriſti, vt Zorobabelis, aut cuiuſpiam alterius, quos beatus Petrus planè redarguit, cùm ait, De qua ſalute exquiſierunt & ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti prænuncians eis, quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias, quibus reuelatum eſt, quia non ſibi ipſis, ſed vobis miniſtrabant ea, quæ nunc nunciata ſunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis Spiritu ſancto miſſo de cœlo. Multa licet hîc obſeruare, quæ litterales, ſiue hiſtoricos iſtos interpretes Prophetarum de mendacio conuincunt. Primum, quod ea quę nobis nunciata ſunt, & prędicata per ſanctos Apoſtolos, hæc fuerunt releuata ſanctis Prophetis; id eſt, hæc viderunt in ſpiritu; & eorum cognitio clara mentibus Prophetarum

phetarũ diuinitùs informata fuit. Hæc enim eſt quæ in ſcriptura dicitur ἀποκάλυψις, id eſt, reuelatio. Secundum verò iſtos nũquam Prophetæ habuerunt reuelationem de Chriſto & myſterijs & eius, in quibus ſalus noſtra conſiſtit, & beato Petro contradicunt, qui affirmat reuelationem habuiſſe, ſiquidem nũquam de eo ſecundùm hiſtoriam prophetauerunt: aut ſi habuerunt reuelationem, & non prophetarunt de Chriſto ſecundùm hiſtoriam, ſiue literam, fruſtra nobis, id eſt, ad nullũ vſum noſtrum talem reuelationem habuerunt. Deinde ſi nunquam ſecundùm hiſtoriam de noſtra ſalute, vt ait beatus Petrus, id eſt, de Chriſto, qui eſt noſtra ſalus, prophetabant, quorſum attinebat de ea ſalute exquirere & ſcrutari? de quo enim exquirebant & ſcrutabantur, de eo ſtudium eis erat per gratiam Dei prophetare. Quis enim ſanę mẽtis dicat de alio ſecundùm hiſtoriam prophetaſſe, & de alio exquiſiſſe & ſerutatos eſſe? Sit exemplum Daniel vir deſideriorum, qui poſt ieiunium trium hebdomadarum, poſt aſſiduas & vehementes preces, pro liberatione populi Iſrael ex ſeruitute Babylonica adhibitas meruit doceri per Angelum de vera liberatione per Chriſtum, quando, & qualis, & quomodo futura. Ego, inquit, veni vt docerem te, & intelligeres. Tu autem aduerte ſermonem, & intellige viſionem. Quomodo diceret Angelus, Aduerte ſermonem, ſi nõ erat prophetia iſta intelligenda ſecundùm ſermonẽ, id eſt, ſecundùm voces propriè vel trãſlatè Chriſtum, & myſteria eius ſignificantes? alioqui potius dicendum erat, Aduerte figuram, ſi voces res, quæ eſſent figuræ Chriſti, vt iſti volunt, & myſteriorum eius, & non ipſum Chriſtum, & eius myſteria ſignificaſſent. Sed videamus quæ ſequuntur. 70. inquit, hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & vrbem ſanctam tuã, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducat iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorũ, hic eſt Chriſtus, qui per Eſ. dixit, Spiritus Domini ſuper me, cuius cauſa vnxit me Dominus. & beatus Petrus, Ieſum à Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute. Dicunt igitur iſti, Quomodo impletur viſio & prophetia in nouo Teſtamẽto, ſi res noui Teſtamẽti, id eſt, Chriſtum, & quę Chriſti ſunt, non viderunt Prophetæ, vt de eis ſecundùm voces, quę illa ſignificarent, hiſtoricè prophetarẽt, vel propheticè narrarẽt? Quomodo impleta eſt viſio & prophetia, niſi quatenus fecit & paſſus eſt Chriſtus omnia, quæ Prophetæ facturum eum & paſſurũ eſſe propheticè narrarunt? Vt cùm Dñs dixit in euãg. Lucę, recitato loco Eſaiæ, Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris, apertè docuit de ſe ſecũdùm hiſtoriam, id eſt, ſecũdùm voces propriè, aut trãſlatè Chriſtum, & opera eius ſignificantes prophetaſſe Eſaiam, cùm dixit, Spiritus Dñi ſuper me, propter quod vnxit me; euangelizarę pauperibus miſit me; ſanare contritos corde; prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum; dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Dñi acceptum, & diem retributionis. Sed redeo ad locum Danieli, quomodo in nouo Teſtamento impleta eſt prophetia de Chriſto, ſi nõ impleta eſt viſio? vtrumq; enim coniunctum eſt; nec alterum ab altero ſeparari poteſt; Prophetæ enim videntes dicebãtur: viſio autem prophetica quomodo impleta eſt in Chriſto, ſi Chriſtũ Prophetæ non viderunt, vt de eo ſecundùm ſermonem ſuum prophetarent? aut quomodo poterat eis dici quod dixit Angelus Danieli, Aduerte ſermonem? Poſtremo, vt finiam, niſi Eſaias de aduentu Chriſti ſecundùm hiſtoriã prophetaſſet, vt cùm dixit, Inuẽtus ſum à non quærentibus me; palàm apparui eis, qui me non interrogabant, quorſum Apoſtolus diceret, Eſaias autẽ audet, & dicit, Inuẽtus ſum, &c. quod iſtud facin⁹ audax & periculoſum erat, ſi ſecũdùm hiſtoriam de alia perſona prophetabat, quæ eſſet figura Chriſti? quotus enim quiſque illud intelligeret? at in literalẽ ſenſum illis vocibus partim proprij, partim trãſlatis ſubiectum omnes, qui audiebãt, penetrare poterant. Vnde beatus Chryſoſtomus in homilia de vtilitate obſcuritatis prophetiarũ de Chriſto; Quia, inquit, videbat Paulus aliquantum apertè noſtra bona per Chriſtum, ſcilicet afferenda, & futura Iudæorum mala Eſaiam prophetaſſe, admirans periculoſam eius audaciã, dixit: Eſaias autem audet, & dicit, Inuentus ſum à nõ quærentibus me, & quæ in cap. LXV. ſequuntur. Sed de his hactenus.

Cap. XIII. pag. 70.

Pœnitentem verò caſtigando recipe, memor Domini.) Hunc locum paulo pòſt magis declarat, cùm præcipit Apoſtolica doctrina nõ recipere pœnitentem, niſi indicto ieiunio plurium, aut paucorum dierum proportione peccatorum ad ſatisfaciendum pro eis, quæ dici ſolet iniunctio pœnitentiæ. Huiuſmodi verò pœnitentiæ vim vis ipſius verbi, quo doctrina vſa eſt, declarat; eſt enim σύφειν, ſtringere & obthurare, quod quidem facit pœnitentia pro peccatis iniuncta, ne ſcilicet is cui impoſita eſt, diſſolutè deinceps viuat, ſed potius metu ſupplicij quaſi aſtrictus ad obedientiam mandatorum, & quaſi obthuratus, ne effluant monita & mandata; ſicut Apoſtolus ait in epiſtola ad Hebræos: Quapropter abũdantius oportet obſeruare ea, quę audiuimus, ne fortè perfluamus: & ſubiugit ſtatim de ſupplicio, quod vim habet τοῦ σύφειν, id eſt, obthurandi ad non perfluendum. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus? Simili verbo ſolet uti aliàs in eadem re Apoſtolica doctrina, quod eſt σίβειν, id eſt, comprimere.

Cap.

Cap. XIIII. pag. 70.

Neque obſtent tibi qui inhumanè aiunt, non oportere talium conuictu inquinari.) Hic quoq; admonitus ſum, futuros eſſe fortaſſe, qui ſuſpicarentur ſcripta eſſe hæc in Nouatianos inhumanos, qui pœnitentiam lapſis negabant: quod quidem ſi concedatur, conſequens eſſe aiebant ut non ſint hi libri Clementis. At non neceſſe eſt hoc ſuſpicari. Si enim Nouatus quia malè intellexit quod Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos ſcripſit, Impoſſibile eſſe eos qui ſemel illuminati ſunt, (id eſt baptizati) & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam, in errorem illum ſuum inhumanum ac crudelem incidit, quid mirum ſi tēpore Apoſtolorū alij etiam eodem modo perperam locum illū intelligebant & interpretabantur? Immo ante ſua tempora, id eſt, ante tempora Nouati ſcribit beatus Cyprianus lib. 4. epiſtolarū epiſt. 3. quoſdam Epiſcopos Africanos idem ſenſiſſe contra mœchos, quos ad pœnitentiam nō recipiebant. Sed obſeruandus eſt totus hic locus, ut de hoc quoque breuiter admoneam, ad probandum auctoritate huius doctrinæ Apoſtolicæ eſſe eccleſiam communem ex iuſtis & peccatoribus conſtantem, quodque hi illos nō inquinent neque lædant, immo ſicut Apoſtolus præcipit uiro fideli, ne uxorem infidelem dimittat ſecum habitare uolentē: Vnde enim, inquit, ſcis uir, ſi mulierē infidelē ſaluam facies? Sic eccleſia ſecundum carnē ambulātiū, quandiu obedientiā eccleſiæ ſanctę nō abiicit, manet in ſocietate & coniunctione qualicunque eorum, qui ambulant ſecundum ſpiritum, qui ſunt eccleſia ſpiritualis, ut eorum conuictu & ſocietate ſanctificentur, & lucrifiant.

Cap. XVIII. pag. 72.

Alleua in remiſſione.) Dubitarit fortaſſe qui leget hæc, quid ſit Leuare, ſiue Alleuare in remiſſione, quod ad Epiſcopos & Presbyteros pertinet, qui alijs præſunt: de utriſque enim ait apoſtolica doctrina in hoc eodem libro: (& uos paſtores cum diaconis) nomine paſtorum Epiſcopos & presbyteros cōplexus. Alleuare igitur in remiſſione, eſt, leuare alios onere peccatorum, remittendo eis; quod quidem ad eos, quos dixi, ſpectat: eſt, inquam, remittere peccata ſecundum legem Domini de poteſtate remittendi peccata illis tributa, ſicut ſcriptum eſt: Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis; & quæ ſequuntur. Qui autem ſic exonerantur, leues fiunt, qui dicunt Græcè ἐλαφροί: & leuem facere exonerando, dicitur ἐλαφρύνειν. Hæc autem ita eſſe docuit Apoſtolus in epiſtola ad Galatas cap. v. cùm præcipiens eis, qui ſpiritualia adminiſtrant, uerbū ſcilicet & ſacramenta, unde Græcè uulgò πνευματικοί, id eſt, ſpirituales uocātur, ut apud nos, patres ſpirituales: Alter, inquit, alterius onera portate, id eſt, auferte: hoc enim ſignificare in eo loco βαστάζειν, id eſt, τὸ ἀφαιρεῖν, id eſt, ad auferenda onera peccatorum pertinere, notauit (ne ſine auctore loquar) Magnus Baſilius in regulis breuioribus cap. 78. quod ſe ait ex conſuetudine ſermonis patrij didiciſſe: idem notauit cap. 177. interpretans in eandem ſententiam illud in epiſt. ad Rom. cap. 15. Debemus infirmitates infirmorum portare nos qui potentes ſumus. uocat autem potentes, quibus talem ac tantam poteſtatem dedit Dominus, ut poſſent in terra remittere ſecundum legem Dei peccata pœnitentibus: propter hanc enim poteſtatem uocat Clemens libro 2. cap. 26. epiſcopos δυνάστας, infirmitates infirmorū portare, eſt auferre peccata, remittendo ea pœnitentibus: infirmitates enim ſunt, & uocantur peccata, ut tradit Dionyſius Areopagita in libro De diuinis nominibus cap. 4. Sic etiam uocat ſcriptura Eſaiæ, cùm ait, prophetās de Chriſto, Qui abſtulit peccata: ipſe infirmitates noſtras portauit, id eſt, abſtulit, ſicut de eo dixit Ioannes Baptiſta, interpretans Prophetam: Ecce qui tollit peccata mundi. Sed redeo ad locum Apoſtoli ex Epiſtola ad Galatas; ſubiungit enim, & ſic adimplebitis legem Dei; legem dicit de remittendis peccatis eis qui per pœnitētiam digni ſunt remiſſione. Cur uerò dixerit (ut hoc quoque obiter explanemus) Alter alterius onera portate, id eſt, auferte, cùm de patribus ſpiritualibus, ut dixi, loquatur, eadem quæſtio eſt in Epiſtola Iacobi, cùm loquens de presbyteris ad ægrotos pœnitentes uocandis & introducendis, Confitemini, inquit, alterutrum peccata veſtra) ſiue alter alteri, idem enim uerbū eſt Græcè ἀλλήλοις, ſcilicet dixit, vt presbyteros, qui aliorum confeſſiones audiunt, de eorum peccatis admoneret; eiſque opus eſſe, ut ijdem uiciſſim alijs confiterentur, ne ſcilicet poteſtate illa aliorum peccata remittendi & retinendi inſolenniores fierent; & ut pœnitentes minus grauatè presbyteros ad confitendum adirent, ſi ipſos illos presbyteros peccare, eiſdemque remiſſione aliorum presbyterorum opus eſſe intelligerent. Idcirco in epiſtola beati Iacobi ſubiungitur: Confitemini alterutrum, id eſt, alter alteri peccata ueſtra, admonens eos, ut dixi, de peccatis eorum, ut humanius peccata confitentium curarent. Similiter ergo Paulus in epiſtola ad Galatas, quia ſpiritualibus iſtis, id eſt, ſacerdotibus, qui ſunt, & dicuntur, ut dixi, patres ſpirituales, præcipiebat ut in ſpiritu lenitatis aliorum peccata curarent remittendo, ut eos ipſos ſpirituales ſimiliter de peccatis eorum proprijs admoneret, ne & ipſi ſuperbi eſſent, & ut alij minus erubeſcerent, neque recuſarent eis confiteri, qui ſimiliter ut alij peccarent, & ſimili medicina atque miniſterio indigerent: poſtquam dixit, conſiderans temetipſum, ne & tu tenteris) ualde opportunè & conuenienter ſubiungit ſtatim (alter alterius onera portate) quaſi diceret, auferte alterutrum peccata veſtra. Itaque

quod dixit beatus Iacobus, Confitemini alterutrum peccata veſtra, perinde eſt quaſi diceret, Confitemini presbyteris: & confiteantur ipſi ſimiliter alijs presbyteris. & quod Paulus dixit, Alter alterius onera portate, perinde eſt quaſi diceret, Vos ſpirituales auferre peccata ab alijs, & auferant ſimiliter alij ſpirituales à vobis. Elucidaui hunc locum copioſius, vt intelligant qui legerint, quemadmodum Apoſtolica doctrina conſonet loco Pauli in Epiſtola ad Galatas; & quod ille dixit onera alterius portare, id eſt, auferre, hoc loco dixerit, *ἐλαφρύνειν ἐν ἀφέσει*, id eſt, leuem facere in remiſſione, exonerando, ſcilicet à peccatis, quod epiſcopis & presbyteris præcepit, quos illic Paulus vocauit *τοὺς πνευματικούς*.

Cap. XXII. pag. 75.

Scriptum eſt in quarto de Regibus libro, & in ſecundo Paralipomenon, id eſt, prætermiſſorum in libro dierum.) Sic legendum eſt, vt erat in exemplari Cretenſi, quod in editione Græca ſecuti ſumus, melius quàm in Calabro, quod prius inueneram. Docet hic locus inſcriptionem librorum Hebraicam, quæ eſt Verba dierum, interpretatos eſſe LXX. cùm inſcripſerũt libros *παραλειπομένων*, id eſt, de prætermiſſis; vt intelligeremus prætermiſſa; ſcilicet in verbis dierum, ſiue in libro dierum. Vt iam nulla ſit dubitatio, quin libri dierum, qui frequenter in libris Regum citantur, non ſint exiſtimandi libri ipſi Paralipomenon, vt quidam ſuſpicati ſunt, ſed alij libri, in quibus, quę fuerant de rebus Regum Iuda & Iſrael prætermiſſa, in libris Paralipomenon poſtea ſcripta ſunt; vt hoc loco planè Apoſtolica doctrina teſtatus. Qui autẽ libri illi eſſent, aut quales eorum actores, colligere licet ex extrema parte prioris libri Paralipomenon, cùm ait: Geſta autem Dauid regis priora & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuelis Videntis, & in libro Nathan prophetę, atque in volumine Gad Videntis, vniuerſique regni eius, & fortitudinis, & temporum, quę tranſierunt ſub eo, ſiue in Iſrael, ſiue in cunctis regnis terrarum. In illis igitur libris dierũ Regum Iuda & Iſrael continebantur geſta Regum eorum temporibus ſcripta copioſe a pluribus Prophetis, ab alio alia: vt geſta Dauid à Samuele, Nathan, Gad: geſta Rhoboam à Semeia, & Addo: Abiæ item ab Addo, & ſic de cæteris. pro quibus auctoribus, qui ipſi in Paralipomenis citantur, in libris Regum, vbi de eodem agitur, Verba dierum citantur. Vt hinc iam planè appareat Scriptorem Paralipomenon facere voluiſſe, vt referendis, quæ in libris præterita erant, hiſtoria Regum ſuppleretur. Sic itaque citantur libri dierum Iuda & Iſrael, & interdum huius, aut illius Prophetæ; vt ſi geſta Cæſarum contineantur in vno volumine diuerſis auctoribus, & ego nũc quidem illos libros Cæſarum citem, nunc verò ſingulos auctores, vt Tranquillum, aliás Tacitum, poſtea Herodianum, & ſimiliter alios, vt res poſcit. alius enim alia memoriæ prodidit, quæ omnia in vnum volumen poſteà collata ſunt; quæ geſta Cæſarum, ſiue Imperatorum vocantur ſunt; ſicut illa verba dierum Regum Iuda & Iſrael. Falſum verò eſſe quod alij opinati ſunt, eſſe libros Paralipomenon verba dierum, vel ex eo conſtat quòd in libris Regum citantur Verba dierum; Paralipomena verò liquet poſt libros Regum ſcripta eſſe, cùm ſint etiam de pretermiſſis in libris Regum. Deinde non ſemel citantur verba dierum in Paralipomenis. vt 2. Paral. capitu. 16. & 2. Paralip. capit. 33. Item quia de Nadab, Hela, Zambri, Amri regibus nihil habetur in Paralip. de quibus tamen ſcriptum eſt in Verbis dierum, vt libri Regum teſtantur. Quòd autem verba dierum ex varijs ſcriptis propheticis conſtarent, perſpici poteſt ex ſecundo Paralipomenon capitulo vigeſimo. Reliqua, inquit, geſtorum Ioſaphat priorũ & nouiſſimorum ſcripta ſunt in Verbis Iehu filij Hanani, quæ digeſſit in libro regum Iſrael, id eſt, in libro dierum Regum Iſrael; Regum enim non liber, ſed libri dicuntur.

Cap. XXIIII. pag. 77.

Vtentes datis à Deo, non tanquam aliena ſint, ſed tanquam Dei propria.) & paulò pòſt: (*Vtantur bonis eccleſiæ non tanquam alienis, ſed moderatè tamen.*) Non eſt in his vlla repugnantia, ſed potius interpretatio antecedẽtium. Præcipit Apoſtolicus canon 33. vt diſtinctæ ſint res Epiſcopi propriæ, & res eccleſiæ, quæ hic vocantur *κυριακά*, id eſt, bona Dominica; quæ eadem hic quoque vocantur *δόματα τοῦ θεοῦ*, id eſt, data, ſiue dona Dei. Pręcipit deinde, vt rerum eccleſiæ habeat Epiſcopus poteſtatem, vt ſcilicet ſecundùm poteſtatem eius diſtribuantur egentibus tanquam Dei propriæ, non tanquam alienæ. Aliena enim nunc vocantur, quæ non ſunt dedicata Deo in ſubſidia egentium. Itaque ad largiendum egentibus vti iubet bonis eccleſiæ non tanquam ſuis, ſed tanquam Dei proprijs, vt ea ſibi tanquam diſpenſatori commiſſa, ſecundùm uoluntatem Domini, qui commiſit, alijs largiatur. Quia verò dignus eſt operarius mercede ſua, concedit quoque Epiſcopo uti eiſdem bonis non iam tanquam alienis, ſed tanquam ſuis, moderatè tamen ac conuenienter neceſſitati naturæ. Itaque ad uſus ſuos, & familiæ, atque hoſpitum moderatos cenſenda ſunt, ut bona epiſcopi. Ne enim exiſtimaret epiſcopus licere ſibi ijs ſaltem bonis, quæ ad ſuſtentationem tributa ſunt, tanquam ſuis, uti immoderatè; docet Apoſtolica doctrina nõ ita eſſe, ſed potius de ipſiſque; tanquam de bonis Dominicis reddendam eſſe rationem. Itaque quæ epiſcopus habet a Deo ad largiendum egentibus, ea tanquam non ſua, ſed Dei propria, diſ-

penſet

penſet ſecundùm Deum, quæ item habet à Deo ad ſuum vſum, eis quidem vtatur, vt ſuis, ſed ſecundùm Deum, moderatè inquam; eorundem enim eſt, vt Gregorius Nazianz. in Oratione de caritate in pauperes ait, habere aliquid à Deo;& eo ſecundùm Deum vti. Huc pertinet quod narrat Leontius Cyprius dixiſſe Ioannem cognomento Eleemonem patriarcham Alexandrinũ, Si quæ dantur, mea, ac mecum nata eſſent, fortaſſe, inquit, liceret mihi, vt in eis tenax eſſem; ſed ſi ea, quæ à nobis tribuuntur, Dei ſunt, vtique in ſuis præceptum ſuum cuſtodiri vult: Omni petenti à te tribue. ita ille. Quòd ſi ita vir ſanctus & in ſcripturis ſanctis eruditus, de omnibus bonis externis ſenſit, quanto magis idem ſentiendũ eſt de ijs bonis, quę primũ à Deo donata ſunt, & inde miniſtri eius viuant, & pauperes alantur à Quare autem debeat vti bonis eccleſiæ epiſcopus ad vſus ſuos, docet eadem doctrina, ſubiungens ſtatim: Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Ergo qui non operatur, huic nõ licet vti bonis eccleſiæ, quæ vt cedant ſibi in rationem mercedis, facit operando in eccleſia ſibi commiſſa, vbi eſſe debet, ſi ei placere velit qui eum delegit, vt ibi tanquam in præſidio eſſet, vbi hoſtes ſunt, aduerſus quos vt arma ferret, à Domino per Pontificem eius, tanquã in caſtris proprijs collocatus eſt. Vnde canon Apoſtolorum qui concedit epiſcopis vti bonis eccleſiæ ad vſus vitæ neceſſarios ſibi, familiæ ſuæ, & hoſpitibus, ſubiungit: neque enim miles vnquam ſuis ſtipendijs arma fert cõtra hoſtes. Ex quo fit, vt ſi non det operam eccleſiæ ſuæ miniſtrando ei, & in caſtris ſuis arma ferendo, & decertando aduerſus hoſtes pro ouibus fidei ſuæ commiſſis; is quidem non ſit dignus ſtipendio: & illud ſi accipiat, reſtituere debeat, ſi poſſit, non ſecus atq; miles ſæcularis ſi arma aduerſus hoſtes non fert, cùm ſtipendium accipit, alienum rapit, & reſtituere tenetur. Quod ſi operetur, debet bonis eccleſiæ vti quidem tanquam ſuis, ſed moderatè iuxta Apoſtolicam conſtitutionem: ita vt de ijs, quæ immoderatè conſumpſerit, licet operarius ſit, rationem redditurus ſit Deo: nec enim quia operatur, idcirco quod ſuperat mercedem ſufficientem ad alendum ſe, qua dignus eſt operarius, continuo ſuum facit ad diſſipandũ ſine obligatione reſtitutionis propter opus quod fecit, quod dignam alioqui habuit hic mercedem, præter illam quam in cœlo exſpectat; qui enim bene præſunt presbyteri, dupli ca mercede, ſicut Apoſtolus ait, digni ſunt.

Cap. xxv. pag. 77.

Portiones ſeparatæ, & decimæ, primitiæ Chriſto pontifici, & miniſtris eius, & decima ſalutaris, principium nominis eius.) Quia miniſtri eccleſiæ offerunt pro ſalute hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum Saluatorẽ noſtrum, cuius nominis Ieſu prima littera iota eſt nota decadis, hoc eſt, numeri decem, offerunt, inquam, vt huiuſmodi hoſtijs liberemur ab omni plaga, & omnibus malis, quæ illæ decem plagæ Ægyptiæ pręſignificarunt, à quibus liberatus fuit populus Dei. idcirco decimas ait ſalutaris, principium nominis eius, quaſi interpretans hoc ſignificaſſe, vel ipſis nominibus in ænigmate veteres decimas Græcè δεκάτας, & primitias, Græcè ἀπαρχάς, quæ Deo ad alendos miniſtros eius offerebantur, ſcilicet venturum eſſe eum, cuius nomen Ieſus ſalutem ſignificaret, & cuius nominis initium ac prima littera eſſet iota, index apud Græcos numeri decem; totidem enim ſunt mandata decalogi, in quibus ſeruandis ſita eſt ſalus, & liberatio ab omnibus plagis ſpiritualibus, quas illæ Ægyptiæ præſignificabant, per Ieſum Saluatorem pro nobis oblatum Deo, tanquam veram decimam, ac veras primitias oblatas Deo. Ipſe enim eſt primus, ſicut Euangeliſta ſignificauit; cùm recenſens genus Chriſti, vſque ad Adam perduxit genealogiam, qui eſt, inquit, Chriſti. Omnis enim familia & progenies, vt Origenes ait, eorum qui ad Deum referuntur, a Chriſto cepit originem; qui vt eſt Deus vniuerſi, ſic eſt pater omnis animæ, vt Adam pater omnium hominum. ita fit, vt neque vnum iota in vetere Lege à myſterio vacet, id eſt, vt nihil in Lege ita minutum & humile poſſit videri ſecundùm litteram, quin impleatur in nouo Teſtamento ſecundùm ſpiritum. Sapientia enim Dei, vt ait idem Origines, μέχρι τοῦ τυχόντος γράμματος, id eſt, in quauis etiam vulgari littera cernitur. Vt enim in mundo, ait idem, ars diuina non ſolùm in cœlo, & Sole, & Luna, & aſtris cernitur, ſed in terra in materia vili; ita aliquando in ſingulis litteris impreſſit dator ſcripturæ ſanctæ Deus, ſapientiæ ſuæ veſtigia, quantum fieri poterat. Et vt in mundo quædam ſunt quorũ cauſas non aſſequitur natura humana, neque tamen propterea accuſandus eſt Deus; ſic in ſcriptura. De hoc quoque myſterio iotæ meminit Epiphanius Apoſtolicam doctrinam ſecutus lib. 2. hæreſi 50. & in hær. 50. contra Teſſareſcædecatitas, &, Accipimus, inquit, agnum à decima die, agnoſcentes nomen Ieſu per iota, quæ ſcilicet littera index & nota eſt numeri decem, ne quid lateat nos ſecundùm omnem veritatem huius tractationis eccleſiaſticæ, & verę de Paſcha. hęc Epiphanius. Illud quoq; obſeruandum, eſt hic, quòd ſtatim Apoſtolica doctrina poſt notationem nominis Ieſu ſubiunxit: Audi ſacra catholica eccleſia, quę ex decem plagis effugiſti.) Videtur retuliſſe ad etymologiã vocabuli Ieſu. Significat enim θεραπευτὴν ἤτοι ἰατρὸν καὶ σωτῆρα, id eſt, curatorem, ſiue medicum, & Saluatorem, vt idẽ ſanctus Epiphanius notauit, cùm de Nazaręis tractat. Hinc primos illos Chriſtianos ſancti Marci apud Alexandriã diſcipulos, veriſimile eſt appellatos eſſe θεραπευτάς, à curãdis animarum

marum ægritudinibus, ut putat Philo Alexandrinus, ad exemplum ſcilicet Domini Ieſu, qui ſanabat omnes languores. Atque ut illi ſecundùm etymologiam verbi Ieſu uidentur dicti *θεραπευταί*, quo etiam uerbo Dionyſ. in eccleſ. hierarc. monachos dictos eſſe ait, *ἀπὸ τῆς θεραπείας καθαρᾶς*, id eſt, à cultu puro, quem Deo adhibent: ſic idem Philo alios quoque ex primis Chriſtianis ſecundùm paronomaſiam à Ieſu Ieſſæos, de quibus ſcripſit idem, uocaſſe uidetur, quaſi curatores ſecundùm etymon, ut dixi, verbi Ieſu, ſiue ut idem S. Epiphanius putat, à Ieſſe patre Dauid, ex cuius ſemine natus eſt IESVS. De his & de Philone ſcriptore loquens beatus Hieronymus, In noſtrorum, inquit, laude verſatus eſt: & eorum habitacula dicit monaſteria. Ex quo apparet, inquit, talem primum Chriſto credentium fuiſſe eccleſiam, quales nunc monachi eſſe nituntur, & cupiunt. De his quoque meminit Plinius libro 5. hiſt. natural. cap. 17. quos paulum deflexo nomine, uocat Eſſenos: Gens, inquit, ſola, & in toto orbe præter cæteras mira, ſine ulla femina, omni Venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum. in diem ex æquo conuenarum turba renaſcitur, largè frequentantibus, quos uita feſſos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat, &c.

Leuitæ veſtri ſunt, qui nunc diaconi, & qui lectores veſtri, & cantores, & ianitores; item veſtra diaconiſſa, & virgines, & viduæ, atque orphani.) Dubitabit aliquis fortaſſe quomodo diaconiſſæ, & uirgines, & uiduæ, & orphani ad Leuitas pertineant? hac ſcilicet ratione, quòd ſicut ex primitijs, & decimis, & ex hoſtijs ac oblationibus liberè accipiebant ſecundùm legem Dei Leuitæ, & eorum vxores, & filij atque filiæ eorum, ut paulò antè dixit Apoſtolica doctrina: ſic nunc ex bonis eccleſiaſticis ſecundùm Apoſtolicam doctrinam, præter presbyteros & epiſcopum, uiuunt etiam diaconi, lectores, cantores, ianitores, & diaconiſſæ, & virgines, ac viduæ & orphani, quaſi ſint hi illorum filij & filiæ, & illi horum patres. ex quo fit ut epiſcopus & presbyteri, qui iſtos defraudant, familiam ſuam fraudent.

CAP. XXVIII. pag. 79.

Ad conuiuium, quod agape.) Nemo exiſtimet præcipi hæc de conuiuijs, quę aliquando in eccleſia agitabantur, quæ non probat Paulus, ut perſpici poteſt ex epiſtola ad Corinth. 1. cap. 11. ſed de conuiuijs, quæ agitantur domi, ut illud conuiuium quod fecit apud Lucam Leui in domo ſuâ, cap. 5. quod Euangeliſta vocat *δοχὴν*, vt vocauit Dominus apud eundem Lucam cap. 14. conuiuium, quod in domo fit, ad quod iubet uocare non uicinos domui, ſed pauperes; & beatus Ignat. in Epiph. ad Smyrnen. præcipit ut non fiat ſine auctoritate epiſcopi, ſed ab eo qui ſecundùm uoluntatem Dei uidetur epiſcopo. Cùm igitur admonuerit Apoſtolica doctrina de conuiuio quod Dominus uocauit *δοχὴν*, & illud in domo, nõ in templo fieret, non debemus quæ præcipiuntur hic, accipere de conuiuijs, quæ in eccleſia fiebant, quæ nunquam probata fuerunt, ſed de conuiuijs communibus domeſticis, quæ benignitatis & eleemoſynæ cauſſa fiebant. Sic enim ait Caſſianus in collatione 24. cap. 12. quod fortaſſis ex hoc loco mutuatus eſt. Hoc denique maiorum noſtrorum definitio habet: Qui quicquid, inquit, ad neceſſitatem quotidiani uictus inſumitur, quod opere manuum noſtrarum effectum partúmque non fuerit, ad agapen referri debere ſanxerũt, ad huiuſmodi agapen pertinet illa exhortatio beati Petri in epiſtola Clementis ad Iacobum fratrem Domini, cuius charitatis & recipiendæ & habendæ maximum erit fomentum, ſi frequenter inter uoſmetipſos communem cibum veſtrum mẽſamque faciatis, & inquantum unuſquiſque præualet, crebrius panes ac ſales ſuos cum fratribus ſuis ſumat. Charitas enim eſt cauſa beneficẽtiæ, & beneficẽtia eſt cauſa ſalutis. ſic enim eſt in Græco clarius quàm in Latino. deinde ſubiungit, Propter quod communes facite cibos ueſtros cum ijs qui ſecundùm Deum fratres ſunt. *Quantum verò cuique viduæ impartitur, altero tanto plus diaconis impartiatur, ut ſit mun⁹ Chriſto.*) Præmuniendus quoque eſt huius loci ſenſus: quidam enim ex eo quod Clemens ait cap. 26. honorandas eſſe diaconiſſas, tanquam quæ Spiritum ſanctum repræſentent, & ex eo quod hic præcipit, præbere ex agape diaconis in honorem Chriſti altero tanto plus quàm diaconiſſis, quas uocat presbytidas, quas uocauit viduas Apoſtolus, & ex eis annoſiores uocauit presbytidas, id eſt, anus, ut ex Epiphanio libr. 3. hęreſi 79. cõtra Collyridianos intelligi poteſt, falſo cõcludunt inęqualitatẽ Chriſti & Spiritus ſancti: cùm contra potius cõcludenda ſit diſtinctio perſonarum diuinarum, & cõſortiũ uolũtatis ac naturæ ex eo quod ait, Epiſcopum honorãdum in honorem Dei patris, diaconiſſam in honorẽ Spiritus ſancti, diaconos in honorem Chriſti. Hanc enim æqualitatẽ ſatis docuit idem Clemens, uerbis ac ſententijs Euangelij utẽs: Diaconus, inquit, aſſiſtat epiſcopo ut patri, ac miniſtret ei ſanctè ĩ omnibus, ut Chriſtus nihil à ſeipſo faciens, quæ placita ſunt Patri facit ſemper. Sic enim dixit Dominus in Euãgelio: Ego à meipſo facio nihil, id eſt, nihil facio ſine Patre, ſicut interpretatur Ignatius in epiſt. ad Epheſi. Nihil autẽ facere ſine Patre, ſignificat uirtutẽ operandi, quæ in Filio eſt, eſſe ex Patre non ſecundùm participationẽ, aut abſciſſionem, ſed ſecundùm identitatẽ ſubſtantię Filij cum Patre, ſecundùm quã Filius eſt in Patre, & Pater in Filio. Cùm igitur Clemens uerbis Euangelij utens, quæ ſignificant, vt veteres Theologi ac Patres interpretati ſunt, unã naturã perſonarũ diuinarum, ac proinde honorem unum atque eundem, conſequens eſt, non fuiſſe Clementis mentẽ, ut ex inæqualitate eorum quæ diaconis & q̃ diaconiſſis dantur, inæqua-

litas perſonarum colligatur. Conueniunt hic quæ Didymus lib. 2. de Spiritu ſancto dicit de Filio; Si quando, inquit, legimus, Dixit Dominus Domino meo: &, Dixit Deus, fiat lux; & illud, Sicut audio, & iudico; & aliâs; Non poteſt Filius facere, niſi quod viderit Patrem facientem. Hæc, inquit, & ſi quæ alia ſimilia, dignè Deo accipere debemus. In his enim omnibus unius naturæ in Patre & Filio, conſenſusque ſignificatio eſt, Rurſus idem Clemens: Diaconiſſæ, inquit, habeatur à uobis honor, vt Spiritum ſanctum repræſentanti; nihilque agat aut loquatur abſque Diaconi opera, ſicut Spiritus ſanctus nihil priuatim agit aut loquitur, quin potius in honorem Chriſti uoluntatem eius expectat. Idem Didymus in eodem loco ſic de Spiritu ſancto ait: Spiritus quoq; ſanctus, qui ſpiritus veritatis eſt, & ſapientia, non poteſt, Filio loquente, audire quæ neſciat, cùm hoc ipſum ſit, quod procedit à Filio, conſolator manans de conſolatore, Deus de Deo. Denique ne quis illum à Patris & Filij uoluntate & ſocietate diſcerneret, ſcriptum eſt: Non à ſemetipſo loquetur, ſed ſicut audiet, loquetur: cui etiam ſimile Saluator ait, Sicut audio, & iudico: & alibi, Non poteſt facere, niſi quod viderit Patrem facientem. Hactenus Didymus. In eandem ſententiam eruditiſſimè interpretatur Magnus Athanaſius in Dialogo orthodoxi & Macedoniani: Omnis, inquit, natura creata rationalis ἀφ' ἑαυτῆς λαλεῖ, id eſt, à ſeipſa loquitur. vt cùm Abraham ait, Obſecro, ne iraſcaris ſi loquar adhuc ſemel; & Moyſes, Impeditioris & tardioris linguæ ſum, obſecro Domine elige alium, quem mittes. ſic enim eſt apud 70. & Hier. Puer ſum, & non poſſum prophetare; ita ut diceret Dominus: Noli dicere, puer ego ſum. & Ionas à ſeipſo cõſilium cæpit, & aſcendit in Nauim, ut fugeret in Tharſis à facie Domini. Deindè ſubiungit Athanaſ. Spiritus ſanctus n õſic, nec enim habet naturam, vt habeat aliam uoluntatem quæ non ſit Dei, ſed potius quæcunq; loquitur, Dei uerba ſunt, idcirco dictum eſt, non loquetur à ſeipſo; & de Filio idem dictum eſt, quia non eſt in ipſo alia uoluntas, quæ non eſt Patris. Hactenus Athana. Cùm igitur Clemens utens, ut dixi, uerbis Domini, & Euangelio conſonans, conſubſtãtialitatem diuinarum perſonarum ſignificet, ac proinde ſocietatem honoris earum, quomodo ex inæqualitate eorum quæ diaconis & diaconiſſis dantur, liceat intelligere blaſphemam inæqualitatem honoris diuinarum perſonarum? An non decet minus quidem dare diaconiſſis, vtpote minus dignis; plus verò diaconis, ut magis dignis? Vt autẽ honorare ſicut decet, id eſt, plus quidem diaconos, qui Chriſtum repræſentant, ad honorem Chriſti pertinet; ſic honorare, ut decet, id eſt, minus diaconiſſas, quæ Spiritum ſanctum repræſentant, ad honorem quoque pertinet Spiritus ſancti. Itaque quòd diaconos & diaconiſſas inæqualiter honoremus, in cauſa eſt inæqualitas dignitatis eorum, non autem inæqualitas, quę nulla prorſus eſt, earum perſonarum, quas repręſentant, id eſt, Filij & Spiritus ſancti. Verùm æqualitas trium perſonarum diuinarum, expreſſa eſt cũ aliàs, tum lib. 3. cap. 17. in doctrina myſtica de ſancto Baptiſmo, qui fit nõ in inuocationibus, ſed in inuocatione Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; ut quorum eſt una uirtus, item ſit una inuocatio, ſicut idem Clemens ibidem cap. 16. nominat.

CAP. XXX. pag. 79.

Vt enim Chriſtus ſine Patre nihil agit, ſic neque diaconus ſine epiſcopo: & vt Filius non eſt ſine Patre, ſic neque diaconus eſt ſine epiſcopo: item vt Filius eſt debitor Patri, ſic omnis diaconus Epiſcopo.) Eò ſpectant hæc, & quæ capite proximo dixit, ne presbyteri diaconos contemnant, & vt populus eos honoret, cùm eorum dignitatem, & quo loco habendi ſint, intellexerint. Quia uerò epiſcopum facit eſſe loco Dei Patris, & diaconum loco Chriſti filij eius, cùm dicit, item ut Filius eſt debitor Patri, ſic omnis diaconus epiſcopo: ſatis ſignificat Clemẽs, ne quis erret, de Chriſto Dei Patris Filio ſecundùm humanitatem accipiendum eſſe, quod hic ait, Filium Dei debitorem eſſe Patri; ut illud quoque in Euangelio, Pater maior me eſt, plerique patres Theologi ſecundùm humanitatem Chriſti acceperunt. Poteſt etiam accipi hoc ſecũdum diuinitatem, ut Filius dicatur eatenus debitor Patri, quatenus omnia ab eo accepit, ſicut ipſe dixit, Omnia mea tua ſunt.) & illud: A me ipſo non loquor. & rurſus: Non poteſt facere Filius quicquam, niſi quod uiderit Patrem facientẽ.) & illud: A me ipſo facio nihil) id eſt, nihil facio ſine Patre: quæ perinde ſunt, quaſi diceret, ſe omnia, ut ita dicam, debere Patri, id eſt, illi ferre accepta omnia, quæ uno habent homouſij. Sic magni etiam auctores, ut Athanaſius & Gregorius Nazianz. & alij, illud Pater maior me eſt, de diuinitate quoque acceperunt: vt maior dicatur, quia ſit Pater principium totius diuinitatis Filij, ſitque ex Patre auctoritas Filij, non quòd inæqualis vel non conſubſtantialis.

CAP. XXXVII. pag. 81.

Noſce creationem diuerſam quæ per Chriſtum cœpit: & agitabis ſabbatiſmum propter eum qui deſiuit quidem creare, non autem deſiuit prouidere.) Similiter libro 7. cap. 40. præcipit Apoſtolica doctrina, ut catechumenus diſcat ordinem variæ creationis, id eſt, corporalis & ſpiritualis. Ergo quia requieuiſſe Deum poſt perfectum mundum ſabbato, ſignificabat in ænigmate myſtico futurum eſſe, ut Deus quẽ operibus noſtris terrenis laborare, ut ita dictum ſit, feceramus, poſt creationẽ nouæ creaturæ per Chriſtum, in nobis deinceps in nouitate uitæ ambulantibus requieſceret, idcirco mandatum uetus de quieſcendo die ſabbati ad recordationem creationis mundi, & meditationem legis, quod mandatum in decalogo continebatur, interpretatur nũc Apoſto-

lica doctrina mutatum eſſe in nouum mandatum de nouo ſabbatiſmo tanto ſanctiore illo vetere, quanto eſt huius ſabbatiſmi cauſa excellentior. Illud enim vetus ſabbatum agitabatur quieſcendo die ſeptimo ab operibus manuũ, propter recordationem creationis mundi huius & meditationem legis veteris: ſabbatum verò noſtrum, id eſt, noui Teſtamenti, agitatur, quotidiẽ quieſcendo à peccatis propter prouidentiam Dei, à quo ſumus creati in Chriſto Ieſu, ſicut Apoſtolus ait, operibus bonis, quę ꝓparauit, vt in illis ambulemus. Vt initium ergo creationis mundi cœpit per Chriſtum Dei verbum, omnia enim per ipſum facta ſunt, ſic creatio nouæ creaturæ per idem verbum carnem factum, id eſt, per ſecundum hominem de cœlo cœleſtem, id eſt, Chriſtum cœpit: qualis autẽ cœleſtis, tales & cæleſtes. Homo verò vetus initium cœpit per primum hominem de terra terrenum: qualis autem terrenus, tales & terreni. Ad hoc initium nouæ creationis capiendũ hortatus Apoſtolus, cùm ſubiungit: Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, ſic & portemus imaginem cœleſtis, ſcilicet per imitationem vitæ eius ſpiritualis, qui factus eſt in ſpiritum viuificantem. De hoc eodem initio dixit idem Apoſtolus in Epiſtola ad Hebr. Facti ſumus participes Chriſti, ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum teneamus; id eſt, ſi imaginem & imitationem illius hominis Chriſti, à quo ortum ſpiritualem cepimus, vſque ad finem conſeruauerimus. Rurſus beatus Iacobus de hoc ipſo initio loquens, Voluntariè, inquit, genuit nos verbo veritatis, lauacrum regenerationis dicit: deinde ſubiungit, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.) ſic enim legendum eſt, melius quàm eſt in exemplaribus Græcis, quæ nunc feruntur. Expoſui hactenus rationẽ variæ & diuerſę creationis, quam Apoſtolica conſtitutio hic dicit; quæ per Chriſtum cępit. Poteſt quoque legi vt alter interpretes ante me legit, vt dicat conſtitutio, Noſce creationem, quæ diuerſum principiũ Chriſtum cepit; eadem enim ſententia eſt, vtrocunque modo legatur. Creatio igitur quæ diuerſum principium cepit per Chriſtum eſt, ſicut antè expoſui, illa de qua dicit Apoſt. in epiſt. ad Epheſ. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, &c. Hæc noua creatura varia & diuerſa à creatura mundi, diuerſum principium per Chriſtum cepit; quia per mortem Chriſti facta eſt: creatio vero mundi per Chriſtum cepit diuerſo modo, id eſt per filium Dei nondum factum hominem; omnia enim per ipſum facta ſunt. Hęc eſt ergo vna eademque excellens creatio à prima illa creatione longè diuerſa: Quæ quidem creatio quia ad admirabilem Dei prouidentiam pertinet, qua nos à mortuis ſuſcitatos cum Chriſto conuiuificauit donans omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum, & quæ apud Paulum ſequuntur; idcirco ait Apoſtolica doctrina, agitandum eſſe hunc ſabbatiſmum propter eũ qui deſiuit quidem creare quia ſemel mortuus eſt, qui morte ſua nos viuificauit, in mortem enim eius baptizati, facti ſumus nouæ creaturæ; ſed non deſiuit prouidere, ſignificans hanc mirabilem Dei in noua creatura prouidentiã. Vnde libro 6. cap. 23. loquens Apoſtolica doctrina de ſabbato Iudaico abrogato & deſito, & ſanciens rurſus hunc eundem ſabbatiſmum noui Teſtamenti, ait; Qui tunc iuſſit Lege vt ſabbatum quiete & vacatione agitarent ad meditandum legem, nunc iuſſit vt quotidie legem creationis & prouidentię conſiderando gratias ageremus Deo. Illam creationem dicit illo loco, quam dicit hic, cum de vno & eodem ſabbatiſmo noui Teſtamenti loquatur. Ipſum verò nouum Teſtamentum, quod alioqui in vetere continebatur ſecundum ſpiritum (lex enim ſpiritualis erat) vocat hic legem creationis & prouidentię, quia continet nouum Teſtamentum hanc nouam creationem, de qua prophetabat Dauid inquiens, Populus qui creabitur laudabit Dominum, quam ſecundus Adam Chriſtus mirabili prouidentia redemptionis ſuæ operatus eſt in terra; ad quam prouidentiam & creationem nouæ creaturę capiendam & conſeruandam vſque ad finem, vniuerſa lex Euangelica ſpectat. vnde aptiſſimè eam vocauit Legem creationis & prouidentiæ, ad quam meditãdam ſabbatiſmus noſter ſpectare & referri debet, ſicut Apoſtolica doctrina præcipit.

Et agitabis ſabbatiſmum propter eum qui deſijt creare, ſed non deſijt prouidere.) Quod Deũ Clemens dicit deſiſſe creare, ſed nõ deſiſſe ꝓuidere, perinde eſt ac ſi diceret, ceſſaſſe quidem Deum ab opificio mundi, ſed non à prouidentia & procuratione eius: ad illudque ſpectat quod Moyſes de ſabbato ſcripſit, dicens: Et requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat: quod quidem non ſignificat, ut rectè Ariſtobulus interpretatus eſt, ſicut teſtatur Euſebius libro 15. præparat. Euangelicæ, quod Deus nihil poſteà fecerit, aut faciat, ſed potius requieuiſſe, inquit, dicitur, vt ſignificaretur fixus ſtatus rerum, qui nũquam mutatus eſt. Non ergo ſignificat quod impius Eunomius malè intelligens ſcripturam, aiebat, ceſſaſſe iam Deum ab omni creatione. Vnde tradebat idem non creari animas, ſed generari in materia, quòd exiſtimaret verbum creandi ſolum ſignificare; facere ex non ente: à quo genere creationis requieuiſſet Deus, vt falſo putabat. at non hoc ſolùm ſignificat, ſed etiam facere aliquid nouum, vt notauit Nemeſius Adamantius libro ſecundo de homine, à quo genere creationis dicit ceſſaſſe quidem Deum, ſicut ſcriptum eſt in Eccleſiaſte: Nihil nouum ſub ſole; neque enim vel reſurrectio corporum, ut ait Gregorius Nyſſenus hunc locum Eccleſiaſticis explicans, aliquid noui erit, ſed reſtitutio in priſtinum ſtatum: idcirco (inquit) ſubiungit Eccleſiaſtes, Extra ver° nihil eſt. Sic enim eſt apud 70. Creari ergo ani-

genes in quadam homilia in Hieremiam. item Auguſtinus à Domino ait dictum, Qualem te inuenero, talem te iudicabo. Idem citat Ioannes Scholaſticus cap. 7. de luctu, illud quoque dixit beatus Petrus dictum eſſe à Domino, τὰ ἀγαθὰ ἐλθεῖν δεῖ, μακάριος δὲ φησὶ δι' οὗ ἔρχεται, ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ ἀνάγκη ἐλθεῖν, οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται. Oportet venire bona; beatus autem, inquit, per quem ueniunt; ſimiliter neceſſe eſt uenire mala, uæ autem per quem veniunt. legi hoc in ſeptimo libro narrationum, quas Clemens de diſputationibus Petri cum Simone Mago ſcripſit in altera editione Recognitionum. Item illud: Ecce homo, & opus eius coram facie eius, citat Ignatius in Epiſtola ad Symenenſes, & Gregorius Nazianze. in libro de bono ordine diſſerendi, & plerique alij. Quod quidem ex hac doctrina Apoſtolorum ſumptum eſt, lib. 2. cap. 14. & lib. 8. ſicut hoc, Eſtote boni trapezitæ, de quo etiam meminit Damaſcenus in libro 4. De fide orthodoxa, tanquam dictum ſit à Domino, & nobis ſine ſcripto traditum. Idem teſtatus eſt ante Damaſcenum Hieronymus, ſcribens ad Minetium & Alexandrum: Omnia probate, & quod bonum eſt, tenete. & Saluatoris, inquit, uerba dicentis, Eſtote probati nummularij. Iis igitur Dominus bonos trapezitas, id eſt, menſarios eſſe iuſſit. Quemadmodum verò rectè hoc fiat, videtur à Ioanne Caſſiano in prima Patrum collatione his verbis probè explicatum: Vltima uerò, inquit, obſeruatio huius probabilis trapezitæ, quam de inquiſitione ponderis eſſe prædiximus, taliter à nobis implebitur, ſi quicquid agendum cogitatio noſtra ſuggerit, omni ſcrupulo retractantes, atque in noſtri pectoris trutina collocātes, æquilibratione perpendamus: an plenum ſit honeſtate communi, an timore Dei ſit graue, ſi integrum ſenſu: ſi humana oſtentatione, aut aliqua nouitatis inſolentiæque præſumptione non leue: ſi meriti eius pondus inanis cenodoxia non imminuerit, vel arriſerit gloria; & ſic ea protinus ad publica appendentes examina, id eſt, ad Prophetarum & Apoſtolorum actus, & teſtimonia conferentes, illorúmque exemplis comparantes, & quodāmodo contraria ea lance penſantes, uel tanquam integra atque perfecta, illiſque collibrātia ſuſpiciamus; vel tanquam imperfecta atq; damnoſa, neq; illorum ponderi conſonantia omni cautione uitemus. Chryſoſtomus quoq; hoc dictum Domini citat, idque explicat in homilia, quòd non uacet periculo tacere quæ in eccleſia audiuntur; & quare acta Apoſtolorum non legantur in Pentecoſte: & quòd maior vis ſit in miraculis Apoſtolorum ad demonſtrationem reſurrectionis Chriſti, quàm ſi uiſa fuiſſet ipſa reſurrectio. interpretemur Latinè Trapezitas, inquit, uocauit uos Deus, ut doceret omnes idem ſtudium adhibere in excutiendis probandiſque ijs, quę dicuntur, quantum adhibent trapezitæ, id eſt, menſarij in probandis nummis. Vt igitur illi adulterinum numinum eijciunt, & legitimum ac iuſtum probant, & legitimum à non legitimo ſecernunt; ſic facias tu: ne omnem ſermonem amplectaris, quin potius adulterinum exclude: & ſalutarem tradementi. Habes enim lances & pondera non ex ære facta, ſed quæ ex fide conſtant. his proba omnem ſcripturā. Idcircò enim ait, Eſtote probi trapezitæ, non ut in foro nummos numeremus, ſed ut ſermones omni diligentia excutiamus. Ob hanc cauſam ait Apoſt. Omnia probātes; quod bonum eſt, tenete. Neq; propter probationem tantùm uocauit uos menſarios, ſed etiam propter diſtributionem eorum, quæ uobis conferuntur. Hactenus Chryſoſt.

Cap. LII. pag. 85.

Immo pluribus diebus cum multa deliberatione ac cōſultatione, et interiecto uelo inquiritur in eū.) Velis utebantur magiſtratus, & iudices, ubi ius dicebant, quibus tum ipſi, tum eorum conſiliarij, & aſſeſſores ab ijs qui cauſſas agebant, ſeparabantur. Imperatores Honorius & Theodoſius nauicularijs per Africam, quorum conſtitutio extat in codice Theodoſiano libr. 13. tit. 9. conſtit. 6. & in codice Iuſtiniani lib. 11. tit. 5. conſt. 5. De ſubmerſis nauibus decernimus, ut leuato uelo iſtæ cauſſæ cognoſcantur; & ſi quiſquam de talibus negotijs aliquid accepiſſe detegitur, iudex, apud quem conſtiterit, ijs conquerentibus, qui nudantur, pro qualitatibus perſonarum mulctandi, remouendi, proſcribendique habeat poteſtatem. Leuato, inquiūt, velo, quaſi dicant, non adhibitis conſiliarijs, neque magna deliberatione, quæ in ordinariis iudicijs adhiberi ſolebant; ſed ut hodie dicunt, ſummariè, & de plano. Si quid enim ſtatim iudicandum erat, id fiebat, non interiecto uelo. At ſi de concilij ſententia pronūciandum, prius magiſtratus, uel iudices, ac conſiliarij, & aſſeſſores cauſam excutiebāt. Huc quoque pertinere poteſt quod eſt à Gratiano ex Epiſtola Silueri Papæ deſcriptum & notatum 23. q. 4. Beliſarius patricius noſter, inquit, mandauit me ad ſe uenire pacificè pro quibuſdam eccleſiaſticis diſpoſitionibus in palatium Pincis: & ad primum & ſecundum uelum retinuit omnem clerum & populum qui mecū ueniebat, & nullum permiſit introire, niſi me ſolum, & Vigilium diaconū meum. & in ſynodo Romana Zachariæ Pontificis regionarius, & nomenclator dixit, Reuerendus & religioſus presbyter legatus Bonifacii ſanctiſſimi Archiepiſcopi prouinciæ Germaniæ apud veſtrum ſanctiſſ. Apoſtolatum pte uelo eſt, & petitis ingredi. Et beatus Hier. velum interpretatus eſt quod pendebat ante fores eccleſię, in epiſtola S. Epiphanii, quā uertit è Græco.

Cap. LV. pag. 86.

Alios correxit in diluuio per Noe: Sodomitas per Lot: poſt diluuium per Melchiſedec.) Admonitus ſum uideri poſſe ineptè appoſitum eſſe illud Sodomitas per Lot, quaſi hoc factū fuerit

quæ ex ſanctis quoq; ſcripturis collegit lib. 7. Iam librū Iudith & Eſther pro canonicis habuiſſe declarat idem, cùm libro 3. de pudicitia & precatione Iudith meminit tanquam ex Sacra ſcriptura, & libro 5. de ieiunio Iudith & Eſther. Vt igitur hos libros prætermiſit, quia non neceſſe erat omnes enumerare (neque enim hoc agebat) ſic potuit prætermittere epiſtolam Iacobi & Iudæ, & duas Petri, atque epiſtolas Ioannis euāgeliſtę, etſi has fortaſſe Ioannes poſt Clemētis mortem ſcripſit, vt quidem ſcripſit Apocalypſim. Illud verò de binis lectionibus vſque in hodiernum diem tum in Eccleſia Orientalium, tum Occidētalium, ſeruatur in Miſſa, in qua nos Euangelium, & epiſtolas Pauli, aut aliam partem Scripturæ ſanctæ vel veteris vel nouæ legere in rato & ſolemni more habemus ex traditione (vt hinc licet intelligere) Apoſtolorum. De populo autem ſuccinente acroſtichia Pſalmorum, ad Eccleſias Orientis pertinet, quibus ex conſuetudo tradita eſt, & à quibus ſuſcepta.

Euangelium, quod ego Matthæus & Ioannes tradidimus.) Sunt qui exiſtiment non potuiſſe Clementem meminiſſe de euangelio Ioannis, quòd Clemens mortuus ſit Veſpaſiano Imperatore, Ioannes verò ſub Domitiano in Pathmo relegatus Euangelium ſcripſit. ſed falluntur iſti; ſiquidem vltimo anno imperij Domitiani, quo fuit Ioannes relegatus in inſulam Pathmos, vnam ex Cycladibus, ad extremum imperij Domitiani, vt Irenæus libro 5. teſtatur, vidit Apocalypſim: cùm prius Euangeliū ſuum ſcripſiſſet & prædicaſſet, vt ex epiſtola Dionyſij Areopag. ad Ioannem, cùm eſſet in exilio, miſſa intelligi poteſt. Appellat enim Ioannem Solem Euangelij: & Euangelium quod ſcripſerat, appellat memoriam & renouationem veræ Theologiæ eius: cuius lectione fieri ait, ne radio illius ſolis priuari poſſent qui legerent. Idem affirmat ſanctus Maximus in ſcholijs in hanc epiſtolam Dionyſij; & Georgius Pachimerus eum imitatus, idem quoque affirmat Euſeb. lib. 3. hiſtoriæ Eccleſ. cap. 24. ſcripſiſſe poſt Euang. Apocalyp. & Epiſtolas. Hieronymus quoque narrat, rogatum Ioannem ab Epiſcopis Aſię, ſcripſiſſe Euangelium aduerſus Cerinthum: cuius meminit Clemens in 8. libr. Affirmat item ſanctus Dorotheus Epiſcopus Tyri, propter Euangelij prędicationem, quod Epheſi & in cuncta Aſia prædicauerat, relegatum fuiſſe à Domitiano. Idem affirmat Hippolytus martyr in libro de duodecim Apoſtolis, & eorum martyrijs. dicit enim ſcripſiſſe Euangelium, deinde, dicit ſcripſiſſe Apocalypſim. Idem dicit in homilia contra hæreſim Noëtianorum: licèt in eo nō ſit ei aſſentiendum, quod vtrumque in inſula Pathmos ſcripſiſſe ait: quam opinionem alij poſteà ſecuti ſunt. Sed melius ſanctus Dorotheus Epiſcopus Tyri, temporibus Licinij & Conſtantini, in libello quem de eiſdem duodecim Apoſtolis, & de eorum martyrijs ſcripſit, fortaſſe corrigens Hippolytum, dicit ſcripſiſſe Euangelium, deinde ſcripſiſſe Apocalypſim. Prædicato enim Euangelio Epheſi, miſſum eſſe à Domitiano in exilium propter Euāgelij prædicationem; poſteà reuocatū à Traiano, rurſus Epheſum rediſſe. Hinc factū eſt, vt nonnulli ſuſpicarentur priùs ſcriptam eſſe Apocalypſim, quam in inſula Pathmos ſcriptam eſſe cōſtat; & poſtea Euangelium, quod aiunt ſcripſiſſe Epheſi, vbi fuit Ioannes poſt obitum Domitiani vſque ad mortem ſuā. Sed notare debuerunt iſti, fuiſſe bis Epheſi, vt Dorotheos teſtatur, & beatus Hieronymus, qui etiam ait poſt mortē Domitiani rediſſe Epheſum. Cùm verò fuit primùm Epheſi, tunc eſt probabile ſcripſiſſe Euāgelium; quod ibi prædicauit, & in cuncta Aſia: & propter prædicationem Euangelij relegatum fuiſſe à Domitiano. Præterea ſcribit S. Epiph. lib. 1. contra hæreſes tomo 2. c. 28. fuiſſe Cerinthum vnum ex illis, qui fratres Antiochiæ ad ſeruandam circumciſionem & legem Moyſi commouerunt, de quibus ſcripſerunt Apoſtoli, Quoniam audiuimus quia quidam ex vobis exeuntes turbauerunt vos verbis, & quæ ſequuntur; item fuiſſe vnum ex illis qui reſtiterunt S. Petro, cùm iuit ad Cornelium: & huius Cerinthi doctrinam ait ibidem idem Epiph. valde in Aſia viguiſſe: item Euſebius lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 28. hæreſim huius exponit; & quæ Irinæus & Dionyſius Alexandrinus de eo ſcripſerunt, recitat, & ſtatim capite proximo 29. Sic incipit, eodem tempore, & Nicolaitarum hæreſis haud diu durauit. Conſtat autem Nicolaum vnum fuiſſe ex ſeptem diaconis. Si igitur rogatu Epiſcoporum Aſiæ, vt beatus Hieronymus teſtatur, contra hæreſim Cerinthi in Aſia ortam ſcripſit, quomodo veriſimile eſt tam multis annis poſt alios Euangeliſtas, & poſt hæreſim Cerinthi ante annos amplius 30. in Aſia ortam vſq; ad tempus imperij Domitiani Euangelij ſcriptionem differre voluiſſe? à ſexto enim anno Claudij, quo Simon Magus expugnatus fuit à Petro, & Iudæi ac Chriſtiani ex vrbe pulſi, quando Simonis ſucceſſores, ex quibus fuit Cerinthus, Irinæo auctore, ſuas hæreſes diſſeminare cœperunt, vſq; ad extremū imperij Veſpaſiani, cùm Clemēs mortuus eſt, fluxerunt anni 31. auctore Euſebio. Quomodo igitur, vt iterum dicam, non potuit tot annorū ſpacio aut Ioannes Euangelium ſcribere ante mortem Clementis? aut Clemens ſcriptum videre? Sed de his plura adhuc ſcripſimus libro primo defenſionis canonū Apoſtol. cap. 11. cùm ad ea reſponderemus, quæ quidam alius in hunc locum obijciebat.

Pag. 40. Deinde hortentur populum presbyteri, non omnes ſimul, ſed ſingulatim.) Congruit hoc cum loco epiſtolæ Pauli. 1. Cor. cap. 14. Prophetæ, inquit, duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent: quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat; poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, ita vt omnes diſcant, & omnes

omnes exhortationem audiant. Hæc quoque eſt traditio Apoſtolica ad honeſtatem, & ordinem in Eccleſia ſeruandum pertinẽs, de numero eorum de quibus Apoſtolus dixit: Omnia autem honeſtè, & ſecundùm ordinẽ fiant in vobis: loquebatur autem de ijs, quæ in Eccleſia fiebant, ſeruaturq́; hoc vſque in hodiernum diem vbique; ita vt nuſquam in Eccleſia, quamuis ampliſſima ſit & frequẽtiſſima, duo aut plures ſimul ſermonẽ habeant de doctrina, ſed ſingulatim vnus, manè, ſi ita opus eſſe videatur: & alius, ſi idem non poteſt, poſt meridiem, tertius poſt veſperam, etiam vſque in multam noctẽ, ſi opus ſit. Sic intelligendum eſſe arbitror quod Paulus ait: Prophetæ duo aut tres dicant. Vt enim nunc fieri videmus, vt aliquando vnus bis, aut etiam ter in Eccleſijs diuerſis ſermonem habeat, aut bis in eadem, quod fit non rarò; ſic fieri poteſt, vt dico, aut tres in eadem Eccleſia concionari velint; quod quidem, quo honeſtas & ordo in Eccleſia ſeruetur, ſic erit faciendum, vt iubet Apoſtolica traditio, nõ ſolùm per ſermonem Apoſtolorum, ſed per epiſtolam Pauli apoſtoli nobis cõmendata. Quòd verò hic Apoſtolica doctrina iubet, vt poſt exhortationem presbyterorum, poſtremus omnium exhortetur Epiſcopus, nemo ſuſpicetur primas partes docendi verbum Dei dari presbyteris, & poſtremas Epiſcopus, quaſi Eccleſiæ gubernatione occupatis: immò ipſa Apoſtolica cõſtitutio, quomodo intelligendum ſit, interpretatur, licèt ſubobſcurè, ſubiungens ſtatim, Qui eſt ſimilis gubernatori nauis; vt intelligamus ſic loquendum eſſe in Eccleſia Epiſcopo poſt presbyteros, qui ſermonẽ habuerunt; quemadmodum gubernator nauis ſoleat poſt aliorum ſermones, ac ſententias de eo, quod orta tempeſtate faciendum eſſe videatur. Is enim poſtremus ſententiam ſuã dicit improbando, aut approbando aliorum iudicia, cui tandem parere oportet. Hoc hodie ſeruatur, vt audiui ex ijs qui nauigarunt, quiq́; in periculum adducti, hoc experti ſunt. Similiter presbyteri quibus licet docere & interpretari verbũ Dei, quos Paulus in epiſtola ad Corinth. cùm de hoc ageret, vocauit Prophetas, poſtquam ſermonibus exhortati ſunt populum, Epiſcopus, qui præeſt Eccleſiæ, tanquam princeps cæterorum, qui in primis dijudicare debet eos qui prophetãt, ſtatim poſt illos prophetas loquitur, exhortans populũ vt faciant quę à presbyteris illis, ſiue prophetis dicta ſunt, & approbans ea; cui tandem oportet obedire omnes, & iudicium eius ſecundùm fidem ſequi etiam prophetas illos. Ac ne exiſtimarent Corinthij gratiam prophetiæ tollere ordinem & ſubiectionem, poſtquam dixit Apoſtolus, Poteſtis per ſingulos prophetare, ſubiungit: Spiritus Prophetarum Prophetis ſubiecti ſunt; quod Apoſtolica doctrina lib. 8. interpretatur, cùm ait, Prophetas minores nõ ſe feciſſe pares maioribus, vt neq; Silam & Agabum Apoſtolis; neque Timotheum Paulo; neq; Aaron Moyſi: non enim illos tranſiſſe modos ſuos. Hoc igitur quod Paulus dixit, Spiritus Prophetarum Prophetis ſubiecti ſunt, loquens de munere prophetandi, ſiue interpretandi verbum Dei ad ædificationem, exhortationem, & conſolationẽ. hoc, inquam, clarius expoſuit hic Apoſtolica doctrina, cùm ait, Poſt exhortationem presbyterorum poſtremus omnium exhortetur Epiſcopus, qui, inquit, eſt ſimilis gubernatori nauis. Ergo eſt propheta maior qui præeſt naui, id eſt Eccleſiæ, & huic ſunt alij presbyteri ceu minores prophetæ ſubiecti. Hinc redarguitur illa peſſima conſuetudo, quam beatus Hieronymus ſcribit in epiſtola ſecũda ad Nepotianum, fuiſſe ſuo tẽpore in quibuſdam Eccleſijs, vt præſentibus Epiſcopis presbyteri non loquerentur; quaſi aut inuideant, inquit, aut non dignentur audire, quod vir ſanctus, & in conſtitutionibus Apoſtolorum eruditus, reprehendit, recitans locum Pauli 1. Cor. 14. Poteſtis enim per ſingulos prophetare. & quæ ſequuntur.

Si quis autem repertus fuerit qui ſedeat loco non decente.) Quod Apoſtolica cõſtitutio præſcribit de ordine ſedendi in Eccleſia, non eſt intelligẽdum quaſi præceptum Apoſtolorum ſit, ſic ſedere omnes omni tempore, ita vt quia non videmus ſeruari hoc ſemper, cõtinuò exiſtimemus violari Apoſtolicam traditionem: aut ſi violari non dicamus, neque præceptum fuiſſe arbitremur, vt ſic ſedẽdo ordines diſtinguantur, ſicut quidam alioqui graues & eruditi viri ſimili ratione adducti, quod præcepit Apoſtolus de velãdo capite mulieribus in Eccleſia, exiſtimant non eſſe præceptũ, quia ſcilicet, vt ijdem aiunt, non videatur ſeruari; neque reprehendi, quia non ſeruetur. Quid igitur dicemus? Si præceptum eſt ſic ſedere, ergo qui ſecus faciunt, præceptum violant. Si non eſt præceptum, quid eſſe dicemus? quomodo præcipiunt Apoſtoli ſic ſedere? Aduertẽdum igitur eſt eſſe quidem hoc præceptum Dei & Apoſtoli, vt in Eccleſia omnia honeſtè & ſecundùm ordinẽ fiant: quod quidem latè patet. Sunt enim propè infinita in quæ cadit hoc præceptum: ad honeſtè verò ſedendum hæc fuit velut forma quædam perfecta τοῦ εὐσχήμου ϗ τάξεως ab Apoſtolis propoſita, vt ad eam collimarent, ac quamproximè accederent paſtores Eccleſiarum. Itaque honeſtas ac decentia ſedendi eſt huius conſtitutionis ratio: contra hanc verò formam & rationem pręcepti de ſedendo honeſtè, id eſt, cõtra decentiam Eccleſiæ qui peccat, is quidem præcepti violator eſt. at ſi ſedendo nihil fiat in Eccleſia contrà quàm deceat Eccleſiam, nõ violatur Apoſtolica conſtitutio & Dei ordinatio de ſedẽdo honeſtè & ordine in Eccleſia; ita vt ſi ſit probabilis cauſſa ſedendi aliter quàm hinc deſcribitur, modò contra decentia Eccleſiæ non fiat aliquid, poſſint fideles aliter ſedere, ſalua Apoſtolica conſtitutione. Neque enim aliquid indecenter

decenter fit in eccleſijs noſtris, quòd virgines aliquæ cum matronis ſedeant: neque quòd interdum aliquis iuuenis cum ſenibus; ſi aliqua probabilis ratio id poſtulet, honeſtum habebitur. Contrà verò, vbi nulla decentiæ ratio fuerit, vt adoleſcens quiſpiam inter ſenes ſedeat, & vbi appareat ratio indecori, quis neget malefieri, ſi neglecta decentia eccleſiæ non moueatur loco?

CAP. LVIII. pag. 88.

Si verò aliquis presbyter ex alia parœcia adueniat, excipiatur à presbyteris κοινωνικῶς: (ita enim legẽdum eſt, vt in quibuſdam exemplis manuſcriptis erat.) *Si fuerit diaconus, à diaconis; ſi vero Epiſcopus, ſedeat cum Epiſcopo.*) Eſt autem excipi κοινωνικῶς, excipi communicanter, ſi verbum verbo placet reddere; aut ſi Latinius malis, excipi amicè. Iubet ergo Apoſtolica conſtitutio, vt presbyteri cum presbytero peregrino, diaconi cum diacono, Epiſcopus cum Epiſcopo, tanquam cum æqualibus honorem, vt par eſt, communicent, ita vt presbyter cum presbyteris, diaconus cum diaconis, Epiſcopus cum Epiſcopo ſedeat: & cætera in eccleſia, tanquam amici (hoc enim iuſtum eſt) habeant communia: in cõmunicatione enim eſt amicitia, vt Ariſtoteles in octauo de Moribus libro tradit: & vbi amicitia, eadem vtrinque iuſtitia propter æqualitatem, ſecus atque in alio genere amicitiæ, quam idẽ auctor vocat καθ' ὑπεροχήν, vt patris & filij, ſenis & adoleſcentis, viri & vxoris, domini & ſerui, magiſtratus & ſubditi: in his enim ſuperiores diligunt inferiores, nõ quidem κοινωνικῶς, ſed προνοητικῶς, vt ait Dionyſius Areopag. cap. 4. De diuinis nominibus; inferiores verò diligunt ſuperiores; & cum eis amicitiam habent ἐπιστρεπτικῶς, vt idem ait, id eſt, quatenus ad illos veluti tutelæ & perfugij gratia ſe conuertunt: æquales verò alios æquales, atque eiuſdem ordinis diligunt, (inquit idem) κοινωνικῶς, eodem verbo vſus eſt quo Clemens: quod perinde eſt quaſi diceret φιλικῶς, id eſt amicé. Hac verò cõſtitutione cauetur, vt in recipiendis presbyteris, aut diaconis, aut Epiſcopis peregrinis, nulla in eccleſia appareat acceptio perſonæ. Vbi enim non eſt illud κοινωνικόν, quod æqualibus debet, neceſſe eſt, vt ibi ſit acceptio perſonæ. Vt ſi ei qui habet annulum aureum in veſte candida, ſicut ait beatus Iacobus, dicatur in Eccleſiaſtico conuentu, Tu ſede hic bene; & pauperi dicatur, Tu ſta illic, acceptio perſonæ fit. diuitiæ enim, ſi idem ſit gradus & æqualis ordo, non faciunt ſuperiorem ex ſe: ſic, eſſe presbyterum, aut diaconum in eccleſia huius Epiſcopi, aut in eccleſia illius, quatenus preſbyter, aut diaconus eſt, non facit ſuperioris gradus eſſe, quàm eſſe presbyterum, aut diaconum in alia. Illud etiam venit mihi in mẽtem obſeruare hoc loco de ratione verbi cœnonici, quo Apoſtolica doctrina hîc vtitur, olim clericos ex communi ſumptu eccleſiæ viuere in commune ſolitos, vt ex epiſtola Vrbani primi intelligi poteſt, à vita communi, quam ad exemplum Apoſtolicæ inſtitutionis viuebant, cœnonicos fuiſſe vocatos: quo verbo vſus quoque eſt Euſebius Archiepiſcopus Alexandriæ; non eius, quæ eſt in Africa, ſed quæ in Aſia, ad quam ex parua ciuitate translatũ eſſe affirmat Antherus Pontif. Sic ergo Euſebius in ſermone de die Dominico, hortans ad permanendũ in eccleſia vſque ad extremum Miſſæ, iuxta canonẽ Apoſtol. IX. Siue, inquit, ſit cœnonicus, ſiue non ſit, debet permanere μέχρι τῆς ἀπολύσεως τῆς ἐκκλησίας, id eſt, quouſque dimittatur eccleſia, cùm ſcilicet dicitur, vt hodie ſolet, Ite, Miſſa eſt, ſcilicet peracta. Cùm dixit, Siue cœnonicus ſit, ſiue nõ ſit, cùm omnes ingredientes in eccleſiam complecti voluerit, cõſequẽs eſt, vt perinde ſit hoc quaſi diceret, Siue clericus, vel religioſus ſit, ſiue laicus. Quia igitur non ſolùm illis temporibus Apoſtolorum, ſed etiã diu pòſt, vt teſtatur ſanctus Vrbanus Pontif. & martyr, adhuc vitæ cõmunis inſtitutum vigebat maximè, inquit, inter eos qui in ſorté Domini erant electi, id eſt, inter clericos: his enim maximè, vt Clemens quoque in epiſto. quinta ſcribit, vita communis neceſſaria eſt, qui Deo, inquit, irreprehenſibiliter militare cupiunt; & vitam Apoſtolorum eorumq́; diſcipulorum imitari volunt; de clericis dicit; Clerici enim dicuntur in ſcriptura militare Deo, idcirco præcipit Apoſtolica doctrina, vt cùm ex alia parœcia clericus aduenerit, vt recipiatur cœnonicè, id eſt, in commune: ita enim decebat, vt qui in commune viuerent, in commune quoque reciperentur à ſuis ſimilibus, id eſt, à viuentibus in commune. Itaque non præcipit hoc de laicis qui ſua poſſident. hoc fit hodie in cœnobijs, peregrinos enim cœnobitas in commune excipiunt. Ad huiuſmodi clericos pertinet quod beatus Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum ſcribit, fuiſſe ad refrenandã auaritiam clericos vnà cũ monachis prohibitos lege non ſolùm euangelica, ſed ciuili, capere hæreditates, quia ſcilicet vitam communẽ inſtituiſſent ſecundùm Apoſtolicum inſtitutum nihil proprium poſſidendi. Tales clericos habuit in eccleſia ſua beatus Auguſtinus, de quibus eſt in 12. q. 1. cap. Nolo, & cap. Non dicatis. De his ſcribit ibidẽ beatus Gregorius ad Auguſt. Anglorum Epiſcopum, Quia tua fraternitas monaſterij regulis erudita, ſeorſum nõ debet fieri à clericis ſuis in eccleſia Angl. hanc debet inſtituere conuerſationem, quæ initio fuit patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex ijs, quæ poſſidebat, proprium habebat, ſed erant illis omnia communia. Ab hoc inſtituto vitæ communis, id eſt, participandi omnia inter ſe communiter, & nihil proprium poſſidẽdi ſub Eccleſiaſtica regula pſalmos horis canonicis canendi, qui à principio κοινωνικοί, ſiue cœnonici dicebantur, dici cœperunt poſteà Canonici

nici

nici cęnobiorũ;vnde ad canonicos in cęnobijs ſcribit B. Baſilius; à Latinis dicti ſunt Canonici regulares, quia ad regulam eccleſiaſticam canendi pſalmos horis canonicis, regulã Sancti Auguſtini viuendi ex eccleſia in commune nihil proprium poſſidentes ex voto,adiungere voluerunt. Qui verò hoc non ſuſceperunt, canonici ſolùm vocantur. Hactenus de verbo Cœnonici,quod etſi in vſu non ſit,nihil enim refert, eſt tamen adhuc in conſuetudine res ipſa verbo ſubiecta, id eſt, communitas vitæ ſecundum Apoſtolicam inſtitutionem in monaſteriis & cœnobijs, & in eccleſijs non paucis clericorum. Sed de his latiùs nuper ſcripſimus in 5. libro defenſionis epiſtolarum pontificum Apoſtolicorum.cap.2.

Si autem tùm tam ſedetur, alius quiſpiam adueniat honeſtus & nobilis, ſiue externus ſiue eius regionis, tu Epiſcope, cùm Deo ſermonem habes ad populum, aut cùm pſallentem & legentem audis, caue ne acceptio perſonæ faciat, vt miniſterium verbi intermittas, vt illi locum ſedendi ante alios deſtines;quin potius quieſce.) & paulo pòſt: *Sin autẽ pauper, aut ignobilis, aut peregrinus quiſpiam ſenex vel adoleſcẽns aduenerit, neq; ſit locus vacuus, hic quoque diaconus toto animo locũ faciat.)* Mirificè conueniunt hæc cum epiſtola beati Iacobi: Fratres, inquit, nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ, id eſt, glorioſi: deinde ſubiungit: Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir annulum aureum habens in veſte ſplendida, introierit autem & pauper in ſordido habitu,& intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei, Tu ſede hic bene: pauperi autem dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum; nonne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? Cùm conuentum dicit, eccleſiam intelligit. Deinde ille qui dicit, Tu ſede hic bene, ſcilicet intẽdens in eum qui indutus eſt veſte præclara; Epiſcopus eſt, qui intermiſſo ſermone quem habet ad populum, & interrupta audientia nobilem honoris gratia ſeſſum recipit; quaſi hoc placeat Deo, vt magis honoretur diues, quàm fides & miniſterium verbi Dei: & vt pauper propter diuitẽ inhonoretur: aut quaſi diuitiæ abſque virtute Deo ſint acceptę, quæ quidẽ ſunt cogitationes iniquæ. Hoc igitur vocauit beatus Iacobus hic, habere fidẽ in acceptione perſonæ: id eſt, exiſtimare eſſe miniſterium in eccleſia acceptum Deo propter acceptionẽ perſonæ: Sic enim iubet conſtitutio Epiſcopo, dare locum pauperi in eccleſia, vt, inquit, non fiat acceptio perſonæ, & ſit miniſterium eius Deo acceptum. Eſt itaque traditio non ſolùm per ſermonem Apoſtolorũ, ſed per epiſtolam beati Iacobi relicta nobis, vt in eccleſia ne cũ dedecore pauperis detur locus diuitibus: & ne interrumpatur miniſterium verbi Dei, & ſermo, vt recipiatur, ſeſſum nobilis. Libenter hęc obſeruaui, vt intelligatur ex omni parte, quãta ſit doctrinæ huius conuenientia cum ipſa ſcriptura Apoſtolorum.

Cap. LIX. pag. 41.

Cùm autem doces, ò Epiſcope, hortare populum & mone, frequentare eccleſiam quotidie manè & veſpere, vt omnino abeſſe nolit, immò aſſiduè conueniat.) & paulo pòſt: *Quinimmo conuenite in eccleſiam ſingulis diebus manè & veſperè, ad canendum pſalmos, & precationes in templo faciendas, potiſſimum autem die Sabbati & die Dominico, qui eſt dies reſurrectionis)* Vt in eccleſiam conueniant fideles ad audiendum verbũ Dei, & ad precationes faciendas, & ad cantum pſalmorum, & ad ſacrum, traditio eſt, non ſolùm per ſermonem Apoſtolorum, ſed per epiſtolas eorum mandata: quæ vſque in hodiernum diem in cuncto orbe Chriſtiano ſeruatur. De huiuſmodi quotidiano cõuentu in eccleſiam, qualem hîc deſcribit Apoſtolica cõſtitutio, loquitur Paulus 1.Cor.11.cum ait, Igitur cõuenientibus vobis in vnum, & quæ ſequuntur. Rurſus de eodem cõuentu in eccleſiã ad pſallendum, & docendum verbum Dei, 1.Cor.14. Si ergo, inquit, conueniat vniuerſa eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantur; & quæ ſequuntur. Et beatus Iacobus de eiuſmodi conuentu in eccleſiam; qualis hic deſcribitur: Si ingrediatur aliquis in conuentum veſtrum, & reliqua. Et in Act.cap.11. Quotidie perdurantes vnanimiter in templo: in qua autẽ re perdurarent, paulò ſuprà explicauerat Lucas: Erant, inquit, perſeuerantes, ſiue perdurantes (idem enim verbum eſt vtrobique) in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. In altero itaque loco dixit, in quibus perſeuerarent; in altero, vbi perſeuerarent. Rurſus Paulus Apoſtolus de huiuſmodi conuentu in eccleſiam loquitur in epiſtola ad Hebræos cap.10. Hortans enim ad accedendum poſt baptiſmũ cum vero corde, & plena fide ad eum qui idem eſt hoſtia & ſacerdos magnus, qui eſt ſancta Euchariſtia, quæ in domo Dei, quę eſt eccleſia, celebratur; ſimul hortatur, vt non deſinamus frequentare eccleſiam, vbi corporis & ſanguinis Domini cõmunio ſumitur: Non deſerentes, inquit, collectionem veſtrã, ſicut conſuetudo eſt quibuſdam; ſed inuicem prouocantes; & quæ ſequuntur. Collectionem vocauit conuentum in eccleſia, eodem verbo vſus quo beatus Iacobus; niſi quòd Iacobus συναγωγὴν dixit, Paulus verò ἐπισυναγωγὴν, vt præpoſitione illa ἐπὶ ſignificaret eſſe eccleſiam congregationem fidelium in vnum, & hos in regno cœlorum eſſe congregandos. Sed dicet aliquis; Si traditio eſt Apoſtolica, vt hæc conſtitutio docet, vt ſcilicet quotidie & manè & veſperè conueniant fideles in eccleſiam ad verbũ Dei audiendum, & pſalmos, & ad Dominum, qui ibi nobiſcum ſemper eſt præſens; ergo qui nõ veniunt, traditionis violatæ rei ſunt; at non

eſt hæc

eſt hæc iuſſio, ſed hortatio,quam quidem qui contemnit, is violator eius dicendus eſt: non autem, qui non contemnit, præſertim ſi probabilem abſentiæ cauſam habeat. quod quidem ex lib.8.cap.14. magis adhuc intelligere licet, vbi ſacerdos poſt oblationem ſic precatur in eccleſia, inquiens: Obſecramus te quoque pro ijs qui ſunt abſentes. Deinde interpretans quoſnam abſentes dicat, ſubiungit, qui ab ſentiæ ſuæ habent cauſam probabilem. Is igitur huius traditionis hortatoriæ violator tenebitur, qui per contemptum, vt dixi, abeſt, & is fructu congregationis carebit, qui temerè ac ſine cauſa abeſt; cùm adeſſe poſſit. Etſi enim eccleſia pro omnibus membris ſuis deprecetur, in primis tamen ac magis pro ijs qui adſunt præſentes: aut corpore quidem abſentes ſunt, ſed ſpiritu & deſiderio præſentes; quod dici ſolet, voto adeſſe. Quòd autē die quoque ſabbati potiſſimùm conuenire in eccleſiā præcipit, ſicut die Dominico, ad reſurrectionis etiam cultum & honorē pertinet & refertur. Reſurrectioni enim, ſcribit Leo primus Epiſco.81. ad Dioſcorum Alexand. à veſpera ſabbati initium conſtat aſcribi: idcirco cōtinuato ieiunio ſabbati iubet manè die Dominico ordinationes Epiſcoporum celebrari. eodem pertinet, quòd in eccleſijs Orientis omni ſabbato, excepto vno magnæ hebdomadæ, nō ieiunant; neque, niſi ſabbatis quadrageſimæ, à carne abſtinēt. De canone pſalmi matutini 62. & veſpertini 140. dictum eſt in ſcholio.

IN LIBRVM TERTIVM DE VIDVIS.

CAP. II. pag.91.

VIDVAE *adoleſcentiores ne cooptentur in gradu viduali, ne excuſando nō poſſe ferre feruorē ætatis, initio ſecundo matrimonio, in negotio ſint.*) Dixerat in principio libri huius, quid euenire ſoleret, cùm adoleſcens vidua inter viduas eccleſiæ cooptatur; idcirco hoc loco omnino iubet non eligere tales, ne inito ſecundo matrimonio, ſint in negotio, ſcilicet fornicationis: Paulum imitatus eſt Clemens, qui ſic vocauit in epiſtola 1. ad Theſſal. cap. 4. cùm ait; Hæc eſt enim voluntas Dei, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrùm vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore: & ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem ſuum. *ἐν τῷ πράγματι* dixit cū articulo, vt referret ad rem ſiue negotium fornicationis, de qua paulò ſuprà dixerat; Abſtinete vos ab omni fornicatione. Ac rurſus quia de re valdè neceſſaria loquebatur Clemens, Paulum imitatus, cùm ait in epiſtola ad Philipp. Mihi eadem dicere nō eſt pigrum, vobis autem neceſſarium; repetit eandem conſtitutionem, iubens opitulari huiuſmodi viduis adoleſcētioribus, ne excuſando, inquit, ſe derelinqui, turpi negotio implicentur. Iam hîc apertius ſignificauit quod voluit. Quis non intelligat ex tanta repetitione, quàm ſit neceſſarium ad ſalutē animæ fidem continentiæ Deo obligatam, non violare?

Quartum verò coniugium planè & libidinem eſſe, & manifeſtam impudicitiam.) Non damnat hæc Apoſtolica conſtitutio quartas nuptias, cùm Apoſtolus ſimpliciter dixerit, Dico autem non nuptis, & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permanſerint, ſicut & ego: quòd ſi nō ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quàm vri. Non dixit, nubant ſemel, aut iterum: aut melius eſt nubere ſemel & iterum, quàm vri: ſed ſimpliciter dixit, nubant: melius eſt enim nubere, quàm vri. Rurſus idem Apoſtolus; Quòd ſi dormierit, inquit, vir eius, liberata eſt à lege, cui vult, nubat, tantùm in Domino. Et in epiſtola ad Timotheum de viduis; Iuniores, inquit, nubere volo, filios procreare, matresfamilias eſſe. Simpliciter dixit, cui vult, nubat, & nubere volo. Non ergo hoc loco, vt dixi, damnat Apoſtolica doctrina quartas nuptias, ſed incontinentiam quarto nubentis. Cuius quidem incontinentiæ non eſt ſolùm indiciū in quartis nuptijs, vt eſt in tertijs, immò in quartis iam eſt manifeſta oſtenſio: ita vt doctrina Apoſtolica tetragamiam dicat eſſe planè libidinem, & manifeſtam impudicitiā. quam quidē beatus Baſilius ſecutus Apoſtolicam doctrinam canone 75. vocat belluinam, & à genere humano alienam, ſcilicet propter manifeſtam impudicitiam, cuius non magis pudet huiuſmodi polygamon; neque magis ei parcit, quàm ſi bellua eſſet furenti libidine incitata. Vnde beatus Auguſtinus: Neque contra, inquit, humanæ verecundiæ ſenſum audeo dicere, vt quoties voluerint, nubant. A genere autē humano alienam dixit, quia, vt hîc ait Apoſtolica doctrina, Deus vnam vxorem dedit viro, hic autem tetragamos quatuor duxit. Ex quibus ſi filios ſuſcipiat, odijs & ſimultatibus eos implicet neceſſe eſt propter diuerſitatem matrum, quod quidem inhumanum eſt. Ergo, vt beatus Baſilius ait canone 4. trigamiam dictam eſſe à Patribus moderatā fornicationem, quam tamen, quanquam infamē, & turpem, vt idem ait canone 47. publico iu-

dicio

dicio non damnat. Sic conſtitutio Apoſtolica tetragamiam, id eſt, quartas nuptias, manifeſtam impudicitiam vocat, non ipſum coniugium quartum damnans, ſed manifeſtam incontinentiam ac libidinem. Vnde idem Baſilius exaggerando grauius, fornicationem eſſe dicit: quia, vt Zonaras huius canonis interpres ait, Qui fornicatur, ſe tantùm lædit; tetragamos verò, aut pentagamos, ſe, & canones offendit: & filios odijs ac ſimultatibus implicat. tametſi mitius cum eo agatur, quàm cum fornicatore, qui à beato Baſilio annis ſeptem, à veteribus annis quatuor puniebatur. Immò recitemus etiam canonem quartum eiuſdem Baſilij de trigamis, & polygamis, quo faciliùs hæc Apoſtolica cõſtitutio ex veterum patrum ſenſu ac iudicio, & Eccleſiaſticis regulis ſanè intelligatur. De trigamis, inquit, & polygamis, ſimilem atque de digamis canonem ſanximus. Etenim digamos annua eccleſiæ interdictione mulctant: alij biennio: trigamos triennio: & ſæpenumero quadriennio. Vocant autem huiuſmodi non iam nuptias, ſed polygamiam, hoc eſt, multiplices nuptias, vel potius fornicationẽ moderatã. Quamobrem Dominus Samaritanæ, quæ quinque viros iã habuerat, quem nunc, inquit, habes, non eſt tuus: tanquam non eſſent digni vel viri, vel vxoris nomine, qui digamiæ, hoc eſt, binarum nuptiarum numerum tranſiſſent. Nos autem in vſu habemus, non ex canone, ſed ex maiorum exemplo, trigamos quinquennij ſpatio eccleſia prohiberi; ſunt autem prohibendi eccleſia non ex toto, ſed biennio, aut triennio, ad audiendos ſermones admittendi: poſtea verò reſtituendi in eccleſiam, ita vt à ſacra cõmunione arceantur: quæ tunc quidem concedantur, cùm aliquem pœnitentiæ fructũ oſtenderint. hactenus canon. In quẽ Zonaras ſcholion ſcripſit: De trigamia, inquit, extat tomus, ſiue decretum factum in Concilio Conſtant. ad reconciliandos monachos, & clericos habito, quod dictum eſt ἑνώσεως, id eſt, vnionis, temporibus Conſtantini, & Romani Imperatorum, in quo trigamia interdicitur viris quadraginta annos natis, niſi liberis careant. interdicitur autem ob honeſtatem, & decorum. Atque ita ſancitur pœna non ipſa trigamia, ſed intemperantia, & turpitudo ipſius hominis, exemplumque indecorum. Ob eandem cauſam Synodus Neocæſarienſis prohibet presbyteris canone 7. intereſſe conuiuio huiuſmodi nuptiarum; & Synodus Laodicen. non ſtatim huiuſmodi coniuges ad ſacram communionem admittit. Hæc Zonaras. Sic igitur intelligenda eſt Apoſtolica conſtitutio, non quaſi nuptias, tertio, aut quarto, aut ſæpius etiam repetitas damnet: ſed ipſam incontinentiam. quod ex ipſis verbis Clementis, ſi eorum vis ponderetur, videtur mihi intelligi poſſe. Cùm enim ait, trigamiam, ſiue tertias nuptias ſignum eſſe, ſiue indicium incontinentiæ, ſatis ſignificat, fieri poſſe, vt aliquando honeſtæ ſint, & non propter incontinentiam, & libidinem repetitæ. Non enim ſignũ naturale eſt hoc, vt eſt fumus index ignis, quin poſſit videri ſignum eſſe incontinentiæ, non eſſe tamen reuera incontinentiam, quia ſit cauſa aliqua honeſta huiuſmodi nuptiarũ; vt ſi nec ex primis, nec ex ſecundis, neque tertijs nuptijs liberi ſuſcepti ſint. Etenim niſi hoc ſignificare voluiſſet, nunquam ſic dixiſſet, eſſe tertias nuptias ſignum incontinentiæ. Quare cùm ſubiungit, quartas verò, manifeſtam fornicationem, ex antecedentibus, quid ſibi velit, intelligendum eſt; ſignificat enim rarum, ac difficile eſſe, reperire, qui honeſtè quartum matrimonium repetat, ita vt dici poſſit, quartum matrimonium non indicium impudicitiæ, vt de tertio matrimonio dixit, ſed manifeſtam impudicitiam eſſe, quam grauiore vocabulo exaggerandi cauſſa vocauit πορνείαν, id eſt, fornicationem. Quod autem ait Hieronymus libro priore contra Iouinianum, vt hoc quoque aduertamus, vbi vnus exceditur, nihil referre, ſecundus, an tertius ſit, quia deſinit eſſe monogamus, nõ ſic accipiendum eſt; quaſi vir ſanctiſſimus, & eruditiſſimus digamiam & trigamiam pares fecerit: ſed hoc voluit dicere, quantum pertinet ad amittendam gloriam monogamiæ, nihil referre; referre tamen quoad turpitudinem maiorem, aut minorem. Illud autem eſt hic aduertendum, cùm ait hæc doctrina, quartum coniugium planè libidinem eſſe, quia Dominus vnam dedit vni viro, non improbare digamiam, id eſt, ſecundùm coniugium hac auctoritate, neque ſolam monogamiam ſancire, qui fuit error Tertulliani: iam enim approbauerat Apoſtolica doctrina digamiam, ſi non eſſet facta promiſſio non nubendi iterum, vt in viduis Eccleſiæ. Sed hac auctoritate Domini Dei, qui vnam vni dedit à principio, qua abuſus eſt Tertullianus ad ſanciendam ſuam monogamiam, voluit docere Apoſtolica conſtitutio, ideò tetragamiam eſſe planè libidinoſam, quia ab illa continentia coniugij ſimplicis, quod in principio fuit à Deo inſtitutum, tamquam typus coniugij honorati, & incontaminati, longius diſceſſum ſit. Immo videtur mihi (vt hoc obiter obſeruetur) legiſſe Tertullianus hanc conſtitutionem Apoſtolorum, quæ digamiam probat: & trigamiam non damnat. Siquidem in libro de monogamia quærit, cur non potuerit poſt Apoſtolos ſpiritus ſuperueniens ad deducendum diſciplinam in omnem veritatem per gradus temporum, ſecundùm quod Eccleſiaſtes tempus omni rei, inquit, ſuper terram, iam carni fibulam imponere? poſt Apoſtolos dixit, ſignificans quantum ſuſpicor, has conſtitutiones, & doctrinam Apoſtolorum. Locum enim Apoſtoli ad Corinth. 1. cap. 7. de vidua libera ad nubendum cui uelit, mortuo viro: & ad Timotheum de viduis iunioribus, quibus præcipit nubere, malè interpretatur.

Hanc

Hanc quoque apoſtolicam doctrinam ſecutus eſt Gregorius Naziaz. edifferens illum locum Matth. 19. de quæſtione Phariſæorum ſuper matrimonio: Primæ, inquit, nuptiæ legis ſunt: ſecundæ indulgentiæ: tertiæ verò ex tranſgreſſione. Quod quidem intelligendum eſt propter ſignum intemperantiæ, non quòd dicat per ſe illicitas, vt diximus. Pari ratione Athenagoras in apologia pro Chriſtianis ad Antoninum, & Commodum Imperatores ſecundùm coniugium decorum adulterium eſſe dicit.

Cap. IIII. pag. 91.

Dicite quibuſcunque bona diſpertitis, quis illa dederit, vt nominatim pro eo precemur.) Apertè condemnat hæc Apoſtolica conſtitutio Ioannem VVicleff, qui aiebat orationes pro animis defunctorum factas in Eccleſia, præferentes vnum ex nomine plus quàm alium, eſſe falſum fundamentum eleemoſynæ. His verbis docebat ille hæreticus, non licere precationem pro illo facere nominatim. quem errorem eruditè confutat Thomas VValdenſis 3. Tom. de Sacr. cap. 107. hæc verò Apoſtolica doctrina proprio etiã verbo refellit, præcipit enim ἐξ ὀνόματος, id eſt, nominatim, pro eo qui eleemoſynam tribuit, Deum precari; quod nobis per Apoſtolicam traditionem in Eccleſiaſtica conſuetudine relictum, vſque in hodiernum diem ſeruamus & frequentamus.

Cap. V. pag. 92.

Erat enim nobiſcum mater Domini, & ſorores eius; præterea Maria Magdalena, ac Maria Iacobi; item Martha & Maria ſorores Lazari.) Hic quoq; locus defenſionem poſtulat, ne reprehenſionem incurrat, qui fortaſſe non deerunt quibus falſus videatur. Sed illud primũ admonere neceſſe eſt, vt omnia caueamus; omnemque ſcrupulum eximamus. Cùm eccleſia ſanctã Mariam Magdalenam tanquam ſororem Lazari celebrat, quia ſcit multos Doctores hoc ſenſiſſe, non continuo decretum facit, ita in re eſſe, id eſt, ſororem Lazari fuiſſe, quia ſcit rurſus multos quoque magni nominis, & multæ antiquitatis auctores contrà dicere. in hac verò varietate ſententiarum de quæſtione facti, illam partem eccleſia eligit, quæ ſecundùm ſanctas & pias rationes probabilior ſibi viſa eſt: præſertim cùm hanc opinionem apud multitudinem populorum reperiſſet, in qua electione ſancta errare non potuit, ſiue in re ita ſit, ſiue non ita. hic enim dicendum eſt, quod Natalis Beda eruditus Theologus Pariſienſis in confutatione Iacobi Fabri, & Iudoci Clitouæi de tribus Magdalenis in tertia parte declarationis ſuæ ſcholaſticæ, ſic enim appellat, Eccleſia, inquit, non errat, quando agit ſecundùm morales & Theologicas probabilitates. Practica enim, & moralia, quæ opus dirigunt, indicia vera ſunt, & fidei, atque prudentiæ effectus. Deinde ſubiungit, ſiue vna ſit, ſiue non, non errat nunc. hoc in illos ſcripſit, qui audebant dicere eccleſiam errare, quòd vnam tantum Magdalenam celebraret, in quo illi potius maximè errabãt. Nemo igitur de cætero mihi moleſtus ſit, ſi quod Clemẽs apoſtolicus auctor, & multi antiqui auctores cum eo ſentiunt, mihi probabile viſum eſt, quamdiu hoc eccleſia permittit nullo decreto contrario interpoſito: Sicut ego rurſus moleſtus eſſe non debeo iis quibus contraria ſententia probabilior videtur. ego interim cum eccleſia Mariam Magdalenam ſororem Lazari in officio eccleſiaſtico voco, & ſororem eſſe piè cum eccleſia dico, ſicut ipſa dicit: in hac eccleſiaſticæ prædicationis pietate error eſſe non poteſt, licet ponamus non eſſe hoc in re quod eſſe dicit eccleſia. Sed dicamus iam quæ ad probabilitatem ſcripturæ Clemẽtis pertinent. Vna enim fuit Maria Magdalena, quæ apud Matthæum uenit veſpere ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, id eſt, uenit ad multam noctem, ut Dionyſius Alexandrinus in epiſtola ad Baſilidem de hora reſurrectionis Domini interpretatus eſt, quod eſt, ut beatus Ioannes ſcripſit, ualde mane ueniſſe ad ſepulchrum. Hæc eſt illa mulier in ciuitate peccatrix, ex qua ſeptẽ dæmonia eiecit Dominus, quæ in domo Phariſæi pedes Domini lachrymis rigauit, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur, & unguento ungebat: cui primo apparuit Dominus, poſtquam reſurrexit, ut Marcus, & Ioannes teſtantur: & quæ non eſt permiſſa tangere Dominum, ſcilicet cùm flebat, quia nondum credebat; quæ rurſus permiſſa eſt tangere, quando gaudere cum alia Maria iuſſa eſt; quando quidem poſt uiſionem angelorum iam Deum eſſe credebat, non autem ſolum hominem, ſicut cùm lugebat, quia non credebat. ſic enim Euſebius Cæſar. in epiſtola ad Marinum, Euangeliſtas hoc loco cõcordare interpretatus eſt. Narrat præterea idem Euſebius in eadem epiſtola fuiſſe ſuo tempore, qui opinarentur, duas fuiſſe Magdalenas, unam, quę ueſpere ſabbati apud Matthæum, alteram apud Ioannem, quæ ualde mane ad ſepulchrum ueniſſet, ex qua ſeptẽ dæmonia Dominus eieciſſet: & hanc quidem illud audiſſe, noli me tangere: illam uero apud Matthæum cum altera Maria tenuiſſe pedes eius. Deinde ſubiungit: Sed ſi quis dicat, eandem eſſe, ſic quoque concordant euangelia. rationem uero cõcordiæ attulit idem, quam paulo antè retuli, ne idem repetam. Deinde hæc Maria Magdalena ex Galilæa erat, ut ex Marci euangelio intelligere licet, cùm ait cap. 15. erant autem & mulieres de longè aſpicientes, inter quas erat Maria Magdalena, & Mariæ Iacobi, & Ioſeph mater, & Salome; & cùm eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei; ſcilicet quia erant mulieres Gali-

læ, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei, cùm eſſet in Galilæa; vnde probabile eſt dictam eſſe Magdalenam à Magdalo, quæ eſt, ut tradũt, ciuitas in vno latere maris Galilææ, ſiue Generaſeth in Galilæa; aut Magda ciuitate Galilææ, ſic enim uocaſſet Epiphanius presbyter. Cõſtantinopolitanus in uita Virginis Mariæ, quam diligentiſſimè, & grauiſſimè ſcr pſit, cuius auctoris, & operis meminit Nicephorus Caliſtus. in hac ciuitate Magda ait hic auctor exceptum fuiſſe Dominum à Maria muliere diuite & nobili, Magdalenam intelligere, ex nomine ipſius ciuitatis coniecturam facere licet. ex quo iam fit, ut hæc Maria Magdalena non ſit illa Maria ſoror Lazari, & Marthæ; illa enim ex Iudęa fuit ex caſtello Bethanię, quę, ut ſcriptura teſtatur, quaſi quindecim ſtadijs ab Hieruſalem diſtabat; quæ quidem, ut ait Photius Conſt. ἐν καλαῖς ἐγνωρίζετο, id eſt, erat inſignis, ac nobilis pietate, quæ, inquit, pedes Domini unxit ſine lachrymis, quia erat gratiarum actio, quam adhibebat pro lætitia, & beneficio fraternæ ſuſcitationis. ait præterea idem Euſeb. videri tres fuiſſe Magdalenas, duas peccatrices, tertiam, quæ Lazari, & Marthæ ſoror fuiſſet, non peccatricem, ſed religione inſignem, & claram. Sed ſiue duæ Mariæ Magdalenæ peccatrices ſint, quod minùs probabile eſt, ſiue una, quod verius Maria certè, quæ non cognomento Magdalena, ſed Maria ſoror Lazari, & Marthæ in euangelio dicta eſt, alia prorſus eſſe uidetur, & multis uiſa eſt, ut ex obſeruationibus euangelij, quas idem Photius collegit, & quiuis colligere poteſt, perſpicitur. Licet aliquid Photius, immo etiam Chryſoſtomus, & Auguſtinus uideantur tribuere in Euangelio Mariæ Magdalenæ peccatrici, quod potius Mariæ Lazari, & Marthæ ſorori tribuendum eſſe uidetur, ut illud, quod eſt apud Matthæum, & Marcum de muliere, quæ in domo Simonis leproſi fracto alabaſtro effudit unguentum ſuper caput Domini, & quæ ſequuntur, quæ unctio per recapitulationem ab eis narrata, non eſt diuerſa ab illa quam Ioannes Euangeliſta capit. duodecimo narrat de Maria ſorore Lazari, & Marthæ. hæc enim cœna in Bethania facta eſt: & eadem æſtimatio unguenti in illa cœna effuſi trecentorum ſcilicet denariorum: eadem item murmuratio ſecuta, in Iuda quidem, ſimulata in pauperes miſericordia, de quo ſolo ob hanc cauſam Ioannes meminit; in diſcipulis uerò, de quibus Matthæus, & Marcus, non ſimulata miſericordia, ſed uera. Hæc autem cœna facta eſt ante ſex dies paſchæ, vt ait Ioannes, ſed quia ex ea cœna propter unguenti effuſi iacturam occaſionem cepit Iudas prodendi Dominum; idcirco Matthæus, & Marcus poſtquam de concilio Iudæorum ad deliberandum de capiendo Chriſto biduo ante paſcha habito, id eſt, quarta feria; meminerunt, opportunè de cęna illa, & unctione ſtatim narrarunt per recapitulationem, id eſt, repetentes, quod præteritum erat, & ſuperius ob hanc cauſſam prætermiſſum, & in hunc locum reſeruatum, quod eſt euangeliſtis familiare. ad cætera uerò, quę ad diſtinguenda unctiones iſtas obijci poſſunt eruditè & accuratè reſpondet Cornelius Ianſenius Hulſtẽſis in euangelica concordia. Error igitur Iacobi Fabri, quem Iudocus Clitouæus ſecutus eſt de tribus Magdalenis, non nouus fuit; ſed prius fuit Photi, qui falſo ſibi uiſus eſt hiſtoriam de tribus Magdalenis in euangelio obſeruaſſe ꝓpter tres uarias narrationes apud tres Euangeliſtas. immo Origenes fuiſſe ait nonnullos, qui dicerent, quatuor fuiſſe mulieres quæ Dominũ unxerunt propter quatuor item uarias narrationes apud quatuor. & tempore quoque Euſebij erant quidam, ut idem ait, qui tradebant duas Magdalenas eſſe in euãgelio, quibus poſt reſurrectionem apparuiſſet Chriſtus, & unam earum peccatricem: nullos tamen Euſebius notauit, qui dicerent Mariam peccatricẽ fuiſſe Mariam ſororem Lazari, & Marthæ; nec ipſe Photius, qui duas plane Magdalenas peccatrices eſſe putauit, auſus eſt alteram earum, ſororem Lazari & Marthæ dicere. Immo hanc dixit fuiſſe non peccatis, ſed religione & pietate, contrà atque illæ duæ fuiſſent, claram, & celebrem. idem dixit Origenes in Matth. tractatu 35. item Theophylactus. Chryſoſtomus quoque Mariam illam Lazari & Marthę ſororem, quæ ſecus pedes Domini ſedens, audiebat verbum illius, in homilia 81. in Matth. & in Iohan. homil. 61. affirmat non eſſe illam, ex qua ſeptem dæmonia Dominus eiecit, quam euangelium uocat mulierem peccatricem. item Hieronymus in prima homilia Origenis in Cantica, Mariam Magdalenam aliam à Maria ſorore Lazari fuiſſe teſtatur. idem ſenſit Macarius Ægyptius in homilia duodecima, ſed de his ſatis.

Cap. x. pag. 94.

Immo neque Laico permittimus facere aliquod opus ſacerdotale, vt ſacrificium, aut baptiſmum, aut impoſitionem manus, aut benedictionem, ſiue paruam, ſiue magnam. & lib 8. cap. xliiij nec enim fas eſt diacono ſacrificium offerre, aut baptizare, aut benedictionem ſiue paruam, ſiue magnam facere.) Quia in ſcholio huius capitis demõſtratũ eſt uocari hic benedictionem paruã, remiſſionem tum minorum peccatorum, tum pœnarum, quæ pro peccatis maioribus remiſſis debentur; indulgentias uerò, ut nunc uocamus, quibus huiuſmodi remiſſiones continentur, Lutherus in Aſſertionibus articulo 17. impiè irridet, & ſola extrauagante Clementis VI. ex opinionibus Thomæ, ut ille ait, concepta, probari falſo nobis obijcit, exiſtimaui non alienum àb hoc loco eſſe, ſi pauca quædam præter illa, quæ in quarto libr. De dogmaticis characteribus uerbi Dei iam pridẽ ſcripſi, hic adderem, quæ ad intelligendum hunc locum

cum Apoſtolicæ doctrinæ,& ad probandas indulgẽtias,& earũ antiquitatẽ, & auctoritatem oſtendendam pertinerent, Incipiam igitur à ratione Sancti Thomæ,quæ grauior eſt, quàm primo aſpectu uidetur. Ab omnibus, inquit, ponitur, indulgentias ualere, & impium eſſet dicere, quòd eccleſia aliquid uanum facit, ergo ſunt indulgentiæ. Hæc inquam, ratio & ſi prima ſpecie non ita grauis eſſe uidetur, eſt tamen meo quidem iudicio grauiſſima, ſiquidem ducitur ex traditione, ſi, vt ego interpretor, accipienda eſt. Perinde enim eſt,ac ſi diceret, ſemper hactenus in omnibus eccleſijs prædicatum eſt, indulgentias eſſe, ergo eſſe indulgentias Apoſtolica traditio eſt Eccleſiæ Catholicæ relicta. Sic probat Apoſtolus quod in epiſtola ad Corinthios priore docebat de ratione docendi in eccleſia, & de ſubiectione inferiorum propbetarum ad ſuperiores, & ne mulier doceret in eccleſia, eſſe traditionem Apoſtolicam: Sicut, inquit, & in omnibus eccleſijs ſanctorum doceo. & paulò pòſt, an à nobis proceſſit verbum Dei,aut ad uos ſolos peruenit;quaſi diceret, non proceſſit à uobis, ſed à veſtris anteceſſoribus; in quo notatur origo, & antiquitas;nec vſque ad vos peruenit, ſed ulterius progreſſum eſt; in quo notatur vniuerſitas, & conſenſio. Sic nunc boc dogma, ſcilicet indulgentias eſſe, in omnibus eccleſijs docetur, & hoc audiuimus per multos teſtes, & non à nobis proceſſit, ſed ab ijs qui fuerunt ante noſtra ſæcula, non dico ab illis qui fuerunt ante annos ducentos, id eſt, à ſæculo Clementis VI. vt Lutherus finxit, ſed ab alijs ante 450. & ab alijs item ante 500. & item alijs ante 900. & rurſum ab alijs antiquioribus, nec ad nos ſolos peruenit, ſed ad omnes eccleſias Catholicorum, ita vt, ſicut Apoſtolus dixit Corinthiis de eo, quod prædicabat, ſicut in omnibus eccleſiis doceo, ſimiliter nos dicere poſſimus, ſicut in omnibus eccleſiis docemus, indulgentias eſſe, id eſt, pœnarum in purgatorio ſoluendarum redemptiones, quæ fiunt per remiſſionem obligationis ſatisfactionum, quæ ſecundùm iudicium Eccleſię pro iniuriis peccatorum maiorum per pœnitentiam remiſſorum debentur. Sed doceamus iam, quomodo non à nobis proceſſit verbum,quod de indulgentiis prędicamus, ut appareat origo,antiquitas,uniuerſitas, & conſenſio,qui ſunt characteres,& ſigna traditionum Apoſtolicarum. Extat igitur bulla indulgentiarum Clementis VI. ante annos 200. & amplius de pleniſſima indulgentia conceſſa, uiſitanti Eccleſiam Sãcti Ioannis Later. triginta diebus,ſi Romæ habitaret, & quindecim, ſi eſſet peregrinus. Et paulò ante eum bulla Bonifacij VIII. ſed aſcẽdamus ſuperius. Extat Romæ in eccleſia S. Sabinæ inciſa in lapide marmoreo Gregorii IX.indulgentia conceſſa verè pœnitentibus & confeſſis, vniusanni & xl. dierũ de iniuncta ſibi pœnitẽtia in dedicatione eiuſdem eccleſię vſque ad octauam. Rurſus ante Gregorium IX. extat Alexandri III. relaxatio de iniunctis pœnitentijs, ſic enim vocat, inciſa item in lapide marmoreo, conceſſa omnibus pœnitentibus & confeſſis in dedicatione S. Mariæ de Campo. Sed aſcendamus adhuc ſuperius. Extat indulgentia Veronæ in templo eccleſiæ collegiatæ S. Helenæ, inciſa ĩ tabula lapidea ante annos cccc. & xxx. in ſollemni dedicatione illius eccleſię hac formula, Annuam denique xxx. dierum abſolutionem, & tertiam partem minorum peccatorum, & fraudem pœnitentiarum venientibus ad ſacri huius templi reuolutam dedicationem. eſt autem hæc formulą indulgentiæ ſic intelligenda, vt quia per indulgentias remittuntur tum pœnæ temporales debitæ in ſatisfactionem pro peccatis mortalibus remiſſis, tum pœnæ debitæ pro peccatis venialibus, de pœnis quidem debitis pro mortalibus remiſſis dicat iſta formula cõcedi abſolutionem xl. dierum, id eſt, tantum pœnæ debitæ remitti,quantum remitteretur, ſi xl. diebus pœnitentiam ſecundùm Canones pœnitẽtiales impleremus. de pœnis verò debitis pro peccatis paruis, ſiue venialibus dicat, & tertiam partem minorum peccatorum, venialia enim vocat minora peccata, ſicut ſcriptura vocat mortalia peccata peccata magna; ut cùm Dauid ait, tunc emundabor à delicto magno, id eſt, mortali, vt nunc loquimur, quod Paulus in epiſt. ad Rom. vocat peccatum damnationis. quod verò adiecit, & fraudem pœnitentiarum, ſignificat condonari inſuper ac remitti pœnas debitas pro peccatis maioribus remiſſis, quæ aliàs fuiſſent ſolutę, ac deletæ per pœnitentias canonicè iniunctas, ſi fuiſſent perſolutæ, ut poſtulabat ratio Canonum pœnitentialium, qui fuerunt à principio quidem ſecundùm iudicium eccleſiæ iuſtè & ſanctè conſtituti, poſtea verò propter infirmitatem noſtram œconomicè,& prouidenter relaxati. Quod ergo non eſt ſolutum implẽdo Canonicas pœnitentias iudicio eccleſię, ut dixi, præſcriptas & impoſitas, vocat fraudem pœnitentiarum; & huiuſmodi fraudem Canonicarum pœnitentiarum cõdonat ſummus Pont. condeſcendens infirmitati noſtræ per œconomiam, & prouidentem diſpenſationem indulgentiæ. Reuertamur ad ætatem indulgentiarum. Extat etiam bulla Vrbani ſecundi ante annos 450. de indulgentia pleniſſima conceſſa in ſynodo Claramontana, cùm erat ſuſcipiendum bellum Hieroſolymitanum aduerſus Sarracenos duce Godofrido Bullonenſi; ſed nec ab hoc Pontifice proceſſit verbum de indulgentijs, ſed ante eum Gregorius VII. id eſt, ante annos quingentos multas huiuſmodi indulgentias conceſſit, vt perſpici põt ex epiſtola ad Epiſcopos, & clericos Britanniæ. Ecce in q multis regnis, & eccleſijs prædicatum eſt boc verbum, quod non à nobis pceſſit. Sed aſcẽdamus adhuc ad ſuperiora

riora tempora, id eſt, ad ætatem Gregorij magni ante annos nongentos, eſt in Regeſto eius libro 7. in Epiſt. ad Recharædum regem Viſigothorum exemplum indulgentiæ, licet formula ſit ab ea, qua nunc Pontifices noſtri vtuntur, diuerſa. Sed hoc parum refert. Clauem ergo, inquit, paruulam à ſacratiſſimo beati Petri corpore pro eius benedictione tranſmiſimus, in qua eſt ferrum de catenis eius incluſum, ut quod collum eius ad martyrium ligauerat, veſtrum ab omnibus peccatis ſoluat. indulgentiam vocat hic benedictionem vetere verbo illo tempore vſitato. Simile exemplum eſt in eodem libro in epiſtola ad Secundinum; & aliud item libro 6. in Epiſtola ad Theotiſtum, & Andream. hunc Gregorium imitatus alter Gregorius 7. indulgentiam, inquit, omnium peccatorum veſtrorum promittimus, & abſolutionem cum benedictione concedimus. Eſt autem obſeruandum in exemplo indulgentiæ Gregorij magni, miſiſſe clauem paruulam, quæ erat ſignum & index indulgentiæ peccatorum per poteſtatem clauium conceſſæ, in qua auctoritate ſucceſſit beato Petro, quod nunc Pontifices alijs verbis ſignificant, & alio modo teſtantur, cùm dicunt, auctoritate Petri &c. mittentes non clauem, ſed litteras, quas vocant bullas cum clauibus pictis. illud verò, quod ait hic Gregorius de ferro ex catenis Petri incluſo in clauem, non temerè factũ eſt; potuit enim ſeorſum mittere, & non includere in clauem, niſi aliquid ſpiritualiter, & ſpiritualibus ſignificare voluiſſet, illud ſcilicet, indulgentias ipſas peccatorum, quæ ſunt velut catenæ, & vincula, niti in meritis Chriſti, & paſſionibus eius, non ſolùm quas in ſe paſſus eſt, ſed quas in ſanctis ſuis; quod nunc ipſi Pontifices in huiuſmodi bullis dicunt, Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli meritis, & auctoritate confiſi concedimus, &c. merita enim Petri fuerunt eius martyrium, quod ſignificat ferrum de catenis eius, quod precatur Gregorius, ut ſicut ligauerat collum illius ad martyrium, ita veſtrum, inquit, à peccatis ſoluat, quod quidem nihil aliud eſt, quàm offerre Deo martyrium Petri, immo merita omnium ſanctorum in virtute paſſionis Chriſti pro impetranda huic venia peccatorum; paſſiones enim ſanctorum, & merita eorum, etſi æra minuta ſunt, quæ cum infinito theſauro paſſionum, & meritorum Chriſti comparari non poſſunt, tamen quia paſſiones Chriſti ſunt, quas in ſanctis ſuis paſſus eſt, & patitur, idcirco paſſionibus, & meritis ſanctorum cumulatur theſaurus indulgentiarum, qui eſt infinitus theſaurus paſſionum, & meritorum Chriſti, ex quo omnis gratia remiſſionis & indulgentiæ peccatorum & pœnarum manat. hoc autem exemplum beati Gregorij, quod paulo antè dixi, de mittendis indulgentijs, non ſolùm imitatus, ſed quodammodo interpretatus eſt idem Gregorius VII. cuius paulo ſuprà etiam memini; ſic enim ſcripſit ad Alfonſum regem Hiſpaniarum, ut eſt in libro 7. Regeſti eius; Ex more ſanctorum miſimus vobis clauiculam auream, in qua de catenis beati Petri benedictio continetur, vt omnipotens Deus, qui illum admirabili potentia nexibus ferreis liberauit, eius meritis, & interceſſionibus vos ab omnibus peccatorum veſtrorum vinculis abſoluat, & ad gaudia perducat æterna. obſeruandum eſt hic, quod dixit, miſimus ex more ſanctorum, in quo ſatis ſignificauit morem, & vſum veterem huiuſmodi benedictionum, ſeu indulgentiarum in eccleſia ſui temporis. Deinde cùm dicit mittere ſe clauem, in qua continetur benedictio de catenis S. Petri, ſatis declarat mittere ſe per poteſtatem clauium indulgentias, hoc enim ſignificat contineri in claue benedictionem; deinde dicit benedictionem de catenis, quia catenæ illæ, vt idem Gregorius interpretatur, merita, & interceſſionem beati Petri ſignificabant, & vincula etiam peccatorum, à quibus per interceſſionem eius indulgenter liberamur. Aſcendimus vſq; ad tempora Gregorij magni, ſed nec ab eo primùm, aut à ſæculo eius proceſſit hoc verbum, & dogma de indulgentijs, immò à ſanctis Apoſtolis, ut apoſtolica doctrina à Clemente Romano cõſcripta teſtatur; ſic enim ait libro 3. c. x. ſed neque laico permittimus facere vllum opus ſacerdotale, vt ſacrificium, aut baptiſmum, aut manus impoſitionem, aut benedictionem magnam, vel paruam; non eſt dubium, quin hic benedictionem magnam vocet remiſſionem peccatorum magnorum, quæ mortalia vocantur, & pœnarum inferni, quæ eis debentur, quæ remiſſio ex æquo omni ſacerdoti conceſſu & permiſſu Epiſcopi ſui conuenit: cuius typus & figura erat in lege Leuitici mũdatio illa à lepra, quæ erat magna mundatio. paruam verò benedictionem vocat remiſſionem reliquiarum peccatorum, id eſt, pœnarum, quæ debentur pro peccatis magnis prius remiſſis, & paruorum peccatorum, quæ dicuntur venialia, cuius remiſſionis paruæ typus & vmbra erat illa mundatio ſecunda parua veſtiũ, & pilorũ poſt illã mũdationẽ magnam priorem à lepra, quæ quidem ſecunda mundatio parua ſicut faciebat ingredi die 8. in tabernaculũ ſuũ, ſic remiſſio pœnarũ pro peccatis magnis remiſſis, & paruorũ peccatorũ, id eſt, venialiũ facit ingredi iuſtificatos in patriã cœleſtẽ, vbi ſunt vnicuiq; mãſiones paratæ. Cùm igitur paruũ referatur ad magnũ, paruũ eſſe poteſt dimidiũ, vel tertia pars debiti, vel quarta, vel totũ ipſum debitũ paruũ, cuius indulgenter expũgendi, vt expedire, prouidenter iudicauerit, ſummã poteſtatẽ habet is, qui eſt in eccleſia Epiſcopus Epiſcoporũ beati Petri principis Apoſtolorũ ſucceſſor, id eſt, quo eſt vicinior Deo, q̃ cæteri Epiſcopi, non loco, ſed dignitate, eo eſt maioris p̃tãtis, ſicut ſcribit

Dionyſius

Dionyſius Areop. in Epiſt. ad Demophilum: volens enim docere Demophilum monachum infra diaconos eſſe, imò infra hypodiaconos, ſic ait fieri in eccleſiaſtica hierarchia, ſicut in cœleſti, vbi quo ordo aliquis cœlitum eſt vicinior Deo, eo eſt ſplendidior & præſtantior, ac valentior: non loco, inquit, vicinior, ſed dignitate. itaque monachos ait paulo pòſt eſſe infra diaconos; diaconos infra presbyteros; presbyteros infra epiſcopos; epiſcopos infra Apoſtolos & eorum ſucceſſores. quo in loco non eſt cogitandum prætermiſiſſe pōtificē, aut ignoraſſe præſtantiorem eſſe, ac plus poſſe; abſit. ſed potius cùm ſucceſſores Apoſtolorum dicit, patriarchas intellexit, & Archiepiſcopos, & in primis pontificem, qui ſolus ſucceſſit beato Petro in Apoſtolica poteſtate, vnde vſque in hodiernum diem ſola ſedes eius dicitur ſedes apoſtolatus, ſic enim ipſi pontifices loquuntur. & domnus apoſtolicus eſt pontifex, ſicut eſt in litania, Oremus pro Domno Apoſtolico, ſic enim dicendum eſt, & non pro Domino Apoſtolico, vt hoc obiter notetur. ergo quia indulgentiæ iſtæ, vt ſæpè dixi, ſunt remiſſionis obligationis earum ſatisfactionum, quæ ſecundum iudicium, & regulas eccleſiæ pro peccatis magnis remiſſis, & pro aliis paruis debentur propter debitum naturale ſatiſfaciendi læſis, & offenſis, meritò ei, qui eſt ſummus magiſter, & iudex, ac præſes eccleſię Catholicæ conuenit poteſtatem huiuſmodi indulgentiarum, & vſum earum diſpenſare, vt expedire, & ædificare iudicauerit, ita vt ex parte, vel ex toto remittat; & poteſtatem plus, minùsue remittendi concedat. Hactenus de traditione, deinceps de ſcriptura. Hæc enim Apoſtolica traditio de poteſtate indulgentiarum, quæ ad paruam benedictionem, ſicut explicatum eſt, pertinent, exemplum habet in epiſtola Pauli ad Cor. ſecunda in remiſſione pœnæ temporalis facta Corinthio illi inceſto poſt remiſſum peccatum, vt ſtatim docebo. peccauerat enim Corinthius ille grauiter; immo grauiſſimè; iuſſeratque Apoſtolus, vt eijceretur ex eccleſia, & vitaretur à Corinthiis: eiectus autem agnouit peccatum ſuum, & doluit vehementer; quare dignus iam videbatur, vt ad eccleſiam reuocaretur; reuocato autem imponenda erat pœna ad ſatisfaciendum pro iniuria Deo facta ſecundum rationem iuſtitiæ naturalis, & ſecundum traditionem Apoſtolicæ doctrinæ, quæ in libro ſecundo de Conſtitu. Apoſtolorum ſcripta eſt; quæ vſque in hodiernum diem in conſuetudine eccleſiaſticæ diſciplinæ viget, cùm opus eſt; ſic enim ait. Cùm deliquiſſe videris, iube eijci ex Eccleſia, acerbè ferens, de quo eiecto doleant item diaconi, qui eum obſeruent, & extra eccleſiam contineant; ijdemque in eccleſiam poſtea ingreſſi pro eo te rogent. Etenim ſaluator pro ijs qui peccauerant, patrem precabatur, vt eſt in euangelio. poſtea iubebis ingredi, & facta examinatione, an pęniteat, ſitque dignus, qui in eccleſiã ex toto admittatur, caſtiga illum ieiunijs duorum, aut triũ, aut quinque hebdomadarum, vt delicti genus, & ratio popoſcerit: atq; ita dimitte eum. & paulo pòſt: Sic igitur facere oportet. eos ſcilicet, qui ſe dicunt pœnitere, eijcere tempore pro portione peccatorum definito, poſtea recipere pœnitentes tanquam patres filios. hactenus conſtitutio Apoſtolica. Ergo Corinthio iam pœnitenti, & in eccleſiam admiſſo imponenda erat ad exemplum huius Apoſtolicæ conſtitutionis pœna in ſatisfactionem, niſi Paulus iudicaſſet expedire, vt indulgenter obligationem reliquæ ſatisfactionis debitæ, eidem remitteret: itaque niſi ad poteſtatem clauium Apoſtoli pertinuiſſet ex pœna debita pro peccatis plùs, aut minus exigere, aut relaxare, non dico ex pœna æterna debita, quæ magna eſt, & quæ pariter cum culpa magna remittitur, quacunque hora ingemuerit peccator iuxta promiſſionē Dei, qui remiſſionem pœnitentię promiſit, vt rex Iuda Manaſſes pœnitens in oratione ſua ad Deum dixit, ſed ex temporali debita pro peccatis remiſſis, & niſi aliquantum huiuſmodi pœnæ paruę debitæ pro peccatis remiſſis poſt remiſſionē illius æternæ reliquum eſſet, quorſum dixiſſet Apoſtolus, ſufficit ei, qui eiuſmodi eſt, obiurgatio, quæ fit à pluribus? ergo quia iam ex parte ipſe ille Corinthius dolendo, & patiēter tolerando ſatisfecerat, metusq; erat niſi indulgenter remiſſa obligatione amplius ſatisfaciendi, in Eccleſiam ex toto reſtitueretur, id eſt, vt non ſolum poſſet ingredi in eccleſiam ad audiendum verbum, ſed ad communicandum in oratione: metus, inquam, erat ne deſperaret exiſtimans maius eſſe peccatum ſuum, quam vt remitti deberet, quod erat abſorberi nimia triſtitia, ſicut Apoſtolus ait; idcirco miſit illi per litteras Corinthiis ſcriptas indulgentiam, ac remiſſionem obligationis reliquæ ſatisfactionis pro reliquijs peccati remiſſi, quam adhuc debebat, idque permotus charitate, vt conſolaretur, & recrearet eum. Quare, ſi quæcunque ſcripta ſunt, ſicut Apoſtolus ait, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus, profectò quòd Apoſtolus ſcripſit de iſta indulgentia, & remiſſione, quam dixi non propter Corinthum illum tantùm, ſed propter nos etiam ſcripſit. Vnde ſi ſunt in eccleſia multi, immo infiniti ſimiles, qui poſt remiſſum peccatum per pœnitentiam, naturale debitum ſatisfaciendi temporaliter Deo offenſo, non poſſunt propter miſeriam, & infirmitatem perſoluere, & metus eſt, ne deſperent, ſi eiuſmodi debitum ſeuerè exigatur, neceſſario conſequens eſt, ut remanſerit in eccleſia eadem poteſtas remittendi indulgenter ſimilibus eiuſmodi obligationem ſatisfaciendi, idque propter charitatem, & ad conſolandum.

Quòd autem innumerabiles ſint in eccleſia, qui ſi diuturnis & ſeueris pœnis ad ſatiſfaciendum pro peccatis magnis remiſſis puniantur, metuendum ſit, ne, ſicut Apoſt. de illo Corinthio dixit, nimia triſtitia abſorbeantur, fieri poteſt coniectura ex ſegnitie, & puſillo animo multorum, & ex pœnis ipſis ſeueris, quæ ſecundùm iudicium eccleſiæ conſtitutæ ſunt varijs generibus peccatorum, vt perſpici poteſt ex Pœnitentiali Romano, & Theodori archiepiſcopi Cantuarienſis, Bedę, ac Comeani, & aliorum, ex quibus multi canones pęnitentiales deſcripti ſunt in x i x. lib. Burchardi, qui De pęnitentia inſcriptus eſt, verbi gratia, Pro modico, inquit, furto x x. dies pœniteat, qui eſt x x. annorum. Qui eſt x. annorum aliquid furti faciens, v i i. dies pœniteat. Si quis inhonorauerit patrem, aut matrem, tres annos pęniteat. Qui neglexerit viſitare infirmos, & non venit ad eos qui in carcere erant, & non ſubminiſtrauit, x. dies in pane & aqua pœniteat. Rurſus operatus aliquid in die Dominico, tres dies in pane & aqua pœniteat. Si quis per cupiditatem peierauerit, omnes res ſuas vendat, & pauperibus diſtribuat, & monaſterium ingreſſus iugi pœnitentiæ ſe ſubdat. Si hæ, & aliæ eiuſmodi pœnitentiæ ſuſtinendæ eſſent, metuendum profectò, vt dixi, eſſet, ne plurimi nimia triſtitia abſorberentur. Quamobrem, dicam iterum, neceſſe fuit, vt in eccleſia indulgentiæ concederentur, id eſt, vt fierent condonationes obligationis huiuſmodi ſatisfactionum canonicarum, ita vt per indulgentias tantum pęnæ in purgatorio ſoluendę redimamus, quantum redimeremus implendo hic tantum ſatisfactionum canonicarum, quanto opus eſſet ad debitum illius pœnæ purgatoriæ in altero ſæculo expungendum. Sed quia non omnes, qui talium ſatisfactionum debitores ſunt, ſoluere eas poſſunt propter infirmitatem carnis, vel ſpiritus, fit hic in re, & veritate, quod fiebat in vmbra legis Leuitici, quæ iubebat, vt qui mundatus eſſet prius à lepra, ſi pauper eſſet, neque poſſet manus eius inuenire, quæ prius dicta erant, is quidem ad ſacrificium illius mundationis ſecundæ paruæ, quæ poſt priorem illam magnam, octauo die fiebat, vt ſic mundatus in tabernaculum ſuum ingredi poſſet, agnum aſſumeret, & decimam partem ſimilæ, & duos turtures, ſiue duos pullos columbárum, & rogaret pro eo ſacerdos: ſic nunc qui poſt remiſſionem magnorum peccatorũ, & pœnarum, quæ pro eis in inferno ſoluendæ erant, quæ fuit benedictio magna, debitum ſacrificium ſatisfactionum canonicarum pro reliquijs peccatorum iam antè remiſſorum, & pro alijs peccatis paruis ſoluere non poſſunt tanquam pauperes, id eſt, viribus corporalibus, aut ſpiritualibus, aut vtriſque defecti, ne deſperent, aut nimis acerbè affligentur, rogat pro eis ſummus ſacerdos, & impetrato indulgenter ſacrificio paruæ alicuius ſatiſfactionis condonat obligationem canonicarum ſatisfactionum, quæ magnæ ſunt, quas quidem, qui credunt ſe eſſe diuites, id eſt, viribus carnis, & ſpiritu valentes, poſſunt, ſi volunt, nihilominus ſoluere: nec enim, vt Lutherus impiè, & blaſphemè ait, fraudes ſunt fidelium, & bonorum operum remiſſiones indulgentiæ, ſed potius ſubleuationes infirmorum, & conſolatoriæ deſperatorum opitulationes. Quia verò ad aſſequendam magnam benedictionem, id eſt, remiſſionem magnorum peccatorum, & pœnarum inferni æternarum omnes pudorem, & dolorem lepræ peccatorum, quantum ſatis ſit, afferre debent, & poſſunt accedente eorum confeſſione, & oratione ſacerdotis abſoluente, idcirco lex Leuitici de mundatione leprę diuites, & pauperes non diſtinxit. Sed recitemus iam locum Pauli de exemplo indulgentię, ſiue remiſſę obligationis ſatisfaciendi canonicè pro peccato remiſſo, in quo multa obſeruare licet, quæ ad indulgentias huiuſmodi pertinent, quę ſcilicet ſit cauſa indulgentię meritoria, quę cauſa diſpoſitiua, vt vocant, in accipiente, quis modus concedendi indulgentiam, ſuffragij, an iudicij. Quę item occaſiones dandi huiuſmodi indulgentias, quę omnia breuiſſimè notanda ſunt. ait igitur Paulus, ſufficit illi, qui eiuſmodi eſt, obiurgatio, quæ fit à pluribus; ſufficit inquit, Gręcè eſt ἱκανὸν, hoc eſt, ſufficit ad ſatisfaciendum ſcilicet; hoc enim ſignificare verbum Gręcum, docet magnus Athanaſius in ſermone De fide, cùm ait, filiũ Dei corpus ſumpſiſſe, vt factus particeps corporis, pro nobis morte ſatisfaceret: eodem enim verbo Gręco vſus eſt hic inquiens, ἱκανοῦς ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θανάτῳ. Obiurgatio, quę fit à pluribus, verbũ Gręcum ἐπιτιμία ſignificat punitionem, ſiue pœnam; ex quo auctoritate Pauli liquet, non eſſe ſatisfactiones documenta ſolùm, & teſtificationes pœnitentię, vt ait Caluinus, ſed punitiones, ſiue vindictas eius qui eiuſmodi eſt. Cauſa verò diſpoſitiua in eo, qui ad indulgentię gratiam idoneus eſt, contritio eſt, ſiue triſtitia ſecundùm Deum propter peccatum. Sequitur, ita vt magis donetis, & conſolemini: hic Corinthij presbyteri indulgent auctoritate Pauli ad conſolandum Corinthium illum in magna illa triſtitia, & mœrore, qui eſt finis & ſcopus indulgentiæ, ſic ſcilicet conſolari, ne abundantiore triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt: Propter, quod, inquit, obſecro vos, confirmate in eum charitatem. Hæc eſt cauſa excitans Pontificem ad condonandum, ſiue indulgendum: nam & ego quod donaui, ſiquid donaui, propter vos in pſona Chriſti donaui. Cauſa ergo meritoria huiuſmodi indulgentiarum Chriſtus eſt, id eſt, Chriſti paſſiones quas in ſe paſſus eſt, & in ſanctis ſuis patitur, vt omnis remiſſio Chriſto Dño meritoriè, & efficiẽter accepta feratur. Propter vos, inquit, hæc eſt occaſio dandi indulgentias, interdum

ſcilicet

ſcilicet deuotio petentis, ut petierant Corinthij indulgeri Corinthio illi: aliquando ſupplicatio Dei in aliqua magna neceſſitate, quæ indulgentijs honoratur, & adiuuatur; aut gratiarũ actio pro aliquo magno beneficio adepto; aut uelle ad noſtram utilitatem ſpiritualem honorare memoriam alicuius ſancti, aut augere religionem alicuius loci ſancti, aut excitare ad aliquod ſubſidium, vel opus piũ, &c. Cùm verò ait, donaui in perſona Christi, miniſtrum ſe Chriſti dicit in hac indulgentia: eſt igitur cauſa miniſterialis, ut nunc loquimur, poteſtas ipſa clauium, quæ aperit ei tabernaculum cœleſte, cui propter parua peccata, aut propter pœnas pro reliquis peccatorum debitas nondum patebat aditus. Hactenus de traditione apoſtolica remittendi indulgentes obligationem ſatisfaciendi canonicè pro reliquijs peccatorum, & remittendi peccata parua, & de exemplo Pauli in epiſtola eius ſecunda ad Corinthios, quæ ad duas quæſtiones, quæ de indulgentijs poni ſolent, pertinent. An ſint in eccleſia indulgentię, & quando cœperunt. Supereſt, ut aliquid de tertia quęſtione breuiter dicatur; qua lege ſcilicet ſancitę ſint, & vbi. Sunt enim ſancitę lege diuina de ſoluendo & ligando, quandiu in terra ſunt, qui hanc poteſtatem acceperunt: ſic enim Dominus dixit in Euangelio, Quęcunque ſolueritis ſuper terram, non enim dixit, quęcunque peccata, ſed quęcunque: ut reliquum quoque debitum pœnę pro remiſſis peccatis intelligeremus; quod magis adhuc explicans, ſubiungit, Si duo conſenſerint ex vobis, de omni re, quamcunque petieritis à patre meo, fiet vobis: de omni re dixit, & non de omni peccato; aut de omni pœna, ut de utroque ſcilicet acciperemus. quod quidem conueniente antecedentibus intelligendum eſt, id eſt, quatenus huiuſmodi conſenſio in petendo, eò pertinet, vt aliquid ſoluatur, ſiue remittatur ab eo, qui poteſtatem ſoluendi accepit, qui quidem conuenire debet cum eo, qui abſolui petit; ſic enim accepit Baſilius in regulis breuioribus c. LXI. Si duo conſenſerint, is ſcilicet, qui corrigit, & qui corrigitur: etenim ſi is, qui corrigitur, & veniam poſtulat, aliquid afferat, quod obſtet corrigenti, ſiue abſoluenti, non fiet ratum in cœlo, neque quod ille petit, ut abſoluatur; neque quod hic petit à Deo, vt abſoluat. Accedit huc auctoritas Dionyſij Areopagitæ, qua etiam probamus non modò per modum ſuffragij, vt nunc loquuntur, valere indulgentias, id eſt, non ſolum per ſuffragia peti, & impetrari eas, ſed etiam per poteſtatem clauium. tractans enim Dionyſius de precibus, quas ſacerdos pro defuncto adhibet, dicit ferre ſecum piè defunctos leues quaſdam maculas ex humana infirmitate, quas ſacerdos ſanctè poſtulat ijs remitti, qui piè mortui ſunt, & mandata Domini ſeruarunt, & donum huiuſmodi remiſſionum non neglexerunt, ijs enim proficit illius precatio: at pro impiè mortuis, nõ ſic, inquit, precatur, quia debet ſecundum iudicium, & uolũtatem Dei, & non ſuam ſoluere, uel ligare, de quo admonuit Dominus, cùm dixit, Accipite Spiritũ ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. hactenus Dionyſius. Itaque huiuſmodi poteſtatem uocat ἀφοριστικήν, quam nos poteſtatem ligandi uocamus ſecundùm Euangelium, uocat quoque ἐκφαντορικήν, id eſt, poteſtatem pronũciandi ſententiam. item uocat διαπορθμευτικήν, vt ſi dicas, traijcientem, quia per hanc poteſtatem ſoluendi traiicitur, &, ut ita dicã, tranſportatur nobis remiſſio Dei. Cùm autem eadem poteſtate tribuantur uiuis indulgentiæ, id eſt, remittantur peccata uenialia, & pœnæ pro peccatis mortalibus remiſſis debitæ, quæ ab epiſcopis, & presbyteris petitur, ut remittatur defunctis, hæc autem eſt poteſtas clauiũ, ut Dionyſius tradit: ſequitur, ut illa quoque ſit poteſtas clauiũ: immo una & eadem poteſtas eſt, qua uiuis, & mortuis indulgentia cõceditur; ex quo fit, ut cùm ſacerdos dicit pro defunctis, non quidem ego te abſoluo, quia non eſt præſens is, quem abſoluit, ſed ſic, abſolue Domine, &c. perinde ſit, quaſi dicat, Ego auctoritate Domini abſoluo piè defunctum, ſcilicet quatenus poſſum; abſoluit enim ſecundùm menſurã donationis Dei, non enim omnium benedictiones paruæ, ſiue remiſſiones æquales ſunt, ſicut non eſt æqualis omnium propinquitas ad Deũ propinquitatem dico non loci, ſed dignitatis; itaque ſacerdos imponendo ſatisfactiones pœnitentibus, remittit quidem per eas ex ui poteſtatis ſibi datæ debitum pœnæ pro peccatis remiſſis, & uenialibus; remittit, inquam, ſecundũ menſuram benedictionis, ſiue remiſſionis, cuius poteſtatem accepit, quam ſummus pontifex accepit ſummam à Deo, qui eſt benedictus in ſecula.

CAP. XVI. pag. 95.

Vnges oleo ſancto caput eorum in typum ſpiritualis baptiſmi.) Quia oleum ſymbolum eſt Spiritus ſancti, vt idem Clemens dicit, & caput, in quo reſidet ſenſus, eſt ſymbolum animæ, quæ præeſt corpori, vt ex Dionyſio cap. 9. de diui. nomin. intelligi poteſt; idcirco oleum, quo lãpas ardet, aſperſum capiti in baptiſmo, ſignificat illuminari animam in baptiſmo, qui inde dicitur φώτισμα à ſanctis patribus; atque ita baptiſmum eſſe non corporalem, qualis eſt quo maculæ, & ſordes corporis eluuntur, ſed ſpiritualem, quo aſperguntur corda à conſcientia mala, ſicut Apoſt. ait Hebr. 10.

Pag. 52. Poſtea Epiſcopus vngat baptizatos chriſmate.) Hoc eſt ſacramentum confirmationis, ſic enim uocat eccleſia Romana ſecũdum apoſtolicam traditionem, quòd ſit confirmatio catholicæ confeſsionis, ut ait idem Clemens cap. 17. hanc unctionem ex chriſmate in fronte prohibet eccleſia Romana presbyteris, non illam quæ fit in uertice capitis. Græci uerò, non intelligentes quæ loquuntur, neque de

quibus

quibus affirmant, hic etiam calumniantur eccleſiam Romanam, vt magnus Nicolaus in epiſtola ad Igmarum archidiaconum Remẽſem & cæteros archidiac. & epiſcopos in regno Caroli teſtatur. Enumerans enim ea de quibus nos Græci accuſant, & inſimulare, inquit, nos tentant; quòd eoſdem presbyteros chriſmate linire baptizatorum frontes inhibemus. Quod tamen chriſma nos ex aqua fluminis conficere, fallaciter arbitrantur. Hactenus Nicolaus.

CAP. XVII. pag. eadem.

Patris mentio tanquam cauſæ, & emiſſoris.) Cauſæ dixit propter filium, quem pater tanquam principium, & non ὡς αἴτιον γεννήτορ-γον, id eſt, non vt cauſa faciens, è ſubſtantia ſua generat ſibi conſubſtantialem: emiſſoris verò propter ſpiritum S. qui à patre procedit: exit itaque filius à patre per generationem æternam: ſpiritus S. à patre, & filio per emiſſionem, quæ in ipſo ſpiritu emiſſo proceſſio eſt, & dicitur. *Spiritus ſancti coaſſumptio, vt teſtis.*) Ad illud retulit, quod Chriſtus dixit Ioanni, Super quem videris Spiritum ſanctum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto. ergo Spiritus ſanctus, in quo clamamus, abba pater, qui deſcendens ſuper Chriſtum dedit teſtimoniũ; quòd ipſe Chriſtus eſſet filius Dei natura (tunc enim audita eſt vox patris, Tu es filius meus dilectus, teſtimonium quoque, vt Apoſtolus ait, reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei gratia adoptionis, quicunq; in Chriſto baptizati ſumus. quia per ipſum Spiritum habitat verbum in nobis: & eo adoptante, ad adoptionem filiorum aſcendimus illius participatione reformati. Sic beatus Cyrillus in theſauris de Trinitate interpretatur. Quia verò Spiritus ſanctus coaſſumitur cum patre ſcilicet & filio vt teſtis, & eſſe teſtem, eſt αἰτιολογικὸν, id eſt, dicit cauſſam; ſequitur, ſicut diuinus Dionyſius cap. 2. De diuinis nominibus tradit, vt ſit commune Trinitatis: ſicut ait Ioannes, Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, ſcilicet quòd ex Deo nati ſumus; & hi tres, inquit, vnum ſunt. Hic quoque docuit Clemens eſſe Spiritum ſanctum vnius ſubſtantiæ cum patre, & filio; quia hoc, quod dixit, coaſſumptio ſpiritus vt teſtis, ad locum quoque epiſtolæ Ioannis retulit: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælis, Pater, Verbum, & Spiritus. deinde ſubiungit, & hi tres vnum ſunt. Deinde pater, inquit, Deus eſt ſuper omnia) ſcilicet creata: eſtque hoc quoque commune totius Trinitatis. eſt enim pater ſuper omnia; quia ἀγέννητος, id eſt non factus; ſicut filius item eſt non ex numero omnium, ſed ſupra omnia. Vnde illud: Omnia per ipſum facta ſunt, ſcilicet omnia creata: extra enim creata, & ſupra creata Deus eſt. Hinc illud Apoſtoli de filio quoque dictum: qui eſt Deus ſuper omnia in ſæcula, Amen. loquitur autem de Chriſto. Chriſtus vnigenitus) quia γεννητικὸν, id eſt, vt nunc loquimur, notionale nomen eſt, proprium eſt perſonæ Chriſti: idemque dilectus filius) Alludit ad illud teſtimoniũ quod datum eſt cùm Chriſtus aſcendit ex aqua, tũc enim dictum eſt, Tu es filius meus dilectus. & illud; gloriæ Dominus) alludit ad illud, quod in euangelio ſequitur, & ſtatim aſcendens de aqua, vidit cælos apertos, &c. quod quidem ſignificabat eſſe eum Dominum gloriæ. Spiritus ſanctus paracletus eſt, qui à Chriſto mittitur.) Paracletus conſolatorem, & ſeruatorẽ ſignificat, vt notauit magnus Athanaſius in libro De communione Trinitatis: aduocatus enim, ſeruator quidam eſt. Quia igitur per baptiſmum, quo in Spiritu ſancto baptizamur, ſalui facti ſumus, dicitur ſpiritus paracletus adhiberi in baptiſmo. Conuenit cum hoc, quod ait Dionyſius ſignificare ἀπογραφήν, id eſt, deſcriptionem nominis eius qui baptizatus eſt, quòd recenſeatur iam inter eos qui ſalui fiunt. qui à Chriſto mittitur, & de quo ipſe Chriſtus docet, & qui Chriſtum prædicat.) Mittitur à Chriſto, & mittitur à Patre iuxta euangelium; & de quo docet Chriſtus, ſicut ex euangelio didicimus; cùm ait Chriſtus, cùm venerit paracletus, quem ego mittã vobis à patre ſpiritum veritatis: & illud, aliũ paracletum dabo vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Qui ipſum Chriſtum prædicat.) Hoc dicit, quia, vt ait beatus Cyrill. Hieroſol. in catecheſi 16. Spiritus ſanctus in prophetis, & apoſtolis Chriſtum prædicauit: Apoſtoli enim poſt aduentum Spiritus ſancti, pleni eius actu, & ſcientia, ac virtute Chriſtum per cunctum orbem prædicarunt: ex ijs igitur quæ hic tribuuntur perſonis diuinis, indicatur ipſarum perſonarum diſtinctio, quarum inuocatione vnita fit baptiſmus: Communis verò operatio, & virtus earum in baptiſmo indicatur in eo, quòd hæc, quæ illis tribuit αἰτιολογικῶς, id eſt, ſecundùm cauſam; non autem γνωριστικῶς, id eſt, notionaliter, communia ſunt totius Trinitatis, vt iam dixi.

Pater, qui eſt ſuper omnia Deus.) Hunc locum obijciunt catholicis Trinitarij Monopatroſ theitæ nuper in Tranſiluania orti, qui tradũt, ſolum patrem in ſcripturis appellari & eſſe proprie Deum; vt in illo loco Ioannis c. 17. hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. quẽ locũ explanãs Aug. in epiſt. CLXXIIII. ad Paſcentium Arrianum hunc quoque locũ obijcientem, his verbis reſpondet: De patre autem tantum vos vultis intelligi; vbi nos ſubaudimus etiam Ieſum Chriſtum verum Deum, ne illa conſequatur abſurditas, vt ſi propterea non eſt verus Deus Ieſus Chriſtus, quia dictum eſt Patri, te ſolum verum Deum, propterea non ſit Dominus Pater, quia dictum eſt de Chriſto, vnus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, 1. Cor. 8. Similiter hic reſpondendum eſt Trinitarijs, cùm Apoſt. doctrina patrem dicit Deum ſuper omnia, &

filium

filium item, qui eſt in ſinu patris, dicit Deum ſuper omnia, & Spiritum ſanctum qui eſt in vtroque; nec enim eſt è numero omnium filius, neque Spiritus ſanctus, ſed vterque extra omnia, & ſupra omnia illa de quibus dictum eſt in Euangelio Ioannis, omnia per ipſum facta ſunt; immo hoc ipſum dixit Apoſtolus de Chriſto, eſſe Deum, ſcilicet ſuper omnia, cùm eum in epiſt. ad Coloſſ. vocauit primogenitum omnis creaturæ; quia, vt magnus Athan. lib. 2. contra Arrium interpretatur, in eo non ſolum, inquit, ſunt condita propter bonitatem patris, ſed omnis creatura, quam idem Apoſt. dixit expectare reuelationem filiorum Dei, liberabitur à ſeruitute corruptionis, ſic verò liberata, erit omniū ἐλευθερωθέντων, id eſt, liberatorum primogenitus Dominus, vt cùm dicitur primus, omnia poſt eum nexa velut ex principio ipſius verbi permaneant. hæc Ath. & Hilarius libro 8. de Trinitate primogenitum dicit omnis creaturæ, quia continens in ſe exordium vniuerſitatis, in quo per ipſum, & in ipſo ſunt omnia creata. hæc Hilarius. eſt igit' Chriſtus ſuper omnia Deus, ut eſt pater; aut ſi non eſt ſuper omnia Deus, quia pater eſt ſuper omnia Deus, ergo neque pater erit Dominus gloriæ, quia Chriſtus vnigenitus Deus eſt Dominus gloriæ, ut hic dicit eadem doctrina Apoſtolica, ex qua iſti hæretici patrem ſuper omnia Deum catholicis, vt dixi, objiciunt ad negandam propriam filij deitatem; neque verò quia pater eſt propriè, & verè Deus, & filius propriè, ac verè Deus, & Spiritus ſanctus propriè item & verè Deus, ideò Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, erunt dij, vt quidam auctor alioqui catholicus & eruditus dici poſſe exiſtimat, idque ſecundùm veteris ſcripturæ auctoritatem, quod verbo Eloim Hebraico ſemper numero multitudinis vtatur, quod ille dij interpretandum putat, cùm potius Deum, & non Deos ſignificare, verbum numeri ſingularis, quod ſemper adiungitur, planè admoneat, vt cum ait, in principio creauit Eloim cœlum & terram; vt enim ait Damaſcenus in epiſt. de Triſagio ad Ioannem Archimandritam, in diuinitate τὰ μερικὰ οὐ κοινοποιοῦνται, id eſt, particularia, ſiue ſingularia, non fiunt communia, ut perſona, quam contemplamur in vnoquoque propriam, vt in patre perſonam patris, in filio perſonam filij, in Spiritu ſancto perſonam Spiritus ſancti, non eſt horum communis vna perſona. At communia, inquit, & ſi ab vnoquoque ſingularium participantur, ἰδικῶς tamen & κοινῶς, id eſt, in numero unius, ſiue ſingulari, & communiter, ut diuinitas, & ſanctitas, & dominatio etſi à ſingulis perſonis participātur, cōmunis tamē eſt triū perſonarū, una diuinitas, vna ſanctitas, vna dominatio; non enim alia eſt ſanctitas Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti, ſed vna, & eadem, ac tota cuiuſque perſonę, tota Patris, tota Filij, tota Spiritus ſancti; ergo qui dicit Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, non ἑνικῶς Deum, ſed πληθυντικῶς, id eſt, numero multitudinis Deos, non vnam deitatem habentes ſignificat, ſed plures, hoc eſt, vnam deitatem diuiſam, ſicut qui dicit homines, vnam humanitatem habentes ſignificat per diuiſionem communicatam: perſonæ verò non ſic, ſed potius alia Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti: vnaquæque igitur perſona, inquit, καθ' ἑαυτὴν, id eſt, ſecūdùm ſe, Deus, & ſanctus, & Dominus, & alia huiuſmodi dicitur; quando autem connumerantur, non dicuntur tres dij, tres ſancti, tres Domini, ſed vnus Deus tres, vnus Dominus, vnus ſanctus, quia Deus, & virtus eius verbum, & Spiritus, vnus Deus, vnus Sanctus, vnus Dominus, non tres dij, non tres ſancti, non tres Domini; quoniam verbum, & Spiritus ſunt virtus Dei patris ἐνυπόστατος, id eſt, per ſe ſubſiſtens, quæ ab eo eſt inſeparabilis, in nobis enim qui ſcindimur, & ſeparamur, non eſt Filius virtus patris, neque verbum, ſiue ratio eius, vel ſapientia, in Deo autem duo concurrunt in vnum, eſſe Filium virtutem Patris, & Spiritum ſanctum, item virtutem patris tanquam verbum mentis, & Spiritum mentis, & eſſe perſonas perfectas, quod ſoli Deo decens eſt: nos verò ſententia, ſiue voluntate, & virtute, ac loco ſcindimur, idcirco ille, ego & ille, non homo, ſed homines dicimur: in Deo autem non ſic, vt iam dictum eſt. hæc Damaſcenus. quæ idcirco à me hic recitata ſunt, quòd ille auctor, quem paulò antè dixi, locum Damaſceni vitio librarij corruptum ſecutus, Filium, & Spiritum ſanctum, virtutes Dei ſubſiſtentes dixit. Vnde, ut ad propoſitum locum redeamus, ſi filius eſt virtus Patris, & Spiritus ſanctus item, eſt igitur filius ſuper omnia, & item Spiritus ſanctus, ſiquidem non poteſt Filius eſſe virtus Patris, neque Spiritus ſanctus, quin habeant vnam, & eandem, & totam diuinitatem Patris.

IN LIBRVM QVINTVM DE MARTYRIBVS.

Cap. I. pag. 100.

ETenim ſi is qui bona ſua indigentibus largitur, perfectus eſt poſt ſcientiam de diuinis, erit profectò multo perfectior, qui pro redimendis martyribus hoc fecerit.) Ne quis erret, non dicit hic apoſtolica doctrina illam ſcientiam de diuinis, quam per ſolam fidem adipiſcimur, ad quam qui adiungat eleemoſynas in pauperes, is euadat perfectus: neque rurſus hoc ab eo diſcrepat quod eſt in euangelio, dixerat enim Dominus cuidam adoleſcenti; Si vis ad vitam ingredi; ſerua mandata, illa ſcilicet; Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum, & matrem tuam: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dixit illi adoleſcentes, Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? ait illi Ieſus, Si vis perfectus eſſe; vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Scientiam igitur de mandatis diuinis cuſtodiendis cum factis conſentientem, id eſt, noſſe diuina mandata, & ea facere, vocat apoſtolica doctrina cognitionem, ſiue ſcientiam de diuinis: quæ eſt ſcientia non illa quidem ſecundùm habitùm, ſed ſecundùm actum, ad quam quidem ſcientia qui adiungit largitionem bonorum ſuorum egentibus, is euadit perfectus. Sic interpretatus eſt hoc verbum alter Clemens Alexandrinus, γνῶσις, inquit, ἐπιστήμη σύμφωνος τοῖς γινομένοις, id eſt, cognitio eſt ſcientia factis conſonans.

Cap. VI. pag. 102.

Ac ſcimus quidem non fuiſſe illi opus materia, ſed ſola voluntate effeciſſe, quæ Chriſtus iuſſus eſt facere, cælum dico, terram, mare.) Rurſus in eodem libro in extremo capite; Prædicamus, inquit, Deum Dei verbum miniſtrantem Deo ſuo in rerum omnium creatione. & iterum in eandem ſententiam libro 8. cap. 12. Patri per omnia inſeruiens tum in varia creatione vniuerſitatis rerum, tum in accomodata ad eas prouidentia. Conuenit cum his, immo hinc videtur ſumptum anathema fidei ab Orientalibus contra Photinum conſcriptæ, quam Hilarius in libro de Synodis contra Arrianos deſcribit. Quoniam ſiquis, inquit, Chriſtum Deum Dei filium ante ſæcula ſubſiſtentem, & miniſtrantem patri ad omnium perfectionem non dicat, ſed ex quo de ſæcula ſubſiſtentem, & miniſtrantem patri ad omnium perfectionem non dicat, ſed ex quo de Maria natus eſt, ex eo & Chriſtum, & filium nominatum, eſſe anathema ſit. Et paulo poſt iterum, & ſiquis, inquit, vnum dicens Deum, Chriſtũ autem Deum ante ſæculam filium Dei obſecutum patri in creatione omnium non confitetur, anathema ſit: ergo ſi Clemens hoc locò, & in reliquis ſimilibus ſignificare voluiſſet, filium Dei miniſtraſſe patri in creatione vt creaturam, neque conuenire ei ſecundùm naturam, creandi poteſtatem, ſed potius artẽ creandi ex patre didiciſſe, quorum vtrumque dicebant Arriani, quomodo diceret in libro 8. eſſe opus Dei ἀμεσιτεύτως, id eſt, ſine medio? Erat enim ſecundùm iſtos medius filius, miniſter patris vt creatura, aut ſi illa ab hæreticis ſcripta eſſe dicenda ſunt, cur hoc quod cum illis manifeſtè pugnabat, pari ſtudio, & audacia non deleuerunt? immo verò illa quæ idem Clemens ſtatim ſubiungit, omnem prorſus dubitationem tollunt? ait enim, eodem modo ſuſcitandos eſſe à Deo non indigente adiutore, quo creata ſunt: ergo neq; tunc, cùm creata ſunt, indiguit adiutore: igitur non miniſtrauit illi filius vt indigenti, ſed vna, & eadem virtute cum eo creauit; ſicut eadem communi virtute ſuſcitabit mortuos: & ſicut ſuſcitari à patre per filium mortuos, eſt quædam ſubiectio filij, & obedientia eius ſuſcitantis cum patre; vbi autem eſt ratio ſubiectionis & obedientiæ, ibi intelligitur ſimilis ratio; & modus iubendi: ſic in creatione fuiſſe omnia per filium creata, & filium creaſſe omnia cum patre, quædam ratio, & modus ſubiectionis atque obedientiæ fuit, vt mox explicabo: nihil æqualitatem filij lædens, aut imminuens; ſed magis concordiam, & æqualitatem cum origine demonſtrans, & quod inde exiſtat; ſicut beatus Auguſtinus in libro de Trinitate, & vnitate Dei cap. 9. notauit ſic enim ait, Ideò dictum eſt quòd non facit aliquid filius à ſe, quia non eſt à ſe: & quicquid facit, patrem audit iubentem, & videt facientem; hoc eſt, quia audit, & videt, ex ipſo faciendi habere ſe potentiam, ex quo ſe videt exiſtendi habere naturam. Hactenus Auguſtinus. Idem rurſus in eodem libro paulo ſuprà cap. 8. Audiuit etiam filius de patre, Sede ad dexteram meam, & ideo ſedet ad dexteram patris tanquam paterna iuſſione, non etiam tanquam ſua id fecerit poteſtate. Item Hippolytus martyr in homilia aduerſus, Noetianos, πατὴρ, inquit, ἐντέλλεται, λόγος ἀποτελεῖ, id eſt, Pater iubet, filius perficit. & paulo pòſt εἷς γὰρ ἐστὶν ὁ θεός, ὁ γὰρ κελεύων πατήρ, ὁ δὲ ὑπακούων υἱός, τὸ δὲ συνετίζον ἅγιον πνεῦμα. Id eſt, qui iubet, pater eſt; qui verò obedit, filius: & qui dat intellectum, Spiritus ſanctus. item in epiſtola, quæ extat ſex epiſcoporum catholi-

eorum ad Paulum Samoſatenſem, antequam deponeretur, Hymenæi, Theophili, Maximi, Procli, Theotecni, Bolani, hunc, inquiunt, cũ patre ſemper exiſtentem paternam voluntatẽ ad creationem vniuerſorum impleuiſſe; ipſe enim dixit, & facta ſunt: & ipſe mandauit, & creata ſunt. deinde ſubiungunt, ὁ δὲ ἐντελλόμενος, ἑτέρῳ ἐντέλλεται τινὶ, ὃν οὐκ ἄλλον πεπείσμεθα, ἢ τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ θεὸν, ᾧ καὶ εἶπε, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, &c. id eſt, qui aũt mandat, alteri mandat, quem non alium eſſe credimus q̃ vnigenitum Dei filium Deum, cui etiã dixit, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & in ſumma ſm Euãgelium, omnia per ipſum facta ſunt, non tanquam per organum, ſiue inſtrumentum, neq; tanquam per ſcientiam ἀνυπόστατον, id eſt, nõ per ſe exiſtentem, generante patre filium tanquam viuentem energiã, & pſonam operãtem omnia in omnibus, non vidente ſolum, neq; præſente tantum filio, ſed operante in creatione omnium, ſicut ſcriptum eſt, apud eum eram cuncta componens, &c. hactenus illi. Quod igitur Apoſtolica conſtitutio dixit, filium Dei miniſtraſſe Deo patri in creatione mũdi, quod Arriani quoq; dicũt, ſed hęretico ſenſu, iuſſumq; eſſe ab eo creare quæcunq; creauit, forma ſanorum verborum, quæ ex ſcriptura Clemens didicerat, dixit. Ait enim Dauid pſal. 33. Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. hæc verò interpretans beatus Irenęus lib. 3. contra hæreſes c. 8. cui ergo, inquit, iuſſit? Verbo ſcilicet, per quod cœli firmati ſunt: & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ac rurſus Moyſes in Geneſi, & dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux: & dixit Deus, Fiat firmamẽtũ: congregetur aqua; & factum eſt ita: & cõgregata eſt aqua. Sapientiæ ergo dixit. & rurſus Cyrillus in theſ. docens cõtra hæreticos, quomodo ſalua dignitate naturali, & ſubſtantiali honoris æqualitate intelligẽdum eſſet, omnia patrem per filium operari, ſubiungit, & hic eſt modus ſubiectionis, videri tanquam volũtati patris ſubiectum eſſe, ſicut reuera cùm pater ait, Faciamus hominem, verbũ, vt Deũ decet; accipit puluerem ex terra, & operatur, quod ei viſum eſt: omnia enim per ipſum facta ſunt. & rurſus interpretans illud, per filium, ſignificat, inquit, ſubiectionem, quæ in ratione quidem ſubſtantiæ nihil lædit filium; vnitatem verò Trinitatis, & ſolitum ſtatũ ſine variatione vlla inducit: non enim diſſidebit ſecũ vllo tpe: neq; qui ſe eodem ſemper modo habet, mutationibus incompoſitis tumultuabit. Et rurſus idem Cyrillus explanans illud, quando autem ſubiecta erunt ei omnia, tunc & ipſe filius ſubiect⁹ erit ei qui ſubiecit omnia, ſic ait: Et quomodo non omnib⁹ facile eſt videre, ſæpenumero ſm œconomiam æqualem æquali ſubijci? an non cedunt apud nos, & ſubiecti ſunt filij parentibus? vnius alioqui inter ſe naturæ participes? neq; enim in ſubiectis deterior, aut minor eſt ratio naturæ: neq; in ijs q̃bus illi ſubiecti ſunt, maior, aut excellentior. Cùm enim vna, & eadem ſit in omnibus hominibus naturæ ratio, infinitæ tamen vtilitates interdum per alicuius ſubiectionem prouidẽtur ac procurantur. Vnde enim licebit nobis dicere, propter ſubiectionem filium patre minorem? non enim rationẽ naturæ eius in ſubiectione conſtituimus, neq; in ea poſitum eſt, filium eſſe; ſed qui eſt, & exiſtit, modo quodã ei accõmodato & attributo dicitur ſubiectus. Sic nos docuit Cyrillus aduerſus oppugnatores Chriſti, & contra hæreticos, qui Deos ſecum diſſidentes, & tumultuantes introducebant. Huiuſmodi enim ſubiectio verbi Deo patri iubenti non ſubmiſſionem ſeruilem in iuſſo, neq; præſtantiam herilem in iubente declarat; ſed potius naturalem conſenſionem voluntatis, & vnitatem Trinitatis demõſtrat. Quod ſi inſolitum eſt, iubere eodem honore præditis, at non eſt inſolitum patres iubere filijs. Quamobrem ſicut ſcriptura, vt ait beatus Cyrillus, conſuetudinem noſtram ſequẽs, patrem dicit maiorem filio, ſola ratione, ex quo; vt, ſicut ait beatus Athanaſius in 2. lib. cõtra Arrian. proprietas naturæ paternæ, id eſt, generatio ſignificetur. quem etiam ſenſum ſecutus eſt Greg. Theologus libro 2. de Filio, & Leontius in libro contra Acephalos, itẽ Gregorius Bæticus in lib. de Trinitate, quem beatus Hieronymus elegantem librum de fide vocat, & beatus Hilarius in libro de Synodis contra Arrianos, & alij, ne omnes enumerem. ſic diuina ſcriptura ſequens conſuetudinem hominum, ſeq; ad vſum noſtrum accommodans dicit, tametſi per abuſionem, Deum patrem iubere filio, & filium ſubiectũ eſſe patri. hęc enim ſimul cogitantur, vt vndique concordia voluntatis, & vnitas Trinitatis demonſtretur, & non diſtantia inter dominantem, & ſubiectum; aut inter iubentem, & iuſſum. Vt autẽ abuſio verbi, iubendi filio Dei, nimini peregrina, & noua videatur, recitabo quæ Gregorius Nyſſenus in illum locum Pauli ſcripſit: quando ſubiecta erunt ei omnia; & quæ ſequuntur. ait enim, Nemo intuens in communem abuſionem verbi ſubiectionis, improbet verbum. Scit enim Paulus pro ſua ſapientia, vt ei videtur, vti liberè verbis, & ad ſeriem ſententiarum accommodare verborum ſignificationes: tametſi conſuetudo abuſionem verborum ad alias notiones ferat. Vnde enim ſumpſit vſum verbi huius ἐκένωσε, id eſt, exinaniuit ſemetipſum? Et illud, Exinanita eſt fides? Omittam alia exempla. ſubiungit poſtea: Cęterum Paulus ſinẽs ualere etymologias, quibus verbis vult, declarat quas notiones vult. Siquidem multa alia ſi quis diligenter expendat, reperiet in epiſtolis Pauli, quæ ei conſuetudini, qua vtimur, non ſeruiunt: quin potius ſua quadam intelligentia liberè proferr, nihil de conſuetudine curans. Sic hoc loco, aliud eſt præter communes notiones, quod ſignificat verbum ſubięctionis apud Paulum; hactenus Gregorius.

Gregorius. Similiter ergo ſcit diuina ſcriptura accipere verbum iuſſionis per abuſionem, vt pleraque alia, vt quidem accipit præter cõſuetudinem, verbum ſubiectionis ſecundum Gregorium. Ruſſus idem Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 17. Clarificatum igitur patrem à ſe dicit opere conſummato, quod ab eo pater accipit, non vt à miniſtro, ne creatura videatur, ſed vt à virtute, & ſapientia genitoris, per quã noſtra ſalus ei tradita conſummata eſt. Sic ſanè Pſalmiſta quoq; virtutẽ exponẽs myſterij, dicit, manda Deus virtuti tuæ. & paulo pòſt. quomodo autem mandat virtuti ſuæ Deus? & rurſus paulo pòſt, ſimiliter in ſolis, & ignis ſimilitudine hoc ipſum conſpiciemus. nam ſol quoq; profuſo à ſe lumini mandare quaſi videtur, vt vniuerſum orbem illuſtret, & calefaciendi virtutem ſuis radijs tradit, vt ipſi ſuſceptibilibus eam immittant. Ignis quoq; naturæ ſuæ proprietati eodem modo committit, vt quæ ſibi conueniunt, faciat; neq; tamen idcirco aut radij, & lux ſolaris, aut perurens proprietas ignis miniſtri loco adhiberi dicentur, cùm vtrumq; opus ſuum efficiat. nam etſi videatur non ipſa id facere, nõ tamen alia ipſa ſunt natura, q̃ illa quæ ex eis ſunt. hoc modo de patre, & filio intelligere debemus, quando à patre filio quicquam dari dicitur; dixerat autem paulò ante, tale quid ſanè de Deo intelligendum eſt, licet nõ in omnibus ad vnguem ſimilitudinum & exemplorum vis ad Deum referenda ſit. Hactenus Cyrillus. Quòd verò doctrina apoſtolorum, quam Clemens mandauit literis, quę, vt oſtendi, diuinam ſcripturam ſequens, filium ait iuſſum eſſe à Deo patre, & ei miniſtraſſe, non nouit creaturam eſſe filium Dei, ſed potius increatum, perſpici põt ex teſtimonio Salomonis à Clemente citato, dicto ex perſona Chriſti non de diuina natura filij, ſecũdùm Arrianos; ſed de humana, ſecundùm Orthodoxos. Enumerans ergo Clemens libro 5. cap. 20. teſtimonia dicta de humanitate Chriſti, ſubiungit, De eo etiã aiebat Salomon tanquam ex perſona eius, Dominus creauit me principium viarum ſuarũ. & quæ ſequuntur, & rurſus; Sapientia ædificauit ſibi domum. Zacharias autem, Ecce Rex venit iuſtus, & ſaluans ipſe, & aſcendit in aſinam. Ac rurſus doctrina Apoſtolorũ libro 7. cap. 37. & dies, inquit, feſtos conſtituiſti ad lætitiam noſtrarum animarũ, vt nobis veniret in mentem ſapientiæ à te conditæ, quod ſcilicet ortũ ex muliere propter nos cepiſſet. Chriſtum ergo dicit ſapientiam conditam propter ortum ex muliere. & in 8. libro cap. 12. de diuina natura filij Dei, Qui omnia, inquit, cùm non eſſent, feciſti per vnigenitum tuum filium, ipſumq; ante omnia ſæcula genuiſti. In ſeptimi libri capite quadrageſ. recitans Clemens ſymbolũ fidei, ait ante ſæcula volente patre genitum, non creatum. Sic enim erat in exemplari Calabro vetuſto, quod quidẽ libenter elegi in editione Clementis Græcè tanquã præſtantius, &, vt videtur, ſic ante nos à ſancto Epiphanio lectũ: ſic enim ait Epiphanius in Anchorato, Ne deſinatis fideles, & Orthodoxi, ſeruare hanc ſanctam fidẽ eccleſiæ catholicæ, vt eã à ſanctis Apoſtolis accepit. Sic ſingulos catechumenos, qui ad ſanctum lauacrum venturi ſunt, docere debetis: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cęli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filiũ Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia ſæcula, id eſt, ex ſubſtantia patris: lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitũ, non factum. hoc dixit Epiphanius accepiſſe eccleſiam à ſanctis Apoſtolis, ſignificans ſcilicet hanc apoſtolicam doctrinã. Cùm igitur facile ſit demonſtrare ex pluribus locis horũ librorum, eſſe filium Dei increatũ, ſine principio, & coęternum Deo patri, & cùm nõ poſſit illud, iuſſum eſſe, & miniſtraſſe, accipi ſecũdùm ſenſum Arrianorum, oportebat eos qui hunc locum reprehendunt, quærere quæ hæc ſpecies, & modus iuſſionis, & miniſtrationis, atq; ſubiectionis: & quid ſignificent hæc: & ex qua ſcriptura ſumpta: & qui teſtes: ac non potius continuò proſilire ad reprehendendum ea quæ non intelligunt, & improbandum quę rectè dicta ſunt, propter neſcio quam falſam ſpeciem probabilitatis. Sed ne longior ſim, ſi adhuc nonnullis paulo obſcurius videatur, filium eſſe à patre iuſſum, & ei miniſtraſſe, ſeruata naturali, & pari dignitate, ſit Moyſes exẽplum, licet tenue & minutum, iuſſionis tantũ ſine inæqualitate eius qui iuſſus eſt; hũc enim cùm Clemens libro ſexto laudaret, virtuteſq; eius perſequeretur, ſubiungit, Illum dico tanquam conditorem, qui operationes Dei deſignauit. Nunquã profectò Clemens Moyſem appellaſſet tanquam conditorem, ſi nullo modo ſimilis fuiſſet conditori Deo. illud enim, tanquam, habet hîc cuiuſdam ſimilitudinis ſignificationem; quæ verò iſta ſimilitudo ſit, ex ſcriptura licet intelligere. Scriptũ eſt enim in Exodo: & dixit Dominus ad Moyſem, Ecce ego dedi te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus, erit Propheta tuus: tu autem loqueris ei omnia quæcunque præcipio tibi: & quæ ſequuntur. Aaron quidẽ ſuit Propheta Moyſis, typus Chriſti, qui eſt conſiliarius patris, & magni conſilij Angelus, ſicut ait Eſaias: Moyſes verò typus Dei patris. & quemadmodum Deo iubente, & dicente, Fiat lux, filius creauit lucem: & dicente, Congregentur aquæ, filius congregauit aquas; & ſimiliter factum eſt in reliquis; ſic dicente Moyſe fratri ſuo in modũ iubentis, Accipe virgam, & proijce eam in terram, & erit ſerpens: & proiecit Aaron virgam ſuam coram Pharaone, & coram ſeruis eius, & factus eſt ſerpens. Et rurſus dixit Dominus Moyſi, Dic Aaron fratri tuo, Accipe virgam, & extende manum ſuper aquas Ægypti, & ſuper flumina earũ, & erit ſanguis in vniuerſa Ægypto. & fecerunt ſic Moyſes, & Aaron, ſicut

ſicut præcepit ei Dominus: & eleuans Aaron virgam, percuſſit aquam; & ſicut Aaron cùm fecit iubente Moyſe illa admirabilia opera, quæ ſolus Deus operabatur, non erat propriè miniſter, aut famulus Moyſis; ſimiliter neque filius, cui dixit Deus inſtar conſultantis, & tanquam iubens, Fiat lux, non miniſtrabat ſeruiliter, neque adiuuabat Deum patrem, vt indigentem auxilio; immò pater, & filius, qui eſt virtus, & brachium patris, & ſpiritus patris ac filij omnia fecerunt; & vt ſermo Moyſis ad Aaron in modum iubentis ſecundùm illud; Accipe virgam, & extende manum, non læſit dignitatē Aaron, immò concordiam eorum, & non eſſe diſſidentes, neque compoſitionis, atque ordinis inimicos demonſtrabat: Similiter ſermo Dei ad filium in modum pręcepti, iuxta illud, fiat lux, congregentur aquæ, & ſimilia deinceps, vt dictum eſt ſuprà, magis cōſpirationem, & vnitatem innuunt. Atque hæc quidem hactenus.

CAP. XIII. pag. 105.

Cùm autem tradidiſſet nobis antitypa myſteria pretioſi corporis, & ſanguinis abſente Iuda.) Quamuis pater Chryſoſtomus, & beatus Auguſtinus, & nonnulli alij dixerint factum eſſe Iudam participem myſteriorum ſacræ communionis, magis tamen credendum eſt Apoſtolicæ doctrinæ, præſertim cùm Dionyſius Areopagita hoc tradat, etſi nonnullis non ſatis ſenſum ſuum explicaſſe videatur; & quod maximum eſt, cum hoc conſonet euangelio. Ait igitur Dionyſius in cap. De communione, & ipſe auctor ſymbolorum iuſtiſſimè ſubtrahit eum qui non ſanctè, neque pari morum ſimilitudine ſacra concœnauerat, docens ſanctè, & vt Deum decebat, quod verus ſecundùm virtutem ad diuina acceſſus præſtat accedentibus communionē cum ſimili ipſis, cùm ait, eum qui concœnauerat, Iudam ſcilicet ſignificat, de hoc enim loquitur. Sed quæ illa ſacra, quæ concœnaſſe dicit? nempe Paſcha cum azymis, & lactucis agreſtibus ſecundùm legem Moyſis, hæc enim erant ſacra, vtpotè ſacrificium Domini, vt ait ſcriptura Exod. 12. & Numeri 9. quod quidem obtulit Dominus ſuo tempore, id eſt, primo menſe, decimaquarta Luna ad veſperam, ſcilicet ante myſteria diuina. Sed quòd ſacra illa, quæ Dionyſius dicit Iudam concœnaſſe, non ad ſacra myſtica corporis, & ſanguinis, ſed ad ſacra typica agni, & azymorum ſecundùm legem, referri voluerit, ex iis, quæ ſequuntur, ſiquis rectè aduertat, intelligere poteſt. Etenim ſi ſubducendo Iudam, docuit Dominus, vt ait Dionyſius, quis verè particeps fiat ſanctæ communionis, nempè is, qui non accedit ſimulatè, vt quidem Iudas acceſſiſſet, ſi accedere permiſſum eſſet, ſed cum veris virtutibus, verè, inquam, & ſanctè, ſicut ſanctus eſt Dominus, ad quem accedit; conſequens profectò eſt, vt non fuerit Iudæ permiſſum accedere; alioqui Dominus docuiſſet exemplo ſuo, non quidem repellere à ſacra communione, ſed potius admittere eos, quos publicum eſt, & omnibus notū, indignos eſſe, vt de Iuda erat, poſtquam eum Dominus indicauit duobus ſignis manifeſtis Miſſæ manus in catinum, & panis à Domino porrecti, ne quem lateret. Hactenus de auctoritate & teſtimonio Dionyſij Apoſtolici auctoris, etſi non ignorem, quoſdā, qui ſcholia in Dionyſium ſcripſerunt, ſacra iſta ad myſteria panis & vini retuliſſe: ſed non bene, vt ratio, quam modò dixi, conuincit. Clementem, & Dionyſium ſecutus eſt Hilarius Pictauienſis grauiſſimus auctor, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. Sic enim canone 30. in Matth. ſcripſit, poſt quæ Iudas proditor indicatur, ſine quo Paſcha accepto calice, & fracto pane conficitur, dignus enim æternorum ſacramentorum cōmunione non fuerat. Sed quod potiſſimum eſt, vt dixi, ſatis, vt mihi videtur, ipſa euangelij conſequentia demonſtrat hoc quod Clemens tradit. ait enim Ioannes, cùm accepiſſet ille buccellam, continuò exiuit, buccella autem non erat corpus, vt ait Iulius Pontifex; is enim interpretans hunc locum, aliud, inquit, eſt corpus Chriſti, aliud buccella, cuius intinctio, inquit, hypocriſim Iudæ in ænigmate ſignificauit; hæc ille. idem ſenſit ſynod. Brac. 3. cap. 1. Immò & buccellā dedit Dominus amicè & comiter, vt illius duritiem mitigaret, ſi cedere voluiſſe: at corpus Chriſti non datur duris, vt ſic datū, duritiem molliat. Hanc autem rationem tribuendi buccellā Iudæ, interpretatus eſt Photius in ſcholijs ſuis in Ioannem: Nō enim, inquit, emolliuit eum cōmunis menſa, neque lauatio pedū, neque illa Chriſti admirabilis caritas, & longanimitas, neque præcognitio futuræ proditionis; & in ſumma, neque porrigere amicè, hilariter, & comiter illā buccellā. & paulo pòſt; Poſtquam verò obduruit, & factus eſt vas aptū Diabolo, fidenter irruit in eum Diabolus, & pertraxit ad ſcelus: cùm enim, inquit, accepiſſet buccellam, continuò exiuit nocte: neque enim nocturnum tempus continuit eum. Hactenus Photius. Dediſſe ergo Iudæ buccellam intinctam, ſatis demonſtrat non fuiſſe buccellam illā, corpus Chriſti. Ac rurſus, quòd buccella illa Iudæ data, dum concœnarent, non erat corpus Chriſti, licet intelligere ex Euangeliſtis inter ſe collatis. Cùm enim percunctarentur Apoſtoli, quis eſſet de quo diceret; reſpondens Ieſus, dixit, Qui intingit mecum in catino manum: apud Ioannē verò, cùm idem rurſus interrogaretur Dominus: reſpondit, Ille eſt, cui ego intinctum panem dabo: vt iam in vnum & idem tempus cœnæ concurrant illa duo, & manum intingere in catinum, & dare ei buccellam. Igitur vt illud factum eſt, cùm concœnabant, ſic etiam hoc, quod cum illo coniunctum fuit, & ad illud ipſum tempus, & illam ipſam carnem agni, ſcilicet typici

pertinuit. Quo facto, continuò ille egreſſus eſt, & egreſſo, cœnantibus verò illis, ait; Accepit Ieſus panem, & quę ſequuntur. Ne enim ſuſpicaremur, expectaſſe Iudam myſteria, addidiſſe videtur euangeliſta Ioannes, continuò exiuiſſe poſt ſumptam buccellam. Neque verò, quia Lucas poſtquam narrauit myſterij inſtitutionem, ſcripſit dixiſſe Dominum, Verùm ecce manus tradentis me, mecum eſt io mēſa, argumentum eſt, vt quibuſdam videtur, interfuiſſe Iudam inſtitutioni myſterij: non enim interpretādus eſt ordo rerum geſtarum ex ordine narrationis; ſiquidem vt apud Lucā poſt myſterij deſcriptionē ſcriptum eſt illud; Verùm ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa: ſic apud Matthæum & Marcum ante deſcriptionem eiuſdem myſterij ſcriptum eſt illud io eandem ſententiam, Qui intingit mecum manū in paropſide, ſiue in catino: quod nihil eſt aliud, quàm quod idem Dominus dixit apud Lucam, Verùm ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Ex eo ergo potius concludendum eſt, noo interfuiſſe; quod, vt dixi, ſi buccella illa, quæ poſt lotionem pedū data eſt Iudę, ad cœnam illam, quæ adhuc durabat, pertinebat; & poſt buccellam, vt teſtatur Ioannes, exiuit continuò, conſequens eſt, non interſuiſſe myſterijs, quę ablutionem pedum, cui Iudas interfuit, ad noſtram inſtitutionem ſecuta ſunt; vt ſcilicet admoneremur opus eſſe, ad illa myſteria dignè, & mūdè participandum lauare pedes, id eſt, extrema noſtra, vt Dionyſius Areopagita interpretatus eſt: idipſum ſignificat illa manū lauatio, quam facit ſacerdos conſecraturus, vt idem quoque Dionyſius interpretatur in hierar. Eccleſ. cap. de communione. Siquis verò objiciat illud ext. de oſt. ord. c. ſacerdos, vbi ſtatuitur, vt non poſſit ſacerdos remouere nominatim à communione ſacra, quem ſecreto ſcit reum eſſe, quia non vt iudex ſcit, ſed vt Deus; iudicium quidem eſt canonicum pōtificis Eugeni, quo ſtandum eſt; illud verò quod ſequitur quia neque Chriſtus, inquit, Iudam à communione remouit, interpretatio eſt hæc, non iudicium; hoc, inquam, non vt iudex, ſed vt interpres pontifex dixit.

Vt ſine errore intelligatur, cur ſecundum Apoſtolicam doctrioam antitypa myſteria corporis, & ſanguinis Domini dicātur, quod ab hæreticis contra veritatem corporis Chriſti in ſancta Euchariſtia objicitur, oeceſſe eſt intelligere prius, quid verbum antitypi declaret. hoc enim verbo ſancti Apoſtoli, vt poſtea docebo, ſacramenta euangelicæ legis appellarunt, ſicut ſactamenta veteris legis typi noſtrorum erant, & dicebantur, vt differentia nominum differentiam rerum demonſtraret. hic enim dici poteſt, quod Apoſtolica doctrina lib. 8. cap. 46. de Epiſcopis, & presbyteris, ac diaconis dicit, ſic eſſe à Chriſto nominatos, vt ſic nominati, diuerſitate nominum, diuerſitatem rerum declararent; alioqui, inquit, ſi non eſſet differentia ordinum, & lex aliqua eorum, ſatis erat vno nomine eos appellaſſe. typi ergo erant & dicebantur illi Moſaici, qui vmbræ erant, ſicut Apoſt. ait, futurorum bonorum, quæ ſunt nunc ſacramenta eccleſiæ Chriſti, quæ Apoſto. vocat ipſas imagines rerum, id eſt, veritatis, & gratiæ. Lex enim, ait Ioaooes euāgeliſta, per Moyſem data eſt; gratia autem, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. illis typis, & vmbris, quas lex Moyſis habebat, oppoſuit gratiam, & veritatem; quam habent ſacramenta noſtra. hæc igitur ſapientiſſimè vocata ſunt antitypa, tum quia illis veteribus typis partim ſublatis, partim mutatis, ex aduerſo reſpondent, ac pro illis data ſunt; & in his eſt veritas, & impletio illorum: hanc enim rationem verbi ſecutus videtur Epiphanius, cùm in homilia de reſurrectione Domini ſic ait, de myſterijs corporis, & ſanguinis loquens, τὰ μὲν παλαιώματα τοῦ νέου πάσχα ἀντὶ παλαιοῦ μυστήρια ἀντίτυπα, id eſt, non veteraſcētia noui Paſchæ pro vetere myſteria antitypa. tum quia operantur res quarum ſunt imagines, contrà atque illi typi qui bona futura, qoorum vmbræ erant, noo operabantur, neque poterant, ſicut Apoſt. ait, perfectum facere ſeruientem. vtrumque notatum eſt illa prępoſitione ἀντὶ in ipſo vocabulo antitypi. deinde quia res, qoas vt inſtrumenta myſtica operantur, nō ſolum tanquam in imagine, ſed tāquam in cauſa vicem inſtrumenti habente cōtinent, idcirco non ſunt neque dicuntur proprè typi, quorū eſt res adumbratas tanquam in typo tantum continere, ſed potius antitypa, vt ſi dicamus typos pro rebus quas continent. ad hanc rationem nominis pertinet Apoſtolica doctrina lib. 5. cap. 17. explicans enim quæ imagioes, & quarum rerum ad antitypoo myſterium baptiſmi adhibeaotur, baptiſma, inquit, eſt datum in mortem Ieſu, quo clarius dixit Cyrill. Hier. in 2. catecheſi myſtagōgica, eſſe baptiſmum antitypon paſſionū Chriſti: nō dixit typum paſſionum Chriſti, quia in typis propriè, quales erant in vetere lege, nullo modo erat veritas, aot gratia: in baptiſmo autem eſt virtus paſſionis tāquam in myſtico inſtrumento ordinato à Deo ad inducēdum effectū ſacramētalem gratiæ baptiſmalis; idcirco antitypon eſt, & dicitur, ſicut beatus Petrus vocauit; quod poſtea explicabo. Subiungit deinde Apoſt. doctrina, aqua eſt ἀντὶ ταφῆς, id eſt, pro ſepultura, ſiue vice ſepulturę. iam hic prępoſitione ἀντὶ, quæ eſt in antitypo, quæ Latinè eſt, pro, vſa eſt Apoſt. doctrina; vt perinde ſit hoc, quaſi diceret, aquam baptiſmi eſſe antitypon ſepulturæ, quia non deſignat illam ſolum, ſicut aqua baptiſmatum veteris legis, quę vmbra tantum erat noſtri baptiſmi, nihil pręterea operans virtute mortis Chriſti tunc futuræ ad emundationem cōſcientiæ, vt quidem operatur ſacri baptiſmi aqua, in quam mergi baptizatum, ſignificat conſepeliri cū Chriſto per baptiſmum; & emergere, correſuſcitari;

tari: verùm non hoc ſignificat typicè aqua baptiſmi, immò hoc ipſum facit myſticè, & ſpiritualiter vice inſtrumenti. Sequitur in loco Apoſtolicæ doctrinæ propoſito, oleum ἀντὶ πνεύματος ἁγίου, id eſt, oleum eſt pro Spiritu ſancto: hoc quoque perinde eſt, vt ſi diceret de oleo quod adhibetur ad baptiſmum, de hoc enim loquitur, oleum eſt antitypon Spiritus S. quia non ſolum eum ſignificat, quod eſt typum eius eſſe; ſed verè eſt in eo virtus Spiritus S. tanquam in inſtrumento à Deo inſtituto ad aliquem proprium effectum gratiæ auxiliaris in eo qui baptizatur. Sequitur deinde, ſignum crucis, quam ſcilicet facit ſacerdos qui baptizat, ἀντὶ σταυροῦ, id eſt, pro cruce. quod perinde etiam eſt, vt ſi diceret, deſignatio crucis in baptiſmo, eſt antitypon veræ, & viuificæ crucis Chriſti. eſt quidem crux, quam facit ſacerdos cùm baptizat, typus veræ crucis Chriſti, ſed non eſt typus propriè, vt illa crux typica ſerpentis quem iuſſu Dei exaltauit Moyſes in deſerto; de illa enim non poteſt dici, quod hic ait Apoſtolica doctrina, fuiſſe ἀντὶ σταυροῦ, id eſt, fuiſſe pro cruce Chriſti, quia Chriſtus nondum crucifixus erat: atque ita fieri non poterat, vt per vſum illius typicę crucis virtus crucis Chriſti viuificæ applicaretur, vt quidem applicatur per crucem à Sacerdote in baptiſmo factam, & in alijs ſacramentis, tanquàm per myſticum inſtrumentum: vnde licet typus crucis Chriſti ſit, & dicatur, non tamen propriè; ſed potius propriè eſt, & dicitur antitypon, vt iam explicaui. poſtremò addit Apoſtolica doctrina chriſma confirmatio confeſſionis. Hic iam ipſa locutionis forma magis adhuc declarat, quantum diſtant typi myſtici noui Teſtamenti à typis illis myſticis veteris: etenim quia typus, ſiue imago rei, quæ in ſe tanquam in cauſa vicem inſtrumenti habente rem ſignificatam continet, eſt quodam modo ipſa res, quatenus eam, vt dixi, continet; idcirco dixit Apoſtolica doctrina, chriſma eſt confirmatio confeſſionis, ſcilicet fidei; quod perinde eſt, ac ſi diceret, chriſma eſt antitypon confirmationis fidei. Cyrillus Hieroſo. in 3. catecheſi myſtagogica, chriſma dicit eſſe antitypon Spiritus ſancti; quod in eandem ſententiam dictum eſt, quam Apoſtolica doctrina expreſſit, vt ſi dicatur, chriſma eſt antitypon Spiritus ſancti confirmantis confeſſionem fidei baptizati: vt illud rurſus, chriſma eſt confirmatio confeſſionis, idem valet, ac ſi dicatur, chriſma eſt antitypon confirmationis, quam ſcilicet efficit Spiritus S. per chriſma. ſic enim ait idem Cyrillus in eadem catecheſi comparans hoc chriſma cum chriſmate ſiue vnctione Aaron & Salomonis. Illis, inquit, typicè hæc contigerunt, vos autem vncti eſtis non typicè, ſed verè; vncti enim eſtis à Spiritu ſancto. ſatis hactenus, vt opinor, explicatum eſt, quæ ſit vis, & ratio antitypi, & quid hæc præpoſitio ἀντὶ in eo declaret; declarat enim, vt dixi, data eſſe in nouo Teſtamento antitypa ſacramenta pro illis Moſaicis typis; item proprium aliquid ineſſe eis, quod eſt contrarium typis illis antiquis, illi enim non poterant perfectum facere ſeruientem; antitypa verò poſſunt. hæc itaque eſt vis præpoſitionis ἀντὶ, in antitypis, ſi ad typos veteres reſpiciamus. Cùm verò reſpicimus ad res quarum ſunt, & dicuntur antitypa, ita dicta ſunt antitypa, quaſi dicantur typi ἀντὶ πραγμάτων, id eſt, typi pro rebus: tanquam cauſæ enim vicem inſtrumenti habentes, vt ſæpe dictum eſt, continent in ſe res quas ſignificant, vnde rectè dicuntur antitypa ſacramenta noſtra, hoc etiam præpoſitione ἀντὶ declarante; niſi magis placet dici antitypa, quaſi ἀντὶ τύπων, id eſt, quòd ſint vice typorum, quia non ſunt typi propriè, vt ſuprà explicatum eſt; ſed ſunt inſtar typorum, quatenus habent etiam imagines ſub ſenſum cadentes. Denique, vtcunque explicetur vis, & ratio præpoſitionis ἀντὶ, plenum eſt Apoſtolica ſapientia hoc verbum, quo ſancti Apoſtoli ſacramenta noui Teſtamenti appellare voluerunt, vt differentia nominis differentiam eorum à typicis ſacramentis veteris legis notarent: vt ex duobus locis, altero epiſtolæ beati Petri, altero epiſtolæ Pauli ad Hebr. perſpici poteſt: in his enim duobus locis tantum noui Teſtamenti poſitum eſt hoc verbum. quos locus neceſſe eſt, vt, quàm breuiſſimè poſſim, interpreter, vt teſtimonio Apoſtolicæ auctoritatis, quæ hactenus dicta ſunt, comprobemus: ſimulque doceamus, quemadmodum quod Caluiani ex verbo antitypi contra veritatem corporis Chriſti inſanè colligunt, Paulus ipſe in epiſt. ad Hebr. cap. 9. planè refellat, & de falſitate conuincat. Petrus igitur cùm de arca Noë meminiſſet, in qua pauci, inquit, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, quia illud in figura contigit, opportunè myſterium illud aperit, & quid in ænigmate, ac typo ſignificaret, docet, ſubiungens, quòd & nos antitypon nunc ſaluos facit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti à mortuis. aqua ergo, per quam paucos illos arca Noë ſeruauit, typus fuit baptiſmi ex aqua, per quem in eccleſia, cuius typus, ac figura fuit arca illa, ſalui fiunt fideles; extra eccleſiam enim non eſt ſalus in baptiſmo. Deinde, quia typi proprij erant veteris legis, in qua iuſſerat Deus, vt fierent omnia ſecundum exemplar demonſtratum in monte, circumciſionis quoque meminit, quæ fuit in lege typus, & vmbra baptiſmi, cùm ait, non carnis depoſitio ſordium; depoſitionem enim carnis ſordium, id eſt, carnis ſordidę vocat circumciſionem pręputij, quod, vt Ioannes Damaſcenus ait lib. 4. de fide orthodoxa, eſt περίττωμα ἄχρηστον, id eſt, eſt pars ſuperuacua, & omni vſu carens. aliam rationem attulit Philon Alexand. quia, inquit, colligitur, & contrahitur in præputijs aliquid quod repurgare opus ſit, ſicut in pilis euenire

ſolet. hactenus Philon. hanc dicit cauſam vnã fuiſſe, cur gens Iudæorum circumciderentur, διὰ τὴν δι' ὅλου τοῦ σώματος καθαριότητα, id eſt, propter munditiẽ totius corporis; quaſi hæc pars ob eam rationem quam Philon dixit, immunda eſſet, quod ad adumbrationem myſterij baptiſmatis omnia inquinamenta carnis, & ſpiritus abluentis pertinebat. quam hic vocat beatus Petrus depoſitionem carnis, Paulus in epiſt. ad Coloſſ. ſpoliationem carnis vocauit, auctore etiam Tertull. in lib. de reſurrectione carnis, ſic enim ait: Hinc & Apoſto. Circuncisionem ſpoliationẽ carnis appellans, tunicam cutem affirmant; hoc dixit, quia ἀπεκδύεσθαι, vnde eſt verbum Græcum, quod ſpoliationem vertit interpres, exui ſignificat, quod in tunicam conuenit. Circuncisio igitur, de qua beatus Petrus hic meminit, typus fuit baptiſmi: rationem verò typi explicat idem Damaſcenus: Vt enim circuncisio, inquit, non partem corporis vtilem amputat, ſed partem ſuperuacaneam, & inutilem, (adde etiam immundam) ſic per ſanctum baptiſmum peccata amputantur. Conſtat autem peccatum eſſe ſuperfluum voluptatis; ſiquidem fieri nõ poteſt, vt quis nihil penitus concupiſcat; aut nullam prorſus voluptatem deguſtet. Verùm inutilis cupiditas, & inanis voluptas peccatum eſt, quod baptiſmus circuncidit. & paulo poſt, Veritate igitur pateſacta inutilis eſt typus, & vmbra; quare ſuperuacaneum eſt, nunc circumcidi, & ἐναντίον τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, id eſt, & contrarium ſancti baptiſmatis. Qui enim circumciditur, debet vniuerſam legem ſeruare. hactenus Damaſcenus: qui cùm dixit circumcidi nunc ſecundùm veterem typũ, contrarium eſſe ſancti baptiſmatis, ſic fortaſſis interpretatus eſt, cur baptiſma à beato Petro antitypon vocetur, quod verbum, vt ſæpe dixi, omnibus ſacramentis legis Euangelicæ conuenit, quaſi antitypa etiam dicantur, quòd ſint contraria typis Moſaicis, vt antea dixi; ſiue potius, quæ eſt ex omnibus potiſſima ratio, quòd noſtra ſacramenta ſunt ipſæ imagines rerum præſentium quas operantur, contrà atque typi illi veteres, qui vmbræ tantum erant noſtrarum imaginum, id eſt, ſacramentorum tunc futurorum, vt hic in ſacramento baptiſmi, & circumciſione typo docuit beatus Petrus, cùm ait, quòd ſaluos nos facit antitypon baptiſma; ergo imago ſub ſenſum cadens baptiſmi ex aqua & forma verborum conſtantis continet in ſe ſalutem tanquam inſtrumẽtum myſticum à Deo regenerationem ſpiritualem inſtitutum: typus verò eius, id eſt, circumciſio non faciebat ſaluos; idcirco antitypon vocauit baptiſma. cùm verò ſubiungit, non carnis depoſitio ſordium ſcilicet ſaluos facit, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum, declarat, cur baptiſmus ſaluos faciat nunc: non autem tunc ſaluos faciebat circumciſio; ſcilicet, quia circumciſio tantummodò particulam corporis auferebat; baptiſmus verò aufert peccata: his enim ablatis, exiſtit conſcientiæ bonæ interrogatio in Deũ. ſi enim nunc baptizatus interroget corã Deo conſcientiam ſuam, nihil eum reprehendit cor, nihilq́ue ſibi conſcius eſt, pro eo, quòd hic dixit beatus Petrus, non depoſitio carnis ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio, dixit Paul. Col. 2. Circumciſi circumciſione non manufacta in ſpoliatione corporis peccatorum carnis: quod perinde eſt, quaſi diceret, circumciſi non circumciſione, quæ particulam corporis aufert, ſed circumciſione, per quam corpus exuit peccata, quæ per carnem fecit. ſic Chryſoſto. & eum ſecutus Toephyl. Sed veniamus iam ad locum Pauli, in quo idẽ verbum antitypi poſitum eſt in ſacramentis eccleſiæ Chriſti; ex quo loco demonſtrabimus, quòd Apoſtolica doctrina dicit antitypa myſteria corporis, & ſanguinis Chriſti declarare ſecundum vim verbi antitypi, & vſum Apoſtoli, corpus & ſanguinem Chriſti eſſe ſub illis panis & vini typis. Sic igitur ait in epiſto. ad Hebr. cap. 9. Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium his mundari, ipſa autem cœleſtia melioribus his. exemplaria cœleſtium dicit, tabernaculum, & ſancta, ac ſancta ſanctorum, & vaſa miniſterij, quæ erant omnia ὑποδείγματα, vt ipſa epiſtola Pauli vocat, id eſt, exemplaria, ſiue, vt magis vim verbi Græci exprimamus, adumbrationes eccleſiæ Chriſti, & ſacramentorum eius, quæ quidem cœleſtia appellat, quia eccleſia vnum regnum Chriſti eſt cum cœleſti. Quandiu igitur ſteterit tabernaculum Moſaicum manufactum, quod eccleſiam non manufactam, ſed ſpiritu Dei ædificatam adumbrabat, neceſſe erat hoſtijs Moſaicis mundari; eccleſiam verò melioribus hoſtijs, corpore ſcilicet & ſanguine Chriſti. ſed cur ita? rationem ſubiungat Apoſtol. non enim, inquit, in manufacta introiuit Ieſus exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum. hoc loco etſi interpres Latinus eodem verbo vſus, exemplaria dixit verorum, ſicut proximè dixerat exemplaria cœleſtium, Græcè tamen non eſt vnum vocabulum vtrobique, ſed in priore ὑποδείγματα, id eſt, adumbrationes cœleſtium, in poſteriore antitypa verorum. Quare neceſſe eſt varietate iſta vocabulorum notatas eſſe ab Spiritu ſancto cuius aſpiratione ſcripta eſt epiſtola, varias res. Si enim illud idem ſignificare voluiſſet, cùm dixit antitypa verorum, quod ſignificauerat, cùm dixit, hypodigmata cœleſtium, quid opus fuiſſet variare verbum? antitypa ergo verorum vocat non typos Moſaicos, illos enim vocauit hypodigmata, ſed ſacramenta noſtræ eccleſiæ: hæc enim data ſunt pro illis veteribus, & ſunt imagines expreſſæ rerum præſentium, & propinquæ archetyporum in cœlo. Sed conferamus hunc locum Pauli cum loco Dionyſij, vt magis intelligamus, quæ appellat Paulus hic exẽplaria cœleſtium, & quæ antitypa verorũ, & quæ ſint iſta

vera,

vera, & quid differant à cœleſtibus, quæ dicit quæ ſunt etiam vera. Dionyſius igitur explicans rationem & differẽtiam hierarchiæ Moſaicæ, & euangelicæ, ac cœleſtis, Poſt illam, inquit, cœleſtem, & ſuperiorem hoc mundo hierarchiam proferens Deus bonitate ſua nobis dona ſua ſanctiſſima, cùm pueri quidem eramus, hierarchiam veteris legis largitus eſt, adhibitis tenuibus, & obſcuris imaginibus τῶν ἀληθῶν, id eſt, rerum verarum, & adumbrationibus archetyporum remotiſſimis, typiſq; contemplationem in ſe opertam, non facilem ad diſcernendum continentibus, tanquam lumine conuenienter oculis infirmis, ne eis noceret, accõmodato. hactenus Dionyſius. Paulus typos illos Moſaicos vocauit ὑποδείγματα cœleſtium, id eſt, exemplaria eorũ, quæ ſunt in eccleſia, hoc eſt noſtrorum ſacramentorũ, quæ ſunt diuina, & cœleſtia; Dionyſius vocauit ἀμυδρὰς εἰκόνας τῶν ἀληθῶν, id eſt, imagines tenues, ſiue obſcuras verorũ; vera enim ſunt noſtræ eccleſiæ ſacramenta, & non vmbræ futurorum bonorũ, vt illæ veteres; gratia enim & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Deinde quæ Paulus vocauit ἀληθινὰ, cùm ait de noſtris ſacramentis eſſe antitypa verorum, Dionyſ. vocauit archetypa, quæ ſunt in cœlo res ipſæ reuelatæ, & apertæ, vt gratia in ſpecie, ſiue in viſione pro gratia in fide, immortalitas in re, pro immortalitate in ſpe, corpus Chriſti in ſpecie glorioſa propria, pro corpore Chriſti in myſterijs antitypis, in quibus corpus quidem Chriſti eſt ἀληθῶς, id eſt, verè, ſed in cœlo ἀληθινῶς, id eſt, perfectè verè; quia in ſpecie, vt potè archetypum. Et ſicut ab illis archetypis Dionyſius dicit remotiſſimos fuiſſe veteris legis typos, ita noſtra ſacramenta propinquiſſima ſunt illis ipſis archetypis, quorũ ſunt antitypa. Redeo ad locum Pauli, cuius interpretes, quantum obſeruare potui, ſi non diſtinxerunt antitypa verorum quę Paulus dicit, ab ijs quæ ibidem vocat hypodigmata cęleſtium, in cauſa fuit, quòd cùm legerent, non enim in manu facta antitypa verorũ introiuit Ieſus, exiſtimabant affirmare Apoſtolum, vt ipſa cõpoſitio verborum primo aſpectu velle videbatur, illa manu facta antitypa verorum fuiſſe, cùm tamen non ita ſit; immo hoc negat Apoſtolus; hic enim eſt ſenſus: Si illa enim manu facta ſancta, fuiſſent antitypa verorum, id eſt, expreſſæ imagines rerum quæ ſunt in ipſo cœlo, in quod Ieſus introiuit, haud dubiè ſanguine eius prius mandata fuiſſent; ſic enim mandata extitiſſent antitypa verorum, id eſt, eorum quæ ſunt archetypa in ipſo cœlo; at non fuerunt antitypa eorum, ſed potius adumbrationes remotiſſimæ, & longinquiſſimæ archetyporum, vt dixit Dionyſius: eccleſia verò, quæ eſt tabernaculum Chriſti non manufactum, ſed ſpiritu eius ædificatum, de quo ait propheta, tabernaculum eius in circuitu eius, quia ipſe dixit, vbicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, ſic enim Euſeb. Cæſar. in commẽtarijs ſuis in Pſalmos eruditiſſimis, illum prophetæ verſiculum interpretatur: Eccleſia, inquam, cuius typus fuit tabernaculum Moyſis, quod dicebatur ſancta, quia eſt imago ipſa cœli, in quod Ieſus introiuit, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis; idcirco neceſſe fuit, vt ſanguine eius mundata fuiſſet, vnde omnia ſacramenta eccleſiæ, quorũ typi erant vaſa miniſterij tabernaculi, quia ſunt antitypa eorum quæ ſunt in cœlo ipſo aperta & reuelata, neceſſe quoq; fuit, vt ex paſſione Chriſti manaſſent. Si igitur ſacramenta legis euangelicæ antitypa ſunt τῶν ἀληθινῶν, vt Paulus ait, id eſt, verorum, vt interpres Latinus vertit, archetyporum, inquam, quæ omni velo, & imagine carent in cœlo, hęc enim ſunt ἀληθινὰ, conſequens neceſſariò eſt, vt quæ ſecundùm Apoſtolicam doctrinam ſunt, & dicuntur antitypa myſteria corporis, & ſanguinis Domini, antitypa quoque ſint verorum ſecũdùm apoſtolum Paulum, hoc eſt antitypa ipſius corporis, & ſanguinis Domini in ſpecie propria in cœlo: ex quo rurſus fit, vt neceſſe item ſit verè eſſe corpus, & ſanguinem Domini in antitypis ſymbolis, ſiue myſterijs ſacræ Euchariſtiæ, & non ſecundùm ſpiritum tantum, vt phantaſtici, uel potius ſanatici Caluiniſtæ tradunt, Sicut enim ſi baptiſmus typus & imago tantum eſſet regenerationis, ac purgationis præteritorum peccatorum, & non fieret in baptiſmo ſuſcepto vera regeneratio, & vera purgatio peccatorũ, nullo modo poſſet eſſe antitypon illius archetype in cęlo beatæ, vt ita dicam, filiationis, & beatæ purgationis peccatorum, cùm erimus ei ſimiles; ſic ſi in myſterijs corporis, & ſanguinis Domini non eſſent corpus, & ſanguis πραγματικῶς, id eſt, realiter, ſed ſecundùm ſpiritum tantum, vt hæretici fingunt, non eſſent hæc myſteria antitypa corporis, & ſanguinis in ſpecie propria; atque ita nuſquam eſſent iſta antitypa verorum, quæ Paulus dicit. Si quidem neceſſe eſt, aut omnia ſacramenta eſſe antitypa verorum, id eſt, archetyporum in cœlo; aut nullum. Rurſus ſi noſtra ſacramenta ſunt antitypa verorum, id eſt, ſi habent, ſicut Apoſt. ait, ipſam imaginem rerum pręſentium, id eſt, veritatis, & gratiæ, lex enim per Moyſem data eſt; gratia autem, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: neceſſe eſt, vt in ſacramento corporis, & ſanguinis Domini, verè ſit corpus, & ſanguis; aut ſi non verè eſt, neque rurſus eſſe poteſt ipſa imago archetypi, hoc eſt corporis, & ſanguinis in ſpecie: nunc enim per fidem ambulamus, ſicut Apoſt. ait, & nõ per ſpeciem. atque ita falſum erit, quod Apoſto. ait de lege euangelica, habere ipſam imaginem rerum; in ſacramentis enim illam habet: antitypa ergo verorum ſunt, quæ habent ipſas expreſſas, & propinquiſſimas imagines rerum in ſpecie, quas Dionyſius, vt dixi, archetypa vocat, Paulus verò ἀληθινά. ἀληθῆ

enim, id eſt, vera ſunt in eccleſia, licet non ſint in propria ſpecie, vt verus homo eſt, & ſi extrinſecus aliena ſpecie indutus, quandoque non appareat homo: ſic ſunt veræ res ſpirituales in ſacramentis ſub ſenſum cadentibus; ἀληθινὰ verò ſunt, vt veteres ſcripturæ ſanctæ interpretes notarunt, τὰ τοῦτο ὅλον καὶ κυρίως ὄντα ὅπερ δὴ καὶ καλεῖται, id eſt, ea quæ ex toto, & propriè ſunt id ipſum quod dicuntur. ſicut in baptiſmo conſiſtit, vt iterum repetam, vera purgatio peccatorum, vera adoptio filiorum Dei, vera reſurrectio ſecundùm ſpem: in cœlo autem eſt plenè vera purgatio peccatorum, vbi amplius non poteſt peccari, & adoptio filiorum non per fidem, ſed per ſpeciem, & iſtarum rerum quæ archetypa ſunt, eſt etiã baptiſmus antitypon, vt beatus Petrus vocauit. Similiter in myſterijs corporis, & ſanguinis dicendum eſt, eſſe ſecundùm Apoſtolicam doctrinam à Clemẽte ſcriptam, & ſecundùm Pauli epiſtolam antitypa verorum, id eſt, archetyporum, archetypa quoque vocat S. Maximus; cum enim in diuino libro, quem de Eccleſiaſtica myſtagogia compoſuit, & inſcripſit, exponit, quæ Spiritus ſanctus gratia per ſacram corporis Domini communionẽ in nobis operatur, intuẽs in illud Ioannis, Qui mãducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die, & ablatis, inquit, ijs in quibus cernitur noſtra corruptio, tranſmutat nos, & ſimiles ſui facit. & ſubiungit, καὶ τὰ παραδοθέντα διὰ τῶν ἐνταῦθα αἰσθητῶν συμβόλων ἡμῖν ἀρχέτυπα χαρίζεται μυστήρια, id eſt, & largitur nobis archetypa myſteria, quæ hic nobis per ſymbola ſub ſenſum cadentia oſtenſa ſunt. archetypa ergo myſteria vocat corpus, & ſanguinem propria ſpecie in cœlo apparentia, quæ nõn reuelantur niſi beatis, idcirco vocauit myſteria. Ioannes quoque Damaſc. lib. 4. De fide orthodoxa cap. 90. myſteria corporis, & ſanguinis antitypa, inquit, dicuntur, non quaſi non ſint verè corpus, & ſanguis Chriſti, ſed quia nunc per ea participamus diuinitatem Chriſti, tunc autem, id eſt, in futuro, in cœlo inquam, per ſolam viſioné participabimus. hactenus Damaſc. Hic etiam pater, & auctor Damaſc. & orthodoxus dogmatiſtes illud corpus Chriſti quod in ſpecie viſione beata poſtea videbitur, archetypon eſſe intellexit, & hæc nunc myſteria corporis, & ſanguinis antitypa illius eſſe. ſic etiã Theodotus Patriarcha Antiochenus in quadã ſua Homilia, non duos, inquit, filios dicimus, filium ex patre natum, & qui filius Abrahæ, & Dauid appellatur; & paulò pòſt, non igitur duo filij numerantur, vnus ex patre ante omnia ſæcula natus, & alter poſtea ex Maria ortus, tametſi ſunt duæ naturæ; & ſicut nõ duo corpora corpus Chriſti, quod in cœlis eſt, & eius corporis quod in cœlo eſt, antitypon, quod in eccleſijs à ſacerdotibus impartitur fidelibus, ſic neque duo filij, ſcilicet natus ex patre ante ſæcula, & natus in tempore ex virgine, vt antè dixerat. item Grego. Nazianz. in ſermone 2. in Paſcha, comparans Moſaicum Paſcha cum noſtro nunc, & noſtrũ nunc, cum futuro in cœlis, Participabimus, inquit, Paſcha nunc quidem typicè adhuc, tametſi apertiùs, quàm vetus agnus participabatur; Paſcha enim legis audeo, & dico, typus typi erat licet obſcurior, cur dicat Paſcha noſtrum typicè hic participari, & cur typum appellauerit, excuſat Greg. cùm ait, audeo, & dico, nequis aut malè intelligeret, aut ſic loquentem reprehenderet, vel miraretur. niſi enim verum corpus in his myſterijs eſſe credidiſſet, non erat cur excuſaret, quòd ſic loquatur; nec audax appellatio typi viſa eſſet, ſed vera. Significat ergo typicè nunc participari, & typum à ſe dici Paſcha noſtrum, quia etſi verè nunc participatur, & verum corpus Chriſti eſt, ſub typo tamen panis & vini participatur, & eſt. hoc eſt, quod Dionyſ. quoque dicit in Hier. Eccl. cap. De communione, per veneranda ſymbola ſignificatur, & participatur Chriſtus; non dixit ſolum, ſignificatur, neque participatur ſecundùm ſpiritum, vt Caluinus dicit, ſed dicit ſignificatur, & participatur; quia verè, & ſubſtantialiter participatur. Deinde, quomodo diceret Grego. Nazianz. clarius participari Paſcha noſtrũ, quàm agnus veteris legis participabatur, niſi quia agnus ille tanquam vmbra tantũ futuri Paſchæ noſtri participabatur; in noſtro autẽ Paſcha ſub typo panis vera caro Chriſti præſens ſumitur. Pergit poſtea Greg. comparare Paſcha noſtrum cum cœleſti, & paulò pòſt, inquit, perfectius, & purius ſcilicet participabitur, quando ipſum nouum nobiſcum bibet verbũ Dei in regno patris aperiens & docens, quæ nunc mediocriter oſtendit. illud igitur, quod poſtea participabitur perfectius, ac purius, quia ſine vlla ſpecie aliena, nec integumento, eſt archetypum, cuius antitypa ſunt hæc, quæ nunc in typo panis & vini mediocriter, vt ait Greg. oſtenduntur. idẽ Greg. corpus, & ſanguinem in ſymbolis, ac typis panis, & vini antitypa pretioſi corporis, & ſanguinis in oratione funebri in laudé Gorgoniæ ſororis vocauit: item Macarius *Ægyptius* in homilia 27. in eccleſia, inquit, offertur panis & vinum, antitypon carnis & ſanguinis eius. nequis verò male intelligat, aut interpretur; ſubiungit, καὶ οἱ μεταλαμβάνοντες ἐκ τοῦ φαινομένου ἄρτου τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἐσθίουσι, id eſt, & qui ſumunt ex eo qui apparet panis, & non eſt, hoc enim ſignificat ὁ φαινόμενος ἄρτος, vt ex Cyrillo Hieroſ. intelligi poteſt, cùm ait in 4. catecheſi myſtagogica, loquens de S. Euchariſtia, ὁ φαινόμενος ἄρτος οὐκ ἄρτος ἐστιν, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ, id eſt, qui videtur eſſe panis, ſiue qui habet ſpeciem panis, nõ eſt panis, ſed corpus Chriſti; qui, inquam, ſumunt ex ſpecie panis, hi carnem Chriſti comedunt πνευματικῶς, hoc eſt ἀοράτως, id eſt, ſpiritualiter, ſiue inuiſibiliter, quia nihil ibi videtur præter

ſpeciem

ſpeciem panis: carnem ergò Chriſti, ſub typo,
ſiue ſpecie panis vocat Macarius antitypó, car
nis Chriſti. ſic quoque vocauit Andreas Hiero-
ſol. archiepiſcopus Creten. auctor in diuinis
Scripturis eruditiſ. in homilia in Dominicam
palmarum: Poterimus, inquit, & nos eum ſu
mere, qui pro nobis ſemper ſine mactatione
immolatur. deinde ſubiungit per interpoſitio-
nem; θύεται γὰρ ἐν ἀντιτύποις συμβόλοις ἱερουρ-
γούμενος, id eſt, immolatur enim pro nobis
in ſymbolis antitypis conſecratus. quod autem
idem Greg. Nazianz. typos ſalutis ſuæ appellas
myſteria ipſa corporis & ſanguinis Domini, in
oratione ad ciues Nazianzenos in extremo, ſa-
lutem dicit non illam quæ in ſpe eſt, ſpe enim
ſalui facti ſumus, inquit Apoſt. Rom. 8. ſed illã
potius, quæ eſt in cœlis conſeruata, de qua bea-
tus Petrus, & credentes, inquit, exultabitis læti
tia inenarrabili, & glorificata, reportantes fi-
nem fidei veſtræ ſalutem animarum veſtrarum
illius igitur ſalutis, quia nondum adeſt, dici po
teſt, vt Greg. dixit, typus, ſiue potius imago ſan
cta euchariſtia, ſicut Dionyſ. cap. 1. cœleſt. Hie-
rat. ſumptionem Euchariſtiæ ait imaginem eſ-
ſe participationis Ieſu, in cœlo ſcilicet, de illa
enim loquitur, vt perſpici poteſt ex reliquis q̃
hic in eccleſia fiunt, quæ ibidem cum illis cæle-
ſtibus tamquam imagines cum ſuis archety-
pis comparat. item idem Dionyſ. in epiſt. ad Ti
tum, videmus, inquit, Ieſum in parabolis theo-
logari, & tradere myſteria θεουργά, hoc eſt,
deifica, διὰ τυπικῆς τραπεζώσεως. τραπέζωσιν τυ-
πικὴν, vocat typum panis & vini quę in ſa-
cra menſa poſita ſunt; quas enim nos ſpecies
panis, & vini dicimus, typum panis, & ty-
pum vini vocat Cyrillus Hier. in 4. catech.
myſtagogica, in quibus ſunt myſteria corporis
& ſanguinis. θεουργὰ verò dicit, hoc eſt, θεὸν ἀπο-
τελοῦντα τὸν μετέχοντα αὐτῶν, vt eſt in ſcholio
Dion. Alexan. id eſt, q̃ Deũ faciunt participan-
tem ea. ſic quoque Damaſc. per ipſa, inquit, par
ticipamus nunc diuinitatem, tunc autem ſpiri-
tualiter per ſolam viſionem. & S. Marcus Ana-
choreta per antiquus auctor, & valde celebris,
explanans locum apoſtoli in priore epiſtola ad
Corinth. vno ſpiritu potati ſumus, ait per ſan-
ctam Euchariſtiam panis, & vini, fieri nos par
ticipes diuinitatis Chriſti; Dominus enim, in-
quit, non per animam, ſed per proprium ſpi
ritum facit nos participes ſpiritus Dei, id eſt,
diuinitatis, ait enim Paulus, vno ſpiritu potati
ſumus. vt enim ait idem, vinum cum bibente
miſcetur, & qui bibit, eſt in vino, & vinum in
eo, ſic ſanguis Chriſti miſcetur cum bibente,
& per ipſum efficitur particeps ſpiritus Dei,
hactenus. Marcus. idem docet contra Arrianos
Cyrill. Alexand. libr. 11. in Ioan. cap. 17. per
carnem Chriſti nobiſcum in ſpecie panis com
municati effici nos vnum cum Deo patre, & fi-
lio, & Spiritu ſancto. idem etiam Hilarius con-
tra eoſdem, qui aſſerebant ſolum ſecundùm
ſpiritum per habitudinem fidei & charitatis
effici nos vnum cum Chriſto. Ex loco Damaſce
ni, quem paulo antè dixi, de corpore, & ſangui
ne antitypis ſcilicet futurorum, vt hoc quoque
obſeruetur, facile eſt demonſtrare iis qui rectè
de rebus iudicare conſueuerunt, quique ſuo
nõ ducũtur iudicio, ab aliquo, cui non proba-
bantur quæ paulo ante à Damaſceno in ca. de
myſterijs, de corpore, & ſanguine antitypis fu
turorum dicta erant, interpoſita eſſe illa quæ
ſequuntur; Quòd ſi aliqui, inquit, panem, &
vinum vocauerunt antitypa corporis, & ſan-
guinis, vt magnus Baſilius dixit, non ſic voca-
uerunt poſt conſecrationem, ſed ante conſecra
tionem. Eſt igitur hoc argumentum, interiecta
eſſe hæc ab alio; etenim ſi poſt conſecrationem
dicuntur antitypa, vt ait Damaſcenus, nõ quia
non ſint verè corpus, & ſanguis, ſed quia antity
pa futurorum in cælo, cur idem Damaſcenus,
ſi ſibi conſtat, & ſecum conſentit, non accipit
eodem ſenſu quod Baſilius dixit, cum vocauit
antitypa corporis, & ſanguinis? an non poteſt
idem ſenſus ſubiectus eſſe his verbis, ſi quis di-
cat, corpus, & ſanguis antitypa futurorum, ut
dicit Damaſcenus? & illis rurſus, ſi quis dicat
antitypa corporis, & ſanguinis, vt dicit Baſili⁹?
immo maximè poteſt: neminemque exiſtimo
contradicturum, aut dubitaturum: vtrumque
enim valet, ut ſi quis dicat res quæ ſunt in ima-
ginibus. comparans enim apoſt. ex aduerſo my
ſteria ueteris teſtamenti cum myſteriis noui,
umbram, inquit habebat lex futurorum bono-
rum, nõ ipſam imaginem rerum: imagines re-
rum uocat ipſas res ſacramentorum myſticis
imaginibus uelatas, quæ in futuro erunt in cœ
lo in ſpecie, nunc enim per fidẽ ambulamus.
Igitur ſicut dicuntur imagines rerum, perinde
ac ſiquis dicat, res in imaginibus, & dicuntur
myſteria corporis & ſanguinis Chriſti, id eſt,
corpus, & ſanguis Chriſti in myſterio; ſic etiã
dicuntur antitypa corporis, & ſanguinis per-
inde ac ſi dicantur corpus, & ſanguis antitypa,
ſcilicet futurorum; & antitypa itẽ, quia pro ue
tere typo agni data, & in eis veritas, & impletio
veteris typi: ſicut Epiphanius, ut iterum repe-
tam, ait non ueteraſcentia noui paſchæ pro ue-
tere myſteria antitypa: & beatus Cyrillus in ſer
mone de Dominica cœna, & lauatione pedum
καὶ φαγὼν τὸν τύπον, ὡς πληρωτὴς τῶν τυπικῶν,
ἐξέφανε τὴν ἀλήθειαν, i. cùm comediſſet typũ, hoc
eſt, agnum typicum impletor typicorum, pro-
tulit ueritatem. tum etiam antitypa, quia habẽt
imaginem ipſi rei intus latenti obiectam. ſic ẽt
videtur interpretatus hoc uocabulũ Plotinus
ſcribens cõtra Gnoſticos c. 6. vel ἀντιτύπους, in-
quit, uocant, cùm quis uerbi gratia εἰκόνας τῶν
ὄντων, ἀλλὰ μὴ τὰ αὐτὰ ὄντα θεωρεῖ i. cùm imagi-
nes rerum, non eas ipſas res cernit, ſcilicet a-
pertè; hoc enim ſignificat τὰ αὐτὰ θεωρεῖν:
ut cùm uidemus in ſpeculo ipſam imaginem
rei, id eſt rem non nudè & apertè, ſed imagine
obiecta rei. ac fortaſſe hæc eſt propria in pri-
mis ratio antitypi, & quæ maximè conuenit ſa
cramentis noſtris, quę ſunt ipſa imagines non
ſolæ, ſed imagines, & res in imaginibus obie-
ctis,

ctis,ita vt antitypa ſint ipſæ imagines rerum, vt Apoſt.vocat,quod iam explicatum eſt. Deinde enumerans idem Damaſcenus nomina ſanctæ Euchariſtiæ,poſt illam dico myſticam tráſſubſtantiationem, quod ſcilicet dicitur panis ſuperſubſtantialis,ſpiritus viuificans, participatio,communio,denique antitypa,quomodo in medio interrumpens ſeriem huius enumerationis, miſceret nomen antitypi ante conſecrationem,idque ſecundùm Baſilium, quê ait vocaſſe antitypa ante conſecrationem? Præterea cùm neceſſariò beatus Baſilius oblationem uocet antitypa corporis,& ſanguinis,poſt illas ſacras & tremendas inuocationes,& preces,& actiones,quomodo potuit dicere Damaſcenus uocaſſe Baſilium antitypa, priuſquam fieret conſecratio,quaſi myſtica benedictione non omnino operante tranſſubſtantiationem panis, & vini, in corpus, & ſanguinem Chriſti; quæ quidem fuit falſa Cabaſilæ opinatio. fortaſſe addita hæc fuerunt Damaſceno ex diſputatione Epiphanij diaconi, quæ eſt in ſexta actione ſeptimæ ſynodi Nicænæ ſecundæ; iiſdē enim nerbis interpretatus eſt illud antitypon Baſilij,cùm exiſtimaret nihil differre antitypō à typo,vt quidem differre Epiſtola beati Petri, & Epiſtola Pauli,vt iam explicatum eſt,docēt. Quod verò ſacerdos precatur poſtea poſt conſecrationem,ut mittat Deus Spiritum ſanctum ſuper dona poſita,& ſanctificet,& benedicat, & oſtendat,ſiue faciat,ut loquitur beatus Chryſoſt.panem hūc,corpus Chriſti,& uinū hoc,ſáguinem Chriſti;aliò tendit precatio iſta, quod quidem diuinus Dionyſius diuinè interpretat, ſic enim ait: Vnde diuinus Epiſcopus ſtás ad altare Dei,laudat ſacra opera Dei,q̄ dicta ſunt,q̄ ad diuinam de nobis prouidentiam Ieſu pertinent,quæ ſcilicet ad ſalutem generis noſtri uoluntate ſanctiſſimi Patris in Spiritu S.ſecundū ſcripturam perfecit.& ſubiungit: Poſtquam autem laudauit,& venerationem eorum,ac ſpiritualem contemplationem oculis ſpiritualibus aſpexit,venit ad ſacram eorum confectionem,idque ex traditione apoſtolica. Vim ergo huius laudationis operum Dei continent preces magni Baſilij ante myſticam benedictionē. Principium priorum eſt, Domine Dominator Deus omnipotens,adorande,verè dignum. & quę ſequuntur.ante quas preces ſacerdos edixit,vt ſurſum habeamus corda,gratias agamus Domino.Principium uerò poſteriorum ſic eſt: Cum his beatis poteſtatibus Domine amator hominum,& nos peccatores clamamus, & dicimus,Sanctus es verè.& quæ ſequuntur. Poſt hanc ergo laudationem ſubiungit myſticam conſecrationem diuinorum myſteriorum; Accipiens enim,inquit, panem in ſanctas ſuas & puras manus; in quo quidem mirificè cōuenit cum diuino Dionyſio,qui poſt illas laudes ſubiungit,inquiens, quòd ſacerdos venit ad ſymbolicam conſecrationem, idque ſecūdùm Dei traditionem.Symbolicam conſecrationem vocat illam myſticam mutationē panis in corpus Chriſti,quæ facta eſt,vt Deus tradidit,ſicut ait Dionyſius,id eſt, per illam inuocationē q̄ à Chriſto traditam,ſicut Apoſtolus ait: ego enim accepi à Domino,quod & tradidi uobis. Poſtea ſubiungit Dionyſius, inquiens: Deinde poſtquam petiit, vt fiat dignus hac conſecratione Deum imitante,& ut aſſimilatione Chriſti, diuina celebret, & diſtribuat caſtiſſimè, & ut ii qui communicaturi ſunt,dignè,& ut decet,ſancta participent.& quæ ſequuntur. Petit igitur gratiam ſacerdos, ut efficiatur dignus iis quę operatus eſt circa ſacramentum prius confectum,tunc ſcilicet confectum,quando venit ſacerdos ad ſymbolicam conſecrationem à Deo traditam,ut dixit;& petit,ut ipſe imitatione ſimilitudinis Chriſti diuina celebret,id eſt, poſcit gratiam,ut diuina myſteria ſcilicet iam cōfecta ſic celebret,ut Chriſti ſimilis exiſtat:tunc enim ſanctè celebramus. Sacramenta enim diuina conficiuntur non quidem ſimilitudine uitæ Chriſti;ſed potius,ut ait magnus Athanaſi⁹, precibus,inuocationibus,& actionibus adhibitis,ſcilicet ſiue à digno, ſiue ab indigno ſacerdote ſtante ad altare ſecundùm traditionem Apoſtolorum. Item petit gratiam,ut ipſe, & reliqui dignè communicēt, & tunc, ut ait Dionyſius adminiſtrat diuiniſſima, quæ iam ſcilicet confecta erant.Omnes enim actiones circa ſacramentum uocat Dionyſius ἱερουργίας,id eſt, ſacras adminiſtrationes. Eadem quoque,& ſecundùm eandem conſequentiam poſcit Magnus Baſilius; cùm precatur poſt ſymbolicam operationem ſacrorum,quæ illa myſtica & efficaci inuocatione confecta eſt, poſcit inquam, vt deſcendat Spiritus ſanctus ſuper nos, & ſuper propoſita dona,& benedicat, ac ſanctificet ea hoc autem innuit unus atque idem modus ſermonis: ait enim, Te precamur,& te obſecramus,ſancte ſanctorum,ut beneplacito tuæ bonitatis ueniat Spiritus tuus ſanctus ſuper nos, & ſuper hæc propoſita munera, & benedicat ea,ſcilicet ſuper nos ἀπὸ κοινοῦ,id eſt,à communi:& ſanctificet ea rurſus ſuper nos à communi: & oſtendat panem hunc pretioſum corpus Chriſti item ſuper nos. Quomodo autem ſuper nos,& quid hoc ſignificet, explanat ſubiungens; Nos autem omnes,qui de uno pane,& de uno calice participamus,vniat mutuo in vnius Spiritus ſancti cōmunionem, & neminem noſtrum in iudicium,& condemnationem: & faciat participare ſanctum corpus,& ſanguinem Chriſti tui.& quæ ſequuntur. Quæ perinde ſunt,quaſi dicat: Oramus,& obſecramus,vt veniat ſuper nos Spiritus tuus ſanctus,& benedicat,ac ſanctificet ſuper nos hæc munera,& panem hunc pretioſum corpus oſtēdat ſuper nos. faciendo ſcilicet, vt dignè ipſum participemus in ſalutem noſtram, & in communionem ſancti Spiritus. Similiter in Miſſa beati Iacobi eodem ſenſu, & eadem conſequentia ait Sacerdos, Et mitte ſuper nos, & ſuper hæc munera ſpiritum tuum ſanctum, ut bono & glorioſo ſuo aduentu ſanctificet,& faciat hunc quidem

panem, corpus Chriſti tui; & calicem hunc ſanguinem pretioſum Chriſti tui. Quomodo verò hoc ſit intelligendum, ex ijs quæ ſubiungit, intelligere licet ſecundùm ea quæ ſuperius dicta ſunt. Petit enim apud ſe ſtans, vt ſit omnibus illa participantibus in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam, in ſanctificationẽ animarum & corporum in prouentum bonorum operum, in confirmationem ſanctæ tuæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, quam fundaſti ſuper petram fidei. Pręterea etiam huiuſmodi petitio, vt veniat Spiritus ſanctus ſuper propoſita munera, & benedicat, & ſanctificet ea, poſtquam panis eſt myſticè in corpus Chriſti mutatus, manifeſtior adhuc eſt in Miſſa, quæ beati Petri dicitur, quæ prius quidem Græcè ſcripta eſt, quam ego in Calabria reperi, poſtea verò Latinè tranſlata, tametſi non omnino ad verbum; quam omnes nunc per Occidentem celebramus. Ait igitur ad verbum; Tua ex tuis offerimus uenerandæ maieſtati tuæ ex tuis muneribus & donis, hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ. Super quæ propitio & benigno vultu aſpicere digneris. & quæ ſequuntur. In eandem igitur ſententiam precatur Magnus Baſilius, vt veniat Spiritus ſanctus ſuper nos ſacra operantes, & benedicat, & ſanctificet propoſita munera, id eſt, accepta habeat: tunc enim benedicuntur, & ſanctificantur ſuper nos. rurſus verò cùm non ſunt accepta, id eſt, cùm nos ſumus indigni, tunc benedictio munerum propoſitorum, & ſanctificatio manet in ipſis ſolum. Ad hęc, ſi cùm precatur beatus Baſilius, vt veniat Spiritus ſanctus ſuper munera in altari propoſita, & ea ſanctificet, nondum confecta eſt panis in corpus Chriſti mutatio, quomodo dixit, antequam ſic precetur, tua ex tuis ſecundum omnia, & per omnia? Agnus enim Dei ſuper ſacram menſam poſitus, verè eſt donum Dei ſecundùm omnia, & per omnia; & extra ea nihil eſt ſic donum. Vide verò quemadmodum beatus Petrus interpretatur, quod dictùm eſt, tua ex tuis; quod Magnus Baſilius imitatus eſt; Tua enim, inquit, ex offerimus venerandæ tuæ maieſtati, & ex tuis muneribus & donis hoſtiam puram; hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ, hæc enim dicit tua. Sed dicamus, quomodo, & quibus verbis Clemens in ſacra celebratione myſtici cultus, ſic enim Miſſam uocat, poſt illam tremendam, & ſecretam inuocationem, hæc protulit ſecundùm conſtitutionem Apoſtolorum; quomodo, inquam, ipſe etiam precatur, & obſecrat, vt veniat Spiritus ſanctus, & ſanctificet. Rogamus te, inquit, vt beneuolè aſpicias ſuper hæc munera coram te propoſita; tu, qui non indiges, Deus: & placeat tibi in eis in honorem Chriſti tui: & mittas ſanctum Spiritum tuum ſuper hoc ſacrificiũ, vt oſtendat hunc panem corpus Chriſti tui. Quid autem ſignificet hic, oſtendere panem corpus Chriſti, declarat, ſubiungens, vt qui eum ſumpſerint, confirmentur ad pietatem, & remiſſionem peccatorum conſequantur. & quæ ſequuntur. Perinde ac ſi diceret, vt faciat hoc corpus Chriſti, eſſe nobis corpus Chriſti, ſcilicet ſumendo illud dignè, & percipiendo fructus ſanctæ communionis. cùm enim dignè communicantes hos fructus conſequimur, tunc hoc corpus Chriſti oſtenditur in nobis eſſe corpus Chriſti. contrà verò, indignè communicantibus, &, vt Apoſtolus ait, non dijudicantibus corpus Domini, hoc quod verè eſt antè etiam quam ſumatur corpus Chriſti non efficitur indignè ſumenti corpus Chriſti: corpus enim Chriſti viuificum eſt; his verò qui indigni ſunt eo, efficitur iudiciũ, & mors. Similiter Magnus Baſilius explanans quid ſignificet quod petit, vt oſtendat panem hunc corpus Chriſti, ſubiungit, vt autem diximus; Nos verò omnes, qui de vno pane ſumimus, vt mutuò vniat in vnius Spiritus ſancti communionem. & quæ ſequuntur. Item beatus Chryſoſtomus, vt declaret quid illud ſignificet; Fac panem hunc pretioſum corpus Chriſti tui; quod autem eſt in hoc calice, pretioſum ſanguinem tuum: ſubiungit, ut proſit communicantibus, ad vigilantiam, & ſobrietatem animæ, ad remiſſionem peccatorum. & quę ſequuntur. Sed genus huiuſmodi precationis, & quod ad id explanandum dictum eſt, exemplo fiet clarius. Quod enim dicamus corpus Chriſti, effici corpus Chriſti dignè illud ſumentibus; indignè autem ſumentibus non effici, ſimile eſt, ac ſi quis dicat Chriſtum viuere fidelibus; Iudæis verò adhuc mortuum eſſe, ſicut Clemens ait in quodam loco libri ſexti: tunc enim qui ſemper alioqui viuit, oſtenditur Iudæo uiuens, cùm Iudæus Chriſto credit. Si igitur pro Iudæis precemur Deum, vt mittat Spiritum ſanctũ ſuper eos, & faciat vt Chriſtus reſurgat eis, an idcirco Chriſtus nõ reſurrexit? abſit: non hoc dicimus: neque hoc ſignificamus, ſic precando. In hunc igitur modum precandi ſic pro Iudæis, oportet intelligere illud ĩ Miſſa Chryſoſtomi poſt ſacra myſticæ inuocationis verba: & fac panem hunc corpus Chriſti tui: facere enim, non ſignificat hoc loco facere ſubſtantiam, neque facere tranſſubſtantiationem ſubſtantię, ſiquidẽ vt fiat panis hic corpus Chriſti per trãſſubſtantiationem, hoc inquam, ante myſticam benedictionẽ precatur ſacerdos, ut intelligi poteſt ex catecheſi myſtagogica Cyrilli Hieroſolymitani, qui exponens omnem ſeriem myſtici cultus, id eſt, Miſſæ, ſic ait; Memoremus nũc & Cherubin, quę Eſaias vidit in Spiritu ſancto dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth: Idcircò & hanc Theologiam Cherubinorum nobis traditam loquimur, vt huius hymni cantum cum cœlitibus communem habeamus, vt ſanctificantes nos ipſos hymnis ſpiritualibus, Deum obſecremus, vt mittat

Spiri-

Spiritum ſanctum ſuper propoſita, ut faciat panem hunc, corpus Chriſti, vinum verò, ſanguinem Chriſti; omnino enim quod tangit Spiritus ſanctus, hoc ſanctificatum eſt, & mutatum. & ſubiungit, deinde poſtquam confecta eſt ſpiritualis hoſtia. & quæ ſequuntur. Neceſſe igitur eſt, illud facere panem hunc corpus Chriſti, aliter quidem accipere poſt verba myſticæ conſecrationis, & aliter ante ea. Sic denique interpretati ſunt quatuor concilij Florentini Patres Græcorum eruditiſſimi. Cùm enim Eugenius quartus eos percontaretur, cur Græci poſt illa verba Domini, quibus corpus, & ſanguinis conficiuntur, illa precatione vterentur: Fac panem hunc, corpus Chriſti; & calicem hunc ſanguinem, reſponderunt, Ruthenus ſcilicet, Beſſarion, Trapezunden, ac Mitylen, vt in extrema parte extremæ ſeſſionis ſcriptum eſt, Vt Latini confecto ſacramento dicere ſoleant precantes, Iube hæc perferri, & quæ ſequuntur: ſic Græcos illa verba proferre ſolere, vt ſacratiſſimũ Chriſti corpus, & ſanguis peccatorum noſtrorum remiſſioni, & noſtris animabus ſaluti fiat. Satis ergo demonſtratum eſt ex ijs quæ hactenus diximus, quemadmodum magnus Baſilius ſancta munera ſacrificij iam conſecrati antitypa vocauerit ſcripturæ ſanctæ, & doctrinæ Apoſtolorum conſuetudinem ſecutus. Quod ſi dixit Anaſtaſius Antiochenus ſcribens aduerſus Gaianitas; Abſit, vt dicamus ſanctam communionem antitypon corporis Chriſti, aut nudum panem, quin potiùs verè corpus, & ſanguinem Chriſti; dixit ille quidem hoc, vtens his verbis, typos, & antitypon ἀδιαφόρως, ideſt, indifferenter: non enim obſeruauerat, quemadmodum apoſtolica doctrina, & Petrus, ac Paulus in epiſtolis ſuis eo vſi eſſent: limatius itaque non de antitypo, ſed de typo, admonuit Magnetes vetuſtiſſimus auctor libro 3. Apologiarum pro euangelio contra Theoſthenem calumniatorem. Ipſe (inquit) dixit, Hoc eſt corpus meum, οὐ γὰρ τύπος σώματος, οὐ δὲ τύπος αἵματος, ὥστινες ἐρραψῴδησαν πεπηρωμένοι τὸν νοῦν, ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν αἷμα καὶ σῶμα χριστοῦ, id eſt, non enim eſt typus corporis, aut ſanguinis, vt quidam obcæcata mente nugati ſunt, ſed re vera ſanguis, & corpus Chriſti. ac de his hactenus.

Adduxerunt eum ad domum Caiphæ: & paulo poſt; *Atque ita in eum vſque ad auroram debacchati, adducunt ad Annam.*) Non diſcrepat ab Euangeliſtis hoc loco Clemens, vt quibuſdam parum aduertentibus videtur: immo idem, quod illi, & adhuc clarius dicit. Matthæus enim, Marcus, & Lucas dicũt, ſtatim, vt captus eſt (id autem factum eſt nocte) adductum fuiſſe ad Caipham pontificem, vbi Scribæ & Seniores conuenerant, quod quidem Iohannes prætermiſit: ibi verò, ideſt, in domo Caiphæ, ut Clemens narrat, per totam noctem omni genere & contumeliæ, & ludibrij in Chriſtum debacchati ſunt: poſtero autem die manè adduxerunt eum ad Annam primùm, erat enim ſocer Caiphæ. Et hoc narrat Ioannes, quod ipſum ab alijs Euangeliſtis prætermiſſum erat: ne quis ergo diſſentire Ioannem ab alijs Euangeliſtis ſuſpicaretur, poſtquam dixit adductum fuiſſe ad Annam primùm, & ab Anna ad Caipham, & à Caipha ad Pilatum; ſubiunxit; erat autem manè: vt intelligeremus, narrare eum, quo primùm adductus fuiſſet, non quidẽ nocte, quod alij narrarunt, ſed manè. idem quoque fecit Lucas. cùm enim narraſſet, quemadmodum poſtquam comprehenſus eſt nocte Dominus, adductus fuiſſet ad Caipam, velletque poſtea narrare, quemadmodum adductus eſſet ad conciliũ Seniorum, & Scribarum ac Principum Sacerdotum, id eſt, ad Caipham Pontificem, vbi iſti conuenerãt, vt hanc adductionem ad Caiphã, ab illa priore, quæ fuit item ad Caipham, diſtingueremus; ſubiungit: Vt autem factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis, & Principes ſacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in cõcilium ſuum, &c. Si qui verò ſunt, qui adhuc contradicant, rogabo eos, quid probabilitatis habeat, adductum eſſe primùm nocte illa ad eum, qui non eſſet iudex illius anni? imò verò quia nulla erat ratio, cur ad eum, qui non erat pontifex, adduceretur, non dico cùm primùm captus eſt Dominus, & ab horto ductus nocte; ſed neque poſt eam noctem, cùm ad Annam primùm manè adductus eſt, idcirco adiunxit Ioannes cauſam, ne quis miraretur: erat enim, inquit, ſocer Caiphę: in gratiam igitur iudicis, & pontificis anni illius, qui erat Caiphas, adduxerunt eum ad Annam, qui non erat eo anno põtifex, ſed potiùs tertio antè anno fuerat: cui ſucceſſerat altero anno filius eius Eleazarus, & huic Simon, & Simoni Caiphas, vt Ioſephus libro 18. ca. 3. de antiquitatibus teſtatur. Vnde Lucas cap. 3. Anno, inquit, decimoquinto imperij Tiberij Cæſaris, ſub Principibus ſacerdotum Anna & Caipha, factum eſt verbũ Domini ſuper Ioãnem. Anno autem decimooctauo paſſus eſt Chriſtus, ut Euſebius in Chronicis ait. Notauit ergo Luc. 3, ſub quo Põtifice cœpiſſet Ioannes ſecundùm reuelationẽ Domini prædicare (hoc enim ſignificat factũ eſſe verbum Domini ſuper eum, ſicut Cyrillus Alexand. in principio commentariorum Oſeæ obſeruauit) & ſub quo deſiiſſet. Præterea, quod in primis mouere debet, uerba ipſa quibus euangeliſtæ vſi ſunt, ad ſententiam Clementis prorſus ducunt. Ait enim Matthęus; At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham. Verbum Græcum eſt ἀπήγαγον; quod propriè ratione præpoſitionis ἀπὸ ſignificat, duxerũt inde, ex eo, inquam, loco, id eſt, ex horto, ubi captus eſt. quòd ſi inde duxerunt ad Caipham, ergo non duxerunt ad Caipham ex domo Annę. Hoc autem magis adhuc confirmat participiũ ipſum κρατήσαντες ἀπήγαγον; ſignificat enim μετὰ τὸ κρατῆσαι ἀπήγαγον, ut Apollonius antiquiſſimus Grammaticus lib. primo De conſtructione participij capi. 27. tradit, id eſt,

eſt, poſtquam eum tenuerunt, ducunt inde ad Caipham. Similiter dixit Marcus cap. 14. ſtatim enim poſtquam captus eſt, & adduxerunt, inquit, Ieſum ad ſummum Sacerdotē: & conuenerunt omnes Sacerdotes, & Scribę, eodem verbo vſus eſt, ἀπήγαγον, id eſt, ab illo loco, vbi captus eſt, duxerunt ad ſummum Sacerdotem. Lucas verò adhuc clarius, Comprehendentes, inquit, eum duxerunt, & introduxerunt in domum principis Sacerdotum. ſic enim eſt in Græcis exemplaribus, ἤγαγον καὶ εἰσήγαγον, in domum Principis Sacerdotum. Ioannes verò, quia nō ſcribebat, quò primùm adductus eſſet Ieſus, ſtatim vt captus eſt, non vſus eſt ea forma loquendi, qua alij Euangeliſtæ; non enim dixit, συλλαβόντες καὶ δήσαντες ἀπήγαγον ad Annam primùm, id eſt, cùm comprehendiſſent, & ligaſſent illum, ſiue, poſtquam comprehenderunt, & ligarunt, duxerunt ad Annam primùm: hoc enim ſignificat, vt dixi, participium illud cum verbo, ſcilicet poſt illud factum eſſe hoc; id eſt, poſt comprehenſionem, ſtatim ductum eſſe ad Annam. Non hoc, inquam, dixit; immo ſi ſic dixiſſet, non opus fuiſſet dicere, ad Annam primùm: quia uis conſtructionis illius participij cum verbo, hoc omnino ſignificabat, poſt comprehēſionem nō aliò ductum eſſe, priuſquam ad Annam. Sic ergo dixit, & miniſtri Iudæorum συνέλαβον καὶ ἔδησαν, καὶ ἀπήγαγον, id eſt, comprehenderunt, & ligauerunt. Hic eſt interrupta narratio. Si enim coniungere voluiſſet ſequentem narrationem, & duxerunt eum ad Annam; neceſſe erat ſecundùm vſum ſermonis Græci, conſtuere verbum cum participio; aut dicere, quod idem valeret, μετὰ τὸ συλλαβεῖν καὶ τὸ δῆσαι, id eſt, poſtquam comprehenderunt, & ligauerunt, duxerunt ad Annam: & tunc, vt dixi, non erat neceſſe addere, primùm non cōtinuata ergo narratione, ſed interrupta, ſequitur, & duxerunt ad Annam primùm, ſcilicet manè, vt paulo pòſt dixit; erat autem manè, &c. Admonet Andronicus, ſiue Adrianus in Iſagoge ſanctarum ſcripturarum, aduertendam eſſe in primis proprietatem verborum, ex quibus elicienda eſt ſententia. Illud præterea obſeruandum eſt; poſtquam narrauit Matthæus, quæ per totam noctem acta fuerant in domo Caiphæ, ſubiunxit cap. 27. Manè autem facto, conſilium inierunt omnes Principes Sacerdotum, & Seniores populi aduerſus Ieſum, & vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato, &c. Hic Euangeliſta prætermiſit adductionē ſecundam, quam dixi, ab Anna ad domum Caiphæ, id eſt, ad hoc ſecundum concilium in domo eius factum, unde ductus eſt ad Pilatum. Similiter Marcus prætermiſit ca. 15. & confeſtim, inquit, manè facientes conciliū, vincientes Ieſum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Lucas verò, quod à duobus antegreſſis Euangeliſtis prætermiſſum erat, vt valdè diligens in ſeruādo ordine rerum geſtarum, ſuppleuit. Poſtquam enim narrauit, quæ per totam illam noctem acta fuerant in domo Caiphæ, vbi Principes Sacerdotum, & Scribę nocte conuenerant, ſicut ait Matthæus, & Marcus; & vt factus, inquit, eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis, & Principes Sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in cōcilium ſuum; non dixit, & duxerūt illum ad Pilatum, quod paulo pòſt narrat, poſtquam narrauit, quid in illo ſecundo concilio actum eſſet, tunc enim ſubiungit, & ſurgens omnis multitudo, duxerunt eum ad Pilatum. Deinde ut nulla hic amplius dubitatio relinquatur, idem Lucas declarat fuiſſe hanc ſecundam adductionem ad domum Caiphæ, vbi concilium erat iterū congregatum manè: ait enim ἀνήγαγον, in concilium ſuum, id eſt, reduxerunt, ſiue adduxerunt iterum, hoc enim ſignificat verbum ἀνάγειν, ſecundùm ſuam proprietatem, quæ inprimis, vt dixi, animaduertenda eſt ad eliciendum ſenſum ſubiectum. Prætermiſit autem Lucas adductionem ad Annam, eo conſilio, quo priores Euangeliſtæ, quia nihil ferè inſigne in domo eius factum eſſet. ipſo tamen verbo, quo vſus eſt, propriè ſignificauit ex domo Caiphæ, vbi fuerat nocte congregatum concilium, alio ductum fuiſſe manè, ſcilicet ad Annam, ut expreſſit Ioannes, vnde reductus fuiſſet ad Caipham, vbi iterum fuit congregatum concilium. nō enim poterat dicere Lucas, adductum eſſe iterum, ſiue reductum eſſe à domo Caiphæ ad domum Caiphæ, ſiue à concilio apud Caipham, ad concilium apud Caipham: concilium enim non poterat congregari niſi in domo Pontificis illius anni. Quare cùm dicit; Adduxerunt eum iterum in concilium ſuum; perinde eſt, vt ſi diceret; Adduxerunt eum iterum in domum Caiphæ. ergo alinnde duxerunt, ſcilicet ex domo Annæ.

Pag. 69. Ille autem introduxit eum in paradiſum ad fruendum myſticis bonis. Dubitabit aliquis, quis iſte paradiſus, & quæ eſt iſta myſtica bona? Photius Conſtant. in reſponſionibus ad quæſtiones Amphilochij Metropolitani Cyrici, Cùm latro, inquit, Dominum orauit, vt ſui in regno ſuo meminiſſet, nomine regni intellexit frui bonis, & uita beata. Quia verò paradiſus inter cætera bona notior erat; ſiquidem gēs Iudæorum propter doctrinam Moyſis non ignorabat hoc; idcircò Dominus paradiſum illi promittit: & non aliud pro aſilo donat, nec aliud promittit, quàm quod ille cupiebat, cupiebat autem, vt haberetur ſui memoria in regno Chriſti, quod erat frui bonis beatis. Hactenus Photius. Chriſtus igitur ſecundùm Euangelium, & apoſtolicam doctrinam latronem introduxit illo die in regnum ſuum; nec enim inquit Magnetes lib. 3. Apologiarum pro euangelio contra Theoſthenem, audiendi ſunt, qui ita diſtinguunt: Amen dico tibi hodie, plus enim, inquit, fuit

claudere

claudere cœlum, & obſcurare mundum, tum aperire infernum, & educere eos, qui ibi erant, quàm aperire paradiſum, & introducere latronem. myſtica autem bona dicit, quia ſcriptum eſt, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt eum: nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum, myſtica igitur bona vocauit bona beata regni Chriſti, quæ non cognoſcuntur, niſi per reuelationem Spiritus Dei. Sic ſanctus Maximus in libro de Eccleſiaſtica myſtagogia, illa cœleſtia bona, quibus beati fruuntur, & quibus fideles ablatis velis ſymbolicis ſub ſenſum cadentibus, frui ſperant, archetypa myſteria vocat.

Et circa horam nonam exclamauit, & dixit patri, Deus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? & paulo pòſt, *clamauit voce magna, Pater dimitte eis; & cùm ſubiunxiſſet, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, expirauit.*) Hic quoque videri poteſt hæc apoſtolica doctrina ab hiſtoria euangelica diſcrepare. Matthæus enim, & Marcus hoc verbum, Deus Deus meus &c. proximè ante illud nouiſſimum, & extremum verbum, pater, in manus tuas, &c. poſuerunt; & illud, pater dimitte eis, Lucas poſuit ante illud, quod latroni dixit, hodie mecum eris, &c. quod quidem poſitũ eſt in hac doctrina priuſquam illud ipſum, pater dimitte eis. Sed cùm Clemens hæc in perſona Apoſtolorum ſcripſerit, vt ab eis didicit, & ut ipſi prædicabant, inueſtiganda eſt ratio probabilis ordinis ab Euangeliſta mutati, immò etiam rimanda, ſi quæ fortè ſignificatio eius mutationis ab Euangeliſta Luca relicta eſt. illud enim conſtat, non ſemper euangeliſtas ordinem rei geſtæ ſeruaſſe in ſcribendo non ſine cauſa, & ratione. obſeruata quoque eſt ab antiquis patribus œconomia ſcripturæ ſanctæ, qua vti ſolet, cùm infirmitatem carnis Chriſti ſignificat, vt aliquid continuo adiungat, vnde fortitudo eius, id eſt, diuinitas intelligatur: ne aut Deus ſine vera carne exiſtimetur; aut homo nudus ſine diuinitate. multa hunc pertinentia notauit Hippolytus martyr ſcribens aduerſus Noetum, qui Chriſtum negabat Deum, & hominem. Quia ergo dixerat Ieſus circa horam nonam, Deus Deus meus, vt quid me dereliquiſti? quo declarabat, vt rectè ait Theophylactus, eſſe ſe verum hominẽ, & non ſecundùm apparentiam tantum habere naturalem viuendi appetitum, vt Simon, Menander, Cordon, Marcion, Valentinus, Baſilides, Bardaſanes, & alij hæretici finxerunt: idcirco rurſus, ne homo ſolùm ſine diuinitate eſſe putaretur, dixit idem poſtea, Pater dimitte eis, quia neſciunt quid faciunt: nõ enim dixit, (inquit Theophylactus) Domine, rogo, dimitte eis. ſed ſimpliciter, ac magna cum poteſtate, dimitte eis; quę vox, inquit, non ſolùm miſericordiæ plena eſt, ſed magnam auctoritatem præ ſe fert. idem notauit Leontius Eutholius, à quo Theophylactus mutuatus eſt, vt ex magna parte reliqua. Sed videamus iam quomodo Lucas ſignificauerit, illud, pater, dimitte eis, non eſſe dictum tunc, id eſt, priuſquam illud, Deus Deus meus, &c. quamquam prius ab eo poſitum ſit. ſcilicet ſignificauit ipſo modo verbi, quo vſus eſt. Cùm enim dixiſſet Lucas, & poſtquam venerunt in locum, qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones vnum à dextris, alterum à ſiniſtris, non ſubiunxit, Ieſus autem dixit, pater, dimitte eis; ſed ſic. Ieſus autem dicebat, Pater dimitte eis. Hoc igitur verbum, dicebat, cùm ſit tẽporis imperfecti, non ſignificat dixiſſe illud tunc: immo ſignificat, non dixiſſe tunc. cur verò poſitum ſit a Luca in illo loco, & non ſuo loco poſt illud ſaltem, quod latroni dixit Ieſus, hodie mecum eris in paradiſo, quod poſtea Lucas poſuit, in promptu eſt ratio; quia ſcilicet meminerat Euangeliſta de ijs, qui neſcientes Ieſum eſſe Dominum gloriæ, crucifixerant eum; ſic enim dixerat Lucas, ibi crucifixerunt eum, & latrones vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris; unde quia pro illis, qui eum ſic crucifixerant, orauit, opportunè ſubiunxit illo loco verbum illud orationis factæ, Pater, dimitte illis. Illud etiam obſeruandum eſt, dixiſſe ex apoſtolis Clementem, qui hæc ſcripſit, illam magnam vocem, qua clamauit, dicens, In manus tuas Domine, cœpiſſe ab illo verbo, Pater dimitte eis, hoc enim dixit etiam cum clamore, vt ſignificaret vehemens deſiderium, quo tenebatur ſalutis, & veniæ eorũ, qui eum crucifixerunt.

Cap. XIIII. pag. 106.

Vobis enim aperta eſt ianua vitæ, qui ex gentibus conuerſi eſtis, qui aliquando non amati, nũc autem dilecti.) Hic quoq; locus apologeticam explanationẽ requirit, ne videatur Clemens Romanus Latinæ & Græcæ linguæ non ſatis peritus, ut quidẽ fuit peritiſs. vt enim apud Latinos plus eſt diligere quã amare, ſic apud Græcos plus ἀγαπᾶν, quàm φιλεῖν, quare ſic uidebatur debuiſſe dicere, qui aliquando οὐ πεφιλημένοι, id eſt, non amati, nunc autem ἠγαπημένοι, id eſt, dilecti. nouit beatus Petrus, quãtũ inter ſe diſtarent ἀγαπᾶν, & φιλεῖν, id eſt, diligere, & amare. Siquidem cùm Dñs interrogaret eum, inquiens, Petre ἀγαπᾷς, id eſt, diligis me? non reſpondit, tu ſcis Dñe, ὅτι ἀγαπῶ σε, id eſt, ꝙ diligo te, vt quidem videbatur reſpõdendum: ſed quia ſciebat Petrus amorem eſſe initium quoddam, & additũ ad dilectionẽ dilectionẽ verò perfectiorem eſſe, non auſus eſt dicere; tu ſcis Domine, quia diligo te, ſed quod minus eſt, tu ſcis, quia amo te. Hactenus Gregorius Ceramcus archiepiſc. Tauromenij in Sicilia in hom. 21. in ca. Matth. 27. Subiungit deinde idem auctor, quo magis differẽtiã vtriuſq; verbi explanet, Tribus, inquit, modis aiunt amicitiam conflari; voluptate, vtilitate,

virtute:

virtute: quæ autem altero mō duorum cōſtatur, infirma, & inſtabilis eſt: ſtatim enim vt vtilitas, aut voluptans ſublata eſt, amicitia extinguitur, vnde temporis aut loci longinquitas, aut mutatio rerum falicè eam diſſoluunt; amicitia verò, quæ ex virtute ortum ducit, nō ſic extinguitur, immo curriculo temporis, & corporū diſtantia firmior efficitur paulatim incrementis ad dilectionem proficiens. Huiuſmodi ergo amicitia principium dilectionis eſt. quod quidem cùm beatus Petrus ſciret, veritus confiteri, quòd diligeret Dominum, nō dixit, tu ſcis Domine, quia diligo te; ſed potius, quod minus erat, ſibi attribuit, inquiens, tu ſcis, quia amo te. didicerat enim hanc eſſe dilectionem; Si quis poneret animam ſuam pro amicis ſuis. Vt igitur, qui ſibi conſcius erat non hoc feciſſe, contrahit ſe: verùm Dominus ab eo amore, quem in Dominum habebat, requiſiuit, vt oues rationales paſceret. Hactenus hic auctor. Conferamus nunc iſta in apologeticā explanationē loci Clementis. alia eſt ratio ſermonis hominum cum Deo; alia Dei cum hominibus. homini quidē plus eſt *ἀγαπᾶν*, id eſt, diligere, quàm *φιλεῖν*, id eſt, amare, ſicut explicatum eſt; plus, inquam, facit homo, cùm diligit, quàm cùm amat: diligimus enim ex virtute; amamus verò interdum vtilitatis, aut voluptatis gratia; & amantes ex virtute proficimus ad dilectionem; apud Deū verò ſummum, quod hic conſequi ab eo poſſumus, eſt amicitia eius; ſicut ſcriptum eſt, Credidit Abraham Deo, & reputatū eſt ei ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. immutauit igitur Clemens ſcientiſſimè vſum verborum *ἀγαπᾶν*, & *φιλεῖν*; & fecit ſignificare plus *φιλεῖν*, quàm *ἀγαπᾶν*, quia de amicitia Dei, quæ eſt ſumma eius erga homines charitas, ſiue dilectio, loquebatur.

Cap. xvi. pag. 70.

Nec amplius cum Iudæis tempus celebrandi paſcha obſeruetis) & paulo pòſt: *Vos verò obſeruate conuerſionem verni æquinoctij, quæ incidit in viceſimum ſecundum diem menſis duodecimi, qui appellatur dyſtros.*) Non defuerunt quibus hic locus apoſtolicæ doctrinæ partim ſuppoſitus eſſe videretur, non ob aliam cauſam, niſi quia de celebratione paſchæ idem præcipiat, quod poſteà Synodus Nicæna ſanxit, quaſi apoſtoli ſancti eodem die paſcha dum in vita erant, agerent, quo cum Domino egiſſent; partim falſus, quaſi neget fuiſſe æquinoctium 25. Martij, cùm Chriſtus paſcha cū diſcipulis egit: ſed vtrumque falſum eſt. Dicamus prius de priore: non eſt ſuppoſita, neque ſimulata hæc apoſtolorum de feſto paſchæ cum Iudæis non celebrando conſtitutio, neq; *κακόπλασος*, tanquam in apoſtolorum perſonas non cadens, ſed eorum eſt propria, ſiquidem apoſtoli nunquam cum Iudæis paſcha egerunt, ſed vt à Domino didicerant agendum eſſe, & vt ipſi deinceps tradiderunt, quorum traditionem ſecuta eſt Nicęna Synodus, & vt ſequerentur, qui in Oriente à cæteris orbis partibus diſcrepabant, decreto ſuo iuſſit. Nihil itaque noui ſe ſanxiſſe ipſa Synodus teſtis eſt, quæ in decreto ipſo ſic ait: Quia igitur poſtquam excuſſum & expenſum eſt oportere ab vniuerſis, qui ſub cœlo ſunt, vno modo agitari paſcha, inuentæ ſunt tres partes orbis, quæ paſcha concorditer agunt cum Romanis, & Alexandrinis; vna verò Orientis dubitat, & diſcrepat: viſum eſt, vt ſublata omni quæſtione, & controuerſia, ſic etiam agant fratres, qui in Oriente ſunt, ſicut Romani, & Alexandrini, ac cæteri omnes, vt omnes vno die paſcha celebrent, &c. Si ergo iam antè à principio à tribus orbis partibus eo modo, ac more, & die paſcha agebatur, quo Nicæna ſynodus ab illis quoque, qui in Oriente diſcrepabant, agi deinceps decreuit, & iuſſit, non nouum ritum paſcha agendi inſtituit, ſed ſuperiorem traditionem confirmauit. hoc tantùm nouæ rei fecit, quod decreuit, vt qui in Oriente diſſentiebant, ſublata, & interdicta omni controuerſia, non amplius diſſentirent; ſed ad concordiam adducerentur. Fuiſſe autem quod de paſcha Nicęni patres confirmarunt, à ſanctis apoſtolis traditum, affirmat Ruffinus priore libro eccleſ. hiſt. cap. 6. in epitome canonum ſynodi Nicænæ, vltimo can. 22. ſic enim ait: Igitur cùm de his prout diuinarum legum reuerentia popoſcerat, decreuiſſent, ſed de obſeruatione paſchæ antiquum canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur, eccleſijs tradidiſſent, &c. antiquum canonem dicit huius apoſtolicæ doctrinæ, quæ in manibus eſt, & canonem apoſtolorum vij. de non celebrando paſcha cum Iudæis. item Euſebius Cæſar. infinitæ lectionis auctor lib. 5. hiſt. eccleſ. cap. 23. loquēs de Aſianis eccleſijs; quæ cum Iudæis tanquā ex antiquiore traditione paſcha celebrabant, ſubiungit, Cùm reliquis eccleſijs p̄ vniuerſum orbem conſuetudo nō eſſet ad hunc modum celebrandi paſchatis, quæ ex apoſtolica traditione morem hactenus durantem ſeruant, &c. quæ ſequuntur. & rurſus cap. 27. Qui verò, inquit, in Palæſtina erant epiſcopi, poſtquā de traditione celebrandi paſchatis, quæ ad ipſos ex ſucceſſione apoſtolorū deſcenderat, multis tractaſſent: & in epiſt. Conſtantini de ſentētia concilij Nicæni ad eccleſias miſſa, quæ eſt in lib. 1. Theodoreti ca. 10. Poſſumus, inquit, Iudæorū reiecta gente, veriore ordine, q̄ à tempore paſſionis, & die, eſt huc vſq; ſeruatus, cōpletionem obſeruationis huius etiā ad futura ſæcula tranſmittere, & quæ ſequuntur. Eccę à die paſſionis Domini obſeruatū, quod à ſynodo Nicæna ſancitū fuit. Deinde Theodoretus lib. 3. in epitome hęreſum. c. de Teſſareſcædecatitis eorū hæreſim exponens, ait, Profiteri eos, Ioannem euangeliſtam in Aſia prædicantem docuiſſe celebrare paſcha decima quarta Luna, ac praue intelligentes apoſtolicā traditionem,

tionem, diem Dominicæ reſurrectionis, dicit etiam vſos eſſe eos falſis actis Apſtorum, aliiſque libris apocryphis, ex illis ergo falſis actis apoſtolorum. & apocryphis libris manaſſe; credendum eſt, quod Polycrates ille aſſerebat, vt Euſ. lib. 5. hiſt. eccl. ſcribit, Ioannem Euangeliſtam, & Philippum apoſtolum paſcha 14. lunam ſecundùm fidei canonem celebraſſe. Præterea Victor Pont. Rom. in epiſt. ad Theophilum Alexandriæ Aſianæ epiſcopum, Celebritatem, inquit, ſancti paſchæ die Dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari ſolemniter mandamus. cùm prędeceſſores dicit, omnes prædeceſſores ſuos intellexit, Eleutherium, Soterem, Anicetum, Pium, Hyginum, Teleſphorum, Xiſtum, Alexandrum, Euariſtum, Anacletum, Clementem. Clemens verò eſt, qui hanc conſtitutionem apoſtolicam de celebratione paſchæ in perſona apoſtolorū ſcripſit. Denique Cyrillus Alexand. qui 32. annis præfuit eccleſię Alexandrinæ, & homil. 39. ſingula ſingulis annis fecit, quas ἑορταστικάς vocauit à denūciatione feſti paſchæ ſic dictas, nos paſchales dicamus, quæ Græcè extant, in poſtremis verſiculis, poſtquam denunciauit quoto die quoti menſis proximæ quadrageſimæ initium futurum eſſet, quoto item ſequentis menſis initiū magnæ hebdomadæ, & quoto eiuſdem menſis ieiunium ſoluendum veſpera ſabbati ad multam noctem, & illuceſcēte dominico paſcha celebrandum, addidit in 24. homilijs, nunc ſecundùm euangelicā conſtitutionem, nunc ſecundùm euāgelicam prędicationem, aliquando ſecundùm euangelicā traditionem, interdum ſecundùm apoſtolicas traditiones, aliàs ſecundùm conſuetudinem, ſcilicet apoſtolicæ, ſiue euāgelicæ traditionis, ut ſciret eccleſia Alexādrina, vnde lex paſchalis obſeruationis fluxiſſet, nuſquam hic talis, ac tantus auctor ſecundùm canonem concil. Nic. dixit, neque ſecundùm canonem ſynodicum, aut eccleſiaſticum. Iam igitur liquet, nō eſſe ſuppoſitam hoc loco apoſtolicæ doctrinę hanc de celebratione paſchæ conſtitutionem, vt quidam falſo ſuſpicati ſunt, nec eſſe patribus conc. Nic. vt primis auctoribus aſſignandam. nec illud rurſus verum eſt, contraria horum à S. apoſtolis ad tuendam concordiā pręcepta vnquam eſſe, nec vnquā S. Epiphanius, quem contra Audianos citant, dixit; nec illi 15. Epiſcopi, ex circuncisione, quos ibidem S. Epiphanius dicit, Iudaicè paſcha celebrabāt. Hactenus ad ſuſpicionem de loco ſuppoſito. Sequitur, vt reſpondeamus ad crimen falſitatis loci obiectum, quaſi neget hic locus, fuiſſe æquinoctium 25. Martij. cùm Dominus noſter paſcha cum diſcipulis ſuis egit, minimè hoc negat, immo verò Chriſti, & Clementis tempore æquinoctium agebatur 22. menſis Dyſtri, qui incipiebat quarto die menſis Martij. à quarto autem die vſq; ad 25. numeratur 22. qui eſt idem 25. ſecūdùm rationem computationis noſtræ, ſi à primo die numerare incipimus. ita verò eſſe, temeritatis eſſet non credere tanto auctori, quantus eſt Clemens, rem ſui temporis, cui contradici non poteſt, narranti. Sed tritum eſt illud Philoſophi, & quaſi vice prouerbij, Ad pauca reſpicientes, facilè enunciare. idem quoque ſcripſit Euſebius Cæſ. in omnimoda hiſtoria canonum Chronicorum; ſic enim vocat Hier. quorum epitomen idē Hieron. Latinè tranſtulit. Poſtquam, inquit, vmbroſum paſcha cum diſcipulis comedit, & paſcha auctoritatis præcipuæ introduxit v. die hebdomadis, qui erat lunæ decimusquartus, menſis verò Martij 22. indictione 15. ipſa eadem nocte in eiuſdem mēſis diem 23. ferente traditus eſt, ac illo ipſo die crucifixus, reſurrexit 25. die Dominico. Hæc ex fragmēto Euſebij, quod Anaſtaſius Antiochenus in libro Variarum quæſtionū recitat.

Cap. XIX. pag. 73.

Prædicantem vnum Deum, & eligentem monarchiam Romanorum.) De Chriſto hoc dicit. Sed quomodo dicet aliquis, elegit monarchiam Romanorum, quę deleta eſt, ſicut deletæ ſunt cæteræ monarchiæ Babyloniorū, Medorum cum Perſis, ac Macedonum, id eſt Græcorum? Deleta quidem eſt monarchia gentilium Romanorum: tametſi enim Iudæos, & alias gentes euerterunt; tamen ipſi quoque poſtremò euerſi ſunt, & eorum principatus ſublatus. de hac monarchia non loquitur hic apoſtolica conſtitutio, neque eam elegit Deus; ſed de monarchia Chriſtianorum loquitur: hanc enim Deus elegit; & hæc eſt hæreditas filij eius, de qua prophetauit Dauid dicens in perſona Chriſti: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Vt igitur regnum, ſiue monarchia Babyloniorum, regnum, & monarchia eſt eorum qui ſucceſſerunt in Babylonijs, & regnum Medorum, eorum qui Medis; & Macedonum monarchia, eorum intelligitur, qui in Macedonum monarchia ſucceſſerunt; ſic regnum, ſiue imperium Romanorum, eorum intelligitur qui in Romano imperio ſucceſſerunt, qui ſunt Chriſtiani. Vnde quę Daniel de regno IIII. Romanorum prædixit, veriùs cōueniunt in regnum Chriſti, quod eſt quartum ratione ſucceſſionis. Hæc eſt monarchia, quæ, vt ait Daniel, in ſæculum non interibit, & populo alteri non relinquetur: comminuet, & cōſumet vniuerſas monarchias: & ipſa ſtabit in æternum. Quot enim Reges, & Imperatores gentiles hanc monarchiam, & fidem eius, & ipſius monarchiæ præſidem ac verum monarcham Chriſtum ac Vicariū eius Pontificem Romanum, totius populi Chriſtiani paſtorem, & ſpiritualem regem vnà cum regibus Chriſtianis oppugnarunt; tamen delere non potuerunt? quin potiùs ipſi interierunt.

ſerunt. Monarchiam itaque Romanorum, vocat regnum Chriſtianorum, quod Chriſtus regnat in Pontifice, in Eccleſia catholica Romana per vniuerſum orbem diffuſa. Eſſe autem ſic interpretandum hunc locum, ex ipſa apoſtolica doctrina intelligi poteſt, cùm dixit, hunc eſſe lapidem illum apud Danielem ex monte ſine manibus exciſum, qui cũctam terram impleuit. Deinde ſubiungit: qui multitudinem principatuum, & multitudinem Deorum confregit: & prædicauit vnum Deũ: & elegit monarchiam Romanorum. Vt enim vnum Deum oppoſuit multitudini deorum; ſic monarchiam Romanorum multitudini principatuum, in qua monarchia vnus Deus, vna lex, vnum caput, vna eſt Eccleſia catholica Romana. Cuius fides, ſicut Apoſtolus ſcripſit, annunciatur per vniuerſum mundum. Etſi enim multæ ſint eccleſiæ, ac multi principes eccleſiarum, multi reges Chriſtiani: omnes tamen conueniunt in vnum, ſicut digiti in manum: vt ait Optatus Mileuitanus, omnes ſunt vnius corporis membra, vnum caput, & vnus princeps omnium.

IN LIBRVM SEXTVM DE SCHISMATIBVS.

CAP. III. pag. 110.

ILlum qui quaſi cõditor, conditoris opera ediderat.) Quia Moyſem vocat *ὡς δημιουργὸν*, id eſt, quaſi conditorem, ne aliquis, vt euenire ſolet, fortaſſis occaſionem reprehẽdẽdi, quod nõ intelligit, hinc arripiat, quaſi filius Dei conditor mundi, cũ quo Moyſem comparat, ſit miniſter patris, vt fuit Moyſes miniſter Dei: interpretandus eſt locus, ac dicendum, potius ex hoc loco intelligi æqualitatem Filij cum Patre, quàm inæqualitatem. Idcirco enim vocat Moyſem quaſi conditorẽ, & opificem mundi, quia conſtituit eum Dominus, ſicut ait ſcriptura, vt eſſet Deus Pharaonis, & Aaron eſſet propheta eius: ſicut filius Dei, cuius typus erat Aaron, eſt conſiliarius Patris; & quia ſicut Deus in creatione mundi loquebatur filio, inquiens, Fiat lux; fiat firmamentum; congregentur aquæ; germinet terra: & ſimiliter in reliquis, & facta ſunt à filio? ſic quoque dicente Moyſe ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, ne vertantur in ſanguinem, extendebat Aaron manus, & vertebantur; & ſimiliter fiebat in reliquis plagis, quæ erant opera Dei. Sic autem iubere Moyſem Aaroni; & Aaronem iuſſa facere quaſi minorem, ac inferiorem, cùm tamen non eſſet, nihil aliud ſignificabat, quàm concordiam, & conſenſum vnius voluntatis ac mentis; quod ſatis ſcriptura ſignificauit: cùm enim dixiſſet, Dixit quoq; Dominus ad Moyſem, dic Aarõ, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, & vertantur in ſanguinẽ, ſubiungit; Feceruntq́; Moyſes, & Aaron, ſicut præceperat eis Dominus. quod in alijs deinceps plagis dictum eſt. quod quidem valet ad explicãdũ ſimilẽ formã ſubiectionis, ac iuſſionis inter patrẽ & filiũ in creatione mũdi, cùm ait ſcriptura, Dixit Deus, loquẽs filio, vt ſancti patres iterpretant: Fiat lux, & cõgregent aquę. Sed de hoc plura li. 5. c. 6. inde petant reliqua.

Vt olim nobis cõgregatis, dicebat de nobis, Rogaui vt nõ deficiat fides veſtra.) Quomodo, dicet aliquis, valebit ad ꝓbandũ principatũ Petri, quod Dñs dixit Petro principi Apoſtolorum, Ego aũt rogaui ꝓ te, ne deficiat Fides tua; ſi, vt hoc loco Apoſtoli aiũt, quod hactenus erat ſingulare Petri, iã intelligit cõe oium Apoſtolorũ fuiſſe? id eſt, ſi non tantũ pro Petro, ſed pro cęteris Apoſtolis rogauit, ne fides eorũ deficeret? Immo verò ſic de principatu Petri maximè docemur, quia cùm rogauit pro omnibus Apoſtolis, qui eccleſiæ corpus repræſentabãt, ne eorum fides deficeret, ſe ꝓ Petro nominatim rogare dixit: eidemq́; cõmiſit, vt fratres firmaret, in fide ſcilicet: ſic, inquã, maximè docemur fuiſſe Petrũ principẽ Apoſtolorũ, & eccleſiæ caput, cuius eſt præeſſe reliquo corpori; & oẽs partes eius firmare, ac moderari. Cuius.n. eſſet caput Petrus, niſi corpus eſſet? aut quõ corpus eſſet, ſi fides eius corporis deficeret? aut quomodo nõ poſſet deficere, ſi Dñs nõ rogaſſet ꝓ eo? Cõſequẽs eſt igit, vt qui ꝓ fide capitis noiatim, & immediatè rogauit, idẽ ſimul ꝓ fide corporis à Petro firmãdi, rogarit; præſertim cùm rogãdi cauſſa cõis eſſet, i. tẽtatio oẽs.n. expetebat Satanas, vt cribaret ſicut triticũ. quare cõſentaneũ erat, ut hoc ipſum, ſ. Dñm rogare, ne fides deficeret, cõe eſſet eorũ qui tũc tentabantur, ad eosq́; oẽs pertineret. Igit ut fides Pontificis ſucceſſoris Petri deficere non poteſt; ſic neq; fides eccleſiæ, cuius ille eſt caput. Et rurſus, ſicut fides eccleſię, quæ fundata eſt ſuper fundamentũ Apoſtolorum, & Prophetarum, non poteſt deficere, ſic neq; fides Pontificis Romani, qui in locum Petri ſucceſſit. Vtriuſq; enim fides, ſcilicet corporis & capitis, colligata eſt. Ergo dicendo, firma fratres tuos, ſatis ſignificauit, non defuturã eorũ fidẽ, ſi à Petro in ea firmarent: ſeq; pro fide Petri orare: & pro fide eorum qui per verbum Petri in fide firmandi eſſent. Deinde ſi vtcunque

cunque ac ſimpliciter pro Petro tantum rogaſſet, ſic conſequentia poſtulabat, vt diceret. Ecce Satanas expetiuit te, vt cribraret te ſicut triticum: ſed ego rogaui pro te, &c. at non ſic dixit, ſed potius, Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum; ſed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua: tu autem aliquando conuerſus, confirma fratres tuos: quod perinde eſt, quaſi diceret: Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribaret ſicut triticum; ſed ego rogaui pro vobis, ne deficiat fides veſtra: id tamen fiet, confirmante vos principe, & capite veſtro Petro, pro quo rogaui nominatim, quia ipſe ſolus ſit caput, ne eius fides ad confirmandum vos deficeret. Quare cùm dixit Dominus, Sed ego rogaui pro te, &c. in Petro, tanquam in capite, reliquum corpus ſubiectum capiti comprehendit. eſt enim in epiſcopo eccleſia, ſicut epiſcopus in eccleſia, vt ait Cyprianus lib. 4. epiſt. 9. imò ſic loqui vulgò ſolemus, vt ſi regem dicamus bellum intuliſſe, ſubiectos regi ſimul intelligimus. Sic apoſtolica doctrina hunc locum euangelij interpretata eſt. Merito igitur, ac vi huius precationis diuinæ factum eſt, vt ſicut ſemper fuit eccleſia fidelium; ex quo fundata eſt ſuper Petrum principem Apoſtolorum, & ſemper futura eſt vſque ad conſummationem ſeculi, ſic nunquam deficiat fidelis ſucceſſor Petri in cathedra eius, cuius fides fidem eccleſiæ catholicæ firmet. Non ſic autem euenisse videmus in reliquis ſedibus patriarchalibus; ſæpè enim, & diu defecerunt, ſucceſſores fideles ſanctorum epiſcoporum Alexandriæ, Antiochiæ, Hieroſolymis, & Conſtantinopoli, vt ex hiſtorijs, & catalogis epiſcoporum intelligi poteſt, vt nos in libris noſtris de dogmaticis characteribus verbi Dei docuimus. Hinc iam intelligi poteſt, quod Leo IX. ſcripſit in epiſtola ſynodica ad Petrum Patriarcham Antiochenum, ſolum Petrum eſſe pro quo Dominus oraſſet, ne fides eius deficeret; accipiendũ eſſe ſic, vt ſolus Petrus fuerit pro quo ita orauerit, vt non deficeret fides eius, nec alio indigeret, Superiore in terris, qui eum firmaret, quod eſt, ſolum fuiſſe, pro quo tanquam pro capite, immediatè orauerit. Vt autem hanc notationem finiam, illud etiam volui obiter animaduertere, quod Dominus dixit, expetiuiſſe Satanam, vt Apoſtolos ſicut triticum cribraret, interpretatum eſſe Clementem, quid ſibi vellet illud verbum, vt cribraret, ſciſcet expetiſſe, vt eorum fides efflueret, & dilaberetur, inſtar aquæ; ſicut cribro agitato effluit id, quod in eo continebatur. Simili tranſlatione vſus eſt Paulus Hebr. 2. cùm ait, Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea, quæ audiuimus, ne fortè perfluamus rectè enim fides, & ſpiritualis doctrina, vt ait Dionyſius in epiſt. ad Tit. aquæ aſſimilantur propter vim viuificandi, quæ in ea ineſt.

CAP. VI. Pag. 111.

Et nunc diabolus ſapiens ad nocendum, & boni ipſius, quod nam ſit, ignorus.) Dubitabit aliquis fortaſſe, quomodo hoc ſit verum: cùm tradat Dionyſius cap. 4. de diuin. nomin. & cæteri eũ ſecuti, dona naturalia integra in dæmonibus remanſiſſe, ac proinde naturalem cognitionẽ non fuiſſe eis imminutam. Ita quidem eſt, bonum ipſum ſcilicet, quoad licet naturaliter cognoſcere, non ignorare dæmones: quatenus verò cognoſcitur, vt ſuſcipiatur agendum, ſic quidem ignorare: quæ quidem cognitio affectiua vocari ſolet; & ſic ſanctus Thomas vocat in 1. p. q. 64. art. 1. in corpore. de qua cognitione ſcriptum eſt illud, Noluit intelligere, vt bene ageret. Huiuſmodi igitur cognitio, quæ ſine ſpeciali Dei gratia, & propriæ voluntatis actu eſſe non poteſt, priuati ſunt dæmones: qui quantum in ipſis eſt, neque norunt bonum, neque noſſe volunt, ſicutidem Dionyſ. cap. 7. de diuinis nominibus ait; Mentem dæmonis, quatenus diuinam ſapientiam amiſit, neque ſcire, neque velle aſſequi bonum, quod natura appetit.

CAP. VII. pag. 112.

Philippus coapoſtolus noſter.) Dicet aliquis, imò diaconus noſter, dicendum erat, non enim fuit Apoſtolus ex numero duodecim Philippus ille qui deſcendit in Samariam; quod ex eo perſpici poteſt, quod (vt eſt in Actis Apoſtolorum cap. 8. cùm eſſet perſecutio magna in eccleſia Hieroſolymitana, diſperſi ſunt, inquit, omnes per regiones Iudeæ, & Samariæ, præter Apoſtolos. Erat autem cũ illis diſperſus Philippus qui Simonem in Samaria catechizauit, & Eunuchum baptizauit. præterea ſi apoſtolus fuiſſet, habuiſſet quidẽ poteſtatem dandi Spiritum ſanctum, ſicut cæteri Apoſtoli, quam tamen non habebat. Vera ſunt hæc, quæ etiam Iſidorus Peluſiota obſeruauit in epiſtola ad Agigantium. Appellatus ergo eſt coapoſtolus, tanquam miſſus ad euangelizandum infidelibus, vnde euangeliſta dictus eſt in Actis apoſtolorum cap. 21. ij enim erant euangeliſtæ, vt Theodoritus interpretatur in commentarijs Pauli ad Epheſ. Qui obeuntes, inquit, circum loca, euangeliũ prædicabant. euangelizabat itaque Philippus circum loca, non quia hunc honorem ſibi ſumeret, non enim conuenit diacono prædicare verbum Dei, ſicut neque baptizare, hæc enim Apoſtolorum canones prohibent, ſed quia à Deo, qui eſt Dominus canonũ, & legum ſuarum, vocatus fuit ad hunc honorem; vt Eunuchum, & Simonem baptizaret: ſicut etiam Ananias à Domino vocatus eſt ad miniſteriũ baptizandi Paulum; vt Melchiſedec, & Iob à Deo, vt eſſent ſacerdotes: & vt Aaron à Moyſe auctoritate Dei. Notauit hoc etiam Clemens lib. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 46.

Tunc nos, qui gratiam Dei Samaritanis per Philippi miniſterium tributam eſſe audiebamus, profe-

profecti ſumus ad eos.) Dubitabit forſitan aliquis, ſi hæc Apoſtoli dicunt, quomodo verũ eſt quod ſcriptum eſt in Actis apoſtolorum, Petrum, & Ioannem miſſos fuiſſe ab Apoſtolis ad Samariam, poſtquam audierunt recepiſſe illos verbum Dei? Dictum nobis ſæpe eſt, mandatam eſſe litteris à Clemente doctrinam apoſtolorum in perſona eorum, quod pertinet ad genus ſcribendi dramaticè, id eſt, per imitationem accommodatè ad rem quæ ſcribitur; vt hic, quia profectio ad Samariam deſcribitur, & Apoſtoli loquuntur, qui ſe dicunt ad Samariam profectos, & id quidem duobus accidit, Petro, & Ioanni, qui fuerunt ab Apoſtolis miſſi, neceſſe eſt conſequēter, ut illi ipſi duo Apoſtoli hæc loqui intelligantur ſecundùm rationem & cōſequentiam dramatis.

C AP. X. pag. 113.

His verò omnibus ex æquo erat vnum idemq́; impietatis propoſitum, Deum omnipotentem blaſphemijs afficere, ſentire ignotum eſſe, & non eſſe patrem Christi.) Quomodo dicet aliquis, hæreticorum ſententia eſt, Deum eſſe ignotum, cùm dicat Dauid pſal. 17. de Deo, & de Dei cognitione, Qui poſuit tenebras latibulum ſuum? & Paulus illum Deum ignotum, cui Athenienſes aram poſuerant; Deum eſſe interpretatur, ſubiungens: Quem ergo ignorantes colitis, &c. quod perinde erat, quaſi diceret, quem iſta veſtra ratione ac ſapientia inſtructi, non poteſtis cognoſcere, tametſi eum colitis, hunc Deum annuncio; & paulo pòſt: qui definiuit, inquit, vſque ad ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere Deum, ſi fortè attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum: in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. ſignificat enim quæſiuiſſe eos Deum, ſcilicet ratione naturali, ſed non potuiſſe inuenire, quoad venit tempus, cùm iuxta prophetiam Eſaiæ cap. 65. inuentus eſt ab ijs qui non quærebant eum, id eſt, à gentilibus; qui quidem cùm crediderunt eis qui ipſos Philoſophos docebant, Deum eſſe ſupra omnia illa diuina, quæcunque ratione naturali ex ijs quæ facta ſunt, cognoſcebant, tunc Deum cognouerunt: & relicta idolatria in qua habitabant, ad eccleſiam Christi ſe contulerunt. Hi enim fuerunt termini habitationis eorum, quos Paulus dixit. Præterea narrat Michaël Singellus, auctor vetus, & grauis, in vita Dionyſij, dixiſſe eum, cùm vidit in Aegypto ſolis defectionem; ὁ ἄγνωστος, σαρκὶ πάσχει θεὸς δι᾽ ὃν τὸ πᾶν ἐζόφωται, καὶ σεσάλευται, id eſt, ignotus Deus, carne patitur, propter quem vniuerſum eſt tenebris obſcuratum, & tremefactum. Hunc ſermonem ait ſibi puero à patre traditum. Aiunt etiam, cùm Philoſophi, qui tum Athenis erant, intelligerent, naturæ vices verti, ſuaſiſſe aram poni, ac cōſecrari Deo ignoto, de quo nunc Paulus loquitur. fortaſſe qui in primis perſuaſit pro ſua auctoritate, ac ſapiētia, & religione, fuit Dionyſius. Atq; hæc quidem ratio aræ illius Deo ignoto poſitæ, veriſimilior forſitan videatur, q̃ illa de querela Dei panis in cultu deorum prætermiſſi, aut de Deo quopiam, quem neſcirēt, irato, quem Athenienſes in grauiſſima peſte, poſita hac ara, placare voluiſſent. Siue illud magis probatur, quod ait B. Chryſoſt. in homilia de non prætereūdis inſcriptionibus ſcripturarũ, & de inſcriptione aræ: multos, inquit, deos, vel potius dæmones habebant Athenienſes (oēs enim Dij gentiũ, dæmonia) alios à patribus acceptos, alios à vicinis gentibus, à Thracibus, ab Ægyptijs. Quare quia non vniuerſos Deos à principio receperāt, ſed paulatim introducti fuerant, alij ætate patrum, alij auorum; alij eorum tpe qui tunc erant congregati in vnum locum, aiebant; Sicut ignorabamus hos; & poſtea eos recepimus & cognouimus; ſic fortaſſe accidit, vt aliquis alioqui Deus, neſciatur, nobiſq́; ignotus ſit, qui ob eam cauſam nobis ignaris non colitur, ſed potius negligitur. ne autem hoc eueniret, aram poſuerunt, quam ignoto Deo inſcripſerunt, quaſi inſcriptione iſta illud prædicarent, ὅτι καὶ εἴ τις καὶ ἕτερος θεὸς οὐδέπω γνωρισθεὶς ἡμῖν κἀκεῖνον θεραπεύομεν, id eſt, ſi quis alius Deus eſt nondum nobis cognitus, illum etiam colimus. ecce ſuperſtitio nimia. idcirco dixit Paulus, per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video; non enim notos ſolùm vobis dæmones colitis, ſed etiam nondum vobis notos. atque illi quidem de alijs Dijs id dicebant, Paulus verò iſtuc ad Chriſtum tranſtulit, αἰχμαλωτίσας τὸ νόημα αὐτῶν καὶ μεθ᾽ ἑαυτοῦ στήσας, id eſt, ſic illorum ſenſum captiuum duxit, & à parte ſua ſtare fecit, ſeq. adiuuare. ſic Chryſoſtomus, etſi nos aliũ ſenſum nunc ſequimur, & aliter Deum ignotum, cui ara illa poſita erat, interpretamur. Itaque ſi Deus eſt ignotus, ut illa ara teſtabatur (neque enim Paulus de hoc accuſat ſapientes Gentiliũ, immo affirmat ignorare eos Deum, quem colebant, cùm eum alioqui ex ijs quæ facta ſunt, cognouiſſent, vt idem rurſus in Epiſtola ad Romanos ait) ſi inquam Deus eſt ignotus, quomodo, ut apoſtolica doctrina tradit, hæreticorum error eſt Deum dicere ignotum? aut ſi hic non eſt error, quomodo rurſus verum erit quod idem Clemens proximo capite dicit, Deum eſſe notum? Explicanda eſt ergo hæc quæſtio, vt locus Clementis ſine errore intelligatur. Tradit ſanctus Thomas, & quidem rectè, 1. par. q. 12. artic. 12. poſſe ratione naturali cognoſci de Deo, non quidem naturam eius, ex qua eſt ignotus, ut ait Dionyſ. cap. 7. de diuinis nominibus, quod S. Maximus in prima Hecatontade Theologica dixit, μηδενὶ εἶναι ἐκ συμφυοῦς ἐμφάσεως διεγνωσμένον, id eſt, nulli cognitũ eſſe ex naturali ſpecie, ſiue repræſentatione; ſed cognoſci poſſe, inquit S. Thom. an ſit, poſſe, itē

cognoſci de Deo ea quæ neceſſe eſt ei cóuenire, ſecundum quod eſt prima omnium cauſſa excedés omnia ſua cauſſata. deinde ſubiungit: Vnde cognoſcimus de ipſo habitudiné ipſius ad creaturas, quòd ſcilicet omnium eſt cauſſa: & differentiam creaturarum ab ipſo, quòd ſcilicet ipſe non eſt aliquid eorum quæ ab eo cauſantur: & quòd hæc non remouentur ab eo propter eius defectum, ſed quia ſuperexcedit: hoc eſt quod Greg. Nazianz. in ſermone 2. de paſcha ait, immenſum, & infinitum illud quaſi pelagus eſſentiæ, quod omnem de tempore, & natura cogitationem ſuperat, ſolius mentis intelligentia tenuiter non ex ijs quæ in ipſo ſunt, id eſt, ex eſſentia, ſed ex ijs quæ circa ipſum, id eſt, ex creatis, & effectis rebus adumbrari, omnium enim rerum ordo vtpote à Deo fundatus, vt ait diuinus Dionyſ. in cap. 7. de diuinis nominibus, imagines quaſdam, & ſimilitudines diuinorum eius exemplorum habet, ex quo ad illum qui eſt ſuper omnia, via & ordine pro viribus aſcendimus. Addi poteſt hic, quod in pluribus locis tradit idem Dionyſius, ſcilicet non ſolum non eſſe Deum aliquid eorum quæ ab eo effecta ſunt, vt ait S. Thom. ſed neq; eſſe illa, de quibus idé S. Thomas ait hic, neceſſe eſſe conuenire Deo quæ Paulus vocat inuiſibilia Dei, quæ, vt idé tradit, per ea quæ facta ſunt, intellecta cóſpiciuntur; hęc enim nó ſunt natura eius, ſi enim eſſent, mentitus eſſet qui dixit, apparui Abrahæ, Iſaac, & Iacob, patribus veſtris, & nomen meum non manifeſtaui eis; ſiquidem cognouerunt illi hæc q̃ dicta ſunt: at verax eſt Deus, & non mentitur, igitur non manifeſtauit eis nomen naturæ; quòd ſi nomen nó manifeſtauit, multo minus naturam. hæc Athanaſius in dialogo Orthodoxi & Antonij de ingenito & genito contra Aëtium. Itaq; non ſolum nó eſt Deus bonitas, aut ſanctitas, aut iuſtitia, & alia eiuſmodi, quæ in creaturis reperiuntur, quæ ſunt omnia finita & creata, ac participationes quædam diuinorú; ſed neq; eſt Deus bonitas ipſa infinita, & increata, neq; iuſtitia ipſa immenſa, ac ſubſtantialis, & ſimiliter in reliquis ſimilibus, quatenus hæc à nobis naturaliter cognoſci poſſunt; ſed potius eſt ſupra hæc ipſa. Hoc verò philoſophi gentiles nó cognouerunt: imò, vt diuinus Dionyſius in myſtica Theologia tradit, non cogitantes quicquam eſſe ſupra ea quæ ſupra naturá ſunt, ſupra illa, inquam, inuiſibilia, quæ Paulus dicit, ex ijs quæ facta ſunt, naturaliter cognoſci, exiſtimabant ſe ſua intelligentia naturali Deum planè cognoſcere; q, vt ait Propheta, poſuit tenebras latibulum ſuum. Ex quo factum eſt, vt cùm Deum vtcumq; ex ijs quæ facta ſunt, cognoſcerent, neq; tamen crederent, melius adhuc, & diuinius cognoſci poſſe, q̃ vt ipſi ſua intelligentia ex creaturis, in quibus toti hærebant, naturaliter cognoſcebant, factú inquam eſt, vt non ſic cognoſcerent Deum, vt gloriam, & maieſtatem Dei decebat, quod quidé fieri non poterat ſine munere Dei, id eſt, ſine fidei lumine, cui ipſi ſua exiſtimatione obſtabant; atque ita euanuerunt in cogitationibus ſuis, quibus excellentiá Dei infinitá metiebantur. Anima enim, vt ait S. Maximus in prima Hecatontade de Theologia, & incarnatione filij Dei, non poteſt ad cognitioné Dei attolli, niſi Deus ipſe condeſcendens vſus, ipſam animam tangat, & ad ſeipſum euehat. Non enim tantú poteſt humana mens ſurſum ferri, vt diuinú aliquem ſplendorem capiat, niſi Deus ipſe eá attrahat, quantum mens hominis attrahi poteſt, & niſi diuino ſplendore illuminet. hactenus Maximus Dionyſium in 7. cap. ſecutus. Hi igitur & Deum hac ratione ignorarunt, vt de illis philoſophis Athenienſibus dixit Apoſtolus, & ijdem rurſus Deú cognouerunt, vt idé Paulus in epiſto. ad Rom. dixit, Quia, inquit, quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis reuelauit. tunc ſcilicet reuelauit, cùm eos fecit ad imaginé ſuam, hoc eſt, rationales & intelligentes: Non enim poterat natura hominis, vt ait Athanaſius in libro contra gentes, Deum cognoſcere genita ingenitú, corporea incorporeum, niſi per gratiam Dei, quia facta eſt ad imaginem eius. Hác gratiam vocat Apoſtolus, reuelationé Dei, qua cognoſcit homo naturaliter, id eſt, ſecundùm naturá ſuæ mentis, ſiue intellectus, illa quę Paulus vocat, nota Dei. Altera verò eſt diuinior Dei cognitio, quæ naturam intellectus noſtri ſuperat, quæ eſt vnio cum Deo, ut ait Dionyſius c. 7. de diuinis nominibus, vnio, inquam, cum Deo, hic quidem per fidem, illic verò in cœlo per viſionem. igitur vt eſt in epiſtola ab Epiſcopis catholicis ad Paulú Samoſatenú, antequá deponeretur, miſſa, Dei dignitatem, & magnitudinem, ut eſt, pro dignitate veritatis natura humana explicare non poteſt: qualemcunque verò mediocrem de eo notionem aſſequi filio eius reuelante, ſatis eſt, ſicut ait ipſe, Nemo nouit patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. & ſubiungit, hunc aût filium genitum, vnigenitum filium, imaginem Dei inuiſibilis, primogenitú omnis creaturæ, ſapientiam, & verbum, & potentiam Dei ante ſęcula, nó pręcognitione, ſed hypoſtale Deum, Dei filium in vetere, & noua ſcriptura cognouimus, confitemur, & prædicamus. Simon verò cum ijs, qui eum ſectati ſunt, hoc negabat, cùm aiebat, ut eſt in libro 8. hiſtoriarum Clementis de prędicationibus, & diſputationibus Petri cú Simone, οὐδεὶς ἔγνω τὸν ἐν ἀπορρήτοις ὕψιστον πατέρα ὄντα, ὡς οὐδὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὅτι υἱός ἐστι, id eſt, nemo nouit in arcanis altiſſimum patré, ſicut neque filiú eius, quod filius eius eſt; vnde Deú ignotú Βυθὸν ὕψιστον, id eſt, profundum altiſſimum vocabat, ut Irenæus in primo libro contra Hær. ait. Sic etiam negabat Deum eſſe patrem Chriſti; ſic enim contra Petrum diſputabat, Cùm tu, quæ ſunt Dei altiſſimi propria, filio tribuas ignoras, facere te filium patrem Chriſti tui. Sed de his hactenus.

Cap.

CAP. XI. pag. 213.

Annunciamus vnum Deum vnius filij patrem, non plurium: vnius paracleti per Chriſtum, aliorum ordinum effectorem.) Frequens eſt non ſolũ in ſcripturis ſanctis, ſed in ſacris Doctoribus repetitio ἀπὸ κοινοῦ, vt hic repetendum eſt verbum illud, Deum, vt dicamus vnius paracleti Deum, non autem repetendum eſt nomẽ patris, vt dicamus, unius paracleti patrẽ: quia pater ad filium refertur, non ad paracletum. Multa dici ſolent κατ' ἔλλειψιν, præſertim in ſcriptura, tum propter breuitatem eidem ſcripturæ, & iis, qui eam ſecuti ſunt, familiarem, tum etiam alijs de cauſis œconomicè, ac prudenti conſilio: quod hic quoque factum eſt, ubi neceſſe eſt ſupplere aliquid, quod conueniat Paracleto & Deo vnde procedit. Cauſa verò, cur illud tacitum ſit, fortaſſis eſt, quia ſic apoſtolica doctrina admonere voluit, non poſſe propriè explicari modũ proceſſionis, ſicut ajt Gregorius Theologus in primo libro De filio & Spiritu ſancto: horum verò, (inquit) ille quidem germen, hic verò πρόβλημα, id eſt, procedens; ſic enim interpretamur nunc, non verbum de verbo exprimentes, ſed vt loqui conſueuimus. Deinde ſubiungit Gregorius; aut neſcio, quomodo hæc vocare quis poſſit, abſtrahens ea ab ijs quæ cernuntur. Satis his verbis ſignificaſſe videtur rationem generandi, & rationem producendi per proceſſionem, ad intelligendum, & ad propriè nominandum difficilẽ eſſe. Quo in loco illud eſt obſeruandũ, melius uocaſſe Spũm ſãctum πρόβλημα Gregoriũ, quàm vocauit Candidus in dialogo Origenis filium πρόβολον, quod beatus Hieronymus lib. 2. apologiæ aduerſus Ruffinum reprehendit, quòd negare videretur filium natum. Videamus igitur quid ſupplere oporteat ſecundùm vſum, & auctoritatem Patrum. Licet enim intelligere ſic; Deum Paracleti, ſcilicet χορηγόν, id eſt, vt ita vertamus, præbitorem, ſiue exhibitorem, ſicut filius eſt χορηγὸς Spiritus ſancti, vt beatus Cyrillus tradit in theſauris de Trinitate ad Nemeſinum, & Magnus Athanaſius in dialogo Orthodoxi & Anomij de ingenito, & genito; quod mihi ſumpſiſſe videntur ex Dionyſio Areopag. in Hierarchia eccleſiaſtica, cap. De chriſmate; aut certè idem dixit, quod illi prius dixerat. Sic enim Dionyſius de naturali proceſſione Spiritus ſancti ex filio ſcripſit. ὑπ' αὐτοῦ ſcilicet υἱοῦ τοῦ δι' ἡμᾶς ἀνθρωποπρεπῶς πνεύματι καθαγιασθέντος ἀναλλοιώτως τῆς οὐσιώδους θεότητος ἕξει τὸ θειότατον πνεῦμα χορηγούμενον, id eſt, ab ipſo uidelicet filio propter nos per ſpiritum Dei, vt humanitatem decebat, ſine vlla ſui mutatione ſanctificato, ſecundùm ſubſtãtiam diuinitatis verè Spiritus ſanctus præbitus. Item idem Dionyſius lib. De diui. nomin. cap. 2. Vertam Latinè. Rurſus, inquit, quòd ſit quidem pater, fons diuinus; Filius verò, & Spiritus ſanctus fœcundæ diuinitatis, ſi ſic loqui oportet, ſurculi à Deo producti, & tanquam flores, & lumina, quę uarietatem ſuperant, ex ſanctis ſcripturis accepimus. Deum patrem vocauit Dionyſius, fontem diuinitatis Filij & Spiritus ſancti. Vt iam hic quoque liceat interpretari, dixiſſe Clementem, Deum vnius Paracleti per Chriſtum, vt ſi dixiſſet, Deum fontem unius Paracleti per Chriſtum. Vt ſi diceremus fontem fluuij, id eſt, ex quo manat fluuius: itaque cùm ait, Deum unius Paracleti per Chriſtum, non oportet ſubaudire, vnius Paracleti tanquam miniſtri: & ſi enim miniſtrat nobis gratiam Dei, miniſtrat tamen ὡς συνεργὸς τοῦ θεοῦ, id eſt, tanquam conſors eiuſdem operationis Dei, quod Macedonianus negat, vt beatus Athanaſius in dialogo Orthodoxi & Macedoniani docet. Obſeruauit huiuſmodi miniſterium S. Epiphanius: ſic enim ait in Anchorato. Dico igitur Chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis ad implendum promiſſiones Patrum: comminiſtrare autem Spiritum ſanctum, ex ſcripturis ſanctis accepimus. Mittitur, inquit, Chriſtus à Patre: mittitur Spiritus ſanctus: loquitur in ſanctis Chriſtus: loquitur & Spiritus ſanctus. Sic enim dicunt ſcripturæ: Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, quod eſt ſimile atq; illud: Emittes verbum tuum, & liquefacies ea. Et paulò pòſt idem Epiphanius, Idẽ inquit, eſt miniſterium Spiritus & verbi. & paulò poſt: Cooperatur itaque, ſicut demonſtratum eſt, Patri Filius, & Spiritus ſanctus. & rurſus paulo infrà: Spiritus Deus eſt bonorũ dator, illuminator, paracletus, conſiliorum patris annunciator. Sicut enim filius magni conſilij Angelus eſt, ſic etiam Spiritus ſanctus. & paulo pòſt: Neque velut reliqui ſpiritus, ſpiritus ueritatis creatus, aut factus eſt: neque uelut reliqui Angeli, magni conſilij Angelus uocatur: illi enim principium cœptum, & finitum habent: hi uerò, ſcilicet Filius, & Spiritus ſanctus, principium habent ἀνεποίητον, id eſt, non factum; ſic enim legendum eſt, ut in Græco exemplari manuſcripto correcto legimus, & non ἀνεπινόητον, ut nunc falſo legitur in Græcis impreſſis, id eſt, incogitabile. ait ergo Epiphanius, comminiſtrare Spiritum ſanctum filio, quia ſcriptum ſit, Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur; ſimiliter ut ſcriptum eſt, Emittes verbum tuũ, & liquefacies ea. idem ait Didymus in libro de Spiritu ſancto, &c. hic enim Didymus etſi ſectator fuit Origenis, qui Spiritum ſanctum miniſtrum Patris, & Filij faciebat, non de eadem Patris Filijque ſubſtantia, quæ erat apertiſſima blaſphemia; tamen ut Hieronymus in ſecundo libro Apologiæ contra Rufinum ait, in Trinitate catholicus fuit, & eius librum de Spiritu ſancto ſe ait in Latinum conuertiſſe. Probauit igitur hoc pater Hieronymus quod de Spiritu ſancto miniſtro Didymus dixit: vt iã in uno Didymi teſtimonio duos teſtes

ſtes habeamus. idem rurſus Hieronymus de eodem Didymo libro 3. apologiæ contra Rufinum, de Didymo, inquit, & memoriam prædicamus, & ſuper Trinitate fidei puritatem. Sed de hoc miniſterio magis adhuc explicaui in ſcholio, lib. 5. ca. 7. cùm de ſubiectione filii ſecundum idioma ſcripturæ ſanctæ diſſerui. Ergo quod beatus Cyrillus in Theſauris de Trinitate Deum referri πρὸς δοῦλα, id eſt, dici Deum eorum quæ ei ſubiecta ſunt, & ſeruiunt, intelligendum eſt proprie: talium enim eſt Deus propriè, ſicut beatus Gregorius Nazianz. libro 2. de filio, Deus, inquit, non eſt verbi, quomodo enim, inquit, propriè Deus Dei erit: propriè dixit, quaſi impropriè quidem dici poſſit, Deus Dei; vt perinde dictum accipiamus, quaſi diceretur Deus Dei principium, præbitor, emiſſor, fons, cauſa, non quidem vt faciens, ſed vt fons. ſic enim ait beatus Athanaſius in dialogo, quem paulo antè dixi, καὶ τὸ πνεῦμα ἔχει αἴτιον τὸν θεὸν οὐχ' ὡς γενεσιουργὸν, ἀλλ' ὡς πηγὴν αὐτοῦ, καθὰ γάρ ἡ πηγὴ οὐ γενεσιουργεῖ ἔξωθεν ὃ χορηγεῖ ὕδωρ, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς πηγάζον ἔχει, οὕτως καὶ ὁ θεὸς πηγὴ τοῦ πνεύματός ἐστι καὶ χορηγὸς αὐτοῦ, οὐκ ἔξωθεν αὐτὸ προσλαμβάνων, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ πηγάζων. & ſpiritus, inquit, habet cauſam Deum non vt facientem, ſed vt fontem ſui. Sicut enim fons nõ facit extrinſecus quam exhibet aquã, ſed è ſe fundens habet, ſic Deus fons eſt Spiritus, & eius exhibitor, nõ illum foris aſſumẽs, ſed è ſe fundens. ergo dictum eſſe Deum vnius Paracleti, ſenſu catholico, & vt catholicè dictum, accipiendum eſſe, ſatis ſignificauit idẽ Clemens, cum ſubiungit ſine cõiunctione vlla, aliorum ordinum effectorem, ne ad Paracletum referrmus, effectorem ſimiliter, vt ad alios ordines, ſic conſtruendo, Deum effectorẽ vnius Paracleti, & aliorum ordinum: ſed ſine coniunctione, ut ſeparatetur effectio à Paracleto, & tribueretur aliis: vt ſic conſtruamus, patrem Deum unius Paracleti ſcilicet principium per Chriſtum; & ſeparatim patrẽ Deũ aliorum ordinum effectorem. neque enim, ut dixi, ſine coniunctione dixiſſet, ſi paracletum factum, vt hęretici ſentiunt, intelligi voluiſſet. Confirmat hoc ipſum locus ille libri octaui, cap. 6. ubi dicitur ſimiliter Deus Paracleti, & Dominus vniuerſorum. non enim dixit Clemens, Dominus Paracleti, ne Paracletus ſeruus eſſe exiſtimaretur; ſed Deum dixit Paracleti, ut dixerat libro 6. ſcilicet ut intelligeremus diuinitatem patris, fontem & principiũ eſſe Spiritus ſancti, ut iam explicauimus. Si enim Deum Paracleti tanquam creaturæ intelligi uoluiſſet, ſic dicturus erat, Deus Paracleti, & uniuerſorum; aut ſic: Dominus Paracleti, & uniuerſorum; at non ſic dixit, ſed potius, Deus paracleti, & Dominus uniuerſorũ, planè docens, non eſſe Dominum Paracleti, ſed aliorum. Sed de hoc hactenus. Sed dicet aliquis, quomodo idem Clemens in trigeſimo ſeptimo libri octaui capite ait, Dominus ſpiritus, & intelligibilium, ac ſenſibilium rex: quod quidem ſimiliter ut illud, Deus Paracleti, animaduerſum & notatum in exemplari Græco reperi, id intelligendum, & interpretandum bene. Sed de hoc reſpondebo, & explicabo ſuo loco.

CAP. XII. pag. 113.

Nos duodecim conſultabamus cum Iacobo fratre Domini.) Quòd clemens extra numerum duodecim Apoſtolorum ponat Iacobum fratrem Domini, ſicut Paulum (hos enim duos adiũgit Clemens duodecim Apoſtolis in hac eorum doctrina, quam litteris mandauit) quibuſdam minuit libri huius auctoritatem; ſed ita eſſe, teſtis eſt eccleſia orientis; quæ tres Iacobos celebrat, unum Zebedæi, alterum Alphæi, quos ex euangelio didicimus fuiſſe ex numero duodecim, & tertium Iacobum fratrem Domini, quem Cyrillus, Euſebius, Epiphanius, Anaſtaſius Antiochenus, & alij tradunt fuiſſe filium Ioſeph ſuſceptum ex Salome uxore, filia ſororis Annæ matris Mariæ, eiusque Iacobi fratres fuiſſe Ioſeph, Simeonẽ, & Iudã. Hinc ait ſanctus Anaſtaſius in ὁδηγῷ factum eſſe, vt ſicut ad celãdum partum Virginis Iudæis homicidiis Ioſeph uocabatur œconomice pater Ieſu; ſic Maria eadem ratione, & conſilio uocaretur, ut eſt in euangelio, aliquãdo mater Iacobi, & aliquando mater filiorum Ioſeph fabri. Vnde aiebant Iudæi: Nonne hic eſt fabri filius, & mater eius Maria dicitur, & fratres eius Iacobus, Ioſeph, Simon, & Iudas? Sed utcunque ſit de genealogia Iacobi fratris Domini, ego enim uerius puto eſſe quod B. Hieronymus ait, uirginem fuiſſe Ioſeph: hunc docet Paulus extra duodecim fuiſſe, cum ait 1. Cor. 15. Quia uiſus eſt Cephæ, & poſt hoc, undecim: deinde uiſus eſt pluſquam quingentis fratribus: deinde uiſus eſt Iacobo. Item hũc Iacobum fratrem Domini cognomẽto Iuſtũ, ſcribit Hippolytus martyr, & epiſcopus, in libello quem de duodecim Apoſtolis, & 72. diſcipulis ſcripſit, fuiſſe non ex numero duodecim apoſtolorum; ſed tantum ex numero 72. diſcipulorum. Idem quoque ait ſanctus Dorotheus epiſcopus Tyri, in libello quem tempore Diocletiani de eiſdem apoſtolis, & diſcipulis 70. ſcripſit. Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi 14. nunc autem Chriſtus ſurrexit à mortuis primitię dormientium, & apparuit Cephæ, poſtea undecim. Etenim ſi uni, inquit, ieſu non credis, habes teſtes duodecim. poſtea uiſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſemel: ſi duodecim non credunt, credant quingentis. poſtea uiſus eſt Iacobi fratri ſuo primo epiſcopo huius parœciæ. Hieronymus quoque idem affirmat in comment. epiſtolæ ad Gal. cap. 2. & in commment. Eſa. ca. 17. ſcribit nonnullos ex ueteribus hunc Iacobum extra numerum duodecim poſuiſſe; melius quidem illic, quàm in libro contra Heluidium,

vbi

vbi hunc Iacobum fratrem Domini, Iacobum Alphęi, facit vnum ex numero 12. Quare autẽ dictus ſit Iacobus minor, ſi quis quęrat, reſpõdeamus ſic fuiſſe nominatum, quòd vterq; Iacobꝰ apoſtolus, alter Alphęi, & alter Zebedęi, huic ætate antecederent. ac quia maior, & minor nõ inter tres, ſed inter duos, vt ait Hieronymus, ſoleant præbere diſtantiam, ætatem grandiorem vtriuſq; illorum quaſi vnã reputabant, qui ſic loquebantur, vt cum eorũ ætate grandiore Iacobi cognomento Iuſti ætatẽ cõpararent. Húnc Iacobum teſtatur Anacletus pontifex in epiſt. 2. fuiſſe ordinatum primum epiſcopum Hieroſolymitanum à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis, etſi Euſebius Cæſarienſis in hiſtoria ſua Eccleſ. & in commentarijs Eſa. ca. 16. & Dorotheus epiſcopus Tyri, ſcribunt ordinatum primum epiſc. Hieroſolymitanum ab ipſo Domino; quod ſic intelligendũ eſt, ordinatum eſſe ab apoſtolis primũ epiſcopum γνώμῃ χριστοῦ, id eſt, auctore Chriſto, ſicut ipſe Iacobus, vel potius Clemens in perſona Iacobi ait lib. 8. cap. 35. ſe eſſe ordinatum à Chriſto, & ab apoſtolis, qđ perinde eſt, quaſi diceret, iuſſu & voluntate, atque auctoritate Chriſti, ſe ab Apoſtolis ordinatũ. ſic enim ipſi apoſtoli per Clementis perſonã in eodem lib. c. 3. loquunt, vt nos epiſcopi, quos χριστοῦ γνώμῃ id eſt, Chriſto auctore conſtituimus, & quę ſequuntur. Ergo, vt ad rem veniamus, ſi hic Iacobus ordinatus eſt epiſcopus ab Apoſtolis, & nemo Apoſtolorũ ab alijs Apoſtolis ordinatus traditur, ſed omnes vno tempore in die Pentecoſtes ordinari ſunt, conſequens eſt, vt hic Iacobus extra numerum duodecim fuerit. Fuiſſe autem omnes apoſtolos ordinatos epiſcopos in die Pentecoſtes, teſtat Hieronymus in dialogo Orthodoxi & Luciferiani, ſic enim inducit Orthodoxum reſpondentem ad quæſtionem Luciferiani: Si quęris hoc loco, quare in eccleſia baptizatus, niſi per manus epiſcopi non accipiat ſpiritum ſanctum, quẽ aſſerimus in vero baptiſmo tribui; diſce hanc obſeruationẽ ex ea auctoritate deſcendere, quòd poſt aſcenſum Domini Spiritus ſanctus ad apoſtolos deſcendit. Ergo tunc confitetur factos eſſe Epiſcopos, cùm acceperunt Spiritũ ſanctum, vt iam deinceps poſſent alijs per manus impoſitionem dare Spiritum ſanctum. Item Ioel cap. 2. Et erit poſt hæc, effundam de ſpiritu meo; & quæ ſequuntur; quæ beatus Petrus in die Pentecoſtes recitauit, dicens impleta eſſe tũc. Extrema verba illius loci ſunt hæc: & erit, quicunq; inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Deinde ſubiungit propheta Ioel, quia in monte Sion, & Hieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit Dominus, & erunt annũciãtes quos Dominus vocauit: ſic enim eſt apud 70. quem locum explanans B. Cyrillus Alexandrinus in commentarijs prophetæ huius, ait: Quod autẽ in ipſa primũ Hieruſalem eſſet verbũ ſalutis annũciandum, atq; inde in totum orbem perualiturum, declarauit Propheta, inquiens: in monte Sion, & in Hieruſalem erit ſaluatio: & erunt euangelizantes quos Dominus vocauit; quia, vt Paulus ait, nemo ſibi ſumit honorẽ, ſed qui vocatur à Deo, &c. Hic ſcribit beatus Cyrillus, impletum eſſe tunc quod Paulus poſtea ſcripſit: Nemo ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo. Hoc autem Apoſtolus de ipſo honore hierarchico, id eſt, epiſcopali, ſcribit. Ibi igitur apoſtoli in die illo Pentecoſtes vocati ſunt ad honorẽ poteſtatis hierarchicę ſupra corpus Chriſti myſticũ, in opus miniſterij prædicandi verbũ Dei, & remittendi peccata. Itẽ alter Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi 17. ex numero earũ de quibus Hieronymus in ſcriptorib. eccleſiaſticis meminit, interpretans linguas illas igneas, q̃ apparuerũt diſperſæ ſupra ſingulos eorũ; ſic ait, Ignẽ eos participaſſe nõ comburentem, ſed ſalutarem, conſumentem peccata, & illuſtrantẽ, ac ſplendere facientẽ animã: & ſediſſe ignem, ſcilicet ſupra illos, vt imponerentur ipſis noua diademata ſpiritualia per igneas linguas. Videt Cyrillus Hieroſolymitanus vocaſſe hic noua diademata τὰς χειροτονίας, i. ordinationes hierarchicas, ſiue epiſcopales, ſicut apertè ait Ammonius Alexandrinus in commentarijs Act. apoſt. c. 2. Quia apoſtoli, inquit, ἐχειροτονοῦντο τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, id eſt, quia ordinabantur magiſtri orbis. Ordinatio autẽ huiuſmodi nõ fit niſi in capite, idcirco meritò ſuper caput receperunt linguas; & hac de cauſa, ante alia chariſmata acceperũt chariſma linguarum. hactenus Ammonius; qui quidẽ videtur planè interpretari linguas illas, quæ ſuper capita apparuerũt, fuiſſe inſtar libri aperti, qui ſecũdum apoſtolicã traditionẽ imponitur ſuper caput eius qui ordinatur epiſcopus. Itẽ Simeon Theſſal. in libro de myſterijs Miſſæ, aduerſus eos, qui tradunt ad conficiendũ magnũ ſacramentũ ſanctæ euchariſtię, debere eſſe nos contentos verbis ſolis Chriſti: hi, inquit, temerariè & blaſphemè reſpuunt inuocationẽ Spiritus ſancti, eiuſq; virtutẽ, & operationẽ negant, quã Saluator apoſtolis & promiſit & donauit, per quã & paſtores ordinati ſunt adueniente Spiritu ſancto, qui per illas linguas igneas virtutẽ eis indidit qua operationem ſacrorum, & ordinationes, & curationes, & miracula exercebant. Itẽ Petrus Damianus monachus, & Cardinalis, qui fuit valde in ſcripturis ſanctis exercitatus, & multa eruditè ante q̃ngentos annos ſcripſit, in libro de inſtitutionibus eccleſiaſticis, cõſtat, inq̃t, Apoſtolos perfecti baptiſmatis, atq; omnigenæ ſimilis conſecrationis accepiſſe myſteriũ, cùm ſuper eos Spiritus ſanctus venit in diuerſitate linguarũ. Itẽ S. Theophanes epiſcopus Nicęę, qui fuit tempore Concilij Nicæni ſecundi, in Symphonia veteris & noui Teſtamẽti, de Spiritu ſancto miſſo è cęlo Apoſtolis, & p eos effuſo in omnes, interpretatus eſt ſimilẽ locum Eſaię, illũ ſcilicet cap. 44. effundã ſpiritũ meũ ſup ſemẽ tuũ, & benedictiones ſup filios tuos, pertinere

pertinet ad eandē prophetiā Ioelis, quā beatus Petrus interpretatus eſt, impletam eſſe in die Pentecoſtes. Ait itaque Theophanes appellaſſe Prophetam Eſaiam benedictiones, varia illa cariſmata, quæ Apoſtolus 1. Cor. cap. 12. deſcribit poſita eſſe in eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti myſticum, inter quæ numerauit chariſma epiſcopatus, & eccleſiaſticæ gubernationis. Idem auctor interpretans propheriam Ezechielis cap. 11. & dabo eis cor nouum, & ſpiritum nouum, ſic ait: Inſufflauit Dominus Apoſtolis, & dixit, Accipite Spiritum ſanctū: quorū remiſeritis peccata, remittunt eis, &c. Deinde ſubiungit Theophanes: Hic ſpiritus nouus nunquam antiquis vſque ad hunc diē Pentecoſtes datus eſt, &c. Si igitur ſpiritus remittendi peccata, nunquam datus erat vlli ex antiquis, antequam mitteretur Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes, ſequitur vt tunc Apoſtoli fuerint ordinati Epiſcopi: epiſcopis enim conuenit plena poteſtas remittendi peccata. Scio (ut hoc quoq; non prætermittamus, fortaſſe non inutile, neq; alienum) Cyrillum Alexandr. laboraſſe, aliquando in commentarijs in Ioannem in expedienda hac difficultate, quomodo vtrumq; verum eſſet, quod Dñs dixit, accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis, &c. & illud, Niſi abiero, Paracletus nō veniet ad vos, tandem ſignificare videtur, datam eſſe tunc apoſtolis ex parte gratiam remittendi peccata, ex toto autem, datam eſſe in Pēntecoſte, cùm ſcilicet ordinati ſunt Epiſcopi. Deinde obijcit ſibi Cyrillus de Thoma abſente, cum Dominus dixit, Accipite Spiritū ſanctum. Sed quòd reſpondet ſimile accidiſſe in Eldad & Moldad, quibus abſentib⁹ Dominus dediſſet ſpritum prophetiæ, ſicut ijs, qui erant in tabernaculo, non conuenit: neque enim ſicùt Thomas erat vnus ex duodecim, ſic illi duo fuerunt ex numero 70. ſeniorum, vt Cyrillus exiſtimauit: neque hoc dicit ſcriptura; ſed potius congregatis 70. circa tabernaculū remāſiſſe duos viros in caſtris Eldad, & Moldad, ſuper quos, inquit, requieuit Spiritus: nā & ipſi, inquit, erant ex deſcriptis, quod quidē non ſignificat, ut Cyrillus ſuſpicatus eſt, eſſe illos ex numero 70. alioqui non dixiſſet cōgregatos fuiſſe circa tabernaculum 70. & remanſiſſe duos viros in caſtris: neq; enim cōgregati fuiſſent 70. ſed 68. ſi duo illi inter 70. deſcripti fuiſſent. Quos ergo hoc loco vocauerit Moyſes deſcriptos, intelligi poteſt ex Ezechiele ca. 13. Sic enim prophetauit de falſis ꝓphetis non introducendis in terram Iſrael, ſed interficiēdis: In diſciplina, inquit, populi mei non erūt, neq; in ſcriptura domus Iſrael ſcribentur, & in terrā Iſrael nō intrabunt. De hoc quoq; libro videt̃ dixiſſe idē Moyſes Exo. 32. cum petijt à Deo, vt peccatū populi condonaret, aut deleret eū de libro vitæ ꝓpter id peccatū. Dixit ergo Moyſes requieuiſſe ſpiritū ſuper iſtos duos, q̃a, inquit, & ipſi erāt nō ex falſis prophetis, qui meruerunt interfici in eremo; ſed fuerūt ex numero eorū quos Deus introduxit in terrā Iſrael, hos enim vocauit ſcriptura deſcriptos in lib. vitæ. Non igit̃ probabile eſt, factos eſſe tunc epiſcopos, vno ex apoſtolis abſente: neq; illum exemplū, quod ſimile eſſe putabatur, ſimile eſt. Quòd ſi quis quæratq; quē ergo ſpiritū dedit Apoſtolis, cùm dixit, Accipite Spūm ſanctum; quorum remiſeritis. &c. reſpōdebimus πνεῦμα λυτικὸν καὶ συγχωρητικόν, ſicut interpretatur Euſebius Cæſarien. in epiſt. ad Marinū, id eſt, ſpiritum, poteſtatem, inquam, ſpiritualem ad ſoluendum, & remittendum peccata: poteſtatem dico remittendi, & retinendi, eam q̃ conuenit ſacerdotibus, non illam q̃ epiſcopis, quæ illā ſacerdotum minorū moderatur. Dedit itaq; ſpiritū, ſiue chariſma remittendi, & retinendi peccata, ſanctis apoſtolis ut ſacerdotibus, non aūt vt epiſcopis, quia nondū erāt ordinati epiſcopi. Docuit itaq; Dominus poteſtatē illā remittendi poſtea dandā, utendā eſſe ſecundùm iudicium Dei, & voluntatem eius: vtendam, inquam, in Spiritu ſancto: Sic enim Dionyſius Areopagita interpretatus eſt in Hierarchia eccleſiaſtica cap. 7. explanans hunc locū euang. Accipite Spiritū ſanctum; quorū remiſeritis, &c. Si ergo apoſtoli facti ſunt epiſcopi nō tūc, cum erant vndecim tantū ſimul, abſente Thoma, ſed in Pentecoſte, cū præter omnes Apoſtolos, erant ēt cum ipſis Apoſtolis fratres Domini, vt in Actis Lucas narrat, ex quorum numero erat Iacob⁹, & tamē Iacobus frater Dñi ordinatus eſt a Petro, & Ioāne epiſcopus Hieroſolymitanus, & nullus ex apoſtolis narratur ordinatus nominatim ab vllo Apoſtolo; cōſequēs eſt, vt Iacobus frater Dñi extra numerū duodecim fuerit. q̃d enim ſcribit Clemēs, conſtitutos fuiſſe ab Apoſtolis epiſcopos Hieroſolymitanos Simonē Cleopæ, & Iudā Iacobi, qui & Lebęus, & Thadæus dicebat̃, quos fuiſſe Apoſtolos nemo ambigit, ſic intelligēdū eſt fuiſſe quidē illos ordinatos epiſcopos nō ab hominibus, neq; per hominē, ſed à Chriſto ꝑ aduentū Spiritus ſancti, electos verò ab Apoſtolis, vt præeſſent eccleſiæ Hieroſolimitanę; Iacobum verò factum eſſe iuſſu Chriſti ab Apoſtolis epiſcopum per manus eorum impoſitionem: vtrumque enim ſignificat verbum χειροτονεῖν, ſcilicet eligere, & ordinare; vtrumque item conſuetudine noſtra cōplectitur iā verbum conſtituendi. Hieronymus in cōmentarijs epiſtolæ Pauli ad Gal. (vt iterū dicam) planè dicit Iacobum fratrem Dñi fuiſſe extra numerum duodecim. Interpretans enim illū locum, alium autem Apoſtolorū uidi neminē niſi Iacobum fratrem Dñi, reddit rationem, quare appellatus fuerit Apoſtolus. Quòd aūt, inquit, exceptis duodecim, quidam uocantur Apoſtoli, illud in cauſa eſt: Omnes qui Dñm viderant, & eū poſtea prędicabant, fuiſſe Apoſtolos appellatos, vt ad Cor. 1. ca. 15. ſcribens, viſus eſt, inquit, poſt hæc vndecim, deinde viſus eſt pluſquā quingentis fratribus, deinde

viſus

viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus. Hic quoq; Paulus ſatis declarat, vt antea dixi, extra numerum duodecim fuiſse Iacobum: immo ipſa doctrina Apoſtolorum ſatis apertè ſignificat extra numerum duodecim fuiſſe, cùm lib. 5. cap. 8. iubet in honore eſſe Martyres, vt apud nos, inquit fuerunt Iacobus epiſcopus, & Stephanus: in ſeptimo autem libro iubet celebrare memoriam Apoſtolorũ. quare ſi Iacobus ex Apoſtolis fuiſſet celebratio memoriæ eius nõ eſſet poſita in cõſtitutione de Martyribus. Satis enim fuiſſet complecti illius memoriam in conſtitutione de Apoſtolis. Denique ſic Nicolaus primus pontifex ſanctiſſimus, & eruditiſſimus ſenſit, vt intelligi poteſt ex reſponſis eius ad Bulgaros c. 92. illi, inquit, veraciter ſunt habendi Patriarchę, qui ſedes Apoſtolicas per ſucceſſiones Pontificũ obtinent: id eſt, qui illis pręſunt eccleſijs quas apoſtoli inſtituiſſe probantur, Romanam videlicet, & Alexandrinam, & Antiochenam & paulò pòſt: nam Conſtantinopolitanam eccleſiam neque Apoſtolorum quiſquam inſtituit neque Nicęna Synodus eius mentionẽ aliquã fecit, Hieroſolymitanus autem præſul licet & ipſe Patriarcha dicatur, & ſecundum antiquã conſuetudinem, ac Nicænam Synodum honorandus ſit, ſalua tamen Metropoli propria dignitate; ſed & in eadem ſancta ſynodo nequaquam Hieroſolymitanus, ſed Æliæ epiſcopus dicitur, planè ſignificat non fuiſſe Iacobũ hũc Apoſtolum. Si enim fuiſſet Apoſtolus, ſedes eius Apoſtolica non fuiſſet Antiochenæ ſubiecta: ſicut nec aliæ ſedes patriarchales ab apoſtolis inſtitutæ alia, aliæ inter ſe ſubiectæ ſunt præterquam ſoli Romano pontifici. Sed quomodo dicet aliquis, ſi Iacobus frater Domini alius eſt à Iacobo Alphæi Apoſtolo è numero xij. factum eſt, vt in Eccleſia Romana dies feſtus Iacobi Alphæi non fuerit inſtitutus, & ſemper actus? fortaſſe dicẽdum eſt hic, quod Apoſtolus docuit, ut non eſſet ſchiſma, ſiue gloriatur, inquit, vnum membrum, congaudent omnia membra. nec enim cùm diem feſtum Iacobi Alphæi Eccleſia Orientis, ſicut ei à ſanctis Apoſtolis traditum eſt, celebrare cœpit, ſchiſma erat, ſed potiꝰ illa, & Romana occidentis vnum corpus fuit noſtrum igitur cõgaudere illi Eccleſiæ Oriẽtis in hac parte, pars eſt diem feſtum Iacobi Alphæi celebrandi, ne vnius Apoſtoli celebratione fraudari videamur. Sic ad quæſtionem reſpondere ſoleo, donec melius ab alio audiam, aut ipſe reperiam.

CAP. XII. pag. 82.

Sed ſcribere ad eos, vt abſtineant ſe à contaminationibus gentium, idolothyto, & ſanguine, & ſuffocato & fornicatione, quæ olim quoque ſancita ſunt illis ante legẽ, phyſicis, (id eſt, qui ſecundũ legẽ naturæ viuebant) Enos, Enoch, Noe, & Melchiſedech, Iob, & ſi quis alius eiuſmodi extitit.)

Quoniã Græci fratres noſtri, nos quaſi violatores huius conſtitutionis accuſant, opus eſt vt nos excuſemus, & pro noſtris defendendi cauſa reſpondeamus, & quantum conſequi poſſimus, laboremus, vt nõ iudicẽt nos; ne ſi iudicauerint, ſecundũ ſententiã Dñi condemnẽtur. Quemadmodũ igitur hãc cõſtitutionẽ intelligere oporteat, ex ipſamet diſcere licet. tũ enim diuina ſcriptura Act. apoſtolorũ, tũ hæc ipſa Apoſtolorũ doctrina impura illa & nefaria idolorũ ſacrificia vocãt cõtaminationes gẽtiũ. Eſt aũt cõtaminatio gẽtiũ, lingere ſanguinẽ more canũ, vt quidã feri & barbari faciũt: itẽ veſci licẽter ſuffocatis: de quibus Cyrillus Hieroſolymitanus ſic in quarta catecheſi ait: Multi hoĩes feri & immanes more canũ viuẽtes, & ſanguinẽ quidẽ lingũt inſtar belluarũ, ſuffocatis vero licenter veſcũtur. Deinde ſubiũgit: Tu verò Domini Dei ſeruus, cum veſceris veſcere cum religione. Quamobrẽ vt nos ſemper à nefario idolothyto abſtinemus, ſic etiã à ſanguine, & ſuffocato, quatenus ad contaminationem gentium pertineant. Sic enim intellexit Gregorius Nazianz. in oratione de Paſcha, ſanguinem nobis eatenus interdictũ, quatenus ad ſacrificium idolorũ pertineret: Ait enim nos à principio propter peccatum lapſos, & voluptate vſque ad idolorum cultum, & nefarium ſanguinem ſeductos, oportuiſſe iterum reuocari, & in antiquum ſtatum reſtitui. idem ſenſit Iuſtinus martyr in quæſt. 45. & Origenes lib. 8. cõtra Celſum. Hac ergo ratione, & cauſa excepta, licet quidem veſci, & ſanguine & ſuffocato, & idolothyto, ſi ad capiendum alimentum commoda fuerint: ait enim Apoſtolus, Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam: Domini enim eſt terra, & plenitudo eius. Illius namque temporibus, vt Magnes antiquiſſimus auctor in 3. lib. euangelicę apologiæ contra Theoſtenem ſcribit, erant in macello quidam ſerui ad hoc cõſtituti, & delecti, vt myſterio quodam idiolis libarẽt, & cum quadam myſtica fallacia ſacrificarẽt, abſtinereque ac non tangere prorſus iuberent, de quibus, vt mihi quidem videtur, Paulus in epiſtola ad Coloſſ. ſcribit, qui aiebant, Ne tetigeris, nec guſtaueris, neque cõtractaueris. Paulus ergo pro illa ſua perfecta & abſoluta ratione docendi, & pro ſua admirabili prudentia de communi victu, ait idem Magnes, cauet permittens œconomicè tangere ea, nihil diſcernẽdo, quæ in macello, communi foro, & loco ab omni ratione ſcandali libero, veneunt, quamuis dęmoniis cõſecrata ſint, vt erat ſanguis. immo verò ipſe quoque Paulus ait: Si quis infidelium vocat vos, & vultis ire, omne quod apponitur vobis, & manducate, nihil interrogãtes propter conſcientiam. Si quis verò vobis dixerit, hoc immolatũ eſt idolis, nolite mãducare propter illum qui indicauit, & propter conſcientiam; conſcientiam autem dico, non tuam, ſed alterius. Ergo quia omnia, vt ait idẽ Magnes, plena erãt idololatria, & magna pars

ui-

uictus dæmonibus dedicata erat, prçterea multi erant feri,& agreſtes,qui ſanguinem ritu canũ lamberent,& ſuffocata licenter deuorarent,id quod ad eſum crudæ carnis ſpectat, & tendit,quem,ut Procopius cognométo Gazæus vetus interpres Geneſis ſentit,lex vetuit cùm ait, Verùm carnem cũ ſanguine aiæ non comedetis:atq; hoc, inquit,ne crudo ueſcẽtes in ſe ipſos mutuo inuaderent. Conuenienter enim huic propoſito ſubiungit diuina ſcriptura, Etenim ſanguinem animarum veſtrarum requiram: & ex manu hominis requiram ipſum. Idcirco ijs qui piè & purè viuere volunt, iuſſum eſt, menſam dæmonum,ac victum inhumanum immanium Barbarorum abominari. altera cauſa fuit,vt hac ratione,ſicut Iuſtin⁹ martyr in q̃ſt. c.45. teſtat̃, ſepararet nos Deus à belluarum ſimilitudine, quæ vnà cum carne ſanguinem quoque earum animantium,quas menſis adhibemus,guſtant. alia,ne illa cõmunione menſæ,animæ pietatem amittamus. At Græci,tametſi adhuc à ſanguine, & ſuffocato ſe abſtinent,cùm alioqui idolorũ cultus vbiq; terrarum funditus deletus ſit,tamen pio conſilio,& propoſito ab eis abſtinent, quibus ſuffragatur conſuetudo abſtinendi in naturam iam quodammodo mutata: cuius origo fuit diuina lex,quæ iſta tũc ratione idololatriæ cauendæ interdixit. Sed ſi omnis creatura Dei, vt Apoſtolus ait, bona eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur (ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem) liquet carnem in ſanguine guſtare alia de cauſa interdictum eſſe, propter contaminationes ſcilicet gentium, ut ſatis ipſi ſancti apoſtoli ſignificant, cùm ijs qui ex gentibus credebant, litteras & decretum mittunt. præterea, ſi adhuc omnibus modis neceſſe eſſe putant Græci à ſanguine abſtinere, noſq. non temere, quaſi reos ſceleris, criminãtur, dicant nobis cauſam, cur à ſanguine paſſerculorum non abſtinent? Siue igitur cum ipſi à ſanguine abſtinent, pio propoſito ducũtur, & conſuetudine inueterata, & iam ingenita, congaudemus, tanquam eiuſdem corporis membra: ſiue nos id quod legi propoſitum eſt, ſpectantes, non amplius ab iſtis abſtinemus: immò eis religioſe & purè ut reliquis veſcimur; congaudeant & ipſi, vt eiuſdẽ corporis nobiſcum participes ac conſortes: (de ijs loquor Græcis, qui ſchiſma non fecerũt) Veſcimur dico,non autem nimis licenter veſcimur,ut ſuffocatis; à multis enim eorum abſtinemus, aliquando verò non abſtinemus, ut cùm ſtrangulatur gallina à coquo,ut tenerior fiat: neq; ſanguinẽ crudum lambimus, ut plerïq; Barbarorum ad Septentrionẽ, hoc enim, vt dixi,belluarum eſt,& ad vſum crudi tendit; præterea capto à belluis,& ſpõte ſua mortuis, magna religione,ut canon Apoſtolorũ iubet, abſtinemus: cũ hæc natura ipſa ut incõmoda, & inſalubria,abhorreat. Eos verò qui cõſuetudinem ex illa lege à principio ortam, & iã veluti in naturam mutatam nõ ſeruant,ut canones iubent,qui in 19.libro Burcardi deſcripti ſunt,ita pçnis mulctamus,quaſi diuinæ illius legis reos,quæ ait,Omne quod mouetur,& viuit,erit vobis in cibũ: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia; legem.n.dedit omne genus carnis eo loco dignitatis habendi,& ita diſcernendi,ut olera: ut ſcilicet alia menſis adhibeamus tanquam cõmoda, quod fieri in oleribus cõſueuit: alia abijceremus tanq̃ incommoda iſtar cicutç,aut hyoſcyami,q̃ nemo,niſi amẽs, comedat. Sic enim magn⁹ Baſilius ĩterpretat⁹ eſt nunc locum in epiſtola ad Amphilochiũ, cùm ad quçſtionem ab Encratitis poſitam reſpondet. Sed hæc hactenus mihi pro eccleſia Latinorum aduerſus Græcos dicta ſint, cui propoſitũ fuit,ſicut Chriſtianũ decet, vt omnis ſcandali cauſa tolleretur, & eccleſiæ membra ne diſcerperentur, neue pugnarent inter ſe: immo idem dicerent omnes, & vnus oĩom cõcors animus,& ſententia eſſet in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria ĩ ſæcula ſæculorum,amen. Hæc in Latinum tranſtulimus ex Græco ſcholio, quod ad utilitatem Græcorũ pro defenſione Romanæ conſuetudinis, quã reprehendunt,prius ſcripſimus. Si quæ deſiderabuntur, quæ huc pertinere uideantur,petantur ex proximo inferiore ſcholio in eundem Clementis locum, in quo alia mihi repetenda,alia addenda fuerunt.

Vt abſtineant ſe contaminationibus gentiũ, idolothyto,& ſanguine,& ſuffocato,& fornicatione, de quibus lex quoq; data fuerat priſcis illis qui ante legem ſecundũ naturã viuebãt, vt Enos, Enoch, Melchiſedec, Iob,& ſi quis eiuſmodi alius.) Hic rurſus quærebat ex me quidam, ubi nam hoc ſcriptum eſſet de ſuffocato ante legem interdicto. Etenim ſi non ita ſit, conſequens eſſe aiebat,ut Clementi affirmanti hoc, derogaretur auctoritas: at hoc non ſolum dicit conſtitutio Apoſtolica,quam Clemens litteris mandauit, ſed etiam decretum Apoſtolorum in eorum actis à Luca ſcriptum,cum ſanxerunt, ut gentes, quæ in Chriſtum credidiſſent, ab idolothyto,& ſuffocato,& ſanguine,& fornicatione abſtinerẽt; quæ quidem cùm neceſſaria eſſe dicerent, ſatis eo verbo declararunt,diuina lege ſancita eſſe, alioqui nunquam neceſſaria dixiſſent, ſcilicet neceſſaria ſunt, quoties opus eſt idololatriam deteſtari, abſtinendo ab his: cùm verò nulla talis neceſſitas hoc poſtulat, erit nihilominus alia ratione aliquando abſtinendum, nõ ratione illius decreti apoſtolici, ſed propter horrorem naturæ: ex quo fit, vt ſi quod genus ſuffocati ſit,à quo natura non abhorreamus, liceat eo veſci. Sed videamus iã, vbi iſta antiquis illis vetita fuerunt:& quã ratione. Ergo quamuis ante diluuium propter fragilitatem,ac ſobrietatem in ſcriptura tacitum de eſu carnis fuerat, tamẽ poſt diluuium cùm inſtauratio mundi,& veluti nouus ortus rerum fieret, œconomicè propter idololatriã apertè & clarè ſancitum eſt, vt omnibus animan-

mantibus veſci liceret; vt vel hac ratione ſummæ ſtultitiæ haberentur, id habere ꝑ Deo quo veſci liceret; qua etiam ratione munda animalia ab immundis diſtinxit lex: vt hæc quia immunda, Iudæi pro Dijs non haberent: illa quia munda, & ad veſcendum data, multo minus haberent. Itaque iuſſit omnes animantes in vſu comedendi habere tanquam olera herbarum, quod iam expoſitum eſt. Deinde ſubiungit ſcriptura, excepto quòd carnem cum ſanguine, ſiue in ſanguine, (ſic enim eſt apud 70.) non comedetis. hic prohibuit omophagiam, id eſt, veſci cruda; hoc enim pręcipuè ad deteſtationẽ homicidij ſpectabat: nec hoc ſolum, ſed voluit ẽt lex, vt à carne in ſanguine abſtineremus: ita vt caro in ſanguine non ſolùm intelligatur cruda caro, ſed caro etiã idolothyti, aut ſuffocati, aut morticini, ſiue elixa, ſiue aſſa: vtraque enim caro eſt, & dr̃ caro in ſanguine; voluit, inquam, vt etiam huiuſmodi carne abſtineremus, cùm opus eſſet, ad deteſtationem idololatrię; quia, vt antea dixi, ſanguis qui eſt in beſtijs, & auibus pro aĩa, vt eſt in Deut. apud Gentiles ſacratus Dijs habebatur. Hanc verò cãm non obſcurè ſignificauit hoc loco doctrina Apoſtolica, quæ idolothytũ, fornicationẽ, ſuffocatũ, & ſanguinẽ, contaminationes gentiũ vocauit, coniunxit aũt (vt hoc quoq; obiter obſeruemus) fornicationem cũ idololatria, ꝙ eſſet idololatria fornicatio quędam ſpiritualis; & quòd æquè vtramque fornicationem, corporalem, & ſpiritualẽ, leges ſęculi non prohiberent. ſpectare verò hanc legem apoſtolicam ſuffocati, & ſanguinis cauẽdi ad idololatriã prohibendam docuit (vt alios nunc omittã) Cyrillus Hieroſolymitanus epiſcopus, grauiſſimus auctor, in quarta catecheſi. vertam Latinè. Caue inquit, animæ tuę, ne q̃ idolis oblata ſunt, vnquam comedas: de his enim non nobis tantum, ſed iam olim ipſis etiam Apoſtolis, & Iacobo eccleſiæ huius epiſcopo cura & ſtudiũ fuit cauere. Itaq; ſcribunt Apoſtoli, & presbyteri ad gentes catholicam epiſtolam, vt in primis idolothytis abſtineant: deinde verò ſanguine, & ſuffocatis. Hęc ille. Habebantur ergo ſanguis, & ſuffocatum, ſiue morticinum, vt eſt in can. Apoſt. LIIII. (ſuffocatum enim hic morticinũ cõplectit̃, vt illic morticinum cõplectitur ſuffocatũ) ratione ſanguinis retenti, ſecundo loco poſt idolothyta Dijs ſacrata, quaten⁹ omnis ſanguis, ante ẽt quã idolis libaretur, Dijs habebatur dedicatus. Acceſſit præterea alia quędam propria ratio ſanguinis prohibendi, ſcilicet τὸ θηριῶδες, vt idem quoq; Cyrillus notauit, i. quia ſanguis erat victus belluarum, & quorundam immanium Barbarorum, qui ad eſum crudi pertineret, ac proinde ad homicidium aditũ ꝑpararet. Sed vt iam ad propoſitam quæſtionem redeam, ꝙ ſuffocato abſtinendum eſſe ibi iuſſum ſit ante legẽ, vbi eſt iuſſum nõ veſci carne cum ſanguine, teſtatur Tertullianus in apologetico, cap. 9. qui propterea quoq;, inquit, à ſuffocatis, & morticinis, abſtinemus, ne quo ſanguine cõtaminemur vel ĩtra viſcera ſepulto. Quòd ſi ſuffocato abſtinemus propter ſanguinem, ergo ſcriptura, quæ ſanguinẽ prohibet, ſuffocatum ſimul prohibet. Cõſuetudine igitur abſtinẽdi hinc primum orta, & per tot ſuccedẽtiũ generationũ ſæcula confirmata, & in naturã quodãmodo mutata, cõmuniter iã à ſuffocatis, & morticinis abſtinemus: ita vt qui non abſtineat tãquã cõis conſuetudinis, & traditionis maiorũ contẽptor, etſi nõ tanquã idololatria cõtaminatus, aut illius apoſtolici de ſuffocatis nõ veſcẽdis decreti violator, ſecũdũ canones pęnitentiale puniatur. Sic enim cautũ eſt in canonibus ſiue pęnitentialis Romani, ſiue Theodori, quos Burcard⁹ VVormacienſis in lib. 19. de pęnitẽtia inſcripto, collegit. Neq; ceruus, inquit, neq; capreus, ſi mortui inuẽti fuerint, comedẽdi ſunt: aues verò, & cætera animalia ſi in retibus ſtrangulãtur, non ſunt comedenda: & ſi quis comederit niſi cogente fame, decem dies pęniteat in pane, & aqua: neq; ſi oppreſſerit accipiter, etſi mortua inueniantur; neq; ſi piſcis inuentus fuerit mortu⁹ in flumine, nõ eſt edendus, quia non eſt venatio hominis; & qui comederit, tribus diebus pœniteat in pane, & aqua. Et Vmbertus epiſcopus Siluæ candidæ, legatus Leonis IX. ad Conſtantinopolitanos in eo libro quo Nicetæ Abbati objcienti nobis decretum illud Apoſtolicum reſpondit, Nobis, inquit, euangelica, & Apoſtolica auctoritas oĩa edẽda cõſtituit. deinde ſubiũgit; Nec hoc dicẽtes ſuffocatum & ſanguinẽ nobis cõtra vos defendimus; antiquã enim cõſuetudinẽ, ſeu traditionẽ maiorum noſtrorum diligenter retinẽtes, nos quoq; hoc abominamur; adeò vt ſanguine, vel quocũq; morticinio, aut aquis, vel quacũq; negligẽtia humana præfocato, apud nos aliqñ veſcentibus abſq; extremo periculo vitę (id eſt, niſi cùm nimia fames cogit) pœnitentia grauis imponatur, ꝑ eo maximè, quia antiquas cõſuetudines, & traditiones maiorum, quæ non ſunt cõtra fidẽ, leges Apoſtolicas arbitramur. hactenus ille. Sed de his ſcripſimus antea, quantũ ſatis viſum eſt, cùm canonẽ 6a. Apoſtolorũ, aduerſus Magdeburgenſes centuriatores lib. 1. defenſionis, cap. 5. defendimus.

CAP. XIIII. pag. 114.

Scripſimus vobis hanc catholicam doctrinam ad corroborandum vos, quibus epiſcopatus vniuerſalis concreditus eſt.) Non ſic accipiẽdũ eſt qđ ait Apoſtolica doctrina, Epiſcopis eſſe concreditũ epiſcopatũ vniuerſalem; quaſi vnuſquiſque epiſcopus ſit œcumenicus, & vniuerſalis, aut quaſi oẽs ſimul epiſcopatum teneant vniuerſalem: & præter talem epiſcopatũ omnium cõmunẽ, & vniuerſalem, nullus ſit uniuerſalis, qui cæteris oĩbus præſit: quorũ utrũque eſt falsũ. Petro enim, & eius ſucceſſoribus mãdatus eſt vniuerſalis epiſcopatus ab eo qui ei dixit pſonaliter, vt ait doctus Tertullianus in libro de pudicitia, Tu es Petrus, & ſuper

hác, petrá ędificabo Eccleſiá meá; & poſtea, Paſce oues meas; quod quidē ad oues rónales totius múdi ptinet. Ergo vniuerſalem epatum dicit epis cómiſſum, ſcilicet p partes, id ē, ſuá vnicuiq; eorū patrē epiſcopat⁹ vniuerſalis: ꝓ qua ita laborare, & cui ita præſidere dēt, ut ſuus in ea labor, & pſidētia ad oēs múdi Eccleſias táquá ad mēbra vnius corporis ptineat, iuxta apoſtolicá illá humani corporis analogiá, cuius mēbra ad ipſum, inquit, ꝓ inuicē ſunt ſollicita: etſi patit vnú mēbrú, cōpatiútur oia mēbra: & ſi gloriat vnú mēbrú, congaudēt oia mēbra. Sic intellexit Eleuteri⁹ pótifex Romanus, cú Gallicanis epiſcopis ſcripſit, vobis, inquit, huius rei cauſa vniuerſalis à Chro cōmiſſa eſt eccleſia, vt ꝓ oibus laboretis, & cunctis opē ferre nō negligatis. Auctores uerò cēturiarú in ſecúda cēturia, Qūo, inquiút, Sedes Apoſtolica primatú obtinebit, ſi hoc uerú eſt? Repugnare itaq; ſibi hoc loco Pōtificē exiſtimát, cùm minimè repugnet; Vobis enim, inquit, cōmiſſa eſt catholica Eccleſia, ſcilicet cuique ueſtrú ſua Eccleſia, illius catholicæ pars, quá ſuſcepit, in qua tanquá lucerna in cádelabro poſita, iuxta parabolá Dñi, oibus qui ī uniuerſa domo ſunt, luceat táquá luminare ī múdo, ſicut Apoſtolus ait. Sic B. Cyprianus in libro de vnitate Eccleſię, epatus, inquit, un⁹ eſt, cuius à ſingulis inſolidú pars tenet. hic eſt epiſcopatus uniuerſalis, cuius ſingulæ partes, id eſt, ſingulæ parœciæ ſingulis epiſcopis inſolidú cōmiſſæ ſunt, inſolidú verò dixit, qa vt idē lib. 1. epiſt. 3. ad Corneliú ſcripſit, ſingulis paſtoribus portio gregis aſcripta eſt, quá regat vnuſquiſq;, & gubernet, rónē ſui actus Dño redditurus. ipſe verò epiſcopatus uniuerſalis nō ſic inſolidú vnicuiq; commiſſus eſt, ſed ex parte. Hinc beatus Gregorius Nazianz. Athanaſiú laudás, Credit, inquit, illi populi Alexádrini præſidētia, quod pinde eſt, inquit, ut ſi dicá, totius orbis pfectura: quia ſcilicet ita præfuit eccleſiæ Alexádrinæ, ut vniuerſo orbi ꝓdeſſet. Fides enim, quá quiſq; epiſcopus prædicare & tueri in eccleſia ſua debet, una eſt, & catholica. i. vniuerſalis, & ad oēs múdi eccleſias eiuſmodi prædicatio ac defenſio, & cōſeruatio ptinet. Simile eſt quod idē Gregorius de B. Cypriano in laudē eius ſcripſit. Nō enim, inquit, ſoli Carthaginiēſiú Eccleſiæ præfuit, aut Africę, q̄ merito eius vſq; in hodiernú diē omniú ſermone celebrat; ſed uniuerſo Occidēti, immo Ori ti ferè ipſi, & meridiei, ac Septentrioni, quocúq; ille admiratione ſua peruenit. Hactenus Gregorius. Satis hic expiicauit, qua róne qui eccleſiá Carthaginiēſiú regendá, tanquá epiſcopus eius ſuſcepit, eidē, iuxta hác apoſtolicá doctriná, uniuerſalis eccleſia, ſiue uniuerſalis epiſcopatus cōmiſſus eſſe dicatur; ſcilicet vt ad epiſcopatú uniuerſalē, cuius pars erat Carthaginiēſis epiſcopatus. i. ad oēs múdi eccleſias, cú quibus Eccleſia Charthaginiēſis cohærebat, ſanctitatis illius fama, & ſanctę gubernationis exēplú, & Catholicæ fidei, ac doctrinæ traditio ad Dei gloriá, & totius corporis Eccleſiæ ædificationem puaderet. Mirabili itaq; breuitate. i. vno uerbo, apoſtolica doctrina admonuit, quá egregium & arduú opus ſit cuiuſque epiſcopatus, in quo ita laborandum ſit, ut ad omnes mundi Eccleſias gloria ſanctæ gubernationis, ac catholicæ prædicationis lumen, & fructus perueniat. Congruit cum his illud in actis Apoſtolorum, cum ait Paulus, Attendite igitur uobis, & uniuerſo gregi, in quo poſuit uos Spiritus ſanctus epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine: illud enim, in quo poſuit uos, ſignificat proprium cuiuſque gregem, ſimiliter atque illud apud Petrum; Paſcite, qui in uobis eſt, gregem Chriſti; id eſt, unuſquiſque ſuum. Illud uerò, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine, ad uniuerſalem Eccleſiam pertinet, quam dilexit Chriſtus; & tradidit ſemetipſum pro ea, ut, ſicut ſcriptum eſt, ſanctificaret eam. Expoſitum itaq; eſt, quemadmodum ſingulis Epis uniuerſalis epatus creditus eſt. ex quo etiam fit, ut unus quoque ſit uniuerſalis epiſcopus, cui vniuerſalis epiſcòpatus, quem dicit apoſtolica doctrina, ſpecialiter mandatus eſt, ita ut qui nomen uniuerſalis epiſcopi uni non tribuat, doctrinam apoſtolorum neget: tollit enim epiſcopatum uniuerſalem, & nomen eius tantum inane & uacuum relinquit, ſi epiſcopum uniuerſalē, qui uniuerſalem epiſcopatú ſuſtineat, tollit; ac contradicit Chriſto, & gubernationi eius repugnat, qui poſuit in uniuerſali corpore Eccleſiæ non ſolum pedes, oculos, aures, & manus, ac partes alias, ſed etiam uniuerſale caput, vniuerſali corpori accommodatum ac conueniens. Quod quidem ut non dicit pedibus, aut oculis, non eſtis mihi neceſſarii: ſic non poteſt oculus, aut pes dicere manui, non eſt mihi opus te: eſt autem uniuerſale caput ſecundùm uniuerſalem uim moderandi, & agendi, quæ in poteſtate eius ineſt, tanquam uniuerſalis quædam manus myſtica, quæ in uniuerſali eccleſia eſt organú organorum, ut aliquid dicá, ex principe philoſophorum mutuatum. Laudemus igitur, & admiremur eum qui, ſicut ait euangelium, talem poteſtatē dedit hominibus. de qua poteſtate plura à nobis in aliis libris ſcripta ſunt.

CAP. XV. pag. 115.

Itaq; neq; impiorú baptiſmus vobis ꝓbetur.) & paulò poſt: *Quare qui ab iſtis batizati ſunt, nō baptiſmo initiati, ſed inquinati ſunt.*) Baptiſmú impiorum, vocat hic eum baptiſmum qui nō fit in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti, qualis eſt baptiſmus q à pijs ſacerdotibus miniſtratur. ſic enim ait Apoſtolica conſtitutio, quæ iubet cōtentos eſſe vno baptiſmo, qui, inquit, non ab hæretico, ſed à probatis ſacerdotibus fit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ergo illum baptiſmum improbat, qui nō fit in noīe Patris & Filij, & Spiritus ſancti;

&illos

& illos uocat hic ꝓbatos, ac pios ſacerdotes,
q pié baptizāt, ut Dominus pręcepit, & docuit.
ita vt ſicut baptiſmum baptiſmo opponit, ſic
miniſtros vnius baptiſmi, miniſtris alterius.
Baptiſmus ſine inuocatione Trinitatis, mini-
ſtraẗ ab impijs; cū inuocatione, miniſtraẗ à
pijs, & ſanctis. Cõgruit cũ his quod cõſtitutio
quoq; aplica ait in lib. 7. ca. 44. Poſtquã verò
baptizauerit in noĩe Pr̃is, & Filij, & Spũs ſcti,
vngat vnctione myſtica; & ſtatim, c. 45. de eo-
dẽ baptiſmo, Hæc ẽ, inq̃t, vis appoſitionis ma
nus in vnoquoq; q baptizatur, niſi enim vni-
cuiq; eorũ inuocatio à pio ſacerdote adhibea-
tur, in aquã ſolã deſcẽdit, vt Iudæus. à pio ſa-
cerdote dixit, vt rurſus intelligeremus, illius
impij baptiſmũ improbari, in quo nõ adhibe
tur inuocatio Pr̃is, & Filij, & Spũs ſcti. Cõue-
nit itẽ gæc cõſtitutio cũ canone apoſtolorum
46. qui iubet deponere epiſcopũ, aut presby-
terũ, qui acceptarint baptiſmũ hęreticorum:
quorũ verò hæreticorum dicat, ex ſubiecta cã
ĩtelligitur, ait enim: Quæ enim cõſenſio Chri
ſto cũ Belial? qđ verbũ declarat peruerſum, &
abſq; iugo. Ex quo ĩtelligimus huiuſmodi hæ
reticorũ baptiſmum improbari, qui peruerſe
ac deprauatè baptizãt, & nõ ſecundùm legem
Chr̃i; cui nolũt eſſe ſubiecti. Cõuenit præte-
rea cũ canone 49. qui eſt ex lib. 8. harũ cõſtitu
tionũ, quo excõicatur epiſcopus, aut presby-
ter, qui nõ fecerit in vno baptiſmo tres merſio
nes, nõ quidẽ materialiter, vt ẽt S. Thomas in
3. par. q. 66. art. 4. rectè intellexiſſe vr̃; ſed for-
maliter: id eſt, qui nõ baptizauerit in nomine
Pr̃is, & baptizauerit in noĩe Filij, & baptizaue
rit in noĩe Spũs ſancti: huiuſmodi enim eſt ba
ptiſmus in trina merſione, formali ſcilicet, q̃
vt ad baptiſmũ neceſſaria eſt, ſic illa trina ma
terialis, nõ eſt ita, vt hoc canone nõ accidenta
lis, ac variabilis modus baptiſmi, vt quidã pu
tant, ſed eſſentialis ſancitus ſit. Sic intellexit
tria baptiſmata, ſiue tres merſiones Pelagius
Papa, cũ ſcribens ad Gaudentiũ epiſcopũ, euã
geliũ, inquit, præceptũ ipſo Dñ̃o Deo, & Sal-
uatore nr̃o Ieſu Chr̃o tradente, nos admonet
in nomine Trinitatis trina merſione ſanctum
baptiſmum vnicuiq; tribuere. quem locũ re-
ctè interpretans S. Tho. in 3. par. q. 66. ar. 4. in
rñ̃ſione ad primũ, Pelagius, inquit, Papa intel
ligit trinã merſionem eſſe de mandato Chr̃i,
in hoc ſcilicet, ꝙ Chr̃s præcepit baptizare in
nomine Pr̃is, & Filij, & Spũs ſancti. Hæc igi-
tur eſt trina merſio formalis, q̃ vt neceſſaria
eſt ad baptiſmũ, ita illa trina materialis, non
eſt. Sic quoq; intellexit B. Chryſoſt. cum ait in
homiliæ de fide in Pr̃em, & Filium, & Spiritũ
ſanctum, oĩbus myſterijs veluti ſigillũ impo-
nens Dñ̃s nr̃ in tribus merſionibus aquę unũ
baptiſma ſuis diſcipulis tradidit, dicẽs, euntes
docete, &c. Si igitur cũ præcipit Dñ̃s baptiza-
re in nomine Pr̃is, & Filij, & Spũs ſancti, hoc
ipſo præcepit baptizare trina merſione: eſt i-
gitur iſta trina merſio, ipſe baptiſmus factus
in nomine Pr̃is, factus in nomine Filij, factus
in nomine Spiritus ſancti. & ſynod. Conſtan
tinop. c. 7. Eunomianos, qui una merſione ba
ptizantur, id eſt, in mortem Chriſti, ſicut qui-
dam hęretici tempore apoſtolorũ baptizabãt,
vt ex canone apoſtolorum 50. intelligi põt,
pro non baptizatis habet, quia ſcilicet nõ ſunt
baptizati in nomine Patris, & Filij, & Spiri-
tus ſancti. Sic quoq; intellexit B. Hier. cũ ait,
licet ter baptizetur, i. mergatur, propter myſte
rium Trinitatis; tamen vnum baptiſma repu
tatur. Nõ intellexit materialiter, cum dixit, li-
cet ter baptizetur, ſed formaliter. idem enim
declarauit, q̃uo acciperet, ter baptizari, id eſt,
mergi, ſubiungens ſcilicet propter myſterium
Trinit. Qui enim licet vna merſione materia-
li baptizatur in noĩe Trinit. hic trina merſio-
ne, formali ſcilicet, baptizatur. Illa enim alio-
qui vna materialis merſio in vno ſacramento
baptiſmi. Materiali enim merſione ſiue una,
ſiue trina baptizare, nihil referre, ſed utrum-
que rectum eſſe, & vtrumq; irreprehenſibile
in ſancta Dei Eccleſia, ſynodus 4. Toletana, c.
5. auctoritatẽ magni Gregorij in epiſtola ad
Leandrum 41. lib. 1. Regiſtri ſecuta, iudicauit:
tametſi, ut eadẽ Synodus ait, quia dum partes
diuerſæ in baptizando aliqua contrario mo-
do agunt, ab alijs non baptizatos eſſe conten-
dunt, ad uitandũ ſchiſmatis ſcandalum, vel
hæretici dogmatis uſum, quandoquidem ab
hæreticis infans tertiò mergebatur, ſicut idem
S. Gregorius narrat; idcirco eadem ſynodus
eundẽ Gregorium, vt dixi, ſequẽs, unam mer-
ſionem materialẽ ſanxit, ne videantur, inquit,
qui tertiò mergunt, hæreticorũ approbare aſ-
ſertionem. Obſeruandũ eſt ergo, canonẽ Apo-
ſtolorum iubẽtem fieri tres merſiones in uno
ſacramento baptiſmi, & non unã baptizando
in mortem Chriſti, de trina merſione forma-
li intelligendũ eſſe, nõ de materiali, vt intelle
xit ſanctus Thomas, neq; modũ accidẽtalem,
& variabilem ibi ſanciri, ſed eſſentialem. Mi-
randũ verò eſt, ꝙ non ſic S. Thomas canonem
Apoſtolorũ intelligẽdum eſse putarit, vt Pela
gium interpretatus eſt. Clarius adhuc hoc,
quod dicimus, intelligi poteſt ex lib. 7. Clemẽ
tis cap. 42. vbi is qui baptizatur, docetur dice-
re poſt renunciationem, Baptizor in patrem:
baptizor in Filium: & baptizor in Spiritum
ſanctum. Vnde cõſequens eſt, vt ſimul doceat
Sacerdos baptizare in Patrem, & baptizare in
Filium, & baptizare in Spiritum ſanctum, quę
Paulus uocat baptiſmata, loquens alioqui de
vnius baptiſmo in Epiſtola ad Hebr. c. 6. cũ ta
men nõ ſit niſi vnum baptiſma, ſicut idem ait
in Epiſtola ad Eph. vt iam baptiſmus qui ſic
nõ ſit, is intelligatur vocari hic inquinamẽtũ
hæreticorum. Præterea, cũ ait apoſtolica do-
ctrina, eos qui ab impijs accipiunt inquina-
mentũ (ſic enim, vt diximus, ĩpiorũ baptiſmũ
uocat) fieri participes mentis eorũ, ſatis ſigni-
ficat nõ baptizare illos ſecũdũ mẽtẽ Eccleſiæ,
& vt in Eccleſia baptizare didicerunt, ſed ſe-
cũdũ mentẽ ſuam, & ſcientiã ab Eccleſia alie-

nam. Vnde de huiuſmodi ſacerdotibus, qui nō baptizant ſecundùm mentem eccleſiæ, & ſcientiam baptizandi, quā Chriſtus eccleſiæ tradidit, interpretatur apoſtolica doctrina locum Oſeæ prophetæ, cum ait; Quoniā ieciſti cognitionem, ego eijciam te, ne fungaris mihi ſacerdotio. Ille ergo baptiſmus impiorum ſacerdotum improbatur tāquam irritus & caſſus, qui non ſecundùm ſcientiam eccleſiæ catholicæ, quam magiſter eius Chriſtus eidem tradidit, baptizant. De eo verò quod ait eadē apoſtolica doctrina nō eſſe ſacerdotes, qui aliter quā Dominus docuit, & pcepit, baptizant, intelligi poteſt ex eo loco Oſeæ quem hoc loco citat, ſic enim ait de impijs ſacerdotib. impiè baptizantibus, non enim ſunt Sacerdotes, ſicut Dominus de ipſis ait; Quoniam ieciſti cognitionem, & ego eijciam te, ne fungaris mihi ſacerdotio. Ergo hoc loco non eſſe ſacerdotes, ſignificat, tales eſſe, vt digni ſint priuari ſacerdotio, id eſt, vt non amplius ſacrificia faciant: ſicut euenit impijs ſacerdotibus populi Iſrael, qui ducti ſunt captiui Babylonem, vbi non licebat ſacrificare, ſicut Dominus tum per alios, tum per hunc ipſum prophetam illis minatus eſt. Sed de hoc plura in explanatione lib. 8. cap. 2.

CAP. XVII. pag. 84.

Epiſcopum, & presbyterum ac diaconum ordinari præcipimus, qui ſint monogami, id eſt, vnius vxoris viri, ſiue vxores eorum ſuperſtites ſint, ſiue non: poſt ordinationem tamen, ſi vxores non habent, præcipimus, vt non liceat amplius ducere; aut ſi antea duxerant, non alias in matrimonium accipere, ſed potius contentos eſſe, quòd videlicet habentes, ad ordinationem venerunt.) Plurimum refert bene interpretari hanc conſtitutionem: quæ ſi malè intelligatur, nō ſolùm libidinem ſacerdotum Græcorum defendat, ſed Latinis quoq; ad petendum, quod concedi non poteſt, aditum præparet, & muniat: ſin autem bene intelligatur, caſtitatem & continentiam ſacri ordinis ſanciat. Eſt itaq; in Græco ἢ particula, quæ ſi accipiatur pro articulo in caſu dādi, iubet cōſtitutio ijs qui ſunt ordinis ſacri, contentos eſſe ea quam habētes ad ordinationem venerunt. ſic enim quibuſdam Græcis placet accipere. Sic item accepit, qui has ipſas conſtitutiones ante me in Latinum ſermonē conuertit; alij Græci aliter accipiunt, vt ſimilitudinem ſignificet pro eo, ac ſi diceretur καθὼς, aut καθὰ, aut ὃν τρόπον, quaſi iubeat apoſtolica cōſtitutio eo mō habendi, ſcilicet vxorem, contentos eſſe, quomodo habentes, ad ordinationem venerunt. Itaq; volunt iſti, licere hic vti vxoribus ad concubitum poſt ordinationē, vt antè licebat: quòd idem modus habēdi eas concedatur, vt ipſis videtur. Sed cum ſit, vt diuinus Dionyſius ait, alienum à ratione, & auerſum à recta via, nō quò tendat ſermo, quē Scopū Græci vocant, ſed voces tm̄ attendere, conſiderare hic oportet naturam rei, & cōſequentiā ſermonis, ut q̄ ſit mens huius cōſtitutionis intelligatur; & verba rebus quibus ſeruire debēt, nō res verbis ſubijciamus: atq; ita ad naturā rei, & ad rōnē cōſequentię vſum verborū accōmodemus. Sic igitur cōtēdo accipiendū eſſe hāc uocem ᾗ, nō quaſi articulus ſit, aut vox ſimilitudinis, immo vox affirmantis, & explanātis: vt perinde ſit, quaſi iubeat cōtētos eſſe q̄ videlicet habentes, ad ordinationē venerūt, i. ſufficere hoc eis, hēre inquā, ita vt fiat hic qd Apoſtolus talibus iubet, hēre tanquā nō habentes, qd eſt, hēre tantum, id quod ijs qui in ordinē ſacrum aſciti ſunt, ſecūdùm apoſtolicā traditionē, & cōſtitutionē neceſſariū eſt. Aſtipulatᶜ huic ſignificationi ipſa, ſcriptura dictionis: ſic enim in tribus vetuſtis exēplaribus ſcriptū erat ᾗ, q̄ nō ſolū disiungētis, ſed, vt dixi, affirmantis, & exponētis eſt. ſi quis verò pperā ſcriptū dicat, & ſcribendū eſſe ᾗ cōtēdat, idē efficitur, erit enim vox definiētis, vt Latinis eſt quatenus: ita vt iubeat apoſtolica cōſtitutio, quatenus habētes, ſcilicet uxores, ad ordinationem venerunt, eatenus cōtentos eſſe debere, ſiue hoc eis ſufficere, ſcilicet habere tantum, non enim poſſe accipi ᾗ vt referatᶜ ad vxorem, conuincit vox numeri multitudinis participij habentes, nō enim diceret ᾗ, quā habentes, ſed quas habētes, ſi relatiuè accipiēdum eſſet, ſiquidem non pluses uxorē habēt, ſed plures viri plurēs vxores, quiſq; ſuam. hactenus de voce, & ſcriptura eius, ac ſignificatione. Conſideremus deinceps ſeriem verborum, & vim. Sic enim intelligēdū eſſe, vt dixi, ratio quoq; ipſius cōſequētiæ probat. Etenim ſi hæc vox ſed, coniūctio aduerſatiua, q̄ Græcè eſt ἀλλά, cum dicit ſed potius, q̄ habentes, & quæ ſequuntur, aliquid cōtrarium eius qd̄ proximè anteceſſit, ſignificat, omnino neceſſe eſt hoc ipſum, contentos eſſe, ſcilicet habere, pugnare cū eo quod proximè vetuit hæc ipſa cōſtitutio, i. cū eo quod eſt ducere alias poſt ordinationem: at cōtentos eſſe habere ſimul, & vti, non pugnat cū eo qd eſt, ducere alias poſt ordinationem: ſiquidē conſuetudo, quā ordinatus habet modo cum uxore, ſi ita ponamus, nō aduerſatur cōſuetudini cū ea quā poſt ordinationē duceret, ſi id quoq; ponamus. Quare cū ſit ſimilis vtraq; conſuetudo, ſequitur opus eſſe, vt poſt ordinationē ſufficiat habere tantū, & non vti. Habere enim tantū, aliquid excellentius eſt, & contrariū eius quod anteceſſit, id qd vis vocis ſed, aduerſatiua, & ratio ipſius conſequentiæ poſtulat. Siquidem inducendo vxorē poſt ordinationē, ſi id liceret, ſimul contineretᶜ poteſtas vtendi, cui repugnat habere tantū uxorē, & nō vti: ad quid enim duceretur, ſi nunquā uti liceret? Deinde ſic eſſe interpretandā hāc cōſtitutionē, perſpici pōt ex natura ipſius ordinis ſacri, cuius eſt ppria cōtinētia ſecundū ſcripturā, & ut ſancta cōcilia, & ſancti Doctores Eccleſiæ ſenſerūt. Quæ res cū à me copioſè i ſecūdo libro de dogmaticis characteribus tractata, ac demōſtrata ſit, plurib. S. Scripturæ locis explicatis, ac pmultis ſancto-

ſanctorum patrum, ac ſynodorũ ſententijs,& auctoritatibus pro teſtimonio productis, ſatis erit ex illis pmultis pauca meminiſſe nũc. Paulus igitur epiſcopos,& presbyteros,quos aliquando communi nomine epiſcoporum appellat,& item diaconos caſtos, & continentes eſſe iubet. Qui enim dixit in priore ad Timotheum Epiſtola. Oportet epiſcopum eſſe caſtum,dixit etiam in Epiſtola ad Titum: Reliqui te Cretæ, vt cõſtituas per ciuitates preſbyteros,vt ego tibi conſtitui; ſi quis eſt ſine crimine.& quæ ſequuntur. Deinde ſubiungit Oportet enim Epiſcopũ eſſe ſanctũ,continentẽ. Similiter præcipit eſſe honeſtos, & graues diaconos ac ſimiliter vxores ſcilicet preſbyterorũ,& diaconorum. Quomodo igitur oportet caſtos, & cõtinentes eſſe eos quibus liceat dare operã liberis? hæc enim pugnãt inter ſe. ac rurſus quomodo mulieres ſimiliter pudicas eſſe oportet? quod enim Paulus hoc loco de vxoribus ſacerdotũ conſtituerit, ſignificat Clemens in ſecundo libro conſtitutionũ, cap. 2. cùm ait, talem eſſe oportere epiſcopum, uirũ vnius vxoris, quæ item ſit vnius viri vxor: qui rectè domui ſuæ præeſſe ſciat. Sic enim, inquit, probetur,& excutiatur, cùm in ordinẽ epiſcoporum aſciſcitur, an ſit pudicus, fidelis & modeſtus. Deinde ſubiungit planè de vxoribus ſacerdotũ loquens, ſicut Paulus, Si vxorem pudicam,& fidelem habet; aut habuit: ſi liberos piè & religioſè educauit.& quæ ſequũtur. Verùm, ſi quis adhuc de continentia ſacerdotum dubitat, audiãt Baſiliũ, cùm ſcribit ad Gregorium presbyterum; habitabat is vnà cum muliere, quæ erat cauſa, vt ſuſpectus meritò eſſet,& ſcandalo, quaſi nõ eſſet ab omni libidine liber, idq; cũ eſſet octoginta annos natus. Quia igitur nolebat vltro ſe ab eius cõſuetudine abducere; iubet magnus Baſilius eijcere eam domo, & in monaſterio collocare, vt eſſet inter virgines. Si quis verò inquirat de qua nam muliere loquatur Baſilius, non opus eſt alio interprete: ipſa epiſtola interpres ſui eſt: de muliere enim loquitur, quæ Gregorio, antequam in ordinẽ ſacrum cooptatus eſſet, nupſerat. Etenim ſi nõ de uxore eius loquitur quare iubet Baſilius collocare eam in monaſterio inter virgines, ſimile aliquid cõſtituẽs, atque eſt in 48. canone ſynodi in Trullo, cùm ait, Vxor eius, qui factus eſt epiſcopus, communi conſenſu à viro ſuo diſiuncta, poſt ordinationem epiſcopalem ingrediatur in monaſterium, quod ſit procul à domicilio epiſcopi ędificatũ. Paulus igitur liberos ac ſolutos ad cęlibem vitam hortatur, nõ tamen iubendo, ſed monẽdo, ne, ſicut idem ait, laqueum inijciat: hic enim imperium, laqueus eſt, qui peccatũ trahit. Baſilius verò interim non parcens laqueo, ſi iſtis aſſentiendum ſit, iubet liberę mulieri ingredi in monaſterium, hoc eſt, manere innupiam,& virginitatem ſeruare. Ac rurſus approbat Paulus,& laudat, cum volunt patres ſeruare filias virgines, ſi videantur filiæ concordes eſſe cum ijs ipſis patribus: Baſilius verò iubet presbytero etiam nolenti mulierem, quamuis repugnantem, in monaſterium includere. Si igitur non imperat lex mulieri conſcientiam, quid tandem beatus Baſilius imperat ſacerdoti, ſic mulierem liberam cogere, vt quamuis nõ aſſentiatur, inter virgines tã adſcribatur? Non cohærent hæc. omnibus igitur modis neceſse eſt, uxorem fuiſse Gregorij iſtius presbyteri. Præterea etiam iudicium huius rei eſt nomen ipſum γυναικὸς, quę uxorem quoque ſignificat. γύναιον, verò, id eſt, vxorculam, hanc uocat, tanquam indignam nomine vxoris, vtpote quam velut ſororem non haberet Gregorius, vt oportebat: immò ſuſpicio erat, habere eam ſceleratè, vt vxorem. Etenim vt presbyterum maritum caſtum eſse, & continentem, ſecundùm præceptum Pauli oportebat: ſic etiam vxorem eius ſecundùm præceptum eiuſdem, cum ait, vxores ſimiliter ſimiliter caſtas,& honeſtas: agami enim caſtimonia, ut ſubiungit idem Baſilius, in eo conſiſtit, vt non ſit ei conſuetudo cum vxore. agamiam vocat hic, habere vxores ſolo nomine eos qui ſunt ſacri ordinis, id eſt, habere eas vt ſorores, & non amplius vt te vxores. Quare agamus eſt, qui nõ duxit vxorem: item qui duxit quidem, ſed non facit quæ ſolent qui unà cum vxoribus habitant. Huiuſmodi agamiam, id eſt, vitam cœlibem, profitentur ſacerdotes & diaconi, qui ante ordinationem vxores duxerunt, & uxores eorum. Tales enim eſse oportet cooptatos in ordinem ſacrum, tanquam Deo dedicatos,& qui, vt ait diuinus Dionyſius, profitentur nullis corporis appetitionibus operam dare; vt qui habẽt vxores, ſicut Apoſtolus ait, ſint tanquam non habentes. Ergo Magnus Baſilius, ne videatur nouum aliquid ſancire, cum presbytero imperat, vt vxorem, propter ſuſpicionem concubitus excludat, producit pro teſtimonio Synodum Nicęnam, inquiens; Neque primi, neque ſoli, ô Gregori, legem tulimus, vt mulier vnà cum viro non habitaret; mulierem dixit infinitè, vt de omni muliere ſuſpecta intelligeretur ſiue nupta ſacerdoti unà habitanti, ſiue non nupta. immo lege, inquit, tertium canonem à ſanctis patribus noſtris in Nicęna ſynodo editum, qui apertè prohibet habere cointroductas. ſic enim ait: Prohibuit in vniuerſum magna ſynodus; vt neque epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque vlli omnino clerico liceat habere cointroductam præterquam matrem, aut ſororem, aut amitam, aut eas tantum perſonas quæ ab omni ſuſpicione alienæ ſunt. Hic quoq; infinitè dixit Synodus, ſubintroductam, ſiue potius, vt verbum de verbo exprimam, cointroductam, vt omnis femina cointroducta intelligeretur, ſiue vxor eſſet, ſiue non: has enim Antiochenſes συνεισάκτους vocant, vt ait Euſebius Cæſarienſis in 7. libro hiſtoriæ Eccleſiaſticę; ſynodus verò Amyrana quaſi interpretãs no-

mèn, *συνερχομένας*, vocat, id eſt, congrediẽtes cuiuſmodi ſunt, quibus miniſtrandi gratia ingredi licet, quocunq; dominus domus ingreditur, & cum eo ſimul ire per omne conclaue domus, Cùm igitur canõ Nicenæ ſynodi, quæ cointroductas prohibet, vxores non excepe-rit, quç in cointroductis ſecundùm conſuetudinem verbi cenſentur & numerantur, conſequens neceſſariò eſt, vt uxores cum his perſonis, quæ longè extra ſuſpicionem ſunt, comprehenſæ ſint. de quibus ſubiungit, vt præter matrem, & ſororem, & amitam eas tantum pſonas quæ ab omni ſuſpicione liberæ ſunt, cũ ſacerdotib. & diaconis habitare liceat. Ex quo ſit, ut cum uериſimile eſt, credituros eſſe omnes, quòd qui ſacri ordinis ſunt, non habitant libidinosè cum uxorib. immo habent uxores tanquam non habentes id eſt habent eas non uxores, ſed ut ſorores; licitum ſi tunc unà cũ eis habitare. Reliquis uerò Clericis, lectorib' inquam, & cantoribus tantùm, ſi cęlibes ſunt, licet, ſecundùm canonem apoſtolorum, ducere uxores, ſi uolunt: cæteras uerò cointroductas niſi ab omni ſuſpicione uacuas, habere ſecum non licet. Rurſus hanc magni Baſilij ſententiam confirmat alius canõ eiuſdem de diaconiſſa, cùm ait: Nos igitur corpus diaconiſſę, utpote Deo conſecratum, non concedimus cũ uiro miſceri. Si ergo eſſe Deo dicatam diaconiſſam, impedimentum eſt, quo minus ei licitum ſit cum uiro conſueſcere, in ijs uerò quæ ſimilia ſunt, ratio eadem idem efficit, conſequens eſt, ut presbyteris, & diaconis, ac hypodiaconis interdictus ſit conuictus uxorius, ac libidinoſus, quia ſint Deo conſecrati. Deinde quid abſordius, quam fœminas alioqui molliores, & infirmiores, carnali concubitu prohiberi; robuſtiores uerò, ac magis uiriles, & perfectiores non prohiberi? Quin potius ſecunda ſynodus Carthaginenſis tertio canone; Placuit, inquit, ut hi tres gradus, qui uinculo quodam caſtimoniæ propter cõſecrationem colligati ſunt, epiſcopi, inquam, & presbyteri ac diaconi continentes ſint in omnibus, ut decet ſanctos epiſcopos, & ſacerdotes ac leuitas, & eos, qui diuinis ſacramentis miniſtrant. deinde ſubiũgit, ut nos ſimiliter cuſtodiamus, Epiphanius uerò in ſecundo libro contra hęreſes ſcribens aduerſus Catharos; Et ipſi; inquit, dũ omnia ſimul miſcere voluerunt, omnia rurſus amiſerunt: ac cùm non intelligerent perfectam Dei doctrinam, in errorem lapſi, ad aliam uiam ſe uerterunt, ignorantes hanc eſſe ſcripturę diuinæ traditionem, ac conſequentiam. quæ enim tradita ſunt ad ſacerdotium pertinentia propter ſacri miniſterii excellentiam, hæc ad omnes forſitan pertinere arbitrati ſunt; cùm audiſſent oportere epiſcopum ſine crimine eſſe, unius uxoris uirum, continentem; ſimiliter & diaconum, ac presbyterum. Reuera enim ſancta Dei p̃dicatio poſt Chriſti aduentum nõ permittit, ut poſt primas nuptias mortua uxore, iterũ uxorẽ ducant, propter præſtantiam honoris ſacerdotalis, atque hęc quidem ſancta Dei eccleſia diligentiſſimè ſeruat: imo & eũ, qui adhuc dat operã liberis, alioqui vnius uxoris uirum non admittit, niſi illum, qui aut biduus eſt; aut ab una ſe abſtinet, tum diaconus, tum presbyter, tum epiſcopus, & hypodiaconus: atque hoc illic potiſſimum ſeruatur, ubi ſunt limati ac perfecti canones eccleſiaſtici. Sed dices mihi, in nonnullis locis adhuc presbyteros, diaconos, & hypodiaconos liberos procreare: at hoc non ex canone profectum eſt, ſed ex inertia, & incuria hominum illius temporis; & quia propter multitudinem hominũ non reperiebatur qui miniſtraret. Eccleſia enim, quæ ſemper quod magis decet, uidet, & quę ab ſpiritu ſancto rectè conſtituta, & ordinata eſt, didicit cultum Deo aſſiduè ac ſine intermiſſione adhibendũ eſſe, ac miniſteria ſpiritualia omni ſtudio rectę & beneuolæ conſcientiæ obeunda eſſe; decet, inquam, propter repentini miniſterij neceſſitatem, ut presbyter, & diaconus atque epiſcopus uacent Deo: etenim ſi laicis apoſtolus de hoc præceptum dat, ut ad tempus, inquit, uacent orationi, quanto magis idem ſacerdoti præcipiat? Vacare (dico) aſſiduè Deo in adminiſtrãdis, cùm opus eſt, ſpiritualibus, & in fungendo ſacerdotio. Rurſus idem Epiphanius ſcribens contra Nicolaitas, ſic de Nicolao ſcripſit: Habebat, inquit, uxorculam pulchra forma: cumque à conſuetudine eius ſe abſtinuiſſet exemplo eorum, qui Deo dediti erat, perſeuerauit in eo abſtinẽdi inſtituto ad aliquod tempus: noluit tamen uſque ad extremum incontinentiam ſuam refrenare ac cohibere: quin potius cùm uellet, tanquam canis ad vomitum reuerti, captans ſibi occaſiones quaſdam non honeſtas, excogitabat ad defenſionem libidinis ſuæ ea quæ magis ſibi accommodata erant. Poſtea igitur cùm de propoſito decidiſſet, cum ſua uxore licenter ac nihil iam curans conſueuit. Hic quoque ſimiliter, ut magnus Baſilius, uxorculam uocauit, quam iſte ut uxorem, non ut ſororem, ſicut lex diuina iubet, habebat. In ea uerò epiſtola, quam ad Dionyſium epiſcopum Romanũ multi patres ſcripſerunt, cùm Antiochiæ aduerſus Paulum Samoſatenſem conueniſſent, qui clericis ſacri ordinis iubebat uti uxoribus, ſcriptum eſt de cointroductis quas tum presbyteri eius, & diaconi habebant: quibus tum hoc, tum multa alia peccata alioqui grauiſſima diſſimulabat, licet eorum conſcius eſſet, & ea deprehendiſſet ſcilicet ut haberet eos obtrictos, & obligatos ad cõniuẽdũ ĩ iniuriis, quas uerbis, & factis ĩferebat; ut p̃ timore accuſare eũ nõ auderẽt, immo ẽt ditauit eos: q̃ erat cauſſa, ut ab ijs, qui talia q̃rebãt, diligeret, & laudaretur. Sed quorſum attinet ſcribere hæc? Scimus, cariſſimi, oportere epiſcopũ, & omnẽ ordinẽ ſacrũ exẽplũ eſſe uulgo omniũ rectè factorũ, ac uirtutũ. Neque illud ignoramus, quàm multi, quia mulieres coitroductas ha-

habuerint, partim lapſi ſunt, partim in ſuſpicionem venerunt. Quamobrem etſi concedamus nihil iſtos impudicum facere; tamen ſuſpicioně, quæ ex hac re naſcitur, cauere illum oportebat, & dare operam, tum ne vllus ſcandalizaretur, tum vt alios ad imitandum cómoueret. Quo modo enim iſte obiurgabit, & monebit alterum, ne immoderatè cum vxore cóſueſcat, qui ipſe non cauit labij qui vnam quidem iam a ſe ſeparauit, duas verò ętate florentes, & venuſta forma apud ſe habet? hactenus epiſtola, quæ in 7. libro Eccleſiaſt. hiſtorię Euſebij poſita eſt. Qui rurſus in primo libro euãgelicæ demonſtrationis; Secundùm leges, inquit, noui teſtamenti non eſt prorſus interdicta liberorum procreatio; immò etiam in hac re cóſtituta ſunt nobis ſimilia, atque illis olim qui Deo fuerunt cari. Oportere enim; ait ſcriptura Epiſcopum vnius vxoris virum eſſe, verùm in ſacrum ordinem aſcitis, & ſtudio cultus Dei deditis, conuenit, vt deinceps à concubitu vxoris ſe contineant. ijs verò, qui nó ſunt tam ſacrum munus ſortiti, habenas remittit ſcriptura, quæ quaſi clara voce omnibus dicit, Honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus: fornicatores autem, & adulteros iudicabit Deus. Cyrillus verò Hieroſolymitanus ſic in 7. catecheſi ait: Si is qui bene operatur ſacra Domino Ieſu, ab vxore ſe abſtinet, quomodo ipſe Ieſus ex viro atque muliere ortum caperet? Ergo ſi qui rectè operatur ſacra, abſtinet ſe ab vxore, conſequens eſt, vt qui non abſtinet, non bene operetur. Hunc locum Cyrilli imitatus eſt ſanctus Maximus in quæſtionibus, & reſponſis ad Thalaſſium: Cur enim, inquit, non prohibebantur ſacerdotes legis habere vxores, ſacerdotes verò Chriſti prohibentur quoad concubitum, quia ſcilicet eſt ſacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedec, de quo non eſt litteris mandatum, duxiſſe vxorem: quare neceſſariò, qui ſecundum ordině eius ſacerdotio funguntur, non admittunt vxorem. Hæc igitur, & huiuſmodi infinita alia clariſſimè demonſtrant illud, ſed contentos eſſe, ſi, habentes, ad ordinationem venerunt, perinde eſſe, quaſi diceretur, ſed potius ſi habebant vxores, cùm ad ordinationem venerunt, ſatis eſſe eis, ſcilicet habere. Qui verò hic accipiendum putant, cótentos eſſe ea quam habebant; aut ſic contentos eſſe habere nunc, ſicut prius; hi traditioni Apoſtolorum atque ipſis Patribus repugnant, ipſa etiam natura, & conſtructione verborum cótradicente. Prætereà ſacros ordines faciunt ſimiles laicis, quibus Apoſtoli conſtitutionem ſanxerunt lib. 8. cap. 32. vt ſeipſis contenti eſſent; id eſt, mariti vxoribus ſuis; & vxores maritis ſuis; quod eſt à beato Ignatio in epiſtola ad Heronem repetitum. Hactenus de caſtitate ſacrorum ordinum. Siquis verò plura deſiderat, petat reliqua de cælibatu ex libro 2. eorum, quos de dogmaticis characteribus verbi Dei iampridem ſcripſimus, in quo de decimotertio canone ſynodi in Trullo pro viribus reſpóſum eſt. legat item quæ ſcripſimus lib. 1. defenſ. can. Apoſt. cap. 1. & 2. vbi cùm de Paulo agerem, vtrum vxorem habuiſſet, dixi in vetere interpretatione Latina manuſcripta epiſtolæ Ignatij ad Philadelphienſes, nó eſſe eum locum de vxore Petri, & Pauli, & aliorũ Apoſtolorum, qui eſt in epiſtola Græca nuper cum alijs Ignatij edita; neſcio quomodo illic oblitus ſum admonere, nec in exẽplari Græco manuſcripto vetuſtiſſimo bibliothecæ Mediceæ Florentinæ hunc locum eſſe. immo nec Euſebius Cæſar. hoc legit in epiſtola ad Philadelphienſes, cuius meminit lib. 3. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 36. coniecturam ex eo facio, quòd eodem lib. 3. cap. 30. Clemẽtem Alexan. dicit propter eos qui nuptias improbabant, recenſuiſſe ex apoſtolis qui vxores habuiſſent, Petrum ſcilicet, Philippum, & Paulum; hoc autem lib. 3. ſtromatum fecit: profectò qui hoc in Clemẽte obſeruari voluit, quòd Paulum diceret vxorem cũ Petro & Philippo habuiſſe, multò magis obſeruãdum eſſe exiſtimaſſet in eo præſertim loco, ſi in Ignatij epiſtola legiſſet Petrum, & Paulum, & alios apoſtolos vxores habuiſſe. Eadem cóiectura eſt de beato Hieronymo, quę de Euſebio, legit enim Hieronymus epiſtolam Ignatij ad Philadelph. vt ex libro eius de ſcriptoribus eccleſiaſticis perſpici poteſt, in qua ſi hoc de vxore Pauli legiſſet, profectò non diſſimulaſſet: præſertim cùm ipſe idem Hieronymus contrà ſentiat conſtanter. immò dicit in Epiſtola de virginitate ſeruanda, non eſſe audiendos eos qui cum habuiſſe vxorem confingunt, cùm de continentia, inquit, diſſerens, & ſuadens perpetuam caſtitatem, intulerit, volo autem omnes eſſe ſicut meipſum, & quæ ſequuntur. idem ſenſit libro primo contra Iouinianum. Alia etiam coniectura eſt & quidem grauis, ſuppoſitum eſſe hoc de vxore Pauli in epiſtola Ignatij Græcè, & Latinè edita, quod nec illud eſt in exemplari manuſcripto peruetuſto bibliothecæ Florentinæ Mediceæ, quod paulo pòſt ſequitur, vt milites, & magiſtratus, & Cæſar obediant Epiſcopo, quod meritò ante me notauit tãquam aſſictum Kilianus Leib prior monaſterij Robdorfenſis, vir béne in Theologia eruditus, ac valdè pius, in epiſtola docta ad Ioannem Cochlæum de quæſtione, an Paulus vxorem habuiſſet, quaſi verò, inquit, mandare potuerit, aut debuerit, Traiano, Hadriano, Diocletiano, Maximino, Decio, alijsq; tot tyrannis Cæſaribus, vt Epiſcopo eſſent obtemperantes. Hæc ille.

Cap. XIX. pag. 516.

Vt & Saluator aliquando cùm curaſſet vnum leproſum, & rurſus nouem; primo dixit, Abi, oſtende te ſummo ſacerdoti, & offer munus quod iuſſit Moyſes in teſtimonium ipſis: nouem verò rurſus, Ite, oſtendite vos ſacerdotibus.) Et hoc quoque videtur nonnullis ab euãgelio diſcrepare: ait enim Lucas, & occurrerunt ei decem viri leproſi,

leproſi, & quæ ſequuntur, quos vt vidit, dixit, Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. & factum eſt, dum irent, mundati ſunt. Vnus autem ex ipſis vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus, cum magna voce magnificans Deum. & paulò pòſt: Reſpondens autem Ieſus dixit, Nonne decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt? Matthæus verò ſic ait: & ecce leproſus veniens, adorabat Deum dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. & paulò pòſt, & mundata eſt, inquit, lepra eius. & ait illi Ieſus, Vade, oſtende te ſacerdoti; & offer munus quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Quæ autem in hac doctrina ſcripta ſunt, non diſſident ab euangelio, ſed potius illud explanant: Leproſus enim, qui in euangelio Matthæi ſanatus eſt, vnus eſt ex illis decem qui apud Lucam ſanati ſunt; qui, propter gratum animum, ſolus commemoratus eſt, reliquis nouem præteritis, ac ſilentio diſſimulatis, quos Lucas cum vno illo grato, & inmore beneficij connumerauit. quod quidem Spiritus ſancti prouidētia ad vtilitatem legentium euangelium factum eſt. Non enim quæ prius ab aliquo euangeliſta prætermiſſa ſunt, exiſtimāda ſunt vtcumque temere prætermiſſa, ſed potius magno conſilio ſecundùm Spiritus ſancti afflatum. Siquidem Spiritu ſancto inſpirati, ſicut ait princeps apoſtolorū Petrus, locuti ſunt ſancti Dei homines. Igitur cùm dixit Clemens curaſſe Dominū vnum leproſum, & dixiſſe quidem primo, I, oſtende te ſacerdoti, ſummo inquam ſacerdoti ſecūdùm doctrinam Apoſtolicam; rurſus verò dixiſſe nouem illis, Ite, oſtendite vos ſacerdotibus; ſignificat illum vnum leproſum primum fuiſſe inter illos nouem; & quia primus erat, ſcilicet propter præſtantiam grati animi, idcirco ſingulariter à Matthæo commemoratum eſſe: ac rurſus illū ipſum vnum vnà cum nouē illis fuiſſe decem illos apud Lucam. Eſt autem hæc interpretatio, vt mihi quidem videtur, ſancti Epiphanij, ne ſi hoc taceam, furti accuſer, aut tanquam ingratus reprehendar, vt illi nouem leproſi reprehenſi ſunt; ait enim ſcribens cōtra Manichæos, vnū leproſum propter grati animi memoriam pro decem cōmemoratum eſſe. fortaſſis Epiphanius, vtpotè multum in Apoſtolicis cōſtitutionibus & earum lectione verſatus, inde hunc ſenſum mutuatus eſt.

Siquidem Moyſes legiſlator ſimul & princeps ſacerdotum, & propheta ac rex, item Elias ille prophetarum zelotes interfuerunt transfigurationi Domini in monte teſtes aſſumptæ humanitatis Chriſti, & paſſionum eius.) Quomodo, dicet aliquis, incarnationis, & paſſionis Chriſti teſtes fuerunt Moyſes, & Elias? hoc quoque explanādum eſt, & defendendum à reprehēſione non intelligentium. Interpretatus enim eſt Clemēs hoc loco Apoſtolicæ doctrinæ, quod Lucas ait in euangelio, cùm transfigurationem Chriſti narrat, & ecce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyſes, & Elias viſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalem: dicebant ſcilicet per teſtimonia legis, & prophetarum, quæ erant de exceſſu, ſiue exitu Chriſti in Hieruſalem complendo. exitum verò ſiue exceſſum Chriſti, vt interpres vetus vertit, Græcè ἔξοδον, vocat hoc euangeliū exitum Chriſti à patre in hunc mūdum per incarnationem, qui complendus erat per exitum ex hoc mundo Hieroſolymis, vbi damnatus eſt ad mortem. Vnde Michæas prophetans de exitu Chriſti à patre ad ſumēdam carnem complendo per exitum ex hoc mūdo, qui erant duo exitus, & tu, inquit, Bethleem Ephratha paruulus es in millibus Iuda: Ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël. Deinde ſubiungit, & egreſſus eius, ſiue exitus, aut exceſſus, Græcè eſt ἔξοδοι, numero multitudinis, ab initio, à diebus æternitatis eius. hoc enim dixit, quia, vt ait beatus Cyrillus in commentarijs huius prophetæ, Chriſtus prædeſtinatus, & poſitus eſt Saluator, & liberator à Deo patre, qui non ignorauit ex æternitate, quæ eſſent propter peccatum Adæ euentura. duos itaque exitus Chriſti ſignificauit propheta, vnum in hunc mundum à patre ad ſumendam carnem, & alterum ex hoc mundo; de vtroque enim ait Ioannes, ſciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad patrem vadit; & apertius adhuc ipſe Dominus, pater, inquit, amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia à Deo exiui; exiui à patre, & veni in mundum, hic eſt vnus exitus in mundum, & iterum, inquit, relinquo mundum, hic eſt alter exitus, ſcilicet ex hoc mūdo. Sic Cyrillus lib. xj. in Ioannem, à patre, inquit, exiuiſſe dicit, id eſt, homo factus ſum, & ad veſtram naturam deſcendi; quia enim, inquit, aſſumpſit in ſe quod non erat, à patre exiſſe dicitur. igitur quia vita humana Chriſti cępta per incarnationē, terminata & completa fuit morte, quia exiuit ex hoc mundo, idcirco Apoſtolica doctrina Moyſem, & Eliam, qui teſtimonia dicebant legis, & prophetarū de exceſſu Hieroſolymis complendo, qui incarnationem, & paſſionem continebat, dicit fuiſſe teſtes incarnationis, & paſſionis Chriſti, diuinè interpretans locum euangelij. Sic igitur Dominus in ſua transfiguratione Moyſem, & Eliam, id eſt, teſtimonia legis, & prophetarū per teſtes iſtos adhibuit ad teſtandum veritatem humanitatis aſſumptæ, & paſſionis in vera carne ſuſtinendæ contra futuros hæreticos, qui vtrunque negaturi erant, ſicut Eſaias, vt Cyrillus quoque in commentarijs huius prophetæ obſeruauit, iuſſu Dei duos item teſtes adhibuit, Vriam ſacerdotem, & doctorem legis, & Zachariam prophetam, qui, vt ait idem Cyrill. myſtagogiam legis, & prædicationem prophetarum repræſentabant, cùm ei reuelauit generationē Chriſti ſecundum carnem, & iuſſit ſcribere tomum magnum, & nouum ſtylo hominis. hactenus de teſtibus humanitatis Chriſti aſſumptæ, & paſſionum eius in mōte Thabor. teſtimoniū verò diuinitatis Chriſti dedit ibidem

Deus pater voce delapſa ad eum, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. dedit etiam ipſe Chriſtus oſtendens lumen diuinitatis increatum, quod ſancti apoſtoli viderũt, ſcilicet οὐ καθ' ἑαυτὸ, id eſt, non in ſe, ſed in lumine illo creato à Deo: nec enim oportet, cùm Lucas ait, & euigilantes viderunt maieſtatem, ſiue gloriam eius, gloriam creatam interpretari, ego enim, inquit beatus Baſilius in Exaëmero, cùm fenum audio, fenum intelligo, ſimiliter cùm arborẽ, cùm piſcem, cùm beſtiam; ſic cùm gloriam Dei audio, gloriam Dei intelligo, quæ increata eſt: & cùm regnum Dei, regnum Dei increatum. Sic enim dictum eſt apud Lucam, viderunt gloriam Dei, ſicut apud eundem paulo antè, ſunt de hic ſtantibus, qui non videbunt mortem, donec videant regnum Dei. Viderunt ergo gloriam Dei, ſcilicet non in ſe, ſed in imagine, & ſymbolo, tanquam in ſpeculo, & regnum Dei, non in ſe, vt dixi, ſed in lumine creato, quod planè intelligo, ſignificatum eſſe apud Marcum, cùm ait, donec videant regnum Dei in virtute veniens, non enim venit καθ' ἑαυτὸ, id eſt in ſe, ſed in miraculo illius luminis diuinitùs creati. Solet enim ſcriptura vocare miracula, δυνάμεις, id eſt, virtutes. itaque ſicut Ioannes Baptiſta vidit hypoſtaſim Spiritus ſanctus non quidem in ſe, ſed in ſpecie columbæ; & negare non licet, quin ſic viderit Spiritum ſanctũ: ſic non licet negare, quin apoſtoli ſancti lumen diuinum, & increatum viderint, non in ſe, vt dixi, ſed in lumine creato. itaque vt omnes confitentur Spiritum ſanctum deſcendiſſe, & viſum eſſe deſcendere, ſicut ait euangelium, quia vidi Spiritum ſanctum deſcendentem ſicut columbã, ſic etiam catholici patres, & item hæretici omnes dicebant oſtenſum, & viſum eſſe lumen diuinum in monte Thabor. Sed catholici, & ſancti patres oſtenſum, & viſum eſſe non in ſe, ſic enim inuiſibile eſſe, ſed viſum eſſe in lumine creato; hæretici verò viſum eſſe in ſe, ac proinde creatum eſſe; inde enim filium Dei cum Arrio creaturam facere volebant. horum principes, & duces fuerunt Barlaam & Acidinus Calabri, quos Synodus Conſt. Ioanne Palæologo, & Ioanne Cantacuzeno Imperatoribus habita, grauiſſimis teſtimonijs plurimorum patrum ſanctorum damnauit. extat hæc Synodus in bibliotheca Vaticana. dicendum itaque eſt de vtroque lumine increato, & creato, quod Dionyſius Areopag. in capite de ſacramento chriſmatis de archetypo, & imagine ait, alterum in altero eſſe præter ſubſtantiæ differentiam; ad hoc enim creatum fuit illud lumen quod oculis corporis ſancti Apoſtoli viderunt, vt in eo, quoad fieri poterat, tanquam in imagine illud diuinum inacceſſibile, & archetypon viderent, ſicut Chriſtus ipſe in ſua imagine videtur; videtur, inquam, non in ſe, & propriè, ὑποστατικῶς, ſed impropriè, & σχετικῶς: Chriſtum tamen videmus, cùm imaginem eius videmus.

Hæc paulo fuſius idcirco expoſui, vt corrigerẽ, quæ de hoc lumine diuino oſtenſo in monte iampridem in Antapologetico meo de reſidentia paſtorum ſcripſeram, cùm nondum hęc ſatis explicata reperiſſem: vt tandem reperi in libro eruditiſſimo, quem Ioannes Cypariſſiotus de expoſitione dictionũm theologicarum ſecundùm ſeriem, in primis Dionyſium Areopag. & alios ſanctos patres ſecutus, magna induſtria, & artificio compoſuit. Is igitur in ſexta decade cap. 5. recitatis pluribus ſanctorum patrũ teſtimonijs Theodori cognomento γραπτῶν in libro contra Iconomachos aduerſus Euſebium quẽdam, qui aiebat mutatum fuiſſe Chriſtum in illud lumen Thaborium, item Chryſoſtomi, ſancti Maximi, & Grego. Nazianzeni. repetens deinde more ſuo ſummatim ſuperiora ſubiungit; interpretabor ad verbum: ex his, inquit, patet, quòd lumen illud quod in Thabor ex Domino fulſit, non erat diuina ſubſtantia, illa enim penitus occulta, & incognita eſt, & inaſpectabilis, & quæ cogitatione comprehendi non poteſt, nec aliquis ex ipſa ſubſtantia defluxus, & ſplendor; diuina enim virtus ſempiterna eſt, quin potius ipſa per ſe virtus nullo modo à ſubſtantia, cuius eſt, diſcernitur, immò quicquid eſt diuina ſubſtantia, id omne eſt eius virtus. Ergo quia nec hoc, nec illud eſt, relinquitur, vt fuerit adumbratio quædam gloriæ, ac ſplendoris corporis poſt reſurrectionem glorificati, ac ſymbolum diuinitatis, quæ in eo latebat, & tenuis imago ipſius gloriæ futuræ, & ſimulacrum regni cœlorum, nunc quidem ante tempus reſurrectionis tanquam in miraculo oſtenſi, & in ſpeculo atque ænigmate; poſtea verò ſpeculis diſiectis, erit in oculis immortalibus, & ab interitu liberis facie ad faciem, & ſicuti ipſe eſt aſpectabili viſione Dei plenus. Non ſignificat ſpectandum eſſe Deum oculis corporis καθ' ἑαυτὸν γυμνοτέρως, id eſt, ſecundùm ſe apertè ac nudè, hoc enim fieri non poteſt, ſed ſpectandum & videndum eum eſſe per corpus Chriſti gloria viſibili repletum; ſic enim videre Deum vocat hic auctor ὁρατὴν θεοφάνειαν. immò ſic videre Deum oculis beatis per aliorũ beatorum corpora fieri poſſe, & valde credibile eſſe, ſic nos viſuros, affirmat beatus Aug. vltimo libr. de ciuit. Dei. c. 29. & eum ſecutus, & interpretatus S. Thom. 1. p. q. 12. ar. 3.

CAP. XXIII. pag. 119.

Neque verò vult; vt per nos tantum lex iuſtitiæ eniteat; ſed voluit, vt per Romanos quoque luceret atque ſplenderet. Nam & ipſi poſtquam in Dominum Ieſum crediderunt, & à Deorum multitudine atque iniuſtitia deſciuerunt, bonos probant, & prauos puniunt: Iudæos verò cogunt conferre tributum, eosq́; legibus ſuis vti non ſinunt.) Ille horum librorum diligentiſſimus ἐξεταστὴς, quem ſæpe dixi, hæc de Romanis iam Chriſtianis Iudęos coërcentibus, aiebat poſſe in dubitatio-

bitationem venire, vtrúmne magis in tempora Conſtantini conuenirent, quàm in tempora apoſtolorum. ad explicandum ergo ac defendendum ab omni dubitatione locum hunc, valde accommodata ſunt quę Paulus in epiſtola ad Romanos cap. 1. & in epiſtola ad Philippenſ. ſcripſit. Primum quidem, inquit, gratias ego Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus qui ſunt Romæ, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Pro omnibus, inquit Theodoritus Cyri Epiſcopus, diuitibus, tenuibus, artificibus, miniſtris, dominis, & magnatibus. deinde ſubiungit idem: Quòd verò eſſent tales aliqui ex credentibus, docet epiſtola ad Philippenſes cap. 4. cùm ait, Salutant vos qui ſunt ex Cæſaris domo. Scribit autem non ijs qui nondum crediderant, ſed qui iam erant Chriſtiani. & paulò pòſt explanans quod apoſtolus ait, agere ſe gratias, quia fides Romanorum annũciabatur in vniuerſo mundo, Non, inquit, hoc aſſentatoriè dicit, ſed quia ita erat; idque magnam vtilitatem auditoribus adferebat: quamobrem gratias pro eo agit Apoſtolus. neque enim quæ Romæ contingebant, cæteras omnes nationes latere poterant, cùm Imperatores Romanorum rerum potirentur, & ea ciuitas Prætores, Proconſules, & Quæſtores ad alias prouincias mitteret. Hæc Theodoritus. Huc pertinet quod Cyrillus Alexandrinus libro quinto Iuliano apoſtatæ calumnianti, quòd eſſent Chriſtiani ſubiecti Romanis; reſpondet, annuiſſe Deum Romanorum principatui, vt omnibus imperare poſſent, quo omnis regio, & ciuitas, & vnà cum alijs ij qui in ſacris regni ſolijs honorifici ſunt, ipſum adorarent, id quod tandem, inquit, re ipſa factum videre licet. Erant igitur, cùm ad Romanos Paulus ſcripſit, qui crederent ex primarijs, immò ex domo Cæſaris, quibus quidem veriſimile eſt mandatos fuiſſe magiſtratus, & imperia, ac iudicia commiſſa; ſicut Tertullianus in libro de fuga in perſecutione ad Scapulam gentilem teſtatur de Seuero, etſi gentili, occultè tamen, vt ego quidem opinor, credente; ſed & clariſſimas fœminas, inquit, & clariſſimos viros ſciens Seuerus huius ſectæ eſſe, non modò non læſit, verùm & teſtimonio exornauit, & populo furenti in os palam reſtitit. Et idem paulo ſuprà, Potes, inquit, ex officio iuriſdictionis tuæ, & humanitatis meminiſſe, vel quia & vos ſub gladio eſtis: quid enim amplius tibi mandatur, quàm nocentes confeſſos damnare; negantes autem, ad tormenta vocare? Hactenus Tertullianus. Item Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus in ſermone de certaminibus & peregrinationibus Petri & Pauli; Cùm tandem, inquit, Romam rediret Petrus, anno ſcilicet Neronis duodecimo, Clementem conſecrauit renuentem, & in cathedra poſuit. deinde ſubiungit; Multi igitur inſignium animosè obediebãt fidei: multæ etiam nobilium vxores adijciebantur ijs qui ſalui fiebant. & paulò pòſt: Ira inflammatus, Nero ſcilicet, ſententiam protulit contra omnes qui crediderant in Chriſtum, vt morerentur gladio. Milites igitur ceperunt omnes, & ad locum damnatorum duxerunt: ſed Clementem quidem tanquam conſanguineum Cæſaris dimiſerunt. Hæc Sophronius. Nõ igitur neceſſe eſt ſuſpicari, ſcripta eſſe hęc Conſtantini temporibus, quaſi nõ fuiſſent antea credentes ex Romanis, qui Iudæos coercèrent, & tributa cogerent pendere, cùm ex iis quæ retulimus, fuiſſe cõſtet temporibus Apoſtolorum Romæ nobiles multos credentes, ex domo etiam ac familia Cæſaris: quos quidem iudicia exercuiſſe, & geſſiſſe magiſtratus, vt hæc, quæ Clemens dicit, facere poſſent, nemo cum ratione dubitare poteſt. Laudat itaque hoc loco Clemens in perſona apoſtolorũ Romanos, qui crediderant, eodem conſilio & ratione, qua Paulus laudauit in epiſtola ad Romanos, ſcilicet, vt Theodoritus ait, non aſſentatoriè, ſed quia ita erat: idque magnam vtilitatem auditoribus adferebat. Quod autem ille acris animaduerſor aiebat, videri ſcripta eſſe hæc poſt euerſionem templi Hieroſolymitani, cùm iam & Petrus, & Paulus, ac Iacobus interfecti erant; immo ita eſt: poſt euerſionem, inquam, templi ſcripta ſunt. Ait enim eueniſſe hoc, vt ſcilicet omni poteſtate à Romanis Iudæi priuarentur, quia ipſi Chriſtum ad mortem depoſcentes, dixerunt; Non habemus Regem, niſi Cæſarẽ: & niſi interfecerimus Chriſtum, omnes in eum credent, & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem. Deinde ſubiungit Clemens, atque ita factum eſt, vt nolentes prophetarent. & quæ ſequuntur. quę quidem perſonę Clementis tribuenda ſunt: ſicuti in euangelio multa loquitur Euangeliſta in perſona ſua.

IN LIBRVM SEPTIMVM DE VITA COMMVNI CHRISTIANA, ET GRATIARVM ACTIONE, & de Catecheſi, ac Baptiſmo.

Cap. III. pag. 122.

ERVNT enim, *inquit, duo in carnem vnam; vnum enim ſunt vir, & vxor natura, conſpiratione, coniunctione, affectu, vita, more.*) Ex comparatione eorum quę ſecundùm eccleſię conſuetudinem ex Apoſtolica traditione profectã, matrimonium contractum dirimunt, facilius intelligere licet vnitates iſtas multiplices matrimonij. Cùm enim ſint propriæ, & ſubſtantiales matrimonij, conſequens eſt, vt impedimenta, quæ matrimonium dirimunt, ſint earum cõtraria, vt rectè tradit S. Thomas 3. par. q. 50. artic. 1. in corpore quæſtionis. Primum igitur fiunt vnum natura, qui matrimonio copulantur, quia fiunt os ex óſſibus, & caro ex carne; id eſt, fiunt velut vnum corpus, & vna anima, lege diuina eos in vnam carnem, & vnam animam conſociante. ſic enim beatus Cyrillus in commentarijs Malachiæ cap. 2. interpretatus eſt. Quo in loco Propheta vxorem vocat participem viri, id eſt, homoſarcon, vt idem Cyrillus interpretatur, quaſi diceret, cõcarneam. Vnde Paulus ita inquit, & viri debent diligere vxores ſuas ſicut corpora ſua: nemo enim carnem ſuam odio habuit. Quare qui non poterunt fieri os ex oſſibus, & caro ex carne per matrimonium, quia iam ſint prius facti propter conſanguinitatem os ex oſſibus, & caro ex carne, ſicut Laban dixit conſobrino ſuo Iacob, ex oſſibus meis, & ex carne mea es tu, non poterunt iſti matrimonio copulari. Ad quotum verò gradum ſint cenſendi os ex oſſibus, & caro ex carne, ex eccleſiæ iudicio, & determinatione pendeat, quæ prius quidem cõſanguineos vſque ad ſeptimum gradum cẽſuit eſſe os ex oſſibus, & carnem ex carne; nunc verò vſque ad qnartum. Deinde alia vnitas ineſt in matrimonio, quæ eſt, & dicitur vnitas conſpirationis, id eſt, vt qui matrimonio copulantur, fiant vnum conſenſu. Vnde error perſonæ, & violentia, quæ conſenſum & conſpirationem voluntatum tollunt, natura ſua impediunt matrimonium, & dirimunt. Debent etiam conſpirare ad educandam prolem in fide ſancta. Vnde diſpar cultus ex natura ſua eſt impedimentum ſubſtantiale matrimonij. Ex quo fit, vt prohibitum ſit, ne Chriſtianus cum infideli Iudæa, aut Gentili matrimonium contrahat: etſi contraxerit, dirimatur. Secus verò, ſi alter eorum ad fidem venit (tunc enim ſi infidelis conſentit habitare cum fideli; Ne, inquit, fidelis dimittat infidelem) cauſſa verò eſt, quòd velle habitare infidelem cum fideli, iam ad communionem ſanctificationis, & vnitatem conſpirationis ad educandos filios in fide, quodam modo pertinet. Sanctificatus eſt enim, inquit Apoſtolus, vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem, alioqui filij veſtri immundi eſſent; nunc autem ſancti ſunt. Eſt alia vnitas matrimonij propria, coniunctio corporum, ſiue commixtio, ita vt neceſſe ſit, vt qui volunt matrimonium contrahere, poſſint ex natura matrimonij, ſi libeat, miſcere corpora, quod vocant, conſummare matrimonium. Vnde impotentia naturalis gerendi, frigiditas, maleficium perpetuũ, votum ſollemne, ſacramentum ordinis eccleſiaſtici, impedimenta ſunt ſubſtantialia matrimonij; prohibent enim fieri poſſe vnum coniunctione corporum, quæ eſt naturalis proprietas matrimonij, qua ſublata, neceſſe eſt tolli naturam matrimonij. Eſt prætetea alia vnitas proptia matrimonij, vnitas ſcilicet affectus coniugalis, ita vt neceſſe ſit, vt qui velint inter ſe contrahere matrimoninm, fieri poſſint per matrimonium vnum vnitate affectus; ex quo ſit, vt qui iam ſunt prius vnum vnitate affectus, vt ſunt cognati cognatione ſpirituali, quæ ex datione ſacramentorum exiſtit, aut cognati cognatione legali per adoptionem, non poſſint iſti inter ſe contrahere matrimonium; quia ſcilicet illa vnitas anticipata affectus ex cognatione non reliquit locum vnitati affectus ex coniugio; qua ſublata, neceſſe eſt ſublatum eſſe coniugium. Huc pertinete poteſt cognatio ex ſponſalibus, vnde ducitur iuſtitia publicæ honeſtatis dirimens matrimonium. Quando verò, & ad quotum gradum, qui huiuſmodi cognatione ſpirituali, aut legali tenentur, cenſendi ſunt vnum vnitate affectus ex cognatione, quæ vnitas excludat vnitatem affectus coniugalis, ad eccleſiæ iudicium pertineat. Pergamus nnnc ad reliquas vnitates. Eſt alia vnitas matrimonij propria, ſcilicet vnitas vitæ, ſiue cohabitationis, vt nunc vocant, quam ſacri canones appellare ſolent indiuiduæ vitæ conſuetudinem, ſiue ſocietatem: neceſſe enim eſt, vt qui inter ſe contrahunt matrimonium, ſint apti nati, ſi velint, ad habitandum vnà. Seruus autem, quia non habet poteſtatem corporis

poris ſui, ſed dominus, non poteſt, etſi maximè velit, habitare cum vxore. Quare ſeruitus, cuius non eſt couſcius qui vult cõtrahere, impedimentum ſubſtãtiale matrimonij efficitur, quia adoerſatur coniugali vnitati vitæ indiuiduæ. Quare neceſſe eſt, vt redintegret conſenſum ſuum, & conſpirationem voluntatis, qui ignorauit, & habeat ratum quod prius fecit ignorans; alioqui matrimonium eiuſmodi iure naturali, ac diuino irritum eſt. At non ſic; ſi ſeruitus non ſit ignorata; vt enim poſſunt coniuges ex conſenſu abſtinere à coniunctione corporum, ſic etiam à cohabitatione, ſi ſcandalum nõ obſtet. Eſt alia vnitas matrimonij propria, ſcilicet vnitas moris; ita vt qui velint matrimonium contrahere, oporteat, vt poſſint eſſe vnius moris in domo, & non habeant aliquid quod omnino obſtet virtuti, id eſt, quominus poſſint perſeuerare in fide, iuſtitia, & ſanctificatione, ſicut Paulus dixit de vxore in priore epiſtola ad Timoth. quod idẽ quoque de viro intelligendum eſt. Idcirco minor ætas, quàm ea quę dicitur adulta, & amentia, atque furiæ, impedimenta ſunt matrimonij; qui enim non ſunt per ætatem plenè liberi arbitrij (quod quidem eccleſia dijudicat, quę tempus idoneum, & maturum nuptijs præſcribit) aut propter amentiam, & furiam, non ſunt compotes rationis, quia non poſſunt eſſe vnius moris in domo, neque eſſe cõpotes virtutis, non poſſunt contrahere. Vnde Salomon, Qui ſpondet, inquit, filium ſtultum, contumelia afficit iuſtitiam. Quod enim Deus à principio dixit, Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum; faciamus ei adiutorium ſimile ſibi; non dixit propter generationem tantũ, in qua õpus eſt vtriuſque coniugis opera, & adiumento, ſed etiam propter virtutis ſtudium, ſicut Apoſtolus ait: Verùm tamen neque vir, inquit, ſine muliere, neque mulier ſine viro in Domino. Cùm Deus igitur ad adiutoriũ quoque iuſtitię mulierem à principio in matrimonium viro dederit, cõtumelia, vt ait Salomon, afficit virtutem, & Dei opus, qui eum qui non eſt compos, &, vt ita dicam, capax virtutis, matrimonio iungit. Quomodo enim de amente, aut poerò licebit dicere eſſe in adiutorium ſimile ſibi? Hinc etiam fit, vt qui vxorem ſuam occidit, non poſſit eam in matrimonium accipere cum qua conſuetudinem viuente vxore habebat: neque qui promiſit adulteræ, ducturum ſe eam poſt mortem vxoris, ſimiliter non poſſit cum ea contrahere, quia ſcilicet adulterium cum cæde vxoris, aut cum fide adulterę data faciunt, vt non poſſint iſti contrahendo matrimonium, effici vnom more, quæ eſt ſubſtantialis proprietas matrimonij, quia repugnant iſta bono fidei, ſiue bono moris, quo debent in vnum coniungi. Sed hactenus de multiplici vnitare matrimonij ad explicationem Apoſtolicæ doctrinæ.

Cap. xxiii. pag. 125.

Baptizatus eſt, & ieiunauit, non quòd opus eſſet ei ieiunare, aut ſordes eluere, qui natura mundus ac ſanctus erat, ſed vt & Ioanni veritatem atteſtaretur, & nobis normam praberet.) Non ſignificat verum baptiſmum fuiſſe baptiſmũ Ioannis, idque teſtatum eſſe Dominum, cùm ab eo baptizari voluit: hoc enim hæreticorum eſt, qui tradunt baptiſmum Ioannis quaſi perfectũ, nihil à noſtro differre; non hoc, inquam, ſignificat; ſed potius quod diuinus Ignatius in epiſtola ad Epheſios hunc locum imitatus, ſcripſit. ſic enim ait, baptizatum fuiſſe Chriſtum à Ioanne, vt fidem faceret de ea inſtituiſſe quæ commiſſa erat Ioanni. commiſſum enim erat, vt baptizaret aqua in pœnitentiam, ad quam ſic baptizando excitabat; quæ erat catecheſis quædam ad baptiſmum noui teſtamenti ſanciendum. Erat igitur inſtitutio, ac delineatio quædam baptiſmi futuri commiſſã Ioanni, cui Chriſtus præbuit teſtimonium, cùm voluit ab eo baptizari. Hinc ſumpſit Beda, quòd ait fuiſſe Chriſtum baptiſmo Ioannis baptizatum, vt baptiſmo ſuo baptiſmum Ioannis comprobaret: quod ſic eſt intelligendũ, vt nos Ignatium ſecuti, interpretati ſumus.

Cap. xxiiii. pag. 125.

Ieiunia verò veſtra ne ſint cum hypocritis communia: ieiunant enim ſecunda feria, & quinta. Vos autem diebus quinque ieiunate, aut quarta, & ſexta feria.) Non prohibet hæc apoſtolica conſtitutio ieiunare ſecunda, & quinta feria, vt quidam falſo nuper exiſtimabant, ſed ſic illis diebus ieiunare, vt hypocritæ ieiunabant: vt Phariſæus ille hypocrita, qui aiebat, Ieiuno bis in ſabbato, ſcilicet ſecunda, & quinta feria, vt Theophylactus interpretatus eſt, hanc conſtitutionem, vt mihi quidem videtur, ſecutus. Ille enim Phariſæus, vt videretur magnus ieiunator, illos ad ieiunandum dies eligebat, qui præcipuum argumentum lætitiæ, & laetitiæ habebant, iuxta id quod ſcriptum eſt in Numi. cap. 10. Siquando habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, ac pacificis victimis. Ac de ſecunda quidem feria ex inſcriptione pſalmi 47. intelligi poteſt, quæ eſt, pſalmus cantici filij Core ſecunda ſabbati; & ex ipſo pſalmo pleno lætitiæ & exultationis; de quinta verò, ex inſcriptione pſalmi 80. quæ eſt, pſalmus ipſi Aſaph quinta ſabbati; & ex ipſo pſalmo pleno item exultationis & gaudij. Igitur hypocritæ Chriſtiani ad exemplum Phariſæorum hypocritarum bis in ſabbato, ſecunda ſcilicet, & quinta feria ieiunantium, bis quoque in ſabbato tempore apoſtolorum, ſecunda ſcilicet, & quinta feria ieiunabant, vt magni ieiunatores viderentur, qui ijs diebus ieiunarẽt qui careant

præci-

præcipuo argumento mœroris, & luctus ex paſſione Chriſti; quinta enim feria eſt inſignis dies ſollemnitatis noſtræ, ſicut ſcriptum eſt, cùm fecit rex noſter, iuxta parabolam euangelij, cœnam magnam; deditque nobis carnem ſuam glorioſam ad manducandum; quo die non iubemur ieiunare, tametſi non prohibeamur. Secunda verò feria minus cauſſæ luctus habet; quàm tertia: Siquidem conſilium, quod ſecunda feria, ſicut ait Clemens in quinto libro cap. 14. iniri cœpit contra Dominum, tertia feria, ſicut idem ait, ſtudioſius agitatum eſt. Vnde in eccleſia noſtra non ſecunda feria, ſed tertia in hebdomada ſancta legi conſueuit paſſio. Dominico enim die legitur, tametſi eo die non ieiunamus, quia ille magnificus in ſanctam ciuitatem ingreſſus Iudæos incendit, & irritauit ad paſſionem Chriſti. Iubet igitur apoſtolica conſtitutio ieiunare quarta feria, quòd eo die damnatus eſt Chriſtus ad mortem, & proditio à Iuda promiſſa: & ſexta feria, quòd eo die in crucem actus eſt. Quòd ſi horum dierum ieiunio non fuerint contenti, ieiunent, inquit, totis quinque diebus, in ſingulis enim eſt argumentum luctus. Siquidem ſecunda feria cœptum eſt conſilium contra Dominum, tertia durauit, & creuit; quarta damnatus Dominus; quinta dedit nobis carnem ſuam ad manducandum in memoriam paſſionis; ſexta crucifixus eſt. ita fiet, vt non videantur iſti eligere ad ieiunandum iſtos dios dies, ſecundam ſcilicet, & quintam feriam, propter hypocriſim, prætermiſſis quarta, & ſexta feria, quibus ieiunare iubemur propter maiorem cauſſam luctus, quæ in eos incidit dies.

Sabbatum, & Dominicum, feſtos dies agitate: illum quidem, quia ſit recordatio fabricationis mundi; hunc verò, quia reſurrectionis:) Huc pertinet canon Apoſtolorum 64. qui eſt in octauo libro. Si quis, inquit, clericus reperiatur, qui Dominicum diem, aut ſabbatum ieiunet, præter vnum; deponatur: ſin verò laicus fuerit, excommunicetur. Cùm enim ieiunare ſabbatum prohibent Apoſtoli, ſabbatum iubent eatenus feſtum agitare. quod vſque in hodiernum diem in eccleſia Orientis ſeruatur, ea conſuetudine ex apoſtolica traditione illic relicta. Sed videamus, qua ratione, & quomodo apoſtolica conſtitutio hoc iubeat, ne quis non intelligens quid loquatur, aut de quo affirmet, aut reprehendat, & damnet eam, (quod illi Vrbico accidit, aduerſus quem ad Caſul. Auguſt. ſcripſit) aut nos, qui non ſeruamus; non enim Iudaicè ſecundum litteram, vt à Moyſe iuſſum erat, feſtum eſſe ſabbatum, ſic apoſtolica conſtitutio iuſſit; abſit. quod ipſum clariſſimè perſpici poteſt ex lib. 6. ca. 23. Qui legem, inquit, ſanxerat, vt otio & vacatione ſabbatum agitaretur feſtum propter meditationem legis, nunc iuſſit quotidie gratias Deo agere, legem creationis, & prouidentiæ meditantes. at hoc non fuit ſoluere legem ſabbati, quæ erat in decalogo, ſed adimplere. Conſequens ergo eſt, vt cùm conſtitutio apoſtolica iubet nunc ſabbatum ἑορτάζειν, id eſt, agitare feſtũ, quòd ſit recordatio fabricationis mundi, non iubeat hoc facere, vt lex iubebat Iudæis, cùm iam Moſaicum ſabbatum apoſtolica conſtitutio mutatum eſſe dicat in quotidianum ſabbatiſmum ſpiritualem. Cauſſa verò, cur in Oriente hæc conſuetudo à ſanctis apoſtolis relicta ſit ſabbatum celebrandi non otio, & vacatione Iudaica, ac ſeruili, quę eſſet inſtar vinculi, qualis in Exodo deſcripta eſt, & apud Hieremiã, ſed vt Auguſtinus ad Caſulanum ſcripſit, ſine ſuperſtitioſa vacatione prandendo, fuit hæc, ſiue, vt Ioannes Caſſianus lib. 3. de inſtitutis cœnobiorum ait, quia ſic viſum eſt ſanctis Apoſtolis, vt laborem vigiliarum, quę per vniuerſum Orientẽ ſexta ſabbati ſollemnes ſunt, relaxatio ieiunij ſequeretur, ſiue, quia hæreſis Simonis Magi erat, non eſſe mundum opus Dei, vt Sophronius epiſcopus Hieroſolymorum in Synodicis ſcripſit. Accedebat huc, quòd in eo errore philoſophi quoque Græcię verſabantur. Vnde Paulus in ſermone illo quem Athenis in medio Areopagi fecit, illorum errorem refellens, Deus, inquit, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cęli, & terræ cùm ſit Dominus, & quæ ſequuntur. Idcircò viſum eſt ſanctis apoſtolis, congruere illis gentibus aduerſus hæreſim Simonis, & errorem philoſophorum, conſuetudinem, ſabbatum, in quo Deus à mundi ædificatione requieuiſſet, celebrandi feſtiuè, ad recordationem eius, & omnium quæ Deus hominibus cum eo largitus eſt. Acceſſit ad hanc cauſſam altera etiam grauiſſima reſurrectionis corporum, quę, vt diuinus Dionyſius in libro de diuinis nominibus ca. 6. de vita ſcribit; res præter naturam viſa eſt antiquis philoſophis, qui naturam, quę cernitur, non diſtinguebant hic à natura omnipotente, quæ nõ cernitur. hanc quoque reſurrectionem idem Simon Magus, vt in eodem loco Dionyſius teſtatur, rationibus à ſenſu mutuatis ſtultè oppugnabat. Vnde idem apoſtolus in eodem ſermone Athenis contra philoſophos habito poſt fidem creationis mundi, fidẽ quoq; reſurrectionis propoſuit, & annunciauit, inquiens: Nunc annũciat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant, eò quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in ęquitate in viro in quo ſtatuit fidem præbens omnibus, ſuſcitans eũ à mortuis. Deinde ſubiungit Lucas; Cùm audiſſent autem reſurrectionẽ mortuorum, & quæ ſequuntur, &c. Viſum igitur eſt eiſdem ſanctis apoſtolis hanc quoq; conſuetudinẽ illis regionibus aduerſus Simonis hęreſim de reſurrectione, & philoſophorũ Græciæ de ea falſam doctrinã conuenire, vt reſurrectio Dñi, quæ die Dominico facta eſt, illic plenius adhuc, q̃ apud nos, propter maiorem cauſam ab ipſo

ſabbato celebrari & honorari inciperet. Hanc cauſſam ne quis à me excogitatam putet, Ioannes Damaſcenus in libello de ieiunijs ad Cometam attulit. Loquens enim de ieiunio quadrageſimæ, Sabbatis quadrageſimæ, inquit, & Dominicis abſtinentia à quibuſdam cibis ſancita eſt, διὰ τὸ ἐπικρατεῖν τῆς ἀναστάσεως, id eſt, quia præualet reſurrectio, quia vincit, inquam, cauſſa lætitiæ, ex reſurrectione ad ſoluendum ieiunium. Eadem ergo cauſſa eſt, auctore Damaſceno, non ieiunandi Dominicis, & ſabbatis quadrageſimæ, licet à quibuſdam cibis, id eſt, à carne, & ouis, ac lacte abſtineant, ſcilicet reſurrectio Domini, quæ cùm die Dominico facta ſit, à ſabbato incipit in Oriente plenius celebrari; non ieiunare autem, nemo eſt qui non intelligat ad lætitiam feſtiuam pertinere. hoc ipſum quoque ex canone 91 ſextæ ſynodi intelligi poteſt, qui iubet poſt veſperam ſabbati finito completorio vſque ad veſperam Dominici ſequentis non flectere genua in honorem, ſcilicet reſurrectionis Domini, idque ſecundùm conſuetudinem illi eccleſiæ traditam. Illud quoque addam, videri mihi Damaſcenum accepiſſe hanc cauſſam à beato Ignatio, cùm in epiſtola ad Philippẽſes ait, videri tanquam Chriſti interfectorem, qui die Dominico, & ſabbato ieiunet; quaſi eadem cauſſa exiſteret non ieiunandi die Dominico, & ſabbato, nempe reſurrectio, quam negare videtur tanquam interfector Chriſti, qui diem Dominicum non agitat feſtum ieiunando in eo: etenim ſi propter ſolam creationem mũdi, à qua Deus ſabbato requieuit, non eſt ibi ſabbato ieiunandum, vbi ea conſuetudo à ſanctis Apoſtolis relicta eſt, de qua beatus Ignatius loquitur; ergo illa ratio interfectionis, quæ in ieiunantem die Dominicæ reſurrectionis conuenit, non conuenit in ieiunantem ſabbato, ut quidem beatus Ignatius conuenire voluit, ſiquidem vtrumque interfectorem Chriſti eſſe dixit, qui die Dominico, & qui ſabbato ieiunaret. Hæ igitur cauſſæ extiterunt conſuetudinis ieiunandi ſabbato in eccleſijs Orientalium; quam quidem nos conſuetudinem, propter apoſtolicam traditionem canone Apoſtolorum 64. ſancitam, defendimus: qui enim illam accuſet, canonẽ quoque Apoſtolorum accuſet neceſſe eſt: ut rurſus qui canonem defendat, illam quoque conſuetudinem neceſſe eſt defendat. in qua non cernitur vlla Iudaica obſeruatio, non magis, quàm apud nos cernitur, cùm eoſdem dies ſolemnes, & feriatos, id eſt, quietos habemus à 14. luna magnæ hebdomadæ vſque ad vigeſimam primam. Aliud enim, inquit Vmbertus, innuit Iudæis, aliud nobis. illis dati ſunt in memoriã egreſſionis ſuæ ex Ægypto: nobis autem in memoriã egreſſionis noſtræ ex hoc mundo, ut uacemus, & videamus, quoniam ipſe eſt Deus, qui nos de tenebris vocauit in admirabile lumen ſuum, conreſurgere, & conſedere nos ſecũ faciens in cœleſtibus: & vt inſtar lunaris globi, ĩcipiamus lumẽ cordis noſtri, id eſt, rationem à terrenis auertere, & conuertere ad cœleſtia, ſicque ſapiendo, & quærendo reuiuiſcamus Deo, & moriamur mundo. His enim verbis reſpondit Græcis Vmbertus Epiſcopus, Legatus Leonis IX. qui putabant nos cum Iudæis communicare in vſu azymi, quo vtuntur in ſacro ſacerdotes, & quo Iudæi per illos dies iuxta legem Moyſis veſcebantur. Hoc dicendum eſt de ſabbatis. alia ratione in eis Iudæi nõ ieiunabãt, alia Orientales Chriſtiani non ieiunãt. hoc ipſum quoque ſenſis erudiſſimus auctor, & valde antiquus, Tertullianus, qui his verbis Chriſtianos Orientis diem ſabbati celebrantes, ut nos Dominicum, quem diem Solis vocat, ca. 16 ſui apologetici defendit, æquè ſi diem Solis lætitiæ indulgemus, alia longè ratione, q̃ religione Solis. deinde ſubiungit, de Chriſtianis celebrantibus diem Saturni, id eſt, ſabbati; ſecundo loco ab ijs ſumus, qui diem Saturni otio & victui decernunt, exorbitantes & ipſi à Iudaico more, quem ignorãt. Hactenus Tertull. Sed qui conſtitutionem apoſtolicam de non ieiunando ſabbatis explicamus, & conſuetudinem ex ea Orientalibus propter eas, quas dixi, cauſſas à ſanctis Apoſtolis relictam defendimus, an canonem ſextæ ſynodi 55. defendimus? in quo cõſuetudo eccleſiæ Romanæ ieiunandi ſabbatis quadrageſimæ, quaſi ab Apoſtolica traditione aliena, reprehenditur, & damnatur? minimè, immo apocryphũ, & falſum eſſe conſtat, & in inuidiam eccleſiæ Romanæ ab æmulis eius factum. ſic enim ait: Quia didicimus in ciuitate Romanorum in quadrageſimæ ſabbatis ieiunari præter ordinem eccleſiæ traditum; viſum eſt ſanctæ ſynodo, vt in eccleſia Romanorum ratus & firmus ſit canon Apoſtolorum. Siquis clericus inuentus fuerit, qui Dominico die, aut ſabbato ieiunet, uno ſolo excepto, magnæ ſcilicet hebdomadis, deponatur: ſi laicus fuerit, excommunicetur. At nos talem conſuetudinem non habemus, nec eccleſia Dei per totum ferè Occidentem: immo non ſolum ſabbatis quadrageſimæ integro ieiunio ieiunamus, ſed reliquis etiam ſabbatis extra quadrageſimam, à carne ſaltem, omnino abſtinemus, quod eſt quoddam ieiunium imperfectum, ſicut Ioannes Damaſcenus in eodem libello de ieiunijs vocat, & Tertullianus in libro de ieiunio contra Pſychicos vocat ieiunium portionale, quod Græci in ſabbatis tantum quadrageſimæ ſeruant. illos verò centum & tres canones, qui ſextæ ſynodi ſerũtur, c L. Patres, qui in ſexta ſynodo contra Monothelitas Agathone congregati ſunt, non ediderunt, ſed alij poſt 24. annos, vt Theophanes Taraſij Conſtantinopolit. Patriarchæ Syncellus, & Anaſtaſius Bibliothecarius eum ſecutus, ſubiecta ratione temporum, etiam indictione canonis 3. adſtipulante, clarè demonſtrarũt, vt

à me

à me in libro de actis & canonibus 6. Synodi, & actis 7. copioſius expoſitū eſt, Igmarus quoque archiepiſcopus Rhemenſis, qui tempore Nicolai primi vixit, teſtatur in libro de quibuſdam canonicis capitulis, nullos canones ſextam Synodum, præter ſex, feciſſe. Vmbertus item Leonis IX. legatus, Nicetæ presbytero nobis hunc canonem contra ieiunium ſabbati obijcienti, ſic reſpondet: Vnde nos ſcientes 6. Synodum ad deſtruendam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non ad tradendum Romanis nouas inſtitutiones, congregatam, capitula, quæ nobis ſub eius auctoritate opponitis, omnino refutamus: quia prima, & apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus: idem ſentiendum eſt de quibuſdam alijs eiuſdem Synodi capitulis, quæ ab eccleſiaſticis decretis eccleſiæ Romanæ diſcrepant. Quid igitur ille canon apoſtolorum, qui in illo canone 6. Synodi citatus eſt, clericum, ſi ſabbato ieiunet, deponit; & laicū excommunicat? Dixi ſuprà, ne cōſuetudinem eccleſiaſticam totius Orientis damnemus, quā eccleſia Romana nunquam hactenus damnauit, neceſſe eſſe canonem illius conſuetudinis non damnare: quem tamen Græci ſi ad eccleſiam Romanam pertinere dicunt, iam repugnantia dicunt, & auctoritatem ſui canonis per contentionem, & ignorantiam tollunt, dum ad nos pertinere contendunt, quibus conſuetudinem ipſius canonis contrariam ijdem ſancti apoſtoli conuenienter nobis tradiderunt. aliæ enim conſuetudines in alium ſtatum temporum, alijs locis quadrare viſæ ſunt ſanctis apoſtolis. Vnde ſanctus Maximus in ſcholijs ſuis in Dionyſium Areopag. cùm de baptiſmo agit; Si, inquit, Dionyſius aliquādo tradit diuerſa ab ijs quæ in eccleſia cernuntur, non eſſe mirandum, ſed credendum potius, illorum temporum ſtatui congruiſſe. & beatus Auguſtinus in epiſtola ad Ianuariū, De ijs, quæ variè per diuerſa loca ſeruantur, vnam air ſaluberrimam regulam eſſe retinendam, vt quæ non ſunt contra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus; ſed etiam laudando, & imitando ſectemur: ſi aliquorum infirmitas non ita impedir, vt amplius detrimentum nō ſit. Itaque neque nos cùm ſabbatis, etiam extra quadrageſimam, à carne ſemper abſtinemus, quod, vt dixi, quædam pars ieiunij eſt, traditionem eccleſiæ Orientalis de ſabbatis violamus, quia non eſt communis totius eccleſiæ; neque ipſi Orientales traditionem noſtram. Nouit huiuſmodi differentiam traditionum ſynodus Grangrenſis, quæ ſic ſanxit canone 18. Siquis ſine neceſſitate corporali propter elationem ieiunia in commune tradita, & ab eccleſia obſeruata ſoluerit, & improbauerit, ſit anathema. Ieiunia enim in commune tradita, ab ijs diſtinxit, quæ non in commune vniuerſali eccleſiæ tradita ſunt, vt ieiunia noſtrorum ſabbatorum. eadem itaque ratione in eccleſia noſtra anathema ſit ſecundum canonem apoſtolicum, qui Dominico die ieiunet non quidem δι' ἄσκησιν, id eſt, propter virtutem abſtinentiæ, ſic enim omni die, etiam Dominico, vt ait S. Epiphanius, ieiunare licet, ſed δι' ἀτιμίαν, id eſt, ad contumeliam reſurrectionis, qua in eccleſia Græcorum anathema eſt, qui ſabbato, & Dominico ieiunet. Sed quia non ſolum apoſtolica conſtitutio ſabbati iubet non ieiunare, quod ad lætitiam diei feſti pertinet, ſed vacare etiam lib. 8. cap. 33. iubet, nequis de vacatione Iudaica, & ſuperſtirioſa falſo interpretetur, quale otium ſit illud, & quorſum ſpectet illa vacatio, ex ipſa apoſtolica conſtitutione clarè intelligi poteſt: ſic enim ait: Sabbato, & Dominico vacent in eccleſia, propter doctrinam de religione. Sabbatum enim repræſentat creatiōnem; dies verò Diminicus reſurrectionem. Nihil hic ſancitur de otio ſabbati extra eccleſiam Iudaico. Si enim hac ratione ſabbato vacandum eſt illis, vt vacet audire in eccleſia doctrinam de religione, ſi eo die conuentus eccleſiaſtici fiant, quis dicat otium illud ſabbati in eccleſia Iudaicum eſſe, & ad cultum veteris ſabbati pertinere? cùm doctrina de religione, quæ in eccleſia ſolet, tradi, hoc in primis doceat, vetera tranſiſſe, & facta eſſe omnia noua? Synodus Laodicenſis cap. 29. Non oportet, inquit, iudarzare Chriſtianos, & vacare in ſabbatis; ſed operari in eo die, & diem Dominicum præhonorantes, vacare vt oportet. Si autem inuenti fuerint iudaizantes, ſint anathema apud Chriſtum. Hactenus canon, integer ex exemplari Græco manuſcripto, qui planè prohibet vacare ſabbatis Iudaicè, vt quidem vacaret qui putaret non licere laborare vllo modo ſabbato propter veterem illam ſanctificationem ſabbati, quæ tota ad myſterium nouæ creationis iam factæ, & ſpiritualis, ac cæleſtis quietis ſignificandæ adumbrandum ſpectabat; quod quidem nihil aliud eſſet, quàm euangelium cum iudaiſmo more Nazaræorum velle coniungere, & Antichriſti præcurſores eſſe, quales fuiſſe videntur de quibus Gregorius in epiſtola ad ciues Romanos ſcripſit; Peruenit ad me, quoſdam peruerſi ſpiritus homines praua inter vos aliqua, & ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita vt die ſabbati aliquid operari prohiberent; quos quid aliud, niſi Antichriſti prædicatores dixerimus, qui veniens diem ſabbati atque Dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri? Quia enim mori ſe, & reſurgere ſimulat, habere in veneratione vult diem Dominicum: & quia populum iudaizare compellit, vt exteriorem legis ritum reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat, coli vult ſabbatum. Hactenus S. Gregorius. Hæc eadem Nicolaus primus ad conſulta Bulgarorum, cap. 10. reſpōdit: Noſſe, inquit, cupitis,

ſi liceat alicui ſabbato, vel Dominico laborationem aliquam exercere. de hoc ſanctus Papa Gregorius Romanos alloquens ait; Peruenit, & quæ ſequuntur, paulo antè recitata. Deinde ſubiungit idē Nicolaus, hoc enim quod per Prophetam dicitur, Ne inferatis onera per portas veſtras die ſabbati, tamdiu teneri potuit, quandiu legem licuit iuxta litteram cuſtodiri. At poſtquam gratia omnipotentis Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti apparuit, pręcepta legis, quæ per figuram dicta ſunt, iuxta litteram ſeruari non poſſunt. nam ſi quis dicit hoc de ſabbato eſſe ſeruandum, dicat neceſſe eſt etiam carnalia ſacrificia perſoluenda: dicat præceptum quoque de circumciſione corporis adhuc vſque retinendum. Sed contra ſe Paulum audiat dicentem; ſi circumcidimini, Chriſtus vobis nihil proderit. Nos itaq; quod de ſabbato ſcriptum eſt, ſpiritualiter accepimus, ſpiritualiter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem ſabbatum ipſum redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum Dominum habemus; & qui lucem fidei eius cognoſcit, ſi peccatum concupiſcentiæ ad mētem per oculos trahit, in die ſabbati onera per portas introducit. Non ergo in die ſabbati onera per portas introducimus, ſi in redemptoris noſtri gratia conſtituti pondera peccati ad animam per ſenſus corporeos non trahamus. nam idem Dominus, ac redemptor noſter multa in die ſabbati legitur operaſſe, ita vt Iudæos reprehenderet, dicens, Quis veſtrum bouem, aut aſinum ſuum non ſoluit in die ſabbati, & ducit adaquare? ſi ergo ipſa per ſe veritas non cuſtodiri iuxta litteram ſabbatum præcepit, quiſquis otium ſabbati, iuxta litteram cuſtodit, cui alteri, niſi ipſi veritati contradicit? Dominico verò die à labore terreno ceſſandum eſt, atque omnimodo orationibus inſiſtendum, vt quicquid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis Dominicæ precibus expietur. Hactenus Nicolaus. Bulgari ergo, qui nationis Græcorum ſunt, quia ſciebant in eccleſia Græcorum liberum eſſe à ieiunio ſabbatum, idque ad rationem feſti diei pertinere, de otio, & vacatione ſabbati opportunè Pontificem conſuluerunt; quod quidem otium Pontifex iuxta litteram, & carnaliter cuſtodire fas eſſe negat; vt neque Græci hodie cuſtodiunt: quare ſi dicant ſe nō affligi ieiunio ſabbatis, immo nec opere corporali toto die fatigari (audio enim poſt veſpertinæ horæ preces ſolere relaxare opus, & labores, quod in nonnullis quoque locis Occidentis fit) non propter vmbram ſabbati veteris, quæ iam præteriuit, ex quo venit, vt S. Epiphanius vocat, magnum ſabbatum Dominici diei, in quod illud paruum mutatum eſt, & quæ fuit cauſſa obſeruandi tunc ſecundùm litteram, id eſt, otio carnali illud vetus ſabbatum, ſed potius propter nouæ creaturæ, & Dominicæ reſurrectionis lætitiam à ſabbato incipientem, non debemus eos damnare, aut iudicare, quos hoc nomine à ſanctis pontificibus, aut concilijs, neque damnatos legimus nec accuſatos, ſed potius defendere, vt beatus Auguſt. contra Vrbicum defendit, neq; canonem, quem illi tenent, & ſeruant, negare oportet Apoſtolorum eſſe; ſatis eſt dicere non eſſe traditū εἰς τὸ κοινὸν, id eſt, in commune, vt quædam ſunt eccleſiæ tradita, quod Synodus Gangrenſis, vt ſuprà dixi, notauit. Quòd ſi qui hunc canonē apoſtolorum eſſe aliquando contra Græcos diſputantes negarunt, ideò fecerunt, quòd quaſi in commune traditum ad nos quoq; Græci eum pertinere volebant. quòd falſum eſt, & reſpuendum. Item ſi ſabbati obſeruationem aliquando tanquam Iudaicam iiſdem exprobrarunt, hoc quoq; fecerunt, quia illi ipſi Græci non verebantur nobis obijcere, quod iudaizaremus in azymo. Deniq; vt hunc locū finiam, Nicolaus primus in reſponſis ad conſulta Bulgarorum cap. 4. & 5. ſexta feria ab eſu carnis abſtinere iuſſit, non tamen ſabbato, quia ſciebat eccleſiæ Græcorū traditionem, & apoſtolorum canonem.

Cap. XXV. pag. 125.

Ter die in hunc modum orate, præparantes vos, vt digni ſitis adoptione Dei patris.) Quomodo, dicet aliquis, præcipiunt Apoſtoli ter die orare, cùm eorum magiſter in Euangelio Lucæ cap. 18. dixerit, oportere ſemper orare, & nunquam deficere; & coapoſtolus Paulus 1. Theſſ. cap. 5. præcipiat ſimiliter ſine intermiſſione orare? deinde quomodo conſtitutio hæc cum illa congruit, quę eſt in lib. 8. cap. 36. vbi iidem apoſtoli pręcipiunt precationes facere manè, tertia hora, ſexta, & nona, veſpere, & ad gallicantum? Dicam igitur prius, quid ſibi velit quòd Paulus pręcipit ſine intermiſſione orare. neq; enim voluit vt nō liceret intermiſſa oratione aliud aliquando operari, qui fuit error Adelphij, & Alexandri hæreticorū, qui hunc locū perperam intelligentes, & interpretātes, vt S. Nilus in lib. περὶ ἀκτημοσύνης teſtatur, tradebant non eſſe operandum, ſed ſemper orandum. Diſſerens verò idem Nilus de hoc præcepto orandi ſine intermiſſione, ſciens, inquit, Scriptura ignauiam multorū, in arctū nos coegit quibuſdam pręceptis, quæ maiora quàm pro viribus apparerent: tum vt ſtudiū noſtrū orandi, quoad fieri poſſit, intenderet; tum vt occaſionē elationis ſubtraheret; magisq; ſe is qui oraret, modeſtè ac ſubmiſsè gereret, quaſi non pertingeret quò iubeatur, q inflaretur, quaſi partē præcepti faceret: magis metuens, ne reprehendatur, quia deficiat, quā laudē ſperans in eo quod pfeciſſe videatur: Siquidem nullū opus imperfectum audacem confidentiā prębet ei qui illud fecit, quin potius pudore afficit eū qui non perfecit. Hactenus Nilus. Hęc igit eſt œconomia ſcripturę ſanctæ, & ratio diuinę ſapientię in pręcipiendo aliquādo aliquid quod prima fronte vires

noſtras

noſtras ſuperare videatur, quale eſt, orare ſine intermiſſione. Ex quo fit, vt hæc apoſtolica cõſtitutio de ter precando die, non pugnet cum præcepto diuinæ ſcripturæ de orando ſine intermiſſione, & nunquam deſiſtendo, ſi (ut neceſſe eſt in nouo quoque teſtamẽto interdum facere, ſicut magnus Athanaſius admonuit) litterã ab ſpiritu diſtinguamus. Itaq; ut Apoſtolus cùm ſine intermiſſione orate pręcipit, quo ad fieri poſſit, ſtudiũ orãdi intẽdere pręcipit. ſic apoſtolica cõſtitutio quaſi interpres ſcripturæ, cùm præcipit ter die orare, orare præcipit quàm frequentiſſimè poſſumus; ita ut, cùm rariſſimè, ter ſaltem oremus, ut is numerus de ſancta Trinitate, ad quam omnis noſtra precatio pertinet, admoneat. Ex hac conſtitutione manaſſe vſque ad nos credendum eſt, ꝙ quotidie in multis eccleſijs Occidentis ter ſignum orandi populo datur, manè, meridie, & principio noctis. Eſt autem facta hæc conſtitutio ad exemplum Danielis, de quo ſcriptum eſt Danielis ca. 6. quòd tribus temporibus in die flectebat genua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo ſuo, ſicut antè facere cõſueuerat. Quòd ſi ille ter orabat in alieno ſolo, & hoſtili, & captiuus, cùm diligẽtiſſimè ab hoſtibus religionis ſuæ obſeruaretur (idcirco enim ſubiungit ſcriptura: Viri ergo illi curioſius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & quæ ſequuntur) quid nos facere oportet, quorum iuſtitia abũdare debet pluſquàm Scribarum & Phariſæorum, ſi in regnum Dei intrare volumus? Rurſus ut admoneret apoſtolica doctrina id quod Apoſtolus præcepiſſet de orãdo ſine intermiſione, de quo ſaltem genere orationis intelligi poſſet, ut uires noſtras non ſuperaret, ſubiungit alteram conſtitutionem: Eſtote, inquit, præſto ad agendas gratias ſemper, tanquam fideles, & grati ſerui, quaſi diceret, hoc illum modo ſemper orare, qui ſemper eſt gratus, & memor beneficiorum, & præſto in omni re ad agẽdum gratias. Hic enim omne quodcunq; facit, vt Apoſtolus ad Coloſſ. ſcripſit, in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini facit, gratias agens Deo & patri per ipſum, in quo viuimus, mouemur, & ſumus: ut ſicut idem rurſus ad Corinth. ſcripſit, ſiue manducet, ſiue bibat, ſiue quid aliud faciat, omnia in gloriam Dei faciat. Iam verò conſtitutio apoſtolica lib. 8. de orando manè, tertia, ſexta, nona, & veſperè, atque ad gallicantum, non repugnat huic de orando ter die, hæc enim conſtitutio ad vitã communem Chriſtianam pertinet, ſecundùm inſcriptionem huius ipſius libri, quæ eſt περὶ πολιτείας, illa verò ad eos pertinet qui in eccleſia ordinantur, de quorum ordinatione, & eorum miniſterio multę conſtitutiones in eo ipſo lib. 8. deſcriptæ ſunt. illi, inquã, preces matutinas, quas nũc vocamus, vnà cum laudibus adhibent, quas preces dicit adhiberi ad gallicantum, qui eſt nuncius matutinus diei aduentantis: deinde de manè, quàm nos vocamus primam, poſteà tertia, ſexta, & nona. Cũ precibus verò ad veſperam adhibendis coniungit Completorium, quod nunc vocamus: ita fit, vt ſeptem horarias precationes, quas vſque in hodiernum diem ordines Clericorum ritu quotidiano faciunt, ab Apoſtolis traditas acceperit eccleſia, quas ipſi Apoſtoli ad exemplũ ſancti regis Dauid inſtituerunt, ſicut idẽ Propheta ait, Septies in die laudem dixi tibi. Sed non erit ab re obſeruare hoc loco, quod hæc ipſa conſtitutio ait, orate, ſic præparantes vos, vt digni ſitis adoptione Dei patris. Oportet. n. acceſſuros ad precationẽ, uitam ſuam ſanctis actionibus ornare, faciẽdo prius mãdata Dei patris, ut filios decet; ſicut populus Iſraeliticus, vt hoc in ænigmate doceren tur, prius iuſſu Dei lauit veſtimenta ſua, ut ſic lotus, exiret ex caſtris in occurſum Dei, ſicut ait ſcriptura. Qui verò perfectiores ſunt populo, ut alter Moyſes, hi in montem contemplationis aſcendunt, vbi diuiniſſima atq; excellẽtiſſima eorum quæ à nobis videntur, & intelliguntur, ſunt illis velut lumina ad cognoſcendum ea quæ in Deo ſunt, quæ quidem lumina Moyſes in monte vidit; ſunt item velut tubæ, quas idẽ audiuit, quæ in ænigmate, & figura huius rei illi contigiſſe, diuinè Dionyſius Areopag. in myſtica Theologia cap. 1. explicauit.

Cap. XXVII. pag. 126.

Noſq; omnes in regnum tuum, quod præparaſti congrega: hoc maranatha.) Et hunc locum fortaſſe non deerit qui reprehendat, niſi interpretatione caueatur. Quomodo enim (dicet aliquis) Paulus cùm à regno ſeparat pronunciato anathemate, adhibet verbũ maranatha; ſiquis, inquit, non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema maranata: Clemens verò tunc adhibet, cùm orat, ut in regnum Dei congregemur? & cùm Deum laudibus celebrat? ſequitur enim, Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. explicemus ergo prius locum Pauli de maranatha; ſiquis, inquit, non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, (quales ſunt quos epiſtola reprehenderat, inceſtos, adulteros, idololatras, contentioſos, inflatos, & alios reſurrectionẽ nõ credentes) ſit anathema, id eſt, alienus à cõmuni corpore eccleſię, ut ait Theodoretus adiunxit autem Paulus maranatha, quòd ſignificat Dominus noſter venit, quod non de primo aduentu accipiendum eſt, ſed de ſecundo, ut perinde ſit, quaſi diceret, ſit anathema vſque ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti. adiunxit inquam hoc, ut hoc verbo pręterrefaceret illos quos anathemate afficiebat, admoneretq; futuros eſſe verè excommunicatos, ac ſeparatos, & maledictos in ſecundo aduentu, cùm ſeparabunt Angeli malos de medio iuſtorum, & dicetur ore Domini, ite maledicti in ignem æternum. Expreſſit idem Apoſtolus vim huius anathematis ma-

ranatha 2.Theſſal.1.cùm ait in eos qui fideles perſequebantur, ſi tamẽ iuſtũ eſt apud Deum retribuere tribulationẽ ijs,qui vos tribulant, in reuelatione Domini de cœlo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictã ijs qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & gloria virtutis eius. Quod ergo dixi, ſit anathema maranatha, perinde eſſe, vt ſi dictum eſſet, ſit anathema vſque ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſic Clemens in epiſt. 2. interpretatus eſt; cùm ait in extremo epiſtolæ 2. hæc igitur frater Iacobe de ore ſancti Petri iubentis audiui, ſi quis præcepta hæc non integra cuſtodierit, ſit anathema vſque ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti. Obſeruaui in quodam Cõcilio ex Toletanis, non memini quoto, pro eo quod eſt, ſit anathema maranatha, dictum eſſe ad imitationem Clementis, ſit illi maledictio in aduentu Domini. Frequens eſt in concilijs vis huiuſmodi anathematis maranatha, alijs verbis idem valentibus explicata, vt in conc. Tol, 6.ca.17.perpetuo anathemate damnetur. & ca.18. anathemate diuino perculſus abſque vllo remedij loco habeatur damnatus æterno judicio. item in conc. Turonico 2.ca.25. anathemate moriatur, & cæleſti gladio feriatur. gladium cæleſtem vocat extremum iudicium in aduentu Domini noſtri, cùm diuidet eum, ſicut ſcriptum eſt de die illo, & partem eius cum infidelibus ponet. anathematizatus igitur, ſi perſeuerat in contumacia, ſit anathema maranatha, quia in hac vita eſt ſeparatꝰ à corpore eccleſiæ, id eſt, à communione fidelium, & in aduentu Domini verè ſeparabitur à cõmunione ſanctorũ proiectus in ignem æternum. Hactenus de loco Pauli. Dicamus iam de loco Apoſtolicæ doctrinæ; *Congrega Domine omnes nos in regnum tuum, quod præparaſti: hoc maranatha: Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne.*) Vſus eſt hoc loco Clemens verbo Apoſtoli, idque interpretatus, ſignificat enim aduentũ Domini noſtri; cùm venturus eſt ad dandum ſuis, à quibus in hac vita ſanctificatus, & honoratus eſt, regnum gloriæ ſuæ, quod docuit nos quotidie petere, cùm dicimus, adueniat regnum tuum, pro quo dicit hic Clemens; congrega nos in regnum tuũ, quod pręparaſti, de quo dicturus eſt in aduẽtu ſuo, Venite benedicti patris mei, poſſidete regnũ paratum vobis. Cuius regni aduentum precatur idem Apoſtolus Theſſalonicenſibus in eadem epiſt. 2.ca.1. vt digni, inquit, habeamini regno Dei in reuelatione Domini noſtri Ieſu Chriſti de cęlo cũ angelis virtutis eius, cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. itaq; quia aduentus Domini noſtri ſecundus affert malis ſupplicium, & extremã ſeparationem, ac maledictum; cõtra verò bonis, ac pijs affert regnum, & gloriam, idcirco idem verbum maranatha, quod aduentũ Domini noſtri, vt ſępè diximus, ſignificat, anathemati adiunctum eſt à Paulo ad terrorem; à Clemente verò adiunctum eſt regno ad conſolationem. in ſecundo enim aduentu dabitur nobis regnum, quod aduenire optamus, & petimus; & integrum ſupplicium excommunicatis. Non ignoro Chryſoſtomum, & eius ſectatorem Theophylactum ad primum aduentum retuliſſe verbum maranatha. Sed ad ſecundùm potius referendum eſſe tum conuenientia rei, & ratio propoſiti ſuadet: tum auctoritas Clemẽtis, quæ maxima eſt; is enim ad aduentum regni, quod petimus, & in quod in ſecundo aduentu congregandi ſumus, in precatione paulò ante recitata retulit. poſtquã enim dixit, Congrega nos omnes in regnum tuum, ſubiungit ſtatim, hoc maranatha, id eſt, in regnũ dico, cùm Dominus veniet. Deinde, poſtquam dixit, hoc maranatha, rurſus ſubiungit, Benedictus qui venit in nomine Domini; Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. ſi maranatha de primo aduentu accepiſſet Clemens, non diceret ſubinde rurſus de primo aduentu, Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. aliud poſtremò aduertendum eſt, ne quis in eo hęreat, nihil referre, ſi in maranatha, id eſt, Dominus noſter venit, verbũ venit pręteriti temporis ſit: in ſcriptura enim quæ futura ſunt, quia nulla in eis ſit dubitatio, quaſi iam euenerint, in præterito proferri quandoq; ſolent. & de his hactenus.

CAP. XXXIIII. Pag. 127.

Abraham enim primogenitum noſtrum, viam veritatis ex ipſa, quæ ei erat, facultate, id eſt, vi ſua capeſſentem, cùm ei appareres, tanquam dux, deduxiſti. Si ex vi naturæ inſita, qua præditus erat, potuit Abraham capeſſere viã veritatis, ſcilicet practicæ, id eſt, ſi potuit bene operari, ergo nõ opus erat illi gratia Dei ad hoc? Similiter enim argumentatur S. Thomas p.2.q.109. art.4. Videtur, inquit, quòd homo ſine gratia per ſua naturalia poſſit præcepta legis implere, dicit enim apoſtolus Rom.2. quòd gentes, quę legem non habent, naturaliter ea, quę legis ſunt, faciunt: Quod autẽ, inquit, homo naturaliter facit, per ſeipſum facere poteſt abſq; gratia. Sic S. Thomas. Sed de quibus bonis operibus Abrahæ naturalibus loquatur hoc loco apoſtolica doctrina, ſtatim explicauit, ſubiungens, eumq; quid tandem eſſet hoc ſæculum, docuiſti, ac fidem quidem eius antegreſſa eſt cognitio; cognitionem verò fides cõſecuta: Igitur de operibus Abrahæ ante fidem loquitur, de illis, inquam, quæ Paulus vocat opera Abrahæ ſecundum carnem. Cum enim docere vellet neq; in lege, neq; ante legem iuſtificari hominem ex operibus, quæ non ſunt ex fide, poſtquam dixit, quoniam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem

ex fide, & præputium per fidem, ſubiungit; quid ergo? dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundùm carnem? id eſt, ante ſpiritum ex fide, vt idem Apoſtolus aliàs loqui ſolet, ut cùm ait in epiſtola ad Galatas, Nos ſpiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus. Deinde poſtquam quæſiuit, quid Abraham inueniſſet ſecundùm carnem, ſiue ſecundùm opera ſolius naturæ, ſubiungit, ſi enim ex operibus iuſtificatus eſt, id eſt, ſi ex operibus ſecundùm carnem inuenit iuſtitiam, ex operibus, inquam, naturalibus, quæ non ſunt opera ſpiritus ex fide, habet laudem & mercedem ſecundum carnem apud homines: quia ſecundum ſpiritum ex fide laus eſt apud Deum, cuius donum eſt fides. Quæ verò eſſent opera iſta Abrahæ ſecundùm carnem, ſiue ſecundum naturam, antequam ſpiritum ex fide à Deo acciperet, optimè docuit Magnetes auctor antiquiſſimus, in quinto libro apologiarum pro euangelio, ſeruabat, inquit, Abraham φυσικῶς, id eſt, naturaliter, id quod Clemens dixit ἐξ ὑπαρχούσης, ſcilicet δυνάμεως, æquitatem in vita cōſeratq; vtilis proximis, & à dolo atq; fraude alienus: tū dādo, & accipiendo nemini nocens: egentibus benignè faciens, & in ſimplicitate tribuens: deniq; à prauis ſtudijs ſe abſtinens. Hæc, inquit, tametſi pulchra, & honeſta hominibus viderentur, nemo tamen in iuſtitiam computabat, nemo in virtutibus cum ratione ponebat, qa neque ponere quidem vllus poterat, niſi ſolus Deus. Verùm nondum credebat: cùm verò credidit Abraham Deo, hæc atque alia rectè facta computata ſunt Abrahæ in iuſtitiam, Hactenus Magnetes. Huiuſmodi verò opera ſpiritus ex fide, non iam naturalia ſunt, ſed ſupra naturam, idcirco ad ea ſuſcipiēda opus eſt Dei gratia gratificante, ſiue iuſtificante: immo opus quoque erat in ſtatu naturæ integræ, vt rectè tradit ſanctus Thomas prima, ſecundæ q. 109. artic. 2. Quod verò dixit Apoſtolus in epiſt. ad Rom. cap. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis ſunt, faciunt (ut hoc quoque obiter notemus) cùm de ijs gentibus loquatur, quæ ad euangelium pertinent, & quæ filij Abrahæ ſunt ſecūdùm fidem, neceſſe eſt de ijs operibus accipere nō qualia erant, quæ Abraham naturaliter ante fidem faciebat, ſed de ijs, quæ ex fide Dei fiunt. quæ quidem fiunt natura per gratiam reparata, ſicut beatus Auguſtinus in libro de ſpiritu, & littera interpretatus eſt, id eſt, quę fiunt ſecundùm illam rationem naturalem, de qua dicit beatus Iacobus, ſuſcipite inſitam rationem, quæ poteſt ſaluare animas veſtras. ſic enim eſt Græcè ἔμφυτον λόγον, quod interpres Latinus verti, inſitum verbum. Eſt autē huiuſmodi ratio inſita, ſiue naturalis, quæ poteſt ſaluare animas, non illa ratio, quæ eſt ſemen quoddam in homine ſatum ſecundùm potentiam naturalem; ſed altera excellētior, quæ eſt ſemen aliud, in cuius participatio fit ſecundùm gratiam Dei. Sic enim diſtinxit Iuſtinus martyr in prima apologia, cùm ait, Scriptores enim omnes per ſemen rationis naturæ inſitæ obſcurè & tenuiter potuerunt videre ea, quæ ſunt: deinde ſubiungit, Aliud enim eſt ſemen alicuius, datum ſecundùm potentiam: aliud verò ſemen, cuius participatio fit ſecundum gratiam. Hanc uocat idem Iuſtinus in ſecunda Apologia τὸν λόγον θεῖον ὄντα, id eſt, rationem illā, quæ diuina eſt. de qua ſic ſcribit: Quod enim leges humanæ non potuerūt efficere, hoc ratio illa, quę diuina eſt, effeciſſet, niſi dæmones multa falſa, & impia prædicata aſperſiſſent, vtentes ad omnia adiutrice mala cuiuſq;, & multiplici cupiditate naturali. Sed redeamus ad propoſitum locum de Abrahā, cui quidem quia ad capeſſendam naturaliter viam veritatis, id eſt, ad bene viuendum, non ſolùm opus erat iudicare quid eſſet ſuſcipiendum, ſed eligere quod iudicatum erat; ſequitur vt utraque pars, ſcilicet iudicandi, & eligēdi, naturæ inſita ſit. Siquidem ut tradit Apoſtolica conſtitutio, ex facultate naturæ innata, quam Euangelium vocat in parabola de talentis diſtributis, propriam virtutem, viam viuendi ex virtute, Abrahā ingreſſus eſt; eſt igitur poteſtas eligēdi, quæ liberum arbitrium dicit, homini naturalis. Quare naturam hominis tollit, qui liberum arbitrium tollit, vt hæretici faciunt. Vnde rectè ait Dionyſius Areopag. in diuin. nomin. cap. 4. ab illis naturam violari, qui impiè aiebant oportuiſſe, vt prouidentia Dei homines, vel inuiti ad virtutem traherentur: quod quidem, inquit, ab ipſa prouidentia alienum eſt. Rurſus ſi poteſt homo naturaliter bene operari, ut tradit Paulus de gentibus, quæ naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, non ergo homo ob eam tātùm cauſſam bene operatur, quia Dei gratia operatur in eo bene velle, & bene operari; ſed qa ille ipſe homo hoc ipſum eligit, qui poteſtatem habet naturalem liberè ſuſcipiendi ſtudium virtutis: quæ poteſtas δύναμις προαιρετικὴ dicit, id eſt, virtus electiua. Itaq; bene operatur, quia Deus operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate: Simul etiā, quia, vt dixi, ipſe ille homo, quod Deus in nobis operatur, eligit faciendum, iuxta prophetiam Michææ, cap. 5. Indicabo tibi, inquit, ô homo, quid Dominus requirat à te: vtique vt ſis paratus ambulare cum Deo tuo, id eſt, eligere quod Deus vult. & Salomon in eadem ſententiam loquens in Prouerb. c. 24. de bello ſpirituali, quod non cum carne & ſanguine, ſed cum cōcupiſcētijs, & ſpiritualibus nequitiæ à nobis geritur, non quidem corporis viribus, aut armis, ſed cōſilio, iudicio, & electione virtutis, adiutore Deo, cū gubernatione, inquit, fit bellū: auxilium autem, ſcilicet Dei, μετὰ καρδίας βουλευτικῆς, id eſt, cum corde deliberāte: nō aūt eſt deliberatio, vbi nō electio: quare electionem ſignificat, quæ eſt, ut tradit Ariſtoteles in tertio lib. de morib. ὄρεξις βουλευτικὴ, id eſt, appetitus deliberans; ſic enim Ariſtot.

hunc

hunc locum Salomonis imitatus, vocauit ὄρεξιν βουλευτικὴν, quam Salomon καρδίαν βουλευτικὴν. Neque diſcrepat, quod ait idem Ariſt. in lib. 6. eſſe electionem appetitum intellectiuum, ſiue intellectum appetitiuum, quia ſcilicet ex intellectu atque appetitu antegreſſis extitit electio. Præterea idem Salomon in Prouerb. c. 21. Sicut impetus aquæ, inquit, ita cor regis in manu Dei: quocunque voluerit, illuc inclinabit illud. Cum aqua, quæ vim habet naturalem fluendi, quò ducit ὀχετηγὸς, id eſt, aquæductus, comparat Salomon animã eius qui velut dux, ſiue rex quidam, appetitiones ſuas, Deo adiuuante, ac dirigente, moderatur. Habet enim homo inſitam δύναμιν προαιρετικὴν, id eſt, inſitam poteſtatem eligendi actiones honẽſtas, quam Deus poteſtatem ad actum perducit excitando, & adiuuãdo, quod Salomon vocat inclinare cor regis, quò voluerit. Cor enim non regentis appetitum, non eſt cor regis, & domini, ſed ſerui, quod non inclinat Dominus quò vult, propter eius duritiã. Rurſus idem Salomon in eodem capite, Non eſt, inquit, ſapientia, non eſt fortitudo, non eſt conſilium contra Dominum. Ne verò aliquis malè hoc intelligeret, quaſi non eſſet Domini liberum ſetus operari quàm eſſet Dei voluntas, quia non ſit ſapientia, non ſit fortitudo, neque conſilium contra Domini voluntatem, idcirco ſubiungit ſtatim, equus paratur in diem belli; à Domino autem auxilium. Docet enim his verbis, ſic eſſe verum, non poſſe reſiſti voluntati Dei, vt ſit ſemper ſalua natura hominis, id eſt, vt ſit homo nihilominus natura præditus libero arbitrio: ita vt in pugna ſpirituali appetitum irrationalem, qui inſtar, equi, Domino adiuuãte regat ac moderetur κατὰ λόγον προαιρετικὸν à natura datum, id eſt, ſecundum rationem eligentem, quæ tanquam auriga, cum videt fieri ab hoſte ſpirituali impetum in animam, ita carnem adiutore Deo parat, & inſtruit, vt illa ſpiritum prõptè ſequatur obediẽs ei, ſicut equus ſolet ſedẽti in equo; non rectè autem cum equo compararetur voluntas hominis, niſi quòd equus naturaliter aliquando facit vt reſiſtat calcari, nec ei pareat, hoc ipſum libera voluntas noſtra facere poſſet, vt ſcilicet auxilio gratiæ Dei reſiſtat. Similiter Paulus Apoſtolus illi qui peccatum ſuum excuſabat, quaſi non poſſet reſiſtere voluntati Dei id permittentis, ac proinde iniuſtè Deus quæreretur de eo, quod perinde erat, quaſi ſentiret ſic oportuiſſe factum eſſe hoĩem, vt ad virtutem traheretur vel inuitus, vt impij quidã, & diuinæ prouidẽtiæ calũniatores olim aiebant temporibus Pauli, quos, vt paulo antè dixi, Dionyſius quoque Areopag. in diuin. nominibus cap. 4. prope finem notauit, illi, inquam, Paulus, ſimiliter, poſtquã dixit, voluntati eius quis reſiſtit? ſic reſpondet, vt admoneat eum de natura, qua à principio fictus formatuſque eſt homo ab auctore ſuo, tanquam a figulo, natura, inquam, liber: O homo, inquit, tu quis es qui reſpõdeas Deo? nũquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic? & quæſequuntur. quæ nos ſatis prolixè in libro de electione diuina explanauimus. His igitur exemplis naturalibus ſapiẽtiſſimè docuit Salomon eſſe aliquid in homine quod natura poteſtatem ſuarum actionũ haberet, quod liberum arbitrium vocamus: quod inſtar aquæductus ſecundùm propriã virtutem cor, ſiue appetitũ hominis huc aut illuc adiuuatore Deo rectè dirigit: aut inſtar equitis, ſiue aurigæ, ad rectè currendum ipſo item adiutore Deo parat. Quare qui liberum arbitrium negat, cor hominis naturali auriga ac rectore priuat, & ex homine equum rationis expertem facit: item fluxum, ac refluxum humani appetitus naturali aquæductu ſpoliat. Sed de libero arbitrio plura aliàs commodiore loco, ſi Dominus voluerit, dicam. Nunc verò ſatis hæc ſint ad intelligendũ quod Apoſtolica doctrina de Abraham ait, ſcilicet ex facultate naturæ innata viam rectè uiuendi inſtituiſſe, dictum eiſe propter iudicium naturale, & poteſtatem eligendi quod rectum eſt, naturæ inſitam, id eſt, propter liberum arbitriũ homini naturale, quo ille ante fidem rectè vtens, licet imperfectè, paratus fuit ad ſuſcipiendam fidem, & Dei gratiam: & qui ueſtigia eius ſequũtur, eorum corda parata ſimiliter ſunt, vt ſpiritu Dei impleantur, ſicut ſcribit beatus Antonius in prima epiſtola ex ijs quas beatus Hieronymus ait Apoſtolici ſenſus & ſermonis eſſe.

Cap. xxxvi. pag. 128.

Dixit vnus ſanctus Phelmoni loquenti.) Verbum hoc, Phelmoni. Chaldaicũ eſt, ut ex quodam Chaldaicę, & Hebraicę linguæ peritiſſimo audiui. Hebræi uerò, ut idem aiebat, dicũt Phelumni. Vtuntur autem his uocibus, cum aliquem ſignificare uolunt cuius nomen non indicant; tunc ſcilicet, cum nihil eis referre uidetur ad rationem narrationis. Græci dicunt pro his, ὁ δεῖνα. apud nos uis horum uerborum exprimi poteſt, ſi dicatur, certus quidam. Hiſpana uerò lingua ex hoc uerbo Hebraico, Phelumni, parua deflexione fecit uerbum ſuũ *phulano*, quo idem ſignificamus, ſcilicet certũ aliquem, cuius nomen non declaramus. Exemplum eſt in Euang. Matth. capit. 26. cùm miſit Dominus ad parãdum paſcha, miſiſſe ait Euãgeliſta ad quendam, Græcè eſt πρὸς τὸν δεῖνα, id eſt, ut ita explicandi cã dicamus, ad certũ quendam. Sciebat enim euangeliſta nomen: ſed non iudicauit quicquam referre, ut efferret. alius uerò euangeliſta ſecundum œconomiam Spiritus ſancti ſcriptores euangelij dirigentis, clarius locutus eſt; dixit enim miſiſſe ad quendam, qui erat dominus eius domus, in quam ingreſſurus erat, qui tunc aquam ferebat in lagena. Reperi autem ſcriptũ in Chronico Hippolyti Thebani uetuſtiſſimi auctoris,

ris, ut hoc quoque obiter notemus, fuiſſe iſtã domum Zebedæi patris Ioannis Euãg. ex quo fit, ut iſte quidam certus, ad quem miſit Dominus, ut apud eum Paſcha pareretur, fuerit Zebedæus pater Ioannis Euangeliſtę; qui erat iam Chriſti diſcipulus, & Apoſtolus, & qui matrem Domini accepit in propria, id eſt, in domum patris, quæ erat in Sion: in qua domo paratum eſt Paſcha: & ad quam Apoſtoli confugerunt propter metum Iudæorum: itẽ vbi apparuit Dominus diſcipulis poſt reſurrectionem, ianuis clauſis: & vbi dedit Spiritum ſanctum, & octauo poſt reſurrectionem die certum reddidit Thomam: ubi etiam primũ elocuti ſunt myſterium diſcipuli: & vbi tunc primum elegerunt epiſcopum Iacobum, ſcilicet fratrem Domini. hæc ille auctor.

Creationis per mediatorem factæ auctor, & cauſa.) Non eſt intelligendum hoc de creatione mundi, quæ non eſt facta, neque fieri potuit per mediatorem, etſi facta ſit intermedia Dei voluntate, ut lib. 8. c. 12. explicatum eſt. Siquidem mediator non eſt unius, ut Apoſtolus ait, Deus autem unus eſt: quomodo enim filius Dei mediator eſſe potuit inter Deum, & ea quæ nondum erant? Intelligendum ergo eſt de creatione ſpiritali nouę creaturę, de quia Paulus ait in epiſtola ad Cor. priore: Si qua noua creatura in Chriſto, & quæ ſequuntur. huiuſmodi, inquam, creationis effector eſt Chriſtus ut mediator, & ut cauſa; ipſe enim ſolus factus eſt homo, ut morte ſua intercedente, uitam nobis reſtitueret, faciens, ſicut Apoſtolus ait, ex mortuis viuentes: pater verò effector eſt ut cauſſa ſolum, quæ enim ad cauſſam pertinent, ut diuinus Dionyſius in c. 2. cap. de diuin. nomin. tradit, totius diuinitatis communia ſunt, quæ dicuntur unita: Myſteria verò humanitatis Chriſti ſeparata dicũtur, & Chriſti ſunt propria, ut eſuriſſe, ſitiſſe, paſſum eſſe, ac per mortem ſuam nos liberaſſe. Omnia igitur ſecundùm Euangeliũ facta ſunt per Chriſtum Dei filium, non ut per, quod Græcè eſt διὰ, τὸ ὑπηρετικὸν, vt Arriani dicebant, ſignificet, id eſt, rationem miniſterij, ſed facta ſunt per Chriſtum Dei filiũ ſine medio, ſicut per Patrem eius; neq; enim creationis faciendæ intermedij fuerunt Angeli, aut filius, ut dixi, licet intermedia fuerit uoluntas: immo opus Dei naturale ἀμεσίτευτον eſt, ut in hoc cap. vocauit Clemens. ualet itaque hoc aduerſus Arrianos, qui, ut creaturæ exiſterent, opus fuiſſe mediatore, tradebant; at opus redemptionis non caruit intermedio, qui eſt Chriſtus, Deus enim pater redemit nos in filio, & per filium tãquam per mediatorem, qui eſt Deus, & idem homo: per ſe verò tanquam per cauſam eorum omnium quorum cauſſa eſt filius, in quo eſt pater, ſicut filius in ipſo. Limate igitur, &, ut ita dicam, notanter dixit apoſtolica doctrina contra futuros Theopaſchitas, creationis per mediatorem factæ, Deum patrem eſſe effectorem vt cauſſam: quod perinde eſt quaſi diceret, non vt mediatorem, ſed vt cauſſam, non, inquam vt mediatorem, quia Deus pater non eſt paſſus, neque pati poteſt. Hic etiam coarguitur error Euſebij Cæſ. qui lib. primo contra hæreſim Marcelli Ancyrani interpretans Arrianè locum Pauli ad Gal. lex ordinata per angelos in manu mediatoris, ait ſuiſſe filium Dei ſub Moyſe mediatorem inter Deum, & angelos: hiſque verbis, & illis quæ ſequuntur mediator autem non eſt vnius, docuiſſe Galatas de diuinitate filij, quam, inquit, ignorabant. filium itaque Dei, cuius diuinitatem à diuinitate patris ſeparabat Arrianè, faciebat in loco Pauli ad Gal. mediatorem, cum potius Apoſtolus, ſicut hęc Apoſtolica doctrina, mediatorem doceat eſſe Chriſtum, qui ſit vtriuſque teſtamenti auctor.

CAP. XLVII. pag. 132.

Eccleſiæ verò Romanæ Linus Claudiæ filius, primus à Paulo, Clemens verò poſt mortem Lini ſecundus à me Petro ordinatus eſt.) Quomodo aiebat quidam, Linus à Paulo primus ordinatus eſt epiſcopus Romæ? ergo à Paulo introducta eſt hæc cathedra Romana; vt iam rectè ſit ad dexteram Petri Paulus. Deinde, quomodo Clemens poſt mortem Lini, ſecũdus à me Petro, cum Eccleſia Cletum recenſeat poſt Linum? Ergo vt illud prius explicemus, quomodo, inquã, Linus primus ordinatus eſt à Paulo epiſcopus eccleſiæ Romanæ? Dico non ſignificari hîc, fuiſſe primum, quem Paulus ordinauit Linum; prius enim ordinauit Ignatium Antiochiæ epiſcopum; ſed potius ſignificari accepiſſe Linum primum omnium manuum impoſitionem à Paulo, vt eſſet Epiſcopus eccleſiæ Romanæ, non quidem principalis, ſed epiſcopus adiutor Petri in adminiſtratione Pontificatus, præſertim ſi quãdo neceſſe eſſet abeſſe Roma Petrum, ne vrbs abſque epiſcopo remaneret. Petrus verò primus, & proprius epiſcopus Eccleſiæ Romanæ, id eſt, catholicæ, non ab hominibus, neque per hominem, ſed à Chriſto per Spiritum eius ordinatus eſt. Clemens autem ſecundus eſt à Petro ordinatus, ſecundus, inquam, poſt Petrum, quod ſatis forma ipſa ſermonis Paulũ variata ſignificat, de Lino enim dixit, primus à Paulo epiſcopus Eccleſiæ Romanæ ordinatus: de Clemente verò poſt mortem Lini, ſecundus à me Petro ordinatus eſt: vt ſecundus poſt ipſum Petrum intelligeretur. In quo ſatis quoque ſignificauit non fuiſſe Linum principalẽ epiſcopum Romanum, ſed adiutorem eius. Quid verò diſcriminis ſit inter ordinationẽ Lini factam à Paulo, & Clementis factam à Petro, ex lib. 8. cap. 4. intelligi poteſt. iubet enim apoſtolica conſtitutio, quam in perſona Petri Clemens ſcripſit, vt qui eſt inter cęteros epiſcopos ὁ πρόκριτος, qui eſt Pontifex (huic enim conuenit hoc nomen) is presbyteros, &

populum

populum roget, an is quem petunt, dignus ſit eo loco, & dignitate: tanquam ad eum pertineat audire, & approbare illorũ teſtimonia, & ſuffragia. Itaque Petrus ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων, ſic enim eum vocat S. Nilus in epiſtola ad Magnam, Clementem & elegit & ordinauit tanquam proprium epiſcopum Romæ, & proprium ſuum ſucceſſorem: Paulus verò Linum ſolum per impoſitionem manuũ ordinauit epiſcopum Petri adiutorem. Itaque non eſt in Lino à Paulo ordinato introducta, vt ille aiebat, hæc cathedra Romana, ſed à Chriſto, qui Petro principi Apoſtolorũ vniuerſam eccleſiam, & omnium epiſcoporum electiones commiſit. De eo verò quod ad dexteram Petri poſitus eſt Paulus, quid cauſſæ, & ſignificationis ſit, dicemus lib. 8. cap. 35. Iſ verò quomodo Clemẽs poſt mortem Lini ſecundus ordinatus ſit à Petro, cùm omnes hiſtoriæ narrent, Cleto, ſiue, vt alij dicunt, Anacleto Clementem ſucceſſiſſe; tametſi res, propter varietatem ſcriptorum, non ſatis conſtare videatur; tamen ſic habẽdum eſſe arbitror, quantum ex epiſtola Ioãnis tertij aſſequi poſſum, quem tanquam certiorem auctorem ſequor. ſic enim ait, quod ipſum refertur 8. q. 1. cap. 2. Si autem Petrus princeps apoſtolorũ, adiutores ſibi aſciuit Linum & Cletum, non tamen põtificii poteſtatem, aut ſoluendi, & ligandi normam eis tradidit, ſed Clementi ſucceſſori. Linus igitur, qui manuum impoſitionem à Paulo auctoritate Petri principis apoſtolorum accepit, adiutor Petri fuit in adminiſtrando Romano pontificatu, quia ſæpe eueniebat, vt neceſſe eſſet proficiſci Petrum ad alias regiones, & vrbs ſine epiſcopo eſſe nõ poterat, ut ait S. Epiphanius lib. 1. tomo 2. hæreſi 27. Mortuus verò eſt Linus, vt ait Sophronius Hieroſolymitanus in homilia de agone Petri, & Pauli, viuente Petro. Quod enim ſcriptum eſt in hiſtoria, quę fertur eſſe Damaſi, ſediſſe Linum annis xi. intelligendum eſt non totis, ita vt non peruenerit ad cõſulatum Capitonis, & Rufi, quibus Coſſ. interfectus eſt beatus Petrus. Clemens autem electus, & ordinatus eſt epiſcopus Romę ab ipſo Petro, cũ iam paſſio eius inſtaret. Cletus uerò quia fuerat cum Lino, & poſt Linum adiutor Petri in eodem pontificatu adminiſtrando, qua ratione Clemens ſucceſſit Lino, eadem ſucceſſit & Cleto. Lino ſcilicet ſucceſſit, quia epiſcopatũ Romanum, quem Linus tanquam adiutor Petri, cum proprio epiſcopo, id eſt cum Petro gubernabat, ipſe tanquam proprius, & principalis epiſcopus ſuſcepit. Simili ratione ſucceſſit Cleto: nihil enim differt, niſi quòd Linus uiuẽte Petro mortuus eſt, non autem Cletus. Vnde factum eſt, ut Clementem alij ſecundum poſt Petrum, alij tertium, alii quartum numerent. Et quia Cletus fuit adiutor Clementis, vt fuerat Petri, & anni eius potius fuerunt anni Clementis, idcirco fortaſſis à pleriſque auctoribus, qui ſucceſſiones Põtificum uſque à Petro notarunt, prętermiſſus eſt Cletus, ut qui non eſſet principalis epiſcopus urbis Romæ. Marianus quoque Scotus Clemẽtem ait duodecim annis cum Cleto ſediſſe, & nouem poſt eum. Quod autem tam ueteres ſcriptores, & tanti nominis, Irenęum dico & Euſebiũ, Clementem Anacleto ſucceſſiſſe ſcribunt, mirandum nõ eſt in hiſtoria Romana Grecos erraſſe. niſi dicamus, quod mihi probabilius uidetur, pro Cleto ſcriptum eſſe Anacletum. quomodo autem Cleto ſucceſſiſſe dicatur, dictum eſt ſuprà: magis autem mirandum eſt de noſtris, de Hieronymo præſertim, qui eos aliquãdo ſecutus eſt, etſi in comment. Eſa. cap. 52. & lib. 1. contra Iouinianum Clementem Petri ſucceſſorem fuiſſe ſcripſit. Poſt Clementem verò ſucceſſit tanquam proprius epiſcopus, & principalis Anacletus, ut idem teſtatur in Epiſtola ſua, in qua anteceſſorem ſuum uocat Clementem. Quod autem ſcriptũ eſt tã in Gręcis nuper editis, quàm in Latinis exẽplaribus epiſtolarum B. Ignatij in epiſtola ad Mariam nõ Caſſobolitam, ſed Zarbenſem, cùm eſſes Romæ apud Anacletum papam, cui nũc ſucceſſit B. Clemens, admonui libro 2. defenſionis epiſtolarum pontificum apoſtolicorum. c. 10. quod libenter repeto, in uetuſtiſſimo & emẽdatiſſimo exemplari Græco bibliothecæ Florentinæ Medicææ non reperiri ſcriptum παρὰ τῷ ἀνακλήτῳ, ſed παρὰ τῷ λίνῳ id ẽ, nõ apud Anacletum, ſed apud Linum Papam. Quomodo autem intelligendum ſit Lino Clementem ſucceſſiſſe, paulò ante dixi, & explicaui. illud præterea obſeruandum eſt, quod in hoc cap. ſcribit Clemens, ordinatum eſſe à B. Petro epiſcopum Antiochię, Euodium, Ignatium uerò à Paulo conſentire quidem cum eo, quod B. Hieronymus; Sophronius, & Euſebius ſcribunt, fuiſſe beatum Ignatium Epiſcopum tertium poſt Petrum: uideri tamen diſſentire ab Epiſtola 3. Anacleti, in qua affirmat pontifex Anacletus, beatum Petrum, priuſquàm Romã ueniret, habitaſſe Antiochię, & illic Ignatium Epiſcopum conſtituiſſe. idem etiam teſtatur beatus Chryſoſtomus patria Antiochenus in homilia de laudibus B. Ignatij, ſucceſſiſſe Ignatium Antiochiæ beato Petro, cùm Romã uenit. Quis cum ratione dubitare poteſt, tot, & tantis auctoribus, utrumq; uerum eſſe, ſi utrũque poteſt? poteſt autem, ſi Euodius uiuente Petro, mortuus eſt, ut Lino contigit. Cur enim minus potuerit Petrus Antiochiæ ordinare epiſcopum adiutorem, quàm Romæ potuit? præſertim cùm in populo Antiocheno, tunc cùm beatus Ignatius ei prępoſitus fuit, cc. milia ciuium eſſent: hoc enim ad teſtimonium, & documentum uirtutis, & ſapientiæ Ignatij acceſſiſſe ait Chryſoſtomus, ſcilicet commiſſum eſſe illi δῆμον ἐς εἴκοσι ἐκτεινόμενον μυριάδας. Rurſus in eadem homilia Petrum ait cuncti orbis magiſtrum Ignatium in ea ciuitate epiſcopum collocaſſe, quæ eſſet τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀντίῤῥοπος. mortuo igitur Euodio Epiſcopo

ſcopo

ſcopo Antiochiæ beati Petri coadiutore, idem Petrus Ignatium Epiſcopum à Paulo ordinatum acceſſiuit, & eum populo Antiocheno præfecit. idcirco Anacletus, ut mihi videtur, non dixit, ordinaſſe Ignatium epiſcopum Antiochiæ, ſed illc Ignatium conſtituiſſe Epiſcopum. fuerit igitur hac ratione, ſicut in Clemētis ſucceſſione paulo ſuprà dictum eſt, Secundus poſt beatum Petrum Epiſcopus Antiochiæ Ignatius, quia Petro ſucceſſit tanquam primus Epiſcopus, & caput Eccleſiæ Antiochenæ; Tertius verò, quia ante eum fuerat Euodius ordinatus Epiſcopus Antiochiæ tanquam adiutor, ut dixi, beati Petri primi Epiſcopi Antiocheni, & non primus Epiſcopus Antiochiæ, ne vna ciuitas duos primos Epiſcopos, id eſt, duo capita inſtar monſtri haberet. Libenter hæc obſeruaui, ne quis in loco epiſtolæ Anacleti, & in loco Clementis repugnantiam vllam cogitaret.

IN LIBRVM OCTAVVM
DE CHARISMATIBVS, ET ORDINATIONIBVS, & Eccleſiaſticis Canonibus.

Cap. II. pag. 120.

N*Eque verò rex impius, rex eſt amplius, ſed tyrānus: neque Ep̄s ignorantia, aut malo animo refertus, Epiſcopus eſt, ſed falſus Epiſcopus, non à Deo, ſed ab hominibus promotus: ut Ananias, & Semeias in Iſrael; Sedecias, & Achias pſeudoprophetæ ſimul, & Balaam vates pœnas exoluit: & Caiphas poſtea mortem ſibi conſciuit.*) Hunc locum nequis malè intelligat, aut ab hæreticis ſuppoſitum eſſe ſuſpicet, interpretandus nobis eſt. Non enim hoc ſignificat, quod hæretici huius temporis tradunt, ex presbytero fieri poſſe laicum: neque Apoſtolica doctrina ſolum dixit, Epiſcopus ignorantia, aut praua mente repletus, non eſt Epiſcopus, ſed addidit explicandi gratia, eſt falſus Epiſcopus, vt intelligamus non eſſe Epiſcopum, ſcilicet verum, ſed falſum: & ſubiungit, non à Deo, ſed ab hominibus protruſus; non dixit, non electus à Deo, qui in alio loco dixit, electionem eſſe à Deo: ſed dixit, οὐ παρὰ θεοῦ προβληθεὶς, id eſt, non protruſus à Deo, ſed ab hominibus protruſio enim humanæ voluntatis, & ſtudij eſt; electio verò poteſtatis ſpiritualis, quæ in eccleſia canonicè fit, diuinæ eſt auctoritatis. Deinde addidit exempla, vt Ananias, inquit, & Semeias in Iſrael; Sedecias, & Achias, ſiue Achab, pſeudoprophetæ; quos conſtat fuiſſe quidem chariſmate prophetiæ à Deo donatos, ſed indignos ſe ea gratia præbuiſſe, quòd ab hominibus acti, & impulſi, & non à Deo mendaciter prophetarent, loquentes non ſermones Dei, ſed ſuos. Itaque erant illi quidem prophetæ, quamuis falſo prophetarent. Vnde poſt mendacem prophetiam Ananiæ, de illo ipſo ait Hieremias cap. 28. & mortuus eſt Ananias Propheta in illo anno. Prophetam vocauit, quia factus erat à Deo Propheta, factus alioqui à ſe indignus eo nomine, & gratia, qua abutebatur, falſa pro veris loquens, non à Deo inductus, ſed ab hominibus, quibus, ad gratiam loquendo, placere volebat. Sic etiam Balaam, quamuis mercedem iniquitatis amauit, ut populo Dei malediceret, Prophetam beatus Petrus vocauit, cùm ait, Subiugale mutuum animal hominis voce loquens, prohibuit prophetæ inſipientiam. Vnuſquiſque, ait beatus Petrus, ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Si quis miniſtrat, tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus: ſi quis loquitur, tanquam ſermones Dei. Itaque cùm quis gratiam, quam accepit, vt presbyter, aut Epiſcopus, non tanquam gratiam à Deo acceptam adminiſtrat, ſed potius ea abutitur, miniſtrando non ſecundùm Deum, à quo virtutem, & poteſtatem accepit, ſed ſecundùm voluntatem carnis, non verus iam, ſed falſus ſacerdos, aut Epiſcopus eſt: id eſt, non verus diſpenſator, ſed falſus, & ideo ſacerdotio indignus, aut Epiſcopi nomine, ut Propheta, qui gratiam accepit à Deo loquendi ſermones Dei, cùm gratia abutitur, & ſermones non ſecundùm uoluntatem Dei, ſed ſuam, & eorum quibus placere uult, loquitur, falſus propheta eſt, & prophetæ nomine indignus; alioqui propheta propter gratiam acceptam. Denique ſic hunc locum intelligendum eſſe, clarius perſpici poteſt ex libri 6. capite 15. vbi ſacerdotes non baptizantes ſecundùm ſcientiam baptizandi à Chriſto Eccleſiæ traditā, dixit non eſſe ſacerdotes, qđ Dn̄s per Oſeam diceret, Quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne fungaris mihi ſacerdotio. Hoc ergo eſt non eſſe ſacerdotes, qui ſemel facti ſunt à Deo ſacerdotes per miniſterium in Eccleſia conſtitutum, ſcilicet repelli à Deo à miniſterio ſacerdotali, vtpote indignos; ſicut fiebat in vitioſis ſacerdoubus

doubus

dotibus populi Iſrael, ſicut ſcriptum eſt apud Oſeam, cùm populum ducendum eſſe captiuum minabatur Dominus: & erit, inquit, populus, ſicut ſacerdos, cui contradicitur. Vt enim ſacerdos, in quo erat vitiũ aliquod, aut macula ex ijs quas lex prohibebat, non poterat ſacrificium facere, neque ſacerdotio fungi; qua ratione quodammodo efficiebatur in hac parte tanquam laicus; ſic laicus cùm non poterat per ſacerdotem offerre, ſimilis efficiebatur huiuſmodi ſacerdoti, cui interdictum erat miniſterium propter vitium aliquod. Itaque imitata eſt apoſtolica doctrina ſcripturam diuinam, quæ huiuſmodi vitioſos ac ſceleratos ſacerdotes à ſacerdotio repelli dicit. Illud quoque addam, videri mihi Dionyſium Areopagitam imitatum eſſe hunc locum apoſtolicæ doctrinæ in epiſtola ad Demophilum: ſic enim ait conſtituto de falſis prophetis, cum quibus falſos epiſcopos cõiungit: Liquet itaque, inquit, quamquam impij prophetent, non delere eos propheti js impietatem: neq; ſi dæmones expellant, continuo ipſos receſſu dæmonum ſanctos fore. Deinde ſubiungit, Nam & ſe mutuò decipiunt, ſicut ij qui præſtigias ludicras redendi cauſſa edunt, illos etiam qui eos attendunt, perdunt: Scilicet ſe mutuo decipiunt, quia & hi putant ſe latere iſtos qui illos attendunt: & iſti rurſus qui attendunt, putant illos ipſos ignorare ſe ut deceptores agnoſci, & deprehendi: atq; ita viciſſim illos fallunt. Conferamus nunc locũ Dionyſij, ſic enim de ſceleſto ſacerdote, & nõ veretur, inquit, ſacra præter dignitatem exequi, & dum exiſtimat ea quorum ipſe ſibi conſcius eſt, Deum ignorare; putat ſe fallere eũ quem falſo patrem appellat. Deinde ſubijcit, non eſt hic ſacerdos, ſed maleuolus, fraudulentus, illuſor ſui. Non prætermittam hic ſcholion ſiue Dionyſij Alexãdrini, ſiue ſancti Maximi in hunc locũ Dionyſij: Obſerua, inquit, ꝙ qui præter ordinem ſancitum, & præter legem ſacra inuadit & aggreditur, neque uidere quicquam ex ipſis, neq; audire, neq; habere creditur, quamuis manibus tractet. Hac igitur ratione & modo dicitur ſacerdos improbus, non eſſe ſacerdos; & epiſcopus, non eſſe epiſcopus. cum his congruit quod ait beatus Hilarius in libro de Synodis, cogitemus tot ſacerdotes ſanctos, & quieſcentes, quid de nobis Dominus iudicabit, ſi nunc anathematizãtur à nobis? quid de nobis erit, qui rem eò deducimus, ut quia epiſcopi non fuerunt, nos quoq; neque cœperimus? ordinati enim ab his ſumus, & eorum ſumus ſucceſſores. renunciemus epiſcopatui, quia officiũ eius ab anathemate ſumpſerimus. non dixit, ne ſimus epiſcopi ordinatione, hoc enim fieri non poterat à iam ordinatis; ſed renunciemus epiſcopatui, hoc enim fit, cùm quis officio epiſcopi indignus eſt. ſic efficitur, ut malus aut anathematizatus epiſcopus, vel ſacerdos, nõ ſit epiſcopꝰ vel ſacerdos, non quidem ordinatione, ſed officio, quo eſt indignus. Hunc quoque locum apoſtolicæ doctrinæ imitatus eſt beatus Hieronymus in Epiſtola ad Heliodorũ de laude vitæ ſolitariæ, cùm ait, non omnes epiſcopos, epiſcopos eſſe. Attendis, inquit, Petrum, ſed & Iudam conſidera: Stephanum ſuſpicis, ſed & Nicolaum reſpice. & Zacharias Pontifex in epiſtola 6. ad Bonifacium epiſcopum, Si quos, īquit, repererit epiſcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel ſtatuta Patrum exceſſiſſe, id eſt, in adulterio, vel ſi plures vxores habuerunt, aut ſanguinem Chriſtianorum, aut Paganorum effuderunt, vel etiam in alijs capitulis, quibus canonibus obuiaſſe eos repererit tua ſanctitas, nulla ratione Apoſtolica auctoritate permittat ſacerdotio fungi, quia tales à ſuo proprio ore falſi nominantur ſacerdotes. & paulò pòſt. Quis enim ſapiens habens cor, eos æſtimet ſacerdotes qui neque à fornicationibus abſtinent, neque ab effuſione ſanguinis manus ſeruant innoxias? qui ſue eorum ſacrificijs Deum credit eſſe placatum? Mali itaque ſacerdotes quia non ſunt ſacerdotio digni, neque digni ſunt ſacerdotii nomine, cum alioqui ſacerdotalis poteſtatis, atque ordinis gratiam, ſiue chariſma interim non amittant, non magis quàm Ananias, Balaam, & Caiphas, quos ſcriptura prophetiæ chariſma habuiſſe, quamquã impios, teſtatur. quæ exempla prudentiſſimè Apoſtolica doctrina commemorauit, ne quis malos, & impios ſacerdotes, propter impietatem ſacerdotes eſſe non putaret: & ſi quis putaret, ſciret ſe ſcripturis ſanctis contradicere. Caipham enim etſi impium in Chriſtum, põtificem dicit Euangeliſta: & Paulus Ananiam iniquè iudicantem, non negauit ſummum Sacerdotem eſſe, cùm ei diceretur, Summum ſacerdotem Dei maledicis? immo auctoritate ſcripturæ S. docuit, etiam iniquis iudicibus honorem deberi; Scriptum eſt enim, inquit, Principem populi tui non maledices. Neque verò Paulus Ananiæ maledixerat, ſed potius ſupplicio Dei à peccato reuocari voluerat. non enim, vt beatus quoque Auguſtinus in Epiſtola ad Marcellinum ſenſit, Pontificem eſſe ignorare poterat, tametſi diſſimularet, vt eũ de officio admoneret, & iniuriã coerceret.

CAP. IIII. pag. 121.

Igitur nos duodecim Apoſtoli Domini, qui vnà ſumus, has vobis regulas de omni eccleſiaſtica forma indicimus, præſente Paulo, & Iacobo Epiſcopo, & reliquis presbyteris, ac ſeptẽ diaconis. Ac rurſus ꝓximo ſequẽti ca. 5. *ijdem duodecim Apoſtoli cum ſeptem diaconis, poſt lectionem, inquiũt, epiſtolarum noſtrarum, & actorum,* & q̃ ſequuntur.) Scilicet hoc dicunt, cũ iã Stephanus vnus ex 7. diaconis lapidatus eſſet; & Iacobus frater Ioannis gladio peremptus, vt in ijs ipſis actis narratur. Deinde ſcribit Sophroniꝰ Hieroſolymitanus patriarcha in homilia de agone Petri, & Pauli, quemadmodũ poſtquã fuit B. Petrus manu Angeli catenis liberatus,

quibus

quibus iuſſu Herodis vinctus fuerat, & à quatuor quaternionibus militum cuſtoditus, multas regiones propter Simonē Magum perambulauit, prædicando verbum Dei: & tandem, inquit, rediijt Hieroſolymam tertio anno vocationis Pauli: de quo ipſe Paulus ait, Poſt tres annos aſcendi Hieroſolymam, videre Petrum: & mãſi cum eo diebus quindecim: vbi, inquit, poſtquam aliquos canones, & conſtitutiones fecerunt, Paulus quidem ad opus, ad quod vocatus fuit, iuit; Petrus autem iterum rediijt Antiochiam. Igitur cùm canones illi, & conſtitutiones, quas Sophronius ait, compoſitæ ſunt ab Apoſtolis, iam erat lapidatus Stephanus, ſiquidem erat tertius annus vocationis Pauli, ad cuius pedes lapidatores Stephani veſtimenta depoſuerunt; Iacobus quoque frater Ioannis occiſus erat, ſiquidem poſt mortem eius comprehenſus fuit Petrus, & ab Angelo liberatus: ac poſt tres annos Hieroſolymã reuerſus, vbi canones illos, ſiue regulas, quas Sophronius dicit, compoſuerunt. Scribit præterea Clemens in perſona Apoſtolorum libr. 6. cap. 12. miſſis litteris illis cũ decreto de ceſſatione legaliũ ad Antiochenſes, remanſiſſe eos ibi pluribus diebus, conquirentes vnà quæ ad communem vtilitatem, & correctionē ſpectarent. igitur tunc quoque conſtitutiones fecerunt. Sed multo minus fuerunt tunc omnes ſimul, cùm hoc factũ fuerit poſt quatuordecim annos, ſiue à vocatione Pauli, ſiue ab aſcenſu Hieroſolymã poſt tertium annũ vocationis eiuſdem Pauli. Quid igitur dicemus, quãdo duodecim apoſtoli vnà fuerunt cum ſeptē diaconis ad ſanciendas has cõſtitutiones? Dicemus ſcilicet fuiſſe vnà apoſtolos, & Paulum ac Iacobũ fratrem Domini, & reliquos apoſtolos, ac presbyteros cum ſeptē diaconis, cùm hæ regulæ ſancitæ ſunt, vnà dico ſpiritu, non corpore. Sic enim loqui, & intelligere docuit nos Apoſtolus Paulus, vt cùm ait in Epiſtola ad Corinth. congregatis vobis cum ſpiritu meo, decreui, & quæ ſequuntur. & rurſus ibidem: Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu. Clemens igitur hæc in perſona duodecim Apoſtolorũ, & ſeptem diaconorum ſcripſit, numerans in illis ſecundum idioma ſcripturæ, Iacobum iam occiſum, & Stephanum lapidatum, qui κατὰ γνώμην, & ſecundum ſpiritũ preſentes fuerunt. Hanc enim doctrinam Catholicam ab apoſtolis prædicatam, quam Clemens litteris mandauit, & has conſtitutiones Iacobus quoque frater Ioannis, & Stephanus, ſpiritu cum reliquis congregati, ſanxerunt. Sic Synodus Antiochena in epiſtola ad comminiſtros abſentes, quæ eſt ante canones eiuſdē Synodi, ſcribit, referre ſe ad eorum notitiam quæ rectè decreta eſſent, vt tanquam qui poteſtate (inquit) adeſtis, & orationibus adiuuatis, immò potius nobiſcum vniti, & cum Spiritu ſancto preſentes eſtis, eadem nobiſcum communi conſenſu confirmetis. Sic quoque Auguſtinus interpretatur, quod Matthæus ſcribit dictũ eſſe per Hieremiam de triginta argenteis, &c. quod in Hieremia, inquit Hieronymus, non inuenitur, ſed in Zacharia, non verbis, ſed ſenſu. Ait ergo Auguſtinus in libro de conſenſu euangeliſtarum: Poſuit verò Matthæus Hieremiam, inſinuans omnes prophetas vno ſpiritu locutos, & quæ dixerũt, ſingula eſſe omnium, & omnia ſingulorũ. Immò ita eſſe intelligēdum, idem auctor Clemens ſatis ſignificauit; poſtquam enim dixit in perſona Apoſtolorum, Nos duodecim Apoſtoli Domini, qui vnà ſumus, has vobis conſtitutiones indicimus præſente Paulo, & Iacobo, ac ſeptē diaconis; idem rurſus ſtatim ait in perſona Petri: Ego primus Petrus dico, ſicut antea omnes pariter conſtituimus, ordinãdum eſſe Epiſcopum, &c. cùm ait, dico ego, ſicut antea omnes pariter conſtituimus, ſanè ſignificat nõ eſſe intelligendum, fuiſſe tunc omnes pariter: immò intelligendum, non omnes fuiſſe tunc ſuperſtites, cũ hoc Petrus conſtituit: tametſi quod nũc dicit ſe cõſtituere, idem reliquis antè viſũ fuiſſet; ita vt qui hunc audiret, reliquos abſentes, aut iam mortuos audiret.

pag. eadem.

Ego igitur primus Petrus dico ordinandum eſſe Epiſcopum, vt omnes pariter antè conſtituimus, ſcilicet de quo nulla ſit querela, & qui ſit à cuncto populo ex optimis quibuſque electus. Quo nominato, & placente, populus in vnum congregatus vnà cum presbyteris, atque Epiſcopis præſentibus die Dominico conſentiat, ac comprobet. Qui verò inter cæteros princeps eſt, percontetur presbyteros, & populum, an ipſe ſit quem petunt.) Nõ tribuit populo hæc conſtitutio (ne quis erret) eam quæ dicitur propriè ordinatio Epiſcopi, & Græcè χειροτονία, quòd manus admoneat, item κατάστασις, & πρόσληψις, ſed eam quæ non admouet manus, quæ eſt, & dicitur Græcè, ἐκλογὴ, ὀνομασία, αἴτησις, ἔκασις, δοκιμασία, συνευδοκία, σύννευμα, Latinè delectus, nominatio, poſtulatio, præſentatio, probatio, aſſenſus. nec hîc tribuit Apoſtolica conſtitutio populo ψῆφον ἢ κρίσιν, id eſt, ſuffragium, vel iudicium, ſicut ait in ordinatione presbyteri, fieri ψήφῳ καὶ κρίσει, id eſt, ſuffragio, & iudicio totius cleri. Cõgruit cum hac cõſtitutione quintum caput epiſtolæ ſecundæ Cæleſtini Papæ: Nullus, inquit, inuitis detur Epiſcopus: Cleri, plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur. Qui verò ratam habet huiuſmodi electionem, ſiue nominationem, aut poſtulationem, presbyterorum dico, & populi conſenſum, eſt ὁ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων πρόκριτος, id eſt, princeps inter reliquos Epiſcopos, qui eſt vel Metropolitanus, vt eſt in Concilio Carthaginienſ. 4. ca. 2. & Nicę. 6. qui tenet locum Pontificis, vel Pontifex Petri principis Apoſtolorum ſucceſſor, cui propriè conuenit hoc nomen, vt ſit, & dicatur πρόκριτος τῶν λοιπῶν, vt eſt in hoc cap. traditio igitur apoſtolica eſt, quæ ex hac conſtitutione manauit, quòd vſque in hodiernum diem ſolus Pontifex, aut qui in ea re perſonam eius ſuſtinet, electiones Epiſcoporum

Y confir-

confirmet, qui cum duobus alijs conſecratur, quæ conſecratio χειροτονία dicitur, id eſt, ordinatio Epiſcopi, quæ per manuum impoſitionem à duobus Epiſcopis vnà cum eo qui vel eſt primus, aut tenet locum primi, fieri debet. ita enim intelligendus eſt primus canon Apoſtolorũ de ordinatione Epiſcopi à duobus, ſcilicet excepto principali, aut à tribus, numerato illo primo: minus enim quàm à tribus non poteſt ordinari, vt Damaſus Pontifex in epiſt. 4. affirmat.

Cap. v. pag. 123.

Vt habeat poteſtatem remittendi peccata ſecundum mandatum tuum: item dandi cleros. id eſt, ſortes, vt tu iuſſiſti.) Dubitabit aliquis quid ſit habere poteſtatem dandi cleros, id eſt, ſortes: ſcilicet ex locis ſcripturæ vnde hoc ſumptum eſt intelligi poteſt, vt cùm ait Eſaias capite 61. prophetans de miniſtris noui teſtamenti, & Eccleſiæ ex gentibus congregatæ. Et venient alienigenæ paſcentes oues tuas, & filij peregrinorum agricolæ & vinitores veſtri erunt: Vos autem ſacerdotes Domini vocabimini miniſtri Dei noſtri. Et paulò pòſt, ſic ſecundò ſorte poſſidebunt terram. ſic enim eſt apud 70. quem locum explanans beatus Cyrillus, Olim, inquit, Ieſus Naue regiones gentium Amorrhæorũ & Idumæorũ diuiſit Iſraëlitis; poſtquam autem venit Chriſtus, cuius ille fuit typus, nõ ſolùm Iudęam ſed cunctam terram ſuis miniſtris diuiſit, quæ fuit ſecunda poſt illam diuiſio. diſtribuerunt enim ſibi regiones & ciuitates ſuffragio diuino illi ipſi diuini myſtagogi, id eſt myſteriorum diſpenſatores ac doctores. Hactenus Cyrillus. Hoc verò genus ſorte poſſidendi, ad iſraeliticæ poſſeſſionis ſimilitudinẽ non poteſt ad ſacerdotes ex baptiſmo tantum, qui ſunt omnes laici, pertinere: ij enim nõ ſorte, id eſt, vocatione a Deo facta; ſed aut natura, id eſt, iure hæreditario, aut humano ſuffragio terram poſſident. Significat ergo Propheta, fuiſſe ſortes illas terræ Iſraeliticæ, figuram & vmbram ſortium quæ ſanctis Apoſtolis diuinitus ad prædicandum Euangelium, & conſtituendum in eis Epiſcopos, obtigerunt. De huiuſmodi ſortibus ſcriptum eſt in Pſal. 67. ſi dormiatis inter medios cleros, id eſt, inter medias ſortes. de Apoſtolis enim prophetabat, quibus dedit Deus, vt in eodẽ Pſalmo ait, verbum ad euangelizandum virtute multa, qui in ijs ipſis Eccleſijs, quas fundauerunt, quæ cuiq; eorum diuina ſorte obtigit, pro teſtimonio fidei Chriſti glorioſè occubuerunt; quod Propheta vocat, dormire propter ſpem viuam reſurrectionis. Diœceſes quoque Epiſcopis aſſignatæ, qui ſunt omnes Apoſtolorum ſucceſſores; & Eccleſiæ item presbyteris aſſignatæ, cleri, id eſt, ſortes eorum ſunt, à Deo, à quo vocati ſunt, tributę. Sortes quoque dixit hic Apoſtolica doctrina, ſicut in Actis Apoſt. de electione Matthiæ ſcriptũ eſt, & dederunt eis, Matthię ſ. & Barſabæ, cognomento Iuſto, ſortes. nõ enim ſortes dicit, quæ vulgò dici & educi ſolent, vt Chryſoſtomus & Beda & alij, præter Dionyſiũ Areopagitã, intellexerunt & interpretati ſunt; Chryſoſt. enim ait, quia non erat Spiritus, ſortibus rẽ peragunt; Beda verò Chryſoſtomum ſecutus ordinatũ fuiſſe ſorte Matthiam dicit, quaſi nondum Spiritus ſancti plenitudine in Eccleſiã effuſa. Sed cur quibus tanta erat inter ſe concordia, tanta in oratione perſeuerantia ante aduentum Spiritus ſancti, vt ſcriptura teſtatur, quę duo ad eligendũ ſecundum cor Dei plurimum valebant, & quibus dederat Deus poteſtatem immundorum ſpirituum, & alia ſigna faciendi, & docendi omnes gentes, cur, inquam, magis ſorti conſiderent, quàm iudicio, orationi & concordiæ ac doctrinæ ſuæ? aut ſi ſperabant, & cõfidebant, quòd à Deo dirigenda eſſet ſortitio, cur non ſimiliter, immò multo magis, idem de iudicio ſperabant, quòd à Deo ſcilicet dirigendum eſſet. Ait præterea Dionyſius Areopagita, reliquiſſe Apoſtolos electionem Deo propter reuerentiã. Quòd ſi propter reuerentiam non permiſerunt iudicio ſuo electionem, ſed Deo, multo magis propter eandẽ reuerentiã non permiſerunt ſorti electionem. reuerentia autem hæc fuit, vt in numerum ſacrum duodecim, qui nõ ab hominibus neque per hominem, ſicut Apoſtolis de ſe dixit, ſed à Chriſto & per Chriſtum electi fuerant, nullus per homines eligeretur. Accedit huc quod S. Thomas rectè, vt mihi quidẽ videtur, in libello de ſortibus ſcripſit, peccatũ eſſe in ſortibus; ſi illud, inquit, quod eſt per diuinã inſpirationem faciendum, aliquis ſortè velit committere ſorti, ſicut ad Eccleſiaſticas dignitates promouendi ſunt homines concordia electionis, quã Spiritus ſanctus facit. & ideo illicitũ eſt in huiuſmodi electionibus ſorte vti: faceret enim iniuriam Spiritui ſancto, qui humanum ſenſum inſtruit ad rectè iudicandum, ſecundum illud 1. Cor. cap. 2. Spiritualis iudicat omnia. qui autem ſorte eligitur, humano iudicio non cõprehenditur. hactenus S. Thomas. & Leo IIII. in epiſt. ad Epiſcopos Britanniæ, poſtquã diuinos & maleficos condemnauit, & pœnitẽtiæ quinquenni ſubiecit, ſubiungit, vnde ad illorum ſimilitudinem ſortes, quibus vos cuncti in veſtris diſcriminatis iudicijs vtimini, nihil aliud quàm, quod illi patres damnarunt, diuinationes & maleficium eſſe decernimus. quamobrẽ volumus illas omnino damnari, & vltrà inter Chriſtianos nolumus nominari, & vt abſcindantur ſub anathematis interdicto præcipimus. de iſtis ergo ſortibus in electione Matthiæ, alios, inquit Dionyſius, aliud dixiſſe non rectè neque religioſè. eos enim notat qui, vt S. Maximus & Gregorius Pachimerus in ſcholijs Dionyſij notarũt, de eiuſmodi ſortitione accipiebant qualis erat apud gentiles frequens. ſibi autem, ait Dionyſius, videri appellare hic ſcripturam ſortem diuinum ſignum, quo oſtenſus

& de-

& declaratus fuit Apoſtolis is in quem Deus elegiſſet. Idem videtur mihi declarare hoc ipſum verbũ in Ioſue de diuiſione terræ, cùm ait ſcriptura, cecidit ſors huic, aut illi tribui, &c. quomodo enim diuiſores illi ſortibus vſi eſſẽt, quales noſtræ eſſe ſolent, ſi iam erat facta diuiſio, & cuique tribui pars ſua ab illis aſſignata? quod intelligi poteſt ex libro Numerorum cap. 34. cùm ait: Hæc ſunt nomina virorũ qui terram illam vobis diuident; Vobis enim dixit, ne intelligeremus, diuiſiſſe illos quidem terram; non tamen aſſignaſſe partes, cuique tribui ſuam. & paulò pòſt iterum, Hi ſunt, quibus præceperat, vt diuiderent filijs Iſraël terrã Chanaam. itaque diuiſa eſt terra, & ſingulis tribubus ſua pars aſſignata, iudicio eorum quibus Dominus præceperat eſſe diuiſores. hoc ſolum reſtabat, ne ulla ſuſpicio, aut controuerſia reliqua eſſet, vt aſſignatio vnicuique tribui facta diuino & cœleſti ſigno comprobaretur. quod quidem factum eſſe ſcriptura diuina ſignificat, cùm ait, cecidit ſors huic tribui, aut illi. Similiter cogitandum eſt factum eſſe in electione Matthiæ. itaque cùm ait Scriptura, & ſtatuerunt duos; & paulò pòſt, & dederunt eis ſortes; perinde eſt, vt ſi diceret Scriptura, ſecundùm magni Dionyſij interpretationem, & dederunt eis ſigna; veluti dicentes, vt mihi videtur, erit ſignum, quòd Deus elegerit alterum horum, ſi ceciderit tale ſignum, aut tale ſuper eum, verbi gratia radius luminis, aut aliud: & erit ſignum quòd alterum non elegerit, ſi ſuper eum tale ſignum nõ ceciderit. immò vt ſic verbum ſortis, & non de communi genere ſortiendi accipiatur, admonere videtur ſcriptura ipſa, cùm ordinem, quem natura rei geſtæ poſtulabat, non ſeruat; quòd prouidenter & diuinitus factum eſſe credendum eſt. natura enim rei geſtæ hunc ordinem poſtulabat, vt diceret, & ſtatuerunt duos, &c. deinde, dederunt eis ſortes; & poſtea, orantes dixerunt, tu Domine, &c. & ſtatim poſt orationem, cecidit ſors ſuper Matthiam: non enim orarunt, vt oſtenderet quem eligeret; & poſt orationem hanc dixerunt, hoc erit ſignum, aut illud, quòd alterum horum elegerit; ſed prius hoc dixerunt, & poſtea orarunt. non tamen hoc ordine rei geſtæ dixit ſcriptura, ſed potius ſapientiſſimè ordinem rectum paulùm immutauit, vt, ſicut dixi, tacitè admoneret nos, quæ iſta ſors Matthiæ cogitanda eſſet, ne de communi ſortitione acciperemus. itaque ait, & ſtatuerunt duos, &c. & orãtes dixerunt, Tu Domine, &c. oſtende quem elegeris, &c. vt cùm ſtatim ſubiunxit, & dederunt eis ſortes, iam de eo genere ſortium neceſſariò intelligeretur, quæ planè oſtenderent à Deo eſſe, alterum eorum electũ. hoc autem non poterat eſſe niſi ſignum diuinum & cœleſte, antè prædictum per ſpiritum Dei ab ipſis Apoſtolis; ſicut ſeruus Abraham dedit ſibi diuinitus ſignum ad cognoſcendum eam quam Deus elegiſſet, vt daret in matrimonium filio domini ſui Abrahę. Vt ergo hoc quoque ad propoſitum Apoſtolicæ doctrinæ conferamus, cùm Epiſcopus in ordinatione poteſtatem dandi cleros, id eſt, ſortes, accipit, poteſtatem accipit adminiſtrandi Sacramentũ ordinis, quod eſt ſignum ſacrum & diuinum, id eſt, à Chriſto inſtitutum, quod nobis oſtendit, miniſtros Eccleſiæ à Deo vocatos ad honorem Eccleſiaſtici miniſterij, ſicut ſignum diuinum oſtendit Matthiam à Domino electum. accipit item poteſtatem dandi ordinatis à ſe, Eccleſias tanquam ſortes quaſdam ad miniſtrandum in eis. Sapientiſſimè igitur & conuenienter ſcripturis ſanctis, poteſtatem ordinandi vocauit Apoſtolica doctrina poteſtatẽ dandi cleros, id eſt, ſortes, vt hactenus explanatum eſt.

Cap. VI. pag. 125.

Deus Paracleti, & Dominus vniuerſorum.) Satis iam hic locus explicatus eſt de ijs, quæ in cap. 2. lib. 6. dicta ſunt, in quo illud tãtum rurſus admonebo, hoc, quod addidit Clemens, & Dominus vniuerſorum, ſatis declarare, non eſſe dictum Deum Paracleti vt creaturę, ſed potius Deum vt fontem, ſiue principium, referẽdumque eſſe ad Paracletum, tanquam ad eius πρόβλημα, vt Gregorius Nazianzenus vocat: aut tanquam χορηγούμενον ab ipſo, vt dixit diuinus Dionyſius, Dominum verò, referendum eſſe ad vniuerſa ὡς δοῦλα, id eſt, vt ſerua, extra quæ eſt Spiritus ſanctus; nõ enim eſt ex numero vniuerſorum, vt ait idẽ Gregorius Nazianzenus, ſed eſt potius ſupra vniuerſa, ſicut ſcriptum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt: non enim filius ſine ſpiritu, qui in ipſo eſt, fecit omnia: & ſubiungit; ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. ſic enim legendum eſſe (vt hoc obiter obſeruetur) ſanctus Epiphanius in Anchorato contendit, Athanaſium in libro contra gentes, & in libro de incarnatione ſecutus: legere enim, & interpungere hoc modo, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt in ipſo, illorũ hæreticorum erat, qui nolebant cõfiteri opus Dei eſſe hunc mundum. Sic enim legentes, fingebant omnia facta eſſe in eo ἀναπλάσει τῶν λογισμῶν, id eſt, informatione cogitationum, vt ſic Deum mundi opificem creatione rerũ priuarent. hæc Photius in reſponſis ad quæſtiones Amphilochij Cyziceni Metropolitani. Vnde cõiectura ducor, in lectione, & interpũctione huius loci, quã S. Epiphanius probat, poſt illud, quod factum eſt, non eſſe adiungendum in ipſo, vt eſt in exemplis editis. Qui autẽ ſic interpungunt, & legunt, quod factum eſt, in ipſo vita erat, iſti, inquit idem Photius, nullum ſenſum neceſſarium afferunt: immò auctorem eſſe ait Origenem, quem vocat πολυμαθῆ, & πολυπλανῆ: & eam lectionem Macedonium exemplo Origenis in Spiritum ſanctum traxiſſe, vt eum creaturam faceret, tametſi placuit, inquit, hæc lectio beato Cyrillo, ſed quantum abfuit à ſententia impiorum, tan-

tum differt explicatio eius ab illorum ſtudio. hactenus Photius: ſed reuertor ad propoſitũ. Cùm igitur omnia facta ſint per ipſum, & ſpiritum eius, vt hæc ipſa Apoſtolica doctrina à Clemẽte deſcripta in multis alijs locis docet, ſequitur, cùm Deum vocauit Clemens Deum Paracleti, & Dominum vniuerſorum, ſatis ſignificaſſe, non dixiſſe prius Deum Paracleti vt creaturæ, ac ſerui: ſi enim eo ſenſu dixiſſet, ſic dicere oportebat, ne ſermo eſſet ineptus, & abſurdus, Deus Paracleti, & vniuerſorum, aut Dominus Paracleti, & vniuerſorum. Nunc verò cùm diſtinctè dixerit, Deus Paracleti, & Dominus vniuerſorum, ſatis ipſa verborum diſtinctio ſignificat, diſtinguẽdum eſſe vtriuſque dicti ſenſum: id eſt, dictum eſſe Deum Paracleti, non vt creaturæ: Dominum verò vniuerſorum dictum eſſe, vt creaturarum, ſiquidem omnes creaturæ per ipſum factę ſunt, & in ipſo conſiſtunt, vt diximus.

Cap. VII. pag. eadem.

Qui ipſum è cælo in terram inſtar fulgoris erumpere feciſti, non eruptione ad locum pertinente, ſed honoris in dedecus mutatione, idq; propter voluntariam mentis malitiam.) Si propter voluntariam mẽtis malitiam peccauit Angelus, ergo voluntas Angeli à ſeipſa excitata fuit ad malũ. hoc enim eſt peccare ex malitia, vt ſanctus Thomas tradit par. 2. q. 78. art. 3. ſcilicet mouere voluntatem ex ſeipſa ad malum. quod poteſt, inquit, dupliciter contingere; vno quidem modo per hoc, quod homo habet aliquã diſpoſitionem corruptam inclinantem ad malum, ita quòd ſecundum illam diſpoſitionem ſit homini quaſi conueniens, & ſimile aliquod malum: alio modo, inquit, contingit, quod voluntas per ſe tendit in aliquod malum per remotionem alicuius prohibentis, vt timoris & ſpei. cùm enim eligit aliquod malum non timendo Deum, neque in eo ſpem ponendo, tunc peccat volens ex malitia. Hoc euenit in angelis; qui, vt ait Dionyſius Areopag. in eo deprauati ſunt, quòd ceſſarunt à bonorum diuinorum contemplatione, & operatione, in quibus habitare eos oportebat. Vnde Iudas Apoſtolus ait, non ſeruaſſe ſuum principatũ, ſed dereliquiſſe ſuum domicilium: quia ſcilicet non conſiderantes ea quæ cõſiderare debebant, verterunt ſe ſua voluntate ad proprium bonum abſque ordine diuinæ voluntatis, vt tradit idem ſanctus Thomas prima par. q. 63. art. 1. Ac eligere quidem proprium bonum, bonum eſt ſecundum ſe, vt idem ait: at eligere illud, omittendo conſiderationem diuinorum bonorum, neque habendo rationem diuinæ voluntatis, id eſt, ſpernendo Dei metum, & abijciẽdo Dei obediẽtiam, malum erat. Quod quia voluntas ex ſe elegit, vt dixi, idcirco per malitiam peccauit Angelus, quod eſt cæteris paribus omnium grauiſſimum; tum quia id genus peccati eſt maximè voluntarium, quòd nulla ſit paſſio quæ impellat: deinde quia habitus, quo ex malitia peccatur, non tranſit ita citò, & facilè, vt paſſio; ex quo ſit, vt diuturnius peccet qui ex malitia peccat. Deinde, quia qui ex malitia peccat eſt malè diſpoſitus quantum ad finem ipſum, qui eſt principium in agendis: at non ſic in paſſione. Hæc ex Thoma. Fuit itaque in Angelo peccante omiſſio conſiderationis antegreſſa cum cõmiſſione voluntariæ conuerſionis ad proprium bonum; quæ duo peccata formaliter nõ fuerũt ſpecie diuerſa; quia ad eundem finem ſpectabant, ſcilicet ad placendum ſibi; huc enim tendit ſuperbia.

Qui ipſum ſcilicet Satanam è cælo inſtar in terram fulguris erumpere feciſti, non eruptione ad locum pertinente, ſed honoris in dedecus mutatione.) Ne quis malè intelligendo, hunc locum reprehendat, non negat quin Angelus moueatur ſecundum locum, & quin Satanas realiter proiectus ſit è cœlo in terram, vt in Apocalypſi beati Ioannis ſcriptum eſt: ſed potius hoc dixit, ne quis eruptionem audiendo, quæ propriè conuenit corpori, exiſtimaret, vt quidam falſò exiſtimarunt, non eſſe Angelos omnino expertes corporis. Significauit itaque, quemadmodum Satanas iuſſu Dei è cœlo eruperit, ac deciderit. Decidit ſcilicet è cœlo in terram; non ſic quaſi antea loco cœleſti, deinceps loco circumſcriberetur terreſtri. nõ enim circumſcribitur loco inſtar corporis, cui quidem vt propriè conuenit eſſe in loco propter circumſcriptionem, quæ commenſuratio dicitur; ſic propriè conuenit moueri; ſed ſic, vt qui ſecundum energiam, ſiue operationem virtutis ſuę in cęlo erat honoratus; deinceps ſecundum operationem virtutis ſuæ, id eſt, ſecundũ malitiam ſuam voluntariam eſſet in terra dedecoratus; & in ſupplicio. Comparauit autem (vt hoc quoque obiter notem) caſum Diaboli cum fulgure, quòd vt fulgur erumpendo, fulgorem & coruſcationem amittit; ſic Diabolus ſplendorem gloriæ, cadendo amiſit. Sic Gregorius Nazianzenus in ſecunda oratione de pace, cecidiſſe ait è cœlo tanquam fulgur, propter veterem ſplendorem.

Cap. VIII. pag. 166.

Exite qui illuminamini, &c.) Illuminari dicit, quos B. Iſidorus lib. 2. de Eccleſ. officijs, cap. 21. ait vocari Competentes. Sunt autem, inquit, Competentes, ſecundi poſt catechumenos gradus, qui iam poſt doctrinam fidei, poſt doctrinam vitæ ad gratiam Chriſti participandam, feſtinant: ideoque, inquit, vocantur Competentes; quia catechumeni tantum audiunt, nec dum petunt; ſunt enim quaſi hoſpites, & vicini fidelium: deforis audiunt myſteria, audiunt gratiam, ſed adhuc non appellantur fideles. Competentes autẽ iam petunt, iam accipiunt, iam catechizantur, id eſt, imbuuntur inſtructione ſacramentorum: iſtis enim quaſi ſalutare ſymbolũ traditur; quaſi cõmunicato-

rium fidei, & ſanctæ confeſſionis indiciũ, quo inſtructi agnoſcũt, quales iam ad gratiã Chriſti exhibere ſe debeant. Hactenus Iſidorus. Cõpetentes vocauit prius Auguſtinus, quẽ Iſidorus ſecutus eſt, vt videre licet diſt. 34. cap. Audite. & rurſus idem Auguſtinus in ſermone ad Competentes; Rudimenta, inquit, miniſterij noſtri, & veſtri cõceptus, quod fidei concipitis vtero generari, cœleſti gratia adiuuanda ſunt ore. & paulò pòſt: Quid enim aliud ſunt Cõpetentes, quam ſimul petentes, &c. Cõpetentium vocabulum non aliunde, quàm de ſimul petendo, atque vnum aliquid appetendo compoſitum eſt. Et quid illud eſt vnum, quod petitis, vel concupiſcitis, &c. & paulò pòſt: Exuite veterem hominem, vt induamini nouo. pactum vobiſcum Dominus inchoat, &c. Item B. Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium contra errores Ioannis Hieroſolymitani, Cõpetentes vocat eos qui offeruntur baptizandi presbyteris in Eccleſia. De his igitur loquitur doctrina Apoſtolica, quos vocat φωτιζομένους. Simeon Archiepiſcopus Theſ. in libr. de myſterijs Miſſæ, genus ſecundùm catechumenorum poſuit eos qui eſſent quidẽ baptizati, ſed nondum eſſent ſancto chriſmate vncti. Suſpicor ſic iſtos φωτιζομένους intellexiſſe, vt ſecundum genus catechumenorum faceret, quia videbat exire ex Eccleſia cum catechumenis. Verum nõdum eſſe iſtos regeneratos, ex ipſa precatione intelligi poteſt. Sic enim precatur eis is qui ſacrum facit, ſanctifica illos, inquit; ſanctificantur verò per baptiſmum, ſicut Apoſtolus ait, abluti eſtis, ſanctificati eſtis. ſequitur deinde, & præpara illos, vt digni fiant dono cœleſti; & vera adoptione; vera autẽ adoptio per baptiſmũ tribuitur, de qua Paulus in epiſt. ad Roma. cap. 8. ſed accepiſtis, inquit, Spiritũ adoptionis; & idem in epiſto. ad Hebr. cap. 6. gratiam baptiſmi deſcribens, Impoſſibile eſt, inquit, eos qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, &c. Spiritum adoptionis intelligit, qui hic vocatur vera adoptio, quam hic Apoſtolica doctrina precatur iſtis quos vocat φωτιζομένους. rurſus donum cœleſte vocat Apoſtolus, quod hic Clemẽs, donum ſpiritale, gratiam ſcilicet regenerationis cœleſtis, & ſpiritalis: donum quidẽ, quia, vt Gregorius Nazianzenus in ſermone de baptiſmo interpretatus eſt, tribuitur nihil nobis inferentibus: cœleſte verò, quia ſic Dominus de ea gratia loquens Ioan. 3. Si terrena, inquit, dixi vobis, & nõ creditis; quomodo, ſi cœleſtia dixero, credetis? & Lucæ cap. 20. Baptiſmũ Ioannis, qui erat quædam catecheſis ad baptiſmum Chriſti, è cœlo docuit eſſe, cùm interrogauit Iudæos, an eſſet è cœlo? Eſt præterea obſeruandum hoc, non dici iſtos hic φωτισθέντας, ſicut Paulus dixit in epiſtola ad Hebræos, quia de iam baptizatis loquebatur, ſed φωτιζομένους: & in principio huius orationis nõ vocat μεμυημένους, ſed μυουμένους. Denique alienũ eſt à ratione, & canone, vt ex eccleſia cum catechumenis exeant baptizati nondum confirmati; præſertim cùm non ſit ſacramentum neceſſitatis ſacramentum cõfirmationis, ſine quo is qui illud alioqui non negligat, non poſſit ſaluus eſſe. Reſtat igitur, vt illud ſecũdum genus catechumenorum Simeonis, non ſit ponendum; neque de eis intellexerit Clemens, cùm iubet hic Apoſtolica doctrina exire βαπτιζομένους, id eſt, eos qui baptizantur, quos nos interpretamur baptiſmum petentes, quos Auguſtinus, & Iſidorus Auguſtinum ſecutus, ſcribit, vt dixi, vocari Competentes, quos iam fideles eſſe dicit. Denique hi dicuntur φωτιζόμενοι, qui iam ſunt catechizati, quibus dicitur pridie quàm baptizentur, vt eſt in ritu Eccleſiæ Græcorum, Hic eſt finis veſtræ catecheſis: adeſt tẽpus veſtræ redemptionis: hodie veſtræ fidei libellum Chriſto eſtis expoſituri. & paulò pòſt: & vos cras noctu morituri eſtis peccato, & ibi poſt profeſſionem fidei, & renunciationem, & exſufflationes, dicitur in oratione, quæ pro eis adhibetur, quæ ex hac doctrina expreſſa eſt, Deus Saluator noſter, &c. illumina lumine cognitionis corda noſtra, & eorum qui ad ſanctum baptiſmum parati ſunt; & dignare eos immortali tuo dono: vni eos cum ſancta tua Eccleſia Catholica, & Apoſtolica.

Cap. XII. pag. 129.

Nemo catechumenorum, nemo audientium, nemo infidelium, neque hæreticorum adſit.) Iubet Apoſtolica conſtitutio, vt hoc edicat diaconus ante conſecrationem, ſtatim vt ſacerdos manus lauit, cum rem diuinam facit. Vocat autẽ audientes, non ſolum energumenos, pœnitentes, & eos qui iam catechizati baptiſmum petunt, ſiquidem catechumeni deforis audiunt, vt ait Iſidorus libro 2. de eccleſ. officijs cap. 21. his enim omnibus paulo ſuprà cap. 7. 8. 9. iuſſerat diaconus exire; ſed etiam eos qui in peccatis publicis ſine pœnitentia hærent, vt vel ex Dionyſio Areopagita intelligi poteſt, ſic enim in Eccleſiaſ. Hierarchia capite de communione ſcripſit, impuriſſimum genus energumenorũ eſſe eos qui à ſanctitate vitæ deflexi, mores & ſtudia Dæmonum induerunt, & veris, ſempiterniſque voluptatibus propter extremam dementiam relictis, terrenas voluptates varijs perturbationibus plenas, caducas, inſtabiles, ac falſas concupierunt, & tractarunt: Ac huiuſmodi quidem energumenos ex Eccleſia eijciendos eſſe à diacono prius ac potius quàm alios energumenos, qui à Dæmonibus aguntur, neque ad vllam aliam rem diuinam admittendos eſſe, præterquam ad audiendam doctrinam ſanctarum ſcripturarum, vt eos cõuertamus, ſic docet. Etenim ſi pœnitentes, inquit, prohibẽtur, ne ſanctam Euchariſtiam ſumant, aut videant; multo magis prohibendos eſſe eos qui ſunt à peccatis energumeni. Hi enim ſunt, qui, vt Apoſtolus ait, non re-

ſipiſcunt à laqueis Diaboli, à quo capti tenentur ad faciendum volũtatem eius. Idem ſenſit beatus Chryſoſtomus, qui, vt mihi videtur, Dionyſium planè imitatus eſt; ſic enim in homilia de participatione myſteriorum, 61. poſt multa in eandem ſententiam ſubiungit: Propterea qui ſunt in peccatis, prius eijciuntur. Sicut enim ad menſam veniente domino, ſeruos, qui dominum offenderunt, adeſſe non oportet, ſed procul arcentur; ita ſcilicet & hic, dum profertur ſacrificium, & Chriſtus immolatur, & ouis Dominica. & paulò pòſt: Sicut itaque profanorum fas eſt adeſſe neminem; ita neque vilum Chriſtianorum quidem, & ſordidorum. Cùm igitur Apoſtolica conſtitutio iubet edici à diacono nominatim, vt catechumeni, & infideles, ac hæretici exeant, & generatim, vt nemo audientium adſit, energumenos, & pœnitentes, ac baptiſmum petentes planè ſignificans, meritò cum eis publicos peccatores intelligi, & comprehendi voluit. Etenim ſi energumeni eijciēdi ſunt, profectò multo magis iſti qui ſecundùm ſentẽtiam Dionyſij ſunt impuriſſimum genus energumenorum. Ac rurſus ſi pœnitentes ſimiliter eijciendi ſunt; multo item magis, vt idem ſentit, qui in peccatis ſine pœnitentia eſſe ſciuntur. Præterea qui in huiuſmodi peccatis ſunt, cùm admittũtur ad publicam pœnitentiam, certo tempori iubentur eſſe inter audientes: id eſt, vt eatenus liceat ingredi in eccleſiam, vt audiant verbum Dei, deinde exeant. Beatus Baſilius can. 55. ſcortatores vel meretrices ſic ſeptem annis punit, vt ex his, duobus iubeat eſſe extra eccleſiam; item duobus alijs, audire, ſcilicet verbũ Dei, &c. Similiter Gregorius Nyſſenus ſic punit eoſdem annis nouem, vt ex his, tribus iubeat eſſe inter audientes. Itaque Audientes vocat hic Apoſtolica conſtitutio eos quibus non licet ingredi in eccleſiam, niſi tantũ ad audiendum verbum Dei, ex quibus ſunt, vt dixi, non ſolum energumeni, & pœnitentes, & baptiſmum petentes, quos Clemens φωτιζομένους vocat, id eſt, qui illuminantur, ſed etiam οἱ μεταθῶς ἐνεργούμενοι, vt ait Dionyſius, id eſt, qui sũt in peccatis ſine pœnitentia, vt ſcortatores, & meretrices; & vt in eo loco ait ſanctus Maximus Dionyſij ſcholiaſtes, ij omnes de quibus ait Apoſtolus. 1. Cor. cap. 5. ſi quis frater nominatus eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi, neque cibum ſumere. quod perinde eſſe videtur, quaſi diceret, non ſolum cum talibus Paſcha noſtrum myſticum non eſſe epulandum, immò neque videndum, neque adorandum, quin potius neque cibum communem cum eis ſumendum. Qui enim ſcitur non poſſe communicare, idem neque videre Euchariſtiam poteſt, quod diaconus ante conſecrationem edicit, Qui non communicat, exeat: quod perinde eſt. vt diuinus Dionyſius interpretatur, quaſi ipſa ſancta euchariſtia ei qui talis eſt, diceret. Α᾽θέατος εἶ μοι καὶ ἀκοινώνητος, id eſt, neque me videre potes, neque particeps eſſe meæ communionis. Vtinam huiuſmodi ſeparatio talium nunc reſtitueretur, quæ etiam tempore ſancti Maximi, vt idem dicit, iam intermiſſa erat. Vtinam dico, qui huiuſmodi ſunt, ad audiendum verbum Dei in eccleſiam ingrederentur, non autem ad videndum magnum myſterium corporis, & ſanguinis Domini, & orandum nobiſcum, tunc præſertim, cùm fit conſecratio, & oſtenſio: ita fortaſſe fieret, vt plerique ab errore vitæ ſuæ conuerterentur, ſic puniti, & confuſi.

pag. eadem.

Ipſum ante ſæcula generauit voluntate, potentia, bonitate, ſine medio filium Deum verbum.) Aiebat Eunomius genitum eſſe filium voluntate patris, id eſt, quia ex æternitate voluiſſet generare eum in tempore: hac enim ratione tradebat filium eſſe coæternum patri. Item Arriani, qui ipſi quoque voluntate aiebant genitum eſſe filium Dei, volebant, vt ait beatus Cyrillus ĩ Theſauris de Trinitate ad Nemeſinum, voluntatem antecedere generationi eius. ergo & tempus, ait Cyrillus, circa quod erat illa voluntas antecedens; ex quo efficiebatur, vt non eſſet filius auctor ſæculorum: neque omnia per eum pater feciſſet: in ijs enim, quæ voluntate ſcilicet libera fiunt, ait idem auctor, aliud eſt quod fit, & aliud voluntas qua fit; & neceſſe eſt, vt voluntas antecedat ea quorum eſt voluntas, vt anteceſſit in mundo hoc, cùm voluntate Dei patris fabricatus eſt. Sed ne aliquis fidelium ſic de generatione filij aliquando ſentiret, vt poſtea hæretici ſenſerunt, non dixit Apoſtolica doctrina ſimpliciter de patre Deo, generaſſe filium voluntate, ſed addidit ἀμεσιτεύτως, id eſt, ſine medio, vt intelligeremus, quod dixit, voluntate generaſſe, pro eo accipiendum eſſe, quod eſt, volentem generaſſe, neque enim inuitus, ſed volens generauit ἀμεσιτεύτως id eſt, ſine medio, ita vt voluntas non antecederet. ſi enim anteceſſiſſet, iam non ſine medio, ſed intermedia voluntate, tanquam principio generandi, & intermedio tempore genitus eſſet filius: quod quidem fieri non poterat. Quia enim, vt ait idem Cyrillus, filius eſt virtus, & ſapientia patris, ipſe filius eſt, in quo pater conſilium capit, & in quo vult. Vbi verò voluntas antecedit, ibi conſilium antecedit: vbi autem conſilium, ibi neceſſe eſt antecedere tempus quamuis breuiſſimum, quod conſilio detur. Itaque generatio filij Dei, non eſt ſubiecta voluntati intermediæ, ſed potius, vt idem Cyrillus contra Arrianos docet, proprietas naturæ eſt: quæ autem ex natura ſunt, ait idem, non cadit in ea voluntarium, aut inuoluntarium. Hunc locum Clementis imitatus eſt Gregorius Nazianzenus libro 1. de filio; cùm enim docuiſſet, omnia Deum feciſſe volentem, & voluntate media ab effectis ſecerni, idem rurſus docuit in generatione filij nihil eſſe medium, quod Cle-

mens dixit, generaſſe filium ſine medio; & quod dixit in eodem loco idem Clemens, generaſſe voluntate, & bonitate, Gregorius Naziāz. ſcribens contra Eunomium, generaſſe ait ἀγαθοπρεπῶς καὶ ἀγαπητικῶς, id eſt, vt bonitatem decebat, & dilectè. Denique idem Clemens lib. 7. capite 42. clarius adhuc dixit de filio eſſe ante ſæcula beneplacito patris genitum; ita vt quod illic dixit εὐδοκίᾳ, hic dixerit βουλήσει, hoc eſt, volente patre, ſicut Iuſtinus martyr ſcribens contra Tryphonem Iudæū, loquens de generatione filij Dei, volente, inquit, patre prognatum. & Hippolytus martyr in homilia contra Noetianos, loquens item de generatione filij æterna, Quem, inquit, volens Deus pater genuit, & voluit. Qualis verò ſit huiuſmodi voluntas non media, ſiue huiuſmodi beneplacitum, ſi quis adhuc requirat, videtur mihi explicaſſe ſanctus Epiphanius i Anchorato, cùm ait, neque volentem genuiſſe, inquit, voluntas ſit ante verbum: (cùm ergo negat volentem genuiſſe, volentem voluntate antecedente, negat) rurſus neque non volentem, ne neceſſitate, inquit, ducatur Deus, & non potius ἐλευθεριότητι φρονήματος, id eſt, & non potius libertate cognitionis: immo genuit, inquit, ἐν τῇ ὑπὲρ βουλὴν φύσει, id eſt, in natura ſupra voluntatem, ſic enim legēdum eſt Græcè, & ſic legi in exemplari manuſcripto emendatiſſimo, & non ἐν τῇ ὑπερβολῇ, vt nunc legitur in impreſſis codicibus Græcis. Itaque voluntatem iſtam patris in generatione filij videtur mihi interpretatus ſanctus Epiphanius eſſe quandam Dei patris ad generādum libertatem cognitionis naturalem ſupra volūtatem. Huiuſmodi libertatem explicādi cauſa vocare poſſumus complacentiam. quæ quia ante tempus fuit, & ante omne conſilium, neceſſe eſt hac ratione ſupra voluntatem eſſe, & non, vt Arriani tradebant, falſo illud interpretantes, quod pater dixit; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: quaſi de complacentia tempori, conſilio, & voluntati mediæ, ſiue antecedenti ſubiecta loqueretur. Ergo, vt hunc locum finiam, cùm Clemēs ait Deum patrem generaſſe voluntate ſine medio apertè ſignificat, generaſſe quidem voluntate ſed non volūtate media, ſiue antecedente: nō, inquam, voluntate libera, quæ eſſet generandi principium, ſic enim vocant Theologi ſcholaſtici, quam veteres patres vocant voluntatem mediam, ſiue antecedentem, eo quòd voluntas principium liberum alicuius rei efficiēdæ ipſam rem, cuius eſt principium, antecedit: eſtque media ſicut ipſa operatio inter effectū, & efficiens. Voluntas verò non principium, id eſt, voluntas nō media, ſiue non antecedēs, quia pater genuit filium, dicitur ab eiſdem ſcholaſticis doctoribus, voluntas concomitās, hoc eſt, non media, neque antecedens, id ſcilicet, quod vult talis voluntas. Quod verò eſt in lib. 7. cap. 35. opus Dei eſſe ἀμεσίτευτον, id eſt, ſine medio non repugnat ijs, quæ hactenus dicta ſunt, vt nonnullis forſitan videbitur: non enim ſignificat hoc loco ἀμεσίτευτον, factum ſine intermedia volūtate, aut ſine intermedia operatione, neceſſe enim eſt, vt opus aliud ſit præter operantem, & operationem, vt ait B. Baſilius lib. 4. contra Eunomiū; ſed ſignificat potius opus factum, ſine intermedio miniſterio. Non enim opificium mundi per vllius creaturæ miniſterium intermedium perfectum eſt, vt tradebant Platonici, & eos ſecuti Arriani; cum alioqui voluntate Dei media factus ſit mundus.

Pag. 135.

Adhuc offerimus tibi pro omnibus ſanctis, qui à ſæculo tibi placuerunt: pro Patriarchis, pro Apoſtolis, pro martyribus) Quomodo (dicet aliquis) pro Apoſtolis, & martyribus orare docemur? Tritum enim eſt illud, iniuriam martyri facere, qui pro eo orat. Sed quomodo intelligendum hoc ſit, ex ijs quæ paulò pòſt dicit, docemur, ait enim, Memoremus ſanctos martyres, vt mereamur, præmij, quod pro certamine tulerunt, participes fieri. Hoc igitur eſt offerre, & precari pro martyribus, id eſt, hac ratione eos in myſterijs commemoramus, & in precationibus noſtris, vt, ſicut ait diuinus Dionyſius qui hunc locum imitatus eſt, huiuſmodi commemoratione nos ad beatā virtutem hortemur, & ad diuinam ſortem eorū obtinendam per imitationem. Itaque præmium, quod dixit conſtitutio, vocauit diuinam ſortem Dionyſius. petantur reliqua ex ſcholio.

Cap. xix. pag. 143.

De diaconiſſa verò ego Bartholomæus conſtituo, vt manus ei tu epiſcope imponas.) Similiter in ordinatione hypodiaconi cap. 21. manus imponitur. immò etiam in ordinatione lectorū cap. 22. Hæc fortaſſe dicet aliquis contra canones fieri. Sed ne quis erret, obſeruandū eſt, eſſe multiplicem manus impoſitionem: manus enim dicitur imponi ei qui baptizatur, quæ χειροθεσία, vocatur: item manus imponitur pœnitenti: item in ordinatione diaconiſſæ, hypodiaconi, & lectorum. Significat enim manus impoſitio Dei protectionem, quā precando petimus ei, qui ordinatur, qui abſoluitur, qui baptizatur, qui omnes dicuntur χειροθετεῖσθαι, id eſt, accipere manus impoſitionem. Vnde in precatione, quæ adhibetur ad ordinationem diaconiſſæ, & hypodiaconi, ac lectoris, petimus dari eis Spiritum ſanctum, cuius protectionem manus impoſitio ſymbolicè ſignificat: vt beatus Dionyſius docuit, cùm ait, ſignificat manus impoſitio protectionem principis, & perfectoris Dei, qua paternè illi ipſi quibus manus imponitur, tanquam filij gubernantur: quæ virtutem ac robur ipſis largitur, & aduerſarias poteſtates repellit. Docet

etiam

etiam eos quibus manus imponitur, ut omnia opera faciant tanquam ſub Deo operantes, à quo manus impoſita eſt: & tanquam habentes eum ſemper ducem ſuarum actionū. hactenus Dionyſ. horum omniū vis continetur in precatione quæ ad ordinationem diaconiſſæ adhibetur. Da, inquit, ei ſpiritum ſanctum, & mundam effice ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus: ut opus ſibi impoſitum perficiat. & quæ ſequuntur. Quod verò concilium Nicænum can. 19. ait, diaconiſſas nullam habere manus impoſitionem, accipiendum eſt de ea manus impoſitione quę faciat eſſe eas extra ordinem laicorum, vt ipſe canon aptè dicit, ſi quis eum attentè legat. Mentionem enim, inquit, fecimus de diaconiſſis quæ in habitu eſſe probatæ ſunt, quoniam manus impoſitionem non habeant: ita vt omnino inter laicos eſſe probentur. Hactenus canon. Ergo impoſitio manus, quæ non eximat ex ordine laicorum, non erit contra canonem. Eſſe autem, ut paulo antè dixi, multiplicem manus impoſitionem, obſeruauit ante nos Igmarus Rhemenſis tempore Nicolai primi, in libro de uariis capitulis eccleſiaſticis cap. 16. Nam non uno modo, inquit, ſemper manus impoſitio intelligitur, ſed pro diuerſitate locorum ſub diuerſa ſignificatione reperitur aliqñ enim ꝑ confirmatione neophytorum accipitur, ut in decretis Apoſtolicorum uirorum Clementis, Vrbani, Melchiadis expreſſum ſepenumero reperitur: nunc pro ordinatione ſacerdotum, ſiue diaconorum, iuxta illud Apoſtoli ad Timotheum, Nemini citò manus impoſueris. quod & canones apertiſſimè præſcribunt. Eſt & reconciliatoria manus impoſitio, per quam pœnitentes hæretici, ſiue excommunicati ſanctę Romanæ eccleſiæ reconciliantur, de qua & canones ſimiliter multa dicunt. de qua beatus Auguſtinus in libro 3. de baptiſmo contra Donatiſtas teſtatur, quòd nihil ſit, niſi oratio ſuper hominem, quæ & iterari poſſit. Fit etiã manus impoſitio ſuper infirmos, iuxta illud Euãgelij, ſuper ægros manus imponent: item ſuper catechumenos, & energumenos pro expulſione diaboli, quæ ſpecialiter exorciſtis in ordinatione conceditur, quippe ut habeant poteſtatem imponendi manus ſuper catechumenos, ſiue energumenos. item & cùm ſimpliciter aliquem benedicimus, manus ei antiquo more imponimus. Sic enim Iacob patriarcha cùm filios Ioſeph benediceret, manus ei impoſuit: & Dominus in Euangelio, oblatos ſibi paruulos per impoſitionẽ manus benedixiſſe legitur. Siue aũt manus impoſitio pro recõciliatione pœnitentium, ſiue pro depulſione infirmitatis, uel diaboli, ſiue ſimplici benedictione hominibus impendatur; ſatis congruè, iuxta Auguſtinum, nihil aliud niſi oratio ſuper hominẽ intelligitur; unde & iterari, quoties opus fuerit, non prohibetur. Cùm uerò pro confirmatione, ſiue ordinatione impenditur, non iam pro ſola oratione, ſed etiam pro ſacramento habenda eſt, quam ſancti patres iterari prohibuerũt. Hactenus Igmarus.

Cap. XXI. pag. ead.

Cùm hypodiaconum ordinaueris, epiſcope, impones ei manus & dices Domine Deus.) Non pugnat hæc conſtitutio cum quinto canone quarti concilij Carthaginienſis, cùm ait, ſubdiaconus, cùm ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de epiſcopi manu accipiat vacuam, & quę ſequuntur: impoſitio enim manus multiplex eſt, vt antè diximꝰ. Cùm igitur conſtitutio ſancit, vt manus hypodiacono iponãtur ab epiſcopo, hoc ſancit, ut epiſcopus creet hypodiaconum, non ſic imponendo manus, vt impoſitio manus perficiat conſecrationem, vt in ordinatione Leuitæ, abſit; ſed tanquam in ordinatione hypodiaconi miniſtratis Leuitæ, ſiue diacono. Similiter cũ ait quarta Synodus Carthaginiẽſis, non accipere manus impoſitionem hypodiaconum, illam perfectam manus impoſitionem negat, quæ diacono conuenit, quem beatus Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem de ſeptem gradibus (ſi tamẽ eius eſt epiſtola) ait in conſecratione perfectum eſſe, in conſecratione ſcilicet diaconali, vt ex eo intelligamus ſubdiaconum non eſſe in tali cõſecratione perfectũ. Eſſe præterea, ut ſuprà dixi, multiplicem manuum impoſitionem, etiam intelligi poteſt ex 14. canone ſecundi concilij Nicæni: Quia ſcimus, inquit, nonnullos ſine manus impoſitione ab infantia tonſuram clerici accipere, & quæ ſequũtur. Manus impoſitionem dixit in ordinatione primæ tonſuræ. omnis itaque electio ac benedictio cuiuſuis eccleſiaſtici miniſtri, quę ab epiſcopo fit, per manus impoſitionem fieri dicitur. Hæc uerò homonymia, & communio nominis graduum ipſorum diſtinctionem non tollit, neque eos in vnum confundit.

Cap. XXVI. pag. 144.

Exorciſta non fit ordinatione.) Hoc quoque dicet aliquis contra conſuetudinem eccleſiæ catholicæ eſſe, quę ſecundum Apoſtolicam traditionem, quæ in omnibus eccleſijs Orientis, & Occidentis viget, exorciſtas ordinet. Verùm hæc Apoſtolica conſtitutio non de hoc genere exorciſtarum loquitur, vt ex verbis eiꝰ perſpici poteſt, ſed de eo de quo Apoſtolus 1. Cor. 12. poſt Apoſtolos, prophetas, doctores, & virtutes ait poſitas fuiſſe in eccleſia, qui habebant gratias curationum; quos hæc Apoſtolica doctrina, & cõſtitutio interpretatur exorciſtas fuiſſe, quos dicit non fieri ordinatione. poſtquam enim dixit, exorciſta non fit ordinatione, ſubiungit, qui enim accepit gratiã curationum, per reuelationem à Deo declaratur, patefacta omnibus gratia, quæ in eo eſt. Itaque vt dabat tunc Deus gratiam interpre-

tationis

tationis ſermonum ex alia in aliam linguam, ſic dabat gratiam curationum, qua eijciebantur dæmones, ex quibus ſunt ſpiritus infirmitatis, ſicut Euangelium Lucæ uocat, cùm ait, ecce mulier, quæ habebat ſpiritũ infirmitatis annis 18. & inclinata erat, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Huiuſmodi ergo exorciſtæ, quorum gratia omnibus erat manifeſta, non fiebant ordinatione, ſicut nec illi tunc interpretes ſermonum ſtudio, labore, & electione atque ordinatione fiebant, ſed gratia, quam Deus dabat ſolus, & omnibus manifeſtam faciebat. in locum huiuſmodi exorciſtarum ſucceſſerunt in eccleſia ſecundùm Apoſtolicam traditionem, qui vocantur à Deo per epiſcopum ad miniſterium legendi exorciſmos, & imponendi manus ſuper energumenos, vt expellantur dæmones, & Spiritus infirmitatis. Sic autem fieri exorciſtam non eſt in poteſtate voluntatis noſtræ, niſi accedat ordinatio eccleſiaſticæ hierarchiæ. idcirco huiuſmodi exorciſta nunc ordinatione fit. Sicut illius prioris generis exorciſta non fiebat tunc ordinatione, quia pendebat tum ex gratia, quam Deus dabat, & manifeſtabat ſine hominis miniſterio; tum ex bona voluntate eius qui in ea gratia curationum certare volebat. Vnde in eiuſmodi exorciſta; ſicut ait Apoſtolica doctrina, certamen eſt voluntatis eius, & gratiæ Dei, ſicut i virgine, quæ ſimiliter non fit ordinatione, quia certamen quoq; eſt voluntatis eius, & gratiæ Dei.

CAP. XXXI. pag. 147.

Idem Matthæus ſtatuo, ut benedictiones, quæ in myſticis superſunt, diaconi diſtribuant clero, epiſcopi, aut presbyteri auctoritate: epiſcopo partes quatuor; presbytero tres; diacono duas: alijs verò hypodiaconis, aut lectoribus, aut cantoribus, vel diaconiſſis partem vnam: hoc enim honeſtum eſt, & Deo gratum, vt pro ſua quiſque dignitate honoretur. Eccleſia enim non eſt indecori, ſed decori, & compoſitionis ſchola.) Qui hæreticè tradunt, myſterium ſanctæ Euchariſtiæ non eſſe extra vſum, & actum communionis, ac proinde non eſſe ſeruandum, quaſi non ſit corpus Domini, niſi cùm ſumitur, fortaſſis hanc conſtitutionem ſecum facere falſo exiſtimabunt, quippe quæ iubeat non quidem ſeruare ſacræ Euchariſtiæ particulas, ſe diſpartiri ac diſtribuere, quaſi ſeruatæ nihil ſint. ſed non ita eſt, non facit cum hæreticis hæc conſtitutio, immo aduerſus illos. Etenim ſi extra vſum cõmunionis nihil ibi eſt præter panem, ſi non eſt, inquam, ibi corpus Chriſti, quid opus erat, ea quæ ex myſterijs ſuperabant, miniſtris eccleſiæ pro dignitate cuiuſque diſtribuere? neque enim diſtribuebantur vt communicarent, quaſi non prius communicaſſent; immo potius diſtribuebantur, ne ſeruanda eſſent, illis ſcilicet temporibus, cùm tanta erat multitudo, & vis infidelium; vt ſicut ex cap. 36. eiuſdem libri octaui intelligi poteſt, ſæpe propter infideles non liceret prodire ad eccleſiam; eſſetque neceſſe domi ad rem diuinam conuenire: immo aliquando ne in domo quidem priuata tutò liceret congregari. Ob hanc igitur cauſſam Clemens in perſona Matthæi Apoſtoli conſtituit, vt quæ ex myſterijs ſacris ſupereſſent, quæ quidem, benedictiones vocauit, Apoſtolum Paulum imitatus, cùm ait, Calix benedictionis, cui benedicimus nos, nónne communicatio eſt ſanguinis Domini; Conſtituit, inquam, vt diſtribuerentur ijs quos dixit, ne ſeruata, ab infidelibus; qui vbique dominabantur, tanquam à ſuibus, aut à canibus impiè & profanè tractarentur. Ex eo autem, quòd ſecundùm hanc conſtitutionem plures particulæ impertiuntur ei qui maiori dignitate viſibili, & externa præditus eſt, & pauciores ei qui minore, cùm alioqui vnum tantum, & eundem Chriſtum quiſque eorum capiat, intelligi poteſt, ſub pluribus ſpeciebus, panis ſcilicet, & vini communicare, hoc quidem ad honorem, & dignitatem extrinſecus viſibilem pertinere; in alijs quidem conficientibus hoc ſacramentum, ex inſtitutione, & auctoritate diuina: in alijs verò ex auctoritate Pontificis. Vnde factum eſt, vt cùm Pontifex Romanus rem diuinam facit; propter honorem, & dignitatem miniſtrandi Pontifici ad aram, is qui diaconi miniſterio fungitur, ſub vtraque ſpecie communicet, niſi aliqua ratio ſpecialis id fieri prohibeat, vt cùm orta eſt hæreſis Huſſitarum: tunc enim ſolus Pontifex de calice participabat, vt Auguſtinus Patritius in libello quem de aduentu Friderici tertij Imperatoris Romani ſcripſit, de Paulo ſecundo teſtatur. Communicauit, inquit, ſummus Pontifex altaris ſacramentum cum Imperatore, diacono, & ſubdiacono de pane tantum; de calice autem, etſi conſuetudo, inquit, ſit communicantes cum Pontifice participare; propter inſurgentem tamen Huſſitarum, & Boemorum damnatam hæreſim, quæ calicis potum ad ſalutem neceſſarium putat; præter Pontificem bibit nemo. hæc ille, qui ſe dicit tunc communioni Pontificis interfuiſſe. Hinc rurſus factum, vt quibuſdam quoque regibus hoc ipſum Pontifex iam olim conceſſerit, propter eorum dignitatem externam, vt regibus Chriſtianiſſimis Gallorum. Quare hoc vt vniuerſæ multitudini vulgi concedatur, non eſt æquũ: cùm nulla externæ dignitatis ratio moneat; ac multo etiam minus, vt concedatur vni genti, & nationi, & non alij, niſi vbi aliqua priuatæ œconomiæ ratio poſtulet: præſertim cùm ſecundum decretum Synodi Tridentinæ, quod nuper factum eſt, nemo, qui vnam ſpeciem ſolã accipit, quod ad fructum attinet, neceſſaria ad ſalutem gratia defraudetur; immo neque dignitate interiore diuinæ gratiæ. Fieri enim poteſt, vt qui ſub altera tantum ſpecie communicat, dignius communicet, quàm qui dignè ſub vtraque. Hanc verò dignitatem interiorem,

teriorem,

teriorem, & inuiſibilem, qui ſolus occulta videt, remunerat, non autem eccleſia, quæ non videt niſi, quæ oculis patent. Igitur vt maior honor, & dignitas externa, & viſibilis, neque omnes decet, neque omnibus vtilis eſt; ſic neque communicare ſub vtraque ſpecie, quod; vt dixi, ad honorem, & dignitatem exteriorem, & quæ ſub ſenſum cadit, pertinet, non omnes decet, neque omnibus conuenit, neque neceſſe eſt, vt cui ſub vna ſpecie ſancta communio vtilis fuit, mox eidem ſub altera ſit item vtilis recenti vtilitate; tametſi fieri poteſt, vt ſit; vt iam ne ex hac quidem parte vlla iuſta querela ijs relinquatur qui ſub vna communicant; quippe, qui ſub vna alioqui communicantes, poſſunt eos qui ſub duabus communicant, ſpirituali profectu pietatis, & interiore dignitate diuinę gratiæ ſuperare. Hinc fortaſſis elici poteſt melior, ac ſolidior ratio, cur, ſi populus ſumat corpus ſine ſanguine ſub ſpecie vini, nullum inde detrimentum, vt ait ſanctus Thomas, ſequatur; ſcilicet non ſequitur, non ſolum quia ſacerdos in perſona populi offert, & ſumit ſanguinem, & ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus continetur; ſed quia ſumere etiam ſanguinem, ad exteriorem, & viſibilem dignitatem pertinet: Dignitatem verò exteriorem tantum ſine interiore dignitate inuiſibili diuinæ gratiæ ſi habuerimus, nõ abundabimus, neque ſi non habuerimus, deficiemus. Ergo neque ſanguinem hac ratione exterioris & viſibilis dignitatis ſumere ſub ſpecie vini, abundare eſt; neque non ſumere, erit deficere, idque cùm totus Chriſtus ſub vna ſpecie contineatur; interiore verò dignitate diuinæ gratiæ vnuſquiſque de populo æquè abundare poſſit. Sacerdos ergo pro dignitate ſua ſacerdotali, quam ſub ſenſibilibus ſignis ſacris in eccleſia catholica accepit, & quã omnes videmus, debet ſecundùm Chriſti inſtitutionem, & Apoſtolicam traditionem, myſtica benedictione calicis effuſionem ſanguinis Domini, & repræſentare, & ſumere.

Cap. XXXII. pag. 157.

Si viri vxorem habet, aut mulier ſi virum, doceantur ſe ipſis contenti eſſe.) Sic erat in duobus exemplaribus vetuſtioribus, & melioribus: in alio erat, *ſeipſis contenti, ac caſti eſſe.* Quod quidem videtur eſſe additum ab eo cui ſic videbatur intelligendum eſſe, vt quidem eſt: neque enim laxat habenas omni incontinentiæ, qui coniugium concedit: ſed potius ita concedit Apoſtolus coniugibus reuerti in idipſum propter incontinentiam, vt tamen modum teneant in coniunctione corporum; ne ſint, inquam, intemperantes, & impudici. Itaq; interpretatio potius videtur quàm textus. Facit enim cum hac lectione Ignatius in Epiſtola ad Heronem, vbi idem dicit, hinc mutuatus.

Pag. 159. Qui docet, etſi laicus ſit, modò ſit peritus, & honeſtis artibus, doceat.) Non permittit hic apoſtolica conſtitutio laicis (nequis erret) vt verbum Dei prædicent: quod ne diaconis quidem permittit, vt ex libro tertio cap. 20. intelligi poteſt. Verùm quando, & vbi laicos docere permittat, & quos docere poſſint, intelligendum eſt ex antecedentibus. Sicut enim philoſophi docent loquendum eſſe, ita locutus eſt hic auctor, ſcilicet ſecundùm ſubiectam materiam. Erat autem ſermo de catecheſi tradenda ijs qui ad myſterium baptiſmi accedunt. itaque dixerat, quanto tempore tradenda eſſet: deinceps dixit, à quibus tradi poſſet. poteſt namque tradi à laicis, modò idonei ſint, & periti in verbo Dei, & ſint honeſtę vitæ. Etenim mulier, cui docere in eccleſia non licet (hoc enim Paulus, & apoſtolica conſtitutio prohibent) poteſt ſecundùm apoſtolicam conſtitutionem in eis, quæ facilia ſunt, erudire eos qui ad fidem veniunt. alia enim difficiliora reſeruare debet epiſcopis, & presbyteris, & ad eos mittere. Quare conſequens eſt, vt laicus, ſi eruditus eſt, poſſit vel in illis quoque difficilioribus, quæ mulieribus tutò committi non poſſunt, catechumenum erudire, non autem docere in eccleſia. Illa namque auctoritas Eſaiæ citata, Erunt enim omnes docibiles Dei, cauſam declarat, cur laici ſciant; non autem cur doceant. Si enim idcirco docet laicus, vt hæretici volunt, quia eſt docibilis Dei; ſunt autem omnes, ſicut teſtatur propheta, docibiles Dei, eſt igitur licitum, & honeſtum, vt omnes doceant: at non ita eſt: hoc enim Paulus prohibet, cùm iubet, vt omnia in eccleſia honeſtè, & ſecundùm ordinem fiant, qui in priore ad Cor. epiſt. de ordine eccleſiæ differens; Si totum corpus, inquit, oculus eſt, vbi auditus? vbi odoratus? nunc autem poſuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore, ſicut voluit. & paulò pòſt apertè, ac ſine parabola, Quoſdam, inquit, po uit Deus in eccleſia: primùm Apoſtolos, ſecũdò prophetas, tertiò doctores. Hi ſunt velut quidam ſpeculatores, qui tenent locum oculorum, vt populo lumen & viam oſtendant. Auditus verò eum ſignificat, cui conuenit percipere doctrinam, quæ à magiſtro traditur. Similiter odoratus ſignificat vim diſcernendi doctrinam boni odoris, à doctrina mali odoris, vt illa appetatur, hæc fugiatur. Igitur non quia aliquis à Deo doctus eſt, permittitur ei, vt doceat; ſed quia qui doctus eſt, ad hunc honorẽ docendi, ſecundù m diuinã cõſtitutionẽ, vocatus eſt. Docet autẽ Deus, non vt olim per prophetas, loquens in eis multifariè multiſque modis, ſicut Paulus ait; ſed per filium docet omnes, quicunque diſcere cupiunt; ſic enim præſtat quod promiſit, futuros eſſe omnes doctos à Deo. Sic autem docendo, ſi qui doceri volunt, trahit eos ad patrem, ſicut ipſe idem magiſter noſter in Euangelio Ioannis interpretatur.

pretatur. Cùm enim Iudæi murmurarẽt, quia dixerat deſcendiſſe è cœlo, ſubiungit: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus, qui me miſit, traxerit eum: Scriptum eſt in prophetis, & erunt omnes docibiles Dei. Cùm igitur exprobraret eis, quòd indigni eſſent qui ad Deum patrem traherentur, vtpote qui filium non reciperent, ait, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui me miſit, trahat eum. quomodo autem trahit? ſcilicet docendo: docet verò omnes, quantum in ſe eſt: non tamẽ omnes diſcere volunt. Hunc locum interpretatus ſum, quòd eum hæretici malè intelligentes, prophetico teſtimonio probare volunt, licere omnibus, etiam laicis, docere uerbum Dei.

CAP. XXXII. pag. eadem.

Ego Paulus, & ego Petrus conſtituimus) Sic erat in exemplis manuſcriptis. quod quidem diſſimulare nolui, ut ſi quis in ea incideret, mutationem collocationis non per errorem, ſed callidè, & conſultò factam exiſtimaret; quaſi collocatio Pauli priore loco, beati Petri principatui quicquam derogaret. at nó ita eſt, immo poſitus eſt ab ſcriptore Clemente ſecũdo loco Petrus œconomicè, ad docendum nos modeſtiam; & vt faciamus quod Paulus præcepit, vt honore inuicem præueniamus. Hæc itaque collocatio docet nos modeſtiam; & dignitati Petri principis Apoſtolorum non derogat. Si quidem in eodem loco ſuprà cap. 4. dixit Petrus; Ego primus Petrus cõſtituo, ſicut antea omnes ſimul. Erat enim princeps omnium; quem quidem honorem non ſibi ſumpſit, vt eſſet omnium agnorum, & ouium paſtor: etenim hæc omnes pariter antea conſtituerant. ergo non hoc ipſe nunc primum conſtituit. Quare cùm ait, Ego primus conſtituo, principatum ſuum planè ſignificat, ita ut πρῶτος non primum in numero, vt hæretici uolunt, ſed τὸν πρώτιστον, id eſt, primarium declaretur: ut eadem conſtitutio interpretata eſt, hoc uerbo ibidem uſa. Similiter collocatio Pauli ad dexteram Petri non derogat dignitati Petri principis Apoſtolorum: cuius cauſa eſt, vt ſapienter explicauit eruditiſſimus auctor Petrus Damianus in Epiſtola ad Deſiderium Abbatem, interpretatio nominis Beniamin, de cuius tribu fuit. Factus eſt enim à Deo nouus Beniamin, id eſt, filius dextræ, ad certandum pro fide Chriſti cum Iudæis, & gentibus gladio ſpiritus, quod eſt uerbum Dei: qui, ſicut de Beniamin ſecundum carnem ſcriptum eſt, mane tanquam lupus rapax comedit prædam, & ueſpere diuidit ſpolia, ita ipſe prius ſpirans minarum, & cædis, deuaſtabat eccleſiam Dei, poſtea uerò diabolum ſpoliauit, eripiendo eos qui ei prius ſeruiebant, & ad fidẽ Chriſti conuertendo: tum ad fidem cõuerſos diuidendo paſtoribus eorum. Hactenus de Paulo prius in hac conſtitutione poſito: & de eodem poſito ad dexteram Petri cum gladio diſtricto. Quantò uerò eſt hoc grauius, & eruditius de Paulo prius poſito ante Petrũ, quàm illud, quod quidam auctor, uir alioqui multa doctrina, multaque obſeruatione, in ſuis uarijs quæſtionibus excogitauit, Ad dexteram, inquit, Petri eſt tanquam ſtipator, & comes, uelut tegens latus dextrum.

Pag. eadem. Sabbato, & Dominico die, vacent in eccleſia propter doctrinam religionis.) Non ſignificat, non eſſe vacandum extra eccleſiam; ſed potius vacationem operum, quæ diebus quinque facere licet, ad hoc potiſſimum referendam eſſe, vt ſuppetat otium ad conueniendum in eccleſia ad rem diuinam, & audiendũ in ea verbum Dei. Cùm enim Apoſtoli ſanciunt, vt quinque diebus operemur; ſimul ſanciunt, vt ſabbato, & Dominico non ſic operemur, ſed potius ab eiuſmodi operibus uacemus. Ac de ſabbato quidem cùm ratio eo die feriandi, hæreſis extiterit Simonis Magi, qui creationem mundi non tribuebat Deo, quam illis quidem temporibus hac ratione ſanctiſſimè, ac prudentiſſimè ſancti Apoſtoli uacatione operum feſtiua honorari uoluerunt, cùm illa, inquam, hæreſis iam extincta ſit, non neceſſe eſt ab operibus aliorum quinque dierũ ſabbato uacare, præſertim propter Iudæos, qui illo die Iudaicè uacant, quod Synodus Laodicenſis can. 29. Chriſtianis prohibet. De Dominico autem ratio uacationis eſt, ſancta Chriſti reſurrectio: cuius ſollemnis cultus, & perpetuus per omnes Dominicos dies agitur, uacando etiam ab omni opere aliorum dierũ proprio, ſecundum traditionẽ eccleſiæ ab Apoſtolis relictam; conſuetudo enim omnium eccleſiarum catholicarum teſtis, & interpres eſt huius Apoſtolicæ conſtitutionis. de uacando autem tota hebdomada ſancta cum proxima ſequenti, ut liceat per quietem, & uacationem audire docentem, ſicut ait Apoſtolica conſtitutio, quis pro nobis mortuus ſit, & quis reſurrexerit, hæc conſtitutio non tam præceptum eſt, quàm ſuaſio; vt enim S. Epiphanius in epitome de fide catholicæ, & Apoſtolicæ eccleſiæ, cùm characterem eccleſiæ catholicæ deſcribit, alia ait in ea ſeruari ex præcepto, alia ex uoluntaria ſuſceptione, id eſt, libera; ſic dicendum eſt, ex ijs quæ in eccleſia fiunt, quæ à S. Apoſtolis in ea ſtatuta ſunt, alia ſtatutũ eſſe ex præcepto ſeruanda; alia liberè, quę nos non pręcepta, ſed ſuaſiones potius uocabimus. huiuſmodi eſt hęc conſtitutio de uacando tota hebdomada ſancta ad audiendum uerbum, & tota proxima ſequenti: niſi fuerit conſuetudo totam utráq; hebdomadã uacãdi, ibi enim præceptũ erit; quia ipſa iam conſuetuda teſtis eſt, ex præcepto eiuſmodi vacationẽ ſuſcipere uoluiſſe.

Pag. 150. Diebus Apoſtolorũ uacЀ; magiſtri enim ueſtri fuerunt ad cognoſcendum & profitendum Chriſtum: uobiſq; Spiritum ſanctum dederunt.) Sũt qbus nõ uideatur uerìſimile, iuſſiſſe

hoc

hoc Apoſtolos de ſeipſis quod ab Apoſtolicæ modeſtiæ exẽplo alienũ eſſe videri poſſit: quibus quidẽ mirum, ſi ob eandem rõnem uerisimile videantur dixiſſe Paulum, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Sed nunquid Apoſtoli huiuſmodi vacationem operum, quam ſanciunt, ad honorem ſuũ referũt, an potius ad honorem Chriſti, & ad ſalutem noſtram? imò maximè. quod ſatis quidẽ declarãt, cùm rationem ſubijciunt, dicentes, *Magiſtri enim veſtri fuerunt ad cognoſcendum & profitendum Chriſtum: & vobis Spiritum ſanctum dederunt.* Et beatus Chryſoſtomus in principio homilię in aſcenſionem Domini, & in corpora Martyrum quæ prope corpora hæreticorum ſepulta erant, hortas populum, vt ea ſepararent, & in templum ipſis dicatum transferrent, ſic ſanctos Martyres loquentes facit: Ne, inquit, nos hi Sancti accuſent, dicentes; Non habiti ſumus digni qui vnum diem Domini noſtri celebrari in noſtris tabernaculis videremus? ne nos accuſent, & dicant, Sanguinem noſtrum pro eo profudimus, & digni habiti fuimus ut capita noſtra amputarentur, & non eſtis uos dignati facere vt in noſtris domicilijs unum diem Domini agitari videremus? Vides quomodo Sancti qui in cęlis ſunt, ſui memoriam in templis ſibi dedicatis celebratam, ad gloriam & culturam Dei referunt? Reprehendant ergo hunc ſermonem Chryſoſtomi patris ſanctiſſimi, & in ſcripturis ſanctis exercitatiſſimi, qui hanc apoſtolicam conſtitutionẽ à beato Clemente in perſona Apoſtolorum ſancitam, & litteris mandatam reprehendere audent: immo potius, ſi ſapere volunt, rationem, & œconomiam huius conſtitutionis cùm ex illo Chryſoſtomi ſermone, tum ex hac ipſa cõſtitutione de celebrandis Apoſtolis intelligant, quare in eorum feſtis diebus vacare oporteat, nẽpe vt poſſimus gratias agere Deo, & ad exemplum horum magiſtrorum uitam moresque noſtros componere, ac formare. Quid enim aliud eſt iubere, vt in diebus Apoſtolorum feriemur, quàm iubere vt ad Dei gloriam eorum memoriam celebremus? id eſt, ut vitæ & mortis eorum memores ſimus, ad imitandum: memores item beneficiorũ Dei, quæ per eos adepti ſumus, ad agendum pro eis gratias Deo. Sed quibus adhuc non uidetur hoc veriſimile, dicant nobis, quid Paulus dicere voluerit, cùm in epiſtola ad Hebręos ſcripſit; Memores eſtote prępoſitorum veſtrorum, qui uobis locuti ſunt verbum, quorum exitum intuentes conuerſationis, imitamini fidem? de mortuis enim loquitur, quorũ memoria etiá feriando celebranda eſt; ut uacet nobis in eorum vitam & mortem, tanquam in formam & exemplum uitæ noſtrę intueri. Quòd ſi hoc dicit Apoſtolus de iam mortuis, & in primis de ipſis Apoſtolis, ex quibus iam erat Iacobus frater Ioannis interfectus, Memores eſtote prępoſitorum ueſtrorum, quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem; an ſi idem de ſe quoque dicat per anticipationem, ambitioſus exiſtimabitur, qui iubeat ut memoriam eius ad honorem Chriſti, & noſtram utilitatem celebremus, qui aliàs dicit, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti? Illud uerò, quòd reliquis quoque diebus Martyrum eadem conſtitutio uacare iubet, ſic quidã reprehendebat. Neque hoc, inquit, eſt uerisimile, conſtituiſſe Apoſtolos, cùm nullus ſit dies quo non Martyr aliquis paſſus ſit: quare quotidie uacandum eſſet. Reſpondemus igitur, ut Martyrum quidem memoriam celebremus, Apoſtolos conſtituiſſe: id quod per uniuerſas eccleſias obſeruatur: Quos uerò Martyres uacatione etiam operum ſeruilium, quæ uocãt, aut non uacatione huiuſmodi, ſed aliter celebraremus, & quos ſigillatim, aut communiter ſollemni die feſto omnium ſanctorum, paſtoribus eccleſiarum reliquiſſe. Propoſitũ enim fuit ſanctis Apoſtolis, in ijs quę ad Apoſtolicam & eccleſiaſticam cõſtitutionem pertinẽt, dare nobis ὑπογραμμὸν, & typum quendam generalem, ad quem poſtea à paſtoribus ſingula accommodarẽtur, ut eccleſiaſtica œconomia ſecundum rationem temporum, locorum, cauſarum, ac perſonarũ poſtularet. Hac etiam apoſtolica conſtitutione probatur piè & ſanctè ſanctorum auxiliũ precibus apud Deũ implorari. ideò enim in eorum feſtis diebus ab occupatione operum ſeruiliũ uacamus, ut ipſi nos per eorum preces, quas eorum dies feſtos celebrando, & eoſdem orando imploramus, Deo commendemus. Quod uerò ſancti pro nobis in cœlis orent Deum, ad cæteras auctoritates ſcripturæ ſanctæ ab alijs productas aduerſus hæreticos, accedat auctoritas beati Petri principis Apoſtolorum, qui in 2. epiſt. c. 1. ait: Dabo autem operam, ut poſt obitũ meũ frequenter horum memoriam habeatis. ſic enim eſt in Græco. Reſpondeat autem Vigilantius, & eius ſimiles Lutherani, quomodo poſt mortem daturus erat operam Petrus, ut obſeruarent illi quæ ex Petro prædicante audierãt, ne fortè perfluerent, ſicut Paulus in epiſt. ad Hebræos ſcripſit, quomodo, inquam, niſi mortuus faceret pro eis orando, quod uiuens Paulus pro Romanis, & Philippenſibus item orando, & faciebat?

Cap. xxxviii. pag. 551.

Fidelis cum cathecumeno neque domi oret, neque enim iuſtum eſt, vt baptizatus cum non baptizato coinquinetur, item pius cum hæretico: neque domi oret; quæ enim communio luci cum tenebris.) Ergo contra Apoſtolicam conſtitutionem faciunt (dicet aliquis) qui cathecumenos inſtituunt, & in eadem domo, immo in eodẽ conclaui, dum orare docent, unà cum eis orãt. Item ſæpè contingit, ubi hæretici ſunt, ut in eadem domo habitent parentes cum filijs, id eſt, hæretici cum catholicis, quos in eadem

domo

domo orare neceſſe eſt. Quid igitur dicemus; ne quis male intelligendo hanc conſtitutionem reprehendat? repetenda ſunt ſuperiora, & conuenienter illis interpretandus canon. Conſtitutum erat proximè, vt ſi fieri non poſſet, propter infideles, vt fideles congregarentur in eccleſia ad faciendam rem diuinam, domi ſaltem congregarentur, ne impius in eccleſiam piorum ingrederetur: quòd ſi neque domi, neque in eccleſia congregari poſſent, vnuſquiſque apud ſe ſpalleret, legeret, oraret. Quare cùm iubet conſtitutio, vt fidelis cum catechumeno neque domi oret, item neque fidelis cum hæretico; tunc ſcilicet hoc iubet, cùm domi eccleſiam congregare neceſſe eſt ad faciendam rem diuinam: tunc enim idem obſeruandum eſt quod foris in publica eccleſia, ſcilicet, vt ante conſecrationem eijciantur catechumeni, & hæretici, ne cum eis ſecundam orationem oremus: vt prima oratio illa ſit, & dicatur, quæ ante conſecrationem adhibetur, quæ communis eſſe poteſt cum catechumenis, & alijs qui non ſint excommunicati. Vnde paulò ſuprà cap. 21. cùm exidit diaconus, poſtquam ſacerdos ſacrificans manus lauit, nemo catechumenorum, nemo audientium, nemo infidelium, nemo hæreticorum adſit; ſubiungit, Qui primam orationem oratis, exite. Sic quoque intellexit Antiochena Synodus, quæ cap. 2. ſanxit, vt non liceret, neque domi quidem cum eis precari, qui non precarentur nobiſcum in eccleſia. quod quidem cùm in re diuina obſeruetur, vt ſcilicet ex eccleſia, & communi nobiſcum precatione ante conſecrationem eijciantur; idem domi obſeruandum erit, ſi domi eadem res diuina fiat: ſin autem non fiat, non erit obſeruandum.

Pag. eadem: Chriſtianus ſeruus, aut ancilla copulati, aut ſeparentur, aut eijciantur.) Non eſt exiſtimandum, conſtitutum eſſe hic coniugium ſeruorum ſine voluntate, atque auctoritate dominorum, irritum eſſe. non enim eſt hæc conſtitutio de diſſoluendo vinculo matrimonij, quod ſemper firmum manet, & indiuiduum ſecundum legem diuinam, quæ ait, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: ſed de ſola corporis ſeparatione: in coniunctione namque coniugali corporis & animi fit copulatio. Igitur ne euangelium blaſphemè vituperaretur, quaſi doceret ſeruos fraudare dominos ſuos, eoſque incommodo afficere, cùm miniſterium conuictu coniugum impeditur; conſtituerunt Apoſtoli, vt ſerui, qui non auctoribus dominis coniugium inirent, ſepararentur corpore; quòd ſi nollent, eijcerentur ex eccleſia: ſic enim fieri poterat, vt ſecundum Pauli præceptum viuerent; cùm iubet ſeruis, eſſe dominis ſuis ſubiectos, non defraudantes eos, vt doctrinã Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus. Quòd verò ſic ſit hæc cõſtitutio intelligenda, elicitur ex uerbo ἀφίστασθαι, id eſt, abſtrahi, quod ad ſeparationem corporum pertinet: quod ipſum declarat ἀπὸ præpoſitio, quæ Latinis eſt à, quaſi diceretur, ſeparari à conuictu, & cohabitatione. Similiter in diuina ſcriptura dimittere, qđ Græcè ἀφιέναι ἢ ἀπολύειν dicitur, eandem vim habet; ait enim Apoſtolus, Si quis frater vxorem habet fidelem, & ipſa conſentit habitare cum eo, μὴ ἀφιέτω, id eſt, ne dimittat eã: & in Euangelio ait, ὃς ἂν ἀπολύσῃ, id eſt, qui dimiſerit vxorem, excepta cauſſa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Verbum vero λύειν, id eſt, ſoluere, ſolutionem ſignificat vinculi coniugalis, ſicut ſcriptum eſt; Alligatus es vxori, ne quæras λύσιν, id eſt, ſolutionem: ſolutus es ab vxore, ne quæras vxorem. Sed quid ad canonem Baſilij Magni quadrageſimum reſpondebimus? ſic enim ait: Quæ contra Domini ſui auctoritatem nupſit, fornicationis crimen commiſit: ſi verò veniam poſtea & poteſtatem à Domino ſuo impetrauit, iam nupſit, ita ut illa fuerit fornicatio; hoc ſit coniugium. Conuenta enim & pacta eorum qui ſunt in alterius poteſtate, nihil rati habent. non ſignificat beatus Baſilius dirimendum eſſe huiuſmodi coniugium, aut dirimi poſſe: ſed non legitimè nupſiſſe, quæ ſic nupſit, ſed potius intemperanter, & libidinosè, ut fornicatio potius videatur quàm matrimonium; quod quidem ad exaggerandum crimen dictum eſt, non autem ut coniugium irritum fiat: coniugium enim non eſt genus pacti humani, cuius ſit lex hominum: ſed potius pactum lege Dei ſancitum; qui, vt ait propheta Malachias, conteſtatus eſt inter te, & uxorem adoleſcentiæ tuæ: & ipſa particeps tui, & uxor teſtamenti tui. Deus enim copulat, qui dedit leges matrimonij: idemque ueluti pronubus, uxorem viro conciliat, qui per Salomonem ait, Prouerb. 19. à Domino aptatur mulier uiro; & qui dixit per Adam, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. quam quidem promiſſionem omnes coniuges in ipſo Adam fecerunt, ſicuti à magiſtris eccleſiæ traditum eſt.

Cap. XXXVII. pag. 152.

Ipſius Chriſti ante omnia Deus, & pater.) Ante omnia dixit, id eſt, ante omnem creaturam: ante, inquam, quàm mundus fieret, ſecundùm illud quod Salomon ait in perſona Sapientiæ viuentis, ac per ſe exiſtentis, quę filius Dei eſt: Dominus creauit me initium viarum ſuarum, in opera ſua, ante ſæcula fundauit me in principio, & quæ ſequuntur. quod eadem doctr. Apoſtolica lib. 5. ca. 20. de humanitate Chriſti interpretata eſt, quam interpretationem poſteà cæteri Patres contra Arrianos ſecuti ſunt. Erat itaque pater creator, antequam mundus fieret: nõ autẽ erat pa-

ter, antequam generaret, vt Arriani volebant: quoniam, vt beatus Cyrillus in Theſauris de Trinitate ait, Deo, vt ſit creator, conuenit natura, propter artem ſcilicet, quæ eſt eorum quæ naturæ diuinæ inſunt; cuius quidem artis, quæ Dei propria eſt, effectus eſt id quod extra ſubſtantiam eius efficitur, quod quidem quia non eſt ex ſubſtantia eius, non neceſſe eſt vt ſimul ſit creator, & creatura; imò prius eſt creator, quàm creet; non autem ſic pater priuſquàm genitet, quia ſcilicet ex ſubſtantia ſua generat. Vt igitur ante carnem Chriſti conditam, Deus pater eius carnis conditor & creator erat; ſic etiam erat Deus eiuſdem carnis factæ ante mundum, factæ, inquam, non quidem re, & affectu, ſed præcognitione, ac prædeſtinatione, ſecundum conſilium antiquum, & verum, ſicut Eſaias ca. 25. prophetauit. Hoc enim myſterium à ſæculis, & generationibus, ſicut Apoſtolus ait, abſconditum, in fine manifeſtatum eſt nobis. Itaque quod Apoſt. doctr. dixit, Deum Chriſti ante omnia, perinde eſt, ac ſi diceret, Deum Chriſti primogeniti omnis creaturæ: Deum, inquam, Chriſti ſecundum humanitatem ex æternitate prædeſtinatam, ſecundum quam prædeſtinationem ex æternitate erat Chriſtus: non quaſi verbum ſeparatim conſideratum, vnctum eſſet diuinitate, & ſic Chriſtus; qui fuit error, vt anteà dixi, Neſtorij, vt docuit Cyrillus in defenſione tertij anathematiſmi, & peius error Origenis in homil. 9. in Hieremiam, & Euſebius, vt dixi, in libris de demonſtratione euangelica, non vno in loco, ſed multis, nomen Chriſti verbo tribuit Arrianicè, ante carnem aſſumptam, non quidem propter carnem ſumendam, & ex æternitate præcognitam, vt hoc loco Clemens, ſed propter ipſam naturam diuinam verbi, quá dicit fuiſſe vnctam.

Paulò pòſt, *Dominus ſpiritus, & intelligibilium, & ſenſibilium rex.*) Prius quàm hoc interpreter, ne quis malè intelligat, repetendú eſt illud Dionyſij, alienum à ratione eſſe, & à recta via deflexum, non attendere quæ ſit vis propoſiti, ſed attendere voces: atque hoc quidem non eſſe eorum qui volunt diuina intelligere, ſed eorum qui ſonos tantùm extrinſecus excipiunt auribus; neque ſcire volunt, quid hoc aut illud verbum ſignificet. Conſideremus igitur, quid hoc loco verbum Spiritus, declaret: non enim ſignificat Spiritum ſanctum, ſed animam. quod quidem vel ex eo poteſt facilè perſpici, quod aptiſſimè ſubiungit, *intelligibilium, & ſenſibilium rex*. Etenim ſi nomen Spiritus hoc loco Spiritum ſanctum ſignificat, quomodo Clemens nullam rationem habuit animarum? non enim inter νοητὰ, id eſt, intelligibilia numeratur anima, nec inter αἰσθητὰ, id eſt, ſenſibilia, ſed inter νοερὰ, id eſt, intelligentia, vt philoſophi docent; quare non opinandum eſt Clementé, in omni alioqui philoſophia exercitatum, ignoraſſe hoc: Dionyſius verò in ijs quæ de ente, & ideis ſcripſit, Clementem, quem ibi philoſophum appellauit, ſecutus, tripliciter diſtinxit omnia hæc, inquiens in diuinis nominibus cap. 4. Status omnes, & motus, alij mentium cœleſtium, alij animarum, alij corporum ſunt. ac S. Maximus in ſcholio, quod in hunc locum ſcripſit, ſic ait, Νοερὰ ſunt, quæ intelligunt; νοητὰ verò, id eſt, mentes cœleſtes ſub intelligentiam cadunt; alimentum autem νοερῶν, id eſt, intelligentium, ſunt ea ipſa quæ ſub intelligentiam cadunt, ac conſequenter de anima loquens, facultates eius vocat νοερὰς, vt quæ ipſa ſolùm intelligat ea quæ ſenſum ſuperant, & omnium quæ ſub intelligentiam cadunt extrema eſt: & paulò pòſt, Intelligite, inquit, ex his, quantum anima ab intelligibilibus quæ ſunt cœleſtes mentes, differat? illæ enim ſingulari intelligentia, id eſt, vna ſtatim applicatione notionis percipiunt diuinos ſuperiores fulgores, qui ſecundum menſuram eorum oſtenduntur, at verò anima ratiocinando, & diſcutiendo, id eſt, diuiſa in particularia, & docta ex participatione eorum, mens enim deſcendens ad cogitationes veluti diuiditur in partes, & indiget ratione diſcurrente per plura exempla, ad repræſentandum quod ſupra ſenſum intelligitur. mixtè igitur operatur anima, & ex alio ad aliud ſe transferendo, tum quando intelligit intellectualiter, id eſt, per ſe intus; hoc enim eſt proprium animæ; tum etiam quando foris ad aliora manu ducitur, ex alienis enim extrinſecus aſcendit. Hactenus S. Maximus. Si igitur tantum intereſt inter animas, & mentes cœleſtes, qui fiet veriſimile, aut quomodo nobis perſuadebitur, prætermiſſas eſſe animas à Clemente, vel mentibus cęleſtibus eſſe annumeratas? Quod verò τὸ πνεῦμα, id eſt, verbum ſpiritus, etiam cum articulo poſitum, vt hoc loco, aliquando animam ſignificet, ſi quis ambigit, ex Eccleſiaſte intelligere licebit, ait enim cap. 3. in perſona animalis hominis: & qs nouit τὸ πνεῦμα, id eſt, ſpiritum filiorum hominis, an aſcendat ipſe ſurſum. & ſpiritũ iumenti, an deſcendat ipſe ſeorſum in terram? Hunc enim locum interpretans Gregorius Nyſſenus, Diſſerebam, inquit, apud me, de quibus carnales homines diſſerunt, & loquuntur; huiuſmodi enim hominibus idem finis videtur eſſe animantium, quæ ſunt rationis participes, & quę expertes: & interitum hominibus quoque contingere, ut reliquis animantibus: ac vniuſmodi ſpiritum eſſe omnibus, vt potequæ in nihilum intereat: & ex eadem terra ortum capiat, & conſtet, & in eandem terram vertatur. incertum enim eſſe, an humanæ animæ ſurſum euolaturæ ſint, & animæ reliquarum animantium ratione carentium, deorſum delapſuræ. Ex quo factum eſt, vt eis videretur nihil eſſe bonum præter ſenſus voluptatem, qua quiſpiã fruitur in ijs ipſis q̃ in præſentia agit; atq; hoc ſolùm ex vita caduca, & breui

comparari.

comparari. ſiquidem nemo eſt qui demonſtrare queat, quò abiturus ſit poſt hanc vitam. itaque dum hæc diſſerunt,& loquuntur, ſeipſi iumenta facere ſtudent. Hactenus Nyſſenus. Ergo animam hominis carnalis inſtar iumēti vocat Eccleſiaſtes τὸ πνεῦμα τοῦ κτήνους, id eſt, ſpiritum iumenti cum articulo. huic ſignificatio tribuit quoque teſtimonium Didymus in tertio de Spiritu ſancto libro, adhibita hac ipſa Salomonis auctoritate. deinde cùm enumerat idem Didymus ſignificata huius verbi, adiuncto articulo, ait ſignificare etiam motum cordis, ſicut ait Eſaias; & cognoſcent errantes ſpiritu, prudentiam; id eſt, qui falſo iudicio alii pro alijs bona putant, diſcent, vt ſententiam falſam corrigant, & bona eligant. Sic enim idem Didymus interpretatur. Similiter dictum eſt illud Pauli 1. Corinth.ca.7. de Virgine, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu, cùm corpus dicit, opera ſignificat: cùm verò ſpiritum, voluntatem. & 1. Cor.cap.14. orabo ſpiritu, orabo & mente; pſallam ſpiritu, pſallam & mente: vtrobiq; eſt ſpiritus cum articulo. quem locum explanans Cæſarius frater Greg. Nazianz. in reſpōſionibus ad quæſtiones ſibi poſitas, Spiritum, inquit, vocat animam, mentē verò τὸν αὐτῆς ἡγεμόνα καὶ πρύτανιν, id eſt, ducem eius, & moderatorem, cui tanquam regi ſedenti in capite, & tanquam duci obediens anima, & conſilia cordis ad eam referens, efficitur difficile expugnabilis. Hoc ipſum igitur ſignificat apud Clementem, cùm laudans, ac concelebrans Deum, Dominum vocat ſpiritus, vt qui voluntatis, ac cordis noſtri dominatum teneat, Salomone auctore, cùm ait, Sicut impetus aquæ, ſic cor regis in manu Dei, quò voluerit inclinare, illuc inclinat ipſum. Hoc verò perſpici poteſt in Pharaone, quem Deus nimio ſuo furore inſtar impetus aquæ (voluntati enim eius quis reſiſtit?) decem illis intolerabilibus plagis ad breuiculum tempus flexit, tametſi ad improbitatem ſuam ſponte, pro natura ſcilicet liberæ voluntatis, quæ ſalua, & incolumis ſeruata eſt illi, tanquam immemor, & ingratus reuerſus eſt. Ait igitur Clemens; *Dominus ſpiritus*, laude concelebrans admirabilem hunc Dei dominatum, & imperium, quo voluntates hominum, cùm vult, per prouidentiam ſuam naturæ liberæ conſeruatricem, mutat, & vertit. Atque hæc quidem hactenus. Qui verò his contentus non eſt, ut ſine vlla dubitatione id certum habeat, de quo fortaſſis prius dubitabat, ſaltem confirmetur initio ſecundæ precationis. ait enim paulò pòſt, precando iterū, *Deus ſpirituum, & omnis carnis*. Dixit, Deus ſpirituum numero multitudinis, vt cœleſtes ſpiritus ſimul, & humanos complecteretur; omnem verò carnem dixit, vt animas intelligeremus animantium ratione carentium; quæ non ſunt verè ſpiritus, ſed quæ opinione carnalium falſa ſpecie eſſe videntur.

Concil. Gener. Pars 1.

CAP. XLI. pag. 153.

Oremus pro fratribus noſtris, qui in Chriſto requieuerunt, vt Deus ſummæ ergà homines caritatis, qui animam defuncti ſuſcepit, remittat ei omne peccatum voluntarium, & inuoluntarium: ac propitius ei factus, collocet eam in regione piorum τῶν ἀνειμένων, *id eſt, ſolutorum.*) Cùm ſic precatur eccleſia, ſatis clarè teſtatur, exiſtimare ſe in carcere, ſiue in vinculis eſſe animam, pro qua orat ut ſoluatur. orat enim vt ſoluatur vinculis, cùm orat ut deducatur in regionem eorum qui ſoluti ſunt. Eſt igitur poſt hanc vitam aliquis carcer piorum, non clauſus; vnde qui in eo vincti ſunt, aliquando dimitti poſſint liberi ac ſoluti. Ex quo rurſus fit, ut ſit in eiuſmodi carcere non clauſo locus ſoluendi debitum, patiendo: locus item remiſſioni, & indulgentiæ ac ſubſidio: contrà atque eſt in carcere impiorum, qui clauſus eſt, quia nemo inde exire poteſt. de quo ait Iob cap.3. Clauſit enim contra eum Dominus. Sic enim interpretatus eſt Dionyſ. Areop. in cap. de defunctis, cùm ait; Etenim eſſe vnumquemque remunerandum, rectè noui, ſcripturam ſequēs, quæ ait, Clauſit enim Dominus contra eum, &c. item paulò pòſt in eodē capite rurſus precatur eccleſia, vt collocetur mortuus inter ſolutos, & in terra rectorum immunium, id eſt, vbi nullus eſt vinctus, qui in vinculis ſoluat debitum. Obſeruandus ergo eſt hic locus aduerſus eos q vel purgatoriū negant, vel eū nō concedunt ſupplicij locum eſſe, cùm ſit carcer: tametſi concedant iuuari animas defunctorum poſt hanc vitam noſtris precationibus, & ſacrificijs: hi autem ſunt Græci neoterici. obſeruandus quoque eſt aduerſus eos qui vel hoc etiā negāt, q ſunt peiores, & crudeliores. Illud verò, quod Apoſtoli in eodem capite tradunt eccleſiæ, vt precetur pro defuncto, inquiens, Colloca eum in ſinu Patriarcharum, & Prophetarū, atq; Apoſtolorum, & omnium qui à ſeculo tibi placuerunt; quibuſdam videtur abſurdum. Quomodo enim, inquiunt, cōuenit, ut Apoſtoli dū ſuperſtites ſunt, doceant precari pro anima defuncti, vt collocetur in ſinu Apoſtolorum? nō eſt diſſimile, atq; illud alterum de diebus feſtis Apoſtolorum poſt eorum obitum agitandis, quod quidem ut Apoſtoli ad Dei gloriam, & vtilitatem noſtram catholicè præceperunt, ut loco ſuo docuimus; ſic etiam ad doctrinā catholicam ab Apoſtolis traditam, & à Clemēte Romano præſcriptā pertinet, ſic precari pro animis defunctorū, vt collocentur in ſinu Patriarcharum, & Prophetarum, & Apoſtolorū, Sanctorumq; omnium qui à ſæculo Deo placuerunt. ita enim docebant vnam eſſe, & fuiſſe ſemper fidem, & vnam ſpē vocationis: omneſque quotquot à ſæculo placuerunt Deo, expectare in cœlis repromiſſionem ſalutis paratæ reuelari in tempore futuro, ſicut ait B. Petrus; cùm erit ſcilicet omnium reſur-

rectio, vt non ſine nobis, ſicut Apoſtolus ait, conſummationē gloriæ accipiant. Sunt enim ſinus Patriarcharum, ac reliquorum omniū Sanctorum, vt Dionyſ. in cap. de piè defunctis interpretatur, diuiniſſimæ ac beatiſſimæ ſortes, & quietes, quæ cunctos ſanctos excipiunt, vt in eis beatiſſimam, & nunquam ſeneſcentem conſummationem capiant. Itaque intuens Dionyſius in illam formam Apoſtolicæ precationis, vt collocetur, inquam, in ſinu Patriarcharum, & Prophetarum, & Apoſtolorum, atque omnium qui à ſæculo Deo placuerunt, interpretatus quid ſignificaret ille ſinus, dixit ſinus Patriarcharum, & reliquorū omnium ſanctorum, vt Prophetas, & Apoſtolos, quos ipſa precatio nominat, comprehenderet. Præterea teſtatur idem Dionyſius hanc ipſam precationem, quam pro defuncto facit epiſcopus, quam fere totam idem Dionyſius interpretatur, veniſſe ad eccleſiam ſui temporis ex traditione ſanctorum ſuorū magiſtrorum, quos vocat [illegible], qui fuerunt ſancti Apoſtoli: ne quis tam dubitet tribuere Apoſtolis tanquam magiſtris, hanc formam precationis pro defunctis.

Cap. XLII. Pag. 156.

Fiant exequiæ mortuorum die tertio, pſalmis, lectionibus, & precationibus, propter eum qui tertio die reſurrexit. item fiant die nono, ad recordationem viuorum, & mortuorum. deinde quadrageſimo ſecundum veterem typum; ſic enim populus Moyſen fleuit. ac rurſus anno exacto, ad habendum memoriam ipſius defuncti: ſuppeditetur[que] ex bonis eius ad recordationem eiuſdem.) Hic quoque dicet aliquos; Si hæc eſt Apoſtolica cōſtitutio, quomodo Ambroſius ait lib. 5. epiſtolarum in oratione de exitu, & virtutibus Theodoſij, loquens de exequijs; Alij diem tertium, & trigeſimum obſeruant; alij diem ſeptimum, & quadrageſimum: & Origenes in commentarijs Iob libro tertio, ſeptem, inquit, diebus agit luctus mortuorū: & Ephrem Syrus in teſtamento ſuo iuſſit, vt poſt trigeſimum diem ſui recordarentur. An ignorabant iſti Apoſtolicam conſtitutionem? minime, ſed nihil referre exiſtimarunt, ſeptimo, an nono, quadrageſimo; an trigeſimo die exequias facerent, quòd eodem ſcilicet [illegible] ratio ſeptimi, & noni; trigeſimi, & quadrageſimi. Sed explicemus, quomodo eadē ſit ratio ſeptimi & noni in exequijs faciendis. [illegible] tertio die facimus exequias, ad precandum pro defuncto, & ad noſtram in eo luctu conſolationem, vt memores reſurrectionis Domini, qui tertio die reſurrexit, ſpem habeamus, [illegible] qui in Chriſto mortuus eſt, ſicut Chriſtus reſurrexit, reſurget & ipſe in nouiſſimo die: Sic etiam eodem propoſito ſeptimo die exequias repetimus ad orandum pro mortuo; & ad noſtram conſolationem, vt luctum temperemus, memores, quòd requieuit defunctus ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus die ſeptimo, reliquumque eſſe, vt is pro quo oramus, in requiem cœleſtem ingrediatur: dies enim ſeptimus, dies quietis eſt, ſiquidem ſabbatum, [illegible] ſolemnis quietis, dies ſeptimus erat. Vnde Græci, ex vetere, credo, traditione, per ſingula ſabbata totius anni tum hac cauſſa ſacrificiū pro mortuis facere conſueuerunt, tum etiam, quia reſurrectioni Domini, quæ fuit reſurrectio noſtra, à veſpera ſabbati initium conſtat aſcribi. ſic enim Leo magn[us] in epiſtola 81. ad Dioſcorum Alexan. ſcripſit. Itē Eccleſiaſticus ca. 22. Modicum, inquit, plora ſuper mortuū, quoniā requieuit. Luctus mortui ſeptē dies; fatui autē, & impij, omnes dies vitæ illorum. Septem, inquit, dies luctus mortui, vt ſcilicet veniret in mentem quietis quam defunctus [illegible] eſt; numerus enim ſeptē, vt paulò ante dixi, numerus eſt quietis, ſicut numerus ſex, numerus operū & laborum. Similiter die nono fiunt exequiæ ad recordationem viuētiū, & mortuorum, vt ait Apoſtolica conſtitutio, & ad noſtram conſolationem; vt precemur, inquam, pro viuis, & defunctis: numerus enim ſextus, eſt dies formationis hominis; & numerus trium, numerus reſurrectionis mortuorum per Chriſtum, qui die tertio reſurrexit. Euſtratius verò Conſtantinopolitanus, vetus auctor, hanc rationem noni diei in exequijs faciendis attulit, quòd poſt dies octo iterum apparuit Dominus diſcipulis, ingreſſus ad eos ianuis clauſis; qui dies, inquit, accedens ad Dominicam, quo die Dominus reſurrexit, efficitur nonus. Rationem verò quadrageſimi illam eſſe, idem auctor ait, quòd poſt quadraginta dies aſſumptus eſt Dominus in cœlum, quare eo die exequias, vt ego exiſtimo, facimus, vt in eiuſmodi luctu nos conſolemur, memores aſcenſus Domini in cœlum: vnde eum expectamus venturum in die iudicij, ſicut aſcendit poſt 40. dies in cœlum, vt idem Dominus dixit diſcipulis, cum aſcenderet: Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntē in cœlum. Vnde Apoſtolus conſolatur eos qui deſlent mortuos ſuos, in epiſt. ad Theſ. Si enim, inquit, credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo: & paulò poſt, quoniam, inquit, ipſe Dominus in iuſſu, & in voce archangeli [illegible] deſcēdet de cœlo. Hoc ergo [illegible] eſt, cùm populus poſt 40. dies [illegible] pro morte Moyſis, [illegible] Meſſiam poſt 40. dies in cœlum, [illegible] iudicij [illegible] reſurrectione mortuorum, [illegible] adduceret in cœlū [illegible]. Idcirco [illegible] conſtitutio Apoſtolica [illegible] exequias quadrageſimo die [illegible]: Populus [illegible] 40. diebus fleuit Moyſen, [illegible] diebus [illegible] typum fleuit Ioſeph mortem patris Iacob: tametſi in exemplaribus

ribus quæ nunc habemus, tum Græcis, tum Hebraicis, tum Latinis, in luctu populi propter mortem Moyſis 30. dies leguntur, ut etiam reperi ſcriptum in exemplo Græco cõſtitutionum Calabro, quod neſcio quomodo oblitus ſum notare in margine libri Græci impreſſi. Vtra verò lectio verior ſit, non auſim affirmare, tametſi hanc lectionem Calabri exemplaris de triginta dierum fletu in morte Moyſis, confirmet auctoritas Philonis, qui in extrema parte libri tertij de vita Moyſis ait, populum fleuiſſe mortem Moyſis integro menſe. Ratio verò trigeſimi in huiuſmodi exequijs, ſiue in luctu populi Iſraelitici propter Moyſem 30. ſiue 40. dies legamus, illa eſt, quòd numerus trigeſimus, ſiue quia conſtat ex numero perfecto ter duplicato, numerus reſurrectionis eſt, in qua omnes reſurgent perfecti propter reſurrectionem Chriſti tertio die factam: ſiue quia eſt numerus ætatis Chriſti, cùm venit ad baptiſmum, & vidit cœlos apertos: per baptiſmum verò noſtrum, cuius ille fuit protypoſis, conſepulti ſumus cum Chriſto; vt ſicut ille reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos reſurgamus, & in cœlum cum eo aſcendamus: ſiue quia numerus trigeſimus, numerus eſt altitudinis arcæ Noe, quæ fuit typus baptiſmi, ut nos docuit beatus Petrus, per quem à diluuio peccatorum liberamur, & nobis aperitur cœlũ, quò aſcendit, quem deſcenſurum inde ſperamus, ut ſecum adducat reſuſcitatos in reſurrectionem gloriæ. Deniq; cùm facere exequias mortuorum ſiue quadrageſimo, ſiue trigeſimo die ad ſubſidium mortuorum, & ad conſolationem legentium pertineat, hoc, uut illo die facere, nihil referre voluerunt S. Apoſtoli, quorum alij alijs eccleſijs hunc, alij alijs illum numerum tradiderunt. Idem dicendum eſt de die ſeptimo, & nono: neque enim in iis, quæ huiuſmodi ſunt, hærere nos litteræ voluerunt, ſed ſpirituali intelligentia potius, cauſſas traditionum inquirentes, & obſeruantes. De die verò tertio nulla eſt in eccleſijs catholicorum varietas, quia hic numerus vbiq; ſit dies reſurrectionis. idem quoq; numerus erat antiquis partibus, ſecũdùm ueterem typum ſollemnis in luctu mortui. Vnde Eccleſiaſt. c. 28. Facies, inquit, luctum ſm dignitatẽ mortui vno die, & duobus propter calumniam. In fine verò anni poſt mortem defuncti exequias facimus, quod vbiq; etiam ſollemne eſt, & ratum, ut orantes pro mortuo luctum adhuc temperemus, memores, quòd etſi vitam hic finiuit, quod exitus anni poſt mortẽ illius ſignificat, tamen ſupereſt altera vita, quam annus ſequens, qui præteritum ſequitur, repræſentat.

Cap. xlvi. pag. 157.

Cum quo facie ad faciem loquebatur, non per obſcura, aut ſomnia, aut Angelos, aut ænigmata.) Poſuit genus: deinde diſtribuit in ſpecies. Habet enim aliquid obſcuritatis, ſiue aliquid nõ manifeſti ſermo Domini per ſomnium, aut per Angelos, aut in ænigmate factus. vnde quia non omnes videbant huiuſmodi ſermones à Deo proficiſci, falſi prophetæ ſermones Dei, & viſiones, ac ænigmata prophetarum imitabantur. vt cùm Hieremias collo circumpoſuit circulum ligneum iuſſu Dei, ad repræſentandam futuram captiuitatem Babylonicam; & Ananias falſus propheta fregit eiuſmodi circulum ligneum, inquiens, ſic dicit Dominus, Fregi iugum Babylonis; & apud Oſeam, Ego, inquit, Dominus viſiones multiplicans, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Eſt autẽ in omni huiuſmodi viſione, ſcilicet phantaſtica, & in huiuſmodi aſſimilatione ἀδηλόν τι, quod propriè conuenit prophetiæ, id eſt, aliquid non omnino manifeſtum. Prophetia enim, ut ait S. Thomas. 2. 2. q. 174. artic. 2. ad tertium, importat quandam remotionem, & obſcuritatem ab intelligibili veritate. Sed dicet aliquis, quomodo non loquebatur Dominus cum Moyſe per Angelos, cùm teſtetur Apoſtolus, locutum eſſe Moyſi legem per Angelos, cùm ait Galat. 3. Lex Moyſis ordinata per Angelos in manu mediatoris: & Stephanum actuum 7. Hic eſt, inquit, qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai; qui accepit, ſcilicet per angelũ ei loquentem verba vitæ dare nobis. & iterũ: Qui accepiſtis, inquit, legem in diſpoſitione angelorum. Sed rurſus dicemus nos, quomodo neq; per ænigmata loquebatur ei, ait enim ſcriptura Num. c. 12. Ore ad os loquor ei, & non per ænigmata & figuras, cùm tamen dixerit ei Deus, Cùm conſummaret tabernaculũ, Exod. 25. Inſpice, & fac ſecundùm exemplar, quod tibi in monte mõſtratum eſt. Quod quidem, ut diuinus Dionyſ. in Hier. eccleſiaſtica cap. de myſterio ſacræ vnctionis Apoſtolum ſecutus, interpretatus eſt, ſignificabat illa omnia quæ ſecundùm legem in Moſaica hierarchia fiebant, fuiſſe eorum myſteriorum quę in nouo teſtamento futura erant, imagines, in illo typo & exemplari tabernaculi, quod tunc in monte oſtenſum eſt Moyſi, repræſentatas: per ænigmata ergo loquebatur Dominus Moyſi. Quare cùm ait Clemens, *Loquebatur ei facie ad faciem, non per Angelos, neque per ænigmata*, non ſignificat nunquam ſic ei locutum eſſe, abſit: ſed quòd aliquando ſic ei loquebatur facie ad faciem, ſiue ore ad os, ut ait ſcriptura, Num. 12. quod idem ualet; ita ut non per angelum, aut per ænigmata tunc ei loqueretur. Quomodo verò ore ad os, id eſt, apertè, & per ſe ei loqueretur, parum hoc refert intelligere, modò ſcripturæ, quæ hoc dicit, credamus: idque factum fuiſſe in figura; vt ſcilicet hac ratione eſſet Moyſes typus Chriſti filij Dei, in quo Deus nouiſſimè diebus iſtis ſine medio ullo locutus eſt; qui multifariam multiſque modis olim patribus locutus fuerat. qui prophetam ſicut Moyſem

Moyſem ſuſcitauit Dominum Ieſum, alterũ legiſlatorem, de quo Deuteron.c.18. prædixerat, inquiens, Ponam verba mea in ore eius.

Pag. 158. Nos autem tredecim Apoſtoli à Sal uatore noſtro facti epiſcopi.) Non diſcrepat hic locus à cap.13. Actuum, vbi Paulus, & Barnabas ordinati ſunt ab ijs qui erant Antiochiæ. Paulus enim non fuit vocatus ab hominibus, aut per hominem, ſicut ipſe teſtatur in epiſt.ad Gal.& vt Lucas narrat Act.22.ſed Chriſto, vt reliqui Apoſtoli. Declarata verò fuit eius vocatio accepta poteſtate hierarchica per ordinationem factam à Chriſto per homines. Barnabas verò non ſic fuit immediatè vocatus à Deo, ſed à Deo per alios, à quibus fuit miſſus, Act.11.qui & ipſe cum Paulo fuit ordinatus epiſcopus.

Pag.eadem. Primus igitur natura pontifex vnigenitus Chriſtus.) Non ſignificat (ne quis erret) verbum Dei natura ſua ante carnem aſſumptam, fuiſſe pontificem, qui fuit error Arrianorum, vt ex Euſebij libro 10.demonſtrat.euangel.cap.p.intelligi poteſt; quo in loco ait, Verbum, tanquam pontificem humanum corpus de noſtro grege inſtar agni, aut ouis ſumpſiſſe. Idem ſimili errore tradit fuiſſe verbum ex æternitate diuinitate vnctum, ac proinde Chriſtum Dei, qui fuit quoq; Noſtorij error, qui Chriſti nomen non vni hypoſtaſia, ſed diuinæ naturę tribuebat, & rurſus tribuebat humanæ, in duos Chriſtum diuidens cum Paulo Samoſatenſi: neque ſignificat, natura factum eſſe pontificem, id eſt, virtute naturali: vt enim non eſt factus homo virtute naturali, ſed per operationem Spiritus S. ita neque pontifex. Chriſtus igitur non fuit pontifex propter gratiam electionis, aut ordinationis, ſed propter humanitatem cum verbo vnitam, nõ vnione ſecundum gratiam, aut ſecundum voluntatem, aut dignitatem, aut aliquam habitudinẽ, vt hæretici aiebant, facta, ſed naturali, & hypoſtatica vnione: qui enim dixit ei, ſicut Apoſtolus ait, Filius meus es tu; idem dixit, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Quare ſicut filius Dei factus eſt filius hominis, non adoptione, ſed natura, id eſt, verè, & ſecundũ ſubſtantiam; ſic factus eſt ſacerdos ſecundum eandem naturam verè, & ſubſtantialiter vnitam cum verbo in vnam hypoſtaſim. Rurſus quatenus Chriſtus vnum eſt natura cum Deo patre, ante incarnationem, & ante ſæcula fuit Chriſtus, & ſic in ſcripturis dicit, vt in Hier. ſpiritus ante faciem noſtram Chriſtus; Dominus autem, vt Apoſt.ait, ſpiritus eſt. & idẽ, bibebant, inquit, de ſpirituali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. ac eadem ratione fuit pontifex primus natura; ac ſic quidem non cœpit ex tempore ſacerdotium, ſiue pontificatum; quia ante incarnationem non indigebat, donec ſumpſit humanitatem, quæ indigebat vnctione regali, & ſacerdotali naturali. huc pertinet quod ait Cyrillus in Catecheſi 10. de Chriſto οὐδὲ τὸ χρόνον ἀρξάμενος τῆς ἱερατείας, id eſt, non cœpit ex tempore ſacerdotium.

Epiſcopus aut presbyter aut diaconus curas ſęculares ne ſuſcipiat; ſi non paruerit, deponatur.) Fortaſſe dubitabit aliquis, an diſcrepet ab hoc canone Apoſtolorum decretum Anacleti Apoſtolici Pontificis in epiſt.1.cùm ait, Si verò fuerit negotium ſæculare; apud viros eiuſdem ordinis, iudicio tamẽ Epiſcoporum, iudicetur. At non ſolùm non diſcrepat, ſed potius eum confirmat & declarat, & Apoſtolĩ Pauli locum de iudicijs ſæcularibus in epiſtola ad Corinthios interpretatur. Cùm enim Anacletus iubet, vt ſi negotium ſæculare ſit, apud viros eiuſdem ordinis iudicetur, apud ſæculares ſanè iudicari iubet, vt ſæcularia à ſæcularibus ex officio iudicẽtur. hi enim ſunt eiuſdem ordinis, cuius ſunt negotia ſæcularia. ſubiungit deinde Anacletus, cùm Apoſtolus priuatorum Chriſtianorum cauſſas magis Eccleſiæ deferri, & ibidem ſacerdotali iudicio magis terminari voluerit. cùm priuatorum Chriſtianorum cauſas dicit, laicorum ſiue ſæcularium cauſas dicit. Laici enim ſunt priuati Chriſtiani; clerici verò, publici miniſtri Eccleſiæ. Rurſus, cùm dicit Anacletus, Paulum horum cauſas magis Eccleſiæ deferri voluiſſe; laicis Chriſtianis dicit deferri voluiſſe, vt cum eo congruat quod proximè idem Anacletus dixerat, quodq; auctoritate Pauli probat, vt ſi negotium ſæculare ſit, apud viros eiuſdem ordinis iudicetur, id eſt, apud ſæculares ſiue laicos, & ibidem ſacerdotali iudicio magis terminari voluerit. Cùm hoc poſtremum dixit, ſatis ſignificauit, quorſum iudicium Epiſcopi in cauſis ſæcularibus tunc adhibendum eſſet, ſcilicet ut qui parere noluiſſet, & ſtare iudicato, ex Eccleſia eijceretur. quod quidem ad illa tempora ſpectabat, cùm Gentiles dominabantur; & Chriſtiani nullo alio ſupplicis genere ad parendum iudicio, cogi poterant, nec alio gladio cœli, quàm anathematis. ad decernendum autem iuſtè anathema neceſſe erat, vt Epiſcopus cauſam cognoſceret ſæcularem, & eam cum ſæcularibus iudicibus iudicaret, vt ſic perduceretur ad finem iudicium, iuxta Prophetam Abacuc, pro quo Anacletus dixit terminari iudicium ſæculare, iudicio ſacerdotali. Cùm igitur canon Apoſtolorum vetat; ne Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus ſæculares cauſas ſuſcipiat, ad alia iam tempora ſpectat, & ad alium ſtatum Eccleſiæ, in quo dominatus nõ Gentilium ſed Chriſtianorum eſt. nunc enim nõ eſt neceſſe, vt Epiſcopus ſæcularia iudicet, qui reum iudicio non acquieſcentem ex Eccleſia eijciat, & cõmunione fidelium priuet, & ſic demum finis liti imponatur; niſi cùm expedit, vt per viã denunciationis, vt nunc loquuntur, ratione peccati cauſas ſæculares iu-

dicandas

dicandas ſuſcipiat, aut ex defectu iuſtitiæ ad exhibendum iuſtitiæ complementum. Extra has cauſas qui eiuſmodi cauſas ſæculares ſuſcipit, non ſolum contra canonem Apoſtolorum, ſed contra ſcripturam Pauli facit, cùm ait, ſæcularia autem negotia ſi habueritis, cõtemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, hos cõſtituite. laicos dicit, qui nihil ſunt in Eccleſia. hoc enim ſignificat, quod Græcè eſt ἐξουθενημένοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, qui nihil, inquam, ſunt in Eccleſia, ideſt nullius gradus & ordinis Eccleſiaſtici. vt enim conſueuit Apoſtolus de primarijs in Eccleſia dicere, eſſe aliquid, de quibus rurſus ibidem dixit, qui videbantur columnæ eſſe; ſic conſueuit dicere, eſſe nihil in Eccleſia eos qui nullum gradum in Eccleſia habebant, qui ſunt ſcilicet ſæculares ſiue laici; idcirco non dixit, qui nihil ſunt, ſiue contemptibiles ſunt, ſed addidit, in Eccleſia: ſic enim fecerint laicos à clericis, qui ad eum honorem à Deo uocati ſunt, vt in tabernaculo teſtimonij, quod eſt Eccleſia, ex clero tanquã ex Leuitica tribu euangelica, Domino ſeruiant, qui eſt eorum pars & hæreditas, quia ex oblatis Deo viuunt, quod ad eorum quoq; honorem pertinet, quorum neutrum laicis conuenit; idcirco eos vocat contemptibiles in Eccleſia. Ac quòd laicos intelligat Apoſtolus, cùm contemptibiles in Eccleſia dicit, eoſque iudices cauſarum ſæcularium conſtituere iubeat, confirmat B. Petrus cùm ait in ordinatione Clementis, in epiſtola eiuſdem ad Iacobum fratrem Domini, nec enim iudicem aut cognitorem iudiciorum ſæcularium hodie te ordinare vult Chriſtus. & paulò pòſt, Iſta namque, quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem diſcẽtes, id eſt, laici. ac rurſus paulò infrà, Sicut enĩ impietatis tibi crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudiis, ſollicitudines ſuſcipere ſæculares; ita vnicuique laicorum peccatum eſt, niſi inuicẽ ſibi etiam in iis quæ ad communis vitæ vſum pertinent, operam fideliter dederint. quòd ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligũt, per Diaconos edocendi ſunt, vt tibi ſolius Eccleſiæ ſollicitudines derelinquant. Laicos igitur, quamuis ſint inerudi, & doceri à Diaconis oporteat, vnde diſcentes paulò ſuprà eos vocauit, iudicio tamen rerum ſæcularium B. Petrus cum Paulo conſentiens præficere iubet. Ex libro 2. de Conſtit. Apoſt. intelligi quoque poteſt vocaſſe hic Paulum laicos contemptibiles in Eccleſia. Sic enim ait Apoſtolica conſtitutio cap. 14. Nec enim iuſtum eſt ô Epiſcope, cùm ſis caput, vt caudam attendas, id eſt laicũ ſeditioſum, ſed Deum ſolum. cum cauda quæ eſt extrema pars animalis, & ad motu facilis, comparauit laicos ad motus & ad tumultus prõptus, qui ſunt extrema pars Eccleſiæ, tanquam myſtici animalis myſtica cauda. Vnde Dionyſius Areopagita in epiſtola ad Demophilum, poſt Epiſcopum in Eccleſia locat Presbyteros; poſt Presbyteros miniſtros; poſt miniſtros Eccleſiæ, monachos, eos intelligit, qui monachi ſimplices ſunt, neque clerici, neque laici: poſt monachos, laicos. immo ipſe Apoſtolus quoſnam vocat contemptibiles in eccleſia, & cur, non obſcurè expoſuiſſe videtur, cùm paulò ſuprà dixit, & ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? ſiue, ut verbum uerbo reddamus, indigni eſtis minimis iudicijs? minima iudicia vocat iudicia de minimis, id eſt, de ſæcularibus negotijs, quæ minuta ſunt & contemnenda, ſi cum ſpiritualibus conferantur. Huiuſmodi ergo iudiciis minimis præeſſe eos qui in eccleſia minimi eſſent, iuſſit Apoſtolus. minimos enim vocat B. Chryſoſtomus, interpretans hunc locum, quos Apoſtolus uocauit comptemptibiles. idem facit B. Hieronymus explanãs eũdem locum. minimi autem in eccleſia, ſæculares ſiue laici ſunt; contrà uerò, magni ſunt & potentes in eccleſia Epiſcopi, & infra eos presbyteri, quibus talem & tãtam dedit Deus poteſtatem, ligandi ſcilicet & ſoluendi, quæ eſſent liganda & ſoluenda in cœlo, & infra Presbyteros reliqui miniſtri eccleſiæ, qui ſuis etiam gradibus diſtincti ſunt. infimi verò omnium in eccleſia ſunt laici, quatenus ſæculares ſunt. non decebat igitur vt qui maiores erant, minimis iudicijs præficerentur; ſicut neque rurſus decebat, ut minimi in eccleſia præfecti eſſent maximis iudiciis, qualia ſunt eccleſiaſtica, quamuis in eis eſſent periti, immo peritiſſimi. Sed quaſi aliquis Apoſtolo reſponderet, non poſſe minimos in eccleſia Corinthiorum, id eſt, laicos, cauſarum ſæcularium iudices conſtitui, quòd non eſſent ſapientes & periti, occurrit Apoſtolus, inquiens, Ad verecundiam ueſtram dico, ſic non eſt apud uos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum? ſed frater cum fratre contendit, & hoc apud infideles? ſignificare voluit his verbis, non ita magna ſapientia opus eſſe ad dirimendum cõtrouerſitas de rebus ſæcularibus inter fratres, ne publicè litigandum eſſet, præſertim apud infideles, quod omnino licere noluit. Declarat magis hunc locum Apoſtolica conſtitutio libro 2. Clementis capitulo. 46. Ne igitur, inquit; diſceptationes ueſtras Gentiles cognoſcant. & paulò pòſt; Si autem fratres habuerint aliquid ad alius aduerſus alium, quod Deus auertat, ex ipſis uet & ex re ipſa intelligere debetis, qui præpoſiti eſtis, quòd qui tales ſunt non faciunt opus fratrum in Domino, ſed potius hoſtiliter diſſidentium. atque alter quidem eorum reperietur lenis, æquus, & filius lucis; alter uerò immitis, contumax, oppreſſor. qui igitur conuictus fuerit, obiurgetur, eijciatur, & pœnas fraterni odij luat. Deinde ſi eum peccati pœnituerit, recipiatur; atq; ita caſtigati iudicia ueſtra alleuabũt. Huc ergo ſpectat ſapientia, quam Apoſtolus in iudicijs ſæcularibus à Corinthiis laicis re-

quirebat, quæ non poterat deeſſe illis, ſiquidem ex ipſis fratribus contendentibus, & ex ipſa re, de qua erat contentio, cognoſcere poterant præfecti iudicijs iſtis, uter eorum eſſet in crimine, & non faceret opus fratris in Domino, ut condemnatus obiurgaretur, ac ut meritus eſſet, puniretur. atque ita fieret, ut frater cum fratre non litigaret, quod Apoſtolus volebat. pro quo Apoſtolica conſtitutio dicit, ſic caſtigati iudicia veſtra alleuabunt. Cùm ergo dixit Apoſtolus, ad verecundiam veſtram dico; ſic non eſt quiſquam ſapiens inter vos qui iudicare poſſit inter fratrem ſuum? ſed magis frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? perinde eſt, ut ſi diceret, erubeſcendum vobis eſt, ſi nemo ſit inter vos tam ſapiens, qui ſciat cauſas ſæculares dijiudicare, ne neceſſe ſit publicè litigare. ſic B. Hieronymus. erat itaque ad hoc faciendum ſapiens, quicunque bonum & æquum ſciret, quique uirtutibus præditus eſſet. Ferè enim inquit Ariſtoteles in libro 5. Moralium, pleræque leges ſunt, quæ ab omni virtute iubent. Lex enim iubet viuere ex omni virtute, & rurſus prohibet viuere ex omni vitio. & paulò poſt, Qui controuerſiam, inquit, habent, confugiunt ad iudicem. adire autem ad iudicem, eſt adire ad ius ipſum; Iudex enim eſt velut ius animatum. & quærunt Iudicem medium, & vocant nonnulli iurimedios, tanquam conſecuturi ius ipſum, ſi medium conſequantur. Iuſtum ergo eſt medium quid; & Iudex ad medium redigit æquando: ut ſi linea in duas partes diuiſa eſſet, & id quo maior pars minorem ſuperat, minori addiderit, ſitque iam totum diuiſum in partes duas æquales, tunc aiunt habere quemque ſuum, cùm æquale habent. Hæc princeps Philoſophorum. Huiuſmodi autem ratio iudicandi tantæ ſapientiæ erat, ut erubeſcendum eſſet populo Corinthiorum, ſi nullus eam haberet ad iudicandas ſæculares cauſas fratrum de damnis & iniurijs. in his enim habere ſolent fratres aliquid alius aduerſus alium. Huc pertinet quod Plato ſola ratione magiſtra libro 9. de Legibus ſcripſit, Vbi, rectè, inquit, omnia conſtituta ſunt, cùm futuri iudices bene educati, & omni diligentia probati fuerint, ibi in ijs, quæ alij alijs debẽt, etiam parum eruditi iudicare poſſunt, ac ſcite cuique culpę parem pœnam irrogare. Hæc Plato. Nolebat itaque Apoſtolus, ut de reb⁹ ſæcularibus iudicarẽt, qui erãt aliquid in Eccleſia, ut Epiſcopi, qui ſunt columnæ, neque Presbyteri, qui ſunt eorum adiutores, neque reliqui miniſtri Eccleſiæ, ſed qui nullius gradus eſſent in Eccleſia, id eſt, laici, & ij quidem, non qui ſapientiores cæteris eſſent; illos enim ad gubernandas potius Eccleſias, quàm ad iudicia ſæcularia eligi volebat, vt ex ijs, quę in epiſt. ad Timotheum & ad Titum de Epiſcopis ſcribit, quales eſſe debeant qui eligendi ſunt. Sed abſoluamus totum Pauli locum de iudicijs iſtis ſæcularibus. ſequitur enim, iam quidem omnino delictum eſt, quòd iudicia habetis inter vos. ἥττημα eſt Græcè, quod interpres Latinus vertit delictum. ſignificat autem verbum Græcũ hoc loco ſuccumbere tentationi, in quam incidit frater cùm litigare vult cum fratre, & non potiùs damnum pati. ſubiungit enim ſtatim, quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? ſic hunc locum Apoſtolica conſtitutio ibidem interpretatur, cùm ait, ſi tamen alicuius opera, aut tentatione quapiam fiat, ut incidat fratri lis, det operam vt dirimatur, quamuis opus ſit aliquid damni facere, & ne adeat ad iudicium Gentilium. Hactenus explicatio loci Pauli de iudicijs ſæcularibus, quibus tanquam minimos in Eccleſia, id eſt, laicos præeſſe iubet. Quid igitur dicturi ſunt Epiſcopi, qui cùm Chriſtum Epiſcopum animarum noſtrarum repræſentent, qui, vt eos etiam exemplo ſuo inſtitueret, illi ex turba, qui in Euangelio Lucæ dixerat, Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat me cum hæreditatem, reſpondit, Homo, quis me cõſtituit iudicem aut diuiſorem inter vos? & cùm ſint in ſummo Eccleſiæ gradu tãquam capita à Deo collocati, tamen dum iudicijs minimis, id eſt, ſæcularibus præeſſe volunt, ſe ipſi è ſummis minimos in Eccleſia ſecundùm Apoſtolum, & ex capitibus caudas ſecundùm Apoſtolicã conſtitutionem faciunt, quos parabola Ioathan in libro Iudicum planè arguit, & condemnat: Ferunt, inquit, ligna vt vngerent ſuper ſe Regem dixeruntq́; oliuæ, Impera nobis. quæ dixit, Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dij utuntur homines, & venire, vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem fici, Veni & ſuper nos regnum accipe. quæ reſpondit eis, Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam fructusq́ue ſuauiſſimos, & ire vt inter cętera ligna promouear? locutaq́ue ſunt ligna ad vitem, Veni & impera nobis. quę reſpondit eis, Nunquid poſſum deſerere vinum meum quod lętificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? dixeruntq́; omnia ligna ad rhamnum, Veni & impera ſuper nos. quæ reſpondit, Si verè me regem vobis conſtituiſtis, uenite & ſub vmbra mea requieſcite. hactenus parabola, quæ in Epiſcopos planè conuenit: hi enim ſunt qui relicto verbo Dei dulci, uitali & illuminante, ad ſpineta litium, ſiue rerum ſæcularium, ut in earum iudicijs regnent, ſe transferri patiuntur, ex arbore fici, oleæ, & vitis facti arbores rhamni, id eſt, infrugiferæ & ſpinoſæ; ſiue potius dicendum eſt, in arborem fici, oleæ, & vitis rhamnum inſerentes; non intelligentes cùm vtrumque facere volunt, alterum eorum, quod præcipuum eſt, planè deſerere, ſicut S. Apoſtoli docuerunt, cùm aiunt in Actis Apoſtol. Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.

ſis. Conſiderate ergo fratres viros ex nobis boni teſtimonij, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituatis ſuper hoc opus; nos verò orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Deinde, ſi Apoſtolus ait, quod ad Timotheum ſcripſit, Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus, vt placeat Deo qui ſe probauit, ſiue, vt verbum verbo reddam, qui ſe delegit, ergo Epiſcopus, qui lites ſiue res ſæculares laicorum iudicat, teſtatur ſe non militare Deo, ac proinde non placere ei qui eum ad militiam ſpiritualem delegit. Denique quid peccet Epiſcopus, qui ſe negotijs ſæcularibus implicari patitur, ex ijs quæ Beatus Petrus in ordinatione Clementis dixit, perſpici poteſt: ſi enim, inquit, Clementem [illegible], mundialibus curis fueris occupatus, & teipſum decipies & eos qui te audiunt, non enim poteris quæ ad ſalutem pertinent, plenius ſingulis quibuſq; diſtinguere, & ex eo fiet, vt & tu tanquã qui non docueris q̃ ad ſalutẽ hoĩm pertinẽt, puniaris, (Græcè eſt κολασθῇς,) & diſcipuli per ignorãtiã pereant. idcirco tu quidem ad hoc ſolum vacato, vt opportunè & ſine intermiſſione doceas verbum Dei, per quod ſalutem conſequi poſſint: illi verò contrà, cum tanta reuerentia tua verba ſuſcipiant, tanquam qui ſciant te legatum & præconem eſſe veritatis, vt doceas, inquit, opportunè verbum Dei (Græcè eſt ἐυκαίρως.) Epiſcopus autem negotijs ſæcularibus occupatus, neceſſe eſt vt ſurripiat tempus occupationi ſæculari adminiſtrandum verbo Dei: & rurſus vt ſurripiat tempus miniſterij verbi Dei ad inſeruiendum iudicio rerum ſæcularium: ita fit vt non ſolum alterutrum, ſed neutrum opportunè facere poſſit. Denique qualia eſſe debeant iudicia Epiſcoporum, docet Apoſtolica conſtitutio, lib. 2. Clem. [illegible] omnia enim ſpectare debent ad faciendam reconciliationem pacis inter fratres & cum Deo, vt cum Apoſtolo dicere poſſint, Pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Hæc hacten⁹ occaſio Canonis huc me non importunè, nec, vt ſpero, & confido, inutiliter detulit. qui legit, intelligit; & qui habet aures audiendi, audiat.

CAN. XXXVII. pag. 161.

Epiſcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptiſmum, aut ſacrificium probauerint, deponi iubemus; quæ enim conſenſio Chriſto cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Nonnullis fortaſſis hic canon ſcrupulum iniiciet, vt aliquando cuidam amico meo, viro valde bono, & erudito, atque acri iudicio iniecit; quaſi non fuiſſet falſa beati Cypriani ſententia quæ cũ Apoſtolico canone congruere videatur; alijs contrà falſus videbitur, quaſi cum Cypriani ſententia conſentiat; præſertim cùm hoc Vrbano 2. pontifici Romano viſum fuerit 32. q. præter hoc. §. ſecundùm verò. Sed hoc Vrbano vt interpreti viſum eſt, non vt legiſlatori. eſſe ergo hunc canonem de ijs hæreticis intelligendum, qui non ſeruant formam quam S. Apoſtoli eccleſiæ tradiderunt, facilè intelligi poteſt ex cauſa ſubiecta. Poſtquam enim dixit Epiſcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptiſma probauerint, aut ſacrificium, deponi iubemus: ſubiungit, quæ enim conſenſio Chriſto cum Belial? ſcilicet declarat verbum Belial, abſque iugo, & peruerſum: ex quo intelligimus, eiuſmodi hæreticorum baptiſmum hic improbari, qui peruerſè baptizant, ac deprauatè, & non ſecundùm legem Chriſti, cui nolunt eſſe ſubiecti. Præterea ſic intelligendum eſſe hũc canonem Apoſtolorum, qui eſt ex lib. 8. Clem. Romani, ſcilicet de hæreticis qui non baptizant in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quæ eſt forma Eccleſiæ catholicæ ſecundùm doctrinã Chriſti per Apoſtolos traditam, ex lib. 6. eiuſdem Clementis didicimus. Iubet enim Apoſtolica conſtitutio cap. 15. vt ſimus contenti vno baptiſmo, qui, inquit, non ab hæreticis, ſed à probatis ſacerdotibus fit, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Illorum ergo hæreticorum baptiſmum improbat, qui non fit ſecundùm hanc formam: & illi ſunt in miniſterio baptiſmi ſacerdotes ἀμώμητοι, id eſt, probati, qui in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptizant. Vnde in eos qui non ſic baptizant ſecundùm Doctrinam Dei, interpretatur dictum eſſe illud Oſeę cap. 4. cùm ait de ſacerdotibus veteribus, qui legem Dei deprauabant, Quoniam abiecisti cognitionem, abijciam & ego te, ne fungaris mihi ſacerdotio; ut perinde ſit, quaſi dictum eſſet iſtis per Prophetam: quia ſcientiam baptizandi, quam Eccleſiæ tradidi, in baptizando nõ tenetis, etiam iſtius baptiſmus à vobis miniſtratus. Vnde ſtatim, poſtquam dixit Dominus de iſtis, & ego abijciam te, ne fungaris mihi ſacerdotio, ſubiungit Apoſtolica doctrina. Itaque qui ab eis baptizati ſunt, non ſacramentum baptiſmi acceperunt, ſed potius inquinati ſunt. Quàre hæretici quanquam in ſacramento Trinitatis peccent, ſicut Arriani, qui filium Dei faciunt creaturam, ſi tamen ſecundùm formam Eccleſiæ traditam baptizant, verè baptizant, ſicut eſt in Arelaten. Conc. 9. c. 17. ſicut Arrianos, inquit, baptizatos in Trinitate certum eſt, &c. de ijs verò Arrianis qui non ſecundùm formam Eccleſiæ traditam baptizabant, ſic eſt in Arelaten. 1. cap. 8. de Arrianis, inquit, qui propria lege vtuntur ut baptizentur, placuit. Scilicet hi erant filij Belial, quos canon Apoſtolicus ait. Deinde ſubiungit Synodus Arelaten. Si ad Eccleſiam aliqui ex hac hæreſi venerint, interrogent eos noſtræ fidei ſacerdotes ſymbolum, & ſi perviderint in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, eos baptizatos, manus eis

tantum

tantum imponant, & accipiant Spiritum ſanctum: quòd ſi ſic interrogati non reſponderint hanc Trinitatem, baptizentur. Hinc intelligere licet quod ait Optatus Afer, lib. 1. cõtra Parmen. hæreticos, quia ſymbolum falſant, aut duos Deos dicentes, aut patrem in perſona filij cognoſci; aut carnem à filio detrahentes, hos alienos eſſe à ſacramentis catholicis, neq; baptizare; hoc, inquam, ſic intelligendum eſt, ſcilicet non baptizare, ſi ex deprauatione ſymboli manet apud eos deprauatio formæ baptiſmi. Etenim ſi ſecundùm formam eccleſiæ baptizant iſti, id eſt, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, baptiſmus erit verus, eſto ipſi ſymbolum falſent. Vt Arriani ſymbolum quidem falſant, cùm filium faciunt minorem patre ſecundùm naturam, & Macedoniani Spiritum ſanctum, verus tamen eſt eorum baptiſmus iuxta canonem 6. Conc. Conſtantin. quamdiu baptizant ſicut traditum eſt eccleſijs, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; quicquid ipſi de Patre, aut Filio, aut Spiritu ſancto ſentiant. dum enim credunt ſcientiam ſuam de diuinis perſonis, ſcientiam eſſe eccleſiæ catholicæ, & hoc exiſtimantes, quanquam falſo, ſecundùm formam eccleſiæ baptizant, verè baptizant. tametſi enim cùm baptizant, dicentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, perinde ſit ſecundùm ſenſum eorum, & hæreſim, ac ſi dicerent, in nomine Patris, & Filij creaturæ, & Spiritus ſancti; tamen quia non ſic efferũt, quæ eſſet propria eorum forma, & lex, ſed potius ſecundùm formam Eccleſiæ, quam credunt ſentire, quòd ipſi, licet errent, idcirco verè baptizant. Ob hanc cauſſam Nicæna ſyn. capitu. 19. ex omnibus hæreticis ſolos Paulianiſtas iudicauit tunc non baptizare, quia in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti non baptizarent, vt etiam notauit B. Innocentius 1. in epiſt. 22. ſic enim ait cap. 8. de his, qui nominant ſeipſos Catharos, id eſt, mundos, & aliquando veniunt ad eccleſiam: Placuit ſanctæ, & magnæ ſynodo, vt accepta manus impoſitione, ſic maneant in clero: poſſumus verò dicere de ſolis Nouatianis eſſe hoc præceptum; neque ad aliarum hæreſum clericos pertinere. Nam ſi vtique de omnibus definirent, addidiſſent, de Nouatianis, alijsque hæreticis reuertentes debere in ſuum ordinem recipi. quod ita eſſe etiam illud maximè, quod Paulianiſtis dictum eſt, poterit confirmare, à quibus venientes etiã baptizari præcipiuntur. deinde ſubiungit, Num quid nam, cùm de Paulianiſtis iubent, omnes, qui ab hæreticis reuertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi? quòd cùm nullus audeat facere, de ipſis tantum eſſe præceptum, ratio ipſa demonſtrat; q̃a ſcilicet Paulianiſtæ, vt idẽ ſtatim ait, In nomine Patris, & Filij, & Spũs ſancti minimè baptizant. Quid igitur dicemus de beato Cypriano, Fuitne in errore? Fateamur hoc planè neceſſe eſt, ſiquidem, vt beatus Auguſ. in epiſt. 48. ad Vincentium ſcribit, aliter ſenſiſſe de baptiſmo, quàm forma, & conſuetudo habebat eccleſiæ, in ſuis, & in concilij litteris inuenitur: cur verò ortus huius hæreſis de baptiſmo hæreticorum, & ſchiſmaticorum iterando à nullo, quod ſciam, eorum, qui hæreſes, & earum auctores notarunt, beato Cypriano tribuatur, ſed Donato potius, vt Philaſtrius tribuit, credo hanc fuiſſe cauſam, quòd primus Donatus eccleſiam ſcidit rebaptizando; Cyprianus verò ſic rebaptizabat, vt nulli eorum qui baptiſmum hæreticorum probabant, diceret anathema; nullamque faceret diſceſſionem, ſed potius paci & tranquillitati eccleſiæ ſeruiret.

CAN. LX. pag. 163.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſancta quadrageſima non ieiunat, vel quarta feria, vel ſexta, deponatur; niſi propter infirmitatem corporis impediatur: ſin verò laicus fuerit, excommunicetur.) In quinto quoque libro ſcriptum eſt, iuſſiſſe nobis Dominum, vt quarta, & ſexta feria ieiunaremus; quarta quidem, propter Iudæ proditionem: ſexta verò, propter paſſionem. idem decernitur hoc canone. Quamobrem Græci, cùm vident nos quarta feria veſci carnibus, canonem violari putant, dum in id quod fit, intuentur, cauſam verò, cur fiat, parum conſiderant. Defenſione igitur nobis opus eſt, & Græcos noſtros alioqui fratres, iudicio, & cõdemnatione, quo ad nobis licet, liberare oportet. Periculoſum enim, & Deo infeſtũ eſt, eum, qui neq; iudex eſt, neq; præeſt, alios iudicare. Ne igitur nos viciſſim iudicemus, ſicut Paulus præcipit, ne condemnemur. Qui ſapit, inquit, diem, Domino ſapit; & qui non ſapit diem, Domino non ſapit. Qui manducat, Domino manducat, & gratias agit Deo. Omnes igitur, quæ pacis ſunt, ſectemur, & quæ ædificationis, &c. Hæc, & alia huiuſmodi ſententiæ Pauli conſentanea, arbitror Latinis, & Græcis ſufficere, ſi inter ſe amare volunt, & non alij in alios eſſe contumelioſi. Sed ne videatur hic canon eſſe rei alicuius, quam nihil interſit ſic, aut ſecus habere, & ne cauſſa contentionis, ac rixæ in re quaſi indifferenti præbere videatur, præſertim cùm ij qui non ſeruãt canonẽ, partim depoſitione partim excommunicatione mulctẽtur, & ne hac ratione bonum noſtrum, vt Paulus ait, blaſphemetur, aggrediar explanare canonem: ac Græcos quidem docere de noſtra cauſſa; Latinos verò docere de cauſſa Græcorum: vtroſque hoc modo, & via in hac re mutuo concilians. Igitur cauſſa ieiunandi apud Græcos quarta feria, eſt iudicium, quod eo die ſecundùm Apoſt. doctr. contra Dominum factum eſt, cùm Iudas proditionis promiſſionem fecit. Cauſſa verò, cur nos ſabbato ieiunemus, eſt, Chriſti ſepultura; quòd eo,

inquam,

inquam, die in ſepul chro fuit. Illud itaque iudicium de morte Chriſti quarta feria factum, ad mortem ipſam; qua affectus, ſepulturæ mandatus eſt, pertinet. Ergo qui pro propoſito propter ſepulturam, ſabbato ieiunat, non differt ab eo qui propter iudicium de morte quarta feria pronunciatum, ieiunat; in ijs enim quæ ſic fiunt, non eſt neceſſe, ut nullo modo varient, ſi idem ſit propoſitum, quæ enim differunt, ſi eandem vim habent, cùm fiunt, non ſunt cenſenda diſſimilia: Sicut euenit in quibuſdam quæ variè recitantur. Vnde Apoſt.doctr.in deſcriptione myſtici cultus, quem Miſſam vocamus, in quibuſdam quæ nihil intereſt variare, Dicat, inquit, Epiſcopus hæc, & quæ huiuſmodi ſunt; tãquam ſit in ſimilibus eadem vis. Præterea, durior ac difficilior eſt apud nos temperantiæ ratio; qui nulla intermedia relaxatione, ieiunium ſextæ feriæ cum ſabbati ieiunio copulamus, quàm apud eos qui duorum dierum, id eſt, quartæ, & ſextę ferię interiecto. Itaq; nos poſt ieiuniũ duorũ dierũ habem⁹ relaxationẽ Dñici: Gręci verò poſt ꝓximũ ieiuniũ vnius diei. i. ſextæ feriæ, habent laxamentum ſabbati. Illud etiam addo, in multis locis, & regionibus Occidentis, præter ſextam feriam, & ſabbatum, quarta etiam feria piè ac religioſè ieiunari: verùm ſabbato neceſſariò, & vbique ieiunatur, ſecundùm legem nobis à principio traditam. Loquor hic de altero genere ieiunij, cùm ſcilicet carne abſtinemus, ſicut ait Ioannes Damaſcenus in libro de ieiunijs ad Cometam: Ieiunium enim, inquit, eſt, non ſolum cùm quis ab aurora uſque ad veſperam nihil prorſus edit, ſed etiam cùm quibuſdam cibis abſtinemus, ut vino, & carne. quia enim, inquit, canon Apoſtolorum iubet nõ ieiunare ſabbatò, & Dominico, & ieiunare quadrageſima, fortaſſe iubet ieiunare quinque diebus integrum ieiunium, duobus verò diebus, ſabbato, & Dominico, abſtinere quibuſdam cibis. Ex duobus enim propoſitis, antepońendum eſt præſtantius. Sanxit quidem Spiritus ſanctus per miniſtros verbi, ieiunium quinque diebus vſque ad veſperam: ſabbato verò, & Dominico abſtinere quibuſdam cibis, propter excellentiam reſurrectionis, quæ die Dominico facta eſt. Hactenus Damaſcenus. hoc ieiunium, vt aliàs dixi, vocat Tertull. portionale ieiunium, vt Damaſcenus ieiunium inchoatum. Illud hic obiter obſeruandum eſt, quemadmodum hic pater, ac magiſter cauſſam agitandi ſabbatum, ac Dominicum, feſtos dies, vnam eandemque eſſe dixit, nempe reſurrectionem, ſimiliter vt diuinus Ignatius, qui in epiſt. ad Philippenſ. interfectorem Chriſti vocat eum qui ſabbato, & Dominico die ieiunat. Quare quod Apoſt.conſtit.lib.5.ait, *Sabbatum celebrabis propter eum qui creauit mundum*, non ſolũ accipiendũ eſt de creatione mũdi, quę ſemel à principio effecta eſt; ſed etiã de creatione parui mũdi, ratione utentis, id eſt, nouæ creaturę, quę p eũ qui ſemel pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit, facta eſt: noua enim creatura *δημιουργία* eſt, & vocatur, ſicut eſt in 7. libro capite 35. cùm ait, *Effector creationis per mediatorem, tanquam auctor*. Nouam creaturam ſignificat, quæ per incarnationem, & paſſionem Chriſti facta eſt, cuius auctor fuit Chriſtus Dei & hominum mediator. Creatio enim mundi medio tanquam inſtrumento caruit; ſicut ſuperius in explicatione huius demonſtraui. Quare ſabbatum propter ſolam mundi creationem celebrare, Iudæorum eſt: Græci verò propter excellentiam quoque reſurrectionis. Sabbatum cum dominico celebrant, veluti agitationem Dominici diei feſti; qui reſurrectioni dicatus eſt, à pridiana veſpera, id eſt, ſabbato incipientes: reſurrectioni enim Dominici à veſpera ſabbati initium aſcribi conſtat, ait magnus Leo in epiſt. ad Dioſcorum Alexand. 3 c. Nos verò totum quidem Dominicum, qui eſt, ut ait Epiphanius, magnum ſabbatum, in honorem reſurrectionis impendimus; paruum verò ſabbatum, ut idem vocat, in honorem ſepulturæ ſecundùm ritum nobis traditum, ne myſterium ſepulturæ ſine myſterio myſtici cultus prætereamus, idque ut conſepulti Chriſto, extincta eorum, quæ ſub ſpeciem cadunt, cura in ijs quæ ad contemplationem animi pertinent, & mente tractantur, veluti in ſepulchro quodam quieſcamus: vt appareat ratio tanquam à mortuis excitata. Sic enim ex antiquis patribus S. Maximus de ſepoltura Chriſti myſticè philoſophatus eſt. Rurſus verò de ieiunio ſabbati adhuc addam quod beatus Hieronym. in epiſt. ad Licinium ſcripſit: De ſabbato, inquit, quod quæris, utrum ieiunandum ſit, illud te breuiter admonendum puto, traditiones eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, ut à maioribus traditæ ſunt. Neque aliorum conſuetudinem, aliorum cõtrario more ſubuerti; atque utinam omni tempore ieiunare poſſimus, quod in Actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. neque tamen Manichææ hæreſeos accuſandi ſunt, cùm carnalis cibus præferri non debuerit ſpirituali. & paulò pòſt ſubiungit: Neque hoc dico, quòd Dominicis diebus ieiunandum putem, & contextas quinquaginta diebus ferias auferam, ſed vnaquæque prouincia abundet in ſe non ſuo, & præcepta maiorum, leges apoſtolicas arbitretur. Vt igitur in Oriente ieiunare ſabbatum vetatur; ſic in Occidente permittitur. illic præceptum eſt, ut habeatur pro uetito tale ieiunium: hic præceptum eſt, ut non pro vetito, ſed ut pro licito habeatur. Itaque ſi ad vſum eorũ quę nõ officiũt fidei, ptinet, interprete beato Hieronymo, quod Apoſt. dixit, Vnuſquiſque in ſe nõ ſuo abundet, cùm eiuſmodi ſit, ieiunare ſabbatum,

tum, aut non ieiunare, ut neutrum ſcilicet officiat fidei; erit in vtroque tenenda conſuetudo eccleſiæ ſuæ ex præcepto maiorum deſcendens, & ſecundùm eam firmanda conſcientia. Denique in lege ieiunij obſeruandum eſt, vtrum ſit hoc, aut illud ieiunium in commune traditum, an non. Hanc enim diſtinctionem ieiuniorum docuit Synodus Gangrenſis, can. 19. dies Pentecoſtes, id eſt, à Paſcha vſque ad Pentecoſten iubet Apoſt. conſtit. feriari, id eſt, non ieiunare; tamen in cœnobijs Ægypti (vt auctor eſt idem Hieron. in lib. De cuſtodia virginitatis ad Euſtochium) toto anno æqualiter ieiunant, excepta Quadrageſima, cùm ſtrictius ieiunant, & diebus Pentecoſtes, cùm laxius: quia etſi ſemel in die capiunt cibum, tamen cœnas, inquit, mutant in prandia.

F I N I S.

Hi Apoſtolicarum Conſtitutionum B. Clementis Romani libri, cum Reuerendi Patris Franciſci Turriani ſcholijs & obſeruationibus, veterem Eccleſiæ primitiuæ morem oſtendentes, pijſſimi ſunt ac maximè vtiles populo Chriſtiano. Quare imprimi poſſe iudico. Datum Antuerpiæ, 21. Iunij, Anno 1575.

Siluester Pardo S. Theol. Licentiatus, & Cathedr. Eccleſiæ Antuerp. Canonicus.

LIBER

LIBER PONTIFICVM IAM INDE A' PETRO PAPA, VSQVE AD NICOLAVM PAPAM eius nominis primum,

IN QVO EORVM GESTA DESCRIBVNTVR: PRIMORVM,

Per Damaſum Papam : reliquorum autem, per alios veteres ac Fide dignos.

Petrus I. Pontifex Anno Chriſti 34.

BEATVS PETRVS Apoſtolus & princeps Apoſtolorũ filius Ioannis prouinciæ Galilææ, ex vico Bethſaida, frater Andreæ, primò ſedit in cathedra Epiſcopatûs Antiochiæ annis ſeptem. Hinc beatus Petrus ingreſſus eſt in vrbem Romam, ſub Claudio Cæſare: ibique ſedit in cathedra Epiſcopatûs annis vigintiquinque, menſibus duobus, diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberis Cæſaris, & Gaij, & Claudii, & Neronis. Hic ſcripſit duas epiſtolas, quæ Catholicæ ac Canonicæ nominantur, & Euangelium Marci, quia Marcus auditor eius fuit, & filius, à baptiſmo. Poſt omnem quatuor Euangeliorum fontem, quæ ad interrogationem & teſtimonium eius (hoc eſt, Petri) firmata ſunt, dum alius Græcè, alius Hebraicè, alius Latinè ſcribentes conſonant, omnia eius teſtimonio ſunt firmata. Hic ordinauit duos Epiſcopos Linum & Cletum, qui præſentialiter omne miniſterium ſacerdotale in vrbe Roma populo, vel ad ſe venientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens, vacabat. Hic cum Simone Mago multas diſputationes habuit, tam coram Nerone Imperatore, quàm coram populo. Et quos beatus Petrus ad fidem Chriſti aggregabat, ille per Magias & deceptiones ſegregabat. Et dum diutiùs altercarentur, Simon diuino nutu interemptus eſt.

Hic Petrus beatum Clementem Epiſcopum conſecrauit, & cui cathedram vel Eccleſiam omnem diſponendam commiſit, dicens: Sicut mihi gubernandi tradita eſt à Domino meo IESV CHRISTO poteſtas ligandi ſoluendique, ità & ego tibi committo; vt ordines diſpoſitores diuerſarum cauſarum, per quos actus non Eccleſiaſtici profligentur, & tu minimè curis ſeculi deditus reperiaris, ſed ſolummodo orationi, & prædicationi ad populum, vacare ſtu-

Clemens Epiſtola 1. ad Iacobum.

de. Poſt hanc diſpoſitionem martyrio cum Paulo coronatur, poſt paſſionem Domini anno XXXVIII. Qui ſepultus eſt via Aurelia in templo Apollinis, iuxta locum vbi crucifixus eſt, iuxta palatium Neronianum in Vaticano, iuxta territorium triumphale, tertio Kalendas Iulii. Hic fecit ordinationes per menſem Decembrem, presbyteros decem diacones ſeptem, epiſcopos per diuerſa loca numero tres.

Sub Petro celebratum eſt Concilium primum Hieroſolymis, cuius exemplar habes in Actis Apoſtolorum cap. 15. Nicephorus Calliſtus hiſtoriæ ſuæ libr. 2. cap. 37. teſtimonio Tertuliani & Caij hiſtorici probat, eodẽ anno, eodemq; die Petrum cruci affixum, & Paulum capite truncatum Romæ.

Annum quo creati Pontifices & habita concilia ſunt ex Onuphrij Chronico Eccleſiaſtico & eiuſdem epitome Pontificum, adſcripſimus: qui noſtra ætate in hoc ſtudij genere accuratè verſatus putatur. Quanquam non ignoramus quam lubrica, & incerta ſit exquiſita annorum obſeruatio; & aliquot Conciliorum certum annum vix iniri poſſe putamus. Sed fides penes ipſum ſit, qui ſingulis certum annum adſcripſit. Quod ſi quando minus conſtabit ratio annorũ, Pontificum, ideo fiet, quod hic aliquando alios auctores, aut rationes locutus, plures, aut pauciores annos Pontificum vitę aſcribat, quàm auctor Pontificalis ſed ubi inſignis erit diuerſitas, adnotabitur.

DE SANCTO LINO PAPA ET MARTYRE.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

LINVS natione Italus de regione Tuſciæ, patre Herculano, ſedit annos vndecim, menſes 3. dies 12. Fuit autem temporibus Neronis à conſulatu Saturnini & Scipionis, vſque ad Capitonem & Rufum conſules. Martyrio coronatur. Hic ex præcepto B. Petri conſtituit, vt mulier velato capite in Eccleſiam introiret. Hic fecit ordinationes duas, Epiſcopos XV. presbyteros 18. Qui ſepultus eſt iuxta corpus B. Petri in Vaticano, ſub die IX. Kalend. Octobris. Anno Domini 57.

In Chronicis autem Mariani Scoti ſcribitur ſic:

Linus Chorepiſcopus ſub Petro Apoſtolo, exteriora ſcilicet egit per annos xj. menſesque tres.

DE S. CLETO PAPA

ET MARTYRE.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 77. CLETVS natione Romanus, de regione Vici Patricij, ex patre Æmiliano, ſedit annis xij. menſe vno, diebus xj. Fuit autem temporibus Veſpaſiani & Titi, à conſulatu Veſpaſiani ſeptimo, & Domitiani quinto, vſque ad Domitianum nono, & Rufum conſules. Hic ex præcepto B. Petri, xxv. presbyteros ordinauit in vrbe Roma. Qui etiam ſepultus eſt iuxta corpus B. Petri in Vaticano, 6. Kalend. Maias. Et ceſſauit Epiſcopatus dies xx.

In Chronicis Mariani Scoti legitur, Anno lxx [illegible]

Linus his conſulibus, ſcilicet Capitone & Rufo, eſt paſſus 9. Kalend. Octobris. Cletus Chorepiſcopus ſucceſſit annis xij.

DECRETA SEV VITA

CLEMENTIS PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 69. CLEMENS natione Romanus, de regione Cœlio monte, ex patre Fauſtino, ſedit annis ix. Fuit autem temporibus Galbæ & Veſpaſiani, à conſulatu * Tragali & Italici, vſque ad Veſpaſianum nono, & Titum. Hic quum multos libros zelo fidei & Chriſtianæ religionis ſcriberet, martyrio coronatus. Hic fecit 7. regiones diuiſit notarijs fidelibus Eccleſiæ, qui Geſta Martyrum ſollicitè & curiosè, vnuſquiſque per regionem ſuam, perquirerent. Hic fecit duas Epiſtolas, quæ canonicæ nominantur. Hic ex præcepto Beati Petri ſuſcepit Eccleſiæ pontificatum gubernandum, ſicut ei fuerat à Domino IESV CHRISTO cathedra tradita vel commiſſa. Tamen in Epiſtola, quæ ad Iacobum ſcripta eſt, qualiter ei commiſſa eſt à Beato Petro Eccleſia, reperies. Ideò Linus & Cletus ante eum conſcribuntur, quia ab ipſo principe Apoſtolorum ad miniſterium ſacerdotale exhibendum, ſunt Epiſcopi ordinati. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros decem, diaconos duos, Epiſcopos per diuerſa loca quindecim. [illegible] Traiani [illegible] Qui etiam ſepultus eſt [illegible] Græcia [illegible] Kalend. Decembres. Et ceſſauit Epiſcopatus dies xxj. Hæc ille.

r Trachala

Euſebius verò Cæſarienſ. Eccleſiaſt. hiſtor. lib. III. cap. 4. de Clemente ſcribit dicens:

In vrbe Roma xij. Anacletus annis in Epiſcopatu exactis, ſacerdotij ſedem Clementi tradidit. Et capite 34. Igitur in vrbe Roma tertius ab Apoſtolis Clemens, nouem annis Sacerdotio perfunctus, Euariſto diuini verbi tradidit miniſterium.

Græci Cletum, cum Anacleto miſcent & ex duobus vnum faciunt, ſed launis potius credendū eſt, de qua quæſtione præter cæteros vide Turrianū lib. 2. pro epiſtolis Pontificum.

Placuit autem præmiſſis, quædam addere ex Mariano Scoto, qui anno imperij decimoquarto Neronis Imperatoris, ad veritatem, verò Euangel. j. lxxij. anno, ac ſecundum Dionyſij cyclum quinquageſimo, Syluaſque [illegible] modo qui ſubditur, proſequitur:

Imo Ioannes III. id ſcribit in Epiſtola ſua Decre. ad Epiſc. Germ. & Gall. centum, & amplius annis Leone ſecundo antiquior.

Leo ſecundus ſucceſſor Agathonis Papæ, de Clemente ſic ait in ſua decretali Epiſtola: Si autem Petrus princeps Apoſtolorum adiutores ſibi aſciuit Linum & Cletum, non tamen Pontificij poteſtatem, aut ſoluendi, vel ligandi normam eis tradidit, ſed Clementi ſucceſſori ſuo, qui ſedem Apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem Pontificalem, tradente ſibi Beato Petro Apoſtolo, tenere promeruit: Linus verò & Cletus miniſtrabant exteriora, princeps autem Apoſtolorum Petrus verbo & orationi inſiſtebat. Linum namque & Cletum nihil vnquam legimus ex Pontificali miniſterio poteſtatiue egiſſe: ſed quantum eis à Beato Petro præcipiebatur, tantum ſolummodo agebant.

Hæc Leo Papa. Et ſubdit Marianus Scotus:

Clemens ergo primus poſt Petrum, Romanam Eccleſiam rexit, vel cum eo Linus & Cletus, ſicut omni Petro ſuo [illegible].

Et idem Marianus poſt alia ſubiungit:

Sed [illegible] Clemens non tantum ſucceſſor B. Petri [illegible] etiam [illegible] ante paſſionem Petri Romanam cathedram [illegible] ſcriptura, & deinde poſt Petrum X. X. i. id eſt, duodecim cum Cleto, vel cum Lino, & nouem annis poſt eos, [illegible]

Ad hanc ſententiam confirmandam, quod Clemens proximè ſucceſſerit B. Petro, magnum momentum habere debet, quod Tertullianus de præſcriptionibus aduerſus hæreticos Romanorum Eccleſia Clementem à Petro ordinatum [illegible] & [illegible] Latinos [illegible] ſequuti ſunt, [illegible] ſed Latini hoc meliùs ſcire potuerunt. Nam quod D. Hieronymus, origine quidem Latinus, ſed inter Græcos plurimum verſatus, Clementem in Catalogo quartum à Petro facit ſecutus Græcorum, non adeo mouere nos debet [illegible] Latinorum [illegible] à Petro factum, & ipſe [illegible] in primo libro contra Iouinianum, & in ca. Iſaiæ Clementem ſcribit fuiſſe Beati Petri ſucceſſorem. Sed de hac tota quæſtione vide Turrianum lib. 2. pro Epiſtolis Pontificum cap. [illegible]

Clemens Epiſtola 1. ad Iacobum.

EPISTO-

EPISTOLA CLEMENTIS PRIMA ad Iacobum fratrem Domini.

Rufino Torano Aquilienſi interprete.

Pro Epiſtolis Decretalibus Pontificũ Apoſtolicorum copioſè diſſerit Franciſcus Turrianus Societ. Ieſu, quatuor libris.
Ioan. 1. f

CLEMENS Iacobo Fratri Domini, & Epiſcopo Epiſcoporum, regenti Hebræorum ſanctam Ecceleſiam Hieroſolymis, ſed & omnes Eccleſias, quæ vbiquè DEI prouidentia fundatæ ſunt, cum Presbyteris & Diaconibus, & cæteris omnibus Fratribus, Pax tibi ſit ſemper.

Matth. 16. e.

Notum tibi facio, Domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu; fundamentum eſſe Eccleſiæ defin itus eſt, qua de cauſa etiàm Domini ore diuino cognominatus eſt Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini, Apoſtolorum primus, cui & primo Deus Pater filium reuelauit, cui & Chriſtus competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus eſt & electus, & conuiua Domini & comes effectus, tanquàm bonus & probatiſſimus diſcipulus, qui obſcuriorem Mundi plagam Occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus eſt, quique & integrè potuit implere præceptum. Sed quouſquè ſermonem protraho, refugiens indicare quod triſte eſt, quod quidem neceſsè eſt, licèt tardè, proferre? Hic deniquè ipſe Petrus, qui pro immenſa charitate, quam erga omnes homines gerebat, palàm cum omni fiducia (aduerſante etiàm tyrannò totius mundi) bonum prædicare non deſtitit, & regem omnium ſeculorum per orbem terræ, & vſque ad ipſius Romanæ vrbis huius notitiam, vt etiàm ipſa ſaluaretur, inuexit. Hic, inquàm, pro pietate pati volens, præſentem vitam finiuit. In ipſis autem diebus, quibus vitæ finem ſibi imminere præſenſit, in conuentu Fratrum poſitus, apprehenſa manu mea, repentè conſurgens, in auribus totius Eccleſiæ hæc protulit verba: Audite me Fratres & conſerui mei, quoniam, vt edoctus ſum ab eo, qui miſit me, Domino & Magiſtro meo IESV CHRISTO, dies mortis meæ inſtat, Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis & doctrinę cathedram trado: Qui mihi ab initio vſque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnouit: Qui in omnibus tentationibus meis ſocius exutit, fideliter perſeuerans: Quem præ cæteris expertus ſum Deum colentem, hominem diligentem, caſtum, diſcendi ſtudijs deditum, ſobrium, benignum, iuſtum, patientem, & ſcientem ferre nonnullorum (etiàm ex his, qui in verbo Dei inſtituuntur) iniurias. Propter quod ipſi trado à Domino mihi traditam poteſtatem ligandi & ſoluendi, vt de omnibus quibuſcunque

In decret. Iuo. lib. 5.

que decreuerit in terris, hoc decretum ſit & in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, & ſoluet quod expedit ſolui, tanquàm qui ad liquidum eccleſiæ regulam nouerit. Ipſum ergò audite, ſcientes quia quicunque contriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & Patrem omnium exacerbat DEVM; propter quod & vita carebit. Ipſum autem qui præeſt cæteris, oportet medici vicem agere, & non feræ beſtię furore commoueri. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius, rogabam, excuſans me, & declinans honorem cathedrę, vel poteſtatem. At ille reſpondens: Pro hoc, inquit, nè me rogaueris. Hoc enim fieri ſtatutum eſt mihi, & eo magis, quo excuſas: quia hæc cathedra eum, qui cupit eam & audacter expetit, non requirit, ſed ornatum moribus & in verbis eruditum. Quòd ſi eſſet alius melior, ſi quis mihi alius adiutor, tam ſedulus adſtitiſſet, ſi quis tam plenè doctrinæ meę rationem cepiſſet, ſed & Eccleſiaſticas diſpoſitiones à me tam plenè didiciſſet, habens alium talem, non te cogerem opus bonum ſuſcipere nolentem. Superfluum eſt ergò alium quęrere, cùm primitias eorum qui ex gentibus per me ſaluantur, & præcipuè huius vrbis, te primum obtulerim Deo. Sed & illud intuere, quia ſi periculum peccati timens, ſuſcipere refugis Eccleſiæ gubernacula, certus eſto; quia ampliùs peccas qui populum Dei velut in fluctibus poſitum & periclitantem, quum iuuare poſſis, ſubterfugis, tui tantummodò habens conſiderationem, & non quod in commune omnibus expedit, prouidens. Sed certus eſto, quòd neceſsè eſt te ſuſcipere omne periculum, quia nec ego pro ſalute omniũ ab obſecrando ceſſabo. Quanto ergò mihi citiùs acquieueris, tanto me citiùs laboris & triſtitiæ meæ mœrore releuabis. Noui etiàm hoc, ô Clemens, quòd tibi tædia & moleſtias, pericula etiàm & opprobria inerudi ti vulgi indocilisque conciliem, quæ tu tamen, ſcio quòd conſtanter & fortiter feres; reſpiciens ad illam ſpem, quæ tibi apud Deũ patientiæ præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum iuſta ratione perſpicere, quandò maximè opera tua indiget Chriſtus, nunc inimicus aduersùs ſponſam eius commouet bellum, an in futuro tempore, quandò iam CHRISTVS poſt victoriam triũphabit; nec vltra vllius opera indigebit? Quis non etiàm parui ſensûs intelligat, quòd iſtud eſt tempus in quo operam tuam Chriſtus requirit? Tota igitur mente in præſenti neceſſitate præbe operam tuam, & auxilium in prælijs exhibe regi optimo, remunerationes magnificas poſt victoriam redditurо. Libenter ergò ſuſcipe Epiſcopatûs officium, eò maximè, quòd Eccleſiaſticas diſpoſitiones à me probabiliter didiciſti, vt ſalus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquàm vacillet. Veruntamen & breuiter te de ipſius diſpen-

13. q. 3. Quicũq; cõtriſt. Et infrà in epiſt. 1. Alexandri Papæ I.

Videtur polliceri intercesſionem poſt mortem.

diſpenſationis ordine coram omnibus commonere neceſſarium duco. Te quidem oportet irrepræhenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias, nè fideiuſſor exiſtas, nè aduocatus litium fias, néve in vlla aliqua occupatione prorsùs inueniaris, mundialis negocij occaſione perplexus. Neque enim iudicem aut cognitorem ſecularium negociorum hodiè te ordinare vult Chriſtus, vt nè præfocatus præſentibus hominum curis, non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundùm veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta nanque opera, quæ ubi minùs congruere ſuperiùs expoſuimus, exhibeant ſibi inuicèm diſcentes, id eſt, laici: & te nemo occupet ab his ſtudijs, per quæ ſalus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudijs, ſolicitudines ſuſcipere ſeculares: ità & vnicuique laicorum peccatum eſt, niſi inuicèm ſibi etiàm in his, quę ad communis vitæ vſum pertinent, operam fideliter dederint. Te verò ſecurum facere ex his, quibus non debes vacare omnes communiter elaborent. Quòd ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligunt, per Diaconos edocendi ſunt, vt tibi ſolius Eccleſiæ ſolicitudines derelinquant, quò ipſam, vt dignum eſt, diſpenſare ſufficias, & veritatis verbo abundantiùs & ſtudioſiùs deſeruire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, & teipſum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad ſalutem pertinent, pleniùs ſingulis quibuſque diſtinguere. Et ex eo fiet, vt & tu, tanquàm qui non docueris quæ ad ſalutem hominum pertinent, puniaris, & diſcipuli per ignorantiam pereant. Idcircò tu quidem ad hoc ſolum vacato, vt opportunè & ſinè intermiſſione doceas verbum Dei, per quod ſalutem conſequi poſſint. Illi verò cum tanta reuerentia tua verba ſuſcipiant, tanquàm qui ſciant legatum te & præconem eſſe veritatis, & quodcunque ſuper terram ligaueris, eſſe ligatum & in cœlo: & quodcunque ſolueris ſuper terram, etiam ibi eſſe ſoluendum. Quoniam quidem & tu, vt dixi, quæ oportet, ligabis, & quæ expedit, ſolues. Et ad te quidem qui præes, iſta ſint monita, & his ſimilia. Ad preſbyteros verò ſint iſta: Antę omnia, vt pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptijs iungant, quò calorem feruentis ætatis coniugali lege præueniant. Sed nè in prouectioribus quidem curam habere huiuſcemodi negligant, quia in multis, etiàm quum ſenuerit corpus, concupiſcentia viget. Nè fortè ergo fornicationis labes, occaſione accepta tanquàm venenum peſſimum ſerpat in vobis, cauere & anteuenire neceſſarium eſt, nè quod in vobis adulterij occultum coaleſcat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundum nanque in pęnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi

[Left margin notes: 11.q.1.Te quidem. — 11.q.1.Sicut enim. — Idem in Epiſtola Euariſti Papæ. In dec. Iuo.lib.5. — Matt.16.a]

habent, qui aberrant à Deo, etiam ſi ſobriè vixerint. Propter quod vos ô presbyteri, Eccleſiam excolite, & ordinate ſponſam Chriſti ad pudicitiam. Sponſam autem dico, omnem Eccleſiæ congregationem: quæ ſi pudica inuenta fuerit à ſponſo ſuo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur: & uos, velut miniſtri ſponſæ & amici ſponſi, ingenti gaudio & lætitia perfruemini. Si verò ſponſa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipſa quidem tanquàm indigna, * non tradetur regalibus toris. Vòs autem pœnas dabitis, ſi fortè per ueſtram negligentiam uel deſidiam obrepſerit contagio ſæua peccati. Idcircò ante omnia ſobrietatis & pudicitiæ ſolicitudinem gerite. Valdè enim apud Deum graue crimen ducitur fornicatio, cuius ſpecies ſunt quidem plures, ſicut vobis & ipſe Clemens diligenter exponet. Veruntamen prima ſpecies adulterij eſt, virum propria uxore ſolummodò non eſſe contentum, & mulierem non proprio tantùm ſeruare ſe viro. Si ergò caſtus fuerit quis, poteſt & humanus & miſericors fieri, per quod & ipſe æternam à Deo miſericordiam conſequatur. Sanè ſicut adulterij venenum cunctis malis pernicioſius eſt, ità amor fraternus & charitas totius boni faſtigium tenet. Et ideò diligite omnes fratres veſtros, & cum religione ac miſericordia reſpicite ad omnes. Orphanis exhibete voſmetipſos parentes. Viduis uirorum curam impendite cum omni caſtitate, quę neceſſaria ſunt, præbentes. Iuniores tamen viduas nuptijs copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honeſtas aliquas occaſiones, quibus victum neceſſarium quærant. Artificibus verò opera prouidete, debilibus miſericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, ſi charitatem præ ceteris & ante omnia in veſtro corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ & habendæ, maximum erit fomentum, ſi frequenter inter voſmetipſos communem cibum ueſtrum menſamque faciatis, & inquantùm vnuſquiſque præualet, crebriùs panes ac ſales ſuos cum fratribus ſui ſumat. Per hæc enim præcipuè charitas comparatur, & cauſa totius boni in huiuſmodi communione conſiſtit. Vbi autem pax & bonitas, ibì & ſalus. Propter quod communes facite cibos ueſtros cum his, qui ſecundùm Deum fratres ſunt, quia per hæc temporalia officia, pacis & charitatis fructibus gaudia æterna mercamini. Multò autem ſolicitiùs eſurientes reficite, & ſitientibus potum date, nudis veſtimentum: ægros viſitate, & eos qui in carcere ſunt, prout poſſibile eſt, iuuate: peregrinos ſatis promptè in domibus veſtris ſuſcipite. Et nè omnia nunc ſingulatìm dicam, omne bonum ipſa per ſe (ſi in vobis fuerit) charitas vos facere docebit, ſicut & ecõtrariò eos qui à ſalute alieni ſunt, omne malum facere odium docet. Si qui ex fratribus negocia habent inter ſe, apud cognito-

[Right margin notes: 32.q.7. Quid in omnibus. Et in dec. Iuo. lib.7. — * tradet a regalib. — Prima ſpecies adulterij. — 1.Cor.13.d — 1.Pet.4.b — Matt.25.d Itē in epiſto.2 Euariſti Papæ. — 11.q.1. Si qui ex.]

res

res ſeculi non iudicentur: ſed apud Presbyteros Eccleſiæ, quicquid illud eſt, dirimatur:& omni modo obediant ſtatutis eorum. Super omnia autem auaritiam ſugite, quæ homines occaſione præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras, ſtateras,pro locis quibuſque æquiſſima cuſtodite: depoſita fideliter reſtituite. Quæ omnia,& ſi qua ſunt ſimilia his, ità demùm ſolicitè & diligenter implebitis, ſi futurum Dei iudicium ſinè intermiſſione in veſtro corde voluatis.

Eccle.7. d Quis enim peccare poterit, ſi ſemper ante oculos ſuos Dei iudicium ponat? Quod in ſine mundi certum eſt agitandum, ut tandèm qui benè in hac vita egèrunt, conſequatur bona repoſita, peccatores autem ut conſequantur præparatas & reconditas pœnas, de quibus ità futurum dubitare omninò non

Matt.25. cd poſſumus. Siquidem hæc omnia ita eſſe ventura, verus nobis propheta prædixit. Vndè & vos, qui eſtis veri prophetæ diſcipuli, abijcite à cordibus veſtris ante omnia diſcordias & animorum diſſenſiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac ſimplicitatem tota mente ſeruate. Quòd ſi fortè alicuius cor vel liuor, vel infidelitas,

Nota de confeſſione ſacramentali. vel aliquod malum ex his,quæ ſuperiùs memorauimus, latenter irrepſerit, non erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præeſt, vt ab ipſo per verbum Dei & conſilium ſalubre curetur, quò poſſit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire.

Diſt. 93. Diaconi eccleſiæ. Diaconi verò Eccleſiæ, tanquam oculi ſint Epiſcopi, oberrantes, & circunſtantes cum verecundia actus totius Eccleſię, & perſcrutantes diligentiùs, ſi quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad Epiſcopum, & commoneri ab eo poſſit is qui in præcipitium lapſurus eſt, vel reuocetur, & non corruat in peccatum. Negligentiores quoque & eos qui tariùs ad audiendum uerbum Dei accedunt, nec ſolicitè ad Epiſcopi tractatum conueniunt, ipſi commoneant & hortentur. Si enim aſſidui ſint ad audiendum, non ſolùm uitæ æternæ ex ſalubri commonitione capiunt lucra, verùm & quæcunque illæ ſunt triſtitiæ vel mœrores, quæ ex præſentis vitæ neceſſitatibus & cladibus temporum ueniunt, quæque malorum ſermonibus in corde ſuo velut iacula defixa circunferunt, abijciuntur omnia prædicatione ueritatis & uitæ æternæ doctrina & eruditione purgata. Alioqnin, ſi multo tempore auditum ſubtrahant à uerbo Dei, & remaneant in cultu vitiorum,

Deſunt al ferunt, ſpinas ac ſinè dubio ſpinis erunt ac ſentibus occupati. Et quid aliud, niſi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergò, vt diximus, diaconis cura ſit. Sed & eos qui ſecundùm carnem ægrotant, ſolicitè perquirant, & plebi (ſi fortè plebs ignorat) indicent de his, ut ipſi uiſitent eos, & quæ neceſſaria ſunt, præbeant eis cum conſcientia eius qui præeſt. Quod tamen etiàm ſi clàm fecerint, non peccabunt. Sed & de peregrinis, ſimiliter Epiſcopo ſuggerant, reſouendis, & cætera his ſimilia, quæ ad cultum Eccleſiæ & diſciplinam eius pertinent, diaconis curæ ſint. Qui catechizant, id eſt, qui uerbo inſtruunt incipientes, primò oportet, vt ipſi inſtructi ſint. De anima enim agitur hominum. Et oportet eum, qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talem, ut pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergò ipſe præcipuè apprimè eſſe eruditus & doctos, irreprehenſibilis, maturus, impauidus, ſicut ipſi probabitis fore Clementem hunc poſt me. Multum eſt autem, ſi ego nunc de ſingulis, quæ unuſquiſque habere debeat, proſequar. Veruntamen illud eſt quod prę cęteris ab omnibus uobis cupio in commune ſeruari, vt concordiam teneatis, per quod ſolum poteſtis portum quietis intrare, & ciuitatem ſummi regis (quæ pax nominatur) habitare. Similis nanque eſt ſtatus omnis eccleſię magnę naui, quę per undoſum pelagus diuerſis è locis & regionibus uiros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergò nauis huius dominus, ipſe omnipotens Deus, gubernator uerò ſit Chriſtus. Tum deindè proretę officium Epiſcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi diſpenſatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur: epibatis autem, totius fraternitatis multitudo ſimilis ſit: ipſum quoque mare hic mundus habeatur: uentorum uerò uarietates & turbinum, diuerſis tentationibus cooferantur: perſequutiones, tribulationes & pericula, fluctibus exequentur. Terreni uerò ſpiritus, qui uel de torrentibus, uel de conuallibus ſpirat, pſeudoprophetarum & ſeductorum, ſeu prauę doctrinę uerba ducantur: promontoria uerò & loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſeculi ſunt iudices, & pericula minantur & mortes. Dithalaſſa uerò loca, quę duplicibus undę fallacis ęſtibus uerberantur, dubijs mente, & de repromiſſionum ueritate nutantibus conſerantur, atque his qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt. Hypocritæ autem & doloſi, piratis ſimiles habeantur. Iam uerò rapidus uortex, & tartarea charybdis, & ſaxis illiſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones quid aliud æſtimāda ſunt, quàm peccata? Reſtat igitur, ut hęc nauis curſu proſpero tuta poſſit portum deſideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere nauigantes, ut mereantur audiri. Audiri autem à Deo ità demùm merebitur quis, ſi orationes *ipſę bonis moribus & bonis operibus adiuuentur. Sed ante omnia cum quiete & ſilentio, epibatę (id eſt, laici) in ſuis unuſquiſque reſideant locis, nè fortè per inquietudinem, & inconditos inutileſq; diſcurſus, ſi paſſim uagari

Margin notes (right): Diſt. 93. Diaconi eccleſiæ. — Eccleſiæ magnæq; nauis lepida collatio. — *ipſius

vagari cœperint, vel ab officio ſuo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis preſſa dimergatur. Nautologi de mercedibus commoneant: & nihil omninò, quod ad diligentiam vel ad diſciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri, velut nautæ, aptent ſingula ad inſtructionem nauis diligenter, & inſtruant, quæ in ſuo tempore requirenda ſunt. Epiſcopus tanquàm proreta, vigilanter & ſolicitè gubernatoris verba cuſtodiat Chriſti. Saluator Dominus gubernator eccleſiæ ſuæ, diligatur ab omnibus, & ipſius ſolius præceptis ac iuſſis credat & obediat omnis Eccleſia. Deo quoquè indeſinenter ſupplicetur à cunctis de proſperitate ventorum, vt nauigantes, omnem tribulationem & omnè periculum ſuperent, tanquàm mare profundum mundi iſtius & vitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo eſuriendum ſit & ſitiendum, nuditatem quoquè ferendam, morbos etiàm corporis & ægritudines tolerandas. Inſupèr & hominum inſidijs ac dolo ſæpè laborandum, quippe qui diſpergendos ſe nonnunquàm nouerint, ſed aliquandò etiàm congregandos, vomitus quoquè & ſuggillationes ferendas; quum ex confuſione peccatorum & reiectione criminum, velut malè congregati in viſceribus fellis, iactura facienda eſt, & abijcienda prorsùs è corde omnis intrinſecùs quæ latet, amaritudo peccati, ſi qua fortè ex deſiderijs iniquis, velut ex cibis noxijs congregata eſt. Quam vtique quum euomuerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, ſi tamen post vomitum, quæ ad ſanitatem pertinent, ſumat. Veruntamen ſcitote cuncti, quòd ſupra omnes vos laboret Epiſcopus: quia vnuſquiſque veſtrûm ſuum proprium fert laborem, ille verò & ſuum & ſingulorum. Propter quod, ô Clemẽs, tanquàm qui omnibus præeſſe te noueris, ſingulos (prout potueris) iuua, & ſingulos releua, qui & ſingulorum onus & ſolicitudinem portas. Vndè & ego nunc hanc tibi iniungens diſpẽſationem, ſcio quia accipio gratiam magis, quàm præſto. Sed eſto confidens, & fortiter ferens, certus quia laboris tui meritum recipies, quum ad portum quietis incolumem hanc prouexeris nauem. Ibi mercedes & præmia pro omnium ſalute ſuſcipies, ſi hic pro omnium incolumitate vigilaueris. Itaque ſi te multi è fratribus propter rigorem iuſtitiæ odio habuerint, ex hoc quidem nõ læderis, ſed ex huiuſcemodi odijs amor tibi conciliabitur Dei. Et ideò ſatage magis & refuge, nè lauderis ab iniquis, & nè à peſſimè agentibus diligaris, ſed potiùs propter iuſtam diſpenſationem, & æquiſſimam regulam diſciplinæ, à Chriſto collaudari merearis. Hæc quum dixiſſet, & his ſimilia quàm plurima, rurſùm reſpiciens ad populum, dixit: Sed & vos chariſſimi fratres & conſerui mei, huic qui præſidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite, ſcientes quòd ſi quis hunc contriſtauerit, Chriſtum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui Chriſtum non ſuſceperit, nec Deum Patrem ſuſcepiſſe iudicabitur, & ideò nec ipſe ſuſcipietur in regno cœlorum. Propter quod ſatagite ad omnem collectam & congregationem ſemper conuenire, vt non velut negligentes & deſides à iudice Chriſto condemnemini. Conuenientes verò ſemper ad Clementem, date omnes operam pro ipſo ſentire, & ſummo ſtudio fauorem veſtrum erga ipſum oſtendere, ſcientes quia propter ſingulos veſtrûm, ipſi magis ſoli infeſtus eſt inimicus, & in ipſum maiora ſuſcitat bella. Oportet ergò vos ſummo ſtudio niti, vt omni erga illum vinculo amoris innexi, pleniſſimo erga eum inhæreatis affectu. Sed & vos quoque ipſi vnanimes in omni concordia perdurare, quò faciliùs etiam illi obedire omnes pari & conſenſu & vnanimitate poſſitis. Propter quod & vos ſalutem conſequi, & ille poſſit, obtemperantibus ſibi vobis, promptiùs impoſiti oneris pondus euehere. Quædam etiam ex vobis ipſis intelligere debetis, ſi qua ſunt, quæ ipſe propter inſidias hominum malorum nõ poteſt euidentiùs & manifeſtiùs proloqui. Verbi gratia: Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, Cum illo nolite amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſq; commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe nõ loquitur, vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias reparare, feſtinet citiùs recõciliari ei, qui omnibus præeſt, & per hoc redeat ad ſalutem, quum obedire cœperit monitis præſidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus non eſt, & loquutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur: vnus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare volunt Eccleſiam Dei: & cùm corpore vobiſcum eſſe videatur, mente & animo contra vos eſt. Et eſt multò nequior hoſtis hic, quàm illi qui foris ſunt; & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimici ſunt, gerit, & Eccleſiam diſpergit ac vaſtat. Et cùm hæc dixiſſet, in medio coram omnibus manus mihi impoſuit, & in cathedra ſua, ingenti verecundia fatigatum, ſedere me compulit. Quumque ſediſſem, hæc ad me rurſùm loquutus eſt: Deprecor te, ô Clemens, coram omnibus qui præſentes ſunt, vt poſtquàm (ſicut naturæ debitum eſt) vitæ præſentis finem fecero, Iacobo fratri Domini, deſcripta breuiter, vel quæ ad initium fidei tuæ ſpectat, vel etiam quos ante fidem animos geſſeris: ſed & qualiter mihi ab initio vſque ad finem comes itineris & actuum fueris, quique per ſingulas ciuitates (me diſputante) ſolicitus auditor extiteris, quique in prædicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuũ, ſed & qui me finis in hac vrbe repererit, ſicut

Diſt. 93. Et in epi. dec. 3. Anacl. Papę cujus initium eſt, Benedictus Deus, Et ſimiliter Fab. Papę, quæ incipit, Diuinis præceptis.

dixi; omnia, qui potes, breuiter compræhenſa, ad ipſum tedeſtinare non pigeat. Nec verearis, nè fortè multùm de meo exitu contriſtandus ſit, quum id me pro pietate ſuſtinere non ambigat. Erit autem ei grande ſolatium, ſi didicerit, quòd poſt me non imperitus vir aliquis aut indoctus, atque ignorans diuini verbi
*miniſterium. * myſterium, & Eccleſiaſtici ordinis diſciplinâ
vel doctrinæ regulam neſciens, ſuſceperit cathedram meam: ſcit enim, quia ſi indoctus & inſcius officium Doctoris accipiat, ſinè dubio diſcipuli & auditores ignorantiæ tenebris obuoluti, in interitum demergêtur. Vndè & ego, mi Domine Iacobe, quum hæc ab eo præcepta ſuſceperim, neceſſè habui implere quod iuſſerat, indicans tibi & de hiſipſis, ſimul & de illis breuiter cõprçhedens, quæ per ſingulas quaſque vrbes digrediens, aut in prędicationis ſermone protulerit, aut in geſtorum virtute perfecerit, quamuis tibi de his plurima iã & pleniùs antè deſcripta, ipſo iubente trãſmiſerim, ſub eo ipſo titulo, quem ipſe præcepit affigi, id eſt, Clementis Itinerarium, non prædicationis Petri. Sed & nunc exponere iam, quæ præ-
Mat. 3. Compendiolũ fidei Chriſtianæ. cepit, Domino opem ferente, incipiam: (Pœnitemini,)inquit, (& veram agite pœnitentiã.) Omnes ergò homines, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, Patrem & Filiũ & Spiritumſanctum, vnũ Deum & Dominum vera iter credere & confiteri, eumque tota mente & toto corde & tota virtute diligere, & proximos ſuos tanquàm ſemetipſos, docibileſque eſſe vſque ad perfectam doctrinam ad hæc perficienda, ſummoperè oportet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis eſt fundamẽtum. Sinè fide au-
Heb. 11. a. tem placere Deo nemo poterit. Chriſto itaque
Act. 1. & 2 reſurgente, & aſcendente in cœlum, miſſo ſancto Spiritu, collata Apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc in vno politi, ſymbolum, quod fidelis nunc tenet Eccleſia, vnuſquiſque quod ſenſit dicendo, condiderunt, vt diſcedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes prędicarent. Summam ergò totius fidei Catholicę recenſentes, in qua & integritas credulitatis oſtenditur, & vnius Dei omnipotentis (id eſt, ſanctæ Trinitatis) æqualitas declaratur, & myſterium incarnationis filij Dei, qui pro ſalute humani generis à Patre de cœlo deſcẽdens, de
* quoque Virgine naſci dignatus eſt, * quoquo ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodò ſepultus ſurrexerit, & in carne ipſa cœlos aſcenderit, ad dextramque patris conſederit, iudex venturus ſit, ac qualiter remiſſionem peccatorum ſacro baptiſmate renatis contulerit, & reſurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram, ſic docuerunt. Symbolum enim Græcè, Latinè collatio dicitur. Et hoc prædicti ſancti Apoſtoli inter ſe, per Spiritumſanctum ſalubriter (vt dictũ eſt) condiderunt. Dicitur & indicium, quòd per hoc, qui rectè crediderit, indicatur. Ergò cunctis credentibus, quæ continentur in præfato ſymbolo, ſalus animarum & vita perpetua bo-

nis actibus præparatur. Et quod in primordio eiuſdem ſymbolo præponitur, CREDO IN DEVM Patrem omnipotentem; præclarum fidei teſtimonium & fundamentum in prima fronte monſtratur, quia ſaluus eſſe poterit,
qui rectè crediderit. (Credere enim oportet Heb. 11. b
accedentem ad Deum:) quoniam (corde cre- Rom. 10. b
ditur ad iuſtitiam, & ore cõfeſſio fit ad ſalutẽ.)
Vndè ait Propheta: (Credidi, propter quod Pſal. 115.
locutus ſum.) Et illud, (Iuſtus ex fide viuit.) Rom. 1. b. Abac. 2. a
Et, (Niſi credideritis, non intelligetis.) Ergò in Eſa. 7. b
rebus humanis nullum opus incipitur, niſi labor omnis ad effectum venire credatur. Vndè credendum eſt in Deum, à quo tam præſens vita, quàm futura tribuatur. Deus autem appellatio eſt ſubſtantiæ ſempiternę, ſiue timoris diuini. Igitur Deus ſinè principio, ſinè fine, ſimplex, incorporeus, & incompræhenſibilis. Patrem autem cùm audis, agnoſce quòd habeat filium veraciter genitum; ſicut poſſeſſor dicitur, qui aliquid poſſidet: & dominus, qui habet cui dominetur. Deus ergò Pater, ſecreti ſa-
cramenti vocabulũ eſt, cuius verè filius eſt ver- Hebr. 1.
bum, & ſpeculum, & character, & imago viuens Patris viuentis, in omnibus Patri ſimilis, eiuſdem naturæ in diuinitate, genitus, & genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur, quomodò genuit filium, quod & angeli neſciunt, & prophetis incognitum eſt. Vndè illud dictũ
eſt: (Generationem eius quis enarrabit?) Quã Eſa. 53. c
ſecretam originem cum proprio filio, nouit ipſe ſolus qui genuit. Nec Deus à nobis diſcutiẽdus eſt, ſed credendus: qui in nobiſipſis neſcimus, quod ſapimus, quomodò ſapientia, ingenium, aut intellectus, aut conſilium, aut mens noſtra generat verbum. Sed ſufficiat nôſſe, quia
lux genuit ſplendorem, ſicut ait propheta, (In Pſal. 109.
ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante Luciferum genui te.) Et illud, (Hic Deus noſter, & Baruch 3. d
non reputabitur alter ad eum.) Et pòſt, (In terra viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt.)
Diligere ergò Deum vnumquenque ex toto Ibidem.
corde, & ex tota anima (vt præfixum eſt) ex to- Mat. 22. b
ta fortitudine oportet, & proximum tanquàm ſemetipſum, reſpõdente Domino cuidam ſcri-
barum ac dicente; (Primum omnium manda- Mar. 12. e
tũ eſt, Audi Iſraël: Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt; Et, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota virtute tua: Hoc eſt primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges proximum tuũ tãquàm teipſum.) Maius horum aliud mandatum non eſt, quod maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs. Vndè & in veteri teſtamento ſcriptum
habetur; (Quod tibi fieri non vis, alteri nè fe- Tobiæ 4. c
ceris.) Et Dominus ait: (Omnia quæcunque Matt. 7. b
vultis vt faciant vobis homines, & vos facite ſi- Luc. 6. [illegible]
militer illis.) Quibus vtriſque mandatis, per vnum malitia compeſcitur, & per aliud benignitas propagatur, vt nè malum quis inferat, ſed bonum impendat. Primum, vt caueat lædere; Secundũ, vt nôrit bonũ præſtare. (Si enim 1. Ioan. 4.

nũl fratrem

fratrem quem vides, non diligis, Deum quem non vides, quomodò potes diligere?) Sic ergò nos decet exercere curam noſtram, vt non dimittamus curam veſtram: & ſic diligere nos, nè negligatur dilectio proximi: quia Dei dile-
Can. 8. ctio morti comparatur, dicente ſapientia, Valida eſt dilectio vt mors: idcircò quia ſicut mors violenter ſeparat animam à corpore, ità dilectio Dei ſeparat animam violenter à mun-
Ioan. 14. dano & carnali amore. (Qui enim) Dominus „ inquit (diligit me, mandata mea ſeruabit.) Nã qui Dei præcepta contemnit, Deum non dili-
Ibidem. git. Vndè ſcriptum eſt: (Nolite putare quòd „ maneatis in dilectione mea, ſi non ſeruaueri- „ tis præcepta mea.) Neque enim regem diligimus, ſi odio leges eius habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille Deum diligere, qui noſcitur in proximi corruere dilectione: quia per dilectionem proximi, peruenitur ad cha-
Matt. 22. d ritatem Chriſti, quoniam (vt prælibatum eſt) in his duobus præceptis tota lex pẽdet & prophetæ. Docibiles ergò, qui perfectè docti non ſunt ad hæc peragenda, oportet omnes eſſe, & vt ipſi docti ſint, & alios prudenter inſtruere,
Dan. 12. c & perfectè poſſint docere, iuxta Daniele prophetam, qui ait: (Populus autem ſciens Deum „ ſuum, obtinebit & faciet, & docti in populo „ docebunt plurimos.) Omnes docibiles, vt iam dictum eſt, qui docti ſunt, eſſe oportet: ſed ſacerdotes doctiores cæteris populis neceſsè fo-
Matt. 15. b re docebat Chriſtus, dicens, (Quia ſi cæcus cæ-
Matt. 5. b co ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.)
Diſt. 93. Sacerdotes verò. Sacerdotes verò ſal terræ & mundi lumen docens, præcepit in ſplendore bonorum operum patrem glorificare Deum, de quibus Dominus
Matt. 5. a ait: (Beati eſtis, quum malè dixerint vobis ho- „ mines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint „ omne malum aduerſum vos, mentientes, pro- „ pter me. Gaudete & exultate, quoniam merces „ veſtra copioſa eſt in cœlis: Sic enim perſequu- „ ti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos e- „ ſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſa-
d. „ lietur? Ad nihilum valet vltrà; niſi vt foràs „ mittatur, & conculcetur ab hominibus. Non „ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, „ neque accendunt lucernam, & ponunt eã ſub „ modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omni- „ bus qui in domo ſunt, vt qui ingrediuntur, lu- „ men videant. Sic luceat lux veſtra coram ho- „ minibus, vt videant bona opera veſtra, & glo- „ rificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.) Epiſcopos autem per ſingulas ciuitates, quibus ille non miſerat, perdoctos & prudentes ſicut ſer-
Matt. 10. pentes, ſimplicesque ſicut columbas, iuxta Domini præceptionem, nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoauimus, & Domino opem ferente, facturi ſumus. Vos autẽ per veſtras diœceſes Epiſcopos ſacrate & mittite, quia nos ad alias partes (quod idem iuſſit) agere curabimus. Aliquos verò ad Gallias Hiſpaniasq́; mittemus, & quoſdam ad Germaniam & Italiã, atque ad reliquas gẽtes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores & rebelliores gentes eſſe cognouerimus, illuc dirigere ſapientiores & auſteriores neceſsè habemus, qui quotidiè nõ ceſſent diuina ſeminare ſemina, & multos Chriſto lucrari, & ad rectam fidem & viam veritatis perducere, vt plures manipulos Domino valeant præſentare. In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos * archiflamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Epiſcoporum Primates poni, vel * Patriarchas, qui reliquorum Epiſcoporum iudicia & maiora (quotiès neceſsè foret) negocia in fide agitarent, & ſecũdùm Dei voluntatem, ſicut cõſtituerunt ſancti Apoſtoli, ità vt nè quis iniuſtè periclitaretur, definirent. In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant, quàm memoratos Primates, Archiepiſcopos inſtitui præcepit, qui non tamẽ Primatum, ſed Archiepiſcoporum fruerentur nomine. Epiſcoporum quoque iudicia (vt ſuperiùs memoratum eſt) & maiora Eccleſiarũ negocia, ſi ipſi reclamauerint, aut aliquem timorem, aut iſtos vel alios ſuſpectos habuerint, ad iã dictos Primates vel Patriarchas, nè * aliquis innocenter periret, transferri * perdocuit. In ſingulis verò reliquis ciuitatibus ſingulos, & non binos vel ternos aut plures, Epiſcopos cõſtitui præcepit, qui nõ Primatum, aut Archiepiſcoporum, ant Metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, ſed Epiſcoporũ tantùm vocabulo potirentur, quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par inſtitutio fuit, ſed vnus omnibus præfuit. Hoc tamen præuidendum inſtituit, nè in villis, aut caſtellis, vel modicis ciuitatibus inſtituerentur Epiſcopi, nè vile eorũ nomen fieret. Epiſcopos ergò vicem Apoſtolorum gerere, Dominum docuiſſe dicebat, & reliquorum Diſcipulorum vicem tenere presbyteros debere inſinuabat. Et ſi quis aliquem ex his ſcandalizaret, grauiſſimam illi pœnam inferri debere prædicabat. Cunctos ſe inuicèm diligere & adiuuare debere, & neminem ab adiutorio fratris ſe ſubtrahere inſtruebat. Homicidas verò & adulteros ac cũctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab eorum vexatione & accuſatione (docente Domino) prohibebat, & non niſi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat, quia diſcipulum ſupra magiſtrũ eſſe, aut vllam ei iniuriã inferre, nullatenùs debere oportet: Infames etiàm omnes, & quos Primates & leges ſeculi non ſuſcipiunt, ſed & laicos ab eorũ accuſatione & vexatione ſemper repelli debere, rogabat, & cunctos illis ſubditos eſſe præcipiebat. Cunctorum ſacerdotum vitam, ſuperiorem ſanctioremque ac diſcretam à ſecularibus & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſque atq; ſacerdotes ſuper carnales ac laicos ſemper conſtituendos docebat, quoniam pro minimo nobis eſſe debet, vt à talibus arguamur & iudicemur, vel ab humano die. Maiores verò, à minoribus nec accuſari, nec iudicari vllatenùs poſſe dicebat, quoniam non ſolùm

Diſt. 80. In illis ciuitatibus. *primi ſacerdotes flamines. *primi flamines.
*quis innocenter. *iuſſit.
In dec. Iuo. lib. 2
7. q. 1. Beatus Petrus
Matt. 10. c
2. q. 7. Laici in accuſatione.
1. Cor. 4. c

lũm hoc diuinas, ſed & leges ſeculi inhibere docebat. Omnes ergò legum diuinarum libenter violatores, & ſacrarum inſtitutionum voluntariè perturbatores, Eccleſiaſtica indignos regula & ſancta communione, iudicabat. Operatores verò earundẽ, eiſque obedientes, vitarumque ac cęterorum bonorum dignos eſſe dicebat. Vndè & prophetas in teſtimoniũ ſumebat:

Eſa. 1. a (Audite cœli & auribus percipe terra, quoniam Dominus loquutus eſt: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem non cognouit me, & populus meus non intellexit. Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis: Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, ab alienati ſunt retrorsùm. Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem? Omne caput languidũ, & omne cor mœrens: à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: Vulnus & liuor, & plaga tumens non eſt circunligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igne ſuccenſæ. Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili, & derelinquetur. Væ) inquit, (qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Proptereà dilatauit infernus animam ſuã, & aperuit os ſuum abſque vllo termino. Et deſcendent fortes eius, & populus eius, & ſublimes glorioſique eius ad eũ. Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia.) Carnales ſpiritualibus reſiſtere prohibebat. Et de his qui ceruices ſuas contra magiſtros & ſeniores ſuos erigebant,

Eſa. 14. c hęc in exemplum adducebat: (Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, cócidit cadauer tuum. Subter te ſternetur tinea, & operimentũ tuum erunt vermes. Quomodò cecidiſti de cęlo Lucifer, qui manè oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cœlum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte Teſtamenti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Veruntamen ad infernum detrahéris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teq; proſpicient: Nunquid iſte eſt vir, qui conturbauit terrã, qui concuſſit regna, qui poſuit orbem deſertũ, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius non aperuit carcerem?) Ebrietatẽ oppidò prohibebat, & ebrioſos, corpore & animo mortuos eſſe prædicabat: De quibus &

Eſa. 5. c in exemplum aiebat: (Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectãdam, & portandũ vſque ad veſperã, vt vino æſtuetis, Cithara & Lyra & Tympanum & Tibia & vinum in cõuiuijs veſtris, & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis.) Et iterùm: (Vę qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem: Qui iuſtificatis Ibidem. c impium pro muneribus, & iuſtitiã iuſti aufertis ab eo. Propter hoc, ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim legẽ Domini exercituũ, & eloquiũ ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Ideò iratus eſt furor Domini in populo ſuo, & extẽdit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum. Et cóturbati ſunt montes, & facta ſunt morticina eorũ quaſi ſtercus in medio platearum. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extẽta.) Nullum ẽt presbyterũ in alicuius Epĩ parochia aliquid agere debere, abſque eius permiſſu, * docebat: ſed & cũctos Presbyteros proprijs Epiſcopis in omnibus abſque mora obediẽtes (inſtituente Domino) eſſe debere docebat. Nullũ itèm aliena concupiſcere aut præſumere, quæ eorum erant, ſed vnumquenque ſuis ſibique commiſſis * contentos eſſe docebat. Neminem etiàm alicui aliquid facere, niſi quod ſibi fieri vellet, inſtruebat. Sanctam quoquè Eccleſiam immaculatam omnes ſeruare debere euangelizabat, cuius claues Epiſcopos eſſe dicebat. Ipſi enim habent poteſtatem claudere cœlum, & aperire portas eius, quia claues cœli facti ſunt. Admonere autem eos neminem debere docebat, quia oculi Domini ſunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quanta pœna dignus ſit, qui eos ſcandalizat, ipſum Dominum docuiſſe dicebat, vbi ait: (Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo ab ſcandalis. Neceſſè eſt enim vt veniant ſcandala: veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Si autem manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proijce abs te. Bonum eſt tibi, ad vitam ingredi debilem, quam duas manus habentem, mitti in gehennam ignis. Et ſi pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum & proijce abs te. Bonũ eſt tibi, introire ad vitam claudum, quàm duos pedes habentẽ, mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum, & proijce abs te. Bonum eſt tibi, vnum oculum habentem in vitam introire, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Videte, nè cõtemnatis vnum ex his puſillis. Amèn dico vobis, Quęcunque alligaueritis ſuper terram, erunt alligata & in cœlo: & quęcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.) Et iterùm per Prophetam loquitur, dicẽs:) Expauit (inquit) cœlum ſuper hoc, & hor-

* volebat.

* contentum abire oportere.

Tob. 4 c

Matt. 18. c

Zacha. 2 c

Matt. 18. a b c.

& horruit ampliùs vehementer, dicit Domi-
nus.) O intolerabilem malignitatẽ, O linguam
iniquitatem loquentem contra Deum, & men-
tem in altitudinem cornu extollentem. Et ite-
Eccle. 28. propè finem. rùm: (Impone homo tuæ linguæ oſtium & ſe-
ram.) Ceſſa, cornu in altitudinem extollens, &
loquens aduersùs Deum iniquitatem & pro-
ximum tuũ. Quouſquè inſultas patienti Chri-
1. Cor. 8. ſto & Fratribus? Sic autem peccantes in Fra-
tres, & percutientes eorum infirmam cõſcien-
tiam, in Chriſtum grauiter peccatis, & rei iu-
dicio effecti, infames efficiemini, & iuſtè re-
pellemini. Et iterùm per Prophetã loquitur,
Eſa. 61. b c d. dicens: (Vos autem ſacerdotes Domini voca-
bimini, Miniſtri Dei noſtri; dicetur vobis: For-
titudinem gentium comedetis, & in gloria eo-
rum ſuperbietis. Pro confuſione veſtra duplici
& rubore, laudabunt partem eorum. Propter
hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt, & læti-
tia ſempiterna erit eis: Quia ego Dominus di-
ligens iudicium, & odio habẽs rapinam in ho-
locauſtum: Et dabo opus eorum in veritate, &
fœdus perpetuum feriam eis. Et ſcietur in gen-
tibus ſemen eorum, & germen eorum in me-
dio populorum. Omnes qui viderint eos, co-
gnoſcent eos, quia iſti ſunt ſemen cui benedi-
xit Dominus. Gaudens gaudebo in Domino;
& exultabit anima mea in Deo meo: Quia in-
duit me veſtimento ſalutis, & indumento iuſti-
tiæ circundedit me, quaſi ſpõſum decoratum
corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus
ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, &
ſicut hortus ſemen ſuum germinat, ſic Domi-
nus Deus germinabit iuſtitiam & laudẽ coram
vniuerſis gentibus.) Eos autem à ſolo Domino
aut iudicandos, aut remouendos, & non ab a-
lijs eſſe dicebat, quia ſui ſunt, & non alterius.
Et quis eſt, qui alterius iudicet ſeruum? Nam
ſi non patiuntur homines, nec Deus Deorum
& Dominus Dominantium hæc vliatenùs pa-
titur. Vndè & prophetas ſibi teſtes eſſe dice-
Eſa. 48. b bat, per quos Dominus loquitur, dicens: (Ec-
cè excoxi te, ſed non quaſi argentum: elegi te
in camino paupertatis. Propter me faciam, vt
non blaſphemer, & gloriam meam alteri non
dabo. Audi me Iacob & Iſrael, quem ego voco:
Ego ipſe, ego primus, & ego nouiſſimus. Ma-
nus quoquè mea fundauit terram, & dextera
mea mẽſa eſt cœlos. Ego vocabo eos, & ſtabunt
Eſa. 51. c. ſimul. Me inſulæ expectabunt, & brachium
meum ſuſtinebunt. Salus autem mea in ſempi-
ternum erit, & iuſtitia mea non deficiet. Au-
dite me, qui ſcitis iuſtum, populus meus, lex
mea in corde eorũ. Nolite timére opprobrium
hominũ, & blaſphemias eorum nè metuatis.
Sicut enim veſtimentum ſic comedet eos ver-
mis, & ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea. Sa-
lus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia
mea in generationes generationũ. Et iterùm:
Eſa. 40. g Abſcondita eſt vita mea à Domino, & à DEO
meo iudicium meum tranſibit. Nunquid ne-
ſcis, aut non audiſti? Deus, ſempiternus Do-
minus, qui creauit terminos terræ, nõ deficiet,
neque laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientiæ
eius. Qui dat laſſo virtutem, & his qui non
ſunt, fortitudinem & robur multiplicat. Defi-
cient pueri & laborabunt, & iuuenes in infir-
mitate cadent. Qui autem ſperant in Domi-
no, mutabunt fortitudinem: aſſument pennas
ſicut aquilæ: current, & non laborabunt: am-
bulabunt, & non deficient. Taceant ad me in- Eſa. 41. a
ſulæ, & gentes mutẽt fortitudinem. Accedant,
& tunc loquantur, ſimul ad iudicium propin-
quemus.) Hos autem qui eos vetant, aut amo-
uere vel damnare nitũtur, Dominus per pro-
phetam damnat, & vſque ad ſatisfactionẽ eo-
rum & Eccleſię damnatos eſſe docebat, vbi ait:
(Talia elegerunt in vijs ſuis, & in abominatio- Eſa. 66. b
nibus ſuis anima eorum delectata eſt: Vndè &
ego eligam illuſiones eorum, & damnationem
adducam eis, quia loquutus ſum eis, & nõ au-
dierunt: feceruntque malum in oculis meis, &
quæ nolui, elegerunt. Audite verbum Domi- Eſa. 65. d
ni, qui tremitis ad verbũ eius: Dixerunt Fra-
tres veſtri, odientes vos, & abijcientes propter
nomen meum. Glorificetur Dominus, & vide-
bimus in lætitia veſtra, ipſi autẽ cõfundentur.)
Non enim laborabunt fruſtrà in conturbatio-
ne præſules mei, quia ſemen benedictorũ Do-
mini eſt. Antequam clament, Ego exaudiam:
adhuc illis loquentibus, Ego audiam. Ad glo-
rificandum ſe, & Diuina mandata ſeminanda
& euangelizanda, eos Dominus elegit, & non
vt prohibeantur, aut perturbẽtur, ſuggerebat:
quoniam qui eos lædit, eum lædit, cuius Lega-
tione funguntur. Prædicare eos aſſiduè, &
mãdata Domini ſinè intermiſſione annuncia-
re rogabat. Opera eorum bona coram homi-
nibus monſtrare, & conſcientiam bonam co-
ram DEO habere inſinuabat. Omnes princi-
pes terræ, & cunctos homines eis obedire, &
capita ſua ſubmittere, eorumque Adiutores e-
xiſtere præcipiebat, vt omnes pariter fideles &
cooperatores legis Dei mõſtrarentur, nè de eis
dicatur: (Confundentur & erubeſcent omnes, Eſa. 41. c
qui pugnant aduersùm te, & erunt quaſi non
ſint, & peribunt viri qui contradicunt tibi:
Quæres eos, & nõ inuenies viros rebelles tuos.
Erant quaſi non ſint, & veluti conſumptio ho-
minis bellantis aduersùm te.) Omnes ergò qui
eis contrauenıunt, ità damnatos & infames vſ-
que ad ſatisfactionem monſtrabat; & niſi cõ- 11. q. 3. Si autem vobis.
uerterentur, à liminibus Eccleſiæ alienos eſſe
præcipiebat. Homicidiorum verò tria genera De pœn. diſt 1. Homicidiorum tria.
eſſe dicebat, & pœnam eorum parilem fore do-
cebat. Sicut enim homicidas interfectores fra-
trum, ità & detractores eorum, eosque odien-
tes, homicidas eſſe manifeſtabat: quia & qui
occidit fratrem ſuum, & qui odit, & qui detra-
hit ei, pariter homicidę eſſe monſtrantur. Om- 1. Pet. 2.
nes etiàm à carnalibus deſiderijs, quæ militant
aduersùs animam, abſtinere, & bonam eorum
conuerſationem ac innocentem omnibus mõ-
ſtrare rogabat. Ex corde enim cunctos atten-
tiùs inuicem diligere inſinuabat, & veram fra-
ternitatem inter ſe habere docebat. Quotidia-

na

ſta enim illis prædicatio inter cætera diuina mandata, hæc erat, quam in eius exemplum etiam tibi frater chariſſime ſignificare curaui. Bonorum, inquit, operum inter cætera ſemiſta & negocia ſunt, quantum vnuſquiſque ſa-
Mat.22.d pit & poteſt, totis intimi cordis (vt prælibatum
Luc.10.c eſt) viſceribus Deum diligere, & proximum
Luc.9.c velut ſeipſum: Abnegare ſeipſum ſibi, vt Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum ſequatur: & nihil eius amori præponere, veritatem corde & ore proferre liberè, & totam ſpem Deo ſemper committere. Inſtruebat itidem ſuæ vitæ
Nota de confeſſione pœnitentiali. omni hora cuſtodire, & in omni loco Deum reſpicere: firmiter ſcire, cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, mox ad Chriſtum allidere, & ſacerdotibus Domini manifeſtare. Os ſuum à malo, vel prauo colloquio cuſtodire, & verba vana, aut mendacia non loqui: quia os quod mentitur, occidit animam. Verba
Sap.1.b diuina libenter audire, & ſacerdotibus ſuis libenter obtemperare, atque obedientes eſſe docebat. Prædicationi & orationi ac lectioni frequenter incumbere, & eleemoſynas veras perficere. Deſideria carnis non perficere, ſed pro-
Gal.5.c priam frangere voluntatem: boni aliquid in
*attribuere. ſe quum viderit, Deo * applicare, non ſibi: & malum à ſe factum cognoſcat, & ſibi imputet.
Pſal. Multum loqui non amare, ſed cuſtodire labia ſua, ne dolum, aut malum loquantur. Diem iudicij timere. Gehennam expauēſcere, vitam
Deut.5.c æternam omni concupiſcentia deſiderare. Nō occidere. Non adulterari. Nō furtum facere. Non rem proximi concupiſcere. Non falſum teſtimonium dicere, ſed omnes homines honorare, corpus caſtigare, vanas & caducas nō amplecti delicias, ieiunium & vigilias ſanctas amare, pauperes recreare, nudos veſtire, infirmos viſitare, ſitientes potare, mortuos ſepeli-
De exequijs. re, & diligenter eorum exequias peragere, pro eiſque orare & eleemoſynas dare. Dolentes conſolari, & ſuis bonis refouere, & à malis actibus ſe alienum facere: Non eſſe ſuperbum,
1.Tim.3. non vinolentum, nec multum edacem, non ſomnolentum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem: quia qui detrahit, non
ſolum. ſe ſolum, ſed & multos alios occidit. Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reſeruare. Dolum
*prætendere. in corde non tenere, nec pacem falſam * dare. Charitatem non derelinquere, nec iurare, ne forte periurium (quod abſit) fiat. Malum pro malo non reddere, nec iniuriam facere, ſed factam patienter ſufferre. Inimicos diligere, maledicentes ſe non maledicere, ſed magis benedicere, & perſequutionem pro iuſtitia ſuſtinere.
*Caſtitatem. * Charitatem amare, & nullum odio habere, quia (qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.)
1.Ioā.3.c Elationem fugere, zelum malum non habere. Inuidiam non exercere, nec contentionē amare. Cum diſcordantibus ante Solis occaſum in pacē redire, & de Dei miſericordia nunquàm deſperare. Seniores venerari, & iuniores diligere. Epiſcopos, ſacerdotes ſuos ac cunctos reliquos Eccleſiæ miniſtros, atque omnē plebem

ſibi commiſſam, verbo diuino & mandato inſtruere ac dirigere, hoſque omnes & eorum Epiſcopos tota animi virtute diligere, vt oculos ſuos, quia oculi ſunt illorum. Eorum præ- 2.q.7. Sacerdotes &
ceptis in omnibus obedire, etiam ſi ipſi aliter (quod abſit) agant, memores ſcilicet illius Dominici præcepti: Quæ dicunt facite: quæ au- Mat.23.a
tem faciunt, facere nolite. Ipſi autem Epiſcopi, ſi exorbitauerint, ab iſtis non ſunt reprehendendi vel arguendi, ſed ſupportandi, niſi in fide errauerint. Illi ergò ſuper iſtos ſunt, non autem iſti ſuper illos, quoniam maior à minore nec argui, nec iudicari poteſt. Nullus ſe extollat erga Doctores ac Magiſtros ſuos, quia diſcipulus ſuper Magiſtrum eſſe nō debet, neo Matt.10.c
poteſt. Nullus velit dici ſanctus, antequàm ſit: Luc.10.f
ſed prius ſit, vt veraciùs dicatur. Præcepta Domini, Doctorumque ac Magiſtrorum, factis quotidie adimplere, & in Chriſti nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia enim & humiliatio, quæ magiſtris agitur, Domino exhibetur. Timor Domini delectabit cor, & dabit Eccle.1.b
lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. „
Timenti Deum bene erit in extremis, & in die Eccle.2.b
defunctionis ſuæ benedicetur. Væ diſſolutis „
corde, qui non credunt Deo, & relinquunt mandatis eius, & inobedientes ac contumaces ſunt „
his, qui eius legatione funguntur: & ideò non „
protegentur ab eo. Væ his, qui perdiderunt „
ſuſtinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, & „
diuerterunt in vias prauas. Et quid facient, „
quum inſpicere cœperit Dominus? Qui timēt „
Dominum, nō erunt incredibiles verbo illius: „
& qui diligunt illum, cōſeruabunt viam illius. „
Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt illi: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius. Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timet Dominum, „
cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius, dicentes: Si „
pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominū: ſecundùm „
enim magnitudinem illius, ſic & miſericordia „
ipſius cum ipſo eſt. Venite (inquit) filij, audite Pſal.33.
me, timorem Domini docebo vos. Curritē dū Ioan.12.f
lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos cōprehendant. Omnis qui vult vitam, & cupit Pſal.33.
videre dies bonos, prohibeat linguam ſuam à „
malo, & labia eius ne loquantur dolum. Diuertat à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, „
& perſequatur eam: quia oculi Domini ſuper „
iuſtos, & aures eius ad preces eorum. Vultus „
autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat „
de terra memoriam eorum. Propterea nolite Pſal.31.
fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus. Sed lætamini in Domino, & exultate „
iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Quia „
multi venient ab Oriente & Occidente, Domino dicente, & à Septentrione atque Meridie, Math.8.
(& recumbent cū Abraham & Iſaac & Iacob.) „
Propter quod, deprecor te frater chariſſime, vt doceas attentius hunc prædicationis ordinē

&

& abſolutionum dies, vt ſaluentur animæ hominum, quæ occulta Dei virtute, quē debeant diligere, priuſquàm doceantur, agnoſcunt. Opera verò ratio, poteſtati & arbitrio vniuſcuiuſque permittitur, & hoc ipſorum eſt proprium. Deſiderium verò habere erga doctorem veritatis, hoc à patre cœleſti donatum eſt. Sed ſalus in eo eſt, vt voluntatem eius, cuius amorem & deſiderium (Deo largiente) conceperis, facias, nè dicatur ſermo eius ad nos, quē

Luc. 6. g idem dixit: (Quid autem me dicitis, Domine
" Domine, & nō facitis quæ dico?) Eſt ergò proprij muneris, vt vnuſquiſque ſit (prout Dominus noſter dederit) perfectus in Eccleſia, mittenſque ſemina diuina, vt de nobis, non prædictus ſermo, ſed ille dicatur, quem alibi Do-

Mat. 13. g minus noſter dixit: (Ideò,) inquit, (omnis ſcri-
" ba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homi-
" ni patrifamiliâs, qui profert de theſauro ſuo
" noua & vetera.). Nullus ergò (inquit) impediat ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet vices: ſed primò, quę ſit iuſtitia eius, quæ voluntas, requiramus, vt bonis operibus ac Dei gratia repleamur. Deus enim his qui rectè ſentiunt, & bona agūt, præſtò eſt, quoniam his manifeſtat ſeipſum. Nam ſi quis velit (antequàm actus ſuos emendet) de his requirere, quæ non poteſt inuenire, ſtulta & inefficax erit huiuſmodi inquiſitio. Tēpus enim breue eſt, & in iudicio Dei geſtorū cauſa agitur, non quæſtionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, vt æternam vitā conſequi mereamur. Nam ſi exiguum hoc tempus vitæ per inanes occupamus & inutiles quæſtiones, inanes ſinè dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, vbi iudicium operum noſtrorū fiet. Vnaquæque etenim res ſuum tempus habet & locum. Operum hic locus, hoc tempus eſt: meritorum, ſeculum futurum. Curratur igitur per viam mandatorum Dei, & à beatorū præceptorum Domini inſtitutis, & à Spiritus ſancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda ſunt corda noſtra ac corpora, ſanctæ mandatorum eius, ſuorumque Epiſcoporum ac Prædicatorum obedientię militatura, vt ſuę gratiæ iubeat nobis auxilium miniſtrari, & fugientes gehennæ pœnam, ad vitam valeamus omnes peruenire æternam.

Hæc itaque frater chariſſime Iacobe, ab ore ſancti Petri iubentis accepi, tibique (vt optabas) inſinuare ſtudui, vt ſeruari omnia immaculata præcipias, quia Eccleſiaſtica non oportet negligenter, ſed diligenter expleri negocia. Hæc ergo præcepta nemo credat abſq; ſui periculo negligere vel diſſimulare, quia in iudicio Dei ignis æterni tormenta ſuſtinebit, qui Eccleſiaſtica decreta neglexerit. Qui verò te audierit, (vt iuſſi tat miniſter Chriſti Ieſu) gloriā accipiet. Qui autem te non audierit, immò loquentem Dominum per te, ipſe ſibi damnationem accipiet. Curandum ergò & attendendū eſt nobis omnibus, quod in perpetuum expedit, vt Chriſti paſſionibus per patientiam participemus, atque regni eius mereamur eſſe conſortes. Amen.

EPISTOLA SECVNDA CLEMENTIS PAPÆ ad Iacobum fratrem Domini,

De ſacratis veſtibus vel vaſis.

CLEMENS Romanæ Eccleſiæ præſul, Iacobo Hieroſolymorum Epiſcopo: Quoniam, ſicut à beato Petro Apoſtolo accepimus, omnium Apoſtolorum Patre, qui claues regni cœleſtis accepit, qualiter tenere debemus de ſacramentis, quæ geruntur in ſanctis, te ex ordine nos decet inſtruere. Tribus enim gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſecretorum, i. presbytero, diacono, & *miniſtro, qui cum timore & tremore Clericorum, reliquias fragmētorum corporis Dominici cuſtodire debent, nè qua putredo in ſacrario inueniatur, nè quum negligenter agitur, portioni corporis Domini grauis inferatur iniuria. Cōmunio enim corporis Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſi negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate & digna humiliationis plaga feriatur. Certè tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quòd ſi remāſerint, in craſtinum non reſeruētur, ſed cum timore & tremore, clericorū diligentia conſumantur. Qui autem reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt, non ſtatim ad communes accipiendos cibos conueniant, nè putent ſanctæ portioni commiſceri cibum, qui per aqualiculos digeſtus, in ſeceſſum funditur. Si ergò manè Dominica portio editur, vſq; ad ſextam ieiunent Miniſtri, qui eam conſumpſerunt. Et ſi tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vſq; ad veſperam. Si ſecreta ſanctificatione æterna cuſtodienda ſunt ſacramenta. De vaſis ſanè ſacris ità gerendum eſt: Altaris palla, *cathedra, candelabrū, & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur: quoniā non licet ea quæ in ſanctuario fuerint, malè tractari, ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoquè eorū in baptiſterio inferantur, vbi nullus tranſitum habeat, aut in pariete, aut in foſſis pauimentorū iactentur, nè introeuntiū pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiā clericus palla mortuum credat obuoluendum, aut Diaconus ſcapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certè quæ data eſt in menſam Domini. Qui hæc fecerit, vel leuiter quaſi nihil & negligenter habuerit Diuina myſteria, Diaconus triennio, ſexq; mēſibus à Dominico alienus erit altari, graui percuſſus anathemate. Quòd ſi clericum presbyter nō commonuerit, decem annis & quinque menſibus excōmunicatus ſit, proptereà quòd de Dominicis ſacramentis ſubiecta ſibi non cōmonuerit miniſteria, & poſteà cum grandi humilitate matri re-

conci-

De conſe. diſtinc. 2. Trib' gradibus.

* i. hypodiacono.

De conſe. diſt. 2. Tribus gradibus, vel Tanta in. Et in decret. Iuo. lib. j.

De conſe. diſt. 1. Altaris palla.

* canthara.

De conſe. diſt. 1. Nemo per

concilietur Eccleſiæ. Pallas verò & vela, quæ in ſanctuarij ſordidata fuerint miniſterio, diaconi cum humilibus miniſtris *iuxta ſacrarium lauent, non eijcientes forâs à ſacrario velamina Dominicæ menſę, nè fortè puluis Dominici corporis malè decidat à ſindone foris abluta, & erit hæc operanti peccatum: idcirco intra ſacrarium miniſtris præcipimus, hæc ſancta cum diligentia cuſtodire. Sanè peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipſa peluis velis apponatur lauandis, niſi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent. Pallæ altaris ſolæ in ea lauentur, & in alia, vela ianuarum. De velis autem ianuarum, cura ſit Oſtiarijs ex admonitione Maiorum, nè quis negligens aut ignarus, ad velum ianuæ domûs DOMINI, manus iucunditè tergat: ſed ſtatim coercitus, diſcat omnis homo, quia velum atrij domûs Domini ſanctum eſt. Præcipimus etiam nè excommunicato Eccleſiæ, ſiue laico, de fragmentis oblationum Domini portatur ad menſam. Vnde ſcis tu, qui paſſim *ſacrarij panes indignis impendis, vnde noſti, ſi à mulieribus mundi ſunt hi, quibus impendis? Hinc & Dauid, ab Abimelech ſacerdote interrogatus, quum panes ſibi ad comedendum poſceret, ſi mundus eſſet à muliere, quũ ſe mundum ante triduum profiteretur, panes propoſitionis manducauit. Ad Dominica autem myſteria tales eligantur, qui ante Ordinationem ſuam coniuges ſuas *nouerint. Quòd ſi poſt Ordinationem, miniſtro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, ſacrarij non intret limina, nec ſacrificij portior fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat, nec ad Dominici corporis *portationem accedat, nec aquam ſacerdotibus porrigat ad manus. Oſtia forinſecùs claudat, minora gerat officia, vrceum ſiue calicem ad altare non ſufferat. Si fortè quiſpiam preſbyteris ſiue Diaconis, ſacrarij ſindonem vel velum, ſubtracta vendiderit, Iudæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradicti Iudæ ſuſcepturum pœnam. Clericus verò ſolus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet, ſinè maioris natu principis iuſſione. Nec presbyter ſolus cum ſola adiungatur, ſed duobus adductis teſtibus, viſitet infirmam. Nec ſolus cum ſola fœmina fabulas miſceat. Nec Archidiaconus aut diaconus, ſub prætextu officij humilitatis, frequenter domicilia Matronarum, aut fortè per clericos aut domeſticos eius, Matronæ mandent ſecreti aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur Eccleſiæ. Sed ſi fortè aliqua interceſſio fuerit, Epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt, ad quam debeat ire pio interuentu, ipſe pergat. Sin autem, de latere ſuo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc ſanare debeant.

De conſ. diſt. 2. Tribus gradi. §. Tanta in

*ſanctuarij

1. Reg. 21.

*Scilicet, ſi ſemper continere noluerit. Sic legit hũc locũ & interpretatur Hũbertus Cardinalis, tẽpore Leonis 9. libro contra Nicetam.

17. q. 4. Si forte.

Mat. 27. a

Sanè ad viſitandam mulierem infirmam, nullus clericus ingrediatur, niſi cum duobus aut tribus. Nemo tamen Clericorum cum extranea habitet fœmina, niſi proxima aut ſoror fuerit. Et hoc cum magna ſolicitudine fiat. Non ignoramus malitias ſatanæ. Vniuerſa hæc cum manſuetudine Eccleſiaſtica complenda ſunt miniſteria. Negocium enim Dei non decet negligenter expleri. Iterùm atque iterùm de fragmentis Dominici Corporis demandamus. Calicem verò ad perferendum ſanguinem Domini, præparatum cum tota mundicia miniſterij, miniſter præparet, nè, non benè lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ità cum omni honeſtate, cuncta quæ ſuprà expoſuimus, oportet impleri. Tales ad miniſterium eligentur Clerici, qui dignè poſſint Dominica ſacramenta tractare. Melius eſt enim Domini ſacerdoti, paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè opus DEI exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. A principio Epiſtolæ vſque ad hunc locum, de Sacramentis delegaui benè intuendis: vbi non murium ſtercora inter fragmenta Dominicæ portionis appareant, neque putrida per negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes, qui accipere ſibi medicinam deſiderant, putrida quum viderint, magis cum ridiculo & faſtidio videantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam Clericorum. Quapropter nemo clericorum vltrà hæc diſſimulet, aut negligere vllatenùs audeat, ſed libenter quæ iuſſa ſunt, expleat, & ſacramenta Diuina nequaquàm negligenter contrectet. Ideoque tam iuuenes, quàm ſenes, de his, & de omni conſeruatione ſua, & conuerſione, & pœnitentia valdè eſſe ſolicitos oportet, ſatiſque agere, vt hæc condignè agant; & de reliquo ornent tam clerici, quàm ſeculares, animas ſuas ornamentis digniſſimis, dogmatibus ſcilicet veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore iuſtitiæ, candore pietatis, alijſque omnibus, quibus *compoſitam decet eſſe ratiocinabilem mentem. Tum prætereà declinare à conſortijs inhoneſtis & infidelibus, & ſocietates habere fidelium, atque illos frequentare Conuentus, in quibus de pudicitia, de iuſtitia, de pietate tractatur. Orare ſemper DEVM ex toto corde, & ab ipſo petere quæ decet, ipſi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum geſtorum, aliquantulùm etiam (ſi poſſibile eſt) per miſericordias pauperum iuuare pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti citiùs indulgebitur. Quòd ſi prouectioris ætatis ſit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet DEO, quòd poſtquàm finis eſt omnis impetûs concupiſcentiæ carnalis, ſcientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, in

2. Cor. 2. c

Diſt. 23. Tales ad.

Optimæ inſtitutiones.

*compta

ſurgentes aduerſùs animam, reprimat corporis * voluntates. Supereſt ergò ei in agnitione veritatis & miſericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum conuerſionis oſtenditur, & non in deuotionis ac propoſiti firmitate. Deo enim manifeſtæ ſunt mentes, quia non temporum rationem colligit, ſed animorum. Ipſe enim probat, ſi quis, agnita veritatis prædicatione, non diſtulit, neque tempus negligendo conſumpſit, ſed ſtatim & (ſi dici poteſt) eodem momentu præterita perhorreſcens, futurorum deſiderium cœpit, & in amorem regni cœleſtis exarſit. Propter quod nemo veſtrûm vltrà diſſimulet, nec retrò reſpiciat, ſed ad Euangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, Quia, quum diues factus fuero, tunc conuertar. Non requirit à te Devs pecuniam, ſed animum miſericordem & piam mentem. Neque diues conuerſionem ſuam differat, pro ſollicitudine ſeculari, dum cogitat, quomodò diſpenſet abundantiam frugum. Neque dicat intra ſemetipſum, Quid faciam? vbi

Luc.12.c recondam fructus meos? Neque dicat animæ ſuæ, Habes multa bona repoſita in annos multos, Epulare & lætare. Nam dicetur ei: Stulte, ac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ paraſti cuius erunt? Itaque feſtinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, ut vitam conſequatur æternam. Iuuenes quidem in eo grati ſint, quòd in ipſo impetu deſideriorum, ceruices ſuas iugo ſubijciunt Diſciplinæ. Senes & ipſi laudabiles, quia multi temporis conſuetudinem, in qua malè præuenti ſunt, pro Dei amore commutant. Nemo ergò differat, nemo cunctetur. Quæ enim cauſa cunctandi eſt ad benè agendum? Animus ſibi malè conſcius, dum videtur ſibi nullam pœnam pati, credit quia non iudicet Dominus: quum abuti patientia Dei, & non intelligere parcentis benignitatem, iam ſit magna damnatio. Vndè ſcriptum eſt: (Maledictus omnis qui opus Domini negligenter agit.) Quapropter Paſtoralis Ordinis eſt, infatigabiliter reuocare, quicquid ad correctionem populorum, immò magis filiorum ſpiritualium, (quantùm eſt fas intelligere) cognouerit pertinere, & non (quod abſit) cum ſuo periculo alienæ ſpei, per ſolam negligentiam facere detrimentum, ſed quod ad generalis ſaluis ſpectat compendium, ſalubri neceſſe eſt prouidere tractatu. Homini religioſo parùm eſſe debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo, niſi eas etiàm extinguere benè loquendo ſtuduerit. Ecce oris noſtri buccina ad aures hominum perſonamus, neque ſe deinceps excuſabit non monitum, qui, quod ſequi debeat, tam verbis, quàm literis edocetur. Qualis autem condemnatio, & qualis immineat maledictio his, qui in Patres peccant, Diuina nos docet ſcriptura. Si enim Cham filius Noæ, quum vidiſſet nudum ſuum Patrem, quoniam non cooperuit Patris corporalis nuditatem, ſed egreſſus, nunciauit eam fratribus, & illi veſtimento eum cooperuerunt: ipſe quidem Cham, & illi qui ex eo nati ſunt, ſub maledicto facti ſunt: qui autem cooperrunt, magnam benedictionem meruerunt: multò magis iſti maiore & ampliore condemnatione digni ſunt, qui Patribus obuiare, aut contra eos inſurgere nituntur, aut iniuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur; quoniam qui eis reſiſtit, Deo reſiſtit; & qui eis iniuriam vel contumeliam facit, Deo, cuius legatione funguntur, facit. (Expauit cœlum ſuper hoc, & horruit ampliùs vehementer, dicit Dominus.) O intolerabilem malignitatem. O linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem in altitudinem coram extollentem. Et iterùm: (Impone homo tuæ linguæ oſtium & ſeram.) Cella in altitudinem extollens, & loquens aduerſùs Deum iniquitatem & proximum tuum. Quoſque inſultas patienti Chriſto & Fratribus? Hæc nos familiariùs docebat, & hæc nobis publicitùs prædictus magiſter & inſtructor atque ordinator noſter, Princeps Apoſtolorum Petrus, in Eccleſia prædicabat, exemplum dans, vt & nos ſimiliter faciamus. (Humiliamini, inquit, in conſpectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrùm, quoniam qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. Qui autem iudicat legem, non eſt factor legis, ſed iudex.) Vnus eſt enim legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Non oportet. Non præcipit nos iudicare iniquè, ſed magis auxilium ferre. Væ erit (inquit) his qui fratres tribulant, & eis qui eos perſequuntur. Vos autem quanto ampliùs tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, ſi tamen ipſa tribulatio patienter fuerit ſupportata. Quòd etiàm ipſe nos Dominus docuit: (Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.) Et itèm, (Beati eritis, quum vos oderint homines, & perſequuti vos fuerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquàm malum. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlo.) Vndè & ipſe ait: (Diliges Dominum Devm tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum ſicut teipſum.) Non enim (inquit) rectè diligit Devm, qui fratrem inſequitur: nec diligit proximum, qui ei detrahit, uel qui illum accuſat: quia quod ſibi quis fieri non uult, hoc alteri nullatenùs facere debet. Diſcite (inquit) filij mei ſapientiam, & tenetote fidem rectam, & amplectimini charitatem, ut non excidatis. Data eſt enim à Domino poteſtas, &

virtus

Marginal notes: *voluptates. — Luc.12.c — Hierem. 48.b — 2.q.7. Sacerdotes, & reliqu. — Gen.9.c — Hiere.2.c — Eccl.28.d — 1.Pet.5.b & Iac.4.b — Matth.5. — Mat.22.d — Tob.4.c — Sap.6.a — Ibidem.b

uirtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera ueſtra, & cogitationes ſcrutabitur ueſtras. Qoi autem cuſtodiêrint iuſtitiam, iuſtè iudicabuntur: & qui didiceriot iuſta, iuſtè inuenient quid reſpondeant. Semper cauetote. Præcepit enim, oe aliquandò peccato conſentiamus, & prætermittamus præcepta Dɛɪ noſtri. Eccleſias per congrua & vtilia facite loca, quæ diuinis precibos ſacrare oportet, & in ſingulis ſcerdotes, diuinis oratiooibus Dᴇᴏ dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari. Semper vitate mala, & pro animabus veſtris nè confundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferre, quoniam multos iam ſupplantauit ſuſpicio. Charitatem ſemper diligite, & fratres adiuuare. Erunt enim quaſi non ſint; & peribunt viri qui contradicunt vobis.

10.q.7.Eccleſias ꝑ. & de coſ. diſt.1.Eccleſias.

Vndè & Dᴏᴍɪɴᴠs ait: (Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui ſpernit me, ſpernit eum qui me miſit.) Et item: (Qui enim non eſt aduerſùm vos, pro vobis eſt. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Cʜʀɪsᴛɪ eſtis, amèn dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Et qui ſcandalizauerit vnum ex his puſillis, credentibus in me, bonum eſt ei magis, ſi circundaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illam. Bonum eſt tibi, debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem, ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum oon moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus ſcandalizat te, amputa illum: Booum eſt tibi, claudnm introire in vitam æternam, quàm duos pedes hadentem, mitti in gehenoam ignis in extinguibilis: vbi vermis eorum ooo moritur, & ignis oon extinguitur. Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, eijce eum. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dᴇɪ, quàm duos oculos habeotem, mitti in gehennam ignis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.) Omnis enim homo igne ſalietur, & omnis victima *ſalietur. Bonum eſt ſal. Quòd ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud ſaletis? Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos: quia quiſquis veſtrûm rectè docuerit, & iuſtè vixerit, habebit gloriam. Qui autem ſecùs egerit, indubitaoter pœnam ſuſtinebit. Ideò bona agere vos ſemper oportet, vt btatiom æternæ vitæ percipiatis. His ergò benè parere ſententijs. Nè quis hæc præcepta minimè credat implenda, & iudicio Dei æterni ignis tormeota ſuſtineat, qui Eccleſiaſtici operis ſacra neglexerit. Hæc igitur, Frater Iacobe, de ore ſancti Petri iubentis audiui: Si quis præcepta hæc non integra cuſtodiêrit, ſit anathema vſque ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc præcepta à ſancto Petro Apoſtolo accipi, & tibi Frater chariſſimè, inſinuare curaui, vt ſeruari omnia præcipias ſinè macula. Si quis verò audiêrit te, vtilis erit miniſter Ieſu Chriſti. Qui autem non audiêrit te, immò loquentem Dominum per te, ipſe ſibi damnatiooem accipiet. Omnipotens Dᴇᴠs, chariſſimè, ſoa te protectiooe cuſtodiat, atque ad cœleſtis remunerationem patriæ, multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterùm iterúmque incolumen cuſtodiat, reuerentiſſime Frater. Amen.

Luc. 10. c Marc. 9.

*ſale ſalietur.

EPISTOLA TERTIA CLEMENTIS PAPAE PRIMI,

De officio ſacerdotis & Clericorum, Rufino Torano Aquileienſi interprete.

CLᴀᴍᴀɴs vrbis Romæ Epiſcopus, omnibus coêpiſcopis, presbyteris, Diaconis, ac reliquis clericis, & cunctis principibus maioribus, minoribùsve, omnibuſque generaliter fidelibus, benedictio, claritas & gloria in gratia Dᴇɪ, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu Domino noſtro: Vrget nos, Fratres, multus amor veſter, & religioſa inuitat Deuotio, quia debitorés ſumus, vt quædam vobis ſcribamus. Vos ergò, qui ſacerdotio Domini fruimini, & in ſpecula eſtis poſiti, plùs ſcire oportet, vt ſubditos vobis populos pleniter docere poſſitis, eiſque ad regna cœlorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Vnde & ipſa per ſe Veritas ait: (Vobis datum eſt, nôſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. & reliqua.) Propter quod cooſilium do vnicuique veſtrùm, conſtanter docere uerba diuina: & diſcentibus, libenter accommodare aurem uerbo Dei. Veſtrum enim, quia legatiooe Domini fungimini, eſt docere populos: eorum uerò, eſt uobis obedire ut Deo. Si autem uobis Epiſcopis non obediêrint omnes presbyteri, diaconi, ac ſubdiaconi, & reliqui clerici, omoeſque priocipes, tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi, tribus & linguæ non obtemperauerint, oon ſolùm infames, ſed & extorres à regno Dei & conſortio fideliũ, ac à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ alieni erunt. Nam ueſtrum eſt, eos inſtruere: eorum eſt, uobis obedire ut Deo, cuius legatione fungimini, dicente Domino. (Qui uos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et qui uos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.) Nihil enim iniuſtius vel inhoneſtius eſt, quàm filios patribus rebelles, aut clericos uel laicos Doctoribus ſeu diſcipulos Magiſtris inobedientes uel proteruos exiſtere. Nouimus enim, primum hominem per inobedientiam cecidiſſe: idcircò omnes hoc uitium ſummoperè cauere mo-

Matt. 13. b Marc. 4. b & Luc. 8 b & eſt ibi ĩ forma.

11. q. 3. Si aũt vobis.

Luc. 10. c Matt. 10. d

Iacob.4.b & 1. Petr. 5.b nemus. Et quia Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, Dominus noſter mittens vos vice ſua in loco Apoſtolorum ad prædicandum, præcepit vobis docere omnes, omnesque vobis fideliter obedirntes, vt ipſi, exiſtere: quoniam nec aliter terra pariet fructus ſuos, niſi culta receperit ſemen, & irrigata germinauerit, & pariat quæ eſt paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non receperit verbum Dei, illudque in corde ſuo germinare non fuerit, ac minimè crediderit Doctoribus & Epiſcopis ſuis, non beneuolus, ſed rebellis atque inobediens extiterit, fructum non germinabit nec pariet, ſed ſimilis eſt arbori illi, de qua Dominus ait: (Omnis arbor
Math. 7. » quæ non facit fructum bonum, excidetur, &
» in ignem mittetur.) Primus enim pontifex Aaron, chriſmate compoſitionis perunctus, Princeps populi fuit: & tanquàm rex, primitias & tributum per capita accepit à populo, & iudicandi populum ſorte ſuſcepta, de mundis immundisque iudicabat. Sed & ſi alius ex ipſo unguento perunctus eſt, uirtute indè cõcepta, etiàm ipſe rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod ſi temporalis gratia ab hominibus compoſita, tantum potuit, intelligite iam, quantum ſit illud unguentum, quod à Deo de uirgulto uitæ prolatum eſt, quum hoc quod ab hominibus factum eſt, tam eximias inter homines cõferat dignitates. Quid enim in præſenti ſeculo Propheta glorioſus, Pontifice clarius, Rege ſublimius? Omnis enim pontifex ſacro chriſmate perunctus, & in ciuitate conſtitutus, ſcripturis ſacris* conditus, charus & precioſus hominibus oppidò eſſe debet. Quem, quaſi Chriſti locum tenentem, honorare omnes debent, eiq; ſeruire, & obedientes ad ſalutrm ſuam fideliter exiſtere, ſcientes quòd ſiue honor, ſiue iniuria, quæ ei defertur, in Chriſtum redundat, & à Chriſto in Deum. Audire ergo eum attentiùs oportet, & ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei, monita autẽ uitæ à presbyteris inquirere, à diaconis uerò ordinem diſciplinæ. Propter quod deprecor uos conſeruos & Adiutores meos, ut diſcatis attentiùs animarum curam gerere, & pro omnibus ſtare, maximè tamen pro his, qui in cultu diuino laborant. Eccleſiarum omnium curam habetote, ſeruisque earum adiutorium præbere, viduarum religioſam curam gerite, pupillos enixiùs* liberate, pauperibus miſericordiam facite, iuuenes pudicitiam docere. Et (ut breuiter totum dicam) alterutrùm uos, in quibus rès popoſcerit, ſuſtentate: Deum colite, qui creauit cœlum & terram, & Chriſto credite, inuicèm uos diligite, & miſericordes eſtote in omnes, non uerbo ſolo, ſed opere & rebus implete charitatẽ. Agite pro uiribus, conſerui dilectiſſimi, quia bonum eſt, ut unuſquiſque ueſtrùm, ſecundùm quod poteſt, proſit accedentibus ad fidem religionis noſtræ. Et ideò non uos pigeat, ſecundùm ſapientiam, quæ uobis per

*eruditus

Diſt. 5. Audire Epiſcopum.

*iuuate,

DEI prouidentiam collata eſt, inſtruere ignaros & docere. Deſiderium ergò habere omnes erga Doctorem ueritatis, eumque ut oculos ſuos amare oportet: quia & ipſum populum ſibi cõmiſſum, ceu proprios filios, amare & docere condecet. Hoc enim ei à Patre cœleſti donatum eſt. Sed & ſalus in eo eſt, ut uoluntatem eius cuius amorem & deſiderium, Deo largiente, conceperint, faciant. Si quis ergò fidelis uoluerit exiſtere, & deſiderat baptizari, exutis prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hęres bonorum cęleſtium ex geſtis proprijs fiet. Accedat autem qui uult, ad ſacerdotem ſuum, & ipſi det nomen ſuum, atque ab eo audiat myſteria regni cœlorum, ieiunijs frequentibus operam impendat, ac ſemetipſum in omnibus probet, ut tribus menſibus iam conſummatis, in die feſto poſſit baptizari. Baptizetur autem unuſquiſque in aquis perennibus, nomine Trinæ beatitudinis inuocato ſuper ſe, perunctus primò oleo per orationem ſanctificato, ut ità demùm, per hæc conſecratus, poſſit percipere locum cum ſanctis. Nullus enim propter opprobriũ ſenectutis aut iuuentutis, uel nobilitatem generis, à paruulis & minùs eruditis, ſi quid fortè eſt utilitatis aut ſalutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter uiuit, & diſcere atq; agere bona recuſat, magis diaboli, quàm Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & potiùs infidelis, quàm fidelis monſtratur. Quomodò ergo non omnibus hoc amabile eſt, cunctisque exoptatum, ut quæ ignorat, diſcat, & quæ didicerit, doceat? Certiſſimum nanque eſt, quòd neque amicitia, neque propinquitas generis, neq; regni ſublimitas, homini debet eſſe precioſior ueritate, quia nihil eſt precioſus anima. Dominus autem creator omnium, ex initio ad imaginem ſuã hominem fecit, eique dominationem terræ, marisque & aëris ipſius dedit, ueritatemque inquirere præcepit, ſicut & uerus nobis Propheta enarrauit, & ipſa rerum ratio docet. Solus enim homo, rationalis eſt: & cõſequens eſt, vt ratio in rationalib⁹ dominet. Hic enim ab initio, quum adhuc iuſtus eſſet, cunctis uitijs & omni fragilitate ſuperior erat. Vbi autem peccauit, & factus eſt ſeruus peccati, ſimul & fragilitati efficitur debitor & obnoxius. Quod idcircò ſcriptum eſt, ut ſciant homines, quia ſicut ex impietate paſſibiles facti ſunt, ità per pietatem poſſunt eſſe impaſſibiles: & non ſolùm impaſſibiles, uerùm & parua in Deum fide aliorum paſſiones curantes. Ità enim uerus ipſe Propheta promiſit, dicens: (Amen dico uobis, ſi habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, dicetis monti huic, Tranſi » hinc, & tranſibit.) Huius uocis etiàm uoſipſi documenta cepiſtis, & iam facta quædam per Magiſtros noſtros, ipſos uidelicet Apoſtolos, non ignoratis: quia, aſſiſtantibus nobis, eorum meritis dæmones cum paſſionibus, quas hominibus iniecerant, tranſierunt &

Diſt. 38. *Nullus Epiſcop⁹.

Gen. 1. d

Ioan. 8.

Matt. 17. c Luc. 17. b

fugati

fugati ſunt. Quia ergo alij quidem homines patiuntur, alij patientes ſanant, cauſa ſine dubio vel patiendi vel curandi noſcenda eſt: Quæ non alia eſſe, quàm patientibus quidem, infidelitatis: curantibus verò, fidei demonſtratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum Dei iudicium, peccandi licentiam præbet: peccatum verò, hominem paſſionibus obnoxium facit. Fides autem, futurum Dei iudicium eſſe credens, continet homines à peccato. Non peccantes verò, non ſolùm liberi ſunt à dæmonibus & paſſionibus, verùm & aliorum dæmones & paſſiones fugare poſſunt. Ex his ergò omnibus colligitur, quòd origo totius mali ab ignorantia deſcendat, &ipſa ſit omnium malorum mater: quæ incuria & ignauia gignitur, negligentia verò alitur & augetur, atq; in ſenſibus hominum radicatur, dum amatur: quam ſi quis fortè doceat effugandam velut antiqui & hæreditarijs ſedibus, moleſtè & indignanter auellitur. Et ideò paululùm laborandum nobis eſt, vt indignantes, ignorantiæ præſumptionē ſcientiæ ratione reſecemus, in his præcipuè, qui in aliquibus minùs rectis opinionibus præuenti ſunt, per quas, quaſi ſub ſpecie alicuius ſcientiæ, ignorantia in his vehementiùs radicata eſt. Nihil enim eſt grauius, quàm ſi id, quod ignorat quis, ſcire ſe credat, & defendat verum eſſe, quod falſum eſt: quod tale eſt, quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet, & agat quidem cuncta vt ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici à cæteris velit. Ità ſunt ergò & hi, qui ignorantes quod verum eſt, ſpeciem tamen alicuius ſcientiæ tenent, & mala quaſi bona gerunt, atque ad pernicem quaſi ad ſalutem feſtinant. Propter quod ante omnia properandum eſt ad agnitionem veritatis, vt poſſimus, quaſi lumine nobis indè accenſo, errorum tenebras depellere. Grande enim malum eſt (vt diximus) ignorantia; ſed quia ſubſtantiam non habet, facilè ab his, qui

Ignorātia quid. ſtudioſi ſunt, effugatur. Non enim aliud eſt ignorantia, niſi, non cognouiſſe quod expedit. Vbi autem cognoueris, perit ignorantia. Quæri ergò magnoperè debet veritatis agnitio, quam nemo alius aſſignare poteſt, niſi verus propheta. Hæc enim via eſt, vitam volentibus ingredi, & ſummum iter bonorum operum pergentibus ad ciuitatem ſalutis. Si quis ſanè audiens ſermonem veri prophetæ, velit aut nolit recipere & amplecti onus eius, id eſt, mandata vitæ, habet in ſua poteſtate. Liberi enim ſumus arbitrij. Nam ſi hoc eſſet, vt videntes ea, iam non haberent in poteſtate aliud facere, quàm audierant: vis erat quædā naturæ, per quam liberum non eſſet ad aliam migrare ſententiam. Aut ſi rurſus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum eſt animo, in quam velit partem declinare iudicium ſuum, & quam probauerit, eligere viam: conſtat euidenter, ineſſe hominibus arbitrij libertatem. Igitur priusquàm audiat quis, quod ei expedit, certum eſt quia ignoret: & ignorans vult & deſiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non iudicatur. Quum verò audierit cauſas erroris ſui, & rationē veritatis acceperit, tunc ſi permanſerit in his erroribus, quibus dudū fuerat præuentus, rectè iam vocabitur ad iudicium, daturus pœnas, quia vitæ huius ſpatium, quod ad benè viuendum accepit, in ludibrijs conſumpſerit errorum. Qui verò audiens hæc, libenter accipit, & gratulatur bonorum ſibi doctrinā fuiſſe delatam, requirat intentiùs, & diſcere non deſinat, vſquequò cognoſcat, ſi eſt verè aliud ſeculum, in quo bonis præmia præparata ſint. Et cùm certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quòd ſibi veritatis lumen oſtenderit, ac decætero dirigat actus ſuos in omnibus operibus bonis, quorum ſibi in futuro mercedem certus eſt præparatam, demirans per omnia & ſtupens cæterorū hominum errores, & quòd ante oculos poſitam veritatem nemo videat. Ipſe tamen gaudens ſuper diuitias ſapientiæ, quas inuenit, *ſatiabiliter his perfruatur, & exercitio bonorum operum delectetur, feſtinans ad ſeculum futurum mundo corde & pura conſcientia peruenire, vbi etiàm videre Deum regem omnium poſſit. His autem omnibus carere nos & fraudari, ſola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat ſcientia, ignorantiæ malum de ſe non patiuntur excludi. Neſciunt enim, quanta ſit in horū permutatione diuerſitatis. Propter quod, conſilium do vnicuiq; diſcenti, libenter præbere aurem verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus, vt mens optimo ſemine ſuſcepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam ſi, me docente ea, quæ ad ſalutem pertinent, recipere quis abnuit, & animo prauis opinionibus occupato obſiſtere nititur, nō ex nobis, ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſam. Debet enim iuſto iudicio examinare, quæ dicimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis, vt cognitis his, quæ ſunt, vt ſunt, in bonis actibus dirigens viam ſuam, regni cœlorum poſſit particeps inueniri, ſubijciens ſibi carnis deſideria, & dominus eorum factus, vt ità demùm etiam ipſe fiat nominatoris omnium iucunda poſſeſſio. Nā qui permanet in malo, & ſeruus eſt mali, non poteſt effici portio boni, donec permanet in malo: quia ab initio (vt antè iam diximus) duo regna ſtatuit Deus, & poteſtatem dedit vnicuique hominum, vt illius regni fiat portio, cui ſe ab obediendum ipſe ſubiecerit. Et quia definitum eſt apud Deum, non poſſe vnum hominem, vtriusq; regni eſſe ſeruum, omni ſtudio date operam, in boni regis aulam ac iura concurrere. Propter hoc deniquè verus Propheta, quum eſſet præſens nobiſcum, & quoſdam ex diuitibus negligentes erga Dei cultū videret,

* Inſatiabiliter.

Matt. 6. c

Ibidem. „ videret, huius rei ità aperuit veritatẽ: (Nemo
„ poteſt) (inquit) (duobus dominis ſeruire: &,
„ Non poteſtis Deo ſeruire & Mãmonę:) Mammona,
patria eorum voce diuitias vocans. Hic
ergò verus Propheta, qui in Iudæa nobis apparuit,
vt audiſtis: qui, ſtãs publicè, ſola iuſſione
faciebat cęcos videre, ſurdos audire, fugabat
dæmones, ægris ſanitatẽ reddebat, & mortuis
vitam: quumq; nihil eſſet ei impoſſibile,
etiàm cogitationes hominũ peruidebat, quod
nulli eſt poſſibile, niſi ſoli Deo. Hic annũciabat
regnum Dei, cui nos de omnibus, quæ dicebat,
tanquàm vero Prophetæ credimus, firmitatem
fidei noſtræ non ſolùm ex verbis
eius, ſed & operibus, aſſumentes: quia dicta
legis, quæ ante multas generationes de pręſentia
eius expoſuerant, in ipſo deſignantur, &
imagines geſtorum Moſis, & ante ipſum Patriarchæ
Iacob, ipſius per omnia typum ferebant.
Tempus quoque aduentûs eius, hoc eſt,
ipſum in quo venerat, prædictum ab his conſtat:
Gen. 49. & ſuper omnia, ꝙ eſſet à gentibus expectandus,
ſacris literis compræhenſum eſt, quę
in eo pariter vniuerſa completa ſunt. Quòd
autem Iudæorum propheta prædixit eum à
Gentibus expectandum, ſupra modum in eo
Hagge. 2. b fidem veram firmat. Si enim dixiſſet à Iudęis
expectandum, non aliquid eximium prophetaſſe
videretur, quòd à contribuli populo, &
à propria gente ſperaretur is, cuius aduentus
ad ſalutem mundi fuerat repromiſſus. Videtur
enim magis conſequens ratio eſſe, vt hoc fieret,
quàm quod prædicebat magnificentia
prophetalis. Nunc autem quum Prophetæ
dicant, omnem illam ſpem, quæ de ſalute
mundi repromittitur, & nouitatem Regni,
quæ inſtruenda per Chriſtum eſt, atque omnia,
quæ de eo indicantur, ad gentes eſſe
transferenda, iam non ſecundùm conſequentiam
rerum, ſed incredibili quodam vaticinationis
euentu, magnificentia prophetica
confirmatur. Iudæi nanque ex initio, affore
aliquandò hunc virum, per quem cuncta repararentur,
veriſſima traditione ſuſceperunt,
& quotidiè meditantes ac proſpicientes,
quandò eius fieret aduentus, vbi adeſſe
eum viderunt, & ſigna ac prodigia (ſicut de
eo ſcriptum fuerat) adimplentem, inuidia
excæcati, agnoſcere nequiuerunt præſentem,
in cuius ſpe lætabantur abſentis. Intellexerunt
tantùm ſancti Apoſtoli, qui à Deo electi
ſunt, & nos, qui pòſt ab eis electi ſumus.
Hoc autem prouidentia Dei factum eſt, ut
agnitio boni huius etiàm gentibus traderetur:
& hi, qui nunquàm de eo audiêrant,
nec à Prophetis didicerant, agnoſcerent eum:
illi verò, qui quotidianis meditationibus
euanuerant, ignorarent. Eccè enim nunc
per vos, qui præſentes eſtis, & deſideratis
audire doctrinam fidei eius, & agnoſcere,
quis & quomodò & qualis ſit eius aduentus,
Prophetica veritas adimpletur. Hoc enim
Eſa. 65. a prophetæ prædixerant, quia à vobis quærendus
eſſet, qui de eo nunquàm audiſtis. Et ideò
videntes in vobiſipſis prophetica dicta compleri,
huic vni rectè creditis, hunc rectè expectatis,
de hoc rectè inquiritis, vt non ſolùm
expectetis eum, ſed & hæreditatem regni eius
credentes conſequamini, ſecundùm quod
ipſe dixit, quia vnuſquiſque illius ſit ſeruus, Ioan. 8. d
cui ſe ipſe ſubiecerit. Propterea ergò vigilate,
& Dominum Deumque noſtrum vobis
conſcribite Dominum, qui & cœli ac terræ
Dominus eſt. Et ad ipſius vos imaginem ac
ſimilitudinem reformate, ſicut ipſe verus
propheta docet, dicens: (Eſtote boni & miſericordes, Luc. 6. f
ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors Matt. 5. g
eſt, qui oriri facit Solem ſuũ ſuper bonos „
& malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.) „
Hunc ergò imitamini, & hunc timete, & ſicut
mandatum datur hominibus, Dominum Deute. 6.
Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. Infidelibus
quidem dormit Dominus, & abſens
habetur his, à quibus eſſe non creditur,
& mandatis eius non obediunt, atque ob id
illis videtur quaſi dormire Dominus, quia ꝓ
peccatis ſuis non exaudiuntur. Quapropter 16. q. 1. cũctis fidelibus.
cunctis fidelibus, & ſummoperè omnibus
preſbyteris & diaconis & reliquis clericis attendendum
eſt, vt nihil abſque Epiſcopi proprij
licentia agant. Non vtiquè Miſſas ſinè
eius iuſſu quiſquam preſbyterorum in ſua parochia
agat, non baptizet, nec quicquam abſque
eius permiſſu faciat. Similiter & reliqui
populi, maiores ſcilicet ac minores, per
eius licentiam, quicquid agendum eſt, agant:
nec ſinè eius permiſſu à parochia abſcedant,
vel in ea aduentantes morari præſumant.
Animæ verò eorum creditæ ſunt. Ideò omnia
eius conſilio agere debent, & eo inconſulto
nihil. Quicunque enim obediunt Epiſcopis
ſuis, videntur quidem aliquid gratiæ
conferre Deo. Qui autem eis non obediunt,
indubitanter rei & reprobi exiſtunt. Porrò
ipſi à Deo donum ſummi muneris conſequuntur,
qui per iuſtitiæ & præceptorum
eius ſemitas incedentes, Doctoribus ſuis
(qui rectè Epiſcopi intelliguntur) libenter
obediunt. De quibus & beatus Petrus, Inſtructor
& Ordinator noſter, & Princeps Apoſtolorum, Hęc B. Petri apoſtoli verba habẽtur ĩ lib. Recognitionũ.
manifeſtè cunctos audientes inſtruebat,
dicens: Videntur mihi, qui loquuntur
verba veritatis, & qui illuminant animas
hominum, ſimiles eſſe radijs Solis: Qui ut
proceſſerint & apparuerint mundo, celari vltrà
aut occultari nullatenùs poſſunt, dum non
tam videtur ab omnibus, quàm videre omnibus
præſtant. Vndè & benè ipſa per ſe veritas,
ad veritatis præcones ait: (Vos eſtis lux Matt. 5. b
mundi. &, Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra „
montem poſita, neque accendunt lucernam „
& ponunt eam ſub modio, ſed ſupra cãdelabrum, „
ut luceat omnibus qui in domo „
ſunt.) Si quis ergò his obediêrit, Deo (vt dictum „
eſt) magnum munus offert. Qui autem
his reſtiterit, aut inobediens extiterit, non

his,

his, ſed Domino ſaluatori noſtro, cuius lega-
tione funguntur, reſiſtit. Propter quod pri-
Math. 6. mum eſt omnium, iuſtitiam DEI, regnum-
que eius inquirere, & ſuis iuſſionibus obtem-
perare: iuſtitiam quidem, ut rectè agere docea
mur: regnum verò, vt, quæ ſit merces poſita
laboris & patientiæ, nouerimus: in quo eſt bo
nis quidem æternorum bonorum remunera-
tio, his autem qui contra uoluntatem eius ege
rint, pro uniuſcuiuſque geſtis pœnarum di-
De conſ. gna reſtitutio. Hic ergò, hoc eſt, in præſenti ui
diſt. 1. ta poſitos, oportet nos agnoſcere uoluntatem
Hic ergò, id eſt, Dei, vbi & agendi, & ſactificādi eſt locus: quo-
niā in alijs locis ſacrificare & Miſſas celebra-
re non licet, niſi in his, in quibus Epiſcopus
proprius iuſſerit, aut ab Epiſcopo regulariter
ordinato, tenente uidelicet ciuitatem, conſe-
cratus fuerit. Aliter enim non ſunt hæc agen-
da, nec ritè celebranda, docente nos nouo &
ueteri Teſtamento. Hęc Apoſtoli à Domino
acceperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos
docemus, vobiſque & omnibus, abſque re-
pręhenſione, tenere & docere, quibus agendū
eſt, mandamus. Vnaquæque etenim res tem-
pus ſuum habet & locum. Operum hic locus
eſt, tempus verò meritorum eſt ſeculum futu-
rum. Nè ergò impediamur ordinem loco-
rum ac temporum permutantes, primò, quæ
ſit DEI iuſtitia, requiramus, & tanquàm
iter acturi, abundanti viatico bonis operi-
bus repleamur, quò poſſimus ad regnum Dei,
tāquàm ad vrbem maximam, peruenire. Deus
enim his qui rectè ſentiunt, per ipſa opera
Rom. 1. mundi, quę fecit, manifeſtus eſt, ipſius creatu-
ræ ſuę vtens teſtimonio: & ideò, quum de Deo
dubitatio eſſe non debeat, de ſola nunc eius iu
ſtitia requiramus & regno. Idcircò perſua-
deo primùm, iuſtitiam eius eſſe requirendam,
vt per hanc iter agentes, & in via veritatis po-
ſiti, uerum Prophetam inuenire poſſimus, nō
velocitate pedum, ſed bonorum operum velo-
citate currentes, vt ipſo duce uſi, nullum uitæ
huius patiamur errorem. Si enim ipſum ſe-
quentes, ingredi meruerimus illam, quò per-
uenire cupimus, ciuitatem, omnia iam de qui-
bus quærimur, oculis uidebimus, tanquàm hę-
redes omnium facti. Intelligite itaq;, viam eſ-
ſe hunc vitæ noſtræ curſum: uiatores, eos qui
nos inſtruunt, uel bona opera gerunt: portam
uerò, Prophetam de quo dicimus: urbem, re-
Matt. 5. a gnum eſſe, in quo reſidet omnipotens Pater,
quem ſoli uidere poſſunt hi, qui mundo ſunt
corde. Non ergò nobis difficilis uideatur hu-
ius itineris labor, quia in fine eius requies erit.
Nam & ipſe uerus Propheta, ab initio mundi
Matt. 28. d per ſeculum currens, feſtinat ad requiem. Ad-
eſt enim nobis omnibus diebus: & ſi quandò
neceſsè eſt, apparet, & corrigit nos, ut obtem-
perantes ſibi, ad uitam perducat æternam. De
his autem qui negligunt uiam ſuæ ſalutis, &
* ob hoc *adhuc non benè fideles, & præceptis eius
ſuorumque Pontificum iuſſionibus inobediē-
tes, uel contumaces eis exiſtunt, Dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus, mittens diſcipulos ſuos,
præcepit nobis, dicens, ut in quamcunque ci- Matt. 10. b
uitatem aut domum introierimus, dicamus, Luc. 10. b
Pax huic domui. (Et ſi quidem) inquit (fuerit »
ibi filius pacis, ueniet ſuper eum pax ueſtra. »
Si uerò non fuerit, pax ueſtra ad uos reuerte- »
tur. Euntes autem de domo uel ciuitate illa, »
etiàm puluerem qui adhæſerit pedibus ue- »
ſtris, excutiatis ſuper eos. Tolerabilis erit »
terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die »
iudicij, quàm illi ciuitatis uel domui.) Quod »
utique ità demùm fieri præcepit, ſi priùs in ci
uitate uel domo ueritatis ſermo prædicetur: ex
quo vel recipientes ueritatis fidem, filij pacis
& filij Dei fiant: uel non recipientes, arguan-
tur, quaſi inimici pacis & Dei. Ità ergò &
nos, MAGISTRI. inſtituta ſectantes,
primò pacem proponimus Auditoribus, *vt
abſque ulla perturbatione poſſit uia ſalutis
agnoſci. Quòd ſi quis pacis uerba non ſuſci-
pit, neque acquieſcit ueritati, ſcimus aduersùs
eum pugnam uerbi mouere, & arguere acriùs,
confutando ignorantiam, & redarguendo pec
cata. Neceſſariò igitur pacem proponimus, ut
ſi quis eſt filius pacis, pax noſtra ueniat ſuper
eum: ab eo autem qui ſe alienū pacis effecerit,
regredietur ad nos pax noſtras. Et ſi iterùm Math. 10
in mandatis habemus, vt uenientes ad ciui-
tatem, diſcamus priùs, quis in ea dignus ſit,
vt apud eum cibum ſumamus: quanto ma-
gis conuenit noſcere, quis, qualiſve ſit is, cui
immortalitatis verba credenda ſunt? Soliciti
enim, & ualdè ſoliciti eſſe debemus, nè mar- Math. 7. a
garitas noſtras mittamus ante porcos. Sed &
alias ob cauſas, vtile eſt viri huius habere me
notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de qui-
bus non poteſt dubitari, ꝙ bona ſint, emen-
datus eſt & inculpabilis, hoc eſt, ſi ſobrius, ſi
miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis & humanus eſt,
quæ vtiquè bona eſſe nullus ambigit: tunc
conſequens videbitur, vt ei qui obtinet bo-
na virtutum, etiàm, quod deeſt fidei & ſcien-
tiæ, conferatur: & in quibus maculari uide-
tur eius vita, quæ eſt in reliquis probabilis,
emēdetur. Si verò in his, quæ palàm ſunt, pec-
catis inuolutus permanet inquinatus, non me
oportet aliquid de ſecretioribus & remotis
diuinæ ſcientiæ proloqui, ſed magìs prote-
ſtari & conuenire eum, vt peccare deſinat, &
actus ſuos à vitijs emendet. Quòd ſi ingeſſe-
rit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum,
minùs rectè agentem, non oporteat audire,
prudenter eum debemus eludere. Nam nihil
omninò reſpondere, Auditorum cauſa, vtile
non uidetur, nè fortè exiſtiment, nos reſpon-
ſionis penuria declinare certamen, & fides
eorum lædatur, non intelligentia propoſiti
noſtri. Magna cōtumelia, & graue nobis erit
peccatum, ſi ità deſipiamus, ut cùm uideamus
eum qui idola colit, eſſe ſobrium, nos, qui
Deum colimus, ſobrij eſſe recuſemus. Nō hoc
ſit inter nos; ſed magnum habeamus ſtu-
dium, vt ſi illi qui errant, homicidium non

faciunt,

faciunt, nos nè iraſcamur quidem. Et ſi illi adulterium non committunt, nos nec concupiſcamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos ſuos, nos etiàm diligamus inimicos noſtros. Si illi mutuò dant his, qui habent vndè reddant: nos etiàm his demus, à quibus recipere non ſperamus. Et per omnia nos, qui æterni ſeculi hæreditatem ſperamus, debemus præcedere eos, qui præſens tâtùm ſeculum nouerunt, ſcientes, quia ſi opera illorum noſtris operibus collata, in die iudicij ſimilia inueniantur ac paria, confuſio nobis erit, quòd æquales inuenimur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam ſpem futuri ſeculi habuerunt. Et verè digna confuſio eſt, vbi nihil ampliùs geſſimus ab his, quibus ampliùs intelleximus. Quòd ſi confuſio nobis erit, æquales his inueniri in operibus bonis, quid erit nobis, ſi inferiores nos ac deteriores, Examinatio futura reperiat? Audite ergò, quomodò de his nos ipſe verus propheta docuerit. Ad eos autem, qui negligunt audire verba ſapientię, ità

Matt.12.d ait: (Regina Auſtri ſurget in iudicio cum ge-
Luc.11.d nerationе hac, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & eccè plùs Solomon hic, & non audiût.) Ad eos verò, qui de malis actibus gerere de-
Math.12. trectabant pœnitentiam, ità ait: (Viri Nini-
Luc.11. uitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egérunt in prædicatione Ionæ, & eccè plùs quàm Iona hic.) Videtis ergò, quomodò eos qui erudiebantur ex Lege, adductis ad exemplum illis, qui ex gentili ignorantia veniebant, & oſtendens eos nec æquales illis eſſe, qui in errore poſiti videbantur, ex ipſa tantùm comparatione condemnat. Ex quibus omnibus ſermo, quem propoſuimus, approbatur, vt caſtimonia, quæ aliquatenùs etiàm ab his, qui in errore ſunt poſiti, cuſtoditur, multo puriùs & attentiùs, & per ſingulas quaſque (ſicut ſuprà oſtendimus) ſpecies à nobis, qui veritatem ſequimur, teneatur, eò magis, quòd apud nos obſeruantiæ eius præmia æterna ſunt poſita. Aliter enim nemo ſaluus eſſe poterit, niſì his obſeruationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in ſua voluntate, vnumquenque in ſuo ordine ſemper cuſtodiat, Fratres, & ſibi placere in omnibus concedat. Amen.

EPISTOLA QVARTA CLEMENTIS PAPAE,

Scripta diſcipulis ſuis Iulio & Iuliano, qui malorum hominum perſuaſionibus aliquatenùs deuiarant, & gentibus, inter quas habitabant, directa.

CLEMENS Romanę vrbis Epiſcopus, chariſſimis Fratribus Iulio & Iuliano, ac reliquis conſodalibus noſtris, gentibuſque quæ circa vos ſunt: Oportet, Fratres, omnès Doctores, qui ad ſalutem animarum inſtituti ſunt, & ad lucrandras animas Epiſcopi ſunt conſecrati, pro cunctis ſolicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis, & ad portum ſalutis reducere. Et licèt propter gentes, quæ circa vos ſunt, in modico vos erraſſe contigerit, melius eſt tamen redire ad veritatis viam, quàm diutiùs in ipſo errore* perſeuerare. Quoſcunque enim de his, qui vos errare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbum prædicationis non audiêrunt, poteſtis, vobiſcum aſſumite, & ad viam veritatis adducite, nè infructuoſi, ſed fructuoſi Domino inueniamini. Et quoniam quidem, ſicut à cultore neglecta terra, ſpinas & tribulos neceſſariò producit, ità ſenſus veſter longi temporis incuria multas & noxias opiniones rerû & intelligentias falſæ ſcientiæ germinauit: opùs eſt nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis veſtræ, in hoc ſermo veritatis (qui eſt verus & diligens cordis colonus) aſſiduis excolat diſciplinis. Veſtrum ergò eſt præbere obedientiam, & occupationes ac ſolicitudines ſuperfluas amputare, nè bonum verbi ſemen enecet noxium germen. Poteſt enim fieri, ut multi temporis negligentiam breuis & aſſidua reparet diligentia. Incertum nanque eſt uniuſcuiuſque tempus vitæ. Et ideò feſtinandum eſt ad ſalutem, nè fortè cunctantem mors repentina præueniat. Et ob hoc acriùs adnitendum eſt, ut (dum eſt temporis ſpatium) collecta malæ conſuetudinis vitia reſecentur. Quod non aliter facere poteritis, niſì ut iraſcamini quodammodò aduerſùm voſmetipſos pro his, quæ inutiliter geſſiſtis ac turpiter. Hæc enim eſt utilis vita, & iuſta & neceſſaria iracundia, vt vnuſquiſque, in quibus errauit, & perperàm geſſit, indignetur, & ſemetipſum accuſet. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro ſteliri immiſſus, conſumptis & excoctis radicibus peſſimę voluntatis, bono ſemini verbo DEI fœcundiorem cordis pręparet glebam. Puto autem, quòd ſatis dignas habeatis cauſas iracundiæ, ex quibus iuſtiſſimus ignis iſte coaleſcat, ſi conſidereritis, in quantos vos errores deduxerit ignorantiæ malum, quantoſque lapſus & quanta præcipitia ad peccandum dederit: à quantis vos bonis abſtraxerit, & in qua præcipitarit mala, & quod eſt ſuper omnia grauius, quòd vos in futuro ſeculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nónne pro his omnibus, vbì vobis veritatis lumen effulſit, ignis iuſtiſſimæ indignationis accenditur, & iracundiæ DEO placitæ intra vos conſurgit incendium, quo conſumatur & radicitùs intereat omne germen, ſi quod fortè intra vos malæ conſcientiæ pullulauit? Vndè & ipſe, qui miſit nos, cùm veniſſet, & omnem mundum vidiſſet ad malitiam declinâſſe, non continuò ei pacem, in erroribus poſito, dedit, nè eum confirmaret in malis;

* Perdurare.

malis: ſed ignorantiæ eius ruinis ſcientiam veritatis oppoſuit, vt ſi qui fortè reſipiſcerét, & lumen veritatis adſpicerent, deceptos ſe, & in præcipitia erroris abſtractos, meritò dolerent, & iracundiæ ſalutaris ignem aduerſus

Luc.12.f deceptricem ſuam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat: (Ignem véni mittere in terram, quem volo, ut accendatur.) Eſt ergò pugna quædam, quæ gerenda nobis eſt in hac uita. Sermo enim veritatis & ſcientiæ neceſſariò ſeparat homines ab errore & ignorantia, ſicut ſæpè videmus, putrefactas & emortuas carnes corporis à connexione viuêtium membrorum, ferro ſecante, ſeparari. Tale ergò aliquid eſt, quod agit veritatis agnitio. Neceſſe enim, ut ſalutis cauſa filius (verbi gratia) qui ſermonem receperit veritatis, à parentibus ſeparetur incredulis, aut rurſùm pater ſeparetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos atque cõſanguineos, credentes atque incredulos, ſciẽtiæ atque ignorantiæ, veritatiſque & erroris

*cõſurgit. Matt.10.d pugna * conſiſtit. Et ob hoc iterùm dicebat, qui nos miſit: (Non véni pacem mittere in terram, ſed gladium.) Quòd ſi dicat aliquis, Et quomodò iuſtum videtur, ſeparari filios à parentibus? Audi quomodò: Quia cum ipſis ſi in errore permaneant, neque illis proderunt, & ipſi cum illis pariter interibunt. Iuſtum igitur, & valdè iuſtum eſt, ſeparari eum qui ſaluari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte, quia non ex illis qui rectiùs intelligunt, venit iſta ſeparatio. Illi enim volunt intereſſe, pariter & prodeſſe his, & docere meliora. Sed & iſtud proprium eſt ignorantiæ vitium, ut confutantem ſe veritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideò ex illis iſta naſcitur ſeparatio. Nam qui ſciẽtiam veritatis accipiunt (quia bonitatis plena eſt) tanquàm à bono Deo datam, cupiunt eam (ſi fieri poteſt) cum omnibus habere communem, etiàm cum his, qui oderunt eos & perſequuntur. Sciunt enim quia peccatũ, ipſorum cauſa ignorantiæ eſt. Propterea denique ipſe Magiſter, quum ab his qui ignorabant eum, duceretur ad Crucem, orabat

Luc.23. Patrem pro interfectoribus ſuis, & dicebat: (Pater, dimitte eis peccatum, quia neſciunt quid faciunt.) Imitantes quoquè Diſcipuli

Act.7. Magiſtrum, etiàm ipſi, cùm paterentur, ſimiliter pro interfectoribus ſuis orabant. Quòd ſi diſciplina nobis eſt, orare etiam pro interfectoribus & perſequutoribus noſtris: quomodò non etiàm parẽtum & propinquorum perſequutiones ferre, & pro conuerſione eorum orare creditur? Tum deindè etiã diligentiùs conſideremus, quæ ſit nobis cauſa parentes diligendi: Pro eo, inquiunt, quia uitæ noſtræ videntur authores. Authores quidem vitæ noſtræ parentes non ſunt, ſed miniſtris. Non enim vitam præbent, ſed ingrediẽdi nobis ad hãc vitam exhibent miniſterium: Author autem vitæ vnus & ſolus, eſt Deus. Si autem authorem vitæ diligere volumus, illum nobis eſſe diligendum ſciamus. Sed illum (inquiunt) cognoſcere nõ potuimus, iſtos autem & nouimus, & in affectu habemus. Eſto, non potuiſtis cognoſcere, quis ſit Deus: * quid tamen non ſit Deus, perfacilè ſcire po- *,qui tuiſtis. Nam quomodò latére potuit hominẽ, quòd lignum, aut lapis, aut æs, vel alia huiuſmodi materia, Deus non ſit? Quòd ſi in his quæ facilè depræhendere potuiſtis, animum ad diſcutiendum noluiſtis intendere: certum eſt, quia in agnitione Dei impediti eſtis, non impoſſibilitatis, ſed ignauiæ, uitio. Nam ſi voluiſſetis; ex his ipſis inutilibus ſimulacris profectò accepiſſetis intelligentiæ viam. Certum eſt, quia per ferrum facta ſunt ſimulacra: ferrum verùm per ignem confectũ eſt, qui ignis aqua extinguitur: aqua autem p ſpiritum mouetur, ſpiritus autem à Deo initium habet.

Sic enim dixit Moſes Propheta: (In principio fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper faciem, abiſſi, & ſpiritus Dei erat ſuper aquas.) Qui ſpiritus DEI Gen.1.a. iuſſu, quaſi ipſa manus conditoris, lucem ſeparauit à tenebris, & poſt illud inuiſibile cœlum iſtud uiſibile produxit, vt ſuperiora quidem habitaculum faceret Angelis, inferiora verò hominibus. Propter vos ergò iuſſu Dei, aqua, quæ erat ſuper faciem terræ, receſſit, vt terra uobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inſeruit, vt uobis ex ea profluerent fontes & flumina. Propter uos producere iuſſa eſt animantia, & omnia quæ veſtro uſui voluntatique ſeruirent. An non propter vos venti ſpirant, vt ex ipſis concipiens fructus uobis terra parturiat? Nonne propter uos imbres profluunt, & tempora viciſſitudines mutant? Num propter uos ſol oritur, & occidit, & mutationes Luna perpetitur? Propter uos mare exhibet famulatum ſuum, vt uobis ingratis cuncta ſubiaceant. Nonnè pro his omnibus iuſta erit vltionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia & agnoſcere & uenerari debuiſtis, ſolum præ cæteris ignoratis? Sed & nunc per idem uos adhuc in intelligentiam eius duco. Videtis etenim, quod per omnia gignuntur ex aquis, aqua verò per vnigenitum ex initio facta eſt, unigenitu verò omnipotens Deus caput eſt, per quem tali ordine (vt ſuprà diximus) peruenitur ad Patrem. Quum autem perueneritis, agnoſcite hanc eſſe voluntatem eius, ut per aquas, quæ primæ creaturæ ſunt, denuò renaſcamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus replenus, hæres efficitur eius, à quo in incorruptione regeneratus eſt. Propter quod, paratis animis accedite, quaſi filij ad patrem, vt peccata veſtra diluantur, & cauſa eorum ſola ignorantia fuiſſe probetur apud Deum. Nam ſi poſt agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis veſtræ

cauſa,

cauſa,& non ignorantiæ,reputabitur.Nec putetis,quòd etiàm ſi omnem pietatem colatis; omnemque iuſtitiam, baptiſmom verò non accipiatis, ſpem poſſitis habere apud Deum: immò maiore pęna digni eritis,qui bona opera non benè operati eſtis.Coofertur enim homini ex bonis geſtis, ſed ſi ità getantur, ſicut Deus iubet. Deus autem iuſſit, omnem colentem ſe,baptiſmo cõſignari. Quòd ſi uos renueritis,vt neſtræ voluntati magis, quàm DEI, obtemperetis.contrarij ſinè dobio & inimici eſtis uolũtati eius. Sed dicitis fortaſsè: quid confert aquæ baptiſmns ad Dei cultum? Primò quidem,quia quod Deo placuit,impletur. Secundò,quia regenerato ex aquis,& Deo renato,fragilitas priòris natiuitatis, quæ uobis per hominem facta eſt, ampotatur,& ità demùm peruenire poteritis ad ſalotem. Aliter impoſſibile eſt. Sit enim nobis cum ſacramento verus Propheta teſtatus eſt,dicens: (Amèn Auièn dico vobis,niſi quis dennò renatus fuerit ex aqua viua, noo introibit in regnum cœlorum.) Et ideò accelerate. Eſt enim io aquis iſtis Miſerirordia eius quædam, quæ ex initio ferebatur ſuper eas:& agnoſcit eos qui baptizantur ſub appellatiooe triplicis ſacramenti,& eripit eos de ſupplicijs futuris, quaſi donum quoddam offerens DEO aanimas per baptiſmum conſecratas. Confugite ergò ad aquas iſtas: ſolæ ſunt enim, quæ poſſint vim futuri ignis extioguere, Ad quas qui moratur accedere, conſtat, in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, & ab ipſo prohiberi ad Aquas properare quæ ſalutem conferunt. Siue enim iuſtus, ſiue ſit iniuſtus, baptiſmus ei per omnia oeceſſarius eſt. Iuſto quidem, ut adimpleatur in eo perfectio,& regeneretur Deo iniuſto verò, vt peccatorum quæ geſſit, remiſſio concedatur. Omnibus ergò feſtinandum eſt, ſinè mora renaſci Deo,& demùm cõſignari ab Epiſcopo, id eſt, ſeptiformem gratiam Spiritusſancti percipere, quia incertus eſt vniuſcuiuſqoe exitus uitæ. Quum autem regeneratus fuerit per aquã, & poſtmodùm ſeptiformi ſpiritûs gratia ab Epiſcopo(ut memoratum eſt) coofirmatus, quia aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquàm poterit, nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſſitate,ſed incuria aut voluotate remanſerit, (ut à beato Petro accepimus,& cæteri ſancti Apoſtoli, præcipiente Domino, docuerunt) & demùm ex operibus bonis oſtendat io ſe ſimilitudinem eius, qui eum genuit, patris. Poſt hęc verò agnoſcat Deum honorare. Honor autẽ eius eſt,vt ità viuat, ſicut ipſe vult. vult enim vnumquenque ità uiuere, vt homicidium & adulterium neſciat, odium & auaritiam fugiat, iram, ſuperbiam, iactantiam reſpuat & execretur, inuidiam quoquè,& cętera his ſimilia, penitùs à ſe ducat aliena. Eſt ſanè propria quædam noſtræ religionis obſeruantia, quæ non tam imponitur hominibus, quàm propriè ab vnoquoque DEUM colere, cauſa puritatis expetitur: de caſtimoniæ dico cantela, cuius ſpecies multæ ſunt. Sed primò, vt obſeruet nnuſquiſque, oė menſtruatæ mulieri miſceatur: hoc enim execrabile ducit Lex Dei. Qoòd ſi lex de his non admonuiſſet nos, vt* catuli libenter uolueremur in ſtercore. Debemus aliquid ampliùs habere animalibus, utpotè Rationales homines, & cæleſtium ſenſuum capaces, quibus ſummum ſtudium eſſe debet, ab omoi inquinamento cordis conſcientiam cuſtodire. Bonum eſt autem, & puritati cõueniens, etiàm corpus aqua diluere. Bonum verò dico, non quaſi principale illud, io quo Mens purificatur, ſed quòd ſequela ſit illius booi hoc, in quo Caro diluitur. Sic enim & Magiſter ooſter quoſdam Phariſæorum & Scribarum, qoæ videbantur eſſe cæteris meliores,& à vulgò ſeparati, increpabat, dicens eos hypocritas: quia ea ſolommodò, quæ hominibus videbantur, purificabant: corda verò quæ ſolus Deus adſpicit, inqninata relinquebant & ſordida. Ad quoſdam ergò ex ipſis, non ad omnes, dicebat: (Væ uobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis qnod deforis eſt calicis & paropſidis, intùs autem plena ſunt ſordibus. Phariſæe cęce, munda priùs qood intùs eſt: & quod deforis eſt, erit mundum.) Ferè enim, ſi mens mundetur luce ſcientiæ, quũ ipſa fuerit munda ac ſplẽdida, tunc etiàm eius, qui deforis eſt, hominis ipſa neceſſariò curam gerit, id eſt, carnis ſuę, ut & ipſa purificetur. Vbi autem iſta, quæ deforis eſt; potificatio carnis negligitur, certum eſt; neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ità ergò fit, vt is, qui intrinſecùs mundus eſt, mundetur ſinè dubio & extrinſecùs. Non ſemper autem is, qui mundatur extrinſecùs, etiàm intrinſecùs mundus eſt, videlicet quum agit hęc, vt hominibus placeat. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruanda eſt, vti nè paſsim & libidinis ſolius cauſa, cum fœminis coeat quis, ſed poſteritatis reparandæ gratiæ: quæ obſeruantia quum etiàm in nonoullis pecudibus inueniatur, pudoris eſt, ſi non ab hominibus rationabilibus & Deum colentibus obſeruetur. Ergò omnes peccauerunt & egeot auxilio Dei. Propter quod, chariſſimi, ſectamini ſemper charitatem,& æmulamini meliora & ſpiritualia,& adiuuate uos inuicèm, vt Deo ſemper in omnibus placerè ualeatis. Amen.

Ioan. 3. a

Math. 28 d

Ioan. 3. a

De confirmatione loquitur.

Leuit. 18.

* cantharides

Matt. 23. e

Rom. 3.

1. Cor. 12. d, & 14. a

EPISTOLA QVINTA S. CLEMENTIS PAPÆ,

De communi vita & reliquis cauſis, ſuis diſcipulis ſcripta Hieroſolymisq́; directa.

22. q. 1. Dilectiſſ. fratrib.

Dilectiſſimis fratribus & condiſcipulis, Hieroſolymis cum chariſſimo fratre Iacobo coepiſcopo habitantibus, Clemens Epiſcopus: Communis vita, Fratres, omnibus neceſſaria eſt, & maximè his, qui Deo irrepræhenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſto-

Apoſtolorum, eorumque Diſcipulorum imitari volunt. Communis enim vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit: ſed per iniquitatem alius hoc ſuum eſſe dixit, & alius illud, & ſic inter mortales facta diuiſio eſt. Denique Græcorũ quidam ſapientiſſimus hæc ità ſciens eſſe, ait Communia debere eſſe amicorum omnia. Et ſicut non poteſt (inquit) diuidi aër, neque ſplendor Solis, ità nec reliqua quæ communiter in hoc mundo omnibus data ſunt ad habẽdum, diuidi debere, ſed habenda eſſe communia. Vnde & Dominus per Prophetam loquitur, dicens: (Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare Fratres in vnum.) Iſtius enim conſuetudinis more retento, etiam Apoſtoli, eorumque Diſcipuli, vt prædictum eſt, vnà nobiſcum & vobiſcum communem vitam duxere. Vnde (ut bene noſtis) erat multitudinis eorum cor vnum & anima vna: nec quiſquã eorum aut noſtrũm de his quę poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed omnia illis & nobis erãt communia, nec quiſquam egens erat inter nos. Omnes autem, qui domos vel agros poſſidebant, vendebant eos: & precia eorum, & reliquas res quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes Apoſtolorum, ſicut nobiſcum quidam ueſtrũm cognouerunt & vident: & diuidebantur ſingulis, prout cuique opus erat. Ananias autem vir auſterus, & Saphira vxor eius, qui mentiti ſunt Apoſtolis de precio agrorum ſuorum, nobis præſentibus, in conſpectu omnium circũm adſtantium, à conſpectu Apoſtolorum, propter peccatum eorum & mendaciũ quod fecerunt, mortui delati ſunt ambo. Cæteraq; quæ de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione, nec demonſtratione digna ſunt. Quapropter hæc uobis cauenda mandamus, & doctrinis exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus; quia hi, qui mandata eorum poſtponunt, nou ſolũm rei, ſed extorres fiũt. Quæ non ſolũm vobis cauenda, ſed & omnibus prædicanda ſunt. Relatum eſt etiàm nobis, quòd quidam in veſtris partibus commorantes, aduerſantur ſanctis doctrinis, & (prout eis videtur) non ſecundũm * traditionem Patris, ſed iuxta ſenſum ſuum docere videntur. Multas enim quidam (vt audiuimus) veſtrarum partium, ſecundũm ingenium hominum, ex his quæ legunt, veriſimilitudines capiunt: & ideò diligenter obſeruandum eſt, vt lex DEI, quum legitur, non ſecundum propriam ingenij intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſque ſponte præſumpſit, ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum quem extrinſecus adulteretis, alienum & extraneum debetis quærere, aut quomodò ipſum ſcripturarum authoritate confirmetis, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideò oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à Maioribus, ſecundùm veritatem ſibi traditam, ſeruauit, ut ipſe poſſit ea, quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere. Quum enim ex diuinis ſcripturis integram quis & firmam regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus ſtudijs, quæ fortè in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat, ità tamen, vt vbi vera didicit, falſa & ſimulata declinet. Incertum eſt enim etiàm iuuenibus vitæ tempus, ſenibus autem iam nec incertum eſt: nõ enim dubitatur, quin quantumcunque eſt quod putatur ſupereſſe, breue ſit. Et ideò tam iuuenes, quàm ſenes oportet de conuerſione & pœnitentia valdè eſſe ſolicitos, & ſatagere, ut de reliquo ornent animam ſuam ornamentis digniſſimis, id eſt, dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore iuſtitiæ, candore pietatis, alijſque omnibus, quibus comptam decet eſſe rationabilem mentem. Vndè, conſilium dantes, veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis nõ recedatis, ſed cõmunem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Domino vouiſtis, adimplere ſatagatis. Et quum oratione aſſidua DEI gratiam obtinere merueritis, tunc, ſine ſuſpicione mali * interitus, vota poſſint celebrari feſtiua. Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.

[Margin: Pſal. 132. · Act. 4. g · Act. 5. a. b. · Diſt. 37. Relatum eſt. · * Traditiones Patrum. · 12. q. 1. dilectiſſ. fratribus. · * Inter vos.]

De Clementis Epiſtola ſub Romanæ Eccleſiæ perſona, ad Corinthiorum Eccleſiam, quæ non extat, meminit Euſeb. lib. 3. Eccl. Hiſt. cap. 32. quam omniũ conſenſu approbatam dicit, & Epiſtolæ B. Pauli ad Hebr. ſimillimam. Item D. Hier. in Catalogo, & in Cõmentarij 52. cap. Is. vbi pauca quędam ex illa citat.

CLEMENS PAPA EX DECRETO GRATIANI.

Quandò celebratur Miſſa, presbyterium laicus ingredi non præſumat.

Sacerdotum, aliorumque clericorum Eccleſiæ ſeruientium honores, à Laicorum loco diſcretè apparẽre conuenit. Quamobrẽ nulli laicorum liceat in eo loco, vbi ſacerdotes & reliqui clerici conſiſtunt, (quod Presbyterium nuncupatur) quandò Miſſa celebratur, conſiſtere, ut liberè ac honorificè poſſint ſacra Officia * exercere.

[Margin: De conſ. diſt. Sacerdotũ aliorumque. · * celebrare.]

FINIS DECRETORVM CLEMENTIS PAPÆ PRIMI.

DECRETA ANACLETI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

ANACLETVS natione Græcus, ex patre Antiocho, ſedit annos nouem, menſes tres, dies decem. fuit autem temporibus Domitiani, à conſulatu Domitiani decimo & Sabini,

[Margin: Anno Domini 84.]

& Sabini, vſque ad Domitianum decimoſeptimò & Clementem Conſules. Hic memoriam beati Petri conſtruxit & compoſuit, dum preſbyter factus fuiſſet à Beato Petro, ſeu alia loca, vbi Epiſcopi recordentur ſepulturæ. Vbi autem & ipſe ſepultus eſt in pace, iuxta corpus beati Petri, tertio Idus Iulij. Hic fecit ordina-

Iuxta Platinã, *vnã

tiones* duas per menſem Decembrem, preſbyteros quinq;, diaconos tres, Epiſcopos per diuerſa loca numero ſex. Et ceſſauit Epiſcopatus dies xiij.

EPISTOLA PRIMA ANACLETI PAPÆ.

1 *De ijs, qui ſacerdotes accuſant.*
2 *Vt Epiſcopus Deo ſacrificans, teſtes ſecum habeat.*
3 *De peregrinis & prouincialibus iudicijs.*
4 *Vt oppreſſus iudicio ſecularium, appellet iudicium ſacerdotum, & de maioribus cauſis ad ſedem Apoſtolicam referendis.*

ANACLETVS ſeruus Chriſti Ieſu, in ſede Apoſtolica Domino ſeruiens, Epiſcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualẽ nobiſcum ſortiti ſunt fidem, Gratia vobis & pax atq; conſolatio multiplicentur à Domino in ſecula; (Benedictus DEVS & Pater Domi-

1.Pet.1.

ni noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm magnã miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incõtaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cœlis, in vobis qui in uirtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo, in quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in uarijs tẽtationibus, ut probatio veſtrę fidei multò precioſior ſit auro, quod per ignem probatur,) ſi tamẽ in tribulationibus experti, probati inueniamini. Patientes eſtote, dilectiſſimi, (quia patientia probationem operatur, probatio ve-

Rom. 5.a
Iaco.5.a

rò ſpem, ſpes autèm non confundit. Eccè Agricola expectat pretioſum fructum terræ, patiẽter ferens, douèc accipiat temporaneum & ſerotinum.) Si Agricolæ hæc patienter ferunt pro tẽporalibus fructibus, quanto magis vos

Iaco.5.b

pro æternis patientes eſſe debetis? Eſtote ergò patientes, & confirmare corda veſtra, vt aduenięte iudice Chriſto, læti & probati eſſe valeatis. (Nolite ingemiſcere in alterutrùm, ut non

Ibidem.

iudicemini. Eccè iudex ante ianuã aſſiſtit.) Exẽplũ accipite, chariſſimi, laboris & patiẽtię Prophetas, qui loquuti in nomine Dñi ſunt. En beatificamus qui ſuſtinuerunt. Sufferẽtiã Iob audiſtis, & finẽ Dñi vidiſtis, quoniam miſericors & miſerator Dñs eſt. Tribulationes ve-

*veſtros

ſtras audiuimus, Fratres, tam per* noſtros, quàm & per aliorum Apocriſarios, ſuper quibus valdè dolemus, vobiſq; cõpatimur, & auxilium ferre (prout ipſe largitus fuerit, qui pro nobis non ſolùm tribulatus, ſed etiàm paſſus eſt) parati ſumus. Nolite mirari, chariſſimi, qui perſequutiones patimini, quaſi noui vobis aliquid contingat, (ſed communicantes

1.Petr.4.d

Chriſti paſſionibus gaudete, vt & in reuelatione glorię eius gaudeatis, exultantes, Si ex-probamini in noĩe Chriſti, beati eritis: quoniã quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpũs, ſuper vos requieſcit. Nemo autẽ veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si aũt vt Chriſtianus, nõ erubeſcat. Glorificet autẽ Deum in iſto nomine q̃m tẽpus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem à nobis primùm q̃us finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Et ſi uix iuſtus ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?) Itaque & hi, qui patiuntur ſm uoluntatem Dei, fideli creatori commendãt animas ſuas in benefactis. Nam (vt ait beatus Cle-

In epiſtola 1. ad Iacobum.

mẽs anteceſſor noſter) ſimilis eſt omnis Eccleſiæ ſtatus naui magnæ, quæ per vndoſum pelagus diuerſis è locis & regionibus viros portat, ad vnã potẽtis regni vrbem properare cupiẽtes. Sit ergò nauis author huius, Dñs ipſe omnipotens Deus: gubernator uerò ſit Chriſtus: tùm deinde Proretæ officium Epiſcopus impleat: Presbyteri nautarum, Diaconi diſpenſatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur: Epibatis autem totius fraternitatis multitudo ſit ſimilis. Ipſum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum verò varietates & turbinum, diuerſis tentationibus conferantur; perſequutiones, tribulationes ſiue pericula, fluctibus exequentur. Terreni verò ſpiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuallibus ſpirant; pſeudoprophetarum & ſeductorum, ſeu prauæ doctri-

* dicãtur.

næ verba *doceantur. Promontoria verò & loca confragoſa, hi, qui in Poteſtatibus ſeculi ſunt iudices, & qui pericula nominantur ac mortes. Bithaliſſa verò loca, quæ duplicibus undæ falſicis æſtibus verberantur, dubijs mente, & de repromiſſionum veritate mutantibus, conferantur, atque his, qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt. Hypocritæ verò & doloſi, piratis ſimiles habeantur. Iam verò rapidus vortex, & Tartarea charybdis, & ſaxis illiſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones, quid aliud æſtimanda ſunt, quàm peccata? Reſtat igitur, vt hæc nauis curſu proſpero, tuta poſſit portum deſideratæ vrbis intrare, & ità Deo precem fundere, vt nauigantes mereantur audiri. Audimus, Fratres, quòd quidam detrahunt, & accuſant ſacerdotes DEI, cupientes eos damnari, non intelligentes forſitan, quòd iniuria ſacerdotum ad Chriſtum pertinet, cuius uice funguntur. Nec hoc adſpiciunt, quod beatus Petrus princeps Apoſtolorum, inſtru-

1.Petr.2.a

ctor noſter, ait: (Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones; ſicut

modò

„ modò geniti infantes, rationabiles, ſinè dolo,
„ lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.)
Pſal. 33. Et Dominus per Prophetam inquit: (Qui vult
„ vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat
„ linguam ſuam à malo, & labia eius nè loquan-
„ tur dolum, &c.) Qui autem iſta tranſgrediun-
tur, profectò tranſgreſſores legis Dei & contē-
ptores, atque inobedientes eius præceptis exi-
ſtunt. Vndè & beatus Iacobus Apoſtolus ait:
Iaco. 2. b (Si diligitis proximos ſicut voſipſos, benè faci-
„ tis. Si autem perſonas accipitis, peccatum ope-
„ ramini, redarguti à lege, quaſi tranſgreſſo-
„ res, &c.) Et beatus prædeceſſor noſter Clemēs
In epiſto. ſua 1. ad Iacobum ſententia-liter. vir Apoſtolicus, & ſpiritu Dei plenus, vnà cum
reliquis ſanctis Collegis ſuis ſtatuit, dicens:
Accuſandi vel teſtificandi licentia denegetur
his, qui Chriſtianæ Religionis & nominis di-
3. q. 4. Beatus prędeceſſor. gnitatem, & ſuæ legis vel ſui propoſiti nor-
mam, aut regulariter prohibita neglexerint.
Et in Decre. Iuon. lib. 4. Tranſgreſſores enim ſpontè legis ſuæ, eiuſque
violatores & recedētes, apoſtatæ nominantur.
Omnes enim apoſtata refutandus eſt ante re-
uerſionem ſuā, non in accuſatione rectè agen-
tium, aut teſtimonio ſuſcipiendus: quia vir
Iaco. 1. d duplex animo, inconſtans eſt in omnibus vijs
Iaco. 2. b ſuis. (Quicunque autem) vt ait Apoſtolus Ia-
„ cobus (totam legem ſeruauerit, offenderit au-
„ tem in vno, factus eſt reus omnium. Qui enim
„ dixit, Non mœchaberis: dixit &, Non occides.
„ Quòd ſi non mœchaberis, occidas autem, fa-
„ ctus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini, & ſic
„ facite, ſicut per legem libertatis incipientes iu-
„ dicari. Iudicium enim ſinè miſericordia fiet
„ illi, qui non fecit miſericordiam. Superexal-
Ezec. 18. g 33. c tat autem miſericordia iudicium.) Et Dominus
ait: (Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuer-
„ tatur, & viuat.) Et multa talia, horumque ſimi-
Rom. 14. b lia. (Nemo enim) inquit Apoſtolus (noſtrûm
ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue ergo vi-
„ uimus, ſiue morimur, Domini ſumus.) In hoc
enim Chriſtus mortuus eſt, & reuixit, vt & vi-
Iaco. 4. c uorum & mortuorum dominetur. Tu autem
„ quid iudicas Fratrem tuū? aut Tu quarè ſper-
„ nis Fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus an-
Eſa. 45. d te Tribunal Dei. Scriptum eſt enim: Viuo ego,
Phil. 2. b dicit Dominus, quoniam mihi flectetur om-
„ ne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.)
Itaque vnuſquiſque noſtrûm pro ſe rationem
reddet Deo. Non ergò ampliùs inuicèm iudi-
cemus, ſed hoc iudicate magìs, nè ponatis of-
fendiculum Fratri vel ſcandalū. Scimus enim,
quia multùm derogatio prævalet, quandò de-
rogator creditur fide dignus. Ideò, Fratres, va-
rijs detractionibus & accuſationibus nō opor-
tet labefactari iudices & Primates Eccleſię, ſed
magìs Apoſtolorum & Doctorum regulis in-
formari ac roborari. Vndè iuſtum eſt, omnes
in vniuerſo Romanorū orbe Doctores legis,
ea quæ legis ſunt, rectè ſapere & operari, &
non Regulas naſcentis Eccleſiæ confundere,
aut fidem, aut doctrinam Apoſtolorum varijs
6. q. 1. Si omnia in maculare doctrinis, nec Fratres infeſtare. Si
autem omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent,

locum diuina iudicia non haberent. Superua-
cuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui
Solem certat facibus adiuuare. Ideò ſi aliquis
putat, ſe Deo in hoc placere, quòd ſeruos ſuos
accuſat, & vt meliores fiant, dicit ſe hoc agere,
in vanum laborat, & plùs inuidiæ ſtimulis agi-
tatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ pleni-
tudo adiectione non indiget, nec vlla requirit
commendationis augmēta. Erigit ergò Docto-
res conſcientia ſua, & ſi quandò incertis tēpo-
rum flatibus opponuntur, ſuſtinent mala, quæ
ſeculis magìs ſunt adſcribenda, quàm meritis.
Datam enim ſcimus ſatanæ poteſtatem, vt ſer-
uos Chriſti cribraret: vt quod de Tritico inue- Luc. 22. c
niri poſſet, horreis ingereretur: & quod de
paleis, ad ignium alimenta tranſiret. Ad vos
ſpecialiter dictum eſt: (Nolite timere puſillus Luc. 12. d
grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis „
regnum.) Venit inter vos gladius perfidorum, „
vt marcida Eccleſiæ membra reſecaret, & ad
cœleſtem gloriam ſana perduceret. Quos ha-
beat Chriſtus milites. certamen oſtendit. Qui
triumphum mereantur, per bella cognoſcun-
tur. Scimus autem, multos ob id infeſtare Do- Diſt. 43. Scimus autē mul.
ctores, vt eos perdant, & propriæ voluntatis
placita adimpleant. Non propterea tamen
Doctores (inquantùm vires ſuppetunt) à rectâ
æmulatione & bona *intentione recedere de- * inſtitutione.
bent, ſcientes, quia beati qui perſequutionem Matt. 5. a
patiuntur propter iuſtitiam. Nihil autem il-
lo eſt paſtore miſerius, qui luporum laudibus
gloriatur. Quibus ſi placere volo erit, atque ab Diſt. 83. Nihil illo.
his amari delegerit, erit hinc quibus magna
pernicies. Nullus ergò Paſtorum, placere lu-
pis & gregibus ouium poteſt. Perdit enim la-
boris memoriam mens terrenis obligata carce-
ribus: Sicut artium in ſuo quoque opere inue-
nitur mater inſtantia, ità nouerca eruditionis
eſt negligentia. Nullus ergò præiudicium alte-
ri faciat, neque quod ſibi fieri non vult, exer-
ceat. Nemo dictum de aliquo inueniat, quod in Tob. 4. c
eius actibus nō agnoſcat. Ego autem labefacta-
tam nō ſolùm quietem meam, ſed & ſalutem,
inimicorum valitudine & rumorum procellis
agnoſco: Potens eſt Diuinitas immenſa, tem-
peſtatis incerta bono ſerenitatis amouere.
Et quid aliud Chriſtus paſſus eſt pro nobis,
nobis relinquens exemplum, & Apoſtoli paſ- 1. Pet. 2. d
ſi ſunt, ſequentes eius exemplum, & reliqui
Patres, niſi vt ſequamur tam doctrinam eo-
rum, quàm & exemplum, & patiamur aduer-
ſa pro Chriſto, & cum Patribus atque cum fra-
tribus crucem portemos, eorumque tribula-
tionibus compatiamur, vt Chriſti veri diſci-
puli inueniamur, qui dixit: (Qui vult poſt me Mat. 16. d
venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem Luc. 9. c
ſuam, & ſequatur me,) & reliqua? Præſumptio „
eſt, ſi dominorum beneficia famuli non ſequā-
tur. Obſequium ergò æſtimādum puto, quod
pariturus impendo: Quid eſt enim, quòd plus
creditur Filij vocabulum valere, quàm obſe-
quium, & non quæritur, quid in amoris lan-
ce promoueas, ſed quale ad præiudicium æſti-

manti nomen apppnas, quum apud pruden-
tes fruſtrà ſobolē dicimus, niſi exhibeat quod
vocatur? Ego verò nolo errore meo alienas
culpas aſſerere, vt factum, quod doleo, admi-
Pſal. 5. ſiſſe conuincar. (Odiſti) inquit Dominus per
Prophetam (omnes operantes iniquitatem,
perdes loquentes mendacium. Virum ſangui-
num & doloſum abominabitur Domino: Ego
autē in multitudine miſericordiæ tuæ introi-
bo in domum tuam, adorabóq; in templo ſan-
cto tuo in timore tuo. Domine, deduc me in
iuſtitia tua propter inimicos meos, dirige ante
faciem meam viam tuam. Non eſt enim in ore
eorum rectum, interiora eorū inſidiæ. Sepul-
crum patens guttur eorum, linguam ſuam lo-
nificant. Condemna eos Deus, decidant à cō-
ſilijs ſuis, iuxta multitudinē ſcelerum eorum
expelle eos, quoniam prouocauerunt te. Et læ-
tentur omnes qui ſperant in te, in æternū lau-
dabunt. Et protege eos, & lætabuntur in te,
qui diligunt nomen tuum, quoniam tu bene-
dices iuſto. Domine, vt haſta placabilitatis co-
ronabis eum.) Deo enim ſacrificantes perfe-
ctè, non debent vexari, ſed portari, conſolari,
atque ab omnibus venerari. Ipſi autem, quan-
dò Domino ſacrificant, non ſoli hoc agere de-
bent, ſed teſtes ſecum adhibeant, vt Domino
11. perfectè in ſacratis Deo ſacrificare locis pro-
bentur. Ait nanque Authoritas legis diuinæ:
Deut. 12. b (Vide nè offeras holocauſta tua in omni loco,
De conſe. quem videris, ſed in loco quem elegerit Do-
diſtinc. 1. minus Deus tuus.) Epiſcopus Deo ſacrificans,
Epiſcop' teſtes (vt præfixum eſt) ſecum habeat, & plures
Deo ſa. quàm alius ſacerdos. Sicut enim maioris ho-
noris gradu fruitur, ſic maioris teſtimonij in-
cremēto indiget. In ſolenniorihus quippe die-
bus, aut ſeptē, aut quinque, aut tres diaconos,
qui eius oculi dicuntur, & ſubdiaconos atque
reliquos miniſtros ſecū habeat, qui ſacris in-
duti veſtimentis, in frōte & à tergo, & presby-
teri è regione dextra, læuaque, contrito corde
& humiliato ſpiritu, ac prono ſtent vultu, cu-
ſtodientes eum à maleuolis hominibus, & cō-
ſenſum eius præbeant ſacrificio. Peracta autē
conſecratione, omnes cōmunicent, qui nolue-
rint Eccleſiaſticis carere liminibus. Sic enim &
Apoſtolis ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet
Pſal. 2. Eccleſia. (Seruite) inquit Dominus per Pro-
phetam Dauid (in timore, & exultate ei cum
tremore. Adorate purè, nè fortè iraſcatur, &
pereatis de via.) Ille enim non perit de via, qui
rectè graditur, & præcepta cuſtodit Maiorum.

Doceri ergò omnes oportet, qui Domini
ſacerdotio funguntur, vt & cæteros inſtruant,
Dan. 12. b & ſibi proficiant. Scriptum eſt autem: (Qui
docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firma-
menti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos,
quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.) Et alibi:
Dan. 11. c (Populus autem ſciens Deum ſuum, obtinebit,
& faciet, & docti in populo docebunt pluri-
mos.) Ipſa enim veritas per ſe infert & dicit:
Matt. 11. a (Beatus eſt qui non fuerit ſcādalizatus in me.)
Luc. 7. d Ille proculdubiò ſcandalizatur in Deum, qui
rectè non docet, & qui eius ſcandalizat Epiſco-
pum vel ſacerdotem. Impiè nanque agentes, Diſt. 93.
ſunt impij, neq; intelligent omnes impij: Por- Ille pro-
rò docti intelligent. Omnes enim inuicèm hu- culdubio.
militatem, inſinuate, quia Deus ſuperbis reſi- Iaco. 4. b 1. Pet. 5. b
ſtit, humilibus autem dat gratiam. (Nolite) in- 1. Ioā. 4. a
quit Ioannes Apoſtolus (omni ſpiritui crede-
re, ſed probare ſpiritus, ſi ex Deo ſunt, quoniā
pſeudoprophetæ exiērunt in mundum.) Et idē
ipſe alibi ait: Vos quod audiſtis ab initio, in 1. Ioā. 3. d
vobis permaneat. Si in vobis permāſerit, quod
ab initio audiſtis, & vos in Filio & Patre ma-
nebitis. Et hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pol-
licitus eſt * vobis vitam æternam. Hæc ſcripſi *nobis, vi-
vobis de his, qui ſeducunt vos. Et vnctio quam ta æterna.
accepiſtis ab eo, maneat in vobis. Et non ne-
ceſſe habetis, vt aliquis doceat vos, ſed ſicut
vnctio eius docet vos de omnibus, & verū eſt,
& non eſt mendacium. Et ſicut docuit vos, ma-
nete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, vt
quum apparuerit, habeamus fiduciam, & non
confundamur ab eo in aduentu eius. Si ſcitis
quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis
qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt. (Videte 1. Ioā. 3. a
qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij
Dei nominemur & ſimus. Propter hoc mun-
dus non nouit nos, quia non nouit eum. Cha-
riſſimi, nunc filij Dei ſumus, & nondùm appa-
ruit quid erimus. Scimus quum apparuerit, ſi-
miles ei erimus, quoniam videbimus eū ſicuti
eſt. Et omnis qui habet ſpē hanc in eo, ſancti-
cat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit Eſa. 53. b
peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt 1. Pet. 2. d
iniquitas. Et ſcitis quia ille apparuit, vt pecca-
ta tolleret, & peccatum in eo non eſt. Omnis
qui in eo manet, nō peccat: & omnis qui pec-
cat, non vidit eum, nec cognouit eum. Filioli,
nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus
eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum,
ex Diabolo eſt, quoniam ab initio Diabolus
peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat
opera Diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo,
peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in
eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex
Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei, &
filij Diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt
ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. Quo-
niam hæc eſt annūciatio, quam audiſtis ab ini-
tio, vt diligamus alterutrùm: Non ſicut Cain, Gen. 4. b
qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum.
Et propter hoc occidit eum, quoniam operā
eius maligna erant, fratris autem iuſta. Noli-
te mirari, Fratres, ſi odit vos mundus. Nos
ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte
ad vitam, quia diligimus Fratres. Qui non di-
ligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem
ſuum, homicida eſt. Et ſcitis, quoniam om-
nis homicida non habet vitam æternam in ſe
manentem. In hoc cognouimus charitatem
Dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam
poſuit, & nos debemus pro fratribus animas
ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius
mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem
habere,

„ habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodò charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus, & in conſpectu eius ſuademus cordi noſtro: Quoniam ſi repræhenderit nos cor noſtrum, maior eſt DEVS corde noſtro, & nouit omnia. Chariſſimi, ſi cor noſtrum non repræhenderit nos, fiduciam habemus ad DEVM, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus. Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius IESV Chriſti, vt diligamus alterutrùm, ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo. Et in hoc ſcimus, quoniam manet in nobis, de ſpiritu

Gen. 2. d quem dedit nobis.) Et ſicut Deus Creator, qui hominem ad ſimilitudinem ſuam creauit, eſt Charitas, eſt bonus, iuſtus, patiens, atque mitis, & miſericors, & cætera ſanctarum virtutum inſignia, quæ de eo leguntur: ità homo creatus eſt, vt charitatem haberet, vt bonus eſſet & iuſtus, vt patiens atque mitis, mundus & miſericors foret. Quas virtutes quanto plùs quiſq; in ſeipſo habet, tanto propior eſt DEO, & maior eſt, ac ſui conditoris gerit ſimilitudinem. Si verò (quod abſit) aliquis per deuia vitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobiliſſima ſui conditoris ſimilitudine degener aberret,

Pſal. 48. tunc fiet de eo quod ſcriptum eſt: (Et homo cùm in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.) Quis maior honor potuit homini eſſe, quàm vt ad ſimilitudinem ſui factoris conderetur, & eiſdem virtutum veſtimentis ornaretur, quibus & Conditor? De quo legitur:

Pſal. 92. (Dominus regnauit, decore indutus eſt,) id eſt, omnium virtutum ſplendore, & totius bonitatis decore ornatus. Et quod maius homini poteſt eſſe dedecus, aut infelicior miſeria, quàm vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa, ad informem & irrationabilem brutorum iumentorumq; ſimilitudinem delabatur? Quapropter quiſque diligentiùs attendat primæ conditionis ſuæ excellentiam, vt venerandam ſanctæ Trinitatis in ſeipſo imaginem agnoſcat, honoremq; ſimilitudinis diuinæ, ad quam creatus eſt, nobilitate morum, executionem virtutum, dignitate meritorum habere contendat, vt quandó apparuerit qualis ſit, tunc ſimilis ei appareat, qui ſe mirabiliter ad ſimilitudinem ſuam in primo Adam condidit, mirabiliuſque in ſecundo reformauit.

Gen. 1. d Omnis ergò homo, qui ad imaginē Dei factus eſt, illum debet imitari, cuius ad imaginem conditus eſt: illius debet ſequi veſtigia, qui eū ad imaginem ſuā condidit. Conſiliarium verò ac protectorem meliorem reperire non poterit, quàm illum, qui eum ad imaginem ſui cōdidit, qui eum precioſo ſanguine ſuo redemit, & propter eum homo fieri nō eſt dedignatus. Quem proculdubiò inueniet, ſi in eum totam ſpem ſuam, iuxta Pſalmiſtæ vocem, proiecerit. Ait namque: (Proijce ſuper Dominum charitatem tuam, & ipſe te enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem iuſto. Pſal. 54. e

Omnis enim homo in ſua cauſa deficiens, & in ſuis heſitans conſilijs, quærit ſibi amicum fidelem, in cuius conſilijs confidat, qui in ſuis diffidebat: & talem fiduciam habet in illo, vt omne ſecretum ſui pectoris ei pandat & aperiat. Quid dulcius eſt, quàm vt habeas illum, cū quo omnia poſſis loqui vt tecū? Cicero de Amicitia. Si iſta cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc eſt agendum, qui omnes vult ſaluos fieri, & neminem perire? 1. Tim. 2. a Nam ſi veraciter Deum credimus, eumque diligimus vt debemus, & proximos ſicut noſmetipſos, in eum quoque totam ſpem proiecerimus noſtram, ipſe nos eripiet & conſolabitur. Et ſicut per Angelum ſuum, Abacuc prophetā cum prandio in lacum Leonum ad Danielem vatem miſit, Dan. 14. f & Philippum, vnum de ſeptem diaconibus, ad eunuchum, Act. 8. e ità dabit nobis cōſolationem & liberationem. Hæc ſectamini, chariſſimi, & nulli vnquàm nocete. Fratres eſtis, inuicem eos diligite, vt veri Domini diſcipuli effici mereamini. Nam qui rancida corda *virorum inficit, malitiam inter homines ſpargit: & qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt.

* viorū.

Et qui abſtulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatū non eſſe, homicidæ particeps eſt. 12. q. 2. Qui abſtulerit. Et partim ibidē ca. Qui Chriſti pecunias. Et in Decret. Lucij Papæ. Pater noſter ſinè dubio Deus eſt, qui nos creauit: mater verò noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. Ergò qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida eſt, atq; homicida ante cōſpectum iuſti iudicis eſſe deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem operatur: qui autē pecuniam vel res Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegiū facit. 17. q. 4. Qui rapit. Et in Decr. Lucij Papæ. Priuilegia enim Eccleſiarum & ſacerdotū, ſancti Apoſtoli iuſſu ſaluatoris, intemerata & inuiolata omnibus decreuerunt manere tēporibus. 25. q. 2. Priuilegia Eccleſiarum & ſacerd. Et 3. q. 111. Leges Eccleſiæ Apoſtolica firmamus authoritate, & peregrina iudicia ſubmouemus. 6. Leges Eccleſiarum. Vndè & Dominus mentionem faciens Loth, per Moſen loquitur, dicens: (Ingreſſus es quidem) inquiunt (vt aduena, nūquid vt iudices?) Gen. 19. b Vnaquæque prouincia tā iuxta Eccleſiaſ, quàm iuxta ſeculi leges, ſuos debet iuſtos, & non iniquos habere iudices, & non externos, niſi Apoſtolicæ ſedis huius decreuerit authoritas, quatenùs quicunque cauſam habuerit, apud ſuos iudices iudicetur: 3. queſt. 6. Vnaquæque prouincia. & non ad alienos, cauſa vagandi, ſtimulante proteruia, ſuam deſpiciens patriam, transſeat, ſed ad duodecim eiuſdem prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes cauſæ ciuitatum referuntur, deferatur negocium. Si autem fuerit Eccleſiaſticum, apud Epiſcopos, (interueniente Primate) ſi quidem maior cauſa fuerit: ſi verò minor, Metropolitano: ſi verò fuerit ſeculare, apud eiuſdem ordinis viros, iudicio tamen Epiſcoporum, quum Apoſtolus priuatorum Chriſtianorum cauſas magis Eccleſijs deferri, & ibidem ſacerdotali iudicio terminari vo- 1. Cor. 6.

1111. luit. Omnis enim oppreſſus, liberè Sacerdotũ
2.q.6. omnis oppreſſus. (ſi voluêrit) appellet iudicium, & à nullo pro-
hibeatur, ſed ab his fulciatur & liberetur. Si
autem difficiles cauſæ, aut maiora negocia or-
ta fuerint, ad maiorem Sedem referantur. Et
ſi illic facilè diſcerni nõ poterunt aut iuſtè ter-
minari, vbi fuerit ſummorum congregata cõ-
gregatio, quę per ſingulos annos bis fieri ſolet,
& debet, iuſtè & D E O placitè coram Patriar-
cha aut Primate Eccleſiaſtico, & corã patricio
ſeculari iudicẽtur negocia in cõmune. Quòd ſi
difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, aut Epi-
ſcoporum vel Maiorum iudicia, aut maiores
cauſæ fuerint, ad ſedem Apoſtolicam (ſi appel-
latum fuerit) referantur: quoniam Apoſtoli
hoc ſtatuerunt iuſſione Saluatoris, vt maiores
& difficiliores quæſtiones, ſemper ad Sedem
deferãtur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtus
vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo
ad beatum principem Apoſtolorum Petrum:
Mat.16 c (Tu es) inquit (Petrus, & ſuper hanc petram
„ ædificabo Eccleſiam meam.) & reliqua. Sit er-
gò, Frater, conſtantia veſtra aduersùs conten-
tiones eorum, qui aduerſa ſapiunt, & non quæ
Dei ſunt ſapiunt, & erit fortior petra conſtan-
Matt.10.e tia veſtra, ſicut ſcriptum eſt: (Nè timueritis ab
„ his, neque terreamini à facie eorũ, qui corpus
„ occidunt, animam autẽ non poſſunt occidere.)
Luc.12.a Quod autem in aure auditis, prædicate in lu-
mine, illum timentes, qui poteſt animã & cor-
pus occidere, & mittere in gehennam. Fratres
mei in carne ambulantes, non ſecundùm car-
2.Cor.10, b nem militamus. Arma enim malitię noſtrę nõ
carnalia, ſed potentia Deo, ad deſtructionem
munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem
exaltationem extollentem ſe aduerſus ſcientiã
Dei, & in captiuitatem redigentes omnem co-
gitationem, & in obſequium Chriſto perducẽ-
Ephe.6.b tes. Decætero, Fratres, confortamini in Domi-
no, & in potentia fortitudinis eius, vt pax vobis
multa & gratia à Deo & Domino noſtro Ieſu
Chriſto miniſtretur. Amplectimur & oſcula-
mur, acſi præſentes, Charitatem veſtram, in
vnitate ſpiritus, in vinculo pacis & Charitatis
2.Pet.3.d Chriſti. Proptèr quod, chariſſimi, expectantes
ſatagite immaculati & inuiolati inueniri in
pace, & Domini noſtri longanimitatem ſalutẽ
arbitramini, ſicut & chariſſimus frater noſter
d Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiã ſcripſit
vobis, ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in
eis de his, in quibus ſunt quędam difficilia in-
tellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſi-
cut & cæteras ſcripturas, ad ſuam perditionẽ.
Vos ergò, Fratres, præſcientes cuſtodite, nè in-
ſipientium errore traducti, excidatis à propria
firmitate. Creſcite verò in gratia & cognitione
Iudæ 1.f Domini noſtri Ieſu Chriſti & Saluatoris. Vos
autem chariſſimi, memores eſtote verborum,
quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam
in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecun-
dùm deſideria ſua ambulantes in impietate.
Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales,
ſpiritum non habentes. Vos autem chariſſimi,
ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ ve-
ſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, ipſos vos
in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſeri-
cordiã Domini noſtri I E S V Chriſti in vitam
æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, il-
los verò ſaluate, de igne rapientes. Alijs autem
miſeremini in timore, odientes eam, quæ car-
nalis eſt, maculatam tunicam. Ei autem, qui
potens eſt vos conſeruare ſinè peccato, & con-
ſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immacu-
latos in exultatione, ſoli Deo Saluatori noſtro
per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, glo-
ria, magnificentia, & imperium, & poteſtas,
ante omnia ſecula, & nunc & in omnia ſecula
ſeculorum. Amen.

EPISTOLA SECVNDA ANACLETI PAPÆ.

1 *De ordinationibus Epiſcoporum, & omnium clericorum.*
2 *De accuſationibus Epiſcoporum.*
3 *Quòd minùs quàm à tribus Epiſcopis Epiſcopus non debeat ordinari.*
4 *In quibus ciuitatibus Primates, in quibus Metropolitani eſſe debeant.*

ANACLETVS Epiſcopus vniuerſis Epi-
ſcopis in Italia conſtitutis: Quoniam
Apoſtolicæ ſedis debitam reuerentiam ergà
me charitas veſtra diſtribuit, & quia plurimã
venerationis chariſſimi filij præbuiſtis, (nam
licèt Eccleſiæ, in qua ſanctus Apoſtolus reſi-
dens docuit, quodammodò nos gubernacula
teneamus, tamen profitemur nos honore &
ſanctitate minores eſſe, & propterea omnino
feſtinamus, vt ad gloriam eius beatitudinis
peruenire poſſimus) igitur conſultationibus
veſtris pleniùs reſpondiſſemus, ſi licuiſſet: ſed
infirmitatis ac reliquarum oppreſſionum one-
re preſſi, breuiter (prout Dominus tribuit, &
vt à beato Petro Principe Apoſtolorum ſumus 1.
inſtructi, à quo & presbyter ſum ordinatus) Diſt. 64.
ſcribere vobis (ſicut petiſtis) non denegaui- Ordinationes Epiſcoporũ.
mus. Ordinationes Epiſcoporum, authorita-
te Apoſtolica, ab omnibus qui in eadem fue-
rint prouincia, Epiſcopis ſunt celebrandæ. Diſt. 75.
Qui ſimul conuenientes, ſcrutinium diligen- Ordinationes Epiſcoporũ.
ter agant, ieiuniumque cum omnibus cele- Et in decre. Iuon.
brent precibus, & manus cum ſanctis Euan- lib 3.
gelijs, quæ prædicantur ſunt, imponentes,
Dominica die hora tertia orantes, ſacraque
vnctione, exemplo Prophetarum & Regum,
capita eorum (more Apoſtolorum & Moſis)
vngentes, quia omnis ſanctificatio conſtat in
Spirituſancto, cuius virtus inuiſibilis, ſancto Diſt. 64.
chriſmati eſt permixta, & hoc ritu ſolennem Ordinationes Epiſcoporũ.
celebrent ordinationem. Quòd ſi ſimul omnes Et in decre. Iuon.
conuenire minimè poterunt, aſſenſum tamen lib. 3.
ſuis precibus præbeant, vt ab ipſa ordinatio-
ne animo non deſint. Porrò & Hieroſoly-
mitarum

Diſt.66. Porrò & mitarum primus Archiepiſcopus B. Iacobus, qui iuſtus dicebatur, & ſecundùm carnem, Domini nuncupatus eſt frater, à Petro, Iacobo & Ioanne apoſtolis eſt ordinatus, ſucceſſoribus videlicet dantibus formam eorum, vt non minùs quàm à tribus Epiſcopis, reliquiſque omnibus aſſenſum prębentibus, vllatenùs Epiſcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. Diſt. 67. Reliqui ſacerdotes. Reliqui verò ſacerdotes à proprio ordinentur Epiſcopo, ità vt ciues & alij ſacerdotes aſſenſum præbeant, & ieiunântes ordinationem celebrent: ſimiliter & diaconi ordinẽtur. Cæterorum autem gradum diſtributioni, trium veracium teſtimonium, cum Epiſcopi 11. 2. quæſt 7. Accuſatio quoque. Et in Decre. Iuon. lib. 4. ſcilicet approbatione, ſufficere poteſt. Accuſatio quoquè eorum, ſuper qua nos conſulere voluiſtis, non niſi ab idoneis & probatiſſimis viris, qui & ſuſpicionibus & ſceleribus careant, fieri debet: quia Dominus ſacri ſui corporis tractatores, à vilibus & reprobis ac non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit, Ioan. 2. c ſed ipſe proprio flagello peccantes ſacerdotes à templo eiecit. Vndè liquet, quòd ſummi ſacerdotes, id eſt, Epiſcopi, à DEO ſunt iudicandi, non ab humanis aut prauæ vitæ hominibus lacerandi, ſed potiùs ab omnibus fidelibus portandi, ipſo Domino exemplũ dante, quandò per ſeipſum, & non per alium, Matt. 21. b Mar. 11. b Ioan. 2. c vendentes & ementes eiecit de Templo, & mẽſas nummulariorum & cathedras vendẽtium proprio euertit flagello, & eiecit de templo. Pſal. 81. * diſcernit. Et ſicut alibì ait, (Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem Deos * decernit.) Et alibì, Ibidem. b (Egò dixi, Dij eſtis, & filij Excelſi omnes.) Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos, qui velit ſuum ſeruum ab alio, quàm à ſe, iudicari. Quod ſi præſumptum fuerit, aut multa ipſe indignatione iraſcitur, aut potiùs vltionem quærit ſuper eum. Si verò hoc inter homines agitur, quid putatis faciet Deus Deorũ & Do- Luc. 18. d minus Dominantium, qui vltionem ſuorum promiſit non differre ſeruorum? Vndè & ipſe Pſal. 93. per Prophetam loquitur, dicens: (Deus vltio„ num Dominus, Deus vltionum liberè egit.) & Rom. 14. a reliqua. Et Apoſtolus inquit: (Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? Suo enim Domino Ibidèm. ſtat aut cadit.) Et ipſe, Nolite iudicare inuicem, ſed hoc iudicare magìs, nè ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. Et Dominus per Zacha. 2. c Prophetam inquit: (Qui vos tangit, tangit pu„ pillam oculi mei.) Nam ſi aliquis nunc in malum oculos alicuius Principis incipit tractare, manifeſtè reus Maieſtatis iudicatur, & infamis efficitur, aut potiùs capitali ſententiæ ſubiacet. Hæc, Fratres, valdè cauenda ſunt, & quod homines nolunt ſibi fieri, DEO Deorum non debent inferre, nè fortè iraſcatur Dominus, & faciat vindictam eorum, etiàm in eos qui non peccauerunt, quia perit ſæpiſſimè iuſtus pro impio. Imitandus eſt etiam propheta, per quẽ Pſal. 100. Dominus ait: (Perambulabam in ſimplicitate „ cordis mei, in medio domûs meæ:) Non ponam coram oculis meis verbum Belial: Loquentem in abſcondito cõtra proximum ſuũ, hunc interficiam. Et hi cauendi ſunt, de quibus Salomon ait: (Sicut noxius eſt, qui mittit Prou. 26. e lanceas & ſagittas in mortem, ſic vir, qui frau- „ dulenter nocet amico ſuo, & quum fuerit de- „ præhenſus, dicit, Ludens feci. Sicut carbones „ ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo ira- „ cundus ſuſcitat rixas. Verba ſuſurronis quaſi „ ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima * ven- „ tris.) * cordis. Et ſi detractores quorumcunque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multò magìs laceratores & detractores atque accuſatores memoratorum Dei famulorum atque perſequutores damnantur, & in barathrum, niſi ſe correxerint, & per eorum ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, & vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cauere, & non ſolùm non facere, ſed nec facientibus conſentire: quia non ſolùm, Rom. 1. d qui faciunt, damnantur, ſed qui conſentiunt facientibus. De talibus & his ſimilibus ipſa Matt. 8. c veritas ait: (Vulpes foueas habent, & volu- Luc. 9. g cres cæli nidos: filius autem hominis non ha- „ bet, vbi caput ſuum reclinet,) „ id eſt, in talibus non habitat Dominus, nec ipſi manent in eo. Et Salomon loquitur, dicens: (Qui fodit fo- Eccl. 27. d neam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, Pro. 26. d reuertetur ad eum. Pro. 27. a Lingua fallax non amat Prou. 28. veritatem, & os lubricum operatur ruinas. c d. Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena: ſed ira ſtul- „ ti, vtroque grauior. Hominem, qui calumnia- „ tur animæ ſanguinem, ſi vſque ad lacum fu- „ gerit, nemo ſuſtinet. Qui ſe iactat & dilatat, „ iurgia concitat. Qui ſperat in Domino, ſalua- Pro. 29. d bitur. Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt: „ qui autem graditur ſapienter, ipſe laudabitur. „ Qui fortiter premit vbera ad elicẽdum lac, ex- „ primit butyrum: qui vehementer emungit, „ elicit ſanguinem: & qui prouocat iras, produ- „ cit diſcordias.) Hæc & alia periculoſa conſiderantes Apoſtoli, ſtatuerunt, nè facilè commouerentur, aut laceratentur, vel accuſarentur columnæ ſanctæ Dei Eccleſiæ, quæ Apoſtoli & ſucceſſores eorum non immeritò dicuntur. Sed ſi quis aduersùs eos vel Eccleſias eorum commotus fuerit, aut cauſas habuerit, priùs ad eos recurrat charitatis ſtudio, vt familiari colloquio commoniti, ea ſanent quæ ſananda ſunt: & charitatiuè emendent, quæ iuſtè emendanda agnouerint. Si autem aliqui eos, priuſquàm hoc egerint, lacerare, accuſare, aut infeſtare præſumpſerint, excommunicentur, & minimè abſoluantur, antequàm per ſatisfactionem (vt iam dictum eſt) condignam egerint pœnitentiam, quoniam iniuria eorum ad Chriſtum pertinet, cuius legatione funguntur: Nec hoc mirum, quia ſi quiſque noſtrum cuidam * ſeruorum legationem iniungeret, * ſuorum. & à quoquam impediretur, aut ab aliquo ſubditorum ſuorum deſpiceretur, mox indignatus iraſceretur, aut talia (prout poſſet) vindicaret, & ad iniuriam ac contumeliam

ſuam hoc factum reputaret, & talionem (ſi in
præſenti non poſſet) futuris temporibus red-
Luc.12.d deret. Nam ſi in hominis cauſa hæc fiunt, quid
putatis Deus faciet de ſuis, qui nec capillum
capitis eorum perire dixerit? Vnde & Domi-
Naum.1.a nus per Naum Prophetam loquitur, dicens:
(Deus æmulator, & vlciſcens Dominus, & ha-
bens furoré, vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos,
& iraſcens ipſe inimicis ſuis: ante faciem indi-
gnationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira
furoris eius? Indignatio eius effuſa eſt ſicut
Ibidem.b ignis, & petræ diſſolutæ ſunt ab eo. Bonus eſt
Dominus, & confortans in die tribulationis,
& ſciens ſperantes in ſe.) & reliqua. Quædam
autem ex his, iam alijs fratribus ſcripſimus,
quæ toties ſunt replicanda, quoties fuerint ne-
Electio- ceſſaria. *Electionem quoque (vt ſuprà memo-
nem ſum ratum eſt) ſummorum ſacerdotum ſibi Domi-
morum. nus reſeruauit, licèt electionem eorum bonis
Diſt.69. ſacerdotibus & ſpiritualibus populis conceſ-
Electioné ſiſſet. Electionem enim illorum taliter Apo-
verò ſtolus fieri iubet: Si quis ſinè crimine eſt, vnius
Tit.1.d vxoris virum, filios habentem fideles, non in
7.q.1. Si accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. & reli-
ſacerdos qua. Si enim ſinè crimine ſacerdos eligi præci-
ſinè pitur, nullatenùs ab hominibus, criminibus
irretitis, accuſari aut calumniari permittitur,
nec ab alijs, quàm ab his, qui ſinè crimine ſūt,
& iuxta electionem, ſi neceſſitas fuerit, aut ipſi
volendo Domino ſeruire elegerint, ſacerdo-
teſque ſinè crimine fieri & ordinari poſſint, &
tales per omnia fuerint, quales eligi ſacerdotes
Diſt.84. iubentur. Porrò & Moſi præcipitur, vt eligat
Porrò presbyteros. Vndè & in Prouerbijs dicitur:
Moſi. (Gloria ſenum canities.) Hæc verò canities ſa-
Exo.29.a pientiam deſignat, de qua ſcriptum eſt: (Ca-
Num.11. nities hominum prudentia eſt.) Cumq; non-
Pro.20.d gētos & ampliùs annos ab Adam vſq; ad Abra-
Iob 12.b ham vixiſſe homines legerimus, nullus alius
Sap.4.b priùs appellatus eſt presbyter, i. ſenior, niſi
Presbyter Abraham, qui multò paucioribus vixiſſe annis
quis pri- conuincitur. Non ergo propter decrepitam ſe-
mum di- nectutem, ſed propter ſapientiam presbyteri
ctus. nominantur. Initium enim ſacerdotij Aaron
Pontifex fuit, licèt Melchiſedec prior obtuleris ſacrifi-
primus cium, & poſt hunc Abraham, Iſaac, & Iacob.
quis in Sed hi ſpontanea voluntate, non ſacerdotali
lege. authoritate, iſta fecerunt. Cæterùm Aaron
Exo.29.a primus in lege ſacerdotale nomen accepit, pri-
muſque pontificali ſtola indutus victimas ob-
tulit, iubente Domino ac loquente ad Moſen,
(Accipe,) inquit, (Aaron & filios eius & appli-
cabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Cumq;
laueris patrem cum filijs aqua, indues Aaron
veſtimentis ſuis, i. lineam & tunicam, & ſuper-
humerale, & rationale, quod conſtringes bal-
teo; & pones tiaram in capite eius, & laminā
ſanctam ſuper tiaram, & oleum vnctionis fun-
des ſuper caput eius, atque hoc ritu cōſecrabi-
tur. Filios quoque illius applicabis, & indues
tunicis lineis, cingeſque balteo Aaron & libe-
ros eius, & impones mitras eis, eruntq; ſacer-
dotes mihi religione perpetua.) Quo loco cō-

templari oportet, Aaron ſummum ſacerdotē,
i. Epiſcopum fuiſſe; porrò filios eius presbyte-
rorum demonſtrâſſe figurā. Hoc enim fuit in-
ter Aaron ſummum ſacerdotem, & filios eius
qui ſacerdotes erant, quòd Aaron ſuper tunicā
accipiebat poderem, ſtolam ſanctā & coronam
auream, mitram, & zonā auream & ſuperhu-
merale, & reliqua quę præfixa ſunt. Filij autem 21. diſt. In
Aaron, ſuper tunicas lineas cincti tātummodò nouo teſt.
& tiarati, aſſiſtebant ſacrificio Domini. In no- Et in dec.
uo autem teſtamento, poſt Chriſtum Dominū Iuo.lib.5.
à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi pri-
mo pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt,
dicente Domino ad eū: (Tu es) inquit (Petrus, Matt.16.c
& ſuper hanc petrā ædificabo Eccleſiam meā,
& portæ inferi non præualebunt aduersùs eā,
& tibi dabo claues regni cœlorum.) Hic ergò
ligandi atque ſoluendi poteſtatē primus acce-
pit à Domino, primuſque ad fidem populum
virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cæteri ve-
rò Apoſtoli cum eodem pari conſortio hono-
rem & poteſtatem acceperunt, ipſumq; princi-
pem eorum eſſe voluerunt. Qui etiàm iubente Matth.10.
Domino, in toto orbe diſperſi euangeliū præ- Marc. vlt.
dicauerunt: ipſis quoque decedentibus, in locū
eorum ſucceſſerunt Epiſcopi, quorum ordina- Luc.10.a
tio prætacto fieri debent ordine & modo: quos
qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui
autem eos ſpernit, eum à quo miſſi ſunt, & cu-
ius funguntur legatione, ſpernit, & ipſe indu-
bitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem Matt.9.d
ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multā, & operarios
paucos, rogauerunt Dominum meſſis, vt mit-
teret operarios in meſſem ſuā. Indè electi ſunt Luc.10.a
ab eis ſeptuagintaduo diſcipuli, quorum typū
gerunt presbyteri, atque in eorum locum ſunt
conſtituti in Eccleſia. de quorum ordinatione
& reliquorum miniſtrorū, dixiſſe ſuprà ſuffi-
ciat. Porrò quòd Epiſcopus non ab vno, ſed à III.
cunctis, conſenſu aut præſentia comprouincia-
liū, eſt ordinandus, & nullatenùs minùs quàm
à tribus, cæteris conſentientibus cunctis, idcir-
cò, inſtruēte Domino, fieri iubetur, nè aliquid
contra fidem Eccleſię vnius tyrannica authori-
tas moueretur, & regula vel fides cōfunderetur
credentiū. Prouinciæ autem multo ante Chri- IIII.
ſti aduentum tempore diuiſæ ſunt maxima ex Diſt.90.
parte, & poſteà ab Apoſtolis & beato Clemēte Prouincię
prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata, multo.
Et in capite prouinciarū, vbi dudùm primates Et in decr.
legis ſeculi erant, ac prima iudiciaria poteſtas, Iuo.lib.4.
ad quos qui per reliquas ciuitates cōmoraban-
tur, quando eis neceſſe erat, qui ad aulam Im-
peratoris vel regum confugere non poterant,
vel quibus permiſſum non erat, confugiebant
pro oppreſſionibus vel iniuriis ſuis: ipſoſ-
que appellabant, quotiès opus erat, ſicut in le-
ge eorum præceptum erat: ipſis quoque in ci-
uitatibus vel locis noſtris, Patriarchas vel Pri-
mates, qui vnam formam tenent, licèt diuerſa
ſint nomina, leges diuinæ & eccleſiaſticæ poni
& eſſe iuſſerunt, ad quos Epiſcopi (ſi neceſſe
fuerit) confugerent, eoſque appellarent, & ip-

ſi Primatum nomine fruerentur, & non alij.
Reliquæ verò Metropolitanæ ciuitates, quæ
minores iudices habebant, (licèt maiores co-
mitibus eſſent) haberêt Metropolitanos ſuos
*iure qui prædictis *iuſtè obedirent Primatibus, ſi-
cut & in legibus ſeculi olim ordinatum erat;
qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorũ,
aut Archiepiſcoporum nomine fruerentur;
Et licèt ſingulæ metropolos ciuitates ſuas pro-
uincias habeant, & ſuos Metropolitanos iudi-
ces habere debeant epiſcopos, ſicut priùs Me-
tropolitanos iudices habebant ſeculares, pri-
mates tamen (vt præfixum eſt) & tunc & nunc
habere iuſſæ ſunt, ad quos poſt ſedem Apoſto-
licam ſumma negocia conueniant, vt ibidem,
quibus neceſſè fuerit, releuentur & iuſtè re-
ſtituantur, & hi qui iniuſtè opprimuntur, iu-
ſtè reformentur atque fulciantur. Epiſcopo-
rumque cauſæ, & ſummorum negociorum
iudicia (ſalua Apoſtolicæ Sedis authoritate)
iuſtiſſimè terminentur. Hæc ab antiquis, hæc
ab Apoſtolis, hæc à ſanctis Patribus accepi-
mus, vobiſque (vt poſtulaſtis) rimanda, & fu-
turis tenenda temporibus mittimus, & reli-
quis fratribus prædicanda, ac cunctis fideli-
bus, tradenda mandamus, nè paſtorum impe-
ritia, qui ſequuntur, deteriores fiant, dicente
Eſa. 50. d Domino per prophetam: (Ipſi paſtores igno-
„ rauerunt intelligentiam.) Quos rurſus Domi-
Hier. 2. b nus deteſtatur, dicens: (Et tenentes legem, ne-
„ ſcierunt me.) Neſciri ergò veritas ſe ab eis cõ-
queritur, & neſcire ſe principatum neſcien-
tium proteſtatur, quia profectò hi, qui ea quæ
ſunt Domini, neſciunt, à Domino neſciuntur
1. Co. 14. f Paulo atteſtante, qui ait: (Si quis ignorat, igno-
„ rabitur.) Hinc & Pſalmiſta, non optantis ani-
„ mo, ſed prophetantis myſterio denunciat, di-
Pſal. 68. cens: (Obſcurentur oculi eorum, nè videant,
„ & dorſum eorum ſemper incurua.) Obſcurẽ-
„ tis ergò oculis, dorſum flectitur: quoniã cùm
lumen ſcientiæ perdunt qui præeunt, ſinè du-
bio ad portanda peccatorum onera inclinan-
tur ſequentes. Hic ergò inter manus latronũ
& dentes furentium luporum, vtcunque ver-
ſamur, Ideò & docere alios, & noſipſos (prout
Diſt. 45. Sanè percuſſor. Dominus dederit) prouidere debemus. Sanè
percuſſor ille doctor dicitur, qui ſermone inu-
tili conſcientiam percutit infirmorum. Ideò
Titi 1, b tenere vos & omnes fideles oportet eum, qui
ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem,
vt potens ſit conſolari in doctrina ſana, & cõ-
tradicentes redarguere, & rectè uiuentes, atq;
rectam fidem tenentes conſolidare. Illis ergò
Eſa. 10. f qui dicunt, quòd filius in eo minor eſt, quia
Roma. 5, c Propheta inquit: Verbũ faciet Dominus bre-
uiatum vniuerſo orbi: ità reſpondendum eſt
diuinis teſtimonijs, Verbũ breuiatum quod
Dominus faciet ſuper terram, non minutio-
nem deitatis in filio Dei ſignificat, ſed diſpen-
ſationem ſuſceptæ carnis annunciat, in quali
diſpenſatione nõ ſolùm parte hominis filiũ,
ſed etiàm Angelis regimus minoratum, Paulo
Hebr. 2. b atteſtante Apoſtolo: (Eum autem) (inquit)

(modicè minùs ab Angelis minoratum vide- „
mus Ieſum, propter paſſionem mortis gloria „
& honore coronatum.) & infrà: (Propter quã Ibidem c
cãm nõ confunditur fratres eos vocare, dicẽs: „
Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in „
medio Eccleſiæ laudabo te.) Et Propheta in- Pſalm. 21.
quit: (Minoraſti eum paulominùs ab Ange- Pſalm. 8.
lis, gloria & honore coronaſti eum.) Et vt ver- „
bum Dei patris breuiatum in filio nõ eſſe, do-
ceamus, hanc Eſaiæ prophetæ volumine ap-
probamus ſententiam: (Nunquid abbreuia- Eſa. 50. a
tus factus eſt ſermo meus, aut ità paruus eſt, „
vt non poſſim redimere, aut non eſt in me vir- „
tus ad liberandum, dicit Dominus Omnipo- Eſa 59. a
tens?) Et iterum: (Hæc dicit Dominus Omni- „
potens: Nunquid abbreuiata eſt manus mea, „
vt ſaluare non poſſit? Aut non poteſt viuifica- „
re cor humilium & Spiritum contritorum?) „
Et vt brachium patris, quæ manus eſt, filium Eſa. 97. c
eſſe doceret, intulit, dicẽs: (Parauit Dominus
brachium ſanctum ſuum in oculis omnium
gentium. & videbunt omnes fines terræ ſalu-
tare eius.) Nam & in nouiſſimo tempore hic
ſenſus non inaniter poterit coaptari, in quo
tempore Dominus ex cœleſti aula acempy-
reo domicilio peſſimi dæmonis iam ferre de-
dignans tyrannidem, in creaturas ſuas crude-
liſſimè ſæuientem, plaſmati condolens, ac ſuæ
immenſæ charitatis theſaurum reſerare vo-
lens, in caſtiſſimæ virginis puriſſimum vterũ,
omnis tori virilis neſcium, inenarrabili myſte-
rio, pro redemptione noſtra carnẽ ſuſcipiens,
aduenit, vt & illum qui habebat mortis impe- Hebr. 2.
rium, ſua morte deſtrueret, & eos, quos in te-
nebris & vmbra mortis captiuos ſubegerat,
virtutis ſuæ potentia in ipſo paruo & exigui „
temporis ſpatio liberaret. De hoc etiàm exi- „
guo tempore diſcipulos inſtruebat, dum eos „
in lucem (cùm adhuc tempus haberent) ince- „
dere præmonebat: (Adhuc modicum,) inquit, Ioã. 12. c
(in vobis lumen eſt, Dum lucem habetis, am- „
bulate in luce, nè vos tenebræ comprehẽdãt.) „
Et in canonicis Apoſtolorum legitur epiſto- 1. Ioan. 2.
lis: (Filioli, nouiſſima hora eſt, quia multi pſeu- „
doprophetæ exierunt in hunc mundum.) Et „
Paulus Apoſtolus: (Tempus enim breue eſt.) 1. Cor. 7. c
Et iterum: (Præterit enim figura huius mun- Ibidem.
di.) Et iterùm: (Omnia hæc ad* correctionem 1. Cor. 10 b
noſtram facta ſunt, in quos fines ſeculorum *correptionem.
obuenerunt.) Nam Dominus in ipſa oratio-
ne Dominica breuiauit nobis ſermonem, dũ „
nos à multiloquio prohibens, pauca loqui do- „
cuerit, quæ pertinent ad ſalutem, (Cùm ora- Matt. 6. b
tis,) inquit, (nolite multùm loqui.) Et infrà: „
(Vos autem, cùm oratis, dicite: Pater noſter, Ibidem. c
qui es in cœlis, &c. Non enim Propheta fi- „
lium Dei in hoc capitulo minoratum deli- „
gnauit in verbo, quoniam ipſe in prophetis
*retrò tempore loquebatur, qui etiam nunc
per Apoſtolos & apoſtolicos viros, nouiſſimo
tempore loquitur; Ego (inquit) qui loquebar Eſa 52. b
in ſeruos meos prophetas, Eccè aſſũ. Et alius Eccl. 42. b
Propheta: Sicut eſt ab initio vſque in ſeculũ, Eccl. 36. c
neque

neque adiectum eſt ei, neque minuetur illi, quoniam ipſe eſt Dominus creaturæ ſuæ. Eccè qnale verbum breuiatum fecit Dominus in orbe terrarum. Non quia (vt illi putant) inferiorem patre intimaret hominibus filium, ſed quia nouiſſimum eius annunciaret a dnẽrum. Si ergò (vt prædictum eſt) Aaron filij, Presbyterorum figuram geſtabant, & Aaron ſummi ſacerdotis, id eſt, Epiſcopi, Moſes indu-
1. Tim. 2. b bitanter Chriſti tenebat formam: quoniam fuit ſimilitudo mediatoris Dei, qui eſt inter Deum & hominem Ieſus Chriſtus, qui eſt verus dux populorum, & verus princeps Sacerdotum, & Dominus pontificum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

EPISTOLA EIVSDEM Anacleti Papæ Tertia.

1 *De bipartito ordine Sacerdotum.*
2 *De conſtitutione ſeu ordinatione Epiſcoporũ ac presbyterorum.*
3 *De diſcretione Epiſcoporum & ciuitatum.*
4 *Vt difficiliores cauſa ad ſedem Apoſtolicam referantur.*
5 *Non admittendos ad accuſationem ſiue ad teſtimonium, qui anteà inimici fuerunt, & de rxtraneo iudicio.*

ANACLETVS ſeruus Chriſti IESV, in Apoſtolica ſede à Domino conſtitutus, & à ſancto Petro Apoſtolorum principe presbyter ordinatus, omnibus Epiſcopis ac
Ephe. 1. a b, c reliquis Chriſti ſacerdotibus ſalutem: (Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chri
» ſti, qui benedixit nos in omni benedictione
» ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut ele-
» git nos in ipſo ante mundi conſtitutionem,
» vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu
» eius in charitate, prædeſtinãs nos in adoptio-
» nem filiorum, per Ieſum Chriſtum in ipſum,
» ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ in lau-
» dem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos
» in dilecto filio ſuo, in quo habemus redẽptio-
» nem per ſanguinem eius, remiſſionem pecca-
» torum ſecundùm diuitias gratiæ eius, quæ a-
» bundauit in nobis in omni ſapientia & pru-
» dentia, vt notum nobis faceret ſacramentum
» voluntatis ſuæ, ſecundùm beneplacitum eius,
» quod propoſuit in eo, in diſpenſatione pleni-
» tudinis temporum, inſtaurare omnia in Chri
» ſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo.
» In quo etiàm ſorte vocati ſumus prædeſtinati
» ſecundùm propoſitum eius, qui omnia ope-
» ratur ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ, vt
» ſimus nos in laudem gloriæ eius, qui antè
» ſperauimus in Chriſto.) De primatibus, chariſſimi, ſuper quibus me quidam veſtrum conſuluerunt, & Apoſtolicæ authoriiatis (qua, licèt indigni, Domino diſpenſante, ſungimur) decretum poſtulauerunt, aut ſi eſſe deberent, aut non, quantùm hactenùs de his à beato Petro Apoſtolo, & à reliquis Apoſtolis, ac à beato Clemente noſtro ſancto prædeceſſore, & martyre, nouimus ſtatutum, denegare vobis mini mè poſſumus. Et quis eſt, qui quærentibus fratribus denegare poſſit dubitationes vel neceſſitates eorum? Sacerdotũ, Fratres, ordo bipartitus eſt, & ſicut Dominus illum conſtituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem à Domino Apoſtolos eſſe electos & conſtitutos, & poſteà per diuerſas prouincias ad prædicandum diſperſos. Cùm verò meſſis cępiſſet creſcere, videns paucos eſſe operarios, ad eorum adiumentum ſeptuagintaduos eligi pcepit diſcipulos. Epiſcopi verò, Domini Apo- Luc. 10. a
ſtolorum: presbyteri quoq;, ſeptuaginta duorum diſcipulorum locum tenent. Epiſcopi autem non in caſtellis aut modicis ciuitatibus debent conſtitui, ſed presbyteri per caſtella & modicas ciuitates atque villas; debent ab Epiſcopis ordinari & poni, ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos. Et Epiſcopus non ab vno, ſed à pluribus debet Epiſcopis ordinari, & (vt dictum eſt) nõ ad modicam ciuitatem, ne vileſcat nomen Epiſcopi, aut alicubi, ſed ad honorabilem vrbem titulandus & denominandus eſt. Presbyter verò ad quẽmcunque locum vel Eccleſiam in eo conſtitutam, eſt præficiendus, atq; in ea diebus vitę ſuæ duraturus. Ampliùs, quàm iſti duo ordines ſacerdotum, nec nobis à Deo collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt.

Dist. 80. epiſcopo non in 11.

Epiſcoporum verò ordo vnus eſt; licèt ſint Primates illi, qui primas ciuitates tenent; qui & in quibuſdam locis Patriarchæ à nonnullis nocãtur. Illi autem, qui in Metropoli à beato Petro Apoſtolo, ordinante Domino, & à prædeceſſore noſtro prædicto ſancto Clemẽte, ſeu à nobis conſtituti ſunt, non omnes Primates vel Patriarchæ eſſe poſſunt: ſed illæ vrbes, quæ præfatis & priſcis temporibus Primatum tenuêre, Patriarcharum aut Primatum nomine fruantur: reliquæ verò Metropoles, Archiepiſcoporum aut Metropolitanorum, & non Patriarcharum aut Primatum vtantur nominibus; quia hæc eadem & leges ſeculi in ſuis continent principibus: aliæ autem primæ ciuitates, quas vobis conſcriptas in quodam tomo mittimus, à ſanctis Apoſtolis, & à beato Clemente, ſiue à nobis, Primates prædicatores acceperunt. Hæc verò ſacroſancta Romana & Apoſtolica eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas eccleſias ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſic, ut ipſe beato Petro Apoſtolo dixit: (Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccle- »
ſiam meam, & portæ inferi non præualebunt »
aduersùs eam: & tibi dabo claues regni cœlo- »
rum. Et quæcunque ligaueris ſuper terram, »
erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.) Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana vrbe beatiſſimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis,

De ordine epiſcoporum. 111.

Diſt. 22. Sacroſancta Romana.

Eri decr. Ivo. lib. 4.

Matt. 16. c

Paſſio B. Petri & Pauli vno tẽpore ac die facta.

qui

qui vno die, vno quoquè tempore, glorioſa morte cum Petro, ſub principe Nerone agonizans, coronatus eſt, & ambo ſanctam Romanam Eccleſiam conſecrârunt, alijſque omnibus vrbibus in vniuerſo mundo, cũ ſua pſẽtia atq; venerando triumpho prætulerunt. Et licèt pro omnibus aſſidua apud Deum omniũ ſanctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatiſſimus Apoſtolus Romanis

Rom. 1. b

proprio chirographo pollicetur, dicens: (Teſtis enim eſt mihi Deus, cui ſeruio in Spiritu meo in Euangelio filij eius, quòd ſinè intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.)

Sediũ triũ principalium ordo.

Prima ergò ſedes eſt cœleſti beneficio Romanæ Eccleſiæ, quam (vt memoratum eſt) beatiſſimi Petrus & Paulus ſuo martyrio conſecrârunt. Sic Roma quæ priùs erat cacodæmonis artificio omniũ errorum mater & altrix, excuſſis tenebris, & vanis ſuperſtitionum ritibus abiectis, filiorum DEI, ex orto ſole iuſtitiæ, facta eſt copioſa propagatrix.

Secunda autem ſedes apud Alexandriam, beati Petri nomine, à Marco eius diſcipulo atque Euangeliſta conſecrata eſt, quia ipſe & in Ægypto primum uerbum veritatis, directus à Petro, prædicauit, & glorioſum ſuſcepit martyrium. Cui venerabilis ſucceſſit * Abilius.

* Anianus & poſt hunc Abilius.

Tertia autem ſedes apud Antiochiã, eiuſdem (id eſt, beati Petri) Apoſtoli nomine habetur honorabilis: quia illic, priuſquàm Romam veniret, habitauit, & * Ignatium epiſcopum conſtituit, & illic primum nomen Chriſtianorum nouellæ gentis exortum eſt. Reliquas verò (vt prædiximus) in quodam tomo, prolixitatem vitantes Epiſtolæ, vobis conſcriptas direximus. Indè nanque & beati Apoſtoli inter ſe ſtatuerunt, vt epiſcopi ſingularum ſcirent gentium, quis inter eos primus eſſet, quatenùs ad eum potior eorum ſolicitudo pertineret. Nã & inter beatos Apoſtolos quędã fuit diſcretio. Et licèt omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, id eſt, caput & principium teneret Apoſtolatûs: Qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliqui Apoſtoli Epiſcopis tenendam tradiderunt. Et non ſolùm hoc in nouo teſtamento eſt conſtitutum, ſed etiàm in veteri fuit. Vndè ſcriptum eſt: Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius, id eſt, primi inter eos fuerũt. Et quamuis ità ordinatum fuerit, nemo tamẽ, quod ſuum eſt, quærat, ſed quod alterius. Vndè ait beatus Apoſtolus Paulus: (Vnuſquiſquiſque placeat proximo ſuo in bonum ad ædificationem.) Et ſicut ipſe Saluator ſuis ait diſcipulis: (Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter veſter.) Et reliqua. Et licèt ſuper his aliqua dicta fuerint, repetentes tamen ſępiùs admonemus, vt ſemper in omnibus & ab omnibus vitentur elationes mentis & corporis. Et quanto maior unuſquiſque uidetur eſſe, tanto ſit

* Zachęũs poſteà Euodium poſt quẽ Ignatium

Diſt. 22. Sacroſancta Rom.

Pſal. 98.

Rom. 15. a

Mat. 20. d

Marc. 10. g

humilior, ſicut Dominus Saluator noſter non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Et ſi frater aliquis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis, inſtruite eum in ſpiritu lenitatis. Si quæ uerò cauſæ difficiliores inter uos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ ſedis apicem eas, quaſi ad caput referte, vt Apoſtolico terminentur iudicio: quia ſic Dominum velle, ab eoque ità conſtitutum eſſe, antedictis teſtimonijs declaraĩ. Hæc verò Apoſtolica ſedes cardo & caput (vt prætactum eſt) omnium Eccleſiarum, à Domino, & non alio, eſt conſtituta. Et ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctæ Sedis authoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſponente, reguntur. Accuſatores autẽ & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternum diem aut nudiuſtertiùs inimici fuerunt, nè irati, nocere cupiant, vel læſi, ſe ulciſci uelint. Inoffenſus igitur accuſatorum & teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus. Cauſam enim ueſtram alieno nolite committere iudicio. ualdè enim iniquum eſt, ut omiſſis ſuis, alij quilibet aliorum ſe cauſis immiſceãt quoniã nullis in locis ſpiritualis cura deficit, ſed ſe per omnia, quocunquè nomen Dei prædicatur, extendit. Studendum eſt omnibus, nè (ut ſunt) æmulationes malæ, ſed piæ ſint inter uos dilectiones: quia in hoc uos omnes Domini diſcipulos eſſe ueros noueritis, ſi dilectionem habueritis adinuicèm. Ex omni ergò genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum, transferat in regnum filij charitatis ſuæ, & de uaſis iræ faciat uaſa miſericordiæ. Vndè nobis ſummoperè ſtudendum eſt, ut cooperatores ſimus gratiæ Dei: quia ad hoc uocati ſumus, eiuſque familiari colloquio ſociati, & ſacerdotes ſacrati, ut fructuoſos illi manipulos reportemus, cooperante gratia eius. Neceſſè eſt enim, vt Rectores à ſubditis timeantur, ab ipſiſque corrigantur, ut humana formidine peccare metuãt, qui Diuina iudicia non formidant. Deteriores quippe ſunt, qui Doctorum uitam moreſque corrumpunt, his ſubſtantias aliorum prædiaque diripient. Ipſi enim ea quæ extra nos, licèt noſtra ſint, auferũt: noſtri autem detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduersùs nos armantur, propriè noſipſos decerpunt. Et ideò iuſtè infames ſunt, & meritò ab Eccleſia extorres fiunt. Pro meritis ergò plebis, ſæpè Paſtores deprauantur Eccleſię, ut præcliuiùs corruant qui ſequuntur. Capite uidelicet langueſcente, faciliùs reliqua membra corporis inficiuntur, ut ſcriptum eſt: (Omne caput languidum, & omne cor mœrens: A planta pedis uſque ad uerticem capitis, non eſt in eo ſanitas.) Quapropter manifeſtum eſt, diabolum (qui ſicut leo rugiens, circuit quęrens quẽ poſſit deuorare) cordibus plebium ſuadere, ut Doctores atque Paſtores ſuos detractionibus accuſent, ut (plebibus langueſcentibus, uel malagentibus, non tenentibus Paſtoribus frena eorum) laſciuiant, atque in imaruant. Multùm

Mat. 20. d

Galat. 6. a

Diſt. 21. Sacroſancta Romana.

3. 4. 5. Accuſatores aũt & teſtes.

Et in decr. Iuo. lib. 4.

Ioan. 15. d

6. q. 1. Deteriores ſunt.

Eſa. 1. b

1. Petr. 5. e

uerò

verò diſtant damna morum, à damnis rerum temporalium, cùm iſta extra nos ſint, illa verò in nobis. Sententia quoque Cham filij Noe damnantur, qui ſuorum Doctorum vel Præpoſitorum culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, ſed magis deridenda monſtrauit. Doctor autem vel Paſtor Eccleſiæ, ſi à fide exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus: ſed pro re probis moribus magìs eſt tolerandus, quàm diſtringẽdus; quia Rectores Eccleſiæ à Deo iudicandi ſunt, ſicut ait Propheta: (Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autẽ deos dijudicat.) Vndè oportet vnumquenque fidelem, ſi viderit aut cognouerit plebes aduersùs paſtorem ſuum tumeſcere, aut contra clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterque corrigere ſatagat. Nec eis in quibuſcunque negocijs miſceri, ſi incorrigibiles apparuerint, antequàm ſuo recõcilientur Doctori præſumat: quoniam tam ſacerdotes, quàm reliqui fideles omnes, ſummam curam habere debent de his, qui pereunt, quatenùs eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut, ſi incorrigibiles apparuerint, ab Eccleſia ſeparentur.

2.q.7. Sententia Chã Gen.9.c Inde c. Iuo nis lib.4. Pſalm. 81. 24.q.3. Tã ſacerdotes

Ità ergò beatus princeps Apoſtolorum Petrus de ſancto prædeceſſore noſtro Clemente, plebibus prædicando, quandò docebat eas, qualiter ei obedire deberent, eumque obſeruare, inter cętera ait: Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare; vt ipſe vobis dicat, Cum illo nolite amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſequundare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur, vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrùm amicitias ferre, feſtinet citiùs recõciliari ei qui omnibus præeſt, vt per hoc redeat ad ſalutem, cùm obedire cœperit monitis Præſidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipſe non eſt, & loquutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare Dei Eccleſiam volunt. Et reliqua. His, alijſque quàm plurimis documentis, facilè vnuſquiſque aduertere poteſt, qualiter obedire & obtemperare debet præpoſitis ſuis, & qualiter circa eos agendum ſit, quibus ipſi aut amici ſunt, aut inimici. Si quis enim hæc præcepta non obſeruauerit, hoſtis eſt animæ ſuæ: & non tantùm infamis, ſed & excommunicatus, atque alienus ab eccleſia efficiatur, quoniam neceſſè eſt ea vitia ferro abſcindere, quæ alijs medicaminibus non ſanantur. Parcat vnuſquiſque à laceratione vel detractione linguæ ſuæ, caueatque nè aut linguam aut aures habeat prurientes, id eſt, nè aut alijs deroget, detrahatque quibuſcunque, aut alios audiat derogantes vel detrahentes, cuſtodiatque quiſque ſermones ſuos, & ſciat, quia quicunque de alijs loquitur, ſua ſententia iudicabitur. Caueat etiam omnis fidelis, nè derogando quod in domo cuiuſdam agitur, alia domus per eum cognoſcat, ſed omnium Chriſtianorũ domos quaſi proprias amet. Nemo enim inuito auditori libenter refert. Sitque vniuſcuiuſque ſtudium, nõ ſolùm oculos caſtos ſeruare, ſed & linguã: Vos autem chariſſimi, qui eſtis ſub Domini diſciplina conſtituti, ſic vos exhibete; vt veri miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum eius, vt non vituperetur miniſterium veſtrum, nè fiat in vobis, ſicuti ſcriptum eſt: (Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.) Sic enim vos, veſtroſq; & cunctos corripite, vt nemini noceatis, quatenùs & ab hominibus bonam acquiratis famam, & à Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini. Et ſi quid aduerſi de vnitate Eccleſiæ acciderit, radicitùs amputetur, vt Dei Eccleſia, fructuſque ſeruorum eius maneant incolumia. Propter quod, chariſſimi expectantes ſatagite, immaculati ei inueniri in pace. & Domini noſtri Ieſu Chriſti lõganimitatem ſalutem arbitramini. (Eſtote ergò prudentes, & vigilate in orationibus, ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicèm ſine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrũ illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei: ſi quis loquitur, ſicut ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tanquàm ex virtute, quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorũ. Amen.)

In ipſa epiſt. Clementis Papæ ad Iacobum. & diſ.93. Si inimicus. & in dec. Leonis Papæ. In epiſto. D. Hieron. ad Nepotianum. 1.Cor.4.a Eſa. 24. a 2.Petr.3.d 1.Pet.4.b. c

DVO DECRETA ANACLETI PAPAE, EX QVA ...

Quarè laici in accuſatione Epiſcoporum non audiuntur.

¶ Laici in accuſatione Epiſcoporum audiendi non ſunt, quia oppido eis quidam infeſti ſunt. Et indignum eſt vt ab eis accuſentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari.

2.q.7. Laici in epiſcoporũ. Eadem ferè verba habentur in epiſtola Euſebij eadẽ. can. laicos.

Singulis annis Apoſtolorum limina viſitent Epiſcopi, qui ordinationibus Apoſtolicis ſubiacent.

Iuxta ſanctorum patrum & Canonum inſtituta, omnes Epiſcopi, qui huius Apoſtolicæ ſedis ordinationi ſubiacent, & qui propinqui ſunt, annuè circa Idus Maii ſanctorũ principum Petri & Pauli liminibus præſententur, omni occaſione ſepoſita. Qui verò è longinquo ſunt, iuxta chirographum ſuum impleant. Qui autem huiuſmodi Conſtitutionis contemptor extiterit, prætereàm ſi ægritudine fuerit detentus, ſciat ſe canonicis ſubiacere ſententijs.

93. diſt. Iuxta ſanctorum patrũ Et in dec. Zachariæ Papæ.

Hic eſt can. 4. Synodi Romæ habit. ſub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana.

DECRE-

DECRETA EVARISTI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 96. EVARISTVS natione Græcus, ex patre Iudæo nomine Iuda, de ciuitate Bethleem, ſedit annos nouẽ, menſes decem, dies duos. Fuit autem temporibus Domitiani & Neruæ Traiani, à conſulatu Valentis & Veteris, vſque ad Gallum & Braduam conſules. Martyrio coronatur. Hic titulos in vrbe Roma diuiſit presbyteris. Et ſeptem diaconos ordinauit, qui cuſtodirent Epiſcopum prædicantem, propter ſtylum veritatis. Hic fecit ordinationes * tres per menſem Decembrem, presbyteros * ſex, diaconos * duos, Epiſcopos per diuerſa loca * quinque. Qui etiam ſepultus eſt iuxta corpus Beati Petri in Vaticano ſexto Kalẽdas Nouembres. Et ceſſauit Epiſcopatus dies XVIII.

* iiij. * xvij. * ix. * xv.

Onuphr. in Epitome Pontificũ ann. 13. & mẽſ. 3 illi tribuit.

Hęc ille. Verùm quo ad annos Euariſti Papæ, aliqua eſt inter ſcriptores differentia. Platina enim partim conſentiens Damaſo in margine tamen per annotationis modum, annos decem ſcribit, & menſes ſeptẽ. Euſebius autem Eccleſiaſticę hiſtoriæ libro quarto, capite primo, ſecus illius annos proſequitur: Eadem (inquit) tempeſtate Alexander Romæ, quum octauũ annum Euariſtus ſacerdotalis adminiſtrationis impleſſet, quinta ſucceſſione poſt Petrum atque Paulum plebis gubernacula ſortitus eſt. Porrò Marianus Scotus de eodem ait: Domitiani Imperatoris anno 13 ad veritatem verò Euangelij, 101 ſecundùm autem Dionyſij cyclũ, 79. Senecione & Palma Conſulibus, Euariſtus Papa tertius ſedit annis decem, menſibus duobus. Et iterum idem, Anno 7. Vlpij Crinin Traiani, ad veritatem Euangelij c13, ſecundùm Dionyſij cyclum 89. Gallo ac Bradua Conſulibus, decretalis (inquit) epiſtola Euariſti Papæ data eſt, ſub quibus & paſſus eſt, ſecundùm geſta Põtificum. Hæc Marianus. Lectio quoquè Romano Breuiario inſerta, habet annos duodecim, cui Euſebius in Chronicis ſuis necnon & Caſſiodorus cum Gregorio Holoandro in conſulum, quem deſcribunt, catalogo, conſulibus inter Valentis Veterisque ad Galli uſque & Braduæ conſulatum intermediis, ad minus annos duodecim complentibus, cõcordant. Quocirca veritatis ſcrutatores: concordię dictorum diligentiùs inſiſtant.

EPISTOLA PRIMA EIVSDEM ad omnes Epiſcopos Aphricanos.

1 *Quot in ciuitate diaconi eſſe debeant.*
2 *De vxore ducenda.*

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Aphricæ regionis Epiſcopus, Euariſtus:

Conſulentibus vobis, fratres chariſſimi, quid ſuper his quæ in veſtris continebantur ſcriptis, viſum nobis eſſet, vel quid docilis ratio perſuaderet, aut quid à B. Apoſtolis nobis traditum aut cuſtoditum remaneret, optantes (vt retuliſtis) noſtris inſtitui documentis, hæc verò reſcribimus: Siquidem dilectio veſtra normam ſequuta prudentium, ad ſedem Apoſtolicam referre maluit, quaſi ad caput, quid deberet de rebus dubijs cuſtodire, potiùs quàm vſurpatione præſumere. Diaconi (qui quaſi oculi videntur eſſe Epiſcopi) in vnaquaque ciuitate, iuxta Apoſtolorum conſtituta ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant Epiſcopum prædicantem, nè aut ipſe ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis, aut verba diuina, detrahendo aut inſidiando, polluantur vel deſpiciantur, ſed veritas ſpirituali redoleat feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate concordet. Similiter cuſtoditum & traditum habemus, vt vxor legitimè uiro iungatur. Aliter enim legitimum (vt a Patribus accepimus, & a ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus traditum inuenimus) non fit coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem videntur habere, & a quibus cuſtoditur, vxor petatur, & a parentibus aut propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cum precibus & oblationibus, a ſacerdote benedicatur, & a paranymphis (vt conſuetudo docet) cuſtodita & conſociata a proximis, tempore congruo petitã, legibus detur, & ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant, ut bonę ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non ſpurios, ſed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter filij chariſſimi & merito illuſtres, fide catholica ſuffragante, ita peracta, legitima ſcitote eſſe, connubia. Aliter verò præſumpta, non coniugia, ſed aut adulteria, aut contubernia, aut ſtupra vel fornicationes, potiùs quã legitima coniugia eſſe non dubitate, niſi voluntas propria ſuffragata fuerit, & vota ſuccurrerint legitima. Nam fructus diuinus eſt, præcepta diuina cuſtodire. Ea quoquè deſerere, præſumptionẽ fieri, nulli dubium eſt. Cur ergò indignum eſt, vnitatem Eccleſiæ cuſtodire? Idemque omnes pariter & ſentiamus, & pronunciemus. Si enim aliter preſumpta fuerint, perdũt profectò ipſi tranſgreſſores ſeipſos, qui ſemetipſos decipiunt. Hæc cunctis recitãda per omnes Eccleſias Aphricanas, ſcripta dirigire, & illis connectite, quas adiunximus literas Præfectorũ, vt de his quę iniquè laudantur, (ſi quid tale probari poterit iudicium fiat, & inhibita coerceantur, & præterita mala & illicita coniugia, ſi doceantur admiſſa, digna ſeueritate corripiantur. De cęterò verò caueantur talia per omnes Eccleſias, nè Eccleſiæ ſanctitas, per noſtram fatigata negligentiam, perdat priuilegia, quæ eſt per viros venerabiles conſequuta. De his verò, quibus ab inſidiatoribus fatigamini, vndè & nos conſulere, & a nobis edoceri inter cætera voluiſtis, eò quòd ſint quidam, qui arbitrantur de

1\. 93. Diſt. Diaconi qui quaſi oculi.

II. 30. q. 5. Aliter legitimum nõ. Et in dec. Iuo. lib. 6. Quid ſit, de hoc loco, qui certè lubricus eſt & eget interpretatione vi. de Decretum Concilij Trid. de reformatione matrimonij, c. 1.

30. q. 5. Aliter legit. §. ità pacta.

1\. Cor. 1. b

Patre

Patre, ſolo dictum eſſe, quia ipſe ſolus habet
1. Tim. 6. immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem,
ità eos Apoſtolicis percutite ferulis, & diuinis
redarguite præceptis. Non enim ſolus
pater ſinè filio lucem inacceſſibilem habitat:
quia vbi Pater eſt, ibi etiam filium eſſe indubitabili
fide credendum eſt. Nam ſi ſolus
Pater ſinè filio (quod dicere nefas eſt) lucem
habitat inacceſſibilem, neceſſè eſt, vt ſequeſtratam
Pater à filio habeat manſionem.
Quòd ſi ità eſt, quonam modo idem filius, ad
dexteram Patris adſtans, à beato martyre Ste-
Act. 7. g phano dicitur conſpici, ſi Pater ſecundum eos
ſolus dicitur ſedibus lucis contineri? Abſit
hoc à ſenſo fidelium, Chriſto in vnitate fidei
adhærentium: quoniam ſicut non obeſt
filio, cùm ſolus dicitur Pater lucem inacceſ-
Eccl. 24. a ſibilem habitare, ità non obeſt Patri, cùm ſapientia,
quæ eſt filius, dicitur gyrum cœli ſo-
la circuire. Pater itaque cùm ſit inuiſibilis &
Coloſſ. 5. b ingenitus in ſe, in filio viſus Apoſtoli teſtimo
nio comprobatur, & in filio, à te inenarrabiliter
genito, manſiſſe ac requieuiſſe monſtra-
Eccl. 24. a tur ipſo filio in Propheta loquente: (Qui me
» genuit, requieuit in tabernaculo meo.) Et in
Ioan. 14. d Euangelio: Pater in me manens, facit opera
Ioan. 1. b hæc. (Et Deum nemo vidit unquàm, niſi vni-
» genitus filius, qui eſt in ſinu Patris.) Si enim
in ſinu Patris erat filius ab initio, & ex corde
Patris verbum bonum eructatum eſt, quomo-
Pſalm. 44. dò non in corde paterno conſiſtens, lucem cũ
eodem inacceſſibilem habitâſſe credendus eſt?
Nunquid Pater abſque ulla luce in filio potuit
commanere, aut in tabernaculo filij ſinè radê
potuit requieſcere, cùm idem filius candor ſit
æternæ lucis, & ſpeculum ſinè macula Deitatis,
quam Salomon ſuper ſalutem ſuam dile-
Sap. 7. d xiſſe ſe dicit, in cuius ſpecie, ſemper delectari
geſtiuit? (Super ſalutem & ſpeciem) inquit (di-
» lexi illam, & pro luce propoſui habere eam,
Sap. 7. b » quoniam inextinguibile eſt lumen eius.) Hanc
ergò Dauid propheta lucem deſiderans, anxi*
proclamat, dicens: Emitte lucem tuam & ueri-
Pſal. 42. tatem tuam. (iterùm:) (In lumine tuo videbi-
Pſal. 35. mus lumen.) In huius igitur luminis charitate
filius ſeipſum in Monte tribus diſcipulis præ-
Matt. 17 Marc. 9. a oſtendit: qui metu mortis præterriti, proſtrati
Luc. 9. d que in faciem, ſibi vitæ finem adeſſe ſenſerũt.
Hanc (inquam) lucem in ſe fuiſſe demonſtrãs
filius proclamabat, & vt in eadem incederent,
Ioan. 12. c diſcipulos præmonebat: (Cum lucem habetis,
» inquit, ambulate in luce.) Et iterùm: (Ego ſum
Ioan. 8. b lux huius mundi. Qui ſequitur me, non ambu
lat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ æter-
Ioan. 1. a næ. Et Euangeliſta: Erat lux vera, ait, quæ illumi
nat omnem hominem uenientem in hũc mũ-
dum. Si hæc lux, quæ credentibus promittitur,
in filio eſſe probatur, & cum æterno æterna
eſſe dicitur, quomodo à nobis ab inacceſſibili
luce Patris & filius ſeparatur? Si enim filius,
Deus verus & uita æterna eſt, ſinè dubio
in hac luce ſimul cum patre habitare credendus
eſt, quam nullus modò noſtrum, in hoc
mortali corpore cõſtitutus, poteſt aliquatenùs
contueri: ſed dum apparuerit, tunc verè illum 1. Ioan. 3. a
debit, ſicuti eſt, qui eius conſpectibus fuerit
dignus coaptari. Et non ſicut Moſes, cæteriq;
prophetæ per ænigmata & figuram, ſed ipsá
ueraciter in filio, ſecundùm Apoſtolum, con- 2. Cor. 13. d
tuebitur deitatis imaginem. Nam ſi hunc, eun
demque prophetæ ſub teſtimonio, ſubſequen
te ſereno mentis intuitu, inueſtigare volueris,
inuenies filium non poſſe ab hac luce Patris
penitùs ſeparari: quoniam cùm ſolum filium
dixerit in terra cum hominibus conuerſatum
Patrem ab illo, non eſt credendum, fieri alie-
num. (Si teſtimonium enim hominum accipi- 1. Ioã. 5. b
mus, teſtimonium Dei maius eſt. Quoniam »
hoc eſt teſtimonium quod maius eſt, quia teſti »
ficatus eſt de filio ſuo: Qui credit in filiũ Dei, »
habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit »
in filium, mendacem facit eum, quia non cre- »
dit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus »
de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, quoniam »
vitam æternã dedit nobis Deus, & hæc uita eſt »
in filio eius. Qui habet filium, habet vitã: qui »
non habet filium Dei, non habet vitam. Hæc »
ſcribo uobis, ut ſciatis, quoniam uitam habe- »
tis æternam, qui creditis in nomine filij Dei. »
Et hæc eſt fiducia, quã habemus ad eum, quia »
quodcunque petierimus ſecundùm uolunta- »
tem eius, audit nos. Et ſcimus quia audit nos, »
quicquid petierimus: ſcimus quoniam habe- »
mus petitiones, quas poſtulamus ab eo. Qui »
ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad »
mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non »
ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non ꝓ »
illo, dico, ut roget quis. Omnis iniquitas pec- »
catum eſt, & eſt peccatum ad mortem. Scimus »
quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, »
ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus »
non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo ſu- »
mus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. »
Et ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit »
nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, »
& ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus, & »
vita æterna. Hæc fratres prædicate, hæc omni- »
bus nunciate. Vos verò inuicèm exhortamini, 2. Cor. 13. d.
perfecti eſtote, ſemperq́ue gaudete: pacem autem
ſectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis
erit vobiſcum. Deo autem & Patri no
ſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amẽ. Data ix.
Calendas Aprilis, Valẽte & Vetere vv. cc. coſſ.

EPISTOLA SECVNDA EVARISTI PAPAE.

De epiſcopis eiectis, & alijs loco eorum ſubſtitutis.

EVariſtus urbis Romæ Epiſcopus, omnibus per Aegyptum Domino conglutinatis fratribus in Domino ſalutem: Vnum nos, Fratres, ſentire oportet & agere, vt (ſicut legimus) in nobis vnum cor & una anima eſſe ꝓbetur. Scimus namque, ſicut & à patribus accepimus, Chriſtum eſſe caput, cuius & mem-

bra

Ephe. 4. d. bra ſumus. Ipſe enim eſt ſponſus, & Eccleſia
ſponſa, cuius filij nos ſumus: & ideò vnum
Patrem habemus Deum in cœlis. Sacerdotes
verò vice Chriſti legatione funguntur in
Eccleſia. Et ſicut ei ſua coniuncta eſt ſponſa,
id eſt, Eccleſia, ſic Epiſcopis iunguntur Ec-
cleſiæ, vnicuique pro portione ſua. Et ſicut
vir non debet negligere vxorem ſuam, ſed
diligere & caſtè cuſtodire & amare atque
prudenter regere: ſic Epiſcopus & multò
magis cuſtodire & amare, atque prudenter
regere debet Eccleſiam. Et velut vxor, quæ
ſub manu eſt viri, obedire debet viro ſuo,
eumque diligere & amare, ità potiùs etiam
Eccleſia Epiſcopo ſuo in omnibus obedire,
eumque diligere & amare vt animam ſuam
debet, quia illud fit carnaliter, iſtud ſpirituali-
7. q. 1. Sicut vir nõ ter. Et ſicut vir non debet adulterare vxorem
ſuam, ità nec Epiſcopus Eccleſiã ſuam, id eſt,
vt illam dimittat, ad quam ſacratus eſt, abſque
ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica vel re-
gulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa
coniungat. Et ſicut vxori non licet dimittere
virum ſuum, vt alteri ſe (viuente eo) matri-
monio ſociet, aut eum adulteret, licèt forni-
1. Cor. 7. b catus ſit vir eius, ſed iuxta Apoſtolum, aut vi-
rò ſuo reconciliari debet, aut manere innu-
pta: ità Eccleſiæ non licet dimittere Epiſcopũ
ſuum, aut ab eo ſe ſegregare, vt alterum (vi-
uente eo) accipiat, ſed aut ipſum habeat, aut
innupta maneat; id eſt, alterum Epiſcopum
(ſuo viuente) non accipiat, nè fornicationis
aut adulterij crimen incurrat. Nam ſi adulte-
rata fuerit, id eſt, ſi ſe alteri Epiſcopo iunxe-
rit, aut ſuper ſe alterum Epiſcopũ adduxerit,
aut eſſe fecerit vel deſiderauerit, per acerrimã
pœnitentiam aut ſuo reconcilietur Epiſco-
po, aut innupta permaneat. Vndè & Domi-
Matt. 5. d nus loquitur in Euangelio, dicens: (Si quis
,, viderit mulierem ad concupiſcendum eam,
2. Tim. 4. iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.) Epiſco-
7. q. 1. Sicut vir. §. Epiſcopũ verò. Et in epiſt. 1. Clementis ad Iacobum. pum verò oportet opportunè & importunè
atq; ſinè intermiſſione Eccleſiã ſuam docere,
eamq; prudenter regere & amare, vt à vitijs ſe
abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit æternã.
Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam
debet ſuſcipere, eumq; amare & diligere, vt
legatum Dei, & præconem veritatis: quia (re-
Matt. 16. c & 18. b ſtante veritate) (quęcunq; ligauerit ſuper ter-
ram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; ſol-
,, uerit ſuper terram, erũt ſoluta & in cęlo.) Ni-
mis timenda eſt, Fratres, hæc ſententia, & prę-
uidendum vobis, nè offendatis eos, qui tantã
à Domino habent poteſtatem. Et ideò potiùs
obediendi, diligendi, & ſummoperè veneran-
di ſunt, non detrahendi, vel lacerandi, aut
eijciendi, ſed portandi & amandi, ipſo dicen-
Luc. 10. c te Domino: (Qui vos audit, me audit: & qui
,, vos ſpernit, me ſpernit.) Ideò hæc vobis &
omnibus fidelibus ſcribimus Fratres, vt ab his
vos caueatis, & poſteris veſtris nõ malum, ſed
bonum exemplum relinquatis, quoniam in-
iuria Epiſcoporũ ad Chriſtũ pertinet, cuius

vice funguntur. Audiuimus enim quoſdam à 3. q. 1. Audiuimus quoſd. Et in 1. epiſt. Clemẽtis ad Iacobũ
vobis infamatos & dilaceratos Epiſcopos, ac
è ciuitatibus proprijs pulſos, quia alibi Epi-
ſcopi conſtitui non poſſunt, niſi in ciuitati-
bus non minimis: & alios in eis, ipſis viuenti-
bus, conſtitutos. Ideò hæc vobis ſcribimus, vt
ſciatis hoc fieri non licere, ſed proprios reuo-
cari, & integerrimè reſtitui debere. Illos ve-
rò, qui adulterina fœditate ſponſas ſuas, quas
& vxores eorum (præfixo tenore) eſſe intelli-
gimus, tenent, eijci, vt adulteros, atque infa-
mes fieri, eoſque ab Eccleſiaſticis honoribus
arceri, iubemus. Si autem aduersùs eos aliquã
quęrelam habueritis, his peractis, inquiren-
dum erit, & authoritate huius ſanctę ſedis ter-
minandum. Et nè omnia nunc ſingulatim di-
camus, omne bonũ, ſi ipſa per ſe in vobis fue-
rit, charitas facere vos docebit, ſicut & è con-
trario eos, qui à ſalute alieni ſunt, omne ma-
lum facere, odiũ docet. Vndè & vos, qui veri
Dei eſtis diſcipuli, abijcite à cordibus veſtris
ante omnia diſcordias & animorũ diſſenſio-
nes, ex quibus omne malum opus procedit, &
benignitatem ac ſimplicitatẽ tota mente ſer-
uate. Veruntamen ſcitote cuncti, quòd ſupra
omnes vos laboret Epiſcopus: quia vnuſquiſ-
que veſtrûm ſuum proprium fert laborẽ, ille
verò & ſuum, & ſingulorum. Et ideò ſicut ille
pro vobis omnibus, ità & vos omnes ſummo-
perè laborare pro eo debetis, intantùm, vt (ſi
etiã neceſſè fuerit) animas veſtras pro eo po-
natis, ſicut & ipſe animam ſuam pro vobis (ſi
neceſſè fuerit) ponere debet, ipſo dicente Sal-
uatore: (Bonus paſtor animam ſuam dat pro Ioã. 10. b
ouibus ſuis.) Vos verò obedite eis, & vigilate ,,
pro eis, quia ipſi peruigilant, quaſi rationem Hebr. 13.
pro animabus veſtris reddituri, vt cum gau-
dio hoc faciant, & non gementes. Non eſt 2. q. 7. Nõ eſt à. Et in dec. Iuon. lib. 4.
itaque à plebe aut vulgaribus hominibus ar-
guendus vel accuſandus Epiſcopus, licèt ſit
inordinatus: quia pro meritis ſubditorũ, di-
ſponitur à Deo vita Rectorũ, exemplo Dauid
peccantis, ac comparatione Principum, qui
ex merito plebis præuaricantur. Sacerdotes
enim exquirere debent peccata populorum,
& ſagaci ſolicitudine vnumquemque proba-
re, iuxta teſtimonium Domini ad Hieremiam
loquentis: (Probatorem, inquit, dedi te po- Hier. 6. g
pulo meo robuſtum, & ſcies, & probabis viam ,,
eorum.) Ideò iſta dico, quia inſidiator bona ,,
ſæpiſſimè ſolet conuertere in malum, & in
electis ponit maculam. Vndè ſi qui ſunt vi- 2. q. 7. Si qui ſunt. Et in dec. Iuon. li. 4.
tuperatores aut accuſatores Epiſcoporum,
vel reliquorum Sacerdotum, non oportet
eos à iudicibus Eccleſiæ audiri, antequàm eo-
rum diſcutiatur æſtimationis ſuſpicio vel
opinio, quia intentione, qua fide, qua teme-
ritate, qua vita, qua conſcientia, quóve me-
rito, ſi pro DEO, aut pro vana gloria, aut
inimicitia, vel odio, aut cupiditate, iſta præ-
ſumpſerint, nécne.

Hæc omnia fideliter ſunt perſcrutanda, & 2. q. 7. Sũt nonnulli qui.
diligenter pertractanda. Nam ſunt nonnulli,

qui Præpoſitos ſuos peruersè repræhendunt, ſi vel parùm ipſis moleſti extiterint. Idcircò recto oculo Primates Eccleſiarũ vtiliter præuideant, nè quiſquam eorum innocens vexetur aut ſcandalizetur, intendentes ſententiæ [Matt. 18. a] Domini, qua ait: (Si quis ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis, melius eſt illi, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.) Et reliqua. Deus autem [3 q. 1. Deus omnipotens, vt. & 5 dec. Iuo. lib. 4.] omnipotens, vt nos à præcipitatæ ſententiæ prolatione compeſceret, (cùm omnia nuda & aperta ſint oculis eius) mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priuſquàm manifeſtè agnoſceret, quæ dicebantur. [Heb. 4. d] Vndè ipſe [Gen. 18. c] ait: (Deſcendam, & videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ità, vt ſciam.) DEVS omnipotens (cui nihil abſconditum eſt, ſed omnia ei manifeſta ſunt, etiàm antequàm fiant) non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic, prolixitatem vitantes, non inſeruimus) per ſe inquirere dignatus eſt, niſi vt nobis exemplum daret, nè præcipites in diſcutiendis & iudicandis negocijs eſſemus, & nè mala quorunque priùs præſumamus credere, quàm probare. Cuius exemplo monemur, nè ad proferendam ſententiam vnquàm præcipites ſimus, aut temerè indiligenterque indiſcuſſa quæque quoquo modo iudicemus, dicente veritatis vo[Matth. 7. a]ce: (Nolite iudicare, vt nõ iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.) Et [30. q5. 5. Nullũ ante.] reliqua. Nam mala audita nullum moueant, nec paſſim dicta, abſque certa probatione, quiſquam vnquam credat, ſed antè audita diligenter inquirat, nè præcipitando quicquam aliquis agat. Si enim Dominus omnium, Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum vſque peruenerat, omnia ſciens, priùs nec credere nec iudicare voluit, quàm ipſe ea cum fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans, quæ audierat, opere veraciter cognoſceret: multò magis nos humani & peccatores homines, quibus incognita ſunt occulta iudicia Dei, hæc præcauere, & nullum ante veram iuſtamque probationem iudicare aut damnare de[30. q5. 5. Nullũ ante.]bemus, manifeſtè Apoſtolo dicente Paulo, qui ait: (Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? Suo enim Domino ſtat, aut cadit.) Vndè & [Rom. 14. a] per prophetam Dauid Dominus loquitur, [Pſal. 74] dicens: (Nolite extollere in excelſum cornu veſtrum, loquentes in ceruice veteri, quia neq; ab oriente, neque occidente, neque à ſolitudine montium, ſed Deus iudex hunc humiliabit, & hunc exaltabit, quia calix in manu Domini eſt, vino meraco ad plenum mixtus, & propinabit ex eo. Veruntamen fæces eius potabunt bibentes omnes impij terræ. Ego autem annunciabo in ſempiternum, pſallam [Pſal. 75] Deo Iacob.) Et alibi idem ait Propheta: (Ab increpatione tua, Deus Iacob, conſopitus eſt & currus & equus. Tu terribilis es, & quis ſtabit aduerſùm te? Ex tunc ira tua. De cœlo annunciabis iudicium, terra timens tacebit, cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus, vt ſaluos facias omnes mites terræ.) Et Apoſtolus ait: (Mihi vindictam, ego retribuam.) Et alibi inquit idem Apoſtolus: (Sufficit vnicuique [2. Cor. 2. b] obiurgatio, quæ fit à pluribus, ità vt magis [Rom. 12. d] donetis, & conſolemini, nè fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur is, qui in anguſtia eſt. Propter quod obſecro vos, vt confirmetis in illo charitatem.) Et Dominus in Euangelio ait: (Diliges Dominum Deum tuum ex [Mat. 22. d] toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum ſicut teipſum. [Rom. 13. c] Dilectio enim proximi, malum non operatur. [Rom. 2. a] Propter quod,) iuxta Apoſtolum, (inexcuſabilis es ô homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas, eadem agens quæ iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium DEI eſt ſecundùm veritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc, ô homo omnis, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius: [Mat. 16. d] his quidem, qui ſecundùm patientiã boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quærentibus vitam æternam: his autem, qui ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia, in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum.) Et alibi idem ait Apoſtolus: (Cauſati enim ſumus, omnes ſub [Ro. 3. b, c] peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt, Quia non eſt [Pſal. 13] iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum, Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Sepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidum ſub labijs eorum. Quorũ os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio & infelicitas in [Rom. 3. a] vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, & non eſt timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege ſunt, loquitur, vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo, quoniam ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coràm illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſinè lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & prophetis. Iuſtitia autem Dei per fidem IESV Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt. Non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratìs per gratiã ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit

Deus

» Deus propitiatorem per fidem in ſanguine
» ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter
» remiſſionem præcedentium delictorum, in
» ſuſtentationem DEI, ad oſtenſionem iuſtitiæ
» eius in hoc tempore, ut ſit ipſe iuſtus, & iu-
» ſtificans eum, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti.)
Rom. 8.f Itèm idem: (Quis accuſabit aduersùs electos
» Dei? Deus qui iuſtificat? Quis eſt qui con-
» demnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, im-
» mò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei,
» qui etiàm interpellat pro nobis. Quis ergò
» nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio?
» anguſtia? an perſecutio? an fames? an nudi-
» tas? an periculum? an gladius? ſicut ſcriptũ
Pſal.43. eſt, Quia propter te mortificamur tota die,
» æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in
» his omnibus ſuperamus propter eum qui dile-
» xit nos. Certus ſum enim, quia neque mors,
b » neque uita, neque angeli, neque principa-
» tus, neque virtutes, neque inſtantia, neque
» futura, neque fortitudo, neque altitudo, ne-
» que profundum, neque creatura alia poterit
Rom.15.a » nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chri-
» ſto Ieſu Domino noſtro.) Debemus autem
nos, vt ait idem Apoſtolus, firmiores, im-
becillitates infirmorum ſuſtinere, & nobis
* noſtrûm placere. (Vnuſquiſque * veſtrûm proximo ſuo
» placeat in bonum ad ædificationem. Etenim
» Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum
Pſal.68. eſt, Improperia improperantium tibi, ceci-
» derunt ſuper me. Benedictus Deus & Pater
2.Cor.1.a Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericor-
» diarum & Deus totius conſolationis, qui
» conſolatur nos in omni tribulatione noſtra,
» vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in om-
c » ni preſſura ſunt, per exhortationem qua ex-
» hortamur & ipſi à Deo: quoniam ſicut abun-
» dant paſſiones Chriſti in nobis, ità & per
» Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Siue
d » autem tribulamur, pro veſtra exhortatione
» & ſalute: ſiue exhortamur, pro veſtra exhor-
» tatione, quæ operatur tolerantiam earun-
» dem paſſionum, quas & nos patimur, & ſpes
» noſtra firma eſt pro uobis, ſcientes quoniam
» ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſo-
1.Cor.10. lationis. Fidelis autem Deus, qui non pa-
» tietur vos tentari ſuper id quod poteſtis, ſed
» faciet cum tentatione etiam prouentum, vt
1.Cor.14.a poſſitis ſuſtinere.) Propter quod, chariſſi-
mi, ſectamini charitatem, & æmulamini
meliora & ſpiritualia, & adiuuante vos inui-
cem, ut Deo ſemper in omnibus placere va-
leatis. Deus autem pacis ſit cum omnibus vo-
bis. Amen. Data kalend. Nouembris, Gallo
& Bradua viris clariſſimis coſſ.

EX DECRETIS EVARISTI PAPÆ, ſecundùm Codicem librorũ quinq;. libro quinto, capite 8. Tamen ſecundùm Decret. Gratiani, eſt conſtitutio Higini Papæ.

Vt ſinè Miſſa, Eccleſia dedicari non debeat.

Omnes baſilicæ cum Miſſa ſemper debent
conſecrari, altaria verò placuit non ſolum
Concil.Gener.Pars 1.
vnctione chriſmatis, ſed etiàm ſacerdotali
benedictione ſacrari. Si verò altaria nõ fue-
rit lapidea, ad celebranda diuina officia non
conſecrentur. Vbi etiàm Eccleſia eſt, de cuius
ambigitur conſecratione, à vicinis presbyte-
ris & parochianis fideliter requiratur. Hi er-
gò cum cæteris omnibus in ſynodali Concilio
ab Epiſcopo pro ſuo ſunt conteſtandi ſacer-
dotio, ſi illorum temporibus vel Anteceſſõ-
rum ſuorum, ſciant Eccleſiæ illius dedicatio-
nem, die vel officio vnquàm fuiſſe celebrem.
Quòd ſi affirmando in hoc concordant, non
fiat iniuria Eccleſiæ legitimæ vel ſuo defenſo-
ri: Sin autem, in arbitrio ſit Epiſcopi, clau-
dere ſeu aperire eam.

Vſque ad verbum conſecrari apud pleroſque collectores citatur ex Euariſto: reliqua aliter habetur apud Grat. De conſecr. diſt. 1. c. omnes Baſilicę. c. Altaria. c. Altaria placuit. ex diuerſis Concilijs.

DECRETA ALEXANDRI PAPÆ PRIMI.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

ALEXANDER natione Romanus, Anno Domini 109.
ex patre Alexandro, de regione
Caput tauri, ſedit annos x. men-
ſes 7. dies 2. Fuit autem tempori-
bus Traiani vſque ad Helianum & Veterem
conſules. Hic paſſionem Domini miſcuit
in precatione ſacerdotum quandò Miſſæ ce-
lebrantur. Martyrio coronatur, & cum eo
Euentius presbyter & Theodolus diaconus.
Hic conſtituit aquam adſperſionis cum ſale
benedici in habitaculis hominum. Hic fe-
cit ordinationes tres per menſem Decem-
brem, presbyteros ſex, diacones duos, Epi-
ſcopos per diuerſa loca quinque. Qui & ſe-
pultus eſt via Numentana, vbi decollatus
eſt, ab vrbe Roma non longè, milliario 7.
quinto Nonas Maias. Et ceſſauit Epiſcopa-
tus dies * xxv.

Hæc Damaſus: De eodem autem Alexandro ità XXXV.
ſcribit Euſebius Eccleſiaſticæ hiſtor. libr. 4. capite 4.
Tertio autem eiuſdem (ſcilicet Traiani) principa-
tus anno, Alexander Epiſcopus Romanæ vrbis, ſa-
cerdotium ſimul & vitam finiuit, decennio expleto.
Hæc ibi. Et Marianus Scotus: Anno Vlpij Criniti
Traiani nono, & iuxta Euangelij veritatem cxiij,
ſecundùm verò cyclum Dionyſij xcj, Criſpino ſecun-
dò & Solino Conſulibus, Alexander Papa quartus
poſt Petrum, ſedit annis x. menſibus v. Et idem de
eodem ſcribit: Anno Vlpij Criniti Traiani xix, & ad
veritatem Euangelij 123, ſecundùm cyclum Dionyſij 101, Adriano ſecundò & Ruſtico Conſulibus,
Alexandri Papæ paſſio, qua is quinto Nonas Maij,
Romæ, via Numentana, ab vrbe milliario 7. cum
Euentio & Theodulo presbyteris, ſub Traiano Im-
peratore, iudice Aureliano, decollatur: Siquidem
Adrianus adhuc non imperabat. Et in Martyrolo-
gio legitur: Alexander Papa conſtituit aquam ad-
ſperſionis cum ſale benedicto in habitaculis homi-
num ſpargi.

EPISTOLA EIVSDEM DECRETALIS prima, ad omnes Orthodoxos.

1 *De ijs, qui ſacerdotes accuſant, vel perſequuntur.*
2 *De ſcriptura vel confeſſione per vim extorta.*
3 *Si quis aduersùs Epiſcopum, vel actores eccleſiæ querelam habuit.*
4 *Vt in oblatione Sacramentorum, commemoretur paſſio Chriſti, & vt panis tantùm & vinum aqua mixtum offeratur.*
5 *De benedictione ſalis & aquæ, ſiue cæterorum elementorum.*
6 *De Trinitate & vnita deitatis.*

ALEXANDER Epiſcopus, omnibus orthodoxis per diuerſas prouincias Chriſto Domino famulantibus: Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fratres chariſſimi, & poſt vitam hanc vnumquenque, prout geſſerit, recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit, ſed nobis; vobis loqui, ne-
Eſa.58.a ceſſitas imperauit, dicente propheta: (Exalta
,, vt tuba vocem tuam.) Et cui omnium eccleſiarum commiſſa eſt cura, ſi diſſimulem, audiá,
Matt.15.a Domino dicente, (Reieciſtis mandatum Dei,
,, vt ſtatuatis traditiones veſtras.) Quid enim
Marc.7.b aliud eſt reijcere mandatum Dei, quàm priuato conſilio, iudicio humano, nouis rebus conſtituendis liberiùs delectari? Vnde & alibi
Prou.22.d ſcriptum eſt: (Ne tranſgrediaris terminos an-
,, tiquos, quos poſuerunt patres tui.) Terminos
Deut.19.c indubitanter tranſgreditur, qui ſtatuta patrũ poſtponit atque confundit. Peruenit nanque ad conſcientiam Apoſtolicæ ſedis, quòd nonnulli ſunt tam ſtolidi, qui Dominica præcepta, & apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum ſtatuta minimè obſeruant, & eos de quibus
Zach.2.c Dominus ait: (Qui vos tangit, tangit pupillã
,, oculi mei) non ſolùm tangere minimè dubitant, ſed etiàm perſequi non formidant. Et licèt nos perſequantur, quia nec nos ſinè illis, nec illos ſinè nobis pſequi poſſunt, qm̃ illius
Ioan.15.d ſumus diſcipuli, qui animas pro fratribus præcepit ponere, tamen eis pericula & perditiones eorum non ſumus auſi celare, nè prophetica (quod abſit) damnemur ſententia quę
Eze 3.c ,, ait: (Si annunciaueris iniquo iniquitatẽ ſuã,
15.q.6. Si quandoq; a ſacerd. animam tuam liberáſti: Si autem non annunciaueris ei, ſanguinem eius de manu tua requiram.) Eſt etiàm & hoc ad hanc ſanctam
,, Sedem perlatum, (quod pudet dicere, & non ſolùm ſacerdotali, ſed etiam omni Chriſtiano
* nõnulli nomini eſt inimicum) id eſt, quòd * nonnullos epiſcopos vel ſacerdotes, aut metu cõpellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confeſſionis ſuæ in alteram partẽ quàm debeant, aut pro ſuarum non requiſitione
* cauſarũ. * rerum, aut (quod deterius eſt) pro alieni erroris ſecta ſcripturas facere, & proprijs manibus roborare, & coram populis recitare atq; confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergaſtulis recludi, vt ſaltem his territi inſidijs, deuient Domini ſacerdotes, & ſuis faueant * vo- *voluptatibus.
luntatibus. Relatum inſupèr eſt ad huius ſan- 11.q.1. Relatũ eſt.
ctæ & Apoſtolicæ Sedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negocia Eccleſiarũ ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput, ipſo dicente principi apoſtolorum Petro: (Tu Petrus, & ſuper hanc petram Mat.16.c
Eccleſiam meã ædificabo:) quòd quidã æmu- ,,
li Chriſti, eiuſq; ſanctæ eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant, quum magis Apoſtolus Chriſtia- 1.Cor.6.a
norum cauſas ad Eccleſias deferri, & ibidèm terminari præcipiat. Taliter præuaricantes, præuaricati ſunt in Deum ſuum, & non obediunt preceptis eius. De quibus Dominus per prophetam Oſee loquitur, dicens: (Quaſi vac- Oſe.4.d.
cæ laſciuientes declinauerũt & dilexerunt af- ,,
ferre ignominiam protectoribus ſuis.) Et idẽ: ,,
(Væ eis, quoniã receſſerunt à me:) Vaſtabun- Oſe.7.d
tur, quia præuaricati ſunt in me. Et ego rede- ,,
mi eos, & ipſi loquuti ſunt contra me menda- ,,
cia. Et non clamauerunt ad me in corde ſuo, ,,
ſed vlulabant in cubilibus ſuis, Super triticũ ,,
& vinum ruminabant, & receſſerunt à me. Et ,,
ego erudiui, & confortaui Brachia eorũ, & in ,,
me cogitauerunt malitiam. Reuerſi ſunt, vt ,,
eſſet abſq; iugo, facti ſunt quaſi arc* doloſus. ,,
Abijciet eos Dominus.) ait idẽ ppheta, (quia ,, Oſe.9.d
non audierunt eum, & erunt vagi in nationi-
bus.) De his enim clericis & laicis, qui Epi- ,,
ſcopos vel reliquos ſacerdotes, priùs tam ad Primates eorum quàm ad reliquos accuſant iudices, quàm auribus eorũ, à quibus ſe læſos æſtimant, inculcent, vt ab eis aut ius ſuũ, aut iuſtam recipiant apologiam, item per eundẽ ait Dominus prophetã: (Audi domus Iſrael, Oſe.5.a
& domus regis auſculta, & attendite ſacerdo- ,,
tes, quia vobis iudicium eſt. Quoniã laqueus ,,
facti eſtis ſpeculationi, & rete expanſum ſup ,,
Thabor, Victimaſq; declinâſtis in profundũ, Oſe.7.b
Et ego eruditor omniũ veſtrûm. Et alibi: Om- ,,
nes calefacti eſtis quaſi clibanus, quia deuora- ,,
tis iudices veſtros.) Ipſi autẽ declinant victi- ,,
mas Domini in profundũ, qui eos deuorant vel iniuſtè lacerant, qui oculi Domini dicun- *Zach.2.c
tur. Nam ſi modò quiſquã principis ſecularis oculos laceraret aut amoueret, eſſet reus criminis maieſtatis, an non? Profectò aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro ſeculi poteſtatibus talia ab hominibus fiunt, quid p his fieri putatis, de quibus Dominus ait, (Qui vos tangit, tangit pupillã ocu- Ibidèm.
li mei?) Proculdubiò hi, qui eos perſequũtur, 3.q.4. Hi qui Epiſcopos
& amouere nituntur iniuſtè cõtra Apoſtolicã authoritatem, etſi à morte prohibentur, dicente Domino: (Nolo mortẽ peccatoris, ſed Ezec.18.g
vt conuertatur & viuat,) perpetua tamẽ notan- ,,
tur infamia, & exilio digni iudicantur finitimo. De quibus à temporibus Apoſtolorũ & infrà, iſta tenemus, atq; decreta habemus, quibus eorũ accuſandi Epiſcopos, vel teſtificãdi in eos, vocẽ obſtruimus, quos nõ humanis, ſed diuinis actibus, mortuos eſſe ſcimus. De qui-

bus

Oſe. 5. c

bus Dominus loquitur per eundem prophetam: (Calumniam patiens Ephraim, fractus eſt iudicio, quoniam cœpit abire poſt ſordẽ. Et ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Iudas vinculũ ſuũ. Et abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem. Et ipſe non poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculum.) Qui enim ſacrilega perſequuntur perſuaſione & lacerare nitũtur Epiſcopos, vel eos qui Domino rectè ſacrificant, indubitanter eum perſequuntur & dilaniant, cuius vice funguntur. Vnde ait Dominus per Iohel phophetam: (Nunquid vltione redditis mihi? Et ſi vlciſcimini vos contra me, citò velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum.) Et per Oſeę prophetã Dominus inquit: (Quis ſapiens, & intelligit iſta? intelligens, & ſciet ea? Quia rectæ viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis, præuaricatores verò corruent in eis.) Et ipſa per ſe veritas ait: (Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.) His & alijs fulti quàm plurimis Dominicis præceptis, vitantes hominum perditiones, cum omnibus huius ſanctæ Sedis, quam Dominus caput totius Eccleſiæ conſtituit, membris, talia fieri prohibemus, nè cõfundatur populus Domini in æternum. Nam & à prædeceſſoribus noſtris inhibitum legimus, vt nemo contriſtet doctores, neque accuſationem aduerſus eos ſuſcipiat. Ipſe nanque Apoſtolorum princeps in ordinatione beati Clementis populum inſtruens, ait: Quicunque contriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omniũ exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. Et doctor gentium inquit: (Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, ſuſtentate: illum in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, nè & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.) Has conſiderantes pietates, & pericula vitantes animarum, vnà cum omnibus Domini ſacerdotibus, qui nobiſcũ in hanc ſacram conuenerunt vrbem, & cum omnibus huius capitis membris, ſicut à beatis Apoſtolis, & à reliquis ſanctis patribus, & à ſucceſſoribus eorũ accepimus, ſtatuentes decernimus, omnes, qui ſanctos patres perſequuntur, aut amouere vel dilacerare manifeſtè nituntur, infames eſſe, & alienos à liminibus eccleſiæ vſque ad ſatisfactionem fieri: quia ſic odit Deus eos, qui aduerſùs patres armantur, vt patrum inuaſores vel deſtructores. Qui ideò infames efficiuntur, quia patres perſequuntur. Quòd ſi nec loqui eis licet, quibus doctores ſummi (quos Epiſcopos vocamus) propter eorum ſcelera aduerſantur: quanto magis eis, qui eos infeſtant, nec conſentiendum eſt, nec loquendum, nè participes eorum inueniantur ſceleribus, quia non ſolùm qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus, rei ſunt? Vndè & beatus princeps

Iohelis 3. a

Oſe. 14. d

Luc. 10. c

In epiſto. Clemẽtis ad Iacobũ, circa initium. Galat. 6. a

Rom. 1. d

apoſtolorum Petrus, qui ordinatione ſancti prædeceſſoris noſtri Clementis, inſtruens clerum & populum, ait: Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, Cũ illo nolite amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur, vt vnuſquiſque qui in culpa eſt, dũ omnium veſtrûm cupit amicitias ferre, feſtinet citiùs reconciliari ei, qui omnibus præeſt, vt per hoc redeat ad ſalutem, quum obedire cœperit monitis præſidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus nõ eſt, & loquutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare eccleſiam Dei volunt: Et quum corpore vobiſcum eſſe videatur, mente & animo contra uos eſt. Et eſt multò nequior hoſtis hic, quàm illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciẽ, quæ inimica ſunt, gerit, & Eccleſiam diſpergit ac vaſtat. Similiter ſi huiuſmodi pſonis quædam ſcripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt ſe liberare poſſint, quocunque ab eis conſcriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium aut nocumentum *peruenire cenſemus, neque vllam eis infamiam vel calumniam, aut à ſuis ſequeſtrationẽ bonis, vnquàm authore Deo, & ſanctis apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus ſuſtinere permittimus. Confeſſio verò in talibus nõ compulſæ, ſed ſpontanea fieri debet, ipſo atteſtante qui ait: (Ex corde enim procedũt homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ,) & cætera quæ ſunt ad hæc pertinentia. Nec tantum attendenda ſunt quę fiunt, quantùm, quo animo fiant, quorum exempla ſi omnia ſcribere cœperimus, antè dies, quàm exempla, deficient. Vndè & illud eſt, quòd Dominus ad munera Abel reſpexit, & non ad Cain: quia magìs intendit ad offerentis animum, quàm ad ea quæ offeruntur. Indè & Dominus per prophetam inquit: (Dominus ſcit cogitationes hominum.) Et per Oſeę ait: (In gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domum Domini.) & reliqua. Et Dominus ait in Euangelio: (Tu autem quum oraueris, intra cubilum tuum: & clauſo oſtio, ora patrem tuũ.) Omnis enim confeſſio, quæ fit ex neceſſitate, fides non eſt. Et Apoſtolus ait: (Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.) Ampliùs autem reſpicit Deus ad cogitationes & ſpontaneas uoluntates, quàm ad actus, qui per ſimplicitatem, aut per neceſſitatem fiunt. Confeſſio ergò in talibus non extorqueri debet, ſed potiùs ſpontè profiteri. Peſſimum eſt enim, de ſuſpicione aut extorta cõfeſſione quenquã iudicare, cùm magis inſpector cordis ſit Dominus, q̃ operis: & potiùs requirat Dñs cogitationes puras & volũtates bonas,

In I. Clemẽtis epiſtola; & in epiſtola Anacleti Pap. & ſimiliter Fabiani Papæ.

II.

15. q. 6. Si quandoq; à ſa. Et in dec. Iulio. lib. 4.

*prouenire.

Matt. 15. b

Gen. 4. a

Pſal. 93.

Oſeæ 8. a

Matt. 6. a

Rom. 10. b

Eſa. 29. d & Matth. 15. a, & Marc. 7. a

bonas, quàm labia mẽdacia. Vnde & Dñs per prophetam loquens, ait: (Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorum lõgè eſt à me.) Peius malum fore non æſtimo, quàm Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus. Nouit

2. Tim. 2.

enim Dominus qui ſunt eius. Non poteſt autẽ humano condemnari examine, quem Deus ſuo reſeruauit iudicio. Si omnia nanque in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum diuina nõ

III.

habeerent iudicia. Quòd autem ad alios iudices priùs non debeant, quàm ad ſacerdotes, vel * auditores Eccleſiæ accuſari, ità à tempore Apoſtolorum & infra, obſeruatum & diffinitum inuenimus. Si quis ergà Epiſcopum, aut auctores Eccleſiæ, quãlibet querelam vel actionem iuſtè ſe habere crediderit, ipſe redemptoris ſui (cuius actio, noſtra eſt inſtitutio) viarũ non immemor, ſed ſectator egregius, qui cùm malediceretur, non remaledicebat, ſed tanquàm ouis eorum tondente ſe obmutuit, ac pro ſuis perſecutoribus in cruce pendens, apud patrem interceſſit, non priùs Primates aut alios iudices adeat, quàm ipſos à quibus ſe læſum æſtimat, conueniat familiariter, & non ſemel, ſed ſæpiſſimè, ut ab eis aut ſuam iuſtitiam accipiat, aut iuſtam excuſationem. Boni nempe & verè Chriſtiani hominis eſt, rem ipſam omnibus amicitiæ ac pacis legibus priùs tentare, quàm in iudicio (vbi frequẽter amariſſimus animæ rancor innaſcitur) ſui tuus pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo qui pacis eſt author, habitare cupiat, eſt neceſſè eſt, ut pacem inquirat. Si autem ſecùs egerit, & ab ipſis & ab alijs communione priuetur, tanquàm Apoſtolorum, patrumq; aliorum contemptor. De quibus ait Propheta:

* actores

2 q. 7. Si quis ergà. Et in dec. epiſt. Siri II. Et in dec. Iulij Papæ. Et in decre. Iuo. li. 4.

1. Pet. 2. d Eſa. 53. b Luc. 23. c

Eſa. 41. c

(Erunt quaſi non ſit, & peribunt viri qui contradicunt vobis.)

IIII. De conſe. diſt. 2. I ſacramẽtorum.

In Sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, ut eius, cuius corpus & ſanguis conficitur, paſſio celebretur, ita ut repulſis opinionibus ſuperſtitionum, panis tantùm & uinum aqua permixtum, in ſacrificio offerantur. Non debet enim (vt à patribus accepimus, & ipſa ratio docet) in calice Domini aut uinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed v.runque permixtũ, quia utrunque ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur. Ipſa verò Veritas non inſtituit, calicem & panem in ſacramento offerre, quandò ait: (Accepit Ieſus panem, & benedixit, dedítque diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate, hoc eſt enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter, poſtquàm cœnauit, accepit calicem, deditq; diſcipulis ſuis, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes, quia hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remiſſionem peccatorum.) Crimina enim atque peccata, oblatis his Domino ſacrificijs delentur. Idcircò & paſſio eius in his commemoranda eſt, qua redempti ſumus, & ſæpiùs recitanda, atque hæc Domino offerenda. Talibus hoſtijs delectabitur & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia.

Mat. 26. b

De cõſec. diſt. 2. Nihil in ſa.

Nihil enim in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus & ſanguis Chriſti. Nec vlla oblatio hac potior eſt, ſed hæc omnes præcellit. Quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda, atque ab omnibus veneranda. Et ſicut potior eſt cæteris, ità potiùs excoli & venerari debet.

V. De conſe. diſt. 2. Aquã ſale conſperſ.

Aquam enim ſale conſperſam populis benedicimus, vt ea cuncti adſperſi, ſanctificentur ac purificentur: quod & omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulæ adſperſus ſanguine, populum ſanctificabat atque mundabat: multò magis aqua ſale adſperſa, diuiniſq; precibus ſacrata; populum ſanctificat atque mundat. Et ſi ſale adſperſo per Heliſæum prophetam, ſterilitas aquæ ſanata eſt: quantò magis diuinis precibus ſacratus, ſterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos ſanctificat, atque mundat, & expurgat, & cætera bona multiplicat, & inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatis verſutijs homines defendit? Nam ſi tactu fimbriæ veſtimenti Saluatoris, ſanatos infirmos eſſe non dubitamus, quantò magis virtute ſacrorum eius verborum diuinitùs ſacrantur elementa; quibus ſanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas? His ergò & alijs inſtructi documentis, vota ſingulorum Domini ſacerdotes reſpicite, & in uirtute Spiritusſancti diuinis precibus, per miniſterium vobis diuinitùs collatum, perficere certate. Elementa quoquè, tam ea quæ prædiximus, quàm cætera diuinis apta vſibus, & humanis neceſſaria infirmitatibus, ſacrate: infirmos curate, & cætera quæ ad uos pertinent, diligenter perficite. Ipſe enim Saluator, tribuendo nobis exemplum, diſcipulis ſuis ait: (In nomine meo dæmonia eijcite, infirmos curate; ægros ſanate, leproſos mundate,) &c. (Super infirmos etiàm manus imponite, & benè habebunt.)

Hebr. 9.

4. Reg. 2. d

Matt. 14. d

Matt. 10. a

Marc. 16. d

VI. Vide hinc etiàm unicam Epiſtolam Benedicti I.

Eſa. 6. a

Fidem quoq; ſanctæ Trinitatis ſic docendam à patribus accepim⁹, vobiſque tradendam ſubditis, deſtinamus. Eſaias nanque propheta ait: (Vidi Dominũ Sabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum, & Seraphim ſtabant in circuitu eius: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius; duabus volabant, & clamabant ad alterutrum, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.) Si Trinitas non eſt, quarè tertiò, ſanctus, dixerunt? Aut ſi vnitas non eſt; quarè ſub trina repetitione vnum Deum ac Dominum inſinuauerunt? Si Trinitas nõ eſt, cur in Geneſeos libro dicitur: Dixit Deus, fecit Deus, & benedixit Deus? Si unitas non eſt, quarè tertiò dixit, Deus, & Deos plurali numero non commendauit? Si Trinitas non eſt; quarè in Exodo dictum eſt tertiò, Domine, Domine, Domine, miſerator & miſericors? Si vnitas non eſt, quarè dum tertiò Domine diceret, poſtrà ſingulariter, miſerator, dixit, & non

Gen. 1. per totum.

Exo. 34. a

& non miſeratores, vt plures oſtenderet, in-
Gen. 18.a timauit? Si Trinitas non eſt, cur Abraham ad
ilicem Mambre ſedens, tribuſque occurrens,
vni Domine dixit, & non (vt viderat) tribus
ſalutationis obſequium reddidit? Si vnitas nõ
Exod. 3.d eſt, cur quum Moſi Deus Abraham, & Deus
Iſaac, & Deus Iacob tertiò diceret, vnitatem
oſtendens, Hoc mihi nomen eſt, dixit, & non,
Hæc ſunt nomina noſtra, deſignauit? Si Trini-
tas nõ eſt, quarè Dauid tertiò dixit, Benedicat
Pſal. 66. nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus?
Si unitas non eſt, quarè, quum tertiò, Deum
Eſa. 37.c nominâſſet, Benedicat, dixit, & non, Benedi-
vbi lxx. cant, adiunxit? Si Trinitas non eſt, cur Eſaias
Domine denuò dixit, Dominus Deus ſabaoth, Deus Iſ-
Sabaoth. raël qui ſedes ſuper Cherubim? Si unitas non
2.Reg. 7.d eſt, cur, qui ſedes, dixi, & non, qui ſedetis, ad-
& 3 Reg. ſtruxit? Si Trinitas non eſt, cur in libro regno-
8 per totū rum dicitur, Domine Deus omnipotens, Deus
Iſraël, ſermones tui fideles ſunt? Si vnitas non
eſt, cur tui, dicitur, & nõ, veſtri, potiùs intima-
tur? Si Trinitas non eſt, cur in pſalmo 58. can
tatur, Domine Deus uirtutum, Deus Iſraël, in-
tende ad viſitandas omnes gentes? Si vnitas
non eſt cur intende, poſuit, & non, intendite,
Apoc. 4. vt prædicatus eſt, intimauit? Si Trinitas non
eſt, cur in Apocalypſi tertiò dixit, Sanctus, ſan
ctus, ſanctus, Dominus Deus omnipotens, qui
eſt, & qui erat, &c. Si vnitas non eſt, quare, qui
Deut. 4.e eſt, & nõ, q ſunt, pluraliter deſignatur? Si Tri
nitas nõ eſt, quarè in Deuteronomio dictum
eſt, Dominus Deus tuus miſericors eſt, & au-
diet vocem tuam? Si unitas non eſt, quarè po-
ſuit, audiet, & non audient, intimauit? Si Tri-
Ioſ. 2.c. v- nitas nõ eſt, quarè in Ieſu Naue dicitur libro,
bi lxx. Do Dominus Deus deorum eſt? Si vnitas non eſt,
minus Dõ quarè Eſt, dixit, & non, Sunt more loquutionis
minus ve induxit? Si Trinitas non eſt, quarè Helias lo-
ſter Deus quendo in oratione, Domine Domine Deus
in cœloſu Iſraël, oſtende, quia tu es Deus meus, dixit? Si
prà: & in vnitas non eſt quarè, oſtende, poſuit, & non
terra deor oſtendite? Si Trinitas non eſt, cur Mardo-
sũm. chæus orando, Domine Domine Deus omni-
3.Re. 18.f potens, omnia in poteſtate tua ſunt, dixit? Si
Heſt. 13.c unitas non eſt quarè, in tua, poſuit, & non, in
veſtra, ſignauit? Si Trinitas non eſt, cur etiam
Iudith orando dixit, Domine Domine Deus
Iudit. 9.d. omnium uirtutum, reſpice in orationem meã
Si unitas non eſt, quarè, Reſpice, & non, Reſpi
Hier. 10.b cite, deſignauit? Si Trinitas non eſt, quarè in
Heremia dicitur, Dominus Deus ueſter uerax
eſt? Si unitas non eſt, quarè, uerax eſt, dixit, &
non ueraces, potiùs intimauit? Si Trinitas nõ
Apoc. 1. a eſt, quarè in Apocalypſi ſcriptum eſt, Domi-
nus Deus & ſpiritus prophetarum, miſit Ange
lum ſuum oſtendere ſeruis ſuis, quæ oportet
fieri citò? Si unitas non eſt, cur quum Patrem
& Filium & Spiritum ſanctum nominâſſet,
Miſit, dixit, & non, Miſerunt, ſub prætaxato
trium perſonarum & nominum numero in-
troduxit? Si Trinitas non eſt, quarè in Deute-
Deu. 29.d ronomio dixit, Dominus Deus ueſter hic eſt
Deus? Si unitas non eſt, quarè, Hic eſt, dixit, &
non, Hi ſunt, plurali numero deſignauit? Si
Trinitas non eſt, quarè, in eodem dicitur li-
bro, Dominus Deus tuus, Deus magnus & po- Ibidem. d
tens eſt? Si unitas non eſt, quarè magnus & po
tens, pluraliter non nominatur? Si Trinitas
non eſt, cur Tobias, quum filium ſuum in Ra- Tob. 7. d
ges ciuitatem Raphaele Archangelo mitteret,
benedicens eos, ità dixiſſe docetur: Deus Abra Tob. 7. d
hã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, ipſe impleat
benedictionem ſuam in uobis? Si vnitas non
eſt, quarè, Ipſe impleat, dixit, & non, Ipſi im-
pleant, intimauit? Poſtremò, ſi Trinitas nõ Matt. 28.
eſt, quarè Dominus diſcipulos ſuos in nomine
Patris, & Filij, & Spiritusſancti, vniuerſas gen-
tes miſit baptizare? Si vnitas non eſt, quarè,
In nomine, dixit, & non, in nominibus præci-
piendo perdocuit? Si Trinitas non eſt, quarè Rom. 11.d
Paulus apoſtolus ait, Ex ipſo, & per ipſum, &
in ipſo ſunt omnia? Si unitas non eſt, quarè,
Ex ipſo, poſuit, & non, ex ipſis, adſtruxit? Si
enim certo certiùs volueritis vnitatem Trini-
tatis agnoſcere, à ſæpè dicto doctore gentium
Apoſtolo poteſtis vniuerſa condiſcere, & ſe-
qui catholicam fidem & horum reſpuere pra
uitatẽ. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, in-
quit, & charitas Dei, & communicatio Sancti 2.Co 13.d
ſpiritûs, ipſa eſt patris, & filij, & Spiritusſancti
gratia: & ſic fidem ſanctæ Trinitatis & intelli-
gere, & docere, Domino adiuuante, pleniter
poteſtis. Idcircò igitur, chariſſimi, fidei regu-
la iuxta huius epiſtolæ finem poſuimus, vt
in eius confeſſione fideliter perſeueremus,
& Domino auxiliante, bonam fidem habere
mereamur. Quicunque voluerit eſſe amicus Iaco 4. b
ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur. An
putatis, quia inaniter ſcriptura dicit, Ad in-
uidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in
uobis, maiorem autem dat gratiam? Propter
quod dicitur: (Deus ſuperbis reſiſtit, humili- 1. Pet. 5.b
bus autem dat gratiam. Subditi igitur eſtote „
Deo, reſiſtite autẽ diabolo, & fugiet à uobis. „
Appropinquate Deo, & appropinquabit vo- „
bis. Emundate manus, peccatores, & purifi- „
cate corda duplices animo. Miſeri eſtote, & „
lugete, & plorate. Riſus veſter in luctum con- „
uertatur, & gaudium in mœrorem. Humilia- „
mini in conſpectu Domini, & exaltabit uos. „
Nolite detrahere alterutrum, fratres: quia qui „
detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, „
detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudi- „
cas legem, non es factor legis, ſed iudex. vnus „
enim eſt legiſlator & iudex, qui poteſt per- „
dere & liberare. Tu autem quis es, qui iudi- „
cas proximum? Agitè nunc diuites, plorate „
vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient „
vobis. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt, & ve- „
ſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum „
& argentum veſtrum æruginauit, & ærugo „
eorum in teſtimonium vobis erit, & mandu- „
cabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſauriza- „
ſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce „
merces operariorum, qui meſſuerunt regio- „
nes veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat, „
vindi-

vindictam poſcens retenti laboris, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs enutriſtis corda veſtra in die occiſionis. Addixiſtis & occidiſtis iuſtum, & non reſtitit vobis.) Væ, fratres, his qui tribulant vos. Vos verò quantò ampliùs tribulamini; tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, ſi tamen ipſa tribulatio patienter fuerit ſupportata. Vndè

Matt. 5. a Luc. 6. d ipſa veritas per ſe dixit: (Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam.) Et alibi: (Beati eritis, quum uos oderint homines, & perſequuti uos fuerint, & eiecerint nomẽ veſtrum tanquàm malum. Gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in

Iul. Africano. cœlo.) Data 9. Kalend. Auguſti, Traiano & Heliano viris clariſſ. Conſulibus.

EPISTOLA ALEXANDRI PAPÆ SECVNDA.

De cauſis & grauaminibus ſacerdotum.

3. q. 1. Nulli dubiũ. DILECTISSIMIS fratribus omnibus Epiſcopis, per diuerſas conſtitutis regiones, Alexander Epiſcopus: Nulli, Fratres, dubium eſt, quia boni à malis ſemper perſequutionem patiuntur & tribulantur. Propter quod humiliemur ſub potenti manu Dei, ut

1. Pet. 5. b liberet nos in tempore tribulationis. Nã ſicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, ſic diabolus non ceſſat circuire, & quærere, quos ex fidelibus pdat, & maximè illos, quos ardentiores in ſeruitio Saluatoris, eique familiariores inuenerit: familiariores dico eos, quos ſibi ſacrari, & in ordine Apoſtolatus cõ-

Oſeæ 4. b 1. q. 1. Ipſi ſacerdotes. ſtitui, uoluit. Ipſi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus ſuis & oblationibus ea delent atque conſumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto faciliùs pro neceſſitatibus, pro quibus clamant, exandiuntur. (Multùm enim) (vt ait B.

Iac. 5. d Iacobus Apoſtolus). (valet deprecatio iuſti aſſidua.) Qui enim vos perſequitur, ipſum, cuius legatione fungimini, perſequitur: quia ſicut ipſe filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ità & uos eius uice in Eccleſia eſtis conſtituti, ut inter Deum & homines legatione fungamini. Si quis autem legationem veſtram

Diſt. 94. Si quis autẽ legationem. impedit, non unius, ſed multorum, profectum auertit. Et ſicut multis nocet, ità à multis arguendus eſt, & bonorum ſocietate arcẽdus. Et quia Dei cauſam impedit, & ſtatum conturbat Eccleſiæ, ideoq; ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus quoquè talis eſt cauẽdus, & non in communionem fidelium vſque ad ſatisfactionem recipiendus. Eſt enim ſtatutum olim, ut qui ſtatum conturbat Eccleſiæ, ab eius liminibus arceatur: nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona auertit. Vos ergò ſi dilectionem habueritis adinuicèm, & vnanimes fueritis, facilè tales ſuperare poteritis. Si verò (quod abſit) diſcordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non

3. q. 1. Nulli dubiũ. ſolùm eos non ſuperabitis, ſed & vobiſipſis nocebitis, atque ab eis ſuperabimini, & innocenter fortè peribitis. Qui autem ex veſtro collegio fuerit, & ab auxilio veſtro ſe ſubtraxerit, magìs ſchiſmaticus, quàm ſacerdos, eſſe pbabitur. (Eccè (inquit Propheta) (quàm

Pſal. 132. bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum.) Illi verò in vnum non habitant, qui fratrum ſolatio ſe ſubtrahunt, aut (quod deterius eſt) fratribus inſidias præparant, aut laqueos ponunt. De his enim & eorum ſimilibus, Dominus per Oſeæ prophetam loqui-

Oſeæ 4. c tur, dicens: (Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri & in uolucre cœli, ſed & piſces maris congregabuntur. Veruntamen vnuſquiſq; non iudicet, & nõ arguatur vir. Populus enim tuus, ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti: Et corrues hodiè, & corruet etiàm propheta tecum. Nocte feci tacere matrem tuam. Conticuit populus meus, eò quòd non habuit ſciẽtiam. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, nè ſacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundùm multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi. Gloriam eorum ad ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum. Et erit, ſicut populus, ſic ſacerdos. Et viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur. Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo.) Hæc cauete,

Ioan. 13. d fratres, & bona ſemper agere feſtinate: (Quia in hoc cognoſcent omnes,) dicit Dominus, (quoniam mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.) Bonum nanque eſt proculdubio, & omnibus timentibus DEVM deſiderabile, cohibere diſſenſiones & altercationes, fratribuſque ſubuenire, & inuicèm non inuidere, ſed adiuuare. Nos ergò, qui diſcipuli Domini & dici & eſſe cupimus, portare crucem Chriſti & compati fratribus debemus, & nos quaſcunq; eis inſidias aut foueas præparare, qui talionem meretur, qui fratri-

Gal. 6. b bus foueam præparat. Nolite errare fratres, quia Deus non irridetur. Huius rei gratia Dominus vobis commiſit Eccleſiam ſuam, ut pro omnibus laboretis, & cunctis oppreſſis opem

Hier. 21. d & 22. a ferre non negligatis. Vndè & Dominus per Prophetam loquitur, dicens: (Hæc dicit Dominus: Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis, nè fortè egrediatur quaſi ignis indignatio mea, & ſuccedantur, & non ſit qui extinguat.) Vos ergò, qui in ſumma ſpecula à Domino conſtituti eſtis, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres ſeditiones & ſcandala excitant, nè ſimul cum eis pereatis. Salutate omnes quì rectè laborant in Euangelio Chriſti, & iuſtè gubernant nauem eius, nè cohabitantes in ea, demergantur aut ſuffocentur. Salutat

vos

* xvij. vos omnis Apoſtolica Eccleſia in Domino,
* Iul. Aphricano. Amen. Data * ſeptimo kalend. Nouembris,
Traiano & * Heliano viris clariſſimis conſulibus.

EPISTOLA ALEXANDRI PAPÆ TERTIA,

Vt vitentur detractiones & iniuſta pulſationes.

ALEXANDER Epiſcopus, omnibus diuino ſacerdotio fungentibus pax & miſericordia multiplicetur, & ſapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur & fructificetur
1.Cor.15.b in Domino. Gratia Dei ſumus, Fratres chariſſimi, id quod ſumus. Idcircò nobis prouidendum eſt, & oppidò decertandum, nè in ea vacui inueniamur, ſed (eadem nobis cooperante gratia) fructum Domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non poteſt, niſi
* ſcrutando ſapientiam * ſectando, eiuſque præcepta lectionibus & hyminis meditando, atque eo adminiculante implendo, orando, vigilando, voluntatem eius (inquantùm ipſe largitus fuerit) perficere ſtudeamus. Nec enim negligendam gratiam nobis Dominus dedit, ſed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim ſinè ſimulatione in nobis eſſe & apparere debet:
Rom.12.b 1.Ioã.3.c quia omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: Qui verò diligit eum, in Deo manet, &
Rom.14.c Deus in eo, Vndè & Apoſtolus ait: (Nolite iudicare fratres inuicèm, ſed hoc iudicate magis, nè ponatis offendiculum fratris vel
Matth.7.c Tob.4.c ſcandalum.) Et Dominus inquit: (Quod tibi
Ioan.13.c non vis fieri, alteri nè facias.) Et alibi: (In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicèm.) Et Salo-
Eccl.35.a mon ait: (Sacrificium ſalutare eſt, attendere
6.q.1.Sũma iniquitas. mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate.) Summa enim iniquitas eſt, Fratres, detrahere
1.Ioã.3.c & accuſare. Vnde ſcriptum eſt: (Omnis qui detrahit fratri ſuo, homicidia eſt. Et omnis homicida non habet partem aut hęreditatem
Ephe.5.b in regno DEI.) Et alibi: Cauete vos, fratres, chariſſimi, nè participes efficiamini (quod abſit) malis eorũ. Et nõ ſolùm vos cauete à talibus, ſed & cauere alios ab eis & auertere docere. De his enim Dominus ait per prophe-
Mich.2.a tam Michæam: (Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris: In luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum eſt manus eorum. Et concupiêrunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt, & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. Idcircò dicit Dominus hæc: Eccè ego cogito ſuper familiam iſtam malum, vndè non auferetis colla veſtra: & ambulabitis ſuperbi, quoniam tempus peſſimum eſt. In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & cantabitur canticum cum ſuauitate, dicentium: Depopulatione vaſtati ſumus, pars populi mei commutata eſt. Quomodò recedis à me, quum reuertatur, qui regiones noſtras diuidat; Propter quod, nõ erit tibi mittens funiculum fortis in cœtu Domini. Nè loquamini loquentes. Non ſtillabit ſuper iſtos, non compræhendet confuſio, dicit Dominus, Iacob. Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus Domini, aut tales ſunt cogitationes eius? Nónne verba mea bona ſunt cum eo, qui rectè graditur? Et econtrariò, populus meus in aduerſarium conſurrexit. De ſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis, & eos qui tranſibant ſimpliciter, conuertiſtis in bellum. Et econtra, de
his qui accuſantur vel tribulãtur, per Naum Naum 1.b
prophetam confortans eos, ſic loquitur Dominus: (Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & ſciens ſperantes in ſe. Et in diluuio prætereunte conſummationem faciet loci eius, & inimicos eius perſequentur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominum? Conſummationem ipſe faciet. Non conſurget duplex tribulatio: quia ſicut ſpinæ ſe inuicèm complectuntur, ſic conuiuium eorum paritèr potantium: conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit Dominus: Si perfecti fuerint, & ita plures: ſic quoquè attondentur, & pertranſibit. Afflixi te, & non affligam te vltrà.) Facile eſt, fratres, verbo fallere hominẽ, ſed non Deum. Sapiens non eſt qui nocet, nec vir linguoſus in malum ſe diriget in terra. Nihil verò mali vult, qui fidelis eſt. Malo enim & prauo ingenio, fides aliena eſt. Ait enim
Apoſtolus de infidelium ignorantia: (Si enim 1.Cor.2.b
cognouiſſent, nunquàm Dominum glorię crucifixiſſent.) Crucifigunt enim Dominum, 2.q. Nullũ dubiũ.
qui eum in Sacerdotibus ſuis perſequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnum verò cruciatum ſuſtinet, qui vim patitur. Sed ta-
men beati, qui perſequutionem patiuntur Matt.5.a
propter iuſtitiam. Eccè, ait Iudas Apoſtolus, (Veniet Dominus in millibus ſuis facere iudicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem, de omnibus operibus impietatis eorum.) Hæc, fratres, valdè timenda ſunt & perpendenda, nè veniens vnuſquiſq; ad iudicium, pœnas cum impijs recipiat, ſed cum iuſtis gloriã. Quod pius Dominus præſtare dignetur, qui viuit & regnat per ſecula cuncta. Data Kalen. Maij, Heliano & Vetere viris clariſſimis conſulibus.

EX DECRETIS ALEXANDRI Papæ primi, ſecundùm Gratianum.

Vt nemo ſimul ſit accuſator & teſtis.

DECRETVM ALEXANDRI PApæ primi, ex Codice quinque librorum, lib.2.ca.C.

Vt presbyter ab inceſtuoſis xenium non accipiat, vt eorum ſcelera taceat.

Vt

Vt nullus presbyter xenium, vel quodcunque emolumentum temporale, immò detrimentum ſpirituale, à quocunque publico vel inceſtuoſo accipiat, vt nobis uel miniſtris noſtris peccatum illius reticeat: nec profectò cuiuſcunque perſonæ, aut conſanguinitatis, uel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc nobis uel miniſtris noſtris înoteſcere detrectet, nec à quoquam pœnitente gratiam, aut fauorem, vel munus ſuſcipere præſumat, vt minùs dignè pœnitentem, ad recoociliationem adducat, & ei teſtimonium reconciliationis ferat, & quocunque liuore alium quemlibet digniùs pœnitentem, à recoociliationis remoueat: quia hoc ſimoniacũ, & Deo & bonis hominibus abominabile eſt.

* XYSTI

DECRETA *SIXTI PAPÆ PRIMI.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 117

Hic Gallos in fide cõtinuit.

* vaſa

SIxtus natione Romanus, ex patre Paſtore, de regione Via lata, ſedit annos decem, mẽſes tres, dies 21. Fuit autem temporibus Hadriani, vſque ad Verum & Anniculum. Martyrio coronatur. Hic conſtituit, vt * miniſteria ſacrata non tangerentur, niſi a miniſtris ſacratis. Hic conſtituit, vt quicunq; Epiſcopus euocatus fuerit ad ſedem Romanam Apoſtolicã, rediens ad parochiam ſuam, nõ ſuſciperetur, niſi cum formatis ſalutationis ad plebem à Sede Apoſtolica. Et conſtituit, vt Miſſarum actionem ſacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth, &c. Hic fecit Ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros vndecim, diaconos tres, Epiſcopos per diuerſa loca quatuor. Qui etiam ſepultus eſt iuxta corpus B. Petri in Vaticano, 8. Idus Aprilis. Et ceſſauit Epiſcopatus dies 2.

EIVSDEM EPISTOLA DECRETAlis prima, ad omnes Chriſti fideles.

OMNIBVS in Deo patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto dilectis fratribus, in charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sixtus Romanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus ſalutem. Chariſſimi, fideliter agite in omnibus, ut fideles, & non infideles, inueniamini. Nolite imitari malum, ſed quod bonum eſt agite: quia qui ex Deo eſt, benè facit: qui autem malè, nõ ex Deo, ſed ex diabolo eſt. Fidem enim rectã vos tenere oportet, vt diſſentientes ab Apoſtolica non ſitis doctrina. Vnum enim uerum Deum patrem & filium, à prophetis & Apoſtolis oſtendimus prædicatum, à quibus etiam ſpiritumſanctum credimus non eſſe diſcretũ,

Eſa. 45. d

Eſaia propheta dicẽte: (Ego ſum Deus, & non
» eſt alius præter me. Et per meipſum iuro, quia
» exiuit ex ore meo veritas, & ſermo meus non
» reuertetur, quia mihi inclinabitur omne ge-
» nu, & omnis lingua iurabit per Dominum, di-
» cens: Iuſtitia & gloria ad eum veniet.) Et ut in hoc teſtimonio patrẽ & filiũ ſimul fuiſſe cognoſcatis, Paulum Apoſtolũ audite dicentem:

Philip. 2. b

(Vt in nomine, inquit, Ieſu omne genu flecta- »
tur cęleſtium, & terreſtrium & infernorum, & »
omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Ieſus »
Chriſtus in gloria eſt DEI patris omnipo- »
tentis.) Quòd ſi (ſecundùm aliquos) filius eſt minor patre ſuo, ergò minorata eſt & gloria patris in filio. Et ubi eſt, quod in Salomone ſcriptura loquitur, dicens:

Eccl. 36. a

(Sicut enim in conſpe-
ctu eorum (inquit) magnificatus es in nobis, »
ità in conſpectu noſtro magnificaberis in il- »
lis, vt cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus, »
quoniam nõ eſt Deus præter te Domine?) »
Diligenter attende, & agnoſce filium eſſe, qui magnificabitur in iudicio, dum venerit uiuos & mortuos iudicare. Item Eſaias:

Eſa. 46. a

(Audite do-
mus Iacob, & reſidui domûs Iſrael, q̃ egredie- »
mini ex utero, & erudimini à puero vſque ad »
ſenectutem: Ab initio ego ſum, & quouſquè »
ſeneſcatis, ego ſum: Ego uos feci, & ego ſuſti- »
nebo. Ego remittam, ego ſuſcipiam, dicit Domi- Ibidèm. c
nus.) Et iterùm: (Ego ſum Dominus Deus, prę »
ter me non eſt alius Deus, annuncians nouiſſi- »
ma; priuſquàm fiant, & ſtatim conſummata »
ſunt.) Itẽ alibi: (Audi me Iacob & Iſrael, quo-

Eſa. 44. 45. a, b intermixtum

niam ego feci. Ego ſum Dominus Deus tuus,
& nõ eſt alius pręter me.) Item alibi: (Ego ſum
Dominus Deus tuus primus, & ego nouiſſi- Eſa. 41. b, c
mus: & in ea quæ ſuperuentura ſunt in nouiſ- »
ſimis; ego ſum.) Item ibi: (Ego ſum Deus, »
qui te creaui, qui te adiuui, & communiui de- »
xtera mea, (Et vnitatem patris & filij aſſignãs

Eſa. 43. b

loquitur, dicens:) Ego teſtis veſter, dicit Domi- »
nus Deus, & puer meus tu, quem ego elegi, vt »
ſciatis & credatis quia ego ſum, & ante me nõ »
fuit alius Deus, & poſt me non erit.) »
Vnum hi, qui non ſanè ſapiunt, eligant ex duobus: Aut fateantur patrem & filium Deum vnum; aut ſi ſolum patrem Deum eſſe contendunt, ergò illis Dominus noſter Ieſus Chriſtus * Dei filius non erit Deus, quia ſcriptum eſt:

* Deus

Eſa. 43. b

(Ante
me non fuit alius Deus, & poſt me non erit.) »
Si ſecundùm tales ità eſt, cur Apoſtolus talia prædicat, & eundẽ filiũ, Deum ſuper omnia bñdictum inſinuat?

Rom. 9.

Quorum patres, inquit, ex quibus Chriſtus ſm carnẽ, qui eſt ſuper omnia Deus bñdictus in ſecula. Item Eſaias ait:

Eſa. 43. a

Dominus Deus Iſrael, qui liberauit eũ de Ae-
gypto. Ego ſum primus, & ego poſt hæc, & prę- Eſa. 43. c
ter me nõ eſt Deus ſicut ego ſum, qui ſtet, & vo- »
cet, & præparet mihi, ex quo hoiem feci in ſe- »
culo.) Itẽ alibi: (In te eſt Deus, & neſciebamus, »
& nõ eſt alius De⁹ præter te.) Tu es enim De⁹, »
& neſciebamus, Deus Iſrael ſaluator. »
Vn⁹ De⁹ nõ ſunt pater & filius? Quis eſt hic Deus, ĩ quo eſſe dr̃ Deus, præter quẽ aliũ Deũ nõ eſſe propheta ſæpenumerò ꝓteſtatur? Et Hieremias:

Baruch. 3. b

(Hic Deus nr̃, ait, & nõ applicabit alter ad eũ, »
q̃ inuenit oẽm viã ſciẽtiæ, & dedit eam Iacob »
puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hęc ĩ terris

Eccl. 36. a & Deu. 4. c

viſus eſt, & inter homines cõuerſatus eſt. Et in

Salomone

Salomone habetur: (Miſerere nobis Deus omnium, & oſtende nobis lumen miſerationis, & immitte timorem tuum ſuper gentes, quæ non exquiſierunt te, vt cognoſcant quia
3.Reg.8.c non eſt alius Deus, niſi tu.) Itẽ alibi: (Domine Deus Iſrael, non eſt tibi ſimilis in cœlo ſurſum, neq; in terra deorſum.) Et in Pſalmo 17. (Quoniam quis Deus præter Dominum, aut
Cap.19.c quis Deus præter Deũ noſtrum?) Et in Geneſ. (Et pluit Dominus à Domino ignem & ſulfur ſuper Sodomam & Gomorrham, & euertit ciuitates illas.) Si ſolus pater Deus eſt, quis pluit ignem & ſulfur à Domino ſupra prædictas ciuitates, vt eas euerteret? quæſo, reſpon-
Deut.2.b de. Et in Deuteronomio, (Dominus ſolus deducebat eos, & nõ fuit cũ illis Deus alienus.)
Rom.3.d Et Paulus Apoſtolus, (Vnus Deus, qui iuſtifi-
2.Cor.5.d cat circunciſionem ex fide, & præputium per
1.Cor.8.a fidem.) Et ad Corinth. (Deus erat in Chriſto,
Galat.3.d mundum reconcilians ſibi.) Et iterum, (Non eſt Deus, niſi vnus.) Et ad Galatas, (Mediator
Ephe.4.a autem vnius non eſt, Deus autem vnus eſt.) Et vnitatem Patris & Filij & Spiritusſancti demonſtrans, Epheſijs ſcribens, ità confirmat: (Sufferentes inuicèm in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritûs in vinculo pacis. Vnũ corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus.) Si non ſanè ſapientes, vnitatem fidei noluerint ſim-
Sup. in Epiſt. Euariſti Papæ. plici corde recipere, ex hoc itaq; teſtimonio, in vno ſpiritu poterunt ſimul patris & filij vnitatem condiſcere. Patrem igitur (vt ſuperiùs compræhenſum eſt) in diuinis literis, ingenitum, propriè poſitum; nec legere poſſunt penitùs, nec probare. Sed quia idipſum fides exigit Chriſtiana, abſque vlla dubitatione ingenitus creditur, qui tamen ſecundùm ſeriem ſcripturarũ, in filio à ſe genito, viſus eſſe mon-
Idem infrà i epiſt. Iulij Papę ſtratur. Decęterò placuit, propter malorum hominũ infeſtationes, vt in accuſatione Domini miniſtrorum, primò perſona, fides, vita,
Ex Enchiridio Xyſti philoſophi deſumpta ſẽtentia. & conuerſatio blaſphemantium, enucleatim perſcrutetur. Nam fides, omnes actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide, infidelis eſt. Nec eis omninò eſt credendum, quia veritatis fidem ignorant, nec rectæ conuerſationis vitam ducunt: quoniam tales facilè & indifferenter lacerant & criminantur rectè & piè viuentes. Idcircò ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primùm, & corrigenda, neque accuſatoribus ſuſpectis, vel de inimicorum domo
1.Ioã.2.c prodeuntibus, eſt credendũ. Erant enim quidam, qui priùs videbantur eſſe ex nobis, ſed non erant ex nobis: Si verò fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtiq; nobiſcum, & non conturbâſ-
Pſal.138. ſent fratres. (Exacuerunt enim) (vt ait propheta) (linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum.) Quapropter hi reſpuendi ſunt, ſi incorrigibiles apparuerint, & vitandi, nè Domino famulantes decipiant.
Iere.6.d State ergò dilectiſſimi, ſuper vias, aſpiciẽtes & interrogantes de ſemitis Domini antiquis, & videre, quæ eſt via Domini bona & recta, & Matt.11.d
ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Data 16. Kalend. Maij, ſub Hadriano & Tero.

Duo iſti conſules non recenſetur à Mariano Scoto in catalogo Conſulum circa hoc tempus, ſed anno 137. deſignat Conſules Sergium & Verum. Et anno 130. Verum & Ambiguum.

EPISTOLA SIXTI PAPÆ SECVNDA.

1 *De ſacris vaſis.*
2 *De appellanda ſede Apoſtolica.*
3 *De Epiſcopis rebus ſpoliatis, vel à ſede pulſis.*

SIXTVS vniuerſalis apoſtolicæ eccleſiæ Epiſcopus, omnibus epiſcopis in Domino ſalutem. Cognoſcat veſtra ſapientia, chariſſimi fratres, quia in hac ſancta ſede Apoſtolica à nobis & reliquis Epiſcopis, cęteriſq; Domini ſacerdotibus ſtatutum eſt, vt ſacra vaſa non ab alijs, quàm à ſacratis, Dominoq; dicatis contrectentur hominibus. Indignũ enim valdè eſt, vt ſacra Domini vaſa, quęcunq; ſint, humanis vſibus ſeruiãt, aut ab alijs q̃ à Dño famulãtibus, eiſq; dicatis tractent viris, nè pro talibus præſumptionibus iratus Dñs, *plagã imponat populo ſuo, & hi etiàm, qui nõ peccauerũt, mala patiant, aut pereãt, quia perit iuſtus ſæpiſſimè pro impio. Attẽdite, fratres, nè talia veſtris in Eccleſijs permittatis deincèps fieri, nè grex precioſo Chriſti ſanguine redẽptus, in pręcipitiũ (quod abſit) ruat. Propter quod aſſumite armaturã Dei, ut poſſitis reſiſtere his qui contradicũt ueritati: & induite vos loricã iuſtitiæ, calceati pedes in pręparatione Euãgelij pacis. Si quis verò veſtrùm pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licẽter hãc ſanctã & Apoſtolicã appellet ſedẽ, & ad eã, quaſi ad caput, ſuffugiũ habeat, nè innocẽs dãnetur, aut Eccleſia ſua detrimentũ patiat. Si aũt ei neceſsè fuerit, eamq́ue appellare minimè auſus fuerit, & vocatus tamen ab hac ſancta ſede fuerit, nõ renuat venire, ſed confeſtim, ut ei nunciatũ fuerit, venire feſtinet, & cauſas, pro quibus vocatus eſt, prudẽter diſponat, atq; ſi neceſsè aliquid corrigere fuerit, cũ his, quos hîc primos inuenerit, corrigat. Ad Eccleſiã tamẽ ſuã non priùs reuertatur, q̃ literis Apoſtolicis vel formatis pleniter inſtructus atq; purgatus ſit, ſi fuerit vndè: ut poſtq̃ domũ reuerſus fuerit, cognoſcãt vicini ſui, qualiter hîc ſua, aliorumq; cauſa diſcuſſa fuerit, quatenùs eam abſque aliqua ambiguitate nũciare & prædicare omnib poſſit. ab hac.n. ſancta ſede, à ſanctis apoſtolis, tueri, defendi & liberari. Epiſcopi iuſſi ſunt, ut ſicut eorum diſpoſitione (ordinante Dño) primitùs ſunt cõſtituti, ſic huius ſanctæ ſedis (cuius diſpoſitioni eorum cauſas & iudicia ſeruauerunt) protectione, futuris temporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemp liberi. Vndè culpant hi, qui alitèr circa fratres egerint,

Marginal notes: De conſe. diſt. 1. In ſãcta apoſtolica. Idẽ infrà in dec Stephani I. cuius initium eſt, Quanq̃ ſpetem. — * plagas — Ephe. 5.d — 11. 2.q. 6. Si quis veſtrum. — 3. q. 6. 1. Quilibet fratrum. — Et ſententialiter in dec. Stani II. & in dec. Iulij papę.

rint, quàm huius Sedis rectoribus placere, cognouerint. His taliter conſideratis, vtque cum reliquorum Epiſcoporum decretis, tanquàm omnium curam gerentes, propter ſedis propriæ apicem decernimus, vt nemo pontificum, aliquem ſuis rebus expoliatum Epiſcopū, aut à ſede pulſum, excômunicare aut iudicare preſumat: quia non eſt priuilegium, quo expoliari poſſit iam nudatus. Siquis autem aliter agere præſumpſerit, ſciat cēſuram huius ſedis cum omnibus membris ſuis ſibi venturam: Et ſicut egerit, ità recipiet: Si benè, benè: ſi grauè, grauè: ſi peſſimè, peſſimè: quoniam dignus eſt operarius mercede ſua. Nos, fratres, nullum perdere volumus, ſed ipſe ſe perdit, qui piè conſiderare auertit, & qui apoſtolorum & huius ſanctæ Sedis decreta liberter violat. Sed nunc, fratres, commendamus vos omnes Domino, & verbo gratiæ eius, qui poteſt perficere & dare hæreditatē vobis cum omnibus ſanctis. Ipſe autem Deus pacis & conſolationis, det vobis idipſum ſapere in alterutrum, vt vobis inuicem ſuccurratis, & nō ſitis diuiſi, vt vnanimes, vno ore & vno corde honorificemus eum, in concordia & conſolatione fratrum, qui potens eſt confirmare ſecundùm Euangelium eius, iuxta reuelationē myſterij æterni, tēporibus ſcilicet perpetuis, quibus vobis munera futurorum gaudiorum largienda ſunt. Data 9. Kalēd. Aprilis, Hadriano & Vero viris clariſſ. Conſulibus.

III. Idem habetur infrà in dec. Sixti II. cuius initiū, Magno mun. & in dec. pp. Iulij contra orietales.

Luc. 10. b

Act. 20. f

Rom. 15. d

Quid de his conſulibus, ſecundùm Marianum, dicendum ſit, videatur in priori epiſtola.

DECRETVM SIXTI EX CODIce 16. librorum, lib. 4. cap. 5. dubium tamen, an primi, ſecundi, vel tertij.

De presbyteris, per quorum negligentiam ſinē baptiſmate aliquis mortuus fuerit.

Perpendant presbyteri, quanti diſcriminis ſit, animas innocentum per eorum negligentiam à regno Dei excludi. Si enim gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente: quid putas, quanta ira & indignatio ſuper illum erit, qui per ſuam negligentiam ianuam paradiſi innocētibus claudit? Et ideò presbyteri ſumma diligentia caueant, nè animæ, pro quibus ſanguis Chriſti effuſus eſt, p ſuam incuriam à cœleſti beatitudine ſeparentur. Sed ſi (quod abſit) euenerit, graui pœnitentiæ luctui ſe ſubmittat, per cuius neglectum euenerit.

Luc. 15.

DECRETA TELESPHORI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 127 Huius tēporibus inualuit Valētiniana hereſis.

TELESPHORVS, natione Græcus, ex Anachoreta, ſedit annos 11. mēſes 3. dies 21. Fuit aūt temporibus Antonini & Marci. Martyrio coronatur. Hic conſtituit, vt ſeptē hebdomadas ante Paſcha ieiuniū celebraretur. Hic fecit, vt in natali Domini nrī Ieſu Chriſti noctu Miſſæ celebrarentur, nam omni alio tempore ante horæ tertiæ curſum nullus præſumeret Miſſas celebrare, qua et horā Dñs noſter aſcendit in crucē: & vt ante ſacrificium hymnus diceretur angelicus, hoc eſt, Gloria ī excelſis Deo. Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decēbrem, presbyteros 12. diacones 8. Epiſcopos per diuerſa loca 13. Qui etiam ſepultus eſt iuxta corpus Beati Petri in Vaticano Nonis Ianuarij. Et ceſſauit Epiſcopatus dies 7.

EIVSDEM TELESPHORI PAPÆ epiſtola decretalis, ad omnes vniuerſaliter.

1. *Vt ſeptem hebdomadas ante Paſcha clerici à carne ieiunent, nec admittant laicos in accuſationibus ſuis.*
2. *De celebratione Miſſarum, & hymno angelico recitando.*
3. *De epiſcopis honorandis, & nō detrahendis.*
4. *De accuſatoribus non recipiendis.*

CHariſſimis fratribus, & dilectiſſimis Epiſcopis, Teleſphorus Romanæ vrbis Archiepiſcopus, ſalutem in Domino.

Credimus, ſanctam fidem veſtram in Apoſtolorum eruditione fundatam, hanc tenere, hanc populis vniuerſis exponere, quæ videlicet à conſtitutis Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, nulla ratione diſſentit, per quos iuſtum eſt cæteros erudiri. Quapropter cognoſcite, à nobis & à cunctis Epiſcopis in hac ſancta & Apoſtolica ſede congregatis, ſtatutum eſſe, vt ſeptē hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha, omnes clerici in ſortem Domini vocati, à carne ieiunēt: quia ſicut diſcreta eſſe debet vita clericorum à laicorum conuerſatione, ità & in ieiunio debet fieri diſcretio. Et ſicut laici & ſeculares homines, nolunt eos recipere in accuſationibus & infamationibus ſuis; ità nec clerici debent eos recipere in impulſationibus ſuis, quoniā in omnibus diſcreta debet ſemper eſſe & ſegregata vita & cōuerſatio clericorum, ac ſecularium laicorū. Et ſicut hi ampliùs ſunt applicati diuinis cultibus, & familiares Domini dicuntur Saluatoris, ità moribus & conuerſatione atq; ſanctitate debent eſſe diſtincti. Has ergo ſeptem hebdomadas omnes clerici à carne, & deliciis ieiunent, & hymnis & vigilijs atque orationibus Domino inhærere die noctuque ſtudeāt. Nocte verò ſancta natiuitatis Domini Saluatoris Miſſas celebrent, & hymnum angelicū in eis ſolenniter decantent, quoniam & eadē nocte ab Angelo paſtoribus nunciatus eſt, ſicut ipſa veritas teſtatur dicens: (Paſtores erāt in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregem ſuum: Et eccè Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & timuerūt timore magno, & dixit illis Angelus: Nolite

I.

Diſt. 4. ſtatuimus vt ſeptem. Et in dec. Iuo. lib. 2.

Diſt. 4. ſtatuimus vt ſeptem. Et dec. Iuo. li. 2.

De conſe. diſt. 1. Nocte ſācta

II.

Luc. 2. b

» lite timere. Eccè enim euágelizo uobis gaudiũ
» magnũ, quod erit omni populo, quia natus eſt
» vobis hodiè Saluator, qui eſt Chriſtus Domi-
» nus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis ſignum:
» Inuenietis infantem, pannis inuolutum, & po
De con. dist. 1. Noctē ſanct. Et in dec. Iuo. li. 2. vbi additur, Excepta nocte natiuit. ſitũ in præſepio. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum, & dicentiũ: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Reliquis enim temporibus, Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè ſunt celebrandæ, quia & eadẽ hora Dominus cru-
Marc. 15. c cifixus eſt, & ſuper Apoſtolos Spiritus ſan-
Act. 2. a ctus deſcendiſſe legitur. Ab Epiſcopis autem
6. q. 1. Sacerdotes qui. idem angelicus hymnus pro tempore & loco Miſſarũ ſolennijs celebrandus eſt, atque ſolenniter recitãdus. Ipſi em̃, qui proprio ore
351. corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt audiendi, obediendi, atque timendi, & non dilacerandi aut detrahendi: qui à quibus ſe Domini populus benedici, ſaluari, & inſtrui, cupit nullatenùs debet eos arguere, nec vulgus ĩ eorum accuſatione ſuſcipi. Populus enim ab eis docendus eſt & corripiendus, non ipſi ab eo, quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.
Luc. 6. f Nullo modo igitur Domini pontifices & reliqui ſacerdotes, quibus Domini commiſſa eſt plebs, ritè populum poſſunt corrigere, ſi deceptionis ſe cognouerint laqueo infeſtari. Vndè iuſtum eſt omnes in vniuerſo orbe doctores legis, ea quæ legis ſunt, ſapere, & non ſacerdotes Domini labijs ſuis aut quibuſlibet machinationibus maculare. Dum enim ipſos diſponunt aut cupiunt maculare, potiùs ſeipſos ma
6. q. 5. Sacerdotes qui culant & vulnerant. Dei ergò accuſat ordinationem, qui eos, qui ab eo conſtituuntur, ſacerdotes accuſat, vel damnari cupit. A quibus ſe omnes fideles cauere debent, quia non ſolùm qui faciunt, ſed etiàm qui conſentiunt fa
Rom. 1. d cientibus, rei ſunt. Chriſtus enim Dei filius, Dominus noſter, humano generi ſalutem con-
Luc. 10. c donas plenam, de nobis ait: (Qui vos recipit,
» me recipit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.) Si
» ergò Dominus in eis recipitur & reijcitur, procul dubiò ipſius ſunt, qui in eis reijcitur uel
Rom. 14. a ſuſcipitur. Et tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? Procul dubiò tranſgreſſor es legis Dei, & Apoſtolorum atque Prophetarum: & non ſolùm harum, ſed etiàm legum humanarum. Omnes enim leges tam diuinæ quàm & humanæ, alienum ſeruum iudicare prohibent. Quid, putas, erit de te, quum tranſgreſſores & conculcatores legis Dei damnabuntur? Profectò & tu damnaberis quia poſtpoſuiſti mandatum Dei, & tuam adimpléſti voluntatem. Quoniam ſicut digni ſunt, qui mandatum Dei adimpleant atque cuſtodiunt, ità rei & perdigni ſunt morte, qui ea
Rom. 1. d poſtponunt, & in vanum ducunt. Eſt enim
2. Co. 12. d in Apoſtolicis ſcriptum inſtitutis, Alterius vitam nemo laceret, & de malo alieno os ſuum
Iacobi 4. c non coinquinet. Accuſatores verò & accuſa-
1. Pet. 2. a tiones, quas leges ſeculi non admittunt, &

nos ſubmouemus. Et accuſatori omninò non credi decernimus, qui abſente aduerſario, cauſam ſuggerit ante vtriuſque partis iuſtam diſcuſſionem. Nec hi, qui non ſunt idonei, ſuſcipiantur ad accuſationem omnes, qui aduersùs Patres armantur, infames eſſe cenſemus. Patres enim omnes uenerandi ſunt, nõ reſpuendi aut * inſidiandi. Hi verò, qui cum inimicis morantur, aut qui ſuſpecti habentur, minimè recipiantur: quia eorum æmulatio lacerat etiàm innocentes. Hunc murum firmiſſimum ſtatuerunt Patres noſtri, & nos cum eis, cõtra perſequutores noſtros, ut hoc remedio eorum pellantur machinamenta, & vos ſecuriores & ſanctiores famulari meteamini veſtro Saluatori. Cæterùm, (conſiderat impius iuſtum, & quærit ut occidat eum. (Dominus non derelinquet eum in manus eiùs, & non condemnabit eum, quum iudicabitur illi. Expecta Dominum & cuſtodi uiam eius, & exaltabit te, vt poſſideas terrã: quuũ interibũt impij, videbis. Vidi impiũ robuſtũ & fortiſſimũ, ſicut indigenã vitentem. Et tranſiui, & eccè non erat: & quæſiui eũ, & nõ eſt inuentus. Cuſtodi ſimplicitatem, & uide rectum, quia erit in extremum viro pax.* Præuaricatores aũt interibunt pariter, & nouiſſimum impiorum peribit. Salus autem iuſtorum à Domino, fortitudo eorum tempore tribulationis. Et auxiliabitur eis Dominus, & liberabit eos, & eripiet eos ab impijs, & ſaluabit eos, quia ſperauerunt in eo.) Et alibi: (Quid gloriaris in malitia potens? Miſericordia Dei tota eſt die. Inſidias cogitauit lingua tua, quaſi nouacula tua acuta fecisti dolum, Dilexiſti malitiam magis quàm bonum, mendacium magis quàm loqui iuſtitiam. Dilexiſti omnia verba ad deuorandum lingua doloſa. Sed Deus deſtruet te in ſempiternũ, terret bit te, & euellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra uiuẽtiũ. Videbũt iuſti, & timebũt, & ſup eũ ridebũt: Eccè uir qui non poſuit fortitudinẽ ſuã Deum, ſed ſperauit i multitudine diuitiarũ ſuarũ, cõfortatus eſt in inſidijs ſuis. Ego autem ſicut oliua virens in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei ĩ ſeculum * & in æternum. Confitebor tibi in ſeculum, quonia feciſti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conſpectu ſanctorum tuorum.) De talibus enim inſidiatoribus & accuſatoribus ſeruorum ſuorum loquitur Dominus per prophetam, dicens: (Os tuum dimiſiſti ad malitiam, & lingua tua concinnauit dolum. Sedens aduersùs fratrem tuum loquebaris, & in filium matris tuæ fabricabaris opprobrium. Hæc feciſti, & tacui. Exiſtimãſti ſimilem tuĩ me futurum? arguam te, & proponam te ante oculos tuos. Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Deum ne fortè rapiat, & non ſit qui liberet.) Languẽtes autem in iſto conamine non tandi ſunt, & à talibus repellẽdi. Tales em̃ mẽbra ſũt diaboli, qui ſurſum atq; dorſũ peruolans,

Margin notes (right): 1511. 3. q. 5. Accuſatores & Et in dec. Stephani Papæ ac Iulij. 3. q. 9. Accuſatori omninò. * inſidiandi. Pſal. 36. * Iniqui autem delebuntur pariter, & Pſal. 51. * ſempiternum. Pſal. 49. 1. Pet. 5. a

lans,quærit quos poſſit occidere, quos poſſit ſeparare,quos poſſit deuorare. Propter quá rem vigilandum eſt, & armis cœleſtibus ſumus muniendi, nè in eius compedes incidamus,aut ei⁹ foueis illaqueemur. Decet enim, in talibus cauſis hoc maximè prouideri,vt ſinè ſtrepitu concertationum,& charitas cuſtodiatur,& veritas defendatur, atque innocentes & Domini miniſtri,illæſi liberentur. De bonis ergò & legem Domini cuſtodientibus, *fratribusque adiuuantibus, & non nocentibus, ſed ſupportantibus, ait per prophetam Dominus: (Non ſedi cum viris uanitatis, & cum ſuperbis non ingrediar. Odiui Eccleſiam peſſimorum,& cum impijs non ſedebo. Lauabo in innocentia manus meas,& circuibo altare tuum Domine,vt clara voce prædicem laudem,& narrem omnia mirabilia tua. Domine,dilexi habitaculum domûs tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ, Nè auferas cũ peccatoribus animam meam,& cum viris ſãguinum uitam meam. In quorum manibus ſcelus eſt,& dextera eorum repleta eſt muneribus.Ego autem in ſimplicitate mea gradiar redime me,& miſerere mei. Pes meus ſtetit in recto,in Eccleſijs benedicam Dominum.) Concordent igitur cum omnibus Dei ſacerdotibus hæ charitatis ſententię,in quibus vos fixos & firmos exiſtere iudicamus. Deus vos incolumes cuſtodiat,Filij chariſſimi.Data decimoquinto Kalendas Martij, Antonino & Marco viris clariſſimis conſulibus.

for. * fratresq;
Pſal. 25.

D E C R E T A
H I G I N I P A P Æ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 139 Hic patrinum & matrinam Baptiſmo & Confirmationi adhibuit.

HIginus natione Græcus,ex philoſopho de Athenis, cuius genealogiam nõ inuéni,ſedit annos quatuor,menſes tres, dies quatuor. Fuit autem temporibus Veri & Marci,à conſulatu Magni & Camerini, vſque ad Orphitum & Priſcum. Hic clerũ compoſuit, & diſtribuit gradus. Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros quindecim,diacones quinque,Epiſcopos per diuerſa loca ſex,Qui etiàm ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano, tertio Idus Ianuarij.Et ceſſauit epiſcopatus dies tres.

E I V S D E M E P I S T O L A
Decretalis prima, ad omnes Chriſti fideles.

1 *De miſſione filij à Patre.*
2 *De cauſis Epiſcoporum.*
3 *De criminationibus maiorum.*
4 *De peregrinis iudicijs.*

HIGINVS in CHRISTI nomine almæ vrbis Romę Epiſcopus,cũctis in Apoſtolica fide & doctrina degentibus, ſalutem: Chariſſimi; DEVS filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtitia legis impleretur. Filius non ſecundùm Deitatem ſolam à Patre miſſus eſt, ſed ſecundùm carnem, quam clementer & piè pro nobis aſſumere non dedignatus eſt. Nam quòd ſemetipſum (exinanita Maieſtatis ſuæ potentia) idem ſe filius miſerit, Apoſtolus conteſtatur, & dicit: (Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens,& humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.) Et Eſaias: (Non legatus,neque Angelus, ſed DEVS ipſe veniet, & ſaluabit nos.) Item alibi: (Palàm apparui nõ quęrentibus me.) Et Hieremias: (Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam. Véni,& factus ſum illis in opprobrium.) Et in Michæa: (Eccè Dominus veniet,& cõmouebuntur ſub eo mõtes.) Et in Zacharia: (Gaude & exulta filia Sion,quia eccè ego venio, & cõmorabor in medio tui,dicit Dominus.) Et Apoſtolus ad Timotheum: (Humanus ſermo,& omni acceptione dignus, quoniam Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere.) Et Malachias: (Eccè ſubitò veniet in templo ſuo Dominus, quem vos quæritis,& Angelus teſtamenti,quem vos vultis.) In Euangelio: (Non véni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam.) Item alibi: (Quid nobis & quid tibi Ieſu fili Dei? veniſti ante tempus perdere nos? Venit filius hominis ſaluare & quærere quod perierat.) Item alibi: (Ego véni vt vitam habeãt,& abundantiùs habeant.) Item alibi: (Nemo aſcendit in cœlum,niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo.) Numquid in his tantis ac talibus teſtimonijs, quibus ſe filius Dei à ſemetipſo veniſſe teſtatus eſt, poterit quis dicere, Ab alio,& non à ſemetipſo,veniſſe? dum manifeſtum eſt,quòd qui carnem noſtram dignanter aſſumpſit,voluntariè, & non ab alio miſſus, venerit. Nam qui in Patre manens,vbique potentia ſua conſiſtit; vbi quò a Patre mitteretur,omnimodò non habuit,quoniam nulla pars cœlorum ac terræ à conſpectu Patris excipitur, vbi ſecundùm vos a Patre Filius mitteretur? Et Paulus: (Renouamini, inquit, ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.) Et ad Hebręos: (In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus eſt, potens eſt & eis,qui tentantur, auxiliari.) Vndè, Fratres ſancti, vocationis ſemper cœleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ,Ieſum, fidelem exiſtentẽ ei,qui vocauit eum. Et ad Coloſſenſes: (Nunc autem deponite & vos uniuerſa,iram,indignationẽ,malitiam,blaſphemiam, turpiaq; verba ex ore veſtro non procedant. Nolite mentiri inuicèm, expoliantes vos veterem hominẽ cum actibus ſuis, & induite nouum, eum qui renouatur in agnitio-

Rom.8.a
Phil.2.a
Eſa.35.d & 35.b
Eſa.65.a
Hie.12.b
Mich.1.a
Zach.2.g
1.Tim.1.c
Mal.3.a
Luc.5.f
Matt.8.d
Luc.19.b
Ioan.10.b
Ioan.3.b
Ephe.4.f
Hebr.2.d
Col.3.b

nem

nem ſecũdùm imaginem eius qui creauit eũ.) Nunquid is, qui vniuerſam creaturam, viſibilia & inuiſibilia propriæ poteſtatis virtute ꝑcreauit ac fecit, ſeipſum anteà aut poſtmodùm (quòd dicere nefas eſt) creauit, vel facere potuit? Et Dominus in Euangelio ait: (Ego & Pater vnum ſumus.) Et iterùm: (Qui me videt, videt & Patrem.) Et iterùm: (Qui odit me, & Patrem meum odit.) Et iterùm: (Vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant Patrem.) Et iterùm: (Vt ſint in nobis vnum, ſicut & nos vnũ ſumus. Tu in me, & ego in eis.) Et iterùm: (Omnia mea, tua ſunt.) Et iterùm: (Ego in Patre, & Pater in me.) Et iterùm: (Pater in me manens, facit opera hæc.) Et Iohannes Euangeliſta ait: (In principio erat verbum, & verbum erat apud DEVM, & DEVS erat verbũ.) Et iterùm ipſe ad Parthos: Tres ſunt, inquit, qui teſtimonium perhibent in terra: aqua, ſanguis & caro: & tres in nobis ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus: & hi tres vnum ſunt.) Nos itaque in natura diuinitatis (quia unum ſunt Pater & Filius & Spiritusſanctus) nec Patrem aliquo tẽpore credimus præceſſiſſe, vt maior ſit Filio: nec Filium poſteà natum eſſe, vt Diuinitate Patris minoretur. Cæterùm, Fratres, ſaluo in omnibus Romanæ Eccleſiæ priuilegio, nullus

Ioan.10.f Ioan.14.b Ioan.15.d Ioan.5.d Ioan.17.b Ibidem. Ioan.14. Ioan.14.b Ioan.1.a 1.Ioã.5.b Hanc epiſtolã ſcriptam Parthis à B. Iohanne, ducetur ĩ hoc loco.

II. Metropolitanus, abſque cæterorum omnium comprouincialium Epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas eorum, quia irritæ erunt, aliter actæ, quàm in conſpectu eorum omnium ventilatæ: & ipſe ſi fecerit, coerceatur à fratribus.

9.q.3.Saluo in omnibus

III. Criminationes maiorum natũ per alios non fiant, niſi per ipſos, qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni & irrepræhenſibiles apparuerint, & Actis publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere & inimicitia, atque irrepræhenſibilem fidem habere, ac conuerſationem ducere.

2.q.7.Criminat. Et in dec Lucij & Iulij

IIII. Necnon & peregrina negocia & iudicia prohibemus, quia indignum eſt, ut ab externis iudicentur, qui * prouinciales & à ſe electos debent habere iudices. Nos quidem, ex omni parte carpendo, occaſiones abſcindim⁹. Nos, ſupernæ memores diſciplinæ, quibuſcunque cadentibus dexteram porrigimus, & à ruinæ præcipitio, quos poſſumus, releuamus, & defenſionis adminiculum totis viribus præbere cupimus. Certè ſi vel mens ſit recti conſcia, vindicta dignus eſt, qui alijs exiſtit cauſa periculi. Qui verò innocentem vel fratrem quocunque ingenio perſequitur, ipſe in ſe iugulum mortis impingit, vt ait diuinus & beatus præco. Noli detrahere, nè eradiceris: noli accuſare, nè accuſeris: noli iudicare, nè iudiceris: quia in quo iudicio iudicaueris, iudicabitur de te. Nemo tradit nos odiſſe, quorum relatione non læditur. Dicit enim Dominus: (Omne regnum ĩ ſe diuiſum, non ſtabit:) & omnis ſcientia aut regula aduersùm ſe diuiſa, non ſtabit. Ideoque neceſsè eſt, vt concorditer ſalubres ſuſcipiatis hortatus, nihil per contentionem agẽtes, ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes, diuinis & Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis. Data 17. Kalendas Octobris, Magno & Camerino conſulibus.

3.q.6.Peregrina iu. Et in dec.Fel 1. & Iulij, & Sixti 3. * comprouinciales. Luc.6.f Matt.7.a Rom.2.a Matt.12.b Marc.3.c Luc.11.e

EPISTOLA HIGINI PAPÆ ſecunda, ad Athenienſes.

HIGINVS Papa Athenienſibus ſalutem. Multa mihi fiducia eſt apud vos, Fratres, & multa gloriatio pro uobis. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione ueſtra. Tribulor enim quãdò de uobis audio, quod non oportet: conſolor verò, quotiès ea inter uos fieri cognouero, quę bonos Chriſtianos decet implere. Nolite, Fratres, iugum ducere cum infidelibus. Vndè Doctor gentium loquitur, Dicens: (Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum DEI viui, ſicut dicit Dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.) Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit, in iudicium cruciandos reſeruari, & originali mundo non pepercit, ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum & Gomorrheorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt, ponẽs: quid, putatis, iniquis & impijs perſeuerantibus in nequitia eorum erit? Iuſtum verò Loth oppreſſum, à nefandorum iniuria & * conuerſatione eruit: adſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij cruciandos reſeruare: magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt facere, blaſphemantes. Vndè alieni erroris * ſocium à ſui propoſiti tramite recedentem, aut Apoſtolicæ ſedis iuſſionibus inobedientiam, ſuſcipere non poſſumus: nec * impetere rectè credentes, vel ſanctorum Patrum iuſſionibus obtemperantes permittimur, quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcretio. Si Deus, fratres, iuſtis non pepercit, qd de nobis peccatoribus fieri putatis? Cuſtodite vos ab oĩ inquinamẽto carnis & corporis, vt ſalui ſitis ĩ die aduẽtûs Dñi. (Vnũ aũt hoc nõ lateat vos,) vt ait Apoſtol⁹, (chariſſimi, quia vn⁹ dies apud Dñm, ſicut mille anni, & mille anni, ſicut unus dies. Non tardat Dominus * promiſſionem ſuam, ſed patienter expectat propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu tranſient,

2.Cor.7. 2.Cor.6.d Leu.26.g 2.Petr.2.b Gen.7.a Gen.19.e * luxurioſa conuerſatione 3.q.4.Alienũ Err. Et in dec. Dionyſ. Ep. & in dec. Iulij. * ſocietatem ſectãtes, vel * impedire 2.Pet.3.b 1.Theſ.5.a Apoc.3.& 10.

» ſiunt, elementa verò calore ſoluentur.) Quum hæc ergò omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Dei, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis calore tabeſcẽt? Nos verò cœlos nouos & terram nouam, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia inhabitat Devs autem omnis gratiæ, qui docuit uos in æternam ſuam gloriã, in Christo Iesv modicùm paſſos, ipſe perficiet, confirmabit & ſolidabit. Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. Data x. Kalendas Martij, Magno & Camerino conſulibus.

1. Pet. 5. c. Apoc. 21.

De anno horum conſulum videatur epiſtola prior.

EX DECRETIS HIGINI PApæ, ſecundùm Gratianum,

Soboles ex ſecundis nuptijs genita, conſanguineis priori viri copulari non debet.

36. q. 10. Si qua mulier

Si qua mulier tranſierit ad ſecundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, ipſa proles nõ poteſt ſe copulare cognationi prioris uiri uſq; ad quartam generationem.

EX EISDEM DECRETIS.

Eccleſiarũ in conſecratiõ abſque Miſſa fieri nõ debet.

De conſe. diſt. 1. Omnes baſilicæ. Et in dec. Iuo. lib. 2.

Omnes baſilicæ cum Miſſa debent ſemper conſecrari, & Eccleſiæ deſtructæ. Vbi aut plures ſunt, quàm neceſſe ſit, aut maioris magnitudinis, quàm ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopi prouidentia modus inueniatur, qualiter conſiſtere poſſint aut reſtaurari.

EX EISDEM.

De conſe. diſt. 1. Si motũ. Et in dec. Iuo. lib. 2.

Quæ Eccleſia eſt iterùm conſecranda, & ſalibus tantùm exorcizanda.

Si motum fuerit altare, denuò conſecretur Eccleſia. Si tantùm parietes mutantur, & non altare, ſalibus tantùm exorcizetur. Si homicidio uel adulterio Eccleſia violata fuerit, diligentiſſimè expurgetur, & denuò conſecretur.

EX EISDEM.

De conſe. diſt. 1. Ligna Eccle

In vſus laicorum non licet conuerti ligna Eccleſiæ dedicata.

Ligna Eccleſiæ dedicatæ, non debent ad aliud opus iungi, niſi ad aliam Eccleſiam, vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum in monaſterio Fratribus. In laicorum uerò uſum non debent admitti.

EX EISDEM.

Neceſſitate cogente, in Catechiſmo & Confirmatione idem compater eſſe poteſt.

De conſe. diſt. 4. In catechiſmo. Et in dec. Iuo. lib. 1.

In Cathechiſmo & in Baptiſmo & in Confirmatione vnus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogat. Non eſt tamen conſuetudo Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt.

DECRETA PII PAPÆ I.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 150.

Pivs natione Italus, ex patre Ruſino, frater Paſtoris, de ciuitate Aquileia, ſedit annos nouemdecim, menſes quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus Antonini Pij, à conſulatu Clari & Seueri. Sub huius epiſcopatu frater ipſius Hermes librum ſcripſit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cùm veniret ad eum in habitu paſtoris, vt ſanctum Paſcha die Dominica celebraretur. Hic conſtituit, hæreticum venientem ex Iudæorum hæreſi, ſuſcipi & baptizari. Et conſtitutum de Eccleſia fecit. Hic fecit ordinationes quinque per mẽſem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones viginti unũ, epiſcopos per diuerſa loca duodecim. Qui etiàm ſepultus eſt iuxta corpus B Petri in Vaticano, quinto idus Iulij. Et ceſſauit epiſcopatus dies 14.

EIVSDEM EPISTOLA DEcretalis prima, ad vniuerſos Chriſtifideles.

1 *Vt die Dominico Paſcha celebretur.*
2 *A quibus non oporteat Epiſcopos accuſari, & de his, qui tranſgrediuntur iuſſa Apoſtolicæ ſedis.*

Omnibvs Eccleſijs, in eadem, qua ſumus, & fide doctrina manentibus, Pius Apoſtolicæ ſedis Archiepiſcopus.

Gratias agimus, fratres, Deo, quoniam creſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque omnium veſtrùm in inuicem, ità ut noſipſi in vobis glorièmur in Eccleſijs Dei. Videte, fratres, uidete, ut nemo uos ſeducat, volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit, ambulans fruſtrà, inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus & coniunctiones ſubminiſtratũ & conſtructũ, creſcit in augmentum Dei: (ſed induite nos ſicut electi Dei, ſancti dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicèm, & donantes uobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelã. Et ſicut Chriſtus donauit uobis, ità & uos. Cæterùm nõlle vos uolumus, quod Paſcha Domini die Dominica annuis ſolennitatibus

Coloſ. 2. d
Coloſ. 3. b
De conſe. diſt. 3. Noſſe vos volumus. 1.

ſit

ſit celebrandum. Iſtis ergò temporibus Hermes, doctor fidei & ſcripturarum effulſit inter nos. Et licèt nos idem Paſcha prædicta die celebremus, quia tamen quidam indè dubitârunt, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ angelus Domini in habitu paſtoris apparuit, & præcepit ei, vt Paſcha die Dominico ab omnibus celebraretur. Vndè & vos Apoſtolica authoritate inſtruimus, omnes eadem ſeruare debere, quia & nos eadem teneamus, nec debetis à capite quoquo modo diſſidere. Cauete diligenter omnes, nè quis vos decipiat per aliquam aſtrologiam vel philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum
Coloſ.2.b & traditionem rectam, (In Chriſto enim habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.) vt ſitis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatûs & poteſtatis, qui & hanc ſanctam ſedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum caput eſſe præcepit, ipſo dicente principi Apo-
Mat. 16.c ſtolorum: (Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſùs eam: & tibi dabo claues regni cœlorum: Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo.) Sinè dubio qui contra mandata Dei agit, peccat, & qui conſen-
82.diſtin. Quid eſt prodeſt. 11. ſum præſtat erranti. Quid enim prodeſt illi, ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti? Oues enim paſtorem ſuū nō reprehē-
6.q.1.oues paſtorem. Et in dec. Iuo.lib.4. dant, plebs verò Epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat, quoniam non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſeruus ſupra dominum. Epiſcopi autem à Deo ſunt iudicādi,
Mat.10.c Luc.6.f qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis aut prauæ vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi, ipſo Domino exemplum dante, quandò per ſeipſum, & nō per alium, vendentes ſacerdotes & ementes
Ioan.2.d eiecit de templo, & menſas nummulariorum proprio euertit flagello, & eiecit de templo.
Pſal.81. Et ſicut alibi per prophetam loquitur, dicens: (Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio
3.q.4. Si quis verò à autem deos diſcernit.) Si quis verò à ſuo propoſito retrorſùm exorbitauerit, & iuſſum Apoſtolicæ ſedis libenter tranſgreſſus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergò oportet eorum redargutiones, qui in recta fide ſuſpecti ſunt. Fides autem & conuerſatio, primùm ſcrutanda eſt, & denuò, qui irrepræhenſibiles apparuerint, ſuot recipiendi, & non priùs:
Matt.12.c quia (bonus homo) (teſtante Veritatis voce) (ex bono theſauro cordis ſui profert bona, &
Luc.6.g malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert mala.) Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ideò perſona & opinio ac vita vniuſcuiuſque, in initio rimanda eſt, quia boni ſemper infeſtantur à malis. Boni enim cum malis, licèt mixti ſint in Eccleſia, vix concordare inueniuntur, quoniam diſſimilis eſt co-

rum cogitatio, voluntas, & actus. Nihil enim prodeſt homini ieiunare & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Vndè ait propheta: (Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum.) Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult. Quanto minùs in ſuſpicionem debet venire fidelis homo, vt dicat aut faciat ea, quæ pati non vult? Quia omnis ſuſpicio potiùs repellenda eſt, quàm approbanda vel recipienda. Charitas enim non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum: quia vnius cauſa, multorum non eſt præferenda. Sectamini charitatem, æmulamini ſpiritualia. (Charitas enim patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquàm excidit.) Semper rogo vos, vt deteriora reijciatis, & meliora perficiatis: quia nos non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis, & ea ſectamini indiſſeſſenter. Data ſeptimo idus Aprilis, Claro & Seuero viris clariſſimis conſulibus.

De pœn. diſt.3. Nihil prodeſt Et de con ſe diſt.5. Nihil eſt prodeſt. Pſal.33. 6.q.1. Oues paſtorem. 1.Cor.13.b 1.Cor.14.a 1.Co.13.b 1.Cor.2.c

EPISTOLA PII PAPÆ
ſecunda, Italicis directa.

Quæ diuinis ſunt aſſignata uſibus, ad humanos vſus ſinè ſacrilegio non poſſe transferri.

PIVS Romanæ vrbis Archiepiſcopus, Italicis fratribus ſalutem in Domino.

Scitis, fratres, quia Dei agricultura ſumus: ideò eius adiutores eſſe debemus ſecundùm gratiam, quam ipſe dedit nobis. Si autem hoc eſſe neglexerimus, nulli dubium eſt, quòd damnabimur. Si verò in eius ſeruitio pro viribus laborauerimus, verique eius adiutores fuerimus, eiusq; voluntatem implere ſtuduerimus, profectò ab illo ditabimur, quia (vniuſcuiuſque opus, quale ſit,) vt ait Apoſtolus, (dies Domini declarabit, & ignis probabit.) 1.Cor.3.c
Ad ſedem autem Apoſtolicam perlatum eſt, 12.q.2. Prædia diuinis
quòd ſint inter vos contentiones & æmulationes: Et prædia, diuinis vſibus tradita, quidam humanis applicant vſibus, & Domino Deo (cui tradita ſunt) ea ſubtrahunt, vt ſuis vſibus inſeruiant. Quapropter ab omnibus illius vſurpationis cōtumelia depellenda eſt, nè prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dicata, à quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, ſacrilegos habeatur, & ſicut ſacrilegus iudicetur. Ipſos autem qui hoc agunt, clericos & Domini ſacerdotes perſequi, eosque infamare audiuimus, vt malum ſuper malū addant, & deteriores fiāt, non intelligentes quòd Eccleſia Domini in ſacerdotibus conſiſtit, & creſcit in templum

Attendāt ſchiſmatici hodie ni.

Dei. Et ſicut qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius 17.q.4.Sicut qui Eccleſiam. prædia & donaria expoliat & inuadit, fit ſacrilegus: ſic & ille, qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur. 1.Co.12.d Æmulamini, fratres, chariſmata meliora, & nolite talia agere, nec eis commiſceri aut conſentire, qui talia agunt: quoniam non ſolùm, Rom.1.d qui talia agunt, ſunt huius criminis rei, ſed qui facientibus conſentiunt. Non ergò grauius peccatum eſt fornicatio, quàm ſacrilegium: ſed ſicut maius eſt peccatum quod in Deum committitur, quàm quod in hominẽ, ſic grauius eſt ſacrilegium agere, quàm fornicari. De talibus enim ait Apoſtolus: 1.Co.5.a,b (Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrûm, qui hoc opus fecit. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui, vt præſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Iesv Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, in virtute Domini noſtri Iesv Christi, huiuſmodi tradere ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Iesv Christi. Non eſt bona gloriatio veſtra. 1.Cor.5.c Neſcitis, quia modicum fermẽtum totam maſſam corrumpit? Expurgate (inquit Apoſtolus) vetus fermentum, vt ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermẽto malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. 1.Co.5.c.d Scripſi vobis in epiſtola, (ait idem ipſe Apoſtolus) nè commiſceamini fornicarijs, non vtiquè fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi uobis, non commiſceri. Si quis frater nominatus, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris ſunt, iudicare? Nónne de his qui intus ſũt, 1.Cor.6.a vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobiſipſis. Audet aliquis veſtrûm, habens negocium aduersùs alterũ, iudicari apud iniquos, & nõ apud ſanctos? An neſcitis quoniam ſancti Dei de mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? quantò magis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ad verecundiam veſtram dico: Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare fratrem ſuum, ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Iam quidem omninò delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quarè non magis iniuriam accipitis? Quarè non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis, quia iniqui regnũ Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neq; adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neq; ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnũ Dei poſſidebunt. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri Iesv Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.) Decætero (ſalua in omnibus Apoſtolica authoritate) quæcunque ſunt ad religionis obſeruantiam pertinentia, locis ſuis, & à ſuæ diœceſeos ſynodis, audiantur. Et ſi quis ſacerdotum vel reliquorũ clericorum, ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam, aut calumniam, & conuinci potuerit, mox curiæ tradatur. 11.q.1.Si quis ſacerdotum. Qui autem facit iniuriam recipiat hoc quod iniquè geſſit. Corrumpunt enim mores bonos 1.Co.15.e colloquia mala. Euigilate iuſti, & nolite peccare. Data Idibus Martij, Claro & Seuero viris clariſſimis conſulibus.

De his conſulibus videatur in Epiſtola priori.

EX DECRETIS PII PAPÆ.

Ante vigeſimumquintum annum virgines non conſecrentur.

Virgines non velentur ante vigintiquinque annos ætatis, nisi fortè neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis. Et non ſunt conſecrandæ, nisi in Epiphania, & in albis Paſchæ, & in Apoſtolorum Natalicijs, nisi cauſa mortis vrgente. 21.q.1. Virgines non velentur. Et in dec. Iuo.lib.3.

EX EISDEM.

De illis qui per caput Dei vel capillum iurant, vel blaſphemia contra Deum utantur.

Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit, vel alio modo blaſphemia contra Deum vſus fuerit, ſi in Eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur; ſi laicus, anathematizetur. 22.q.1.Si quis per ca. Et ſi quis per creaturas iurauerit, acerrime caſtigetur, & iuxta hoc, quod ſynodus iudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifeſtauerit, non eſt dubium, quin diuina condemnatione ſimiliter coerceatur. Et ſi Epiſcopus iſta emendare neglexerit, acerrimè corripiatur.

EX EISDEM.

De illis, qui iubentibus dominis ſuis, periurium fecerint.

Qui compulſus à Domino, ſciens peierat, vtrique ſunt periuri, & Dominus & miles: Dominus, quia præcepit: Miles, quia plùs Dominum, quàm animam ſuam, dilexit. Si liber eſt, xl. dies in pane & aqua pœniteat, & ſeptem ſequentes annos: Si ſeruus eſt, tres quadrageſimas & legitimas ferias pœniteat. 22.q.5. Qui compulſus.

Anſelmus lib.11.cap.63. Hoc citat ex pœnitentiali Theodori, ut Burchardus, & Iuo.ſeq.cap.

EX

EX EISDEM.

22. q. 5. Qui peierat.

Qui peierat ſe in manu Epiſcopi, aut in cruce, conſecrata, tres annos pœniteat; Si verò in cruce non conſecrata, annum vnum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans, ſe peierauerit, & pòſt cognoſcit, 3. quadrageſimas pœniteat.

EX EISDEM.

De illo, qui vxorem legitimam ſinè iudicio interfecerit.

33. q. 2. Quicunq; propriá.

Quicunque propriam vxorem abſque lege vel ſinè cauſa & certa probatione, interfecerit, aliamque duxerit vxorem, armis depoſitis, publicam agat pœnitentiam. Et ſi contumax fuerit, & Epiſcopo ſuo inobediens extiterit, anathematizetur, quouſque cóſentiat. Eadem lex erit illi, qui ſuum ſeniorem interfecerit.

EX EISDEM.

Pœnitentia eius, cuius negligentia de ſanguine Domini aliquid ſtillat.

De cõ. diſtin. 2. Si per negligentiam. Et in decr. Iuo. lib. 1.

Si per negligétiam aliquid de ſanguine Domini ſtillauerit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus corradatur, & igne cóſumatur, & cinis intra altare recondatur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si ſuper altare ſtillauerit calix, ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat. Si vſque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vſque ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit ſtilla, tribus vicibus miniſter abluat, calice ſubter poſito, & aqua ablutionis ſumatur, & iuxta altare recondatur.

EX EIVSDEM DECRETIS.

Vt arreptitij ſacris altaribus non miniſtrent.

33. diſtin. Cómuniter diffinimus, vt null° &c.

Communiter diffinimus, vt nullus de his, qui aut in terra arrepti à Dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant miniſtrare altaribus, vel indiſcuſsè ſe ingerant. Sacramentis diuinis, exceptis illis, qui corporum incómoditati dediti, ſinè huiuſmodi paſſionibus in terra probantur eliſi, qui tamen & ipſi tam diù erunt ab officij ſui ordine & loco ſuſpéſi, quouſquè vnius anni ſpatio, per diſcretioné Epiſcopi, inueniátur ab incurſu Dæmonum liberati.

EIVSDEM DECRETVM EX CODICE 5. librorum, lib. 2. cap. 117.

De oblationibus populorum.

Vt de oblationibus quæ offeruntur à populo, & conſecrationibus quæ ſuperſunt, vel de panibus, quos deferunt fideles ad Eccleſiam; vel certè de ſuis, presbyter cóuenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido & conuenienti, vt poſt Miſſarum ſolennia, qui communicare nó fuerint parati, eulogias omni die Dominico, & in diebus feſtis exindè accipiant, quæ cum benedictione priùs faciat.

EIVSDEM DECRETVM EX CODICE 16. librorum, lib. 3. cap. 19.

De conſuetudine ſeruanda, quæ non eſt contra fidem.

Petiſtis per Hilarium chartulariũ noſtrum à beatæ memoriæ prædeceſſore noſtro, vt omnes vobis retrò temporum conſuetudines ſeruarentur, quæ à Petri Apoſtolorum principis ordinationum initijs, hactenùs vetuſtas longa ſeruauit. Et nos quidem iuxta ſeriem relationis veſtræ, conſuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil vſurpare dinoſcitur.

Diſtin. 11. Conſuetudiné laud. Et in Decret. Iuo. lib. 2.

DECRETA ANICETI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 154.

ANICETVS natione Syrus, ex patre Iohanne de Vico Humilia, ſedit annos vndecim, menſes quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus Veri & Marci, à conſulatu Gallicani & Veteris, vſque ad Præſentem & Rufinum. Hic conſtituit, vt clericus comam non nutriret, ſecundùm præceptum Apoſtoli. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros ſeptendecim, diaconos quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca nouem. Qui etiàm obijt martyr, & ſepultus eſt in cœmeterio Calixti, via Appia, decimoquinto Kalendas Maias. Et ceſſauit Epiſcopatus dies ſeptendecim.

EIVSDEM DECRETALIS epiſtola ad Galliæ Epiſcopos.

1 *De ordinationibus Epiſcoporum, & de cauſis eorum.*
2 *De Primatibus & Metropolitanis.*
3 *Si Metropolitanus ſinè conſilio egerit, vel ſi Epiſcopi eum ſuſpectum habuerint.*
4 *De tonſura clericorum & habitu.*

ANICETVS vniuerſis Eccleſijs per Galliæ prouincias conſtitutis, in Domino ſalutem: Bonorum operum & ſpiritualiũ ſtudiorum Deum authorem eſſe, nó dubium eſt, qui bonorum hominum incitat mentes & adiuuat actiones. Quod nobis euidenter apparuit, quum inter longinqua ſpatia regionum, vnum corda veſtra ſenſerunt cóſilium, & quæ

deſide-

DECRETA SOTERIS PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 163. Huius tẽporib' Cataphrygarum hæreſis orta eſt

SOTER natione Campanus, ex patre Concordio, de ciuitate Fundis, ſedit annos 9. menſes * 7. dies 21. Fuit autem temporibus Veri & Marci, à conſulatu Ruſtici & Aquilini, vſque ad Cethegum & Clarum. Hic conſtituit, vt nulla monacha pallam ſacratam contingeret, nec incenſum poneret in ſancta Eccleſia. Hic fecit ordinationes * 3. per mẽſem Decembrẽ, presbyteros * 18. diacones 9. Epiſcopos per diuerſa loca xj. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Calixti via Appia, 10. Kalendas Maias. Et ceſſauit epiſcopatus dies xj.

* ſex
* 5. vel 6.
* 21.

SOTERIS PAPÆ EPISTOLA

Decretalis prima, ad Campaniæ Epiſcopos, de fide.

SOTER Apoſtolicæ ſedis Archiepiſcopus, Campanis omnibus ſalutem in Domino; Gaudere vos oportet, fratres, quòd, diuina largiente gratia, familiares Domini vocamini, eiuſque ſacerdotij dignitate fungimini. Nunc autem rogo vos, vt circa plebes vobis commiſſas laborare dign:taint, & fructuoſos manipulos Domino reportare nitamini. Paulus enim Apoſtolos de fide ità loquitur, dicens: (Quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecũdùm carnem.) Rom. 1. a
Gen. 4. a Item ipſe ad Galatas: (Poſtquàm autem venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, ex muliere factum, & factum ſub lege.) Et ad
Phil. 2. a Philippenſes. (In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.) Et in pſalmo 30. (Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt, & ſuper inimicos meos factus ſum opprobrium.) Itẽ ibi:
Pſal. 30. (Obliuioni datus ſum, tanquàm mortuus à corde, Factus ſum tanquàm vas perditum.) Et in ſeptuageſimo: (Tãquàm prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.) Et in 72. (Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecũ.) Et in 86. (Mater Sion dicet homo, & homo factus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus.) Et in 77. (Factus ſum ſicut homo ſinè adiutorio inter mortuos liber.) Et in centeſimooctauo: (Et ego factus ſum illis opprobrium, viderunt me, & mouerunt capita ſua.) Et in cẽteſimoprimo: (Vigilaui, & factus ſum
Ioan. 1. b ſicut paſſer ſolitarius in tecto.) Et in Euangelio: (Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.) Filius igitur ſecundùm carnem dicitur factus. Nam ſecundùm diuinitatem, à Patre nuſquàm legitur factus, ſed genitus. Dũ enim Pater loquitur, filius loquitur: & quum filius loquitur, Patrem in illo eſſe loquentem, documentis cœleſtibus comprobatur, Paulo Apoſtolo atteſtante, qui ait: (Multifariè, multiſque Hebr. 1. a
modis olìm Deus loquutus eſt à Patribus in prophetis, nouiſſimè autem loquutus eſt nobis in filio.) Et vt eundem filium, excepto Patris præcepto, doceam fuiſſe loquutũ, ex Eſaiæ prophetæ volumine proferimus documentũ:
(Hæc dicit Dominus, In illa die ſciet populus Eſa. 52. b
meus, quoniam ego ſum ipſe, qui loquebar in ſeruumeis prophetis, euangelizans auditum pacis, & eccè adſum.) Item ibi: (Ego ſum Do- Eſa. 45. d
minus, qui loquor iuſtitiam, & annuncio veritatem.) Item ibi: (Cogitaui & loquutus ſum, Eſa. 46. d
& adduxi, & creaui, & feci.) Et Apoſtolus: (An 2. Co. 13. a
experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?) Et in pſal. 118. (Loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & non confundebar.) Et ipſe Dominus in Euangelio cæco à ſe illuminato dicit: (Et vidiſti eum, & Ioan. 9. g
qui loquitur tecum, ipſe eſt.) Et Samaritanæ mulieri ait: (Ego ſum, qui loquor tecum.) Et Ioan. 4. c
ad diſcipulos: (Verba quæ ego loquutus ſum Ioan. 6. g
vobis, ſpiritus & vita ſunt.) Et ad Patrẽ: (Ego ad te venio, & hæc loquor in mundo.) Et itẽ Ioan. 17.
rùm Iudæis dixit: (Loquor vobis, & non au- Ioan. 8. c
ditis. Si autem venerit alius, illum audietis.) Et iterùm: (Hæc loquutus eſt Dominus in gazophylacio, docens in templo: & nemo appræhendit eum, quia nondùm venerat hora eius.) Eccè in his omnibus, quæ ſuperiùs dicta ſunt, non docetur filius præcepto Patris fuiſſe loquutus, ſed magìs proprium exercuiſſe in loquendo ſermonem. Eſaias quoque propheta Eſa. 45. b.
ait: (Hæc dicit Dominus, Ego feci terram ſen- 45. c. 45. d
ſu meo, & hominem ſuper eam: Ego ſolidaui 48. b
cœlũ manu mea, ego omnibus ſideribus mandaui, vt lucerent in cœlo.) Item ibì: (Ego omne conſilium meum ſtatui, & omnia quæcunque cogitaui, ego feci.) Itẽ ibì: (Sic dicit Dominus: Qui conſtituit cœlum & terram, & fecit eam, & * fundauit eam.) Item ibì: (Ego pri- * diuiſit, vel finiuit
mus, & ego in æternum: manus mea fundauit terram, dextera mea ſolidauit cœlum.) Et in Hieremia: (Ego feci terrã in fortitudine mea Hier. 27. a
magna, & in brachio meo excelſo.) Item ibì: 51. b
(Dominus fecit terram in virtute ſua magna, & erexit orbem terræ in ſapientia, & prudentia ſua extendit cœlum, & poſuit ſonum aquæ in cœlo.) Defendite, chariſſimi, rogo vos, contra maleuolos homines inconcuſſum Eccleſiæ ſtatũ, vt vos Chriſti dextera defendat in æuum. Data Nonis Maij, Ruſtico, & Aquilino viris clariſſimis conſulibus.

EPISTOLA SOTERIS

Papæ ſecunda, ad Epiſcopos Italiæ.

Nè fœminæ ſacra vaſa vel ſacras pallas contingant, vel altaria incendant.

DILECTISSIMIS fratribus per Italiæ prouincias ſanctis conſtitutis Epiſcopis Soter Papa.

Diuinis

Diuinis præceptis & Apoſtolicis monitis
informamur, vt pro omnium Eccleſiarum ſta-
tu, impigro vigilemus affectu: at ſi quid vſ-
quàm reprehẽſioni inuenitur obnoxium, ce-
leri ſolicitudine, ab ignorantiæ imperitia &
præſumptionis vſurpatione, reuocemus. Sa-
23. diſtin. Sacratas Deo fœ. cratas Deo fœminas vel monachas, ſacra va-
ſa vel ſacratas pallas penès vos contingere, &
incenſum circa altaria deferre, perlatum eſt ad
Apoſtolicam ſedem, quæ omnia repræhenſio-
ne & vituperatione plena eſſe, nulli rectè ſa-
pientium dubium eſt. Quapropter huius ſan-
ctæ ſedis authoritate, hæc omnia vobis reſe-
care funditùs, quantò citiùs poteritis, cenſe-
mus: & nè peſtis hæc latiùs diuulgetur per
omnes prouincias, abſtergi citiſſimè manda-
2. Co. 11. a mus. Ait enim Apoſtolus: (Deſpondi enim
vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chri-
ſto.) Illa eſt enim virgo Eccleſia, ſponſa vnius
viri Chriſti, quæ nullo ſe patitur errore vel
inhoneſta repræhenſione viciari, vt per totum
mũdum vna ſit nobis vnius caſtæ communio-
nis integritas. Vndè conſurgite, chariſſimi, cũ
Deo, & aſſiſtite ei, induentes arma ſpiritûs, ad-
uersùs malignantes contra fidem eius, & pro-
betur ſpiritus ſapienter, id eſt, verba illorum,
1. Ioan. 4. ſi ex Deo ſunt. Scriptũ eſt enim in Hieremia:
Hier. 6. g (Probatorem dedi te in populo meo robuſtũ,
& ſcies probabis viam illorum.) Multùm nan-
que nobis neceſſaria eſt vigilantia tanti Sacra-
menti ſapientiæ diſcretionis, quæ occulta te-
nebrarum reuelat, ad requiſitionẽ huiuſmodi
rei & ſcrutationem, quoniam latet quodam-
modò & abſconditur, vixque compræhendi-
tur doloſa exiſtens malitia, pro eo quòd ſibi
pietatem callidè blandiatur, vt valeat ſcrutan-
tium mentem latere. Quod vtiquè ſciens B.
2. Co. 11. c Apoſtolus, ait: (Nam huiuſmodi pſeudoapo-
ſtoli, operarij ſubdoli, transfigurãt ſe in Apo-
ſtolos Chriſti. Sed non mirum, quandò ipſe
ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis, ſi mi-
niſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſti-
tiæ, quorum finis eſt ſecũdùm opera eorum.)
Matt. 7. b Sed & Dominus in hoc præmuniens nos, ait:
(Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad
vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem
ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cogno-
ſcetis eos.) Ergò in idipſum ex toto corde ve-
ſtro referetis ante omnia ſuper tali quæſtione
Pſal. 118. deprecationem, & dicetis cum Dauid: (Reue-
la oculos meos, & conſiderabo mirabilia de
lege tua: Lucerna pedibus meis verbum tuum,
Dan. 2. c & lumen ſemitis meis.) Quoniam, vt ait bea-
tus Daniel propheta, (Sapientia & fortitudo
eius ſunt. Dat ſapiẽtiam ſapientibus, & ſcien-
tibus diſciplinã. Ipſe reuelat profunda & ab-
ſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux
cum eo eſt.) Quia ſapientiam & fortitudinem
dediſti mihi, & oſtendiſti mihi quæ rogaui te.
Data decimo Kalendas Iunij, Cethego & Cla-
ro viris clariſſimis conſulibus.

DECRETA SOTERIS PAPÆ, ſecundùm Gratianum, quæ non habentur in prioribus Decretalibus Epiſtolis.

Iuramentum malum quod incautè promittitur, non eſt ſeruandum.

Si aliquid fortè incautiùs nos iuràſſe contigerit, quod obſeruatũ, in peiorem vergat exitum, illud ſalubri conſilio mutandum nouerimus, & magis inſtante neceſſitate periurandũ nobis, quàm pro facto iuramẽto, in aliud crimen maius diuertendum. [22. q. 4. ſi aliquid. Ita etiam cæteri collectores. Sed eadẽ cauſa & quæſtione vtatur ex Beda Homil. 44. in Natali decol. S. Ioan.]

ALIVD EIVSDEM ex Gratiano.

Quiſque ſacrificans ſacerdotem habeat, qui cœpta Sacramenta expleat, ſi neceſſitas ingruerit.

Vt illud diuini oraculi monẽtis ſinguli præcaueant, quo ſcribitur, (Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem:) ſummoperè verendum eſt nobis atque cauendum, nè horis illis atque temporibus, quibus Deo pſallitur vel ſacrificatur, vnicuique diuinis ſingulariter officijs inſiſtenti, pernicioſa paſſio, vel quolibet corporis inualitudo occurrat, quæ aut corpus ſubitò ſubruat faciat, aut mẽtem alienatione vel terrore confundat. Pro huiuſmodi ergò caſibus præcauẽtes, neceſſarium duximus inſtituere, vt vbi tẽporis vel loci ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat (quiſquis ille) canens Deo atque ſacrificans, pòſt ſe vicini ſolaminis adiutorem, vt ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus, à tergo ſemper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus, & officium inceptum adimpleat. [Eccl. 4. ca. De cõſec. diſtinc. 1. Vt illud. & 7. q. 1. Illud diuin.] *Cenſuimus ergò conuenire, vt cùm à ſacerdotibus Miſſarum tempore ſacra myſteria conſecrantur, ſi ægritudinis accidat quilibet euentus, quo cœptum nequeat expleri myſterium; ſit liberum Epiſcopo vel presbytero vel alij, vt conſecrationem expleat officij cœpti. Non enim aliud ad ſupplementum inchoatis myſterijs competit, quàm aut incipientis, aut ſubſequentis explenda benedictio ſacerdotis: quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur. Cùm enim vnum ſumus omnes in Chriſto, nihil contrarium diuerſitas format, vbi efficaciam proſperitatis, vnitas fidei repræſentat: Quod etiam conſultum, cuncti ordinis clerici indictũ. vel indultum eſſe ſibi non ambigant, ſed (vt præmiſſum eſt in præcedentibus) ſtatim alij pro complemento ſuccedant. Nè tamen quod naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem conuertatur, nullus poſt cibum potumque, ſiue quodlibet minimũ ſumptũ, Miſſas facere, nulluſq; abſque patẽtis moleſtiæ prouentu miniſter vel ſacerdos, cùm cœperit, imperfecta officia præſumat omninò relinquere. Si quis hæc temerariè præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit. [* Hactenus tantũ apud Gratianum.]

EIVS-

EIVSDEM DECRETVM ſimiliter & Gratiano.

Vt presbyter Miſſam non cantet, niſi duobus præſentibus ſecum.

De cõ. diſtinct. 1. Hoc quoque.

Hoc quoque ſtatutum eſt, vt nullus presbyterorum Miſſarum ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, ſibique reſpõdentibus, & ipſe tertius habeatur: quia cùm pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiſcum: & illud in ſecretis, Orate prò me: aptiſſimè cõuenit, vt & ipſius reſpondeatur ſalutationi.

EIVSDEM ALIVD, iuxta Gratianum.

Etiàm in Cœna Domini ſacram communionem debemus accipere.

De cõſec. diſt. 2. In cœna Domini.

In Cœna Domini à quibuſdam perceptio Euchariſtiæ negligitur, quæ quoniá in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis ijs, quibus pro grauibus criminibus inhibitum eſt) percipienda ſit, Eccleſiaſticus vſus demonſtrat, cùm etiàm pœnitentes eadẽ die ad percipienda corporis & ſanguinis Dominici Sacramenta reconcilientur.

DECRETA ELEVTHERII PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 171. Huius tẽpore, Marcionis ſecta variè diſſecta eſt.

ELEVTHERIVS natione Græcus, ex patre Abundio, de oppido Nicopoli, ſedit annos quindecim, menſes 3. dies 2. Fuit autem temporibus Antonini Commodi, vſque ad Paternũ & Braduam. Hic accepit epiſtolam à Lucio Britannico Rege, vt Chriſtianos efficeretur per eius mandatum. Et hic conſtituit, vt nulla eſca vſualis, quæ tamen rationabilis & humana eſt, quam DEVS creauit; à Chriſtianis maximè fidelibus repudiaretur. Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, Presbyteros duodecim, Diaconos 8. Epiſcopos per diuerſa loca quindecim. Qui etiàm ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri, ſeptimo Kalendas Iunij. Et ceſſauit Epiſcopatus dies quinque.

EPISTOLA ELEVTHERII PAPÆ Decretalis, ad Galliæ prouincias.

1 *De eſcis irrationabiliter non vitandis.*
2 *De accuſationibus Epiſcoporum, & omnium clericorum.*
3 *De accuſationibus omnium cõprouincialium.*

ELEVTHERIVS Epiſcopus vniuerſis Eccleſijs, per Galliæ prouincias Domino militantibus, in Domino ſalutem: Magno munere miſericordiæ Dei, totius Eccleſiæ Catholicæ multiplicata ſunt gaudia, cùm multos populos ad Domini ſeruitiũ feſtinare cognouimus. Qua de re neceſſarium indicauimus I.
vos inſtruere, vt eſcas, quas vitaſſe vos audiuimus irrationabiliter, non reſpuatis. Scitis fratres, legiſlatorem docuiſſe, omnia quæ creauit Deus, erant valdè bona. *Gen. 1. d* Et ipſa per ſe Veritas ait: (Non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod exit de ore.) *Mat. 15. b* Vndè conſtat, non debere refutari eſcas communes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus ſuis. Et in Actibus Apoſtolorum de mundis eſcis legitur ità: *Act. 10. b* (Poſtera autem die iter tribus facientibus domeſticis, & appropinquantibus ciuitati, aſcendit Petrus in ſuperiora, vt oraret circa horam ſextam. Et quum eſuriret, voluit guſtare. Parantibus autem eis, cecidit ſuper eum mentis exceſſus, & vidit cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnũ, quatuor initijs ſubmitti de cœlo in terram, in quo erãt omnia quadrupeda, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Ait autem Petrus: Abſit, Domine, quia nunquàm manducaui omne commune & immundum. Et vox iterùm ſecundò ad eum: Quod Deus purificauit, tu commune nè dixeris. Hoc autem factũ eſt per
tèr. Et ſtatim vas receptum eſt in cœlum.) De II.
accuſationibus ergò clericorum, ſuper quibus conſulti ſumus, quia omnes eorum accuſationes difficile eſt ad Sedem Apoſtolicam deferre, finitiua Epiſcoporum tantùm iudicia huc deferantur; vt huius ſanctæ ſedis authoritate finiantur, ſicut ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus, multorum conſenſu Epiſcoporum, iam definitum eſt. Nec in eorum eccleſijs alij aut præponantur, aut ordinentur, antequàm hic eorum iuſtè terminentur negocia. Quoniá quamuis liceat apud Prouinciales & Metropolitanos atque Primates, eorum ventilare accuſationes vel criminationes, non tamen licet diffinire ſecus, quàm prædictum eſt. *3. queſt. 6. Quamuis liceat 30. q. 5. Iudicantem oportet.* Reliquorum verò clericorum cauſas apud Prouinciales & Metropolitanos ac Primates, & ventilare & iuſtè finire licet. Iudicantem tamẽ oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi ac proponendi, adijciendique præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium limitata ſit pleniter. Nec litigantibus iudex priùs ſua velit ſententia obuiare, niſi quandò ipſi iam, peractis omnibus nihil habeãt in quæſtione quod proponat. Et tam diù actio ventiletur, quouſque rei veritas inueniatur. Frequenter interrogare oportet, nè aliquid prætermiſſum fortè remaneat, quod annecti conueniat. Induciæ enim non modicæ ad inquirendum dandæ ſunt, nè aliquid præproperè agi à quacunque parte videatur, quia per ſurreptionem multa proueniunt. *3. q. 3. Induciæ nõ mo.* Nihil tamen abſque legitimo & idoneo accuſatore fiat. Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: ſed quia

non eſt accuſatus, ideò non eſt eiectus. Et quicquid inter Apoſtolos egit, pro dignitate miniſterij ratum manſit.
2.q.1. nihil cōtra. Nam ſi leges ſeculi accuſatores requirunt, quantò magis Eccleſiaſticæ regulæ? Docent enim terreſtria & humana,
111. quæ ſint eccleſiaſtica atque cœleſtia. De accuſationibus verò comprouincialibus ità legitur
3.q. 6. Si quis cler. eſſe ſtatutum: Si quis ſuper quibuſlibet criminibus quemlibet clericum pulſandum crediderit, in prouincia, in qua cōſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerceat actiones, nec æſtimet eum alibì aut longiùs ad iudicium protrahendum.
3.q.9. Caueat iud. Illi verò qui pulſatus fuerit, ſi iudicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare. Caueāt etiàm iudices Eccleſiæ, nè abſente eo, cuius cauſa vētilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, immò etiàm & cauſam in ſynodo pro facto dabūt. Proditoris verò nec calumnia, nec vox audiatur. Nemo enim debitorem ampliùs poteſt cognoſcere, quàm ille, qui iniuriā, eiusq; ſuſtinuit nequiriā. Oppreſſus nanque ab omnibus, in cunctis ſubueniatur cauſis. Hæc omnia ſummoperè ſunt attendenda. Nec criminatio minorum, quantò magis Epiſcoporum,
Exo. 23.a facilè eſt recipienda, dicente Domino: (Non
Ibidem. ſequéris turbas ad faciendum malum.) Et ali-
1.Par. 28. b bì: (Non ſuſcipias vocem mendacij.) Et in Paralipomenon legitur: (Omnia corda ſcrutatur
„ Dominus, & omnem cogitationem nouit. Ho-
„ mo verò videt in facie, Deus autem in corde.)
2.Re. 16.b Et alibì ſcriptum eſt: Non poteſt humano cōdemnari examine, quem Deus ſuo reſeruauit iudicio. Igitur omne pondus, & circunſtantia aduerſariorum nocumenta, per patientiam, fratres, comprimere ſatagite, ſciētes quia ſubuerſi ſunt huiuſmodi, & delinquunt, proprio ore damnati. Quia qui fratres accuſant vel infeſtant, nō eos diligunt, ſed magìs negligunt,
Rom. 13.c & peccant dicente Apoſtolo: (Dilectio proxi-
1.Ioā.4.d mi, malum non operatur.) Et alibì: (Qui non
„ diligit fratrem ſuum, quem videt: Deum quē
„ nō videt, quomodò poteſt diligere?) Nos enim humiles corde, ad ea quæ recta ſunt, adiutore Domino, ſapienter vinculo charitatis vobiſcū ſumus conſtricti, & religionem Catholicam in omnibus fortiter defenſātes, improbis probè reſiſtere non negligimus. Vndè dictum eſt:
*perturbare. Negligere enim, cùm poſſis *deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Huius rei gratia vniuerſalis vobis à Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis
Pro. 18. c opem ferre non negligatis. Frater autem fratrem adiuuans, exaltabitur: & allidens, diſſipabitur. Quapropter releuate ſemper oppreſſos, corripite inquietos, vt zizania Dominicam meſſem non poſſit ſuffocare. Data V. idus Iulij, *Paterno & Bradua viris clariſſimis conſulibus.
* Materno.

DECRETA VICTORIS PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

VICTOR natione Afer, ex patre Felice, ſedit annos x. menſes 2. dies x. Fuit autem temporibus Helij Pertinacis & Seueri, à cōſulatu Cōmodi quinto & Glabrionis, vſque ad Lateranum & Rufinum. Anno Domini 186
Hic conſtituit, vt ſanctum Paſcha die Dominico celebraretur, ſicut Pius. Hic fecit ſequentes *cleros. Martyrio coronatur. Et conſtituit, vt neceſſitate faciente, vbicunque inuētus fuiſſet quicunque hominum ex gentibus veniens, ſiue in flumine, ſiue in mari, ſiue in fonte, ſiue in ſtagno, baptizaretur: tantùm Chriſtianæ credulitatis confeſſione declarata, integer efficeretur Chriſtianus. Et fecit concilium. Et collatione facta cum presbyteris & diaconibus, accerſitoque Theophilo Alexandriæ Epiſcopo, conſtituit, vt à decimatertia Luna primi menſis, vſque ad xxj. die Dominica cuſtodiatur ſanctum Paſcha. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos ſeptem, Epiſcopos per diuerſa loca numero duodecim. Qui ſepultus eſt iuxta corpus B. Petri in Vaticano, V. Kalendas Auguſti. Et ceſſauit Epiſcopatus dies xj.

EPISTOLA PRIMA DECRETAlis Victoris Papæ ad Theophilum Alexandriæ Epiſcopum.

1 *De celebratione Paſchæ & Baptiſmi.*
2 *Nè quis incerta iudicet.*
3 *De cauſis Epiſcoporum terminandis.*

VICTOR Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Theophilo Epiſcopo & cūctis fratribus in Alexandria Domino famulantibus, in Domino ſalutem: Multa mihi gratulatio eſt, dilectiſſimi fratres, quòd manifeſtato (ſicut optamus) per gratiam Dei lumine Euangelicæ claritatis, & ab Eccleſia iam magna ex parte pernicioſi erroris nocte depulſa, creditæ nobis diſpenſationis fructus creſcit & augmentatur in Domino. Celebrita- De conſe. diſt. 3. Celebritatē S. Paſchæ. 1.
tem ſancti Paſchæ die Dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud vobis eadē die celebrari ſolennitet mandamus, quia non decet, vt membra à capite diſcrepent, nec contraria gerant. A quartadecima verò Luna primi menſis, vſque ad viceſimumprimum eiuſdem menſis diem, eadē celebretur feſtiuitas. Eodem verò baptiſmus celebrandus eſt Catholicus. Sed tamē, ſi neceſsè fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gētiles ad fidem venientes quocunque loco vel momento, vbicunquè euenerit, ſiue in flumine, ſiue in mari, ſiue in fontibus, tātùm Chriſtianæ

confeſ-

confeſſione credulitatis clarificata, baptizentur. Ipſis quoque quod in baptiſmo polliciti ſunt, ſummoperè eſt attendendum, nè infideles, ſed fideles inueniantur. Ipſi verò qui infidelitatis nota adſperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles minimè reputantur. Hæc verò ſtatuta nulla debent improbitate conuelli, nulla nouitate mutari: quia alia ratio eſt cauſarum ſecularium, alia diuinarum.

II. In decre. Iuo.lib.4. 1.Cor.4.a Audiuimus nanque, apud vos veſtroſque diuerſa iudicia fieri, & incerta iudicari. Incerta, chariſſimi, nullatenùs iudicemus, quoaduſque veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Quia quamuis vera ſint, non tamen credenda ſunt, niſi quæ manifeſtis indicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur.

III. Similiter, ea vos iudicare, ad Apoſtolicam delatum eſt ſedem, quæ præter noſtram vobis definire non licet authoritatem, id eſt, Epiſcoporum cauſas. Vndè ità 3.q.6. Accuſat⁹ vel iub. Et in decr.Sixti II. Et in dec. Iulij. Et in dec. Iuo.lib.4. conſtitutum liquet à tempore Apoſtolorum, & deincèps placuit, vt accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus, licenter appellet & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificē, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos, eius retractari negocium procuret. Et dum, iterato iudicio, Pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus: quóniam quanquàm à comprouincialibus Epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen diffiniri, inconſulto Romano pontifice permiſſum eſt, cùm B. Petro apoſtolo, non ab alio quàm ab ipſo dictum ſit Domino: Mat.16.c (Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.) Et alibi in In epiſt. j. Clemētis 2.q.6. Si quis pu. Et in dec. Sixti II. infrà, & ſimiliter infrà in dec. Iulij, & in dec. Iuon. lib.4. ſtitutis legitur apoſtolicis: Si quis putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Patriarcham vel Primatem diœceſeos, aut penès vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ iudicetur ſedem. Nihil aliud eſt, Fratres, talis præſumptio, niſi Apoſtolorum, ſuorumque ſucceſſorum terminos tranſgredi, eorumque decreta violare. Culpantur enim, vt ſcriptum eſt, Fratres, qui aliter circa Epiſcopos iudicare præſumunt, quàm Apoſtolicæ ſedis Papæ fieri placuerit. Et quis eſt qui iudicat eum, quem Dominus ſibi & huic ſanctæ ſedi reſeruari voluit iudicandum? Ait nanque Dominus per prophetam Eſaiam: Eſa.50.c.d (Dominus Deus auxiliator meus, ideò non ſum confuſus: Ideò poſui faciem meam vt petram duriſſimam, & ſcio quia non confundar. Iuxtà eſt, qui iuſtificat me. Quis contradicit mihi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus? Accedat ad me. Eccè Dominus Deus meus, auxiliator meus. Quis eſt qui condemnet me? Eccè omnes quaſi veſtimentum contereutur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem ſerui ſui? Quis ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. Eccè vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis veſtri, & flammis quas ſuccendiſtis. De manu mea factum eſt hoc vobis. In doloribus dormietis. Audite me, qui ſequimini quod Eſa.51.a iuſtum eſt, & quæritis Dominum: Accedite ad petram, vndè exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum, & benèdixi ei, & multiplicaui eum. Conſolabitur ergò Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius: & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Attendite ad me populus meus, & tribus mea me audite. Quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet. Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus, & brachium meum populos iudicabit. Me inſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt. Leuate in cœlum oculos veſtros, & videte ſub terra deorsùm, quia cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum attereturt, & habitatores eius ſicut hæc interibunt. Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtum, populus: lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum & blaſphemias eorum nè metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea in generatione generationum.) Multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, vt veræ charitatis & continentiæ obtineatur integritas, Dominus 1.Tim.2.b enim nullum vult perire, ſed omnes ſaluos fieri. Certus autem ſum, vos ad hæc emendanda vel defendenda, Domino auxiliante, proficere. Data XIII. kalendas Auguſti, Commodo & * Grauione viris clariſſimis *Glabrione conſulibus.

EPISTOLA EIVSDEM SECVNDA ad Afros, de cauſis ſuperioribus.

VICTOR Eccleſiæ Romanæ & vrbis Archiepiſcopus, vniuerſis Epiſcopis per Aphricam conſtitutis, in Domino ſalutem. Semper enim in æterno conſilio Dei manſit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, ſed ordo rerum per Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum temporaliter gerēdarū, diſpoſitione verbi diuini ſumpſit exordium. Quapropter oportet vos, Fratres, vnanimes eſſe, & adminiculum vicisſim ferre: in recta ergò fide, & in ſacramentis diui-

nis non diſcrepare, ſed concordes eſſe: quia licet pauci ſitis malorum comparatione, ſi tamen concordes fueritis, facilè, auxiliante Domino, veſtros inſidiatores ſuperabitis.

In dec. diſtinct. 90. Perlatum eſt.

Si verò diſcordes (quod abſit) fueritis, non ſuperabitis, ſed ſuperabimini. Perlatum eſt enim ad ſedem Apoſtolicam, aliquos veſtrûm, nocere fratres velle, & ut cadant, decertare. Similiter in ſacramentis diſcrepare, & ob id contentiones & æmulationes inter vos fieri, à quibus diſſenſionibus vos auertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre viciſsim, mandamus. Nam ſi hoc agere citò neglexeritis, & viciſsim reconciliari non ſtudueritis, ab Apoſtolicæ ſedis & totius Eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis. Nec attenditis, chariſſimi, qualiter Dominus per Eſaiam prophetam talibus cõminatus eſt, dicens:

Eſa. 24. a

(Dominus enim locutus eſt verbum hoc: Luxit & defluxit terra, & infirmata eſt: Defluxit orbis, infirmata eſt altitudo populi terræ. Et terra interfecta eſt ab habitatoribus ſuis, quia tranſgreſſi ſunt *leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius. Ideoque inſanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata eſt vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Ceſſauit gaudium tympanorum, quieuit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita eſt ciuitas vanitatis, clauſa eſt omnis domus, nullo introëunte. Clamor erit ſuper vino in plateis, deſerta eſt omnis lætitia, tranſlatum eſt gaudium terræ, relicta eſt in vrbe ſolitudo, & calamitas opprimet portas: quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quomodò ſi paucæ olivæ, quæ remanſerunt, excutiantur ex olea & racemi, cùm fuerit finita vindemia, hi leuabunt uocem ſuam, atque laudabunt, cùm glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, in inſulis maris nomen Domini Dei Iſrael.)

* legem.

Et Dominus in oratione, quam

Matt. 6. b

diſcipulos ſuos docuit orare, ait: (Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum.) In bonis & iuſtis hominibus ſanctificatur nomen Domini, & in malis blaſphematur.

Matt. 5. c

Et ipſa per ſe veritas ait: (Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & poſteà offeres munus tuum.) Nulli verò liceat doctrinam euangelicam deſerere, & ſacerdotali honore gaudere. Data kalendis Septembris, Laterano & Rufino viris clariſſimis conſulibus.

EX HIST. ECCLES. EVSEB. lib. 5. Chriſtophorſono interprete, de controuerſia Paſchatis.

Cap. 21. Anno Domini 186.

DECIMO anno Commodi Imperij, poſtquàm Eleutherus decem, & tribus annis Pontificatum adminiſtrauerat ſucceſſit Victor &c.

Cap. 22. Huc refer Niceph. c. 36. li. 4. Ruff. c. 23. Contentio inter omnes eccleſias mota circa annũ Chriſti 195. Apoſtolica traditio.

Quoniam verò illis temporibus de feſto Paſchatis in honorem Seruatoris obſeruando non exigua concitata propterea erat controuerſia, quòd omnes eccleſiæ Aſiæ antiqua quadam traditione adductæ, cenſebant decimoquarto die lunæ (quo Iudęis olim pręceptum erat, ut agnum immolarent) feſtum illud celebrandum, & omninò eo die, in quemcunq; hebdomadæ diem fortè incideret, ieiunijs finem ſtatuendum: & quod non in more poſitum eſſet, cęteris Eccleſijs per vniuerſum orbem terrarum diſperſis, quæ cõſuetudinem ex Apoſtolica traditione ad hoc vſq; tempus continuatam tenebant, (nimirum vt nõ alio die, quàm eo quo Seruator à mortuis reſurrexerit, ieiunia diſſoluerentur) iſtum modum obſeruare: idcirco concilia & conuentus epiſcoporum in unum cogebantur, & omnes vna ſententia decretum eccleſiaſticum, nempe vt non alio die aliquando quàm Dominico myſterium Domini reſurrectionis à mortuis celebraretur, & ut in hoc ſolo ieiuniorum quæ circiter Paſcha fieri ſolent, finem faceremus, per literas ad omnes eccleſias ſcriptas ratum faciebant. Decretum autem epiſcoporum qui tum erant in 1 Palæſtina conuocati, ad hanc vſque ætatem ſcriptis cuſtoditum eſt. in quorum Synodo Theophilus Cęſarienſis eccleſię epiſcopus, & Narciſſus epiſcopus Hieroſolymorum, pręſides fuerunt.

De die Paſcha conſenſus diuerſarum Synodorũ 1 Palæſtinæ. Romæ. Ponti.

Aliud etiam eſt epiſcoporum, qui Romæ ſimiliter conueniebant, de eadem controuerſia ſtatutum: quod quidem Victorem id temporis epiſcopum fuiſſe declarat. Aliud item epiſcoporum Ponti, quibus Palmas, vtpotè antiquiſſimus & maximè venerandus præſidebat.

Galliæ. 2 Oſroenæ. Corinthi.

Aliud eccleſiarum Galliæ, quas Irenæus regebat epiſcopus. Aliud porrò eccleſiarum quæ 2 Oſrœnam, & reliquas in eo loco ciuitates incolebant. Aliud ſeparatim Bacchilli eccleſiæ Corinthiorum epiſcopi: & alia denique aliorum propè infinitorum, qui vno conſenſu iudicioque vno eandem de illius feſti obſeruatione tulere ſententiam. Atque iſtorum omnium vna hæc, quam docuimus, conſentiens erat deciſio.

Cap. 23. Huc refer Nicepho. c. 37. li. 4. Ruff. c. 24. Polycrates epus. De Paſchatis obſeruatione traditio. Sep. fo. 22.

Epiſcopis autem in Aſia coactis, qui morem iam olim ipſis à maioribus traditum ſedulò obſeruandum conſtanter aſſeuerabant, præfuit Polycrates. Qui in ea epiſtola quam ad Victorem, & eccleſiam Romanam ſcripſit, traditionem ad ipſius vſque tempora deductam, his ferè uerbis exponit. Nos diem Paſchatis integrè incorrupteque recolimus; neque addendo quicquam, neque detrahendo. Etenim hic in Aſia obdor-

mierunt

† Vide an not. pag. 35. lat. 1. lin. 28.

mierunt in Domino præclara illa Eccleſiæ ſeminaria (quæ quidem in die aduentus Domini, quo cum gloria & maieſtate è cœlis venturus ſit, & omnes ſanctos excitaturus, denuò reſurgent) Philippum dico, † vnum ex ſeptem diaconis, qui Hierapoli exijt è vita: & duas eius filias, quæ virgines ad ſummam ſenectutem manſerunt: & alteram illius filiam, quæ Spiritus ſancti afflatu inſpirata vitam piè traduxit, Epheſique obijt in Domino. His accedit Ioannes, qui ſuper pectus Domini recubuit, qui ſacerdos fuit, qui laminam auream geſtauit, qui martyr doctor extitit, qui tandem Epheſi morte conſopitus occubuit. Quid Polycarpum commemorem, qui Smyrnæ epiſcopus & martyr fuit? Quid Thràſeam epiſcopum & martyrem, Eumeniæ natum, ciuem, qui Smyrnæ ex hac luce migrauit? Quid attinet dicere de Sagari epiſcopo & martyre, qui Laodiceæ mortem oppetijt? Quid porrò beatum Papirium, & 3 Melitonem eunuchũ recenſeam, qui Spiritus ſancti inſtinctu afflatus, totum vitæ ſuæ tempus piè ſanctèque exegit: qui Sardis tumulo conditus eſt, expectans Chriſti è cœlo ad vniuerſam carnem viſitandam aduentum, in quo ex mortuis reſurget? Iſti omnes diem Paſchatis decimoquarto die lunæ ex Euangelij præſcripto obſeruârunt, nihil ab eo inſtituto ac more planè digreſſi, ſed ſecundum regulam & normam fidei eum aſſiduè tenuerunt. Atque ipſo etiam Polycrates, qui inter vos omnes poſtremas ſanè ſero, ex maiorum meorum & cognatorum traditione, quorum libenter inſiſto veſtigijs, illud ipſum perpetuò obſeruo. Septem erant epiſcopi cognatione mihi coniuncti: ego autem octauus ſum. Atque hi maiores mei & cognati tum diem Paſchatis ſemper celebrarunt, cùm ſit populo Iudaico in more poſitum panes azimos apparare. Ego igitur, fratres, qui ſexagintaquinque annos in Domino vixerim, qui multis cum fratribus per orbem terrarum diſperſis de fide communicarim, qui vniuerſam ſacram Scripturam ſtudioſè euoluerim, his quæ nobis ad terrorem obijciuntur, minimè conturbor. Mei enim maiores dixerunt, magis Deo quàm hominibus obtemperandum. Deinde iſta ſubnectit de epiſcopis, qui ei has literas ſcribenti præſto aderant, eiſdemque vno ore aſſenſerunt. Poſſem, inquit, hoc loco epiſcopos qui mihi in concilio aderant, commemorare: quos vt accerſerem à vobis rogatus, diligenter accerſebam. Quorum nomina ſi ſubſcriberem, nimis multa viderentur. Qui, licet me hominem cùm perſona humilem, tum ingenio pertenui animaduerterent: tamen, cùm intelligerent, me iſtos canos non fruſtra geſſiſſe, nec ætatem hactenus cõtriuiſſe temerè, ſed ſemper in Chriſto Ieſu vitam traduxiſſe, epiſtolam hanc ſua approbatione confirmârunt.

Polycarp⁹.

Thraſeas.

Sagaris.

Papirius.

3 Melito.

Aſiani Patres quo die Paſcha celebrarint.

Aſiani Epiſcopi Polycratis literis ſubſcribunt.

His rebus adductus Victor, qui tum Rom. eccleſiæ præerat, totius Aſiæ eccleſias cum alijs finitimis, tanquam alterius fidei & opinionis, ſimul omnes (vt complectar breui) à communi vnitate Eccleſiæ amputare conatur, & in eos per literas grauiter inuehitur: atque adeò omnes fratres eam incolentes regionem, prorsùs à communione ſecludendos edicit. Verùm iſta cæteris omnibus patrum placebant epiſcopis. Illum igitur contrà magnoperè adhortabantur, vt pacis, concordiæ & charitatis erga proximos diligentem curam haberet. Quorum verba, vtpotè Victorem acrius & acerbius coarguentium, ſcriptis prodita adhuc extant. Inter quos Irenæus, quanquam per literas ſcriptas ex perſona fratrum in Gallia, quibus præerat, tradit myſterium reſurrectionis Domini ſolo die Dominico recolendum quidẽ eſſe: Victorem tamen de hoc, videlicet ne tam multas eccleſias omninò propter traditionis ex antiqua conſuetudine inter illas vſurpatæ obſeruationem, à corpore vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ penitùs amputet, cùm pleraque alia, tum iſta quæ ſequuntur, appoſitè & conuenienter admonet, his ferè verbis. Non enim de die Paſchatis ſolùm, ſed etiam de ieiunij ratione & modo & iſta conſtituta controuerſia. Quidam namque vnum diem ſe ieiunare oportere exiſtimant: alij duos nõ pauci plures, multi quadraginta: atque diurnis nocturniſque horis omnibus numeratis, diem ſuum metiuntur ac ſtatuũt. (Atque eiuſmodi eorum qui hæc obſeruabant ieiunia, varietas ac diſcrepantia, non iam noſtra ætate cœpta eſt, verùm etiam longè antè apud maiores noſtrns: qui (vt coniectura aſſequi licet) non accuratè cõſuetudinem eorum qui vel ſimplicitate quadam, vel priuata authoritate aliquid in poſterum tempus ſtatuiſſent, obſeruârunt. Atque nihilominus cùm iſti inter ſe pacem tranquillam retinuerunt, tum nos etiam inter nos retinemus: ſicque varia ac diſcrepans ieiunij ratio concotdiam fidei plurimum commendant. His verò hiſtoriam quandam adiungit, quam hoc loco opportunè explicabo ſic autem ſe habet. Preſbyteri ante Soterem, qui eccleſiæ, cui tu iam præes, præficiebantur, Anicetum dico, Pium, Hyginum, Teleſphorum, Sixtum, licet neque ipſi hoc feſtum eo die, quo epiſcopi Aſiæ obſeruarent, neque alijs poſt ſe ita obſeruare permitterent: nihilominus tamen cum epiſcopis illarum eccleſiarum, in quibus ita obſeruabatur, ad ſe accedentibus (ac quid quęſo magis repugnat, quàm vt hi hoc, illi illo modo obſeruent) pacem inter ſe & concordiam perpetuò retinuerunt, ac nunquam propter iſtum varium illius feſti obſeruandi modum fuêre vlli aliquando ab Eccleſia eiecti: ſed preſbyteri illi, qui te anteiuerunt ætate, tametſi minimè illud ita obſeruant his tamen epiſcopis qui in alijs eccleſijs idẽ ſic obſeruabãt,

Cap. 24. Huc refer Nicepho. ca. 38. 39. lib. 4.

Aſiaticæ eccleſiæ à Victore Rom. epiſcopo excommunicatę.

Irenæ⁹ ad Victorẽ.

De Paſchatis obſeruatione, & ieiunio controuerſia.

Concordia religionis inter fratres ob ceremoniarũ varietatẽ nõ diſſoluenda.

Euchariſtiæ mittē dæ cōſuetudo in eccleſia primitiua.

Euchariſtiam miſerunt. Atque cùm beatus Polycarpus, Aniceto epiſcopatum adminiſtrante, Romam aduentaret, cùmque ille & Anicetus de alijs rebus, de quibus inter ſe diſcrepabant, pauca contuliſſent, confeſtim pax fuit inter eos conciliata: quin pro hoc feſto obſeruando, quod controuerſiæ caput videbatur, charitatis vincula neutiquam ruperunt. Neque tamen Anicetus Polycarpo poterat perſuadere, vt ſuum obſeruandi morem (quippe qui cum Ioanne diſcipulo Domini noſtri, & cum reliquis Apoſtolis, quibuſcum multum verſatus fuiſſet, eundem ſemper ad illum modum obſeruaſſet) deponeret: neque contrà Polycarpus Aniceto perſuaſit, vt conſuetudinem Aſiaticam (quippe qui morem preſbyterorum qui illum erant antegreſſi debere ſedulò retinere aſſereret) vllo modo obſeruaret. Quæ cum ita eſſent conſtituta, communicabant inter ſe mutuò: & in eccleſia Anicetus, ritus qui in Euchariſtia peragi ſolent, Polycarpo, ob reuerentiam videlicet, quàm erga illum habebat, obeundi poteſtatem conceſſit. atque tandē cū pace alter deceſſit ab altero: & omnes eccleſiæ, tum eorum qui decimoquarto die feſtum Paſchatis obſeruabant, tum eorum qui ſecus, placida pace & tranquilla inter ipſas fruebantur. Irenæus autem, cùm nominis ſui appellationi (εἰρηναῖος enim pacis ſtudioſum ſignificat) pulchrè reſpondens

Irenæi etymon.

tum moribus quibus ſe pacis authorem verè declarabat eiuſmodi pro pace & concordia eccleſiarum & hortatus eſt, & magnoperè flagitauit.) Atque iſta aliaque eiſdem congruentia, non ad Victorem ſolùm, ſed etiam ad alios pleroſque & diuerſos eccleſiarum præſides, de iſta quæ tum iactabatur controuerſia, conſcripſit.

Sed Vicit tandem Victor, vicit Eccleſia Romanæ ſententia, vicit veritas; &, contra ſentientes, ſub nomine Quartadecimanorum pro Hæreticis habiti ſunt. De qua tota controuerſia, quomodo ex ea mirificè eluceat auctoritas ſumma Rom. Pontificis, & quod Victor in ea fecerit, non modo, quod ſummo iure potuit, ſed etiam quod ex æquo, & bono debuit, licet etiam magni nominis viri aliter ſentirent, lege Sanderum lib. 7. de Viſib Monarch. Eccleſiæ.

CONCILIA DE PASCHATIS
obſeruatione ſub Victore.

Anno Domini 187.

ROMANVM de celebrando Paſchate die Dominico, à Victore habitum.

Paleſtinum, à Theophilo Cæſarienſi, & Narciſſo Hieroſolymorum epiſcopis.

Ponticum, à Palma; Achaicum à Bacchillo Corinthio; oſrœnanum & alia prope infinita in eandem cum Romano ſententiam.

Aſianum à Polycrate Epheſiorum Epiſcopo de celebrando Paſchate decimoquarto die Lunæ; à Victore & alijs omnibus Eccleſijs, ac denique à Nicæna Synodo improbatum.

DECRETA ZEPHYRINI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 195.

ZEPHYRINVS natione Romanus, ex patre * Habundio, ſedit annos 8. menſes ſeptem, dies decem. Fuit autem temporibus Antonini & Seueri, à conſulatu Saturnini & Gallicani, vſque ad Præſentem & Strigatum conſules. Hic conſtituit, vt præſentibus clericis & laicis fidelibus, ſiue clericus, ſiue Leuita, ſiue ſacerdos ordinetur. Et fecit conſtitutum de Eccleſia, vt patenas vitreas miniſtri ante ſacerdotes portarent, dum Epiſcopus Miſſam celebraret, & vt ſacerdotes omnes adſtarent, dum ſic Miſſæ celebrarent. Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem, presbyteros xiij. diacones vij. Epiſcopos per loca xiij. Qui ſepultus eſt in cœmeterio ſuo, non longè à cœmeterio Calixti via Appia, ſeptimo Kalend. Septembris. Et ceſſauit Epiſcopatus dies ſex.

EPISTOLA ZEPHYRINI PAPAE PRIMA.

Ad Epiſcopos omnes Sicilieñ.

De iudicijs Epiſcoporum, & maioribus Eccleſiæ cauſis, in ſede Apoſtolica terminandis.

ROMANAE vrbis Archiepiſcopus Zephyrinus, omnibus per Siciliam cōſtitutis Epiſcopis, in Domino ſalutem.

Diuinæ circa nos gratiæ memores eſſe debemus, quæ nos per dignationis ſuæ miſericordiam, ob hoc ad faſtigium ſacerdotale prouexit, ut mandatis ipſius inhærentes, & in quadam ſacerdotum eius ſpeculatione conſtituti, prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus. Sicut ſtellas cœli non extinguit nox, ſic mentes fidelium, firmamento inhærentes ſanctæ ſcripturæ, non obſcurat mundana iniquitas. Idcircò meditari vos oportet, & ſcripturas & præcepta diuina, quæ in ſcripturis continentur, diligenter attendere, nè transgreſſores legis DEI, ſed impletores appareatis. Patriarchæ verò vel primates, accuſatum diſcutientes Epiſcopum, non antè ſententiam proferant finitiuam, quàm Apoſtolica fulti authoritate, aut reum ſeipſum confiteatur,

Diſt. 38. Sicut ſtellas cœli.

2. q. 1. Primates accuſa. Et in decr. Felicis I. Et in dec. Iuon. lib. 4.

aut per innocentes & regulariter examinatos, conuincatur teſtes: Qui minori non ſint numero, quàm illi diſcipuli fuerunt, quos Dominus ad adiumentum Apoſtolorum eligi præcepit, id eſt, ſeptuagintaduo. Detractores quoquè, qui diuina authoritate eradicandi ſunt, & authores inimicorum, ab

3.q.4. Detractores quoquè.

Epiſcopali ſubmouemus accuſationes vel teſtimonio: nec ſummotum quiſpiam, minorum accuſationibus impetatur aut diſpereat. Neque in re dubia, certa iudicetur ſententia: nec vllum iudicium, niſi ordinabiliter habitum, teneatur. Abſens verò nemo iudicetur, quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges. Accuſatores autem eorum, omni careant ſuſpicione, quia columnas ſuas Dominus firmiter ſtare voluit, non à quibuſlibet agitari. Nullum nanque eorum ſententia, à non ſuo iudice dicta, conſtringat, quia & leges ſeculi idipſum fieri præcipiunt. Duodecim enim iudices, quilibet Epiſcopus accuſatus, ſi neceſſè fuerit, eligat, à quibus eius cauſa iuſtè iudicetur. Nec priùs audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quàm ipſi per ſe eligantur, & regulariter vocato ad ſuorum primò conuentum Epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſtè audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis verò eius cauſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur, ut ibidèm terminetur. Nec anteà finiatur, ſicut ab Apoſtolis uel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt, quàm eius authoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus, maximè tamen ab oppreſſis, appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, authoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releuentur, quia non poteſt nec debet mater obliuiſci filium ſuum. Iudicia enim Epiſcoporum, maioreſque Eccleſiæ cauſæ, à ſede Apoſtolica, & non ab alia, ſicut Apoſtoli & ſancti ſucceſſores eorum ſtatuerunt, cum alijs Epiſcopis ſunt terminandæ: quia licèt in alios transferantur Epiſcopos, beato tamen apoſtolo Petro dictum eſt: (Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.) & reliqua priuilegia, quæ ſoli huic ſanctæ ſedi conceſſa ſunt, & in conſtitutis Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, alijſque quàm plurimis cum eis concinentibus, habentur inſerta. * Septuaginta enim Apoſtoli ſententias præfixerunt, cum alijs quàm plurimis epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt. De occultis enim alieni cordis temerè iudicare, peccatum eſt: & eum cuius non uidentur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpicione repræhendere, quum eorum, quæ hominibus ſunt incognita, ſolus Deus iudex ſit. Ipſe verò nouit abſcondita cordis, & non alius. Iniuſta enim iudicia ab omnibus cauenda ſunt, maximè tamen à ſeruis Dei. Seruum autem Dei non oportet litigare, nec querquam damnare. Epiſcopi nanque à plebibus & clero, & domini à ſeruis ferendi ſunt, ut ſub exercitatione tolerantiæ, ſuſtineantur temporalia, ſperentur æterna. Auget enim merita uirtutis, quod propoſitum non uiolat religionis. Satagendum eſt uobis, nè aliquis fratrum neſtrorũ grauiter laceretur uel pereat. Succurrere ergò uos oportet oppreſſis, & liberare eos de manu perſequentium, ut cum beato Iob dicatis: (Benedictio perituri ſuper me ueniebat, & cor uiduæ conſolatus ſum. Iuſtitia indutus ſum, & ueſtiui me ueſtimento & diademate iudicio meo. Oculis fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam:) & rel. Vos ergo, qui in ſpecula à Domino eſtis poſiti, comprimere & repellere eos ſummoperè debetis, qui fratribus inſidias præparant, aut in eos ſeditiones & ſcandala excitant. Facile eſt enim uerbo fallere hominem, non tamen Deum. Ideò hos repellere, & ab his vos cauere oportet, quatenùs extincta funditus huiuſmodi caligine, lucifer eis reſplendeat, & lætitia oriatur, ſanctiſſimi fratres. Data duodecimo kalend. Octobris, Saturnino & * Gallicano uiris clariſſimis conſulibus.

3.q.9. Abſens verò.

5. q6. 4. Duodecim iudi.

2.q.6. Ad Romanã Eccleſiã.

Matt. 16.

* Alias ſexaginta alias quinquaginta. Diſt. 16. Sexaginta Apoſtoli.

Pſal. 43.

Iob. 29. c

* Gallo

EPISTOLA EIVSDEM ZEPHYRINI PAPAE

Secunda, ad Aegypti prouinciæ Epiſcopos.

1 *De Epiſcopis rebus ſpoliatis, vel à ſede pulſis.*

2 *De ordinatione presbyterorum atque diaconorum.*

CHARISSIMIS fratribus per Aegyptum Domino militantibus Zephyrinus Romanæ urbis Archiepiſcopus: Tantam à Domino, huius ſanctæ ſedis & Apoſtolicæ Eccleſiæ fundatore, & beato Petro principe Apoſtolorum, accepimus fiduciam, ut pro uniuerſali, Chriſti ſanguine redempta, Eccleſia, impigro laboremus affectu, & omnibus Domino famulantibus ſuccuramus, & cunctis piè uiuentibus Apoſtolica authoritate opem feramus. Omnes qui in Chriſto uolunt piè uiuere, neceſſè eſt, ut ab impijs & diſſimilibus patiantur opprobria, & deſpiciantur tanquàm ſtulti & inſani, ut meliores & purgatiores efficiantur qui bona temporalia pereunt, ut percipiant æterna. Eorum uerò deſpectio & irriſio in ipſos retorquebitur, qui eos affligunt & contumelijs afficiunt, quum & abundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia tranſierit in confuſionem. Nunciatum eſt enim Sedi Apoſtolicæ per Apocriſarios neſtros, quoſdam fratrum noſtrorum, Epiſcoporum uidelicet,

2. Tim. 4.

1. In decre. Iuon. li. 4.

licet, ab Eccleſijs & ſedibus proprijs pelli,
ſuaque eis auferri ſupellectilia, & ſic nudos
& expoliatos, ad iudicia vocari: quod omni
ratione caret, quum cōſtituta Apoſtolorum,
eorumque ſucceſſorum, & præcepta Impera-
torum ac conſtitutiones legum, idipſum
prohibeant, & Apoſtolicæ ſedis authoritas
2.q.2. Præceptū eſt. idipſum fieri vetet. Præceptum eſt ergò in
antiquis ſtatutis, Epiſcopos eiectos, atque
ſuis rebus expoliatos, Eccleſias proprias reci-
pere, & primò ſua omnia eis reddi: & tum
demū, ſi quis eos iuſtè accuſare voluerit, æquo
periculo facere, iudices eſſe decernentes, Epi-
ſcopos recta ſapientes, & in Eccleſia conue-
nientes, vbi teſtes eſſent ſingulorum, qui op-
preſſi videbantur: Nec prius eos reſpondere
debere, quàm omnia ſua eis & eccleſijs eorū,
legibus integerrimè reſtituantur. Nec mi-
rum, fratres, ſi vos perſequuntur, quum ca-
Ioā.15.e put veſtrum Chriſtum Dominum noſtrum
vſque ad mortem ſint perſequuti. Ipſæ tamē
perſequutiones patienter portandæ ſunt, vt
eius diſcipuli eſſe cognoſcamini, pro quo &
patimini. Vndè & ipſe ait: (Beati, qui perſe-
Matt.5.a cutionem patiuntur propter iuſtitiam.) His
„ fulti ſuffragijs, non multùm debemus time-
re opprobrium hominum, neque eorum ex-
probrationibus vinci, quoniam hoc nobis
Dominus iubet per Eſaiam Prophetā, dicēs:
Eſa.51.e (Audite me qui ſcitis iudicium, populus meus
„ in quorum cordibus lex mea eſt. Nolite time-
„ re opprobrium hominum, & blaſphemias
„ eorum ne timeatis,) conſiderantes quod in
pſalmo ſcriptum eſt: (Nonne Deus requiret
Pſal.43. iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis, & co-
„ gitationes talium hominum, quoniam vanæ
„ ſunt. Vana autem loquuti ſunt vnuſquiſque
Pſal.93. Pſal.11. ad proximum ſuum, labia doloſa in corde, &
corde loquuti ſunt mala. Sed diſperdat Domi-
„ nus vniuerſa labia doloſa, & linguam magni-
„ loquam. Qui dixerunt, labia noſtra à nobis
„ ſunt: quis noſter dominus eſt?) Nam ſi hæc
in memoria retinerent, minimè ad tantam ꝓ-
ſilirent iniquitatem. Non enim probabili &
paterna doctrina hoc faciunt, ſed vt ſuam
exerceant in ſeruos Dei vindictam. Scriptum
Prou.12.e nanq; eſt: (Via ſtulti recta in oculis eius. Et
& 14.b ſunt viæ, quæ videntur homini iuſtæ, nouiſ-
„ ſima autem earum deducūt ad mortem.) Nos
enim qui patimur, iudicio Dei hæc reſeruare
Matt.16.d debemus, qui reddet vnicuiq; ſecundùm ope-
Rom.2.a ra eius. Qui etiàm per miniſtros ſuos into-
nuit, dicens: (Mihi vindictam, ego retri-
Rom.12.d buam.) Vos enim in recta fide & opere, ac
„ bona voluntate ſuccurrite viciſſim, nec ali-
Deut.32.c quis à ſupplemento fratris ſubtrahat manū,
quoniam (in hoc) (ait Dominus) (cognoſcent
Ioā.13.d omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem
„ habueritis adinuicèm.) Vndè & ipſe per Pro-
„ phetam loquitur, dicens: (Eccè quàm bonū
Pſal.132. & quàm iucundum, habitare fratres in vnū.)
„ Spiritali dico habitaculo & concordia, quæ in
Deo eſt, & vnitate fidei, huius delectabilis ſe-
cundùm veritatem habitaculi, quæ videlicet
in Aaron magis decorabatur, atque * ſacerdo- * ſacerdotalem
tibus induentibus dignitatem, ſicut vnguen-
tum ſuper caput, principalem intellectum ir-
rigans, & vſque ad ipſam extremam ſcientiā
deducens. In hoc enim habitaculo benedi-
ctionem & æternam vitam promiſit Domi-
nus. Huius igitur propheticæ vaticinationis
meritum amplectentes, præſentem fraternā
ſyllabam expoſuimus, noſtra propter chari-
tatem minimè quærentes, aut quæſituri. Nō
enim detrahentibus bonum eſt detrahere,
aut palo (ſecundùm vulgarem fabulam) excu-
tere palum. Abſit. Non ſunt iſta noſtra. Hæc
enim auertat diuinitas. Iuſto iudicio Dei da-
tur plerunque peccatoribus poteſtas, qua ſan-
ctos ipſius perſequantur, vt qui ſpiritu Dei
iuuantur & aguntur, fiant per laborum exer-
citia clariores. Ipſis tamen, qui eos perſe-
quuntur, & exprobrant, atque detrahunt,
erit proculdubio væ. Væ væ illis, qui detrahūt
ſeruis Dei; quia detractio eorum ad eum per-
tinet, cuius miniſterium agunt, & vice fun-
guntur. Oramus autem, oſtium circunſtan-
tiæ, qui neminem perire aut labijs ſuis pol-
lui volumus, eorum oribus imponi, & ver-
bum minimè nociuum concipere, aut ore ꝓ-
ferre. Vndè & Dominus per Prophetam lo-
quitur, dicens: (Dixi, cuſtodiam vias meas, Pſal.38.
vt non delinquam in lingua mea.) Dominus „
omnipotens, & eius vnigenitus filius, & Sal-
uator noſter Ieſus Chriſtus, hoc vobis tribuat
incitamentum, vt omnibus fratribus, qui-
buſcunque tribulationum moleſtijs laboran-
tibus, viribus quibus poteſtis ſuccurratis, &
eorum (vt dignum eſt) iniurias veſtras æſti-
metis: maximum adminiculum eis verbis &
factis præbeatis, vt eius diſcipuli inueniami-
ni veri, qui fratres vt ſe, omnibus diligere
præcepit. Ordinationes verò preſbyterorū 11.
& Leuitarum, tempore congruo & multis Diſt.83. Ordinationes preſbyterorum.
coràm adſtantibus, ſolenniter agite, & pro-
babiles & doctos viros ad hoc opus * proue- * cōſtituite.
hite, vt de eorum ſocietate & adiumento plu-
rimùm gaudeatis. Ponite indeſinenter corda
veſtra in virtute Dei, & enarrate hæc & cæ- Pſal.47.
tera diuina verba in progenies alteras, quo-
niam hic eſt Deus Deus noſter in æternum, &
ipſe reget nos in ſecula: Data vij. Idus No-
uembris, Saturnino & * Gallicano viris cla- * Gallo
riſſimis Conſulibus.

DECRETA * CALIXTI I. PAPAE PRIMI.

* Κάλλιστος optimus.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

1.

CALIXTVS natione Romanus, ex Anno Domini 218.
patre Domitio, de regione vrbis
Rauennatium, ſedit annos v. men-
ſes duos, dies x. Fuit temporibus
Macrini & Heliogabali, à conſulatu Antoni-
ni & Alexandri. Hic martyrio coronatur.

Hic

Hic conſtituit ieiunium quater in anno fieri [Zach. 8. d] frumenti, uini & olei gratia, ſecundùm prophetiam. Qui ſepultus eſt cœmeterio Calepodij, uia Aurelia, milliario tertio, pridiè Idus menſis Octob. Hic fecit Eccleſiam ſanctæ Mariæ trans Tiberim. Et fecit aliud cœmeterium via Appia, vbi multi ſacerdotes & Martyres requieſcunt, quod appellatur vſque in hodiernum diem Cœmeterium Calixti. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros xvj, diacones iiij. Epiſcopos per loca viij. Quieuit Epiſcopatus dies ſex.

CALIXTI PAPÆ PRIMI DECRETALIS EPISTOLA, ad Benedictum Epiſcopum.

1 *De temporibus ieiuniorum.*
2 *De criminationibus doctorum.*

CALIXTUS Archiepiſcopus Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ, Benedicto fratri & coëpiſcopo ſalutem in Domino. Fraternitatis amore conſtringimur, & apoſtolico moderamine conuenimur, vt conſultis fratrum (prout Dominus dederit) reſpondeamus, eoſque apoſtolicæ ſedis authoritate inſtruamus. [Diſt. 76. Ieiunium quod ter.] Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, conuenientiùs nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt ſicut annus per quatuor voluit tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus ieiunium, per anni quatuor tempora. Et ſicut replemur frumento, vino & oleo ad alenda corpora, ſic repleamur ieiunio ad alendas animas, iuxta prophetæ Zachariæ vocem, [Zach. 8.e] qui ait: (Factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitaui, vt affligerem vos, quum ad iracundiam prouocâſſent me patres veſtri, & nō ſum miſertus: ſic cōuerſus cogitaui in diebus iſtis, ut benefaciam Hieruſalem & domui Iuda. Nolite timere. Hæc ſunt verba quæ facietis: Loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, & unuſquiſq; malum contra amicum ſuum nè cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax nè diligatis. Omnia enim hæc ſunt, quæ odiui, dicit Dominus exercituum. Et factum eſt uerbum Domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, & in lætitiam & in ſolennitates præclaras: veritatem tantùm & pacem diligite, dicit Dominus exercituum.) In hoc ergò omnes nos [1.Cor.1.b] vnanimes oportet eſſe, vt ſecundùm Apoſtolicam doctrinam, idipſum dicamus omnes, & nō ſint in nobis ſchiſmata. Simus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, in cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam eſſe conſortem. Non decet enim à capite membra diſſidere, ſed, iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequantur. [Diſt. 12. Nō decet à cap.] Nulli verò dubium eſt, quòd Apoſtolica Eccleſia mater ſit omnium Eccleſiarum, à [1.Cor.12.d] cuius vos regulis nullatenùs conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris, ſic & vos voluntatem veſtræ impleatis matris, quæ eſt in Eccleſia, cuius caput (ut prædictum eſt) Romana exiſtit Eccleſia. [Idem habetur infrà in dec. 2. Stephan. I. & Sixti Papæ III. 11.] Quicquid ergò ſinè diſcretione iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit. Criminationes verò contra doctorem nemo ſuſcipiat, quia non oportet filios reprahēdere patres, nec ſeruos dominos lacerare. Filij ergò ſunt doctorum, omnes quos inſtruunt. Et ſicut filij patres carnales, ſic & hi patres debent diligere ſpirituales. Non enim benè viuit, qui nō rectè credit, aut patres repræhendit, vel detrahit ſuos. Doctores ergo, qui & patres vocantur, magis portandi quàm repræhendendi ſunt, niſi in recta fide errauerint. Nullus ergò doctorem per ſcripta accuſet, nec niſi fideli & legitimo, qui etiàm irrepræhenſibilem vitam ac conuerſationem ducat, accuſatori reſpondeat: quia indignum eſt, vt doctor ſtulto & indocto, atque irrepræhenſibiliter viuenti, reſpondeat iuxta ſtultitiam ſuam, dicente ſcriptura: (Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.) [Prou. 26.a] Non benè viuit, qui non rectè credit. Nihil mali vult, qui fidelis eſt. Si quis fidelis eſt, videat nè falſa loquatur, aut cuiquam inſidias ponat. Fidelis homo ſemper fideliter agit, & infidelis callidè inſidiatur, atque fideles & piè ac iuſtè viuentes perdere nititur, quia ſimilis ſimilem ſibi quærit. Infidelis homo mortuus eſt in corpore viuente. Et contrà, ſermones fidelis hominis vitam cuſtodiunt auditorum. Doctorem enim catholicum, & præcipuè Domini ſacerdotem, ſicut nūllo errore implicari, ità nulla oportet machinatione aut cupiditate violari. Dicente quippe ſcriptura ſancta, (Poſt concupiſcentias tuas non eas à voluntate tua auertere:) [Eccl. 18.d] multis huius mundi illecebris, multi vanitatibus reſiſtendum eſt, ut veræ continentiæ obtineatur integritas. Cuius prima eſt labes ſuperbia, initium tranſgreſſionis & origo peccati: [Eccl. 10.b] quoniā mens ſponté auida, nec abſtinere nouit, nec pietati adhibere conſenſus. Nullus bonorum inimicum habet, niſi malum: qui ideò eſſe permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipſum bonus exerceatur. Quicquid ergò irreprchēſibile eſt, catholica defendit Eccleſia. Nulli Imperatori vel cuiquam pietatem cuſtodiēti, licet aliquid contra mandata diuina præſumere. Iniuſtum ergò iudicium & diffinitio iniuſta, regio metu aut iuſſu, aut cuiuſcūque Epiſcopi aut potentis, à iudicibus ordinata vel acta, non valeat. [11.q.3 Iniuſtum iudicium &c.] Homini religioſo parùm eſſe debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo, niſi

etiàm

etiàm eas extinguere benè loquendo ſtudue-
rit. Melior eſt in malis factis humilis confeſ-
ſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio. Omnes
uerò qui amant uitam beatam, mâlunt eam
tranquillitatis ſuæ & inſtitiæ ſtatu currere,
quàm noſtrorum peccatorum pœnis ultrici-
bus interpolari. Memor enim ſum, me ſub
illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Do-
Matt. 16. mino Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, &
cuius fides omnes ſemper deſtruit errores. Et
intelligo, aliter mihi non licere, quàm ut om-
nes conatus meos ei cauſæ, in qua uniuerſalis
Eccleſiæ ſalus infeſtatur, impendam. Spero
autem affuturam miſericordiam D E I, quòd
cooperante eius clementia, omnis peſtifer
morbus, ipſo pellente, auferatur: & quicquid
ipſo inſpirante atque auxiliante, poterit ſa-
lubriter fieri, cum tuæ fidei & deuotionis lau-
de peragatur. Quoniam res omnes aliter tutæ
eſſe non poſſunt, niſi, quæ ad diuini muneris
famulatum pertinent, ſacerdotalis defendat
authoritas. Data undecimo Kalendas Decem-
bris, Antonino & Alexandro uiris clariſſimis
conſulibus.

EPISTOLA PAPÆ CALIXTI SECVNDA,

Ad omnes Galliarum Epiſcopos,

1 *De ijs, qui conſpirant aduersùs Epiſcopos, vel qui eis conſentiunt.*

2 *De ijs, qui excommunicatis communicant, vel infidelibus.*

3 *Vt nullus Epiſcopus de alterius parochia aliquid præſumat, & de mutationibus Epiſcoporum.*

4 *De coniunctionibus conſanguineorum, & de ijs, qui ex eis naſcuntur. & de accuſationibus, quas leges reijciunt.*

5 *Qui non debeant admitti ad accuſationem, vel ad teſtimonium. Nec niſi de ijs quæ in præſentia acta ſunt, teſtimonium dandum, & ſi poſſit ſacerdos poſt lapſum miniſtrare.*

DILECTISSIMIS Fratribus per Gal-
lias conſtitutis, uniuerſis Epiſcopis Ca-
lixtus: Plurimorum relatu competimus, di-
lectionem ueſtram, feruore Spiritusſancti,
ità Eccleſiæ gubernacula firmiter contra im-
petus tenere & regere, ut naufragia aut nau-
fragiorum detrimenta, Deo authore, non
ſentiat. Talibus igitur gloriantes indicijs,
rogamus, nè in illis partibus contra ſtatuta
apoſtolica quicquam fieri ſinatis, ſed noſtra
fulti authoritate, nociua compeſcite, illicita
prohibete. Conſpirationum verò crimina
ueſtris in partibus uigere audiuimus, & ple-
bes contra Epiſcopos ſuos conſpirare, nobis
manifeſtatum eſt. Cuius criminis aſtutia nō
ſolùm inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed
etiàm inter ethnicos, & ab exteris legibus pro-
hibita. Et idcircò huius criminis reos non
ſolùm Eccleſiaſticæ, ſed etiàm ſeculi damnant
leges: & non ſolùm conſpirantes, ſed etiàm
conſentientes eis. Anteceſſores verò noſtri Ex hac
cum plurima turba Epiſcoporum, quicun- clauſula
que eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, claret, cō-
aut exiſtunt clerici, honore, quo vtuntur, cilium alī
* cadere præceperunt: cæteros verò commu quod aut
nione priuari, & ab eccleſia extorres fieri iuſ- ſynodum
ſerunt: omneſque ſimul vtriuſque ordinis præceſſiſ-
viros, infames eſſe cenſuerunt: & non ſolùm ſe hūc pō
facientes, ſed & eis conſentientes. Iuſtum eſt tificem,
enim, vt qui diuina contemnunt mandata, & quamuis
inobedientes patrum exiſtunt iuſſionibus, ſe- non ex-
uerioribus corrigantur vindictis, quatenùs tet.
cæteri talia committere timeāt, & omnes gau- * carere
deant fraterna concordia, & cuncti ſumant 23. q. 3. Iu
ſeueritatis atque bonitatis exemplum. Nam ſtum eſt,
ſi (quod abſit) eccleſiaſticam ſolicitudinem, vt qui.
vigoremq; negligimus, perdit deſidia diſcipli-
nam, & animabus fidelium profectò nocebi-
tur. Hi verò in nullius accuſationem ſunt re- 3. q. 4. Cō-
cipiendi, nec eorum vel anathematizatorum ſpiratores
vox, vllum nocere vel accuſare poteſt. Excom- in nul.
municatos quoq; à ſacerdotibus, nullius reci- 11. q. 3. Ex
piat ante vtriuſq; partis iuſtam examinatio- communi
nem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut po catosquo-
tu, aut oſculo communicet, nec Aue eis dicat: que à.
quia quicunq; in his vel alijs prohibitis, ſciē-
ter excommunicatis communicauerit, iuxta
Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili ex-
communicationi ſubiacebit. Ab his ergò cle-
rici & laici ſe abſtineant, qui eadem pati no-
luerint. Infidelibus quoque nolite coniungi,
nec cum eis vllam participationem habere.
Talia uerò agentes, non fideles, ſed infideles
iudicantur: Vndè ait Apoſtolus: (Quæ pars 2. Cor. 6. c
fideli cum infideli? aut quæ participatio iuſti-
tiæ cum iniquitate?) Nemo quoq; alterius ter 9. q. 2. Nul
minos vſurpet, nec alterius parochianum iu- lus alte-
dicare aut excommunicare præſumat: quia rius ter-
talis iudicatio vel ordinatio, aut excommuni- minos.
catio vel damnatio, nec rata erit, nec vires vl-
las habebit: quoniam nullus alterius iudicis,
niſi ſui, ſententia tenebitur aut damnabitur.
Vndè & Dominus loquitur, dicens: (Nè trāſ- Pro. 22. d
grediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Prou. 19. d
patres tui.) Nullus autem Primâs vel Metro 9. q. 3. nul
politanus, diœceſani Eccleſiam vel parochiā, lus pri-
aut aliquem de eius parochia præſumat ex- mas, nul.
communicare vel iudicare, vel aliquid age-
re, abſque eius conſilio vel iudicio: ſed hoc
obſeruet, quod ab Apoſtolis ac patribus &
prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à no-
bis confirmatum, id eſt, ſi quis Metropolita-
nus Epiſcopus, niſi quòd ad ſuā ſolummodò
propriam pertinet parochiam, ſinè conſilio
ac voluntate omnium comprouincialium
Epiſcoporum, extrà aliquid agere tentauerit,
gradûs ſui periculo ſubiacebit: & quod ege-
rit, irritū habeatur & vacuum. Sed quicquid
de prouincialium coepiſcoporum cauſis, eo-
rumque Eccleſiarum, & clericorum atque ſe-
cularium neceſſitatibus agere aut diſponere

neceſſè

neceſſè fuerit, hoc cum omnium conſenſu cõ-
prouincialium agatur pontificum: nec aliquo
dominationis faſtu, ſed humilima & concor-
Mat. 20. d di adminiſtratione, ſicut Dominus ait: (Nõ vẽ-
Marc. 10. ni miniſtrari, ſed miniſtrare.) Et alibi: (Qui
g » maior eſt veſtrũ, erit miniſter ueſter.) & reliq.
» Similiter & ipſi cõprouinciales Epiſcopi cũ-
cta cũ eius cõſilio, niſi quãtùm ad proprias p-
tinet parochias, agant, iuxta ſanctorum conſti
tuta Patrum, qui quanuis aliquo temporum
interuallo nos anteceſſerint, ab vno tñ eodem-
que puritatis fonte, veritatis & fidei lumẽ hau
ſerunt, & eodem illuſtratore & directore ſpiri
tu, Eccleſię Dei ſtabilimentum, & omniũ Chri
ſtianorum communẽ quæſiuerunt vtilitatẽ, vt
vno animo, vno ore cõcorditer ſancta glorifi-
In dec. cetur Trinitas in ſecula. Nullus Primâs, nullus
Iuo. lib. 4. Metropolitanus, nullusque reliquorum Epi-
ſcoporum, alterius adeat ciuitatem, aut ad poſ-
ſeſſionem accedat (quæ ad eum non pertinet,
& alterius epiſcopi eſt parochiæ) ſuper cuiuſ-
quam diſpoſitione, niſi uocatus ab eo, cuius iu
ris eſſe dinoſcitur: aut quicquam ibi diſponat
vel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore
potiri voluerit. Sin aliter præſumpſerit, dã-
nabitur: & non ſolùm ille, ſed cooperatores,
eique conſentientes: quia ſicut ordinatio, ità
eis & iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio
7. q. 1. Si- prohibetur. Nam qui ordinare non poterit,
cut alte- qualiter iudicabit? Nullatenùs proculdubiò
rius uxor iudicabit, aut iudicare poterit: quoniam ſicut
alterius vxor, nec adulterari ab aliquo, uel iu-
dicari aut diſponi, niſi à ꝓprio uiro, eo viuẽte,
permittitur: ſic nec vxor epiſcopi (quæ ei⁹ Ec-
cleſia vel parochia indubitanter intelligitur)
eo viuente abſq; eius iudicio & volũtate, alte-
ri iudicari vel diſponi, aut eius cõcubitu frui,
Rom. 7. a id eſt, ordinatione, vllatenùs cõceditur. Vndè
ait Apoſtolus: (Alligata eſt uxor legi, quandiù
» vir eius viuit: eo verò defuncto, ſoluta eſt à le-
» ge viri.) Similiter & ſponſa Epiſcopi (quia ſpõ
» ſa uxorque eius dicitur Eccleſia) illico uiuente
ei eſt alligata: eò verò defuncto, ſoluta eſt, &
cui voluerit, nubat, tãtùm in Domino, id eſt,
regulariter. Si enim eo uiuente alteri nupſe-
rit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, ſi
alteram ſponte duxerit, adulter æſtimabitur,
& communione priuabitur. Si autem perſe-
cutus fuerit in ſua Eccleſia, fugiendum illi
eſt ad alteram, eique eſt aſſociandus, dicente
Mat. 10. e Domino: (Si perſecuti vos fuerint in una ciui-
» tate, fugite in aliam.) Si autem vtilitatis cauſa
» fuerit mutandus, non per ſe hoc agat, ſed fratri
In dec. bus inuitãtibus, & authoritate huius ſanctæ ſe-
Iuo. lib. 3 dis faciat, non ambitûs cauſa, ſed vtilitatis. Cõ
1111. iunctiones autem conſanguineorum fieri
35. q. 2. 3. prohibentur, quandò has & diuinæ & ſe-
Coniun- culi prohibent leges. Leges ergò, diuinæ, hoc
ctiones agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non ſo-
cõſangui lùm eijciunt, ſed & maledictos appellant. Le-
neo. ges ergò ſeculi, infames tales vocant, & ab hę-
reditate repellunt. Nos verò ſequentes pa-
tres noſtros, & eorum veſtigijs inhærentes,

infamia eos notamus, & infames eſſe cenſe-
mus, quia infamiæ maculis ſunt adſperſi. Nec
eos viros, nec accuſationes eorum, quos le-
ges ſeculi reijciunt, ſuſcipere debemus. Quis
enim dubitat, leges humanas, rationi &
honeſtati non repugnantes, eſſe amplecten-
das, pręſertim ubi uel publicæ conſulunt vti-
litati, uel Eccleſiaſticæ dignitatis authorita-
tem defendunt, ac pro adminiculo tuentur?
Eos autem conſanguineos dicimus, quos diui-
næ & Imperatorum, ac Romanorum atque
Græcorum leges conſanguineos appellant, 35. q. 4. Cõ-
& in hæreditatem ſuſcipiunt, nec repellere ſangui-
poſſunt. Talium enim coniunctiones, nec neorum
legitimæ ſunt, nec manere poſſunt, ſed ſunt coniun-
repellendæ: & ſi quæ auſu temerario ten- ctiones.
tatæ ſint, authoritate Apoſtolica reſcinden- v.
dæ veniunt. Quiſquis ergò non eſt legitimè
coniunctus, uel abſque dotali titulo, ac bene-
dictione ſacerdotis conſtat copulatus, ſacer- In dec.
dotes uel legitimè coniunctos criminari, uel Iuo. lib. 4.
in eos teſtificari minimè poteſt: quoniam om
nis inceſti macula pollutus, infamis eſt, & ac-
cuſare ſupradictos non permittitur. Non ſo-
lùm ergo hi, reijciendi ſunt & infames
efficiuntur, ſed etiã omnes eis conſentientes.
Similiter de raptoribus, uel eis qui ſeniores
impetunt, fieri cenſemus. Hos ergò ſecu-
li leges interficiunt, ſed nos miſericordia præ
eunte, ſub infamiæ nota ad pœnitentiam
recipimus. Ipſam quoquè infamiam, qua
ſunt adſperſi, delere non poſſumus, ſed ani-
mas eorum per pœnitentiam publicam, &
Eccleſiæ ſatisfactionem ſanare cupimus, quia
manifeſta peccata ſunt occulta correctione
purganda. Omnes ergò, qui in recta fide
ſuſpecti ſunt, in accuſatione ſacerdotum, &
eorum ſuper quorum fide non hæſitatur, mi-
nimè recipiantur, & in teſtimonio humano
dubij habeantur. Infirmari ergò oportet
eorum vocem, de quorum fide dubitatur:
nec eis omninò eſſe credendum, qui rectam
fidem ignorant. Quærendum eſt ergò in
iudicio, cuius ſit conuerſationis & fidei, is 3. q. 7.
qui accuſat, & is qui accuſatur: quoniam hi Quærendum eſt
qui non ſunt rectæ conuerſationis ac fidei, Et in Car
& quorum vita eſt accuſabilis, non per- thagi. cõ-
mittuntur maiores natù accuſare, nec quo- cilio 4. ca.
rum fides, vita & libertas neſcitur. Ne- 96.
que vtiles perſonæ in eorum recipiantur ac-
cuſationem. Rimandæ verò ſunt enuclea-
tìm perſonæ accuſatorum, quæ ſinè ſcripto 2. q. 8. Ac-
difficilè, per ſcriptum autem nunquàm re- cuſatores.
cipiantur: quia per ſcriptuam nullus accu-
ſare uel accuſari poteſt, ſed propria uoce, &
præſente eo quem accuſare uoluerit, ſuam
quiſque agat accuſationem. Nec abſen- 3. q. 9. Ab-
te eo, quem accuſare uoluerit, cuicunque ſente eo
accuſatori credatur. Similiter Teſtes per quem.
quamcunque ſcripturam teſtimonium non 3. q. 9. Te-
proferant, ſed præſentes de his, quæ ſtes per
viderunt, & nouerunt, ueraciter teſti- qual.
monium dicant. Nec de alijs cauſis vel
negocijs

3. & 4. con ſanguinei accuſatores. negocijs dicant teſtimonium, niſi de his quæ
ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Ac-
cuſatores verò conſanguinei, aduersùs ex-
traneos teſtimonium non dicant, nec fami-
liares, vel de domo prodeuntes: ſed ſi volue-
rint, & inuicèm conſenſerit inter ſe, paren-
tes tantummodò teſtificentur, & non in alios.
Nec accuſatores vel teſtes ſuſpecti recipian-
tur: quia propinquitatis & familiaritatis ac
dominationis affectio, veritatem impedire
ſolet. Amor carnalis, & timor, atque aua-
ritia, plerunque ſenſus hebetant humanos,
& peruertunt opiniones, vt quæſtum pieta-
tem putent, & pecuniam quaſi mercedem
Pſal. 4. prudentiæ. Nemo enim in dolo loquatur ad
proximum ſuum. Fouea alta eſtos maleuoli.
Prou. 22. c Innocens, dum credit facilè, citò labitur.
iuxta lxx. Sed iſte lapſus, ſurgit: & tergiuerſator ſuis
artibus præcipitatur, vndè nunquàm exiliat
atque euadat. Ponderet ergò vnuſquiſque
ſermones ſuos, & quod ſibi loqui non vult,
alteri non loquatur. Vndè benè ſacra ait
Tob. 4. c Scriptura: (Quod tibi non vis fieri, alteri nè
facias.) Nos enim tempore indigemus, vt
aliquid maturiùs agamus. Nec præcipitemus
conſilia & opera noſtra, neque ordinem cor-
rumpamus. Sed ſi aliquis lapſus quocunque
modo fuerit, non perdamus eum, ſed frater-
no corripiamus affectu, ſicut ait beatus Apo-
Galat. 6. a ſtolus: (Si præoccupatus fuerit homo in ali-
quo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtrui-
te huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans
teipſum, nè & tu tenteris. Alter alterius onera
portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.)
Porrò ſanctus Dauid de criminibus morti-
feris egit pœnitentiam, & tamen in hono-
re permanſit. Beatus quoquè Petrus amariſ-
ſimas lachrymas fudit, quandò Dominum
negâſſe pœnituit, ſed tamen apoſtolus per-
Ezec. 18. c manſit. Et Dominus per Prophetam peccan-
tibus pollicetur, dicens: (Peccator in qua-
cunque die conuerſus ingemuerit, omnium
iniquitatum illius non recordabor amplius.)
In decre. Errant enim, qui putant Domini ſacerdotes
Iuo. lib. 4. poſt lapſum, ſi condignam egerint pœniten-
tiam, Domino miniſtrare non poſſe, & ſuis
honoribus frui, ſi bonam deincèps vitam du-
xerint, & ſuum ſacerdotium condignè cu-
ſtodiêrint. Et ipſi qui hoc putant, non ſolùm
errant, ſed etiàm contra traditas Eccleſiæ cla-
ues, diſputare & agere videntur, de quibus
Mat. 18. c dictum eſt: (Quæcunque ſolueritis in terra,
erant ſoluta & in cœlo.) Alioquin hæc ſen-
tentia, aut Domini non eſt, aut vera eſt. Nos
verò indubitanter, tam Domini ſacerdotes,
quàm reliquos fideles, poſt dignam ſatisfa-
ctionem poſſe redire ad honores credimus,
Hier. 8. b teſtante Domino per Prophetam: (Nunquid
qui cadit, non adijciet vt reſurgat? & qui ad-
Ezec. 33. c uerſus eſt, non reuertetur?) Et alibì: (Nolo, in-
quit Dominus, mortē peccatoris, ſed vt con-
Pſal. 50. uertatur & viuat.) Et Propheta Dauid pœni-
tentiam agens, dixit: (Redde mihi lætitiam ſa-
lutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.)
Ipſe nanque poſt pœnitentiam & alios do-
cuit, & ſacrificium Deo obtulit, dans exem-
plum doctoribus ſanctæ eccleſiæ, ſi lapſi fue-
rint, & condignam pœnitentiam Deo geſſe-
rint, vtrunq; facere poſſe. Docuit enim quan-
dò dixit: Docebo iniquos vias tuas, & impij
ad te conuertentur. Et ſacrificium Deo pro
ſe obtulit, dum dicebat: (Sacrificium Deo ſpi- Ibidem.
ritus contribulatus.) Videns enim Propheta,
ſcelera ſua mundata per pœnitentiam, non
dubitauit, prædicando & Domino libando,
curare aliena. Lachrymarū ergò effuſio mo-
uet animi paſſionem. Satisfactione autē im-
pleta, auertitur animus ab ira. Qui enim non
ignoſcit alteri, quomodò ſibi putat ſubue-
niri? Superabundant ergò peccata, ſuperabun-
det & miſericordia. Quoniam apud Dominū Pſal. 129.
miſericordia, & copioſa apud eū redemptio.
Penès Dominum omnium abundantia eſt,
quia Dominus virtutum ipſe eſt & rex gloriæ. Pſal. 23.
Ait enim Apoſtolus: (Omnes peccauerunt, & Rom. 3. d
egent gloria Dei, iuſtificati gratìs per gratiā
ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto
Ieſu, quem propoſuit Deus propiciatorem,
per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem
iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præceden-
tium delictorū, in ſuſtentatione Dei, ad oſten-
ſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: vt ſit ipſe
iuſtus & iuſtificans eum, qui ex fide eſt Ieſu
Chriſti.) Dauid enim dicit: (Beati quorum re- Pſal. 31.
miſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt
peccata.) Mundatur ergò homo à peccato, &
reſurgit gratia Dei lapſus, & in priſtino ma-
net officio, iuxta prædictas authoritates. Vi-
deat, nè ampliùs peccet, vt ſententia Euangelij
maneat in eo: (Vade, & ampliùs noli pecca- Ioan. 8. b
re.) Vnde ait Apoſtolus: (Nō ergò regnet pec- Rom. 6. b
catum in veſtro mortali corpore, vt obediatis
concupiſcentijs eius. Sed neque exhibeatis
membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed
exhibete vos Deo, tanquā ex mortuis viuen-
tes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Pec-
catum enim vobis non dominabitur. nō enim
ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid ergò? Pec-
cabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed
ſub gratia? Abſit. An neſcitis, quoniam cui
exhibetis uos ſeruos ad obediendum, ſerui
eſtis eius, cui obeditis, ſiue peccati ad mortem,
ſiue obeditionis ad iuſtitiam? Gratias autem
Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis au-
tem ex corde in eam formā doctrinæ, in qua
traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui
facti eſtis iuſtitię. Humanū dico.) Maius enim
peccatū eſt iudicantis, quàm eius qui iudica-
tur. (Exiſtimas) (inquit Apoſtolus) (ô homo Rom. 2. a
omnis, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis
ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias
bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis
contemnis? Ignoras quoniam benignitas
Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm
duritiam autem tuā & impœnitens cor, the-
ſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis

iuſti

„ iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecun-
„ dùm opera eius: his quidem, qui ſecundùm
„ patientiam boni operis, gloriam & honorem
„ & incorruptionem, quærentibus vitam æter-
„ nam: his autem, qui ex contentione, & qui
„ non acquieſcunt veritati, credunt autem ini-
„ quitati, ira & indignatio, tribulatio & angu-
„ ſtia in omnem animam hominis operantis
„ malum, Iudæi primùm & Græci. Gloria au-
„ tem & honor & pax omni operanti bonum.)
Sententiam, fratres, quę miſericordiam vetat, non ſolùm tenere, ſed & audire refugite, quia potior eſt miſericordia omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs. Conſultis veſtris breuiter reſpondimus, quia oppreſſos nimis & præoccupatos alijs iudicijs, literę nos inuenêre veſtræ. Data VIII. Idus Octobris, Antonino & Alexandro viris clariſſimis Cōſulibus.

DECRETA VRBANI PAPAE PRIMI.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 224 VRBANVS natione Romanus ex patre Pontiano, ſedit annos quatuor, menſes 10. dies 12. Hic fecit miniſteria ſacrata omnia argentea, & patenas argenteas 25. appoſuit. Hic ſua traditione multos cōuertit ad baptiſmum & credulitatem. Tiburtium etiàm & Valerianum nobiliſſimum virum, ſponſum ſanctæ Cæciliæ, quos etiàm vſque ad martyrij palmam perduxit. Et per eius monita & doctrinam, multi martyrio coronati ſunt. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros nouem, diaconos quinque, epiſcopos per diuerſa loca octo. Qui & ſepultus eſt in cœmeterio Prætextati via Appia, VIII. Kalend. Iunias. & ceſſauit Epiſcopatus dies triginta.

VRBANI PAPÆ PRIMI EPISTOLA DECRETALIS.

1 *De vita communi, & quam ob cauſam Eccleſia poſſeſſiones habere cœperit.*
2 *A quibus vel in quos vſus res Eccleſiaſticæ diſpenſentur, & de inuaſoribus earum.*
3 *Si quis ab Eccleſia ius poſſidendi auellere tentauerit.*
4 *De cathedris Epiſcopalibus.*
5 *Vt nullus cōmunicet ijs, quibus Epiſcopus nō cōmunicat, vel recipiat, quos ille abiecerit.*
6 *De ſponſione in baptiſmo facta, & de ijs qui communem vitam ſuſceperunt.*
7 *De impoſitione manus Epiſcopalis.*

VRBANVS Epiſcopus omnib⁹ Chriſtianis, in ſanctificationem ſpiritûs, in obedientiam & adſperſionem ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſalutē: Decet omnes Chriſtianos, chariſſimi, ut eum imitentur, cuius nomen ſortiti ſunt. Quid prodeſt, fratres
mei, (Iacobus Apoſtolus ait) ſi fidem quis di- Iaco. 2. e
cat ſe habere, opera autem non habeat? No-
lite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes Iaco. 3. a
quoniam maius iudicium ſumitis. In multis enim offendimus omnes. Qui ſapiens & diſciplinatus eſt inter vos, oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Scimus vos non ignorare,
quia hactenùs vita communis inter * bonos 12. q. 1.
Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei vi- Scim⁹ uos non ign.
get, & maximè inter eos, qui in ſortem Domi * omnes
ni ſunt electi, i. clericos, ſicut in Actibus le- 1.
gitur Apoſtolorum: (Multitudinis autem cre Actor. 4 g
„ dentium erat cor vnum & anima una, nec quiſ-
„ quam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum
„ eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.
„ Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſti-
„ monium reſurrectionis Ieſu Chriſti. Et gra-
„ tia magna erat in omnibus illis. Neque enim
„ quiſquam egens erat inter illos. Quotquot
„ enim poſſeſſores agrorum, aut domorū erant,
„ vendentes, afferebant precia eorum quæ ven-
„ debant, & ponebant ante pedes Apoſtolo-
„ rum. Diuidebatur autē ſingulis, prout cuique
„ opùs erat. Ioſeph autē, qui cognominatus eſt
„ Barnabas ab Apoſtolis, quod eſt, interpre-
„ tatum, filius conſolationis, Leuites & Cyprius
„ genere, cùm haberet agrum, vendidit illum,
„ & attulit precium ante pedes Apoſtolorum.)
Et reliqua. Videntes ergò ſacerdotes ſummi 12. q. 1.
& alij, atq; Leuitę & reliq; fideles, plus vtilita Videntes autē ſac.
tis poſſe afferre, ſi hæreditates & agros quos uendebant, Eccleſijs, quibus pręſidebant Epiſcopi, traderēt, eô quòd ex ſumptibus eorum, tam præſentibus quàm futuris temporibus, plurima & elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus communem fidem ducentibus, quàm ex precio eorum: cœperunt prædia & agros, quos uendere ſolebant, matricibus Eccleſijs
tradere, & ex ſumptibus eorum uiuere. Ipſæ 11.
verò res in ditione ſingularum parochiarum, Epiſcoporum, qui locum tenent Apoſtolorum, erant, & ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus. E quibus Epiſcopi, & fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere uolentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout meliùs potuerint, ut nemo in eis egens inueniatur. Ipſæ enim res, fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergò debent in alijs vſibus, quàm Eccleſiaſticis, & pdictorum Chriſtianorum fratrum uel indigentium conuerti: quia uota ſunt fidelium, & precia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum, Domino traditæ. Si quis autem (quod abſit) ſecùs egerit, uideat nè damnationem Ananiæ & Saphiræ percipiat, & reus ſacrilegij efficiatur, ſicut illi effecti ſunt, qui precia prædictarum rerum fraudauerunt, de quibus legitur in prædictis Apoſtolorum Actibus: Vir autem quidam nomine Ananias, cū Saphira

vxore

vxore ſua, vẽdidit agrum, & fraudauit de prę-
cio agri, cõſcia vxore ſua: & afferẽs partẽ quã-
dã, ad pedes Apoſtolorum poſuit. Dixit autẽ
Petrus Ananiæ: Cur tentauit ſatanas cor tuũ,
mẽtiri te Spirituiſancto, & fraudare de precio
agri? Nonne manens tibi manebat, & vænun-
datũ erat in tua poteſtate? Quarè poſuiſti in
corde tuo hanc rem? Non es hominibus men-
titus, ſed Domino. Audiens autem Ananias
hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus eſt ti-
mor magnus in omnes qui audiêrunt. Surgẽ-
tes autem iuuenes, amouerunt eum: & effe-
rentes, ſepeliêrunt. Factum eſt autem quaſi ho-
rarum trium ſpatium, & vxor ipſius, neſciens
quod factum fuerat, introiuit. Reſpondens
autem ei Petrus, dixit: Dic mihi, ſi tanti agrũ
vendidiſtis? At illa dixit: Etiàm tanti. Petrus
autem ad eam: Quid vtiquè conuenit uobis
tentare ſpiritum Domini? Eccè pedes eorum,
qui ſepeliêrunt virum tuum, ad oſtium, & effe-
rent te. Confeſtim cecidit ad pedes eius, &
expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuenerut
illam mortuam, & extulerunt, & ſepeliêrunt
ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in
vniuerſam Eccleſiam, & in omnes qui audie-
35.q.1.Res eccleſię nõ quaſi. rant hæc. Hæc fratres, ualdè cauenda ſunt &
timenda: quia res Eccleſiæ, non quaſi pro-
priæ, ſed vt communes, & Domino oblatæ,
cum ſummo timore non in alios, quàm in
præfatos, vſus ſunt fideliter diſpenſandæ, nè
ſacrilegij reatum incurrant, qui eas indè ab-
ſtrahunt, ubi traditæ ſunt, nè pœnam & mor-
tem Ananiæ & Saphiræ incurrant, & (quod
peius eſt) anathema maranatha fiant: & ſi non
corpore, vt Ananias & Saphira, mortui ceci-
derint, anima tamen, quæ potior eſt corpore,
17.q.4.Attendendũ eſt, nè prę dia. mortua & alienata à conſortio fidelium, ca-
dat, & in profundum barathri labatur. Vndè
attendendum eſt omnibus, & fideliter cuſto-
diendum, & illius vſurpationis contumelia
* ſacrorũ. depellenda, nè prædia vſibus * ſecretorum cę-
leſtium dedicata, à quibuſdam irruentibus
vexentur. Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ
ultionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos
iure promenda eſt, perpetua damnetur in-
famia, & carceri tradatur, aut exilio perpe-
1.Cor.5.b tuæ deportationis vtatur. Quoniam iuxta
32.q.1.Videntes autem ſacerdot. Apoſtolum tradere oportet huiuſmodi ho-
minem ſatanæ, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Do-
mini. Memoratis ergò augmentationibus
III. ac cultibus, intantùm Eccleſiæ, quibus Epi-
ſcopi præſident, Domino adminiculante, cre-
uerunt, & tantis maxima pars earum abun-
dant rebus; vt nullus ſit in eis, communem
*degens vel gerens *eligens vitam, indigens: ſed omnia neceſſa-
ria ab Epiſcopo ſuiſque miniſtris percipit.
Ideò ſi aliquis extiterit modernis aut futu-
ris temporibus, qui hæc auellere nitatur, iam
IIII. dicta damnatione feriatur. Quòd autem Se-
des in Epiſcoporum ECCLESIIS excel-
ſè conſtitutæ, & præparatæ inueniuntur ut
thronus, ſpeculationẽ & poteſtatem iudican-
di, & ſoluendi atque ligandi, à Domino ſibi

datam materiam docent. Vndè ipſe Saluator
in Euangelio ait: (Quęcunq; ligaueritis ſu- Matt.18.c
per terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcũ-
que ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in
cęlo.) Et alibi: (Accipite ſpiritũſanctũ: Quo- Ioan.20.f
rũ remiſeritis peccata, remittũtur eis: & quo-
rũ retinueritis, retẽta ſunt.) Ideò iſta prætuli-
mus, chariſſimi, vt intelligatis poteſtatem Epi- 11.q.3.
ſcoporum ueſtrorum, in eiſq; Deum venere- Quibus
mini, & eos ut animas ueſtras diligatis: & qui- Epiſcopi
bus illi nõ cõminicãt, nõ cõmunicetis: & quos non com
eiecerint, nõ recipiatis. Valdè enim timẽda eſt
ſnĩa Epiſcopi, licèt iniuſtè liget aliquẽ, quod ta- vi.
men ſummoperè prę uidere debet. Vos autem,
hortãtes, monemus omnes, qui Chriſtianita-
tẽ ſuſcepiſtis, & à Chriſto vocabulũ Chriſtia-
ni ſumpſiſtis, nè in aliquo Chriſtianitatem ve-
ſtram irritam faciatis, ſed ſponſionem, quam
Domino in baptiſmo feciſtis, firmiter tenea- 12.q.1.Sci
tis, nè reprobi, ſed condigni coram eo inueniã- mus vos
mini. Et quicunque veſtrûm communem non ign.
vitam ſuſceptam habet, & vouit ſe nihil pro-
prium habere, videat, nè pollicitationem ſuã
irritam faciat: ſed hoc, quod Domino eſt pol- Votũ pau
licitus, fideliter cuſtodiat, nè damnationem, pertatis.
ſed præmium, ſibi acquirat: quoniam ſa-
tiùs eſt non vouere, quàm votum, prout me-
liùs poteſt, non perficere. Grauiùs enim pu-
niuntur, qui votum fecerunt, aut fidem per-
ceperunt, & votum non perfecerunt, aut in
malis vitam finiêrunt, quàm illi, qui uitam
ſinè uoto finiêrunt, aut ſinè fide mortui ſunt,
& bona egêrunt opera. Ad hoc enim ſenſum
rationabilem naturæ munere, & ſecundæ na-
tiuitatis reparationem ſuſcepimus, vt ſecun-
dùm Apoſtolum, magìs quæ ſurſùm ſunt, ſa- Coloſ.3.a
piamus, non quæ ſuper terram: quia ſapien-
tia huius mũdi, ſtultitia eſt apud Deum. Quid
aũt ſuadet, chariſſimi, ſapientia huius ſeculi,
niſi nocitura quærere, & amare peritura, ne-
gligere ſalutaria, pro nihilo reputare perpe-
tua? Cupiditatem commendat, de qua dici-
tur: (Radix omnium malorum eſt cupidi- 1. Tim 6 b
tas:) Quæ in primis hoc malum habet, quòd
dum ingerit tranſitoria, abſcondit æterna.
Et dum à foris poſita conſpicit, intra ſe lateu-
tia non introſpicit: & dum aliena quærit, ſe-
ctatori ſuo ſemetipſum alienum facit. Eccè,
quid ſuadet ſeculi ſapientia? Viuere in deli-
cijs. Vndè dicitur: (Vidua quæ in delicijs eſt, 1. Tim. 5. a
viuens, mortua eſt.) Suadet ergò molliſſimis
ſuauitatibus, peccatis, vitijs & flammis nu-
trire carnem, cibi & vini intemperantia ani-
mam premere, ac vitam ſpiritus intercludere,
& contra ſe hoſti ſuo de ſe gladiũ miniſtrare.
Eccè, quid ſuadet ſeculi ſapientia, ut qui bo-
ni ſunt, mali eſſe malint, & per errorem men- Pſalm 51.
tis, fieri etiam ſtudeant peccatores, & non co- De con ſe. diſt.5 Om
gitent illam terribilem Dei uocem, cùm eru- nes fideles
bentur peccatores ſicut fœnum. Omnes enim vii.
fideles per manus impoſitionem Epiſcopo- Confirmationis ſacramentum.
rum ſpiritumſanctum poſt baptiſmum acci-
pere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur:

tur:quia cùm Spiritusſanctus infunditur, cor
fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatat.
De Spiritusſancto accipimus, vt efficiamur
1.Cor. 2.d Iſta etiam infrà habentur in decr. Melciadis Papæ. ſpirituales:quia animalis homo non percipit
ea quæ ſunt ſpiritus Dei. De Spiritusſancto
accipimus,vt ſapiamus inter bonum malúq́;
diſcernere iuxta diligere, iniuſta reſpuere, ut
malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, ut luxuriæ
ac diuerſis illecebris,& fœdis indignisque cu
piditatibus reſiſtamus. De Spiritusſancto ac-
cipimus, ut amore uitæ & gloriæ ardore ſuc-
cenſi, erigere à terrenis mẽtem ad ſuperna &
diuina ualeamus. Data Nonis Septembris, id
eſt, quinto die eiuſdem menſis, Antonino &
Alexandro uiris clariſſimis conſulibus.

DECRETA PONTIANI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 232. PONTIANVS natione Roma-
nus, ex patre Calfurnio, ſedit
annos 9. menſes 5. dies 2. mar-
tyrio coronatur. Fuit aũt tem-
poribus Alexãndri, à conſula-
tu Pompeiani & Pelagiani. Eodem tempore
* Hippolytus Pontianus Epiſcopus & * Philippus preſby-
ter, in exilio ab Alexandro ſunt deportati in
Sardiniam, in inſulam Buccinam, Seuero &
Quintiano conſulibus. In eadem inſula affli-
ctus, defunctus eſt decimotertio Kalẽdas De-
cembris. Hic facit ordinationes duas per mẽ-
ſem Decembrem, preſbyteros ſex, diaconos
quinque, Epiſcopos per diuerſa loca 6. Quẽ
B. Fabianus adduxit cum clero nauigio, & ſe-
peliuit in cœmeterio Calixti uia Appia. Et
ceſſauit Epiſcopatus à die depoſitionis 11.
* dies 10. Kalen. Decembris, * dies 13.

EPISTOLA PONTIANI PAPÆ DECRETALIS PRIMA,

ad Felicem Succribonum.

De honore, quo ſacerdotes proſequendi ſunt.

* Succriboni, vel Subcriboni. PONTIANVS Epiſcopus Felici * Succribono
ſalutem: Oppidò cor noſtrũ charitati ue
ſtræ congaudet, quòd ſtudium ſanctæ religio-
nis ſummopere adimplere ſtudetis, & fratres
mœrentes ac deſtitutos, in fide & religione cõ
fortatis. Vndè redemptoris noſtri miſericor-
diã exoramus, ut ſua nobis ĩ oĩbus gratia ſuf-
fragetur, & effectu implere tribuat, quod vel-
le cõceſſit. In hoc itaq; bono, tantò commmo
da retributionis accreſcũt, quantò & ſtudiũ
laboris augetur. Et quia in his oĩbus diuinæ
gratiæ adiutorio opus eſt, omnipotentis Dei
aſſiduis precibus clementiã exoramus, quate
nùs hęc vobis ſemper operanda bona & velle
tribuat, & poſſe concedat, atq; in ea uos uia,

cum fructu boni operis, quã ſe paſtor paſtorũ
eſſe teſtatus ẽ, dirigat, vt ſinè quo nihil agi po
teſt, per ipſum implere bona, quæ cœpiſtis, va
leatis. De ſacerdotibus autem Domini, quos
vos audiuimus contra prauorum hoĩum inſi
dias adiuuare, eorũq; cauſas portare, ſcitote
vos ĩ eo ualdè Deo placere, qui ſibi eos ad ſer-
uiendum adſciuit, & familiares in tm̃ ſibi eſ-
ſe voluit, vt etiàm aliorũ hoſtias per eos acce-
ptaret, atq; eorũ peccata donaret, ſibiq́; recon
ciliaret. Ipſi quoquè proprio ore corpus Dñi
conficiunt, & populis tradũt. De illis enim di
ctũ eſt: (Qui vos cõtriſtabit, me contriſtabit: Zach. 2. c
» & qui uobis facit iniuriam, recipiet id quod
» iniquè geſſit.) Et alibi: (Qui vos audit, me au-
Luc. 10. c dit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem
» me ſpernit, ſpernit eũ qui me miſit.) Hi enim
nõ ſunt infeſtandi, ſed honorãdi. In eis quoq;
Dñs honoratur, cuius legatione fungũtur. Hi
ergò, ſi fortè ceciderint, à fidelibus ſunt ſub-
leuãdi & portandi. Accuſandi autem nõ ſunt
ab infamibus, aut ſceleratis, uel inimicis, aut
alterius ſectæ vel religionis hoĩbus. Si pecca-
uerint, à reliquis arguantur ſacerdotibus: ſed
& à ſummis pontificibus conſtringant, & nõ
à ſecularibus, aut malæ uitæ hominibus ar-
guantur vel arceantur. Quod ergò de fratris
veſtri tranſitu vos contriſtari audiuimus, non
modico cõpulſi ſumus mœrore. Vndè oĩpo-
tentem Deum rogamus, vt ſuæ vos gratiæ ad-
ſpiratione cõſoletur, voſq́; & à malignis ſpi-
ritibus, & à peruerſis hoĩbus, cęleſti protectio-
ne cuſtodiat. Nã & ſi quos poſt illius obitum
tumultus quorundã aduerſantiũ ſuſtinetis,
nolite mirari, ſi uos qui frui bonis in terra ve
ſtra, id eſt, in terra uiuentium q̃ritis, mala ho-
minũ in terra aliena portatis. Peregrinatio
quippe eſt uita præſens: & qui ſuſpirat ad pa-
triã, ei tormentũ eſt peregrinationis locus, e-
tiàm ſi blandus eſſe uideatur. Vobis autẽ qui
patriam quæritis, inter ſuſpitia q́ habetis, e-
tiàm gemitus audio humanæ oppreſſionis
exurgere. Quod mira oĩpotentis DEI diſpo-
ſitione agitur, vt dum ueritas per amorem uo
cat, mundus præſens à ſeipſo animum ueſtrũ
per tribulationes, quas ingerit, reijciat; tãtoq́;
faciliùs ab amore huius ſeculi mens exeat,
quantò & impellitur, dum uocatur. Itaq; qđ
cœpiſtis, hoſpitalitatis curam impendite, in
orõne & lachrymis inſtantiſſimè laborate: E-
leemoſynis, quas ſemper amâſtis, iã nunc lar-
giùs atq; uberiùs date operã, ut tantò pòſt cre
ſcat uobis in retributione fructus muneris,
quãtò hìc excreuerit ſtudiũ laboris. Prętereà,
ſalutãtes pſna dulcedine bonitatẽ ueſtrã pe-
tim⁹, ut in bonis, q́ cępiſtis, nè deficiatis. Neq;
ullus uos ab eis auertere poſſit, ſed in cunctis
affectũ ueſtræ charitatis, clerici & ſerui Dei,
ac cũcti Chriſtiani, qui ĩ illis partib⁹ cõmorã
tur, amore Chři & S. Petri pleniter inueniãt,
& fauoris ueſtri ſolatijs, quocunq; mõ neceſ-
sè fuerit, potiãtur: quatenùs ueſtra cũcti ope
defenſi, atque adiuti, & nos uobis gratiarum

poſſimus exiſtere debitores,& Chriſtus Ieſus Dominus noſter æternam gloriã compenſet, & B.Apoſt.Petrus Apoſtolorum princeps, in quorũ vos cauſis impenditis, ipſius gloriæ ianuã aperiat. Data decimo Kalẽ. Februarij, Seuero & Quintiano viris clariſſ. conſulibus.

EPISTOLA PONTIANI PAPÆ SECVNDA.

De fraterna dilectione & vitandis malis.

PONTIANVS ſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, oĩbus rectè Dñm colentibus, & diuinum cultum amantibus, ſalutem.

Luc.2.b (Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.) Hęc verba, chariſſimi, non hoĩum ſunt, ſed Angelorum: & non humano ſenſu excogitata, ſed ab Angelis i ortu Saluatoris annunciata. Quibus indubitanter ab oĩbus intelligi põt, q non malæ voluntatis hoĩbus, ſed bonæ, pax ſit à Domino data. Vndè & Dñs per Prophetã loquitur, dicẽs: Pſalm.72. (Quàm bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde. Mei aũt penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei: q a ęmulatus ſum cõtra iniquos, pace impiorum videns.) De bonis Matt.5.a verò ipſa per ſe veritas ait: (Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbũt.) Mundi enĩ non ſunt corde, qui mala cogitant, aut nocitu aduersùs fratres ſuos: quia nihil mali vult, q fidelis eſt. Fidelis ergò homo magis diligit audire quæ oportet, quàm dicere quæ non oportet. Et ſi quis fidelis eſt, videat nè mala loquatur, aut cuiquã inſidias ponat. In hoc ergò diſcernuntur filij Dei & filij diaboli. Filij namq; Dei ſemper cogitant & agere contendunt, quæ Dei ſunt, & fratres indeſinẽter adiuuant, & nulli nocere volunt. Filij autem diaboli econtrà, mala & nociua ſemper meditantur, quia opera eorũ mala ſunt. De quibus loquitur Dominus per Hieremiam prophetã, Hiere.1.c Hiere.2.b dicẽs: (Loquar iudicia mea cũ eis ſuper omni malitia eorũ. Propterea iudicio contendã adhuc vobiſcũ, ait Dñs, & cum filijs veſtris diſceptabo. Eccè ego fingo cõtra vos malũ, & cogito contra uos cogitationẽ.) Hier.18.b Hæc, fratres, valdè ſunt timenda, & ab oĩbus cauenda: quoniã ſuper quẽ iudiciũ Dei ceciderit, nõ exiet impunitus. Et ideò vnuſquiſque præuideat, nè hoc machinetur aut agat in fratrẽ, quod ipſe pati noluerit. Et nec in ſuſpicionẽ veniat homo fidelis, vt dicat aut faciat ea, quæ pati non vult. Vndè ſuſpectos, aut inimicos, aut facilè litigantes, & eos qui nõ ſunt bonæ conuerſationis, aut quorũ vita eſt accuſabilis, & qui rectã nõ tenẽt & docẽt fidẽ, accuſatores eſſe & teſtes, & anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt authoritate, & nos ſubmouemus, atq; futuris tẽporibus excludimus, nè libenter læti poſſint, quos nos tenere & ſaluare debem⁹: nè (quod abſit) prędictum Dei iudicium, non tantùm ſuper vtroſq; ueniat, ſed & nos eorũ

3.q.5. Suſpectos autẽ ini. Et 2. q. 7. quærendũ eſt. Et in decr. Ino. lib.4.

vitio (quod Deus auertat) pereamus. Scriptũ eſt enim: Rectorem te poſuerunt? curam illorum habe, ut læteris propter illos, & ornamẽtum gratiæ accipias coronam, & dignationẽ conſequaris corrogationis.) Eccl.32.a Verbũ enim nequam immutat cor, ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix eſt eorum aſſiduè lingua. Pro talibus prædicti uitandi admodũ ſunt, & priuſquàm prędictę enucleatim examinentur opiniones, & ab illis alieni inueniantur, nõ ſunt ſuſcipiẽdi: quoniam ſacrificium ſalutare eſt, attẽdere mãdatis, & diſcedere ab omni iniquitate: Beneplacitum eſt Domino, recedere ab iniquitate: & laudatio, recedere ab iniuſtitia. Eccl.35.a Quoniam ſcriptũ eſt: (Dilige proximum, & coniũgere fide cũ illo. Eccl.27.c Quòd ſi denudaueris abſconſa illius, non perſequeris poſt eum. Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic qui perdit amicitiam proximi ſui. Et ſicut qui dimittit auem de manu ſua, ſic qui dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies. Non illum ſequaris, quõ longè abeſt. Effugit enim quaſi caprea de laqueo, quia vulnerata eſt anima eius. Vltrà eum non poteris colligare. & maledicti eſt concordatio. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ īfelicis. Annuens oculo, fabricat iniqua, & nemo eũ abijciet. In conſpectu oculorum tuorum conculcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur. Nouiſſimè autem peruertet os ſuum; & in verbis tuis dabit ſcandalũ. Multa audiui & non coęquaui ei, & Dñs odiet illum. Qui ī altum lapidẽ mittit ſuper eius caput cadet, & plaga doloſa doloſi diuidet vulnera. Qui fodit foueam, incidet in illam: & qui ſtatuit lapidẽ proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimũ conſilium, ſuper ipſum deuoluetur; & non cognoſcet undè adueniet illi. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribunt, qui oblectantur caſu iuſtorum; dolor autem conſumet illos, antequàm moriantur. Ira & furor, vtraque execrabilia ſunt: & vir peccator, continens erit illorum. Eccl.28.a Qui vindicari uult, à Deo inueniet uindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini reſeruat irã, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur altiſſimum? Ipſe dum caro ſit, reſeruat irã; & propiciationem petit à Deo? Quis orabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari; tabitudo enim & mors imminent * mãdatis. Memorate timorem Dei, & non iraſcaris proximo. Memorare teſtamenti altiſſimi, & deſpice ignorantiã proximi. Abſtine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. Secundùm

* mãdatis eius.

ſecundùm enim ligna ſyluæ, ſic ignis exardeſcet: & ſecundùm virtutẽ hominis, iracundia illius erit: & ſecundùm ſubſtantiam ſuã exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendet ignem, & lis feſtinans effundet ſanguinẽ, & lingua * teſtificans, adducet mortem. Si ſufflaueris, quaſi ignis ardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur, & vtraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habẽtes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. Ciuitates diuitum *munitas deſtruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiẽ, nec * habitabit cum requie. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguę comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic, quomodò qui interierunt per linguam ſuam. Beatus, qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum eius, & vinculis eius nõ eſt ligatus. Iugum enim illius, iugum ferreum eſt: & vinculum illius, vinculum ęreum eſt. Mors illius, mors nequiſſima: & vtilis potiùs infernus, quàm illa. Perſeuerantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias iniuſtorum, & * flamma ſua non comburet iuſtos. Qui derelinquunt Dominum, incident in illam, & exardeſcet in illis, & non extinguetur: & immittetur in illos quaſi Leo, & quaſi Pardus lędet eos. Sepi aures tuas ſpinis & noli audire linguam nequam: & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos. Et attende, nè fortè labaris in lingua tua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis ad mortem. Nè tardes cõuerti ad Dominum, & nè differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius: & in tẽpore vindictę diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis. nihil enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſûs tui, & ſcientia: & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendũ verbum, vt intelligas, & cum ſapientia feras reſponſum verum. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, nè capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati: lingua imprudentis, ſubuerſio ipſius. Non appelleris ſuſurro, & in lingua tua nè capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem. Suſurratori autem odium, & inimicitia, & cõtumelia. Iuſtifica puſillum & magnũ ſimiliter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim & cõtumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator, inuidus & bilinguis. Nõ te extollas in cogitatione animæ tuę velut taurus, nè fortè elidatur virtus tua ſuper ſtultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridũ in eremo. Anima enim nequam diſperdet, qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illũ, & deducet in ſortẽ impiorũ.) Chariſſimi oppreſſos erigere ſtudete, & neceſſè habentes ſemper adiuuate: quoniam qui fratrem afflictum releuat, appræhenſum eripit, mœrentem conſolatur, ab illo ſibi retribui, cui totum impendit, non dubitet, qui ait: (Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.) Taliter enim bona indeſinenter agere ſtudete, vt fructum boni operis & hic conſequamini, & in futuro gratia Dei perfruamini, quatenus cœleſtis regni aulam introire poſteà mereamini. Data * 4. Kalend. Maij, Seuero & Quintiano viris clariſſimis conſulibus.

Margin notes: * feſtinans — * muratas — * habebit amicum, in quo requieſcat. — * in — Eccl. 5 — Eccl. 6. a — Matt. 5. d — * tertio

DECRETA ANTERI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

ANTERVS natione Græcus, ex patre Romulo, ſedit annos 12. menſem vnum, dies 12. Martyrio coronatur temporibus Maximini & Aphricani conſulum. Hic geſta Martyrum diligenter à notarijs exquiſiuit, & in Eccleſia recondidit. Propter quod à quodam Maximo præfecto martyr effectus eſt. Hic fecit ordinationem vnam per menſem Decembrem, & vnum Epiſcopum ordinauit in ciuitate Fundis Campaniæ. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Calixti via Appia, 3. Nonas Ianuarij. Et ceſſauit Epiſcopatus dies 13.

Anno Domini 236. Onuphrius in chronico & Epitome Põtificũ ponit cõſtãter menſem vnũ dies 14.

ANTERI PAPÆ DECRETALIS Epiſtola ad Epiſcopos prouinciarum Bæticæ & Toletanæ.

De mutatione Epiſcoporum.

CHARISSIMIS fratribus per Bæticam atque Toletanam prouincias Epiſcopis conſtitutis, Anterus Epiſcopus in Domino ſalutem: Optarem, fratres chariſſimi, ſemper dilectionis & pacis veſtrę ſynceritatis gaudia audire, ità vt uiciſsim diſcurrentibus literis ſoſpitatis indicia innuarentur, ſi quietos nos ab incurſione ſua vacare hoſtis antiquus ſineret: qui ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hoĩs, quẽ vt deciperet, ſe antè decepit pudicitiæ aduerſarius, luxuriæ magiſter: crudelitatibus paſcitur, abſtinentia punitur: odit ieiunia, miniſtris ſuis prędicãtibus, dum dicit eſſe ſuperflua, ſpem non habens de fu-

Ioan. 8. f

turis, Apoſtoli ſententia repercuſſus, dicentis:
1.Co.15.d Manducemus & bibamus, cràs enim moriemur. O infęlix audacia, ô deſperatæ mentis aſtutia. Ipſe enim hortatur odia, & fugat concordiam. Et quia facilè ad deteriorem partem mens humana tranſducitur, volens magis per ſpatioſam viâ ambulare, quàm arctæ viæ iter cum labore tranſire. Qua de re, fratres dilectiſſimi, ſectamini meliora, & ſemper relinquite deteriora. Bona agite, mala vitate, vt verè diſcipuli Domini eſſe inueniamini.
7.q.1.Mutationes Epiſcoporum. Et in decret. Iuo.lib.5. De mutatione ergò Epiſcoporum, vndè ſanctam ſedẽ Apoſtolicam conſulere voluiſtis, ſcitote, eam communi vtilitate atque neceſſitate fieri licere, ſed nõ libitu cuiuſquam aut dominatione. Petrus, ſanctus magiſter noſter & princeps Apoſtolorum, de Antiochia vtilitatis cauſa translatus eſt Romam, vt ibidèm potius proficere poſſet. Euſebius quoque de quadam parua ciuitate, Apoſtolica authoritate, mutatus eſt Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate, qua ordinatus erat electione ciuium, propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi Epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum ac populorum conſilio, tranſlatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de ciuitate ad ciuitatem, qui non ſuo libitu aut ambitu hoc facit: ſed vtilitate quadam aut neceſſitate aliorum, hortatu & conſilio potiorum, trãsfertur. Nec transfertur de minori ciuitate ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate fecit, ſed aut vi à propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut vtilitate loci aut populi, non ſuperbè, ſed cum humilitate ab alijs
1.Reg. 16 b tranſlatus & inthronizatus eſt: quia homo videt in facie, Deus autẽ in corde. Et Dominus
Pſal. 93. per prophetam loquitur, dicens: (Dominus
„ ſcit cogitationes hominũ, quoniã vanę ſunt.) Non ergò mutat ſedẽ, qui non mutat mentẽ. Nec mutat ciuitatem, qui non ſua ſponte, ſed conſilio & electione aliorum mutatur. Nõ ergò migrat de ciuitate ad ciuitatẽ, qui non auaritiæ cauſa, nec ſpontè dimittit ſuam: ſed (vt iam dictũ eſt) aut pulſus à ſede ſua, aut neceſſitate coactus, aut electione & exhortatione ſacerdotum & populorum, tranſlatus eſt ad al-
7.q.1. Mutationes Epiſcoporum. teram ciuitatem: Nam ſicut Epiſcopi habent poteſtatem ordinare regulariter Epiſcopos & reliquos ſacerdotes, ſic quotiès vtilitas aut neceſſitas coegerit, ſupradicto modo & mutare, & inthronizare poteſtatẽ habent. Hæc, vt petîſtis, licèt vobis incognita non ſunt, tenenda mandamus, nè ignorãtia quorundam, meliora & vtiliora vitentur, & inutiliora ſumantur, ſi-
Mat.23. e cut in ſancto legitur Euangelio: (Væ vobis hy-
„ pocritæ, quia decimatis mẽtham & anethum
„ & cuminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt
„ legis, iudicium & miſericordiam & fidẽ. Hæc
„ oportuit facere, & illa nõ omittere. Duces cæ-
„ ci, excolantes culicẽ, camelum autẽ glutiẽtes.)
2.Tim. 3. b Quod licet, non licet: & quod non licet, licet.
Exo. 7. Quemadmodum Iannes & Mambres reſtiterunt veritati, ſic & illi, mente reprobi, amantes voluptatem magis quàm Deum, quod licet, docent nõ licere, i. Epiſcopos migrare de ciuitate ad ciuitatem, prætaxato modo: & quod nõ licet, docent licere, i. miſericordiã non agere circa patientes neceſſitatem, hoc eſt, eis qui Epiſcopum nõ habent, & ſacro Epiſcopali indigent miniſterio, Epiſcopum de alia ciuitate cauſa vtilitatis vel neceſſitatis tribui: & Epiſcopis perſecutione aut neceſſitatem patiẽ-
tibus, aliam cathedram dari negant. Cõtradi- Matt. 9.d & 12. a & Oſe. 6.c.
cũt etiàm ſacræ ſcripturæ, quæ teſtatur mâlle Deum miſericordiam, quàm iudicium. Quæ, precor, maior charitas, aut quod efficacius pietatis patrocinium poteſt à quoquam alicui impendi, quàm ſi ignorãtiæ tenebras & imperitiæ caliginem ab eo repellat, ac demum verę fidei doctrinæ pabulo, non ad quæſtum, nõ ad ambitionem, ſed ad eruditionẽ & ædificationem reficiat? Tãquam enim mutilo ſit manus, claudo pes, oculos cæco, qui ignorantię tenebris obuoluto, ſapientiæ & ſciẽtiæ theſaurum reſerat, & candorem lucis, viasq; Domini benignitèr aperit. Vtriſque autem, id eſt, & famem verbi Dei patientibus, & Epiſcopis neceſſitatem, quando inthronizãtur propter cõmunem vtilitatem in alijs ciuitatibus, nõ modica exhibetur miſericordia. Negantes autem hæc, licèt ſpeciem habeant pietatis, virtutem tamen eius abnegãt. Nam in tali negocio proſapiam non agnoſco. ſi quis tamen ſapientiũ, quos inſipientibus tempeſtatis huius procella alijs ſociauit authoribus, facinorũ participatione maculatur, ſplendor ſapientis, etſi communionem criminum incurrit, neſcit tamen
ducem ſe præbere peccantibus. Alia quoquè 7.q.1.Mutationes Epiſcoporum.
eſt cauſa vtilitatis & neceſſitatis, & alia auaritiæ & præſumptionis, aut proprię voluntatis. Auaritię quoquè cauſa, vel pręſumptionis, aut propriæ voluntatis, nõ ſunt Epiſcopi mutandi de ciuitate ad ciuitatem, ſed vtilitatis & neceſſitatis. Quod nemo negat, niſi hi, de quibus
dictum eſt: (Errauerunt in ebrietate, neſciẽrũt Eſa. 28. b
Videntem, ignorauerunt iudicium.) Nam ſi e- „
narrabo cogerer aperire tranſacta, oſtẽderem vobis, nullum euenire ſolatium de compara-
tione factorum. Cæterùm ſtate, chariſſimi, ſu- Hier.6. d
per viâs, adſpicientes & interrogantes de ſemitis Domini antiquis, & videte, quæ eſt via bona & recta, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris. Et vt iuxta Sapien-
tiæ vocem dicamus, (Diligite iuſtitiam, qui iu- Sap.1.a
dicatis terram: Sentite de Domino in bonita- „
te, & in ſimplicitate cordis quærite illũ: quo- „
niam inuenitur ab his, qui non tentant illum: „
apparet autem eis, qui fidem habent in illum. „
Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo, „
probata autẽ virtus corripit inſipientes. Quo- „
niam in maleuolam animam nõ introibit ſa- „
pientia, ne. habitabit in corpore ſubdito pec- „
catis. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effu- „
giet fictum, & auferet ſe à cogitationibus „
quæ ſunt ſinè intellectu, & corripietur à ſu- „
perueniente iniquitate. Benignus eſt enim „

ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledictum à labijs ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis eius ſcrutator eſt verus, & linguæ illius auditor. Quoniã ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod cõtinet omnia, ſcientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, nõ poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad Dñm veniet, & ad correptionẽ iniquitatum illius: quoniã auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcõdetur. Cuſtodite ergò vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt. Et à detractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit. Os quod mẽtitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionẽ in operibus manuum veſtrarũ: quoniã Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt eſſent omnia, & ſanabiles eſſe voluit nationes orbis terrarum. Non eſt in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra viuentiũ. Iuſtitia, perpetua eſt & immortalis: iniuſtitia autẽ, mortis eſt acquiſitio. Impij autem manibus & verbis accerſiêrunt illam: & æſtimantes eã amicam, defluxerunt, & ſpõſiones poſuerunt

Sap. 2. a

ad illam: quoniam morte digni ſunt, qui ſunt ex parte illius. Dixerunt enim, apud ſe cogitantes non rectè: Exiguum eſt, & cum tædio, tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt, qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quoniã ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquàm non fuerimus.

*ac flatus

Quoniam fumus * afflatus eſt in naribus noſtris, & ſermo ſcintillæ ad cõmouendum cor noſtrum, qua extincta, cinis erit corpus noſtrum, & ſpiritus effundetur tanquàm mollis aër. Et tranſibit vita noſtra tãquàm veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radijs ſolis, & à calore illius aggrauata. Et nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri, quoniam cõſignata eſt, & nemo reuertetur.) Proptereà vnicuique præuidendum eſt, vt summoperè ſe cuſtodiat, & vtiliter ſe præuideat, vt cùm dies extrema, finiſque vitæ aduenerit, non tranſeat ad perpetuam mortẽ, ſed vitam

9. q. 3. Facta ſubditorum.

æternam. Facta enim ſubditorum iudicantur à nobis, noſtra verò iudicat Deus. Ex merito verò plebis nonnũquàm Epiſcopi deprauantur, quatenùs procliuiùs cadãt qui ſequuntur. Capite langueſcente, cętera corporis membra inficiuntur. Deteriores ſunt, qui vitam moreſque bonorum corrumpunt, his qui ſubſtãtias aliorum prædiaq; diripiunt. Caueat vnuſquiſque, nè aut linguã, aut aures habeat prurientes, i. nè aut ipſe alijs detrahat, aut alios

Pſal. 49.

audiat detrahentes. (Sedens,) inquit, (aduerſùs fratrem tuum loquebaris, detrahendo, & aduerſùs filium matris tuæ ponebas ſcandalum, &c.) Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantque ſermones ſuos: & ſciant, quia cuncta quæ de alijs loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij ſingulorum ſit, dilectiſſimi, non ſolùm oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam. Nec quid in cuiuſqam domo agatur, alia domus per vos vnquàm nouerit. Habeant omnes ſimplicitatem columbæ, nè cuiquam machinentur dolos: & ſerpentis aſtutiam, nè aliorum ſupplantentur inſidijs. Non eſt humilitatis meæ, neque menſuræ, iudicare de cæteris, & de miniſtris Eccleſiarũ ſiniſtrũ quippiam dicere. Abſit, vt quicquam ſiniſtrum de his loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos etiàm Chriſtiani ſumus, qui claues regni cęlorum habentes, ante iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur, quicunque ſacerdotibus non obtemperâſſet, aut extra caſtra poſitus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta, contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens ſpirituali animaduerſione truncatur, & eiectus ab Eccleſia, rabido Dæmonum ore diſcerpitur. Oportet enim, vt qui Deum hæreditate poſſident, abſque vllo impedimento ſeculi, Deo ſeruiant, vt dicere poſſint: (Dominus pars hęreditatis meæ. O quàm bonus & ſuauis eſt ſpiritus tuus, Domine, in omnibus.) Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt Domine qui animas amas. Ideoque hos, qui ex errant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris, vt relicta malitia, credant in te, Domine. (Tu autem Deus noſter, ſuauis & verus es, patiens, & in miſericordia diſponẽs omnia. Etenim, ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcientes magnitudinem tuam. Et ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus cõputati.) Spiritus timentium Dominum quæretur ab eo, & in reſpectu illius benedicentur. Quapropter, fratres chariſſimi, (omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ędificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus, & nolite contriſtare Spiritumſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Eſtote autem inuicèm benigni, miſericordes, donantes inuicẽ, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Eſtote ergò imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia non nominetur in vobis, ſicut & decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magìs gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod

Marginal notes: xx. Hieronymo ad Nepotianum. — Ad Heliodorum prima. 11. q. 3. Abſit vt quicquã. — Deu. 17. c — Pſal. 15. — Sap. 12. a — Sap. 15. a — Ephe. 4. f — Ephe. 5. a b c.

eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergò effici participes eorũ. Eratis enim aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate, (fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate) probantes quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtãtur. Omne enim, quod manifeſtatur, lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodò cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimẽtes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed impleamini Spiritusancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cãtantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & patri, ſubiecti inuicèm in timore Chriſti.) [2. Theſſ. 2.d] State itaque, fratres, & tenete traditiones Apoſtolorũ & Apoſtolicæ Sedis, vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia, exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & in [2. Theſſ. 3.a] ſermone bono. De cæterò, fratres, orate pro nobis, vt ſermo Domini currat & clarificetur, ſicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium eſt fides. Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo. Quapropter ponite indeſinenter corda veſtra in virtute Dei, & reſiſtite ſemper malis, & enarrate hæc, iuxta vocem prophetæ, in progenies alteras, quoniã [Pſal. 47.] hic eſt Deus Deus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſecula. Vndè vos, qui in ſpecula à Domino eſtis cõſtituti, comprimere & repellere eos ſummoperè debetis, qui fratribus inſidias præparant, aut in eos ſeditiones & ſcan- [1. Pet. 1.d] dala excitant. Facile eſt enim, hominem verbo fallere, ſed non Dominum. Ideò hos repræhendere, & ab his vos auertere oportet, quatenùs extincta funditùs huiuſmodi caligine, Lucifer eis reſplendeat, & lætitia oriatur in [2. Theſſ. 3.a] cordibus eorum. Confidimus autem de vobis, fratres, in Domino, quoniam quæ præcepimus & facitis & facietis. Quanto enim beneficia veſtra his ampliùs exhibetis, tanto maiorem [* ſeruitis.] viciſſitudinem ab omnipotenti Deo, cui * ſeruiunt expectatis. Omnipotens Deus ſua vos protectione cuſtodiat, honoremque & præcepta ſeruare concedat, & gloria honorque Deo patri omnipotenti, eiusque vnigenito filio ſaluatori noſtro, cum Spiritusancto ſit in ſecula ſeculorum. Amen.

DECRETA FABIANI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

FABIANVS natione Romanus, ex patre Fabio, ſedit annis 14. menſem * vnum, dies 11. martyrio coronatur 14. Kalend. Februarius. Fuit autem temporibus Maximiani & Aphricani, vſque ad Decium ſecundò & * Gratum. Hic regiones diuiſit diaconibus, & fecit ſeptem ſubdiacones, qui ſeptem notarijs imminerent, vt geſta martyrum in integrum colligerent: & multas fabricas per cœmeteria fieri præcepit. Poſt paſſionem verò eius, Moſes & Maximus preſbyteri, & Nicoſtratus diaconus, comprẽhẽſi ſunt, & in carcerem miſſi. Eodem tempore ſuperuenit Nouatus ex Aphrica, & ſeparauit Nouatianum de Eccleſia, & quoſdam confeſſores, poſtquàm Moſes in carcere defunctus eſt, quàm fuit ibi mẽſes 11. Et ſic multi Chriſtiani fugerũt. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros viginti duos, diacones ſeptem, Epiſcopos per diuerſa loca vndecim. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Calixti, via Appia, XIII. Kalend. Februarij. Et ceſſauit Epiſcopatus dies ſex.

[Anno Domini 237] [* xj.] [Sub hoc Pontifice Cæſar Philipp⁹ baptizatus eſt.] [* Quadratum.]

At Clerus Romanus epiſtola in numero epiſtolarum D. Cypriani 31 iuxta editionem Pamelij, multo longiorem fuiſſe ceſſationem, propter rerum, & temporum, vt ait, difficultates oſtendit. Onuphr. in Epitome Pontif. ponit menſem vnum, & dies 26.

EPISTOLA EIVSDEM FABIANI PAPÆ PRIMA.

Qui non debeant admitti ad excuſationem, & non eſſe communicandum excommunicatis.

DILECTISSIMIS vbique Catholicæ Eccleſiæ cõminiſtris, Fabianus ſalutem in Domino. Diuinis præceptis & Apoſtolicis monemur inſtitutis, vt pro cunctarum Eccleſiarum ſtatu, impigro vigilemus affectu. Vnde conſequens eſt, debere vos ſcire, quæ apud Romanam in ſacro aguntur ritu Eccleſiam, vt eius ſequentes exempla, eius veri filij inueniamini, quæ veſtra eſt mater vocata. Septem ergo diaconos in vrbe Roma per ſeptẽ regiones ciuitatis, ſicut à patribus accepimus, habemus: qui per ſingulas hebdomadas & Dominicos dies, atque feſtiuitatum ſolennia, cum ſubdiaconibus & acolythis, ac ſequaciũ ordinum miniſtris, iniuncta ſibi obſeruãt miniſteria, & parati omni hora ſunt ad diuinum officium, & quicquid eis iniungitur, peragendum. Similiter & vobis, prout opportunũ fuerit, per ſingulas ciuitates eſt faciendum, vt diurnum abſque vlla mora & negligẽtia ſtudioſè ac ſolenniter agatur officium. Denique ſeptem ſimiliter ſubdiacones ordinauimus, qui

ſeptem notarijs imminerent, & geſta marty-
rum veraciter in integro colligerent, nobisq;
rimanda manifeſtarent. Quod etiam vos om
nes agere monemus. nè in poſterum aliqua
ex his dubitatio fiat, quæſtioq; oriatur: quo-
Rom. 15. niam omnia quæ ſcripta ſunt, ad noſtram do
a ctrinam ſcripta ſunt. Et quæ noſtris tempori-
bus veraciter ſcribuntur, ad futurorum doctri
nam diriguntur. Et ideò fideliſſimis hæc ne-
gocia committi præcipimus, nè aliqua in eis
illuſio inueniatur, ex qua fidelibus ſcanda-
lum (quod abſit) oriatur. Vndè & charitatem
veſtram paterna dulcedine petimus, vt in cũ-
ctis affectum veſtræ charitatis ſancta modò
Eccleſia inueniat, & fauoris veſtri ſolatijs,
quòcunque neceſſè fuerit, potiatur. Et ſicut
bonitas ſtudij veſtri de ſe nobis certitudinem
præbet, vt in nullo diſſidere debeamus de ea,
ſed magìs, vt ſapiẽtibus filijs Eccleſiæ noſtræ,
hæc fiducialiter commendamus: ità poſtpoſi-
tis opportunitatis occaſionibus, veſtra effica-
cia elaborare enixiùs debet, atq; modis, qui-
bus poſſibile fuerit, omni ſtudio abigere con
1. Co. 15. tumelias. Hortamur etiàm vos, iuxta dictum
g Apoſtoli, Stabiles eſſe & immobiles, abundan
tes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd la
bor veſter non eſt inanis in Domino. Et alibì:
Vigilate, & orate, & ſtate in fide. Viriliter agi-
1. Cor 16 te, & confortamini. Omnia veſtra in charita-
c te fiát. Inſupèr & illud vos ſcire deſideramus,
quia noſtris temporibus præpediẽtibus qui-
dem noſtris peccatis, ſuadente antiquo hoſte,
1. Pet. 5. a qui ſemper vt leo rugiens circuit, quærens
quẽ deuoret, ſuperuenit Nouatus ex Aphri-
ca, & ſeparauit de Eccleſia Chriſti Nouatia-
num, & quoſdam alios Chriſti confeſſores, &
conuertit in prauam doctrinam. A quibus
vos, fratres, auertite, & cauete ab omnib⁹, qui
alteram fidem & doctrinam tenent, quàm
Apoſtoli & ſucceſſores eorum tenuerũt & do
cuerunt, nè (quod abſit) poſt eum abeuntes,
in laqueum ſatanæ cadatis, & compedibus e-
ius detineamini. Vndè fraternitatis veſtræ cha
ritatem intimis obſecramus precibus, vt no-
ſtræ paruitatis in veſtris ſacris orationibus
memores eſſe dignemini, orantes ac deprecã-
tes Dominum cœli, vt tam nos, quàm ſancta
mater Eccleſia, Chriſti precioſo ſanguine re-
dempta, à laqueis venantis ſatanæ, & ab im-
portunis & malis hominibus liberemur, &
2. Theſſ. ſermo Dei currat & clarificetur, & praua eo-
3. c. rum, & omnium peruerſa docẽtium, corruat
doctrina atque deficiat. Precamur etiàm, vt
pietatis veſtræ precibus impetrare ſtudeatis,
1. Tim. 2. vt Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus,
b qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ne-
minem perire, ſua ingenti omnipotentia re-
uerti faciat corda eorum ad ſanam doctrinã
& catholicam fidem, quatenùs reſipiſcant à
diaboli laqueis, quibus capti tenẽtur, & aggre
gentur filijs matris Eccleſiæ. Reminiſcentes
quoquè fratrum veſtrorum, miſeremini illo-
rum, quibus poteſtis bonis ſtudijs veſtris, nè

perdantur, ſed vt precibus & alijs bonitatis
veſtræ ſtudijs, * Domino ſaluentur. Ità ergò * omninò
in his agite, vt obedientes filij & fideles ſan-
ctæ Dei eccleſiæ appareatis, & vt mercedis
præmia percipiatis. Hi, & omnes qui rectam
non docent doctrinam, vel rectam non te-
nent fidem, accuſatores, neminem rectè cre-
dentium accuſare poſſunt, quia infamia ſunt
notati, & à ſinu ſanctæ matris Eccleſiæ, Apo-
ſtolico mucrone, vſque ad rectam conuerſa-
tionem & reuerſionem eorum abſciſſi. Vndè
Apoſtolica authoritate, cum omnibus eiuſ-
dem Apoſtolicæ atque vniuerſalis Eccleſiæ
filijs, ſtatuentes ſancimus, vt omnes, qui in
catholica fide ſuſpecti ſunt, in accuſatione re-
ctè credentium non ſuſcipiantur: quia ſuſpi-
ciones ſemper ſunt amouendæ. Meritò ergò
eorum reprobatur accuſatio, qui in recta fi-
de ſuſpecti ſunt. Nec eis omninò eſt creden-
dum, qui Trinitatis fidem ignorant. Simili- 3. q. 4. omnes quos ſanctorũ.
ter omnes, quos ſanctorum patrum ſtatuta
tàm præteritis, quàm futuris, tẽporibus ana-
thematizant, ſubmouemus, & ab omni accu-
ſatione fidelium alienamus. Diſcreti ergò
ſemper debent eſſe fideles ab infidelibus, &
iuſti ab iniuſtis: quoniam infideles & male-
uoli, modis quibus poſſunt, ſemper infeſtant
fideles & perdere nituntur: & ideò non ſunt
ſuſcipiendi, ſed repellendi & procùl abijcien-
di, nè perdere fideles aut infamare poſſint.
Quapropter, chariſſimi, cauete talium foueã,
in quam multos cecidiſſe cognouimus. Caue-
te talium iacula, & antiqui hoſtis tentamen-
ta, per quæ etiàm proprios propinquos corã
nobis vulneratos cadere uidimus. Attendite
laqueos inſidiantium, quibus notos & com-
militones ſtrangulare ſolent. Nolite tales
ſequi, ſed procùl repellite eos. (Eſtote,) iuxta Mat. 10. d
veritatis uocem, (prudentes vt ſerpentes, &
ſimplices ut columbæ.) Videte, nè in uacuum
quoquè curratis, aut laboretis: ſed alterutrùm
fulti precibus & orationibus, voluntatem
Dei facere contẽdite, & à memoratis, ſi in-
corrigibiles apparuerint, uos in omnibus ſe-
parate. Similiter ab omnibus, quos Apo- 1. Cor. 5. b
ſtolus commemorat, dicens, cum eis nec cibũ 6. q. 1. omnes illi
ſumere: quia & illi, ſicut & iſti, ſunt repellen- ſunt ab
di, & ante ſatisfactionem Eccleſiæ non ſunt
ſuſcipiendi: quoniam illi, cum quibus cibum
ſumere non licet, manifeſtè apparent ſeque-
ſtrati vſque ad ſatisfactionem à reliquis fra-
tribus. Quamobrem non debent nec poſ- 11. q. 3. Sicut Apoſtoli ſtatuerunt.
ſunt in accuſationem fidelium ſuſcipi, ſed e-
tiàm ab eorum conſortio, vſque ad iam di-
ctam ſatiſfactionem, repelli, nè ſimiles eis ef-
ficiantur, aut eorum excommunicationi ſub-
iaceant: quoniam ſic Apoſtoli ſtatuerunt, di- Cano. 11.
centes: Cum excommunicatis non eſt com-
municandum. Et ſi quis cum excommuni-
catis, auertendo regulas, ſcienter pſallat in do
mo, aut ſimul locutus fuerit, aut orauerit, ille
communione priuetur. Tales ergò in omni-
bus ſunt cauendi, & non ſuſcipiendi: quia
iuxta

Rom. 1.d iuxta Apoſtolum, non ſolùm qui faciunt, dā-
nantur, ſed & qui conſentiunt faciētibus. Vn-
dè & Beatus Apoſtolorum princeps Petrus
Diſt. 63. Si inimicus, &c. in ordinatione Clementis alloquens popu-
lum, inter cætera ait: Si inimicus eſt iſte Cle
mens alicui pro actibus ſuis, uos nolite expe-
ctare, vt ipſe vobis dicat, Cum illo nolite a-
mici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, &
voluntati eius abſque commonitione obſe-
cundare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſen-
titis aduerſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe
non loquitur, vt vnuſquiſque qui in culpa eſt,
dum cupit omnium veſtrûm amicitias ferre,
feſtinet citiùs reconciliari ei, qui omnibus
præeſt, vt per hoc redeat ad ſalutem, cùm o-
bedire cœperit monitis præſidentis. Si ve-
rò quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus
non eſt, & locutus fuerit his, quibus ipſe
non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis, qui ex-
terminare Dei Eccleſiam volunt: & cùm
corpore vobiſcum eſſè videatur, mente & ani
mo contra vos eſt. Et eſt multò nequior ho
ſtis hic, quam illi, qui foris ſunt, & euidenter
inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum
ſpeciem, quæ ſunt inimica, gerit, & Eccleſiam
diſpergit ac vaſtat. Ideoque chariſſimi, his
Apoſtolicis inſtitutis vos monentes inſtrui-
mus, vt effecta certior charitas veſtra, ſolici-
tiùs deincèps agere ſtudeat & cautiùs, nè per-
uerſi & infideles homines, lædendi fideles
Sap. 5. ec beneuolos habeant facultatem: quoniam
ſpes talium & omnium impiorum, tanquàm
lanugo eſt, quæ à uento tollitur, & tanquàm
ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, &
tanquàm fumus, qui à vento diffuſus eſt, &
tanquàm memoria hoſpitis vnius diei præte-
reuntis. Summoperè, chariſſimi, tales cauen
di ſunt, & auertendi atque reijciendi, ſi no-
centes apparuerint: quia non ſolùm Eccleſia-
ſticæ, ſed etiàm ſeculi leges, ſe nocentes non
ſuſcipiunt, ſed repellunt. Vndè ſcriptum
Prou. 19.b eſt: (Os impiorum deuorat iniquitatem.)
" Et Dominus per prophetam loquitur, dicēs:
Pſal. 17. (Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo
" peruerteris: Et cum electo electus eris, &
" cum viro innocente innocens eris.) Et Apo-
" ſtolus inquit: (Peruertunt bonos mores col
1. Cor. 15. loquia mala.) Idcircò (vt prælibatum eſt)
iam mali ſunt ſemper cauendi, & bonis atque
beneuolis eſt inhærendum, vt periculum de-
ſidiæ, quantùm poſſumus, declinemus. Et
nè peſtis hæc latiùs diuulgetur, ſeueritate qua
poſſumus, abſcindamus: quoniam non te-
meritas interuenit præſumptionis, vbi eſt di-
ligentia pietatis: Agat ſemper vnuſquiſque
veſtrum, hac informatione Apoſtolica fultus
iuxta uires ſuas, & fraterna dilectione, & ſan-
cta religione, mores proprios conſeruare, &
in commune alterutrùm adiuuare, & in cha-
ritate permanere, & in Dei voluntate inde-
ſinenter ſtudeat inhærere, vt ſimul laudantes
Dominum, indefeſſas ſemper illi gratias aga-
mus. Valete in Domino chariſſimi, & præ-
dicta, vt meliùs poteſtis, Domino opem feren
te, adimplere ſtudete. Data Kalendis Iulij,
Maximino & Africano viris clariſſimis con-
ſulibus.

EPISTOLA EIVSDEM PAPÆ FABIANI SECVNDA,

ad omnes Orientales Epiſcopos.

1 *Vt per annos ſingulos nouum chriſma confi-
ciatur, & vetus incendatur.*

2 *De Epiſcopis non accuſandis ac obtrectatio-
nibus lacerandis.*

FABIANVS Epiſcopus vrbis Romæ,
omnibus orientalibus Epiſcopis & cun-
ctis fidelibus in Domino ſalutem: Exigit di-
lectio veſtra Sedis Apoſtolicæ conſulta, quæ
vobis denegare non poſſumus. Hoc autem &
prædeceſſores noſtros multarum regionum
Epiſcopis egiſſe liquet: & nos, qui in eadem
ſede, Domino largiente, collocati ſumus, age-
re debere fraterna charitas & obedientiæ de-
bitum compellit. Cura eſt ergò veſtræ ſolici-
tudini adhibenda, vt ea, quæ ſunt ab Apoſto-
lis, eorumque ſucceſſoribus ordinata, & inſti-
gante ſancto Spiritu inſtituta, nec diſſimula-
tio negligere, nec aliqua præſumptio ualeat
perturbare. Sed ſicut hoc, quod rationis exi-
gebat utilitas, oportuit diffinire, ità quod dif-
finitum eſt, non debet violari. Literis veſtris
verò inter cætera inſertum inuenimus, quoſ- De conſe. diſt. 3. Literis veſtris.
dam regionis veſtræ Epiſcopos à veſtro no-
ſtroque ordine diſcrepare, & non per ſingu- 1.
los annos in cœna Domini chriſma confice-
re, ſed duos aut tres annos confectionem ſan
cti chriſmatis ſemèl actam conſeruare. Di-
cunt enim, vt in memoratis apicibus reperi-
mus, nec balſamum per ſingulos annos poſſe
reperiri, nec neceſſè fore, per ſingulos annos
chriſma conficere, ſed dū una confectio chri
ſmatis abundat, aliam fieri, neceſſè nō habe-
re. Errant enim, qui talia excogitant, & mente Ibidèm.
veſana potiùs quàm recta ſentientes, hęc di-
cūt. In illa enim die Dominus IESVS, poſt-
quam cęnauit cum diſcipulis ſuis, & lauit eo-
rum pedes (ſicut à ſanctis Apoſtolis præde-
ceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquе-
runt) chriſma conficere docuit. Ipſa enim
lauatio pedum, noſtrum ſignificat baptiſmū,
quādò ſancti chriſmatis unctione perficitur Ibidèm.
atque confirmatur. Nam ſicut ipſius diei
ſolennitas per ſingulos annos eſt celebranda,
ità ipſi° ſancti chriſmatis confectio per ſingu
los annos eſt āgēda, & de anno in annum re-
nouanda, & fidelibus tradenda: quia nouum
ſacramentum eſt per ſingulos annos, & iam
dicto die innouandum, & vetus in ſanctis Ec
cleſijs cremandum. Iſta à ſanctis Apoſtolis &
ſucceſſoribus eorum accèpimus, vobiſque te-
nenda mandamus. Hæc ſancta Romana Ec-
cleſia, & Antiochena à tempore Apoſtolorū
custo-

cuſtodit: Hæc Hieroſolymorum & Epheſinorum tenet. In quibus Apoſtoli præſidentes, hæc docuerunt, & vetus chriſma incendi, & nõ am plius quàm uno anno uti, permiſerunt, atque deinceps nouo frui, & non veteri, iubentes do cuerunt. Si quis ergò his obuiare tentauerit omnem ſibi per uos & per omnes rectè intelli gentes, indulgentiæ aditum intelligat obſeratum: quia prauiſſimarum mentium peruerſa doctrina, dum indulgentiùs frenis nititur, in præuaricationem præſumptionis delabitur: & nullatenùs eruitur, niſi prudentiũ ſuſtẽtatione & correctione liberetur. Illa aũt, quæ circa diuina myſteria & erga baptizandos, in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia uniformiter agit, non ocioſo contemplanda ſunt intuitu, nè locum ſuperuacuis intentionibus & ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergò fidelium mentes ad talia non debemus inducere, quia docendi potiùs ſunt, quàm illudendi. Ad noſtram enim lætitiam benefacta perueniunt, & mœroris aculeis nos, quæ fuerint malè facta, pungunt. Hîc verò inter manus latronum & dentes luporum furentium, vtcunque verſamur, & contumaces ſunt ſubditi atque oues, Nam latratu canum, baculoque paſtoris, luporum rabies deterrenda eſt. Illa verò, quæ fomentis non ſanantur vulnera, fero abſcindi neceſsè eſt. Nec ſilere poſſumus, vt quum hic ab illicitis reuocemus aliquos officij noſtri prouocamur inſtinctu, in ſpeculis à Domino conſtituti, vt vigilantiæ noſtræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda ſunt,

* ſeruem⁹

reſecemus, & quæ obſeruanda ſunt * cenſeamus. Conſulere etiàm nos (ut in prædictis literis ueſtris inuenimus) ſuper accuſatione ſacerdotum uoluiſtis, quæ oppidò apud uos (ut in eiſdem apicibus reperimus) crebreſcit.

1. q. 1. Significaſtis inſupèr.

Significaſtis inſupèr, pleroſque attendere, multos in ipſis honoribus Eccleſiaſticis non congruenter viuere ſermonibus & ſacramentis, quæ per eos populis miniſtrantur.

11.

O miſeros homines, qui hos intuendo, CHRISTVM obliuiſcuntur: qui & multò antè prædixit, ut legi DEI potiùs obtemperetur quàm imitandi videantur illi, qui ea quæ dicunt, non faciunt: & traditorem ſuum tolerans, uſque in finem etiàm ad euangelizandum cum cęteris miſit. Nam Apoſtoli talem conſuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt: ſimiliter & ſucceſſores eorum, quanquàm multa de talibus, præuidentes ſpiritu DEI futura, ſtatuerunt. Porrò (vt legitis in Actibus apoſtolorum) erat eo tem-

Actor. 4. f

pore inter fideles cor unum & anima una, neque aliquis eorum aliquid ſuum proprium dicebat, ſed erant illis omnia communia. Nulla enim inter eos accuſatio, niſi familiaris erat, nec unquàm inter imitatores eorum aut fideles fieri debet, dicente Domino: (Quod tibi non vis fieri, alteri non facias. Et idem: (Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et, dilectio proximi malum non operatur.)

Matt. 7. b
Luc. 6. c
Tob. 4. c
Mat. 22. d

Ipſi ergò Apoſtoli & ſucceſſores eorum olìm ſtatuerunt, eos ad accuſationem non recipi, qui ſunt ſuſpecti, uel qui hæri, aut nudiuſtertiùs, uel dudùm fuerunt inimici, quoniam ſuſpecti facti ſunt? & qui non ſunt bonę conuerſationis, vel quorum uita eſt accuſabilis, aut dubij in recta fide. Similiter quorum fides, uita & libertas neſcitur, uel qui infamiæ maculis ſunt adſperſi, aut ſceleribus irretiti.

Marci 12
Luce 10. c
Rom. 13. c
3. q. 5. Suſpectos autem inimi.

Neque eos, ſacerdotes debere vel poſſe aut clericos accuſare, qui ritè ſacerdotes fieri non poſſunt, nec ſui ſunt ordinis; quoniam ſicut ſacerdotes uel reliqui clerici, à ſecularium laicorum excluduntur accuſatione, ità illi ab iſtorum ſunt excludendi & alienãdi criminatione. Et ſicut iſti ab illis, ità & illi ab iſtis nõ recipiantur: quoniam ſicut domini ſacerdotũ ſegregata debet eſſe conuerſatio ab eorum cõuerſatione, ità & litigatio, quia ſeruum Dei nõ oportet litigare. Tales chariſſ. fratres accuſationes, & iniuſtas aut nociuas æmulationes, ꝓ viribus prohibete, quia contentio ſummoperè eſt vitanda. Septiès enim cadet iuſtus in die, & reſurget, impij autem corruent in malum.

2. q. 7. Sicut ſacerdotes.

Pro. 24. a b

(Quum ceciderit inimicus tuus,) ait Salomõ, (nè gaudeas, & in ruina eius nõ exultet cor tuũ nè fortè videat Dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam. Non contendas cum peſſimis, nec æmuleris impios, quoniam non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extinguetur. Nec æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis, quia rapinam meditatur mens eorum, & fraudes labia eorũ loquuntur.) Hæc cauete chariſſimi. Hæc meditamini, & fratribus in oĩbus ſolatium præſtate: quia (in hoc cognoſcent omnes) vt ipſa per ſe ueritas ait (quoniam mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicèm.) Si enim in rebus ſecularibus ſuum cuiuſque ius, & proprius ordo ſeruandus eſt: quantò magis in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci confuſio? Quod iſta obſeruatione obſeruabitur, ſi nihil poteſtati, ſed totum æquitati tribuitur. Vndè conſtat Epiſcopos locorum ſingulorum, omnium qui ſub eorum degunt moderamine, curam habere ſolicitam, & cauſas vtilitateſque eorum cum Dei timore diſponere. Valdè ergò iniquum eſt, vt alij quilibet, omiſſi ſuis, ſe illorum cauſis admiſceant. Sed illi eorum vitam & iudicium competenti regularique debeant moderamine diſponere, qui eos in ſacerdotium ordinant, & à quibus iam ordinati ſunt: quoniam, ut lex loquitur, (maledictus omnis eſt, qui transfert terminos proximi ſui. Et dixit omnis populus, Amẽ.)

Ioan. 13. d

Deus ergò, fratres, ad hoc præordinauit uos, & omnes, qui ſummo ſacerdotio funguntur, vt iniuſtitias remoueatis, & præſumptiones abſcindatis, & in ſacerdotio laborantibus ſuccuratis, & opprobriis & calamitatibus eorum locum non præbeatis, ſed ei, qui calumniam & opprobriũ patiatur, adiutorium feratis, Illum verò, qui calumniam

3. q. 1. Deus ergo fratres.

nel

vel opprobriũ facit, abſcindatis, & Domino
in ſuis ſacerdotibus opem feratis. Sacerdo-
tes quoquè Dominus ſibi elegit, vt ſacrifi-
cent ei, & offerant oblationes Domino. Le-
uitas quoquè ſub eis eſſe iuſſit in miniſterijs
Num. 3.c eorũ. Vndè ad Moſen loquitur, dicens: (Prin-
» ceps autem principum Leuitarum Eleazar,
» filius Aaron ſacerdotis, erit ſuper excubito-
Ibidẽm g res Eccleſiæ ſanctuarij.) De his enim loqu-
» tus eſt Dominus ad Moſen: (Tolle Leuitas ꝓ
» primogenitis filiorum Iſrael, & pecora Leui-
» tarum pro pecoribus eorum, eruntq́; Leuitæ
» mei Ego Dominus.) Si Leuitas ſuos eſſe Do-
minus voluit, quantò magìs ſacerdotes ſibi
Num. 1.g adſciuit? De quibus ait: (Si quis externorum
acceſſerit, morietur.) Omnia verò, quæ Do-
mini ſunt, cautè tractanda ſunt, & nõ leuiter
præcipitanda: quoniã & inter homines pro
fidelibus habentur, qui dominorum ſuorum
cauſas benè cuſtodiunt, & fideliter tractant,
atque præcepta dominorũ ſuorum benè cu-
ſtodiunt, & non tranſgrediuntur. Pro infi-
delibus verò reputantur hi, qui dominorum
ſuorum cauſas incautè & negligẽter tractant,
& præcepta eorum deſpiciunt, & non, vt de-
bent, cuſtodiunt. Ideò hæc præmiſimus, vt
cognoſcatur ab his, quibus incognitum eſt,
quòd & ſacerdotes (quos ſibi Dominus de
omnibus adſciuit, & ſuos eſſe voluit) nõ ſunt
leuiter tractandi, nec lacerandi, nec temerè
accuſandi, aut repræhendendi, niſi à Magi-
ſtris ſuis, quoniam eorum cauſas ſibi Domi-
nus reſeruare voluit, & ſuo iudicio vindicari.
Nam in his & in alijs præceptis Domini, &
fideles cognoſcuntur, & infideles reproban-
tur. Tolerãdi enim hi ſunt potiùs à fidelibus,
quàm exprobrandi, velutì palea cum tritico,
vſque ad vltimum vẽtilabrum, ſicut piſces ma
li cum bonis, vſq; ad ſegregationem, quę futu
Matt. 13.f ra eſt in littore, hoc eſt, in fine ſeculi. Nullate
Eccle. 7 b nùs ergò poteſt condemnari humano exami-
ne, quem Deus ſuo iudicio reſeruauit, vt pro-
poſitum DEI, quo decreuit ſaluare quod pe-
rierat, fiat immobile. Et ideò, quia volũtas eius
non immutatur, nullus præſumat ea, quæ ſibi
1.Co. 6. b non ſunt conceſſa. Vndè eſt illud, quod Apo-
» ſtolus loquitur, dicẽs: (Iam quidem omninò
» delictum eſt, quia iudicia habetis vobiſcum.
» Quarè non magìs iniquitatẽ patimini? Qua-
» rè nõ potiùs fraudamini?) Ad illud redeatur,
Matt. 5.f quod Dominus ait: (Si quis voluerit tunicam
» tuam tollere, & in iudicio tecum cõtendere,
» dimitte ei & palliũ.) Et alio loco. (Qui aufert
Luc. 6.e quæ tua ſunt, nè repetas.) Sũt autem quædã,
quæ leuiſſima putarentur, niſì in ſcripturis
demonſtrarentur opinione grauiora. Quis
Matt. 5. e vnquàm dicentem fratri ſuo, Fatue, reum ge-
hennæ putaret, niſì ipſa veritas diceret? Illi ve
6.q.1. Illi qui. rò, qui illa peccata perpetrãt, de quibus Apo-
Galat. 5.d ſtolus ait, (Quoniam qui talia agunt, regnum
» Dei non conſequentur:) valdè cauendi ſunt,
& ad emendationem, ſi volũtariè noluerint,
compellendi: quia infamiæ maculis ſunt ad-
ſperſi, & in barathrum delabũtur, niſi eis ſa-
cerdotali authoritate ſubuentũ fuerit. Simi-
liter & illi, de qbus ipſe ait, Cũ huiuſcemodi 1.Cor. 5.d
hominibus nec cibum ſumere: quia infamia
ſunt notati antequàm ſacerdotali authorita-
te ſanẽtur, & in gremio ſanctæ Matris Eccle-
ſiæ redintegrentur: quia qui extra nos ſunt,
nobiſcum communicare non poſſunt. Ma-
nifeſtum eſt enim, quòd hi extra nos ſunt, &
à nobis diſcreti eſſe debent, cum quibus nos
nec edere, nec cibum ſumere licet. Similiter
& omnes perſonæ, quibuſlibet turpitudini-
bus ac ſcurrilitatibus ſubiectæ, infames ſunt
effectæ: & omnes, qui aduersùs patres arman-
tur, infames efficiuntur. (Arenam verò & ſa- Eccl. 22.b
lem & maſſam ferri facilius eſt portare, quã »
hominem imprudentem & fatuum atq; im- »
pium. Quoniam qui minoratur corde, cogi- Eccl. 16.d
tat inania: & vir imprudens & errans, cogitat »
ſtulta. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio il- Eccl. 3 c,d
lorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum: »
Cor durum malè habebit in nouiſſimo: & »
qui amat periculum, in ipſo peribit. Cor in- »
grediens duas vias, non habebit requiem, & »
* praui cordis in illis ſcãdalizabitur. Cor ne- *prauum cor in
quam grauabitur in doloribus, & peccator
adijciet ad peccandum.) Talia cogitantes ſan »
cti Apoſtoli, eorumque ſucceſſores, ſpiritu » Idẽ infrà
DEI repleti, malos homines præuidentes, & in dec.
ſimplices conſiderantes, difficilem, aut nun- Steph. 1.
quàm voluerunt eſſe accuſationem ſacerdo-
tum, nè à malis potuiſſent euerti aut ſubmo-
ueri: quia ſi hoc facilè concederetur ſeculari-
bus & malis hominibus, aut nullus, aut vix
perpauci remanerent: quoniam ſemper fuit,
& eſt, (& quod peius eſt) nimis viget, vt mali
bonos perſequantur, & carnales ſpirituales
infeſtent. Idcircò (vt prædictũ eſt) ſtatuerunt,
nè accuſarentur, aut ſi aliter fieri non poſſit,
perdifficilis eorum fieret accuſatio, & à qui-
bus (vt ſuprà dictum eſt) non præſumeretur,
neque à proprijs ſedibus aut Eccleſijs Epi-
ſcopi eijcerentur. Quod ſi quo modo præ- 3.q.1. Epiſcopi ſi à proprijs ſe.
ſumptũ fuerit, antequàm & proprius locus,
& ſua omnia eis, legibus redintegrarentur,
nullatenùs à quoquam accuſarentur aut cri-
minarentur, & niſì ſpõtè elegerint, cuiquam
pro talibus non reſponderent. Sed poſtquàm
(vt præfixũ eſt) reſtituti fuerint, & ſua omnia
eis, legibus redintegrata, diſpoſitis ordina-
tiſq́; ſuis, magnum ſpatium, tractandi cauſa,
eis concederetur. Et poſteà, ſi neceſsè fuerit,
regulariter vocati, uenirent ad cauſam: & ſi
iuſtum viſum fuerit, accuſantium propoſitio-
nibus ſuſtentatione fratrum reſponderent.
Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus 3.q.1. Epiſcopi ſi à proprijs.
eorum bona vel eccleſiæ atque res ab æmu-
lis, aut à quibuſcunque detinentur, vt aliquid
illis obijci debeat. Nec quiſquam poteſt eis
quoquo modo quilibet maiorum vel mino-
rum obijcere, dum Eccleſijs, rebus, aut pote- 11.q.1. Statuimus, vt ſi quis clericorũ
ſtatibus carent ſuis. Similiter ſtatutum eſt, &
nos eadem ſtatuta firmantes, ſtatuimus, vt ſi
aliquis

aliquis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus, aut
inſidiator fuerit, eosque criminari voluerit,
aut conſpirator fuerit, vt mox ante examina-
tum iudicium ſubmotus à clero, curiæ tradatur,
cui diebus vitæ ſuæ deſeruiat, & infamis
abſque ulla reſtitutionis ſpe permaneant. Nec
vllus unquàm præſumat, accuſator ſimul eſſe
& iudex uel teſtis: quoniam in omni iudicio
quatuor perſonas neceſsè eſt ſemper adeſſe, id
eſt, iudices electos, & accuſatores, ac defenſo-
res, atque teſtes. Similiter ſtatuentes, Apoſtoli-
ca authoritate iubemus, nè paſtorem ſuũ oues,
quæ ei commiſſæ fuerãt, niſi in fide errauerit,
reprehẽdere audeãt: quia facta præpoſitorũ,
oris gladio feriẽda nõ ſunt, neq; poteſt eſſe di-
Mat. 10. c ſcipulus ſuper Magiſtrum, dicẽte ueritatis uo-
ce: (Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum, nec
Luc. 6 f ſeruus ſuper dominum ſuum. Odibilis autem
Eccl. 10 a c coram Deo & hominibus eſt ſuperbia, & exe-
crabilis omnis iniquitas.) Perdidit Deus me-
moriam ſuperborum, & reliquit memoriam
humilium ſenſu. Semen hominum honora-
bitur hoc, quod timet Deum. Semen autem
hoc exhonorabitur, quod præterit mandata
Domini. In medio fratrum, rector illorum in
honore; & qui timent Dominum, erunt in
Eccl. 10 d oculis eius. (Fili,) ait Salomõ, (in mãſuetudine
Eccl. 11 a ſerua animam tuam, & da illi honorem, cui
honor competit.) Priuſquàm interroges, nè
vituperes quenquam: & quum interrogaue-
ris, corripe iuſtè. Priuſquã audias, nè reſpon-
deas verbum; & in medio ſeniorum nè adij-
Gene. 9 c d cias loqui. Exemplo Cham filij Noe, damnan
tur qui patrum ſuorum culpas in publicum
producunt, aut eos accuſare vel detrahere præſu
Sup. habetur idem in epiſt. Anacle. munt: veluti Cham, qui patris ſui Noe puden
da non operuit, ſed deridenda monſtrauit.
Similiter & illi exemplo Sem & Iaphet iuſti-
ficantur, qui reuerenter operiunt, & non pro-
dunt ea, quæ patres ſuos exceſſiſſe cogno-
ſcunt. Si enim à fide deuiauerit Epiſcopus,
erit corrigendus priùs ſecretè è ſubditis ſuis.
Quòd ſi incorrigibilis (quod abſit) apparue-
rit, tunc erit accuſandus ad primates ſuos, aut
ad ſedem Apoſtolicam. Pro alijs verò acti-
bus ſuis magis eſt tolerandus ab ouibus & ſub
ditis ſuis, quàm accuſandus, aut publicè dero-
gandus: quia quum in eis à ſubditis delinqui-
tur, eius ordinationi obuiatur, qui eos eis
Rom. 13. a præfulit, dicente Apoſtolo: Dei ordinationi re
ſiſtit, qui poteſtati reſiſtit. Qui verò omni-
21. q. 3. Qui omnipot. potentem Deum metuit, nec contra Euange-
lium, nec contra Apoſtolos, nec contra Pro-
phetas, vel ſanctorum Patrum inſtituta, ali-
quid vllo modo agere conſentit. Sacerdotes
ergò honorandi ſunt, non lacerandi vel ex-
Eccl. 7. d probandi ſunt. Legitur in Eccleſiaſtico: (In
tota anima tua time Deum, & ſacerdotes il-
lius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum
qui te fecit, & miniſtros eius non derelinquas
Honora Deum ex tota anima tua, & ho-
norifica ſacerdotem, & propurga te cum bra-
chijs. Da illi partem, ſicut mandatum eſt tibi,
primitiarum & purgationis, & de negligen-
tia purga te cum paucis. Datum brachiorum
tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offe-
res Domino & initia ſanctorum: & pauperi
porrige manum tuam, vt perficiatur propicia-
tio & benedictio tua.) Hæc non tantummodò
vobis, ſed omnibus fratribus per uos nota fie-
ri volumus, vnanimes, unum ſentientes, per- Philip. 2. a
maneamus in Chriſto. Nihil per cõtẽtionem
nobis, neque per inanem gloriam vindicantes,
non hominibus, ſed Deo Saluatori noſtro pla
centes. Cui eſt honor & gloria in ſeculorum
ſecula. Amen.

In decre. Iuonis lib. 4. alios accuſatores idoneos, defenſores congruos, atque teſtes legitimos. Iudices autem debent uti æquitate, teſtes veritate, accuſatores intentione ad amplificandam cauſam, defenſores extenuatione ad minuendam cauſam.

EPISTOLA FABIANI PAPÆ TERTIA.

Ad Hilarium Epiſcopum.

1 *Qui non debeant admitti ad accuſationem.*
2 *De peregrinis iudicijs.*
3 *De pulſatis.*
4 *Si quis iratus crimen obiecerit, vel obiecta non probauerit.*
5 *Si Epiſcopus accuſatus ſedem Apoſtolicam appellauit.*

Dilectiſſimo Fratri Hilario Epiſcopo Fa-
bianus: Diuinæ circa nos gratiæ memo
res eſſe debemus, qui nos per dignationis ſuæ
miſericordiam, ob hoc ad faſtigium ſacerdota-
le prouexit, vt mandatis ipſius inhęrentes, &
in quadam ſacerdotum eius ſpecula conſti-
tuti, prohibeamus illicita, & ſequenda docea-
mus. Intantum enim in occiduis partibus, qui-
bus moraris, audiuimus aſtutiam diaboli ſæ-
uire in populum Chriſtianum, atque multi-
plici deceptione prorumpere, vt non ſolùm
laicos ſeculares, ſed ipſos quoquè Domini ſa-
cerdotes premat atque vexet. Vndè, in gran-
di mœrore poſiti, diſſimulare non poſſumus,
quod corrigere atrociter debemus. Quapro- Hęc ad finem vſq; epiſtolæ habentur etiam in dec. Sixti 4.
pter competens adhibenda eſt talibus medela
vulneribus, nè immatura curãdi facilitas, mor
tifera capitis peſte nihil poſſit, ſed ſegniùs tra
cta pernicies, reatu non legitimę curationis,
inuoluat pariter ſanciatos & medentes. Ob id
ergo ſtatuentes decernimus, ut hi, qui nõ ſunt 1.
bonæ conuerſationis, aut quorum uita eſt ac-
cuſabilis, aut quorum fides, uita & libertas ne-
ſcitur, non poſſint Domini ſacerdotes accuſa-
re, ne uiles perſonæ ad accuſationem eorum ad
mittantur. Similiter hi, qui in aliquibus crimi
nibus irretiti ſunt, uel qui ſunt ſuſpicioſi, vo-
cem aduerſùm maiores natù non habeant ac-
cuſandi: quia ſuſpicioſa uox & inimica, ue-
ritatem ſolet opprimere. Peregrina uerò iu-
dicia, ſalua in omnibus Apoſtolica authori- 11.
tate,

tate, generali, ſanctione prohibemus: quia in-
dignum eſt ab externis, vt iudicetur, qui pro-
3.q.6. Si quis epiſcoporũ. uinciales, & à ſe electos debet habere iudi-
ces, niſi fuerit appellatum. Vndè oportet, ſi
aliquis Epiſcoporum ſuper certis accuſetur
criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui ſunt
in prouincia Epiſcopis: quia non oportet ac-
3.q.6. Si quis iudicem. cuſatum alicubi, quàm in foro ſuo, audiri. Si
quis uerò iudicẽ aduerſum ſibi ſenſerit, vo-
cem appellationis exhibeat. Appellantẽ autẽ
non debet afflictio vlla autem detentionis in-
iuriare cuſtodia: ſed liceat appellatori, vitia-
tam cauſam appellationis remedio ſubleua-
re. Liceat etiàm in cauſis criminalibus appel-
III. lare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem
3.q.6. Pulſatus ante. ſupplicio ſententia deſtinârit. Pulſatus, ante
ſuum iudicem cauſam dicat: & ante non ſuũ
iudicem, pulſatus, ſi voluerit, taceat: & ut pul-
ſatis, quotiès appellauerint, induciæ dentur.
Si quis ergò iratus, crimen aliquod cuilibet te-
IIII. merè obiecerit, conuicium non eſt pro accu-
ſatione habendum: ſed, permiſſo tractandi
ſpatio, id, quod iratus dixit, per ſcripturam
ſe probaturum eſſe fateatur: vt, ſi fortaſsè re-
ſipiſcens, quæ præ iracundia dixit, iterare aut
ſcribere noluerit, non ut reus criminis tenea-
3.q.6 Qui crimen. tur. Omnis ergò qui crimen obijcit, ſcribat ſe
probaturum. Reuerà ſemper ibi cauſa aga-
tur, vbi crimen admittitur. Et qui non proba-
uerit quod obiècit, pœnam quam intulerit,
V. ipſe patiatur. Placuit etiam, vt ſi Epiſcopus ac-
cuſatus, appellauit ad Apoſtolicam ſedem, id
ſtatuendum, quod eiuſdem ſedis pontifex cẽſ
In dec. lino lib. 4. fuerit. Hæc tamen omninò in ſacerdotum cau
ſa forma ſeruetur, nè quenquam ſententia, nõ
à ſuo iudice dicta, conſtringat. Occurrere
quoquè quiſque fidelium ruinis debet op-
* conſilio preſſorum & miſerorum * ſubſidio, quo ua-
leant, ex reuelatione alienæ vindictæ, à ſe Dei
remouere vindictã. Libat enim Domino pro-
ſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa. Vndè ſcri-
Prou.18.c ptum eſt: (Frater fratrem adiuuans, exaltabi
tur.) Eccleſia enim Dei ſinè macula & ruga de-
bet exiſtere, & ideò non oportet eã à quibuſ-
dam conculcari aut maculari, quia ſcriptum
Cant.6.c eſt: (Vna eſt colũba mea, perfecta mea.) Hinc
Exod.33.d iterùm Dominus ad Moſen ait: (Eſt locus pe-
nès me, & ſtabis ſuper petram.) Qui eſt locus,
qui non ſit Domini, dum cuncta in ipſo, per
quem creata ſunt, continentur? Eſt tamẽ locus
apud Deum, videlicet ſanctæ Eccleſiæ vnitas, ĩ
qua ſupra petram ſtat, dũ cõfeſſionis ſoliditas
humiliter tenetur. Te frater, & omnes fratres
noſtros Eccleſiam Chriſti ſanguine redem-
ptam regentes, monemus, vt omnes à præci-
pitio, in quo fratres & Domini paſtores de-
trahendo & perſequendo, verbis & factis la-
buntur, laqueis quibus poteſtis, retentetis, &
* labi eos in imo nõ * lacerari eos in hamo iræ non permittatis, quia
ſcriptum eſt: Ira enim viri, iuſtitiam Dei non
Iaco.1.c operatur. Hinc rurſùm dicitur: Sit omnis ho-
mo velox ad audiendum, tardus autem ad
loquendum, & tardus ad iram. Hæc autem
vos, Deo authore, omnia ſeruare non am-
bigo, ſed occaſione admonitionis exorta,
bonis veſtris deſideriis & operibus me fur-
tiuè ſubiungo, vt quod, non admoniti, faci-
tis, quandò uobis etiàm admonens additur,
iam non ſoli faciatis. Quapropter, fratres,
oportet uos & omnes fideles diligere inuicẽ,
& non detrahere aut accuſare alterutrùm. ſcri Eccl.27.c.d
ptum eſt enim: (Dilige proximum, & * con-
iungere fide cum illo. Quòd ſi denudàueris * coniunge fidem
abſconſa illius, non perſequeris poſt eum.
Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum,
ſic qui perdit amicitiam proximi ſui: & ſicut
qui dimittit auem de manu ſua, ſic qui dere-
liquiſti proximum tuum, & non eum capi-
es. Non illum ſequaris, quoniam longè abeſt.
Effugit enim quaſi caprea de laqueo, quo-
niam vulnerata eſt anima eius. Vltrà eum non
poteris colligare, & maledicti eſt concorda-
tio. Denudare autem amici myſteria, deſpe-
ratio eſt animæ infelicis. Annuens oculo, fa-
bricat iniqua, & nemo eum abiiciet. In con-
ſpectu oculorum tuorum conculcabit os ſuũ,
& ſuper ſermones tuos admirabitur: No-
uiſſimè, autẽ peruertet os ſuum, & in verbis
tuis dabit ſcandalum. Multa audiui, & non co
æquaui ei, & Dominus odiet illum. Qui in
altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet
& plaga doloſa, doloſi diuidet vulnera. Qui
fodit foueam, incidet in illam: & qui ſtatuit
lapidem proximo offendet in eo: & qui la-
queum alij ponit, peribit in illo. Facienti con-
ſilium nequiſſimũ, ſuper ipſum deuoluetur:
& non agnoſcet, vndè adueniet illi. Illuſio &
improperium ſuperborũ, & uindicta, ſicut leo
inſidiabitur illis. Laqueo peribunt, qui oble-
ctantur caſu iuſtorum: dolor autem conſu-
met illos antequã moriantur. Ira & furor, vtra-
que execrabilia ſunt: & vir peccator, conti- Eccl.28.b
nens erit illorum. Qui vindicari vult, à Deo
inueniet vindictam: & peccata illius ſeruans,
ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, &
tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Ho-
mo homini reſeruat iram, & à Deo quærit me
delam? In hominem ſibi ſimilem non habet * deprecaſ Ipſe
miſericordiam, & de peccatis ſuis * depreca-
tur altiſſimum? Ipſe, dum caro ſit, reſeruat irã
& propiciationem petit à Deo? Quis exora-
bit pro delictis illius? Memento nouiſſimo-
rum, & deſine inimicari. Tabitudo enim &
mors imminent in mandatis eius. Memorare
timorem Dei, & non iraſcaris proximo. Me-
morare teſtamenti altiſſimi, & deſpice igno-
rantiam proximi. Abſtine te à lite, & minues
peccata. Homo enim iracundus incendit li-
tẽ, & vir peccator turbabit amicos, & in me-
dio pacem habentium immittet inimicitiam.
Secundùm enim ligna ſyluæ, ſic ignis exar-
deſcet: & ſecundùm virtutem hominis, ira-
cundia illius erit, & ſecundùm ſubſtantiam
ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſti-
natum incendet ignem, & lis feſtinans effun-
det ſanguinem, & lingua teſtificans adducet
mor-

mortem. Si ſufflaueris, quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur, & vtraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis, maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requieſcat. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic, quomodò qui interierunt per linguam ſuam. Beatus, qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiã illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum eius, & vinculis eius non eſt ligatus. Iugum enim illius, iugum ferreum eſt: & vinculum illius, vinculum æreum eſt. Mors illius, mors nequiſſima: & vtilis potiùs infernus, quàm illa. Perſeuerantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias iniuſtorum. In flamma ſua non comburet iuſtos. Qui derelinquunt Dominum, incident in illam: & exardeſcet in illis, & non extinguetur: & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos. Et attende, nè fortè labaris in lingua tua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.) Iſta caueant omnes, & cohibeant linguã

Pſalm. 33. ſuam à malo, & labia eorum nè loquantur dolum. (De cæterò, chariſſimi, confortamini in

Epheſ. 6. b c Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli; Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus princeps & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Proptereà accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergò, ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritûs, quod eſt verbum Dei.) Hæc, frater, quę tibi ſcripſimus, generaliter omnibus nota fieri volumus, ut quæ cæteros tangunt, omnibus nota fiant. Omnipotens Deus te, frater, & reliquos fratres noſtros, vbiquè conſiſtentes, protegat vſq; in finem, qui cunctum mundum dignatus eſt redimere, Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui eſt benedictus in ſecula, Amen. Data decimo ſeptimo Kalendas Nouembris, Aphricano & Decio viris clariſſimis conſulibus.

In Fabiani tempora videtur referẽda ſynodus Philadelphiæ in Arabia habita contra hæreſim Berylli Boſtrorum Arabiæ epiſcopi, qui Origenis maximè opera reſipuit, de quo Euſeb. lib. 6. Hiſt. Cap. 26. Trip. lib. 6. c. 20. Item alia Alberæ in Arabia contra hæreticos quoſdam Arabes, qui Origenis opera ad ſanitatem rediere. de quo Euſeb. Cap. 30. eiuſdem libri.

DECRETA FABIANI, EX DEcreto Gratiani deſumpta, nec prioribus inſerta.

Inedijs maceretur acerrimis, qui fratri ſuo reconciliari non vult.

Si quis contriſtatus noluerit reconciliari fratri ſuo, ſatisfaciente eo, qui contriſtauit, acerrimis macteretur inedijs, vſque dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat. Diſt. 90. Si quis contriſtatus.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Infamis efficitur, qui ſciens pierare præſumit.

Quicunque ſciens ſe pierauerit, quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos pœniteat. Et nunquàm ſit ſinè pœnitentia. Et nunquàm in teſtimonium recipiatur, communionem tamen poſt hæc percipiat.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Furioſus & furioſa, matrimonium contrahere non poſſunt.

Neque furioſus, neque furioſa matrimonium contrahere poſſunt. Sed ſi contractum fuerit, non ſeparentur. 32. q. 7. Neque furioſus. Et in decre. Iuo. lib. 6.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Affines in quinta generatione copulari poſſunt: in quarta, ſi fuerint inuenti, non ſeparentur.

De propinquis, qui ad affinitatem per virum & vxorem ueniunt, defuncta uxore uel viro, in quinta generatione coniungantur: in quarta, ſi inuenti fuerint, non ſeparentur. In tertia tamen propinquitate non licet vxorem alterius accipere poſt obitum eius. Æqualiter vir coniungatur in matrimonio eis, quæ ſibi conſanguineæ ſunt, & vxoris ſuæ conſanguineis, poſt mortem ſuæ vxoris. 35. q. 2. & 3. De propinquis.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Ad titulum immediatè præſcriptum.

Qui propinquam ſanguinis vxorem ducunt, & ſeparantur, non licebit eis quandiù vtrique viuunt, alias vxores ſibi in coniugio ſociare, niſi ignorantia excuſentur. Eodẽ ca.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Conſanguinei ſanguine, vel ſi progenies defeceſſit, antiqui & veraces propinquitatem in ſynodo computent.

Conſanguineos extraneorum nullus accipiat, vel conſanguinitatem in ſynodo computet, ſed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id eſt, pater & mater, ſoror & frater, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, [illegible] qui- bus eadem propinquitas nota eſt, Epiſcopus canonicè perquirat: & ſi inuenta fuerit propinquitas, ſeparentur.

33. q. 6. conſanguineos. extraneorum. Et in dec. Iuo. lib. 7.

EIVSDEM EX GRATIANO.

[illegible]

Et ſi non [illegible] laici homines communicent: niſi fortè quis [illegible] tur in Paſcha videlicet & Pentecoſtes, & natali Domini.

De conſ. diſt. 1. Et ſi non. Et in dec. Iuo. lib. 1.

EIVSDEM EX GRATIANO.

[illegible]

Si quis triginta annos ſuæ ætatis non impleuerit, nullo modo presbyter ordinetur, etiamſi valdè ſit dignus: quia & ipſe Dominus triginta annos (cum) baptizatus eſt, & ſic cœpit docere. Non oportet ergo, qui ordinandus eſt, vſque ad hanc ætatem legitimam confectari.

Diſt. 78. Si quis. Et in de. Iu. li. 3.

EIVSDEM DECRETA EX CODICE decretorum, ſcilicet librorum libro quinto, capite ſeptimo.

Vt oblatio altaris ſingulis diebus Dominicis fiat.

Decernimus, vt in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus fiat, tam panis quàm vini, vt per has immolationes à peccatorum ſuorum faſcibus liberentur.

EIVSDEM DECRETA EX eodem, capite nono.

Vt presbyter illiteratus Miſſam celebrare non audeat.

Sacrificium non eſt accipiendum de manu ſacerdotis, qui nec ſubtiles orationes, & pleniquas obſeruationes in Miſſa ſecundùm ritum implere non poteſt.

DIVI CYPRIANI CARTHAGINENSIS EPISCOPI
& Sanctiſſimi martyris Epiſtolæ aliquot, PAVCÆ ITEM CLERI ROMANI

certa ratione collocatæ ſunt; quod multum conferant ad cognitionem illorum temporum. In quibus Epiſtolis ſeruata, eſt ratio temporis obſeruari à Pamelio.

DIVI CYPRIANI EPISTOLA ad Clerum Vrbis Romæ, de dormitione Epiſcopi Romani.

Lib. 3. Epiſt. 21. [illegible] Pamelij.

CYPRIANVS presbyteris & diaconib. Romæ cõſiſtẽtibus fratribus, ſalutem. Cùm de exceſſu boni uiri collegæ mei rumor apud nos incertus eſſet, fratres chariſſimi, & opinio dubia nutaret, accepi à uobis literas ad me miſſas per * Clementem hypodiaconum, quibus pleniſſimè de glorioſo eius exitu inſtruerer. Et exultaui ſatis, quòd pro integritate adminiſtrationis eius, conſummatio quoque honeſta proceſſerit. In quò vobis quoq; plurimùm gratulor, quòd eius memoriam tam celebri & illuſtri teſtimonio proſequamini, ut per eos innoteſcere nobis, quod & uobis eſſet circa præpoſiti memoriam glorioſum, & nobis quoque fidei ac uirtutis præberet exemplũ. Nã quantum perniciosa eſt ad ſequentiũ lapſum, ruina præpoſiti, in tantùm contrà utile eſt & ſalutare, cùm Epiſcopus ſe per firmamentũ fidei fratribus præbet imitandum. Legi etiam alias literas, quibus nec qui ſcripſerint, nec ad quos ſcriptũ ſit, ſignificanter expreſſum eſt. Et quoniam me in iſdem literis & ſcriptura, & ſenſus, & chartæ ipſæ quoq; mouerũt, ne quid ex uero uel ſubtractũ ſit uel immutatũ, eandem ad uos epiſtolam authenticam remiſi, vt recognoſcatis an ipſa ſit, quàm Clementi hypodiacono perferendam dediſtis: perquàm etenim graue eſt, ſi epiſtolæ clericæ ueritas mendacio aliquo & fraude corrupta eſt. Hoc igitur vt ſcire poſſimus, & ſcripturam & ſubſcriptionem, an ueſtra ſit, recognoſcite, & nobis quid ſit in uero reſcribite. Opto uos, fratres chariſſimi, ſemper benè ualere.

*Crementium.

CLERI ROMANI AD CLERVM Carthaginenſem de receſſu D. Cypriani.

ARG. Intellexit Clerus Romanus à Clementio Hypodiacono receſſiſſe Cyprianum in perſecutione pro ſua iniquitate, fidei Clerum Carthaginenſem offi- cij ſui admonet ac inſtruit, quid circa lapſos interea dum abeſt illorum Epiſcopus, fieri oporteat.

Scripta ſede uacante, per mortem S. Fabiani quæ ſatis indicat prærogatiuam Eccleſiæ Romanæ.

DIDICIMVS ſeceſſiſſe Benedictum Papam Cyprianum, à Clementio Subdiacono

cono, qui à vobis ad nos venit certs ex cauſa; quod vtiq; recte fecerit, propierea qnod cum ſit perſona inſignis, & imminente agone quẽ permiſit Deus in ſæculo colluctandi cauſa cũ aduerſario, ſimul cum ſeruis ſuis, voleos etiam Angelis & Hominibus certsmen hoc manifeſtare, vt qui vicerit coronetur: victus verò portauerit in ſe ſententiam, quæ nobis manifeſta eſt: Et cum incumbat oobis qui videmur præpoſiti eſſe & Vice paſtoris, cuſtodire gregem; ſi oegligentes inueniamur, dicetur oobis qnod & anteceſſoribus noſtris

Ezec. 34. dictum eſt, qui tam negligentes præpoſiti erant: qooniam perditum non requiſiuimus, & errantem non correximus, & claudum non colligauimus, & lac eorum edebamus, & lanis eorum operiebamur: Denique & ipſe Dominus implens, quæ erant ſcripta in lege &

Ioan. 16. Prophetis, docet, dicens: Ego ſum paſtor bonus, qui pooo animam meam pro ouibus meis: mercenarius antem & cuius non ſunt ptopriæ oues, cum viderit lupom venientem, relinquens effugit, & lupus diſpergit oues:

Ioan. 21. ſed & Simoni ſic dicit; Diligis me? reſpondit, Diligo, ait ei, Paſce oues meas. Hoc verbum factum ex actu ipſo qno ceſſit cognoſcimus, & cæteri diſcipuli ſimiliter feceruot. Nolumus ergo fratres dilectiſſimi, vos Mercenarios inueoire, ſed bonos paſtores, cum ſciatis tum non minimum periculum incumbere, ſi oon hortati fueritis; fratres noſtros ſtare in fide immobiles, ne præceps iens ad idololatriam funditus eradicetur fraternitas. nec enim hoc ſolum verbis vos hortamur, ſed diſcere poteritis à pluribus à nobis ad vos venientibus, quoniam ea omnia nos Deo adiuuante & fecimus & facimus cum omni ſollicitudine & periculo ſeculari, ante oculos plus habentes timorem Dei, & pœnas perpetuas, quam timorem homioum & breuem iniuriã; non deſerentes fraternitatem, & hortantes eos ſtare io fide, & paratos eſſe debere ire cum Domino: ſed & aſcendentes ad hoc qnod compellebantur, reuocauimus. Eccleſia iſta fortis in fide, licet quidam terrore ipſo compulſi, ſiue quod eſſent ioſignes perſonæ, ſiue adprehenſi timore homioum reuertuntur: quos quidem ſeparatos a nobis non dereliqoimus, ſed ipſos cohortati ſumus & hortamur agere pœnitentiam, ſi quo modo indulgentiam potuerunt recipere ab eo qui poteſt præſtare: ne ſi relicti fuerint à nobis, peiores efficiantur. Videtis ergo fratres, quoniam & vos hoc facere debetis, vt etiam illi qui ceciderunt, hortatu veſtro corrigentes animos eorum, ſi adprehenſi fuerint iterato, confiteantur, vt poſſint priorem errorem corrigere. Et alia quæ incumbunt vobis, etiam ipſa ſubdidimus, vt ſi, qui io hanc tentationem inciderunt, cœperint adprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti ſui, & deſiderent communionem, vtique ſubueniri eis debet. Siue viduæ, ſiue Clydomeni, qui ſe exhibere nõ poſſuot, ſiue hi qui in carceribus ſunt, ſiue excluſi à ſedibus ſuis, vtique habere debent qui eis miniſtrent. Sed & cathecumeni adprehenſi infirmitate, decepti eſſe oõ debebũt, vt eis ſubueniatur: & quod maximum eſt, corpora Martyrum, aut cæterorum ſi oon ſepeliaotur, grande periculum imminet eis quibus incumbit hoc opus. Cuiuſcunque ergo veſtrum quacumque occaſiooe effectum fuerit hoc opus, certi ſumus eum bonũ ſeruum æſtimari, vt qui in minimo fidelis fuit, cooſtituatur ſuper decem ciuitates. Luc. 19. Faciat autem Deus, qui omnia præſtat ſperantibus in ſe, vt omnes nos in his operibos iooeniamur. Salutant vos fratres qui ſunt in vinculis, & presbyteri & tota Eccleſia, quæ & ipſa cum ſumma ſollicitudine excubat pro omnibus qui inuocãt nomẽ Domini. Sed & nos petimus mutua vice, memores ſcitis noſtri. Sciatis autem Baſſianum perueniſſe ad vos, & petimus nos, qui habetis zelum Dei, hatum literum exemplũ ad quoſcumq; poteritis, tranſmittere, per idoneas occaſiones, vel veſtras, faciatis, ſiue nuncium mittatis, vt ſtẽt fortes & immobiles in fide. Optamus vos cariſſimi bene valere.

EPISTOLA PRESBYTERORVM ac diaconorum Romæ cooſiſtentium, ad Cyprianum Epiſcopum Charthaginenſem.

CYPRIANO Papæ, presbyteri & diaconi Romæ conſiſtentes, ſalutem. 31. iuxta editionẽ Pamelij. lib. 2. ep. 7

Quanquam benè ſibi conſcius animus, & Euaogelicæ diſciplinæ vigore ſubnixus, & verus ſibi in decretis cœleſtibus teſtis effectus, ſoleat ſolo iudice Deo eſſe contentus, nec alterius aut laudes petere, aut accuſatiooes pertimeſcere: tamen geminata ſunt laude condigni, qui cùm conſcientiam ſciant Deo ſoli debere ſe iudici, actus tamen ſuos deſiderant etiã ab ipſis ſuis fratribus comprobari. Quod te, frater Cypriane, facere non mirum eſt, qui pro tua verecundia & ingenita induſtria, conſiliorum tuorũ nos oon tam iudices voluiſti, quàm participes iouenire, vt in tuis rebus geſtis laudẽ tecum, dum illas probamus, iouenitemus, & tuorum cooſiliorum bonorum cohæredes, quia & affirmatores, eſſe poſſimus. Idẽ enim omnes crederemur operati, in quo deprehenderemur eadem omoes cenſuræ & diſciplinæ conſeoſiooe ſociati. * Credimur. * Depræhẽdimur. Quid enim magis, aut in pace tam aptum, aut in bellis perſecutionis tam neceſſariom, quam debitam ſeueritatem diuini vigoris tenere? Quam qui remiſerit, inſtabili rerum curſu erret ſemper neceſsè eſt, & hùc atq; illùc varijs & incertis negociorum tempeſtatibus diſſipetur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernaculo, nauem Eccleſiaſticæ ſalutis illidat io ſcopulos: vt appareat, non alitèr ſaluti Eccleſiaſticæ conſuli poſſe, niſi ſi qui & contra ipſam faciunt, quaſi quidam aduerſi fluctus repellantur

& diſciplinæ ipſius ſemper cuſtodita ratio,
quaſi ſalutare aliquod gubernaculum in tem-
peſtate ſeruetur. Nec hoc nobis nunc nupèr
conſilium cogitatum eſt, nec hæc apud nos
aduerſus improbos modò ſuperuenerunt re-
pentina ſubſidia: ſed antiqua hæc apud nos ſe-
ueritas antiqua fides, diſciplina legitur anti-
qua: quoniam nec tâtas de nobis laudes Apo-
Rom. 1. a ſtolus protuliſſet dicendo, Quia fides veſtra
prædicatur in toto mundo, niſi iam exindè vi-
gor iſte radices fidei de tẽporibus illis mutua-
tus fuiſſet, quarum laudum & gloriæ degene-
rem fuiſſe, maximum crimen eſt. Minus eſt.n.
dedecoris, nũquàm ad præconium laudis, ac-
ceſſiſſe, quam de faſtigio laudis ruiſſe: Minus
eſt criminis, honoratum bono teſtimonio non
fuiſſe, quàm honorem bonorum teſtimonio-
rum perdidiſſe: Minus eſt, ſinè prædicatione
virtutum ignobilem ſine laude iacuiſſe, quàm
exhæredem fidei factũ, laudes proprias per-
didiſſe. Ea enim quæ in alicuius gloriam pro-
feruntur, niſi anxio & ſolicito labore ſeruen-
tur, in inuidiã maximi criminis intumeſcunt.
Hoc nos non falsò dicere, ſuperiores noſtræ
literæ probauerunt, in quibus vobis ſententiã
noſtram dilucida expoſitione protulimus: &
aduerſos eos, qui ſeipſos infideles illicita ne-
fariorum libellorum profeſſione prodiderât.
quaſi euaſuri irretientes illos diaboli laqueos
viderentur, quo non minùs, quam ſi ad nefa-
rias aras acceſſiſſent, hoc ipſo quòd ipſum
conteſtati fuerant, tenerentur, ſed etiam ad-
uerſus illos qui acta feciſſent, licèt præſentes,
cùm fierent, non affuiſſent, cùm præſentiam
ſuam vtiquè, vt ſic ſcriberentur mandando,
feciſſent. Non eſt enim immunis à ſcelere, qui
vt fieret, imperauit: nec eſt alienus à crimine,
cuius conſenſu, licet non à ſe admiſſum, crimẽ
tamen publicè legitur. Et cùm totum fidei Sa-
cramentum, in confeſſione Chriſti nominis
intelligatur eſſe digeſtum, qui fallaces in excu-
ſatione præſtigias quærit, negauit: & qui vult
videri propoſitis aduerſus euãgelium vel edi-
ctis, vel legibus ſatisfeciſſe, hoc ipſo iam pa-
ruit, quod videri paruiſſe ſe voluit. Necnon &
cõtra illos quoque, qui illicitis ſacrificijs ma-
nus ſuas atque ora polluerant, pollutis ante
mentibus proprijs, vnde etiam ſunt ipſæ ma-
nus atque ora polluta fidem noſtram conſen-
ſumq; monſtrauimus. Abſit enim ab Eccleſia
Romana, vigorem ſuũ tam prophana facilita-
te dimittere, & neruos ſeueritatis, euerſa fi-
dei maieſtate, diſſoluere, vt cùm adhuc non
tantum iaceant, ſed & cadant euerſorum fra-
trum ruinæ, properata nimis remedia com-
municationum, vtique non profutura præſten
tur, & noua per miſericordiam falſam vulne-
ra, veteribus tranſgreſſionis vulneribus im-
primantur, vt miſeris ad euerſionem maio-
rem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim indul-
gentiæ poterit medicina proficere, ſi etiam
ipſe medicus inter præcepta pœnitentiæ in-
dulget periculis, ſi tantummodò operit vul-
nos, nec ſinit neceſſaria temporis remedia ob-
ducere cicatricem? Hoc non eſt curare, ſed (ſi
dicere verum volumus) occidere. Quanquàm
Confeſſorum quoque, quos hîc adhuc in car-
cerem dignitas ſuæ confeſſionis incluſit, &
ad certamen Euangelicum ſua fides in confeſ-
ſione tam glorioſa ſemel coronauit, literas ha-
beas, conſpirantes cum literis noſtris, qui-
bus ſeueritatem Euangelicæ diſciplinæ protu-
lerunt, & illicitas petitiones ab Eccleſiæ pu-
dore reuocârunt. Niſi hoc feciſſent, diſcipli-
næ Euangelicæ ruina non facilè ſarciretur:
præſertim cùm nulli magis tam congruens
eſſet, tenorem Euangelici vigoris illibatum,
dignitatemque ſeruare, quàm qui ſe excru-
ciandos & excarnificandos pro Euangelio fu-
rentibus tradidiſſent, ne martyrij honorem
meritò perderent, ſi in occaſione martyrij,
præuaricatores Euangelij eſſe voluiſſent. Nam
qui quod habet, non cuſtodit in eo, ex quo
illud poſſidet, dum id ex quo poſſidet, violat,
amittit illud quod poſſidebat. In quo loco ma-
ximas tibi atque vberes gratias referre debe-
mus, & reddimus, quòd illorum carceris tene-
bras literis tuis illuminâſti: quod ad illos veni-
ſti, quo modò introire potuiſti: quòd illorum
animos ſua fide & confeſſione robuſtos, tuis
allocutionibus literiſque recreâſti: quod feli-
citatis eorum condignis laudibus proſecutus,
accendiſtis ad multò ardentiorem cœleſtis glo
riæ cupiditatem: quod pronos impuliſti: q;
vt credimus & optamus, victores futuros,
viribus tui ſermonis animâſti. Quanquàm
hoc totum de fide confitentium, & de diuina
indulgentia venire videatur, tamen in marty-
rio ſuo tibi ex aliquo debitores facti eſſe vi-
dentur. Sed vt ad id, vndè digreſſus ſermo vi-
debatur eſſe, rurſus reuertatur: quales literas
in Siciliam quoque miſerimus, ſubiectas ha-
bebis. Quanquàm nobis differendæ huius rei
neceſſitas maior incumbat, quibus (poſt ex-
ceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani)
nondum eſt Epiſcopus propter rerum & tem-
porum difficultates conſtitutus, qui omnia
iſta moderetur, & eorum qui lapſi ſunt, poſ-
ſit cum authoritate & cum conſilio habere ra-
tionem. Quanquàm nobis in tam ingen-
ti negotio placeat, quod & tu ipſe tractâſti
priùs, Eccleſiæ Pacem ſuſtinendam: deindè
ſic collatione conſiliorum cum Epiſcopis,
presbyteris, diaconis, confeſſoribus, pariter
adſtantibus laicis, facta, lapſorum tractare ra-
tionem. Per quàm enim nobis & inuidioſum
& oneroſum videtur, non per multos exami-
nare, quod per multos commiſſum videatur
fuiſſe, & vnum ſententiam dicere, cùm tam
grande crimen per multos diffuſum notetur
exiiſſe: quoniam nec firmum decretum poteſt
eſſe, quod non plurimorum videbitur ha-
buiſſe conſenſum. Adſpice totum orbem penè
vaſtatum, & vbique iacere deiectorum reli-
quias: & idcircò tam grande expeti cõſilium,
quàm latè propagatum videtur eſſe delictum.

Non

Non ſit minor medicina, quàm vulnus eſt: non ſint minora remedia, quàm funera: vt quo modò, qui ruerunt, ob hoc ruerũt, quòd cæca temeritate nimìs incauti fuerunt: ità qui hoc diſponere nituntur, omni conſiliorum moderamine vtantur, nè, quid non vt oportet factum, tanquàm irritum ab omnibus iudicetur. Vno igitur eodemq́ue conſilio, ijſdem precibus & fletibus tam nos, qui vſque adhùc videmur temporis iſtius ruinas ſubterfugiſſe, quàm illi, qui in has temporis videntur clades incidiſſe, diuinam Maieſtatem deprecantes, pacem eccleſiaſtico nomine poſtulemus. Mutuis votis nos inuicèm foueamus, cuſtodiamus, armemus: oremus pro lapſis, vt erigantur: oremus pro ſtantibus, vt non ad ruinas vſque tententur: oremus, vt qui cecidiſſe referuntur, delicti ſui magnitudinem agnoſcentes, intelligant, non momentaneam neq; præproperam deſiderare medicinam. Oremus, vt effectus indulgentiæ, lapſorum ſubſequatur pœnitentiam: vt intellecto ſuo crimine velint nobis interim præſtare patientiã, nec adhùc fluctuantem turbent Eccleſiæ ſtatum, nè interiorem nobis perſecutionem ipſi incendiſſe videantur: & accedat ad criminum cumulum, quòd etiàm inquieti fuerunt. Maximè enim illis congruit uerecundia, quorum in delictis damnatur mens in uerecunda. Pulſent ſanè fores, ſed non utiquè confringant: Adeant ad limen Eccleſiæ, ſed non utiquè ut tranſiliant: Caſtrorum cœleſtium excubent portis, ſed armati modeſtia, qua intelligant, ſe deſertores fuiſſe: Reſumant precum ſuarum tubam, ſed qua non bellicum clangant: Arment ſe quidem modeſtiæ telis: & quem negando mortis metu, fidei dimiſerant clypeum, reſumant: ſed ut contra hoſtem diabolum uel nunc armati, non contra Eccleſiam, quæ illorum dolet caſus, armatos eſſe ſe credant. Multùm illis proficiet petitio modeſta, poſtulatio uerecunda, humilitas neceſſaria, patientia non ocioſa. Mittant legatos pro ſuis doloribus; lachrymas. Aduocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commiſſi criminis & pudorem. Immò ſi dedecoris admiſſi magnitudinem perhorreſcũt, ſi pectoris & conſcientiæ ſuæ lœthalem plagam, & ſinuoſi uulneris altos receſſus verè medica manu tractant, erubeſcant & petere, niſi quia maioris eſt rursùm & periculi & pudoris, auxilium pacis non petiſſe. Sed hoc totum in Sacramento, ſed in ipſius poſtulationis lege, temporis facto temperamento, ſed poſtulatione demiſſa, ſed prece ſubdita: quoniam & qui petitur, flecti debet, non incitari: & ſicut reſpici debet diuina clementia, ſic reſpici debet & diuina cenſura: & ſicut
Mat. 18. d ſcriptum eſt, (Donaui tibi omne debitum,
Mat. 10. d quia me rogâſti:) ſic ſcriptũ eſt, (Qui me ne-
20 gauerit coram hominibus, negabo & ego eũ) coram patre meo & coram Angelis eius, Deus enim vt eſt indulgens, ità eſt præceptorum ſuorum exactor, & quidem diligens. Et ſicut ad conuiuia vocat, ſic habitum nuptiarum non habentem, ligatis manibus & pedibus, extra ſanctorum cœtum foràs iactat. Parauit cęlum, ſed parauit & tartarum: parauit re- Matt. 22.
frigeria, ſed parauit etiàm æterna ſupplicia: parauit inacceſſibilem lucem, ſed parauit etiam perpetuæ noctis vaſtam æternamq́ue caliginem. Cuius temperamenti moderamen nos hîc quærentes tenere diù, & quidem multi, & quidem cum quibuſdam Epiſcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex alijs prouincijs longè poſitis, perſecutionis iſtius ardor eiecerat, ante conſtitutionem Epiſcopi nihil innouandum putauimus: ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credidimus, vt interim dum Epiſcopus dari à D E o nobis ſuſtinetur, in ſuſpenſo eorum qui foris poſſunt dilatione ſuſtineri, cauſa teneatur. Eorum autem, quorum vitæ ſuæ fine vrgens exitus dilationem non poteſt ferre, acta pœnitentia, & profeſſa frequenter ſuorum deteſtatione factorum, ſi lachrymis, ſi gemitibus, ſi fletibus dolentis ac uerè pœnitentis animi ſigna prodiderint, cùm ſpes viuendi ſecundum hominem nulla ſubſtiterit, ità demùm cautè & ſolicitè ſubueniri, Deo ipſo ſciente, quid de talibus faciat, & qualiter iudicij ſui examinet pondera: nobis tamen anxiè curantibus, vt nec pronam noſtram improbi homines laudẽt facilitatem, nec verè pœnitentes accuſent noſtram, quaſi duram, crudelitatem. Optamus te, beatiſſime ac glorioſiſſime Papa, ſemper in Domino bene valere. Et noſtri meminiſſe.

DECRETA CORNELII PAPAE.

Ex libro Pontificali Damaſi Papa.

CORNELIVS natione Roma- Anno Domini 251
nus, ex patre Caſtino, ſedit annos ttes in Epiſcopatu, & dies decem. Hic ſub Cęſare Decio martyrio coronatur. Sub huius Epiſcopatu Nouatus Nouatianum extra Eccleſiam ordinauit, & in Aphrica Nicoſtratum. Hoc facto, confeſſores qui ſe ſeparauerant à Cornelio, cum Maximo preſbytero, qui cum Moſe fuit, ad Eccleſiam ſunt reuerſi, & facti ſunt confeſſores fideles. Poſt hoc Cornelius Epiſcopus Centumcellas pulſus eſt, & ibi ſcriptam epiſtolam de ſua confirmatione, Miſſam à Cypriano, (quam Cyprianus ĩ carcere ſubſcripſit, & dedit Celerino lectori) ſuſcepit. Hic temporibus ſuis rogatus à quadã matrona Lucina, corpora Apoſtolorum beatorũ Petri & Pauli, è Catacumbis leuauit noctù. Primùm quidem corpus Beati Pauli Beata Lucina poſuit in præ-

dio ſuo via Oſtień. ad locum vbi decollatus eſt. Beati verò Petri corpus accepit beatus Cornelius Epiſcopus, & poſuit iuxta locum, vbi crucifixus eſt, inter corpora ſanctorum epiſcoporum in templo Apollinis in Vaticano palatij Neroniani, in monte aureo, tertio kalendas Iulij. Poſt hoc Cornelius ambulauit Centumcellas. Eodem tempore audiuit Decius, quòd epiſtolam accepiſſet à beato Cypriano Carthaginenſi epiſcopo. Qui miſit Centumcellas, & adduxit beatum Cornelium.
*Telluris Quem iuſſit ſibi cum præfecto vrbis in * Tellude noctù præſentari. Cui ità dixit: Sic definiſti, vt nec Deos conſideres, nec præcepta principium audias, nec noſtras minas timeas, vt contra rempublicam literas accipias, & dirigas? Cornelius epiſcopus reſpondit, dicés: Ego de corona Domini mei literas accepi & direxi, & non contra rempublicam, ſed magis per ſpirituale conſilium ad animas redimendas. Tunc Decius iracundia plenus, iuſſit eos beati Cornelij cum plumbatis cędi, & præcepit eum duci ante templum Martis, vt adoraret. Quod ſi non fecerit, dicens: Capite truncetur. Poſt hoc, id eſt, tertio Nonas Martij, antequàm paſſus eſt, omnia bona Eccleſiæ tradidit Stephano Archidiacono. Hoc factum eſt. Qui cùm adorare non vellet, decolatus eſt in loco ſupradicto. Cuius corpus nocte collegit beata Lucina cum clericis, & ſepeliuit in crypta iuxta cœmeterium Calixti in prædio ſuo via Appia, decimooctauo Kalendas Octobris. Et ceſſauit Epiſcopa-
* 66. tus dies * trigintaquinque.

Superuixiſſe tamen Cornelium Decio colligitur ex epiſtola D. Cypriani ad Antonianum quę eſt 52. in editione Pamelij. num. 3. his verbis; tyrannum (Decium) armis & bello poſtmodum victum, prior (Cornelius) Sacerdotio ſuo vicit. Probabilius eſt igitur ſub Gallo & Voluſiano martyrio coronatum, imperante adhuc cum illis Q. Heterenio Hetruſco Decio, Senioris Decij filio quod aliqui Scriptores ediderunt. Sed latius hac de re diſſerere non eſt huius loci.

In vetuſto quodam exemplari ſic legitur.

Hic iam ante paſſionem ſuam, omnia Eccleſiæ tradidit Stephano archidiacono ſuo. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrium, & ordinauit presbyteros quatuor, diacones quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca numero ſeptem. Epiſtolas atque decreta Epiſcopis & catholicis viris per diuerſa loca direxit.

EPISTOLA CORNELII PAPAE PRIMA.

De tranſlatione corporum Apoſtolorum Petri & Pauli. Et de Nouato, alijsque hæreticis.

CHARISSIMIS atque dilectiſſimis fratribus, ſanctæ Dei Eccleſiæ filijs, & omnibus Domino recta fide famulantibus, Cornelius Epiſcopus.

Videns charitatis veſtræ beneuolentiam, quia Apoſtolorum amatores eſtis, eorumq́; fidem & doctrinam tenetis, decreui vobis ſcribere (Domino authore) quædam ex his, quæ nunc temporis neceſſaria ſunt ſciri, & quæ apud nos in Eccleſia Romana (auxiliante Domino) meritis Apoſtolorum nupèr acta ſunt, ſiue geruntur: quoniam patrocinante charitate, credo vos paterna gratia ſcripta ſedis Apoſtolicæ libenter ſuſcipere, & mádata eius peragere, atque de eius profectibus gratulari: quia quiſquis ſe in radice charitatis inſerit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus inaneſcit, nec amore fœcunditatis opus efficax amittit. Ipſa enim charitas exercet corda fidelium, ſenſus corroborat, vt nihil graue, nihil difficile, ſed fiat totum dulce quod agitur, dum eius proprium ſit, nutrire concordiam, ſeruare mandata, atque diſſociata coniungere, praua dirigere, & cæteras virtutes perfectionis ſuæ munimine ſolidare. Quapropter rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cuiuſdam deuotæ fœminæ atque nobiliſſimæ matronæ Lucinæ, leuata ſunt corpora Apoſtolorum Petri & Pauli de Catacumbis. Et primò quidem beati Pauli corpus, leuatum ſilentio, * poſitum eſt in prædio prędictæ matronæ, via Oſtień. ad latus vbi decollatus eſt. Poſteà verò beati Apoſtolorum principis Petri accepimus corpus, & condecenter poſuimus illud iuxta locum, vbi crucifixus eſt, inter corpora ſanctorum epiſcoporum in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatij Neroniani, tertio kalendarum Iuliarum die, orantes Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut intercedentibus ſuis ſanctis Apoſtolis, maculas veſtrorum purget peccatorum, & in ſua vos conſeruet voluntate diebus vitæ veſtræ, & in fructu boni operis vos perſeuerabiles reddat. Vos verò his congaudete, quia & ipſi ſancti Apoſtoli de veſtro congratulantur gaudio. Vos ſemper Deum laudate, & ipſe glorificetur in vobis. Scriptum eſt enim: (Quid retri- Pſal. 115.
buam Domino pro omnibus quæ retribuit ,,
mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen ,,
Domini inuocabo.) Tantum enim à nobis ,,
exigitur, quantum poſſumus famulatûs noſtri obſequio commendare. Vndè quidem tantò nos neceſſè eſt importunis prædicationibus inſiſtere, quantò nobis perfectæ negociationis creditur duplicata talentorum aſſignatio, atque Dominicæ vocis ad ſuſcipiendam eius requiem ſuadet aſſertio. Hæc inuidens antiquus hoſtis, ſuſcitauit nobis aduerſarium Nouatum, rectæ fidei & ſanctæ doctrinæ æmulum, qui extra Eccleſiam ordinauit Nouatianum, & in Aphrica Nicoſtratum, vtroſque hæreticos, ſicut ille erat. Hi verò conatibus quibus potuerunt, multos à recta & catholica fide ſuadéres recedere fecerūt,

* depoſitum.

& poſt

& poſt ſe in peruerſam & Deo odibilem do-
ctrinam corruere perſuaſerunt. Sed ſicut iſto-
rum tergiuerſationibus nimis ſumus contri-
ſtati, & de eorum perditione contriti, ſic de
aliorum conuerſatione, Domino auxiliante,
ſumus lætificati. Deus autem omnipotens,
qui tribus miſcet læta, oppidò nos lætifica-
uit, quod quidam confeſſores, qui dudùm
fuerant fideles, à nobis & à recta fide, dia-
bolo inſtigante, ſe ſeparantes, cum Maximo
presbytero ad Eccleſiam catholicam & fidem
rectam ſunt reuerſi, & denuò, ſicut priùs, fa-
cti ſunt confeſſores fideles. Quapropter, cha-
riſſimi, hortamur vos & deprecamur per Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, prædictos
hæreticos, & omnes quos à recta fide & do-
ctrina apoſtatare cognoueritis, exhortatio-
nibus & bonis ſtudijs veſtris ad catholicam
fidem & rectam doctrinam conuertere con-
tendite, & in Dei volontate perſiſtere ſuade-
te. Et non ſolùm hos, ſed omnes qui non-
dùm fidem rectam perceperunt, ad catholi-
Rom. 8. g cam fidem perducere feſtinate. (Quia neque
" mors, neque uita, neque Angeli, neq; prin-
" cipatus, neque inſtantia, neque futura, neque
" fortitudo, neque altitudo, neque profundum,
" neque creatura alia) (magiſtro gentium do-
Hebr. 10. cente) (poterit nos ſeparare à charitate Domi
ni noſtri Ieſu Chriſti,) &, quæ in ipſo eſt, recta
fide. Nolite itaque amittere confidentiam ve-
ſtram, quæ magnam habet remunerationem.
Patientia enim nobis neceſſaria eſt ad collu-
ctationes aduerſariorum, quatenùs fidem in-
temeratam uſque in finem conſeruantes, re-
promiſſionem principiamus, quam repromi-
Abac. 2. ſit his qui legitimè certare properant. Adhuc
enim modicum aliquantulum, qui venturus
Iacob. 5. b eſt, veniet, & non tardabit. Eccè enim iudex
Apoc. 2. c ante ianuam aſſiſtit, coronas hilariter promit-
tens his, qui pro eo paſſionibus ſubmittun-
Hebr. 10. g tur. Quòd ſi ſubtraxerit ſe quis, non place-
bit animæ meæ, ſed cadet de promiſſione, p-
pter negationem. Nos autem non ſimus ſub-
tractionis filij in perditionem, ſed fidei in ac-
Eph. 6. b, c quiſitionem animæ. (Propter quod aſſumite
" armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die ma-
" lo, aduersùs omnes inimicos ſanctæ Eccleſiæ
" & veſtros, & induite vos loricam iuſtitiæ, &
" calceati pedes in præparatione Euangelij pa-
" cis, in omnibus aſſumentes ſcutum fidei, in
" quo poſſitis omnia iacula nequiſſimi ignita
" extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite, & gla
" dium ſpiritûs, quod eſt verbum DEI, per
" omnem orationem & obſecrationem,) radi-
cati & fundati in ſolatio fratrum pro Chriſto
IESV Domino noſtro. Sed & nunc fratres,
commendamus vos Domino, & omnes verbo
gratiæ eius, qui poteſt perficere, & dare hære-
Rom. 15. b ditatem nobis cum omnibus ſanctis. Ipſe au-
tem DEVS pacis & conſolationis, det vobis
idipſum ſapere in alterutrum, vt uobis inui-
cèm ſuccurratis, & non ſitis diuiſi, vt unani-
mes, vno ore & vno corde honorificetis eũ,
in concordiam & conſolationem fratrum,
qui poteſt confirmare vos ſecundùm Euange-
lium eius, iuxta reuelationem æterni myſte-
rij, temporibus ſcilicet perpetuis, quibus vo
bis futurorum gaudiorum largienda ſunt mu
nera. Summoperè conſiderare etiàm debe-
tis, quòd illi qui fratribus inuident, eoſque
damnare atque perdere cupiunt, per ſe ſua
dogmata deſtruunt. Dicit enim Dominus: Mat. 12. b
(Omne regnum in ſe diuiſum, non ſtabit:) &
omnis ſcientia & lex aduersùm ſe diuiſa, non Marc. 3. c
ſtabit. Ideoque neceſſè eſt, vt concorditer ſa- Luc. 11. c
lubres ſuſcipiatis hortatus, nihil per conten- Philip. 2. a
tionem agentes, ſed ad omne ſtudium deuo-
tionis vnanimes, diuinis & Apoſtolicis con-
ſtitutionibus pareatis. Data * ſeptimo Idus * Octauo.
Septembris, Decio & Maximo viris clariſſi-
mis conſulibus.

EPISTOLA CORNELII PAPÆ ſecunda, * Ruſo coëpiſcopo Orientali directa. * Ruſtico.

1 *Si ſacramentum ab Epiſcopis fieri debeat.*
2 *De cauſis Epiſcoporum, & vt quicquid aduersùs abſentes agitur, vacuum habeatur.*

CORNELIVS epiſcopus * Ruſo coepi- * Ruſtico.
ſcopo in Domino ſalutem.
Exigit dilectio tua, frater chariſſime, ut
ex authoritate Sedis Apoſtolicæ, tuis debe-
remus conſultibus reſpondere. Quod li-
cèt non prolixè, ſed ſuccinctè agere feſtina-
remus, propter quaſdam importunitates,
quæ noſtris præpedientibus peccatis, in nos
ſoperuenêre: tuis tamen per reliqua ſancto-
rum patrum inſtituta ſtudijs perquirere la-
tiùs & inueſtigare, permittimus. Non enim
poteſt mens attrita, & oneribus atque impor-
tunitatibus grauata, tantum boni peragere,
quantum delectata & oppreſſionibus ſolu-
ta. Non ergò iſta ob id prætulimus, ut hæc
& alia, quæ neceſſaria fore cognouerimus,
tuæ ſanctitati velimus denegare: ſed quod
hic minùs inuenitur, latiùs perquiratur. Sa-
cramentum autem hactenùs à ſummis ſacer-
dotibus vel DEI miniſtris exigi, niſi pro fide
recta, minimè cognouimus, nec ſpontaneos 22. q. 4. Sa-
iuraſſe reperimus. Summoperè ergò ſan- cramentũ
ctus Iacobus Apoſtolus prohibens ſacramen- hactenùs.
tum, loquitur, dicens: Ante omnia, fratres Iacobi 5. c
mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque
per terram, neque aliud quodcunque iura-
mentum. Si autem ſermo veſter, eſt eſt, nõ nõ,
vt non ſub iudicium decidatis. Et Dominus
in Euangelio ait: (Audiſtis quia dictum eſt Matth. 5.
antiquis, Non peierabis, reddes autem Domi- "
no iuramenta tua. Ego autem dico vobis non "
iurare omninò, neq; per cœlum, quia thronus "
Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt "
pedum eius: neque per Hieroſolymam, quia "
ciuitas magni regis eſt: neq; per caput tuum "
iuraueris, quia non potes unum capillum al- "
bum

„ bum facere aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non non: Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt) id eſt, ab exigente & à iurante. Hæc frater chariſſimè, ipſe Dominus prohibet, id eſt, non debere iurare. Hæc Apoſtoli maximè omnes, hæc ſancti viri prædeceſſores noſtri, q huic ſanctæ vniuerſali Apoſtolicæ Eccleſiæ præfuerunt ante nos: hęc prophetæ & reliqui ſancti doctores, per vniuerſum mundũ diſperſi ad prædicandum, iuramenta fieri vetant.

2. qõ. 4. Nos ſanctorũ ſeq.

Quorum nos exempla ſi cœperimus enumerare, aut in ſchedula hac inſerere, antè deficiet hora diei, quàm eorũ exempla de hac cauſa prohibita. Quæ nos ſequentes, ſanctorum Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorũ iura firmamus, & ſacramenta incauta fieri prohibemus. Vndè & ipſe Dominus in tabulis lapideis, quas Moſi dedit, propria manu ſcripſit, dicens: (Vide nè aſſumas nomen Domini Dei tui in vanũ.) Et reliqua.

Exo. 20. b
2. qõ. 4. Nos ſacramentum.

Nos autem (vt paulò ſuperiùs prælibauimus) ſacramentum epiſcopis neſcimus oblatum, nec vnquàm fieri debet: quoniam (vt ſuprà memoratum eſt) præceptum eſt à Domino, non iurandũ neque per cœlum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neq; per caput ſuũ, quia nullus poteſt vnum capillum creare. Vnuſquiſque enim ſicut ante altare ſtans, Dei timorem habet pr ę oculis, & propriam conſcientiã mundam ſeruat Deo, quod in memoria retinet, nullatenùs habet intermittere, quoniam os quod mentitur, occidit animam. Et Apoſtolus ait: (Loquimini veritatem vnuſquiſq; cũ „ proximo ſuo, quoniam ſumus inuicèm mem„ bra.) Et alibi: (Nolite mentiri inuicèm.) Hæc ſunt præcepta Saluatoris, hæc prophetarum, hæc ſanctorum patrum inſtituta. Quæ ſi quis in vanum duxerit, hoſtis eſt animæ ſuæ: quia nemo contra prophetas, nemo cõtra Apoſtolum, nemo contra euangelium facit aliquid abſque periculo. Et ſummoperè præuidendum eſt, nè paſtorem ſuum oues, quę ei commiſſæ fuerant, repræhendere (niſi à fide exorbitauerit) neque accuſare præſumant: quoniam tales accuſationes vim non habent, neque eis nocere poſſunt. (Vnum verò cha„ riſſimi,) vt ait beatus Apoſtolus Petrus, (non „ lateat vos, quia vnus dies apud Dominum „ ſicut mille anni, & mille anni ſicut vnus dies. Non tardat Dominus * promiſſis, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies DOMINI vt fur, in qua cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur.) Cùm hæc igitur omnia diſ„ ſoluenda ſint, ex his poteſtis conſiderare, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei Dei, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. (Vos autem chariſſimi,) dixit Iudas Apoſtolus,) memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundùm ſua deſideria ambulantes * impietatum. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem chariſſimi, ſuperędificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in ſpiritu ſancto orantes, ipſos vos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos verò ſaluate, de igne ra„ pientes. Alijs autem miſeremini in timore, „ odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam „ tunicam.) Nullus enim ſacerdotum cauſam ſuam alieno committat iudicio, niſi ad ſedẽ Apoſtolicam fuerit appellatum.

Matth. 5.
Iacobi 5. c
Sap. 1. c
Ephe. 4. b
Zach. 8. c
Col. 3.
2. Pet. 3. b
* Sic M.S. Q. alia promiſſi vt, & græca, vulgata latina promiſſionem.
In epiſtola ſua canonica. ß g
* Sic M.S. Q. editionis vulgatæ ſic & græca alia in impietate; excuſſa habẽt ĩ impietatibus.

11. In decre. Iuo. lib. 4

Sed vnuſquiſque comprouinciales iudices & notos habeat, niſi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infeſtos, aut ſuſpectos inibi iudices habuerit, pro quibus cauſis ad maioris authoritatis iudices, & ad alias prouincias appellare & venire conceſſum eſt. omnia ergò, quæ aduersùs abſentes in omni negocio aut loco aguntur aut iudicantur, omninò euacuentur: quoniam abſentem nullus addicit, nec vlla lex damnat.

3. q. 6. Omnia quæ aduer.

Facilè ergò homo hominem fallere poteſt, non tamen Deum, cuius oculis omnia nuda ſunt & aperta. Vndè ait propheta: Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Sapiens ergò non eſt, qui nocet. Nec quicquam mali vult, qui fidelis eſt, aut cuiquam inſidias machinatur. Hortamur frater, & monemus tuam dilectionem, vt omnes ſemper, prout meliùs potueris, adiuues, conſortes & conſoleris. Et ſacramenta, ſuper quibus hanc ſanctam Romanam ac vniuerſalem Eccleſiam conſulere voluiſti, fieri prohibeas, & neminem vnquàm infeſtes aut noceas. Hæc, frater, ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat ſanctitas peruenire, vt omnes hæc mala caueant. Et ſicut generaliter tam ab ipſo Domino, quàm à ſanctis & reliquis Apoſtolis viris, & cæteris patribus, ſunt prohibita, ità generaliter ab omnibus cuſtodiantur. Benè valere beatitudinem tuam ſemper optamus, & ſacris virtutibus proficere te deſideramus, frater chariſſime atque amantiſſime. Data vndecimo kalendas Iunij, Maximo & Decio viris clariſſimis conſulibus.

Hebr. 4. & Pſal. 93.
6 q. 1. Sapiens non eſt. allegatur tamen ibi ſub nomine Lucii Papæ ſucceſſoris Cornelij, Vbi etiam habetur.

DECRETVM CORNELII PAPÆ.

Ante 14. annos nullus iurare cogatur, & vt à ieiunis iuramenta præſtentur.

Honeſtum etiàm videtur, vt qui in ſanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honeſtate & timore Dei.

22. qõ. 5. Honeſtũ etiàm videtur. Et in decre. Iuo. lib. 8.

Ibidèm quoquè quo ad annos, quibus conceditur alicui iurare, ſubditur.

Et vt pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare.

CON-

CONCILIA ALIQVOT AFRICANA

Ante Cyprianum, quæ hic ponuntur, quod ex eius Epiſtolis colligantur, & eorum certum tempus ignoretur.

CONCILIVM *Carthaginenſe ſub Agrippino anteceſſore (non tamen proximo,) Cypriani, de baptizandis hæreticis. qui error, ſaltem poſtea ſub Stephano, fuit damnatus Cypr. epiſtola 55.70.71.73.*

Concilium Lambeſitanum nonaginta Epiſcoporum, in quo Priuatus hæreticus damnatus eſt, Cypr. epiſtola 55.

Concilium Africanum in quo decretum fuit ne quis, de clericis, & Dei miniſtris tutorem vel curatorem teſtamento ſuo conſtituat: Cipr. epiſtola 66.

Anno Domini 253. *Concilium Rom. Sede, per mortem Fabiani, vacante: circa lapſos nihil innouandum; ſed eorum curam mediocriter temperandam eſſe. Epiſtola Cleri Rom. inter Cyprianicas 31.*

CONCILIA TEMPORE CORnelij & Cypriani celebrata, de lapſis, & Nouatianenſibus, à Nouatiano (ſic enim eos appellat Cyprianus epiſtola 73. ad Iubaianum, quamuis vſus obtinuerit, vt quaſi à Nouato, & ipſo eiuſdem factionis Duce, Nouatiani appellentur) hæc fere colliguntur.

CONCILIVM *Carthagineſe primum de lapſis, in quo decretum eſt, vt Libellatici, tanquam qui minus deliquiſſent, admitterentur, Sacrificati verò diù pœnitentiam agerent, & ſi periculum infirmitatis vrgeret, pacem ſub ictu mortis acciperent. Cypr. Epiſtola 52. & 54. Ex qua, & quid per Libellaticos, & Sacrificatos intelligat, agnoſcitur; Nouatianus item in eodem damnatus. Cypr. epiſtola 67.*

Concilium Romanum in eandem ſententiam cum Africano, de lapſorum cauſa, conſenſit. Cypr. in eadem epiſtola 52. & alijs; quod Euſeb. libr. 6. Hiſt. 33. dicit fuiſſe celeberrimum Epiſcoporum 60. numero; Presbyt. quoque totidem, cum Diaconis pluribus; in quo, & Nouatiani damnati fuerunt; eiuſdem Concilij Decretum fuiſſe illud credibile eſt, de quo Cypr. epiſtola ad Hiſpanos ordine 68. his verbis, meminit. Iampridem etiam Cornelius collega noſter decreuit: Epiſcopos lapſos ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione tamen Cleri, atque Sacerdotali honore prohiberi in qua eadem epiſtola idipſum in omnibus Africanis Concilijs, ea de re factis, ſtatutum fuiſſe, ſignificat.

Synodus Antiochena cõtra Nouatianos Euſeb. lib. 6. Hiſtor. c. vltimo.

Synodi item aliæ per id tempus celebratæ per diuerſas Prouincias contra Nouatianos. idem Euſeb. cap. 42.

Concilium Carthaginenſe ſecundum de lapſis; cuius nouum de lapſis Decretum Cornelio Pontifici, ſuis literis in hæc verba indicarunt.

Placuit nobis Sanctoſpiritu ſuggerente, & domino per viſiones multas, & manifeſtas admonente, quia hoſtis nobis imminere prænunciatur, & oſtenditur, colligere intra caſtra militem Chriſti, & examinatis ſingulorum cauſis, pacem lapſis dare, immò pugnaturis arma ſuggerere, quod credimus vobis quoque paternæ miſericordiæ contemplatione placiturum. Cypr. epiſtola 54.

CYPRIANI AD CORNELIVM Papam Epiſtola quòd ordinationem Nouatiani non receperit.

CYPRIANVS Cornelio fratri ſalutem: Venerunt ad nos, frater chariſſime, miſſi à Nouatiano, Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & Macheus quidam, & Longinus. Sed enim cùm ex literis, quas ſecum ferebant, & ex eorum ſermone atque aſſeueratione Nouatianum Epiſcopum factum comperiſſemus, illicitæ & contra Eccleſiam Catholicam factæ ordinationis prauitate commoti, à communicatione eos noſtra ſtatim cohibendos eſſe cenſuimus, refutatis interim ac retuſis, quæ obſtinatè ac pertinaciter aſſerere tentabant: Nam ego & collegæ plurimi, qui ad me conuenerant, expectauimus aduentum collegarum noſtrorum Caldonij & Fortunati, quos ad te nupèr & coepiſcopos noſtros, qui ordinationi tuæ affuerant, legatos miſeramus, vt eis aduentantibus, & rei geſtæ veritatem reportantibus, maiore authoritate, & elucidata per eos probatione, patris aduerſæ improbitas frangeretur: ſuperuenerunt verò Pompeius & Stephanus collegæ noſtri, qui & ipſi quoque ad inſtruendos illic nos, manifeſta ſecundùm grauitatem ac fidem ſuam indicia ac teſtimonia protulerunt, vt nec neceſsè fuerit audiri vltrà eos, qui à Nouitiano venerant miſſi: qui cùm in ſtatione, inuidioſis quoquè conuicijs & clamoribus turbulentis proruerent, & flagitarent, vt crimina, quæ ſe afferre ac probare dicebant, publicè à nobis & à plebe cognoſcerentur, grauitati noſtræ negauimus conuenire, vt collegæ noſtri iã delecti & ordinati, & laudabili multorum Lib. 2. Epiſt. 11. 41. iuxta nouã editionem.

totum

torum ſententia comprobari, ventilari vltrà famam ore maledico & æmulantium voce pateremur. Et quia quibus refutati & compreſſi ſunt, & illicitis conatibus hæreſim feciſſe nudati ſunt, in epiſtolam cógerere, longum fuit, ex Primitiuo compreſbytero noſtro pleniſſimè ſingula, cùm ad vos venerit, audietis. Ac nè eorum furens audacia vnquàm deſiſteret, hic quoquè in ſchiſmatis partes Chriſti membra diſtrahere, & Catholicæ Eccleſiæ corpus vnum ſcindere ac laniare nituntur, vt oſtiatim per multorum domos, vel oppidatim per quaſdam ciuitates diſcurrentes, obſtinationis ſuę, & erroris ſciſſi ſibi quærant comites. Quibus ſemèl reſponſum dedimus, nec mandare deſiſtimus, vt pernicioſa diſſenſione & concertatione depoſita, impietatem eſſe ſciant matrem deſerere, & agnoſcant atque intelligant, Epiſcopo ſemèl facto, & collegarum ac plebis teſtimonio & iudicio comprobato, alium conſtitui nullo modo poſſe: proindè pacificè ſibi ac fideliter conſuluiſſe, ſi ſe aſſertores Euangelij & Chriſti eſſe confitentur, priùs ad Eccleſiam reuertantur. Opto te frater ſemper benè valere.

CYPR. AD CORNEL.

De ordinatione eius à ſe comprobata, & Feliciſſimo.

Libr. 2. Epiſt. 10. 42. iuxta nouã editionem.

CYPRIANVS Cornelio fratri ſalutem: Quod ſeruis Dei, & maximè ſacerdotibus iuſtis & pacificis congruebat, frater chariſſimè, miſeramus nupèr collegas noſtros Caldonium & Fortunatum, vt non tantùm perſuaſione literarum noſtrarum, ſed præſentia ſua, & conſilio omnium veſtrûm, eniterentur, quantùm pollent, & elaborarent, vt ad Eccleſię Catholicę vnitatem ſciſſi corporis membra componerent, & Chriſtianæ charitatis vinculo copularent. Sed quoniam diuerſę partis obſtinata, & inflexibilis pertinacia, non tantùm radicis & matris ſinum atque cõplexum recuſauit, ſed etiàm gliſcente & in peius recrudeſcẽte diſcordia, Epiſcopum ſibi conſtituit, & contra Sacramentum ſemèl traditum diuinę diſpoſitionis & Catholicę vnitatis, adulterum & contrarium caput extra Eccleſiam fecit: acceptis literis tã tuis, quàm collegarum noſtrorum, item aduentantibus bonis viris, & nobis cariſſimis collegis noſtris Pompeio & Stephano, à quibus hęc omnia nobis cum lętitia communi aſſeuerata ſunt firmiter & probata, ſecundùm quod diuinę traditionis, & eccleſiaſticæ inſtitutionis ſanctitas ac pariter veritas exigebat, literas noſtras ad te direximus. Sed & per prouinciam noſtram hæc eadem collegis ſingulis in notitiam perferentes, ab his quoquè fratres noſtros cum literis dirigendos eſſe mandauimus, quanquàm mens noſtra & propoſitum iam tunc fratribus & plebi iſthic vniuerſę manifeſtatum fuiſſet, quãdò literis nupèr ab vtraque parte ſuſceptis, tuas literas legimus, & Epiſcopatûs tui ordinationem ſingulorũ auribus intimauimus. Honoris etiam communis memores, & * grauitatis ſacerdotalis ac ſanctitatis reſpectum tenentes, ea quę ex diuerſo in librum ad nos tranſmiſſum congeſta fuerant, acerbationibus criminoſis reſpuimus, conſiderantes pariter & ponderantes, quòd in tanto fratrum religioſoque conuentu conſidentibus Dei ſacerdotibus, & altari poſito, nec legi debeant, nec audiri. Neque enim facilè promẽda ſunt, & incautè ac temerè publicanda, quę diſcordioſo ſtylo ſcripta audientibus ſcandalum moueant, & fratres longè poſitos, ac trans mare conſtitutos, incerta opinione confundant. Viderint, qui vel furori ſuo, vel libidini ſeruientes, & diuinę legis ac ſanctitatis immemores, iactitare interim geſtiunt, quę probare nõ poſſunt. Et cùm innocentiam deſtruere, atque expugnare non valeant, ſatis habent, fama mendacij & falſorum ore maculas inſpergere. Certè quod prępoſitis & ſacerdotibus congruit, danda opera eſt, vt talia cùm à quibuſdam ſcribuntur, per nos reſpuantur. Vbi enim erit, quod diſcimus ac docemus ſcriptum eſſe, (Contine linguam tuã à malo, & labia tua ne loquantur inſidias.) Item alibi: (Os tuum abundauit malitia, & lingua tua complectebatur inſidias: Sedens aduersùs fratrem tuum detrahebas, & aduersùs filium matris tuę ponebas ſcandalum.) Item quod Apoſtolus dicit: (Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat, ſed bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.) Porrò hæc fieri debere oſtendimus, ſi quandò talia quorundam calumnioſa temeritate conſcripta ſunt, vt legi apud nos non patimur. Et idcircò, frater chariſſime, cùm ad me talia aduersùm te & compresbyteros tecum conſidentes ſcripta veniſſent, clero & plebi legi præcepi, quæ religioſam ſimplicitatem ſonabant, nec vllis maledictorum & conuiciorum latratibus perſtrepebant. Quòd autem ſcripta collegarum noſtrorum, qui illic ordinationi tuæ affuerant, deſiderauimus, nõ veteres mores obliti, nouum aliquid quærebamus. Nam ſatis erat, vt tu te Epiſcopum factum literis, nunciares: niſi eſſet ex diuerſo diſcrepans factio, quæ criminoſis & calũnioſis commentis ſuis, collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei ſopiendæ neceſſarium duximus, vt ſcribentium nobis indè collegarum noſtrorũ firma & ſolida authoritas * pareretur, qui moribus ac vitæ & diſciplinæ tuę condigna literarum ſuarum teſtimonia prędicantes, æmulis quoquè & rerum vel nouitate vel prauitate gaudentibus, omnem ambigendi, & diſcrepandi ſcrupulum ſuſtulerunt, & ſecundùm conſilium noſtrum ſalubri ratione liberata in hoc fluctu æſtuantium fratrum mentes, ſyncere, ac firmiter tuum ſacerdotium probauerunt. Hoc enim, vel maximè,

*gratiæ.

Psal. 33.

Psal. 49.

Eph. 4. f

*pararet.

maximè, frater, & laboramus, & laborare debemus, vt vnitatem à Domino, & per Apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantùm poſſumus, obtinere curemus: & quod in nobis eſt, palabundas & errantes oues, quas quorundam peruicax factio, & hæretica tentatio à matre ſecernit, in Eccleſiam colligamus, illis ſolis foris remanentibus, qui in obſtinatione ſua vel furore perſeuerârunt, & ad nos redire noluerunt, diſcretionis ac ſeparationis à ſe factæ, & Eccleſiæ derelictæ, ipſi rationem Domino reddituri. Quantùm verò hic ad presbyterium quorundam, & Feliciſſimi cauſam pertinet, quid hic actũ ſit, vt ſcire poſſes, literas ad te collegæ noſtri, manu ſua ſubſcriptas, miſerunt. Qui auditis eis, quid ſenſerint, & quid pronunciauerint, ex eorũ literis diſces. Melius autẽ frater facies, ſi etiam exempla literarum, quæ ad te legenda pro dilectione communi, per Caldonium & Fortunatum collegas noſtros proximè miſeram, quæ de eo de Feliciſſimo & de presbyterio eiuſdem, ad * clerum iſtic noſtrum & ad plebem, ſcripſeram, legi illic fratribus iubeas, quę & ordinationem & rationem rei geſtę loquantur, vt tam iſtic, quàm illic circa omnia per nos fraternitas inſtruatur. Exemplaria autem eadem nunc quoque per Mettium hypodiaconum, à me miſſum, & Nicephorum acolythum tranſmiſi. Opto te frater chariſſime ſemper benè valere.

*eccleſiã noſtrã & ad plebẽ.

CYPRIANVS AD CORNELIVM Epiſtola quod ad Confeſſores à Nouatiano Seductos literas fecerit.

Lib. 2. Epiſt. 9. 43. iuxta nouã editionem.

CYPRIANVS Cornelio fratri ſalutem. Et religioſum nobis, & neceſſarium exiſtimaui frater chariſſime, ad confeſſores, qui illic ſunt, & Nouatiani & Nouati obſtinatione & prauitate ſeducti, de Eccleſia receſſerunt, literas breues facere, quibus eos pro affectione mutua conuenirem, vt ad matrẽ ſuã, id eſt, Eccleſiam Catholicã, reuertantur: quas literas tibi ad Mettio Hypodiacono legi priùs mandaui, nè quis aliud me ſcripſiſſe fingeret, quàm quod meis literis continetur. Mandaui tamen eidem Mettio à me ad vos miſſo, vt de tuo arbitrio rẽ gerat: & ſi eaſdem literas confeſſoribus putaueris eſſe reddẽdas, tunc eas tradat. Opto te, frater chariſſime, ſemper benè valere.

EIVSDEM Ad EVNDEM Epiſtola quarta, de Polycarpo Adrumetino.

Lib. 4. Epiſt. 8. 45. iuxta editionẽ Pamelij.

CYPRIANVS Cornelio fratri ſalutem. Legi literas tuas, frater chariſſime, quas per Primitiuum compresbyterum noſtrum miſiſti, in quibus te comperi motum, quòd cùm de Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te literæ dirigerentur, poſteaquàm nos, ego & Liberalis, in eundem locum veniſſemus, cœpiſſent illuc ad presbyteros & diaconos literæ dirigi. Quod ſcire te volumus, & pro certo credere, nulla id leuitate aut contumelia factum. Sed cùm ſtatuiſſemus collegæ cum plures, qui in vnum conueneramus, vt legatis ad vos coëpiſcopis noſtris Caldonio & Fortunato miſſis, omnia interim integra ſuſpenderentur, donèc ad nos tidem collegæ noſtri, rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis, redirent: presbyteri & diaconi in Adrumetina conſiſtentes, Polycarpo coëpiſcopo noſtro abſente, ignorabant, quid nobis in commune placuiſſet. At vbi nos in præſentiam venimus, comperto conſilio noſtro, ipſi quoque id, quod & cæteri, obſeruare cœperunt, vt in nullo eccleſiarũ iſtic conſiſtentium conſenſio diſcreparet. Quidam tamen mentes nonnunquam & animos ſermonibus ſuis turbant, dum aliter quædam, quàm ſe habet veritas, nunciant. Nos enim ſingulis nauigantibus, nè cũ ſcandalo vllo nauigarent, rationem reddentes ſcimus nos hortatos eos eſſe, vt eccleſiæ catholicæ matricem & radicem agnoſcerent, & tenerent. Sed quoniam latiùs fuſa eſt noſtra prouincia, habet etiam Numidiam & Mauritanias duas ſibi cohærentes, nè in vrbe ſchiſma factum, abſentium animos incerta opinione confunderet, placuit, vt per epiſcopos retenta à nobis rei veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam, facta authoritate maiore, tum demum ſcrupulo omni de ſingulorum pectoribus excuſſo, per omnes omninò in prouincia iſta poſitos, literæ fierent, ſicuti fiunt, vt te vniuerſi collegæ noſtri & cõmunicationem tuam, id eſt, catholicæ eccleſiæ vnitatẽ pariter & charitatem, probarent firmiter ac tenerent. Quod diuinitùs eueniſſe, & conſilium noſtrum prouidenter proceſſiſſe gaudemus. Sic enim nunc epiſcopatus tui & veritas pariter & dignitas, apertiſſima luce & fundata manifeſtiſſima & firmiſſima comprobatione eſt vt ex reſcriptis collegarũ noſtrorum, qui ad nos literas indè fecerunt, & ex relatione ac teſtimonijs coepiſcoporum, Pompeij & Stephani, & Caldonij, ac Fortunati, ordinationis tuæ & origo neceſſaria, & ratio iuſta, & glorioſa quoque innocentia ab omnibus noſceretur. Quod vt ſimul cum cęteris quoque collegis noſtris ſtabiliter ac firmiter adminiſtremus, atque vt catholicæ eccleſiæ pacem concordiæ vnanimitate teneamus, perficiat diuina protectio, vt Dominus, qui ſacerdotes ſibi in Eccleſia ſua eligere & conſtituere dignatur, electos quoque & conſtitutos, ſua voluntate atque opitulatione tueatur, gubernantes inſpirans ac ſubminiſtrans, & ad improborum contumaciam frenandam, vigorem, & ad lapſorum fouendam pœnitentiam, lenitatem. Opto te frater chariſſime ſemper benè valere.

COR-

CORNELII AD CYPRIANVM, De confeſſoribus ad vnitatem regreſſis.

Lib. 3. Epiſt. 11. 46. iuxta editioné Pamelij olim falsò inſcripta Cypriano.

CORNELIVS Cypriano fratri ſalutem: Quantam ſolicitudinem & anxietatẽ ſuſtinuimus de his confeſſoribus, qui dolo & malitia hominis callidi & veteratoris, fuerant circumuenti & penè decepti, & ab Eccleſia alienati, tantam lętitiam adepti ſumus: & Deo omnipotenti, Chriſto Domino noſtro gratias agimus, cùm eos, cognito ſuo errore, intelligamus hominis maligni velut ſerpentis aſtutia venenata derelicta, ad Eccleſiam, vndè exierant, ſicut ipſi ex ſuo cordo profitentur, ſimplici voluntate veniſſe. Et primò quidem fratres noſtri probatæ fidei, amantes pacem, vnitatem optantes, tumorem illum, horum mollitum iam ad nunciabant: Fides tamen non idonea, vt facilè nobis credere daretur, illos penitùs eſſe mutatos. Poſteà veſtro Vrbanus & Sidonius Confeſſores ad presbyteros noſtros venerunt, affirmantes Maximum confeſſorem & presbyterum ſecum pariter cupere in Eccleſiam redire: ſed quoniam multa præceſſerant, ab eis deſignata, quæ tu quoquè a coëpiſcopis noſtris & literis meis cognouiſti: vt non temerè eis fides haberetur, ex ipſorum ore & confeſſione, iſta quæ per legationem mandauerant, placuit audiri. Qui cùm veniſſent, & à presbyteris, quæ * geſſerant, exigerentur, nouiſſimè quòd per omnes Eccleſias literæ calumnijs & maledictis plenæ, eorum nomine frequenter miſſæ fuiſſent, & penè omnes Eccleſias perturbâſſent, circumuentos ſe eſſe affirmauerunt, neque in iſtis literis quid ineſſet, ſciſſe: tantummodò circunductos ſe, commiſiſſe quoquè ſchiſmata, & hæreſis authores fuiſſe, vt paterentur & * manus quaſi in Epiſcopum imponi: qui, cùm hæc & cætera eis fuiſſent exprobrata, vt abolerentur, & de memoria tollerentur, deerepati ſunt. Omni actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium. affuerunt etiàm Epiſcopi quinque qui & hodiè præſentes fuerunt, vt firmato cõſilio, quid circa perſonas eorum obſeruari deberet, conſenſu omnium ſtatueretur. Et vt * motum omnium, & conſilium ſingulorum dignoſceres, etiàm ſententias noſtras placuit in notitias veſtras perferri, quas & ſubnectas leges. His ità geſtis, in presbyterium venerunt Maximus, Vrbanus, Sidonius, & Macarius & plerique fratres, qui ſe eis adiunxerant, ſummis precibus deſiderantes, vt ea quæ antè fuerant geſta, in obliuionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur, proindè atquè ſi nihil eſſet vel commiſſum vel dictum. inuicèm omnibus remiſſis, cor mundum & purum iſ Deo exhiberent ſequentes Euangelicam vocẽ, beatos eſſe puros corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Quod erat conſequens, omnis hic actus populo fuerat inſinuandus, vt & ipſos viderent in Eccleſia conſtitutos, quos errantes & palabundos iamdiu viderant, & dolebant, quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concurſus factus eſt. Vna vox erat omnium, gratias Deo agentium, gaudium pectoris lachrymis exprimentium, complectẽtium eos, quaſi hodiè pœna carceris fuiſſent liberati. Et vt ipſorũ propria verba deſignem. Nos, inquiunt, Cornelium Epiſcopum ſanctiſſimæ Catholicæ Eccleſiæ, erectum à Deo omnipotente, & Chriſto Domino noſtro, ſcimus. (Nos errorem noſtrum confitemur.) Nos impoſturã paſſi ſumus. Circũuẽti ſumus perfidię loquacitate * captioſa. Nã & ſi videbamur quaſi quandam communicationem cũ ſchiſmatico & hæretico homine habuiſſe. Syncera tamen mens noſtra ſemper in Eccleſia fuit. Nec enim ignoramus vnũ Deum eſſe, & vnum Chriſtum eſſe Dominum, quẽ confeſſi ſumus, vnum ſpiritumſanctum, vnũ Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere. Iſta eorum profeſſione non moueremur? vt quod apud poteſtatem ſeculi erant confeſſi, in Eccleſia conſtituti, comprobarent? Quapropter Maximum presbyterum locũ ſuum agnoſcere iuſſimus: Cæteros cum ingenti populi ſuffragio recepimus: Qmnia autem remiſimus Deo omnipotenti, in cuius poteſtate ſunt omnia reſeruata. Hæc igitur, frater cariſſime eadem hora, eodem momento ad te perſcripta tranſmiſimus, & Nicephorũ acolythum, deſcendere ad nauigandum feſtinantem, de ſtatione ad vos ſtatim dimiſi, vt nulla procraſtinatione habita, velut præſens in iſto clero, & in iſto populi cœtu, DEO omnipotenti & CHRISTO Domino noſtro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimò iam pro certo confidimus, cæteros quoquè qui in hoc errore ſunt conſtituti, in Eccleſiam breui reuerſuros, cùm authores ſuos viderint nobiſcum agere. Has literas, puto, te debere, frater cariſſime, & ad cęteras Eccleſias mittere, vt omnes ſciant, ſchiſmatici huius & hæretici dolum & præuaricationem, de die in diem euacuari.

* geſta erant.

* manu.

* votum.

Matt. 5. 8

* factioſa aſtutia.

Vnus Epiſcopus in Catholica Eccleſia.

CYPRIANI AD CORNELIVM reſponſum congratulatorium de Confeſſorum reditu ex Schiſmate.

Lib. 2. Epiſt. 12. 47. iuxta editionẽ Pamelij.

CYPRIANVS Cornelio fratri ſalutem: Et egiſſe nos, & agere, frater chariſſime, maximas gratias ſinè ceſſatione profitemur Deo patri omnipotenti, & Chriſto eius, Domino & Deo noſtro ſalutari, quòd ſic Eccleſia diuinitùs protegatur, vt vnitas eius & ſanctitas non iugiter, nec in totum præfidiæ & hæreticæ prauitatis obſtinatione vincetur. Legimus enim literas veſtras, & voti communis ampliſſimum gaudium exultanter excepimus, Maximum presbyterum & Vrbanũ confeſſores, cum Sidonio & Macario ad Eccleſiam Catholicam regreſſos eſſe, id eſt, errore

tore

rore depoſito, & ſchiſmatico, immò hæretico, furore deſerto, vnitatis ac veritatis domicilium fideli ſanitate repetiſſe, vt vnde ad gl'iam progreſſi fuerãt, illuc glorioſi redirẽt: ne qui Chr'm confeſſi eſſent, Chri poſtmodùm caſtra deſererẽt: nec tẽtarent charitatis, atq; vnitatis fidẽ, qui victi robore & virtute nõ fuerãt. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & ſolida cõfitẽtiũ dignitas, à deſertoribus & profugis receſſiſſe, proditores fidei & eccleſiæ Catholicæ ĩpugnatores reliquiſſe. Meritò illos reuertẽtes, ſummo (ut ſcribitis) gaudio & cler⁹, & plebs & fraternitas oĩs excepit, quæ in cõfeſſorib⁹ gl'iã ſuã cõſeruãtibus, & ad vnitatẽ reuertẽtibus, nemo non ſociũ ſe & participẽ eorũ gloriæ cõputat. Hui⁹ diei lætitiã de noſtris poſſumus ſenſib⁹ æſtimare. Nã cùm iſtic ad literas veſtras, quas de eorũ cõfeſſione miſiſtis, lætatus ſit oĩs fratrũ numerus, & ſumma alacritate hũc nũciũ cõis gratulationis excẽperit, quid illic, vbi res ipſa & p̃ſens lætitia ſub oculis omniũ gerebat? Cùm em̃ Dñs in Euãgelio ſuo dicat, eſſe ſummũ gaudiũ in cælo ſuper
Luc. 15. b vno peccatore pœnitẽtiã agẽte: quãto magis eſt gaudiũ & in terris pariter & ĩ cælo, ſup cõfeſſoribus ad eccl'iã Dei cũ gl'ia ſua & cum laude redeũtib⁹, & redeũdi viã cæteris exẽplũ ſui, fide & probatione facientibus? Hic em̃ quoſdã fratres noſtros error induxerat, q̃ ſibi cõmunicationẽ cõfeſſorũ ſequi videretur. Quo errore ſublato, lux oĩum pectoribus infuſa eſt, & Eccleſia Catholica vna eſſe, nec ſcindi nec diuidi poſſe mõſtrata eſt. Nec quiſq̃ iã facilè poterit ſchiſmatici furẽtis verbis loquacibus decipi, cùm probatũ ſit, bonos & glorioſos Chri milites, nõ potuiſſe diù aliena fallacia & perfidia extra eccleſiã detineri. Optò te frater chariſſime ſemper bene valere.

EIVSDEM AD EVNDEM EPIſtola 4. De factione Nouatiani.

Lib. 3. Epiſt. 12. 48. in noua editione. CORnelius Cypriano fratri ſalutẽ: Nè q̃d minus ad pœnã futurã huius ſcelerati hominis deeſſet, proſtratus virtutibus Dei (cũ Maximus & Lõginus & Machæus idẽ fuiſſent expulſi) denuò reſurrexit: & ſicut prioribus literis tibi, quas p Augẽdũ cõfeſſorẽ miſi, ſignificaui puto Nicoſtratũ, & Nouatũ, & Euariſtũ, & Primũ, & Dionyſiũ, illò iã perueniſſe. Inuigiletur ergò, vt omnibus coepiſcopis noſtris & fratribus innoteſcat, Nicoſtratũ multorũ criminũ reũ, & nõ ſolùm patronæ ſuæ carnali, cuius rõnes geſſit, fraudes & rapinas feciſſe, verùm etiàm quod eſt illi ad perpetuã pœnã reſeruatũ, Eccleſiæ depoſita nõ modica abſtuliſſe: Euariſtũ verò authorẽ ſchiſmatis fuiſſe, & ſucceſſorẽ plebi, cui anteà præfuerat uerũ, ĩ locũ ei⁹ Ep̃m eſſe conſtitutũ. Maiora verò & grauiora hîc deſignauit malitia & inexplebili prauitate ſua, quàm q̃ illic apud ſuos ſemp exercuit; vt ſcias quales duces & protectores iſte ſchiſmaticus & hæreticus lateri ſuo ſemper iunctos habeat.

CYPRIANI RESPONSVM AD Cornelium de Nouati ſceleribus.

CYprianus Cornelio fratri ſalutẽ: Et cũ diligẽtia & cũ dilectione feciſti frater chariſſime, feſtinato ad nos mittẽdo Nicephorũ Lib. 2. Epiſt. 8. 49. iuxta editionẽ Pamelij
acolythũ, q̃ nobis & de cõfeſſoribus regreſſis glorioſam lætitiã nũciaret, & aduersùs Nouatiani & Nouati nouas, & perniciosas, ad impugnandã Chri Eccl'iã, machinas pleniſſimè inſtrueret. Nã quũ pridiè iſthuc veniſſet hæreticæ prauitatis nocẽs factio, ipſa iã perdita, & alios qui ſibi cõſenſerint perditura, poſtero die Nicephor⁹ cũ veſtris literis ſupuenit: quibus & didicim⁹, & docere atq; inſtruere cæteros cœpimus, Enariſtũ de Epiſcopo iã nec laicũ remãſiſſe, cathedræ & plebis extorrẽ, & de Eccleſia Chri exulẽ, p alias lõgè prouincias oberrare, & ipſum veritatis ac fidei naufragũ factũ, circa quoſdam ſui ſimiles paria naufragia cõcitare: Nicoſtratũ verò, diaconio ſanctæ adminiſtrationis amiſſo, eccleſiaſticis pecunijs ſacrilega fraude ſubtractis, & viduarũ ac pupillorũ depoſitis denegatis, nõ tã in Aphricã venire voluiſſe, quàm cõſciẽtia rapinarũ & criminũ nefandorũ, illinc ab vrbe fugiſſe; & nũc Eccleſiæ deſertor ac profugus, (quaſi mutaſſe ſit hominẽ, mutare regionẽ) Cõfeſſorẽ ſe vltrà iactat & prædicat, quũ Chri cõfeſſor nec dici, nec eſſe iã poſſit, q̃
Eccleſiã Chri negauit. Nã quum Paulus Apoſtol⁹ dicat. Propter hoc relinquet homo patrẽ Ephe. 5. g & Gen. 2. d
& matrẽ, & erunt duo in carnem vnam. Sacramẽtũ iſtud magnũ eſt, ego autẽ dico in Chr'm & in Eccleſiã) quũ hoc, inquã, B. Apoſtolus dicat, & Chriſtum pariter atq; Eccleſiæ vnitatẽ indiuiduis nexibus cohærẽtẽ, ſancta ſua uoce teſtetur, quomodò poteſt eſſe cũ Chriſto, qui cũ ſpõſa Chri atq; in eius Eccleſia nõ eſt? Aut quomodò aſſumit ſibi regẽdæ aut gubernãdæ Eccleſiæ curã, qui ſpoliauit & fraudauit Eccleſiã Chri? Nã de Nouato nihil indè ad nos fuerat nũciandũ, quũ magis p nos vobis debeat. Nouatus oſtẽdi, rerũ nouarũ ſemp cupid⁹, auaritiæ inexplebilis, rapacitate furibũdus, arrogãtia & ſtupore ſupbi tumoris inflat⁹, ſemper iſthic Epiſcopis malè cognitus, quaſi hæreticus ſemp & perfidus, oĩum ſacerdotũ voce damnatus, curioſus ſemp, ut prodat: ad hoc adulatur, vt fallat: nũq̃ fidelis, vt diligat: fax & ignis, ad cõflãda ſeditionis incẽdia: turbo & tẽpeſtas, ad fidei faciẽda naufragia, hoſtis quietis, tranquillitatis aduerſarius, pacis inimicus. Deniq; Nouato illinc à uobis recedẽte, id eſt, procella & turbine recedẽte, ex parte illic quies facta eſt, & glorioſi ac boni cõfeſſores, qui de Eccleſia, illo icitãte, diſceſſerãt, poſteaquã ab urbe ille diſceſſit, ad Eccl'iã reuerterũt. Idẽ ẽ Nouatus, qui apud nos primũ diſcordiæ & ſchiſmatis ĩcẽdiũ ſeminauit, q quoſdã iſthic ex fratrib. ab ep̃o ſegregauit, qui ĩ ipſa perſequutione aduertẽdas fratrũ mẽtes, alia q̃dam perſequutio noſtris fuit. Ipſe eſt qui Feliciſſimũ ſatellitẽ ſuũ, diaconũ, nec permittẽte me, nec ſciẽte, ſua factione & ambitione cõſtituit: & cũ ſua tempeſtate Romã quoq; ad euertendã eccleſiam nauigans,

Carigás, ſimilia illic & paria moliens eſt, à clero
portioné plebis auellés, fraternitatis benè ſibi
coh̃rétis, & ſe inuicé diligétis cócordiá ſcidés.
Plane quó ꝓ magnitudine ſua debet Carthagi-
né Roma pcedere, illic maiora & grauiora có
miſit. Qui iſthic aduerſus eccleſiá diaconú fe
cerat, illic epiſcopú fecit. Nec hoc q̃ſquá mi-
ret i talib'. Feruntur ſp mali ſuo furore demen-
tes: & poſteaquá ſcelera fecerint, cóſcientia ip-
ſa ſceleratę mentis agitant. Nec remanere i ec-
cleſia Dei poſſunt, q deificá & Eccleſiaſticá di
ſciplinā nec actus ſui cóuerſatione, nec moru
pace tenuerút. Spoliati ab illo pupilli, frauda
tę viduæ, pecuniæ quoq; eccleſiæ denegatę, has
de illo exigút pœnas, quas in eius furore con
ſpicimus. Pr ét eius in uico fame mortuus, &
ab eo in morte poſtmodú nec ſepultus. Vter'
vxoris calce percuſſus, & abortione ꝓperáte, in
parricidiú partus expreſſus. & dánare nūc au
det ſacrificantiú manus, quú ſit ipſe nocétior
pedibus, q bus filius, q naſcebatur, occiſus eſt.
Hāc cóſcientiá criminú iá pridem timebat: pp
hoc ſe nó de pſbyterio excitari tm̃, ſed & cóm
catione ꝓhiberi, ꝓ certo tenebat. Et vrgétib'
fratribus, imminebat cognitionis dies, quo a-
pud nos cá eius ageret, nisi pſecutionem antè ve
niſſet, quá iſte uoto quodá euadédæ & ſucran
dæ dánationis excipiés, hæc oia cómiſit & mi
ſcuit, ut qui ejci de eccleſia & excludi hébat,
judiciú ſacerdotú uoluntaria diſceſſione pcede
ret: quaſi euaſiſſe ſit pœná, pueniſſe ſniam. Cir
ca cęteros aút fratres elaboramus, quos ab eo
circúuétos dolemus, vt vete ratoris pnicioſum
lat' fugiát, ut lethales laqueos ſolicitátis eua
dát, vt, de qua ille pſti diuinitus meruit, eccle
ſiá repetát. Quos qdé, Dño adiuuante, p eius
miam regredi poſſe cófidimus. Neq; enim pót
perire, niſi quē cóſtat eé periturú, quú Dñs i
Mat. 15.b euágelio ſuo dicat (Oīs plátatio, quá nó plá-
tauit pr meus cœleſtis, eradicabitur.) Qui plátatus
nó eſt pceptis Dei, pris mónitis, ſolus poterit
de eccleſia ille diſcedere: ſolus, epiſcopis de-
relictis, cú ſchiſmaticis & hæreticis i furore re-
manere. Cęteros verò nobiſcú adunabit Dei
pris mia, & Chri Dñi nři idulgétia, & nřa pa
tiétia. Opto te, frater chariſſime ſp bñ valere.

AD ANTONIANVM DE Cornelio & Nouatiano.

EPISTOLA LII.

ARG. Quum Antonianus acceptis litteris à Noua
tiano in partes illius aio propédere cœpiſſet, confir-
mat illú Cyprianus in priori ſnia, Vt ſcẽpe cú Corne-
lio, hoc eſt cú eccleſia catholica cóicate pergat. Quod
vt pſuadeat, totius tragœdiæ inter Cornelium & Noua
tianú hiſtoriá texit, & Corneliú virú optimú & legiti
me electú, Nouatianú vero multis ſceleribus obno-
xiú illegitimá electioné uſurpaſſe docet: obiter etiá
ſub initiú epiſtolæ ſe excuſans de mutata quod ad la-
pſorum rationem attinet ſententia, & ſub finem in
quo Nouatiana hæreſis conſiſtat explicans.

1. Lib. 4 Epiſt. 2 CYprianus Antoniano fratri ſalutē. Ac-
cepi primas litteras tuas frater chariſſi-
me, cócordiam collegij ſacerdotalis firmiter
obtinétes, & catholicæ eccleſiæ cohærétes, qui
bus ſignificaſti cú Nouatiano te non cóicare,
ſed ſequi conſiliú nřm, & cú Cornelió coepi-
ſcopo nřo vnú tenere cóſenſú. Scripſiſti ét, ut
exéplú earundē literarú ad Corneliú collegá
nřm tráſmitteré, ut depoſita oi ſollicitudine
iá ſciret te ſecú, hoc eſt, cum catholica Eccle-
ſia cóicare. Sed.n. ſuperuenerút poſtmodú a-
liæ litteræ tuæ per Quintú cópresbyterú miſ-
ſæ, in quibus aiaduerti aium tuú Nouatiani li
teris motú nutare cœpiſſe. Ná cú & cóſiliú &
cóſenſú tuú firmiter ante fixiſſes, deſideraſti,
in his litteris, vt reſcriberé tibi, quá hæreſim
Nouatianus introduxiſſet, vel Cornelius, qua
rōne Trophimo & thurificatis cóicet. Qd quidé
ſi pro ſollicitudine fidei anxie curas, & rei
dubiæ ueritaté ſollicitus exploras, reprehédē-
da nó ē in timore diuino æſtuátis animi ſolli
citudo ſuſpéſa. Quó tñ uideo poſt primá ſen-
tétia epſæ tuę, Nouatiani litteris poſtmodú te
eſſe cómotú, illud frater cariſſime, primo i lo
co pono: graues uiros, & ſemel ſup petrá ſoli-
da ſtabilitate fundatos, nó dico aura leui, ſed
nec uéto aut turbine cómoueri, ne aius dubi'
& incertus uarijs opinionibus, velut quibuſdá
uétorú incurſantiú flatib. frequenter agitetur,
& à ꝓpoſito ſuo cú quadá leuitate reprehéſio-
ne mutet. Qd ne vel apud te vel apud quéquá
Nouatiani litteræ faciát, ut deſideraſti, frater, 2.
rōné rei tibi breuiter exponá. Et quidé primú
qm̃ de meo quoq; actu motus uideris, mea a-
pud te & pſona, & cá purgáda eſt, ne mè aliqs
exiſtimet à ꝓpoſito meo leuiter receſſiſſe, &
cú euágelicú uigoré primo & inter initia de-
fenderim, poſtmodú uidear aium meú à diſci
plina, & céſura priore fleɾiſſe, vt his, qui libel
lis cóſciétiá ſuá maculauerint, vel nefanda ſa
crificia cómiſerint, laxandá pacé putauerim.
Qd vtrúq; nó ſine librata diu & pódèrata rō-
ne à me factú eſt. Ná cú acies adhuc inter ma
nus eēt, & pliú glorioſi certaminis in pſecu-
tione ferueret, toto hortatu, & pleno impetu
militú uires fuerát excitádę, & maxime lapſo-
rú mētes claſſico quodá nřæ uocis aiandæ; vt
pœnitétiæ uia nó ſolú precibus & lamétatio-
nibus ſequerétur, ſed (qm̃ repetédi certaminis
& reparádæ ſalutis dabatur occaſio) ad cófeſ-
ſionis potius ardoré, & martyrij gloriá nřis
increpitu uocibus ꝓuocarentur. Denique cú de
quibuſdá ad me pſbyteri & diaconi ſcripſiſſét
eos immoderatos eſſe, & ad cóicationé accipié-
dá feſtinanter vrgere, reſcribés eis in epſa mea
q̃ extat, & hoc addidi, Qui ſi nimiú properát,
hás in sua pſtáte qd poſtulát, tpe ipſo ſibi plus
quá poſtulát largiéte. Acies adhuc geritur, &
agó quotidie celebratur, ſi cómiſſi uere & fir
miter pœnitet, & fidei calor prævalet, q differ
ri nó pót, ꝓoc coronari. De eo tñ qd ſtatuédú
eſſet circa cauſam lapſorú, diſtuli, ut cú qes & trá
quillitas data eēt, & ep̃os in unú cóuenire in-
dulgétia diuina permitteret, túc cóicato & li-
brato de oium collatione cóſilio, ſtatueremus
quid fieri oporteret; ſi quis vero ante cóſiliú
nřm, & ante ſniam d oium cóſilio ſtatutá lapſis
temere cóicare uoluiſſet, ipſe à cóicatione ab-
ſtineretur. Qd ét Roma ad clerú túc adhuc ſi-
ne ep̃o agété, & ad cóſeſſores Maximú presby
terum

terũ & ceteros in cuſtodia cõſtitutos, nunc in Eccleſia cũ Cornelio iũctos, pleniſſime ſcripſi. q̃d me ſcripſiſſe, de eorũ reſcriptis poteris noſcere. nã in epiſtola ſua ita poſuerũt. Quãquã nobis in tã ingenti negotio placeat, q̃d & tu ipſe tractaſti, prius eſſe Eccleſiæ pacem ſuſtinendã; deinde ſic collatione cõſiliorũ cum Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, cõfeſſoribus pariter ac ſtãtibus laicis facta lapſorũ tractare rõnẽ. Additũ ẽ ẽt Nouatiano tũc ſcribẽte, & qn od ſcripſerat ſua uoce recitãte, & presbytero Moyſe, tunc adhuc confeſſore, nunc iam martyre ſubſcribente; vt lapſis infirmis, & in exitu conſtitutis pax daretur. Quæ litteræ per totum mundum miſſæ ſunt, & in notitiam Eccleſijs omnibus & vniuerſis fratribus perlatæ ſunt. Secundum quod tamẽ ante fuerat deſtinatum, perſecutione ſopita, cum data eſſet facultas in vnum conueniendi, copioſus Epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua & Domini tutela protexit, in vnum cõuenimus, & ſcripturis diu ex vtraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione librauimus, vt nec in totũ ſpes cõmunicationis & pacis lapſis denegaretur, ne plus deſperatione deficerent, & eo quod ſibi Eccleſia cluderetur, ſecuti ſæculum gentiliter viuerent; nec tamen rurſus cenſura euangelica ſolueretur, vt ad communicationem temere proſilirent; ſed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur cauſæ, & voluntates, & neceſſitates ſingulorum, ſecundum quod libello continetur, quem ad te perueniſſe confido, vbi ſingula placitorum capita cõſcripta ſunt. Ac ſi minus ſufficiens Epiſcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium collegam noſtrũ, qui & ipſe cum plurimis coepiſcopis habito concilio, in eandem nobiſcum ſententiam pari grauitate & ſalubri moderatione conſenſit. De quo tibi neceſſe nunc fuit ſcribere, vt ſcias me nihil leuiter egiſſe, ſed ſecũdùm quod litteris meis fueram ante complexus, omnia ad commune concilij noſtri cõſilium diſtuliſſe, & nemini quidem ex lapſis prius communicaſſe; quando adhuc erat, vnde non tantum indulgentiam, ſed & coronam lapſus acciperet: poſtea tamen ſicut collegij concordia, & colligendæ fraternitatis, ac medendi vulneris vtilitas exigebat, neceſſitati temporum ſuccubuiſſe, & ſaluti multorum prouidendum putaſſe, & nunc ab his non recedere, quæ ſemel in cõcilio noſtro de communi collatione placuerunt, quamuis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia aduerſus ſacerdotes Dei, de Diaboli ore prolata, ad rumpendam Catholicæ vnitatis concordiam, vbique iactẽtur. Sed te oportet vt bonum fratrẽ atque vnanimem conſacerdotem, non quid maligni atque apoſtatæ dicant facile ſuſcipere; ſed quid collegæ tui modeſti & graues viri faciant, de vitæ & diſciplinæ noſtræ exploratione perpẽdere. Venio iã nunc, frater chariſſime, ad perſonam Cornelij collegæ noſtri; vt Cornelium nobiſcum verius noueris, nõ de malignorum & detrahentium mẽdacio, ſed de domini Dei iudicio, qui Epiſcopum fecit, & coepiſcoporũ teſtimonio, quorum numerus vniuerſus per totum mundum concordi vnanimitate conſenſit. Nam, quod Cornelium chariſſimum noſtrum Deo, & Chriſto & Eccleſiæ eius, item conſacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat; non iſte ad Epiſcopatũ ſubito peruenit, ſed per omnia eccleſiaſtica officia promotus, & in diuinis adminiſtrationibus Dñm ſæpe promeritus, ad ſacerdotij ſublime faſtigiũ cũctis religionis gradibus aſcendit. Tũ deinde Epatum ipſum nec poſtulauit, nec uoluit, nec vt ceteri, quos arrogantię & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, iuaſit; ſed quietus & modeſtus, & quales eſſe cõſueuerũt, qui ad hũc locũ diuinitus eliguntur, pro pudore virginalis cõſciæ ſuæ, & pro humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ verecũdiæ; nõ vt quidã vim fecit, vt eps fieret; ſed ipſe uim paſſus eſt, vt epiſcopatũ coactus exciperet. Et factus eſt Eps à plurimis collegis noſtris, qui tũc in vrbe Roma aderãt, qui ad nos litteras honorificas, & laudabiles, & teſtimonio ſuæ p̃dicationis illuſtres d̃ eius ordinatione miſerũt. Fact⁹ eſt aũt Cornelius Eps de Dei & Chri eius iudicio, d̃ clericorũ pene oĩum teſtimonio, de plebis; q̃ tũc affuit, ſuffragio, & de ſacerdotũ antiquorũ & bonorũ uirorũ collegio; cum nemo añ ſe factus eſſet, cũ Fabiani locus, i. cũ locus Petri & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret quo occupato de Dei volũtate, atq; oĩum noſtrũ cõſenſione firmato; quiſquis iã Eps fieri voluerit, foris fiat neceſſe ẽ, nec hẽat eccleſiaſticã ordinationẽ, qui Eccleſiæ nõ tenet vnitatẽ, quiſquis ille fuerit, multũ de ſe licet iactãs & ſibi plurimũ vindicãs profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cũ poſt primũ ſecũdus eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnũ, qui ſolus eſſe dẽat, factus eſt, nõ iã ſecũdus ille, ſed nullus eſt. Tum deinde poſt epatũ nõ exambitũ, nec extortũ, ſed de Dei, qui ſacerdotes facit, volũtate ſuſceptũ, quãta in ipſo ſuſcepto Epatu ſuo virtus ? quantũ robur animi? qualis firmitas fidei? q̃d nos ſimplici corde & perſpicere penitus, & laudare debemus: ſediſſe intrepidũ Romæ in ſacerdotali cathedra eo tpe, cũ tyrannus infeſtus ſacerdotibus Dei fanda, atq; infanda cõminaretur; cũ multo patiẽtius & tolerabilius audiret leuari aduerſus ſe æmulũ principem quã cõſtitui Romæ æmulũ ſacerdotẽ. Nonne hic frater chariſſime ſummo virtutis & fidei teſtimonio prędicandus eſt ? nonne inter glorioſos confeſſores & martyras deputãdus, qui tm̃ tẽporis ſedit expectans corporis ſui carnifices, & tyranni ferocientis ultores, qui Corneliũ aduerſus edicta feralia reſiſtẽtẽ, & minas, & cruciatus, & tormẽta fidei uigore calcãtẽ, vel gladio inuaderẽt, uel crucifigerẽt, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarũ uiſcera eius & mẽbra laniarent ? Etiã ſi maieſtas Dñi protegentis & bonitas ſacerdotem,

quem fieri voluit, factum quoque protexit; tũ
Cornelius, quantum ad eius deuotionem per-
tinet & timorẽ, paſſus eſt quidquid pati po-
tuit, & tyrannũ armis, & bello poſtmodũ ui-
ctum, prior ſacerdotio ſuo uicit. Quod autem
quædam de illo in honeſta & maligna iactant,
nolo mireris; cum ſcias hoc eſſe opus ſemper
diaboli, vt ſeruos Dei mendacio laceret, &
opinionibus falſis glorioſum nomẽ infamet;
vt qui conſcientiæ ſuæ luce clareſcunt, alienis
rumoribus ſordidentur. Exploraſſe autem col
legas noſtros ſcias, & veriſſime comperiſſe nul
la illum libelli, vt quidam iactant, labe macu-
latum eſſe, ſed neque cum epiſcopis, qui ſacri
ficauerunt, communicationem ſacrilegam mi
ſcuiſſe; ſed eos demũ quorum cauſa audita &
innocẽtia comprobata ſit, coniunxiſſe nobiſ-
cum. Nam & de Trophimo, de quo tibi ſcribi
deſideraſti, non ita res eſt, vt ad te pertulit ru-
mor & mẽdaciũ malignorum. Nam ſicut an-
teceſſores noſtri ſæpe fecerunt, colligẽdis fra-
tribus noſtris, chariſſimus frater noſter Corne-
lius neceſſitati ſuccubuit: & quoniam cum
Trophimo pars maxima plebis abſceſſerat, re
deunte nunc ad Eccleſiam Trophimo, &
ſatisfaciente, & pœnitentia deprecationis er-
rorem priſtinum confitente, & fraternita-
tem, quam nuper abſtraxerat, cum plena
humilitate & ſatisfactione reuocante, auditæ
ſunt eius preces, & in Eccleſiam Domini non
tam Trophimus quam maximus fratrum
numerus, qui cum Trophimo fuerat, admiſ-
ſus eſt: qui omnes regreſſuri ad Eccleſiam
non eſſent, niſi cum Trophimo comitante ue
niſſent. Tractatu ergo illic cum collegis pluri-
mis habito, ſuſceptus eſt Trophimus; pro
quo ſatisfaciebat fratrum reditus, & reſtituta
multorum ſalus: ſic tamen admiſſus eſt Tro-
phimus, vt laicus communicet, non ſecun-
dum quod ad te malignorum litteræ pertule-
runt, quaſi locum ſacerdotis vſurpet. Sed &
quod paſſim communicare ſacrificatis Corne
lius tibi nunciatus eſt, hoc etiam de apoſtata-
rum fictis rumoribus naſcitur. Neque enim
poſſunt laudare nos, qui recedunt: aut expe-
ctare debemus vt placeamus illis, qui nobis
diſplicentes, & contra eccleſiam rebelles, ſol-
licitandis de Eccleſia fratribus uiolenter
inſiſtunt. Quare & de Cornelio, & de no-
bis quæcunque iactantur, nec audias fa-
cile, nec credas frater chariſſime. Si qui
enim infirmitatibus occupentur, illis, ſi-
cut placuit, in periculo ſubuenitur: poſtea
quam tamen ſubuentum eſt, & periclitan-
tibus pax data eſt, ſuffocari à nobis non poſ-
ſunt; aut opprimi, aut vi & manu noſtra in
exitum mortis vrgeri, vt quoniam morien-
tibus pax datur, neceſſe ſit mori eos, qui acce-
perint pacem: cum magis in hoc iudicium
diuinæ pietatis, & paternæ lenitatis appa-
reat, quod qui pignus vitæ in data pace per-
cipiunt, hic quoque ad vitam percepta pa-
ce teneantur. Et idcirco ſi accepta pace com-
meatus a Deo datur, nemo hoc debet in ſacer
dotibus criminari, cum ſemel placuerit fratri-
bus in periculo ſubueniri. Nec tu exiſtimes fra 4.
ter chariſſime, ſicut quibuſdam videtur, libel-
laticos cum ſacrificatis æquari oportere; quũ
inter ipſos etiam qui ſacrificauerint, & condi-
cio frequenter & cauſa diuerſa ſit. Neq; enim
æquandi ſunt, ille qui ad ſacrificiũ nefandum
ſtatim voluntate proſiliuit, & qui reluctatus
& congreſſus diu ad hoc funeſtum opus ne-
ceſſitate peruenit: ille qui & ſe & omnes ſuos
prodidit; & qui ipſe pro cunctis ad diſcri-
men accedens, vxorem, & liberos, & domum
totam periculi ſui perfunctione protexit: il-
le qui inquilinos vel amicos ſuos ad faci-
nus compulit, & qui inquilinis & colonis
pepercit, fratres etiam plurimos qui extor-
res & profugi recedebant in ſua tecta & ho-
ſpitia recepit, oſtendens & offerens Domi-
no multas viuentes & incolumes animas;
quæ pro una ſaucia deprecentur. Cum er-
go inter ipſos qui ſacrificarint, multa ſit di-
uerſitas; quæ inclementia eſt, & quam acer-
ba duritia libellaticos cum iis qui ſacrifica-
uerint iungere? quando is cui libellus acce-
ptus eſt, dicat: Ego prius legeram & epiſcopo
tractante cognouerã non ſacrificandum
idolis, nec ſimulacra ſeruum Dei adorare de-
bere; & idcirco ne hoc facerem, quod non
licebat (cum occaſio libelli fuiſſet oblata,
quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa
fuiſſet occaſio) ad magiſtratum uel ueni,
vel alio eunte mandaui Chriſtianum me eſ-
ſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diabo-
li me venire non poſſe; dare me ob hoc præ-
mium, ne quod non licet faciam. Nunc ta-
men etiam iſte qui libello maculatus eſt, po-
ſtea quam nobis admonentibus didicit,
nec hoc ſe facere debuiſſe, & ſi manus pura
ſit, & os eius feralis cibi contagia nulla pol-
luerint, conſcientiam tamen eius eſſe pollu-
tam; flet auditis nobis, & lamentatur, &
quod deliquerit nunc admonetur, & non
tam crimine, quam errore deceptus, quod
iam de cætero inſtructus, & paratus ſit, con-
teſtatur. Quorum ſi pœnitentiam reſpua-
mus habentium aliquam fiduciam, tolera- 5.
bilis conſcientiæ, ſtatim cum uxore, cum li-
beris quos incolumes reſeruauerant, in hæ-
reſim vel ſchiſma diabolo inuitante rapiun-
tur: & adſcribetur nobis in die iudicii, nec Luc. 15.
ouem ſauciam curaſſe, & propter vnam ſau-
ciam multas integras perdidiſſe. Et cum Do- Matt. 18.
minus relictis nonaginta nouem ſanis vnam
errantem & laſſam quæſierit, & inuentam hu
meris ſuis ipſe portauerit; nos non tantum
non quæramus lapſos; ſed & uenientes ar-
ceamus: & cum pſeudoprophetæ gregem
Chriſti nunc vaſtare & lacerare non deſi-
nant, occaſionem canibus & lupis demus,
vt quos perſecutio infeſta non perdidit,
eos nos duritia noſtra & inhumanitate per-
damus. Et ubi erit frater chariſſime quod
Apoſto-

1.Cor. 10. Apoſtolus dicit? Omnibus per omnia placeo,
non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod
multis vt ſaluentur. Imitatores mei eſtote, ſi-
cut & ego Chriſti. Et iterom: Factus ſum in-
1.Cor. 4. firmus infirmis, vt infirmos lucrarer. Et ite-
1.Cor. 9. rum: Si patitur membrum vnum, compatiun
1.Cor. 12. tur & cętera membra: et ſi lætatur vnum mē-
brum, collętantur & cetera membra. Alia eſt
philoſophorum & Stoicorū ratio frater cha-
riſſime, qui dicunt omnia peccata paria eſſe;
& uirum grauem non facile flecti oportere.
inter Chriſtianos autem & philoſophos plu-
Coloſſ. 2. rimum diſtat. Et cum Apoſtolus dicat: Vide-
te ne quis vos deprædetur per philoſophiam
& inanem fallaciam, vitanda ſunt quæ non
de Dei clementia ueniūt, ſed de philoſophiæ
durioris præſumptione deſcendunt. De Moy
Num. 12. ſe autem legimus in ſcripturis dictum: Et
Luc. 6. fuit Moyſes homo lenis nimis. Et Dominus
Matth. 9. in Euangelio ſuo dicit: Eſtote miſericordes,
ſicut & pater veſter miſertus eſt ueſtri. Et ite-
rum: Non eſt opus ſanis medicus, ſed ma-
le habentibus. Quam poteſt exercere medi-
cinam, qui dicit: ego ſolos ſanos curo, qui-
bus medicus neceſſarius non eſt? Opem no-
ſtram medelam noſtram uulneratis exhibere
debemus. Nec putemus mortuos eſſe, ſed
magis ſemianimes iacere eos, quos perſecu-
tione funeſta fauciatos videmus: qui ſi in to-
tum mortui eſſent nunquam de eiſdem poſt
modum & confeſſores & martyres fierent.
Sed quoniam eſt in illis quod pœnitentia ſe-
quente reualeſcat, ad fidem, & ad virtutem
de pœnitentia robur armatur; quod armari
non poterit, ſi quis deſperatione deficiat, ſi
ab Eccleſia dure & crudeliter ſegregatus ad
gentiles ſe uias & ſæcularia opera conuertat,
vel ad hæreticos & ſchiſmaticos reiectus ab
Eccleſia tranſeat. Vbi etſi occiſus propter
nomen poſtmodom fuerit extra Eccleſiam
conſtitutus, & ab unitate atque à caritate di-
uiſus, coronari in morte non poterit. Et ideo
placuit frater cariſſime examinatis cauſis ſin-
gulorum libellaticos interim admitti, ſacri-
ficatis in exitu ſubueniri: quia exomologe-
ſis apud inferos non eſt, nec ad pœnitentiam
quis à nobis compelli poteſt, ſi fructus pœni-
tentiæ ſubtrahatur. Si prælium prius venerit,
corroboratus à nobis inuenietur armatus ad
prælium. ſi vero ante pręlium infirmitas vr-
ſerit, cum ſolatio pacis & communicationis
abſcedit. neque enim præiudicamus Do-
mino iudicaturo, quo minus ſi pœnitentiam
plenam & iuſtam peccatoris inuenerit, tunc
ratum faciat quod à nobis fuerit hic ſtatu-
Gal. 6. tum. Si vero nos aliquis pœnitentiæ ſimu-
1 Reg. 16. latione deluſerit; Deus qui non deridetur,
& qui cor hominis intuetur, de his quæ nos
minus perſpeximus iudicet, & ſeruorum ſen-
tentiam Dominus emendet, dum tamen
nos meminiſſe frater debeamus ſcriptum
eſſe: Frater fratrem adiuuans exaltabitur.
Prou. 18. Et Apoſtolum quoque dixiſſe: In contem-
platione habentes unuſquiſque, ne & uos ten Gal. 6.
temini, alterutrum onera ſuſtinete, & ſic a-
dimplebitis legem Chriſti. Item qood ſu-
perbos redarguens & arrogantiam frangens
in epiſtola ſua ponat: Et qui ſe putat ſtare, 1.Cor. 10.
videat ne cadat. Et alio in loco dicat: Tu quis Rom. 14.
es qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo
ſtat aut cadit, ſtabit autem, potens eſt enim
Deus ſtatuere eum. Ioannes quoque Ieſum
Chriſtum Dominum aduocatum & depreca-
torem pro peccatis noſtris probet dicens: Fi- 1.Ioan. 2.
lioli mei iſta ſcribo vobis ne delinquatis, &
ſi quis deliquerit, aduocatum habemus apud
patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt
deprecatio pro delictis noſtris. Et Paulus Rom. 5.
qooqoe Apoſtolus in Epiſtola ſua poſuit: Si
cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus
pro nobis mortuus eſt, multo magis nunc
iuſtificati in ſanguine illius liberabimur per
illum ab ira. Cuius pietatem & clementiam
cogitantes, non acerbi adeo, nec duri, nec
in fouendis fratribus inhumani eſſe debe-
mus, ſed dolere cum dolentibus, & cum flen
tibus flere, & eos quantum poſſumus auxilio
& ſolatio noſtræ dilectionis erigere, nec a-
deo immites & pertinaces ad eorum pœni-
tentiam retundendam, nec iterum ſolui &
faciles ad communicationem temere laxan-
dam. Iacet ecce ſaucius frater ab aduerſario
in acie vulneratus. Inde Diabolus conatur
occidere quem vulnerauit, hinc Chriſtus hor
tatur ne in totum pereat, quem redemit.
Cui de duobus aſſiſtimus, in cuius partibus Lucæ 10.
ſtamus? vtrum ne Diabolo fauemus ut peri-
mat, & ſemianimem fratrem iacentem, ſi-
cut in Euangelio ſacerdos & leuites præteri-
mus? an uero ut ſacerdotes Dei & Chriſti,
quod Chriſtus & docuit, & fecit imitantes,
vulneratum de aduerſarij faucibus rapimus,
vt curatum Deo iudici reſeruemus? Nec pu- 6.
tes frater chariſſime hinc aut virtutem fra-
trum minui, aut martyria deficere, quod la-
pſis laxata ſit pœnitentia, & quod pœnitenti-
bus ſpes pacis oblata. Manet vere fidentium
robur immobile, & apud timentes ac diligen
tes corde toto Deum ſtabilis & fortis perſe-
uerat integritas. Nam & mœchis à nobis
pœnitentiæ tempus conceditur, & pax da-
tur, non tamen iccirco uirginitas in Eccleſia
deficit, aut continentiæ propoſitum glorio-
ſum per aliena peccata langueſcit. Floret
Eccleſia tot uirginibus coronata, & caſtitas
ac pudicitia tenorem gloriæ ſuæ ſeruat, nec
quia adultero pœnitentia & uenia laxatur,
continentiæ vigor frangitur. Aliud eſt, ad
veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire:
aliud miſſum in carcerem non exire inde, Matth. 5.
donec ſoluat nouiſſimum quadrantem;
aliud ſtatim fidei & virtutis accipere mer- 1.Cor. 3.
cedem: aliud pro peccatis longo dolore cru-
ciatum emundari, & purgari diu igne; aliud
peccata omnia paſſione purgaſſe: aliud de-
nique pendere in die iudicij ad ſententiam

Domini, aliud ſtatim à Domino coronari.
Et quidem apud anteceſſores noſtros quidam
de epiſcopis iſtic in prouincia noſtra dãdam
pacem mœchis non putauerunt, & in totum
pœnitentiæ locus contra adulteria clauſe-
runt; non tamen à coepiſcoporum ſuorum
collegio receſſerunt, aut catholicæ Eccleſiæ
vnitatem vel duritiæ, vel cenſuræ ſuæ ob-
ſtinatione ruperunt, vt quia apud alios a-
dulteris pax dabatur, qui non dabat, de Ec-
cleſia ſepararetur. Manente concordiæ vin-
culo & perſeuerante catholicæ Eccleſiæ in-
diuiduo ſacramento, actum ſuum diſpo-
nit & dirigit vnuſquiſque Epiſcopus
pus rationem propoſiti ſui Domino reddi-
turus. Miror autem quoſdam ſic obſtina-
tos eſſe, vt dandam non putent lapſis pœni-
tentiam, aut pœnitentibus exiſtiment ve-
Apoc. 2. niam denegandam, cum ſcriptum ſit: Me-
mento vnde cecideris, & age pœnitentiam,
& fac priora opera. Quod vtique ei dici-
tur, quem conſtat cecidiſſe, & quem Domi-
nus hortatur per opera rurſus exurgere, quia
ſcriptum eſt: Eleemoſyna à morte liberat;
Tob. 4. & non vtique ab illa morte, quam ſemel
Chriſti ſanguis extinxit, & aqua nos ſaluta-
ris baptiſmi & redemptoris noſtri gratia li-
berauit, ſed ab ea, quæ per delicta poſtmo-
dum ſerpit. Alio item loco pœnitentiæ tem-
pus datur, & pœnitentiam non agenti Domi
Apoc. 2. nus comminatur: Habeo, inquit, aduerſus
te multa, quod vxorem tuam Iezabel, quæ ſe
dicit propheten, ſinis docere & ſeducere
ſeruos meos, fornicari & manducare de ſa-
crificijs, & dedi illi tempus vt pœnitentiam
ageret, & pœnitere non vult à fornicatione.
Ecce mitto eam in lectum, & qui cum ea for-
nicati ſunt, in maximam tribulationem, niſi
pœnitentiam geſſerint ab operibus ſuis.
Quos vtique ad pœnitentiam Dominus non
hortaretur, niſi quia pœnitentibus indulgen
Luc. 15. tiam pollicetur. Et in Euangelio: Dico, in-
quit vobis, ſic erit gaudium in cœlo ſuper v-
no peccatore pœnitentiam agente, quam ſu-
per nonaginta nouem iuſtis, quibus non eſt
opus pœnitentia. Nam cum ſcriptum ſit:
Sap. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in per-
ditione viuorum, vtique qui neminem vult
perire, cupit peccatores pœnitentiam agere,
& per pœnitentiam denuo ad vitam redire.
Iohel. 2. Ideo & per Iohel prophetam clamat & dicit:
Et nunc dicit Dominus Deus: Reuertimini
ad me ex toto corde veſtro, ſimulque & ieiu-
nio, & fletu, & planctu, & diſcindite corda
veſtra, & non veſtimenta veſtra, & reuertimi-
ni ad Dominum Deum veſtrum, quia miſe-
ricors & pius eſt, & patiens, & multæ miſera-
tionis, & qui ſententiam flectat aduerſus ma-
litias irrogatas. In pſalmis etiam legimus
cenſuram pariter & clementiam Dei commi
nantis ſimul atque parcentis; punientis vt
Pſalm. 88. corrigat, & cum correxerit reſeruantis. Viſi-
tabo, inquit in virga facinora eorum, & in
flagellis delicta eorum. Miſericordiam au-
tem meam non diſpergam ab eis. Dominus
quoque in Euangelio pietatem Dei patris o-
ſtendens ait: Quis eſt ex vobis homo quem ſi Matth. 7
petierit filius eius panem, lapidem porriget
illi? aut ſi piſcem poſtulauerit, ſerpentem illi
porriget? Si ergo vos, cum ſitis nequam, ſcitis
bona data dare filijs veſtris, quanto magis pa
ter veſter cœleſtis dabit bona poſcentibus ſe?
Comparat hic Dominus carnalem patrem &
Dei patris æternam largamque pietatem:
quod ſi iſte in terris nequam pater offenſus
grauiter à filio peccatore & malo, ſi tamen
eundem poſtmodum viderit reformatum, &
depoſitis prioris vitæ delictis ad ſobrios, &
bonos mores, & ad innocentiæ diſciplinam
pœnitentiæ dolore correctum, & gaudet &
gratulatur, & ſuſceptum quem ante proie-
cerat cum voto paternæ exultationis ample-
ctitur, quanto magis vnus ille & verus pater
bonus, miſericors & pius, immo ipſe boni-
tas & miſericordia, & pietas lætatur in pœ-
nitentia filiorum ſuorum, nec iram pœniten
tibus, aut plangentibus & lamentantibus pœ-
nam comminatur, ſed veniam magis & in-
dulgentiam pollicetur. Vnde Dominus in Matth. 5.
euangelio beatos dicit plangentes, quia qui
plangit, miſericordiam prouocat: qui pertin-
ax & ſuperbus eſt, iram ſibi & pœnam iudi-
cij venientis exaggerat. Et ideo frater cha-
riſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolo-
rem delictorum ſuorum toto corde & mani-
feſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes,
prohibendos omnino cenſuimus à ſpe com-
municationis & pacis, ſi in infirmitate atque
in periculo cœperint deprecari; quia rogare
illos non delicti pœnitentia, ſed mortis ur-
gentis admonitio compellit, nec dignus eſt
in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogi-
tauit eſſe moriturum. Quod vero ad Noua-
tiani perſonam pertinet frater chariſſime, de 7.
quo deſiderasti tibi ſcribi quam hæreſim in-
troduxiſſet; ſcias nos primo in loco nec curio
ſos eſſe debere quid ille doceat cũ foris doceat.
Quiſquis ille eſt, & qualiſcunq; eſt, Chriſtia-
nus nõ eſt, qui i Chriſti eccleſia nõ eſt. Iactet
ſe licet & philoſophiam vel eloquentiam ſuã
ſuperbis vocibus prædicet; qui nec fraternam
charitatem, nec eccleſiaſticam vnitatẽ tenuit,
etiam quod prius fuerat amiſit. Niſi ſi epi-
ſcopus tibi videtur, qui epiſcopo in Eccleſia
à ſedecim coepiſcopis facto, adulter at-
que extraneus Epiſcopus fieri à deſerton-
bus per ambitum nititur: & cum ſit à
Chriſto vna Eccleſia per totum mundum
in multa membra diuiſa; item Epiſco-
patus vnus, Epiſcoporum multorum con-
cordi numeroſitate diffuſus; ille post
Dei traditionem, poſt connexam &
vbique coniunctam Catholicæ Eccleſiæ
vnitatem, humanam conetur Eccleſiam
facere, & per plurimas ciuitates nouos Apo-
ſtolos ſuos mittat, vt quædam recentia in-
ſtitutionis

ſtitutionis ſuæ fundamenta cōſtituat; cumq́;
iam pridem per omnes prouincias & per vr-
bes ſingulas ordinati Epiſcopi in ætate anti-
qui, in fide integri, in preſſura probati, in per-
ſecutione proſcripti, ille ſuper eos creare a-
lios pſeudoepiſcopos audeat. Quaſi poſſit
aut totum orbem noui conatus obſtinatione
peragrare, aut Eccleſiaſtici corporis compagi-
nem diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere;
neſciens ſchiſmaticos ſemper inter initia fer-
uere, incrementa vero habere non poſſe, nec
augere quod illicitè cœperint, ſed ſtatim cum
praua ſua æmulatione deficere. Epiſcopatum
autem tenere non poſſet, etiam ſi Epiſcopus
prius factus, a Coepiſcoporum ſuorum cor-
pore & ab Eccleſiæ vnitate deſciſceret; quan-
do Apoſtolus admoneat, vt inuicem noſme-
tipſos ſuſtineamus, ne ab vnitate quam Deus
Epheſ. 4. conſtituit, recedamus, & dicat: Suſtinentes
inuicē in dilectione, ſatis agentes ſeruare vni-
tatem Spiritus in coniunctione pacis. Qui er-
go nec vnitatem Spiritus nec coniunctionem
pacis obſeruat, & ſe ab Eccleſię vinculo atque
a ſacerdotum collegio ſeparat; Epiſcopi nec
poteſtatē poteſt habere nec honorē, qui Epi-
ſcopatus nec vnitatē voluit tenere, nec pacē.
8. Tum deinde quantus arrogantiæ tumor eſt,
quanta humilitatis & lenitatis obliuio, arro-
gantiæ ſuæ quāta iactatio, vt quis aut audeat,
aut facere ſe poſſe credat, quod nec Apoſtolis
Matt. 13. conceſſit Dominus, vt zizania a frumento pu-
tet ſe poſſe diſcernere, aut quaſi ipſi palā ferre
& aream purgare conceſſum ſit, paleas cone-
tur a tritico ſeparare. cumque Apoſtolus di-
2. Tim. 2. cat: In domo autem magna non ſolum vaſa
aurea ſunt & argentea, ſed & lignea & fictilia,
aurea & argentea vaſa videatur eligere, lignea
vero & fictilia contemnere, abijcere, damna-
re, quando non niſi die Domini vaſa lignea,
diuini ardoris incendio concrementur, & fi-
ctilia ab eo, cui data eſt ferrea virga, frangan-
tur. Aut ſi ſe cordis & renis ſcrutatorem con-
ſtituit & iudicem, per omnia æqualiter iudi-
Ioan. 5. cet, & cum ſciat ſcriptum eſſe: Ecce ſanus fa-
ctus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius
fiat, fraudatores & mœchos a latere atque a
comitatu ſuo ſeparet: quando multo & gra-
uior, & peior ſit mœchi quam libellatici cau-
ſa, cum hic neceſſitate, ille voluntate peccaue-
rit; hic exiſtimans ſibi ſatis eſſe quod non ſa-
crificauerit, errore deceptus ſit, ille matrimo-
nij expugnator alieni, vel lupanar ingreſſus
ad cloacam & cœnoſam voraginem vulgi, ſan-
ctificatum corpus & Dei templum deteſtabili
colluuione violauerit: ſicut Apoſtolus dicit:
1. Cor. 6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo,
extra corpus eſt; qui autem mœchatur, in cor-
pus ſuum peccat. Quibus tamen & ipſis pœ-
nitentia conceditur, & lamentandi ac ſatisfa-
ciendi ſpes relinquitur, ſecūdum ipſum apo-
2. Cor. 12. ſtolum dicentem: Timeo ne forte veniens ad
vos lugeā multos ex ijs qui ante peccauerunt,
& non egerunt pœnitentiam de immunditijs
quas fecerunt, & fornicationibus & libidini-
bus. Nec ſibi in hoc noui hæretici blandian-
tur, quod ſe dicant idololatris non commu-
nicare; quando ſint apud illos & adulteri &
fraudatores, qui teneantur idololatriæ crimi-
ne, ſecundum Apoſtolum dicentē: Hoc enim Epheſ. 5.
ſcitote intelligētes quia omnis fornicator aut
immundus, aut fraudator, quod eſt idolola-
tria, non habet hæreditatem in regno Chriſti
& Dei. Et iterum: Mortificate itaque mem- Coloſſ. 3.
bra veſtra quæ in terra ſunt, exponentes for-
nicationem, immunditiam, & concupiſcentiā
malam, & cupiditatem, quæ ſunt idolorum
ſeruitus, propter quę venit ira Dei. Nam cum
corpora noſtra membra ſint Chriſti, & ſingu-
li ſimus templum Dei, quiſquis adulterio tē-
plum Dei violat, Deum violat; & qui in pecca-
tis committendis voluntatem Diaboli facit,
Dæmonijs & idolis ſeruit. Neque enim mala
facta de ſancto Spiritu veniunt, ſed de aduer-
ſarij inſtinctu; & de immundo ſpiritu natæ
concupiſcentię contra Deum facere, & Diabo-
lo ſeruire compellunt. Ita fit vt ſi peccato alte-
rius inquinari alterum dicunt, & idololatriā
delinquentis ad non delinquētem tranſire ſua
aſſeueratione cōtendunt; excuſari ſecundum
ſuam vocem nō poſſint ab idololatriæ crimi-
ne, cum cōſtet de Apoſtolica probatione mœ-
chos & fraudatores, quibus illi communicant
idololatras eſſe. Nobis autem ſecundum fidē
noſtram, & diuinæ prædicationis datam for-
mam cōpetit ratio veritatis, vnumquemque
in peccato ſuo ipſum teneri, nec poſſe alterū
pro altero reum fieri cum Dominus præmo-
neat & dicat: Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & Ezech. 18.
ſcelus ſcelerati ſuper eum erit. Et iterum: Nō
morientur patres pro filijs, & filij nō morien-
tur pro patribus. Vnuſquiſque in peccato ſuo 4. Reg. 14
morietur. Quod legentes ſemel & tenentes, 9.
neminem putamus a fructu ſatisfactionis &
ſpe pacis arcendum; cum ſciamus iuxta ſcri-
pturarum diuinarum fidem, auctore & hor-
tatore ipſo Deo, & ad agendam pœnitentiam
peccatores redigi, & veniam atque indulgen-
tiā pœnitentibus non denegari. Atque o fru-
ſtrandæ fraternitatis irriſio, o miſerorum la-
mentantium caduca deceptio, o hæreticæ in-
ſtitutionis inefficax & vana traditio; hortari
ad ſatisfactionis pœnitentiam, & ſubtrahere
de ſatisfactione medicinam, dicere fratribus
noſtris, plange & lachrymas funde, & diebus
ac noctibus ingemiſce, & pro abluēdo & pur-
gando delicto tuo largiter & frequenter ope-
rare, ſed extra Eccleſiam poſt omnia iſta mo-
rieris: quæcunque ad pacē pertinent, facies,
ſed nullam pacem, quam quæris, accipies.
Quis non ſtatim pereat? quis non ipſa deſpe-
ratione deficiat? Quis non animum ſuum a
propoſito lamentationis auertat? Operari tu
putas ruſticum poſſe, ſi dixeris: agrum peri-
tia omni ruſticitatis exerce; culturis diligen-
ter inſiſte: ſed nullam meſſem metes, nullam
vindemiam premes, nullos oliueti tui fructus
capies,

capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel ſi ei, cui dominium eſt vſum nauium, ſuadeas, dicas: Materiam de excellentibus ſyluis mercare frater: carinam prævalidis & electis roboribus intexe, clauo, funibus, velis, vt fabricetur atque armetur nauis, operare: ſed cum hæc feceris, fructum de actibus eius & curſibus non videbis? Præcludere eſt atque abſcidere iter doloris ac pœnitendi viam, vt

Luc.17. cum in ſcripturis dominus Deus reuertentibus ad ſe & pœnitentibus blandiatur; noſtra duritia & crudelitate dum fructus pœnitentię intercipitur, pœnitentia ipſa tollatur. Quod ſi inuenimus a pœnitentia agenda neminem debere prohiberi, & deprecãtibus atque exorantibus Domini miſericordiam, ſecundum quod ille miſericors & pius eſt, per ſacerdotes eius pacẽ poſſe concedi; admittendus eſt plãgentium gemitus, & pœnitentiæ fructus dolentibus non negandus. Et quia apud inferos confeſſio non eſt, nec exomologeſis illic fieri poteſt; qui ex toto corde pœnituerint & rogauerint, in Eccleſiam debẽt interim ſuſcipi, & in ipſa Domino reſeruari, qui ad Eccleſiam ſuam venturus de illis vtique, quos in ea intus inuenerit, iudicabit. Apoſtatæ vero & deſertores, vel aduerſarij & hoſtes & Chriſti Eccleſiam diſſipantes, nec ſi occiſi pro nomine foris fuerint, admitti ſecundum Apoſtolum poſſunt ad Eccleſiæ pacem, quando nec ſpiritus, nec Eccleſiæ tenuerunt vnitatem. Hæc interim frater chariſſime pauca de multis quãtum potui breuiter decucurri, quibus & deſiderio tuo ſatisfacerem, & te magis ac magis collegij & corporis noſtri ſocietati coniungerem. Si autem tibi veniendi ad nos opportunitas & facultas fuerit; plura in commune conferre, & vberius ac plenius, quæ ut ſalutarem concordiam faciant tractare poterimus. Opto te frater chariſſime ſemper bene valere.

CYPRIANI EPISCOPI CARTHAginen. & Synodi Africanæ epiſtola ad Cornelium, de danda lapſis.

Libri 1. epiſto 2. 54. iuxta editionẽ Pamelij.

CYprianus, Liberalis, Caldonius, Nicomedes, Cæcilius, Iunius, Marutius, Felix, Succeſſus, Fauſtinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturnin⁹, Rogatianus, Satius, Secundinus, alius Saturninus, Euthyces, alius Saturninus, Aurelius, Priſcus, Herculanus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Manthaneus, Hortenſianus, Gerianus, Iambus, Donatus, Pomponius, Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Priuatianus, Fortunatus, Rogatus, &

* Mõnul⁹ *Mummillus, Cornelio fratri ſalutem. Statueramus quidem iampridèm, frater chariſſime, participato inuicèm nobiſcum cõſilio, vt qui in perſequutionis infeſtatione ſupplantati ab aduerſario, & lapſi fuiſſent, ac ſacrificijs ſe illicitis maculâſſent, agerent diù pœnitentiam plenam: & ſi periculum infirmitatis vrgeret, pacem ſub ictu moris acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, Eccleſiam pulſantibus claudi, & dolentibus & deprecantibus ſpei ſalutaris ſubſidium denegari, vt de ſeculo recedentes, ſinè communicatione & pace Domini dimitterentur, quando permiſerit ipſe, qui legẽ dedit, vt ligata in terris, etiàm in cœlis ligata eſſent: ſolui autem poſſent illic, quæ hic prius in Eccleſia ſoluerẽtur. Sed enim quum videamus diem rurſùs alterius infeſtationis appropinquare cœpiſſe, & crebris atque aſſiduis oſtenſionibus admoneamur, vt ad certamen, quod nobis hoſtis indicit, armati & parati ſimus, plebem etiàm nobis de diuina dignatione commiſſam, exhortationibus noſtris præparemus, & omnes omninò milites Chriſti, qui arma deſiderant & prælium flagitant, intra caſtra Domini colligamus. neceſſitate cogente cenſuimus, eis qui de Eccleſia Domini receſſerunt, ſed pœnitentiam agere, & lamentari, ac Dominum deprecari, à primo lapſûs ſui die non deſtiterunt, pacem dãdam eſſe, & eos ad prælium (quod imminet) armari & inſtrui oportere. Obtemperandum eſt nanque oſtenſionibus atque admonitionibus iuſtis, vt à paſtoribus oues in periculo nõ deſerantur, ſed grex omnis in vnũ congregetur, & exercitus Dñi ad certamen militiæ cęleſtis armet. Meritò enim trahebatur dolentiora pœnitentia tempore longiore, vt infirmis in exitu ſubueniretur, quandiù quies & tranquillitas aderat, quæ differre diù plangentium lachrymas, & ſubuenire ſerò morientibus in infirmitate pateretur. At verò nunc non infirmis, ſed fortibus pax neceſſaria eſt: nec morientibus, ſed viuentibus communicatio à nobis danda eſt, vt quos excitamus & exhortamur ad pręliũ, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis & corporis CHRISTI muniamus: & quum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contrà aduerſarium volumus, munimento Dominicæ ſaturitatis armemus. Nam quomodò ducemus aut prouocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinẽ denegamus? Aut quomodò ad Martyrij poculum idoneos facimus, ſi nõ eos priùs ad bibẽdũ in Eccleſia poculũ Domini, iure cõmunicationis admittimus? Intereſſe debet, frater chariſſime, inter eos, qui vel apoſtatauerunt, & ad ſeculum, cui renunciauerant, reuerſi, gentiliter viuunt: vel ad hæreticos transfugæ facti, cõtra Eccleſiam parricidalia quotidiè arma ſuſcipiũt: & inter eos qui ab Eccleſiæ limine non recedentes, & implorantes iugiter ac dolenter diuina & paterna ſolatia, nunc ad ſe pugnam paratos eſſe & pro Domini ſui nomine, ac pro ſua ſalute ſtare fortiter & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, ſed vigilantibus damus: pacem non delicijs, ſed armis damus: pacem non ad quietem, ſed ad aciem damus. Si ſecundũ quod eos audimus,

Mat. 19.b & 18.c

&

& optamus & credimus fortiter ſteterint, & aduerſarium nobiſcum in congreſſione proſtrauerint, non pœnitet pacem conceſſiſſe tã fortibus: immò epiſcopatus noſtri honor grãdis & gloria eſt, pacem dediſſe martyribus, vt ſacerdotes, qui ſacrificia Dei quotidiè celebramus, hoſtias Deo & victimas præparemus. Si autẽ (quod Dominus auertat à fratribus noſtris) aliquis lapſorum fefellerit, vt pacẽ ſubdolè petat, & impendentis prælij tempore cõmunicationem nõ præliaturus accipiat, ſeipſum fallit, & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronunciat. Nos, in quantum nobis & videre & iudicare cõceditur, faciem ſingulorum videmus, cor ſcrutari & mentem perſpicere non poſſumus. De his iudicat occultorum ſcrutator & cognitor, citò venturus,

3.Re.16.b

& de arcanis cordis atq; abditis iudicaturus. Obeſſe autem mali bonis non debent, ſed magis mali à bonis adiuuari. Nec ideò martyriũ facturis pax neganda eſt, quia ſunt quidã negaturi, cùm propter hoc pax danda ſit omnibus militaturis, nè per ignorantiam noſtram ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari. Nec quiſquam dicat, Qui martyrium tollit, ſanguine ſuo baptizatur: nec pax illi ab Epiſcopo neceſſaria eſt, habituro gloriæ ſuæ pacem, & accepturo maiorem de Domini dignatione mercedem. Primò idoneus eſſe non poteſt ad martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam nõ recepta euchariſtia erigit & accendit. Dominus enim in Euangelio ſuo ait: (Cùm autem vos tradiderint, nolite cogitare, quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis.) Quando autem dicat, in traditis atque in confeſſione nominis conſtitutis, loqui ſpiritum patris, quomodò poteſt ad confeſſionẽ paratus aut idoneus inueniri, qui non priùs, pace accepta, receperit ſpiritum patris, qui corroborans ſeruos ſuos, ipſe loquitur & confitetur in nobis? Tunc deinde ſi relictis omnibus rebus ſuis, fugerit, & in latebris atque in ſolitudine conſtitutus, in latrones fortè inciderit, aut in febribus & in languore deceſſerit: nõnne nobis imputabitur, quòd tã bonus miles, qui omnia ſua dereliquit, & contẽpta domo & parentibus ac liberis, ſequi Dominum ſuum maluit, ſinè pace & ſinè cõmunicatione deceſſit? Nõnne nobis vel negligentia ſegnis, vel duritia crudelis aſcribetur in die iudicij, quòd paſtores, creditas & cõmiſſas nobis oues nec curare in pace, nec in acie voluerimus armare? Nõnne nobis ingeretur à Domino, quod per prophetam ſuum clamat, & dicit: (Eccè lac conſumitis, & lanis vos tegitis: & quod craſſum eſt, interficitis, & oues meas non paſcitis: quod infirmatum eſt, non confortâſtis: & quod malè habuit, non corroborâſtis: & quod contribulatum eſt, non conſolati eſtis: & quod errabat, non reuocâſtis: & quod perijt, nõ inquiſiſtis: & quod forte fuit, confeciſtis labore: & diſperſæ ſunt oues meæ, eò q non ſunt paſtores, & facti ſunt in comeſturam omnibus beſtijs agri: & non fuit qui inquireret, neq; qui reuocaret. Propterea hæc dicit Dominus: Eccè ego ſuper paſtores, & inquiram oues meas de manibus eorũ, & auertam eos, vt non paſcant oues meas, & iã non eas, & extraham oues meas de ore eorum, & paſcam eas cum iudicio.) Nè igitur, ore noſtro quo pacem negamus, quòd duritiam magis humanæ crudelitatis, quàm diuinæ & paternæ pietatis dulcedinem apponimus, oues nobis commiſſæ à Domino repoſcantur: placuit nobis, ſancto Spiritu ſuggerente, & Domino per viſiones multas & manifeſtas admonente, quia hoſtis nobis imminere prænũciatur & oſtẽditur, colligere intra caſtra milites Chriſti, & examinatis ſingulorum cauſis, pacem lapſis dare, immò pugnaturis arma ſuggerere: quod credimus vobis quoque, paternæ miſericordiæ contemplatione, placiturum.

Durior locus dũ videntdicere nondũ reconciliatis ab Eccleſia non ſufficere Martyrium ad ſalutem. vide ſcholium Pamelij in hunc locum.

Matth. 10.b,c

Mat.10.c

Ex hoc loco & ſimilibus cõfirmatur neceſſitas confeſſionis. Vide ſcholiũ. Pamel.

Ezec. 34. a b c.

Quòd ſi de collegis aliquis extiterit, qui urgẽte certamine, pacẽ fratribus & ſororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die iudicij Domino, vel iportunæ cenſuræ, vel inhumanæ duritiæ ſuæ. Nos, quod fidei & charitati ſolicitudini congruebat, quæ erant in conſcientia noſtra, protulimus: diem certaminis appropinquaſſe, hoſtem violentum citò contra nos exurgere, pugnam non talem, qualis fuit, ſed grauiorem multò & acriorem uenire: hoc nobis diuinitùs frequenter oſtẽditur, de hoc nos prouidentia & miſericordia Domini ſæpiùs admonere dignatur, de cui⁹ ope & pietate, qui in eum confidimus, poſſumus eſſe ſecuri, quia qui in pace militibus ſuis futuram prænunciat pugnam, dabit militantibus in congreſſione victoriam. Optamus te frater chariſſime ſemper bene valere.

Vides quomodo confirmari petant, quodam modo ſeamã Cornelio vt ſummo Põtifice, ſententiã?

CYPRIANI AD CORNELIVM de Fortunato & Feliciſſimo ſiue contra hæreticos.

CYPRIANVS Cornelio fratri ſalutem. Legi literas tuas, frater chariſſime, quas per Saturum fratrẽ noſtrum acolythum miſiſti, & dilectionis fraternæ & eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ſacerdotalis cenſuræ ſatis plenas, quibus ſignificâſti, Feliciſſimum hoſtẽ Chriſti, non nouum, ſed iam pridèm ob crimina ſua plurima & grauiſſima abſtentum, & non tãtùm mea, ſed & plurimorum coepiſcoporum ſententia condemnatum, reiectum à te illic eſſe: & quum veniſſet, ſtipatus* caterua & factione deſperatorum, vigore pleno (quo Epiſcopum agere oportet) pulſum de Eccleſia eſſe, de qua iam pridem cum ſui ſimilibus, DEI maieſtate & Chriſti Domini & iudicis noſtri ſeueritate depulſus eſt, nè ſchiſmatis & diſſidij author, nè pecuniæ commiſſæ ſibi fraudator, nè ſtuprator virginum, nè

5 iuxta nouã editionem. *Hæc nõ extat.

*acerba factione

ma-

matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor, vltrà adhuc ſponſam Chriſti incorruptam, ſanctam, pudicam, præſentiæ ſuæ dedecore, & impudica atque inceſta con-
*Hæc nõ extat tagione violaret. * Sed enim lecta alia tua epiſtola, frater, quam primis literis ſubiunxiſti, ſatis miratus ſum, quum animaduertiſſem, te minis atque terroribus eorum qui venerant, aliquantum eſſe cõmotum, quum te (ſecundũ quod ſcripſiſti) aggreſſi eſſent cum ſumma deſperatione, comminantes, q ſi literas quas attulerant, non accepiſſes, publicè eas recitarẽt, & multa turpia ac probroſa, & ore ſuo digna,
Nota. proferrent. Quòd ſi ità res eſt, frater, chariſſime vt nequiſſimorum timeatur audacia, vt q mali iure atque æquitate non poſſunt, te meritate atque deſperatione perficiant, actũ eſt de Epiſcopatus vigore, & de Eccleſiæ gubernandæ ſublimi ac diuina poteſtate: nec Chriſtiani vltrà aut durare, aut eſſe iam poſſumus, ſi ad hoc ventum eſt, vt perditorum minas atq; inſidias pertimeſcamus. Nam & Gentiles & Iudæi minantur, & hæretici, atq; omnes, quorum pectora & mentes diabolus obſidet, venenatam rabiem ſuã quotidiè furioſa voce teſtantur: non tamen idcircò cedendum eſt, quia minantur: aut ideò aduerſarius & inimicus maior eſt Chriſto, quia tantum ſibi vindicat & aſſumit in ſeculo. Manere debet apud nos, frater chariſſime fidei robur immobile, & ſtabilis, atque inconcuſſa virtus contra omnes incurſus atq; impetus oblatrantiũ fluctuũ, velut petræ obiacẽtis fortitudine & mole debet obſiſtere. Nec intereſt, vndè Epiſcopo aut terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis viuit obnoxius, & tñ fit de ipſis terroribus & periculis glorioſus. Neq; enim ſolas Gentilium vel iudæorum minas cogitare & ſpectare debemus, quũ videamus ipſum Dominum a fratribus eſſe detentũ, & ab eo ;quem inter
Mat.3.c apoſtolos ipſe delegerat, proditũ: inter initia
Mat 26.b quoquè mundi, Abel iuſtum non niſi frater
Mar.14.c occiderit, Iacob fugientem perſequutus ſit fra
Ioan.13.a ter infeſtus, & Ioſeph puer venierit venden-
Gen.4.b ti-bus fratribus. In Euangelio etiàm legimus
Ibid.32.b eſſe prædictum, magis domeſticos inimi-
Ibid.30.f cos futuros: & qui prius copulari ſacramento
Mat.10.d vnanimitatis fuerint, ipſos inuicèm tradi-
Ibidem c. turos. Nihil intereſt, quis tradat aut ſæuiat, quũ Deus tradi permittat, quos diſponit coronari. Neq; nobis ignominia eſt, pati a fratribus, quod paſſus eſt Chriſtus: nec illis gloria eſt, facere quod fecerit Iudas. Quæ autem ſui elatio eſt, quæ comminantiũ tumens & inflata ac vana iactatio, illic abſenti minari, quum hîc me habeãt in poteſtate præſentem? Conuitia eorum, quibus ſe & vitã ſuam quotidiè lacerãt, nõ timemus: fuſtes & lapides & gladios, quos verbis parricidalibus iactitant, nõ perhorreſcimus. Quòd in illis eſt, homicidæ ſunt apud Deum tales: necare tñ nõ poſſunt, niſi eis Dominus necare permiſerit. Et quum nobis ſemel moriendum ſit, illi tñ & odio & verbis &

delictis ſuis quotidiè periment. Sed non idcircò, frater, chariſſime, relinquenda eſt nobis Eccleſiaſtica diſciplina, aut ſacerdotalis ſoluenda cenſura, qm̃ cõuicijs infeſtamur, aut terroribus quatimur, qñ occurrat & moueatur ſcriptura diuina dicens: (Ille verò qui præſumit, Eſa. 5.c & Abac. 2.a
& contumax eſt, vir ſui iactans nihil omninò ſecũdũ 70
perficiet, qui dilatauit tanquã infernus animã ſuam.) Et iterum: (Verba viri peccatoris nè ti- 1.Mac.2.g
muerius, quia gloria eius in ſtercora erit, & in vermes. Hodiè extollitur, & cràs non inuenietur: qm̃ conuerſus eſt in terram ſuã, & cogitatio eius perijt.) Et iterũ (Vidi impium exalta- Pſal.36.
tũ, & extolli ſuper cedros Libani, & tranſiui, & ecce locus non erat: & quæſiui eũ, & nõ eſt inuẽtus locus eius.) Exaltatio & inflatio, & arrogãs ac ſuperba iactatio, non de Chriſti magiſterio Mat.11.d
qui humilitatẽ docet, ſed de Antichriſti ſpiritu naſcitur, cui exprobrat per prophetã Dñs, & dicit: (Tu aũt dixiſti in animo tuo, in cœlũ Eſa.14.d
aſcẽdã, ſuper ſtellas Dei ponã ſedem meã, Sedebo in mõte alto, ſuper montes altos in aquilonẽ, aſcẽdam ſuper nubes, & ſimilis ero altiſſimo,) Et addit, dicens: (Tu verò ad inferos de- Ibidem.
ſcendes in fundamẽta terræ, & qui videbũt te, ſuper te mirabũtur.) Vnde & parẽ talibus pœnã ſcriptura diuina, loco alio cõminatur, & dicit: (Dies enim Dñi Sabaoth ſuper oẽm iniu- Eſa. 2.c
rioſum & ſuperbũ, & ſuper oẽm elatũ & excelſum.) De ore itaq; & de verbis ſuis vnuſquiſque ſtatim proditur, & vtrũ Chriſtũ in corde ſuo, an verò Antichriſtũ hẽat, loquẽdo detegitur, ſecundũ quod Dñs in Euãgelio ſuo ait: Matt. 3.b
(Progenies viperarũ, quomodo poteſtis bona Luc. 3.b
loqui, cũ ſitis nequã? De abũdantia enim cor- Matt.12.c
dis os emittit. Bonus homo de bono theſauro Luc.6.g
emittit bona, & nequã homo de nequã theſauro emittit nequã.) vndè & diues ille peccator, qui de Lazaro in ſinu Abrahæ poſito, atq; in refrigerio cõſtituto, iam plorat auxiliũ, cũ in tor- Luc.16.e.f
mẽtis cruciabũdus flammæ cremãtis ardoribus aduratur, inter oẽs corporis partes magis os eius & lingua dat pœnas, quia plùs ſcilicet lingua ſua & ore peccauerat. Nã cùm ſcriptũ ſit, (Neque maledici regnũ Dei conſequẽtur,) & 1 Cor. 6.
iterũ in Euãgelio ſuo Dñs dicat, (Qui dixerit Matt.5.c
fratri ſuo fatue, q dixerit Racha, reus erit in gehenna ignis,) quomodò poſſunt cẽſurã Dei vltoris euadere, qui talia ingerũt non ſolũ fratribus, ſed & ſacerdotibus, quibus honor tãtus de Dei dignatione conceditur; vt quiſquis ſacerdoti eius, & ad tẽpus hîc iudicanti, nõ obtẽperaret, ſtatim necaretur? In Deuteronomio Deut. 17. b.c.
Dñs Deus loquitur, dicens: (Et homo * quicũque fecerit in ſuperbia, vt non exaudiat ſacer- * quicũq; fuerit in
dotẽ aut iudicẽ; quicunq; fuerit in diebus illis morietur homo ille, & omnis populus, cũ audierit, timebit, & nõ agẽt impiè etiã nũc. Itẽ ad Samuelẽ, cũ a Iudæis ſperneretur, Deus dicit, 1.Reg.8.b
(Non te ſpreuerunt, ſed me ſpreuerũt.) Et Dñs quoquè in Euãgelio: (Qui audit,) inquit, (vos, Luc. 10.c
me audit, & eũ qui me miſit: Et qui reijcit vos, mè reijcit: qui me reijcit, reijcit eum qui me miſit.)

miſit.) Et cum leproſum mūdaſſet, (Vade,) inquit, (& demonſtra te ſacerdoti.) Et cū poſteà tempore paſſionis alapam accepiſſet à ſeruo ſacerdotis, cumq; ei dixiſſet, Sic reſpondes Pontifici? aduerſus Pontificē Dn̄s cōtumelioſè nihil dixit, nec quicquā de ſacerdotis honore detraxit, ſed innocentiam ſuam magis aſſerens & oſtendens, Si malè, inquit, locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem benè, quid me cædis? Itē in actibus Apoſtolorū poſtmodùm beatus Paulus, cū ei dictū eſſet, Sic inſilis in ſacerdotem Dei maledicendo? quāuis Domino iam crucifixo, ſacrilegi & impij & cruēti illi eſſe cœpiſſent, nec iam quicquam de ſacerdotali honore & authoritate retinerēt, tamen ipſum, quamuis inane, nomen & vmbram quandam ſacerdotis cogitans Paulus. Neſciebam, inquit, fratres, quia Pontifex eſt. Scriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices. Cùm hæc tāta ac talia, & multa alia exempla præcedāt, quibus ſacerdotalis authoritas & poteſtas diuina dignatione firmatur: quales putas eſſe eos, qui ſacerdotum hoſtes & contra Eccleſiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij vltione terrētur? Neque enim aliùdè hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſciſmata, quā indè, φ ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tēpus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtēperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſùm ſacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiſcoporum conſenſum, iudicem ſe iam non epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet: nemo ſibi placēs, ac tumens, ſeorsùm foris nouam hæreſim conderet, niſi ſi ità eſt aliquis ſacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt putet, ſinè Dei iudicio fieri ſacerdotem, cùm Dominus in Euāgelio ſuo dicat: (Nōnnè duo paſſeres aſſe væneunt, & neuter eorum cadit in terram ſinè patris veſtri voluntate? Cùm ille nec minima fieri ſinè volūtate Dei dicat, exiſtimat aliquis ſumma & magna, aut non ſciente, aut non permittente Deo, in Eccleſia Dei fieri & ſacerdotes, id eſt, diſpenſatores eius nō de eius ſententia ordinari? Hoc eſt fidem non habere, qua viuimus: hoc eſt Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia ſcimus & credimus. Planè epiſcopi non de voluntate Dei fiunt, ſed qui extra Eccleſiam fiunt, ſed qui contra diſpoſitionem & traditionem euāgelij fiunt, ſicut ipſe Dominus in duodecim prophetis ponit, & dicit, (Sibimetipſis regem conſtituerunt, & non per me.) Et iterū: (Sacrificia eorum tanquā panis luctus: oēs qui manducant ea, contaminabuntur.) Et per Eſaiā quoquè ſpiritus ſanctus clamat, & dicit: (Væ vobis filij deſertores, Hæc dicit Dominus: Habuiſtis conſilium, & non per me: & feciſtis conuētionē, & non per ſpiritum meum, adijcere peccata ſup pctā.) Cæterùm, dico enim prouocatus

Matt. 18.
Ioan. 18. d
Act. 23. a
Exo. 22. d
Hereſes vndè ortæ.
Matt. 10. d
Oſee 7. a
Ibid. 9 a
Eſa. 30. a

—

miſit.) Et cum leproſum mūdaſſet, (Vade,) in-

tus, dico dotens, dico compulſus, qū Ep̄s in locum defuncti ſubſtituitur, quandò populi vniuerſi ſuffragio in pace deligitur, quandò Dei auxilio in perſequutione protegitur, collegis omnibus fideliter iunctus, plebi ſuæ in epiſcopatu quadriennio iam probatus, in quiete ſeruiens diſciplinæ, in tempeſtate proſcriptus, applicato & adiuncto epiſcopatûs ſui nomine, toties ad leonē petitus in circo, in amphitheatro Dominicæ dignationis teſtimonio honoratus: iis ipſis etiam diebus, quibus has ad te literas feci, ob ſacrificia quæ de edicto propoſito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leonem denuò poſtulatus in circo, quum talis frater chariſſime à quibuſdā deſperatis & perditis, & extra Eccleſiam conſtitutis, impugnari videtur: apparet, quis impugnet, non ſcilicet Chriſtus, qui ſacerdotes aut cōſtituit aut protegit, ſed ille qui Chriſti aduerſarius, & Eccleſiæ eius inimicus, ad hoc Eccleſiæ præpoſitum ſua infeſtatione perſequitur, vt gubernatore ſublato, atrociùs atque violentius circa eccleſiæ naufragia graſſetur. Nec quenquam fidelem, & Euangelij memorem, atque Apoſtoli præmonentis mandata retinentem, mouere debet, frater chariſſime, ſi quidam in extremis tēporibus ſuperbi & contumaces, & ſacerdotum Dei hoſtes, aut de eccleſia recedunt, aut contra eccleſiam faciunt, quandò tales nunc futuros,
Ibid. 17 a & 3. d — & Dominus & Apoſtoli eius antè prædixerint. Nec præpoſitū ſeruum deſeri à quibuſdā, miretur aliquis, qū ipſum Dn̄m magnalia & mirabilia ſumma facientē, & virtutes Dei pr̄is factorū ſuorū teſtimonij cōprobantem, diſcipuli ſui relinquerint; & tamen ille non increpuit
Ioan. 6. g — recedentes, aut grauiter comminatus eſt, ſed magis cōuerſus ad apoſtolos ſuos, dixit: (Nunquid & vos vultis ire?) ſeruans ſcilicet legem, qua homo libertati ſuæ relictus, & in arbitrio
Matt. 16. c — proprio cōſtitutus, ſibimetipſe vel mortem appetit, vel ſalutem. Petrus tamen, ſuper quem ædificata ab eodem Domino fuerat Eccleſia,
Ioan. 6. g — vnus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce reſpondens, ait: (Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui.) Significans ſcilicet & oſtendens, eos qui à Chriſto receſſerint, culpa ſua perire: Eccleſiā tamē quæ in Chriſtū credat, & quæ ſemel id, qd̄ cognouerit, teneat, nunquàm ab eo omnino diſcedere: & eos eſſe Eccleſiam, qui in domo Dei à Deo patre non eſſe videmus nō frumenti ſtabilitate ſolidari, ſed tanquàm paleas, diſſipantis inimici ſpiritu ventilari. De quibus & Ioannes in Epiſtola ſua dicit: (Ex nobis exierūt, ſed non fuerunt ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtiquè nobiſcum.) Item Paulus nos monet nos, quum mali de Eccleſia pereūt, non moueri, nec recedentibus perfidis fidem minui. (Quid enim,) inquit, (ſi exciderunt à fide quidam eorum? nunquid infidelitas illorum, fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt enim

tus, dico dolens, dico compulſus, quandò Epi-
ſcopus in locum defuncti ſubſtituitur, quandò
populi vniuerſi ſuffragio in pace deligitur,
quandò Dei auxilio in perſequutione protegi-
tur, collegis omnibus fideliter iũctus, plebi ſuæ
in epiſcopatu quadriennio iam probatus, in-
quiete ſeruiens diſciplinæ, in tempeſtate pro-
ſcriptus, applicato & adiuncto epiſcopatus ſui
nomine, toties ad leonem petitus in circo, in
amphiteatro Dominicæ dignationis teſtimo-
nio honoratus: ijs ipſis etiam diebus, quibus
has ad te literas feci, ob ſacrificia quæ de edi-
cto propoſito celebrare populus iubebatur, cla-
more popularium ad leonem denuò poſtulatus
in circo, quum talis frater chariſſime à quibuſ-
dam deſperatis & perditis, & extra Eccleſiam
conſtitutis, impugnari videtur: apparet, quis
impugnet, non ſcilicet Chriſtus, qui ſacerdo-
tes aut conſtituit aut protegit, ſed ille qui Chri-
ſti aduerſarius, & Eccleſiæ eius inimicus, ad
hoc Eccleſiæ præpoſitum ſua infeſtatione per-
ſequitur, vt gubernatore ſublato, atrociùs at-
que violentiùs circa Eccleſiæ naufragia graſſe-
tur. Nec quenquam fidelem, & Euangelij me-
morem, atque Apoſtoli præmonentis manda-
ta retinentem, mouere debet, frater chariſſime
ſi quidam in extremis temporibus ſuperbi &
contumaces, & ſacerdotum Dei hoſtes, aut de
eccleſia recedunt, aut contra eccleſiam faciunt,
quandò tales nũc futuros, & Dominus & Apo-
ſtoli eius antè prædixerint. Nec præpoſitum
Ibidèm. 17. a & 3. d ſeruum deſeri à quibuſdam, miretur aliquis,
quandò ipſum Dominum magnalia & mirabi-
lia ſumma facientem, & virtutes Dei patris fa-
ctorum ſuorum teſtimonij comprobantem, di-
ſcipuli ſui reliquerint: & tamen ille non incre-
puit recedentes, aut grauiter comminatus eſt,
ſed magis conuerſus ad Apoſtolos ſuos, dixit:
Iona. 6. g (Nunquid & vos vultis ire?) ſeruans ſcilicet le-
gem, qua homo libertati ſuæ relictus, & in ar-
bitrio proprio cõſtitutus, ſibimetipſe vel mor-
Mat.16. c tem appetit, vel ſalutem. Petrus tamen, ſuper
quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ec-
cleſia, vnus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ
Ioan.6.g voce reſpondens, ait: (Domine, ad quem ibi-
„ mus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credi-
„ mus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei
„ viui.) Significans ſcilicet & oſtendens, eos qui
à Chriſto receſſerint, culpa ſua perire: Eccle-
ſiam tamen, quæ in Chriſtum credat, & quę ſe-
mèl id, quod cognouerit, teneat, nunquàm ab
eo omninò diſcedere: & eos eſſe Eccleſiam, qui
Mat.15.b in domo Dei permanent. Plantationem verò,
plantatam non à Deo patre non eſſe videmus
non frumenti ſtabilitate ſolidari, ſed tanquàm
paleas, diſſipantis inimici ſpiritu ventilari. De
1.Ioan.2.c quibus & Ioannes in Epiſtola ſua dicit: (Ex no-
„ bis exiêrunt, ſed non fuerunt ex nobis. Si enim
„ fuiſſent ex nobis manſiſſent vtiquè nobiſcum.)
Item Paulus monet nos, quum mali de Eccleſia
pereunt, non moneri; nec recedentibus perfi-
Rom. 3.a dis fidem minui. (Quid enim,) inquit, (ſi exci-
„ derunt à fide quidam eorum? nunquid infide-
litas illorum, fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt „
enim Deus verax, omnis autẽ homo mendax.) „
Quòd ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ con- Psal.115.
uenit, frater chariſſime dare operam, nè quis
culpa noſtra de Eccleſia pereat. Si autem quis
vltrò & crimine ſuo perierit, & pœnitentiam
agere, atque ad Eccleſiam redire noluerit, nos
in die iudicij inculpatos futuros, qui conſuli-
mus ſanitati: illos ſolos in pœnis remanſuros,
qui noluerint conſilij noſtri ſalubritate ſanari.
Nec mouere nos debent conuicia perditorum,
quò minùs à via recta & à certa regula non re-
cedamus, quandò & Apoſtolus inſtruat, di-
cens: (Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus Gal.1.b
non eſſem.) Intereſt, vtrùm quis homines pro- „
mereri, an Deum, cupiat. Si hominibus pla-
ceatur, Dominus offenditur. Si verò illud eniti-
mur & laboramus, vt poſſimus Deo placere,
& conuicia & maledicta debemus humana
contemnere. Quòd autem tibi de Fortunato
iſto pſeudoepiſcopo, à paucis & inueteratis
hæreticis conſtituto, non ſtatim ſcripſi, frater
chariſſime non ea res erat, quæ in notitiam tuã
deberet per nos feſtinatò ſtatim, quaſi magna
aut metuenda, perferri, maximè quandò &
Fortunati nomen iam ſatis, nôſſes, qui eſt vnus
de quinque presbyteris, iampridèm de Eccle-
ſia profugis, & ſententia coepiſcoporum no-
ſtrorum, multorum & grauiſſimorum virorum
nupèr * abſtentis, qui ſuper hac re priore anno * i. ſeparatis.
ad te literas fecerunt. Item, Feliciſſimum ſi-
gniferum ſeditionis recognoſceres, qui & ipſe
in iiſdèm coepiſcoporum noſtrorum factis ad
te pridèm literis continetur, qui non tantùm
ab ijs iſtic * abſtentus, ſed abs te illic nupèr de
Eccleſia pulſus eſt. Cùm hæc in notitia tua eſ- * ſeparatus.
ſe conſiderem, & pro certo hærere memoriæ
& diſciplinæ tuæ ſcirem: neceſſarium non pu-
taui, celeriter & vrgenter hæreticorum tibi
ineptias nunciandas. Neque enim ad Catho-
licæ Eccleſiæ maieſtatem, pariter ac dignitatem
pertinere debet, quid apud ſe hæreticorum &
ſchiſmaticorum moliatur audacia. Nam &
pars Nouatiani Maximum presbyterum, nu-
pèr ad nos à Nouatiano legatum miſſum, at-
que à noſtra communicatione reiectum, nunc
iſtic ſibi feciſſe pſeudoepiſopum dicitur. Nec
tamen de hoc tibi ſcripſeram, quandò hæc
omnia contemnantur à nobis, & miſeram ti-
bi proximè nomina Epiſcoporum iſtic conſti-
tutorum, qui integri & ſani in Eccleſia Catho-
lica fratribus præſunt. Quod vtiquè ideò de
omnium noſtrorum conſilio tibi placuit ſcri-
bere, vt erroris diluendi, ac perſpiciendæ ve-
ritatis compendium fieret, & ſcires tu & col-
legæ noſtri, quibus ſcribere, & literas mutuò
à quibus vos accipere oporteret. Si quis au-
tem præter hos, quos epiſtola noſtra comple-
xi ſumus, ſcribere vobis auderet, ſciretis eum
vel ſacrificio, vel libello eſſe maculatum,
vel vnum de hæreticis, peruerſum ſcilicet
& prophanum. Nactus tamen occaſionem
familiariſſimi hominis & clerici, per Feliciſ-
num

num acolythum, quem cum Perſeo collega noſtro miſeras, inter cætera, quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato iſto tibi ſcripſi. Sed dùm iſtic Felicianus frater noſter vel vento retardatur, vel accipiendis alijs epiſtolis à nobis detinetur, Feliciſſimo ad vos properante, prænentus eſt. ità enim ſemper ſcelera feſtinant, quaſi cōtra innocentiam feſtinatione prævaleant. Per Felicianum autem ſignificaui tibi, frater, veniſſe Carthaginem Priuatum veterem hæreticum, in * Lambeſitana colonia ante multos ferè annos, ob multa & grauia delicta, nonaginta Epiſcoporum ſententia condemnatum, anteceſſorum etiàm noſtrorum (quod & veſtram conſcientiam non latet) Fabiani & Donati literis ſeueriſſimè notatum, qui cùm cauſam ſuã apud nos in Concilio, quod habuimus Idibus Maijs, quę proximè fuerũt, velle ſe agere diceret, nec admiſſus eſſet, Fortunatum iſtum ſibi pſeudoepiſcopum, dignũ collegio ſuo fecit. Venerat etiàm cum illo & Felix quidam, quem ipſe extra Eccleſiam in hæreſi pſeudoepiſcopum olim conſtituerat. Sed & Iouinus & Maximus comites cum Priuato hæretico affuerunt, ob nefanda ſacrificia & crimina in ſe probata, ſententia nouem Epiſcoporum collegarum noſtrorum condemnati, & iteratò quoque à pluribus nobis annò priore in Concilio abſtenti. Cum his autem quatuor iunctus eſt & Repoſitus * Quotirnicenſis, qui non tantum in perſecutione ipſe cecidit, ſed & maximam partem plebis ſuæ ſacrilegia perſuaſione deiecit. Hi quinque cum paucis vel ſacrificatis, vel male ſibi conſcijs, Fortunatum ſibi pſeudoepiſcopum cooptarunt, vt criminibus in vnum conuenientibus, talis eſſet ſcilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc iam & cętera mendacia, frater chariſſime, potes agnoſcere, quæ illic homines deſperati & perditi ventilauerunt, vt cùm de ſacrificatis vel hæreticis, ampliùs quàm quinque pſeudoepiſcopi nõ fuerint, qui Carthaginem venerunt, & Fortunatum ſibi dementiæ ſuæ ſocium conſtituerint, illi tamen quaſi filij diaboli & mendacio pleni, auſi ſunt (vt ſcribis) iactitare, vigintiquinque Epiſcopos affuiſſe, quod mendacium & illic priùs apud fratres noſtros iactitabant, dicentes, vigintiquinque Epiſcopos de Numidia eſſe venturos, qui ſibi Epiſcopum facerent: quo in mendacio ſuo, poſteaquàm quinque ſolis conuenientibus naufragis, & à nobis abſtentis, detecti ſunt atque confuſi, Romam cum mendaciorum ſuorum merce nauigauerunt: quaſi veritas poſt eos nauigare non poſſet, quæ mendaces linguas rei certę probatione cōuinceret. Atque hæc eſt, frater, vera dementia, non cogitare nec ſcire, quòd mendacia non diù fallant: noctem tam diù eſſe, quandiù illuceſcat dies: clarificato autem die & ſole oborto; luci tenebras & caliginem cedere: & quæ graſſabantur per noctem, latrocinia ceſſare. Deniquè ſi nomina ab eis quæreres, non haberent vel quos falsò nominarent. Tanta apud illos etiàm malorum penuria eſt, vt ad eos nec de ſacrificatis, nec de hæreticis 25. colligi poſſint: & tamen ad decipiendas aures ſimplicium & abſentium, mendacio numerus inflatur, quaſi etſi verus eſſet hic numerus, aut ab hæreticis Eccleſia, aut ab iniuſtis iuſtitia vincatur. Nec me oportet, frater chariſſime, paria nunc cum illis facere, & ea quæ commiſerunt, atque huc uſque committunt, meo ſermone decurrere, cùm conſiderandum ſit nobis, quid proferre & ſcribere ſacerdotes Dei oporteat: nè tam dolor apud nos debeat, quàm pudor, loqui, & nè videar, prouocatus, maledicta potiùs, quàm crimina & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus Eccleſiæ factis: coniurationes & adulteria, & varia delictorum genera prætereo. Vnum illud, in quo non mea, nec hominum, ſed Dei cauſa eſt, de eorum facinore non puto eſſe reticendum, quòd à primo ſtatim perſequutionis die, cũ recentia delinquentium facinora feruerent, & ſacrificijs nefandis non tantum diaboli altaria, ſed adhuc manus ipſæ lapſorum atq; ora fumarent, communicare cum lapſis, & pœnitentiæ agendæ intercedere non deſtiterunt. Clamat Deus: (Sacrificans dijs eradicabitur, niſi Domino ſoli.) Et Dominus in Euãgelio dicit: (Qui me negauerit, & ego eũ negabo.) Et alio in loco indignatio & ira Diuina non tacet, dicens: (Illis fudiſtis libamina, & illis impoſuiſtis ſacrificia. Super hæc non indignabor, dicit Dominus?) Et intercedunt, nè rogetur Deus, qui indignari ſe ipſe teſtatur: intercedunt, nè exoretur precibus & ſatisfactionibus Chriſtus, qui negantem ſe negat [c]onfitetur. Nos in ipſo perſequutionis tempore de hoc ipſo literas miſimus, nec auditi ſumus: concilio frequenter acto, non conſenſione tantum noſtra, ſed & comminatione decreuimus, vt pœnitentiam fratres agerent, vt pœnitentiam non agentibus, nemo temerè pacem daret. Et illi contra Deum ſacrilegi, contra ſacerdotes Deo impio furore temerarij, de Eccleſia recedentes, & contra Eccleſiam parricidalia arma tollẽtes, elaborant (vt opus ſuum diaboli malitia cōſummet) nè vulneratos diuina clementia in Eccleſia ſua curet: miſerorum pœnitentiam, mendaciorum ſuorum fraude corrumpunt, nè Deo indignanti ſatisfiat: nè Chriſtũ Dominũ ſuum, qui Chriſtianus eſſe vel erubuit ante, vel timuit, poſtmodum quęrat: nè ad Eccleſiá, qui de Eccleſia receſſerat, redeat. Datur opera, nè ſatisfactionibus & lamentationibus iuſtis delicta redimantur, nè vulnera lachrymis abluantur. Pax vera, falſæ pacis mendacio tollitur: ſalutaris ſinus matris, nouerca intercedente, ꝓcluditur, nè de pectore atq; ore lapſorũ, fletus & gemitus audiatur. Cõpellũtur adhuc inſupèr lapſi, vt linguis atq; ore, quo in Capitolio antè deliquerant,

Margin notes: * Pãbeſitana. Conciliũ 90. epiſcoporum. — Conciliũ 9. epiſcoporum. — * Saturniceñ. * Sucroneñ. * Iuburneñ. * Suburneñ. — Exo. 22. c — Matt. 10. d — Luc. 9. — Eſa. 57. — Concilij mentio. — Mẽdacia nõ diù fallunt.

querant, ſacerdotibus conuicium faciant. cō-
feſſores & virgines, & iuſtos quoſq; fidei lau-
de præcipuos, atque in Eccleſia glorioſos, cō-
tumelijs & maledicis vocibus proſequantur.
A quibus quidem non tam noſtrorum mo-
deſtia & humilitas & pudor cæditur, quàm
illorum ipſorum ſpes & vita laceratur. Neq;
enim qui audit, ſed qui facit conuicium, mi-
ſer eſt: nec qui à fratre vapulat, ſed qui fratrē
cædit, in lege peccator eſt. Et quum nocentes
innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur
iniuriam, qui facere ſe credunt. Denique hinc
illis percuſſa mens, & hebes animus, & ſenſus
alienus eſt. Ira eſt Dei, non intelligere delicta,
Rom.11.b Eſa.6.c,& nè ſequatur pœnitentia, ſicut ſcriptum eſt: Et
dedit illis Deus ſpiritum tranſpunctionis, nè
reuertantur ſcilicet, & curentur, & depreca-
tionibus & ſatisfactionibus iuſtis poſt pecca-
ta ſanentur. Paulus Apoſtolus in epiſtola ſua
*dilectionem. ponit, & dicit, * Dilectum veritatis non ha-
2.Theſ.2.c buerunt, vt ſalui fierent: ac propterea mittet
illis Deus operationem erroris, vt credant
mendacio, vt iudicentur omnes, qui non cre-
diderunt veritati, ſed ſibi placent in iniuſti-
tia. Primus felicitatis gradus eſt, non delin-
quere: ſecundus, delicta cognoſcere. Illic cur-
rit innocentia integra & illibata, quæ ſeruet:
hic ſuccedit medela, quæ ſanet: quod vtrunq;
iſti, offenſo Deo, perdiderunt, & vt amiſſa ſit
gratia, quæ de baptiſmi ſanctificatione perci-
pitur: & non ſubueniat pœnitentia, per quam
culpa curatur. An putas, frater, leuia eſſe ad-
uerſus Deum facinora, parua & modica deli-
cta, quòd per illos non rogatur maieſtas indi-
gnantis Dei? quòd non timetur ira & ignis,
& dies Domini? quòd imminente Antichri-
ſto, exarmatur fides militantis populi, dum
tollitur timor & vigor Chriſti? Viderint laici
hoc, quomodò curent. Sacerdotibus maior
labor incumbit in aſſerenda, propicianda, &
procuranda Dei maieſtate, nè quid videamur
in hac parte negligere, quum admoneat Do-
Malac.2.a minus & dicat: (Et nunc præceptum hoc ad
„ vos eſt, ô ſacerdotes, ſi non audieritis, & ſi nō
„ poſueritis in corde veſtro, vt detis honorem
„ nomini meo, dicit Dominus, immittam in
„ vos maledictionem, & maledicam benedi-
„ ctionem veſtram.) Honor ergò datur Deo,
quandò ſic Dei maieſtas & cenſura contem-
nitur, vt quum indignari ſe ille & iraſci ſacri-
ficantibus dicat, & quum pœnas æternas &
ſupplicia perpetua comminetur, proponatur
à ſacrilegis, atque dicatur, nè ira cogitetur
Dei, nè timeatur iudicium Domini, nè pul-
ſetur ad Eccleſiam Chriſti, ſed ſublata pœni-
tentia, nec vlla exomologeſi criminis facta,
deſpectis Epiſcopis atque calcatis, pax à pre-
ſbyteris verbis fallacibus prædicetur, & nè
lapſi ſurgant, aut foris poſiti ad Eccleſiam
redeant, communicatio non communicanti-
bus offeratur? Quibus etiàm non ſatis fuit,
ab euangelio receſſiſſe, ſpem lapſis ſatisfa-
ctionis & pœnitentiæ ſuſtuliſſe, fraudibus
inuolutos, vel adulterijs commaculatos, vel
ſacrificiorum funeſta contagione pollutos, nè
Deum rogarent, nè in Eccleſia exomologeſin
criminum facerent, ab omni ſenſu & fructu
pœnitentiæ remouiſſe: niſi foris ſibi extra
Eccleſiam, & contra Eccleſiam conſtituiſſe
conuenticulum perditæ factionis, quum ma-
lè ſibi conſciorum, & Deum rogare ac ſatiſ-
facere nolentium, caterua conflueret. Poſt
iſta adhuc inſupèr pſeudoëpiſcopo ſibi ab hæ-
reticis conſtituto, nauigare audent, & ad Pe- Petri cathedra, & eccleſia principalis, Romæ eſt.
tri cathedram atque Eccleſiam principalem,
vndè vnitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſma-
ticis & prophanis literas ferre: nec cogitare,
eos eſſe Romanos, quorum fides (Apoſtolo
prædicante) laudata eſt, ad quos perfidia ha- Rom.1.b
bere non poſſit acceſſum. Quæ autem cauſa
veniendi, & pſeudoepiſcoporum contra epi-
ſcopos factum nunciandi? Aut enim placet
illis, quod fecerunt, & in ſuo ſcelere perſe-
uerant: aut ſi diſplicet, & recedunt, ſciunt
quò reuertantur. Nam quum ſtatutum ſit
omnibus nobis, & æquum ſit pariter ac iu-
ſtum, vt vniuſcuiuſque cauſa illic audiatur,
vbi eſt crimen admiſſum, & ſingulis paſtori-
bus portio gregis ſit aſſcripta, quam regat
vnuſquiſque & gubernet, rationem ſui actûs
Domino redditurus: oportet vtique eos, qui-
bus præſumus, non circuncurſare, nec epi-
ſcoporum concordiam cohærentem, ſua ſub-
dola & fallaci temeritate collidere, ſed agere
illic cauſam ſuam, vbi & accuſatores habere
& teſtes ſui criminis poſſint: niſi paucis de-
ſperatis & perditis, minor videtur eſſe au-
thoritas Epiſcoporum in Aphrica cōſtituto-
rum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum
conſcientiam multis delictorum laqueis
* vinctam, iudicij ſui nupèr grauitate dam- * molitiā.
nârunt. Iam cauſa eorum cognita eſt, iam de
eis dicta ſententia eſt, nec cenſuræ congruit
ſacerdotum, mobilis atque inconſtantis ani-
mi leuitate repræhendi, quum Dominus do- Matt.5.f
ceat dicat: (Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non.) „
Si eorum, qui de illis priore anno iudicaue-
runt, numerus cum presbyteris & diaconis
computetur, plures tunc adfuerunt iudicio &
cognitione, quàm ſunt ijdem iſti, qui cum
Fortunato nunc videntur eſſe coniuncti. Sci-
re enim debes, frater chariſſime, eum, po-
ſteaquàm pſeudoepiſcopus ab hæreticis fa-
ctus eſt, iam penè ab omnibus eſſe deſertum.
Nanque hi, quibus in præteritum præſtigia
obtendebantur & dabantur verba fallacia,
quòd ſimul ad eccleſiam regreſſuri diceren-
tur, poſteaquàm viderunt illic pſeudoepi-
ſcopum factum, fruſtratos & deceptos ſe eſſe
didicerunt, & remeant quotidiè, atque ad Ec-
cleſiam pulſant, nobis tamen, à quibus ratio
Domino reddenda eſt, anxiè ponderantibus,
& ſolicitè examinantibus, qui recipi & admit-
ti ad Eccleſiam debeant. Quibuſdam enim
ità aut crimina ſua obſiſtunt, aut fratres obſti-
natè & firmiter renituntur, vt recipi omni-
nò

nò non poſſint cum ſcandalo atque periculo plurimorum. Neque enim ſic putamina quędam colligenda ſunt, vt quæ integra & ſana ſunt, vulnerentur: nec utilis atque conſultus eſt paſtor, qui ità morbidas & contactas oues gregi admiſcet, ut gregem totum mali cohærentis afflictione contaminet. O ſi poſſes, frater chariſſime, iſthic intereſſe nobiſcum, quum praui iſti & peruerſi de ſchiſmate reuertuntur: videres, quis mihi labor ſit, perſuadere patientiam fratribus noſtris, vt animi dolore ſopito, recipiendis malis curandiſque conſentiant. Nanque vt gaudent & lætantur, quum tolerabiles & minùs culpabiles redeunt, ità contrà fremunt & reluctantur, quotiès inemendabiles & proterui, & vel adulterijs vel ſacrificijs contaminati, & poſt hæc adhuc inſuper & ſuperbi, ſic ad Eccleſiam remaneant, ut bona intùs ingenia corrumpant. Vix plebi perſuadeo, immò extorqueo, ut tales patiantur admitti. & iuſtior factus eſt fraternitatis dolor ex eo, quòd vnus atque alius, obtinente plebe & contradicente, mea tamen facilitate ſuſcepti, peiores extiterunt, quàm priùs fuerant, nec fidem pœnitentiæ ſeruare potuerunt, quia nec cum vera pœnitentia venerant. De iſtis verò quid dicam, qui nunc ad te, cum Feliciſſimo omnium criminum reo, nauigarunt legati, à Fortunato pſeudoëpiſcopo miſſi, tàm falſas ad te literas adferentes, quàm eſt & ipſe (cuius literas ferunt) falſus, quàm eſt & eius peccatorum multiplex cõſcientia, quàm execrabilis vita, quàm turpis, ut &, ſi in Eccleſia eſſent, eijci tales de Eccleſia debuiſſent? Denique, quia conſcientiam ſuam nôrunt, nec nos audent adire, aut ad Eccleſiæ limen accedere, ſed foris per prouinciam circumueniendis fratribus & ſpoliandis pererrant, & omnibus iam ſatis noti, atque vndiquè pro ſuis facinoribus excluſi, illuc etiàm ad uos nauigant. Neque enim poteſt illis eſſe frons ad nos accedendi, aut apud nos conſiſtendi, quum ſint acerbiſſima & grauiſſima crimina, quæ eis à fratribus ingerantur. Si iudicium noſtrum voluerint experiri, veniant. Deniquè ſi qua illis excuſatio & defenſio poteſt eſſe, videamus, quem habeant ſatisfactionis ſuæ ſenſum, quem afferant pœnitentiæ fructum. Nec Eccleſia iſthic alicui clauditur, nec Epiſcopus alicui denegatur. patientia & facilitas & humanitas noſtra venientibus præſto eſt. Opto omnes in Eccleſiam regredi, opto vniuerſos commilitones noſtros intra Chriſti caſtra & Dei patris domicilia concludi. Remitto omnia, multa diſſimulo, ſtudio & voto colligendæ fraternitatis: etiàm quæ in Deum commiſſa ſunt, non pleno iudicio religionis examino. delictis, pluſquàm oportet, remittendis penè ipſe delinquo. Amplector prompta & plena dilectione cũ pœnitentia reuertentes, peccatum ſuum ſatisfactione humili & ſimplici confitentes. Sic qui autem ſunt, qui putant ſe ad Eccleſiam non precibus, ſed minis regredi poſſe, aut exiſtimant aditum ſibi non lamentationibus & ſatisfactionibus, ſed terroribus facere, pro certo habeant, contra tales clauſam ſtare Eccleſiam Domini, nec caſtra Chriſti inuicta & fortia, & Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei euangelium tenens, & Chriſti præcepta cuſtodiens, occidi poteſt, vinci non poteſt. Suggerit & ſubminiſtrat nobis exempla virtutis ac fidei Zacharias antiſtes Domini, (Mat.23.d) qui quum terreri minis & lapidatione non poſſet, in templo Dei occiſus eſt, clamans & identidem dicens, quod uos quoquè contra hæreticos clamamus & dicimus: (Hæc dicit Dominus: Dereliquiſtis uias Domini, & Dominus derelinquet vos.) (2.Par.15.a) Neque enim quia pauci temerarij & improbi, cœleſtes & ſalutares vias Domini derelinquunt, & ſancta non agentes, à Sanctoſpiritu deſeruntur, ideò & nos diuinæ traditionis immemores eſſe debemus, ut maiora eſſe furentium ſcelera, quàm ſacerdotum iudicia cenſeamus, aut plùs exiſtimemus ad impugnandũ poſſe humana conamina, quàm quod ad protegendum præualet diuina tutela. An ad hoc, frater chariſſime, deponenda eſt Catholicæ Eccleſiæ dignitas, & plebis intùs poſitæ fidelis atque incorrupta maieſtas, & ſacerdotalis quoquè authoritas ac poteſtas, ut iudicare velle ſe dicant de Eccleſiæ præpoſito extra Eccleſiam conſtituti? de Chriſtiano hæretici? de ſano ſaucij? de integro vulnerati? de ſtante lapſi? de iudice rei? de ſacerdote ſacrilegi? Quid ſupereſt, niſi vt Eccleſia Capitolio cedat, & recedentibus ſacerdotibus ac de altari ſe remouentibus, in cleri noſtri ſacrum venerandumque conſeſſum, ſimulacra atque idola cum aris ſuis tranſeant, & Nouatiano declamandi aduerſùm nos, atque increpandi largior & plenior materia præſtetur, hi ij, qui ſacrificauerunt, & Chriſtum publicè negauerunt, non tantùm rogari & ſinè acta pœnitentia admitti, ſed adhuc inſupèr cœperint terroris ſui poteſtate dominari? Si pacem poſtulant, arma deponant: ſi ſatisfaciunt, quid minantur? Aut ſi comminãtur, ſciant quia à Dei ſacerdotibus non timentur. Neque enim & Antichriſtus, quum venire cœperit, introibit in Eccleſiam, quia minatur: aut armis eius, aut violentiæ ceditur, quia reſiſtentes peremptutum ſe eſſe profitebitur. Armant nos hæretici, dum nos putant ſua comminatione terreri: nec in pace nos deijciunt, ſed magis erigunt atque accendunt, dum ipſam pacem perſequutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidem, nè quod loquuntur furore, impleant crimine: nè qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoq; delinquant. Oramus ac deprecamur Deũ, quẽ prouocare illi & exacerbare non deſinũt, ut eorũ corde miteſcãt: vt furore depoſito, ad ſanitaté mẽtis redeãt: ut pectora operta

delictorum tenebris pœnitentię lumen agno-
ſcant; & magis petant fundi pro ſe preces at-
que orationes antiſtitis, quàm ipſi fundant
ſanguinem ſacerdotis. Si autem in ſuo furore
permanſerint, atque in iſtis inſidiis ac minis
ſuis parricidalibus crudeliter perſeuerauerint,
nullus Dei ſacerdos ſic infirmus eſt, ſic
iacens & abiectus, ſic imbecillitate humanæ
mediocritatis ità inualidus, qui non contra
hoſtes & impugnatores Dei diuinitùs erigatur,
cuius non humilitas & infirmitas, vigore
& robore Domini protegentis animetur. No-
ſtra nihil intereſt, aut à quo aut quandò peri-
mamur, mortis & ſanguinis præmium à Do-
mino recepturi. Illorum flenda & lamentan-
da conciſio eſt, quos ſic diabolus excæcat, vt
æterna gehennæ ſupplicia non cogitantes,
Antichriſti iam propinquantis aduentū co-
nentur imitari. Et quanquàm ſciã, frater cha-
riſſime, pro mutua dilectione, quam debe-
mus & exhibemus inuicèm nobis, florentiſ-
ſimo illic clero tecum præcedenti, & ſanctiſ-
ſimæ atque ampliſſimæ plebi legere te ſem-
per literas noſtras: tamen nunc & admoneo
& peto, vt quod aliâs ſpontè atque honorifi-
cè facis, etiàm petente me facias, vt hac epi-
ſtola mea lecta, ſi quod illi contagium vene-
* contaminationis — nati ſermonis & peſtiferæ * ſeminationis ir-
repſerat, id omne de fratrum auribus & pe-
ctoribus exuatur, & bonorum integra ac ſyn-
cera dilectio, ab omnibus hæreticæ detractio-
nis ſordibus repurgetur. Declinent autem de-
cæterò fortiter, & euitent dilectiſſimi fratres
noſtri verba & colloquia eorum, quorū ſer-
1. Tim. 2. — mo vt cancer ſerpit, ſicut Apoſtolus ait: Cor-
1. Cor. 15. e — rumpunt ingenia bona confabulationes peſ-
Tit. 3. c — ſimæ. Et iterum; (Hæreticum hominem poſt
vnam & correptionem euita, ſciens quia per-
uerſus eſt huiuſmodi, & peccat, & eſt à ſemet-
ipſo damnatus.) Et per Salomonem Spiritus
Prou. 16. d — ſanctus loquitur; (Peruerſus (inquit) in ore
Ecc. 28. d — ſuo portat perditionē, & in labijs ſuis ignem
condit.) Item denuò monet, dicens: (Sepi au-
Prou. 17. a — res tuas ſpinis, & noli audire linguā nequā.)
Et iterùm: (Malus obaudit linguæ iniquorū,
iuſtus autem nō intendit labijs mendacibus.)
Quod quanquàm ſciam illic fraternitatem
noſtram, veſtra ſcilicet prouidentia munitā,
& ſua vigilantia ſatis cautam, nec capi hære-
ticorum venenis poſſe, nec decipi, tantumq;
apud illos præualere & magiſteria & præce-
pta diuina, quantus illis in Deum timor eſt;
tamen ex abundanti vel ſolicitudo noſtra, vel
charitas ſcribere ad vos iſta perſuaſit, vt nulla
cum talibus commercia copulentur, nulla cū
malis conuiuia vel colloquia miſceantur, ſi-
muſque ab eis tam ſeparati, quàm ſunt illi de
Mat. 18. b — Eccleſia profugi, quia ſcriptum eſt: (Si autem
& Eccleſiam contempſerit, ſit tibi tanquàm
ethnicus & publicanus.) Et B. Apoſtolus non
monet tantum, ſed iubet, à talibus vt receda-
2. Theſ. 3. b — tur: Præcipimus (inquit) vobis in nomine
Domini Ieſu Chriſti, vt recedatis ab omnibus
fratribus ambulantibus inordinatè, & non
ſecundùm traditionem, quam acceperunt à
nobis. Nulla ſocietas fidei & perfidiæ poteſt
eſſe. Qui cum Chriſto non eſt qui aduerſarius — 2. Cor. 6. c
Chriſti eſt. Qui vnitati & paci eius inimicus — Luc. 11. c
eſt, nobiſcum non poteſt cohærere. Si cum
precibus & ſatisfactionibus veniunt, audian-
tur. Si maledicta & minas ingerunt, reſpuantur.
Opto te, frater Chariſſime ſemp benè valere.

AD CORNELIVM PAPAM,
Cypriani Epiſcopi Carthaginenſis, De Confeſſione eius.

CYPRIANVS Cornelio fratri ſalutem. — Lib. 1. Epiſt. 1. 57. iuxta editionē Pamelij.
Cognouimus frater chariſſime, fidei ac
virtutis veſtræ teſtimonia glorioſa, & Con-
feſſionis veſtræ honorem ſic exultanter acce-
pimus, vt in meritis ac laudibus veſtris, nos
quoque participes ac ſocios computemus.
Nam cùm nobis & Eccleſia vna ſit, & mens
iuncta, & indiuidua concordia, quis non ſa-
cerdos in conſacerdotis ſui laudibus, tan-
quàm in ſuis proprijs, gratuletur? Aut quæ
fraternitas non in fratrum gaudio vbique læ-
tetur? Exprimi ſatis non poteſt, quanta iſta
exultatio fuerit, & quanta lætitia, cùm de
vobis proſpera & fortia comperiſſemus, du-
cem te illic confeſſionis fratribus extitiſſe; ſed
& confeſſionem ducis de fratrum confeſſio-
ne creuiſſe, vt dum præcedis ad gloriam, mul-
tos feceris glorię comites: & confeſſorem po-
pulum ſuaſeris fieri, dum primus paratus es
prò omnibus confiteri; vt non inueniamus,
quid priùs prædicare in vobis debeamus,
vtrúmne tuam promptam & ſtabilem fidem,
an inſeparabilem fratrum charitatem. Virtus
illic Epiſcopi præcedentis publicè compro-
bata eſt, adunatio ſequentis fraternitatis oſtē-
ſa eſt: dum apud vos vnus animus, & vna vox
eſt, Eccleſia omnis Romana confeſſa eſt. Cla-
ruit, fratres chariſſimi, fides, quam de vobis — Rom. 1. a
beatus Apoſtolus prædicauit. Hanc laudem
virtutis & roboris firmitatem iam tunc in
ſpiritu præuidebat, & præconio futurorum
merita veſtra conteſtans, dum parentes lau-
dat, filios prouocabat. dum ſic vnanimes, dū
ſic fortes eſtis, magna & cęteris fratribus vna-
nimitatis & fortitudinis exempla tribuiſtis.
Docuiſtis granditer Deum timere, Chriſto
firmiter adhærere, plebem ſacerdotibus in
periculo iungi, in perſecutione fratres à fra-
tribus non ſeparari: concordiam ſimul iun-
ctam, vinci omninò non poſſe: quicquid ſi-
mul petitur à cunctis, Deum pacis pacificis
exhibere. Proſilìerat aduerſarius terrore
violento Chriſti caſtra turbare: ſed quo im-
petu venerat, eodem impetu pulſus eſt: &
quantum formidinis & terroris attulit, tan-
tum fortitudinis inuenit & roboris. Supplan-
tare ſe iterùm poſſe crediderat Dei ſeruos, &
velut tyrones & rudes, quaſi minùs para-
tos & minùs cautos, ſolito ſuo more con-
cutere.

cætere. Vnum primò aggreſſus, vt lupus oues ſecernere à grege, vt accipiter columbam ab agmine volantium ſeparare tentauerat. Nam cui non eſt aduerſus omnes ſatis virium, circumuenire quærit ſolitudinem ſingulorum.

1.Pet.5.b

Sed retuſus adunati exercitus fide pariter & vigore, intellexit milites Chriſti vigilare iam ſobrios, & armatos ad prælium ſtare: vinci non poſſe, mori poſſe; & hoc ipſo inuictos eſſe, quia nec mori timent: nec repugnare contra impugnantes, cùm occidere innocentibus nec nocentē liceat: ſed promptè & animas & ſanguinem tradere; vt cùm tanta in ſeculo malitiæ ſæuitia graſſetur, à malis & ſæuis velociùs recedatur. Quale illud fuit ſub oculis Dei ſpectaculum glorioſum, quale in conſpectu Chriſti Eccleſiæ ſuæ gaudium, ad pugnam, quam tentauerat hoſtis inferre, non ſingulos milites, ſed * tota caſtra prodiiſſe?

* Simul.

Omnes enim conſtat venturos fuiſſe, ſi audire potuiſſent, quando accurrerit properanter & venerit, quiſquis audiuit. Quot illic lapſi, glorioſa confeſſione ſunt reſtituti? Steterunt fortes, & ipſo dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores: vt appareat, nupèr * ſubitaros eſſe, & nouæ atque inſuetæ rei pauore trepidâſſe; rediſſe ad ſe poſtmodùm, fidem veram & vires ſuas de Dei timore collectas, ad omnem patientiam conſtanter & firmiter roborâſſe: nec iam ſtare ad criminis veniã, ſed ad paſſionis coronam.

* dubitaſſe, &

Quid ad hæc Nouatianus, frater Chariſſime? Vtrùmne iã deponit errorem, an verò (qui dementium mos eſt) ipſis bonis & proſperis noſtris plùs adactus eſt ad furorem? & quo magis ac magis dilectionis ac fidei creſcit hîc gloria, illic diſſenſionis & zeli recrudeſcit inſania? Nec vulnus ſuum miſer curat, ſed adhuc grauiùs & ſe & ſuos vulnerat? in pernicem fratrum lingua ſua perſtrepens, & facundiæ venenatæ iacula contorquens, magis durus ſecularis philoſophiæ prauitate, quàm philoſophiæ Dominicæ lenitate pacificus, deſertor Eccleſiæ, miſericordiæ hoſtis, interfector pœnitentiæ, doctor ſuperbiæ, veritatis corruptor, perditor charitatis? Agnoſcit ne iam quis ſit ſacerdos Dei; quæ ſit Eccleſia & domus Chriſti? qui ſint Dei ſerui, quos diabolus infeſtet? qui ſint Chriſtiani, quos Antichriſtus impugnet? Neque enim quærit illos, quos iam ſubegit: aut geſtit euertere, quos iam ſuos fecit. Inimicus & hoſtis Eccleſiæ, quos alienauit ab Eccleſia, & foràs duxit, vt captiuos & vinctos cõtemnit & prætetit: eos pergit laceſſere, in quibus Chriſtum cernit habitare. Quanquàm & ſi aliquis ex talibus fuerit appræhenſus, non eſt, quod ſibi quaſi in confeſſione nominis blandiatur, cùm conſtet, ſi occiſi huiuſmodi extra Eccleſiam fuerint, fidei coronam nõ eſſe, ſed pœnam potiùs eſſe perfidiæ: nec in domo Dei inter vnanimes habitaturos eſſe, quos videmus de pacifica & diuina domo furore diſcordiæ receſſiſſe. Hortamur planè, quantùm poſſumus, frater chariſſime pro charitate mutua, qua nobis inuicèm cohæremus, vt (quoniam prouidentia Domini monentis inſtruimur, & diuinæ miſericordiæ conſilijs ſalubribus admonemur, appropinquare iam certaminis & agonis noſtri diem) ieiunijs, vigilijs, orationibus inſiſtere cum omni plebe non deſignamus. Incumbamus gemitibus aſſiduis, & deprecationibus crebris.

Roma.13.d
Iudit.4.d

Hæc ſunt enim nobis arma cœleſtia, quæ ſtare & perſeuerare fortiter faciunt. Hæc ſunt munimenta ſpiritalia & tela diuina, quæ protegunt. Memores noſtri inuicèm ſimus, concordes atq; vnanimes, vtrobiquè ꝑ nobis ſemꝑ oremus, preſſuras & anguſtias mutua charitate releuemus. Et ſi quis iſthinc noſtrûm prior diuinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeueret apud Deum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam patris non ceſſet oratio. Opto te frater chariſſime ſemper benè valere.

Defunctos pro viuis orare.

AD LVCIVM PAPAM
Rom. reuerſum ab exilio: Cypriani Epiſcopi Carthaginenſis Epiſtola gratulatoria.

Lib.3. Epiſt.1. 58 iuxta editionẽ Pamelij.

CYPRIANVS cum collegis, Lucio fratri ſalutem. Et nupèr quidem tibi, frater chariſſime, gratulati ſumus, cùm te honore geminato in Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione confeſſorem pariter & ſacerdotem conſtituit diuina dignatio: ſed & nunc non minùs tibi & comitibus tuis, atque vniuerſæ fraternitati gratulamur, quòd cum eadem gloria & laudibus veſtris reduces vos denuò ad ſuos fecerit benigna Domini & larga protectio, vt paſcendo gregi paſtor, & gubernandæ naui gubernator, & plebi regendæ rector redderetur: & appareret, relegationem veſtram ſic diuinitùs eſſe diſpoſitam, non vt Epiſcopus relegatus & pulſus Eccleſiæ deeſſet, ſed vt ad Eccleſiam maior rediret. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyri dignitas, quia morte fruſtrata, de camino ignis incolumes exiêrunt: aut non cõſummatus Daniel extitit in ſuis laudibus, quia qui leonibus miſſus fuerat ad prædam, protectus à Domino, vixit ad gloriam. In confeſſoribus Chriſti dilata martyria non merita confeſſionis minuunt, ſed magnalia diuinæ protectionis oſtendunt. Repræſentatum in vobis videmus, quod apud regem fortes atque illuſtres pueri prædicauerunt: Ipſos quidem paratos eſſe ardere flammis, nè dijs eius ſeruirent, aut imaginem, quam fecerat, adorarent: Deum tamen quem colebant, quemq́ue & nos colimus, potentem eſſe, vt eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus ac de pœnis præſentibus liberaret. Quod inuenimus in confeſſionis veſtræ, fides & in Domini circa vos protectione nunc geſtum,

Dan.3.b
Dan.6. & 14.g
Dan.3.

ſtrum, ut cùm vos parati fueritis & prompti omne ſubire ſupplicium, Dominus tamen vos pœnæ ſubtraheret, & Eccleſiæ reſeruaret. Regredientibus vobis, breuiata nō eſt in Epiſcopo confeſſionis ſuæ dignitas, ſed magis creuit ſacerdotalis authoritas, ut altari Dei aſſiſtat antiſtes, qui ad confeſſionis arma ſumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, ſed factis cohortetur, & imminente Antichriſto, paret ad prælium milites, non ſolùm ſermonis & vocis incitamento, ſed fidei & virtutis exemplo. Intelligimus frater chariſſime, & toto cordis noſtri luce perſpicimus diuinæ maieſtatis ſalutaria & ſancta conſilia, * vndè illic repentina perſecutio nuper exorta ſit, vndè contra Eccleſiam Chriſti & Epiſcopum Cornelium beatum martyrem, voſque omnes ſæcularis poteſtas ſubito proruperit, ut ad confundendos hæreticos & retundendos oſtenderet Dominus, quæ eſſet Eccleſia, qui Epiſcopus eius vnus, diuina ordinatione delectus, qui cum Epiſcopo presbyteri ſacerdotali honore coniuncti, quis adunatus & verus Chriſti populus, Dominici gregis charitate connexus, qui eſſent quos inimicus inceſſeret: qui contra, quibus diabolus, ut ſuis parceret. Neque enim perſequitur & impugnat Chriſti aduerſarius, niſi caſtra & milites Chriſti: hæreticos, proſtratos ſemel & ſuos factos, contemnit & prætermittit. Eos quærit deiicere, quos videt ſtare. Atque utinam nunc facultas daretur, frater chariſſime, ut intereſſe illic, vobis regredientibus poſſemus, qui vos mutua charitate diligimus, ut aduentus veſtri lætiſſimum fructum, præſentes cum cæteris, ipſi quoque caperemus. Quæ illic exultatio omnium fratrum? qui concurſus atque complexus aduenientium ſingulorum? Vix oſculis adhærentium poteſt ſatiſfieri, vix vultus ipſi atque oculi plebis poſſunt videndo ſatiari. De aduentus veſtri gaudio, Cognoſcere illic fraternitas cœpit, qualis & quanta ſit ſecutura, Chriſto veniente, lætitia, cuius quia cito appropinquabit aduentus, imago iam quædam præceſſit in vobis, ut quomodo Ioannes præcurſor eius & præuius veniens, prædicauit Chriſtum veniſſe, ſic nunc Epiſcopo confeſſore Domini & ſacerdote redeunte, appareat & Dominum iam redire. Vicariis verò pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis, has ad vos literas mittimus, frater chariſſime: & repræſentantes vobis per epiſtolam gaudium noſtrum, fida obſequia charitatis expromimus; hic quoque in ſacrificiis atque in orationibus noſtris non ceſſantes Deo patri & Chriſto filio eius Domino noſtro gratias agere, & orare pariter ac petere, ut qui perfectus eſt atque perficiens, cuſtodiat & perficiat in vobis confeſſionis veſtræ glorioſam coronam. Qui & ad hoc vos fortaſſe reuocauit, nè gloria eſſet occulta, ſi foris eſſent confeſſionis veſtræ conſummata martyria. Nam victima, quæ fraternitati præbet exemplum virtutis & fidei, præſentibus debet fratribus immolari. Optamus te, frater chariſſime, ſemper benè valere.

Math. 3.

CYPRIANI ET ALIORVM Epiſtola ad Fidum presbyterum, de infantibus baptizandis.

Argumentum huius Epiſtolæ præcipuum, paucis indicat D. Auguſt. Epiſtola 28. ad D. Hieronymum. B. Cyp. inquit. Non aliquid decernens nouum, ſed Eccleſiæ fidem firmiſſimam ſeruans, ad corrigendum eos qui putabant ante octauum diem natiuitatis non eſſe paruulum baptizandum, mox natum ritè baptizari poſſe cum ſuis quibuſdam coepiſcopis cenſuit.

CYPRIANVS & cæteri collegæ, qui in Concilio adfuerunt, numero ſexaginta ſex, Fido fratri ſalutem. Lib. 3. epi. 8. 59. iuxta editionē Pamelij.

Legimus literas tuas, frater chariſſime, quibus ſignificaſti de Victore quondam presbytero, quod ei, antequàm pœnitentiam plenam egiſſet, & Domino Deo, in quem deliquerat, ſatisfeciſſet, temerè Therapius collega noſter immaturo tempore & præpropera feſtinatione pacem dederit. Quæ res nos ſatis mouit, receſſum eſſe à decreti noſtri authoritate, ut ante legitimum & plenum tēpus ſatisfactionis, & ſine petitu & conſcientia plebis, nulla infirmitate urgente ac neceſſitate cogente, pax ei concederetur. Sed librato apud nos diu conſilio ſatis fuit obiurgare Therapium collegam noſtrum, quòd temerè hoc fecerit, & inſtruxiſſe, nè quid tale de cætero faciat: pacem tamen quomodocunque à ſacerdote Dei ſemel datam, non putauimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem, ſibi conceſſam uſurpare permiſimus. Quantum verò ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum vel tertium diem, quo nati ſint, conſtitutos, baptizari non oportere, & conſiderandam legem eſſe circumciſionis antiquæ, ut intra octauum diem eum, qui natus eſt, baptizandum & ſanctificandum non putares, longè aliud in Concilio noſtro omnibus viſum eſt. In hoc enim quod tu putabas eſſe faciendum, nemo conſenſit, ſed vniuerſi potiùs iudicauimus, nulli hominum nato miſericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cùm Dominus in Euangelio ſuo dicat; (Filius hominis non venit animas hominum perdere, ſed ſaluare:) quantum in nobis eſt, ſi fieri poteſt, nulla anima perdenda eſt. Quid enim ei deeſt, qui ſemel in vtero Dei manibus formatus eſt? Nobis enim atque oculis noſtris ſecundum dierum ſecularium curſum accipere, qui nati ſunt, incrementum videntur: cæterùm quæcunque à Deo fiunt, Dei factoris maieſtate & opere perfecta ſunt. Eſſe deniq; apud omnes ſiue infantes, ſiue maiores natu, vnam diuini muneris æqualitatem, declarat nobis diuinæ ſcripturæ fides, cùm Heliſæus ſuper infantem viduæ filium, qui

Gen. 17.

Luc. 9.

4. Reg. 4.

mortuus iacebat, ita ſe, Deum deprecans, ſuperſtrauit, vt capiti caput, & faciei facies applicaretur, & ſuperfuſi Heliſei membra ſingulis paruuli membris, & pedes pedibus iungerentur. Quæ res ſi ſecundum natiuitatis noſtræ & corporis qualitatem cogitetur, adulto & prouecto infans non poſſet æquari, nec cohærere & ſufficere poſſent parua membra maioribus: ſed illic æqualitas diuina & ſpiritalis exprimitur, quòd pares atque æquales ſint omnes homines, quando à Deo ſemel facti ſunt, & poſſit ætas noſtra incrementis corporum ſecundum ſeculum, non ſecundum Deum habere diſcrimen, niſi ſi & gratia ipſa, quæ & baptizatis datur, pro ætate accipientium vel minor vel maior tribuitur, cùm Spiritus ſanctus non de menſura, ſed de pietate atque indulgentia paterna æqualis omnibus

Galat. 2.

præbeatur. Nam Deus vt perſonam non accipit, ſic nec ætatem, cùm ſe omnibus ad cæleſtis gratiæ conſecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Nam & quod veſtigium infantis in primis partus ſui diebus conſtituti mundum non eſſe dixiſti, quod vnuſquiſque noſtrum adhuc horreat exoſculari, nec hoc putamus ad cæleſtem gratiam dandam impedimento eſſe oportere. Scriptum eſt enim,

Tit. 1.

(Omnia munda ſunt mundis.) Nec aliquis noſtrum id debet horrere, quod Deus dignatus eſt facere. Nam & ſi adhuc infans à partu nouus eſt, non ita eſt tamen, vt quiſquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat oſculari, quando in oſculo infantis vnuſquiſque noſtrum pro ſua religione ipſas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modò formato & recens nato quodammodo exoſculamur, quando id quod Deus fecit, amplectimur. Nam quòd in Iudaica circumciſione carnali octauus dies obſeruabatur, ſacramentum eſt in vmbra atque in imagine antè præmiſſum, ſed veniente Chriſto veritate completum. Nam quia octauus dies id eſt poſt ſabbatum primus dies futurus erat, quo Dominus reſurgeret, & nos viuificaret, & circumciſionem nobis ſpiritalem daret, hic dies octauus, id eſt, poſt ſabbatum primus & Dominicus præceſſit in imagine: quæ imago ceſſauit ſuperueniente poſtmodùm veritate, & data nobis ſpiritali circumciſione. Propter quod neminem putamus à gratia conſequenda impediendum eſſe ea lege, quæ iam ſtatuta eſt: nec ſpiritalem circumciſionem impediri carnali circumciſione debere: ſed omnem omninò hominem admittendum eſſe ad gratiã Chriſti, qñ &

Act. 10.

Petrus in Actibus Apoſtolorum loquatur & dicat, (Dominus mihi dixit; neminem communem dicendum & immundum.) Cæterùm ſi homines impedire aliquid ad conſecutionem gratiæ poſſet, magis adultos & prouectos & maiores natu poſſent impedire peccata grauiora. Porrò autem ſi etiam grauiſſimis delictoribus, & in Deum multùm antè peccantibus, cùm poſtea crediderint, remiſſa peccatorum datur, & à baptiſmo atque gratia nemo prohibetur: quantò magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nil peccauit, niſi quòd ſecundùm Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit? qui ad remiſſam peccatorum accipiendam hoc ipſo facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, ſed aliena peccata. Et idcircò frater chariſſime, hæc fuit in concilio noſtra ſententia, à baptiſmo atque à gratia Dei, qui omnibus miſericors & benignus & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi. Quod cùm circa vniuerſos obſeruandum ſit atque retinendum, tum magis circa infantes ipſos & recens natos obſeruandum putamus, qui hoc ipſo de ope noſtra ac de diuina miſericordia plus merentur, quòd in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes ac flentes, nil aliud faciunt, quàm deprecantur. Optamus te frater chariſſime ſemper benè valere.

CYPRIANI AD CLERVM & plebem Furnitanorum, Epiſtola xj.

Quòd nulli liceat presbyterum tutorem teſtamento conſtituere.

CYPRIANVS presbyteris & diaconis & plebi Furnis conſiſtentibus, ſalutem. — Li.j.epi.9. 66.iuxta editioné Pamelij.

Grauiter commoti ſumus ego & collegæ mei, qui præſentes aderant, & compreſbyteri noſtri qui nobis aſſidebant, fratres chariſſimi, cùm cognouiſſemus quòd Geminius Victor frater noſter de ſeculo excedens, Geminium Fauſtinum preſbyterum, tutorem teſtamento ſuo nominauerit, cùm iampridem in Concilio Epiſcoporum ſtatutum ſit, ne quis de clericis & Dei miniſtris tutorem vel curatorem teſtamento ſuo conſtituat, quando ſinguli diuino ſacerdotio honorati, & cuncti in clerico miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificijs deſeruire, & precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum eſt enim: (Nemo militans Deo, obligat ſe moleſtijs ſecularibus, ut poſſit placere ei, cui ſe probauit.) — 2. Tim. 2.

Quod cùm de omnibus dictum ſit, quantò magis moleſtijs & laqueis ſecularibus obligari non debent, qui diuinis rebus & ſpiritalibus occupati, ab Eccleſia recedere, & ad terrenos & ſeculares actus vocari non poſſunt? Cuius ordinationis & religionis formam Leuitæ priùs in lege tenuerunt, vt cùm terram diuiderent, & poſſeſſiones partirentur vndecim tribus, Leuitica tribus, quæ templo & altari & miniſterijs diuinis vacabat, nihil de illa diuiſionis portione perciperet: ſed alijs terram colentibus, illa tantùm Deum coleret, & ad victum atque alimentum ab vndecim tribubus de fructibus, qui naſcebantur, decimas reciperet. Quod totum fiebat de authoritate & diſpoſitione diui- — Num. 18.

na, vt

pa, vt qui operationibus diuinis inſiſtebant, in nulla re auocarentur, nec cogitare aut agere ſecularia cogerentur. Quę nunc ratio & forma in clero tenetur, vt qui in Eccleſia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina auocentur, nec moleſtijs & negocijs ſecularibus alligentur, ſed in honore ſportulantium fratrum tanquàm decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificijs non recedant, & die ac nocte cœleſtibus rebus & ſpiritalibus ſeruiant. Quod Epiſcopi anteceſſores noſtri religiosè conſiderantes, & ſalubriter prouidentes, cenſuerunt, nè quis frater excedens, ad tutelam vel curá clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit auocare. Et ideò Victor cùm cōtra formam nupèr in concilio à ſacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere, non eſt, quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Eccleſia frequentetur: vt ſacerdotum decretum, religiosè & neceſſariè factum, ſeruetur à nobis: ſimul & cæteris fratribus detur exemplum, nè quis ſacerdotes & miniſtros Dei, altari eius & Eccleſiæ vacantes, ad ſeculares moleſtias deuocet. Obſeruari enim decæterò poterit, nè vltrà hoc fiat circa perſonam clericorum, ſi quod nunc factum eſt, fuerit vindicatum. Opto vos, fratres chariſſimi, ſemper benè valere.

EX HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Euſebij Cæſareē. lib. 6. cap. 35. iuxta verſionē Ioannis Chriſtophorſoni Epiſcopi Ciceſtrēſis in Anglia: nam alij alium habent capitum numerum.

Græci ferè Euſebius, Socrates, Nicephorus, vicinitate nominum decepti, Nouatum presbyterum Carthagin. pro Nouatiano presbytero Romano, (qui Epiſcopus Romanus factus fuit, opera Nouati, aduerſus Cornelium,) vſurpant. Hoc autem perſpicuum eſt ex epiſtolis Cypriani ad Cornelium, & ad Antonianum ex Damaſo, & ex Hieronymo in Catalogo vel potius irrepſit mendum in Græcos Codices, cum ipſe Euſebius in Chronicis, & Nouati, vt presbyteri Cypriani, & Nouatiani, quem ſibi ille, Romani veniens, Sociauit, diſerte meminerint.

NOVATVS Eccleſiæ Romanæ presbyter, arrogantia quadam & faſtidio cōtra iſtos (lapſos) elatus, aſſeruit non ampliùs illis, quamuis omnia quæ viderentur ad veram pœnitentiam, ad conuerſionem animorum, ad puram deniquè confeſſionem ſpectare, omninò peragerent, ſpem vllam ſalutis omninò reliquam fieri. Vndè proprij cuiuſdam erroris, & ſectæ eorum, qui præ inflata quadam mentis inſolentia ſeipſos κα-θαροὺς eſſe, id eſt, puros & vacuos a labe peccati aſſeuerant, author & dux fuit. Ob quam rem concilium maximum Romæ cogitur, in quo ſexaginta Epiſcopi, & presbyteri totidē atque ampliùs, vnà cùm diaconis in vnum conueniunt. A paſtoribus etiàm ſeparatim per ſingulas cuiuſque regionis prouincias, quid de ea re agendum eſſet, deliberantibus, colloquia fiunt. A quibus omnibus tandèm decernitur, Nouatum eiusque fautores tanta ſuperbia inflatos, & quotquot illius inhumaniſſimæ, & à fraterna charitate alieniſſimæ opinioni aſſentirētur, in eorum numero, qui erant ab Eccleſia excluſi, haberi: fratres autē, qui caſu infelici prolapſi fuiſſent, pœnitētiæ medicamētis curari, & ad ſanitatem reſtitui. Epiſtolæ quidem Cornelij Epiſcopi Romani ſcriptæ ad Fabium Epiſcopum eccleſiæ Antiochenæ, ad nos peruenerunt, quę tum acta concilij Romæ habiti, ab omnibus in Italia, in Africa, inque alijs locis de eo errore decreta erant, euidenter declarant. Aliæ item extant epiſtolæ à Cypriano & alijs Epiſcopis, qui cum eo in Africa in eum errorem inquiſiuerunt, Latino ſermone compoſitæ: ex quibus conſtat, illis etiàm viſum eſſe, vt & fratres qui per tentationem ceciderant, conſolationis ſubſidio leuarentur, & authori illius hæreſis vnà cum illis omnibus, qui pari ratione cum eo à veritate eſſent abducti, catholica Eccleſia, idq; meritò, interdiceretur. His alia quædā Cornelij annectitur Epiſtola de illis, quæ erant in Concilio Romæ ſancita. Alia rursùs de Nouati rebus geſtis, ex qua aliquot loca citare non grauabimur, quô qui ſint iſtā fortè hiſtoriam perlecturi, ea quę ad eum ſpectant, manifeſtò cognoſcant. De Nouato igitur, quali vitæ inſtituto & moribus fuerit, Fabium certiorem faciens Cornelius, hæc ipſa ſcribit: Vt verò intelligas hunc admirabilem virum iampridèm in Epiſcopatu petendo ambitione incenſum eſſe, & eam temerariam effrenatamque cupiditatem occultâſſe intra ſe, & ſimulatione ac tanquàm inuolucro, quo arrogantiam tegeret, in initio confeſſores CHRISTI, viros ſanè probos ſecum habuiſſe, tibi volo apertè oſtendere. Presbyter nomine Maximus & Vrbanus è noſtris, qui bis ex conſtanti fidei cōfeſſione ſummam gloriæ amplitudinem collegerant, Sidonius item & Celerinus, vir qui Dei clementia adiutus, omnia tormentorum genera maxima cum tolerantia pertulerat, & corporis imbecillitate, vi ac robore fidei ſuæ confirmata, ſtrenuè ac viriliter ab aduerſario victoriam reportauerat, cùm Nouatum attentiùs conſiderâſſent, & callidam eius fraudem, verſutiam, periuria, mendacia, agreſtem inhumanitatem, ab omni vitę communione alienam, veteratoriam deniquè inſtàr lupi amicitiam deprehendiſſent: eo relicto, ad ſanctam Eccleſiam reuerterunt, atque omnes eius fallacias

Nouatiani inſtitutum & mores, ex Epiſtola Cornelij Epiſcopi Romani: cur autē Nouatus hic legatur initio capitis annotatū eſt.

dias & maleficia, quæ longo tempore intimo pectore obtexiſſet, multis præſentibus tum Epiſcopis, tum presbyteris, tum laicis quàmplurimis, palàm oſtendere & cum lachrymis ac querela, cum dolore & pœnitentia ſuam vicem deplorare cœperunt, quòd ſubdolæ illius & efferatæ beſtiæ conſilio addducti, ab Eccleſia etiàm vel ad exiguum temporis ſpatium deſciuiſſent. Paulò pòſt ait: Vix credibile eſt, chariſſime frater, quantam in moribus varietatem, quantam mutationem exiguo momento in illo factam conſpexerimus. Nã ſplẽdidiſſimus iſte ſcilicet, qui inſinuato ac terribili iureiurando adiecto, fidem ſuis fecerat, ſe non aliquandò Epiſcopatum appetiuiſſe, tãquàm ex fallaci quadam præſtigiarum impoſtura, in medium protectus, derepentè Epiſcopus apparuit. Etenim iſte nouæ ſectæ inuẽtor, & doctrinæ Eccleſiaſticæ, ſi dijs placet, ꝓpugnator, quandò Epiſcopatum à DEO certè minimè ei donatum, ſibi vi arripere, & ex hominum manibus quodammodò extorquere nitebatur, duos ſibi ſocios de ſua ipſorum ſalute propè deſperatos adſciuit, ut eos in exiguam aliquam partem, & minimum quaſi Italiæ angulum mitteret, indeque Epiſcopos tres, homines agreſtes, rudes ac ſimplices ſimulatione quadam veteratoria in fraudem inductos abduceret, aſſerens & conſtanter affirmans, eos quàm celerrimè debere Romam venire, vt videlicet omnis lis & diſcordia, per ſententiam illorum aliorumque Epiſcoporum interpoſitam, dirimeretur. Epiſcopi igitur, quoniam (vt ſuprà diximus) homines ſimpliciores erãt, & in perditorum fallacijs doliſque diſcernendis minùs perſpicaces, Romam aduentant. Iſte tum per quoſdam ſuî ſimiles ad eam rem cõparatos, eos in vnũ locum concludendos curauit; ac cùm circiter horam decimam ebrios & crapula oppreſſos cerneret, vi coegit imaginaria quadam & vana manuum impoſitione Epiſcopatum ipſi tribuere: quem dignitatis gradum parùm ſibi accommodatum, ad hunc modum per fraudem & aſtutiam acquiſiuit. Ex quibus Epiſcopis vnus non longè pòſt, peccatum flebiliter lamentatus, & idem apertè confeſſus, ad Eccleſiam reuenit: quem populo vniuerſo pro eo rogante, tandèm vt laicum in communionem recepimus; atque alios, qui in reliquorum duorum Epiſcoporum loca, qui eum creâſſent, ſuccederent, miſimus. Iſtum igitur lepidum Euangelij patronum Nouatũ omninò præterijt, ſcilicet vnum ſolùm Epiſcopum oportere eſſe in hac Eccleſia Catholica: in qua tamen non ignorabat (quomodò enim poterat?) presbyteros eſſe quadragintaſex,

Clerus Romanæ Eccleſiæ.

diaconos ſeptem, ſubdiaconos ſeptem, acolythos quadragintaduos, exorciſtas & lectores vnà cum oſtiarijs quinquagintaduos, viduas & alios morbo atque egeſtate afflictatos, mille & quingentos: quos omnes Domini gratia & benignitas abundè ſuſtentat. Sed tamen nemo ex tanta miniſtrorum multitudine, tamque in Eccleſia neceſſaria, nemo ex tãto egentium numero, Dei prouidentia locupletato, & rerum abundantia circunfluente, nemo deniquè maxima illa & innumerabili populi frequentia, iſtum quem dico Nouatum, ab ea deſperatæ mentis cæcitate & contumacia auertere, & ad Eccleſiam denuò reuocare potuit. Quinetiam paulò pòſt annectit iſta: Deincèps dicamus, quibus actis quibusque vitæ inſtitutis cum tanta confidentia Epiſcopatum prenſaret. Num quòd à primæ ætatis tempore in Eccleſia verſatus fuit? Num quòd multa certamina pro eius defenſione ſubijt? Num quòd multis magniſque periculis pro pietate ſe obiecit? Non eſt certè eius generis ille quidem, cui ex ſatana, qui ingreſſus in illum, diù eſt in intimo pectore cõmoratus, primùm data fuit credendi occaſio. Qui quidem vbi exorciſtarum præſidio ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & pòſt in tam grauem morbum, vt iam ferè mori putaretur, incidiſſet, in lecto, in quo decumbebat, aqua circunfuſus, baptiſmum accepit, ſi modò talem hominem baptiſmum accepiſſe dicendũ ſit. Verùm morbo tandèm elapſus, neque cætera quibus poſt baptiſmum ſecundùm Eccleſiæ canonem imbui oportuerat, acquiſiuit, neq; Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit. Quo quidem neutiquàm potitus, quomodò (quæſo) ſpiritumſanctum adeptus eſt? Atque paucis interpoſitis, iterùm addit: Iſte perſecutionis tempore metu debilitatus, & nimia vitæ cupiditate adductus, ſe presbyterum eſſe denegauit. Nam cùm à diaconis rogatus oratusque eſſet, vt domo, qua ſe concluſum occuluerat, egreſſus, quantùm presbytero liceret, quantumque in eius ſitum eſſet poteſtate, fratres in periculo conſtitutos, opiſque & auxilij indigentes, iuuaret, tantùm abfuit vt Diaconis eum obſecrantibus obtemperaret, vt etiàm non ſinè ſtomacho & bile ab illis abiret, diſcederetque. Nam ſe nolle ampliùs eſſe presbyterum, ſed alteri vitæ generi ſe dicaturum aſſeruit. Qui paulò longiùs ꝓgreſſus, rurſùm adiungit: Iſte præclarus ſcilicet & inſignis Nouatus, Dei penitùs reliquit Eccleſiam: in qua poſt fidem receptam, presbyteri munere donatus fuit, idque propter amorem & beneuolentiam, qua Epiſcopus qui illi manus impoſuerat, eum complexus eſt: qui quidem Epiſcopus non modò ab vniuerſo clero, ſed etiàm à multis laicis vetitus, (quoniam minimè licebat, quenquam in lecto propter morbum baptizatum, ſicut huic contigerat, in clerum aſſumi) magnoperè poſtulabat ſibi poteſtatem dari huic ſoli manus in ſortem presbyterij imponendi. Deindè poſt iſta aliud eius facinus, omnium ſanè peſſimum, hoc ferè pacto tradit: Cùm feciſſet oblationes, & ſingulis partem Sacramenti diſtribuiſſet porrexiſſetque, miſeros homines & infelices pro benedictione & gratiarũ

actione

actione iuſiurandum dare coëgit. Atq; ſuis vtriſque manibus manus accipientis præhendens, non priùs dimiſit, quàm hoc iureiurando eũ obſtrinxiſſet, (illius enim verbis vtar) Iura mihi per corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, te nunquàm nec me deſerturum, nec ad Cornelium reuerſurum. Atque miſer homo non antè deguſtauit, quàm ita illi ſe deuouiſſet. Et qui illum acceperat, pro Amen, quod dicere debuerat, hoc dixit, Non deincèps ad Cornelium reuertar. ¶ Poſt alia quædam, iterùm hæc narrat: Scias velim, propterea quòd in dies ſingulos iam fratres eum deſerunt, & ad Eccleſiam redeunt, iam illum omnium ferè ſocietate denudatum deſtituturumque eſſe. Cuius amentem audaciam & inſolentiam etiàm Moyſes beatus martyr, qui nupèr apud nos fuit eximio & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vita manebat, perſpicuè animaduertens, tum illi, tum alijs quoquè presbyteris, qui vnà cum illo ſeſe ab Eccleſia ſegregauiſſent, fidelium ſocietate & communione interdixit. Porrò in extrema epiſtola Epiſcopos, qui Romam profecti, Nouati dementiam condemnabant, enumerat, & non ſolùm nomina cuiuſque, ſed eccleſias etiàm, quibus ſinguli præerant, recenſet. Quin etiàm epiſcoporum, qui minimè Romam ſe contulerant quidem, ſed per literas decreto eorum, quos diximus, aſſentiebantur, nomina pariter & ciuitates, vndè quiſque ſcripſit epiſtolam, commemorat. Iſta Cornelius Fabio Antiochiæ Epiſcopo per literas ſignificauit.

Huculquè ex Euſebio.

DECRETA
LVCII PAPÆ.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 254 Onuphri° in chronico & Epitome Pontificũ ponit annũ unũ, menſes tres, dies tredecim.

LVCIVS natione Romanus, ex patre Porphyrio, ſedit annos tres, menſes tres, dies tres. Martyrio coronatus. Fuit autem temporibus Galli & Voluſiani, vſque ad Valerianum ſecundò & Gallienum coſſ. Hic in exilio fuit relegatus, poſteà nutu Dei, incolumis ad Eccleſiam reuerſus eſt. Hic præcepit, vt duo presbyteri & tres diacones in omni loco Epiſcopum non deſererent, propter teſtimonium Eccleſiaſticum. Qui etiàm à Valeriano capite truncatus eſt, quarto Nonas Martij. Hic omnem poteſtatem Eccleſiæ dedit Archidiacono ſuo Stephano, dum ad paſſionem pergeret. Hic fecit ordinationes* duas per menſem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca ſeptem. Qui etiàm ſepultus eſt in cœmeterio Calixti via Appia, & ceſſauit Epiſcopatus dies xxxv.

* tres.

EIVSDEM DECRETALIS
Epiſtola ad Galliæ atque Hiſpaniæ Epiſcopos.

1 *Vt Epiſcopus ſemper teſtes ſecum presbyteros ac diaconos habeat.*
2 *De criminationibus Epiſcoporum, ſiue maiorum natù, & vt audientia ad maiores perſonas appellantibus non negetur.*
3 *Vt metropolitanus ſinè conſilio Epiſcoporũ nihil agat, nec ipſi ſinè illius, niſi quod ad proprias Eccleſias pertinet.*
4 *Vt metropolitanus ſinè Epiſcopis cauſas eorum non audiat.*
5 *Nè poſteriores Epiſcopi prioribus ſe præferant, nec eis inconſultis aliquid agant.*
6 *De ijs, qui res Eccleſiæ, vel oblationes fidelium auferunt, & qui eis conſentiunt.*

DILECTISSIMIS fratribus omnibus in partibus occidentalibus, tam in Gallijs quàm in Hiſpanijs conſiſtentibus, Lucius Epiſcopus in Domino ſalutem. Literas dilectionis veſtræ, quas ad beati Petri Apoſtoli ſedem pro ueſtra cauſa negocij miſiſtis, libenter ſuſcepimus: ſed de veſtris afflictionibus non modicè contriſtati ſumus. Significâſtis enim, uos tam à quibuſdam, non rectam fidem tenentibus, ſed erroribus implicitis, quàm & ab alijs eos imitantibus, perſequi & infamari, atque veſtras Eccleſias ſuis dotibus & fidelium oblationibus ſpoliari, veſtroſque miniſtros nimis vexari: & ideò multos à uobis, & à recta fide diſcedere, quoniã eis non poteſtis defenſionem impendere, nec ea quæ neceſſaria ſunt, miniſtrare. Nolite mirari, fratres, ſi uos maleuoli & impij perſequuntur, cùm ipſum Chriſtum caput noſtrum ſunt perſecuti. Vndè & conſolatricem ipſam habetis ueritatem, quæ ait: (Si patremfamiliâs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius?) Ipſa iterùm conſolans nos loquitur, dicens: (Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret: ſed quia non eſtis de mundo, ſed ego elegi vos de mundo, proptereà odit vos mundus.) Propter tales, fratres, hortamur vos, ſicut & in hac ſancta Eccleſia conſtitutum habemus, vt ſemper teſtes vobiſcum ſacerdotes & diaconos habeatis. Et licèt conſcientia ſufficere poſſit propria, tamen propter maleuolos, iuxta Apoſtolum, etiàm teſtimonium vos oportet habere bonum ab his qui foris ſunt. Quoniam & in hac ſancta ſede conſtitutum habemus, ut duo presbyteri uel tres Diaconi in omni loco Epiſcopum non deſerant, propter teſtimonium Eccleſiaſticum. Epiſcopi ergò non ſunt leuiter accuſandi vel detrahendi, quia iniuria eorum ad Chriſtum pertinet, cuius vice & legatione funguntur in Eccleſia. Vndè nobis & omnibus, qui nobiſcũ ſunt in noſtro ſolatio, ſicut & olim factum inuenimus, conſtitui placuit, ut criminatio-

Mat. 10. e
Ioan. 15. d
I.
De conſ. diſt. 1. Iubem° apoſtolica authoritate.
1. Tim. 3. b
II.
2. q. 7. criminationes maiorum.

nes

nes maiorum natù per alios non fiant, niſi per ipſos, qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, omni ſa carere ſuſpicione atque inimicitia, & irreprehenſibilem fidem ac conuerſationem ducere. Vndè placuit, ut à quibuſcunque iudicibus Eccleſiaſticis, ad alios iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior authoritas, ſi fuerit prouocatum, audientia non negetur. Item conſtituimus, ſicut & à ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, decretum reperimus, ſi quis metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ſolummodò ad propriam pertinet parochiam, ſinè conſilio & uoluntate omnium comprouincialium Epiſcoporum, extrà aliquid agere tentauerit, gradús ſoi periculo ſubiacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de comprouincialium coepiſcoporum cauſis, eorumque eccleſiarum & clericorum atque ſecularium neceſſitatibus, aut de quibuſcunque communibus cauſis agere, aut diſponere neceſsè fuerit, hoc cum omnium cõſenſu comprouincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis faſtu, ſed concordi & humillima adminiſtratione, ſicut Dominus ait: (Non véni miniſtrari, ſed miniſtrare.) Et alibì: (Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter veſter,) & rel. Similiter ipſi comprouinciales Epiſcopi, cuncta cum eius conſilio, niſi quantùm ad proprias pertinet parochias, agant, iuxta ſanctorum conſtituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſecula. Similiter, authoritate fulti apoſtolica, præcipimus, ut nullus metropolitanus Epiſcopus, abſque cæterorum omnium comprouincialium Epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas eorum: quia irrita erunt, & ipſe cauſam pro facto dabit. Epiſcopi uerò per ſingulas prouincias obſeruent, nè poſteriores, ſe prioribus ſuis præferant: nec eis inconſultis, niſi quantùm ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant: ſed omnes de communibus eorum cauſis conſonam ſententiam proferãt & determinent, quoniam aliter acta, nullas vires habebunt, nec Eccleſiaſtica reputabuntur. Bonum eſſet, fratres, & valdè (Deum timentibus & piè uiuere volentibus) neceſſarium, ſi intra catholicam eccleſiam nullius mali, aut infeſtationis alicuius, erga Domini ſacerdotes, aut iuſtè & piè uolentes viuere, germen exurgeret. Sed quia præualente inuidia, quod deterius eſt, ſurgit & creſcit, atq; nimis ſe in omnes parte extendit, idcircò neceſsè eſt, illud Eccleſiaſtico & Apoſtolico abſcandi mucrone, nè * ſeruis Dei ac Domini* ſacerdotibus valeat nocere, aut perdere. (Ex honorauit enim Dominus (ut in Eccleſiaſtico legitur lib. (conuentus malorum, & deſtruxit Deus eos vſque in finem. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Radices gẽtiũ ſuperbarũ areſecit DEVS, & plãtauit humiles ex ipſis gentibus. Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas uſque ad fundamentum. Areſecit ex ipſis & diſperdidit eos, & ceſsare fecit memoriam eorum de terra. Perdidit Deus memoriam ſuperborum, & reliquit memoriam humiliũ ſenſu. Nõ eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: ſemen autem hoc exhonorabitur hominum, quod præterit mandata Domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius. Gloria diuitum, honoratorum & pauperum, timor Dei eſt. Noli deſpicere hominem iuſtum pauperem, & noli magnificare virum peccatorẽ diuitem. Magnus eſt iudex, & potens eſt honore, & non eſt maior illo, qui timet DEVM. Seruo ſenſato liberi ſeruiẽt, & uir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus & inſcius non honorabitur. Noli te extollere in faciendo * opera tua, & noli cunctari in tempore anguſtiæ. Melior eſt, qui operatur & abũdat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. Fili, in manſuetudine ſerua animam tuam, & da illi honorem ſecundùm meritum ſuum: Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuum: & eſt homo, qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam. Qui autẽ gloriatur in paupertate, quanto magis in ſubſtantia? Et qui gloriatur in ſubſtantia, paupertatem uereatur. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum cõſidere illum faciet. Non laudes uirum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in uiſu ſuo. Breuis in uolatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In veſtitu nè glorieris unquàm, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altiſſimi ſolius, & glorioſa, & abſconſa, & inuiſa opera illius. Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portauit diadema. Multi potentes oppreſſi ſunt * ualidè, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Priuſquàm interroges, nè uituperes quenquam: & quum interrogaueris, corripe iuſtè. Priuſquam audias, nè reſpondeas verbum, & in medio ſeniorum nè adijcias loqui. De ea re, quæ te non moleſtat, nè certéris, & in iudicio peccantium nè conſiſtas. Fili mi, nè in multis ſint actus tui, & ſi diues fueris, non eris immunis a delicto. Si enim ſequutus fueris, non appræhendes: & nõ effugies, ſi præcucurreris. Eſt homo, laborans, & feſtinans, & dolens, impius: & tanto magis non abundat. Eſt homo marcidus, egẽs recuperatione, plùs deficiens uirtute, & abundans paupertate: & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltabit caput eius, & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Bona & mala, uita & mors, paupertas & honeſtas a Deo ſunt.

Marginal notes: 111. — 3.q.3. Nullus autem primas, ſub nomine Caliſti ponif ibi. — Mat. 20. d Marc. 10. f Luc. 22. — 1111. — * Seruos. * Sacerdotes. — Ecc. 10. c, d — * opere tuo, vel opus tuũ. — Eccl. 11. a b, c — * valdè

ſunt. Datio Dei permanet iuſtis: & profectus illius, ſucceſſus habebit in æternum. Eſt qui locupletatur, parcè agẽdo, & hæc pars mercedis illius in eo, quod dicit, Inuẽni requiẽ mihi, & nũ mãducabo de bonis meis ſolus: & neſcit, quòd tẽpus prætereat illũ, & relinquet oĩa alijs, & morietur. Sta in teſtõ tuo, & in illo colloquère, & in * opera mandatorũ tuorũ ueteraſce. Nè mireris in operibus peccatorũ. Cõfide aũt in Deo & mane in loco tuo. Facile eſt enim in oculis Dei, ſubitò * honeſtari pauperem. Bñdictio Dei in mercedẽ iuſti feſtinat, & in honore veloci proceſſus illius * iuſtificat. Nè dicas, quid eſt mihi opus? & quæ erũt mihi ex hoc bona? Nè dicas, ſufficiẽs mihi ſum, & quid ex hoc peſſimabor? In die bonorũ, nè immemor ſis malorũ: & in die malorũ, nè immemor ſis bonorũ: quoniam facile eſt corãm Deo in die obitûs retribuere vnicuique ſecundùm vias ſuas. Malitia horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ: & in fine hominis, denudatio operum illius. Ante mortem nè laudes hominem quenquam, quoniam in filijs ſuis agnoſcitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim inſidiæ ſunt doloſi. Sicut enim eructant præcordia * fœtantium, & ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui. Bona in * malum conuertit inſidiator, & in electis ponet maculam. A ſcintilla una augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis. Homo verò peccator ſanguini inſidiatur. Attende tibi à peſtifero: fabricat enim mala, nè fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuũ. Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet in turbine, & abalienabit te à * tuis proprijs.)

[Margin: * opere · * honeſtare · * fructificat · * fœtentiũ · * mala cõuertens inſidiatur · * vijs]

Tales, chariſſimi, valdè ſunt cauendi, vſque dum aut conuertantur, aut abſcindantur verbo diuino. (Beatus autem eſt ille, qui non eſt lapſus in uerbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.) Felix, qui non habet animi tui triſtitiam, & non * abſcedit à ſpe ſua. Scriptum eſt enim: (Melior eſt vnus timẽs Deum, quàm mille impij.) Sapiens verò non eſt, omnis qui nocet. Res quoque Eccleſiarum veſtrarum, & oblationem fidelium, quas ſignificâſtis à quibuſdam irruentibus uexari, vobiſque & Eccleſijs veſtris auferri, indubitanter maximum eſt peccatum, teſtante ipſa ſcriptura quæ ait; (Qui abſtulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non eſſe peccatum, homicidæ particeps eſt.) Pater ergò noſter ſinè dubio Deus eſt, qui nos creauit: & mater noſtra Eccleſia, quæ nobis in baptiſmo ſpiritualiter generauit. Et ideò qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ aufert, fraudat & rapit, homicida in conſpectu iuſti iudicis eſſe deputabitur, Vndè ſcriptum eſt: Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit: qui autem pecunias vel res Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit. Vndè & Iudas qui pecuniam fraudauit, quæ vſibus Eccleſiæ, id eſt, pauperibus, quos Eccleſia paſcere debet, diſtribuebat iuſſu Saluatoris (cuius vicẽ Epiſcopi tenẽt) nõ ſolùm fur, ſed fur & ſacrilegus factus eſt. De talibus enim, id eſt, qui facultates Eccleſiæ rapiũt, fraudãt, uel auferũt, Dñs comminans omnibus, per Prophetã loquitur, dicẽs: (Deus, nè taceas tibi, nè ſileas, & nõ quieſcas, Deus: Quia ecce inimici tui tumultuati ſunt, & qui oderũt te, leuauerunt caput. Contra populum tuum nequiter tractauerunt, & inierunt conſilium aduersùs arcanum tuum. Dixerunt: Venite, & conteramus eos de gente, & non ſit memoria nominis Iſrael vltrà. Quoniam tacuerunt corda pariter, contra te fœdus pepigerunt tabernacula Idumæ & Iſmaelitarum Moab & Agareni, Gebal & Ammon & Amalech, Paleſtina cum habitatoribus Tyri. Sed & Aſſur iunxit ſe cum eis, facti ſunt brachium filiorum Loth. Fac illis ſicut Madian, ſicut Siſaræ, ſicut Iabin in torrente * Ciſon. Contriti ſunt in Endor, fuerunt quaſi ſterquilinium terræ. Pone duces eorum ſicut Oreb & Zeb, ſicut Zebee & Salmana. Omnes principes eorum, qui dixerunt, Poſſideamus nobis pulchritudinem Dei. Deus meus, pone illos vt rotam, quaſi ſtipulam ante faciem venti. Quomodò ignis comburit ſyluam, & ſicut flamma deuorat montes, ſic perſequèris eos in tempeſtate tua, & in tuo turbine turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Confundantur & conturbentur vſque in æternum, & erubeſcant, & pereant: Et ſciant, quia nomen tuum Dominus: ſolus tu excelſus ſuper omnem terram.) Hæc fieri prophetæ, hæc Apoſtoli, hæc ſucceſſores eorum, & omnium catholicorum patrum uetant decreta: & tales præſumptiones, ſacrilegium eſſe diiudicant. Quorum nos frequentes exempla, omnes tales præſumptores, & Eccleſiæ raptores, atque ſuarum facultatum alienatores, vnà nobiſcum à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ, anathematizatos, Apoſtolica authoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe iudicamus. Et non ſolùm eos, ſed omnes conſentientes eis: quia non ſolùm, qui faciunt, rei iudicantur, ſed etiàm qui conſentiunt facientibus. Par enim pœna & agentes & conſentientes comprehendit. Vos ergò, fratres, uigilate & orate. Viriliter agite, & confortamini in Domino, & omnia ueſtra (iuxta Apoſtolum) in charitate fiant. A recta ergò fide & Apoſtolico tramite propter ullam perſequutionem nolite recedere, ſcientes, quia (iuxta Saluatoris ſententiam) beati ſunt, qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. Hæc eſt Apoſtolorum uera traditio, hæc uera charitas, quæ prædicanda eſt, & præcipuè diligenda ac fouenda; atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc ſancta & Apoſtolica, mater omnium Eccleſiarum Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquàm

[Margin: Eccl. 14. a · * excidit · Eccl. 16. a · 6. q. 1. Sapiẽs non eſt. Et ſuprà in decr. Cor. vi. · Prou. 28. d · 12. q. 2. Qui abſtulerit. · 17. q. 4. Qui rapit. · Ioan. 13. · Pſalm. 82 · * Ciſſon · 17. q. 4. Omnes raptores. · Rom. 1. d · 1. Cor. 16. c · Matt. 5. a · 24. q. 1. A recta erg. Et in decre. Felic. Papæ 2.]

quàm erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus * deprauanda ſuccubuit: ſed, vt in exordio normam fidei Apoſtolicę percepit ab auctoribus ſuis, Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata finetenùs manet, ſecũdùm ipſius Domini ſaluatoris diuinam pollicitationẽ, qui diſcipulorum ſuorũ principi in ſuis ſatus eſt euangelijs: (Petre, inquiens, (eccè ſatanas expetiuit, vt cribraret vos, ſicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogaui, vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquandò cõuerſus, confirma fratres tuos.) Conſideret itaq; veſtra excellens prudentia, quàm bonum ſit, perſiſtere in diſpenſatione vobis credita, & in fide rectâ, atq; hæreticis & æmulis Chriſti repugnare, & nunquàm à veritatis tramite declinare: quoniam Dominus & ſaluator omniũ, cuius fides eſt, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos ſuo redemit ſanguine, fidẽ beati Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit: quod Apoſtolicos Põtifices, meæ exiguitans prædeceſſores, confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum. Quorũ & puſillitas mea, licèt impar & minima, pro ſuſcepto tamen, diuina dignatione, miniſterio, pediſſequa cupit exiſtere. Væ enim erit nobis, qui huius miniſterij onus ſuſceprũ habemus, ſi veritatem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quam Apoſtoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, ſi ſilentio veritatem oppreſſerimus, quã erogare nummularijs iubemur, id eſt, Chriſtianos populos imbuere & docere. Quid in ipſius Chriſti futuro dicturi ſumus examine, ſi ſermonũ eius veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, quum de cõmiſſis nobis animabus, & de officio ſuſcepto, rationem iuſtus iudex Chriſtus Dominus noſter diſtrictẽ exegerit? Ideò, fratres, hortor dilectionem veſtram, obteſtor & moneo, vt qua debetis & poteſtis ſolicitudine, vigiletis ad inneſtigandos hæreticos & inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ, & à ſanis mentibus, nè peſtis hæc latiùs diuulgetur, ſeueritate qua poteſtis pro viribus extirpetis: quoniam, vt habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentiùs, quod ad ſalutem commiſſæ ſibi plebis proficiat, fuerit exequutus: ità ante tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicunq; plebem ſuã contra ſacrilegæ pſuaſionis authores noluerit cuſtodire. Data Kalendis Aprilis, Gallo & Voluſiano viris clariſſimis cõſulibus.

[Margin: * Depra-uata. — Luc. 22. c — 2. Cor. 9. — Matt. 25. c — Ibidem. — Luc. 16. c]

EX DECRETIS LVCII PAPÆ, ex Gratiano deſumptis.

Officio & beneficio priuetur Epiſcopus, presbyter, vel diaconus, vxorem ſuſcipiens, vel ſuſceptam retinens.

Miniſtri altaris, presbyteri ſiue diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam ſeruent. Si verò poſt ordinationem ſuam miniſtros contigerit propriæ vxoris in- [Dist. 81. Miniſtri.]

uadere cubile, ſacrarij non intrent limina, neque ſacrarijs portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiant, neque ab dominici corporis portionem accedant, neque propinquent, neque ſinè maioris natũ authoritate maiora gerant officia, vtcumi ſanè ad altare vel calicem non ſuggerant.

EX EISDEM.

Clericus matronarum domicilia frequentans, deponatur.

Clericus ſolus ad fœminę tabernaculum non accedat, neque properet ſinè maioris natũ ſacerdotis iuſſione. Nec ſolus presbyter cũ ſola fœmina fabulas miſceat. Nec archidiaconus, ſub prætextu humilitatis aut officij, frequenter intret domicilia matronarum, aut fortè per clericos aut domeſticos matronæ mandet aliquid ſecretè. Si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus Eccleſiæ arceatur.

[Margin: Diſt. 81. Clericus. — Habetur in epi. 3. Clemẽ. ad Iacobũ fra. Domini.]

EX EISDEM.

De eodem titulo.

Sed ſi fortè aliqua interceſſio fuerit, Epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt, ad quam ire debent, ipſe per interuentum pergat. Sin autem, de latere ſuo dirigat cum duobus aut tribus teſtibus. Nemo tamen cum extranea habitet fœmina, niſi ſoror aut proxima fuerit, & hoc cum magna ſolicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias ſatanæ.

[Margin: Diſt. 81. Sed ſi fortè. — 2. Cor. 2. a]

CONCILIA TEMPORE LVCII PAPÆ.

CONCILIVM Aphricanum Epiſcoporũ 66. de baptizandis infantibus etiam ante octauum diem. Cypr. epiſt. 59.

Concilium Romanum contra Nouatianos, & de lapſis, quibus dandam eſſe pacem cẽſuit, & pœnitẽtia acta fructum communicationis, & pacis negandum non eſſe. Cypr. epiſt. 67. [Anno Domini 254]

DECRETA STEPHANI PAPÆ I.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

STEPHANVS natione Romanus, ex patre Iulio, ſedit annos 7. mẽſes quinque, dies duos. Martyrio coronatur. Fuit ipſius temporibus Valeriani &* Gallicani & Maximi, vſq; ad Valerianum quartò, & Gallicanũ tertiò.* Hic cõſtituit, ſacerdotes & Leuitas veſtibus ſacratis in vſu quotidiano nõ uti, & niſi in Eccleſia tm̃. Hic fecit ordinationes duas p mẽſem Decẽbrẽ, presbyteros ſex, diaconos 5. Epiſcopos p diuerſa loca tres. Sepultus eſt in cœmeterio Calixti via Appia, quarto Nonas Auguſti. Et ceſſauit Epiſcopatus dies 22.

[Margin: Anno Domini 255 — *Gallieni — * Coſſ.]

EPISTOLA DECRETALIS I.

Eiuſdem Stephani Papæ, ad Hilarium Epiſcopum.

1 *Qui ſint infames, vel qui ad gradus Eccleſiaſticos, ſiue ad accuſationem non ſunt admittendi.*

2 *De reuerentia præpoſitis exhibenda.*

3 *De veſtimentis Eccleſiaſticis.*

DILECTISSIMO fratri atque familiari amico Hilario, Stephanus Epiſcopus in timæ charitatis ſalutem: Quanquàm ſperem, dilectionem tuam ad omne opus bonum eſſe deuotam, tamen pro familiaritate, quia nobis coniunctus eſſe cognoſceris, vt tua efficacior fiat induſtria, congruum nobis viſum eſt, has fraternitatis literas tuæ dilectioni debere dirigere. Monemus te chariſſime, ſemper in bonis manere, & à malis cauere: cũ bonis & rectæ fidei ac ſanctæ conuerſationis hominibus aſſiduè eſſe, & à peruerſis ac fratrum inſidiatoribus (niſi vt eos conuertas, & ad concordiam reducas) ſeparari: quoniam vt ait Apoſtolus, (corrumpunt bonos mores colloquia mala.) [1. Cor. 15. Mat. 18. b & Mar. 9. g] Et ipſa per ſe veritas dicit: (Si oculus tuus ſcandalizauerit te, érue eũ, & proijce abs te. Et ſi manus tua ſcandalizauerit te, abſcinde eam, & proijce abs te.) Similiter & de pede agendum eſt, quia melius eſt tibi, luſcum aut claudum intrare in regnum cœlorum, quàm duos oculos, aut duas manus, aut duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis. [Eccl. 12. b, d] Et in Eccleſiaſtico inuenitur libro: (In bonis viri, inimici illius: in triſtitia verò & in malitia illius, amicus agnitus eſt. [Eccl. 13. a, b, c] In labijs ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueam. Et qui tetigerit picem, iniquinabitur ab ea. Et qui communicauerit ſuperbo, * induetur ſuperbia. [*induet ſuperbiam.] Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat. Ditiori te nè fueris ſocius. Quid communicabit cacabus ad ollam? Quandò ſe colliſerint, confringetur. Diues iniuſtè aget, & fremet; pauper autem læſus tacebit. Si largitur fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus eſt tibi? Et confundet te in cibis ſuis, donèc te exinaniat bis & tèr, & in nouiſſimo deridebit te. Poſteà, videns, derelinquet te, & caput ſuum mouebit ad te. Humiliare Deo, & expecta manus eius. Attende, nè ſeductus in ſtultitia humilieris. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, nè humiliatus, in ſtultitiam ſeducaris. Aduocatus à potentiore, diſcede: ex hoc enim magis te aduocabit. Nè improbus ſis, nè impingaris, & nè longè ſis ab eo; * & eas in obliuionem. [*nè.] Nè retineas ex æquo loqui cum illo, & nè credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius conſeruabit verba tua, & non parcet de malitia & de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniã cum ſubuerſione tua ambulas. Audiens verò illa quaſi in ſomnis, vide, & vigilabis. Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in ſalute tua. Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi * coniungitur, & omnis homo ſimili ſibi * ſociatur. * Si communicabit lupus agno aliquandò, ſic peccator iuſto. [*coniungetur. *ſociabit, *ſicut.] Quæ communicatio ſancto homini ad canem? Aut quæ pax bona diuiti ad pauperem? Venatio leonis, onager in eremo: ſic paſcua diuitũ ſunt pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas, ſic execratio diuiti pauper. Diues commotus, cõfirmatur ab amicis: humilis autẽ quum ceciderit, expelletur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores: loquutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum: humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur. Loquutus eſt ſenſatè, & nõ eſt datus ei locus. Diues locutus, & omnes tacuerunt, & verbum illius vſque ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? Et ſi offenderit, ſubuertent illum. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bona, ſiue in mala. Veſtigium boni cordis & faciem bonam difficilè inuenies, & cum labore.) Hæc, frater, caue tibi, & poſt concupiſcentias tuas non vadas. Quòd verò conſuluiſti ſedem Apoſtolicam, qui ſunt infames, aut qui ad gradus Eccleſiaſticos nõ ſunt admittendi, & nõſſe, te credimus, & pro authoritate ſedis apoſtolicæ te informare non denegamus. [6. q. 1. Infames eſſe eas. Et in decr. Iuo lib. ...] Infames autẽ eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt, omnes, qui Chriſtianæ legis normam abijciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt. Similiter fures, ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos. Sepulcrorum quoq; violatores, & apoſtolorum, atq; ſucceſſorum eorum, reliquorumque patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes qui aduerſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & inceſtuoſos, homicidias, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt iniuſtè, & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & nõ probant: vel qui cõtra innocentes principũ animos ad iracundiam prouocant: & omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos: & omnes, quos Eccleſiaſticę vel ſeculi leges, infames pronunciant: hos verò non ad ſacros ordines licet promouere, nec ſeruos ante legitimam libertatẽ, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos, qui curię deſeruiunt, vel qui non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem vel intellectũ, aut

inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur: hi omnes nec ad ſacros gradus debent prouehi, nec iſti, nec liberti, neque ſuſpecti, nec rectam fidem uel dignam conuerſationem non habentes, ſummos ſa-
II. cerdotes poſſunt accuſare. Sed & qualiter obedientia uel reuerentia ſit præpoſitis exhibenda, ex tuis quoque ſubiectis ipſe non ambigis. In qua re valdè eſt utile, ſi id, quod diſciplinę vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda ſeruauerit. Omnipotens Deus, in cuius manu ſunt omnia, de quo ſcriptum eſt,
Prou.21.d (Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum:) ipſe teruosque, & diuina & Apoſtolicæ ſedis inſtituta illibata ſeruare, & nos atque omnes fideles ad potiora ſemper conſcendere, & de die
III. in diem deteriora cauere, & meliora ac Deo
De conſ. diſt.1. Veſtimenta Idem habetur in decr. Sixti Papæ I. placita, ſectari atque perficere concedat. Veſtimenta uerò Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, cultusque diuinus omni cum honorificentia & honeſtate, à ſacerdotibus, reliquisque Eccleſiæ miniſtris celebratur, & ſacrata debent eſſe, & honeſta. Quibus alijs in vſibus (quum Deo, eiusque ſeruitio conſecrata & dedicata ſint) nemo debet frui, quàm eccleſiaſticis & Deo dignis officijs. Quæ nec ab alijs debent contingi, aut ferri, niſi a ſacra-
Dan.5. tis hominibus, nè ultio, quæ Balthaſar Regem percuſſit, ſuper hæc tranſgredientes & talia præſumentes, veniat diuina, & corruere eos faciat diuinæ ultionis iuſtum flagellum ad ima. Hæc illis partibus quibus moraris, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & obſeruare apoſtolica mandato authoritate: quia & noſtri, nobisque commiſſi, in ſancta Apoſtolica & vniuerſali Eccleſia, omnes hæc obſeruare, nunc & futuris temporibus profeſſi ſunt. His breuiter tuis, frater magnifice, reſpondi literis. Quibus tua dilectio ità ſocietur, ut nihil in his, quæ ad uniuerſalis Eccleſiæ ſtatum pertinent, aut dubiè agatur aut ſigniter. Et cum tali moderatione agantur cuncta, ut nec beneuolentiæ partes, nec iuſtitiæ negligantur, ſed abſque perſonarum acceptione diuinum in omnibus iudiciũ cogitetur. Quod ut recta obſeruantia ualeat cuſtodiri, catholicæ primitùs ſeruetur fidei
Matt.7. integritas. Et quia per omnia anguſta & arcta uia eſt, quæ ducit ad uitam, neque in ſiniſtram, neque in dextram ab eius tramite deuietur. Data quinto Nonas Maij, Valeriano & Gallieno viris clariſſ. coſſ.

EPISTOLA STEPHANI PAPAE I.

Secunda, De accuſationibus Sacerdotum.

1 *De Epiſcopis rebus ſuis expoliatis, aut à ſede pulſis.*

2 *Si quis Epiſcopos vel actores ſiue defenſores Eccleſiæ, antequàm eos charitatiuè conueniat, accuſare præſumpſerit, vt ſit puniendus.*

3 *Qui non debeant admitti ad accuſationem.*

4 *Accuſationem per ſcripta non ſuſcipiendam, nec abſentem poſſe accuſari vel accuſare, nec debere reſpondere, priusquàm locum accipiat defendendi.*

5 *De Primatibus, & Metropolitanis, & de negocijs Epiſcoporum ad ipſos referendis.*

6 *Vt Epiſcopus accuſatus, ab omnibus comprouincialibus Epiſcopis audiatur.*

7 *Vt omnis accuſatio intra prouinciam terminetur, niſi ad Sedem Apoſtolicam fuerit appellatum: & de accuſationibus criminalibus implicatis, vel ſponte confeſſis, aut olìm inimicis.*

8 *Si clericus Epiſcopum accuſauerit, aut inſidiatus fuerit.*

9 *Si laici res Eccleſiaſticas diſpenſare debeant.*

10 *De perſonis accuſatorum.*

11 *De criminationibus Doctorum, vel quòd diuinis vocibus dãnati, Epiſcopos non poſſunt accuſare, vel eos teſtificari.*

STEPHANVS ſanctæ Apoſtolicæ & uniuerſalis Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus per diuerſas prouincias conſtitutis Epiſcopis, in Domino ſalutem: Plurimùm gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipſius gloriamur, quòd fides veſtra per bona opera creſcit magnificè, & dilatatur ampliſſimè. Sed nimìs affligimur & tribulamur de veſtra oppreſſione, ſuper qua crebrior commeantium vſque ad nos fratum ſermo perlatus eſt. Non oportuerat quidem ab illis, à quibus ſuſtẽtari & portari atq; honorari debueratis, tãtis vos oppreſſionib⁹ cõcuti. Quapropter neceſſarium eſt, ut remotis taliũ tergiuerſationibus, quib⁹ venenoſa malitia reuelari, atq; obſcurari bonitas & veritas ſolet, adminiculum nõ modicũ vobis à fidelibus impendatur, atq; ab hac Apoſtolica ſede ſuffraget, quos p diuinã gratiã Chriſti auxilio dignũ eſt adiuuari, nè in totius Eccleſiæ perturbationẽ imprudẽs ꝓcedat intẽtio, & ea, quę à ſanctis prędeceſſoribus noſtris, & reliquis ſanctis patribus, dudùm fuerãt ꝓhibita, denuò reuiuiſcant. Loci nanq; noſtri cõſideratione cõpellimur, ea, quę ad notitiã noſtrã emendanda peruenerũt, ꝓpter Dñm non derelinquere, ſed digna emendatione corrigere. Et ſi ſecularibus officijs ordo ſuus, & tradita à Maioribus diſciplina ſeruãda eſt: quis ferat, Eccleſiaſticos ordines temeraria præſumptione cõfundi, audita negligere, & emẽdãda, nõ opẽ ferẽdo, poſtponere? Audiuimus enim, uos à quibuſdã accuſari, nõ tã pro veſtra culpa, q̃ pro eorũ libitu, ut ueſtra rapere poſſint: & ideò vos nimìs affligi, & cõcuti intantũ, ut etiàm à ſedibus proprijs pellamini, & tali occaſione Eccleſiæ facultatesq; veſtræ uaſtentur ac deprædentur. Iſta, chariſſimi, non oportet fieri, nec denuò replicari. Tamen neceſſè eſt, vt quæ totiès vſurpantur, ſępiùs

2.q.2.Nullus epiſcoporum.

ſæpiùs replicentur & prohibeantur. Nã quicquid in ſacratis Deo rebus & Epiſcopis iniuſtè agitur, pro ſacrilegio reputabitur, quia ſacra ſunt, & violari à quoquam non debent.

I. Nullus enim Epiſcoporum, dum ſuis fuerit rebus expoliatus, aut à ſede propria qualibet occaſione pulſus, debet accuſari, aut à quoquam ei poteſt crimen obijci, priuſquàm integerrimè reſtauretur: & omnia, quæ illi ablata quocunque ingenio fuerant, legibus redintegrentur, & ipſe propriæ ſedi & priſtino ſtatui regulariter reddatur, ita vt omnes poſſeſſiones, & cuncta ſibi iniuſtè ablata, atque fructus omnes, ante cœptam accuſationem, primates & ſynodus Epiſcopo, de quo agitur, funditùs reſtituant: quia hoc non ſolùm Eccleſiaſticæ, ſed etiàm ſeculi leges fieri prohibent.

II. Neque aliquis eorum, aut Eccleſiarũ Actorum vel Defenſorũ ad aliquos priùs accuſari debet, quàm ipſi charitatiuè bis aut tèr ab eis, qui ſe læſos æſtimant, vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conueniantur, vt ab eis aut familiarem emendationem, aut iuſtam percipiant excuſationem.

III. Quod qui præſumpſerit, liminibus arceatur Eccleſiæ vſque ad condignam ſatisfactionem.

3.q.5. Accuſatores. Et ſuprà in dec. Teleſphori & Iulij.

Accuſatores verò & accuſationes, quas ſeculi leges non recipiunt, & anteceſſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmouemus. Nullus enim alienigena, aut accuſator eorum fiat, aut iudex. Vndè & de Loth ſcriptum eſt: Ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices?

Gen.19.b

Accuſator autem veſtrorũ: nullus ſit ſeruus, aut libertus, nullaque ſuſpecta perſona, aut infamis. Repellantur etiàm cohabitantes inimicis, & omnes laici: quia infeſtationem blaſphemiæ, affectio amicitiæ incitare ſolet. Nec illi in veſtra ſunt ſuſcipiendi accuſatione, qui vos in ſua volunt recipere infamatione. Nullus * anathema ſuſcipiatur, nec à quoquam credantur, quæ ab eis vel dicuntur, vel conſcribuntur. Eos quoque dico anathematizatos eſſe, quos Epiſcopi ſuis ſcriptis anathematizauerunt, aut eorum ſtatuta anathematizant.

* anathematizatorum.

3.q.4.Nullus anath. 2 q 8. per ſcrip.

IIII. Per ſcripta enim nullius * accuſatio ſuſcipiatur, ſed propria voce, ſi legitima & condigna accuſatoris perſona fuerit, præſente videlicet eo, quem accuſare deſiderat; quia nullus abſens aut accuſari poteſt, aut accuſare. Nullus tamen præfati ordinis vir accuſari poteſt, aut reſpondere ſuis accuſatoribus debet, priuſquàm regulariter à ſuo primate vocatus ſit, locumque defendendi & * inquirendi accipiat ad abluenda crimina.

* accuſatio, accuſatore, & eo qui accuſ. abſentibus.

* abluẽdi. Idem ſup. in decret. Aniceti Papæ.

V. Nulli enim metropolitani, aut alij epiſcopi appellentur primates, niſi hi qui primas ſedes tenent, & quorum ciuitates antiqui primates eſſe cenſuerunt. Reliqui verò, qui cæteras metropolitanas ciuitates adepti ſunt, non primates, ſed aut Archiepiſcopi, aut metropolitani vocentur. Vrbes enim & loca, quibus primates præſidere debent, non à modernis, ſed etiàm multis ante aduentũ Chriſti ſunt ſtatutæ temporibus, quarum primates etiàm gentiles, pro maioribus etiàm negocijs appellabant.

Diſt 80. Vrbes, ſed ſub nomine Lucij, non Stephani.

In ipſis verò vrbibus poſt Chriſti aduentum, Apoſtoli & ſucceſſores eorum patriarchas vel primates poſuerunt, ad quos epiſcoporum negocia, ſalua in omnibus Apoſtolica authoritate, & maiores cauſæ, poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ. Et licèt (Apoſtolo prohibente) inter Chriſtianos non debeant accuſationes exerceri, ſed ſi prohiberi non poterit, accuſationes epiſcoporum ad memoratos primates debent ab accuſatoribus deferri: ſtudendum eſt tamen epiſcopis, vt diſſidentes fratres magis ad pacem, quàm ad iudicium coërceantur.

1.Cor.6.

VI. Epiſcopus autem aliter non debet audiri aut iudicari, niſi in præſentia omnium comprouincialium, & ab omnibus cõprouincialibus Epiſcopis: quia ipſis abſentibus, nec debet, nec poteſt. Quæ verò perſonæ ad accuſationem eorum non ſunt admittendæ, & ſuperiùs ex parte iam dictum eſt, & latiùs tam hi, quàm & infames perſonæ, in epiſtola, quam dudum Hilario miſimus, ſunt annumeratæ.

VII. Vltra prouinciæ verò terminos accuſandi licentia non progrediatur, ſed omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, niſi ad Apoſtolicam ſedem fuerit tantùm appellatum. Et neganda eſt accuſatis licentia criminandi, priuſquàm ſe crimine, quo premuntur, exuerint; quia non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ſunt, niſi ſe priùs probauerint innocentes, quoniam periculoſa eſt, & admitti non debet rei aduerſùs quemcunque profeſſio. Familiares verò, & ſponte confeſſi, atque ſceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui heſterna die, aut pridiè, aut antè fuerunt inimici.

3 q 4. Vltra prouinci. Et in decr. Iuo. lib.4.

3.q.11. Neganda eſt. Et in dec. Iuo.lib.4.

VIII. Clericus ergò, qui Epiſcopum ſuum accuſauerit, aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus, quia infamis effectus eſt, & à gradu debet recedere, aut curiæ tradi ſeruiturus.

3.q.4. Clericus qui epiſcopũ.

IX. Laicis quoquè, quamuìs religioſi ſint, nulli tamen de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid * reſpondendi legitur vnquàm attributa facultas. Scimus, dilectiſſimi, quia ſemper carnales, ſpirituales ſolent perſequi, & maleuoli beneuolos infamare & lacerare. Ideoque Apoſtoli & ſucceſſores eorum, ac reliqui ſancti patres noluerunt fieri facilem Epiſcoporum accuſationem, quoniam ſi facilis eſſet, aut nullus, aut vix aliquis modò inueniretur. Throni enim DEI vocantur: ideo non debent moueri, aut affligi, vel perturbari. De ipſis ergò ait Propheta; (Cœli enarrant gloriam DEI, & opera manuum eius annunciat firmamentum.)

* forte diſponendi. Idem in Epiſt. Fabiani pp.

Pſal.18.

X. Hi verò, qui non ſunt bonæ conuerſationis, & quorum vita eſt accuſabilis, aut quorum fides, vita & libertas neſcitur, non poſſunt eos accuſare. Primò ſemper accuſatorum perſonæ, fides, vita, & conuerſatio eſt enucleatim inquirenda; & poſtcà, quæ obijciunt,

2. q6. 7. Quærendum eſt.

1 q.8. Accuſatorũ perſo. Et ĩ decre. Caliſti Papæ.

ciunt, fideliter ſunt pertractanda, quia nihil priùs fieri debet, quàm impetitorum perſonæ, fides, vitaque & conuerſatio diligenter diſcutiantur, nè alicuiùs inuidia, aut inimicitia vel intentione mala quiſquam vexetur. [21.] Criminationes aduersùs doctorem, nemò ſuſcipiat, quia magis ſunt doctores portandi, quàm lædendi, aut infamandi. Vndè ait Apoſtolus: [Galat. 6. a] (Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. [1.Cor.13.b] Charitas autem non eſt ambitioſa, non æmulatur, non inflatur, non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ IESV CHRISTI. [1.Ioã.4.c] Qui manet in charitate, in DEO manet, & DEVS in eo.) Et qui in DEO manet, nulli vult nocere, ſed omnes deſiderat adiuuare & ſuſtentare, ſicut [Mat.20.d] ipſe Dominus omnes venit ſaluare, & animam ſuam dare in redemptionem pro nobis. Eorum autem accuſandi ſacerdotes, vel teſtificandi in eos vocem obſtruimus, quos humanis & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos eſſe agnoſcimus. Præuidere ergò ſummoperè debent omnes, qui ſacerdotes Domini perſequuntur, tam occultè quàm manifeſtè, nè ſubiectis Domini damnentur præceptis. Per Hieremiam autem Prophetam, talibus comminando Dominus loquitur, dicens: [Hier.5.f] (Iniquitates veſtræ declinauerunt * omnia, [* Hæc.] & peccata veſtra amouerunt bona à vobis: quia inuenti ſunt in populo meo impij, & loquentes vana, ſtatuerunt ad diſperdendos viros, & compræhenderunt, vt laqueus venantis plenus volatilibus, ſic domus eorum plenæ dolo.) Et per Dauid ait: [Pſal.139.] (Qui cogitauerunt malitias in corde, tota die verſati ſunt in prælijs: Exacuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum.) Et paulò pòſt: (Cadent ſuper eos carbones in igne, deijcies eos in foueas, vt non conſurgant. Vir linguoſus nõ dirigetur in terra, virum iniuſtum mala capient in interitu. [Pſal.10.] Scio, quia faciet Dominus cauſam inopis, iudicia pauperum.) Item, idem: (Muta fiant labia doloſa:) Et iterùm per Michæam inquit: [Mich.7.a] (Omnes in ſanguine * [* Inſidiantur,] iudicantur, vnuſquiſque proximum ſuum tribulat, omnes in malum manus ſuas præparant.) Hos Dominus præuidens, Apoſtolis præcepit, nè facilè ſerui ſui lacerarentur, nè fortè perderentur, aut in talem tentationem inciderent, quam ferre minimè poſſent. Idcircò ſancti Apoſtoli & ſucceſſores eorum, decretorũ normas ſtatuerunt, nè talium vox (quæ magis perdere nititur innocentes & ſimplices, quàm ſaluare) facilè reciperetur, ſed ipſi his iaculis pellerentur procùl, & Domini diſcipulos iuxta voluntates & verſutias eorum, minimè perdere poſſent. Vndè & ipſe Dominus ait: [Marc.6.b] (Excutite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis.) Et alibi ipſa per ſe veritas de talibus dicit: [Mat.18.a Luc.17.] (Melius eſt illi vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris, quàm ſcandalizet vnũ de puſillis iſtis.)

Et Iacobus Apoſtolus inquit: [Iacobi 2.c] (Iudicium ſinè miſericordia fiet, illi qui non fecerit miſericordiam.) Qua enim fronte quis peccatorum ſuorum veniam ſperat à Deo ſe impetraturum, qui delinquenti fratri, nihil per pietatis & clementiæ officium vult condonare? Profectò neceſſe eſt, vt æſtimet ſe talem in iudicio Deum experturum, (cùm ante iuſti iudicis tribunal fuerit conſtitutus) qualem ſe fratri ſuo exhibuerit. Nam qua menſura menſi [Mat.7.a] fuerimus, eadem remetietur nobis. Et Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta ait: [1.Io.3.c] (Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.)

¶ Vos tamen (filij chariſſimi) hortamur, vt patienter mala vobis illata, Domini adminiculo portetis, & his Apoſtolicis præceptis tales procùl pellite, nè more canino vos lacerare, aut mordere valeant. Mementote etiàm, quia iuxta Pſalmographi vocem, [Pſal.102.] (Homo ſicut fœnum dies eius, & vt flos agri, ita florebit.) Et Apoſtolus ait: [1.Io.5.d] (Totus mundus in maligno poſitus eſt.) Vndè precamur, nè tales multùm timeatis, quia infames ſunt, & nõ multùm vobis nocere poſſunt, quia eorum vox extincta eſt: quoniam ſic odit Deus eos qui aduersùs patres armantur, vt patrum inuaſores, qui in omni mundo infamia ſunt notati. Armamini ergò his Apoſtolicis adminiculis contra eos, & ſpiritu principali roborate corda veſtra, vt Deus, qui vos paſtores in populo ſuo vocari voluit, non negligentes aut tepidos, aut lupis ſuperuenientibus fugientes inueniat, ſed exemplo boni paſtoris, agnos pariter cum matribus & filijs ac filiabus viriliter defenſantes, atque ad ſanctã matrem Eccleſiam fideliter reportantes ſemper inueniat. Et quanquàm dies mali ſint, vos [Ephe.5.d] tamen nolite eſſe imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Quamobrem [1.Cor.16.c] confortamini, & ſtate in fide, viriliter agentes, ac omnia veſtra in charitate fiant, & ſecũdùm ſanctum euangelium, [Luc.21.d] (In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras.) Recordamini quoque ſanctorum Apoſtolorum & Prophetarum: & quia multùm laborauerunt in Domino, ideò adepti ſunt præmia ſempiterna. Scitote etiàm, quoniam iuxta Pſalmiſtæ vocem: [Pſal.33.] (Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.) Quapropter, filij chariſſimi, hortamur vos & deprecamur, vt crebris orationum veſtrarum precibus Deum exoretis, vt liberemur nos [2.Theſſ.3 a] & vos, iuxta dictum Apoſtoli, ab importunis & malis hominibus, quia non omnium eſt fides. Flagitate etiàm, vt Deus & Dominus noſter, qui eſt refugium pauperum & ſpes humilium, ſanctam ſuam Eccleſiam, precioſo videlicet ſanguine ſuo redemptam, & nos, qui eandem ſanctam Eccleſiam docere, regere, portare & tueri debemus, de prædictis oppreſſionibus & tentationibus huius ſeculi nequã-

atque de omnibus neceſſitatibus noſtris: miſericorditer eruat, vt ſermo Dei curat, & glorificetur glorioſum Euangelium Domini noſtri Ieſu Christi, & gratia eius in nobis vacua non fiat, nè ſinè fructu euangelij (quod abſit) ſteriles in conſpectu Dei appareamus, & vacui filiorum filiarumque numero reuertamur, nec de abſcondito talento, Domino veniente, rei eſſe iudicemur. Iſta enim ſemper inuidet ſatan, Et idcircò tales aduersùm nos ſuſcitat, qui nos premant & ſuffocét, vt Domini oues abſque nobis rapiat, & in ima, non exiſtentibus paſtoribus, qui eos cuſtodiant & defendant, ruere faciat. Vos igitur pro viribus laborate, & orate, atque vigilate, nè hæc fiant, ſcientes, nos ſemper paratos eſſe in omnibus, quibuſcunque Dominus poſſe dederit, modis uobis opem ferre, licèt nos ab ipſis æmulis ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris, non ſimus excepti, & tribulationes cordis noſtri pro noſtra & veſtra tribulatione, ſiue ouium nobis commiſſarum, admodùm ſint dilatatæ. Vos quoquè obſecramus, vt iniunctum uobis à Domino famulatum non negligatis, & omnes oppreſſos, & cunctos Dei ſeruos, atque generaliter omnes Christianos, prout Dominus poſſe dederit, adiuuare ſtudeatis, ut ante tribunal CHRISTI mercedem habeatis perpetuam. Et ſcitote, quòd memoria veſtra coram DEO eſt aſſiduè. Nam quemadmodùm dolentes cognoſcimus, uos ab iniquis & ſceleſtis hominibus obturabri, ità continuò vobis compatimur, Deum orantes pro liberatione ac ſubleuatione veſtræ afflictionis, quæ vobis (vndè grauiter angimur) ab iniquis indiès irrogatur. Et ante corpora apoſtolorum pro vobis preces fiunt quotidiè, ut & vos liberemini ab importunis & malis hominibus, Domini auxilio, & oues vobis commiſſæ, ad paſcua æternæ vitæ vnà uobiſcum perueniant ſempiterna. Vnitatem & communionem dilectionis veſtræ, ualentem atque proficientem in ſalutem omnium populorum, creator omnium Deus omnipotens memorem noſtrî æternaliter cuſtodiat. Amen. Data Nonis Aprilis, Valeriano & Gallieno viris clariſſimis conſulibus.

Matth. 25

¶ Finis decretorum Stephani.

EPISTOLA D. CYPRIANI ad Stephanum Papam, de Marciano Epiſcopo Arelatenſi, fautore Nouatiani.

Lib 3. Epiſt. 13. 67. iuxta editionẽ Pamelij.

CYPRIANVS Stephano fratri, ſalutem. Fauſtinus collega noſter Lugduni conſiſtens, frater chariſſime, ſemèl atque iterùm mihi ſcripſit, ſignificans ea, quæ etiàm vobis ſcio vtique nunciata tam ab eo, quàm à cæteris coepiſcopis noſtris in eadem prouincia conſtitutis, quòd Marcianus Arelate conſiſtens, Nouatiano ſe coniunxerit; & à catholicæ Eccleſiæ vnitate, atque à corporis noſtri & ſacerdotij conſenſione diſceſſerit, tenens hæreticæ præſumptionis duriſſimam prauitatem, vt ſeruis DEI pœnitentibus & dolentibus, & ad Eccleſiam lachrymis & gemitu & dolore pulſantibus, diuinæ pietatis & lenitatis paternæ ſolatia & ſubſidia claudantur, nec ad fouenda vulnera admittantur uulnerati, ſed ſinè ſpe pacis & communicationis relicti, ad luporum rapinam & prædam diaboli proijciantur. Cui rei noſtrum eſt conſulere & ſubuenire, frater chariſſime, qui diuinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Eccleſiæ libram tenentes, ſic cenſuram vigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapſis erigendis & curandis vulneratis, bonitatis & miſericordiæ diuinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet pleniſſimas literas ad coepiſcopos noſtros in Gallijs conſtitutos, nè vltrà Marcianum peruicacem & ſuperbum, & diuinæ pietatis ac fraternæ ſalutis inimicum, collegio noſtro inſultare patiantur, quòd necdum à nobis videatur abſtentus, qui iampridèm iactat & prædicat, quòd Nouatiano ſtudens, & eius peruicaciam ſequens, à cõmunicatione ſe noſtra ſegregauerit: cùm Nouatianus ipſe, quem ſequitur, olìm abſtentus & hoſtis Eccleſiæ iudicatus ſit: & cùm ad nos in Africam legatos miſiſſet, optans ad cõmunicationem noſtram admitti, hinc à concilio plurimorum ſacerdotum, qui præſentes eramus, ſententiam retulerit, ſe foris eſſe cœpiſſe, nec poſſe à quoquam noſtrûm ſibi communicari, qui Epiſcopo Cornelio in catholica Eccleſia de Dei iudicio, & cleri ac plebis ſuffragio ordinato, profanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, & ſacrilega contra verum ſacerdotem ſacrificia offerre tentauerit. Proindè ſi reſipiſcere, & ad ſanę mẽtis conſilium redire vellet, ageret pœnitentiam, & ad Eccleſiam ſupplex rediret. Quàm vanũ eſt, frater chariſſime, vt Nouatiano nupèr retuſo & refutato, & per totum orbem à ſacerdotibus Dei abſtento, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere, & de maieſtate ac dignitate Eccleſiæ iudicare? Dirigantur in prouinciam, & ad plebem Arelate conſiſtentem à te literæ, quibus abſtento Marciano, alius in locum eius ſubſtituatur, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo diſſipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat, multos illic ex fratribus noſtris annis iſtis ſuperioribus exceſſiſſe ſinè * pace: uel cæteris ſubueniatur qui ſuperſunt, & diebus ac noctibus ingemiſcunt, & diuinam ac paternam miſericordiam deprecantes, ſolatium noſtræ opitulationis expoſcunt. Idcircò enim, frater chariſſime, copioſum corpus eſt ſacerdotum, concordiæ mutuæ glutino atque vnitatis vinculo copulatum, vt ſi quis ex collegio noſtro hæreſim facere, & gregem Christi lacerare & vaſtare tentauerit, ſubueniant cęteri, & quaſi paſtores

Vides Primatũ Epiſcopi Romani.

* 1. Sine confeſſione, & recõciliatione Eccleſiæ.

viles ac miſericordes, qui oues dominicas in
gregem colligant. Quid enim ſi in mari por-
tus aliquis munitionibus ſuis ruptis, infeſtus
& periculoſus eſſe nauibus cœperit? nónne
nauigantes, ad alios proximos portus naues
ſuas dirigunt, vbi ſit tutus & ſalutaris introi-
tus & ſtatio ſecura? Aut ſi in uia ſtabulum ali-
quod obſideri & teneri à latronibus cœperit,
vt quiſquis ingreſſus fuerit, inſidiantium illic
infeſtatione capiatur: n nne commeantes,
hac opinione comperta, ſtabula alia in uoere
appetunt tutiora, vbi ſint fida hoſpitia, & re-
ceptacula commeantibus tuta? Quod nunc
eſſe apud nos debet, frater chariſſime, vt fra-
tres noſtros, qui iactati Marciani ſcopulis po-
tunt Eccleſię portus ſalutares, ſuſcipiamus ad
nos prompta & benigna humanitate, & ſtabu
lum commeantibus præbeamus tale, quale eſt
Luc.10. in Euangelio, quo à latronibus ſauciati & uul
nerati ſuſcipi & foueri & curari ab ſtabulario
poſſint. Quæ eſt enim maior aut melior cu-
ra præpoſitorum, quàm diligenti ſolicitudi-
ne & medela ſalubri fouendis & conſeruan-
dis ouibus prouidere? cùm Dominus loqua-
Ezec.34. tur & dicat, Quod infirmatum eſt, non cófor-
tâſtis: & quod malè habuit, nó corroborâſtis:
& quod cótribulatum eſt, non conſolati eſtis:
& quod errauit, non reuocâſtis: & quod perijt,
non inquiſiſtis. & diſperſæ ſunt oues meæ, eò
quòd non ſint paſtores, & factæ ſunt in come-
ſuram omnibus beſtijs agri, & non fuit qui
inquireret, neq; qui reuocaret. Propterea hęc
dicit Dominus: Ecce ego ſuper paſtores, & in-
quiram oues meas de manibus eorum, & auer
tam eos, ut non paſcant oues meas, & iam non
paſcent eas, & extraham eas de ore eorum, &
paſcam eos cum iudicio. Cùm ergò paſtori-
bus talibus, per quos dominicæ oues negligú-
tur & pereunt, ſic Dominus cómínetur, quid
nos aliud facere oportet, frater chariſſime, q̃
colligendis & reuocandis Chriſti ouibus exhi
bere diligentiam plenam, & curandis lapſorũ
vulneribus paternæ pietatis adhibere medici-
nam, quando etiàm Dominus in Euangelio
Math.9. moneat & dicat, (Non eſt opùs ſanis medi-
„ cus, ſed malè habentibus.) Nam etſi paſtores
multi ſumus, unum tamen gregem paſcimus,
& oues vniuerſas, quas Chriſtus ſanguine ſuo
& paſſione quæſiuit, colligere & fouere de-
bemus, nec pati ſupplices & dolentes fratres
noſtros crudeliter deſpici, & ſuperba quorun-
dam præſumptione calcari, cùm ſcriptum ſit:
Ille autem qui contumax eſt, vir ſui iactans,
Eſa 5. nihil omninò perficiet, qui dilatauit tanquàm
infernus animam ſuam: & eiuſmodi homines
Dominus in Euangelio ſuo culpet & damnet,
Luc.16.d dicens: (Vos eſtis, qui iuſtificatis vos in con-
„ ſpectu hominum, Deus autem dignoſcit corda
„ veſtra: quoniam quod excelſum eſt in homi-
„ nibus, execratio eſt in conſpectu DEI.) Exe-
crabiles & deteſtabiles dicit eſſe, qui ſibi pla-
ceant, qui tumidi & inflati, aliquid ſibi arro-
ganter aſſumant. Ex quibus cùm Marcianus
eſſe cœperit, & ſe Nouatiano coniungens, ad-
uerſarius miſericordiæ & pietatis extiterit,
ſententiam non dicat, ſed accipiat, nec ſic agat
quaſi ipſe iudicauerit de collegio ſacerdotũ,
cùm ipſe ſit ab vniuerſis ſacerdotibus iudica-
tus. Seruandus eſt enim anteceſſorum no-
ſtrorum beatorum martyrium Cornelij & Lu En quátũ
cij honor glorioſus: quorum memoriam cùm tribuit de
nos honoremus, multò magis tu frater cha- cretis pó-
riſſime honorificare & ſeruare grauitate & tificum.
authoritate tua debes, qui vicarius & ſucceſ-
ſor eorum factus es. Illi enim pleni ſpiritu
Domini, & in glorioſo martyrio conſtituti,
dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœ-
nitentia acta fructum communicationis &
pacis negandum non eſſe literis ſuis ſignaue-
runt, quam res omnes omninò vbiquè cenſui-
mus. Neque enim poterat eſſe apud nos ſen-
ſus diuerſus, in quibus vnus eſſet ſpiritus. &
ideò manifeſtum eſt eum Spiritusſancti veri-
tatem cum cæteris non tenere, quem videmus
diuerſa ſentire. Significa planè nobis, quis in
locum Marciani Arelate fuerit ſubſtitutus, ut
ſciamus ad quem fratres noſtros dirigere, &
cui ſcribere debeamus. Opto te frater chariſ-
ſime ſemper benè valere.

D. CYPRIANI EPISTOLA ad Stephanum Papam, De baptizandis ijs qui ab hæreticis ſint baptizati: quæ eius ſententia non recipitur: item de non admittendis in clerum, qui ab hæreſi redeút.

CYPRIANVS & cæteri Stephano fratri Li.1.epi.3.
ſalutem. Ad quædam deponenda & 77.iuxta
communis Concilij examinatione limanda, editioné
neceſsè habuimus frater chariſſime, conue- Pamelij.
nientibus in unum pluribus ſacerdotibus co-
gere & celebrare cócilium, in quo multa qui-
dem prolata atque tranſacta ſunt: ſed de eo
vel maximè tibi ſcribendum, & cum tua gra-
uitate ac ſapientia conferendum fuit, quod
magis pertineat & ad ſacerdotalem authori-
tatem, & ad Eccleſiæ catholicæ vnitatem pari-
ter ac dignitatem, de diuinæ diſpoſitionis or-
dinatione venientem, eos qui ſint foris extra
Eccleſiá tincti, & apud hæreticos & ſchiſma-
ticos profanæ aquæ labe maculati, quandò ad
nos atque ad Eccleſiam, quæ vna eſt, venerint,
baptizari oportere, eò quòd parùm ſit eis ma-
num imponere ad accipiendum Spiritumſan
ctum, niſi accipiant & Eccleſiæ baptiſmum.
Tunc enim demùm plenè ſanctificari & eſſe
filij DEI poſſunt, ſi ſacramento utroque na-
ſcantur, cùm ſcriptum ſit, (Niſi quis natus Ioan.3.
fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire „
in regnum Dei.) Inuenimus enim etiàm in „
Actis Apoſtolorum hoc eſſe ab Apoſtolis cu- Act.10.
ſtoditum, & ſalutaris fidei ueritate ſeruatum,
vt cùm in domo Cornelij centurionis ſuper
ethnicos, qui illic aderant, fidei calore feruen
tes, & in Dominum toto corde credentes dé-
ſcédiſſet Spiritusſanctus, quo adimpletis varijs
linguis

ſingulis Deum benedicerent, nihilo minùs tamen beatum Apoſtolum Petrum, diuini præcepti atque Euangelij memorem, præcepiſſe vt baptizarentur iidem illi, qui iam fuerant Sancto ſpiritu pleni; ut nihil prætermiſſum videretur, quò minùs per omnia diuini præcepti atque Euangelij legem apoſtolica magiſteria ſeruarent. Baptiſmum autem non eſſe quo hæretici utuntur, nec quenquam apud eos qui Chriſto aduerſantur, per gratiā Chriſti poſſe proficere, diligenter nuper expreſſum eſt in Epiſtola, quæ ad Quintum collegam noſtrum in Mauritania conſtitutum, ſuper ea re ſcripta eſt: item in literis, quas collegæ noſtri ad Epiſcopos in Numidia præſidentes antè fecerunt, cuius utriuſque epiſtolæ exempla ſubdidi. Addimus planè & adiungimus, frater chariſſime, conſenſu & authoritate communi, ut etiamſi qui presbyteri aut diaconi, qui vel in Eccleſia catholica priùs ordinati fuerint, & poſtmodùm perfidi ac rebelles contra Eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos à

Hęreticorū p̄ſana ordinatio

pſeudoëpiſcopis & Antichriſtis contra Chriſti diſpoſitionem profana ordinatione promoti ſint, & contra altare unum atque diuinū ſacrificia foris falſa ac ſacrilega offerre conati ſint, eos quoq; hac conditione ſuſcipi cùm reuertuntur, ut communicent laici, & ſatis habeant, quòd admittuntur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint: nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerint. Oportet enim ſacerdotes & miniſtros, qui altari & ſacrificijs deſeruiunt, integros atque immaculatos eſſe, cùm Dominus Deus in

Leuit. 22.

Leuitico loquatur & dicat: (Homo in quo fuerit macula & vitium, nō accedet offerre dona

Exo. 19. d

Deo.) Item in Exodo hæc eadem præcipiat & dicat: (Et Sacerdotes qui accedunt ad Dominū Deum, ſanctificentur, nè fortè derelinquat illos Dominus.) & iterum: (Et cùm accedunt miniſtrare ad altare ſancti, non adducent in ſe delictum, nè moriantur.)

Exo. 20. g

Quod autem maius poteſt eſſe delictum, aut quæ macula deformior, quàm aduersùs Chriſtum ſtetiſſe? q̄ Eccleſiam eius, quam ille ſanguine ſuo parauit & condidit, diſſipâſſe? quàm Euangelicæ pacis ac dilectionis oblitum, contra unanimē & concordem Dei populum, hoſtilis diſcordiæ furore pugnâſſe? Qui etſi poſtmodùm ad Eccleſiam redeunt, reſtituere tamen eos & ſecum reuocare non poſſunt, qui ab eis, ſeducti & foris morte præuenti, extra Eccleſiam ſinè communicatione & pace periêrunt, quorū animæ in die iudicij de ipſorum manibus expetentur, qui perditionis authores & duces extiterunt. Et idcircò ſatis eſt talibus reuertentibus veniam dari, non tamen debet in domo fidei perfidia promoueri. Nam quid bonis & innocentibus, atque ab Eccleſia non recedentibus reſeruamus, ſi eos qui à nobis receſſerint, & cōtra Eccleſiam ſteterint, honoramus? Hęc ad conſcientiam tuam, frater chariſſime, & pro honore communi, & pro ſimplici dilectione pertulimus, credētes etiàm tibi pro religionis tuæ & fidei ueritate placere, quæ & religioſa pariter & vera ſunt. Cęterùm ſcimus quoſdam quod ſemel imbiberint, nolle deponere, nec propoſitum ſuum facilè mutare, ſed ſaluo inter collegas pacis & concordiæ uinculo, quædam propria, quæ apud ſe ſemel ſint vſurpata, retinere. Qua in re nec nos uim cuiquam facimus, aut legem damus, cùm habeat in Eccleſiæ adminiſtratione uoluntatis ſuę arbitrium liberum unuſquiſque præpoſitus, rationem actûs ſui Domino redditurus. Optamus te frater chariſſime ſemper benè ualere.

AD LECTOREM.

Epiſt. 73.

Diuus Cyprianus ſententiam Concilij Africani, iampridem ſub Agrippino anteceſſore ſuo, celebrati, de baptizandis hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus, ſequutus, pluribus Cōcilijs habitis errorem illum, & prauum morem, fortè etiam intermiſſum vt colligit D. Aug. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 12. renouare atq; adeo confirmare conatus eſt. Porro idipſum factū eſt

Epiſt. 71.

per id tempus, in Oriente, Concilijs habitis Iconij, & Synodis, vt conſtat ex Epiſtola Firmiliani, inter Cy-

Epiſt. 72.

prianicas 75. & Diony. Alex. apud Euſeb. lib. 7. cap. 7. Cyprianus tamen & Oriētales ita hanc ſuam prauam ſententiam tenebant, vt non propterea, aliter ſentientes, & vſurpantes, damnarent. At Stephanus Papa Epiſtolis grauiter ſcriptis, Africanos, & Orientales monuit, nihil vt innouarent, traditionem anti-

Euſeb. 7. cap. 5.

quam retinerent, &, quod vſitatum erat in Eccleſia, obſeruarent: quod ſi in errore perſiſterent, ſe eos excommunicaturum denunciat. Grauiſſimè id tulerunt Cyprianus, & Firmilianus, vt conſtat ex ipſorum literis Cypriani quidem 72. ad Iubaianum, & 72. ad Pompeium, Firmiliani verò 74. ad Cyprianum. Sed veritas

eandem

tandem obtinuit.Nam non multo poſt,Africani, & Orientales. Decretum illud
ſuum,nouo edito condemnarunt,& cum Rom.Eccleſia conſenſerunt, qui error
poſtea rurſum in vniuerſali Concilio Nicæno dãnatus eſt.Qua de re tota legen-
dus eſt in primis,D.Aug.totis ſeptẽ libris de baptiſmo contra Donatiſtas, abu-
tentes auctoritate Cypriani ad ſuum errorem tuendum,acerrimè pugnans. Et
D. Hieronymus extremo ferè dialogo aduerſus Luciferianos, vbi ſic ſcribit. Ex Hieronymo.
Conatus eſt beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua alie-
na; & idcircò hæreticorũ baptiſma reprobans, ad Stephanũ tunc Romæ vrbis
Epiſcopũ,qui a beato Petro vigeſimuſſextus fuit, ſuper hac re Africanam ſyno-
dũ direxit,ſed conatus eius fruſtrà fuit.Deniq; illi ipſi Epiſcopi, qui rebaptizan
dos hæreticos cũ eo ſtatuerant, ad antiquam conſuetudinem reuoluti, nouum
emiſere decretũ.Quid facimus?Ità & nobis Maiores noſtri, & illis ſui tradidere
Maiores:Hæc ille, Vincentius itẽ Lyrinenſis,in aureo illo libello,aduersùs pro- Ex Vincẽtio Lyrin.
fanas hæreſum nouationes ſcripto,ſcribens,Quondã igitur, inquit, venerabilis
memoriæ Agripinus Carthaginenſis Epiſcopus,primus omniũ mortalium con-
tra Diuũ Canonem,contra uniuerſalis Eccleſiæ regulã,contra ſenſum omnium
conſacerdotũ,contra morem atq; inſtituta Maiorum, rebaptizandũ eſſe cenſe-
bat.Qua præſumptio tantũ mali inuexit, vt non ſolũ hæreticis omnibus formam
ſacrilegij,ſed etiam quibuſdã catholicis occaſionem præbuerit erroris.Cũ ergò
vndiquè ad nouitatẽ rei cuncti reclamarent,atq; omnes quaquauerſùm ſacerdo
tes pro ſuo quiſq; ſtudio reniterentur,tũc beatæ memoriæ Papa Stephanus, A-
poſtolicæ Sedis antiſtes, cũ cæteris quidem collegis ſuis, ſed tamen præ ceteris
reſtitit:dignũ,vt opinor,exiſtimans,ſi reliquos oẽs tantum fidei deuotione vin-
ceret,quantũ loci authoritate ſuperabat.Deniq; in Epiſtola,quę tunc ad Africã
miſſa eſt,idẽ his verbis ſanxit nihil nouandũ,nisi quod traditum eſt.Intelligebat
etenim vir ſanctus & prudens,nihil aliud rõnem pietaris admittere, nisi vt om-
nia,qua fide a Patribus ſuſcepta forent,eadẽ fide filijs conſignarentur, noſq; reli-
gionem non quã vellemus ducere,ſed potiùs quà illa duceret,ſequi oportere:id-
que eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ & grauitatis, nõ ſua poſteris tradere,
ſed à Maioribus accepta ſeruare.Quis ergò tunc vniuerſi negocij exitus? quis v-
tiq;,nisì vſitatus & ſolitus? Retenta eſt ſcilicet antiquitas, exploſa nouitas. Sed
fortè tunc ipſi nouitiæ adinuentioni patrocinia defuerũt. Immò verò tanta uis
ingenii adfuit,tãta ęloquentiæ flumina,tantus Aſſertorũ numerus, tanta veri ſi-
militudo,tanta diuinę legis oracula,ſed planè nouo ac malo ore intellecta,vt mi
hi omnis illa cõſpiratio nullo modo deſtrui potuiſſe uideatur,nisì ſolũ tanti mo
liminis cauſam ipſa illa ſuſcepta,ipſa defenſa, ipſa laudata nouitatis ꝓfeſſio de-
ſtituiſſet.Quid poſtremò ipſius Africani Concilii ſiue decreti quæ vires? Donã-
te Deo,nullæ,ſed vniuerſa tãquàm ſomnia, tanquàm fabulæ, tanquàm ſuperflua
abolita,antiquata,calcata ſunt.Et ò rerũ mira conuerſio,authores eiuſdem opi
nionis catholici,conſectatores verò hæretici iudicantur. Abſoluuntur magiſtri
condẽnantur diſcipuli,cõſcriptores librorũ,filii regni erũt: aſſertore verò gehẽ
na ſuſcipiet.Nã quis ille tã demens eſt,qui illud ſanctorũ omnium & Epiſcoporũ
& martyrum lumen, beatiſſimũ Cyprianum cum cæteris collegis in æternũ du-
bitet regnaturum eſſe cum Chriſto?Aut quis cõtrà tam ſacrilegus, qui Donati-
ſtas & cæteras peſtes,qui illius authoritate concilii rebaptizare ſe iactitant, in
ſempiternũ neget arſuros eſſe cũ Diabolo? Quod quidem mihi diuinitùs vide-
tur promulgatum eſſe iudiciũ, propter eorum maximè fraudulentiã, qui cũ ſub
alieno nomine hæreſim cõcinnare machinetur, captãt plerunq; veteris cuiuſdã
viri ſcripta,paulò inuolutius edita,quæ ꝓ ipſa ſui obſcuritate dogmati ſuo qua-
ſi cõgruant,ut illud neſcio quid quodcunque proferunt,neque primi, neque ſoli
ſentire uideãtur.Quorum ego nequitiam duplici odio dignã iudico,uel eo quod
hæreſeos venenũ propinare aliis nõ pertimeſcunt, vel eo ẽt, quòd ſancti cuiuſq;
memoriã tanquàm ſopitos iam cineres,prophana manu ventilant,& quæ ſilẽtio
ſepeliri oportebat,rediuiua opinione diffamant:ſequentes omninò ueſtigia au-
thoris ſui Cham,qui nuditatẽ uenerandi Noë non modò operire neglexit, verũ

quoquè

Gen.9. quoquè irridendam cæteris enunciauit. Vndè tantam læſæ pietatis meruit offenſam, ut etiàm poſteri ipſius, peccati ſui maledictis obligarentur, beatis illis fratribus longeq; diſſimilibus, qui nuditatem ipſam Reuerendi Patris neq; ſuis temerate oculis, neq; alienis patere uoluerunt, ſed auerſi, ut ſcribitur, texerunt eum: quod eſt, erratum ſancti uiri nec approbaſſe, nec prodidiſſe, atque idcircò beata in poſteros benedictione donati ſunt. Hactenùs ille. De Cypriano, Diuus Aug. inquit lib. 2. contra Donatiſtas, cap. 4. Fortaſsè etiam factum eſt, vt veritati patefacta ceſſerit, ſed neſcimus, &c. Et Epiſtola 48. ad Vincentium Donatiſtã correxiſſe illum ſententiam, ait, non inuenitur, non incongruenter tamen de tali viro exiſtimandum eſt quod correxerit, & fortaſſe ſuppreſſum eſt ab eis, qui hoc errore nimium delectati ſunt, & tantò uelut patrocinio, carere noluerunt. Aut igitur hoc non ſenſit omnino, aut hoc poſtea correxit in regula veritatis; aut hunc, quaſi næuum ſui candidiſſimi pectoris, cooperuit vbere caritatis; dum & unitatem Eccleſiæ toto orbe creſcentis copioſiſſimè defendit, & perſeuerantiſſimè retinuit uinculum pacis. Acceſſit etiam huc, quod tanquam ſarmentum fructroſiſsimum, ſi quid in eo fuerat emendandum, purgauit Pater, falce paſsionis. Dionyſius tamen Alexandrinus uidetur retractationem quandam etiã ipſi Cypriano adſcribere, quum ad Stephanum ſcribens, cui ille ſuperuixit, omnes ubique Antiſtites cum ipſo ſentire aſſerit. Euſeb. 5. c. 4. Et certè Ven. Beda libello 8. quæſtionum. q. 5. diſertis verbis Cypriani palinodiam aſſerit: Cyprianus, inquit, cum ſuis coepiſcopis qui erant in Africa, rebaptizandos eſſe hæreticos, contra morem Eccleſiæ, ſtatuit; ſed quia in ſuo ſenſu, qui ſibi rectus, videbatur bonis abundare operibus ſtuduit, mox corrigi meruit, atque ad uniuerſalem ſanctæ Eccleſiæ normam ſpiritualium virorum inſtitutione reduci. Sic ille.

C O N C I L I A

De baptizandis Hæreticis.

Primum Concilium Africanum Epiſcoporum 32. Cypr. Epiſtola 70. & 71.

Secundum Epiſcoporum Africæ & Numidiæ 71. Cypr. Epiſtola 72. 73.

Tertium Epiſcoporum Africæ Numidiæ, & Mauritaniæ 87. quod vnum extat, & eſt ſequens.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO EPISCOPO.

Improbatum ab Eccleſia.

SENTENTIÆ EPISCOPORVM

De Hæreticis baptizandis.

Anno Domini 254 Huius prouincialis concilij decreta non recipit Catholica Eccleſia.

CVM in unum Carthagini conueniſſent Kalendis Septembris Epiſcopi plurimi ex prouincia Aphrica, Numidia, Mauritania, cum presbyteris & diaconibus, præſente etiàm plebis maxima parte, & lectæ eſſent literæ Iubaiani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Iubaianum reſcriptæ, de hæreticis baptizandis, quidque poſtmodùm Cypriano Iubaianus idem reſcripſerit.

Cyprianus dixit:

Audiſtis, collegæ dilectiſſimi, quid mihi Iubaianus coepiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens mediocritatem noſtram de illicito, & prophano hęreticorũ baptiſmo, & quid ego ei reſcripſerim, cenſens, ſ. quod ſemel atq; iterum cenſuimus, hæreticos ad Eccleſiam venientes, Eccleſiæ baptiſmo baptizari & ſanctificari oportere. Item, lectæ ſunt vobis & aliæ literæ Iubaiani, quibus pro ſua ſyncera & religioſa deuotione ad Epiſtolam noſtram reſcribens, non tantùm conſenſit, ſed etiam inſtructum ſe eſſe gratias egit. Supereſt, vt de hac ipſa re quid ſinguli ſentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem, ſi diuerſum ſenſerit, amouentes. Neque enim quiſquam noſtrûm Epi-

ſcopum

ſcopū ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit,aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatē collegas ſuos adigit,quādo habeat omnis Epiſcopus pro licentia libertatis,& poteſtatis ſuę arbitrium proprium,tanq; iudicari ab alio non poſſit, cùm nec ipſe poſſit alterum iudicare. Sed expectemus uniuerſi iudicium Domini noſtri Ieſu chriſti, qui vnus & ſolus habet poteſtatem, & præponendi nos in Eccleſię ſuæ gubernatione, & de actu noſtro iudicandi.

*Bidil *Bida Cæcilius à * Bilta, dixit:

Ego unum baptiſma in Eccleſia ſola ſcio, & extra Eccleſiam nullum. Hoc erit unum, vbi ſpes vera eſt & fides certa. Sic enim ſcriptum eſt: Vna fides, vna ſpes, vnum baptiſma. Epheſ. 4. a Nō apud hæreticos, vbi ſpes nulla eſt, & fides falſa: vbi omnia per mendacium aguntur, vbi exorcizat dæmoniacus: ſacramentum interrogat,cuius os & uerba cancer emittunt: fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit ſceleratus,& in nomine Chriſti tingit Antichriſt: benedicit,à Deo maledictus: vitam pollicetur mortuus,pacem dat impacificus,Deum inuocat blaſphemus, ſacerdotium adminiſtrat prophanus, ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antiſtes diaboli,audeat Euchariſtiam facere, aut qui illis aſſiſtunt,dicant hæc omnia falſa eſſe de hæreticis.Ecce ad qualia eccleſia conſentire cogitur, & ſine baptiſmo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac uitare debemus, & à tanto ſcelere nos ſeparare, & vnum baptiſma tenere,quod ſoli Eccleſiæ à Deo conceſſum eſt.

Primus Felix à Migirpa, dixit:

Cenſeo omnem hominem ab hereſi venientem, baptizandum. Fruſtrà enim illic putat ſe eſſe baptizatum,cùm non ſit baptiſmum, niſi Epheſ. 4. a in eccleſia vnū & verū: quia Dominus vnus, & fides vna eſt,in qua ſtat unum baptiſma, & ſanctitas,& cætera. Nam quæ foris exercētur, nullum habent ſalutis effectum.

Polycarpus ab Adrumeto, dixit:

Qui hæreticorum baptiſma probant, hæreticis communicant.

Nouatus à Thamugade, dixit:

Licèt ſciamus omnem ſcripturam teſtimonium reddere de ſalutari baptiſmo, debemus tamen fidem noſtram exprimere: Hæreticos & ſchiſmaticos ad Eccleſiam uenientes, qui pſeudobaptizati videtur, debere eos in fonte perenni baptizari. Et ideò ſecundùm teſtimonium ſcripturarum, & ſecundùm decretū collegarum noſtrorum ſanctiſſimorum virorum,omnes ſchiſmaticos & hæreticos, qui ad eccleſiam conuerſi ſunt,baptizari:ſed & quicunque ordinati uidebantur, inter laicos recipi.

Nemaſianus à * Tubunis, dixit: *Tubinis

Baptiſma,quod dant hæretici & ſchiſmatici, non eſſe uerum, vbiquè in ſcripturis ſanctis declaratum eſt: quoniam ipſi præpoſiti eorum, falſi Chriſti ſunt, & falſi Prophetæ, dicente Domino per Salomonem: Qui fidens eſt in falſis, hic paſcit ventos, idem autem ipſe ſequitur aues uolantes. Dereliquit Prou. 10. a autem vias uineæ ſuæ, & à ſemitis agri ſui errauit. Ingreditur autem per auia loca atque arida,& terram diſtinet à meſſe,colligit autem manibus ſterilitatem. Et iterùm: Ab aqua aliena abſtinē te, & de fonte alieno nē biberis, Prou. 5. b. c vt longum uiuas tempus, adijciantur etiam tibi anni uitæ. Et in Euangelio ſua uoce Dominus noſter Ieſus CHRISTUS locutus eſt, dicens: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Ioan. 3. a DEI. Hic eſt ſpiritus, qui ab initio ferebatur Gen. 1. a ſuper aquam. Neque enim Spiritus ſinè aqua operari poteſt,neq; aqua ſinè ſpiritu. Malè ergo ſibi quidam interpretantur,ut dicāt, quòd per manus impoſitionem Spiritum ſanctum accipiant,& ſic recipiantur, cùm manifeſtum ſit, utroque ſacramento debere eos renaſci in Eccleſia catholica. Tunc quippe poterunt filij Dei eſſe dicente Apoſtolo,curantes ſeruare Ephe. 4. a vnitatem Spiritûs in coniunctione pacis: Vnū corpus,& unus Spiritus, ſicut uocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus,una fides,unum baptiſma, vnus Deus. Et hæc omnia Eccleſia catholica loquitur. Et iterùm in Euangelio dicit: Quod natum eſt de carne, Ioan. 3. a caro eſt; & quod natum eſt de ſpiritu, ſpiritus eſt: quoniam ſpiritus Deus eſt, & de Deo natus eſt. Ergò omnes hæretici & ſchiſmatici Ioan. 4. omnia quæcunque faciunt, carnalia ſunt, dicente Apoſtolo: Manifeſta enim ſunt opera Galat. 5. d carnis,quæ ſunt fornicationes,immūditię, inceſtus, idololatriæ,ueneficia,inimicitiæ, certamina,zelus,ira,diuiſiones,hęreſes, & his ſimilia. De quibus prædixi uobis,ſicut prædico, quoniam quicunque hæc faciunt, regnū Dei non hæreditabunt. Condemnat æquè Apoſtolus cum omnibus malis & eos qui diuiſionē faciunt, hoc eſt, ſchiſmaticos & hæreticos. Niſi ergò acceperint baptiſma ſalutare in eccleſia catholica, quæ una eſt, ſalui eſſe nō poſſunt, ſed cum carnalibus in iudicio Domini Chriſti condemnabuntur.

Ianuarius à * Lambeſe, dixit: * Lambeſa.

Secundùm ſcripturarum ſanctarum authoritatem decerno, hæreticos omnes baptizandos, & ſic in eccleſiam ſanctam admittendos.

Lucius à Caſtragalba, dixit:

Cùm Dominus in Euangelio ſuo dixerit, Matth. 5. b Vos eſtis ſal terræ: Si autem ſal infatuatū fuerit, id quod ſalietur ex eo, ad nihilum ualebit,

„ bit, niſi vt proijciatur foràs, & conculcetur ab
„ hominibus:) Et iterùm, poſt reſurrectionem
„ ſuam, mittens Apoſtolos ſuos, mandauerit, di-
Mat.28.d cens: (Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo
„ & in terra: Ite ergò, & docete omnes gentes,
„ baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, &
„ Spiritus ſancti.) Cùm ergò manifeſtum ſit hæ-
reticos, id eſt, hoſtes, non integram ſacramen-
ti cōfeſſionē habere, item ſchiſmaticos non
poſſe condire ſapientia ſpirituali, cùm ipſi ab
eccleſia, quæ vna eſt, recedendo, infatuati, con-
trarij facti ſint, fiat ſicut ſcriptum eſt: Domus
contrariorum legis debent emundationem: &
conſequens ſit, eos qui à contrarijs baptizati,
inquinati ſunt, primò purgari, & tum demùm
baptizari.

Creſcens à Cirta, dixit:

In tanto cœtu ſanctiſſimorum conſacerdo-
tum, lectis literis Cypriani dilectiſſimi noſtri
ad Iubaianum, itémque ad Stephanum, quæ tan-
tum in ſe teſtimoniorum deſcendentium ex
ſcripturis deificis continent, vt meritò omnes
per Dei gratiam adunati cōſentire debeamus,
cenſeo omnes hæreticos ſiue ſchiſmaticos, qui
ad catholicam Eccleſiam voluerint venire, nō
antè ingredi, niſi exorcizati & baptizati fue-
rint, exceptis his ſanè, qui in Eccleſia catholi-
ca fuerint antè baptizati, ità tamen per manûs
impoſitionem in pœnitentiam eccleſiæ recon-
cilientur.

*Seggera *Semero, *Suringa. Nicomedes à * Segermis, dixit:

Mea ſententia hæc eſt, vt hæretici ad eccle-
ſiam venientes, baptizentur, eò quòd nullam
foris apud peccatores remiſſionem peccatorū
conſequantur.

* Mummillus à * Girpa, dixit:
*Monnulus

* Girba Eccleſiæ Catholicæ matris noſtræ veritas
ſemper apud nos fratres & manſit, & manet,
& vel maximè in baptiſmatis Trinitate, Do-
mino noſtro dicente: Ite, baptizate gentes in
Mat.28.d nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Cùm
ergò manifeſtè ſciamus, hæreticos non ha-
bere nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum ſan-
ctum, debent venientes ad Eccleſiam matrem
noſtram, verè renaſci & baptizari, vt cancer
quod habebant, & damnationis ira & erro-
ris offenſa, per ſanctum & cœleſte lauacrum
ſanctificetur.

*Chuſa *Curta Secundinus à * Chezas, dixit:

Mat.12.e Cùm Dominus noſter Chriſtus dicat, Qui
non eſt mecum, aduersùs me eſt: Et Ioannes
1.Ioan.2.e Apoſtolus hos, qui ab Eccleſia exeunt, Anti-
chriſtos dicat, indubitanter hoſtes Chriſti,
quíque Antichriſti nominati ſunt, gratiam
baptiſmi ſalutaris miniſtrare non poſſunt.

Et ideò cenſeo, eos qui de inſidijs hæretico-
rum confugiunt ad Eccleſiam, baptizandos eſ-
ſe à nobis, qui amici appellati ſumus Dei, eius
dignatione.

Felix à Bigai, dixit: * Vagae * Vagal

Sicut cæcus cæcum ducens, ambo in foueá
cadunt: ità hæreticus hæreticum baptizans, ſi- Mat.15.b Lucæ 6.f
mul in mortem cadunt. Et ideò baptizandus,
& viuificandus eſt, nè nos uiui mortuis com-
municemus.

Theogenes ab Hippone regio, dixit:

Secundùm ſacramentum gratiæ cœleſtis,
quod accepimus, vnum baptiſma, quod eſt in
Eccleſia ſancta, credimus.

Pollianus à * Mileo, dixit: * Milleo
Cenſeo hæreticum baptizari in Eccleſia
ſancta.

Datiuus à * Badis, dixit: * Badria
Nos, quantùm in nobis eſt, hæreticis non * Bara-
communicamus, niſi baptizati in eccleſia fue- drim.
rint, & remiſſionem peccatorum acceperint.

Succeſſus à Birgermaniciana, dixit:

Hæreticis aut nihil licet, aut totum licet.
Si baptizare poſſunt, & Spiritum ſanctum da-
re poſſunt. Si autem Spiritum ſanctum dare nō
poſſunt, quia non habent Spiritum ſanctū da-
tū, nec baptizare ſpiritualiter poſſunt: propte-
reà cenſuimus hæreticos baptizandos eſſe.

Fortunatus à * Thuccabori, dixit: * Tucca Terebentina

Ieſus Chriſtus Dominus & Deus, natus Dei
Patris, & Creatoris filius, ſuper petram ædifi-
cauit eccleſiam ſuam, non ſuper hæreſim, & Matt.7.d
poteſtatem baptizādi Apoſtolis habere dedit, & 16.c
non hæreticis. Quarè, qui extra eccleſiam ſunt, Mat.28.d
& contra Chriſtum ſtantes, oues eius & greges
ſpargunt, baptizari foris non poſſunt.

Sedatus à Tuborba, dixit:

Inquantùm aqua, ſacerdotis prece in Eccle-
ſia ſanctificata, abluit delicta, intantùm hære-
ticus ſermone uelut cancer infecta cumulat
peccata. Quarè omnibus quidem pacificis ui-
ris nitendum eſt, nè quis hæretico errore infe-
ctus & tinct⁹, ſingulare & uerū eccleſiæ baptiſ-
mum detrectet accipere, quo quiſquis non
fuerit baptizatus, à regno cœlorum ſit alienus.

Priuatianus à * Suficula, dixit: * Suſecula

Qui hæreticos poteſtatem baptizandi habe-
re dicit, dicat priùs, quis hæreſim condiderit.
Si enim hæreſis à Deo eſt, habere & indulgen-
tiam diuinam poteſt. Si verò à DEO non eſt,
quomodò gratiam Dei aut habere, aut confer-
re alicui poteſt?

Priuatus

Priuatus à Suſibus, dixit:

Qui hæreticorum baptiſma probat, quid aliud quàm hæreticis communicat?

Hortenſianus à Laribus, dixit:

Quot ſint baptiſmi, viderint præſumptores, aut fautores hæreticorum. Nos vnum baptiſma, quod non niſi in Eccleſia nouimus, eccleſiæ vendicamus. Aut quomodò poſſunt in nomine Chriſti aliquem baptizare, quos ipſe Chriſtus dicit aduerſarios ſuos eſſe? Matt. 12. c

Caſſius à Macomadibus, dixit:

Cùm baptiſmata duo eſſe non poſſunt, qui hæreticis baptiſma concedit, ſibi tollit. Cenſeo itaque, flebiles & tapidos hæreticos, baptizandos eſſe, cùm ad Eccleſiam venire cœperint, & ſacra diuina lauatione lotos, & lumine vitæ illuminatos, non hoſtes, ſed pacificos: non alienos, ſed fidei domeſticos: non adulteros, ſed Dei filios: non erroris, ſed ſalutis effectos, in Eccleſiam recipi, abſque eis, qui de eccleſia fideles ſupplātati, ad hæreſis tenebras trāſierunt, ſed eos per manûs impoſitionem reſtituendos.

Alius Ianuarius à vico Cæſaris, dixit:

Si non obtemperat error veritati, multò magis veritas non conſentit errori. Et ideò nos Eccleſiæ aſſiſtimus, in qua præſidemus, vt baptiſmum eius illi ſoli vendicantes, eos, quos eccleſia non baptizauit, baptizemus.

Alius Secundinus à Carpis, dixit:

Hæretici Chriſtiani ſunt, an non? Si Chriſtiani ſunt, cur in Eccleſia DEI non ſunt? Si Chriſtiani non ſunt, quomodò Chriſtianos faciunt? Aut quò pertinebit ſermo Domini, dicentis: Qui non eſt mecum, aduerſus me eſt: & qui mecum non colligit, ſpargit. Vnde conſtat, ſuper filios alienos & ſoboles Antichriſti, Spiritum ſanctum per manûs impoſitionem tantummodò non poſſe deſcendere, cùm manifeſtum ſit, hæreticos baptiſma non habere. Matt. 12. c

Victoricus à Thabraca, dixit:

Si licet hæreticis baptizare, & remiſſam peccatorum dare, quid illos infamamus, & hæreticos appellamus?

Alius Felix ab Vtina, dixit:

Nemini dubium eſt, ſanctiſſimi conſacerdotes, non tantum poſſe humanam præſumptionem, quantum Domini noſtri Ieſu Chriſti adorandam & venerabilem maieſtatem. Memores ergò periculi, hoc quoque non tantum obſeruare, verùm etiàm ab omnibus nobis confirmare debemus, vt omnes, qui ad ſinum matris eccleſiæ accurrunt, baptizentur, vt mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta eſt, ſanctificatione lauacri purgata, in melius reformetur.

Quietus à *Buruc, dixit: *Baruc

Qui fide viuimus, obſequi ijs, quę inſtruendis nobis antè prædicta ſunt, ſedula obſeruatione debemus. Nam ſcriptum eſt apud Salomonem: Qui baptizatur à mortuo, & iterùm tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Eccl. 34. Quod vtiquè de his, qui ab hæreticis tinguntur, & de tingentibus loquitur. Si enim, qui apud illos baptizantur, per remiſſionem peccatorum vitam æternam conſequuntur, cur ad Eccleſiam veniunt? Si uerò à mortuis nihil ſalutis accipitur, ac propterea agnito errore priſtino, ad veritatem cum pœnitentia reuertuntur, vno uitali baptiſmate, quod eſt in Eccleſia catholica, ſanctificari debebunt.

Caſtus à Sicca, dixit:

Qui contempta veritate, præſumit conſuetudinem ſequi, aut circa fratres inuidus eſt & malignus, quibus veritas reuelatur: aut circa Deum ingratus eſt, cuius inſpiratione eccleſię eius inſtruuntur.

Eucratius à Thenis, dixit:

Fidem noſtram & baptiſmatis gratiam, & legis eccleſiaſticæ regulam, Dominus & Deus noſter Ieſus Chriſtus ſuo ore Apoſtolos docens, impleuit, dicens: Ite, & docete omnes gētes, baptizantes eas in nomine patris, & filij & ſpiritûs ſancti. Matt. 28. a Falſum ergò hæreticorum baptiſma & iniquum, à nobis pellendum eſt, & omni deteſtatione refutandum, de quorum baptiſmate non vita, nec gratia cœleſtis, ſed blaſphemia Trinitatis exprimitur. Et ideò venientes ad Eccleſiam hæreticos, integro & Catholico baptiſmate baptizari debere, manifeſtum eſt, vt à blaſphemiæ ſuæ præſumptione purificati, poſſint Spiritûs ſancti gratia reformari.

Liboſus ab *Agra, dixit: *Agiria.

In euangelio Dominus: Ego ſum, inquit, veritas: non dixit, Ego ſum in conſuetudo. Ioan. 14. a Itaque veritate manifeſtata, cedat conſuetudo veritati, vt & ſi in præteritum quis hæreticus in Eccleſia non baptizauit, nec nunc baptizare incipiat.

Leucius à Thabeſte, dixit:

Hæreticos blaſphemos atque iniquos, verbis varijs decerpentes ſancta & adorabilia ſcripturarum verba, execrandos cenſeo, & ideò exorcizandos, & baptizandos eſſe.

Eugenius ab Ammeclera, dixit:

Et ego hoc idem cenſeo, hæreticos baptizandos eſſe.

Item alius Felix ab Accura, dixit:

Et ipſe ſecutus diuinarum ſcripturarum authoritatem, baptizandos eſſe hæreticos cenſeo, ſed & eos, qui apud ſchiſmaticos baptizatos ſe eſſe contendunt. Si autem ſecundùm cautum Chriſti, priuatus fons noſter eſt, intelligant cuncti Eccleſiæ noſtræ aduerſarij, qui alieni ſunt, nobiſcum eſſe non poſſunt. Nec duobus populis ſalutare aquam tribuere poteſt ille, qui unius gregis paſtor eſt. Et ideò manifeſtum eſt, nec hæreticos, nec ſchiſmaticos aliquid cœleſte poſſe ſuſcipere, qui a peccatoribus hominibus, & ab eccleſia extraneis, audeant accipere. Quandò danti locus non eſt, vtiquè neq; accipienti prodeſt.

Item alius Ianuarius Muzuleſi, dixit:

Miror, quòd cùm omnes confiteantur, vnum eſſe baptiſma, non omnes intelligant eiuſdem baptiſmatis vnitatem. Eccleſia enim & hæreſis, duæ & diuerſæ res ſunt. Si hæretici habent baptiſma, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere nõ poſſunt. Dubium autem non eſt, eccleſiam ſolam baptiſmum Chriſti poſſidere, quæ ſola poſſideat & gratiam Chriſti, & ueritatem.

Adelphus à Thaſbalte, dixit:

Sinè cauſa quidem falſo & inuidioſo verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant, quandò ab eccleſia hæreticus non rebaptizetur, ſed baptizetur.

Demetrius Aleptanius, dixit:

Vnum baptiſma nos cuſtodimus, quia Eccleſiæ catholicæ ſoli rem ſuam vendicamus. Qui autem dicunt, quia hæretici verè & legitimè baptizare poſſunt, ipſi ſunt, qui nõ unũ; ſed multa baptiſmata faciunt. Nam cùm hæreſes multæ ſint, pro earum numero & baptiſmata computabuntur.

Vincentius à Thibari, dixit:

Hæreticos ſcimus eſſe peiores, quàm ethnicos. Si ergò conuerſi ad Deum venire voluerint, habemus utiquè regulam veritatis, quam Dominus præcepto diuino mandauit Apoſtolis, dicens: Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite. Et alio loco: Ite, & do- Marc.16.d
cete oẽs gentes, baptizantes eas in nomine Pa- Mat.28.d
tris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ergò primò per manus impoſitionem ad Chriſti pollicitationem venire, aliàs autem fieri ſecundò per baptiſmi regenerationem cenſeo non debere.

Marcus à Mactari, dixit:

Mirandũ non eſt, ſi hæretici, hoſtes atq; impugnatores veritatis, rẽ ſibi vendicent poteſtatis & dignationis alienæ, ſed illud mirãdũ eſt, q̀ quidã noſtri, præuaricatores veritatis, hæreticis ſuffragant, & Chriſtianis aduerſant. Proptereà decernimus hæreticos baptizandos.

Satius à Sicilippa, dixit:

Si hæreticis in baptiſmo ſua peccata donantur, ſinè cauſa ad Eccleſiam veniunt. Nam cùm in die iudicij peccata ſunt, quæ puniantur, nihil eſt quod timere poſſint hæretici de iudicio Chriſti, ſi ſunt remiſſionem peccatorum conſecuti.

Victor à Gor, dixit:

Cùm peccata nõ niſi in Eccleſiæ baptiſmo remittantur, qui hæreticum ad communicationem ſinè baptiſmo admittit, utrunque cõtra rationem facit: nec hæreticos purgat, & Chriſtianos inquinat.

Aurelius ab Vtica, dixit:

Cùm dicat Apoſtolus, non communican- 1.Tim.5.
dum peccatis alienis, quid aliud quàm peccatis alienis communicat, qui hæreticis ſinè Eccleſiæ baptiſmo communicat? Et ideò cenſeo baptizandos eſſe hæreticos, ut accipiant remiſſam peccatorum, & ſic illis communicetur.

Confeſſor Iambus à Germaniciana, dixit:

Qui hæreticorum baptiſma probant, noſtrum improbant, ut extra Eccleſiam non dicam lotos, ſed ſordidatos, negent in Eccleſia baptizari oportere.

Lucianus à Rucumma, dixit:

Scriptum eſt: Et vidit Deus lucem, quia Gene.1.a
bona eſt, & diuiſit inter lucem & tenebras. Si poteſt luci & tenebris conuenire, poteſt nobis & hæreticis aliquid eſſe commune. Proptereà cenſeo, hæreticos baptizandos eſſe.

Pelagianus à Luperciana, dixit:

Scriptum eſt: Aut enim Deus, Deus eſt: 3.Reg.18.
aut Baal, Deus eſt. Ità & nunc: Aut eccleſia, d
eccleſia eſt: aut hæreſis, eccleſia eſt. Porrò ſi hæreſis Eccleſia non eſt, quomodò eſſe apud hæreticos baptiſma Eccleſiæ poteſt?

Con-

Confeſſor & martyr Iader à Midila, dixit:

Scimus non eſſe niſi vnum baptiſma in eccleſia catholica, & ideò non debemus admittere hæreticum, niſi baptizatus apud nos fuerit, nè ſe putet extra Eccleſiam catholicam baptizatum eſſe.

Item alius Felix à Marrazana, dixit:

Ephe. 4. a Vna fides, vnum baptiſma, ſed eccleſiæ catholicæ, cui ſoli licet baptizare.

Confeſſor Paulus ab Obba, dixit:

Me non mouet, ſi aliquis Eccleſiæ fidem & veritatem non uendicat, quandò Apoſtolus di Rom. 3. a cat: Quid enim ſi exciderunt à fide quidam illorum? Nunquid infidelitas eorum fidé Dei Pſa. 115. euacuauit? Abſit. Eſt enim Deus uerax, eſt autem omnis homo mendax. Si autem Deus verax eſt, quomodò eſſe apud hæreticos baptiſmi veritas poteſt, apud quos DEVS non eſt?

Confeſſor Pomponius à Ioſiniana dixit:

Manifeſtum eſt, hæreticos non poſſe baptizare, & remiſſionem peccatorum dare, qui Matth. 18 c & 16. c poteſtatem non habent, vt aut ſoluere, aut ligare aliquid in terris poſſint.

Confeſſor Venantius à Tiniſa, dixit:

Si maritus peregrè proficiſcens, amico ſuo commendet vxorem ſuam cuſtodiendam, cómendatam ſibi ille, quanta poſſet diligentia, conſeruaret, nè ab aliquo ſanctitas & caſtitas adulteraretur. Chriſtus Dominus & Deus noſter, ad patrem proficiſcens, ſponſam ſuam nobis commendauit: vtrùm ne eam incorruptá & inuiolatam cuſtodiemus, an integritatem eius & caſtitatem mœchis & corruptoribus prodemus? Qui enim baptiſma Eccleſiæ commune cum hæreticis facit, ſponſam Chriſti adulteris prodit.

Aymnius ab Auſuaggia, dixit:

Epheſ. 4. a Nos vnum baptiſmũ accepimus, & ipſum tenemus & exercemus. Qui autem dicit, quia & hæreticis licet baptizare, ipſe duo baptiſmata facit.

Saturninus à Victoriana, dixit:

Si licet hæreticis baptizare, excuſati ſunt & Matth. 12 c defenſi illicita facientes: nec uideo, quarè eos aut Chriſtus aduerſarios ſuos, aut Apoſtolus 1. Ioan. 2. c antichriſtos appellauerit.

Confeſſor Saturninus à Tucca, dixit:

Hęc Tucca eſt in Numidia, & eſt alia ab illa, quæ dicta eſt prius Tucca Terebentina. ſimiliter quæ adhuc poſtmodùm ponenda eſt. Sunt tamen omnes ſ& ſingulæ in Aphrica.

Gentiles, quanuìs idola colant, tamen ſummum Deum, patrem creatorem cognoſcunt, & confitentur. In hunc Marcionitæ blaſphemant, & quidam non erubeſcunt Marcionis baptiſmum probare? quomodò tales ſacerdotes ſacerdotium Dei aut ſeruant, aut vendicát, qui hoſtes Dei non baptizant, & ſic illis communicant?

Marcellus à Zama, dixit:

Cùm peccata non niſi in Eccleſiæ baptiſmo remittantur, qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

Confeſſor Hirenæus ab Vlulis, dixit:

Si ideò eccleſia hæreticum non baptizat, quòd dicatur iam baptizatus eſſe, hereſis maior eſt.

Donatus à Cibaliana, dixit:

Ego vnam Eccleſiam & vnũ baptiſma eius noui. ſi eſt q dicat, apud hæreticos eſſe baptiſmi gratiam, antè eſt ut oſtendat & probet eſſe illic Eccleſiam.

Zoſimus à Tharaſſa, dixit:

Reuelatione facta veritatis, cedat error veritati: quia & Petrus, qui priùs circuncidebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti. Galat. 2. c

Iulianus à Telepte, dixit:

Scriptum eſt: Nemo poteſt aliquid accipere, niſi datum illi fuerit de cælo. Si hæreſis de cælo eſt, poteſt & baptiſma dare. Ioan. 3. d

Confeſſor Fauſtus à Timida regia, dixit:

Non ſibi blandiantur, qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis eccleſiaſtico baptiſmati intercedit, illos Chriſtianos, & nos hæreticos facit.

Geminus à Furnis, dixit:

Quidam de collegis hæreticos præponere ſibi poſſunt, nobis non poſſunt. Et ideò quod ſemel decreuimus, tenemus, ut ab hæreticis venientes, baptizemus.

Rogatianus à Noua dixit:

Eccleſiam Chriſtus inſtituit, hæreſim diabolus. Quomodò poteſt habere baptiſmum Chriſti ſynagoga ſatanæ?

Confeſſor Terapius à Bulla, dixit:

Qui hæreticis Eccleſiæ baptiſma concedit & prodit, quid aliud ſponſæ Chriſti, quàm Iudas exiſtit?

Confeſſor item alius Lucius à Membreſſa, dixit:

Ioan. 9. f Scriptum eſt: Deus peccatorem non audit. Hæreticus, qui peccator eſt, quomodò audiri in baptiſmo poteſt?

Item alius Felix à Buſlaccenis, dixit:

In hæreticis ſinè baptiſmo Eccleſiæ admittendis, nemo conſuetudinem rationi & ueritati præponat, quoniam conſuetudinem ratio & veritatis ſemper excludit.

Alius Saturninus ab Itinis, dixit:

Si poteſt antichriſtus dare alicui gratiam
1. Ioan. 2. c Chriſti, poſſunt & hæretici baptizare, qui appellati ſunt antichriſti.

Quintus ab Aggiua, dixit:

Ille poteſt dare aliquid, qui aliquid habuerit. Hæretici autem quid poſſunt dare, quos conſtat nihil habere?

Alius Iulianus à Marcellina, dixit:

Matth. 6. c Si poteſt homo duobus dominis ſeruire, Deo & mammonæ, poteſt & baptiſma duo-
Ephe. 4. a bus ſeruire, Chriſtiano & hæretico.

Tenax ab Horreis Cæliæ, dixit:

Baptiſma vnum eſt, ſed Eccleſiæ. Vbì Eccleſia non eſt, baptiſma illic eſſe non poteſt.

Confeſſor alius Victor ab Aſſuris dixit:

Ephe. 4. a Scriptũ eſt: Quia Deus vnus eſt, & ſpiritus vnus eſt, & eccleſia vna & baptiſma vnũ. Quomodò ergò illic baptizari aliquis poteſt, ubi Deus, & Chriſtus, & Eccleſia una non eſt?

Donatulus à Capſe, dixit:

Et ego ſemper hoc ſenſi, vt hæretici, qui nihil forìs conſequi poſſunt, quandò ad Eccleſiam conuertuntur, baptizentur.

Martyr de ſchiſmaticis Verulus à Ruſiccade, dixit:

Homo hæreticus dare non poteſt, quod non habet: multò magis ſchiſmaticus, quicquid habuit, amiſit.

Pudentianus à Cuiculi, dixit:

Nouitas Epiſcopatûs effecit, fratres chariſſimi, vt ſuſtinerem, quid maiores iudicarent. Nam hæreſes nihil habere nec poſſe, manifeſtum eſt atque ità, ſi qui ex ijs venerint, baptizari æquiſſimè eſt ſtatutum.

Martyr Petrus ab Hipponezarito, dixit:

Cùm baptiſma vnum ſit in Eccleſia Catholica, manifeſtum eſt, extra Eccleſiam non poſſe baptizari. Et ideò in hæreſi tinctos ſiue in ſchiſmate, venientes ad Eccleſiam, cenſeo baptizari oportere.

Item alius Lucius ab Auaſafa, dixit:

Secundùm autem motum animi mei, & ſpirituſſancti, cùm ſit vnus Deus, pater Domini noſtri Ieſu CHRISTI, & ſpirituſſanctus, & vna ſpes, & vna Eccleſia, vnum debet & eſſe baptiſma. Et ideò dico, ſi quid ab hæreticis motum aut factum fuerit, reſcindi debere: & eos, qui indè veniunt, baptizandos eſſe. Ephe. 4. a

Item alius Felix à Gurgitibus, dixit:

Ego cenſeo, ut ſecundùm ſanctarum ſcripturarum præcepta, baptizatus ab hæreticis extra Eccleſiam illicitè, cùm confugere uoluerit ad Eccleſiam, gratiam baptiſmi, vbi licet ei dari, conſequatur.

Puſillus à Lamasba, dixit:

Ego credo, baptiſma ſalutare non eſſe, niſì in Eccleſia catholica. Quicquid abſque catholica fuerit, ſimulatio eſt.

Martyr Saluianus à Gauzafala, dixit:

Hæreticos nihil habere conſtat. Et ideò ad nos veniunt, vt poſſint accipere, quod non habent.

Honoratus à Tucca, dixit:

Iſta eſt alia à priori, quæ eſt in Numidia. Iſta autem ciuitas eſt mediterranea, inter Tabracam ciuitatem, & Bragadam amnem.

Cùm Chriſtus veritas ſit, magis veritatem, quàm conſuetudinem ſequi debemus, ut hæreticos, qui ideò ad nos ueniunt, quia forìs nihil accipere potuerunt, Eccleſiæ baptiſmo ſanctificemus. Ioan. 14. a

Victor ab Octauo, dixit:

Quod & ipſi ſcitis, non olim ſum Epiſcopus cõſtitutus: & ideò expectabam prædeceſſorum conſilium. Hoc itaque exiſtimo, vt quicunque ex hæreſi venerint, ſinè dubio baptizentur.

Confeſſor Clarus à Maſcula, dixit:

Manifeſta eſt ſententia Domini noſtri Ieſu CHRISTI, Apoſtolos ſuos mittentis, Matth. 10. b
& ipſis ſolis poteſtatem, à patre ſibi datam, permittentis, quibus nos ſucceſſimus, eadem Matth. 28. d
poteſtate Eccleſiam Domini gubernantes, & credentium fidem baptizantes. Et ideò hæretici, qui nec poteſtatem forìs, nec Eccleſiam Chriſti habent, neminem baptizare baptiſmo eius poſſunt.

Martyr Secundianus, à Tabeis, dixit:

Non debemus hæreticos noſtra præſumptione decipere, ut in eccleſia Domini noſtri

ſtri Ieſu Chriſti non baptizati, ac per hoc remiſſionem peccatorum non conſecuti, cùm iudicij venerit dies, nobis imputent, quòd
Ephe. 4. a per nos non ſint baptizati, & indulgentiã diuinæ gratiæ conſecuti. Propter quod, cùm ſit vna Eccleſia, & unũ baptiſma, quandò ad nos conuertuntur, ſimul cum Eccleſia & Eccleſiæ baptiſmum conſequantur.

Item alius Aurelius à Cillani, dixit:

2. Ioan. c Ioannes Apoſtolus, i epiſtola ſua poſuit, dicens: Si quis ad nos uenit, & doctrinã Chriſti non habet, nolite eum admittere in domum veſtram, & Aue illi uè dixeritis. Qui enim illi dixerit Aue, communicat factis eius malis. Quomodò admitti tales in domum Dei poſſunt, qui in domum noſtrã priuatam admitti prohibentur? Aut quomodò cum eis ſinè Eccleſiæ baptiſmo communicare poſſumus, quibus ſi Aue tantùm dixerimus, factis eorum malis communicamus?

Confeſſor Licteus à Gemellis dixit:

Mat 15. b Cæcus cæcum ſi ducat, ambo in foueã cadunt. Quum ergò hæreticos, conſtet, nõ poſſe illuminare quenquam, vtpotè cæcos, baptiſma eorum non valet.

Natalis à Boëa, dixit:

Tam ego præſens, quàm Pompeius Sabrateſi, quàm etiàm Dioga Leptimagnenſis, qui mihi mandauerunt, corpore quidem abſentes, ſpiritu præſentes, cenſemus, quod & collegæ noſtri, quòd hæretici communicationẽ habere nobiſcum non poſſunt, niſi Eccleſiaſtico baptiſmo baptizati fuerint.

Iunius à Neapoli, dixit:

Ab eo, quòd ſemèl cenſuimus, non recedo, vt hæreticos, venientes ad Eccleſiam, baptizemus.

Confeſſor & martyr Cyprianus a Carthagine, dixit:

Meam ſententiam pleniſſimè expreſſit Epiſtola, quæ ad Iubaianum collegam noſtrum ſcripta eſt, hæreticos: ſecundùm euan-
Mat. 12. e gelicam & Apoſtolicam conteſtationem, ad-
1. Ioan. 2. c uerſarios CHRISTI, & Antichriſtos appellatos, quandò ad Eccleſiam uenerint, vnico Eccleſiæ baptiſmo baptizãdos eſſe, vt poſſint fieri de aduerſarijs amici, & de Antichriſtis Chriſtiani.

Finis Concilij Carthagin. ſub Cypriano.

DECRETA *SIXTI PAPÆ II. * Xyſti

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

SIXTUS natione Græcus, ex philoſopho de Athenis, ſedit annum vnum, menſes decem, dies 24. martyrio coronatur. Anno Domini 257
Fuit temporibus Valeriani & Decij. Eodem tempore hic compræhenſus eſt à Valeriano, & ductus ut ſacrificaret dæmoniis, Qui quia contempſit præcepta Valeriani, capite truncatus eſt, & cum eo ſex diacones, Feliciſſimus, Agapetus, Ianuarius, Magnus Vincentius, & Stephanus octauo Idus Auguſti. Et preſbyteri præfuerunt a conſulatu Maximi & Glabrionis, vſque ad conſulatum Tuſci & Baſſi, 14. Kalen. Auguſti. Quo tempore fuit magna perſecutio ſub Decio. Et poſt paſſionem beati Sixti die tertio, paſſi ſunt Laurẽtius eius archidiaconus, & ſubdiaconus Claudius, Seuerus preſbyter, & Romanus oſtiari*, & Creſcentius lector. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros quatuor, diacones ſeptem, Epiſcopos per diuerſa loca duos. Sepultus eſt in cœmeterio Calixti uia Appia, & ſex diaconi eius in cœmeterio Prætextati, via Appia, octauo idus Auguſti. Beatus uerò Laurẽtius ſepultus eſt via Tiburtina in crypta, in agro Verano, quarto idus Auguſti. Et ceſſauit epiſcopatus dies 35. Huius tẽpore orta eſt hæreſis Sabelliana.

EPISTOLA SIXTI PAPÆ PRIMA.

Ad Gratum quendam Epiſcopum.

Licere accuſatis uel damnatis Epiſcopis appellare, ſiue adire ſedem Apoſtolicam, ſinè cuius autoritate cauſa eorum terminari non debent.

EPiſcopus Sixtus Grato coepiſcopo ſalutem: Lætari & gaudere me plurimũ in Chriſto Ieſu Domino noſtro dilectionis tuæ ſcripta fecerunt, quibus euidenter oſtenditur, quantùm catholicam diligis fidem, & quantũ prauorum hominum deteſtaris errorẽ. Omnis enim hęreſis nimis eſt impia, & euãgelicę * veritatis inimica, q̃ non portionem aliquã lædere, ſed ipſa Chriſtianæ religionis conatur fundamenta cõuellere. Memor enim ſum, me ſub illius nomine Eccleſię præſidere cuius a Dño noſtro Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cuius fides nullũ unquã fallit, ſed oẽs quidem hęreſes deſtruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quàm vt omnes conatus meos ei cauſę, in qua uniuerſalis Eccleſiæ ſalus infeſtatur, impendam. Agnoſce, fili chariſſime, non ex tẽpore, neq; poſt tempora filium Dei natum, ſed ante omnia tempora de paterno utero inenarrabiliter gene- * veritat 24. q. 1. Memor ſum, me

ratum, ipſo Deo patre per prophetā dicente:
Pſal. 109. (In ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante lu-
ciferum genui te.) Quam ſententiam & Eſa-
ias propheta dubijs atque incredulis euiden-
ter expreſſit, dum non aliundè filium, quàm
Eſa. 53. de patre natum ineffabiliter oſtendit: In hu-
militate, inquit, iudicium eius ſublatum eſt.
Natiuitatem eius quis enarrabit? Et in libro
Iob 28. c Iob: (Sapientiam Dei, ait, vndè inuenies? La-
tet enim ab oculis hominum, & à uolucribus
cœli abſconſa eſt.) Expergiſcere paululùm, &
ſi lumen ſcientiæ in te ipſum aliquantum ha-
bes, inuenies, cuius natiuitas à propheta non
potuit enarrari ex tempore, uel ut adſtruere
ipſe conaris, non potuit generari. (In princi-
Ioan. 1. a pio) inquit Ioannes Euangeliſta (erat verbū,
& verbum erat apud Deum, & Deus erat ver-
bū; hoc erat in principio apud Deum. Omnia
per ipſum facta ſunt, & ſinè ipſo factum eſt
nihil.) Et iterū: (Erat lux vera, quæ illuminat
omnem hominem venientem in hunc mun-
dum.) In iſto igitur, quod dicitur, Erat, ſi tem-
pus quærere uolueris, non inuenies: quo-
niam ex quo pater, ex illo & filius: & quod pa-
Eccl. 24. a ter eſt, id eſt etiàm filius, Salomone dicente:
(Ego ex ore altiſſimi prodij, primogenita an-
te omnem creaturam. Ego feci, vt in cęlo ori-
Prou. 8. c retur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi
omnem terram. Ego in altiſſimis habito, &
thronus meus in columna nubis. Gyrum
cœli circuiui ſola, & profundum abyſſi pe-
netraui. In omnem terram ſteti, & in populo
primatum habui. Item ibi, Cùm præpararet
cœlum, aderam illi, & cùm ſedem ſuam ſecer-
neret. Quandò ſuper uentos fortes ſtabiliebat
in ſummo nubes, & cùm certos ponebat fon-
tes ſub cœlo, cùm fortia faciebat fundamen-
ta terræ, ego eram cum illo componens, &
ego eram, qui adgaudebat, cùm lætaretur or-
be perfecto.) Et in Pſalmo centeſimoprimo:
(Tu Domine in principio terram fundâſti, &
opera manuum tuarum ſunt cœli: Ipſi peri-
bunt, tu autem permanes: & ſicut operiorium
mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem
ipſe es, & anni tui non deficient.) Non enim
erat ætas, aut aliquod tempus, antequàm de
patre filius naſceretur: quoniam qui tempo-
ra vniuerſa propria poteſtate cōſtituit, ex tē-
pore vel poſt tēpora naſci non potuit. His pau-
cis ſententijs, breuiter conſultis tuis reſpon-
di, frater chariſſime. Decætero tuam moneo
dilectionem, vt cunctos, quos errare cogno-
ueris, ad catholicam fidem, & ad vnitatem re-
ctè credentiū, conuertere ſtudeas, & tu nun-
quàm ab Apoſtolico tramite recedas. Si au-
tem te non audierint, & errantes (quod abſit)
permanſerint, nobis eos manifeſtare, quàm
citiùs poteris, non tardes, vt Apoſtolica au-
thoritate aut citò ad Eccleſiā conuertantur,
aut ab Eccleſia ſeparentur. Audiuimus etiàm,
quòd quidam erronei & conſentientes eis,
te & reliquos infeſtent Epiſcopos, & Epiſco-
pos aliquos comprouinciales ad veſtram in-
famationem atque damnationem ſecum tra-
hant. Quapropter in hac ſancta ſede dudùm
à multis Epiſcopis conſtitutum erat, & mo-
dò ad veſtrum & cæterorum fratrum auxi-
lium eſt denuò roboratum, vt omnes Epi- 2. q. 6. ca. Omnes Epiſcopi qui in.
ſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſan-
tur vel criminantur cauſis, quoties neceſſè
fuerit, liberè Apoſtolicam appellent ſedem,
atque ad eam quaſi ad matrem confugiant,
vt ab ea (ſicut ſemper fuit) piè fulciantur, de-
fendantur, & liberentur. Cuius diſpoſitioni
omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas & Epi-
ſcoporum iudicia, antiqua Apoſtolorum eo-
rumque ſucceſſorum atque canonum autho-
ritas reſeruauit, * quoniam culpantur Epi- * quando
ſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm
eiuſdem ſedis Papæ fieri placuerit. Vndè pla-
cuit, vt accuſatus vel iudicatus à compro-
uincialibus in aliqua cauſa Epiſcopus, licen-
ter appellet & adeat Apoſtolicæ ſedis pon-
tificem. Qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos 3. q. 6 Accuſatus vel iudicatus.
eiuſdem retractari negocium procuret. Et
dum iterato iudicio pontifex cauſam ſuam
agit, nullus alius in eius loco ponatur aut or-
dinetur Epiſcopus: quoniam quanquàm à
comprouincialibus Epiſcopis accuſati cau-
ſam pontificis, ſcrutari liceat, non tamen diſ-
finiri, inconſulto Romano Pontifice, per-
miſſum eſt, cùm beato Petro Apoſtolo non
ab alio, quàm ab ipſo dictum ſit Domino:
(Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt Math. 16. & 18.
ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueris ſu-
per terram, erunt ſoluta & in cœlo.) Et ſi
quis putauerit ſe à proprio metropolitano 2. q. 6. Si quis putauerit.
grauari, apud Primatem diœceſeos, aut penès
vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Papam iu-
dicetur. Ait enim Iacobus Apoſtolus: (Iudi- Iaco. 2. c
cium ſinè miſericordia illi fiet, qui non fe-
cit miſericordiam. Superexaltat autem mi-
ſericordiam iudicio.) In omnibus ergò, fi-
li dilectiſſime, cor cuſtodi, ſicut ſcriptum eſt:
(Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum, quia ex Prou. 4. d
ipſo vita procedit.) Hæc breuiter pro com-
memoratione reſcripſi: ſed peto, ut pro me
orare debeas, quatenùs omnipotens DEVS
& à malignis me ſpiritibus, & à peruerſis ho-
minibus cuſtodire dignetur: quia in hac vi-
tæ meæ peregrinatione mala me ſimul &
multa circundant, ità ut cum Pſalmiſta iure
dicam: (In me tranſierunt iræ tuæ, & terrores Pſal. 87.
tui conturbauerunt me. Circundederunt me
ſicut aqua tota die, circūdederunt me ſimul.)
Cœleſtis gratia & nos in vrbibus, & uos ubi-
què protegat, quia antiquus hoſtis terrarum
locis à tentatione non excluditur: quia ſi in
paradiſo hominem ſtrauit, quis locus extra Gene. 3.
paradiſum eſſe poteſt, in quo mentes homi-
num penetrare non valeat? Antiqui enim
hoſtis (cuius inuidia mors introiuit in orbem Sap. 2. d
terrarum) ſunt ſemper oculi uigiles, ad ani-
mos hominum illaqueandum. Multoſque
ſua prauitate ſecum in perditionem trahere
cupit, qui ſuapte malitia à gloria lapſus eſt
in mi-

in miſeriam. In ſola ergò creatoris noſtri pro-
tectione fidendum eſt, cui ex intimo corde cla-
Pſal. 30. memus: (Eſto mihi in Deum protectorem & in
& 70. „ locum munitum, vt ſaluũ me facias.) Data Ka-
lend. Septembris, Valeriano & Decio viris cla-
riſſimis conſulibus.

EPISTOLA SECVNDA SIXTI PAPÆ SECVNDI.

1 *Si quis aduersùs Epiſcopos vel actores Eccle-ſiæ cauſam habuerint, quid ſe gerent.*

2 *De Epiſcopis rebus expoliatis, aut à ſede pulſis.*

3 *Vt nullus Epiſcopus alterius parochianum re-tineat, ordinet, vel iudicet.*

4 *De Epiſcopis iniuſtè damnatis, & Apoſtolica authoritate reſtitutis.*

5 *Quòd excommunicati Epiſcopos accuſare non poſſint, nec illi qui eos in ſua non recipiunt accuſatione, nec maior à minori iudicari, vel damnari.*

DILECTISSIMIS Fratribus per Hiſpa-
niarũ prouincias conſtitutis, Sixtus Epi-
ſcopus in Domino ſalutem: Magno munere
miſericordiæ Dei, totius Eccleſiæ Catholicæ
multiplicata ſunt gaudia, cùm eccleſiarum ſta-
tus eo viget ordine, quo Apoſtoli, eorumque
ſucceſſores, illum ſtatuerunt. Et cùm antiqui
hoſtis aſtutia eum turbari cognoſcimus, non
modico contriſtamur mœrore. Quam ob cau-
ſam fratres hortamur vos, monemus, & flagi-
tamus, vt à tramite Apoſtolicæ inſtitutionis
nequaquàm recedatis, nec à capite diſſideatis,
ſed fidem & ordinem, quam Apoſtoli & Apo-
ſtolici viri ſtatuerunt, abſque hæſitatione te-
Iudic. 16. neatis. Nam ſi columnæ alicuius magnæ do-
mûs corruerint, ipſa poſteà domus minimè ſta-
bit. Sic & vos, qui columnæ Eccleſiæ eſtis, ſi la-
befactari cœperitis, ſancta Eccleſia (quę per vos
regitur) tabeſcet & labetur. Hæc fratres quæ
dico, valdè timenda ſunt, & ſummo modera-
mine penſanda, atque nè fiant, cauenda. Ipſa
Matt. 5. b enim veritas per ſe dixit: (Vos eſtis ſal terræ.
„ Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?) Et cę-
tera. Ideò vos, chariſſimi, moneo, quia vobis de-
Rom. 1. bitor ſum, & valdè uos diligo. Et quandò bona
audio de vobis, congratulor ſatis: & econtrà,
quandò aduerſa, nimìs conturbor. Ego verò
quanuis vobis per longa terrarum interualla
diſiunctus ſim, ſum tamen omninò vobiſcum
corde coniunctus. Ideoque de veſtra beatitu-
dine erga me modis omnibus cõfido, quia cùm
me viciſsim diligitis, à me longè non eſtis. Vn-
dè magìs gratias referimus illi grano ſinapis,
Mat. 13. d quod ex modici deſpicabiliſq; ſeminis ſpecie,
Mar. 4. c ità ramis ex eadem ſurgentibus, atque ſe diſtẽ-
Luc. 13. d dentibus, vſquequaquè diffuſum eſt, vt in eis
Mat. 13. d volatilia cœli cuncta nidificent, gratiaq; ſit fer-
Luc. 13. d mento illi, quod tribus farinæ ſatis, totius hu-
mani generis maſſam in vnitate conſperſit: at-
que paruo lapidi, qui abſciſſus de monte ſinè
manibus, occupauit vniuerſam faciem orbis
terræ. Qui ad hoc naturam noſtræ carnis, & Dan. 2. c
ſtatûs ſeruilis formam aſſumens, humiliter ſe
vſquequaque diſtendit, vt omni humano ge-
nere in vnitatem redacto, totius corpus vnitũ
perficere Eccleſiæ: atque ità ad totius compa-
ginis pertineret commodum, membrorũ par-
tialis iſta diſtinctio. Vndè nos quoquè à vobis
longè non ſumus, quia in illo, qui vbiquè eſt,
vnum ſumus. Agamus ergò ei gratias, qui ſa-
lutis inimicitijs in carne ſua, fecit, vt in omni
orbe terrarum vnus eſſet grex & vnũ ouile ſub
vno paſtore: ſemper memores, quòd vos veri- Ephe. 4. a
tatis prædicator admoneat, dicẽs: (Solicitì* ſer- * ſeruare.
uate vnitatem ſpiritûs in vinculo pacis.) Vin- „
culum enim pacis nemo ſeruat, dum alium in-
feſtat aut verbis, aut factis perſequitur. Ideò,
fratres, iſta prætulimus, quia audiuimus inter
vos accuſationes exerceri, & pulſos à ſedibus
Epiſcopos, aut ſuis rebus expoliatos, iudicari. I.
Quapropter ſtatutum eſt, vt ſi quis contra Epi- 2. q. 7. Si quis contra epiſcopum.
ſcopum, vel actores Eccleſiæ, ſe proprium cre-
diderit habere negocium, non priùs adeat iu-
dices, quàm ad eos recurrat charitatis ſtudio,
vt familiari colloquio cõmoniti, ea ſanare de- II.
beant, quæ in querimoniam deducuntur. Quòd Idem ſuprà in decre. Alexãdr. Papæ.
ſi aliter egerit, communione priuetur. Nemo
Pontificum deincèps aliquem Epiſcopum ſuis
expoliatum rebus, aut à ſede pulſum, excõmu- Et infrà in decret. Iulij Pap.
nicare aũt iudicare præſumat, quia non eſt pri-
uilegium, quo expoliari poſſit iam nudatus.
Nullus Epiſcopus alterius parochianum præ- Suprà in decr. Sixti primi, & ſimiliter in dec. Iulij Papæ.
ſumat retinere, aut ordinare abſque eius vo-
luntate, vel iudicare: quia ſicut irrita eius erit
ordinatio, ità & dijudicatio: quoniam cenſe-
mus, nullum alterius iudicis, niſi ſui, ſententia III.
teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec
iudicare vllatenùs poterit. Iſta enim vobis de- IIII.
inceps tenenda, & fratres viciſsìm adiuuare, 9 q. 3. Fratres quos timore.
mandamus. Fratres verò, quos timore terreno
iniuſtè damnâſtis, ſcitote à nobis iuſtè eſſe re-
ſtitutos. Quibus ex ſancti Petri & Apoſtolica
authoritate, omnia quę eis ablata ſunt, integer-
rimè reddi præcipimus, ſi non vultis vos &
principes veſtri, à collegio noſtro & mẽbris
Eccleſiæ ſeparari. Iuſto enim iudicio DEI da-
tur plerunquè peccatoribus poteſtas, qua ſan-
ctos ipſius perſequantur, vt qui ſpiritu DEI
iuuantur & aguntur, fiant per laborum exerci-
tia clariores. Illi tamen, qui hoc agunt, nulla-
tenùs euadent pœnã: quià vt ait DOMINVS,
(Væ illi per quem ſcandalum venit.) Et quan- „
quàm iuxta Saluatoris ſententiam, neceſsè ſit Mat. 18. a
venire ſcandala, væ tamen per quem veniunt.
De occultis enim cordis alieni temerè iudica-
re, peccatum eſt: & eum, cuius non videntur
opera niſi bona, iniquum eſt, ex ſuſpicione re-
præhendere, cùm eorum quæ homini ſunt in-
cognita, ſolus DEVS iudex ſit iuſtus, qui inſpe-
ctor eſt verus. Vndè ſcriptum eſt: (Incerta non 1. Cor. 4. a
iudicemus, quouſque adueniat Dominus, qui In decre. Iuonis, libro 4.
& illuminabit abſcondita tenebrarum, & ma-
nifeſtabit conſilia cordium.) Et quanuis vera „
ſint,

ſint, non tamen credenda ſunt, niſi certis indicijs comprobētur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur. Nullus ergò poteſt humano condē-
2.q.7. Accuſato epiſcoporum. nari examine, quem Deus ſuo iudicio reſeruauit. Hæc omnia ſummoperè ſunt præcauenda, nè præſumptores eſſe videamur. Et accuſatio Epiſcoporum non eſt facilè recipienda, dicente
Exo.23.a 1. Timo. 5.c Domino: (Non ſuſcipies vocem mendacij.) Et Apoſtolus inquit, aduersùs presbyterū inſcriptionem non recipiendam abſque duobus vel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus ſunt præcauenda, quantò magis de Epiſcopis? Quibus cognitis, magis vos dominari velle manifeſtum eſt, quàm conſulere fratribus, aut ſuſtentare eos, quia honor inflat ſuperbiam: & quod prouiſum eſt ad cōcordiā, tendit ad noxam. Decuerat nanque iuxta præfatas regulas, vt ſi aliquid egiſſent cōtra ſuum ordinem, mandare nobis, & expectare, quid ad veſtra conſulta reſcriberemus, instantùm, vt ſi etiàm quicquā graue intolerandumq; cōmitterent, noſtra præſtolaretur cēſura, vt nihil priùs aut aliquid aliud decerneretis, quàm quod nobis placere cognoueritis, & à regulis præſtitutis nulla, aut negligentia, aut præſumptione recederitis. Ceſſet huiuſmodi, preſſa noſtra authoritate, præſumptio: vitentur huiuſmodi nocumenta, quia nequaquàm talia patienter ferre poſſumus machinamenta, quoniā conuenit nobis, paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Meritò nanque cauſa nos
v. reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Eſt intſupèr à ſanctis prædeceſſoribus noſtris plerunquè iam ſtatutū, vt nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione, nec illi, qui nos in ſua nolunt recipere querela vel accuſatione, cùm nos ſuper illos ſciamus à Domino conſtitutos, non illos ſuper nos. Et ſicut maior non poteſt à minore iudicari, ità nec colligari: quia rarū eſt omne, quod magnum eſt. Portemus onera omnium qui grauantur, quinimmò hæc portat in nobis beatus Apoſtolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenùs eius fulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur aduerſis. Data 17. Kalendas Auguſti, Valeriano & Decio viris clariſſimis conſulibus.

DECRETA SIXTI SECVNDI ex Gratiano.

2.q.6. Si quis. Si quis putauerit ſe a proprio Metropolitano grauari, apud Primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Papam iudicetur.

Iuo. p. 6. c.318. 3 q. 6. Si quis clericus. citat ex Eleuthe-

EX EODEM, VT SVPRA.

Super appellatione, alterius prouinciæ iudices audire non oportet.

no. Si quis clericus ſuper quibuſlibet criminibus accuſatus fuerit, in prouincia, in qua conſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerceat actiones: nec exiſtimet eum accuſator ſuus alibi, aut longiùs ad iudicium protrahendum.

DECRETA DIONYSII PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 260 DIONYSIVS ex monacho, cuius generationem reperire nō potuimus, ſedit annos 6. menſes 2. dies 4. Fuit temporibus Gallieni ex die 11. Kalendarum Auguſti * Emiliano & Baſſo conſulibus, vſque in diem ſeptimū Kalendarum Ianuarij cōſulatūs Claudij & Paterni. Hic presbyteris Eccleſias diuiſit & cœmeteria, parochiaſque & diœceſes conſtituit. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decēbrem, presbyteros 12. diacones 6. Epiſcopos per diuerſa loca numero ſeptem. Qui etiàm ſepultus eſt in cœmeterio Calixti via Appia, * 5. Kalendas Ianuarij. Et ceſſauit Epiſcopatus dies quinque.

* Aurelia no.
* ſexto

EPISTOLA DECRETALIS DIONYSII PAPÆ PRIMA, ad Vrbanum præfectum.

DIONYSIVS Epiſcopus Vrbano præfecto ſalutem: Summum bonum eſt, amare amantes ſe: Et econtrà, peius malum non eſt, quàm vt ciues ciuibus inuideant. Gratias ſiquidem agimus tuę charitati, quòd fideles ſancti Petri benè ſuſcipis & adiuuas. Vndè ſcias, te & à nobis noſtriſque diligi, & tuì tuorumque non modicam curam haberi. Quapropter tuā hortamur dilectionem, vt bonum quod cœpiſti, ſemper implere non differas: quia nō laudatur initium, ſed finis. Sapientiam etiàm te hortamur diligere & ſeruare, vt rationabiliter & ſapienter diſponas & iudices ea, quæ tibi cōmiſſa ſunt, dicente Domino per prophetam:
Pſal.2. (Erudimini, qui iudicatis terram. Time ergò
Eccl.12.d Deum, & mandata eius ſerua. Et dilige eum toto
„ tis viſceribus, & proximum tuū ſicut teipſum.
Mat.22.d Deus altiſſimus creauit ſapientiam in Spiritu
Mar.12.c ſancto. Et vidit, & dinumerauit, & menſus eſt.
Luc.10.e Eccle.1.b c d. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem * carnem. Secundùm datum ſuum præbuit illam diligentibus ſe. Timor Domini
* carnem ſecūdùm datū ſuū, & præbet. gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum.
„ Timenti Deum benè erit in extremis, & in die
„ defunctionis ſuæ benedicetur. Dilectio Dei
„ honorabilis ſapientia. Quibus autē apparue-
* eam rit in viſu, diligunt * eum in viſione, & in agni-
Pſal.110. Prou.1.a & 9.b tione magnalium ſuorum. Initium ſapientiæ timor Domini. Et cum fidelibus in vulua concreatus eſt, & cum electis fœminis graditur, &
* iuſtis cū * iuſtis fidelibus agnoſcitur. Timor Domini
„ ſcientiæ

ſcientiæ religioſitas. Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Deum benè erit, & in diebus * conſummationis illius benedicetur. Plenitudo ſapientiæ eſt, timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implevit à generationibus, & receptacula à theſauris illius. Corona ſapientiæ timor Domini, replẽs pacem & ſalutis fructum: & vidit, & dinumerauit eam. Vtraque antè ſunt dona Dei * ſcientia & intellectus. Sapientia compartietur prudentiæ, & gloriam tenentium ſe exaltat. Radix ſapientiæ eſt, timere Deum; rami enim illius longæui. In theſauris ſapientiæ, intellectus & ſcientiæ religioſitas: execratio autem peccatoribus, ſapientia. Timor Domini repellit peccatum: nam qui ſinè timore eſt, non poterit iuſtificari. Iracundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt. Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſteà redditio iucunditatis. Bonus ſenſus vſque ad tempus abſcõdet verba illius, & labia multorum enarrabunt ſenſum illius. In theſauris ſapientiæ, ſignificatio diſciplinæ: execratio autem peccatori, cultura Dei. Fili cõcupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & diſciplina, timor Domini: & quod beneplacitũ eſt illi, fides & manſuetudo, & adimplebit theſauros eius. Contumax non ſis, & incredibilis timori Domini, & nè acceſſeris ad eum duplici corde. Nè fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris labijs tuis. Attende in illis, nè fortè cadas, & ponas ſcandalum animæ tuæ, & adducas inhonorationem tibi, & reuelet Deus abſconſa tua.) Pro fide frater & iuſtitia, ac pro ſalute animæ tuæ certa ſemper, & pro adiutorio fratrum viriliter age, vt à Domino recipias renumerationem. Scriptum eſt enim: (Fili, conſerua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Nè accipias faciem aduersùs faciem tuam, nec aduersùs animam tuam mendacium. Non reuerearis proximum tuũ in caſu ſuo, nec retineas verbum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore eius. In lingua enim agnoſcitur ſapientia, & ſenſus, & ſcientia, & doctrina in * verbis veritatis, & firmamentum in operibus iuſtitiæ. Non contradicas veritati vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & nè ſubijcias te homini pro peccato. Noli reſiſtere contra faciem potẽtis, nec coneris contra ictum fluuij. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos, & eos euertet viriliter. Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis & remiſſus in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandũ collecta.) His fultus ſcripturarum authoritatibus, ſemper ſta rectus, & à via veritatis nè auertaris, vt gratiam Dei ſemper acquiras, & bonorum hominũ amicitia ſemper fruaris: tantoque tua faciliùs ab amore huius ſeculi mens exeat, quanto & impellitur, dum vocatur. Nam vos & præſentes videre cupimus, & abſentibus colloqui, ſaltem per epiſtolam, deſideramus. Vndè optamus, vt vos beatus Petrus apoſtolorũ princeps ac ſua limina feliciter perducat, quatenùs in omnipotentis gratia, perfrui veſtra præſentia mereamur. Data 4. Nonas Februarij, Aureliano & Baſſo viris clariſſimis conſulibus.

* conſolationis.

* Scientiã & intellectum prudentiæ ſapiẽtia cõpartietur, &

Eccleſ. 4. c. d

* verbo ſe ſati,

EPISTOLA DIONYSII PAPÆ ſecunda ad Seuerum Epiſcopum.

De Eccleſijs parochianis, vt ſingula ſingulis dentur presbyteris, & vt nullus alterius parochiæ terminos vel ius inuadat.

DIONYSIVS Epiſcopus Seuero Epiſcopo ſalutem: Olìm & ab initio tantam percepimus à beato Petro Apoſtolorum principe fiduciam, vt habeamus authoritatem vniuerſali Eccleſiæ, auxiliante Domino, ſubuenire: & quicquid nociuum eſt, authoritate Apoſtolica corrigere & emendare. Ad hoc enim diuinæ diſpenſationis prouiſio, gradus & diuerſos cõſtituit ordines eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate contextio, & rectè officiorũ generaretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia verò creatura in vna eademque æqualitate gubernari vel viuere non poteſt, cœleſtium militiarum exẽplar nos inſtruit: quia dũ ſint Angeli, ſint Archangeli, liquet quia non æquales ſunt, ſed in poteſtate & ordine, ſicut nôſti, differt alter ab altero. Si ergò inter eos, qui ſinè peccato ſunt, iſta cõſtat eſſe diſtinctio, quis hominum abnuat huic ſe libenter diſpoſitioni ſubmittere? Hinc etenim pax & charitas, mutua ſe vice complectuntur, & manet firma cõcordiæ in alterna & Deo placita dilectione ſynceritas: quia vnumquodque tunc ſalubriter completur officium, cùm fuerit vnus, ad quem poſſit recurrere, præpoſitus. De eccleſijs ergò * parochianis, vndè Apoſtolicam ſedem conſulere voluiſti, qualiter ſint cuſtodiendæ per Cordubenſem prouinciam, ac diuidẽdæ ſacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis videtur intimare, quàm vt ſequaris, quod nos in Romana Eccleſia nupèr egiſſe cognoſcitur. Eccleſias verò ſingulas ſingulis presbyteris dedimus, parochias & cœmeteria eis diuiſimus, & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus, ità videlicet, vt nullus alterius parochiæ terras, terminos, aut ius inuadat, ſed vnuſquiſque ſuis terminis ſit cõtentus, & taliter eccleſiam & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat,

* parochialib*,

13. q. 1. Eccleſias ſingulas ſingulis.

vt

vt ante tribunal æterni iudicis, ex omnibus ſibi commiſſis, rationem reddat, & non iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat. Hanc quoquè normam, chariſſime, te & omnes Epiſcopos ſequi conuenit: & quod tibi ſcribitur, omnibus quibuſcunque poteris, notum facias, vt non ſpecialis, ſed generalis fiat iſta præceptio. Crimina verò, quę epiſcopis impingere dicis, per alios non ſinas vllo modò fieri, niſì per ipſos qui crimina intendunt: ſi tamen ipſi digni & irrepræhenſibiles
15. q. 3. Nemini præterquam. apparuerint, & actis docuerint publicis, omni ſe carere ſuſpicione & inimicitia, & irrepræhenſibilem fidem cōuerſationemque ducere. Nemini enim de ſe confeſſo, credi poteſt ſuper crimen alienum: quoniā eius omniſq; *profeſſio. rei * confeſſio periculoſa eſt, & admitti non debet. Similiter alieni erroris ſociū, vel à ſui voluntariè propoſiti tramite recedentem, aut
3. queſt. 4. Alieni. ſacris patrum regulis & conſtitutionibus inobedientem, ſuſcipere nō poſſumus, nec debemus, nec impetere rectè credētes, vel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperātes, permittimus: quia infames omnes eſſe cēſemus, qui ſuam, aut Chriſtianam præuaricantur legem, aut Apoſtolicam vel regularem libenter poſtponunt authoritatem. Hæc itaque frater chariſſime, quæ pro affectu ſacerdotalis nominis & honoris impendimus, tibi, tuiſque ſubditis, & omnibus tenēda, & alijs nuncianda atque prædicanda mandamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & ſit ad fructum dilectio. Vndè obiurgando, hortando, ſuadendo, blandiendo, conſolando, prodeſſe, quibus poſſumus, feſtinemus. Lingua noſtra bonis fomentum ſit, prauis aculeus. Timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, deſides hortando ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur, vt quia doctores dicimur, viā ſalutis gradientibus oſtendamus. Simus in cuſtodia vigilantes, aditum contra hoſtis inſidias ſoliciti muniamus. Et ſi quandò perditam ouē de commiſſis gregibus error abduxerit, toto illam anniſu ad caulas dominicas reuocare contendamus, vt de paſtoris nomine quod habemus, non ſuppliciū, ſed præmium conſequamur. Quia ergò in his omnibus diuinæ gratiæ adiutorium opùs eſt, omnipotētis Dei aſſiduis precibus clementiā exoremus, quatenùs ad hæc nobis operanda, & velle tribuat, & poſſe concedat, atque in ea nos via, cum fructu boni operis, quam ſe paſtor paſtorum eſſe teſtatus eſt, dirigat, vt ſinè quo nihil agere poſſumus, per ipſum implere omnia valeamus. Data quinto Idus Septembris, Claudio & Paterno viris clariſſimis conſulibus.

SYNODVS ANTIOCHENA,

habita temporibus Dionyſij Pontificis Romani, ab Euſebio Cæſareeñ. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. libro 7. cap. 22. deſcribitur in hæc verba:

CVM Xyſtus (alij legunt Sixtus) Romanam Eccleſiam vndecim annis rexiſſet, Niceph. lib. 6. c. 27 Obſeruandum eſt, epiſcopos crebrò Antiochię cōueniſſe, & tādem in extrema Synodo Paulū Samoſatenū impietatis apertè conuictū damnaſſe. Dionyſius, gentilis illius, qui fuit Epiſcopus Alexandriæ, Epiſcopatum Romanum obtinuit. Intereà Demetriano Antiochiæ vitam deſerēte, Paulus ex Samoſata epiſcopatûs dignitatem aſſequitur. Et quoniam iſte abiectā & humilē nimìs de Chriſto contra doctrinam Eccleſiaſticam habebat opinionem, nempè quòd ſolùm cōmuni natura erat cum homine præditus, Dionyſius Alexādrinus rogatus eſt, vt veniret ad Synodum. Qui quanquam ſenectutem ſimul & imbecillitatem corporis cauſando præſtò eſſe renuit, per epiſtolam tamen illos, quam habebat de cōtrouerſia ſententiā, fecit certiores. Cæteri autem eccleſiarum paſtores, alius aliundè, contra iſtum Paulum tanquàm peſtem & perniciem gregis Chriſti, itinere cū celeritate confecto, omnes Antiochię in vnum conuenerunt. Inter hos maximè pręſtare videbantur, Firmilianus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, Gregorius & Athenodorus fratres, paſtores Eccleſiarum quæ ſunt in Ponto: Helenus prætereà, qui Tarſi rexit Eccleſiam, & Nicomas, qui Iconij Eccleſiæ miniſterio functus eſt. Huc accedit Hymenæus eccleſiæ Hieroſolymitanæ Epiſcopus, Theotecnus, qui Cæſareæ Palæſtinæ, Hieroſolymis finitimæ, adminiſtrationem obtinuit. Adde his Maximum, qui fratribus Boſtræ decorè & inſigniter præfuit. Ac tametſi alios penè infinitos Epiſcopos vnà cum presbyteris & diaconis, qui eius rei gratia in vrbe ſuprà demōſtrata id temporis coacti erant, vix aut nè vix quidem aliquis poterit enumerare, inter eos tamen hi, quos dixi, facilè primas tenuerunt. Omnibus igitur varijs temporibus, vt tulit occaſio, & perſæpè in vnum conuenientibus, in vnoquoque congreſſu orationes habitæ ſunt, & quæſtiones poſitæ, cùm à Paulo Samoſateno, qui peregrinam ſuam & ab Eccleſia alienā doctrinam adhuc occultare & obtegere moliebatur: tum ab illis, qui eius errorem & in Chriſtum blaſphemiā patefacere, & in apertum proferre omni ſtudio elaborabant. Intereà temporis Dionyſius, cùm iam decem & ſeptem annis Epiſcopatum Alexandrię adminiſtrâſſet, duodecimo anno Imperij Gallieni moritur. Huic ſucceſſit Maximus. Gallienus Cap. 23. vbi quindecim annos integros gubernâſſet, Claudius imperator deſignatus eſt. Iſte biennio percurſo, Aureliano tradit imperium: cuius temporibus Paulus dux & author erroris, qui Antiochiæ graſſabatur, in poſtremo concilio Epiſcoporum, numero propè infinitorū, contra eum conuocato, ſui erroris & peregrinæ

næ opinionis perſpicuè cõuictus, & omnium iam conſenſu palàm cõdemnatus, ab vniuerſa & Catholica Eccleſia, quæ ſub cœlo eſt, penitùs exturbatus fuit. Ex quibus Malchion in primis ſcholæ humanioris literaturæ, quæ erat Antiochiæ, magiſter, vir cùm in alijs diſciplinis diſertus, tũ in ſapientię ſtudio eximius, ac propter ſingularem fidei in Chriſtum ingenuitatem, presbyterij munere in illa Eccleſia donatus, eum velut integumentis diſſimulationis euoluens, acritèr coarguit. Iſte enim diſputationem contra illum inſtituẽs, (quam id temporis à ſcribis celeri manu exceptam, & hucuſquè reſeruatam ſcimus) hominẽ animo veteratorio præditum & fraude plenum, ſolus præ cæteris retegendi vim habuit, & tãquàm omnium oculis ſubijciendi.

Epiſtola Epiſcoporum cõtra Paulum, cap. 24.

Omnes igitur Epiſcopi & paſtores, qui in concilio ſuprà commemorato erant cõuocati, vnam cõmuni conſenſu Epiſtolam ad Dionyſium Epiſcopum Romanum, & ad Maximum Alexandriæ Eccleſiam procurantẽ, nominatim cõſcripſerunt: cuius exemplaria ad omnes prouincias miſerunt. In qua quidem epiſtola & ſuum ſtudium ac diligẽtiam in ea re poſitam omnibus declarârunt, & peruerſã Pauli hæreſim, argumenta in ea refutanda, quæſtiones quas ei proponebãt, omnem prætereà hominis vitam & mores dilucidè expoſuerunt. Eorum igitur voces ex ea Epiſtola petitas, in præſentia memoriæ & poſteritatis cauſa perſequi pręclarum fortaſsè & commodum videbitur: Dionyſio, Maximo, & omnibus vbiquè in orbe terrarum, collegis, Epiſcopis, presbyteris & diaconis, & vniuerſæ & Catholicæ ſub cœlo Eccleſiæ, Helenus, & Hymenæus, & Theophilus, Theotecnus & Maximus, Proclus, Nicomas & Aelianus, Paulus, Bolanus, & Protogenes, Hierax & Eutychius, Theodorus, Malchion & Lucius, & reliqui omnes Epiſcopi, & presbyteri, & diaconi, qui ciuitates & regiones finitimas apud nos incolunt, & Eccleſiæ Dei quæ apud nos ſunt, dilectis fratribus in Domino ſalutem. *Iſti paulò pòſt hæc ſubiungunt:* Scripſimus Epiſtolas ad Epiſcopos, qui longiore locorum interuallo à nobis diſtabant, eoſque obſecrauimus, vt ad hanc lœtalem & pernicioſam doctrinam curandam accederent: vtpotè ad Dionyſium Epiſcopum Alexandriæ, & Firmilianum Epiſcopum Cappadociæ, homines beatos & Felicis commemorationis: quorum alter, Dionyſius ſcilicet, quanquàm neque ad erroris ducem ſcribere, neque omninò eum ſalutare dignatus eſt, ad vniuerſam tamen Eccleſiam Antiochiæ epiſtolam miſit: cuius exemplar huic noſtræ epiſtolæ ſubiunximus. Alter autem, nempe Firmilianus, bis huc acceſſit, & ea quæ à Paulo innouata erãt & excogitata peruersè; quemadmodùm cùm nos, qui aderamus, & ſcimus & teſtificamur, tum alij complures, qui eiuſdẽ rei nobiſcum cõſcij ſunt, coràm erudite certe confutarunt. Vnde cùm Paulus ſententiam ſe mutaturum fuiſſet pollicitus, iſte fidẽ illi adhibens, & ſpem animo concipiens, cauſam controuerſiamque ſinè vlla verborũ contumelia commodè fore compoſitam, eam ad tempus diſtulit, & ità ab illo, qui & DEVM ſuum negâſſet & Dominum, & fidem quam antè habuerat, minimè conſeruâſſet, dolo deceptus fuit. Firmilianus ergò, vtpotè qui iam de impia eius prauitate, qua Chriſtum DEVM pernegauerat, ſatis feciſſet periculi, cùm eſſet rursùs Antiochiam perueenturus, & ad Tarſos vſque perrexiſſet, interea loci dum nos cõueniremus, dum illum acceerſeremus, dũ eius expectaremus aduentum, extremum vitæ diẽ obijt. Poſteà in eadem Epiſtola Pauli vitam, quomodò inſtituta fuerit, quo pacto morata, his verbis deſcribunt: Quoniam Paulus relicto Eccleſiæ canone, ad adulterinam deprauatamque doctrinam ſe tranſtulit, eius res geſtas, cùm ſit extra Eccleſiæ fines eiectus, nihil attinet diſquirere, neque quòd anteà indigentia & mẽdicitate oppreſſus, neque quòd à parentibus opum, aut facultatis nihil omninò nactus, neque quòd arte aut inſtituto aliquo quicquam adeptus, iam ad maximam diuitiarum affluentiam peruenerit; idque ex nefarijs ſceleribus, ſacrilegijs & muneribus, quæ à fratribus iniuria affectis (quos ſe adiuturũ pollicitus, callidè ludificatus eſt) cùm flagitando, tum eorum animos ad aliquid ſibi largiẽdum impellendo, per fraudem extorſerat, & ità dum quęſtum pietatem ducebat, eorum liberalitate, qui litibus implicati tenebantur, quique quô ab aduerſariorum calumnijs liberarentur, ad dandum valdè erant propenſi, nequiter abuſus eſt. Neque commemorare opus eſt, quo pacto ſe inſolenter extulerit, & ſecularium honorũ gradus ſibi aſſumpſerit, ſeque arroganter in iiſdem geſſerit, & Ducenarius potiùs probabilius eſt nomen eſſe ordinis militaris, quàm Epiſcopus nuncupari voluerit, & per forum volitârit, & modò epiſtolas legendo, modò quid illis reſponſi daretur præſcribẽdo, magna ſatellitum turba, partim eum antecedentium, partim ſubſequentium ſtipatus, ſuperbo gradu palàm inceſſerit, adeò, vt propter intolerandum eius faſtidium, & nimiam animi elationẽ, fides noſtra grauem inuidiæ notam, odiumq; permagnũ ſubierit. Neque neceſſum eſt dicẽdo perſequi illius præſtigias, in Concilijs Eccleſiaſticis vſurpatas, quas falſæ gloriæ vmbras conſectãdo, & variarum ineptiarum ſpecies aucupando, & imperitorum mẽtes eo pacto in ſui admirationem traducendo, callidè excogitauit: neque qua ratione ſedem & thronum ſublimem ſibi parârit, eumque non vt Chriſti diſcipulum decet, ſed vt mundi principes ſolẽt, ſecretum & ſeparatum habuerit, nomine ſuo appellârit, femur in eo ſedens manu percuſſerit, calcibus aliquandò ipſum pulsârit, & qui, cùm eum audirent concionantem, non laudibus extollerent, non vt in theatris fieri ſolet,

Paulus Samoſat. morũ deſcriptio.

Tales mores ducũt ad hæreſim, quæ eſt fidei abnegatio.

Ducenarijs hodiè pares eſſe volũt docti quidã, Cancellario Regũ & Principum.

ſolet, ſe agitationibus, quò illi applauderẽt, in orbem verſarent, oó more gladiatorũ & mulierculaſum, quos apud ſe habebat, in cõcinoè ei aoclamarent, & quaſi tripudijs geſtireot, ſed vt in domo Dei par eſt, modeſtè moderateq; auſcultarent, eos grauiter increpârit, & verbis contumelioſis exceperit: neque quo modo in verbi Dei interpretes, qui è vita exceſſiſſent, dum io hominum frequentia palàm prędicaret, petulãter & importunè debacchatus fuerit, & noo tanquam Epiſcopus, ſed tanquã ſophiſta & præſtigiator de ſeipſo verba magnifica iactitàrit. Porrò qoid vobis in memoriã reuocemos, quemadmodõ pſalmos & cantus, qui ad Dñi noſtri Ieſu Chriſti honorẽ decantari ſolent, tanquam recentiores & à viris recẽtioris memoriæ editos, exploſerit, & in media Eccleſia ſolẽni Paſcharis die mulieres, quę inanes cantilenas (quas ſi quiſpiã audiret, planè exhorreſceret) in ipſius laudem funderẽt, parârit? Aut quid vobis exponamos ea blaſphemiarũ geoera, quæ Epiſcopos & preſbyteros, qui agros & ciuitates finitimas incolebant, quò illi blandirentur, in cõcionibus ſuis ad populum habitis loqui permiſerit? Nam nullo modo confiteri voluit, (vt aliquid iam obitèr inſeramus, quod pòſt dicetur apertiùs: neque id noſtris ſolùm verbis confirmabitur, ſed multis & varijs locis commẽtariorum ipſius, quos ad vos miſimus, & maximè, vbi aſſerit CHRISTVM terrenum eſſe & humi natũ, perſpicuè oſtendetur) filiũ Dei è cœlo deſcendiſſe: ſed qui in iſtum Paulum impiũ ipſorum magiſtrum cantus recitabant, & palàm apud populom laudibus efferebãt, eũ Angelum dixerunt è cœlo demiſſum. Atque iſta fieri non prohibuit, ſed cùm in ipſum impudẽter dicebantur, inſolens & faſtidio tumidus adfuit. Prætereà quid eſt cur literis prodamus adſcititias illius mulieres, (quas συνεισάκτους Antiocheni appellant) & mulieres etiàm Presbyterorum & Diacooorum ſuorũ, quorum oon hoc peccatum ſolùm, ſed alia propè inſanabilia, cùm eoruodem conſcius eſſet, exploratéq; cognita haberet, callidè occultauit, quò illi ità ipſi obærati adſtrictique, dũ ſibijpſis metuebant malè, ſcelerum, quæ ille vel verbo vel factis conſciuiſſet, reum agere non aliquandò auderent: quin etiàm ipſos magnoperè locupletauit, & propterea apud illos, qui taliũ rerum cupiditate incẽdebantur, in magna gratia & admiratione fuit. Atque vt hoc pro certo habemus cognitũ, fratres in Chriſto dilecti, non Epiſcopum modò, ſed ſacerdotium etiàm vniuerſum populo omniũ bonorũ operum & rectè factorũ exemplar eſſe debere: ſic illud minimè ignoramus, permultos ab iſta mulierũ in ſuam ſocietatem adſciſcendarũ ratione & modo, pietate penitùs excidiſſe, alios autem veniſſe in ſuſpicionem flagitij. Quarè licèt aliquis hoc daret, eum nihil laſciuiæ aut petulantiæ in illas admiſiſſe, ſuſpicio tamen, quæ ex eiuſmodi re oriri ſolet, ſedulò cauenda fuiſſet, nè fortaſsè alicui eſſet offenſioni, alios autẽ ad ſe imitandũ impellere potuiſſet. Quo pacto enim alium aut repræhendere poterat aut admonere, vti deincèps ſe à mulieris conſuetudine abſtineret, diligenterq; caueret, nè eius illecebris, ſicut ſcriptum eſt, laberetur in turpitudinem, qui vna repudiata, duas ætate florentes, & adſpectu perliberales ac venuſtas ſecum habuit? quas ſi quopiàm fortè iret, circunduxit vnà: idque delicias cõſectando, quibus cæcam animi libidinẽ extra modũ explere laborauit. Quibus de cauſis tametſi omoes intra ſe grauiter lamentati & conqueſti ſunt, eius tameo potentiã & quaſi tyrannidẽ ità extimuerunt, vt eum accuſare omninò nõ auderent. Sed iſta vitia, vt diximus, in homine ſenſu recto & fide Catholica imbuto, & vnà nobiſcum io fideliũ numero habito poſſent corrigi, & ab illo, qui oefario errore Artemonis (quidni enim patrem eius, vndè hæreſim ſuã hauſit, vobis ſignificemus?) abductus, myſterium fidei ac religionis noſtræ prodiderit, nefarijsque conuicijs affecerit, non oeceſſum arbitramur illarum rerum ratiooes repoſcere. *Tandèm in ipſo calce Epiſtolæ hæc addunt:* Iſtum, igitur tam Deo aduerſariũ, tamq; contumacẽ cramus coacti Eccleſia & congregatione fidelium eijcere excludereque, & aliũ Epiſcopũ, qui huic Eccleſiæ Catholicæ præeſſet, in eius locũ ſubſtituere. Vndè Donnum diuina certè, vt putamus, prouidẽtia deſignauimus, Demetriam hominis felicis cõmemorationis (quippe qui hanc Eccleſiam antè hunc præclarè rexiſſet) filium, omni genere virtutũ, quæ Epiſcopum decẽt, exornatum. Ac vos de eius electione per epiſtolam certiores fecimus, vt illi ſcribatis, & ab eo literas accipiatis cõmunionis. Paulus autem ad Artemonem literas ſcribat, & ſi qui Artemonis partibus faueant, cum eo deinceps cõmunicent. Atque hæc hoc loco ſint à nobis collocata. Vbi Paulus igitur ſimul cum orthodoxa fide Epiſcopatum amiſiſſet, Donnus, vt dictum eſt, miniſterium Eccleſiæ apud Antiochiã ſuſcipit. Verùm cùm Paulus ex Epiſcopi domo, eius Eccleſiæ propria exire nollet, Imperator Aurelianus de ea re rogatus ſententiam, ſanctiſſimè, quid eſſet agendum, decreuit. Præcepit enim, vt domus Eccleſiæ illis traderetur, quibus Chriſtiani Italiæ & vrbis Romæ Epiſcopi per literas tribuendam præſcriberent. Sic demum Paulus, de quo docuimus, cũ ſummo dedecore ſecularis imperij ac poteſtatis authoritate ab Eccleſia penitùs extruditur. Hactenùs ex Euſebio Cæſareẽ. Videat lector etiàm Nicephori Caliſti Hiſtoriam Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 27. &c.

Agnoſce mores hæreticorũ, veteres doctores cõtẽnentiũ.

Perquam ſimiles illi ſunt recentes hæretici.

Hæreſis impia Pauli Samoſat.

Alij ſubintroductas, alij extraneas vertunt. Extat de his homil. Chryſoſtomi.

De eo hic idem Euſeb. lib. 5. c. 27.

Nota primatũ Romanæ Eccleſiæ.

Concilium Romanum de filij conſubſtantialitate, in cauſa Dionyſij Alexandrini Epiſcopi, apud Dionyſium Romanũ accuſati quod de ea male ſentiret: apud quem, Apologia edita, ſe purgauit. Vide D. Athanaſiũ in epiſtola de ſententia Dionyſ. Epiſcopi Alexandrini contra Arrianos, qua eum à calumnia purgat.

Finis Decretorum Dionyſij Papæ, cum alijs eundem concernentibus.

DECRE-

DECRETA FELICIS PAPÆ PRIMI.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 270. Manes Perſa Manichęam introducit ſectam.

FELIX natione Romanus, ex patre Conſtantio, ſedit annos 4. menſes 3. dies 15. Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Claudii & Aureliani, à conſulatu Claudii & Paterni, vſque ad conſulatũ Aureliani & Capitolini. Hic conſtituit, ſupra ſepulcra aut memorias martyrum, Miſſas celebrari. Hic facit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros 9. diacones 5. Epiſcopos per diuerſa loca quinque. Sepultus eſt in cœmeterio ſuo, vbi & baſilicam fecit via Aurelia, milliario ab vrbe Roma ſecundo, tertio Kalendas Iunias. Et ceſſauit epiſcopatus dies quinque.

EIVSDEM FELICIS PAPÆ primi, epiſtola prima decretalis, ad Paternum epiſcopum.

CHariſſimo atq; dilectiſſimo Paterno coêpiſcopo, Felix epiſcopus in Domino ſalutem. Gaudere me plurimùm, & exultare in Domino, dilectionis tuæ ſcripta fecerunt, quibus euidenter oſtenditur, quantùm catholicam diligis fidem, & quãtùm hæreticum deteſtaris errorem. Hæreſis quippe eſt nimis impia, & euangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lędere, ſed ipſa Chriſtianæ religionis conatur fundamenta cõuellere. Quoſcunque enim rapit ad ſe, non ſolũ in hoc vitium, ſed in multa alia vitia ruere facit: & ipſo ſuadente antiquo hoſte, non ſolùm perſecutores Eccleſiæ, ſed etiàm ſacerdotum eius, fiunt. Vna igitur mente corrigere curemus & inſequamur tales, & ab hoſte ſuo Eccleſiam, eiusque fideles & ſacerdotes Domini, nitamur liberare. Præſtabit vires omnipotens redemptor noſter charitati atque iuſtitiæ: præſtabit nobis longè à ſe poſitis, vnitatem ſpiritûs ſui ipſe, cuius artificio, quaſi in arcæ modum, quatuor mũdi conſtructa lateribus, atque imputribilium lignorum compage & bitumine charitatis adſtricta eſt Eccleſia, vt nullius aduerſitate ſpiritus, nullius venientis extrinſecùs tumore fluctûs perturbetur. Sed quemadmodùm, illius gubernante gratia, petendũ eſt, vt nulla nos ſuperueniens exteriùs vnda cõturbet, ità ex totis orandum eſt viſceribus, frater chariſſime, vt ſuæ prouidentiæ dextera, cumulum ſentinæ nobis interioris exhauriat. Aduerſarius quippe diabolus, qui contra humiles ſæuiens, ſicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, nõ iam, vt cernimus, caulas circuit, ſed ità validè in quibuſdam eccleſię neceſſarijs membris dẽtem figit, vt nulli ſit dubium, quia niſi vnanimiter, faciẽte Domino, cunctorum prouida paſtorum turba concurrat, omne (quod abſit) citiùs ouile dilaniet. Quapropter detractores, qui diuina authoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum, ab epiſcopali ſubmouem⁹ accuſatione. Similiter nè ſummorum quiſpiam, minorum accuſationibus impetatur aut diſpereat. Neque in re dubia certa iudicetur ſententia, nec vllum iudicium, niſi ordinabiliter habitũ, teneatur. Si quis ſuper quibuslibet criminibus clericum pulſandum crediderit, in prouincia, in qua cõſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerceat actiones, nec ęſtimet eum accuſator alibi, aut longiùs pertrahendum ad iudicium. Illi verò, qui pulſatus fuerit, ſi iudices ſuſpectos habuerit, liceat appellare primates. Primates quoquè accuſatum diſcutientes epiſcopum, non antè ſentẽtiam proferant damnationis, quàm Apoſtolica freti authoritate, aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes & canonicè examinatos regulariter teſtes conuincatur. Aliter irritam eſſe cenſemus & iniuſtam Epiſcoporum damnationem, & idcirco à ſynodo retractandam, ità vt oppreſſis ab omnibus, in cunctis ſubueniatur cauſis. Caueant iudices Eccleſiæ, nè abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, qui etiã rationẽ pro actione fratrum in præſentia dabunt. Proditoris verò nec * calumnia, nec vox audiatur. Nemo enim debitorem ampliùs poteſt cognoſcere, quã ille, qui iniuriam, eiusq; ſuſtinuit nequitiam. Omnes ergò qui in Chriſto volũt piè viuere, neceſsè eſt vt ab impijs & diſſimilibus patiantur opprobria, & deſpiciantur tanquã ſtulti & inſani, qui præſentia bona perdunt, vt inuiſibilia & ſuma acquirant. Deſpectio tamen & irriſio talium, in ipſos retorquebit, qui ipſos infeſtant: quia & abundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia tranſibit in confuſionem. Et quicquid iuſtis aduerſitatum vel malorum irrogatur, non eſt pęna criminis, ſed virtutis examen. Et ſicut aurum, quãto plùs excoquitur, tanto melius efficitur: ſic iuſtus, quãto plùs tribulatur, (ſi ipſam tribulationem patienter portauerit) multo purior & charior Deo redditur. Vndè ipſa per ſe veritas dicit: (Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.) De talibus Dominus per Eſaiam loquitur, dicens; (Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt fratres veſtri, odientes vos & abijcientes, propter nomen meum: Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia veſtra, ipſi autem confundentur. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis. Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audiuit vnquàm tales? & quis vidit huic ſimile? Nunquid parturiet terra in die vna? aut * parturietur gens ſimul, quia parturiuit, & peperit Sion filios ſuos? Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit

1.Pet.5.c

3.q.4. Detractores quoquè qui.

2.q.7. Maiorũ quiſpiam.

3.q.6. Si quis cleri.

2.q.1. Primates accuſatum diſ.

11.q.3. Irritũ eſſe epiſcoporum.

* calũniatoris vox vnquàm.

Matt.5.a

Eſa.66.

* parietur.

„ dicit Dominus? Si ego, qui generationē cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dñs Deus tuus? Lætamini cũ Hieruſalē,& exultate in ea omnes q diligitis eā. Gaudete cum ea vniuerſi gaudio, qui lugetis ſuper eā, ut ſugatis, & repleamini ab ubere cōſolationis eius,vt mulgeatis,& delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius: quia hæc dicit Dñs,Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuiū pacis,& quaſi torrētē inundantē gloriā gentium quā ſugetis. Ad ubera portabimi,& ſup genua blādietur vobis. Quomodò ſi cui mater blandiatur,ità ego cōſolabor vos, & in Hieruſalem conſolabimini. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra ſicut herba germinabunt. Et cognoſcetur manus DOMINI ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis. Quia ecce Dñs in igne veniet,& quaſi tur bo quadriga eius,reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flāma ignis. Quia in igne Dñs *dijudicat,& in gladio ſuo ad omnē carnem, & multiplicabūtur interfecti à Domino. Qui ſanctificabant, & mundos ſe putabant in hortis poſt ianuam intrinſecùs, qui comedebant carnem ſuillam & abominationem & murem, ſimul conſumentur: dicit Dominus. Ego autem opera eorum & cogitationes eorum, venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam, & ponam in eis ſignum. Et mittam ex eis, qui ſaluati fuerint, ad gentes, in mari, in Aphrica, in *Lydia, tenentes ſagittam in Italiam, & Græciam ad inſulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres ueſtros de cunctis gētibus donum Domino, in equis & in quadrigis,& in lecticis, & in mulis,& in carrucis ad montem ſanctum meum Hieruſalem, dicit Dominus: quomodò ſi inferant filij Iſrael munus in vaſe mundo in domo Domini. Et aſſumam ex eis in ſacerdotes & in Leuitas, dicit Dominus: Quia ſicut cæli noui & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus, ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen ueſtrum. Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato,& veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur, & videbunt cadauera uirorum, qui præuaricati ſunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni.) Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſtant, atque in oculos ſuos terram excitant? Et unde plus detractionis perflant, indè magis nihil veritatis vident? Tales tamē, frater chariſſime, portandi ſunt & corrigendi, quia cæci ſunt & duces cæcorum. His, chariſſime, reſpondi breuiter conſultis tuis, quæ te & omnes epiſcopos regulariter tenere mādamus. Tuam tamen frater monemus prudentiam, vt pro ſtatu eccleſiæ & ſacerdotum eius, pro uiribus elaborare ſtudeas, & ordinē

*dijudicabit

*Libya

Matth. 15 b

Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ per omnia teneas, & violari ſanctorum decreta nō permittas, ſed omnes quoſcunque potueris, inſtruas, vt fructuoſos manipulos Domino repræſentes. Vale. Data * Nonis Iunij, Claudio & * Aureliano viris clariſſimis coſſ.

*nono Kalend. *Marini ano

EPISTOLA FELICIS PAPÆ primi, ſecunda.

De authoritate iudicis ſedis Apoſtolicæ, & de Epiſcopis accuſatis.

FElix Epiſcopus vniuerſis Epis per Galliæ prouincias cōſtitutis, in Dño ſalutē. Bonorū operum ſpiritualiū ſtudiorū Deum authorem eſſe, nō dubiū eſt, qui eorū incitat mētes, & adiuuat actiones. Vndè lætari me fecerūt ſcripta veſtra, ex bono ſtudio & ex ītegritate fidei deuotionis veſtrę: ſed ex afflictione & contritione ueſtra magna, ex parte triſtauēre. Triſtis enim triſtes legi literas veſtras, & ſcripta mēſta mœrore debito pcurri: q̄a ſicut nos eccleſiarū pax, ſacerdotūq; eius cōcordia, & tranquillitas plebis, * audire facit gaudiū, ità nos affligit & deijcit fraterna afflictio. Vos tā nolite multùm triſtari, q̄a ſicut ipſa p ſe veritas ait, (Si de hoc mūdo fuiſſetis, mūdus quod ſuū erat, diligeret: ſed q̄a de hoc mundo nōn eſtis, ſed ego elegi vos de mūdo, ꝓpterea odit vos mundus,) id eſt, mūdi amatores. Quicquid tñ hi loquant, aut aduerſùm uos agant, uos tñ ſemper integram ſeruate fidem, & puram habetote conſcientiā, vt integer ſpiritus & anima, ſeruatur in die Domini. Nos verò ad ſupplementum veſtrum fratres, & coepiſcopos noſtros vocauimus ampliùs quàm ſeptuaginta cum quibus hæc, quæ ſubter habentur in ſerta regulariter tractando decreuimus. Veſtris enim epiſtolis in omnium audientia perlectis, quæ multas (ut noſtris) querimonias & oppreſſiones in ſe cōtinebant ueſtras, decretiſque ſunt q̄ de accuſationibus epiſcoporum, ſancta ſynodus dixit: Hæc ſunt, quæ deinceps propter malorum hominum inſidias, qui in eccleſiam & in eccleſiaſticos ſæuiunt, uiros indifferenter, conſeruare firmiſſimè volumus in ſecula. Si quis epiſcopus ab illis accuſatoribus, qui recipiendi ſunt, fuerit accuſatus, poſtquā ipſe ab eis charitatiue conuentus fuerit, ut ipſam cauſam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, ſed tunc ad ſummos primates cauſa eius canonicè deferatur, qui in congruo loco intra ipſam prouinciam, tempore congruo, id eſt, autumnali uel æſtiuo, concilium regulariter conuocare debebunt, ità ut ab omnibus eiuſdem prouinciæ epiſcopis inibi audiatur. Quò & ipſe regulariter conuocatus, ſi eum aut infirmitas, aut alia grauis neceſſitas non detinuerit, adeſſe debebit: quia vltra prouinciæ terminos accuſandi antè licentiā non eſt, quàm audientia rogetur. Nam ſi ſuis fuerit, aut eccleſiæ ſibi cōmiſſæ rebus expoliatus, aut (quod abſit,

*adire

Ioan. 15 a

1. Theſſ. 5 d

Concilij mentio.

3. q. 2. Si epiſcopus ſuis fuerit.

abſit, quod alienum ab omnibus eſſe debet fi-
delibus) à ſede propria eiectus, aut in deten-
tione aliqua ſuis ouibus fuerit ſequeſtratus:
tūc canonicè, antequàm in priſtino ſtatu reſti-
tuatur cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua
omnia, quæ inſidijs inimicorū ſuorum ei obla
ta fuerunt, legibus redintegrentur, nec conuo-
cari, nec iudicari poterit, niſi ipſe pro ſua ne-
ceſſitate (minimè tamen iudicandus) aduení-
re ſpontè elegerit. Nullatenus ergò à quoquā
cogatur respondere *rogetur, antequā integerrimè om
nia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorū
amiſerat, poteſtati eius ab honorabili concilio
legali ordine redintegrentur. Præſul verò cum
omni honore ſtatui priſtino reddatur; & ipſe
diſpoſitis ordinatiſq; liberè atque ſecurè diù
ſuis, tunc regulariter infra quatuor vel quinq;
* ſex, aut. aut * ſeptem menſes, iuxta quod poſſibilitas ei
fuerit, & non antè, conuocatus ad tempus con
cilio in legitimo & canonico, veniat ad cau-
ſam: & ſi ità iuſtè videtur, accuſantium propo
ſitionibus reſpondeat. Nam hoc ſummoperè
prouidādum eſt, nè antequā hæc omnia fiant,
coactus reſpondeat, quia contentio ſemper vi-
3.q.3. Si tanda eſt. Adimi namque epiſcopo epiſcopatū,
ægrotans antequā cauſæ eius exitus appareat, nulli Chri
ſtiano videri iure poteſt, quia talis præſumptio
ſacrilegium eſt, & author talium, ſacrilegus.
Quòd ſi ægrotans fuerit epiſcopus, aut aliqua
eum grauis neceſſitas detinuerit, pro ſe legatū
ad ſynodum mittat. Nec à communione ſuſpē
datur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam
ſuam dicendam, electorum iudicum die ſtatu
ta literis euocatus, minimè occurrerit: hoc eſt,
niſi eum aliqua præoccupauerit neceſſitas in-
fra ſpatium prædictorum menſium, & eo am-
pliùs, prout cauſa dictauerit. Quòd ſi ex vtra-
que parte ad cauſam dicendam venerint, quia
vnus abſque altero audiri non debet: quæren-
dum eſt in iudicio, cuius ſint cōuerſationis &
fidei atque ſuſpicionis, accuſatores, aut qua in-
tentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non
debent, niſi bonæ conuerſationis & rectæ fidei
viri; hi videlicet, qui omni ſuſpicione careant,
& bona vita clareant, neque infames exiſtant.
3.q.10. Si accuſatorum perſo. Quòd ſi accuſatorum perſonæ, in iudicio epi-
ſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguan-
dum non admittantur, niſi proprias cauſas aſ-
3.q.7. Infamis perſona. ſerere (non tamen criminales) vel eccleſiaſti-
cas voluerint. Infamis enim perſona, nec pro-
curator poteſt eſſe, nec cognitor. Abſente verò
aduerſario, non audiatur accuſator: nec ſenten
3.q.9. Abſente aduerſario. tia, abſente parte alia, à iudice dicta, vllam obti
nebit firmitatem: neque abſens per alium ac-
cuſari, aut accuſare poteſt, nec affinis teſtis ad-
mittatur. Neminem ergò exiberi de prouincia
ad prouinciam, vel ad comitatum oportet, niſi
ad relationē iudicis, ad quem fuerit appella-
3.q.9. Abſens per alium. tum, id eſt, vt actor ſemper rei forum ſequa-
tur. Si quis autem iudicem aduerſum ſibi ſen-
ſerit, vocem appellationis exhibeat, quam nul-
3.q.6. Peregrina iudicia. li oportet negari. Peregrina verò iudicia, gene
rali ſanctione prohibemus: quia indignum
eſt vt ab externis iudicetur, qui comprouincia-
les & à ſe electos debet habere iudices. Hæc
fratres, ad veſtram & omnium coepiſcopo-
rum opem & defenſionē in ſynodo vnanimi-
ter ſunt decreta, vt ſi fortè aliqui ſtultorum vos
accuſare) qui diabolicæ deceptionis errore
decepti ſunt (voluerint, dum iſta legerint vel
audierint, reſipiſcant, & ad vnitatis concordiā
reuertantur: & quod priùs erat in vltionem,
tranſibit in gloriam. Nam proculdubiò multi 2.Ti.4.b
ſunt, qui (ſecundùm Apoſtoli vocem) pruriē-
tes auribus, à veritate auditum auertunt, ad fa
bulas autem conuertuntur, & ad nocumenta
honorum tranſeunt. Ait autem idem Apoſto-
lus de infidelium ignorātia: (Si cognouiſſent, 1.Cor.2.b
nūquàm Dominum gloriæ crucifixiſſent.) Si- „
militer, ſi hi Dominum perfectè agnouiſſent
& amaſſent, nunquàm ſeruos eius perturbāſ-
ſent, nec verbis aut factis perſequuti eſſent.
* Quòd verò idem Apoſtolus dicit: (Si enim * Quum
quum inimici eſſemus, recōciliati ſumus Deo Rom.5.b
per mortem filij eius:) cur inſequimur fra- „
tres? cur perturbamus ſtatum eccleſiæ Dei? „
& eos, qui ei ſeruire debent, affligimus? Mar-
tyres enim paſſi ſunt, non tamen animæ corū
occiſæ ſunt in corporis paſſione, ore veritatis
atteſtante: (Nolite timere eos qui occidunt Mat.10.c
corpus, animam autem non poſſunt occidere. „
Vbi agnoſci corporis oportet, quòd ſi animæ
martyrum, corpore perempto, ſupplicijs ex-
tingui non poſſunt, nec animæ Prædicatorum
& Doctorum perſequi debuiſſent aut pertur-
bari, & à Dei famulatu auerti, quia cum corpo
ribus non deficiunt. Tales autem perturbato-
res Eccleſiæ, non ſolùm prædicta agunt mala,
ſed & memorias martyrum execrantur. Qua-
propter in præfata conſtituimus ſynodo, vo-
biſque & omnibus Eccleſijs tenendum & agē-
dum mandamus, vt ſuper memorias marty-
rum Miſſæ celebrentur, nè memoriæ eorum à
talibus extingui, aut veneratio poſſit prohibe-
ri. Vos verò, fratres, nolite multùm turba- Eph.6.b
ri, nolite vexari, ſed confortamini in Domi-
no, & in potentia claritatis eius. Habetote
interim iſta ad ſuffragium veſtrum, Apo-
ſtolica authoritate decreta: & ſcitote, nos ſem-
per paratos habere etiam, (ſi neceſſe fuerit)
vſque ad mortem, ad quæcunque vobis neceſ-
ſaria fuerint (Domino opem ferēte) perficien-
da. Illi tamen, authore Deo, peribunt, &
vos ſtabitis, ſi tamen labor veſter non fuerit
inanis, ſed plenus fide & charitate. (Væ) (inquit 1.Cor.15.g
propheta) (qui potum dat amico ſuo, mittens Abac.2.c
fel ſuum.) Et iterùm ſapientiſſimus Salo- „
mon ait: (Qui loquimur iniqua, non po- Sap.1.c
teſt latere, nec præteriet illum corripiens iu- „
dicium. In cogitationibus ergò impij interro- „
gatio erit. Sermonum autem illius auditio ad „
Dominum perueniet, & ad correptionem ini- „
quitatum illius. Quoniam auris zeli audit „
omnia, & tumultus murmurationum non „
abſcondetur.) Hæc enim ſi amplecti no- „
luiſſent proprio & ſano ſenſu, ad reprobum „

ſenſum minimè laberentur: ſed per D e i ti-
morem ſermonum ſuorum præcauentes custo
diam, piā ſanctorum patrum diffinitionē, ſinè
quadam nocumēti præſumptione, vtiquè con
ſeruâſſent. Quoniam dicit ſacrum eloquium:
Pro.2.c (Conſiliū bonum conſeruabit te, & mens bo-
na cuſtodiet te.) Non enim de fontibus ſalutiſe
ris ſpiritualiter ad acquiſitionem æternæ vitæ
procedunt tales accuſationes & detractiones,
Rom.12.a atq; ideò competentes nos B. Paulus Apoſto-
lus præmuniens, ait, non debere plùs ſapere,
quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatē,
in definitione pietatis perdurantes. Qui enim
hæc prætereūt, non tantum læſi ſunt, deciden-
tes à corroboratione ſua, ſed inſipientiæ ſuę de
reliquerunt domibus memoriam, vt in his, in
quibus peccauerunt, minimè latére potuiſſent.
Eccl.5.c Gloria enim & contumelia in loquela, & * in
*i lingua hominis, loquela linguę hominis, caſus illius eſt. Ideoq;
conueniens eſt, hanc quidē oſtenſionem reprę
henſionum illorū, noſtris actibus inferi, nè vl-
teriùs iam talia patiamini, ſeminantibus eis zi
zania & ſcandala, ſed lætari in officijs & dog-
matibus veſtris mereamini. Igitur erubeſcant,
ac talia & huiuſmodi blaſphemiam ſubtrahe
re feſtinent, ſi noluerint à ſacerdotali noſtro
2. collegio ſegregari, & à totius Chriſtiani popu
li ſocietate diuelli. Licèt nanque de his plu-
ra & pernecesſaria, quæ in decretis ſedis Apo-
ſtolicæ, & ab Apoſtolis eorumq; ſucceſſori-
bus noſtris videlicet prædeceſſoribus, ſtatuta
inueniuntur, dicere & conſcribere potuiſ-
ſemus, tamen melius nobis viſum eſt, vt
epiſtolam oratione claudamus: Deus omni-
potens & huius vnigenitus filius, & Saluator
noſter Chriſtus, hoc vobis tribuat incitamen-
tum, vt omnibus fratribus & coepiſcopis
noſtris, quibuſcunque tribulationibus la-
borantibus, totis ſuccurratis viribus, & cum
eis compatiētes, crucem eiuſdem Domini Sal-
uatoris portetis, vt veri ipſius diſcipuli coram
omnibus appareatis, vt & vos & qui vobiſcum
ſunt, hîc & in futuro meliora poſſideatis, quæ
1.Cor.6.b oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor
Eſa.64.b hominis aſſcendit, quæ præparauit Deus dili-
gentibus ſe. Per Dominum noſtrum I e s v m
C h r i s t v m, per quem & cum quo, om-
nipotenti Deo gloria in ſecula ſeculorū, Amē.
Valere vos opto, chariſſimi fratres. Data quin-
to idus Auguſti, Claudio & Paterno viris con-
ſulibus.

EPISTOLA FELICIS PAPÆ primi tertia, ad Benignum Epiſcoporum,

1 *Errant, qui filium non videre patrem conten-
dunt, eò q Deum nemo vidit vnquàm.*
2 *Errant affirmātes filium minorem patre, quia
ille inuiſibilis, filius verò viſibilis.*

Dilectiſſimo fratri Benigno Epiſcopo, Fe-
lix epiſcopus in Domino ſalutem: Suſci-
pientes fraternitatis tuæ epiſtolas, quibus me
requiſiſti ſuper fidei documentis, quæ ab alijs
habebantur aliter, quàm rectæ fidei continęāt
ſacramenta, prout Dominus dedit, pro frater-
nitatis amore reſpondere non reſultauimus.
Semper enim dubia & maiora negocia, termi-
num ab hac ſancta ſede, à tempore Apoſtolo-
rum, qui eam ſuis documentis inſtruxerūt, ac-
cipere conſueuerunt. Et ideò tu rectè feciſti, q
huius ſanctæ ſedis conſultis, te cæteroſq; fir-
mari & inſtrui voluiſti. Continebant em̄ literę
tuæ fratrumq; tuorū, q quidā dicunt, filiū nō
poſſe ꝓpriè videre patrē, q a ſcriptū eſt: (Deū Ioan.1.b
enim nemo vidit vnquàm.) Et alij fingūt, Ideò Matt.17.a
minor eſt patre filius, qm̄ pater illi perhibet te Mar.9.a
ſtimoniū. Quidā autem garriunt, q ideò patrę Luc.9.d
minor eſt, quia inuiſibilis ipſe dicitur, filius ve 2.Cor.4.a
rò viſibilis cōprobatur. Hi enim ignorantes di Coloſſ.1.b
uinarū ſcripturarū & Apoſtolorū iura, ex pro- 1.Tim.1.d
prio aut adulterino ſenſu talia fabricant, & ſe-
ducere corda fideliū quærunt. Nos verò ad ip-
ſius fontis originem redeamus, ex quo filium
patrē ſemper videre potuiſſe vel poſſe, euiden
tioribus teſtimonijs de veteris & noui inſtru-
menti literis doceamus, Salomone dicēte: (Eſt Sap.9.b
tecum ſapientia, quæ nouit opera tua, quæ af-
fuit tibi, cùm faceres orbē terrarum, & ipſa no
uit, quid ſit placitū corā oculis tuis.) Et Domi- Mat.11.d
nus in euangelio: (Nemo nouit filium niſi pa- Luc.10.d
ter, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui
voluerit filius reuelare.) Et iterùm: (Nemo
Deum vidit vnquàm, niſi vnigenitus filius, Ioan.1.b
qui eſt in ſinu patris, ipſe narrauit.) Et ite-
rùm Iudæis dixit: (Vos non nôſtis eum, ego Ioan.8.g
autem noui eū. Quòd ſi dixero, quia nō noui
eum, ero ſimilis vobis mendax.) Item ibi: (Qui Ioan.7.d
ex Deo eſt, hic nouit eum.) Et iterùm: (Ego
noui eum, quia ab ipſo ſum.) Eccè docuimus,
quia videt ſemper filius patrē. Quomodò ad-
ſtruunt, eum patrem non poſſe videre, in cu-
ius ſinu noſcitur permanere? Si ſereno ſenſu
diuinas recenſeas ſcripturas, inuenies non ſo-
lùm patrem filio teſtimonium perhibentem,
ſed totam ſimul inſeparabilem Trinitatem,
ipſo Domino proteſtante, qui ait: (Ego ſum Ioan.5.g
qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & te-
ſtimonium perhibet de me, qui miſit me,
pater.) Et iterùm: (Si ego teſtimonium per- Ibidèm b
hibeo de meipſo, teſtimonium meum ve-
rum eſt, quia ſcio vndè venio, & quô va-
do.) Et de ſpiritu ſancto: (Quum venerit pa- Ioan.15.d
racletus ſpiritus veritatis, ille teſtimonium
perhibebit de me.) Intende, quæſo, inten-
de, quoniam in quibus vna teſtificationis vir-
tus oſtenditur, nullus ab aliquo neque po-
tior, neque inferior indicatur. Sæpiùs iſta II.
iam diximus, quia ſecundùm hominis for-
mam filius viſibilis dicitur, ſecundum verò
deitatis ſubſtātiam, inuiſibilis prędicatur, Pau-
lo atteſtāte Apoſtolo: (O altitudo, inquit, diui- Ro.11.d
tiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incom
prehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtiga-
biles viæ eius?) Et in Eſaia: (Cui ſimilem æſti- Eſa.40.c
matis

» matis eum, quum ſit ipſe inuiſibilis?) Et item
Ephe. 3.b Apoſtolus: (Mihi autem minimo omniū ſan-
» ctorum data eſt gratia hæc in gentibus, euan-
» gelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illu-
» minare omnes, quæ ſit diſpoſitio ſacramenti
» abſcōditi à ſeculis, in quibus omnia creauit.)
Col. 1.b » Item ipſe: (Qui eſt, ait, imago Dei inuiſibilis.)
Col. 1.d » Et ad Coloſſ. (Ego Paulus miniſter, qui nunc
» gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & ſup-
» pleo, quæ deſunt tribulationum Chriſti in car-
» ne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia, cu-
» ius factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpen-
» ſationem Dei, in miniſterium Chriſti, quod
» abſconditū fuit à ſeculis & à generationibus.)
Coloſſ. 2. a Item ibi: (Vt cōſolentur corda eorum in cha-
» ritate, in omnes diuitias adimpletionis intel-
» lectus, in agnitionem myſterij, quod eſt Chri-
» ſtus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ &
» ſcientiæ abſconditi.) Et in Pſalm. 76. (In ma-
» ri eſt via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, &
Eccleſ. 1.a veſtigia tua non cognoſcentur.) Et in Salo-
Ibidèm. mone: (Sapientiam Dei præcedentem omnia,
» quis inueſtigabit? Item ibi: (Radix ſapiētiæ cui
» reuelata eſt? & aſtutias illius quis agnouit?)
Ibidèm. Item ibi: (Diſciplina ſapientiæ cui manifeſta-
» ta eſt, & multiplicationē ingreſſus illius quis
Eccl. 11. a intellexit?) Item ibi: (Quoniam mirabilia ſunt
» opera Domini ſolius, & glorioſa, & abſconſa,
» & opera illius inuiſa hominibus.) Ecce ſicut
pater inuiſibilis eſt, ita etiam & filius inueni-
tur. Quomodo ergo ab illis, qui hoc dicunt
quod mandaſtis, in eo, quòd nobis carnaliter
ſe videri dignatus eſt, patre inferior iudica-
tur? Talibus nolite credere vos, & alios ab eo-
Pſal. 2. rum ſenſu auertere docete. Vos ergo ſeruite
Domino in timore, & exultate ei cum tremo-
24. q. 1. re: Apprehendite diſciplinam, ne pereatis de
A recta er- via iuſta. Hæc verò Apoſtolorum eſt vera tra-
gò fides. ditio, hæc vera charitas, quæ prædicanda eſt,
ac veraciter diligenda ac fouenda, atque fidu-
cialiter ab omnibus tenenda. Hæc ſancta &
Apoſtolica mater omnium eccleſiarū, Chriſti
Eccleſia, quę per Dei omnipotentis gratiam, à
tramite Apoſtolicæ traditionis nunq̃ erraſſe
probatur, nec ab hæreticis nouitatibus depra-
uāda ſuccubuit: ſed vt in exordio normā fidei
Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis, apo-
ſtolorum Chriſti principibus, illibata fine te-
nùs manet, ſecundùm ipſius Domini Saluato-
ris diuinam pollicitationem, qui ſuorum di-
ſcipulorum principi in ſuis fatus eſt euange-
Luc. 22. c lijs: (Petre,) inquiens, (ecce ſatanas expetiuit,
» vt cribraret vos, ſicut qui cribrat triticum. Ego
» autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua:
» & tu aliquandò conuerſus, confirma fratres
» tuos.) Conſideret itaque veſtra excellens pru-
dentia, quàm bonum ſit, perſiſtere in diſpen-
ſatione vobis credita, & in fide recta, atque hę-
reticis & æmulis Chriſti repugnare, & nun-
quàm à veritatis tramite declinare: Quoniam
Dominus & Saluator omnium, cuius fides eſt,
qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio
nos ſuo redemit ſanguine, fidem B. Petri non

defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit: quod apoſtolicos pontifices, meæ exiguitatis prædeceſſores, confidenter feciſſe, ſemper cunctis eſt cognitum. Quorum & puſillitas mea, licet impar & minima, pro ſuſcepta tamen diuina dignatione miniſterio, pediſſequa cupit exiſtere. Væ enim nobis erit, qui huius miniſterij onus ſuſceptum habemus, ſi veritatem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quam Apoſtoli prædicauerunt, prędicare neglexerimus. Væ erit nobis, ſi ſilentio veritatem oppreſſerimus, quam erogare nummularijs iubemur, id eſt, Chriſtianos populos imbuere & docere. Quid in ipſius futuro Chriſti dicturi ſumus examine, ſi ſermonum eius veritatem confundimur prędicare? Quid erit de nobis, quum de commiſſis nobis animabus, & de officio ſuſcepto rationem iuſtus iudex Chriſtus Deus noſter diſtrictam exegerit? Ideò, fratres, hortor dilectionem veſtram, obteſtor & moneo, vt qua poteſtis & debetis, ſolicitudine vigiletis, ad inueſtigandos hæreticos, & inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ, & à ſanis mentibus, nè peſtis hæc latiùs diuulgetur, ſeueritate qua poteſtis, pro viribus extirpetis: quoniam vt habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentiùs, quod ad ſalutem commiſſæ ſibi plebis proficiat, fuerit exequutus: ità ante tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicunque plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis authores noluerit cuſtodire. Data Nouis Februarij, Claudio & Paterno viris clariſſimis conſulibus.

DECRETA EVTYCHIANI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

EVTYCHIANVS natione Tu-ſcus, ex patre Marino, de ciuitate Luneū, ſedit anno vno, mēſe vno, die vno. Fuit temporibus Aureliani, à conſulatu Aureliani tertio & Marcellini, vſque in diē Iduū Decembris, Caro ſecundò & Carino conſulibus. Hic conſtituit fruges fabę & vuæ ſuper altario benedici. Hic temporibus ſuis per loca diuerſa 342. martyres manibus ſuis ſepeliuit. Qui hoc conſtituit, vt quicunque fidelium martyrem ſepeliret, ſinè dalmatica aut collobio purpurato nullatenùs ſepeliret, dum tamen huius conſtitutionis ad illum perueniſſet notitia. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros 14, diacones quinque, Epiſcopos * per loca nouē. Et martyrio coronatur. Qui etiàm ſepultus eſt in cœmeterio Calixti via Appia, viij. Kalendas Auguſti. Et ceſſauit Epiſcopatus dies nouem.

Anno Domini 275

* per diuerſa.

EPISTOLA DECRETALIS EVTYCHIANI PAPÆ PRIMA, ad Ioannem & ad omnes Epiſcopos Bæticæ prouinciæ.

Chriſtus vt ſalua proprietate vtriuſque naturæ, verus Deus, & homo verus extiterit.

CHARISSIMIS fratribus Ioanni & omnibus per Bæticam prouinciam cōſtitutis Epiſcopis, Eutychianus Epiſcopus in Domino ſalutem. Hortatur nos æquitas poſtulationis, deſiderin fraternitatis tuæ gratanter
annuere, & conſultis tuis breuiter reſpōdere.
Et quanuis dilectionem tuā, ſciam ad omne
opus bonum eſſe deuotam, vt tamē efficacior
fiat ad illos, qui ſanè nō ſapiunt, qualiter eos
de incarnatione Saluatoris noſtri informare
debeas, mandamus. Vnum igitur hoc immobile fundamentum, vna hæc felix fidei petra,
Matt.16.c Petri ore confeſſa: (Tu es,) inquit, (Chriſtus
" filius Dei viui,) tanta in ſe argumenta ſuſtinēs
veritatis, quantæ peruerſitatis quæſtiones &
infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in
cæteris diſpenſatio voluntatis paternæ ſit. Ergò partus & corpus, poſtque crux, mors inferni, ſalus noſtra eſt. Humani enim generis cauſa Dei filius natus ex Virgine eſt & Spiritu ſancto, ipſo ſibi in hac operatione famulante, &
ſua (Dei videlicet) inumbrante virtute, corpo-
* inſtruxit. ris ſibi initia conſeuit, & exordia carnis * inſtituit, vt homo factus ex Virgine, naturam in
ſe carnis acciperet, per quam huius admixtionis ſocietatem, ſanctificatū in eo vniuerſi humani generis corpus exiſteret. Et quemadmodùm omnes in ipſo per id, quòd corporeum
ſe eſſe voluit, conderentur, ità rurſùm in omnes ipſe per id, quod eius eſt inuiſibile, refertur. DEI igitur imago inuiſibilis, pudorem
humani exordij non recuſauit, & per conceptionem, partum, vagitum & cunas, omnesq́;
noſtræ naturæ contumelias tranſcurrit. Quid
* affectui. tandèm dignum à nobis tantæ dignationis *
affectu rependetur? Inenarrabilis ergò à Deo
originis, vnus vnigenitus Deus, in corporis
humani formam ſanctæ virginis vtero inſertus accreſcit: qui omnia continet, intra quem
& per quem cuncta ſunt, humani partûs lege
profertur. Ad cuius vocem Archangeli, atque
Angeli tremunt, cęlum & terra, & omnia huius mundi reſoluuntur elementa, vagitus infantiæ auditur: Qui inuiſibilis & incomprehenſibilis eſt, non viſu, ſenſu, tactuque moderandus, cunis eſt obuolutus: hæc ſi quis indigna Deo recolit, tanto ſe maioris beneficij
obnoxium confitetur, quanto minùs hæc Dei
conuenerunt maieſtati. Non ille eguit homo
effici, per quē homo factus eſt: ſed nos eguimus, vt Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id eſt, aſſumptione carnis, vnus interna
vniuerſæ carnis incoleret. Humilitas eius, noſtra nobilitas eſt: Contumelia eius, honor noſter eſt. Quod ille Deus in carne conſiſtens,
hoc nos viciſsìm in Deum ex carne renouari.
* Planè vitam ſuam neſcit, qui Chriſtū Ieſum * Nam ſic planè.
vt verum Deū, ità & verum ignorat hominē.
Et eiuſdem periculi res eſt, Ieſum Chriſtū vel
Spiritumſanctum, Deum nō credere, vel carnem noſtri corporis in Chriſto denegare.
(Omnis ergò) ait (qui confitebitur me coram Mat.10.d
hominibus, confitebor & ego eum coram pa- "
tre meo, qui in cœlis eſt: Qui autem negaue- "
rit me coram hominibus, negabo & ego eum "
coram patre meo, qui eſt in cœlis.) Hæc verbū "
caro factum loquebatur, & homo Ieſus Chri- Ioan.1.b
ſtus, Dominns maieſtatis docebat, mediator
ipſe in ſe ad ſalutem Eccleſiæ conſtitutus, &
ipſo illo inter Deum & homines Mediatoris
ſacramento, vtrinquè vnus exiſtens, dum ipſe
ex vnitis in idipſum naturis, naturę vtriuſque
res eadem eſt, ità tamen, vt neutro careret in
vtroque, nè fortè Deus eſſe, homo naſcendo,
deſineret: & homo rurſùm, Deus manendo,
non eſſet. Hæc itaque humanæ beatitudinis
fides vera eſt, Deum & hominem prædicare,
verbum & carnem cōfiteri: neque Deum neſcire, quòd hnmo ſit: neque carnem ignorare,
quòd verbū ſit. Natus igitur vnigenitus Deus
ex Virgine homo, & ſecundùm plenitudinem
temporum in ſemetipſo profuturus in Deum
hominem, hunc per omnia euangelici ſermonis modū tenuit, vt ſe Dei filium credi doceret, & hominis filium prædicaret & admoneret, loquēs & gerens homo vniuerſa, quę DEI
ſunt, loquēs & gerens deindè Deus vniuerſa,
quæ hominis ſunt, ità tamen, vt in ipſo illo
vtriuſque generis ſermone, nūquàm niſi cum
ſignificatione hominis loquutus ſit & Dei.
Hæc itaque fallendi ſimplices atque ignorantes, hæreticis occaſio eſt, vt quæ ab eo ſecundùm hominem dicta ſunt, dicta eſſe ſecūdùm
diuinæ naturæ infirmitatem mentiantur: &
quia vnus atque idem eſt, loquēs omnia, quæ
loquitur de ſemetipſo, omnia eum de diuinitate loquutum eſſe cōtendant. Nec ſanè negamus, totum illum, qui ei manet, naturæ ſuæ eſſe ſermonē. Sed ſi Ieſus Chriſtus & homo &
Deus, & neque quum homo ſit, tum primum
Deus, neque tū quum & homo ſit & Deus, tū
nō etiam & Deus, neque poſt hominē in Deo,
non totus homo totus Deus, vnum atque idē
neceſſè eſt dicatur eius eſſe ſacramentū, quod
generis. Et quum in eo ſecundùm tempus diſcernis hominem à Deo, Dei tunc atque hominis diſcerne ſermonē. Et quum Deum atque
hominem in tempore confiteris, Dei tunc atque hominis in tēpore dicta dijudica. Quum
verò ex homine & DEO, rurſùm totius hominis, totius iam Dei tempus intelligis ſi quidem illud ad demonſtrationem temporis dictum eſt, tempori coaptato, quæ dicta ſunt: vt
quum aliud ſit ante hominem Deus, aliud ſit
homo & Deus, aliud ſit poſt hominem &
Deum, totus homo & totus DEVS, non confundas temporibus & generibus diſpenſationis ſacramentum, cùm pro qualitate generum

ac naturarum, alium cum ſacramẽto hominis neceſsè eſt ſermonem fuiſſe non nato, alium adhuc morituro, alium etiàm æterno. Noſtrì igitur cauſa hæc omnia Ieſus Chriſtus gerens, & corporis noſtri homo natus, ſecundùm conſuetudinem naturæ noſtræ loquutus eſt, non tamen omittens naturæ ſuæ eſſe, quod Deus eſt. Nã tametſi in partu & paſſione & morte, naturæ noſtrę regẽ peregerit, res tñ ipſas omnes virtute naturæ ſuæ geſſit. Vidèsne ità Deum & hominem prædicari, vt mors homini, Deo verò carnis excitano deputetr? non tñ ſit alius ſit, q mortuus eſt, & alius ſit, per quẽ mortuus reſurgit. Spoliata enim carne, Chriſtus eſt mortuus: & rurſùm, Chrm à mortuis excitãs, idẽ Chriſtus eſt, carne ſe expolians. Naturã Dei, in virtute reſurrectionis intellige: diſpẽſationẽ hoĩs, in morte agnoſce. Et quũ ſint vtraq; ſuis geſta naturis, vnum tñ Chriſtum IESVM eum memento eſſe, qui vtrunque eſt. Hæc igitur demonſtranda à me paucis fuerunt, vt vtriuſque naturæ formam tractari in Domino noſtro Ieſu Chriſto meminiſſemus: quia qui manens in forma Dei, formam ſerui ſuſcepit, ipſe diuinitatẽ nequaquàm amiſit. Cæterùm fratres, hortamur

Eccl.5.b,c,d uos, ut moneatis eos conuerti ad Deum. Vndè ſcriptum eſt: (Fili, nè tardes cõuerti ad Dominum, & nè differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis, nihil proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non uentiles te in omnem ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Eſto firmus in via Domini & in veritate ſenſûs tui, & ſcientia: & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendum uerbum Dei, vt intelligas: & cum ſapientia fer reſponſum. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, nè capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati: lingua verò imprudentis, ſubuerſio illius. Non appelleris ſuſurro, & lingua tua nè capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odium, & inimici-

Eccle.6.a tia, & contumelia. Iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator, inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuę uelut taurus, nè fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam: & folia tua comedet, & fructus tuos perdet; & relinquéris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam diſperdit, qui ſe habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducit in ſortem impiorum.) Talibus vos exhortationibus, fratres, viciſsim monetote, & bona

1.Tim.6.a ſemp ſectamini, malaq; vitate. Magnis enim ſtudijs (ſecundùm beatum Apoſtolum) prę-cauendum eſt, nè fides & diſciplina Domini blaſphemetur. Et ſi illa nonnunquàm ſinenda ſunt, quæ (ſi cæterorum cõſtet integritas) ſola nocere nõ ualeãt: illa tñ ſunt magnoperè præcauenda, q̃ recipi ſinè manifeſta decoloratione nõ poſſunt. At ea ipſa, quæ nullo detrimento aliquotiès indulgenda credẽtur, uel rerum temporũq; cogit intuitus, uel acceleratæ prouiſionis reſpectus excuſat: quãto magis illa ſunt nullatenùs mutilãda, q̃ nec ulla neceſſitas, nec Eccleſiaſtica prorsùs extorquet vtilitas? Idcircò, fratres, iſta prętulimus, vt hę ſpecies, quas nõ licet offerri ſup altare, iuxta cõſti- Canonũ cap. 4.
tutionem Apoſtolorum, eorumq́ue ſucceſſorum, ad domum ſacerdotum deferantur, & à ſacerdotibus benedicantur, & per ſimplicem benedictionem benedicta, demùm à populis ſumantur: fabæ tantùm & vuæ, & cætera, quæ Apoſtoli conſtituerunt, ſuper altare offerantur. Optamus igitur, fratres chariſſimi, & totis omnipotẽtem Dominum precibus exoramus, vt dilectionem ueſtram in amoris ſui conſtantiam faciat magìs magiſque ferueſcere, atque in pace Eccleſiæ in vna vos concedat manere concordia. Admonemus etiàm fraternitatem veſtram, vt in commiſſis vobis animabus ſolerter inuigiletis, animarumq́ue magìs lucris, quàm commodis vitæ præſentis intendatis. In continendis verò ac diſponendis rebus Eccleſiaſticis, diligentes cuſtodes exiſtatis, vt ex omni parte, ſuſceptum uos condignè geſſiſſe paſtoris officium, uenturus iudex, quum ad iudicãdum venerit, debeat approbare. Omnipotens autem Deus ſua uos protectione cuſtodiat, honoremq́ue Deo uobis collatum, moribus ſeruare concedat, atque cum multiplici fructu animas uobis commiſſas, ad paſcua æterna adducere, ſibique condignè repræſentare, adiuuet, voſque inter ſanctos & electos ſuos collocare dignetur. Data 2. Idus Aprilis, Aureliano & * Marcello viris clariſſimis conſulibus. * Marcellino

EPISTOLA EVTYCHIANI Papæ ſecunda, vniuerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis directa.

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis, Eutychianus: (Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate, prædeſtinans nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuę: in qua gratificatus eſt nobis in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum, ſecundùm diuitias Ephe.1.a,b,c

tias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis in omni ſapientia & prudentia, ut notum faceret nobis ſa ramentum voluntatis ſuæ, ſecundùm beneplacitum eius, quod propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo. In quo etiàm forte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius, qui omnia operatur ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ, ut ſimus nos in laudem & gloriam eius, qui antè ſperauimus in Chriſto: in quo & uos, quum audiſſetis uerbum veritatis, Euangelium ſalutis ueſtræ: in quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. Proptereà & ego, audiens fidem veſtram in Domino Ieſu CHRISTO, & dilectionem in omnes ſanctos, non ceſſo, gratias agens pro vobis, memoriam ueſtri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini noſtri IESV CHRISTI, pater gloriæ, det uobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo uirtutis eius in nos, qui credidimus ſecundùm operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuper omnẽ Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed & in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, & plenitudo eius, qui omnia [Epheſ.2.a] in omnibus adimplet. Et vos quum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquandò ambulaſtis ſecundùm ſeculum mũdi huius, ſecundùm principem poteſtatis aeris huius, ſpiritus, qui nunc operatur in filijs diffidentię, in quibus & nos aliquandò conuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.) Modò, fratres, quia ex filijs iræ, ſua gratia & gratuita miſeratione fecit nos Deus filios ſuos: & nos, qui digni ſerui non eramus, nullis meritis præcedentibus, ſed ſua (vt diximus) gratia facti ſu- [Rom.8.c] mus filij eius, in quo clamamus, Abba Pater: ſequentes eius exempla, ſimus filij miſericordiæ & iuſtitiæ atque dilectionis, ut veri filij Dei & dici & eſſe, ipſo auxiliante, valeamus: [1.Petr.2.a] deponentes (iuxta Petrum Apoſtolum) omnem malitiam & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones. Hi verò qui talia agunt, non filij Dei, ſed potiùs filij nequam eſſe comprobantur, ſicut Paulus ait [Galat.5.d] Apoſtolus: (Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorũ ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico uobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non cõſequentur.) Graue, fratres, verbum & horrendum nimis, quod ait: quoniam qui talia agũt, regnum Dei non conſequentur. Et ipſa per ſe veritas dicit: (Quid prodeſt homini, uniuer- [Mat. 16.d] ſum mundum lucrari, animæ verò ſuæ detrimentum pati?) Grauia ſunt nimis, quæ prætulimus, & perualdè cauenda. Quibus enim regnum Dei præcluditur, proculdubiò & eccleſia denegatur. De quibus Dñs in Euãgelio, poteſtatem Apoſtolorũ, eorumq; ſucceſſorũ annuncians, ait: (Quorum dimiſeritis peccata, di- [Mat.18.c] [Ioan.20.c] mittũtur eis: & quorum alligaueritis, alligata erunt:) id eſt, quibus Eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis & ianua regni cœleſtis clauſa erit. Vndè iſta præcauentes, & ſtultorum animos præuidẽtes, [I.] cura paſtorali cum omnibus Epiſcopis, & ſanctæ Romanæ atq; uniuerſalis Eccleſię utriuſq; ordinis fidelibus, ſtatuimus, non ità in Eccle- [2.q.6. Nõ ità in eccleſiaſt.] ſiaſticis agendũ eſſe negocijs, ſicut in ſecularibus. Nam in ſecularibus legibus, poſtquàm uocatus quis uenerit, & in foro decertare cœperit, nõ licet ei ante peractam cauſam ſecedere. [11.] In Eccleſiaſticis verò, dicta cauſa, recedere licet, ſi neceſsè fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit. Accuſationis uerò ordinem talem * & di- [*eſſe] dicimus, & ſeruari iubemus, id eſt, ſi quis clericorum in crimine impetitur, nõ ſtatim reus exiſtimetur, qui accuſari potuit, nè ſuſpectam [1. q. 8. Quiſquis ille eſt.] innocentiam faciamus. Sed quiſquis ille eſt, qui crimen intendit, in iudicium veniat: nomẽ rei indicet: uinculum inſcriptionis arripiat: cuſtodiat ſimilitudinem: habita tamen dignitatis æſtimatione * patiatur: Nec fortè ſibi [*patiatur, nè fortè] nouerit licentiam mentiendi, quum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij. Hæretici enim omnes, & ſuſpecti, & excommunicati, homicidæ quoque atq; malefici, fures, ſacrilegi, raptores, uenefici, adulteri, & qui raptum fecerint, uel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos magoſq; concurrerint, nullatenùs ad accuſationem [III.] ſunt admittendi. Nulli infami unquàm, atque [3.q.4. Nulli vnquã infa.] ſacrilego, de quocunque negocio liceat aduersùs religioſum Chriſtianum, quamuis humilis ſeruiliſque perſona ſit, teſtimonium dicere, nec de qualibet re, actione vel inſcriptione, Chriſtianum impetere. Omnibus quoque ſimiliter accuſandi, vel teſtificandi licentia denegetur, qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita, negle- [IIII.] xerint. Similiter prohibemus, vt nullæ cauſæ à iudicibus Eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non conueniunt, vel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur. Hæc non ſolùm Eccleſiaſticæ, ſed & ſeculi leges obſeruari præcipiunt. Non enim paſſim vageq́ue ſacerdotum accuſatio debet fieri. Nam ſi facilè admitteretur, per- [1. Tim. 3 c] pauci nimis inuenirentur: quia omnes qui piè

volunt

volũt viuere in Chriſto, perſecutionem patiun-
Matth. 5.c tur. Beati tñ qui perſecutionem patiuntur ꝓ-
pter iuſtitiã. Vñ & ipſa per neritas ait: (Pater,
Ioan.17.a manifeſtaui nomẽ tuũ hoib', quos dediſti mi-
b hi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti, &
ſermonẽ tuũ ſeruauerũt. Nũc cognouerunt,
quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: quia
verba quę dediſti mihi, dedi eis, & ipſi accepe-
runt: & cognouerunt verè quia à te exiui, &
crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro eis
rogo, non pro mundo rogo, ſed pro eis, quos
dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea omnia tua
ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum ĩ eis.
Et iam non ſum in mundo, & hi in mundo
ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte, ſerua
eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt vnũ
ſint, ſicut & nos. Cùm eſſem cum eis, ego ſer-
Pſal.40.& uabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mi-
108. hi, cuſtodiui: & nemo ex his perijt, niſi filius
perditionis, vt ſcriptura impleatur. Nunc au-
tem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt
habeant gaudium meum impletum in ſemet-
ipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum: & mun-
dus odio habuit eos, quia non ſunt de mun-
do, ſicut & ego non ſum de mundo. Non ro-
go, ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos
à malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non
ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate.
Sermo tuus ueritas eſt. Sicut tu me miſiſti in
mundum, & ego miſi eos in mundum. Et pro
eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſan-
ctificati in veritate. Non pro eis autem rogo
tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per
verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint,
ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in
nobis vnum ſint, & mundus credat, quia tu
me miſiſti. Et ego claritatem, quam dediſti
mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum
ſumus. Ego in eis, & tu in me vt ſint conſum-
mati in vnum, vt cognoſcat mundus, quia tu
me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexi-
ſti. Pater, quos dediſti mihi, volo, vt ubi ego
ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem
meam, quam dediſti mihi, quia dilexiſti me
ante conſtitutionem mundi. Pater iuſte,
mundus te non cognouit, ego autem te co-
gnoui, & hi cognouerunt, quia tu me miſiſti.
Et notum feci eis nomen tuum, & notum fa-
ciam, vt dilectio, qua dilexiſti me in ipſis ſit,
& ego in ipſis.) Et idem Ioannes Apoſtolus &
Euangeliſta, in prima epiſtola ſua loquitur,
1.Ioan.4. dicens: (Chariſſimi, diligamus inuicem, quia
b c charitas ex Deó eſt: & omnis qui diligit, ex
Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non
diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas
eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis,
quoniam filium ſuum vnigenitum miſit De'
in mundum, ut uiuamus per eum. In hoc
eſt charitas, nõ quaſi nos dilexerimus Deum,
ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit filium
ſuum propiciationem pro peccatis noſtris.
Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos de-
bemus alterutrùm diligere. Deum nemo vidit

vnq̃. Si diligamus inuicẽ, Deus ĩ nobis manet,
& charitas eius in nobis pfecta eſt. In hoc in-
telligimus, q̃m in eo manemus, & ipſe in no-
bis, q̃m de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidi-
mus, & teſtificamur, q̃m pater miſit filiũ ſuũ
ſaluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fue-
rit, quoniam Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo
manet, & ipſe in Deo. Et nos cognouimus &
credidimus charitati, quam habet Deus in
nobis Deus charitas eſt: & qui manet in cha-
ritate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc
perfecta eſt charitas nobiſcum, ut fiduciam
habeamus in die iudicii, quia ſicut ille eſt, &
nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in
charitate, ſed perfecta charitas foràs mittit ti-
morem, quoniam timor pœnam habet. Qui
autem timet, non eſt perfectus in charitate.
Nos ergò diligamus Deum, quoniam Deus
prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam
diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, men-
dax eſt. Qui autem non diligit fratrem ſuũ,
quem uidet: Deum, quem non uidet, quo-
modò poteſt diligere? Et hoc mandatum ha- 1. Ioan.5.
bemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & a
fratrem ſuum. Omnis qui credit, quoniam
Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis
qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum,
qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus,
quoniam diligimus natos DEI cùm Deũ
diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc
eſt enim charitas DEI, vt mandata eius cũ
ſtodiamus: & mandata eius grauia non ſunt.)
Et per Prophetam Dominus, monendo, nè
lædantur diſcipuli ſui, eorumque ſucceſſores,
inquit. (Circundat angelus Domini in gyro Pſalm.33.
timentes eum, & eruet eos. Guſtate & ui-
dete quoniam bonus eſt Dominus. Beatus
uir qui ſperat in eo. Timete Dominum omnes
ſancti eius, quoniam non eſt inopia timẽtibus
eum. Leones indiguerunt, & eſurierunt: quæ-
rentibus Dominum, nõ deerit omne bonum.
Ambulate filij, audite me, timorem Dñi doce
bo uos. Quis eſt uir qui uelit uitã, diligit dies
uidere bonos? Cuſtodi linguam tuam à ma-
lo, & labia tua nè loquantur dolum: Recede
à malo, & fac bonum: quære pacem, & perſe-
quere eam. Oculi Domini ſuper iuſtos, &
aures eius ad clamorem eorum. Vultus au-
tem Domini in facientes malum, ut perdat
de terra memoriam eorum. Clamauerunt iu-
ſti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus
tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxtà
eſt Dominus contritis corde, & confractos ſpi
ritu ſaluabit. Multa mala iuſto, & ex omni-
bus illis liberabit eum Dominus. Cuſtodit
Dominus omnia oſſa eius, vnum ex his non
confringetur. Interficiet impium malitia, &
odientes iuſtum, culpabuntur. Redimet Do-
minus animas ſeruorum ſuorum, & liberabit
eos.) Vos ergò fratres ſuper Dominum poni-
te corda ueſtra, & ipſe enutriet uos, quia non
dabit in æternum fluctuationem iuſtis. Deus
autem Dominus noſter deducet inimicos no-
ſtros,

Pſalm. 54. ſtros, iuxta Prophetæ vocem, in puteum interitûs, quoniam viri ſanguinum & doloſi non dimidiabūt dies ſuos. Vos autem ſemper ſperate in Domino, & fiduciam habetote in eo, quia ipſe liberabit nos. Ipſe eſt enim benedictus à ſeculo vſque in ſeculum, & regni eius
Lucæ. 1. non erit finis. Data decimotertio Kalēd. Octobris, Caro ſecundò & Carino viris clariſſimis conſulibus.

DECRETA EVTYCHIANI PAPAE

(ſi in ipſo Eutychiani nomine error nō eſt) quæ nō habetur in prioribus, deſumpta ex Gratiano & Iuone & alijs. Et ſunt numero decem.

PRIMVM.

Non eſt obediendum Epiſcopo, qui pro hæreticis Miſſam canere iubet.

11. q. 3. Si quis epiſcopus. * Cæteri collectores addūt mortuis, p uiuis. n. & alijs malis etiam ſpeciali oratione licitum eſt orare. Hic gloſſa. In dec. Iuo. lib. 3.

Si quis Epiſcopus aut abbas, presbytero aut monacho ſuo iuſſerit Miſſas pro hæreticis * cantare, non licet. Non enim expedit eis obedire.

SECVNDVM.

Abbatiſſa præſumens velare virginem vel viduam, excommunicetur.

Nihilominùs etiàm in quibuſdam locis inolitum inuenimus vſum ſtultitiæ plenum, & Eccleſiaſticę authoritati contrarium, eò quòd videlicet nonnullæ abbatiſſæ, & aliquæ ex ſanctimonialibus, viduis & puellis virginibus, contra fas velum imponere præſumant: & ideò nonnullæ iniuſtè uelatæ, putant ſe liberiùs ſuis carnalibus deſiderijs poſſe ſeruire, & ſuas voluntates explere. Quapropter ſta-
20 q. 2. Statuim⁹, vt ſi abbatiſſa.
tuimus, vt ſi abbatiſſa aut quælibet ſanctimonialis, poſt hanc diffinitionem, in tantam audaciam proruperit, ut aut uiduam aut puellā virginem velare præſumat, iudicio canonico vſque ad ſatisfactionem ſubdatur.

TERTIVM.

Fidelium conſortio careat, qui pœnitentiam periurij agere noluerit.

22. q. 1. Prędicandum eſt. Leuit. 6. a Ioſuæ 9. d Malach. 3 b Matth. 5. e

Prædicandum eſt etiàm, vt periurium fideles caueant, & ab hoc ſummoperè abſtineant, ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, & in lege & in prophetis & in Euangelio prohibitum. Audiuimus autem quoſdam paruipendere hoc ſcelus, & leuem quodammodò periurijs pęnitentiæ modum imponere. Qui nôſſe debēt, talem de periurio pęnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio ſponté commiſſo, & de cæteris criminalibus uitijs. Si quis uerò perpetrato periurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiam longam, ad confeſſionem uenire noluerit: ab Eccleſia repellendus eſt, ſiue à communione & conſortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo ſua eum recipiat.

QVARTVM.

Membra detruncans, domos incendens, abſque iudiciali authoritate excommunicetur.

Si quis membrorum truncationes & domorum incendia fecerit, ſiue fieri iuſſerit, aut facienti conſenſerit, quouſque de his unicuique legaliter & amicabiliter coram Epiſcopo ciuitatis, alijſque ciuibus, non emendauerit, ab Eccleſia ſe priuatum cognoſcat. Si uerò poſt ſecundam & tertiam conuentionem, cunctis in quibus arguitur, non emendauerit, tanquàm ethnicus & publicanus, ab omni Chriſtianorum collegio ſeparetur.

23. q. 8. Si quis mēbrorum.

QVINTVM.

In poteſtate fidelis ſit, poſt baptiſmum recipere uxorem quam antè dimiſerat.

Si quis gentilis gentilem uxorem dimiſerit ante baptiſmum; poſt baptiſmum in poteſtate eius erit, eam habere, uel non habere.

28. q. 1. Si quis gentilis.

SEXTVM.

Fidelis in fidelem diſcedentem ſequi non cogitur.

Simili modo, ſi unus ex coniugatis baptizatus eſt, & alter gentilis, & ſequi non uult, ſicut dicit Apoſtolus, infidelis ſi diſcedit, diſcedat.

Ibidèm ubi ſup. 1. Cor. 7. c

SEPTIMVM.

Synodale iuramentum.

Epiſcopus in ſynodo reſidens, poſt congruam allocutionem, ſeptem ex plebe * eius parochiæ, uel eo ampliùs, prout uiderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque ueraciores uiros, in medium debet aduocare: & * illatis ſanctorum pignoribus, unumquenque illorum tali ſacramento conſtringere, ut amodò in * antè quicquid nôſti, aut audiſti, aut poſtmodùm inquiſiturus es, quod contra uoluntatem Dei & rectam Chriſtianitatē in iſta parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis euenerit, tantùm ut ad tuam cognitionem quocunque modo perueniat, ſi ſcis, aut indicatum fuerit, tibi ſynodalem cauſam eſſe, & ad miniſterium Epiſcopi pertinere, quòd tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pręmium, nec propter parentelam, ullatenùs celes Epiſcopo, aut eius miſſo, cui hoc inquirere iuſſerit, quādocunque ex hoc interrogauerit; ſic te Deus adiuuet, & iſtæ ſanctorum reliquiæ, & illud ſacramentum, quod * iuſtè iurauit de ſynodali cauſa, quòd tu illud ex te ità obſeruabis, inquantùm ſapis, aut audiſti, aut ab hac die in anteā inquiſiturus es, ſic te Deus adiuuet.

35. q. 6. Epiſcop⁹ in ſynodo reſ. * ipſius * allaris * antea Illud, Burchardus legit iſtud; & præponit hanc rubricam Iuramentum cæterorum. * iſte

OCTAVVM.

Ex Decreto, quod eſt librorum ſedecim, libro decimoquarto, cap. ſecundo.

Vt malum ebrietatis omninò uitetur.

Magnum malum ebrietatis, vndè omnia vitia pullulant, Chriſtianis modis omnibus cauere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eſſe decreuimus, vſq; ad congruam emendationem.

NONVM.

Ex eodem, cap. 3.

Quod epiſcopi & Dei miniſtri, ebrietate non debeant grauari.

Epiſcopi & Dei miniſtri, nō debent comeſſationibus & vinolentijs nimiis incūbere, ſed conſiderent ſententiam Domini, dicentis: Attendite, nè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. Moderatè enim cibum & neceſſarium ſumptum ſumant; vt iuxta Apoſtolum; ſobrij ſint, & parati ad ſeruitium Dei.

Luc. 21. g
1. Theſ. 5. b
1. Pet. 1. c. 5. b

DECIMVM.

Ex eodem, cap. 10.

Quales perſonę ſacerdotum epulis intereſſe debeant.

Obſeruandum eſt nobis, vt & vos ab ebrietate abſtineatis, & vt plebes ſubditæ abſtineāt, prædicetis. Et neque per tabernas eatis bibendo, aut comedendo, neque domos, aut uicos curioſitate qualibet peragretis, neque cum fœminis, aut cum quibuslibet perſonis impuris conuiuia exerceatis, niſi fortè paterfamiliàs quilibet uos inuitauerit ad domum ſuam, & cum coniuge ſua, & cum plebe velit uobiſcum ſpiritali gaudio lætari, & verborum veſtrorum refectionem accipere, & vobis refectionē carnalem charitatis officio exhibere. Oportet enim, vt ſi quandò quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis; à vobis reficiatur ſpiritualibus epulis.

DECRETA GAII PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

GAIVS natione Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Gaio, ſedit annis vndecim menſes quatuor, dies duodecim. Fuit autem temporibus Cari ſecundò & Carini, ex die decimoſexto Kalendarum Ianuarij, vſque in diem 10. Kalendarum Maij, ſub Diocletiano ſextò & Conſtantio ſecundò. Hic conſtituit, ut omnes ordines in eccleſia ſic aſcenderent: Si quis epiſcopus fièri mereretur, vt eſſet oſtiarius, lector, exorciſta, acolythus, ſequens ſubdiaconus, diaconus, presbyter, & exindè epiſcopus ordinaretur. Hic fugiens perſecutionem Diocletiani, in cryptis habitans, confeſſor quieuit, martyrio coronatus poſt annos octo. Hic facit ordinationes iiij. per menſem Decembrem, presbyteros xxv. diacones 8. epiſcopos per loca, 5. Qui poſt annos xi. cū Gabino fratre ſuo, propter filiam Gabini presbyteri, nomine Suſannam, martyrio coronatur. Sepultus eſt in cęmeterio Calixti uia Appia, 10. Kalend. Maii. Et vacauit epiſcopatus dies 11.

Anno Domini 283

TITVLI DECRETORVM GAII PAPÆ.

1. *Paganos & hęreticos non poſſe accuſare Chriſtianos.*
2. *Epiſcopum non accuſandum apud iudices ſeculares.*
3. *De Epiſcopo, presbytero, aut diacono, vel reliquis clericis apud Epiſcopos accuſandis.*
4. *De his qui negant verbi Dei incarnationem.*
5. *Quòd ad ſpem uitæ æternæ perueniri non poſſit, niſi per mediatorem Dei & hominū Chriſtum Ieſum.*
6. *De ordinibus Eccleſiaſticis.*

EPISTOLA DECRETALIS Gaij Papæ ad Felicem Epiſcopum.

Dilectiſſimo fratri Felici Epiſcopo Gaius. Directas ad nos tuæ charitatis epiſtolas, plenas catholicæ inquiſitionis ſolicitudine, gratanter accepimus; benedicentes Domini noſtri clementiam: quia tales ab extremis mūdi partibus dignatur ſuis ouibus prouidere paſtores, per quos & paſcuis valeant ſalutaribus abundare, & ab iniqui lupi rapacitate ſeruari, vt inſidias nequeant eius ſubreptionis incurrere. Vndè certum eſt, quia promiſſæ vos beatitudinis gratia ſubſequatur, quandò à vobis cœleſtium perfectio doctrinarum, tam votiua ſciſcitatione perquiritur. Scriptum eſt enim: (Beati qui perſcrutantur teſtimonia eius, & in toto corde exquirunt eum.) Hoc ergò, frater chariſſime, propoſitum tuæ conſultationis tota mente tractantes, de te quoque prouenire confidimus; qui regulam catholicæ fidei iiſdē ſtudes tenere ueſtigiis, quibus eam in Apoſtolica ſede cognoſcis eſſe fundatam. Et quanuis ſonus eorum toto orbe diffuſus, & vſque ad fines orbis terræ verba eorum diſtenſa, dilectionis tuæ corda Chriſto probauerūt eſſe fidelia: tamen ſi quid ex his in eccleſia, quæ tuæ gubernationi (Domino auxiliante) commiſſa eſt, necdum plena luce claruerit, ad eundem fontem, de quo illa ſalutaris manârat lympha, recurritis, id eſt quod debita charitate ſumus ample

Pſal. 118.
Pſalm. 18

xi: quia fiducialiter de his vndè apud uos ob-
ſeruantiam eſſe dixiſtis ambignam, noſtra uo-
luiſtis reſponſione firmari, Quapropter dile-
ctionem tuam in Domino ſalutantes, de ſin-
gulis, quid iuxta catholicam diſciplinam te-
neat apoſtolicæ ſedis authoritas ſubiectis ali-
quibus etiam ſanctarum capitulis regularum,
I. te credimus inſtruendum. Primò quidem
2.q.7. Pagani & hæret. ſcias, paganos & hæreticos, non poſſe Chri-
ſtianos accuſare, aut uocem eis infamationis
II. inferre. Deindè, nemo unquàm epiſcopum
reliquos apud iudices ſeculares, aut * alios clericos,
III. accuſare præſumat. Et ſi quis epiſcopus, pre-
sbyter, aut diaconus, uel quilibet clerici, apud
epiſcopos (quia ſibi non oportet à qualibet
perſona, quæ ritè recipienda eſt) fuerint accu-
ſati, quicunque fuerit, ſiue ille ſit ſublimis uir
honoris, ſiue ullius alterius dignitatis, qui
hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit:
nouerit, probationis documenta ſe debere in-
ferre. Si quis ergò circa huiuſmodi perſonas
non probanda detulerit, authoritate huius
ſanctionis intelligat ſe iacturam infamiæ ſu-
ſtinere, vt damno pudoris, æſtimationis diſpé-
dio diſcat, ſibi alienæ verecundiæ impunè in-
3.q.1. Epiſcopus ſiciari, ſaltem decæterò non licere. Nam qua-
ſuis rebus liter ad cócilium veniatur, aut qualiter de ſuis
expoliatis rebus expoliati, vel eiecti à ſedib. proprijs, aut
qui accuſatores ſint recipiendi, quìve non
ſint, aut qualiter eiectis & expoliatis ſint
omnia legibus redintegranda, quæ eis ablata
ſunt: & quia priuſquàm hoc factum fuerit,
nullum crimen eis obijci poterit, & qualiter
illis induciæ poſt integram reſtaurationem
anniuerſariæ vel ſex menſium, indulgendæ
ſint, & qualiter ſua omnia licenter & pacifi-
cè, abſque vllius graui impedimento diſpo-
nere, & ſuorum amicorum & Eccleſiaſtico-
rum patrum conſilijs vti debeant: ſufficien-
ter ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus,
ac noſtris prædeceſſoribus ſtatutum eſſe pu-
tamus. Super his autem non reor ampliùs
nunc fore diſputandum, niſi ſi * ſurrexerint
talia, quæ adhuc non ſunt manifeſta. Si eo-
rum autem ſtatuta non habueritis, mittite fi-
deliſſimos ſcriptores, qui hæc coram fideli-
bus teſtibus excipere, vobiſque reportare
IIII. ſub ſtipulatione valeant. Cæterùm, vt ſatiſ-
faciá conſultis tuis de verbo incarnationis &
Hæc ab iſto loco fere uſque ad huius epiſtolæ finem, habentur infrà in epiſtola Leonis I. ad Leonem Auguſtú. veritatis, * quicunq; illi ſunt, ità obcæcati, & à
lumine ueritatis alieni, vt verbi Dei à tempore
incarnationis denegent veritatem, oſtendant,
in quo ſibi Chriſtianum nomé vſurpent, & cú
euangelio veritatis, qua ratione concordent,
ſi beatæ Virginis partu, aut caro ſinè deitate
aut deitas eſt orta ſinè carne. Sicut enim negari
Ioan. 1. b non poteſt, euangeliſta dicente, quòd verbum
caro factú eſt, & habitauit in nobis: ità nega-
2. Cor. 5. d ri non poteſt, beato apoſtolo Paulo prædican-
te, quòd Deus erat in Chriſto, mundum recó-
cilians ſibi. Quæ autem reconciliatio poſſet
eſſe, qua humano generi repropiciaretur Deus,
ſi hominis cauſam mediator Dei hominumq;
non ſuſciperet? Qua verò ratione ueritatem
mediatoris impleret, niſi qui in forma Dei
æqualis eſt patri, in forma ſerui particeps eſ- Philip. 2. a
ſet & noſtri, vt mortis vinculum, vnius præua-
ricatione contractum, vnius morte (qui ſo-
lus morti nihil debuit) ſolueretur? Effuſio
enim iuſti ſanguinis CHRISTI, tam fuit
diues ad precium, vt ſi vniuerſitas captiuo-
rum in redemptorem ſuum crederet, nullum
diaboli vincula retinerent: quoniam ſicut
Apoſtolus ait: (Vbi abundauit peccatum, ſu- Rom. 5. d
perabundauit & gratia.) Et cùm ſub peccati
præiudicio nati, poteſtatem acceperint ad iu-
ſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum
libertatis, quàm debitum ſeruitutis. Quam
itaque ſibi in huius ſacramenti præſidio ſpem
relinquunt, qui in ſaluatore noſtro negát hu-
mani corporis veritatem? Dicant, quo ſacri-
ficio reconciliati: dicant, quo ſanguine ſint
redempti. Quis eſt, ut ait Apoſtolus, qui tra- Ephe. 5. a
didit ſemetipſum pro nobis oblationem &
hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis? Aut quod
vnquàm ſacrificiú ſacratius fuit, quàm quod
uerus & æternus pontifex, altari crucis per
immolationem ſuæ carnis impoſuit? Licèt in
conſpectu Domini precioſa iuſtorum mors Pſal. 115.
fuit, nullius tamen inſontis occiſio, redem-
ptio fuit mundi. Acceperunt iuſti, non dede-
runt, coronas. De fortitudine fidelium, exem-
plo nata ſunt patientiæ, non dona iuſtitiæ.
Singulares quippe in ſingulis mortes fuerút,
nec alterius quiſquam debitum ſuo fine per-
ſoluit, cùm filius hominis, vnus ſolus Domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus, qui verè erat agnus
immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifi-
xi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiá
ſunt ſuſcitati. De quibus ipſe dicebat: (Cùm Ioan. 12. d
exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me-
ipſum.) Fides etenim iuſtificans impios, &
creás iuſtos, ad humanitatis retracta partici-
pium, in illo acquirit ſalutem, in quo ſolo ho-
mo ſe inuenit innocentem, liberum habens,
per gratiá Dei de eius potentia gloriari, qui
contra hoſtem humani generis in carnis no-
ſtræ humilitate congreſſus, his victoriam ſuá
tribuit, in quorum corpore triúphauit. Licèt
ergò in vno Domino noſtro IESV Chriſto,
vero DEI atq; hominis filio, uerbi & carnis
una perſona ſit, quæ inſeparabiliter atque in-
diuiſè communes habeat actiones, intelligen-
dæ tamen ſunt ipſorum operum qualitates,
& ſinceræ fidei contemplatione cernendum
eſt, ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad
quæ inclinetur altitudo deitatis: quid ſit, quod
caro ſinè verbo non agit: & quid ſit, quod
verbum ſinè carne non efficit. Sinè uerbi enim Lucæ 1. c. 2. a
potentia nec conciperet virgo, nec pareret: &
ſinè ueritate carnis, obuoluta pannis infan- Ioan. A
tia non iaceret. Sinè uerbi potentia, non ado-
rarent Magi puerum, ſtella indice declara- Matt. a b d
tum: ſinè ueritate carnis, non iuberetur tranſ-
ferri in Ægyptum puer, & ab Herodis per-
ſecutione ſubduci. Sinè uerbi potentia non

diceret

Matt.3.& 17. diceret vox patris, miſſa de cœlo: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum andite: & ſinè veritatè carnis non pro-
Ioan.1.d teſtaretur Ioannes, Eccè agnns Dei, eccè qui tollit peccata mundi. Sinè verbi potentia non
Mat.4.a fieret redintegratio debilium, & viuificatio
Ioan.11.f mortuorũ: & ſinè veritate carnis, nec cibus
Marc.4.d ieiunio, nec ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremò, ſine verbi potentia nõ ſe Dominus
Ioan.10. & 14. patri profiteretur æqualem: & ſinè veritate carnis non idem diceret, patrem ſe eſſe maiorem, cùm Catholica fides vtrunq; ſuſcipiat, vtrunq; defendat, quæ ſecundùm confeſſionẽ
Mat.16.c beati Petri apoſtoli, vnum Chriſtum Dei filiũ, & hominem credit & verbum. Quamuis itaq; ab illo initio, quo in vtero virginis verbum caro factum eſt, nihil vnquàm inter vtranqne formam diuiſionis extiterint, & per omnia incrementa corporea, vnius perſonæ fuerint totius temporis actiones: ea ipſa tamen, vt ità dicam, quæ inſeparabiliter facta ſunt, nulla permixtione confundimus, ſed quid cuiuſque formæ ſit, ex operum qualitate ſentimus. Dicant ergò iſti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma
Io.19.d,g crucis ligno Domin⁹ maieſtatis CHRISTVS
Matt.28.a affixns ſit, qnid iacuerit in ſepulcro, & reuoluto lapide monumenti, quæ tertia die caro reſurrexerit: & in qua poſt reſurrectionem ſuã nõ credentes quoſdam diſcipulos arguebat, & hęſitationem cunctantinm confutabat,
Luc.24.d cùm diceret, (Palpate & videte, quia ſpiritus
" carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis ha-
Ioan.20.g bere:) & apoſtolo Thomæ, (Infer mannm tuã
" in latus meum, & vide manus meas & pedes,
" & noli eſſe incredulus, ſed fidelis:) qua vtiquè manifeſtatione corporis ſui, iam hæreticorũ mẽdacia deſtruebat, vt vniuerſa eccleſia Chriſti innouanda doctrinis, hoc ſibi nõ dubitaret credendum, quod apoſtoli ſuſceperant præ-
v. dicandum. At ſi in tãta luce veritatis tenebras ſuas hæretica obduratio non relinquit, oſtendant, vndè ſibi ſpem vitæ polliceantur ęternę, ad quam niſì per mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum, non poteſt
Act.4.c
1.Tim.2.b peruenire. Sicut enim ait beatus Petrus apoſtolus, non eſt aliud nomen datum hominibus ſub cęlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri: nec eſt redemptio capriuitatis humanæ, niſì in ſanguine eius, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus, & qui ſicut prædicat
Phil.2.b Apoſtolus, (cùm in forma Dei eſſet, non rapi-
" nam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed
" ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiẽs,
" in ſimilitudinem hominum factus, & habitu
" innentus vt homo, humiliauit ſemetipſum,
" factus obediens patri vſque ad mortem, mor-
" tem antem crucis: propter qnod & Deus exal-
" tauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſu-
" per omne nomen, ut in nomine Ieſu omne
" genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & in-
" fernorum: & omnis lingua confiteatur, quia
" Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei pa-

tris.) Cùm ergò vnus ſit Dñs Ieſus Chriſt⁹, & "
ueræ deitatis, uerǽq; humanitatis in ipſo una prorsùs eademq; perſona ſit, exaltationem tamen, qua illum (ſicut doctor gentium dixit) Phili.2.b
exaltauit Deus, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glirificationis augmẽto. In forma quippe Dei,
æqualis erat filius patri, & inter genitorẽ atq; Ioan.10.f
unigenitũ nulla erat in eſſentia diſcretio, nulla in maieſtate diuerſitas: nec p incarnationis myſteriũ aliquid deceſſerat uerbo, quod ei patris munere redderetur. Forma autẽ ſerui, per quam impaſſibilis Deitas ſacramentũ magnæ pietatis impleuit, humana humilitas eſt, quæ in gloriam diuinę poteſtatis euecta, eſt in tantam nnitatem, ab ipſo conceptu uirginis, deitatis & humanitatis conſerta, ut nec ſinè homine diuina, nec ſinè Deo agerentur humana. Propter quod, ſicut Dominus maieſtatis dicitur crucifixus, ità q ex ſempiternitate æqualis eſt Deo, dicitur exaltatus: quia inſeparabiliter manente unitate perſonæ, unus atq; idem eſt & totus hominis filius propter carnẽ, & totus Dei filius propter unam cum patre Deitatem. Quicquid ergò in tempore accepit Chriſtus, ſecundùm hominem accepit, cui, quę non habuit, conferrentur. Nam ſecũdùm potentiam diuinitatis, indifferenter omnia, quæ habet
pater, etiàm habet filius: & quę in forma ſerui Ioan.5.d
à patre accepit, eadẽ in forma Dei etiàm ipſe
donauit. Secundùm Dei enim formam, ipſe & Ioan.10.f
pater unũ ſunt. Secundùm formam autẽ ſerui, non uenit facere noluntatẽ ſuam, ſed noluntatem eius, qui miſit eum. Secũdùm formã Dei, Io.4.5.6.
ſicut pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo. Secundùm
formam ſerui, triſtis eſt anima eius uſque ad Mat.26.d
mortem. Et idem ipſe eſt ſicut Apoſtolus prę- 2.Cor 8.b
dicat, & diues & panper. Diues, quia euangeliſta dicente, In principio erat nerbũ, & uerbũ Ioan.1.a
erat apud Deum, & Deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum
facta ſunt, & ſinè ipſo factũ eſt nihil. Pauper Ioan.1.b
uerò, quia propter nos uerbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Qnæ autẽ eſt exinanitio eius, quæ ve paupertas, niſì formæ ſeruilis acceptio, per quã, verbi maieſtate uelata, diſpenſatio humanæ redemptionis impleta eſt? Nam qnia captiuitatis noſtrę reſolui originalia vincula non poterant, niſì exiſteret homo noſtri generis, noſtræq; naturę, quẽ peccati prǽiudicia non tenerent, & qui immaculato ſanguine
ſuo chirographum lœthale dilueret, ſicut ab Coloſſ.2.b
initio erat diuinitùs præordinatum, ità eſt in plenitudine temporis perfectũ, vt multis modis ſignificata ꝓmiſſio, in diù expectatũ veniret effectũ: nec poſſet eſſe ambiguũ, quod continuis teſtificationibus ſemp fuerat nunciatũ. In magno autẽ ſacrilegio ſe uerſari hęreticorũ manifeſtat impietas, *cùm ſub ſpecie diuinitatis honorãdę, humanę carnis ĩ Chriſto denegãt ueritatẽ: & religioſè exiſtimãt, credi ſi dica- *cùm ſpeciem deitatis honorando.

tur, in Saluatore noſtro verum non eſſe, quod ſaluat: cùm ità ſm promiſſionem oîa ſecula * præcurrentem, mundus ſit Deo reconciliatus in Chriſto, ut niſi verbũ dignaretur caro fieri, nulla poſſet caro ſaluari. Omne enim ſacramentum Chriſtianæ fidei, magno (ut hæretici volunt) decoloratur obſcuro, ſi lux veritatis, ſub mendacio putatur latuiſſe phantaſmatis. Non ergò quiſquam ſibi erubeſcẽdum exiſtimet Chriſtianus de noſtri in Chriſto corporis veritate, quia oẽs apoſtoli, apoſtolorumq; diſcipuli, & pręclari eccleſiarum quiq; Doctores, qui ad martyrij coronam, vel ad confeſſionis meruerunt gloriam peruenire, in huius fidei lumine ſplenduerunt, conſonis vbiquè ſententijs intonantes, ꝙ in Dño IESV Chriſto, deitatis & carnis vna ſit confitenda perſona. Qua autem rationis ſimilitudine, qua diuinorum voluminum portione hæretica impietas ſe exiſtimat adiuuari, quæ veritatem negat corporis Chriſti, cùm hanc non lex teſtificari, non Propheta pręcinere, nõ euangelia docere, non ipſe deſtiterit Chriſtus oſtendere? Quętant per omnem ſeriem ſcripturarum, quo tenebras ſuas fugiant, non quo verum lumẽ obſcurẽt: & per omnia ſecula ità veritatem inuenient coruſcantem, ut magnum hoc & mirabile ſacramentum, ab initio uideant creditum, quod eſt in fine completum. De quo cùm ſanctarum literarũ nulla pars ſileat, ſufficit quædam conſona veritatis ſigna poſuiſſe, quibus diligentia fidei in ſplendidiſſimam latitudinẽ dirigatur, & ſyncerẹ intelligentiæ luce perſpiciat, ꝙ in filio Dei, qui ſe inceſſabiliter filium hominis, & hominem profitetur, non ſit Chriſtianis erubeſcendum, ſed conſtantiſſimè gloriãdum: quoniam ſicut ait beatus Apoſtolus, (Magnum eſt pietatis ſacramẽtum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt gẽtibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.) De epiſcoporum verò & preſbyterorum, diaconorumq; & ſequentium clericorum ordinationib⁹, ſanctos Apoſtolos & ſucceſſores eorum, & præcipuè Anacletum, & prætereà alios, ſufficienter ſtatuiſſe cognoſcimus: & idcircò nõ eſt neceſſè * nunc replicari, niſi quod illi non ſtatuerunt. Illud tamen nos ſtatuẽtes, vobis & omnibus ſeruare mandamus, ut ad ordines eccleſiaſticos ſic aſſcendant in eccleſia, qui ordinari merentur, i. ſi quis Epiſcopus eſſe meretur, ſit primò oſtiarius, deindè lector, poſteà exorciſta, indè ſacretur acolythus, demùm verò ſubdiaconus, deindè diaconus, & poſteà preſbyter: & exindè, ſi meret, epiſcopus ordinet. Et regiones, ſicut in hac vrbe fecimus, per ſingulas vrbes, quę populoſæ fuerint, diaconibus diuidãtur. Et quęcunq; difficiles quęſtiones p ſingulas prouincias exortæ fuerint, ſemper ad Sedem Apoſtolicam referantur. Benè vale frater, & ora pro nobis. Data Kalendis Martij, Diocletiano ſextò, & Conſtantio ſecundò viris clariſſimis conſulibus.

Margin: * percurrentem. Tit. 1 a 2. Cor. 5. d — 1. Tim. 3. d — VI. — * nos replicare, niſi.

DECRETA MARCELLINI PAPÆ.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

MARCELLINVS natione Romanus, ex patre Proiecto, ſedit annos 9. mẽſes 2. dies 16. Fuit autem temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die Kalendarum Iulij, à conſulatu Diocletiani ſexto, & Conſtantij ſecũdo, vſq; ad Diocletianum nonò & Maximianum octauò. Quo tpe fuit perſecutio magna, ità ut intra 30. dies, 17. millia hominum promiſcui ſexûs, per diuerſas prouincias martyrio coronarentur. De qua re & ipſe Marcellin⁹ ad ſacrificium ductus eſt, ut thurificaret. Quod & fecit. Et poſt paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Chriſti, cum Claudio & Cyrino & Antonino, capite trũcatus eſt, & martyrio coronatus. Qui dum pergeret ad paſſionem ſuam, adiurauit Marcellũ preſbyterum, ut præcepta Diocletiani nõ impleret. Iacuerunt autem corpora ſanctorũ in platea dies 36. ex iuſſu Diocletiani. Exindè Marcellus preſbyter noctù collegit corpora ſanctorum cum presbyteris & diaconibus cũ hymnis, & ſepeliuit ea 6. Kalendas Maij, in via Salaria, in cœmeterio Priſcillæ, in cubiculo claro, quod patet vſq; in hodiernũ diẽ, ſm quod ipſi ſanctus Petrus præceperat, in crypta iuxta corpus ſancti Creſcentionis. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros 4. epiſcopos per loca, 5. Et ceſſauit epiſcopatus annos 7. menſes 6. dies 25. perſequente Diocletiano Chriſtianos.

Margin: Anno Domini 296 — Onuphr. I epitome Pontif. & I chron. Eccle. poſuit ceſſaſſe mẽſ. 2.

EPISTOLA EIVSDEM
Decretalis prima, ad Salomonem Epiſcopum.

Confutatur error dicentium, Patrem eſſe Filio maiorem, &c.

MARCELLINVS Epiſcopus ſanctę Eccleſiæ catholicæ vrbis Romanę, Salomoni coëpiſcopo in Domino ſalutem: Quàm laudabiliter pro catholicæ fidei veritate mouearis, & q ſolicitè Dominico gregi deuotionem officij paſtoralis impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ ſcripta demonſtrant, quibus notitiæ noſtrę inſinuare curâſti, qui errorũ morbi in regionibus veſtris modò exorti ſunt. Nam epiſtolæ ſermo, & commonitorij ſeries, & libelli tui textus eloquitur, ꝙ quidam errore decepti, dicunt, ideò patrem maiorem filio eſſe, quia illi ſoli ſacrificium immolatur, & ꝙ filius nullam cum patre communionis operam habeat, & ꝙ illud propheticum de ſolo patre dictum ſit, (Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus, tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram.) Siue ꝙ ideò minor eſt filius, quia ipſe in cruce pendens, dixit: (Deus

Margin: Pſal. 82. — Pſal. 21. Matt. 27.

Deus

Deus meus, quarè me dereliquiſti?) Quibus competens & congruũ reddatur reſponſum, quia ſicut patri, ità etiàm filio, non ſolùm Chriſtianis temporibus, verũ etiàm priſcis tẽporibus à ſacerdotibus, varijs multiſq; modis
Dan. 3. probamus, ſacrificium fuiſſe oblatũ, Daniele propheta, dicente: (Non eſt locus (inquiunt tres pueri) ad ſacrificandũ nomini tuo, & inuenire miſericordiam tuam, ſed in anima cõtrita, & in ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Et ſicut holocauſtomata arietum & taurorum agnorumque pinguium, ità fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodiè, vt placeat tibi.) Et vt filiũ fuiſſe agnoſcas, cui hi tres pueri ſacrificium ſe confeſſi ſunt obtuliſſe, ex ipſius regis ac tyranni, qui eos in fornacẽ ignis mitti præceperat, confeſſione addiſce, qui ſe cũ tribus quartum, in ipſo æſtuantis camini incendio ſociatum, prodidit conſpexiſſe. Nónne, inquit, tres viros miſimus in fornacem vinctos? Et dixerunt ei, Verè rex. Et dixit, Eccè, ego video quatuor viros ſolutos, & deambulantes in medio ignis: & aſpectus quarti, ſimilis filio Dei eſt.
Pſal. 71. Idem Dei filius per prophetam loquitur, dicens: (Tibi offerent reges munera.) Et vt hæc de filio Dei ſe dixiſſe doceret, dixit: (Reges Tarſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabũt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei.) Et vt hæc omnia, ſuperiùs deſignata, Chriſto filio Dei doceamus fuiſſe oblata, in natiuitate eiuſdem filij Dei, quæ ſecundùm carnem
Mat. 2. a facta eſt, probamus fuiſſe completa, euangelio comprobante: (Cùm natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, eccè Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Et infrà: Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes, adorauerunt eũ: & apertis theſauris ſuis, obtulerũt ei munera, aurum, thus & myrrhã.) Sacrificium itaque, quod à Chriſtianis ſacris altaribus admouetur, non ſolùm Deo patri, ſed etiàm filio communi deuotione offertur: quoniam nec patri ſinè filio poteſt offerri, neque filio ſinè patre ſacrari. Quòd autem communem operationem habeant pater & filius, hoc modo docetur, dum primi hominis plaſma DEVS ad imaginem Dei
Gene. 1. c communi operationis virtute feciſſe fertur, ſcriptura dicente: (Faciamus hominem ad
Gen. 11. b imaginem & ſimilitudinem noſtram.) Item ibì: (Deſcendamus, & confundamus ibì lin-
Gen. 19. c guam eorum. Et pluit DOMINVS à DOMINO ignem & ſulfur ſuper Sodomam.) Et
Ioan. 5. c in Euangelio: (Pater meus vſque modò operatur, & ego operor. Similiter & opera quæ
Ioan. 7. b ego facio, non ſunt mea, ſed eius qui miſit me, patris.) Quæ omnia non diſcretam patris & filij potentiam monſtrant, ſed vnam diuinitatis operationem annunciant. Et is, qui paternum opus exequitur, à paternis operibus alienus eſſe non creditur. Si autem ex euangelio filium Dei cognoſceres altiſſimum nuncupatum, nunquàm filio derogans, hoc de ſolo Deo patre dictum poneres teſtimonium, cùm ſcriptum ſit: (Tu puer propheta Luc. 1. g
Altiſſimi vocaberis.) Et vt filius cum patre indiſcretè in altiſſimis habitaſſe credatur, Salomonis teſtimonio comprobatur: (Ego ſa- Eccl. 24. a
pientia (inquit) habitaui in altiſſimis, & thronus meus in columna nubis.) Et in Pſalmo
* 92. (Tu autem altiſſimus es in æternum, Do- * 91.
mine, quoniã eccè inimici tui peribunt.) Nam cum diabolus thronum ſuum contra creatoris ſui thronum in altiſſimis collocaret, elatus ſuperbia, hæc auſus eſt nefando ore depromere: (Ponam ſedem meam ad Aquilo- Eſa. 14. d
nem, aſcendam (inquit) ſuper ſidera cœli, ſedebo ſuper montes excelſos, & ero ſimilis Altiſſimo.) Item in Salomone: (Nè dixeris, pec- Eccl. 5. a
caui, & quid accidit mihi triſte? Altiſſimus enim patiens eſt redditor.) Si auditum cordis tui ſcripturis non vis accommodare diuinis, quæ filium doceant altiſſimum nuncupatum, vel diabolo crede, qui contra opificis ſui thronum ſedem ſibi voluit collocare. Vt eũ agno- Eſa. 14. d
ſcatis filium, à patre (vt vos ſuſpicamini) nõn fuiſſe penitùs derelictum, hoc de ſe in euangelio poſuit teſtimonium: (Pater, qui me Ioan. 8. d
miſit, mecum eſt: & non reliquit me ſolum, quia, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.) Vndè pro ſurreptione mandamus, vt omnis cura atque ſolicitudo inuigilet, nè fides temeretur aut violetur. Iam nullus eſt ignorantiæ locus, nullus utatur ſimplicitatis excuſatione præterita. Scienti peccare, neceſſaria eſt confuſio: & quod ore contraxit, ſcientia reformetur. Iſta frater tene, & hæc doce. Vtinàm ad plenioris affatûs ſatietatem præſentiæ tuæ nobis gaudia contigiſſent, ut gratularemur nos & colloquio & præſentia tui frui, quam ſumus antè ſcripto complexi. Veruntamen probâſti dilectiſſime frater, quo Chriſtianã fidem uenerаris affectu, dum ea quæ, ad regulas patrum pertinent, & ad mandata catholica, ſinè aliqua cupis tranſgreſſione ſeruare: & ſpreta erratica & nociua doctrina, catholica & apoſtolica tenere præcepta, & rectæ fidei regulas docere atque ſeruare. Hæc, frater chariſſime, & alia, quæ patrum regulis continentur, in labijs & cordibus noſtris indiuiſa retractatione meditemur, & ſicut ſcriptum eſt, narremus ea filijs noſtris, ut ea meditentur in cor- Pſal. 77.
dibus ſuis, ſedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientès atq; ſurgẽtes: quia beatus in Dño, q in lege eius meditabit die ac nocte. Pſal. 1.
Hęc etenim magiſter gentiũ ſequutus, diſcipulũ ſuũ inſtruens, admonet: Hæc meditare, in 1. Tim. 4 d
his eſto, ſubijciens * plenitudinẽ. Attende tibi ac doctrinæ: quoniã ſi fidelibus ſinè intermiſſione incũbimus iſtitutis, ſeparamur à uitijs, dũ impenſa cura diuino operi, humano locũ nõ relinquit errori. Quòd ſi ea, q̃ p̃dicta ſunt, ualidis teneantur fixa radicibus: nec à paterna traditione receditur, & cõſtanter q̃ſtionibus obuiat,

obuiat, ac prauorũ intentio caſſatur, bonorũq; fides & cõſtantia roboratur. Data octauo Idus Septembris, Diocletiano ſextò & Cõſtantino ſecundò viris clariſſimis conſulibus.

EPISTOLA MARCELLINI papæ ſecunda.

DILECTISSIMIS fratribus vniuerſis Epiſcopis, per Orientales prouincias, cõſtitutis, Marcellinus Epiſcopus: Quid tã dulce ſolicito, q̃ q mihi de vobis innoteſcunt illa quæ cupio? Quid tã religioſis cõueniens inſtuuus q̃ vt inter ſe ſacerdotes pacem, quã neceſſe eſt alijs pro officio annunciare, conſeruent? Plena (fateor) gratulatione ſuſcepi, q votiua mihi de charitate (quæ inter vos eſt) Eccleſiarum & pace, in literis indicâſtis ſpontè mihi: quicquid hortari poterã, quicquid monere, delatũ

Pſal.67.

eſt. Confirmet hoc Deus, quod eſt operatus in nobis: & quæ præcepit pro animarum ſaluta faciẽda, hæc ipſe qui præcepit, pro ea, qua nos redemit, pietate faciat. Et his tã bonis nuncijs, nos quoq;* religioſam ſanctorum vicẽ reddimus nunciorum. Quicquid cũ orientalibus, quos ad Eccleſiæ corp⁹ vnitatemq; reuocatos, dudum Dei noſtri ope literis ſignificauimus deſtinatis, denuò cùm aptum fuerit, repetitis vobiſcum participamus indicijs, mox pro noſtro edicto ab orientalibus miſſa legatio eſt, certa ſperauit, certa conſuluit. Sed facimus de his, quæ fuerunt dicenda, compendia, ipſi potiùs ad inſtruendam notitiã veſtram, quæ nobis ſunt reſponſa, dirigentes, nè quid ſibi ſub ſpatio prolixiore terrarũ, aut opinio vindicet, aut error aſſumat, cùm ad rerũ fidem, ipſam teneri ſufficiat veritatem. Quid autẽ ad continentiam noſtrarũ pertinet literarũ, oportuit quidẽ deſideria pleniùs expedire. Quapropter ſcitote, vos à perſecutione fratrũ, & ab omni litigio abſtinere debere, dicente ſcriptura:

* religioſorum uicem reddentes nũciorũ, quicquid.

2. Tim. 2. d

Seruum Dei non oportet litigare, nec* quenquam nocere, ſed omnes perſecutores Eccleſiæ, ſeruorumq; eius, veſtris redargutionibus corrigere, teſtante Apoſtolo: Argue, obſecra, increpa. Quæcunq; ergò contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad Eccleſiã deferantur, & ab Eccleſiaſticis viris terminentur. Maior autẽ nõ poteſt à minore iudicari, nec Epiſcopi pontifici, à quo conſecrati probantur, præiudicium inferre vllum poſſunt. Quod ſi præſumptũ fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter Eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri. * Clericus verò cuiuſlibet ordinis, abſq; pontificis ſui permiſſu * nullum præſumat ad ſeculare iudiciũ attrahere. Nec laico quemlibet clericum liceat accuſare. Detractiones tamẽ & accuſationes atq; perſecutiones, inter Chriſtianos oppidò vitandæ ſunt: quia licèt pauci ſumus in comparatione aliorũ, ſi tamẽ vnanimes fuerimus, faciliùs aduerſarijs reſiſtemus. Sãctus etenim protomartyr Stephanus lapidabatur, ſed ſe ſua ſuſcipiebat plagas. Ideò vtrumq; prouidendis

* cuiquã

2 Tim. 4. a

11. quæ. 1. Quæcunque.

* Clericũ 11. q. 1. Clericum cuiuslibet ordinis.

* nullus

2. q. 7. Laico non liceat quẽlibet.

eſt, nè aliquem iniuſtè iudicet aut puniat, nè IESVM iudicet aut puniat. Et Dominus in Euangelio ait: Nolite iudicare, vt non iudicemini, quo enim iudicio iudaueritis, iudicabimini. Vndè & doctor gentiũ loquitur, dicens: (Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino, vt iã non ambuletis, ſicut gentes ambulant in vanitate ſensùs ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita DEI per ignorantiam, quę eſt in illis, propter cæcitatem corpis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationẽ immunditiæ, omniſq; auaritiæ. Vos autẽ non ità didiciſtis CHRISTVM, ſi tamen illum audîſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in IESV, deponere vos ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecũdùm DEVM creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis: Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatẽ vnuſquiſq; cũ proximo ſuo, quoniam ſumus inuicèm membra. Iraſcimini, & nolite peccare. Sol nõ occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locũ dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat, vndè tribuat neceſſitatem patienti. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiã audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum DEI, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autẽ inuicèm benigni & miſericordes, donantes inuicèm, ſicut & DEVS in CHRISTO donauit uobis. Eſtote ergò imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam DEO in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet, ſed magìs gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & DEI. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis. Propter hæc enim uenit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergò effici participes eorum. Eratis enim aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate, (fructus enim lucis, eſt in omni bonitate & iuſtitia & ueritate) probantes, quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe * eſt dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur. Omne enim,

Math. 7.

Ephe. 4. d & f

Pſal. 4.

Ephe. 5 b, c

* eſt &

quod

quod manifeſtatur, lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurgè à mortuis, & illuminabit te Chriſtùs. Videte itaque fratres, quomodò cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tẽpus, quoniam dies mali ſunt. Propterеà nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quę ſit volũtas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spirituſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri. Subiecti inuicèm in
35. q6.1. timore Chriſti.) Omne enim quod irreprę-
Oẽ quod. henſibile eſt, catholica defendit Eccleſia. Non licet ergò Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti, aliquid contrà mandata Diuina præſumere: nec quicquam quod euangelicis propheticiſque & apoſtolicis regulis obuiam, agere. Iniuſtũ enim iudicium & definitio iniuſta, regis metu vel iuſſu à iudicibus ordinata, nõ ualeat: nec quicquam, quod contra euangelicæ vel propheticæ aut apoſtolicæ doctrinæ conſtitutionem, ſucceſſorumve eorũ, ſiue ſanctorũ patrũ, actũ fuerit, ſtabit. Et quod ab infidelibus aut hæreticis factũ fuerit, omninò caſſabit. Vos aũt ſtate in fide, viriliter agite, & omnia veſtra cũ charitate fiãt. Huius rei gratia, ut ait Apoſtolus, flecto genua mea ad patrem Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ex quo oĩs paternitas in cęlis & in terra nominatur, vt det vobis ſm diuitias gloriæ ſuæ virtutẽ, corroborari p ſpiritum eius, in interiore hoĩe habitare Chriſtũ per fidẽ in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati, ut poſſitis cõpręhendere cum oĩbus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, * & profundũ, ſcire etiàm ſupereminentẽ ſciẽtiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem, qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quàm petimus aut intelligimus, ſecundùm virtutem, quæ operatur in nobis, ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu, in omnibus generationibus ſęculi ſęculorum. Amen. Data quinto Idus Septembris, Diocletiano ſeptimò, & Maximiano ſextò viris clariſſimis conſulibus.

* & ſublimitas, &

PRÆMONITIO AD LECTOREM SEQVENTIS condemnationis Marcellini Papæ.

PRopter exemplarium intolerabilem, nimiamque & differentiam & deprauationem, quorum alterum vetuſtum ſuit ac mendoſum, quanquàm de optimo charactere, atque in pergameno exaratum, alterum magis vetuſtum, ſed æquè deprauatum, ceu ad oculum intuentibus liquet, adeò vt nonnunquàm, quid intendat, non ualeat intelligi, idcircò vtriuſque exemplaris de ſyllaba in ſyllabam, nulla facta mutatione, litera eſt poſita. Vnius quidem in columna anteriori, vbi præponitur, A. alterius in poſteriori, vbi præponitur, C. Verùm media columna, cui præponitur B. pro illius capacitate, ſeu potiùs coniectura, qui vtranque literam ſic diuerſam concordare uiſus eſt, & ad ſenſum aliquem reducere, quatenùs ei pro ſua virili licuit, litera, vbi illius intellectus haberi potuit, manente, ex vtroque exemplari deſumptis, quæ literæ magis congruere illi viſa ſunt, aut certè quibuſdam uel mutatis, vel additis, vbi litera nimis deprauata extabat, aptata eſt. Nemo ergò caput ſubſannando moueat, qui uel exemplaribus correctioribus nactis, uel ex ingenij nobilitate aut lympiditate concordiam illam minùs aptam conſiderans, poteſt emendare: quinimmò patienter ferat, quod actum eſt, & in meliorem formam ipſe reſtituat. Proindè viſum collectori non eſt, omninò iſta propter præmiſſas ineptias prętermittere, quæ patręs priores nobis ſuis poſteris opera ac diligentia tanta reliquerũt: quin potiùs noſtræ poſteritate illa communicare decreuit. Nam qui zelo Pontificum Rom. hæc ab æmulis Apoſtolicæ ſedis conficta putant, quaſi indignum Apoſtolica ſede fuerit, Pontificem tantum eò redigi, ut idolis litaret, ij parùm meminiſſe videntur, Petro ſuam negationem haud offeciſſe, & gaudium eſſe angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, & hunc ipſum Marcellinum poſteà conſtanter mortem pro Chriſto oppetiiſſe, iuxtaque prouerbium, poſt fugam denuò ſtrenuè certaſſe. Vtcunquè tamen ſit, nos id quod in veterum monumentis reperimus, tibi lector celatum noluimus, veritatem huius penès ipſa relinquentes, nemini que ſententia noſtra quicquam præiudicantes.

DE MARCELLINO EPISCOPO VRBIS ROMÆ, & de Vrbano Pontifice Capitolij.

MARCELLINI PAPAE CONDEMNATIO.

A

DIocletiano & Maximiano Auguſtis, cum multi in vita ſua aſperſi mentis ſuæ uacillitate mentiebãtur, origine dicentes, quod deorũ ſuperſtitio: vanitas ſuper ſe ſentirent, & ad ſacrificandum eo tempore multi inducerentur per pecuniam, vt ſacrificent dijs. Marcellino itaque etiam Epiſcopo vrbis Romæ, venit quidam nomine Vrbanus, qui erat Põtifex Capitolij,

B

DIocletiano & Maximiano Auguſtis, cum multi in uita ſua mentis ſuæ facilitate adſperſi, deorum mentiebantur originem, dicentes, quod de eorum ſuperſtitione vaniſſima ſentirent, & ad ſacrificandum eodem tempore multi inducerentur per pecuniam, vt thurificarent dijs, Marcellino, itemque vrbis Romæ Epiſcopo, venit quidã nomine Vrbanus, qui erat

C

CVM multi in vita ſua aſperſu mentis ſuæ vacillitate mentiebantur, origine dicentes, quod de eorum ſuperſtitionẽ vanis ſuper ſentirent, & ad ſacrificãdum eodem tempore multi inducerentur per pecuniam, ut thurificarẽt dijs. Marcellino itaque vrbis Romæ, venit quidam nomine Vrbanus, qui erat Pontifex Capitolij, & repletus multitudine malitiæ, cœpit

lij, & replebatur multitudine malitiæ, & cœpit cum eo habere altercationem de thurificādo dijs, dicens ad Marcellinū Epiſcopum vrbis Romæ: Si Chriſtus veſter, quem dicitis natum de virgine Maria, ꝙ apud ſemetipſum prima luce miſſi Magi ab Herode, obtulerunt ei muoera: quæ, aurū, thus, & myrrha, vt ſcireot ſacerdotes per quod placeretur huoc quem dicitis reſurrexiſſe, & ſuper thronum. Dicit ei Marcellinus Epiſcopus: Non obtulerunt ei, ut ſacrificarent vanitati, ſed ideo, ut Deum & Dominum altiſſimum quem oegabant, oſtendereot. Vrbanus ad eadem reſpondit, dicens: Per vnam noctem ſimul adſtemus aote Domnos Imp. iouictiſſimos Diocletianum & Maximianum, & dabo tibi quæſtionem de thurificando. Venientes autem die quo dicant Vulcanibus, dicit ei Vrbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quaſi in incrementa petitionum, & afferamus clemētiſſimis principibus. Fecerunt ambo ſimul ſicut dixerant, Marcellinus & Vrbanus. & venientes ad ſacratiſſimos principes, offerebant eis. Marcellinus itaque vrbis Romæ Epiſcopus, fidem ſeruans, Chriſtum prędicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis principes terribiles vniuerſo mūdo, qm̄ vana eſt ſuperſtitio thurificandi? Dicit autem Vrbanus: Loquemur nos contra Pontifices clemeotiſſimi atq; inuictiſſimi principes, quoniam deum Iouem, atq; inuictum Herculem corporei fabricantur, & Iouem, quem dicimus cœlū, terram, mariq; cum Saturno menſtruante. Quare ergo hoc Marcellinus Pontifex, ſicut & ego, non thurificat maieſtatibus? Dicit itaq; Diocletianus: Non execrare hominem hūc, quoniam noſtra clementia non difficultate exhibet inflammari, ſed eius conſilium accipiamus vtrunque, quoniam non probamus poſt ſerenitatem eſſe obſcurum; nec eum contra deos immortales dare ſententiam. Romanus ita-

erat Pontifex Capitolij, & repletus multitudine malitiæ, cœpit cum eo habere altercationem de thurificando dijs, & dixit ad Marcellinū vrbis Romæ Epiſcopū: Si Chriſtus veſter, quem dicitis natum de virgine Maria, Deus eſt, quare ad ipſum præuia luce miſſi Magi ab Herode, obtulerunt ei muoera? quę? Aurum, thus, & myrrham. Quare hoc, oiſi vt ſcirent ſacerdotes, per quid placarent hunc, quem dicitis reſurrexiſſe & viuere, & ſedere ſuper thronū? Dicit ei Marcellinus Epiſcopus: Non obtulerunt ei, ut ſacrificarent vanitati, ſed ideo, ut Deum ac Dominum altiſſimum, eum quem poſteà negabūt Iudæi, oſtenderent. Vrbanus ad eadē reſpondit, dicens: Vna nocte ſtemus ſimul ante Dominos Imperatores inuictiſſimos Diocletianum & Maximianum, atq; clementiſſimos principes, & dabo ribi quæſtionem de thurificando. Venientibus autem eis die, quę dicunt Vulcanalia, dicit ei Vrbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quaſi inſtrumenta petitionum, & offeramus clemeotiſſimis principibus. Fecerunt ambo ſimiliter, ſicut dixerant, Marcellinus & Vrbanus. Et venientes ad ſacratiſſimos principes, offerebant eis. Marcellious itaque vrbis Romæ Epiſcopus fidē ſeruans, Chriſtum prędicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis principes terribiles vniuerſo mundo, quoniā vana eſt ſuperſtitio thurificādi? Dicit autē Vrbanus: Loquemur oos contra pontifices ô clementiſſimi atq; inuictiſſimi principes, qui Deū Iouē, & inuictum Herculem corporeos fabricantur, & Iouem queque, quem dicimus cęlū, terram, mareq; ſimul cū Saturno menſurantem? Quare ergo hic Marcellinus Pontifex nō thurificat, ſicut & ego, maieſtatibus? Dicit itaq; Diocletianus, Non execrate hominem hunc, quoniam nobis nullam difficultatē exhibet, qua offendamur, ſed eius cōſilium accipiamus, quoniam intel-

cœpit eo habere altercationē de thurificando dijs, & dicens ad Marcellinum Epiſcopum vrbis Romæ: Si Chriſtus veſter, quem dicitis natum de virgine Maria, quod apud ſemetipſum prima luce, niſi Magi ab Herode obtulerunt ei munera, quæ? aurum, thus & marrham, ità vt ſcirent ſacerdotes, per quid placerent hunc, quē dicitis reſurrexiſſe & viuere ſuper. Dicit ei Marcellinus: Non obtulerunt ei, vt ſacrificarent vanitati, ſed ideo, vt Deum & Domioū eū, quē negabant, oſtenderent. Vrbanus ad eadem reſpondit, diceos: Vna nocte ſimul ſtemus ante Domnos Imperatores inuictiſſimos Diocletianum & Maximianum, atque clementiſſimos principes, & dabo tibi quæſtionē de thurificando. Venientes autem quę dicant Vulcanalibus, dicit ei Vrbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quaſi iocrementa petitionum, & afferamus clementiſſimis principibus. Fecerūt ambo ſimul, ſicut dixerat Vrbanus, & venientes ad ſacratiſſimos principes, offerebant eis. Marcellinus itaque vrbis Epiſcopus, fidē ſeruans, Chriſtum prędicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis terribiles vniuerſo mundo, quoniā vana eſt ſuperſtitio thurificandi? Dicit autem Vrbanus: Loquere ad nos. At contra pontifices clementiſſimi atque inuictiſſimi principes, quoniam deum Iouem atque iunictum Herculem corporeum fabricantur, & Iouem quem dicimus cœlo, terræ, mariſque cum Saturno menſtruāte. Quare ergo hic Marcellinus pootifex noo thurificat, ſicut & ego maieſtatibus? Dicir itaque Diocletianus: Non execrare hominem hunc, quoniam ooſtræ clementiæ non difficultatem exhibet inflammare, ſed eius conſilium accipiamus vtrunque, quooiam non probauimus noſtræ ſerenitati eſſe obſcurum, nec contra deos immortales dare ſententiam. Romanus itaque & Alexander

Itaque & Alexander ſecreto dixerunt Diocletiano: Si hunc domine atque inuictiſſime princeps conſilio ienueris blandimenti, omnem vrbaniam plebem habebis vnitatem conuerſare, & gentes per ſacrificia fideliſſima obiurgare.

intelleximus eum nõ eſſe aduerſum nobis, nec cõtra deos immortales dare ſententiam. Romanus itaq; & Alexander dixerũt ſecreto Diocletiano: Si hunc dñe atq; inuictiſſime princeps, cõſilio tueris & blãdimẽtis, habebis oẽm vrbanã plebẽ vnitã (aliâs) in vnitate cõſeruare, & gentes ꝓpter ſacrificia fideliſſima obiurgare.

der dixerunt Diocletiano: Si hunc DOMINE atque inuictiſſime princeps conſilio meris, blandimentis omnem vrbanam plebem habebis munitam conſeruare, & gentes per ſacrificia fideliſſima obiurgare.

DE DIOCLETIANO, ET DE TRVRIFICATIONE Marcellini Epiſcopi vrbis Romæ.

Dicit antem Diocletianus ad Marcellinũ Epiſcopum vrbis Romæ: Video prudentiam tuam, quoniam magna eſt. Vt noſtra ſit amicitia, quę dijs & vniuerſo mũdo ſit inimicitia. Veni itaque, & loquentiam tuam, noſtrum incrementum facias fauori. Veniens autem ad templum Veſtæ & Iſidis, & introduxit Epiſcopum. Qui dum introiſſent,

Euntes autem multi Chriſtiani per veritatis exemplũ, abierunt & viderunt eum mittentem & thurificantem, & factum amicum principum, qui abierunt ab eo, vt teſtimonium veritati exhiberent. Iſti ſunt,

Dicit autem Diocletianus ad Marcellinũ Epiſcopum vrbis Romæ: Video prudentiam tuam, quoniam magna eſt, noſtraque inimicitia, quã dijs & vniuerſo mundo ſit inimica. Veni itaq;, & eloquentia tua noſtro incrementum facias fauori. Veniens autẽ ad templum Veſtæ & Iſidis, introduxit Epiſcopum. Qui dũ introiſſent, erãt cum eo duo diaconi, Gaius & Innocẽtius, & tres presbyteri, Vrbanus, Caſtorius & Iuuenalis. Et dum vidiſſent eum introeuntem, nõ tamen mittentem & thurificantem, fugerunt hi omnes ad compresbyteros, & inueneiũt eos in Vaticano palatij Neroniani, & dixerunt rem, quam geſtam vidiſſent. Euntes autem multi Chriſtiani, propter veritatem ad templũ abierunt, & viderunt eum mittentem, & thurificantẽ, & factũ amicum principum. Qui autem abierunt ad eum, vt teſtimonium veritatis exhiberent, iſti ſunt:

Dicit antẽ Diocletianus ad Marcellinũ Epiſcopum vrbis Romę: Video prudentiam tuam, quàm magna eſt, vt noſtra ſit amicitia, q̃ dijs & vniuerſo mũdo ſit inimica. Venit itaq; eloquentia tua noſtrum incremenũ ſatia fauore & eloqnio. Veniens autem ad templum Veſtianũ & ad Iſidẽ, & introduxit Epiſcopum. Qui dũ introiſſent, erant cum eo duo diaconi, Gaius & Innocentius, & tres presbyteri, Vrbanus, Caſtorius & Iuuenalis. Et dum vidiſſent eum introeuntem, non tamen mittentem & thurificantem, fugerũt hi omnes ad cõpresbyteros, & inuenerunt eos in Vaticano palatij Neroniani, & dixerunt rem quam geſtam vidiſſent. Euntes autem multi Chriſtiani, penes veritatis exemplum abierunt, & viderunt eum mittẽtem & thurificantem, & factum amicum principum. Qui abierunt ad eum, vt teſtimonium veritatis exhiberent, iſti ſunt:

Bonoſus, Maximus, Carpilio, Cyp rianus, Olympius, Priſcus, Hercu les, Androphemus, Victor, Benenatus, Epiphanins, Criipinus, Theodolus, Alexander, Romanus, Baiulus, Quiriacus, alias Quiricus, Theodolus, Caritoſus, Omitaſio, alias Octauianus, Honoratus, Creſcentio, Maximus, Probinus, Vrbicus, alias Vrbinus, Concordius, Neapolus, Refrigetius, Sebaſtianus, Calphurinus, Iulianus, Epiphorus, Habet deum, Criſpianus, alias Criſpinianus, Creſcens, Rapula, alias Rabula, Cyprianus, Abentius, alias Habentius, alias Iubenuus, Exquiro, alias Exper, Venerius, Oyſitus, alias Orphitus, Carpulianus, alias Carpinianus, Conſtantius, Vrſus, alias Vrſinus, Valentinianus, alias Valentinus, Priſcus, Seuerus, Probus, Fauſtus, Antonius, Quirillus, Homobonus, Abulus, alias Aibulus, Pulſanus, alias Pulſatius, Caritto, alias Carotto, Criſpianus, alias Criſpinianus, Herculentius, alias Herculianus, Petrus, Nonnoſus, Teſpias, Marinus, Fabius, Honeſtulus, alias Honeſtatus, Furinus, alias Firminus, Domitianus, alius Dominicus, alias Domninus, Hymulus, alias Hynnulus, Capillatus, alias Catellus, Lugundinus, alias Iucundus, Veneroſus, alias Beneroſus, Aurelianus, Impeditus, Agapitus, Concordius, Bonifacius, Cyprius, alias Cyprius, Maior, alias Maioranus, Reparatus, Auxentius, Corporanus, alias Corporalis, Bonus homo, Saluſtius, Origanus, Abundius, Tinilus, alias Terula, Nepotianus.

Hi omnes electi ſunt viri libra occidua, qui teſtimonium perhibent, videntes eū Marcellinum thurificâſſe.

Hi omnes electi ſunt viri libra occidua, qui teſtimoniū pethibent, ſe vidiſſe, eundem Marcellinum thurificâſſe.

Hi omnes electi ſunt viri libra occidua, qui teſtimonium perhibent, videntes eū Marcellinum thurificaſſe.

Synodus Sinueſſana in cauſa Marcellini Epiſcoporum 300. & Presbyterorum 30. vt eſt apud quoſdam.

DE SYNODO, ET DE NEGATIONE MARCELLINI Epiſcopi, quod non thurificaſſet.

FActa eſt itaque ſynodus, non tamen collecti ſunt in integro ſacerdotes, quia currilicus vrgebatur perſequntionis. Veniens autem Epiſcopus Marcellinus, negabat ſe thurificaſſe. Nam dixit, & hanc ſententiam propoſuit, quia dimiſetunt eum qui cum eo eſſe videbantur, in eodem loco presbyteri, Vrbanus, Caſtorius & Iuuenalis, & diacones Gaius & Innocentius. Synodus autem vniuerſa hoc dixit cunctorū iudicio: Tu enim eris iudex. Ex te enim damnabetis, & ex te iuſtificaberis, tua præſentia. Illuc vero dum veneris ad iudiciū tuum, ex te damnaberis, ex te iuſtificaberis. Tu enim iudex, tu reus. Presbyteri autem vel Diaconi, quoniam pontificem qui eos creauit in ordinem presbyterij vel diaconatus honotē, & dimiſerunt arcam, & vacuauerunt horreum, eos ad probandum admiſſo ordine intrent examē, quoniam euacuauerunt horreum. Debuit enim Pontifex mori cū quinque, quàm uiuat ſuo iudicio condemnatus. Introiuit autē vniuerſa ſynodus in crypta clero Patriēſe in ciuitate Seſſuana: & quia nou multitudo referebatur in crypta ſynodi, quinquageni introibant.

FActa eſt itaque ſynodus, non tamē collecti ſunt in integro ſacerdotes, quia curriculus vrgebatur pſequutionis. Veniens autē Epiſcopus Marcellinus, negabat ſe thurificaſſe. Nam dixit, & hāc ſententiā propoſuit, quia dimiſerunt eum, qui cum eo eſſe videbantur in eodem loco presbyteri, Vrbanus, Caſtorius, & Iuuenalis, & diacones Gaius & Innocentius. Synodus aūt vniuerſa hoc dixit cūctorum iudicio: Tu eris iudex; ex te enim damnaberis, & ex te iuſtificaberis, tamē in noſtra pſentia. Illuc vero dum veneris ad iudicium tuum, ex te tunc damnaberis, & ex te iuſtificaberis. Tu enim index, tu reus, (* alias, tu eris.) Presbyteri autem & diacones (quoniam Pōtificem, qui eos creauit in ordinem presbyterij vel diaconatus honorem, & dimiſerunt atcā, & euacuauerūt horreum) ad probandum eos, amiſſo ordine, intrent examē, quoniā euacuauerūt horreū. Debuit enim Pōtifex potiùs mori cum quinqne, quàm ut uiueret, ſuo indicio condēnatus. Introiuit autem vniuerſa ſynodus in cryptā Cleopatrēſem in ciuitate Sinueſſana. Et quia tota multitudo non recipiebatur in crypta ſynodi, quinquageni introibant.

FActa eſt itaque ſynodus, non tamen collecti ſunt in integro ſacerdotes, quia curticulus vrgebatur perſecutionis. Veniens autem Epiſcopus, negabat ſe thurificaſſe. Nam dixit, & hoc ſentētia propoſuit, quia dimiſerunt eum qui cum eo eſſe videbantur, in eodem loco presbyteri, Vrbanus, Caſtorius, & Iuuenalis, & diacones Gaius & Innocentius. Synodus uniuerſa hoc dixerunt cūcto iudicio: Tu enim eris iudex. Ex te enim damnaberis, & ex te iuſtificaberis, tamen in noſtra præſentia: illud vero dum veneris ad iudicium tuum, ex te enim damnaberis, & ex te iuſtificaberis. Tu enim iudex tui eris. Presbyteri autem & diaconi, quoniam Pōtificem qui eos creauit in ordine presbyterij uel diaconatus honorem. Et dimiſerunt atcam, & euacuauerunt horreum, ad probandum amiſſo ordine intrent examen, quoniam euacuauerunt horreum. Debuit enim Pontifex mori cum quinque, quam viuat ſuo iudicio condemnatus. Introiuit autem vniuerſa ſynodus in cryptam Cleopatrienſem in ciuitate Senſuana. Et quia non multitudo referebatur in Crypta ſynodi, quinquageni introibant.

DE DAMNATIONE VRBANI ET CASTORII, ET DE TESTIMONIO Epiſcoporum aduerſus Marcellinum vrbis Romæ Epiſcopum.

PRima aūt die ſynodi introierunt hi damnantes Vrbanum, Caſtorium & Iuuenalem presbyteros, & diacones Gaium & Innocentium. Hi ſunt qui introierunt Epiſcopi audientes, non tamē iudicantes Pontificem:

PRima autem die ſynodi introierunt hi damnantes Vrbanum, Caſtorium & Iuuenalē presbyteros, & diacones Gaium & Innocentiū: Hi ſunt, qui introierunt Epiſcopi, audientes, non tamen iudicantes Pontificem:

PRima autem die ſynodi introierunt hi damnantes Vrbanum, Caſtorium & Iuuenalē presbyteros, & diacones Gaium & Innocentiū. Hi qui introierunt Epiſcopi, audientes, non tamē iudicantes Pontificem:

Petrus, Caſtorius, Habet Deum, Caſtinus, Victor, Felicianus, Parterius, Maiorinus, alias Maioranus, Auxentius, alias Amplexus, Iacintus, alias Iacynctus, alias Hyacinthus, Sauinus, alias Sabinus, Felix, Paulus, Conſtantius, alias Conſtantinus, Catelus, alias Catellus, Anaſtaſius, alias Athanaſius, Caſtalius, Spes in Deo, Caſtinus, Tranquillinus, Victor, Anaſtaſius, Laurentius, Beneſeruantius, Bonoſus, Iohannes, Firminus, Epiphanius, Herculianus, Caſtus, Orſytus, alias Oyſitus, Cyprus, Gaudioſus, Reparatus, Fortunatus, Quadratianus, Cyprianus,

Seba-

Sebaſtianus, Paſchaſius, Innocens, Valerius, Seruulus, Ceraſianus, Quintilianus, Montanus, Polycarpus, Hermias, Nepotianus, Petrus, Ariſtonicius. alias Ariſto.

Hi iotroeuntes in cryptam, propter metum Auguſtorū, vno ore quaſi trecenti vno die eius concilio iudicantes damnauerunt Vrbanum, Caſtorium, & Iuuenalem preſbyteros, & diacones Gaium & Innocentium, quieuacuauerunt horreum, & dimiſerunt arcam apertam, vt introiret immūdus, & comederet triticum. Ipſos enim (alias etiam) damnauerunt, & indicabant, non tamē iudicabant pontificem, quia hoc ex uno oteerant corroborati, vt inter hæc ſeptuaginta duo teſtimonia, ipſe iudex, ipſe re⁹, ipſe ſemetipſum p̄ſentia eorum ſe innocentem reſeruaret, & iofidelem ſe damnaret. Quoniam in ſeptum dua accidua reparatiooem reſurgit annus. Hanc itaque geſta miraculum, vt introiret unus de teſtimonio talis, vnius vxoris filios babens, ſicut & hic: Qui habet vxorem & filios, adulterabit ſuper vxorem, & dedit vxori repudium. Et introierunt alij decem, & alij tres, dicentes: Nos te vidimus mittentem & thurificantem Herculi, Ioui, & Patuſino. Dicit autem Marcellinus: Quo die? Reſpōdit vnus eorum, & dixit: Qua die excidiſti purpuram, & induiſti coctum, & gaudebat ſuper te Diocletianus, quod ſatis paulo ante negabas, & ante eius tribunal thurificabas. Athanaſius Epiſcopus dixit: Ita ſunt quæ teſtantur iſti? Et reſpondit Petrus Epiſcopus, & dixit: Loquere ex pontifex, & iudica cauſam tuam. Et ſubſcripſerūt quinquaginta epiſcopi, qui ſupra dicti ſunt, in quatuordecem verò ex vno ore loquebantur, de ſeptuagintaduo, & firmabant iudicium.

Hi introeūtes in cryptā propter metum Auguſtorū, vno ore quaſi trecenti, uno die in concilio iudicantes, damnauerunt Vrbanum, Caſtoriū, & Iuuenalem preſbyteros, & diacones Gaium & Innocentium, qui (alias, quia) euacuauerunt horreū, & dimiſerunt arcam apertā, ut introiret immūdus, & comederet triticū. preſbyteros & diacones damnabant, qui Marcellinū Papā dimiſerunt, ipſos etiam indicabant, non tamen iudicabāt pontificē, quia ſic ex uno ore erant corroborati, (alias, concordati) vt intra horū ſeptuagintaduorū teſtimonia ipſe iudex, ipſe reus, ipſe ſemetipſum in præſentia eorum ſe inocētem ſeruaret, aut infidelem ſe damoaret: quoniā in ſeptuagintaduorum libra occidua in (alias, per) reparationē reſurgit annus. Hoc quoq; factum eſt noui, ut introiret vnus de teſtibus, qui quū & vxorem haberet, & filios ex ea, ipſe tamē illi ſpretæ adulteram ſuperioduxit, & dedit vxori repudium. Et introierunt alij decē, & alij quatuor dicētes: Nos te vidimus mittentem & thurificātem Herculi, Iovi & Saturno. Dixit ergo Marcellinus: Quo die? Reſpōdit vnus eorum, & dixit: Quo die exuiſti purpurā, & induiſti coccum, & gaudebat ſuper te Diocletianus, & quos paulo ante negabas, & ante eius tribunal eis thurificabas. Athanaſius Epiſcopus dixit: Ita ne vera ſunt, quæ teſtantur iſti? Et reſpondit Petrus Epiſcopus, & dixit: Loquere pontifex, & iudica cauſam tuam. Et ſubſcripſerunt quinqoagiota Epiſcopi, qui ſupra dicti ſunt, cū quatuordecim uiris, q ex uno ore loquebantur cum ſeptuagintaduobus, & firmabāt iudiciū.

Hi introeūtes in cryptā propter metum Auguſtorū, uno ore quaſi ccc. vno die eius cōſilio indicantes, & damnauerunt Vrbanum, Caſtorium, & Iuuenalē preſbyteros, & diacones Gaium & Innocentiū, quia euacuauerūt horreum, & dimiſerunt arcam apertā, & introiret immūdus, & comederet triticum. Preſbyteros & diaconos damnāt, qui Marcellinum Papam dimiſerunt, ipſos etiam damnauerunt & iudicabant, non tamē iudicabant pontificem, quia hoc ex vno ore erant corroborati, vt intra hos ſeptuagintaduo teſtimonia ipſe iudex, ipſe reus, ipſe ſemetipſum in præſentia eorum innocētem ſe ſeruaret, & aut īfidelem ſe damnaret, quoniā in ſeptuagintaduorum libra occidua in reparationē ſurgit annus. Hoc itaque geſtum miraculum, & introiret vnus de teſtimonijs talis, unius vxoris, filios habens, ſicut & hic qui habet uxorem & filios, adulterauit ſuper uxorem, & dedit uxori repudiū. Et introierunt alij decem, & alij tres, dicentes: Nos te vidimus mittentem & thurificātem Herculi, Ioui & Patuſino. Dicit autem Marcellinus: Quo die? Reſpōdit vnus eorum, & dixit: Quo die excidiſti purpurā, & induiſti coccum, & gaudebat ſuper te Diocletiaous, & quod ſatis paulo ante negabas, & ante eius tribunal thurificabas. Athanaſius Epiſcopus dixit: Ita ſunt quæ teſtantur iſti? Et reſpondit Petrus Epiſcopos, dicēs: Loquere pontifex, & iudica cauſam tuam. Et ſubſcripſerūt quinquaginta Epiſcopi, qui ſupra dicti ſoot io quatuordecim viris, qui ex uno ore loquebātur de ſeptuagintaduobus, & firmabant iudicium.

DE TRIGINTATRIBVS PRESBYTERIS VRBIS ROMÆ, qui celebrabant ſynodum ſeruandam.

ALia autem die venerūt trigintatres presbyteri vrbis Romæ, & in eorum iudicio

ALia autē die uenerunt trigintatres presbyteri urbis Romæ, & in eorum iudi-

ALia autē die venerunt trigintatres presbyteri vrbis Romæ & in eorum iudicio

dicio Vrbani, Caſtorij & Iuuenalis presbyterorum, & Gagi & Innocentij diaconorum damnationem integram perſpexerũt, ipſi de ſuo ordine, ſuo iudicio iuſtitiã tenuerũt, dicentes: Amiſſo ordine negeni ſe eſſe, horumque ſocios Eccleſiæ. Venientes autẽ per ſm diem poſt damnationem presbyterorũ Vrbani, Caſtorij & Iuuenalis, & Gagi & Innocentij diaconi, venerunt alij quinquaginta Epiſcopi, & introierunt in cryptam, ut tertia pars ſynodi compleretur. Et dũ ingreſſi fuiſſent in cryptam, propter tempeſtatem temporis introiuit & Marcellinus vrbis Romæ Epiſcopus, cùm adhuc itaq; nomen teneret Epiſcopatus. Nondũ enim fuerat damnatus, niſi numerus ſecundùm ordinem ſynodi libra probaret exemplum. Introiuit autem

iudicio Vrbani, Caſtorij & Iuuenalis presbyterorum, & Gaij & Innocentij diaconorũ damnationẽ integrã perſpexerũt, ac ipſi de ſuo ordine, ſuo iudicio iuſtitiam tenuerunt, dicẽtes: Amiſſo ordine negẽt ſe eſſe horũ, qui ſunt ſocij Eccleſiæ. Conuenientibus autẽ eis ſecundo die poſt damnationem presbyterorũ Vrbani, Caſtorij & Iuuenalis, Gaij & Innocẽtij diaconorum, venerunt alij quinquaginta Epiſcopi, & introierũt in cryptã, ut tertia pars ſynodi compleretur. Et dum ingreſſi fuiſſent in cryptã propter tempeſtatẽ tẽpis, introiuit & Marcellinus vrbis Romæ Epiſcopus, tum adhuc nomẽ tenẽs Epiſcopatus. nõdum enim fuerat damnatus, (alias damnandus) niſi numerus ſecundum ordinem ſynodi libræ probaret exemplum. Introiuit autem

dicio Vrbani, Caſtorij & Iuuenalis presbyterorum, & Gaij & Innocentij diaconorũ damnationem integram perſpexerunt, ipſi de ſuo ordine, ſuo iudicio iuſtitiã tenuerũt, dicentes: Amiſſo ordine negene ſe eſſe horum, quæ ſocij Eccleſiæ. Venientes aũt poſt ſecundùm diem poſt damnationem presbyterorum Vrbani, Caſtoris & Iuuenalis, Gaij & Innocentij diaconorum, venerunt alij quinquaginta Epiſcopi, & introierunt in cryptam, ut tertia pars ſynodi compleretur. Et dum ingreſſi fuiſſent in cryptam propter tempeſtatem temporis, introiuit & Marcellinus Epiſcopus, cum adhuc nomen tenens Epiſcopatus. Nondum enim fuerat damnatus, niſi numerus ſecundùm ordinem ſynodi libræ probaret exemplum. Introiuit autem

Caſtinus, Carpunianus, alias Carpulianus, Domitianus, alias Domninus, alias Dominicus, Deus dedit, alias Dominus dedit, Domninus, alias Domnininus, Creſcentius, alias Creſcentio, Aſterius, Criſpus, Maior, alias Maiorinus, alias Maioranus, Quirillus, alias Quirin⁹, Quiricus, alias Quiriacus, Anaſtaſius, Valentinus, alias Valentinianus, Vltius, alias Vitus, Vrſus, alias Vrſinus, Anthimus, Ambroſius, Agatho, Bonus, Alexander, Veneroſus, Felix, Iohãnes, Honeſtatus, alias Honeſtulus, Marcus, Vrbanus, Creſcens, Saluſtius, Firminus, Spectator, Sebaſtianus, Triſtator, Serius, Marcus, Montanus, Andreas, Philippus, Placentianus, alias Priſcilianus, alias Priſalianus, aliàs Pulſanus, Magnus, Exuperantius, Adrianus, Petrus, Gorgonius, Simplex, Victor, Veneroſus, Honeſtatus, Benenatus, Petrus. Introibant autem in cryptam,

DE RESPONSIONE ATHANASII (alias ANASTASII) & Authimi Epiſcoporum.

Reſpondit Athanaſius & Anthimus Epiſcopi, & dixerunt: Tuo ore iudica cauſam, non noſtro ſolue conditionem. Reſpondens autem Sebaſtianus Epiſcopus, dixit: Noli in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam, & introduc teſtes, ut teſtificentur veritatem. Quoniam ex te iuſtificaberis, & ore tuo cõdemnaberis: quoniam rectè anticipantes noſtri & coepiſcopi damnauerunt, ſicut & noſtro ore petimus, vno conſorti iudicio damnari Vrbanum, Caſtorium & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocentiũ diaconos: quia heri ſpeluncam fregerunt, & tepefactum hi demiſerunt. amiſſo ordine intret examen, quoniam oẽs regulæ, dicit Petrus Epiſcopus,

Reſponderunt Anaſtaſius & Anthimus Epiſcopi, & dixerunt: Tuo ore iudica cauſam tuã, & non noſtro iudicio ſolue conditionẽ. Reſpondẽs aũt Sebaſtianus Epiſcopus, dixit: Noli audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuã, & introduc teſtes, vt teſtificentur veritatem, quoniã ex te iuſtificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis, quoniã rectè pſcripti patres noſtri, & coepiſcopi dãnauerunt, ſicut & noſtro ore petimus & vno conformi iudicio damnari Vrbanum, Caſtoriũ, & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diaconos. Vndè quia iſti ex ſpelunca fugerunt, & ſæpefatum Marcellinum Epiſcopum hi dimiſerũt, amiſſo ordine intrẽt examẽ, quia oẽs regulæ

Reſponderunt Anaſtaſius & Anthimus Epiſcopi, & dixerunt: Tuo ore iudica cauſam, non noſtro iudicio ſolue conditionem. Reſpondens autem Sebaſtianus Epiſcopus, dixit: Noli in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam, & introduc teſtes, vt teſtificentur veritatem: quoniam ex te iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, quoniam rectè anticipantes patres noſtri & coepiſcopi damnauerunt, ſicut & noſtro ore petimus vno conſorti iudicio damnari Vrbanum, Caſtorium & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diacones, quia heri ex ſpelunca fugerunt, & tepefactum hi dimiſerunt, amiſſo ordine intrent examen, quia omnes regulæ dicit

pus,dum tulę fuerint de fornace iam coctæ, iterùm coquuntur. Sol & pluuiæ iu eodem probantur, ut ſint ſuper habitacula hominum. Mora autem non faciēte, vt in damnatione eorum interdictorum ſubſcriberent hi quinquaginta Epiſcopi, vt amiſſo ordine, introirent in ſynodum.

tegulæ (dicit Petrus Epiſcopus) dum cultæ (alias, formatæ, in fornace fuerint coctæ, iterū coquunt ſole & pluuia; & ibi probantur, ut ſint ſuper habitaculis hominū. Moram ergo non faciētes (vt damnationi eorum iam antedictorū ſubſcriberent hi quinquaginta epiſcopi) omiſſo ordine, introięrunt in ſynodum.

dicit Petrus Epiſcopus, dum tultæ fuerant, fornace iam coctæ, iterùm coquuntur ſole & pluuia, & in eo probantur, ut ſint ſuper habitaculis hominum. moram autem non facientes, vt damnationem eorum interdictorum ſubſcriberent hi quinquaginta Epiſcopi, amiſſo ordine introirēt in ſynodum.

DE TESTIMONIO ADVERSVS MARCELLINVM Epiſcopum, quòd uidiſſent eum thurificantem.

Ecce introierūt teſtes 14. qui dicebant ſe Marcellinum uidiſſe thurificantem. Reſpondit vnus Epiſcopus, nomine Saluſtius, dicens: Dicite coram veritatem. Reſpondit Petrus & dixit ad Marcellinum Epiſcopum: Iam audi ex pontifex, & iudica cauſam tuam, quoniam ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo iuſtificaberis, quoniā omnia membra ſana eſſe non poſſunt, ſic apud me ſtatuit. Reſpondit Marcellinus Epiſcopus, & dixit uoce clara: Non diis ſacrificaui, ſed tantū grana leuatis manibus ſuper prunas combuſſi. Leuauerunt ſe omnes quinquaginta Epiſcopi, dicentes ad quatuordecim teſtimonia: Quid audiſtis hunc facientem, quod ex ore ſuo teſtatur, quaſi uno ore dicentes? Et ſubſcripſeruntomnes quinquaginta & quinque teſtimonia etiam quatuordecim uirorum autem uiginti & ſeptem complerentur, cum anticipantes. Vnus autem de Epiſcopis, nomine Quirinus, dixit: Infudiſti cor tuum pontifex malitia, quod & octo annis ſic caueras caſtitate. Præſul vulneraſti uniuerſa membra tua, propterea ego non recedam de omni introitu ſynodi omni purpureo corde tuo.

Et ecce introierūt & 14. teſtes, qui dicebāt, ſe vidiſſe Marcellinum thurificantem. Reſpondit vnus Epiſcopus nomine Saluſtius, dicens: Dicite coram ueritatē. Reſpōdit Petrus, & dixit ad Marcellinum epiſcopū: Iam audi pōtifex, & iudica cauſam tuam, quoniam ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condēnaberis, quoniā nulla membra ſana eſſe poſſūt, ſi caput mœſtum fuerit. Reſpondit Marcellinus Ediſcopus, & dixit clara uoce: Nou diis ſacrificaui, ſed tantum grana leuatis (alias, leuata) manibus ſuper prunas cōbuſſi. Leuauerūt ſe oēs quinquaginta præſcripti epiſcopi, dicētes ad 14 teſtificantes: Quid vidiſtis hunc facientem? Qui ex ore ſuo teſtati ſunt, quaſi vno ore loquentes. Et ſubſcripſerunt oēs 55. inteſtata 14. uirorū. (alias, Et ſubſcripſerūt oēs 55. teſtimonijs 14. virorū) ita ut 28. complerētur cum participātibus. Vnus aūt de Epiſcopis, nomine Quirinus (alias, Quirillus) dixit: Infudiſti cor tuū pontifex malitia, quod decē & octo annis ſiccaueras (alias ſanctificaueras, alias anuis ſiccaueras manifeſtare (caſtitate, præſul, vulueraſti vniuerſa mēbra tua. Propterea ego nō recedā de omni cœtu ſynodi, donec purpureū cor tuū manifeſtet.

Ecce introierūt & 14. teſtes, qui dicebāt ſe Marcellinum vidiſſe thurificantem. Reſpondit unus Epiſcopus, nomine Saluſtius: Dicite coram ueritatem. Reſpondit Petrus, & dixit ad Marcellinum Epiſcopum: Iam audi pontifex & iudica cauſam tuam, quoniam ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, quoniam omnia membra ſana eſſe non poſſunt, ſi caput mœſtauit. Reſpondit Marcellinus Epiſcopus, & dixit clara uoce: Non diis ſacrificaui, ſed tantum grana leuatis manibus pruna combuſſi. Leuauerunt ſe omnes quinquaginta præſules Epiſcopi, dicentes ad quatuordecim teſtimonia: Quid uidiſtis hunc facientem, quod ex ore tuo teſtantur, quaſi vno ore dicentes? & ſubſcripſerunt omnes quinquagintaquinque teſtimónia quatuordecim virorum, ita vt viginti octo complerentur cum anticipantibus. Vnus autem de Epiſcopis, nomine Quirinus, dixit: Infudiſti cor tuum pontifex malitia, quam decem & octo annis ſic caueras caſtitate, præſul vulneraſti mēbra tua. Propterea ego non recedam de omni introitu ſynodi, omne purpureum cor tuum.

Alia autem die conſtituerunt hi ducenti Epiſcopi, quaſi & ipſi introierunt quinquageni in ſynodum, & facta collocutione iu uno, cum os anticipantes centum ſederunt in eadem ciuitate omnes ex uno examine trecenti & alligauerunt, & dānauerunt hos Vr-

Altera autē die hi ducenti Epiſcopi conſtituerunt, quatenus & ipſi introirēt in ſynodum. Et facta collocutione inſimul cum præſcriptis centum, ſederunt in eadem ciuitate, omneſque uno examine trecenti alligauerunt, & damnauerunt hos, Vrbanum

Altera die autem conſtituerunt hi ducenti Epiſcopi, vt quaſi & ipſi introirent quinquageni in ſynodum, & facta collocutione in uno cum his anticipantibus, centum ſederunt in eadem ciuitate omnes ex uno examen ccc. & alligauerunt & damnauerunt hos, Vrba-

Vrbanum & Caſtorium & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diacones. Reſpondit Sebaſtianus Epiſcopus: Hoc tribunal noſtro ſermone, noſtro cyrographo, noſtro eloquio, noſtro auxilio, noſtra conſtantia & veritate, & præclara diſpoſitione auditionis exhibemus legamen. non enim noſtro ore iuſtificaberis, aut noſtro ore condemnaberis, quoniam ſine tunicam tuam in te, quá paulo non induebas ſutam, modo exciſſam ſiue ex corde tuo, & ex manibus tuis inuoluere in peccato tuo, Marcelline ex pontifex Romæ.

Reſpondit Vrbanus Epiſcopus ad Sebaſtianum Epiſcopum, & dixit: Introducuntur teſtes viri viriliter numero quadraginta & quatuor, vt libra occidua compleatur à multis, quod à multis fabricatum eſt. Et introierunt teſtes:

num, Caſtorium, & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diacones. Reſpondit Sebaſtianus Epiſcopus: Huic tribunali noſtro ſermone, noſtro chirographo, noſtro eloquio, noſtro auxilio, noſtra conſtantia, & veritate fixa & præclara diſpoſitione auditionis exhibemus ligamen. Non enim noſtro ore iuſtificaberis, aut noſtro ore condemnaberis.

Quapropter conſue tunicam tuam, & quam paulo ante induebas ſutam, modo conſciſſam cõſue ex toto corde tuo, & ex manibus tuis inuoluere in peccato tuo Marcelline Pontifex Romæ. Reſpondit Vrbanus Epiſcopus ad Sebaſtianum Epiſcopum, & dixit: Introducantur teſtes uiri veridici, numero quadragintaquatuor, vt libra occidua compleatur à multis, quod (alias, quoniã) à multis fabricatum eſt. Et introierunt teſtes:

Vrbanum, Caſtorium, & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocẽtium diacones. Reſpondit Sebaſtianus Epiſcopus: Hoc tribunal noſtro ſermone, noſtro cirographo, noſtro eloquio, noſtro auxilio, noſtra conſtantia, & veritate fixa & præclara diſpoſitione auditionis exhibeamus ligamen. Non enim noſtro ore iudicaberis, iuſtificaberis, aut noſtro ore condemnaberis, quoniam ſine tunicam tuam in te, quam paulo non induebas ſutam, modo exciſam ſiue ex toto corde tuo & ex manibus tuis ĩnoluere in peccato tuo Marcelline Pontifex Romæ. Reſpondit Vrbanus Epiſcopus ad Sebaſtianũ Epiſcopum, & dixit: Introducantur teſtes viri viriliter numero quadragintaquatuor, vt libra occidua compleatur multis, quoniam à multis fabricatum eſt. Et introierunt teſtes:

Tranquillinus, Priſcus, Bonus, Seruulus, Cyprianus, Petrus, Quadratianus, Ariſto, alias Ariſtonicius, Teſpias, Quadrus, Epiphorus, Maximus, Gordianus, Gaudioſus, Saturninus, Vrbanus, Priſcus, Reparatus, Exper alias Exquiro, Iacintus, alias Hyacinthus, Nicorus, alias Noricus, Probianus, alias Probatianus, Probus, alias Probinus, Terula, alias Tinulus, Vrſus, alias Vrſinus, Veneroſus, Romanus, Exuperius, Criſpianus, Barbarus, Leforianus, Bacauda, Ambroſius, Iubentius, alias Iuuentius, alias Habentius, Proculus, Octauianus, Valerius, Romanus, Mellicianus, Petrus, Claudius, Vrbatianus, Iohannes.

Singulis autem aſtantibus in gremio trecentorum Epiſcoporum, & triginta epiſcoporum, & triginta preſbyterorum Romanorum, & octo viginti ſupradictorum teſtiũ, vt libra compleretur, quoniam duodecim vnciæ in libra ꝓbabitur ſenſus, & in 22. comparatus damnabunt præſul reſpondit. Quiriacus Epiſcopus dixit ad Marcellinũ: Nunc cognoſces vniuerſum velamen cordis tui. Iudica enĩ cauſam, & lacera macerationem tuam. Non ex nobis iudicaberis. Tuo enim pontificio cõdemnaberis, & noſtro teſtimonio explicaberis, quoniam nos in damnationem nihil opponimus cauſale, nihil defendimus, ſed dãnamus hos, qui euacuauerunt templũ, & dimiſerunt fabrica manu deſuper conſtructã, vt introiſſent lupi, & facerent ſpeluncas, & comederent Agnos immaculatos, & ex his qui ex veteri

Singulis aũt adſtantibus in gremio trecentorum Epiſcoporũ & triginta presbyterorũ Romanorũ, & viginti octo teſtiũ ſupradictorum, ut libra cõpleretur: quoniã xij. vncijs in libra probabitur cenſus, & in 72. cõparentibus dãnabitur præſul. Reſpõdit Quiriacus Epiſcopus, & dixit ad Marcellinũ: Núc cognoſces (alias, Nõ cognoſcis: alias, Nunc cognoſce vniuerſum velamen cordis tui. Iudica ipſe cauſam tuã, & diſiectã à te maceriem tuã ipſe ſcrutare. Non enĩ noſtro, ſed tuo ipſius iudicio cõdemnaberis, noſtro aũt teſtimonio excuſaberis. Nihil time, quoniã nos in tui damnationem nihil opponimus cauſale, nihil defendimus, ſed dãnamus eos, qui euacuauerunt templũ, & dimiſerunt fabricã manu deſuper cõſtructam, ut introirẽt lupi, & facerent ſpelũcas, & comederẽt agnos immaculatos, & eos, ꝗ ex veteri ad no-

Singulis autem adſtantibus in gremio trecentorũ epiſcoporum, & triginta presbyterorum Romanorum, & 28. ſupradicti teſtes ut libra compleretur, quoniam 12. vnciæ in libra probabitur ſenſus, & in 70. & duobus comparatus damnabitur præſul. Reſpondit Quiriacus Epiſcopus, & dixit ad Marcellinum: Non cognoſcis vniuerſum velamẽ cordis tui? Iudica enim cauſam tuã & lacera, macera macerationem tuam. non ex nobis iudicaberis, tuo enim pontificio condemnaberis, & noſtro teſtimonio explicaberis metas, quoniam nos in damnationem nihil opponimus cauſale, nihil defendimus, ſed damnamus hos, qui euacuauerunt templum, & dimiſerunt fabricã manu deſuper conſtructam, vt introirent lupi, & facerent ſpeluncas, & comederent Agnos immaculatos, & eos qui ex veteri ad nouum

veteri ad nouum venerant, inueterarent. Te enim non condemnamus præſul, quoniam exhortes ſynodum, cecidiſti in terram. Ibi autem iacentem, & ibi eum moram facientem damnauerunt, Synodum aũt & presbyteri triginta voce clara cirographum firmauerunt ſuper Vrbanum, Caſtoriũ, & Iuuenalem presbyteros. Hi autem

nouom venerãt, inueterarent. Te eñ nõ cõdemnamus præſul, quoniã ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Marcellinos autem in cõſpectu ſyoodi cecidit in terram. Ibi ergo iacentem, & moram eum facientẽ, damnauerunt, Synodus autẽ & presbyteri xxx. voce clara chirographum firmauerunt ſuper Vrbanum, Caſtorium, & Iuuenalem presbyteros. Hi,

nouum venerant, inueterarent, Te enim non condemnamus, quoniam ex ore ſynodi cecidit in terram. Ibi autem iacens, & ibi eo moram faciente, damnauerunt ſynodus & presbyteri triginta voce clara cirographum firmũ Vrbani, Caſtorij, & Iuuenalis presbyterorum. Horum

Priſaliamus, alias Pulſanus, alias Placentianus, alias Priſcillianos, Herculanns, alias Herculacus, alias Herculentius, Homanus, alias Homanus, Valentinos, alias Valentinianus, Corporalis, alias Corporanus, Virus, alias Vltins, Audax, Capuanus, Collectitius, Cyprianus, Caſtinus, Caſtorius, Euſebius, Caſtorius, Homo bonus, Innocentius, Petrus, Quiriacus, Serenus, Ioannes, Nepotianus, Spes in Deo, Victor, Matthæus, Iulianus, Lucianos, Vincomalus. Et diacones iſti, Hermes, Xyſtus, Petrus.

Subſcripſerunt autem in dãnationem horum quinque, Vrbani, Caſtorij, & Iuuenalis presbyterorum, & Gagi & Innocentij diaconorum.

Subſcripſerunt autẽ in damnationem horum quinqoe. Vrbani, Caſtorii, & Iuoenalis presbyterorum, & Gaii & Innocentij diaconorum.

Scripſerunt aũt in damnationem horum quinque, Vrbani, Caſtorii & Iuuenalis presbyterorum, Gay & Innocentii diaconorum.

DE CONFESSIONE MARCELLINI EPISCOPI, & condemnatione eius.

IN ſino autem trecẽtorum epiſcoporum caput cinere conuolutũ, Marcellinus Epiſcopus vrbis Romæ uoce clara clamans, dicebat: Peccaui coram vobis, & non poſſum in ordine ſacerdotum eſſe, quoniam auarus me corrupit auro. Subſcripſerunt autem in eius damnationem, & damnauerunt eum extra ciuitatem. Sacerdos nomine Helchiadis, ſubſcripſit primus in eius damoationem, non tantum tempore, quod exigebat ordo, ſed etiam & futuri temporis, quod etiam & ipſe voce clara dicebat: Iuſte ore tuo condemnatus es, & ore ſuo anathematus, accepit maranatha, quoniam ore ſuo condemnatus eſt. Nemo enim unquam iudicauit pontificem, nec præſul ſacerdotem ſuum, quoniam prima ſedes non iudicabitur à quoquam, Hoc audito Diocletianus dom eſſet in bello Perſarum, audiuit, quòd trecenti Epiſcopi & triginta presbyteri, & tres diacones in eius damnationem conuenirent, dum ſubſcripſiſſent omnes, ipſe omnium primus mano ſua propria Marcellinus concluſit in ſua anathemathe, anathe-

IN ſinu aotem trecẽtorum Epiſcoporũ, caput cinere conuolutũ habens Marcellinus Epiſcopus urbis Romæ, voce clara clamans dicebat: Peccaoi coram vobis, & non poſſum in ordine eſſe ſacerdotum, quoniam auarus corrupit (alias, corrupi) me auro. Subſcripſerunt igitur in eius damnationem, & damnauerunt eum extra ciuitatem. Sacerdos, oomine Helchiades, Epiſcopus ſubſcripſit primus in eius damnationem, non tãtum pro hoc tempore (quod exigebat ordo) ſed etiam in exemplum fumri temporis, quoniam & ipſe voce clara dicebat: Iuſte ore ſuo condẽnatus eſt, & ore ſuo anathema ſuſcepit Maranatha, quoniam ore ſuo condemnatus eſt. Nemo enim unquam iudicauit pontificem, nec præſul ſacerdotem ſuum, qooniam prima ſedes ooo iudicabitur à quoquam. Hoc autem facto Diocletianus, quum eſſet in bello Perſarum, audiuit quod trecenti Epiſcopi, & triginta presbyteri, & tres diacones, in eandem damnationem cõueniſſent, quodq; dũ ſubſcriberent oẽs, ipſe oĩum primus Marcellinus manu ſua cõcluſerat

IN ſinu autem trecentorum Epiſcoporum caput cinere conuolutus, Marcellinus Epiſcopus urbis, voce clamans, diocebat: Peccaui coram vobis, & non poſſum in ordine eſſe ſacerdotum qooniam anarus me corrupit auro: Subſcripſerunt autem in eius damnationem, & damnauerunt eum extra ciuitatem. ſacerdos nomine Helchiadis, ſubſcripſit primus in eius damnationẽ, non taotum tempore, quod exigebat ordo, ſed etiam & futuri temporis, quod etiam & ipſe uoce clara dicebat: Iuſte ore ſuo condemnatus eſt, & ore ſoo anathema ſuſcepit Maranatha, quoniam ore ſuo cõdemnatus eſt. Nemo enim voqoam iudicauit Pontificem, nec præſul ſacerdotem ſuum, quoniam prima ſedes non iudicabitur à quoquam. Hoc autem audito Diocletianus, cùm eſſet in bello Perſarum, audiuit quòd trecenti Epiſcopi, & trigiuta presbyteri, & tres diacones in eandem damnationem conuenirent, dum ſcripſiſſent omnes, ipſe omnium primus manu ſua propria Marcellinus concluſit in ſuum anathema, anathemati ſubſcribens,

Prima ſedes à nemine iudicatur.

anathemathe ſubſcripſerunt, Iratus autem Diocletianus, in eandem ciuitatem miſit, & multos Epiſcopos ad Martyrij coronam traxit. Factum eſt autem nihil aliud, dum primo damnati fuiſſent tres presbyteri & duo Diaconi damnati. Damnatus autem & Marcellinus Epiſcopus ſuo iudicio, x. Kalendas Septembris, Diocletiano 8. & Maximiano 7.

ferat in ſuũ anathema, anathemati ſubſcribẽs. Et iratus Diocletianus, in eandẽ ciuitatem miſit, & multos Epiſcopos ad martyrii coronã traxit. Factũ eſt autẽ nihil aliud, niſi quod dum primo damnati fuiſſent tres presbyteri & duo diacones, damnatus eſt & Marcellinus Epiſcopus ſuo iudicio, x. Kalendas Septembris, Diocletiano 8. & Maximiano 7. clariſſimis conſulibus.

bens. Iratus autem Diocletianus, in eandem ciuitatem miſit, & multos Epiſcopos ad martyrij coronam traxit. Factum eſt autem nihil aliud, dum primo damnati fuiſſent tres presbyteri & duo diacones damnati, damnatus autem & Marcellinus Epiſcopus ſuo iudicio, x. Kalendas Septembris, Diocletiano viij. & Maximiano.

Ex hoc Concilio, hoc habetur; illud non auſum eſſe, Marcellinum etiam conuictum, præterquam ex ore ſuo condemnare; quoniam prima Sedes à nemine iudicatur.

Anno Domini 303 Concilium Cirthenſe in Numidia de abſoluendis reis proditorum gentilibus ſanctorum librorum. Optatus lib. 1. D. Aug. lib. 3. contra Creſconium. cap. 27.

ANCYRANVM CONCILIVM, NON LONGE POST TEMPORA Marcellini Papæ celebratum.

Onaphr. refert in an. 316.

Probatum à Leone IIII. D. 20. C. de libellis.

Ancyra, teſte Plinio lib. 5. cap. vltimo, dicta eſt ab ancoris nauium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex ſuppetias Galatis ſeu Gallogręcis miſerat, cuius meminit Ptolemęus libr. 5. cap. 4. Concilium Ancyranũ celebratum in ciuitate Ancyra in Prouincia Galatiæ, antiquius eſt Nicęno. Hęc Synodus tametſi prouincialis eſt, & ea de cauſa postponitur Nicenæ, Celebratum fuit hoc Concilium poſt tempora Marcellini Papæ, circa annum Domini ferè 308. & aliqui ex Epiſcopis, qui huic Synodo interfuere, conuenerunt etiam in Nicænam Synodum.

TITVLI CANONVM ANCYRANI CONCILII.

Horum quia duplex eſt verſio, & vtraque uetus, viſum eſt vtranque, vetuſtatis honorandæ gratia, hic ſubiungere, tametſi ingratis labor iſte forſan haud ità gratus ſit futurus.

Editio prima.	Editio ſecunda.
De presbyteris, qui immolauerunt tempore perſequutionis. 1	De presbyteris lapſis in perſequutione. 1
De diaconis qui immolauerunt. 2	De diaconibus, qui immolauerunt. 2
De his, qui ex fuga compræhenſi ſunt, & per vim pagani ritus aliquid pertulerunt. 3	De clericis ſiue laicis, quorum manus alii cum iniuria ſuper idolorũ ſacrificia poſuerũt. 3
De his, qui diuerſis cauſis gentilitatis ritûs aliquid peregerunt. 4	De his, qui in templis idolorum cœnauerunt. 4
De his, qui timore ritus gẽtiliũ peregerunt. 5	De his, qui timore ritus gentiliũ peregerunt. 5
De his, qui in locis idolorũ manducauerũt. 6	De his, qui in locis idolorũ manducauerunt. 6
De his, qui frequenter idolis immolauerũt. 7	De his, qui frequenter idolis immolauerũt. 7
De his, q̃ & aliis ſacrificãdi cauſas attulerũt. 8	De his, qui coacti ui, idolis immolauerunt. 8
De diaconis, qui tempore ordinationis de nuptijs atteſtati ſunt. 9	De his, qui aliis ſacrificandi cauſam attulerunt. 9
De deſponſatis puellis, & ab alijs corruptis. 10	De diaconibus proteſtantibus, quum ordinantur, &c. 10
De his, qui quum eſſent catechumeni, idolis immolauerunt. 11	De deſponſatis puellis, & ab alijs corruptis. 11
Quòd non oporteat chorepiſcopos ordinare clericum, niſi in agris & villis. 12	De his, qui ante baptiſmum ſacrificauerunt idolis. 12
De his, qui eſum carnium, in clero conſtituti, diffugiunt. 13	De chorepiſcopis, & eorum poteſtate & authoritate. 13
De rebus eccleſiaſticis, eo tempore diſtractis, quo ipſæ eccleſiæ uiduantur epiſcopis. 14	De presbyteris, à carnibus ſe abſtinentibus. 14
De his qui fornicantur irrationabiliter, ideſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur. 15	Nõ dẽre presbyteros Eccleſiaſtica iura uẽdere, vel de rebus eccleſiaſticis, eo tp̃e diſtractis, quo ipſæ Eccleſiæ uiduantur Epiſcopis. 15

De De

De his, qui in pecudes vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenùs hoc vitio tabeſcunt.
De his, qui ad Epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti. 17
De his, qui virginitatem profeſſi ſunt, & quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur. 18
De his, qui adulteras habent uxores, vel ſi ipſi adulteri comprobentur. 19
De his, quæ partus ſuos ex fornicatione diuerſis modis interimunt. 20
De homicidijs. 21
De his, qui ſpontè homicidium cõmiſerũt. 22
De his, qui diuinationes expetunt. 23
De his, qui virginum corruptionibus conſentiunt. 24
De his, qui irrationabiliter uixerint, aut qui cum pedibus verſantur. 16
De his, qui alios ad antedicta peccata induxerint. 17
De Epiſcopis, qui ordinati, non ſuſcipiuntur, vel qui ad Epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti. 18
De his, qui virginitatem profitentur, & quæ ſub ſororis habitu cũ aliqbus cõmorãtur. 19
De adulteris & eorum pœnitẽtia, ſiue vir ſit, an mulier. 20
De mulierib⁹, q̃ fornicatę, partus ſuos necãt. 21
De his, qui uolentes homicidium fecerunt. 22
De his, qui more gentilium viuunt. 23
De eo, qui ſororẽ ſponſæ ſuæ uitiauit, vel virginum corruptionibus conſcii ſunt. 24

REGVLÆ, SIVE CAPITVLA SINGVLORVM TITVLORVM, ſecundùm diuerſa exemplaria & tranſlationes.

¶ Iſtæ regulæ tempore & ordine priores ſunt Nicenis, ſed ideò Nicenæ in aliquibus exemplaribus poſt poſitæ ſunt, propter authoritatem eiuſdem magni ſanctique Concilij, congregati apud Niceam: quo minùs autem id hic fiat, tempus & ordo quem ſequimur, facit.

Editio prima.

Cap. 1.

Diſt. 50. Presbyteros qui.

PResbyteros immolantes, & iterùm luctamen adeuntes, ſi hoc non per illuſionem aliquam, ſed ex veritate fecerint, vt iterùm teneri viderentur, aut tormentis ſubijci, quo facinus pati viderétur, inuiti: hos ergò, placuit, honorem quidem ſedis retinere: offerre autem, illis, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis fungi, non liceat.

Cap. 2.

Diſt. 50. Presbyteros qui immola.

Diaconi ſimiliter, qui immolauerunt, honorem quidem habeant: ceſſare verò ab omni ſacro miniſterio, ſiue à pane, ſiue à calice offerendo, vel prædicando. Quòd ſi quidam Epiſcoporum conſcij ſunt laboris eorum, & humilitatis, & manſuetudinis, & voluerint eis aliquid ampliùs tribuere, penès ipſos erit poteſtas.

Cap. 3.

Qui fugientes compræhenſi ſunt, vel à domeſticis traditi, vel ademptis facultatibus ſuſtinuère tormenta, aut in cuſtodiam truſi, proclama-

Editio ſecunda.

Cap. 1.

PResbyteros, qui immolauerunt, & poſteà certamen iterùm inierunt, ſi hoc ipſum ex fide, & non aliquo argumento ſibimet præparantes, egerunt, vt iterùm teneri viderétur, aut torméntis ſubijci putarétur, tanquã inuiti: ſi ex fide ergò luctati ſunt, & nõ ex compacto, ad oſtentationem, vt caperentur, ipſi fecerunt: hos, placuit, honorem quidẽ ſedis propriæ retinere: offerre aũt, illis, & ſermonem ad populũ facere, aut aliquibus ſacerdotalib⁹ officiis fungi, non liceat.

Cap. 2.

Diaconos ſimiliter, qui immolauerũt, poſteà autem iterum reluctati ſunt, illum quidem honorem habere oportet: ceſſare verò debet ab omni ſacro miniſterio, ità vt nec panem, nec calicẽ offerãt, nec pronũcient: niſi fortè aliqui Epiſcoporum conſcii ſint laboris eorum, & humilitatis, & mãſuetudinis, & uoluerint eis aliquid ampliùs tribuere, vel adimere. Penès ipſos ergò de his erit poteſtas.

Cap. 3.

Qui fugientes timore perſecutionis, comprehẽſi ſunt, vel à familiaribus, ſeu à domeſticis traditi, vel bona propria amiſerunt, vel ſuſtinuerunt tor-

Verſio noua Canonũ Concilii Ancyrani, Gentiani Herueti.

Canon 1.

PResbyteros, qui ſacrificàrunt, deindè contra reluctati ſunt, non fraudulenter & inſidioſè, ſed verè, nec hoc priùs machinati ſunt, nec conſultò ac de induſtria id fecerunt, & perſuaſerunt, ut tormentis ſubiici uiderétur, cùm ea ſpecie & opinione tantùm inferrentur: viſum eſt eos cathedræ quidem honoris eſſe participes, non licere autem ipſis offerre, ſeu ſermonẽ conferre (Græcè, ὁμιλεῖν) vel omninò ſacerdotale aliquod munus obire.

Can. 2.

Diaconos ſimiliter qui ſacrificàrunt, poſteà autem reluctati ſunt, illum quidem honorem habere, ipſos autem ab omni ſacerdotali miniſterio ceſſare, & panem uel calicẽ offerendi, vel prędicandi: ſed ſi ex Epiſcopis aliqui in iis vel afflictionem aliquam, vel humilitatem ac manſuetudinem viderint, & aliquid amplius dare uel offerre uoluerint, in eorum poteſtate id eſſe.

Can. 3.

Eos, qui fugiẽtes compræhenſi ſunt, uel ſunt à ſuis traditi, vel ſuis alioqui facultatibus priuati, uel tormenta perpeſſi, vel in carcerem coniecti ſunt,

clamauerunt ſe Chriſtianos eſſe, & eò vſq; adſtricti ſunt, vt manus eorum compræhēdentes, violenter attraherent, & funeſtis ſacrificijs admouerent, ut aliquid polluti cibi per neceſſitatem ſumere cogerentur: confitentes iugiter ſe Chriſtianos eſſe, & luctum rei, quæ contigit, inceſſabiliter oſtendentes omni deiectione & habitu & humilitate vitæ, hos uelut extra delictum conſtitutos, à communionis gratia non vetamus. Si verò prohibiti ſunt ab aliquibus, propter ampliorem cautelam, vel propter quorundā ignorantiā, ſtatim recipiātur. Hoc autem ſimiliter & de clericis, & de laicis cæteris obſeruari conueniet. Perquiſitum eſt autem & illud, ſi poſſunt etiā laici, qui in has neceſſitatis anguſtias inciderunt, ad clericatûs ordinem promoueri: placuit ergò, & hos, tanquàm qui nihil peccauerunt, ſi & præcedens eorum vita probabilis ſit, ad hoc officium prouehi.

Cap. 4.

De his, qui ſacrificare coacti ſunt, inſupèr & cœnauerunt in idolio, quicunque eorum, cùm ducerentur, lætiore habitu fuerunt, & veſtimentis precioſioribus vſi ſunt, & præparatæ cœnæ indifferenter participes extiterunt: placuit, eos inter audientes vno anno conſtitui, ſuccumbere verò tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam peruenire.

Quotquot autem aſcenderunt templa veſte lugubri, & recumbentes per omne tēpus fleuêre diſcubitûs, ſi compleuerunt pœnitentiam triennij temporis, ſinè oblatione ſuſcipiantur. Si autem non manducauerunt, biennio ſubiecti pœnitētiæ, tertio anno ſinè oblatione communicent, vt perfectionem quadriennio conſequantur. Penès aūt epiſco-

tormenta, vel etiàm carcerib^9 incluſi ſunt, & tamen proclamauerunt ſe eſſe Chriſtianos, quin etiàm, perſeuerante violentia, ad id vſq; pducti ſunt, vt manus eorum appræhēſas & violenter attractas, ſuper ſacrificia imponerent, illis ſcilicet perſeuerantibus in fide, & Chriſtianos ſe eſſe vociferantibus: hoc ergò, quod eis inuitis, alijs cogentibus, contigit: ſi luctu & mœrore animi acerbè ſe ferre demonſtrent, ipſiſq; humili per bonam cōuerſationem habitu incedētes, dolere ſe id quod inuiti coacti ſunt, doceant, hos tanquàm inculpatos, à cōmunione non vetari. Si autem iam prohibiti ſunt ab aliquibus à communione, maioris diligētiæ & inquiſitionis cauſa, aut per aliquorum ignorantiam, ſtatim recipi oportet. Hoc autem obſeruari conuenit & de clericis, & de laicis omnibus. Laicos ſanè, qui in ſimiles neceſſitatis cauſas inciderūt, tāquàm nihil peccauerint, maximè ſi eos pbabilis vita commēdet, ad ordinationem recipi placuit.

Cap. 4.

De his, qui ſacrificare coacti ſunt, inſupèr in tēplis idolorum cœnauerunt, ſi qui eorum cum habitu cultiore ad templa pducti ſunt, atque ibi, precioſiori veſte adhuc * mutata, cœnæ participes facti ſūt idolorū, indifferēter ſumentes omnia quæ fuerunt appoſita: placuit, eos inter audientes vno anno conſtitui, tribus aūt alijs annis agere pœnitentiam: ſed ex ipſo triennio per biennium tantummodò orationi communicare, tertio autem anno recōciliari ſacramentis.

* immutata,

Cap. 5.

Quotquot autem aſcenderunt templa cum veſte lugubri, & recūbentes inter alios manducauerūt, flentes, ſi compleuerint pœnitentiā triennij tēporis, ſinè oblatione ſuſcipiantur ad communionē, id eſt, ut ipſi oblationē non offerant. Si autē perducti ad templa, nō māducauerūt, biennio maneāt in pœnitētia. Tertio verò anno communicēt, ſed ſinè

ſunt, clamantes ſe eſſe Chriſtianos, & diuulſi ac diſtracti ſunt, vel ijs qui vim afferebāt thus in manus immittentibus, uel cibo aliquo per neceſſitatem ſuſcepto, ſe tamen eſſe Chriſtianos perpetuò fatentes, & eius quod accidit, dolorem & amictu, & habitu, & vitæ humilitate præ ſe ferentes, à communione non arceri. Sin autē etiàm ab aliquo ſunt prohibiti, maioris cautionis gratia, vel etiàm pter aliquorum ignorantiam, ſtatim admittantur. Hoc autem ſimiliter in clericis & alijs laicis. Hoc quoquè eſt examinatum, an poſſint etiàm laici, qui in eandem neceſſitatē inciderunt, ad ordinem promoueri. Viſum eſt ergò, & eos, vt qui nihil peccâſſent, ſi etiàm præcedens eorum vitæ inſtituendæ ratio recta inueniatur, promoueri.

Can. 4.

De ijs qui vi ſacriſicârunt, & pretereà ad idola pranſi ſunt, quicunque abducti quidem, & lætiore habitu acceſſerunt, & veſte ſumptuoſiore uſi ſunt, & parati prandij, non ęgrè id ferētes, participes fuerunt, viſum eſt anno audire, tribus autem annis ſubſterni (ὑποπτῶσιν) ac ſupplices eſſe, ſoli autem orationi duobus annis communicare, & tunc ad id quod eſt perfectum, accedere.

Can. 5.

Quicunq; autem cum ueſte lugubri acceſſerunt, & accumbentes comederunt, intereà toto accubitûs tempore lachrymas fundētes, ſi triēnale ſubſtrationis tempus impleuerint, ſinè oblatione recipiantur. Si autem non comederūt, cum duobus annis ſupplices ſubſtratiq; fuerint, tertio anno communicent ſinè oblatione, ut id quod perfectum

ſcopos erit poteſtas, modum conuerſationis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tẽpus adijcere. Ante omnia verò præcedens eorum vita, & poſterior inquiratur, & ità eis impertiatur humanitas.

Cap. 5.

De his, qui minis tantùm ceſsère pœnarum, aut priuatione facultatum territi, aut demigratione, ſacrificauerũt, & hactenùs pœnitudinis negligentes, neq; conuerſi, nunc huius concilij tempore ſemet obtulerunt, conuerſionis ſuæ conſilia capientes: placuit vſque ad magnum diẽ eos inter audientes ſuſcipi, & poſt magnum diem triennio pœnitẽtiam agere, & poſtmodũ duobus diebus ſinè oblatione cõmunicare, & tunc demũ ſex annis cõpletis, ad perfectionis gratiam peruenire. Si verò quidã ante hanc ſynodũ ſuſcepti ſunt ad pœnitentiam, ex illo tempore initiũ eis ſexennij computetur. Si quod autẽ periculum, vel mortis expectatio, aut infirmitate, aut ex aliqua occaſione, contigerit, his, ſub definitione ſtatuta, communio non negetur.

Cap. 6.

De his, qui feſtis diebus gẽtilium, in remotis eorum locis conuiuia celebrarunt, ciboſque proprios deferentes, ibidem comederunt: placuit, poſt pœnitentiam biennij eos ſuſcipi: vtrùm verò cum oblatione, ſinguli Epiſcoporum, probãtes vitam eorum & ſingulos actus, examinent.

Cap. 7.

Hi, qui ſecundò & tertiò ſacrificauerunt, coacti, quatuor annis pœnitentiæ ſubijciantur:

ſinè oblatione, vt dictum eſt. In quarto autem anno perfectionem ſuam recipiant. Epiſcopum autem hanc habere licentiã oportet, vt pſpecta ſingulorum conuerſatione, normam, regulamq; conuerſationis attribuat, id eſt, aut humanius agẽs, ſecundùm uitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiet, aut etiam prolixius, quod correctioni neceſſarium viderit, addat. Diſcutiatur autem omnium horum & precedẽs vita, & poſterior, & ità circa eos ſacerdotalis ſit humanitas moderetur.

Cap. 6.

De his, qui minis tantùm ceſſerunt, aut bonorũ ablatione, aut tranſportationis pœna deterriti,* ſacrificauerunt, & nunc vſque non pœnituerunt, neque conuerſi ſunt, modò autẽ, id eſt, tempore huius ſynodi ſe obtulerunt, conuerſionis ſuæ cõſilium capiẽtes: placuit, eos vſque ad magnum diem inter audientes ſuſcipi, ac pœnitentiam agere triennio, & poſt duos alios annos ſinè oblatione communicare, & ità demùm ſex annis peractis, ad perfectùm peruenire. Quòd ſi aliqui ante hoc conciliũ ſuſcepti ſint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initiũ ſexennii conſtitui. Quòd ſi alicui horum quodlibet mortis periculum, aut ex ægritudine, aut ex qualibet cauſa immineat, his communio propter viaticum ſuũ non negabitur.

Cap. 7.

De his, qui feſtis diebus paganorum, in remotis locis eorum conuiuiis interfuerunt, & ſuas nihilominùs epulas ibidèm portauerunt & comederunt: placuit, vt poſt biẽnii pœnitentiam ſuſcipiantur, ità tamen, ut utrùm cum oblatione recipiendi ſint, an ad ſolam communionem admitti debeant, unuſquiſque Epiſcoporum examinet, vitæ eorum præteritæ ac præſentis habita conſideratione.

Cap. 8.

Hi autem, qui ſecundò & tertiò ſacrificauerunt, ui coacti, quatuor annis ſeſe ad pœniten-

fectum eſt, triennio accipiãt. Statuimus autem vt Epiſcopi, modo conuerſationis examinato, poteſtatem habeant vel vtendi clementia, vel plus temporis adijciendi. Ante omnia autem & præcedens vita, & quæ conſecuta eſt, examinetur, & ſic eis clementia impertiatur.

Can. 6.

De iis, qui ſupplicij minis, & bonorum ablationis, vel exterminationis tantùm ceſſerunt, & ſacrificauerũt, & ad præſens uſque tempus pœnitentiam non egerunt, nec conuerſi ſunt: nunc autem circa tempus ſynodi proceſſerunt, & conuerſionis cogitationem induerunt: viſum eſt ad magnum vſq; diem eos ad auditionẽ admitti, & poſt magnum diem tribus annis eſſe ſupplices & ſubſterni, & poſt alios duos annos cõmunicare ſinè oblatione; & ſic ad id quod perfectum eſt uenire, ut totum ſexenniũ impleant: ſi qui autẽ ante hanc Synodum ad pœnitentiam admiſſi ſunt, ab illo tempore eis ſexennium reputari. Sed ſi periculum, mortiſque expectatio ex morbo vel aliqua alia occaſione euenerit, ii ſub definitione (ἐν ὅρῳ) recipiantur.

[Margin note, beside "ſerunt, & ſacrificauerũt, & ad": * à fide errauerunt.]

Can. 7.

De iis qui in feſto ethnico, in loco gentilibus deputato conuiuati ſunt, & proprios cibos attulerunt, & comederunt: viſum eſt, cùm biennio ſubſtrati fuerint, eſſe recipiendos. An vnumquenque autem cum oblatione recipere oporteat, eſt Epiſcoporum examinare, & aliam uitam in unoquoque inquirere.

Can. 8.

Qui autem bis vel tèr ſacrificârunt per vim, triẽnio ſubſternantur, duobus autem

tur: duobus autem alijs ſinè oblatione communicent, & ſeptimo anno perfectè ſuſcipiantur.

Cap. 8.

Quotquot autem non ſolùm ipſi deuiârunt, ſed etiâm inſurrexerunt, & compulerũt fratres, & cauſas præbuerunt vt cogerentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiât, per aliud verò ſexenniũ pœnitentiæ ſubijciantur acriori, & alio anno communionem ſinè oblatione percipiant, vt perfectionẽ (expleto decennio) conſequãtur. Inter hæc autem & eorũ vita penſanda eſt.

Cap. 9.

Dist. 28. Diaconi quicunq;

Diaconi, quicunq; ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt, uelle ſe coniugio copulari, quia ſic manere nõ poſsũt: hi, ſi poſtmodùm vxores duxerint, in miniſterio maneant, proptereà quòd eis Epiſcopus licentiam dederit. Quicũque ſanè tacuerint, & ſuſceperint manûs impoſitionẽ, profeſſi continentiam, & poſteà nuptijs obligati sũt, à miniſterio ceſſare debebunt.

Nota taci tam continentiæ pfeſſionẽ in ſuſceptione diaconij.

Cap. 10.

27. q. 2. Deſpõſatas puellas

Deſpõſatas puellas, & poſt ab alijs raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus antè fuerant deſponſatæ, etiam ſi eis à raptoribus vis illata cõſtiterit.

Cap. 11.

Eos, qui ante baptiſma ſacrificauerunt idolis, & poſteà baptiſma conſequuti ſunt, placuit, ad ordinem promoueri, eò quòd probentur abluti.

Cap. 12.

Chorepiſcopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare: ſed nec presbyteris ciuitatis, ſinè pcepto epiſcopi uel literis, in unaquaq; parochia aliquid imperare, nec ſinè authoritate literarũ eius, in unaquaq; parochia aliquid agere.

id eſt, Epiſcopos regionales ſeu rurales.

Cap.

nitentiam ſubmittant, duobus autem alijs ſinè oblatione communicent, ſeptimo anno perfectionẽ recepturi cõmunionis.

Cap. 9.

Quotquot autem non ſolùm à fide Dominica deuiârunt, ſed etiãm inſurrexerunt in alios, & fratribus perſuaſerunt, & vel facti ſunt perſuaſionis hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur, per aliud autem ſexennium pœnitentię recipiât locum: alio verò anno, id eſt, decimo, communionem ſinè oblatione recipiant, ut completo decennio, perfectione fruantur. In eo autem ipſo tẽpore, etiam vita eorum & conuerſatio conſideranda eſt.

Cap. 10.

Diaconi quicunque, cùm ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt; dicentes velle ſe habere uxores, nec poſſe ſe continere, hi poſteà, ſi ad nuptias uenerint, maneât in miniſterio, proptereà quòd his Epiſcopus licentiã dederit. Quicunque ſanè tacuerint, & ſuſceperint manûs impoſitionẽ, profeſſi continẽtiã, ſi poſteà ad nuptias uenerint, à miniſterio vel clero ceſſare debebũt, laicã tantũ recipientes communionem.

Cap. 11.

Deſpõſatas puellas, & poſteà ab alijs raptas; placuit erui & his reddi, quibus fuerant antè deſponſatæ, etiam ſi à raptoribus florem pudoris ſui amiſiſſe conſtiterit.

Cap. 12.

Eos, qui ante baptiſmum ſacrificauerunt; & poſteà baptiſmum conſequuti ſunt, placuit, ad ordinem promoueri tanquam ab omni crimine, lauacri ſalutaris ſanctificatione, purgatos.

Cap. 13.

Vicarijs epiſcoporũ, quos Græci chorepiſcopos uocãt, non licere, vel diaconos ordinare: ſed nec presbyteris ciuitatis, ſinè epiſcopi præcepto, amplius aliquid imperare, vel ſinè authoritate literarũ eius in unaquaq; parochia aliqd agere.

Cap.

annis ſinè oblatione communicent, & ſeptimo perfectè ſuſcipiantur.

Can. 9.

Quicunq; autẽ non ſolùm deſciuerunt, ſed etiãm inſurrexerunt, & fratres ſuos coegerũt, & cauſę fuerũt ut cogerentur, ij annis quidem tribus auditionis locum ſuſcipiant, alio autem anno ſinè oblatione communicent, vt decennio expleto, ei᷒ quod eſt perfectũ, ſint participes. Eorum autem in eo quoquè tempore vitam examinare oportet.

Can. 10.

Quicunque diaconi conſtituti, in ipſa conſtitutione teſtificati ſunt & dixerunt, oportere ſe vxores ducere, cũ non poſſint ſic manere, ij ſi vxorem poſteà duxerint, ſint in miniſterio, eò q hoc ſit illis ab Epiſcopo conceſſum. Si qui autem hoc ſilentio præterito, & in ordinatione, vt ità manerent, ſuſcepti ſunt, poſteà autem ad matrimonium venerunt, ij à diaconatu ceſſent.

Can. 11.

Deſponſas alijs puellas, & ab alijs poſteà raptas, viſum eſt ijs, quibus deſponſæ erât, reddi, etiam ſi vim paſſę ſunt.

Cap. 12.

Eos qui ante baptiſmum ſacrificarunt, & poſteà baptizati ſunt, viſum eſt ad ordinem promoueri, vt qui abluti ſunt.

Can. 13.

Chorepiſcopos non licere presbyteros vel diaconos ordinare, ſed neque urbis presbyteros, niſi cum literis ab Epiſcopo permiſſum fuerit, in aliena parochia.

Can.

Cap. 13.

Hi, qui in clero ſunt preſbyteri & diaconi, & à carnibus abſtinent, placuit, eas quidem contingere, & ità, ſi voluêrint, continere. Quòd ſi intantùm eas abominãtur, vt nec olera, quæ cum eis coquuntur, exiſtiment comedenda, tanquàm non conſentientes regulæ, ab ordine ceſſare debebunt.

Cap. 14.

De his, qui in clero ſunt presbyteri vel diaconi, & abſtinent à carnibus, hoc placuit ſtatui, vt non eas, tanquã immundas, contemnant, ſed contingant. A quibus quidẽ, ſi ſe abſtinere volunt, habeant poteſtatem, ità tamen, vt ſi quandò cũ oleribus coquuntur, eaſdem tanquàm carnibus polluta non iudicent, ſed ex his ad cibum adſumant, quamuis à carnibus ſe abſtineant. Quòd ſi intantùm immundas & abominabiles iudicauerint, vt nec olera, quæ cum carnibus coquuntur, æſtiment comedenda, tanquàm non conſentientes huic regulæ, ceſſare eos oportet & à miniſterio & ordine ſuo. Si quis autem huic regulæ monitus non obediêrit, ſed carnes, vt dictum eſt, immũdas & abominandas exiſtimauerit, ceſſare debebit ab ordine ſuo.

Cap. 14.

Qui in clero ſunt, presbyteros vel diaconos à carnibus abſtinentes, viſum eſt eas attingere, & ſic, v velint, ab eis abſtinere. Si autem nolint olera, quæ cum carnibus apponuntur, comedere, & canonĩ non cedant, ab ordine ceſſare. Cõci.Bracaren.1.c.32.

Cap. 14.

De his quæ pertinent ad Eccleſiam, quæcunque, cùm non eſſet Epiſcopus, presbyteri vendiderunt, placuit reſciſſo contractu, ad iura Eccleſiaſtica reuocari. In iudicio autem erit Epiſcopi, ſi preciũ debeat recipi, nécne: quia plerunque rerum diſtractarum reditus, ampliorem ſummã pro precio dato reddiderit.

Cap. 15.

Si qua de rebus Eccleſiæ, cùm Epiſcopus non eſt, presbyteri vendiderint, placuit, reſciſſo contractu, ad ius eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit Epiſcopi, ſi cõſtitutum precium debeat recipi, nécne: propter quod ſæpè contingit, diſtractarum rerũ reditus ampliorem ſummam pro dato precio reddidiſſe.

Can. 15.

Ex ijs, quæ pertinent ad Dominicum, quæcunq; dum non eſſet Epiſcopus, presbyteri vendiderunt, reuocare Dominicum: Epiſcopi autem iudicio relinqui, an oporteat precium recipere, an non: propterea quòd eorum, quæ ſunt vendita, reditus eis ipſis maius precium reddiderit. 12.q.2. Si qua de re quis.

Cap. 15. Cap. 16. Can. 16.

Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἢ ἀλογευόντων.

In hoc titulo verba Græca hæc ſunt, quæ nos Latinè poſſumus dicere:

De his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſiue verſantur.

Senſus autem in hac ſententia duplex eſſe poteſt, qui ex ſubiectis conijcitur, aut de his, qui cum pecoribus coitu mixti ſunt, aut more pecudum cum propinquo ſanguine inceſtè commixti ſunt.

Quotquot ante uiceſimum annum tale crimen commiſerint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionẽ mereantur orationum. Deindè quinquennio in hac communione durantes, tunc demùm oblationis ſacramenta contingant. Diſcutiatur autem & uita eorũ, quales tempore pœnitudinis extiterint, & ità miſericordiam conſequantur. Quòd ſi inexplebiliter his hęsêre criminibus, ad agendã pœnitentiã prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta viginti annorum

Quotquot igitur ante 20. ætatis ſuæ annum tale crimen admiſerint 15. annis in pœnitentia peractis, orationi tantùm incipiant communicare: & quinquennium alterum in communione orationis ſolius perdurantes, poſt vigeſimum cum oblatione ad communionem ſuſcipiantur. Diſcutiatur autem & uita eorum, qualis fuerit tẽpore pœnitentiæ, & iuxta hãc, humanitatem cõſequantur. Quòd ſi quis perſeuerantiùs abuſus fuerit hoc crimine, hic ꝓlixius tẽpus, 20. annorũ pœnitentiã, ſuſcipiat. Qui

De ijs, qui rationis expertia animalia inierunt, uel ineunt (ἀλογευσαμένων) quicũq; priùs q̃ ſedecim quidem annos nati eſſent, peccârunt, poſtq̃ quindecim annis ſubſtrati ac ſupplices fuerint, communionem ad preces aſſequãtur. Deindè & cùm in cõmunione quinq; annis pſeuerauerint, tunc etiã oblationẽ attingãt. Examinetur aũt & eorũ in ſubſtratione vita, & ità humanitatem conſequantur. Si q aũt improbè ac malignè in peccatis fuerunt, longã ſubſtrationẽ habeant. Quicunque aũt hanc ætatem tranſ-

rum ætate, & vxores habentes, hoc peccato prolapſi ſunt, viginti quinque annis pœnitudinem gerētes, in communionem ſuſcipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tūc demū oblationis ſacramenta percipiant. Quòd ſi qui & vxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum ætatis, ità deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam cōſequantur.

Qui verò exacta 20. annorū ætate, & vxores habentes, in hoc crimen inciderunt, poſt viginti & quinque annos pœnitentia acta, ad communionem orationū admittātur, in qua cōmunione orationū, altero quinquennio perdurantes, ad plenā communionē cū oblatione ſuſcipiātur. Quòd ſi aliqui & vxores habentes, & excedētes quinquageſimū ętatis ſuæ annum, in hoc prolapſi ſunt ſcelere, ad exitū tantùm vitę, communionem mereantur.

tranſgreſſi, & habentes vxores, in hoc peccatum inciderunt, 25. annis ſubſtrati, communionē ad preces aſſequantur. Deinde cùm in precum communione quinq; annos peregerint, oblationem aſſequantur. Si qui autem & mulieres habētes, & quinquageſimū annum tranſgreſſi, peccauerunt, in vitæ exitu communionem aſſequantur.

Cap. 16.

Eos, qui irrationabiliter vixerint, & lepra iniuſti criminis alios polluerint, præcepit ſancta ſynodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.

Cap. 17.

Hos eoſdem ſanè non ſolū leproſos crimine huiuſmodi ſactos, ſed & alios iſto ſuo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempeſtate iactantur, qui à nobis energumeni appellantur.

Can. 17.

Eos, qui rationis expertia animantia inierunt, & qui leproſi ſunt vel fuerunt, iuſſit ſancta Synodus inter hyemantes orare.

Cap. 17.

Dist. 92. Si q episcopi ordinati sunt. Si qui epiſcopi ordinati ſunt, nec recepti ab illa parrochia, in qua fuerant denominati, voluērintque alias occupare parochias, & vim præſulibus earū inferre, ſeditiones aduersùs eos excitando; hos abijci placuit. Quòd ſi voluērint in presbyterii ordine, vbi priùs fuerant, vt presbyterint reſidere, non abiiciantur propria dignitate. Si autē ſeditiones commouent ibidē conſtitutis epiſcopis, presbyterii quoquè honor talibus auferatur, fiantque damnatione notabiles.

Cap. 18.

Si qui epiſcopi ſuſcepti nō ſunt à ſua diœceſi, in qua fuerāt denominati, & voluērint alias Eccleſias occupare, & vim facere Epiſcopis, quos ibi inuenerint, ſeditiones excitando aduersùs eos, hos ſegregari oportet. Quòd ſi volunt in presbyteri honore in Eccleſia, vbi priùs fuerāt, reſidere, non repellantur à propria dignitate. Quòd ſi etiàm ibi ſeditiones concitare probantur epiſcopis ibidèm conſtitutis, ſegregari eòs neceſſè eſt, & nihilominùs presbyterii dignitate priuari.

Can. 18.

Si qui conſtituti Epiſcopi, & ab illa parochia, in quā nominati fuerunt, non ſuſcepti, alias velint parochias inuadere, & iis qui conſtituti ſunt, vim afferre, & ſeditiones aduersùs illos excitare, eos ſegregari. Sin autem velint in presbyterio reſidere, in quo priùs erant presbyteri, ipſos honore non moueri. Quòd ſi aduersùs eos, qui illic conſtituti ſunt, Epiſcopos ſeditiones excitauerint, honorem quoquè presbyterii ab eis auferri, & illos abdicatos effici.

Cap. 18.

27. q. 1. quotquot virginitatem pollicit. Quotquot virginitatē promittētes, irritam faciunt ſpōſionem, inter bigamos cenſeantur. Virgines autem, quæ conueniunt cū aliquibus tanquàm ſorores, habitare prohibemus.

Cap. 19.

Quotquot virginitatē pollicitam præuaricati ſunt, profeſſione contempta, inter bigamos, id eſt, qui ad ſecūdas nuptias tranſiērūt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quæ tanquàm ſorores cū nonnullis viris habitare volunt, ab eorum cōſortio prohibemus.

Can. 19.

Quicunque virginitatem profitentes, profeſſionem ſuā irritam reddunt, ij bigamorum definitionem impleant. Virgines quidem certe, quæ cum quibuſdam tanquàm cū fratribus congrediuntur, prohibuimus.

Cap. 19.

Si cuius vxor adultera fuerit, vel ſi ipſe adulterium cōmiſerit, ſeptem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem conſequi, ſecundùm priſtinos gradus.

Cap. 20.

Si quis adulterium commiſerit, ſeptem annis in pœnitētia cōpletis, perfectioni reddatur ſecūdùm priſtinos gradus.

Can. 20.

Si alicuius vxor adulterata fuerit, vel quis eam adulterauerit, oportet eū in ſeptē annis, quod perfectū eſt, aſſequi per gradus qui eò deducunt.

Cap. 20.

De mulieribus, quæ fornicantur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, vt vtero con-

Cap. 21.

De mulieribus, quæ fornicantur, & partus ſuos necant, ſed & de his quæ agūt ſecum, vt vte-

Can. 21.

De mulieribus, quæ ſunt fornicatæ, & fœtus in vtero perimunt, & fœtuum necatoriis

eóceptos excutiant, antiqua quidem definitio, vſque ad exitum uitæ, eas ab Eccleſia remouet. Humaniùs autem nũc definimus, vt eis decem annorum tempus, ſecundùm præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

vt vtero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio eſt, vſque ad exitum vitæ eas ab eccleſia remoueri. Humaniùs autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus pœnitentiæ tribuatur.

rijs medicamentis (Græcè eſt, φθόρια) faciẽdis dant operam, prior quidem definitio uſque ad uitæ exitum prohibebat, & ei quidam aſſentiũtur. Sed humanitate tamẽ utentes, decreuimus vt decennium per gradus præfinitos impleant.

Cap. 21.

Qui voluntariè homicidiũ fecerint, pœnitentiæ quidem iugiter ſe ſubmittãt. Perfectionem verò circa uitæ exitũ conſequantur.

Cap. 22.

Qui voluntariè homicidiũ fecerint, ad pœnitẽtiam quidẽ iugiter ſe ſubmittãt. Circa exitum autem uitæ, communione digni habeantur. Eos verò, qui non voluntate, ſed caſu homicidiũ fecerit, prior quidem regula poſt ſeptem annorum pœnitentiam communioni ſociauit ſecundùm gradus conſtitutos. Hæc verò humanior definitio, quinquẽnij tempus tribuit.

Can. 22.

De inuoluntarijs cædibus prior quidem conſtitutio iubet, in ſeptennio per præfinitos gradus eſſe perfecti participes: ſecũda verò, ſeptẽnium implere.

Dist. 50. Eos vero, qui non

Cap. 22.

De homicidijs, non ſpontè commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit, ſecunda verò quinquennii tempus explere. Modus autem huius pœnitentiæ in Epiſcoporum ſit arbitrio, vt ſecundùm conuerſationem pœnitentium, poſſint & extendere tardãtibus, & minuere ſtudioſè feſtinantibus.

Can. 23.

De voluntarijs cædibus, ſupplices quidem ſubſternantur: eo autem quod perfectũ eſt, in fine vitæ digni habeantur.

Cap. 23.

Qui diuinationes expetũt, & morem gentiliũ ſubſequuntur, aut in domos ſuas huiuſcemodi homines introducũt exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi cauſa, ſub regula quinquennii iaceant, ſecundùm gradus pœnitẽtię definitos.

Cap. 23.

Qui auguria vel auſpicia, ſiue ſomnia vel diuinationes quaſlibet, ſecundùm morem gentilium obſeruant, aut in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut vt domos ſuas luſtrent, confeſſi, quinquennio pœnitentiam agant, ſecundùm regulas antiquitùs conſtitutas.

Can. 24.

Qui vaticinantur, & gentium conſuetudines ſequuntur, vel in ſuas ædes aliquos introducunt ad medicamentorum inuentionem, vel luſtrationem, in quinquennij canonem incidant, ſecundùm gradus præfinitos, tres anni ſubſtrationis, & duo anni orationis ſinè oblatione.

26. q. 5. Qui diuinationes exp.

Cap. 24.

Quidam ſponſam habens, ſororem eius violauit, & grauidam reddidit, poſtmodùm deſponſatam ſibi duxit vxorem: illa verò quæ corrupta eſt, laqueo ſe peremit. Hi qui fuerũt conſcij, poſt decennem ſatisfactionẽ iuſſi sũt ſuſcipi, ſecundùm gradus pœnitentię conſtitutos.

Cap. 24.

Si quis ſponſam habens, ſorori eius forſitã intulerit * vitium, eiq́; inhæſerit tanquàm ſuæ: hac autem decepta, poſteà vxorem duxerit deſponſatam: illa verò, quæ vitiũ paſſa eſt, ſi fortè necem ſibi intulerit, omnes hi, qui facti huius ſunt conſcij, decem annis in pœnitentiam redigantur, ſecũdùm Canones conſtitutos.

Can. 25.

Quidam cui erat puella deſponſa, eius ſorori vitium attulit, ità vt ea etiàm conciperet. Sponſam autem poſteà vxorem duxit. Ea autem cui vitium erat allatum, ſe ſuffocauit. Qui conſcij fuerant, iuſſi ſunt decennio in eos qui conſiſtunt, recipi per gradus definitos.

* violentiam

¶ Et ſubſcripſerunt numero 18. Epiſcopi, qui in eodem concilio conuenerant:

¶ Vitalis Antiochenus Syriæ Cœles, Agricolaus Cæſareæ Palæſtinæ, Marcellus Ancyræ Galatiæ primæ, Lupus Tarſeñ Ciliciæ, Baſilius Amaſenus * Helleſponti, Philadelphius Iuliopolis Galatiæ primæ, Euſtolus Nicomediæ Bithyniæ, Heraclius * Zeleñ Armeniæ maioris, Petrus Iconieñ * Lycaoniæ, Nunechius Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ, Sergianus Antiochiæ Piſidiæ, ſiue Cariæ, Epidaurus Piſideñ Pamphyliæ, Narciſſus Neroniadis Ciliciæ, Leontius Cæſareeñ Cappadociæ primæ, Longinus Neocæſareeñ Ponti Palemoniaci, Amphion Epiphaniæ Ciliciæ ſecundæ, Salamenus Germaniciæ Cœles Syriæ, Germanus Neapolis Palæſtinæ.

* Armeniæ maioris
* Zeleneñ
* Piſidiæ

CAPITVLA DVO ANCYRANI CONCILII, ex quodam libello ſexdecim librorum partialium deſumpta, lib. 6. cap. 6.

De

De illo, qui Domino ſuo iubente, homicidium fecerit.

SI quis liber (iubente Domino ſuo) ſeruũ eius occiderit, vt homicidium ſpontè commiſſum, pœniteat.

EX EODEM CONCILIO IVxta exemplar prædictum, lib. 6. cap. 7.

Vt Epiſcopi de parochijs ſuis ſortilegos & maleficos expellant.

VT epiſcopi eorumque miniſtri, omnibus viribus elaborare ſtudeant, ut perniciosam & à diabolo inuentam, ſortilegam, & maleficam artem, penitùs ex parochijs ſuis eradicent. Et ſi aliquem virum aut fœminam, huiuſcemodi ſceleris ſectatorem inuenerint, turpiter dehoneſtatum, de parochijs ſuis eijciant. Ait enim Apoſtolus: Hæreticum hominem poſt ſecundam & tertiam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt. Subuerſi ſunt, & à diabolo capti tenentur, qui derelicto creatore ſuo, à diabolo ſuffragia quærunt. Et ideò à tali peſte mundari decet ſancta eccleſia. Illud etiàm non eſt omittendum, quòd quædam ſceleratæ mulieres, retrò poſt ſatanam conuerſæ, dæmonum illuſionibus & phantaſmatibus ſeductæ, credunt & profitentur ſe nocturnis horis cum Diana paganorum dea, uel cum Herodiade & innumera multitudine mulierũ, equitare ſuper quaſdam beſtias, & multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſpatio pertranſire, eiuſq; iuſſionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius ſeruitium euocari. Sed vtinàm hæ ſolæ in ſua perfidia periiſſent, & non multos ſecùm in infidelitatis interitum pertraxiſſent. Nam innumera multitudo, hac falſa opinione decepta, hæc vera eſſe credit, & credendo, à recta fide deuiat, & in errore paganorum reuoluitur, cùm aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitratur. Quapropter ſacerdotes, per eccleſias ſibi commiſſas, populo omni inſtantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnimodis eſſe falſa, & non à diuino, ſed à maligno ſpiritu talia phantaſmata mentibus fidelium irrogari. Si quidem ipſe ſatanas, qui transfigurat ſe in angelum lucis, cùm mentem cuiuſq; mulierculæ ceperit, & hanc ſibi per infidelitatem ſubiugauerit, illicò transformat ſe in diuerſarum perſonarum ſpecies atque ſimilitudines, & mentem, quam captiuam tenet, in ſomnis deludens, modò læta, modò triſtia, modò cognitas, modò incognitas perſonas oſtendens, per deuia quæque deducit. Et cùm ſolus ſpiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, ſed in corpore opinatur euenire. Quis enim non in ſomnis & nocturnis viſionibus, extra ſe educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquàm viderat uigilando? Quis verò tam ſtultus & hebes eſt, qui hæc omnia, quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiàm in corpore accidere arbitretur, cum Ezechiel propheta viſiones Domini in ſpiritu, non in corpore vidit? Et Ioannes apoſtolus Apocalypſis ſacramentum in ſpiritu, non in corpore, vidit & audiuit, ſicut ipſe dicit: Statim, inquit, fui in ſpiritu. Et Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annunciandum eſt, quòd qui talia & his ſimilia credit, fidem perdit. Et qui fidem rectam in Domino non habet, hic non eſt eius, ſed illius, in quem credit, id eſt diaboli. Nã de Dño nõ ſcriptũ eſt: Omnia per ipſum facta ſunt. Quiſquis ergò credit poſſe fieri, aliquã creaturam aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem vel ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt, proculdubiò infidelis eſt, & pagano deterior.

[Margin notes: 26.q.5.2. ſ. & 4. & poſſimũ 4.5. — Tit.3.c — 2.Cor.11.c — Ezechiel in multis cap. — Apoc.1.c — 2.Cor.12.a — Ioan.1.a]

DECRETA MARCELLI PAPÆ.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

MArcellus natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Via lata, ſedit annis quinque, menſibus ſex, dies 21. Fuit autem temporibus Conſtantij & Galerij, & peruenit vſque ad Maxentium, conſulatu Maxentij quarto & Maximi, vſque poſt conſulatum. Hic fecit cœmeterium via Salaria, & vigintiquinque titulos in vrbe Roma conſtituit, quaſi diœceſes, propter baptiſmum & pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter ſepulturas martyrum. Hic ordinauit vigintiquinque presbyteros in vrbe Roma, & duos diacones per menſem Decembrem, Epiſcopos per diuerſa loca vigintiunum. Hic coarctatus & tentus eſt, eò quòd eccleſiam ordinaret, & comprehenſus à Maxentio, vt negaret ſe eſſe epiſcopum, & ſacrificijs ſe humiliaret dæmoniorum. Qui ſemper contemnens & deridens dicta & præcepta Maxentij, damnatus eſt in catabulum. Qui dum multis diebus ſeruiret in catabulo, orationibus & ieiunijs Domino deſeruire non ceſſabat. Menſe autem nono venerunt clerici eius omnes, & eruerunt eum noctu de catabulo. Matrona verò quædam (nomine Lucina) vidua, quæ vixerat cum viro Marco annis quindecim, & in viduitate ſua habebat annos nouemdecim, ſuſcepit beatum virum, quæ & domum ſuam nomine tituli beati Marcelli dedicauit, vbi die noctuque hymnis & orationibus, Domino Ieſu Chriſto confitebantur. His auditis à Maxentio, miſit, & tenuit iterum beatum Marcellum, & iuſſit in eadem Eccleſia iterùm plancas externi, ut ibidem animalia catabuli congregata ſtarent, & ipſis beatus Marcellus deſeruiret. Qui tandem in ſeruitio animalium nudus, amictus cilicio, defunctus eſt.

[Margin note: Anno Domini 304.]

eſt. Cuius corpus collegit beata Lucina, & ſepeliuit in cœmeterio Priſcillæ uia Salaria, decimoſeptimo Kalendas Februarij. Et de ceſſauit epiſcopatus dies viginti. Lucina verò proſcriptione damnata eſt.

EPISTOLA DECRETALIS MARCELLI PAPAE PRIMA, ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ.

De Romanæ Eccleſiæ primatu & authoritate &c.

DIlectiſſimis fratribus vniuerſis epiſcopis per Antiochenã prouinciam cõſtitutis, Marcellus: Solicitudinẽ oĩum eccleſiarum iuxta Apoſtolũ circũferẽtes, diuinæ circa nos grãe memores eſſe debemus, q nos per dignationis ſuæ mĩam, ob hoc ad faſtigiũ ſacerdotale prouexit, ut mandatis ipſius inhærentes, in quadã ſacerdotũ eius ſpecula cõſtituti, ꝓhibeam᷒ illicita, & ſequẽda doceamus. Vndè directis per Bonifaciũ diaconũ noſtrũ literis, admonem᷒, vt quæ malè pullulãt, abſcindantur, & malefacta corrigãtur, atq; bona ſectentur, & patrum noſtrorum exempla & ſtatuta imitentur. Rogamus ergò uos, fratres, vt nõ aliud doceatis neque ſentiatis, quàm quod à beato Petro apoſtolo, & à reliquis apoſtolis & patribus accepiſtis. Ab illo enim primò inſtructi eſtis: ideò non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios ſequi. Ipſe enim caput eſt totius Eccleſiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã. Et reliqua. Eius enim ſedes primitùs apud vos fuit, quæ poſteà (iubente Domino) Romam tranſlata eſt, cui (adminiculante gratia diuina) hodierna præſidemus die. Nec ab eius diſpoſitione uos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora eccleſiaſtica negocia (diuina diſponente gratia) iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpsêre principia. Si ueſtra uerò Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ ceſſit ſedi, nulla eſt, quæ eius non ſubiecta ſit ditioni, ad quam omnes, quaſi ad caput, iuxta Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum ſanctiones, epiſcopi, qui voluerint, vel quibus neceſſè fuerit, ſuffugere, eãq; appellare debent, vt indè accipiant tuitionem & liberationem, vndè acceperunt informationem atque conſecrationem. Quod omnibus minimè conuenit denegare Epiſcopis, ſed abſque vlla cuſtodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione, liberè ire concedatur. Simulque ijdem (inſpirante Domino) conſtituerunt, vt nulla ſynodus fieret præter eiuſdem ſedis authoritatem, nec vllus Epiſcopus, niſi in legitima ſynodo ſuo tempore Apoſtolica authoritate cõuocata, ſuper quibuſlibet criminibus pulſatus audiatur uel iudicetur: quia (ut paulò ſuperiùs prælibatum eſt) Epiſcoporum iudicia, & ſummarum cauſarum negocia, ſiue cuncta dubia, Apoſtolicæ ſedis authoritate ſunt agenda & finienda. Et omnia comprouincialia negocia, huius ſanctæ vniuerſalis & Apoſtolicę Eccleſię ſunt retractanda iudicio, ſi huius Eccleſiæ pontifex pręceperit. Nec cui liceat ſinè pręiudicio Romanę Eccleſię (cui in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri) relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei eccleſias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum epiſcoporum iudicium experiri uel pati, ſed omnibus eiuſdem prouincię epiſcopis congregatis, iudicium authoritate huius ſedis terminetur, quod tamen (vt pręfatum eſt) per eius vicarios, ſi libuerit, erit tractandum: & quicquid iniuſtè actum eſt, reformandum. Paſtoralis ergò cura officij nos admonet, & deſtitutis ſuccurrere, & cuncta neglecta uel malè acta reformare, ut ignis ille, quem Dominus veniens miſit in terram, motu crebro emendationis uel crebrę meditationis, agitatus, ſic caleſcat, ut ferueat: & ſic inflammetur, ut luceat.

1. Cor. 11. g

24. q. 1. Rogamus vos fratres.

Matth. 16. c

Nulla ſynodus fieri debet præter ſedis Rom. auctoritatem.

Luc. 12. f

Sępè enim dicendum & agendum eſt, quia mala pullulantia fraterna charitate oportet reſecari, vt bona, creſcendi & augmentandi ampliſſimum locum inueniant. (Nolite ergò) vt Iacobus apoſtolus ait (plures fieri magiſtri, fratres mei, ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir, poteſt etiàm freno circunducere totum corpus. Si autem in equorũ ora frenos mittimus ad conſentiendum nobis, & omne corpus illorum circunferimus: Eccè & naues, cùm magnę ſint, & à uentis ualidis minentur, circunferuntur autem à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis uoluerit: ità & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Eccè quantus ignis, quàm magnam ſyluam incendit. Et lingua ignis eſt, uniuerſitas iniquitatis lingua conſtituitur in membris noſtris, quę maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtrę, inflammata à gehenna. Omnes enim naturę beſtiarum & volucrum & ſerpentum, etiàm cęterorum, domantur & domita ſunt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare poteſt. Inquietum malum, plena ueneno mortifero. In ipſa benedicimus Deum & patrem, & in ipſa maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore benedictio procedit & maledictio. Non oportet, fratres mei, hęc ità fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid poteſt, fratres mei, ficus oliuas facere, aut vitis ficus? Sic neque ſalſa dulcẽ poteſt facere aquam. Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione opera ſua in manſuetudine ſapientię. Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſunt in cordibus ueſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduersùs ueritatem.

Iaco. 3. a b, c

Non enim eſt iſta ſapientia deſurſùm deſcen-
dens, ſed terrena, animalis, & diabolica. Vbi
enim zelus & contentio, ibi inconſtantia &
omne opus prauum. Quæ autem deſurſùm
eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, de-
indè pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis con-
ſentiens, plena miſericordia & fructibus bo-
nis, iudicans ſinè diſſimulatione. Fructus autẽ
iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem.)
1.Pet.1.c, d Propter quod ſuccincti lumbos mentis ueſtræ,
ſobrij, perfecti, ſperate in eam, quæ offertur
vobis, gratiam in reuelatione IESV Chriſti,
quaſi filij obedientiæ, non configurati priori-
bus ignorantiæ ueſtræ deſiderijs, ſed ſecun-
Leu.19.a dùm eum, qui vocauit vos, ſanctum, ut & ipſi
Deut.10.d ſancti in omni conuerſatione ſitis, quoniam
Coloſſ.3.d ſcriptum ſit: Sancti eritis, quoniam ego
ſanctus ſum. Et ſi patrem inuocatis eum, qui
Iaco.2.d ſinè acceptione perſonarum iudicat, ſecun-
Rom.2.b dùm vniuſcuiuſque opus, in timore incola-
1.Ioan.1.c tûs ueſtri tempore conuerſamini, ſcientes, quod
Apoc.1.b non corruptibili auro uel argento redempti
eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ
traditionis, ſed precioſo ſanguine, agni qua-
ſi incontaminati & immaculati, Ieſu Chriſti,
præcogniti quidem ante conſtitutionem mun-
di, manifeſtati autem nouiſſimis temporibus,
propter vos, qui per ipſum fideles eſtis in Deo,
qui ſuſcitauit eum à mortuis & dedit ei glo-
riã, vt fides noſtra & ſpes eſſet in Deo: animas
veſtras caſtificantes in obedientia charitatis,
in fraternitatis amore, ſimplici ex corde in-
uicèm diligite attentiùs, renati non ex ſemine
corruptibili, ſed incorruptibili per uerbũ Dei
Eſa.40.b uiui & permanentis: quia omnis caro vt fœnũ,
Iaco.1.b & omnis gloria eius tanquã flos fœni. Exaruit
1.Pet.1.a, b fœnum, & flos eius decidit, uerbum autẽ Do-
mini manet in æternum. Hoc eſt autem ver-
Ephe.4.f bum, quod euangelizatum eſt in uobis. De-
ponentes quidem omnem malitiam & omnẽ
dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes
detractiones, ſicut modò geniti infantes, ra-
tionabile ſinè dolo concupiſcite, vt in eo cre-
ſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtatis, quoniam
dulcis eſt Dominus: ad quem accedentes la-
pidem viuum, ab hominibus quidem repro-
batum, à Deo autem electum & honorifica-
tum, & ipſi tanquàm lapides uiui, ſuperędifi-
* domus ſpiritualis. camini * domos ſpirituales, ſacerdotium ſan-
ctum, offerri ſpirituales hoſtias, acceptabiles
Deo per Ieſum Chriſtum. Propter quod con-
tinet ſcriptura: Eccè pono in Sion lapidem
Eſa.28.d ſummum, angularem & electum, precioſum:
& qui crediderit in eum, non confundetur.
Pſal.117. Vobis igitur honor credentibus, non creden-
tibus autem lapis quem reprobauerunt ædifi-
cantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis
offenſionis, & petra ſcandali, his qui offendũt
1.Pet.4.b verbo, nec credunt, in quo & poſiti ſunt. Vos
autem genus electum, regale ſacerdotium,
gens ſancta, populus acquiſitionis, ut uir-
tutes annuncietis eius, qui de tenebris uos
uocauit in admirabile lumen ſuum. Eſtote
ergò, chariſſimi, prudentes, & vigilate in ora-
tionibus. Ante omnia autem mutuam in uo-
bismetipſis charitatem continuam habentes,
quia charitas operit multitudinem peccato-
rum. Hoſpitales inuicèm ſinè murmuratione,
vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrũ
illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſato-
res multiformis gratiæ DEI. Si quis loqui-
tur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tan-
quàm ex virtute, quam adminiſtrat DEVS,
vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum
Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula
ſeculorum. Amen.) Data Kalend. Aprilis, Ma-
xentio & Maximo viris clariſſ. conſulibus.

EPISTOLA MARCELLI PAPÆ SECVNDA

Ad Maxentianum tyrannum.

Commonet Tyrannum, vt deſinat ſæuire in Chriſtianos.

MArcellus epiſcopus ſanctæ & Apo-
ſtolicæ & Catholicæ vrbis Romæ,
Maxentio: Magiſtro bonorũ om-
nium charitas, quæ nihil rapit ex-
traneum, nihil agit aſperum, nihil confuſum,
nihil factioſum, nihil, quod honori diuino
repugnet, animæ propriæ noceat, aut pro- Phili.2.c
ximi commodo deroget, oblita ſui, non
quæ ſua ſunt, ſed quæ DEI uel proximi,
quærens, nemini inuidens, omnibus con-
ſulens: non ſæuiens, ſed compatiens: non ra-
piens, ſed largiens: non murmurãs, ſed omnia
æquanimiter tolerans, ſi inter perfectè habi-
tares, temperares animum à malis, ſæuire deſi-
neres, DEI eccleſiam ac ſanctos eius perſe-
qui ceſſares, tyrannidi modum imponeres,
furorem cohiberes, humanitati inuigilares,
modeſtiam amplectens, & bonis potioribus
frui ſatageres. Charitas enim exercet corda,
ſenſus corroborat, vt nihil graue, nihil diffici-
le, ſed totum fiat dulce quod agitur, dum eius
ſit proprium nutrire pacifica, ſeruare cõpoſi-
ta, diſſociata coniungere, praua dirigere, & vir-
tutes reliquas: perfectionis ſuæ munimine ſo-
lidare. De ipſa ergò, omnes monens Apo- 1.Cor.13.a, b
ſtolus, ità loquitur, dicens: (Si linguis homi-
num loquar & angelorum, charitatem aũt nõ
habeam, factus ſum velut æs ſonãs aut cymba-
lum tinniens. Et ſi habuero omnẽ prophetiã,
& nouerim myſteria omnia, & omnem ſcien-
tiã, & habuero omnem fidẽ, ità ut mõtes tranſ-
feram, charitatem aũt non habeam, nihil ſum.
Et ſi diſtribuero in cibos pauperum oẽs facul-
tates meas, & ſi tradidero corpus meum, ità vt
ardeam, charitatẽ aũt non habeam, nihil mihi
prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Cha-
ritas non æmulatur, non agit perperàm, non
inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ
ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum,
non gaudet ſuper iniquitate, congaudet au-
tem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit,

omnia

omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nun-
quàm excidit.) Quiſquis ergò in eius ſe radice
inſerit, nec à viriditate deficit, nec à fructi-
bus inaneſcit, quia amore fœcunditatis opus
efficax non amittit. Licèt modò charitas, in
perſecutoribus Eccleſiæ ſeruorumque Dei,
areſacta ſit, viget tamen in amatoribus eius,
& in eis qui patiuntur propter iuſtitiam. De
Matt. 5. a quibus ipſa per ſe veritas teſtatur, dicẽs: (Bea-
ti qui perſequutionem patiuntur propter iu-
Ioan. 15. c ſtitiam.) Et alibi: (Si me perſecuti ſunt, & vos
perſequentur.) Potiùs enim nos & omnes Do-
mini ſacerdotes, qui eius videlicet ſunt veri
ſacerdotes, eligimus propter iuſtitiam & ve-
ram fidem perſequi, & pro Chriſti nomine
pati, quàm multis diuitijs ditari, honori-
busque copioſiſſimis abundare, & cœleſti re-
gno carere. Iſta enim tẽporalia ſunt, illa æter-
na: iſta caduca, & ad horam tranſeuntia, illa
verò perpetua, & ſinè fine manſura. Tu ergò
qui nos ſuades cultum dimittere diuinum,
& à recta fide recedere, dijsque immolare,
melius tibi foret, vt tu priùs mutabilem te
præberes, omnesque exhortareris fidei do-
cumenta & diuini cultûs miniſteria ità tene-
re, ſicut patres noſtri ſancti Apoſtoli ſibi tra-
dita prædicauerunt & docuerunt. Boni, enim
principis ac * regis eſt, Eccleſias contritas
* religioſi * concuſſas, vel cõſciſſas. atque * ſciſſas reſtaurare, nouas ædificare, &
Dei ſacerdotes honorare atque tueri. Vndè
ſanctos Apoſtolos, eorumque ſucceſſores ſub
Diſt. 96. Boni principis eſt. diuina conteſtatione conſtituiſſe legimus,
non debere fieri perſequutiones, nec inſerri
Quocircà id notandum, paucos ante hàc fuiſſe ſummos Põtifices, qui hęc nõ conſtituerint. fluctuationes, nec inuidere laborantibus in
agro Dominico, neque expellere æterni regis
diſpenſatores: ſed, ſi qui expulſi fuerint, aut
ſuis rebus expoliati, primò omnia legaliter
reddi, quæ eis ab inimicis aut à perſecutori-
bus ablata ſunt, & ſedes proprias, cum omni-
bus ad ſe pertinentibus, regulariter reſtitui,
& poſteà tempore congruo vocari ad ſyno-
dum regulariter congregatam. Nec liceat ei,
priuſquàm fiant hæc, de ſe iuxta ſtatuta præ-
dictorum reſpondere, aut de ſuis impetitio-
nibus, ſi ſe viderit prægrauari, reddere ratio-
nem. Sed his ritè peractis, ſuisque omnibus
liberè diſpoſitis, ſi eum iuſtè videtur, ſuis re-
ſpondeat accuſatoribus, & inducias, ſi ei ne-
ceſſè fuerit, accipiat non modicas, vt explo-
rare valeat ea quæ obijciuntur ei, nè aliqua
3. q. 9. Nõ oportet. deluſus fraude, innocenter ruat: quoniam
non oportet quenquam iudicari vel damna-
ri, priuſquàm legitimos habeat præſentes ac-
Actor. 25. cuſatores, locumque defendendi accipiat ad
Prou. 18. c & diſt. 29. c. 1. & 11. q. 3. Eorũ qui accu. abluenda crimina. Vndè ait Propheta: Pri-
uſquàm agnoſcas, non iudices quenquam.
In hoc ergò, quòd Epiſcopi & reliqui ſerui
Dei, perſecutionem patiuntur, non tantùm
ipſi perſequutionem patiuntur, quantùm
ille cuius vice funguntur, ſicut ſcriptum eſt:
Zach. 2. e (Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.)
2. Cor. 2. Et alibi: (Qui vos contriſtauit, me contriſta-
Coloſ. 3. d uit. Et qui facit iniuriam, recipiet id quod
iniquè geſſit.) Vos ergò licèt corpora noſtra
poſſitis occidere, animas tamen non poteſtis
occidere: nec gradus nobis, diuinitùs colla-
tos, poteſtis auferre. Synodum ergò, abſque Diſt. 17. Synodũ Epiſcoporũ.
huius ſanctæ ſedis authoritate, epiſcoporum
(quanquàm quoſdam epiſcopos poſſitis con-
gregare) non poteſtis regulariter facere: neq;
vllum epiſcopum, qui hàc appellauerit Apo-
ſtolicam Sedem, damnare, antequàm hinc
ſententia finitiua procedat. Nam ſi ſeculares
in publicis iudicijs libellis vtuntur appella-
torijs, quanto magìs ſacerdotibus hæc eadẽ
agere licet, qui ſuper illos ſunt? De quibus Pſal. 81.
dictum eſt: (Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi
omnes.) Et ideò nullus Epiſcopus, niſi in le-
gitima ſynodo, ſuo tempore Apoſtolica, aut
regulari authoritate conuocata, ſuper qui-
buſlibet pulſatus criminibus, audiatur vel
iudicetur, nè innocens damnetur, aut perdat
communionem. Quòd laici aut ſuſpecti epi-
ſcopos non debeant accuſare, neque accuſa-
toribus de inimici domo prodeuntibus, cre-
dendum ſit, & à beato Clemente, ipſis eum In epiſto. Clemẽtis Papæ j.
inſtruentibus Apoſtolis, legimus definitum,
& nos eadem firmamus: quoniã ijdem odio
multotiès incenſi, rectè viuentes atque cre-
dentes perturbare nituntur. Propterea per-
ſona, fides, vita, & conuerſatio, atque ſuſpicio
accuſantium, enucleatim primò inquirenda
eſt: deindè, quæ obijciuntur, fideliter pertra-
ctanda: quia nihil antè fieri debet, quàm im-
petitorum vita & ſuſpicio atque odium in-
quiratur. Et ſi bonæ conuerſationis non fue-
rint, aut laici, vel manifeſti inimici, aut odio
reſperſi fuerint, nequaquàm in Epiſcoporum
recipiantur accuſatione. Hæc vobis, à quibus
nimis infeſtè perſequimur, ſcienda manda-
mus, vt ab his vos caueatis, & ceſſetis perſe-
qui eos, qui Deo miniſtrant, quorum oratio-
nibus & terrena bella ſedantur, & Deus pec-
catoribus conciliatur. Et ſi ampliùs nos ele-
geritis perſequi, quàm Deo placere: & nos
magìs eligimus ſuſtinere perſequutionem,
quàm regulam confundi Eccleſiaſticam, hor-
tante nos ipſa veritatis voce, atque reſtante
ita: (Nolitè timere eos qui occidunt corpus, Matt. 10. e
animam autem non poſſunt occidere.) Et ite-
rùm: (Si quis vult poſt me venire, abneget ſe- Mat. 16. d
metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur
me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam
facere, perdet eam. Qui autem perdiderit
animã ſuam propter me, inueniet eam. Quid
enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum
lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum pa-
tiatur? Aut quam dabit homo commutatio-
nem pro anima ſua? Filius enim hominis ven-
turus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis,
& tunc reddet vnicuiq; ſecundùm eius opus.)
Iſta vobis valdè timenda & cauenda ſunt, à
quibus Eccleſia Dei eiusque miniſtri vexan-
tur, & perſequutionem patiuntur, quibus Do-
minus per prophetam minando loquitur, di-
cens: (Homo in honore non commorabitur: Pſal. 48.

aſſimilatus iumentis, exæquatus eſt. * (Hæc eſt via eorum, inſipientia eorum, & poſt eos iuxta os eorum current. Quaſi oues in inferno poſiti ſunt, mors paſcet eos. Et ſubijcient eos recti in matutino, & figura eorum conteretur in inferno poſt habitaculum ſuum. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cùm aſſumpſerit me. Noli timere, cùm ditatus fuerit vir, cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Neque enim moriens tollet omnia, nec deſcendet poſt eum gloria eius. Quia animæ ſuæ in vita ſua benedicet. Laudabunt te, cùm benè fuerit tibi. Intrabit vſque ad generationem patrum ſuorum, vſq; in finé non videbit lumen. Homo cùm in honore eſſet, non * cõmouebitur: aſſimilatus iumentis, exæquatus eſt.) Et alibi: (Quid gloriaris, qui potens † miſericordia Dei toti die? Inſidias cogitauit lingua tua, quaſi nouacula acuta faciens dolum. Dilexiſti malum, magis quàm bonum, mendacium magis quàm loqui iuſtitiam. Dilexiſti omnia verba ad deuorandũ lingua doloſa. Sed DEVS deſtruet te in ſempiternũ, euellet te, & euellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viuentium. Et videbunt iuſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt. Eccè vir, qui non poſuit Deum fortitudinem ſuam, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarũ, cõfortatus eſt in inſidijs ſuis. Ego autem ſicut oliua viuens in domo DEI, ſperaui in miſericordia Dei in ſeculum, & in æternum. Confitebor tibi in ſeculum, quoniam feciſti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonũ in conſpectu ſanctorum tuorum.) Iſta vobis omnia ad interitum, nobis autem ad cõfortationem, nè pereamus, dicta ſunt. Vobis ergò ideò hæc ſcribimus, quia debitores vobis ſumus, dicẽte DOMINO: (Diligite inimicos veſtros, benefacite eis, qui vos oderunt.) Et alibi ſcriptura loquitur, dicens: (Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis * congregas ſuper caput eius.) His fulti authoritatibus, bellum, quod aduersùm nos excitatis, adeò feliciter, dextera Domini protegẽte nos, atq; pro nobis pugnãte, pacificè portare cupimus, vt triumphante Chriſtum omnium verorum fiat vna victoria ſacerdotũ: & coruſcante lumine veritatis, ſolæ erroris tenebræ cũ ſuis authoribus pellantur: quia non eſt in hominis poteſtate conſilium Dei. Iuſtus eſt enim Dominus, & omnia iudicia eius iuſta ſunt, atq; omnes viæ eius, miſericordia & veritas & iudicium. In manu DEI poteſtas terræ, cui execrabilis eſt omnis iniquitas. In manu Dei poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribæ imponent honorem ſuum. Perdidit Deus memoriam ſuperborum & iniquè agentium, & nõ dereliquit memoriam humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis, qui rectè colit Deũ, quia ſi vita eius in probatione fuerit, corroborabitur: & ſi in tribulatione, liberabitur: ſi verò in correctione fuerit, ad miſericordiam perueniet.

* Intellexit, cõparat⁹ eſt iumẽtis, & ſilebitur. Pſal. 51.

Matt. 5. g

Rom. 12. d

* cõgeres.

Apoc. 19. a

Eccl. 10. a

Tu ergò nè delecteris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem facit Deus tranquillitatem, & poſt lachrymationẽ & fletum, exultationẽ infundit. Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorum, qui cùm iratus fuerit, miſericordiã faciet, & in tempore tribulationis peccata dimittit. Magnus eſt Domin⁹ in æternum, & ipſe reget nos in ſecula, quoniã regnũ eius permanet in ſecula ſeculorũ. Amen. Data decimoſexto Kalendas Februarij, Maxentio & Maximo viris clariſſimis conſulibus.

Tob. 3. d

Tob. 3. e

Pſal. 47.

DECRETA MARCELLI PAPÆ duo, quæ in prioribus non habentur.

Sunt enim deſumpta ex decreto Gratiani.

PRIMVM.

Extra voluntatem propriam retruſi in monaſterijs non teneantur.

Illud autem ſtatuendum eſſe cenſemus, vt ſi in minori ætate filij monaſterio oblati fuerint, vel ſacram tonſuram vel velamina ſuſceperint, dignum quidem duximus, vt 15. anno à prælatis moniti, verbis inquirantur, vtrùm in ipſo habitu permanere cupiant, an non. Si verò permanere profeſſi fuerint, vlteriùs pœnitendi locum minimè amplecti poſſunt. Si verò ad ſecularem habitum reuerti voluerint, redeundi licẽtia nullo modo denegetur: quia ſatis inutile eſt, vt coacta ſeruitia Domino præſtentur.

Auctor gloſ. apud Grat. tribuit Martino cuius tẽporibus magis videtur conuenire. 20. q. 1. Illud autem ſtatuendũ.

Palea, citatur Apud Grat. & auct. gloſ. ſed eraſus ferè ſ omnibus veſtuſtis fuit Paleæ nomine.

IN MARCELLI VEL EVSEBIJ tempora referendum videtur Concilium ſequens.

CONCILIVM Carthagin. Epiſcoporum 70. in quo abſens damnatus Cæcilianus Carthagin. Epiſcopus, quod Concilium optatus lib. 1. c. Parmen. & D. Aug. in Breuiculo, collatione tertiæ diei, iniquum pronunciant.

Aliquot poſt annis Romano Concilio ſub Melchiade abſolutus eſt Cæcilianus.

Itẽ Arelatenſi, in Gallijs, paullo poſt habito. De qua tota cauſa præter optatũ, & Aug. locis citatis, legatur idẽ Aug. epiſt. 162. & 165. & li. 3. cõtra Creſcen. c. 61. & 71. & Euſeb. lib. 10. c. 5.

DECRETA EVSEBII PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

EVSEBIVS natione Græcus, ex patre Medico, ſedit annis ſex, menſe vno, diebus tribus. Fuit temporibus Cõſtantini. Sub huius tempore crux Domini noſtri Ieſu Chriſti, quinto Nonas Maij inuenta eſt. Baptizatur quoquè & Iudas, pòſt Quyriacus vocatus, crucis inuentor. Hic, ſcilicet Euſebius, hæreticos inuẽnit in urbe Roma, quos ſola manuum impoſitione reconciliauit. Fecit hic ordinationem vnam menſe Decembrio, preſbyteros 13. diacones tres, epiſcopos per loca, 14. Sepultus eſt in cœmeterio Calixti via Appia, ſexto Nonas Octobris. Et ceſſauit epiſcopatus dies ſeptem.

Anno Domini 309

Hoc eſt contra cõſenſũ omnium hiſtoricorũ, qui inuẽtionẽ crucis, referunt in tẽpora Sylueſtri, & in D. circiter 325.

EPI-

EPISTOLA EVSEBII DECRETALIS I.

Ad omnes Galliæ Epiſcopos.

CHARISSIMIS fratribus Domino & Deo dilectis, Epiſcopis omnibus per Gallicanas prouincias conſtitutis, Euſebius: Scripta ſanctitatis veſtræ cum magna gratiarum actione ſuſcepi, gauiſus ſcilicet de veſtra ſoſpitate, ſed contriſtatus nimis de veſtra oppreſſione. Quod ſignificâſtis* enim, quid de conuerſis hæreticis fieri debuiſſet, ſcitote, nos eos, qui in ſanctæ Trinitatis fide baptizati ſunt, per impoſitionem manûs ſuſcipere. De accuſationibus verò clericorum, ſuper quibus mandâſtis, ſcitote, à tempore Apoſtolorum in hac ſancta vrbe ſeruatum eſſe, accuſatores & accuſationes quas exterarum conſuetudinum leges non adſciſcunt, à clericorum accuſatione ſubmotas. Similiter, laicos non accuſâſſe Epiſcopos, hactenùs obſeruatum & conſtitutum eſt, quia eiſdem nō ſunt conuerſationis. Et oppidò eis quidam infeſti exiſtunt, quippe cum vita eorum & conuerſatio debeat eſſe ſecreta, & à laicorum actibus remota. Nec ab his impeti debeant, quorum caſtitatem & grauitatem nolunt imitari, maximè quum nec hi eos in ſuis uolunt recipere accuſationibus. De ipſis uerò, ſuis videlicet agricultoribus atque miniſtris, Dominus laicis & cunctis eos perſequentibus, ait: (Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari.) Et ipſa ſacra ſcriptura dicit: (Qui nos tangit, tangit pupillam oculi mei.) Talia enim & his ſimilia, ſancti patres prouidentes pericula, laicos ſeculo militantes, ab accuſatione ſacerdotum prohibuêre: ſimiliter ſeruos & liberos, atque cenſibus publicis vel priuatis ſubiugatos, omneſque infames, ab eadem accuſatione vel tergiuerſatione ſubmouerunt. Non enim oportet, vt permittantur carnales, ſpirituales perſequi, nec ſceleribus irretiti vel ſeculo militantes, Epiſcopos infamare vel lacerare, aut crimen opponere. Nam ſi hoc Apoſtoli aut ſucceſſores eorum permitterent, perpauci remanſiſſent, qui Domino in ſacerdotali ordine militâſſent. Idcircò & nos ſequentes patrum veſtigia, pro ſalutatione ſeruorum Dei, quaſcunq; ad accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum, & nos licentiam ſubmouemus. Et nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſeculi prohibentur. Quapropter illi, quibus indita nō eſt ad unguem polita perfectio, talia ſilere debent, ità ut nec mutilentur, nec proponantur. Nec illi, qui aut in fide catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem prædictorum admittantur: quia veritatem profeſſionis infidelitas & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſpontè crimina confitentur. Et ideò replicanda ſolicitè eorum veritas: quam ſponte prolata in illis vox habere non poteſt, hanc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis rigoroſus tortor exigere debet, ut dum pœnis corpora ſubijciuntur, quæ geſta ſunt, fideliter & veraciter exquirantur. Vndè, quæſo, primùm ad leges publicas, deindè ad iudices, ora conuertite, qui poſſunt & volunt in defenſione omnium iuſtè loqui. Nos enim (quos Dei ſeruitium poſt iſtarum rerum abiectionē fecit ingenuos, qui talium inſultationes aut contumelias, aut deſpicimus aut deridemus, quibus ſcriptum eſt de famulis &* vulgi hominibus per Apoſtolum: Mementote, quia veſter & illorum Dominus in cœlis eſt) ad hæc ſeculi mala reuocabimur? Faciendum à nobis eſt, quod, faciēte altero, prophanum eſſe contendimus? Quod per miniſterium iuſſionis & manûs alienæ inceſtaret adſpectum, noſtro peragetur imperio? Nolite hanc p vniuerſas Eccleſias mentem, rapacium luporum more & natura, ſeruare: quia poſtquam nos maculat fortè pro deſiderijs eorum cruenta diſcuſſio, effectum in his, quò tendunt, nō habebunt, dicente nobis Propheta: (Ponamus circulum in naribus eorum, & frenum in labijs, & reducamus eos in uiam rectam.) Quia eodem Propheta aſſerente, impugnantur, qui dicunt: (Erunt quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt nobis.) Infames enim ſunt proculdubio impugnatores Epiſcoporum, omneſq; qui aduerſus patres armantur, & cōculcatores Eccleſiarum, ſacerdotumq; eius, & qui de publicis fugiunt prælijs, & mandata Dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamię adſperguntur maculis, his omnibus impugnādi Epiſcopos, patrum ſequentes inſtituta, & nos licentiam ſubmouemus: Quia ſic odit DEVS eos, qui patres perſequuntur, ut patrum inuaſores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideò iuſtè & regulariter reſpuuntur. Nunc longa non opùs eſt admonitione. Iam perditis odium debemus operire, de quibus iam non ſupereſt, quod damnetur, authoribus. De quibus Dominus per Prophetam loquitur, dices: (Reprobantes verbum, ſperâſtis in calumniam & intumultum, & innixi eſtis in eo. Proptereà erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio.) Ruſsùs etiàm de talibus Propheta clamat, dicens: (Accedite huc ſemen* adulteri & fornicarij. Super quem luſiſtis? ſuper quem dilatâſtis, & eieciſtis linguam? Nunquid non vos filij ſceleſti eſtis, ſemen mendax?) Ceſſent impij commentitia aduerſus ſimplices iam fraude mentiri. (Cuſtodi, inquit Propheta,) linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur dolum. Recede à malo, & fac bonum: quære pacem, & perſequere eam. Oculi Domini ad iuſtos, & aures eius ad clamorem eorum. Vultus autem Domini ſuper faciētes mala, ut perdat de terra memoriā eorū.) Et paulopòſt: (Interficiet impiū malitia, & odientes iuſtum culpabunt.) Nos quanquam multa

Marginalia (left): * autem. — 3.q.5. De accuſatoribus clericorum. — 2.q.7. Laicos nō accuſâſſe. — Pſal. 104. — Zach. 2. — 3.q.5. De accuſa. clerici. Et 6.q.1. Nos ſequentes patrum. — 5.q.5. Illi qui aut in fide.

Marginalia (right): * vulgaribus. * vulgis. — Ephe. 6.b — Eſa. 37.f — Eſa. 30.c — Eſa 57.a — * adulterorum. — * fornicariæ. — Pſal. 33.

multa patiamur à talibus, (diligamus nos, chariſſimi, inuicèm, quoniã charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum propiciationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrùm diligere. Deum nemo vidit vnquàm. Si diligamus inuicèm, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam pater miſit filium ſuum, ſaluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos agnouimus, & credimus ueritati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas forâs mittit timorem, quia timor pœnam habet. Qui autem timet, nõ eſt perfectus in charitate. Nos ergò diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui autem non diligit fratrem ſuum, quem videt: Deum quem non uidet, quomodò poteſt diligere? Et hoc mandatum à Deo habemus, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Omnis qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo. In hoc * cognouimus, quoniã diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc eſt enim charitas Dei, ut mandata eius cuſtodiamus. Et mandata eius grauia non ſunt: quia omne quod natum eſt ex Deo, uincit mundum. Et hæc eſt uictoria, quæ uincit mundum, fides noſtra. Quis eſt qui uincit mundum, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt qui uenit per aquam & ſanguinẽ, Ieſus Chriſtus, non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt ueritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant, ſpiritus, ſanguis, & aqua: & hi tres unum ſunt. Si teſtimonium hominũ accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt, quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt de filio ſuo Deus. Et hoc teſtimonium eſt, quoniam uitam æternã dedit nobis Deus. Et hæc vita in eius filio eſt. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium Dei, non habet vitam. Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis, quoniam vitam * habebitis æternam, qui creditis in nomine filij Dei. Et hæc fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem eius, * audiet nos. Et ſcimus, quia audit nos, quicquid petierimus. Scimus, quoniam habemus petitiones, quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat: & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico, vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus, enim quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus, quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus Deum verũ, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus & vita æterna. Propter mala ſua multi potentes oppreſſi ſunt valdè, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Benedictio autem Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in * honore veloci proceſſus illius fructificat. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.) Scitote, chariſſimi, pro ea pietate, quæ vobis Dei famulis impendenda eſt, omnes ſuggeſtiones veſtras fidei catholicæ profuturas, me dignanter ſuſcepiſſe, vt ipſarũ quoquè opera & pax Chriſtiana reparari, & error impius poſſit aboleri. Et ſi ampliùs de talibus, aut de his ſimilibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, vt pertractata qualitate horum, noſtra, quid obſeruari debeat, ſolicitudo conſtituat. Data vj. Kaléd. Auguſti, * Cõſtãtino Cõſ.

1. Ioan. 4. b, c, d

1. Ioan. 5. a, b, c

* cognoſcimus,

* habetis.

* audit.

Eccle. 15.

* hora.

Eccle. 14. a

* Conſtatio.

EPISTOLA EVSEBII PAPÆ SECVNDA,

Ad Aegyptios.

EVSEBIVS Romanæ & Apoſtolicæ eccleſiæ epiſcopus, dilectiſſimis in charitate Chriſti vnanimis, charitatis glutino connexis fratribus, per Alexandriam & Aegyptum Domino militantibus, & rectam fidem tenẽtibus, in Domino ſalutem: (Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur ipſi à Deo. Quoniam ſicut abundãt paſſiones Chriſti in nobis, ità & per CHRISTVM abundat conſolatio noſtra. Siue autẽ tribulamur ꝓ veſtra exhortatione & ſalute, ſiue exhortamur ꝓ veſtra exhortatione & ſalute, quæ & operatur tolerantiã earundẽ paſſionum, quas & nos patimur. Et ſpes ve-

2. Cor. 1. a

ſtra

ſtra firma eſt pro vobis, ſcientes quoniam ſi-
cut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſola-
2.Cor.5.d tionis. Vetera (dilectiſſimi) tranſiêrunt, &
ecce facta ſunt noua. Omnia autem ex Deo,
qui reconciliauit nos ſibi per Chriſtum, &
dedit nobis miniſterium reconciliationis:
quoniam quidem Deus erat in Chriſto, mũ-
dum reconcilians ſibi, non reputans illis de-
licta ipſorum, & poſuit in nobis verbum re-
conciliationis. Pro Chriſto ergò legatione
fungimur, tanquàm Deo exhortante per nos.
Obſecramus pro Chriſto, recõciliamini Deo.
Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis
peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei
2.Cor.6.a. b.c. in ipſo. Adiuuantes autem exhortamur, nè
in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim:
Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalu-
tis adiuui te. Eccè nunc tempus acceptabile,
eccè nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam
offenſionem, vt non vituperetur miniſterium
noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus nosmet-
ipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patien-
tia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in an-
guſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditioni-
bus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in ca-
ſtitate, in ſcientia, in longanimitate & ſuauita-
te, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in
verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſti-
tiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriã & igno-
bilitatem, per infamiam & bonam famam, vt
ſeductores & veraces, ſicut qui ignoti & cogni-
ti: quaſi morientes, & eccè viuimus: vt caſti-
gati, & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper
autem gaudentes: ſicut egentes, multos au-
tem locupletantes: tanquàm nihil habentes,
& omnia poſſidentes. Os noſtrum patet ad
vos, Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.
* nobis Non anguſtiamini in * carnalibus, anguſtia-
* In viſceribus veſtris. mini autem in * ſpiritualibus. Eandem autem
habentes remunerationem, (tanquàm filijs
dico) dilatamini & vos. Nolite iugum duce-
re cum infidelibus. Quæ autem participatio
iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas lu-
Eccl.13.c ci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chri-
1.Cor.3.c ſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infide-
li? Quis autem conſenſus templo Dei cũ ido-
lis? Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut
Leui.26.b dicit Dominus: Quoniam inhabitabo in il-
Eſa.52.c lis & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi
2.Cor.7.a erunt mihi populus. Propter quod exite de
medio eorum, & ſeparamini de medio eorũ,
dicit Dominus: & immundum nè tetigeritis,
& ego recipiam vos, & ero vobis in patrem,
& vos eritis mihi in filios & filias, dicit Do-
minus omnipotens. Has igitur habentes pro-
miſſiones, chariſſimi, mundemus nos ab om-
ni inquinamento carnis & ſpiritûs, perficien-
tes ſanctificationem in timore Dei.) Errorẽ
veſtrum corrigite, fratres, & ab omni erroris
macula vos cuſtodite, vt purum Deo munus
offerre valeatis. Seruos DEI nolite perſequi,
epiſcopos nolite infamare, neque accuſare,
quia Deus eos ſuo iudicio voluit reſeruari.

Quòd enim non ab humanis, aut prauæ vitæ
hominibus eos deprauari, aut accuſari vo- Eccl.7.b
luit, ipſe dedit exemplũ, quãdò per ſe ipſum, Mar.11.b
& non per alium, negociatores eiecit ſacerdo- Ioan.2.c
tes de templo, & menſas nummulariorum
proprio euertit flagello, & eiecit de templo.
Et ſicut alibi ait: (Deus ſtetit in ſynagoga deo- Pſal.81.
rum, in medio autem deos diſcernit.) Dei er-
gò ordinationem accuſat, qui epiſcopos ac- Eccl.18.d
cuſat vel condemnat, dum minùs ſpiritua-
lia quàm terrena ſectatur. Cauſa enim fidei
& dilectionis, quibus ſalus Chriſtiana con-
ſiſtit, multa me ſolicitudine laborare com-
pellit, metuẽtem, nè prauitas, quæ in ſuis fue-
rat impetranda principijs, proceſſu temporis
& pertinacior fiat & altior. Nam inimicum
nimis eſt atque incongruum, eos qui epiſco-
pos vel reliquos veros ſacerdotes, ſua perſe-
cutione vexant, catholicorũ nominibus ſinè
diſcretione miſceri, cùm damnatã impietatẽ
non deſerentes, ipſi ſua prauitate condẽnan-
tur, quos conuenit percelli pro perfidia, aut
liberari pro venia: quia ſicut plenum pieta-
tis eſt, oppreſſis charitatem dominicam red-
di, ità iuſtum eſt, omnis perturbantis autho-
ritatem amputari. Miror, chariſſimi, quarè
tam citò mouemini, atq; à veſtro ſenſu tranſ- Galat.1.a
ferimini, quum ſcriptum ſit: (Poſt concupi- Eccl.18.d
ſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auer-
tere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias
eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Nè
oblecteris in turbis, nec in modicis, * Adeſt * Aſſidua enim eſt,
enim commiſſio illorum. Nè fueris medio-
cris in contentione ex fœnore, & non eſt ti-
bi nihil in ſeculo. Eris enim inuidus vitæ tuæ.
Operarius ebrioſus non locupletabitur: & Eccl.19.a, b,c
qui ſpernit modica, paulatim decidet. Vinum
& mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, &
arguunt ſenſatos: & qui ſe iungit fornicarijs,
erit nequam. Putredo & * vermis hæredita- * vermes.
bunt illum, & extolletur in exemplum ma-
ius, & tolletur de numero anima eius. Qui
credit citò, leuis corde eſt, & minorabitur:
& qui delinquit in animam ſuam, inſupèr
* habebitur. Qui gaudet iniquitate, deno- * habebit.
tabitur: & qui odit correptionem, minue-
tur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit
malitiam. Qui peccat in animam ſuam, pœ-
nitebit: & qui iucundatur in malitia, deno-
tabitur. Nè iteres verbum nequam & du-
rum, & non minoraberis. Amico & inimi-
co noli enarrare ſenſum tuum: & ſi eſt tibi
delictum, noli denudare. Audiet enim te,
& cuſtodiet te: & quaſi defendens pecca-
tum, odit te, & ſic * adhærebit tibi ſem- * aderit.
per. Audiſti verbum aduersùs proximum?
commoriatur in te, fidens, quoniam non
te diſrumpet. A facie verbi parturit fatuus,
tanquàm gemitus partûs infantis. Sagitta
infixa femori carnis, ſic verbum in corde
ſtulti. Corripe amicum, nè fortè non intel-
lexerit, & quum fecerit iniuriam, & non in-
tellexerit, dicat, Non feci: aut ſi fecerit, nè

iterùm addat facere. Corripe proximum, nè fortè non dixerit: & ſi dixerit, nè fortè iteret. Corripe amicum, ſæpè enim fit commiſſio, & non omni verbo credas. Eſt qui labitur in lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim, qui non deliquerit in lingua ſua? Corripe proximum, antequàm cōmineris: & da locum timori altiſſimi, quia omnis ſapientia & ſcientia, timor Dei, & in illa eſt timere Deum, & in omni ſapientia diſpoſitio legis. Non eſt ſapientia, * neque ſcientia, & non eſt cogitatus bonus * niſi in illa. Peccatorum prudentia eſt nequitia, & in ipſa execratio: & eſt inſipiens, qui imminuitur ſapientia. Melior eſt homo, qui deficit ſapientia, & deficiens ſenſu in timore DEI, quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem altiſſimi. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua: & eſt, qui emittit verbum certum, enarrans veritatem. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. Et eſt enim iuſtus, qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate: & eſt iuſtus, qui inclinat faciem: & fingit non uidere ſe, quod ignoratum eſt. Et ſi ab imbecilitate virium vetetur peccare, ſi inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex uiſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo. Eſt correptio mendax in * ore contumelioſi: & eſt iudicium, quod nō probatur eſſe bonum: & eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Quàm bonum eſt arguere, quàm iraſci, & confitentē, in oratione non prohibere? Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam: ſic qui facit per vim iudicium iniquum. Quàm bonum eſt, correpto manifeſtare pœnitentiam? ſic enim effugies voluntarium peccatum. Eſt tacens, qui inuenitur ſapiens: & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens, non habens ſenſum loquelæ: eſt & tacens, tempus ſciens apti temporis. Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens, non ſeruabit tempus. Qui multis utitur verbis, * lædit animam ſuam: & qui poteſtatem ſibi aſſumit iniùſtè, odietur. Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detrimentum. Eſt datū, quod non eſt utile: & eſt datum, cuius retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio: & eſt, qui ab humilitate leuabit caput. Eſt, qui multa redimat modico precio, & eſt reſtituens ea ſeptuplùm. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. * Datum inſipientis non erit vtile tibi, oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius, inflammatio eſt. Hodiè fœnerat quis, & cràs expetit, & odibilis homo huiuſmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gloria bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt. Quotiès & quanti irridebunt eum? Neque enim, quod habendum

* nequitiæ ſciētia uel diſcipiina, * peccatorum prudentia, eſt prudentię nequitia,

* ira

Ecc. 20. a, b, c

* lædet

* Datus

erat, directo ſenſu diſtribuit, ſimiliter & quod non erat habendū. Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui à pauimento cadens, ſic caſus malorum feſtinanter venient. Homo * ingratus, quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorum aſſidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore ſuo. Eſt, qui vetatur peccare * ab inopia, & in requie ſua ſtimulabitur. Eſt, qui perdet animam ſuam pro confuſione, & ab imprudenti perſona perdet eam, perſonæ autem acceptione perdet ſe. Eſt, qui præ confuſione * promittit pro amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis. Opprobriū nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſiduè erit. * Laudat furem aſſiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt, Mores hominum mendacium ſinè honore, & confuſio illorum cum ipſis ſinè intermiſſione.) Vos (fratres) admonemus, profutura hominibus inuicèm indeſinenter ſectari in charitate Chriſti: ſimiliter (obſecramus vos in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicèm in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritûs in uinculo pacis. Vnū corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ: vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem noſtrûm data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quòd autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donèc occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, ut iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris.) De occultis enim cordis alieni temerè iudicare, iniquum eſt: & eum, cuius non uidentur niſi opera bona, peccatum eſt, ex ſuſpicione repræhendere. Oues ergò, quæ paſtori ſuo cōmiſſæ ſunt, eum nec repræhendere (niſi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenùs accuſare poſſunt, quia facta paſtorum oris gladio ferienda non ſunt, quanquàm rectè repræhendenda videantur. Id eò iſta dicimus, quia in ſcripturis veſtris reperimus, quoſdam Epiſcopos veſtris in partibus à proprijs ouibus accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione: & idcircò

* acharis

* præ

* promittit amico.

* Potior fur quàm

Eph. 4. a, b

2. Cor. 10. d

Pſal. 67.

Ioan. 3. b

1. Cor. 12. d

Ephe. 4.

2. q. 2. In ſcripturis veſt.

quoſdam

quoſdam eſſe rebus ſuis expoliatos, quoſdam
verò à propria ſede pulſos. Quos ſciatis nec
ad ſynodum comprouincialem, nec ad gene-
ralem poſſe uocari, nec in aliuo iudicari, an-
5. q6. 2. Prius ergò oportet omn. tequàm cuncta quæ eis ſublata ſunt legibus
poteſtati eorum redintegrentur. Priùs ergò
oportet omnia illis legibus redintegrari, & Ec
cleſias, quæ eis ſublatæ ſunt, cum omni priui-
legio ſibi reſtitui, & poſtmodùm, non ſub an-
guſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpa
tiom eius indulgeatur, qoantum expoliati
In decre. lib. 4. vel expulſi eſſe videntur, antequàm ad ſyno-
dum conuocentur, & ab omnibus quibuſque
ſuæ prouinciæ Epiſcopis aodiantur. Nam
nec conuocari ad cauſam, nec dijudicari po-
teſt expoliatus vel expulſus: quia uoo eſt pri-
uilegium, quo expoliari poſſit iam nudatus.
Vndè & antiquitus decretum eſt, ut omnes
poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atque fru
ctus cunctos, ante litem conteſtatam perce-
2. q. 2. Nullus Epiſcoporum. ptor vel Primâs poſſeſſori reſtituat. Et alibl
ſcriptum habetur: Ille qui uiolentiam pertu-
lit, uniuerſa in ſtatu, quo fuerant, recipiat:
& quæ poſſidet, ſecurus teneat. Et alibi in
ſynodalibus patrum decreos & regum edi-
3. q. 1. Redin. ſunt omnia. ctis legitur ſtatutum: Redintegranda ſunt
omnia expoliaos vel eiectis Epiſcopis, præ-
ſentialiter ordinatione pontificum, & in eo-
rum, vndè abſceſſerunt, loca funditûs reuo-
canda quocunque conditione temporis, aut
dolo, aut captiuitate, aot uirtute maiorum,
aut per quaſcunque iniuſtas cauſas, res Eccle-
ſiæ vel proprias aut ſubſtantias ſuas, perdidiſſe
noſcuntur ante accuſationem, aut regularem
ad ſynodum vocationem eorum, & reliqua.
12. q. 7. In antiquis eccle. Eſt etiàm in antiquis Eccleſiæ ſtatutis decre-
tum, ut qui aliena inuadit, noo exeat impu-
nitus, ſed cum multiplicaoone omnia reſti-
tuat. Vndè & in Euangelio ſcriptum eſt:
Luc. 19. b (Qoòd ſi quid aliquem defraodaui, reddo
» quadruplum.) & in legibus ſeculi cautum ha-
betur. Qui rem ſubripit alienam, illi cuios
res direpta eſt, in decuplum, quæ ſublata ſunt,
» reſtituat. Et in lege diuioa legitur: (Male-
Deut. 28. c dictus omnis, qui transfert terminos proxi-
» mi ſui. Et dicet omnis populus, Amen.) Ta-
lia ergò oon præſumantur abſqoe vltione, nec
Ephe. 4. d exerceantur abſque ſua damnaoone. Pacem,
« & noo damnum, aut iniuſtitiam alicuios ſe-
« ctamini inuicèm, & in omnes. (Veritatem au-
« tem facientes in charitate, creſcamus in illo
» per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo
» totum corpus compactum & connexum per
» omnem iuncturam ſubminiſtrarioois, ſecun-
» dùm operationem in menſuram vniuſcuiuſq;
» membri, augmentum corporis facit in ædifi-
» cationem ſui in charitete. Decętero, chariſſi-
» mi, gaudete, & perfecti eſtote: exhortamini,
2. Cor. 13. d idem ſapite, pacem habete, & Deus pacis &
» dilectionis erit vobiſcũ.) Dominus cuſtodiat
» uos & nunc, & in die æternitatis. Amen. Da-
» ta ix. kalendas Octobris * Conſtantino clariſſ.
* Conſtitio. Conſ.

EPISTOLA EVSEBII PAPÆ TERTIA,

Epiſcopis Tuſciæ & Campaniæ directa.

DILECTISSIMIS fratribus vniuerſis
Epiſcopis per Campaniam & Toſciam
conſtitutis, Euſebius: Benedictus Dominus
Deus noſter, qui per miſericordiam ſuam, Ro
manam Eccleſiam beati Petri Apoſtolorum
principis ſacerdotio ditauit, nobiſque oiam
monſtrandam circa nos (propter uniuerſalem
curam, quæ nobis eſt propter priuilegium
eiuſdem Eccleſiæ) inuicem charitatis indul-
ſit, ut qui cohæremus firmitate fidei, iunga-
mur quoquè ootiui iocunditate colloquij,
quô faciliùs dum per literarum miniſteria ad
uos uſqoe pertendimus, etiàm corda ueſtra
ad religioſum cultum apoſtolicis admonitio-
nibus incitemus: & dum * dilectionis noſtræ *dilectioni.
ſpei reddimus uelut quoddam debitum, ple-
num circa Deum monſtremus affectum. Iun-
gamus ergò, dilectiſſimi fratres, continuas &
humiles preces: & Deum noſtrum, oris & cor-
dis lachrymis ſupplicanses, iugi deprecaoone
poſcamus, ut inſtitutione & opere, illi, cuius
eſſe membra cupimus, hęreamus, nec vnquàm
ab illa uia, quæ Chriſtus eſt, deuio tramite Ioan. 14. a
declinemus, nè ab eo iuſtè, quem nos impiè
relinquimus, deſeramur infelices. Qoòd ſu-
perni fauoris auxilio, ea nobis poteſt ratio-
ne cootingere, ſi apoſtolica dogmata, ſi pa-
trum mandata ſeruamus. Dicit enim Domi-
nus noſter: (Qui diligit me ſermonem meũ Ioan. 14. c
ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eũ »
oeniemus, & mãſionem apud eum faciemus.) »
Et licèt hæc poſſint generaliter dicta ſoffice-
re, ut oel declinemus errata, oel cuſtodiamus
catholica: ab Apoſtolis tamen, eorumquè
ſucceſſoribus nouimos conſtitutum, crimi-
nationes aduersùs doctores non debere ſu-
ſcipi, nec peregrina iudicia fieri, uec quen-
quam alterius iudicis, quàm ſui ſententia de-
bere conſtringi. Caput enim Eccleſiæ, Chri- Ephe. 5. c
ſtus eſt. Chriſti autẽ uicarij, ſacerdotes ſont, Coloſſ. 1. c
qui uice Chriſti legatione funguntur in Eccle-
ſia. Idcircò quicquid ad eorum ſi: iniuriam,
ad CHRISTVM pertinet, qui dixit: Luc. 10. d
(Qui oos audit, me audit: & qui uos ſpernit, »
me ſpernit. Et qui ſpernit me, ſpernit eum »
qui me miſit.) Iſta, fratres, terribilia ſunt, »
& oppidò diligenter conſideranda & cauen-
da, & tam propter eos, qui ſeipſos aot cupi-
ditate, aut auaritia, aut inuidia perdere mo-
liuntur, (nè in profunda labantur, aut in ta-
lia incidant mala) quàm propter perſeqou-
tiones Eccleſiæ, ſeruorumqoe eius, qui iuxta
«
veritatis vocem, oculos habentes, nõ vident, Matth. 13.
& aures habentes, non audiunt, nec intelli-
gunt, quæ placent Deo. Sequentes itaque in
omnibus Apoſtolicam regulam, & prædican- Galat. 2. e
tes eius omnia conſtituta, ob cuſtodiam Epi- 5. q6. 5.
ſcoporum, qui columnæ Eccleſiæ à Deo di- Conſtitui-
cti ſunt, & cæterorum verorum ſacerdotum, mus tum
firman-

firmantes cuncta patrum ſtatuta: ſtatuimus iterùm cum omnibus, qui nobiſcum ſunt, Epiſcopis, ſicut dudùm decretum reperimus, vt homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, crimininoſi, domeſtici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel falſum teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad ſacrilegos diuinosq́; concurrerunt, ſimilesq́;

In 2. decr. Eutychiani PP.

eorum, nullatenùs ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi, quia infames ſunt, & iuſtè repellendi, quia funeſta eſt vox eorum. Vocem enim funeſtam in omnibus interdici potiùs, quàm audiri oportet. Periculum ergò, quod doctoribus imminet, ſummoperè ſemper cauendum eſt & declinandum, & illa ſunt à cunctis portandi & cuſto-

Mat. 25. d

diendi, dicente Domino: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Prima enim ſalus eſt, rectæ fidei regulas cuſtodire, & à cõſtitutis patrum nullatenùs deuiare. Nec poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti

Mat. 16. c

ſententia, dicentis: (Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meam.) Et hæc,

24. q. 1. In ſede apoſtolica.

quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus, quia in ſede apoſtolica, extra maculam, ſemper eſt catholica ſeruata religio. Ideò, chariſſimi, & uos iuxta ſanctam ſcripturam diſcite benefacere, & mala declinare, & patrum re-

Eccl. 4. b, c, d

gulis imbui, ſicut ſcriptum eſt: (Fili, ſi habes, benefac tecũ, & Deo dignas oblationes offer. Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt tibi. Teſtamentum huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundùm vires tuas exporrigens, da pauperi. Non defrauderis à die bona, & particula

* bonæ diei.

* boni doni non te prætereat. Nonne alijs relinques dolores & labores tuos? In diuiſione ſortis da & accipe, & iuſtifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quia non eſt apud inferos inuenire cibum. Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deijciuntur. Sic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. Et omne opus electum iuſtificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſtitia meditabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei. Qui excogitat uias illius in corde ſuo, & in abſconſis illius intelligens erit, uadens poſt illam quaſi inueſtigator, & in vijs illius conſiſtens. Qui reſpicit per feneſtram eius, & in ianuam illius audiens. Qui requieſcit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet caſulam ſuam ad manus illius, & requieſcent in caſula illius bona per æuum. Statuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis eius morabitur. Protegetur ſub ramis illius à feruore,

Eccl. 15. a, b, c

* illa

& in gloria eius requieſcet. Qui timet Dominum, faciet * illud: & qui continens eſt iuſtitiæ, appræhendet illam: & obuiabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate, ſuſcipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit eum apud proximos ſuos. Et in medio Eccleſiæ aperiet os eius, & implebit eum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſtola gloriæ ueſtiet illum. Iucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines ſtulti non appræhendent illam, & homines ſenſati obuiabunt illi. Homines ſtulti non uidebunt illam. Longè enim abeſt à ſuperbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, & * acceſſum habebunt vſque ad inſpectionem Dei.

* ſucceſſum

Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, quoniam à Deo profecta eſt ſapientia. Sapientiæ enim Dei ſtabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris, per Dominum abeſt: quæ enim odit, non feceris. Non dicas, ille me implanauit: Non enim neceſſarij ſunt illi homines impij. Omne execramentum erroris odit Deus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua. Si uolueris * mandata, conſeruabunt te,

* mandata conſeruare,

& in perpetuum fidem placitam facere. Appoſuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa ſapientia DEI, & fortis in potentia, videns omnes ſinè intermiſſione. Oculi Domini ad timentes eum, & ipſe cognoſcit omnem operam hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inuti-

Eccl. 16.

lium. Nè iucunderis in filijs impijs, ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor DEI cum illis. Non credas uitæ illorum, & * non reſpexeris in labores eorum. Melior eſt enim vnus timens DEUM, quàm mille filij impij. Et utile, mori ſinè filijs, quàm relinquere filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deſeretur. Multa * alia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea. In ſynagoga

* talia

peccantium exardebit ignis, in gente incredibili exardeſcet ira. Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ virtuti. Et non pepercit peregrinationi illorum, ſed percuſſit eos, & execratus eſt illos, præ ſuperbia verbi illorum. Non miſertus eſt illis, totam gentem perdens, & extollentes ſe in ſuis peccatis. Et ſicut ſexcenta millia peditum, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui: & ſi vnus fuiſſet ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immunis. Miſericordia enim & ira eſt cum illo, potens exo-

ratio,

ratio, & effundens iram. Secundùm miſericordiam ſuam, ſic correptio illius. Hominem ſecundùm opera ſua iudicabit. Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit ſufferētia facientis miſericordiam. Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundùm intellectum peregrinationis ipſius. Nō dicas, à Deo abſcondar, & ex ſummo quis meî memorabitur? In populo magno non agnoſcar. Quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce cœlum, & cœli cœlorū, abyſſus, vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commouebuntur, montes ſimul & colles, & fundamenta terræ. Et quum conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his inſenſatum eſt cor: & omne cor intelligitur ab illo, & vias illius qui intelligit, & * procellam quam nec oculus vidit hominis? Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis, ſed opera iuſtitiæ illius quis enarrabit, aut quis ſuſtinebit? Longè enim eſt teſtamentum à quibuſdam, & interrogatio hominum in conſummatione eſt. Qui minoratur corde, cogitat * mala: & vir imprudens & errans cogitat ſtulta. Omnis ergò, fratres, ſermo malus de ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à uobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicèm benigni, miſericordes, donantes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Eſtote ergò imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, & ſicut Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem, & omnis immūditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus uerbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergò effici participes eorum. Eratis enim aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate, (fructus enī lucis, eſt in bonitate & iuſtitia & veritate) probantes, quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magìs autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodò cautè, ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit uoluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu ſancto, loquentes nobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri, ſubiecti inuicèm in timore Chriſti.) Crucis ergò Domini noſtri IESV Chriſti, quę nupèr nobis gubernacula ſanctæ Rom. Eccleſiæ tenentibus, quinto Nonas Maij inuenta eſt, in prædicto Kalendarum die Inuentionis feſtum uobis ſolenniter celebrare mandamus. Similiter & hæreticos omnes, quicunque Dei gratia conuertuntur, & in ſanctæ Trinitatis nomine credentes, baptizati ſunt, Romanæ Eccleſiæ regulam tenentes, per manûs impoſitionem reconciliari præcipimus. Manûs quoquè impoſitionis ſacramentum, magna ueneratione tenendum eſt, quod ab alijs perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus. Nec tempore apoſtolorum ab alijs, quàm ab ipſis apoſtolis legitur, aut ſcitur peractum eſſe: neque ab alijs (ſicut iam dictum eſt) quàm ab illis, qui eorum locum tenent, vnquàm perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter Eccleſiaſtica unquàm reputabitur ſacramenta. Decæterò, fratres, gaudete & exultate in Domino, ut ſancti ſpiritûs gratia illuminati & cōfortati, uos ad paſcua æternæ uitæ peruenire, ueſtroſque perducere, adminiculante Domino, ualeatis. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſpiritus ſancti ſit ſemper cum omnibus * nobis. Amen. Data 8. Kalen. Septemb. * Conſtantino clariſſimo conſule.

[Margin notes: Ephe. 4.g — * procella — * inania — Ephe. 5.a b c — De conſ. diſ. 3. Crucis Domini. — Hoc quidem eſt contra cōſenſum omnium Hiſtoricorum, ut etiam ſupra dictū eſt, aliunde igitur huic loco aſſutum eſt. — De conſe. diſ. 5. Manus quoquè imp. — Confirmationis ſacramentum. — 2. Cor. 13 d — * Conſtantio]

EIVSDEM EVSEBII PAPÆ decreta ex Gratiano & aliundè deſumpta, numero quatuor.

PRIMVM.

Deſponſata puella non prohibetur monaſterium eligere.

Deſponſatam puellam non licet parentibus alij viro tradere, * licet tamen illi monaſterium ſibi eligere.

[Margin: 26. q. 2. Deſponſatam puel. * licet tamen monaſterium eligere, ſi voluerit.]

SECVNDVM.

Non in ſerico panno, ſed in lineo, ſacrificium conſecretur altaris.

Conſulto omnium ſtatuimus, ut ſacrificiū altaris nō in ſerico pāno aut tincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo uel linteo ab Epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque contexto, ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum fuit.

[Margin: De cōſe. diſt. 1 conſulto omnium 19. Ioan.]

TERTIVM.

Ieiunia non ſoluantur legitima, abſque neceſſitate probabili.

Ieiu-

De conſ. diſt. 5. Ieiunia in Eccleſia. Ieiunia,in Eccleſia à ſacerdotibus conſtituta,ſinè neceſſitate rationabili non ſoluantur.

QVARTVM EIVSDEM DECRETum, ſecundùm codicem 5. librorum, lib.1.cap.41.

Qualeſcunque perſonæ ſacerdotum epulis debeant intereſſe.

Epiſcopi menſa qualis. Oportet Epiſcopū moderatis epulis cōtentum eſſe,ſuoſq; conuiuas ad comedendum & bibendum non vrgere:quin potiùs ſobrietatis præbeat exēplum.Remoneantur ab eius conuiuio cūcta turpitudinis augmenta,non ludicra ſpectacula,non acroamatum vaniloquia, non fatuorum ſtultiloquia, non ſcurrilū admittātur præſtigia.Adſint peregrini & pauperes & debiles,qui de ſacerdotali mēſa Chriſtū benedicentes,benedictionē percipiāt. Recitetur ſacra lectio,ſubſequatur viuæ uocis exhortatio, ut non tantùm corporali cibo,immò verbi ſpiritualis alimēto, cōuiuantes ſe refectos gratulentur,ut in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

DECRETA MELCHIADIS PAPÆ.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

Al. Miltiades. Anno Domini 311. MELCHIADES natione Apher, ſedit annos tres,menſes ſeptem, dies octo, ex die Nonarū Iulij, à conſulatu Maximini nono,vſq; ad Maxētiū ſecundo,qui fuit menſe Septembrio,Voluſiano & Rufino cōſulibus.Hic cōſtituit,nè vlla ratione die Dn̄ica,aut quinta feria ieiunium quis fideliū ageret, quia eos dies pagani quaſi ſacrum ieiunium celebrant.Et Manichæi inuēti ſunt in vrbe Roma ab eodem. Hic fecit, vt oblationes conſecratę per Eccleſias ex conſecratu Epiſcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. (Locus, ut videtur, corruptus.) Hic fecit ordinationem vnam per menſem Decembrem,preſbyteros 6.diacones 5.Epiſcopos per loca,11.Hic ſepultus eſt in cœmeterio Calixti via Appia,4.Idus Decembris. Et ceſſauit Epiſcopatus dies 17.

EIVSDEM EPISTOLA Decretalis, ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos.

1 *De iudicijs Epiſcoporum,ſiue maioribus cauſis ad Apoſtolicam ſedem deferendis: & ut nullus eam prohibeatur appellare.*
2 *Quod ſit maius Sacramentum, impoſitio manus Epiſcoporum, an baptiſmus.*
3 *De ieiunio Dominicæ diei, & quintæ feriæ.*

DILECTISSIMIS fratribus,Marino,Benedicto,Leontio,& cæteris Hiſpaniarū, ac illis in partibus cōſtitutis Epiſcopis Melciades Apoſtolici præcepti verba ſunt, apud Iudæos,atq; Gentiles ſinè offenſione nos eſſe debere. (1.Cor.10.g) Hoc,quiſquis Chriſtianus eſt,toſa animi virtute cuſtodit. Quod quum ità ſit, nō parū periculi illi manere poterit ante Deū, qui hoc detrectat etiàm fidelibus exhibere. Nā qualiter nos,qui neminem petire uolumus,iſta contriſtent,quæ authoribus Chriſtianis percellūt animos Chriſtianos,dn̄icus in Euangelio ſermo teſtatur. Ait enim ipſe Saluator, quòd expediat ſcandalizanti vnum de puſillis, in maris profundum demergi. (Matt.18.a Marc.9.f Luc.17.a) Ideò,quæ ſit eius iſta pœna,quæramus,cui tale ſupplicium legimus expedire.Quapropter iſta,chariſſimi,verba valdè ſunt ponderanda,& cauenda, nè pro tpalibus æterna,& pro caducis manſura, & pro paruiſſimis temporalibus perdantur (quod abſit) perpetua gaudia. Vndè vos rogamus, & obſecramus,ut nullus alteri noceat,neq; infeſtus aut nocens exiſtat,ſed (iuxta Apoſtolum) alter alterius onera portet,ut legē Chriſti adimpleat. (Gala.6.a) Et nolite iudicare inuicèm,ſed (iuxta eundem Apoſtolum) hoc iudicate magis,nè ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. (Rom.14.) Primùm ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cū iuſtitia & [a] veritate definiatis. [b] Neminem condemnetis ante verum & iuſtum iudicium. ([a] charitate [b] neminē condēnātes ante.) Nullum ſuſpicionis arbitrio iudicetis,ſed primùm probate,& poſteà charitatiuā proferte ſententiā. Et quod uobis non uultis fieri,alteri nolite facere. (Tob.4.c) Mementote ſermonis Dn̄i ſemper,qui ait(Nolite iudicare,& non iudicabimini: Nolite condemnare,ut non condēnemini. (Matt.7.a) In quo enim iudicio iudicaueritis,iudicabimini.) (Luc. 6. f) Epiſcopos nolite iudicare, nolite condemnare abſq; ſedis huius authoritate. Quod ſi feceritis,irrita erunt veſtra, iudicia, & vos condemnabimini. Hoc enim priuilegium huic ſanctæ ſedi à temporibus Apoſtolorum ſtatutum eſt ſeruare,quod illæſum manet vſq; in hodiernū diem.Epiſcopos ergò,quos ſibi Dn̄s tanquàm oculos elegit, (Zach.2.c) & columnas Eccleſiæ eſſe voluit, quibus etiàm ligandi & ſoluendi dedit poteſtatem, (Mat.16.c) ſuo iudicio reſeruauit, hocque priuilegium beato clauigero Petro ſua vice ſolummodò commiſit. Quod eius iuſtè prærogatiuum ſuccreſcit ſedi, futuris hæreditandum atque tenendum temporibus, quoniam & inter beatos apoſtolos fuit quædam diſcretio poteſtatis. Et licèt cunctorum par electio foret, beato tamen Petrò conceſſum eſt, vt alijs præmineret, eorumq; quæ ad querelam venirent, cauſas & interrogationes prudenter diſponeret. 1. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum eſſe credimus, nè omnes poſterorum cuncta ſibi vindicarent, ſed ſemper maiores cauſæ, ſicut ſunt Epiſcoporum & potiorum curæ negociorum, ad vnam beati principis apoſtolorum Petri ſedem confluerent,vt indè ſuſcipiant finem iudiciorum, vndè acceperunt initium inſtitutionū, nèquandoquè à ſuo diſcreparent capite. Si verò ſe viderit quiſquam veſtrûm prægrauari, hanc ſedem appellet, huc recurrat, vt ſemper inſtituta fuit conſuetudo: quia & voluntariè eis com-

compatiemur, & libenter, prout Dominus
dederit, adminiculũ feremus. Nec à quoquã,
fratres, inhibeatur aut obiurgetur, qui noſtræ
conſors communionis eſſe voluerit, ſed ma-
gis ei veniendi auxilium præſtetur, quia ſuf-
ficit vnicuique obiurgatio, quæ fit à pluri-
2.Cor.2.b mis, vt (iuxta Apoſtolum) magis donetis, &
conſolemini, nè fortè abundantiori triſtitia
abſorbeatur, qui in anguſtia eſt. Propter quod
obſecro vos, vt ipſe ait, vt confirmetis in illo
charitatem. Eorum enim os accuſandi ſacer-
dotes, vel teſtificandi in eos, obſtruimus,
quos non humanis, ſed diuinis vocibus mor-
tuos eſſe ſcimus, quoniã infidelis homo mor-
tuus eſt in corpore viuente. Nec in ſuſpicio-
nem veniat homo fidelis, vt dicat aut faciat
ea, quæ pati non vult. Si quis fidelis eſt, videat
nè falſa loquatur, aut cuiquam inſidias po-
nat. Facile eſt ergò hominem fallere, non ta-
men Deum. Sapiens non eſt, qui nocet. Et
nihil mali vult, qui eſt fidelis. In his enim fi-
delem & infidelem hominẽ cognoſcere poſ-
Mat.12.c ſumus, in nocendo & adiuuando, vt ipſa ve-
Lucæ 6.g ritas ait: (Bonus homo ex bono theſauro cor-
dis ſui profert bona: & malus homo ex malo
theſauro cordis ſui profert mala. Ex abun-
dantia enim cordis os loquitur.) Pro nobis
Eſa 49.g enim dicit Dominus per prophetam: (Eos ve-
rò qui iudicant vos, ego iudicabo.) Et iterùm
Eſa.51.c ad ſeruos ſuos dixit: (Nolite timere oppro-
brium hominum, & blaſphemias eorum nè
Pſal.1.c metuatis.) De talibus quoque propheta canit,
dicens: (Non ſic impij, ſed tanquàm puluis
quem proijcit ventus. Propterea nõ reſurgent
impij in iudicio, neque peccatores in congre-
gatione iuſtorum: Quoniam nouit Dominus
Pſal.2. viam iuſtorum, & iter impiorũ peribit. Quarè
conturbatæ ſunt gentes, & plebes meditabun-
tur inania? Cõſurgent reges terræ, & principes
tractabunt pariter aduersùs Dominnm, & ad-
uersùs Chriſtum eius. Diſrumpamus vincu-
la eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſo-
rum. Habitator cœli ridebit, & Dominus ſub-
ſannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira ſua,
& in furore ſuo conturbabit eos.) Et alibi di-
Pſal.35. xit: (Scelus impij in medio cordis eius, non eſt
timor Dei ante oculos eius. Quoniam dolo-
sè egit aduersùs eum in oculis eius, vt inue-
niret iniquitatem eius ad odium. Verba oris
eius, iniquitas & dolus: ceſſauit cogitare, vt
benefaceret. Iniquitatem cogitat in cubili
ſuo, ſtabit in via non bona, malum non abij-
ciet. Domine, in cœlo miſericordia tua, fides
tua vſque ad nubes. Iuſtitia tua ſicut montes
Dei, iudicia tua abyſſus multa. Homines &
iumenta ſaluos facies, Domine: quàm precio-
ſa miſericordia tua, Deus? Et filij Adam in
vmbra alarum tuarũ ſperabunt. Inebriabun-
tur de pinguedine domûs tuæ, & torrente de-
liciarum tuarum potabis eos. Quoniam te-
cum eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbi-
mus lumen. Attrahe miſericordiam tuam
ſcientibus te, & iuſtitiam tuam rectis corde.
Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus im-
piorum non me commoueat. Ibi ceciderunt
operantes iniquitatem, expulſi ſunt, & non po
tuerunt ſurgere.) Audiuimus à quibuſdam fra
tribus, quibus infeſti eratis nimis, quòd iurgia &
diſcordiæ ſint inter vos. Propterea iſta ſcripſi-
mus vobis, mandantes, vt ità teneatis, ſicut &
ab Apoſtolica ſede vobis tenenda mandantur.
Vndè & Domini præcurſor in Euangelio mi-
litibus interrogantibus reſpondit, dicens: (Ne- Lucæ 3.c
minem concutiatis, neque calumniam faciatis,
ſed contenti eſtote ſtipendijs veſtris.) Concu-
tit enim hominem, qui illũ iniuſtè conturbat. De con.
De his hæc uobis interdùm ſufficiant. Si autẽ diſt.5.
maioribus indigueritis, vita comite, mittite, & Spiritusſanctus,
mittentur vobis. De his verò, ſuper quibus ro- qui ſuper.
gitâſtis vos informari, id eſt, vtrùm maius eſſet Et in decr.
ſacramentum manûs impoſitio Epiſcoporum Iuon. lib.
aut baptiſmus, ſcitote utrunq; magnum eſſe ſa 4.
cramentum. Et ſicut vnum à maioribus fit, id 11.
eſt, à ſummis pontificibus, quod à minoribus
perfici non poteſt, ità & maiori veneratione ve
nerandum & tenendum eſt. Sed ità coniuncta
ſunt hæc duo ſacramenta, ut ab inuicèm niſi
morte præueniente, nullatenùs poſſint ſegre-
gari, & vnum ſinè altero ritè perfici non po-
teſt. Nam vnum (præueniente morte) ſaluare
ſinè altero poteſt, aliud autem non poteſt. Vn-
dè ſcriptum eſt: In diebus illis, dicit Dominus, Iohel 2.g
(Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem car-
nem.) Adnertamus ſummas diuitias bonita-
tis Dei. Quod in confirmandis neophytis ma-
nûs impoſitio tribuit ſingulis, hoc tunc Spiri-
tusſancti deſcenſio in credentium populos, do
nauit vniuerſis. Sed quia diximus, quòd manûs i-
poſitio & confirmatio ad baptiſmi perfectio-
nem pertineat, & qui iam regeneratus in Chri
ſto eſt, confirmare aliquid poſſit, fortè cogitat
ſibi aliquis: Qnid mihi prodeſt poſt myſteriũ
baptiſmatis, myſterium confirmationis? Aut
quantùm video, non totum de fonte ſuſcepi-
mus, ſi poſt fontem adiectione noui generis
indigemus. Non ità, dilectiſſimi. Attendat cha
ritas veſtra. Sicut exigit militaris ordo, vt cùm
Imperator, quemcunque in militum receperit
numerum, non ſolùm ſignet receptum, ſed e-
tiam armis competentibus inſtruat pugnatu-
rum: ità in baptizato benedictio illa munitio
eſt. Dediſti militem, da ei adiumẽtum militiæ.
Nunquid prodeſt, ſi quiſquam parentum ma-
gnam pupillo conferat facultatem, niſi proui-
dere ſtudeat & tutorem? Itaque paracletus re-
generatis in CHRISTO, cuſtos & conſolator Pſal.126
& tutor eſt. Ideò dicit ſermo diuinus: (Niſi
Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat
qui cuſtodit eam.) Ergò Spiritus ſanctus, qui
ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit illa- De conſ.
pſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocen diſt.5. Spi
tiam, in Confirmatione augmentum præſtat ritusſanctus qui
ad gratiam. Et quia, in hoc mundo tota ætate ſuper
victuris, inter inuiſibiles hoſtes & pericula gra
diendum eſt, in baptiſmo regeneramur ad vi-
tam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnã:
in baptiſ-

in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum robo
ramur. At ſi continuò tranſituris ſufficiant re-
generationis beneficia, victuris tamen neceſſa-
ria ſunt Confirmationis auxilia. Regeneratio
per ſe ſaluat, mox in pace beati ſeculi recipien-
dos: Confirmatio autem armat & inſtruit, ad
agones mundi huius & prælia, reſeruandos.
Qui autem poſt baptiſmum, cum acquiſita in-
nocentia, immaculatus peruenit ad mortem,
confirmatur morte, quia non poteſt peccare
poſt mortem. Hic, ſi fortò illud etiam requi-
rere uelimus, poſt paſſionem & reſurrectioné
Chriſti, quid Apoſtolis profuerit aduentus ſpi
ritûs ſancti, ipſe Dominus eis euidenter expo-
nit: (Quæ dico) inquit (uobis, non poteſtis ea
Ioan. 16. c portare modò. Cùm autem venerit ille ſpiri-
tus veritatis, ipſe docebit vos omnem verita-
tem.) Vides, quia cùm ſpiritus ſanctus infundi-
tur, cor fidele ad prudentiam & conſtantiam
dilatatur? Itaque ante deſcenſionem ſpiritûs
ſancti, vſque ad negationem Apoſtoli deter-
rentur: poſt viſitationem verò eius, uſque ad
martyrium contemptu ſalutis armantur. Se-
cūdùm hoc per Chriſtum redimimur, per ſpi-
ritum uerò ſanctum dono ſapientiæ ſpiritua-
lis illuminamur, ædificamur, erudimur, in-
ſtruimur conſummamur, vt illam ſancti ſpi-
ritûs uocem audire poſſimus: (Intellectum ti-
Pſal. 31. bi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradie-
ris.) De ſpiritu ſancto accipimus, ut ſpiri-
1. Cor. 2. d tuales efficiamur, quia animalis homo non
percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. De ſpiritu
ſancto accipimus, vt ſapiamus inter bonum
malumque diſcernere, iuſta diligere, iniuſta
reſpuere, vt malitiæ ac ſuperbiæ repugne-
mus, ut luxuriæ ac diuerſis illecebris, & fœ-
dis indignisque cupiditatibus reſiſtamus.
De ſpiritu ſancto accipimus vitæ amorem &
gloriæ ardorem, vt ſuccenſi diuinitùs, erige-
re à terrenis mentem ad ſuperna & diuina va
leamus. Ieiunium verò Dominici diei &
3. quintæ feriæ nemo celebrare debet, ut inter
ieiunium Chriſtianorum & gentilium, uera-
citer credentium atque infidelium & hæreti-
corum, uera, & non falſa, diſcretio habeatur.
2. Cor. 6. c Vndè ſcriptum eſt: (Quæ pars Chriſti ad Be-
lial? aut quæ pars fideli cum infideli? Quæ
autem participatio iuſtitiæ cum iniquitate?) Et
2. Cor. 6. c iterùm: (Nolite iugum ducere cum infideli-
Coloſſ. 2. b bus.) De cętero, fratres, (uidete, nè quis uos
decipiat inanibus uerbis, neque per philo-
ſophiam & inanem fallaciam, ſecundùm tra-
ditionem hominum, ſecundùm elementa
mundi, & non ſecundùm Chriſtum: quia in
Chriſto habitat omnis plenitudo diuinita-
tis corporaliter, & eſtis in illo repleti, qui eſt
caput omnis principatûs & poteſtatis, in quo
& circuncisi eſtis circunciſione, non manu-
facta, in expoliatione corporis carnis, ſed in
circunciſione Chriſti, conſepulti ei in baptiſ-
mo; in quo reſurrexiſtis per fidem operatio-
nis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis. Et vos,
cùm mortui eſſetis in delictis & præputio car-
nis ueſtræ, conuiuificauit cum illo, donans uo-
bis omnia delicta, delens, quod aduersùm vos
erat, chirographum decreti, quod erat contra-
rium nobis, & ipſum tulit de medio, & affigens
illud cruci, expolians principatus & poteſtates,
traduxit confidenter, palàm triumphans illos
in ſemetipſo. Nemo ergò uos iudicet in cibo &
potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut
ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum, cor-
pus autem Chriſti. Nemo uos ſeducat volens
in humilitate & religione angelorum, quę nō
vidit, ambulans fruſtrà, inflatus ſenſu carnis
ſuę, & nō tenens caput, ex quo totū corpus per
*nexū & coniunctionem ſubminiſtratum &   * nexus & coniunctiones
conſtructum, creſcit in augmentum fidei. Si
ergò mortui eſtis cum Chriſto ab elementis
huius mundi, quid adhuc tāquàm uiuentes in
mundo decernitis? Nè tetigeritis, neq; guſtaue-
ritis, neq; contrectaueritis, quę ſunt omnia in
interitu ipſo vſu, ſecundùm pręcepta & doctri
nas hominum, quæ ſunt rationem quidem ha-
bentia ſapientię, in ſuperſtitione & humilita-
te, & non ad parcendum corpori, nō in hono-
re aliquo ad ſaturitatem carnis. Igitur ſi con-
ſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſurſùm ſunt, Colo. 3. a b c
quęrite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſe-
dens: quę ſurſùm ſunt, ſapite, non quę ſuper
terram. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra ab-
ſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm Chri-
ſtus apparuerit vita veſtra, tunc & uos appa-
rebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergò
membra ueſtra, quę ſunt ſuper terram, for-
nicationem, immunditiam, libidinem, con-
cupiſcentiam malam & auaritiam, quę eſt ſi-
mulacrorum ſeruitus, propter quę uenit ira
Dei in filios incredulitatis, in quibus &
vos ambulaſtis aliquandò, cùm uiueretis cum
illis. Nunc autem deponite & uos* omnem   * omnia,
iram, indignationem, malitiam, blaſphemiā,
turpem ſermonem de ore ueſtro. Nolite men-
tiri inuicèm, expoliantes uos ueterem homi-
nem cum actibus ſuis, & induentes nouum,
eum qui renouatur in agnitionem ſecundùm
imaginem eius, qui creauit eum, ubi non eſt
Iudęus & gentilis, circunciſio & pręputium,
barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia
& in omnibus Chriſtus. Induite ergò uos ſi-
cut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſeri-
cordię, benignitatem, humilitatem, modeſtiā,
patientiam, ſupportantes inuicèm, & donan-
tes vobiſmetipſis, ſi quis aduersùs aliquem
habet querelam, ſicut & Chriſtus donauit uo-
bis, ità & vos. Super autem omnia charitatem
habentes, quod eſt vinculum perfectionis. Et
pax Chriſti vigeat in cordibus veſtris, in qua
& vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote.
Verbum Dei habitet in vobis abundanter,
in omni ſapientia docentes & commonentes
uoſmetipſos pſalmis, hymnis & canticis ſpiri-
tualibus, in gratia cantantes in cordibus ue-
ſtris Deo. Omne quodcunque facitis in uerbo
aut in opere, omnia in nomine Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo

&

s.Theſ.3. d & patri per ipſum.) Vos, chariſſimi, nolite deficere benefacientes. Quòd ſi aliquis fuerit, qui nō obedierit verbis Apoſtolicis, hunc notate, & nō commiſceamini cum illo, ut cōfundatur. Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Deus autem pacis det vobis idipſum ſapere in alterutrum & in omnes, & ipſe ſit ſemp vobiſcū i omni loco, Amē. Rom.15.b Data Kalendis Martijs, Voluſiano & Rufino viris clariſſimis conſulibus.

NEOCAESAREENSE CONCILIVM,

Alij referunt hoc Cōcilium in tēpora Sylueſtri & in An. 316.

Sub Euſebio vel Melchiade. in quo 14. Can. editi. Probatum à Leone IIII. diſt. 20. C. de libellis.

AD LECTOREM BREVIS ANNOTATIO.

CONCILIVM hoc Neocæſareenſe poſterius eſt Ancyrana Synodo, non tamen longò temporis interuallo. Vtrique interfuit quidam inſignis vir, Baſilius nomine, Amaſeæ Epiſcopus, ſub Licinio Cæſare martyrio coronatus, teſte Euſebio in Chronicis, anno 320. Porrò vtraque Synodus, tum Ancyrana, tum Neocæſareeñ Nicenam præceſſit: atidem Epiſcopus, Longinus nomine, & Nicenæ, & Neocæſareeñ interfuit. Plinius lib. 6 cap 3. meminit ciuitatis Neocæſareeñ. meminit & Ptolomæus in 1. Tabula Aſiæ, quæ continet minorem Aſiam in prouincia Cappadociæ Synodo huic interfuere 17. Epiſcopi à quibus editi ſunt 14. Canones.

TITVLI CANONVM NEOCAESAREENSIS CONCILII, ſub duplici interpretatione.

EDITIO I.

De presbyteris, qui vxores acceperunt, vel fornicati ſunt. 1
De his, quæ duobus fratribus nupſerint, uel qui duas ſorores acceperint vxores. 2
De multinubis. 3
De his, qui proponentes fornicari, verātur. 4
De catechumenis peccantibus. 5
De catechumena prægnante. 6
Quòd non oporteat in bigami nuptijs orare presbyterum. 7
De his qui mulieribus adulteris iuncti ſunt. 8
De his, qui ad presbyteriū promouent, & ante ordinationē ſunt ſibi peccatorū cōſcij. 9
De diaconibus ſimiliter. 10
Quo tempore conueniat presbyterum ordinare. 11
De his, qui in ægritudine baptiſma conſequuntur. 12
De presbyteris agrorum. 13
De numero certo diaconorum. 14

EDITIO II.

De presbyteris, quòd vxorem ducere non debeant. 1
De muliere, duobus fratribus nubere non licere. 2
De his, q multis nuptijs cōmunicauerunt. 3
De concupiſcentia non conſummata. 4
De catechumenis peccantibus. 5
De prægnantibus baptizandis. 6
Presbyteros in ſecundis nuptijs non debere orare. 7
Vxoris adulteræ virū, clericū fieri nō debere. 8
De presbyteris, corporali peccato ꝑæoccupatis. 9
De diaconib⁹ corporali peccato ꝑoccupatis. 10
De presbytero minùs triginta annorum, minimè ordinando. 11
De his, qui in ægritudine ſunt baptizati. 12
De presbyteris alterius regionis. 13
De diaconibus ſeptem. 14.

CANONES NEOCAESAREENSIS CONCILII, ſub duplici tranſlatione.

Et hi canones poſt eos quidem probantur eſſe, qui apud Ancyram expoſiti ſunt, ſed Nicænis priores reperiuntur. Sunt autem qui ſequuntur:

EDITIO I.

CAP. I.

Diſt 28. Presbyter. Et in dec. Iuo. lib. 3. PResbyter ſi uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, vel adulterium perpetrauerit, ampliùs pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.

Cap. 2.

Mulier ſi duob⁹ fratrib⁹ nupſe-

EDITIO II.

CAP. I.

PResbyter ſi vxorē duxerit, ab ordine ſuo illū deponi debere: Quòd ſi fornicat⁹ fuerit, vel adulteriū cōmiſerit, extra Eccleſiā abijciatur, & pœnitētiā inter laicos redactus agat.

Cap. 2.

Mulier ſi duobus nupſerit fra-

Verſio noua canonū Neocæſareēſis Synodi, Gentiani Herueti.

CAN. I.

PResbyter ſi vxorem duxerit, ordine ſuo moueatur. Si autem fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, penitùs extrudatur, & ad pœnitentiam deducatur.

Can. 2.

Fœmina ſi duobus fratribus nupſe-

pſerit, abijciatur vſq; ad mortem. Veruntamen in exitu, ꝓpter miſericordiam, ſi promiſerit, quòd facta incolumis, huius coniunctionis vincula diſſoluat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quòd ſi defecerit mulier aut vir in talibus nuptijs, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

Cap. 3.

31.q.1.De his, qui freq. De his, qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum, manifeſtum eſt: ſed conuerſatio eorum & fides, tempus abbreuiat.

Cap. 4.

Si quis mulierem concupiſcens, propoſuerit cum ea

Aduerte cõcumbere, & cogitatio eius non perueniat ad effectum, apparet quòd gratia Dei liberatus eſt.

Cap. 5.

Catechumenus ſi ingrediatur eccleſiã, & in ordinem eorum qui inſtruuntur, aſſiſtat, hic autem ſi deprehenſus fuerit peccans, ſi quidem genu flectit, audiat, vt non delinquat vlteriùs: ſi verò & audiens peccauerit, expellatur.

Cap. 6.

Grauidam oportet baptizari quandò voluerit. Nihil enim in hoc, quæ parit, naſcẽti cõmunicat, propterea quòd vniuſcuiuſque ſuum propoſitum in confeſſione declaretur.

Cap. 7.

31.q.1.De his, qui freq. Et in decr. Inn. lib. 6. Presbyteris, in nuptijs bigami prandere, nõ conuenit: quia cùm pœnitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter conuiuium talibus nuptijs poſſit præbere conſenſum?

Cap. 8.

34.Diſt.Si cuius vxorem. Mulier cuiuſdam adulterata laici conſtituti, ſi euidenter arguatur, talis ad miniſterium cleri venire nõ poterit. Si verò poſt ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam conuenit. Quòd ſi cùm illa conuixerit, miniſterium ſibi commiſſum obtinere nõ poterit.

Cap.

fratribus, abijciatur vſq; ad diẽ mortis. Sed propter humanitatem in extremis ſuis ſacramentis recõciliari oportet, ità tamen, vt ſi fortè ſanitatẽ recuperauerit, matrimonio ſoluto, ad pœnitentiã admittatur. Quòd ſi defuncta fuerit mulier in huiuſmodi conſortio cõſtituta; difficilis erit pœnitẽtia remanenti. Qua ſententia tam viri quàm mulieres teneri debebunt.

Cap. 3.

De his, q frequẽter vxores ducũt, & de his quæ ſępiùs nubunt, tẽpus quidẽ pœnitentiæ, quod his conſtitutũ, obſeruabunt: ſed conuerſatio & fides eorum, tempus abbreuiabit.

Cap. 4.

Si quis concupita muliere, etiàm cõcubitûs eius deſiderium habeat, non autem ſubſequatur effectus: manifeſtũ eſt, hunc fuiſſe per diuinam gratiam liberatum.

Cap. 5.

Catechumenus, id eſt, audiens, qui ingreditur Eccleſiam, & ſtat cum catechumenis, ſi peccare fuerit viſus, figens genua, audiat verbum, vt ſe abſtineat ab illo peccato, quod fecit: quòd ſi in eo perdurat, abijci omninò debet.

Cap. 6.

De prægnantibus, ꝙ oportet eas baptizari quãdò volũt. Nihil enim in hoc ſacramẽto commune eſt parituræ, & illi, q de eius vtero fuerit editus, qa vnuſcuiuſq; in illa cõfeſſione libertas arbitrij declaratur.

Cap. 7.

Presbyterũ conuiuio ſecũdarũ nuptiarum intereſſe nõ debere, maximè cùm ꝑcipiat, ſecundis nuptijs pœnitentiam tribuere. Quis ergò erit presbyter, qui propter conuiuiũ illis conſentiat nuptijs?

Cap. 8.

Si cuius vxorẽ adulterium commiſiſſe, cùm eſſet laicus, fuerit cõprobatũ, hic ad miniſteriũ Eccleſiaſticũ admitti penitùs nõ debet. Quòd ſi in clericatu, iã cõſtituto eo, adulterauit, dato repudio, dimittere eã debet. Si verò retinere eius conſortiũ velit, nõ poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

Cap.

nupſerit, extrudatur vſq; ad mortẽ. Sed in morte propter humanitatem ſi dixerit, quòd vbi conualuerit, ſolet matrimonium, habebit pœnitentiã. Sed ſi mortua fuerit mulier exiſtens, vel eius maritus, in tali coniugio, difficilis eſt pœnitentia.

Can. 3.

De ijs, qui in plurima matrimonia incidunt, tempus quidem præſtitutũ eſſe manifeſtum eſt. Sed conuerſio & pœnitentia eorum tempus contrahit.

Can. 4.

Si quis propoſuerit concupiſcere mulierem ad dormiendum cum ipſa, eius autẽ deſiderium ad opus non venerit, videtur eſſe à gratia liberatus.

Can. 5.

Catechumenus, ſi in Dominicum ingrediens, in catechumenorum ordine ſteterit, is autem peccat, ſi genu quidem flectens, audiat, nõ amplius peccans. Sin autem etiã audiens adhuc peccet, extrudatur.

Can. 6.

De ea, quæ vterũ gerit, ꝙ eã oporteat illuminari quandò velit: neq; enim ea quæ parit, cũ fœtu q patitur, ea in re habet aliquid cõmune; ꝙ ꝓpriũ vniuſcuiuſq; inſtitutũ ac ꝓpoſitũ in cõfeſſione oſtendatur.

Can. 7.

Presbyter in nuptijs eius, qui duas vxores ducit, ſeu digamus efficitur, nè conuiuetur. Cùm enim requirat pœnitẽtiam digamus, quis erit presbyter, qs eo ꝙ ſit cõuiuio acceptus, nuptijs aſſentiatur?

Can. 8.

Si alicuius vxor, cùm eſſet laicus, adulterata fuiſſe conuicta fuerit, is non poteſt ad miniſterium accedere. Sin autem etiàm poſt ordinationem adulterata fuerit, debet eam dimittere. Quòd ſi cohabitet, non poteſt ſibi commiſſum miniſterium exequi.

Can.

Cap. 9.

Presbyter, ſi præoccupatus corporali peccato pronehat, & confeſſus fuerit de ſe, quòd ante ordinationem deliquerit, oblata non conſecret, manēs in reliquis officijs, ꝓpter ſtudium bonum. Nam peccata reliqua, pleriq; dixerunt, ꝑ manûs impoſitionē poſſe dimitti. Quod ſi de ſe non fuerit ipſe cōfeſſus, & argui manifeſtè nequiuerit, poteſtatis ſuæ iudicio relinquatur.

Cap. 10.

Simili modo etiàm diaconus, ſi eodem peccato ſuccubuerit, ab ordine miniſterij ſubtrahatur.

Cap. 11.

Presbyter ante triceſimum ætatis ſuæ annum nullatenùs ordinetur, licèt valdè ſit dignus, ſed hoc tempus obſeruet. Nam Dominus noſter triceſimo ætatis ſuæ anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere.

Cap. 12.

Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorē presbyterij nō pōt promoueri, ꝙ nō ex propoſito fides eius, ſed ex neceſſitate deſcendit, niſi fortè propter ſequens ſtudiū eius & fidem, atq; hominū raritatem talis poſſit admitti.

Cap. 13.

Presbyteri ruris, in eccleſia ciuitatis Epiſcopo præſente vel ꝑsbyteris vrbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panē ſanctificatum dare, calicemq; porrigere. Si verò abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocētur, ſoli dare debebunt. Chorepiſcopi quoq; ad exemplum quidem & formam Septuaginta, videntur eſſe: vt comminiſtri autem, propter ſtudium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.

Cap. 14.

Diaconi ſeptem debēt eſſe iuxta regulam, licèt & valdè magna ſit ciuitas. Idipſum autem & Actuum Apoſtolorum liber inſinuat. Actor. 6. a

Cap. 9.

Qui admiſerit corporale peccatū, & hic poſteà ꝑsbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit, ꝙ ante ordinationē ſuam peccauerit, non quidē offerat, maneat tamē in alijs officijs, propter eius ſtudij vtilitatē. Nā cætera peccata, cēſuerunt plurimi, etiā ordinatione priuari. Quòd ſi de his nō fuerit cōfeſſus, nec ab aliquo pōt manifeſtè cōuinci, huic ipſi de ſe poteſtas eſt permittenda.

Cap. 10.

Similiter & diaconus, ſi in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, ſeſe à miniſterio cohibeat.

Cap. 11.

Presbyter ante triginta annorū ætatem non ordinetur, quamuis ſit probabilis vitæ, ſed obſeruet vſque ad præfinitum tempus. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & tunc prædicauit.

Cap. 12.

Si quis in ægritudine cōſtitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non dēt. Non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt, niſi fortè poſteà ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.

Cap. 13.

Presbyteri, q conregionales ſunt, in eccleſia præſentib. epiſcopis vel presbyteris ciuitatis, offerre non poſſunt, nec dare panē ſanctificatū, nec calicē porrigere. Quòd ſi abſentes ſint ciuitatis Sacerdotes, & fuerint inuitati ad dādā orationē, ſoli poterūt dare. Vicarij autē eporum, quos Græci Chorepiſcopos vocant, cōſtituti ſunt quidem ad exēplum ſeptuaginta ſeniorū, ſed tanquam conſacerdotes propter ſolicitudinem & ſtudium, qđ in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

Cap. 14.

Diaconi ſeptem eſſe debēt ſecundùm regulam, quamuis magna ſit ciuitas: cui regulæ authoritas erit liber Actuum Apoſtolorum.

FINIS.

Can. 9.

Si presbyter, qui corpore priùs peccauerat, promotus fuerit, & ſi ante ordinationē peccâſſe confeſſus fuerit, nè offerat, manens in alijs, propter aliud eius bonæ vitæ ſtudium. Reliqua enim peccata dicunt multi manuum impoſitione tolli. Quòd ſi ipſe nō confiteatur, apertè autem cōuinci nō potuerit, illius quoque ei fiat poteſtas. 15. q. 8. Qui admiſit corporale. Et in decr. Iuo. lib. 3.

Can. 10.

Similiter & diaconus, ſi in idem peccatum inciderit, miniſtri ordinē habeat: (id eſt, hypodiaconi, vel lectoris, vt exponit Balſamon.) Vbi ſuprà 15 q. 8.

Can. 11.

Presbyter ante 30. annos non ordinetur, etiamſi fuerit homo valdè dignus, ſed reſeruetur. Dominus enim Ieſus Chriſtus in 30. anno baptizatus eſt: & cœpit docere. Diſt. 78. Presbyter ante 30. Lucæ 3.

Can. 12.

Si quis ægrotans fuerit illuminatus, non poteſt in presbyterum euehi. Fides enim eius non eſt ex inſtituto, ſed ex neceſſitate: niſi forte propter conſequēs eius ſtudium & fidem, hominumque raritatem. Diſ. 57. Si qs in ægritudine.

Can. 13.

Vicani autem presbyteri non poſſunt in Dominico offerre præſente Epiſcopo, vel vrbis presbyteris, neque panem dare precationis, neque calicem. Sin autem abſint, & ſolus ad precationem vocatus fuerit, dat.

Can. 14.

Chorepiſcopi autem ſunt quidem in figura ſeptuaginta: vt autem cōminiſtri, propter ſtudium in pauperes, offerunt honorati. Chorepiſcopi qui.

Can. 15.

Diaconi ſeptem eſſe debēt ex Canone, etiamſi ſit magna ciuitas. Eius autem rei fidem faciet liber Actorum. Diſt. 93. Diaconi ſeptē deb.

CONVENERVNT AVTEM IN VNVM SANCTI

Et venerabiles Epiſcopi hi qui infrà ſcripti ſunt, & cum cæteris, qui ſtatuerunt ſuperiùs ſcripta, ſubſcripſerunt, id eſt:

*Zelamianus. Vitalis * Antiochenus Cœles Syriæ. Germanus Neapolis Palæſtinæ. Gregorius * Cinneñ. Galatiæ primæ. Alphius Apameæ Cœles Syriæ. Heraclius * Zeloneñ. Armeniæ maioris. Baſilius Amaſiæ Helleſponti vel Armeniæ maioris. Leontius Cæſareæ Cappadociæ primæ. Amphion Epiphaniæ Ciliciæ ſecundæ. Stephanus Chorepiſcopus Cappadociæ. * Eretius * Placianeñ. * Galatiæ primæ. * Cinoneñ.

Alias * Hiſtrius Timoniaceñ. Cappadociæ Polemoniaceñ.

Lupus Tarceñ. Ciliciæ primæ. Gerontius Lariſſæ Cœles Syriæ. Narciſſus Neroniadis Ciliciæ ſecundæ. Longinus Neocæſareeñ. Ponti Polemoniaci. Salaminus Germanicæ Cœles Syriæ.

*Redus. *Rodon. * Rudus Chorepiſcopus Cappadociæ. * Dicaſius * Tauteō Galatiæ. Valentious Leontius. * Decaſi*. * Tabieñ.

Sequens ſcriptum habetur in collectione Iſidori, & continenter ſequitur poſt decreta Melchiadis, vt etiam in antiquis Conciliorum voluminibus, Ex qua coniunctione fortaſſe factum eſt, vt hoc quoque ſcriptum olim decretis Melchiadis adnumerari ſolitum eſſet: Cum tamen in eo de Niceno Concilio, & alijs quæ poſt Melchiadem geſta ſunt mentio fiat; vt ex cap. 2. diſt. 88. & 15 12. q. 1. hinc citato à Gratiano, apparet.

DE PRIMITIVA ECCLESIA ET MVNIFICENTIA CONSTANTINI MAGNI IMPERATORIS ERGA EANDEM.

NEMO, qui diuinas Scripturas legit, ignorat, quòd in principio naſcentis Eccleſiæ diſcipuli in vnum congregati ſunt, cum multitudine credētium, in quibus erat cor vnum & anima vna, quique vendentes prædia & poſſeſſiones ſuas, afferebant precia, & diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. Futuram nanque Eccleſiam in gentibus Apoſtoli præuidebant, maximeque quia Dominus illis prædixerat: Euntes in mundū vniuerſum, prædicate Euangelium. Vel quia expellendos ſe nouerant à Iudæa, & in gentibus diſpergendos, Eccleſiamq; congregandā ex rudi populo, idcircò prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pretia tantummodò ad fouendos egentes. At verò cùm inter turbines & aduerſa mundi increſceret Eccleſia, eiusque peruenit, vt non ſolùm gentes, ſed etiam Romani principes, qui penè totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti & baptiſmi ſacramenta concurrerent. Ex quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiā dedit per vniuerſum orbem ſub ſuo degentes imperio, non ſolùm fieri Chriſtianos, ſed etiàm fabricare Eccleſias & prædia tribuere poſſe conſtituit. Deniq; idē præfatus princeps donaria immēſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis B. Petri principis Apoſtolorum inſtituit, adeò vt ſedem imperialem, quam Romani principes poſſederent, relinqueret, & B. Petro, ſuisq; * præſulibus profuturam concederet. Idē verò præſidens in ſancta ſynodo, quæ apud Nicæam congregata erat, cùm querelam quorūdam concupiſceret coram ſe delatam, ait: Vos à nemine dijudicari poteſtis, quia ſolius Dei iudicio reſeruamini. Dij etenim vocati eſtis, idcircò non poteſtis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps viri religioſiſſimi non ſolùm poſſeſſiones & prædia quæ poſſederant, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrârunt, ædificantes baſilicas in ſuis fundis, in honore ſanctorum martyrum per ciuitates, ac monaſteria innumera, in quibus cœtus Dñō ſeruientium conueniret. Denique reges & præſides ac magiſtratus, nō ſolùm hāc licentiam tribuêre, ſed etiam ipſi propria largiti ſunt per vniuerſa regna terrarū, vndè alerentur egentes, qui nihil in mūdo poſſidebāt, eccleſiæq; Dei fabricarentur atq; reſtaurarentur. Deoq; & Eccleſiæ eius ibi famulantibus, ſeruisq; illius ſupplementa (vt abſq; neceſſitate eſſent) tribuerentur, vt hæc accipientes, poſſent (ſcdm monita Apoſtoli) orationes, poſtulationes, obſecrationes, gratiarumq; actiones facere, pro omnibus hominibus, pro regibus, & qui in ſublimitate ſunt, vt quietā & trāquillam vitam habeant. Et hoc bonum & acceptū eſſe coram Deo, idem magiſter gentium proteſtatur, cui ſolicitudo omnium eccleſiarum incumbit, quique Epiſcopos regere per Spiritum ſanctum conſtituit Eccleſiam Dei. Quibus ait: Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſponiè ſecundùm Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè. Quibus & dicebat: Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus. Quæ autem ſint negotia ſecularia, ſancti canones manifeſtant & inhibent, dum perſpienè docent, quòd quidam, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum poſſeſſionum fiant, & ſecularia negotia ſub cura ſua accipiant, * Domini quidem miſterium

Marginal notes: Actu. 2. g. — Actu. 4. g. — 12. q. 1. Futuram Eccleſiā Apoſtoli. — Mar. 16. g. — * Succeſſoribus. — Pſal. 81. — In decre. Iuo. lib. 2. — 1. Tim. 2. b — 2. Cor. 11. g — 1. Pet. 5. a — 2. Tim. 2. a — * Dei.

niſterium paruipendentes, per ſeculariũ verò
domos diſcurrentes, & propter auaritiam, pa-
Diſt. 88. trimoniorum ſolicitudinem ſumentes. De-
Decreuit ſancta ſynodus. creuit nanq; ſupradicta ſancta ſynodus, nul-
lum deincèps clericũ aut poſſeſſiones condu-
cere, aut negocijs ſecularibus ſe miſcere, niſi
propter curam pupillorum & oprhanorũ ac
viduarum, aut ſi forte Epiſcopus ciuitatis ac-
cleſiaſticarum rerũ ſolicitudinem habere præ-
cipiat. Vbi liquidò patet, quia alia ſunt nego-
Exo. 33. b cia ſecularia, alia Eccleſiaſtica. Nònne Moſes
in ſeculo erat, cùm crebrò tabernaculum in-
traret & exiret? qui intùs contemplatione ra-
ptus, foris infirmantium negocijs vrgebatur:
intùs Dei arcana conſiderans, foris onera car-
nalium portabat. Cuius typum ſacerdotes in
Eccleſia agere debent, vt dum foràs exeunt ad
exercenda negocia pro neceſſitatibus ſubdi-
torum, intùs ad ſe redeant per contemplatio-
nem mandatorum, ſicut Paulus, qui cœleſti-
2. Cor. 12. a bus ſecretis inſeritur, & tamẽ per condeſcen-
1. Cor. 7. a ſionis viſcera, carnalium cubile perſcrutatur.
Gen. 28. c Sic & Iacob aſſcendentes & deſcendentes an-
gelos vidit, quia videlicet rectores Eccleſiæ,
non ſolùm Deo contemplando ſuperna appe-
tunt, ſed deorsùm quoque ad membra illius
miſerando condeſcendunt. Et Domini ſacer-
dotes horũ facta imitantur, & ſe cuſtodiunt,
& ſubditorẽ onera portant, & videntur tales
1. Cor. 7. c eſſe, quales idem egregius prædicator præci-
pit: Vt qui vtuntur hoc mundo, tanquàm non
vtantur: & qui gaudent, tanquàm nõ gauden-
tes: & qui emunt, tanquàm non poſſidentes.

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trini-
tatis, patris ſcilicet & filij & ſpirituſſan-
cti, Imperator Cæſar Flauius Conſtantinus,
in Chriſto Ieſu, vno ex eadem trinitate ſan-
cta, ſaluatore Domino DEO noſtro, fidelis,
manſuetus, beneficus, Alemanicus, Gothi-
cus Sarmaticus, Germanicus, Britannicus,
Hunicus, pius, felix, victor ac triumphator,
ſemper Auguſtus, ſanctiſſimo ac beatiſſimo
* Romæ patri patrum Syluestro, vrbis * Romanæ Epi-
ſcopo & Papæ, atque omnibus eius ſucceſſo-
ribus, qui in ſede beati Petri vſque in finem
ſeculi ſeſſuri ſunt pontificibus, necnon &
omnibus reuerentiſſimis & Deo amabilibus
catholicis Epiſcopis, eidem ſacroſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ per hanc noſtram imperialem
conſtitutionem ſubiectis in vniuerſo orbe
terrarum, nunc & in poſterum cunctis re-
Galat. 5. d trò temporibus conſtitutis, gratia, pax, cha-
1. Tim. 1. a ritas, gaudium, longanimitas, miſericordia
à Deo patre omnipotente, & IESV Chriſto
filio eius, & ſpiritusſancto, cum omnibus vo-
bis. Ea quæ Saluator & redemptor noſter,
Domin⁹ Ieſus Chriſtus, altiſſimi patris filius,
per ſuos ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulũ,
interueniente patre noſtro Syluestro, ſummo
pontifice & vniuerſali Papa, mirabiliter di-
gnatus eſt operari, liquida enarratione per
huius noſtræ imperialis inſtitutionis paginã,
ad cognitionem omnium populorum, in vni-
uerſo orbe terrarum ſtuduit * propalare no- * propagare.
ſtra manſuetiſſima ſerenitas. Primùm quidem
noſtram fidem, quam à prælibato beatiſſimo
patre & oratore noſtro Syluestro, vniuerſali
pontifice docti ſumus, intima cordis confeſ-
ſione ad inſtruendas omnium veſtrûm men-
tes proferentes, & ità demùm Dei miſeri-
cordiam ſuper nos diffuſam annunciantes,
nôſſe vos volumus, ſicut per anteriorẽ noſtrã
ſacram pragmaticam iuſſionem, ſignificaui-
mus, nos à culturis idolorum, ſimulacris mu-
tuis & ſurdis, manufactis, diabolicis compoſi-
tionibus, atque ab omnibus ſatanæ pompis
receſſiſſe, & ad integram Chriſtianorum fidẽ,
quæ eſt vera lux & vita perpetua, perueniſſe,
credentes iuxta id, quod nos idem almificus
& ſummus pater & doctor noſter Sylueſter
pontifex inſtruxit, in Deum, patrem omnipo-
tentem, factorem cœli & terræ, viſibilium om-
nium & inuiſibilium. Et in IESVM Chriſtum,
filium eius * vnigenitum, Dominum noſtrum, * vnicum
per quẽ creata ſunt omnia. Et in ſpiritumſan-
ctum, Dominum & viuificatorem vniuerſæ
creaturæ. Hos, Patrem, & Filium, & Spiritum-
ſanctum, confitemur ità, ut in Trinitate per-
fecta & plenitudo ſit diuinitatis, & vnitas
poteſtatis. Pater Deus, Filius Deus, & Spiri-
tuſſanctus Deus, & tres unum ſunt in IESV
Chriſto. Tres itaque formæ, ſed una po-
teſtas. Nam ſapiens retrò ſemper DEVS edi-
dit ex ſe, per quod ſemper erant gignenda ſe-
cula, uerbum. Et quandò, eodem ſolo ſuæ ſa-
pientiæ uerbo uniuerſam ex nihilo forma-
uit creaturam, cum eo erat, cuncta ſuo arca-
no componens myſterio. Igitur perfectis cœ- Gen. 1.
lorum uirtutibus, & uniuerſis terræ materijs,
pio ſapientiæ ſuæ nutu, ad imaginem & ſimi- Gen. 3 a, b, c, d
litudinem ſuam, primùm de limo terræ fin-
gens hominem, hunc in paradiſo poſuit vo- * Cui.
luptatis.* Quem antiquus ſerpens & hoſtis
inuidens diabolus, per amariſſimum ligni
vetiti guſtum, exulem ab eiſdem fecit gau-
dijs: eoq; expulſo, non deſiuit ſua venenoſa
multis modis protelare iacula, ut à uia veri-
tatis humanum abſtrahens genus, idolorum
culturæ, uidelicet creaturæ, & non creatori,
deſeruire ſuadeat: quatenùs per hoc eos, quos
ſuis ualuerit irretire inſidijs, ſecum æterno effi-
ciat concremandos ſupplicio. Sed Deus no-
ſter miſertus plaſmatis ſui, dirigens ſanctos
ſuos prophetas, per hos lumen futuræ uitæ,
aduentum videlicet filij ſui, Domini DEI &
Saluatoris noſtri IESV Chriſti, annuncians, 1. Cor. 12. d
miſit eundem unigenitum filium ſuum & ſa-
pientiæ verbum. Qui deſcendens de cœlis
propter noſtram ſalutem, natus de Spiritu ſan
cto ex Maria virgine, verbum caro factũ eſt, Ioan. 1. b
& habitauit in nobis: Non amiſit, quod fue-
rat: ſed cœpit eſſe, quod non erat. Deum per-

fectum, & hominem perfectum, vt Deus mirabilia perficiēs, & ut homo humanas paſſiones ſuſtinens, ità verbum hominem, & verbū Deum, prędicante patre noſtro Sylueſtro ſummo Pontifice, intelligimus, vt verum Deum, verum hominem fuiſſe, nullo modo ambigamus. Electiſque duodecim Apoſtolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruſcauit. Confitemur eundem Dominum Ieſum Chriſtum adimpléſſe legem & prophetas, paſſum, crucifixum ſecundùm ſcripturas, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cœlos, atque ſedentem ad dexteram patris, indè uenturum iudicare viuos & mortuos, cuius imperij non erit finis. Hæc eſt enim fides noſtra Catholica orthodoxa, à beatiſſimo patre noſtro Sylueſtro ſummo Pōtifice nobis prolata. Exhortamur idcircò omnem populum, & diuerſas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere & prædicare, & in ſanctæ Trinitatis nomine baptiſmi gratiā conſequi, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, qui cum patre & Spirituſancto per infinita ſecula viuit & regnat, quem Sylueſter beatiſſimus pater noſter vniuerſalis prædicat Pontifex, corde deuoto adorare. Ipſe enim Dominus noſter, miſertus mihi peccatori, miſit ſanctos ſuos apoſtolos ad uiſitandum nos, & lumen ſui ſplendoris infulſit nobis, ut abſtractum à tenebris, ad veram lucem & agnitionem veritatis, me veniſſe gratularemini. Nam dū valida ſqualoris lepra totam mei corporis inuaſiſſet carnem, & multorum medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec ullius quidem cura promeruiſſemus ſalutem, ad hoc uenerunt ſacerdotes Capitolij, dicentes, mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocentium ſanguine, & eo calente* loto me, poſſe mundari. Et ſecundùm eorum dicta, aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum uellent ſacrilegi paganorum ſacerdotes eos mactare, & ex eorum ſanguine fontem * repleri, cernens ſerenitas noſtra lachrymas matrum eorum, illicò exhorrui facinus: miſeratuſque eas: proprios illis reſtitui præcepimus filios ſuos, datiſque vehiculis & donis conceſſis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur tranſacta die, nocturno nobis facto ſilentio, dum ſomni tempus aduenisset, adſunt Apoſtoli ſanctus Petrus & Paulus, dicentes mihi: Quoniam flagitijs poſuiſti terminum, & effuſionem ſanguinis innocentis horruiſti, miſſi ſumus à Chriſto Domino Deo noſtro, dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergò monita noſtra, & fac quodcunque indicamus tibi. Sylueſter Epiſcopus huius ciuitatis ad montem Soracte perſequutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum cum ſuis clericis latebram fouet. Hūc ad te cùm adduxeris, ipſe tibi piſcinam pietatis oſtendet, in qua, dum tertiò te merſerit, omnis te valetudo iſta deſeret lepræ.

Ante octingētos annos 5. Adrianus Pap. in ep. ad Conſtātinum, & Irenem, q̄ extat īſerta ſecūdo Concilio Nicæno, rem hanc totā eodē fere modo recenſet.

* Lotum * replere,

Quod dum factum fuerit, hanc viciſſitudinē tuo ſaluatori compenſa, ut omnes, iuſſu tuo, per totum orbem reſtaurentur Eccleſiæ. Te autem ipſum in hac parte purifica, ut, relicta omni ſuperſtitione idolorum, D E V M viuum & verum, qui ſolus eſt & uerus, adores & excolas, ut ad eius voluntatem attingas. Exurgens igitur a ſomno, protinùs iuxta id, quod à ſanctis Apoſtolis admonitus ſum, peregi: aduocatoque eodem præcipuo & magnifico patre, & illuminatore noſtro Sylueſtro, vniuerſali Papa, omnia à ſanctis Apoſtolis mihi præcepta dixi verba: percontatique ſumus ab eo, qui iſti dij eſſent Petrus & Paulus. Ille verò, non eos deos verè dici, ſed Apoſtolos Saluatoris noſtri Domini Dei Ieſu Chriſti, reſpondit. Et rurſùm interrogare cœpimus eundem beatiſſimum Papam, utrùm iſtorum Apoſtolorum imagines expreſſas haberet, vt ex pictura diſceremus hos eſſe, quos reuelatio docuerat. Tunc idem uenerabilis pater imagines eorundem Apoſtolorum per diaconem ſuum exhiberi præcepit: quas dum adſpicerem, & eorum quos in ſomno videram, figuratos in ipſis imaginibus cognouiſſem vultus, ingenti clamore coram omnibus ſatrapis meis confeſſus ſum eos eſſe, quos in ſomno uideram. Ad hæc beatiſſimus idem Sylueſter pater noſter, vrbis Romæ Epiſcopus, indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium noſtrum Lateranenſe, in uno cilicio, ut de omnibus, quæ à nobis impiè peracta, atque iniuſtè diſpoſita fuerant, vigilijs, ieiunijs, atque lachrymis & orationibus, apud Dominum Deum noſtrum Ieſum Chriſtum Saluatorem, veniam impetraremus. Deindè per manus impoſitionem clericorum, vſq; ad ipſum præſulem veni. Ibique renuncians ſatanæ pompis & operibus eius, vel vniuerſis idolis manufactis, credere me in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spirituſancto, natus ex Maria uirgine, ſpontanea uoluntate coram omni populo profeſſus ſum. Benedictoque fonte, illic me trina merſione unda ſalutis purificauit. Poſitoque me in fontis gremio, manum de cœlo me contingentem proprijs oculis vidi. De qua mundus exurgens, ab omni me lepræ ſqualore mundatum agnoſcite: leuatoque me de venerabili fonte, induto ueſtibus candidis, ſeptiformis gratiæ Sanctiſpiritus conſignationem adhibuit beati, chriſmatis vnctione, & vexillum ſanctæ Crucis in mea fronte liniuit, dicens: Signet te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſancti, in conſignatione fidei. Cunctuſque clerus reſpondit, Amen. Et adiecit præſul, Pax tibi. Prima itaque die poſt perceptum ſacri baptiſmatis myſterium, & poſt curationem corporis mei à lepræ ſqualore, agnoui non eſſe

Baptiſterium, quod adhuc extat, & à Marcellino, eius ætatis ſcriptore, ethnico, Conſtantinianū lauacrū forte appellat. lib. 27. Hiſtoriarum Baptiſterio Cōſtātinum atteſtatur, præter fidem multorū ſcriptorum.

alium Deum, niſi Patrem & Filium & Spiritumſanctum, quem beatus Syluester Papa prędicat, Trinitatem in unitate, & vnitatē in Trinitate. Nam omnes dij gentium, quos vſque hactenùs colui, dæmonia, opera hominum manufacta, comprobantur. Etenim quantam poteſtatem idem Saluator noſter ſuo Apoſtolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidiſſimè nobis idem venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in ſua interrogatione inueniens, ait: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & Dominus ſuo diſcipulo adiunxit, inquiens: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Mirum eſt hoc valdè & glorioſum, in terra ligare & ſoluere, & in cœlo ligatum & ſolutum eſſe. Et dum hæc, prædicante beato Syluestro, agnoſcerem, & beneficijs ipſius beati Petri, integerrimè ſanitati me comperi reſtitutum, utile iudicauimus, vnà cum omnibus noſtris ſatrapis, & uniuerſo ſenatu, optimatibusq; meis etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperij ſubiacenti, ut ſicut in terris S. Petrus Vicarius filij Dei eſſe uidetur conſtitutus, etiàm & Pontifices, qui ſucceſſores ſunt ipſius principis Apoſtolorum, principatûs poteſtatem, ampliùs quàm terrena imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam à nobis, noſtroque imperio, obtineant, eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum, & eius ſucceſſores, firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtram terrenam imperialem potentiam, ſic eius ſacroſanctam Romanam Eccleſiam decreuimus veneranter honorari, & ampliùs quàm noſtrum imperiū & terrenum thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſè exaltari, tribuentes ei poteſtatem & gloriæ dignitatem, atque vigorem & honorificentiam imperialem, atque decernentes ſancimus, ut principatum teneat tam ſuper quatuor præcipuas ſedes, Antiochenam, Alexandrinam, Hieroſolymitanam, & Conſtantinopolitanam, quàmq; etiàm ſuper omnes in uniuerſo orbe terrarum Dei Eccleſias. Et Pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior & princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat, & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. Iuſtum quippe eſt, ut ibì lex ſancta caput teneat principatus, vbì ſanctarum legum inſtitutor, ſaluator noſter, beatum Petrum Apoſtolatûs obtinere præcepit cathedram, ubì & crucis patibulum ſuſtinens, beatæ mortis ſumpſit poculum, ſuique magiſtri & Domini imitator apparuit. Et ibì gentes pro Chriſti nominis confeſſione colla flectant, vbì eorum doctor B. Paulus Apoſtolus, pro Chriſto, extenſo collo, martyrio coronatus eſt. Illic vſq; in finem quærant doctorem, vbì ſanctum doctoris quieſcit corpus: & ibi proni ac humiliati, cœleſtis regis Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, vbì ſuperbi terreni regis ſeruiebant imperio. Intereà nôſſe volumus omnem populum vniuerſarum gentium ac nationum, per totum orbem terrarum, conſtruxiſſe nos intra palatium noſtrum Lateranenſe, eidem Saluatori noſtro Domino Deo Ieſu Chriſto Eccleſiam à fundamētis cum baptiſterio, & duodecim, nos ſciatis, de eius fundamentis ſecūdùm numerum duodecim Apoſtolorum, cophinos terræ onuſtatos proprijs abſportâſſe humeris: quam ſacroſanctam Eccleſiam, caput, & uerticem omniū eccleſiarū, in uniuerſo orbe terrarum dici, coli, uenerari ac prædicari ſancimus, ſicut per alia noſtra imperialia decreta conſtituimus. Conſtruximus quoq; eccleſias beatorum Petri & Pauli * primorum Apoſtolorum, quas auro & argento locupletauimus, vbì & ſacratiſſima eorū corpora cum magno honore recondentes, thecas ipſorum ex electro (cui nulla fortitudo prçualet elementorum) conſtruximus, & crucem ex auro puriſſimo, & gemmis precioſiſſimis, per ſingulas eorum thecas poſuimus, & clauis aureis confiximus. Quibus eccleſijs pro cōcinnatione luminariorum, poſſeſſionum prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus; & per noſtram imperialem iuſſionem ſacram, tam in oriente, quàm in occidente, vel etiàm ſeptentrionali & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia, Aphrica & Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitatte eis libertatem conceſſimus, ea prorsùs ratione, ut per manus beatiſſimi patris noſtri Syluestri Pontificis, ſucceſſorumque eius omnia diſponātur. Gaudeat ergò unà nobiſcum omnis populus, & gentium nationes in vniuerſo orbe terrarum, & exhortantes, monemus omnes, ut Deo noſtro & ſaluatori Ieſu Chriſto, immenſas unà nobiſcum referant gratias, quoniam ipſe Deus in cœlis deſupèr, & in terra deorsùm, nos per ſuos ſanctos Apoſtolos uiſitans, ſanctum baptiſmatis ſacramentum percipere & corporis ſanitatem, dignos effecit, pro quo concedimus ipſis ſanctis apoſtolis, dominis meis beatiſſimis Petro & Paulo, & per eos etiàm beato Syluestro patri noſtro, ſummo Pōtifici, & uniuerſalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus Pontificibus, qui vſq; in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri: atque de præſenti contradimus palatiū imperij noſtri Lateranenſe, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur, atque pręcellit palatijs: deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulq; phrygium, id eſt, mitrā, necnon & ſuperhumerale, uidelicet lorum, quod imperiale circundare aſſolet collum; verùm etiàm & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, ſed & dignitatem imperialium præſidentium equitum, conferentes etiàm

& impe-

[Margin notes, left column:]

Pſal. 113.

Mat. 16. c

Ibidèm.

Diſt. 96. Cōſtātin⁹ Imperator quarta die.

Hæc Grçcè & Latinè habentur in Nomocanono Photij Epiſcop. Cōſtantinopol.

Iure quidē ſemper tenuit hūc principatum, quē habet à Deo, ſed ſanxit Imperator, p ſua anctoritate, ut etiā agnoſceretur illiq; obſequiū præſtarentur.

[Margin notes, right column:]

*Principū

Diſt. 96. Conſtantin⁹ Imp. quarta die

Donatio Cōſtātini augusti, q̄ hic tangitur, latiùs patet ī donatione facta Eccleſiæ B. Petri, atq; alijs, inferiùs à Damaſo Papa deſcripta.

D. certè Gregori⁹, trecētis ferè poſt annis, Patrimonij D. Petri, iam tū adhuc extâtis, in Italia, Sicilia, Dalmatia, in Gallijs, ī Africa, & alibi meminit in ſuis epiſtolis.

Diſt. 96. Cōſtātin⁹ Imp. quarta die.

Nota phrygiū factū ex pennis pauonū.

& imperialia ſceptra, ſimulque & cuncta ſigna, atque banta, uel banda etiàm, & diuerſa ornamenta imperialia, & omnem proceſſionem imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris autem reuerendiſſimis clericis in diuerſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruientibus, illud culmen ſingularitate, potentia & præcellentia habere ſancimus, cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, id eſt, patricios atque conſules effici, necnon & cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut imperialis militia ornatur, ità & clerum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodùm imperialis potentia officijs diuerſis, cubiculariorum nempe & oſtiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ità & ſanctam Romanam Eccleſiam decorari uolumus. Et ut ampliſſimè pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ manipulis & linteaminibus, id eſt, candidiſſimo colore decorari equos, & ità equitare. Et ſicut noſter ſenatus calceamentis vtitur cum vdonibus, id eſt, candido linteamine illuſtratis, ſic vtantur & clerici, & ſic cœleſtia, ſicut terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Sylueſtro, vrbis Romæ Epiſcopo & Papæ, & omnibus qui poſt eum in ſucceſſum, & perpetuis temporibus aduenerint, beatiſſimis pontificibus, pro honore & gloria Chriſti Dei noſtri, in eadem Dei magna Catholica & Apoſtolica Eccleſia, ex noſtro indicto, ut quem placatus proprio conſilio, * clericali voluërit, & in numero religioſorum clericorum connumerare, nullum ex omnibus præſumentem ſuperbè agere.

[* clericare]

Decreuimus itaque & hoc, vt idem venerabilis Pater noſter Sylueſter ſummus Pontifex, & omnes eius ſucceſſores Pontifices, diademate (videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus) ex auro puriſſimo & gemmis precioſis uti debeant, & in capite ad laudem DEI & pro honore beati Petri geſtare. Ipſe vero beatiſſimus Papa, quia ſuper coronam clericatûs, quàm gerit ad gloriam beati Petri, omninò ipſa ex auro non eſt paſſus uti corona, nos phrygium quoquè candidi nitoris, ſplendidam reſurrectionem Dominicam deſignans, eius ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frenum equi illius, pro reuerentia beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes, eodem phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter uti in proceſſionibus, ad imitationem imperij noſtri. Vndè ut pontificalis apex non uileſcat, ſed ampliùs etiàm quàm terreni imperij dignitas, & gloriæ potentia decoretur, eccè tam palatium noſtrum, ut prędictum eſt, quamque vrbem * Romam & omnes totius Italiæ & Occidentalium regionum prouincias loca & ciuitates, præfato beatiſſimo Pontifici noſtro Sylueſtro, uniuerſali Papæ, * concedimus atque relinquimus, & ſucceſſorum ipſius Pontificum poteſtati & ditioni, firma imperiali cenſura, per hanc diualem noſtram & pragmaticum conſtitutum, decernimus diſponendum, atque iuri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanſurum. Vndè congruum proſpeximus, noſtrum imperium & regni poteſtatem, in Orientalibus transferri ac transmutari regionibus, & in Byzantiæ prouinciæ optimo loco, nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui imperium: quoniam vbi principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc verò omnia, & per alia diualia decreta ſtatuimus atque confirmauimus, vſque in finem mundi illibata & inconcuſſa * permanere decernimus. Vnde coram Deo uiuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur, per hoc noſtrum imperiale conſtitutum, omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, vel cunctos optimates, ſatrapas, etiàm ampliſſimum Senatum, & uniuerſum populum, in toto orbe terrarum, nunc & in poſterum, cunctis retrò temporibus imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorum quoquo modo licere, hæc quæ à nobis imperiali ſanctione ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, uel eius omnibus pontificibus, conceſſa ſunt, refragari aut confringere, vel in quoquam * conuellere. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei principes Apoſtolorum Petrum & Paulum, ſibi in præſenti & futura uita ſentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus, cum Diabolo & omnibus deficiat impiis. Huius verò imperialis decreti noſtri paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerandum corpus Beati Petri Principis Apoſtolorum poſuimus, ibi eidem Dei Apoſtolo ſpondentes, nos cuncta inuiolabiliter conſeruare, & noſtris ſucceſſoribus Imperatoribus conſeruanda in mandatis relinquere, ac beato patri noſtro Sylueſtro ſummo Pontifici & uniuerſali Papæ, eiusq; cunctis ſucceſſoribus pontificibus, Domino Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto annuente, tradimus perenniter atque feliciter poſſidenda. Et ſubſcriptio Imperialis: Diuinitas uos conſeruet per multos annos ſanctiſſimi ac beatiſſimi patres. Datum Romæ, ſub tertio die Kalendarum Aprilium, Domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto quater & Gallicano viris clariſſ. conſulibus.

Certe nō ſine magna Dei prouidentia factum videtur, vt de tot Romanis Imperatoribus orientis & occidētis, poſt tranſlatam Imperij ſedē Conſtantinopolim, nullus unquam amplior Romæ diutius ſubſtiterit, nedum vt ibi ſedem fixerit. Zonaras quidē de Cōſtante Heraclii nepote ait, eum cogitaſſe de transferēdo Imperio in ueterem Romam, ſed id nō ſucceſſit, vt intelligere poſſimus Deū, Vrbem B. Petri cathedra in perpetuū deſtinaſſe.

[* contradentes, atque relinquentes, * permanſura * conuelli.]

Si nullum omnino aliud extaret Donationis Conſtantini, aut ullius alterius Imperatoris Donationis, aut reſtitutionis monumentum,

tum certe continuata, per multa ſæcula, Eccleſię Romanæ poſſeſſio, tum Vrbis Romæ, tum aliarum, tam magnum ac firmum ius illi aſſerit, vt temerarium ſit, de eo mouere quæſtionem. Sed & ſcriptum extat luculentum, Conſtantini quidem, non modo apud Latinos, ſed & apud ipſos Græcos, Romanæ Eccleſiæ dignitatis æmulos, vt apparet in eorum Nomocanone & in Hiſtorijs eorum, qui largiſſimæ eius munificentię in omnes per orbem Eccleſias, meminere, quam exercuiſſe in Romanam in primis, in qua fidem acceperat, omnis ratio ſuadet.

DECRETA SYLVESTRI PAPÆ PRIMI.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Anno Domini 314. SYLVESTER natione Romanus, ex parte Rufino, ſedit annis vigintitribus, menſibus decem, diebus vndecim. Fuit autem temporibus Conſtantini & Voluſiani, ex die Kalendarum Februarij, vſque in diem Kalendarum Ianuarij, Conſtantino & Voluſiano conſulibus. Hic in exilio fuit in monte Soracteñ. & poſtmodùm rediens cum gloria, baptizauit Conſtantinum Auguſtum, quem curauit Dominus à lepra, cuius perſecutionem primò fugiens, in exilio fuiſſe cognoſcitur. Hic fecit in vrbe Roma eccleſiam in prædio cuiuſdam presbyteri ſui, qui cognominabitur Equitius, iuxta thermas Traianas, quem titulum Romanum conſtituit, & vſque in hodiernum diem appellatur titulus Equitij, vbi & hæc dona contulit: Patenam argenteam penſantem libras 20. ex dono Auguſti Conſtantini. Donauit autem & ſcyphos argenteos 2. qui penſauerunt ſinguli libras denas. Calicem aureum, penſantem libras duas. Calices miniſteriales quinque, penſantes ſinguli binas libras. Amas argenteas duas, penſantes ſingulæ libras denas. Patenam argenteam chriſmalem, auro clauſam, penſantem libras quinque. Pharos coronatus decem, penſantes ſingulos libras octonas. Pharos æreos 20. penſantes ſingulos libras denas. Cantharos ceroſtrotos 12. æreos, penſantes ſinguli libras 30. Fundum Valerianum in territorio Sabineñ. qui præſtat ſolidos 80. Fundum ſtationũ in territorio Sabineñ. qui pręſtat ſolidos 55. Fundum ad duas caſas in territorio Sabinenſi, qui præſtat ſolidos quadraginta. Fundum Periclianum in territorio Sabinenſi, qui pręſtat ſolidos 20. Fundum Corbianum in territorio Sorano, qui præſtat ſolidos 60. Domum cum balneo in vrbe in Sicinini regione, quæ præſtat ſolidos 85. Hortum intra vrbem Romam, in regione ad duos amantes, præſtantem ſolidos 15. Domum in regione Orphea intra vrbem, quæ præſtat ſolidos 58. & tremiſſem. Hic fecit conſtitutum etiàm de omni eccleſia.

Huius temporibus factum eſt Concilium cum eius *conſenſu in Nicea Bithyniæ. Et congregati ſunt 318. epiſcopi catholici, qui expoſuerunt fidem integram, ſanctam, catholicam, & immaculatam. Et damnauerunt Arrium, Photinum, & Sabellium, vel ſequaces eorum. Et in vrbe Roma congregauit ipſe cum conſilio Auguſti epiſcopos 277. & damnauit iterùm & Calixtum, & Arrium, & Photinum, & Sabellium. Et conſtituit, vt presbyter Arrianum reſipiſcentem non ſuſciperet, niſi epiſcopus loci deſignaret eum. Conſtituit & chriſma ab epiſcopo confici. Et priuilegium epiſcopis contulit, vt baptizatum conſignent, propter hæreticam ſuaſionem. Hic & hoc conſtituit, vt baptizatum limitat presbyter chriſmate leuatum de aqua, propter occaſionem tranſitûs mortis. Hic quoquè conſtituit, vt nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et hoc conſtituit, vt diaconi dalmaticis in eccleſia vterentur, & palla linoſtima lęua eorum tegeretur. Idemque conſtituit, vt nullus clericus propter quamlibet cauſam in curia introitet, nec ante iudicem cinctum cauſam diceret, niſi in eccleſia. Sed & conſtituit, vt ſacrificium altaris non in ſerico, neque in panno tincto conſecraretur, niſi in tantùm in lineo ex terra procreato, ſicut corpus Domini noſtri IESV CHRISTI in ſindone linea & munda ſepultum fuit. Conſtituit nihilominùs, vt ſi quis deſideraret in eccleſia militare proficere, vt eſſet Oſtiarius annis decem, Lector annos 30. Exorciſta dies 30. Acolythus annis 5. Subdiaconus annis 5. Cuſtos martyrum annis 5. Diaconus annis 7. Presbyter annis 3. probatus ex omni parte, vt etiàm ab his, qui foris ſunt, habeat bonum teſtimonium. Vnius vxoris vir, vxore à ſacerdote benedicta, & ſic ad ordinem epiſcopatùs aſcenderet, nullum maioris vel prioris locum inuaderet, niſi ordine temporum cum pudore cognoſceret omnium clericorum vota grata nullo omninò clerico contradicente, vel fideli. Hic fecit ordinationes 7. per menſem Decembrem, Preſbyteros 42. diaconos *36. epiſcopos per diuerſa loca & tempora *66.

*præcepto. Ioan. 19. *25 *55

Huius temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicas iſtas, quas & ornauit. Baſilicam Conſtantinianam, vbi poſuit dona iſta: Faſtigium argenteum, habens in fronte Saluatorem ſedentem in ſella quinque pedum, penſantem libras *120. Et duodecim Apoſtolos, habentes ſinguli quinos pedeś, pẽſantes libras 90. cum coronis ex argento puriſſimo. Item à tergo reſpicientẽ in abſide ſaluatorem, ſedẽtem in throno in pedibus quinque, ex argẽto puriſſimo, penſantẽ libras 140. Et Angelos quatuor ex argento in quinis pedibus

Baſilica Conſtantiniana. *310

bus

bus, qui penſant ſinguli libras 105. cum gemmis Alabandenis. Faſtigium ipſum penſat libra duo milia 25. Coronas quatuor ex auro puriſſimo, cum delphinis viginti, penſantes ſingulæ libras 15. Pharum ex auro puriſſimo, cum delphinis quingétis, cum catena, qui penſant libras 25. Cameram baſilicæ ex auro, penſante in longum & in latum libras 50. Altaria ſeptem ex argento puriſſimo, penſante libras ducentas. Patenas aureas ſeptem, penſantes ſingulæ libras triginta. Patenas argenteas ſexdecim, penſantes ſingulæ libras triginta. Scyphos ex auro puriſſimo ſeptem, penſantes ſinguli libras decem. Scyphum ſingularem ex metallo, corallo ornatũ, & vndiq́ue de gemmis praſinis & hyacinthinis, auro interclusum ex omni parte, qui penſat libras viginti, & vncias tres. Scyphos argenteos viginti, penſantes ſinguli libras quindecim. Amas ex auro puriſſimo duas, penſantes ſingulæ libras quinquaginta, portantes ſingulæ medimnos tres. Armas argenteas 20. penſantes ſingulæ libras 10. portantes ſingulæ medimnos ſingulos. Calices minores aureos puriſſimo 40. penſantes ſinguli libras ſingulas. Calices minores miniſteriales quingentos, penſantes ſinguli libras duas.

Ornamenta in baſilica, Pharum cantharum ex auro puriſſimo ante altare, in quo ardeat oleum nardinum piſticum, cum delphinis octoginta, penſantem libras triginta. Pharum cantharum argenteum cum delphinis viginti, qui penſant libras quadraginta, vbi ardet oleum nardinum piſticum. Pharos cantharos argenteos in gremio baſilicæ 45. penſantes ſinguli libras triginta, vbi ardet oleum ſupraſcriptum. In parte dextera baſilicæ pharos argenteos 40. penſantes ſinguli libras 20. Pharos cantaros in læua baſilicæ argenteos 25. penſantes ſinguli libras viginti. Cantharos ceroſtrotos in gremio baſilicæ argenteos quinquaginta, penſantes ſinguli libras 20. Metretas 3. ex argento puriſſimo, penſantes ſingulæ libras trecentas, portantes medimnos decem. Candelabra ex aurichalco, numero 7. quæ habent pedes denos, cum ornatu ex argento, interclusa ſigillis prophetarum, penſantia ſingula libras trecentas, quæ conſtituit in ſeruitio luminum. Maſſam Gargillanam in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos 400. Maſſam Bauronicam in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos 360. Maſſam Aurianam in territorio Laurentino, præſtantem ſolidos 500. Vrbanam in territorio Anniano, præſtantem ſolidos 240. Maſſam Caſtis in territorio Catanenſi, præſtantem ſolidos mille. Maſſam Trapeas in territorio Catanenſi, præſtantem ſolidos mille ſexcentos quinquaginta. Thymiamateria duo ex auro puriſſimo, penſantia libras triginta. Donum aromaticum ante altaria, ſingulis annis libras centum quinquaginta.

Ex Mariano Scoto, Anno Conſtantini Magni ſeptimo, ad euangelij veritatem 337. ſecundùm Dionyſij cyclum 305. Conſtantino quartò ac Licinio quarto conſulibus, Conſtantino à Papa Syluestro baptizato, ſcribit illi ſua mater Helena, vt negans Chriſtum, Iudæos ſequeretur. Tunc Idibus Auguſti congregati ſunt cum Helena 120. ſapientiores Iudæorum, cum Conſtantino autem & Syluestro Papa 24. epiſcopi. Et ſuperati ſunt Iudæi omni ſcriptura diuina. Hæc ille.

Fontem ſanctum, vbi baptizatus eſt Auguſtus Conſtantinus, ex lapide porphyretico, & ex omni parte coopertum intrinſecùs & foris & deſupèr, & quantum aqua continet, ex argento puriſſimo, libras 3008. In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro puriſſimo, penſantem libras 50. vbi ardent balſami libræ ducentæ. *Annexum ex ſtipa amianti in labro fontis agnum ex auro puriſſimo, fundentem aquam, penſantem libras 30. Ad dexteram agni, Saluatorem ex argento puriſſimo, in pedibus quinque, penſantem libras 170. In læua agni, beatum Ioannem Baptiſtam ex argento, in pedibus quinque, tenentem titulum ſcriptum, qui hoc habet: Eccè agnus DEI, eccè qui tollit peccata mundi, penſantem libras 100. Ceruos ex argento 7. fundentes aquam, penſantes ſinguli libras 800. Thymiamaterium, ex auro puriſſimo, penſans libras 10. cum gemmis praſinis & hyacinthinis vndiquè, numero gemmæ 42. Donum ſancto fonti: Maſſa Feſti ex territorio Prœneſtino, præſtans ſolidos 300. Maſſa Gaba ex territorio Gabineñ. præſtans ſolidos ducentos & duos. Maſſa Pictas, ex territorio ſupradicto, præſtans ſolidos 205. Maſſa Statiliana ex territorio Sorano, pręſtans ſolidos 300. Maſſa intra Siciliam Taurana ex territorio Parentienſi, præſtans ſolidos quingentos. Intra vrbem Romam domus vel horti, præſtantes ſolidos bis mille trecentos. Fundus Baſſi, præſtans ſolidos centum viginti. Maſſa Laninas ex territorio Carſiolano, præſtans ſolidos ducentos. Fundus Camilli ex territorio Nomentano, præſtans ſolidos quinquaginta. Maſſa Statiana ex territorio Sabineñ. præſtans ſolidos trecentos quinquaginta. Maſſa Murina ex territorio Appiano Albaneñ. pręſtans ſolidos 300. Maſſa virginis, ex territorio Sorano. pręſtans ſolidos 200. Transmarina intra partes Aphricę. Maſſa Vincis, ex territorio *Mucario, præſtans ſolidos 800. Maſſa Capſis ex territorio *Capſitano, præſtans ſolidos 600. Maſſa varia *Sardana, præſtans ſolidos quingentos. Maſſa Camaras, ex territorio *Curtalupi, præſtans ſolidos 405. Maſſa Nummas ex territorio Numidiæ, præſtans ſolidos 650. Maſſa ſulfurata ex territorio Numidiæ, pręſtans ſolidos 720. Maſſa Baldariolaria ex territorio Numidiæ, pręſtans ſolidos 810. In Gręcia: Maſſa Cephaleia, pręſtans ſolidos quingentos. In *Mengaulu, Maſſa Amazon, pręſtans ſolidos 222.

Nota de baptiſmo Conſtantini contra æmulos.

* lychnum
* inanium

Ioan. 1.

*Muſci
*Macris
*Caput Cihani.
* Saldens
*Curta
*Megalela
*Megaleſo.

Eodem

Baſilica S. Petri apoſtoli.

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam beato Petro apoſtolo in templo Apollinis, cuius loculum, cùm corpus S. Petri recondidit, vndique ex ære Cyprio concluſit, quod eſt immobile. Ad caput, pedes 5. Ad pedes, pedes quinque. Ad latus dextrum, pedes quinque. Ad latus ſiniſtrũ, pedes quinque. Subtèr, pedes quinq;. Supra, pedes quinque. Sic incluſit corpus beati Petri apoſtoli, & recondidit, & exornauit ſuper columnas porphyreticas, & alias columnas tres * thyneas, quas de Græcia perduxit. Fecit autem & cameram baſilicæ, ex * crimma auri fulgentem. Et ſuper corpus beati Petri, ſuper os quo concluſit illud, fecit crucem auream puriſſimam, penſantem libras 150. Vbi ſcriptum eſt hoc, Conſtantinus Auguſtus & Helena Auguſta hanc domum regali ſimili fulgore coruſcantem, auro circundant. Scriptũ, eſt ex literis nigellis in cruce. Fecit autẽ candelabra ex aurichalco in pedibus decem, numero quatuor, argento concluſa, cum ſigillis argenteis, vndè actus apoſtolorum cernebantur, penſantia ſingula libras trecentas. Calices aureos tres cum gemmis praſinis quadragintaquinque, penſantes ſinguli libras duodecim.

*thyinas

for* crimno.

*4. Metretas argenteas * duas, penſantes libras ducentas. Calices argenteos viginti, penſantes ſinguli libras decem. Amas aureas 2. penſantes ſingulæ libras denas. Amas argenteas quinque, penſantes ſingulæ libras viginti. Patenam auream cum thuse & columba, ex auro puriſſimo, ornatam gemmis praſinis & hyacinthinis, margaritisq;, numero 215. penſantem libras triginta. Patenas argenteas quinque, penſantes ſingulæ libras quindecim. Coronam auream ante corpus, quæ eſt pharus cantharus, cũ delphinis quingentis, penſantem libras trigentaquinque. Pharos argẽteos in gremio baſilicæ cum delphinis, penſantes ſinguli libras decem. Ad dexteram baſilicæ pharos argenteos triginta, penſantes ſinguli libras octo. Ipſum altare ex auro & argento clauſum cũ gemmis praſinis & hyacinthinis & albis 210. penſantibus libras 350. Thymiamaterium aureum cum gemmis vndiquè exornatum, penſans libras quindecim. In reditibus donum, quod obtulit Conſtantinus Auguſtus beato Petro apoſtolo per diœceſes in Oriente. In ciuitate Antiochia domum Datiani, præſtantem ſolidos 240. Domunculam Nicenam, præſtantem ſolidos viginti & tremiſſem. Cellas in Aphrodiſia, præſtantes ſolidos * viginti. Balneum in * Ceretea, præſtans ſolidos quadragintaduos. Piſtrinũ, vbì ſuprà, præſtãs ſolidos vigintitres. Popinas, vbì ſuprà, præſtantes ſolidos decem. Hortum Maronis, vbì ſuprà, præſtantem ſolidos decem. Hortum, vbì ſuprà, præſtantem ſolidos vndecim, Sub ciuitate Antiochena, poſſeſſionem Sibyllinam donatam Auguſto, præſtantem ſolidos 322. Cartadecadas 150. Aromatum libras ducentas. Balſami libras trigintaquinque. Sub ciuitate Alexandrina. poſſeſſionem Timialicam donatam Auguſto Conſtantino ab Ambronio, præſtantem ſolidos 620. Cartadecadas 300. Olei nardini libras 300. Balſami, ſexaginta. Aromatum libras centum quinquaginta, Storacis Iſauricæ libras quinquaginta. Poſſeſſionem Eutimi Caduci, præſtantem ſolidos quingentos. Cartadecadas 70. Per Ægyptum ſub ciuitate Armeniæ, poſſeſſionem Agapii, quam donauit Conſtantino Auguſto. Poſſeſſionem * Panopoliten, præſtantem ſolidos 800. Cartadecadas 400. Piperis medimnos 50. Croci libras centum. Storacis libras 150. Aromatum Caſiæ, libras 200. Olei nardini libras 300. Balſami libras centum. Lini ſaccos centum. Caryophyllorum libras centum quinquaginta. Olei Cyprini libras centum. * Papyrij canas mundas mille. Poſſeſſionem quam donauit Conſtantino Auguſto Ibronius, præſtantem ſolidos 450. Cartadecadas 200. Aromatũ Caſiæ, libras 50. Balſami libras 50. In prouincia * Euphratẽ ſub ciuitate * Cyro, poſſeſſionem Armanazon, præſtãtem ſolidos 380. Sub Tarſo Ciliciæ, inſulam * Cordionum, præſtantem ſolidos 9.

*25.

*Cyreteca.

*Cynopoliten

*papyri cãnas

*Euphrateſien.

*Charta

*Corycorum

Baſilica ſancti Pauli Apoſtoli.

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam beato Paulo Apoſtolo, ex ſuggeſtione ſancti Syluestri Epiſcopi, cuius corpus ſanctum ità recondidit in ęre & concluſit ſicut beati Petri, & dona obtulit. Nam omnia vaſa ſacra aurea, vel argentea, aut ærea, ità poſuit, ſicut in Baſilica beati Petri Apoſtoli: & ità beati Pauli Apoſtoli ornauit, ſicut illam. Sed & crucem auream ſuper * locum beati Pauli Apoſtoli poſuit, penſantem libras 150. Sub ciuitate Tyria, poſſeſſionem * Comita, præſtantem ſolidos quingentos quinquaginta. Poſſeſſionem Fromimuſa, præſtãtem ſolidos 700. Poſſeſſionem Timia, præſtantem ſolidos 250. Olei nardini libras ſeptuaginta. Aromatum libras quinquaginta. Caſiæ libras quinquaginta. Sub ciuitate Ægyptia, poſſeſſionem Cyreos, præſtantem ſolidos 710. Olei nardini libras ſeptuaginta. Balſami libras triginta. Aromatum libras ſeptuaginta. Storacis libras triginta. Stactes libras centum quinquaginta. Poſſeſſionem Baſiliam, præſtantem ſolidos quingentos quinquaginta. Aromatum libras quinquaginta. Olei nardini libras ſexaginta. Balſami libras viginti. Croci libras ſexaginta. Poſſeſſionem inſulæ * Machabæ, pręſtantem ſolidos quingentos decem. Papyri * racanas mundas 500. Lini ſaccos 300.

*loculũ

forè * Macariæ

for * cannas.

Baſilica ſanctæ Crucis in Hieruſalem

Eodem tempore fecit Conſtantinus Auguſtus Baſilicam in Palatio Seſſoriano, ubì de ligno ſanctæ Crucis poſuit, & in auro & gemmis concluſit. Vbi & nomen eccleſiæ dedicauit, quo nominatur uſque in hodiernum diem, Hieruſalem. In quo loco conſtituit dona iſta: Candelabra ante lignum ſanctum lucentia argentea quatuor, ſecundùm numerum quatuor Euangeliorum, penſantia ſingula libras

bras octogita. Paros cātharos argēteos qnquaginta pēſantes ſinguli libras qndecim. Scyphū aureum puriſſimum, penſantem libras decem. Calices aureos miniſteriales quinque, penſantes ſinguli libras ſingulas. Scyphos argenteos tres, penſantes ſinguli libras octo. Calices miniſteriales argenteos decem, penſantes ſinguli libras * duas. Patenam argenteam auro inclusam cum gemmis, penſantem libras quinquaginta. Altare argenteum, penſans libras ducentas quinquaginta. Amas argenteas tres, penſantes ſingulæ libras viginti. Et omnes agros circa palatium eccleſiæ donos dedit. Poſſeſſionem Sponſas uia Lauicana, præſtantē ſolidos ducentos ſexagintatres. Sub ciuitate Laurento, poſſeſſionem Patras, præſtantem ſolidos centum viginti. Sub ciuitate Nepeſina, poſſeſſionem Anglefis, præſtantem ſolidos ducentos quinquaginta. Sub ciuitate ſuprà ſcripta, poſſeſſionem Tetega, quæ præſtat ſolidos centum ſexaginta. Sub ciuitate Faliſca, poſſeſſionem præſtantem ſolidos centum quindecim, Item ſub ciuitate Faliſca poſſeſſionem Herculis, quam donauit Auguſto, & Auguſtus obtulit eccleſiæ Hieruſalem, præſtantem ſolidos centum quadraginta. Sub ciuitate Tuder, poſſeſſionem Angulas, præſtantem ſolidos 155.

* quinque

Baſilica ſanctæ Agnetis virginis & martyris.

Eodem tempore fecit Baſilicā ſanctæ martyris Agnetis, ex rogatu filiæ ſuæ, & baptiſterium in eodem loco, ubi baptizata eſt ſoror eius Conſtantia, vnà cum filia Auguſti. Et ibidèm conſtituit hæc: Patenam auream, penſantem libras uiginti. Calicem aureum, penſantem libras decem. Coronam Pharum cantharum ex auro puriſſimo, cum delphinis triginta, penſantem libras quindecim. Patenas argenteas duas, penſantes ſingulæ libras uiginti. Calices argenteos quinque, penſantes ſinguli libras decem. Pharos cantharos argenteos triginta, penſantes ſinguli libras octo. Pharos æreos ex aurichalco qnadraginta. Ceroſtrotos ex aurichalco, argento cluſos, quadraginta ſigillatos. Lucernas aureas duodecim * nixas ſuper fontem. In redditibus circa ciuitatem Fidenas, omnem agrum, præſtantem ſolidos 160. Via Salaria ſub Parento vodiquè omnem agrum, præſtantem ſolidos 105. Agrum Muci, præſtantem ſolidos octoginta. Poſſeſſionem in vico Piſonis, præſtantem ſolidos 250. Agrum Caſulas, præſtantem ſolidos centum.

* lychnorum

Baſilica ſancti Laurentij martyris

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam beato Laurentio martyri uia Tiburtina in agro Verano ſupra arenarium cryptæ. Et vſque ad corpus ſancti Laurentij martyris fecit gradus aſcenſionis & deſcenſionis. In eo loco conſtruxit abſidem, & ornauit marmoribus porphyreticis, & deſupèr locum concluſit de argento, & * cancellos de argento puriſſimo ornauit, penſantes libras mille. Et ante ipſum locum in crypta poſuit lucernam ex auro puriſſimo lychnorum decem, penſantem libras uiginti. Coronam ex argento puriſſimo cum delphinis 50. penſantem libras triginta. Candelabra ærea duo in pedibus denis, penſantia ſingula libras trecentas. Ante corpus beati Laurentij martyris argento cluſit ſigilla paſſionum ipſius, cum lucernis * innixis argenteis, penſantes ſingulæ libras quindecim. In eodem loco poſſeſſionem cuiuſdam Quiriacetis religioſę fœminę, quam fiſcus occupauerat tempore perſecutionis. Veranum fundum, poſſeſſionem aqua Tuſcia ad latus; pręſtantem ſolidos centum ſexaginta. Poſſeſſionem aqua Tuſcia ad latus; pręſtantem ſolidos 153. Poſſeſſionem Auguſti in territorio Sabineñ, pręſtanrem ſolidos 120. Poſſeſſionem Micenas Auguſti, pręſtantem ſolidos centum decem. Poſſeſſionem Thermulas, præſtantem ſolidos ſexaginta. Poſſeſſionem Aranas, præſtantem ſolidos ſeptuaginta. Pharos argenteos triginta, penſantes ſinguli libras octo,

* cancellis

* trinum lychnorum

Eiſdem temporibus Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam via Lauicana inter duas lauros, beato Petro & Marcellino martyribus. Et manſoleum, vbi beatiſſimam Auguſtam matrem ſuam poſuit in ſarcophago porphyretico. Vbi & donauit patenam auream ex puriſſimo auro, pēſantem libras trigintaquinque Candelabra argentea, auro cluſa in pedibus 12. quatuor, penſantia ſingula libras ducentas. Coronam auream, quæ eſt pharus cantharus cum delphinis 120. penſantem libras triginta. Calices aureos tres, penſantes ſinguli libras decem, cum gemmis praſinis & hyacinthinis. Amas aureas duas, penſantes ſingulæ libras 40. Altare ex argento puriſſimo, penſante libras ducentas. Pharos cantharos argenteos uiginti, penſantes ſinguli libras uiginti. Item altare ex argento puriſſimo, penſante libras ducentas. Patenas ex auro puriſſimo duas, penſantes ſingulæ libras 15. Patenas argenteas duas, penſantes ſingulæ libras 15. Scyphum maiorem ex auro puriſſimo, ubi nomen Auguſti deſignatur, pēſantem libras 20. Scyphum aureum minorē, uenſantē libras 10. Scyphos argenteos 5. penſantes ſinguli libras 12. Calices miniſteriales argenteos 20. penſantes ſinguli libras 3. Amas argenteas 4. pēſantes ſingulæ libras 15. Annis ſingulis olei nardinȣ piſtici libras 900. Balſami libras 100. Aroma tum, in incenſum ſanctis martyribus B. Marcellino & Petro, libras centum. Fundum Laurentinium iuxta Formiam cum balneo, & omnem agrum à poſt Seſſorianam uiam, & in çrarium, vſque ad uiam Latinam, ad montem Gabum. Ipſum montem Gabum, poſſeſſionem Auguſtæ Helenæ, præſtantem ſolidos mille * centum uiginti. Inſulam Sardiniam cum poſſeſſionibus omnibus, præſtantē ſolidos mille vigintiquatuor. Meſſanam cum poſſeſſionibus ſuis omnibus, præſtantem ſolidos 810. Inſulam Matyziam, præſtantem ſolidos 600. Poſſeſſionem in territorio Sabineñ,

Baſilica Petri & Marcellini martyrum.

* 300.

neñ, quæ appellatur ad duas caſa,ſub monte Laureti, præſtantem ſolidos 200.

In ciuitate Oſtia, Baſilica S.Petri & Pauli & Ioã. Bapt.

Eodem tpe fecit Conſtantinus Auguſtus Baſilicã in ciuitate Oſtia iuxta portũ vrbis Romę beatorũ apoſtolorũ Petri & Pauli & Ioãnis Baptiſtæ, ubi obtulit hæc: Patenã argenteã, penſã tem libras 30. Calices argenteos decẽ, pẽſãtes ſinguli libras quinq;. Amas argenteas duas, pẽſantes ſingulæ libras decem. Pharos argenteos triginta, penſantes ſinguli libras quinque. Scyphos argenteos duos, penſantes ſinguli libras octo. Patenam argenteam chriſmalem, ſingularem, penſantem libras decem. Peluem ex argento ad baptiſmum, penſantem libras viginti. Inſulam, quæ dicitur Aſſis, quæ eſt inter portum & Oſtiã, & poſſeſſiones omnes maritimas, vſque ad digitum ſolis, præſtantes ſolidos trecentos. Poſſeſſionem Gracchorum in territorio Ardeatino, præſtantem ſolidos triginta. Poſſeſſionem Quirini in territorio Oſtieñ, præſtantem ſolidos 311. Poſſeſſionem Balniolum in territorio Oſtieñ, præſtantem ſolidos 42. Poſſeſſionẽ Nymphulas, præſtantem ſolidos triginta. Item, quæ obtulit Gallicanus Baſilicæ ſupraſcriptæ ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli & Ioannis Baptiſtæ. Obtulit autem hæc: Coronam argenteam cum delphinis, penſantem libras 20. Calicem argenteum anaglyphum, penſantem libras 17. Maſſam Mallianam in territorio Sabineñ, præſtantem ſolidos 115. & tremiſſem. Fundum Picturas in territorio Veliterno, præſtantem ſolidos 43. Fundum Surorum via Clodia in territorio Veientano, præſtantem ſolidos 56. Maſſam Gargilianam in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos 656.

In ciuitate Albaneñ Baſilica S. Ioannis Bapt.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus Baſilicam in ciuitate Albaneñ S. Ioannis Bapt. vbi poſuit hæc: Patenam argenteam, penſantem libras 30. Scyphum argenteum deauratum, penſantem libras 12. Calices miniſteriales decem, penſantes ſinguli libras ternas. Amas argenteas duas, penſantes ſingulæ libras 20. Poſſeſſiones Laurentinas cum adiacentibus campeſtribus, præſtantes ſolidos 60. Fundum Molas, præſtantem ſolidos 50. Poſſeſſionem Albanenſem cum lacu Albano, præſtantes ſolidos 250. Maſſam Muci, præſtantem ſolidos 170. Omnia * Scheneca deſerta, vel domos ciuitatis in Vrbe Albaneñ. oĩa in circuitu eccleſiæ Conſtantinianæ obtulit Auguſtus. Poſſeſſionem horti præſtantem ſolidos 20. Poſſeſſionem Tiberij Cęſaris, præſtantem ſolidos 80. Poſſeſſionẽ Marinas, præſtantem ſolidos 50. Poſſeſſionem Armatianam in territorio * Corano, præſtantem ſolidos 150. Poſſeſſionẽ Statilianam, præſtantẽ ſolidos 70. Poſſeſſionem Medianam, præſtantem ſolidos 30.

* Sorano

In urbe Capuana Baſilica apoſtolorum, quæ dicitur Conſtantiniana.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus intra vrbem Capuanam Baſilicam apoſtolorum, quam cognominauit Conſtantinianam. Vbi & obtulit dona hæc: Patenas argenteas duas, penſantes ſingulæ librãs 20. Scyphos argenteos 3. pẽſantes ſinguli libras 8. Calices miniſteriales 15. penſantes ſinguli libras duas. Amas argenteas duas, pẽſantes ſingulæ libras 18. Candelabra ærea in pedibus 10, numero quatuor, penſantia ſingula libras 180. Pharos cantharos argenteos numero 30, penſantes ſinguli libras 5. Pharos cantharos æreos, numero 30. Et obtulit poſſeſſiones Maſſam Statilianam in territorio Menturino, præſtantem ſolidos 315. Poſſeſſionem in territorio Caietano, præſtantem ſolidos 85. Poſſeſſionem Paterni in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos 150. Poſſeſſionem ad Centum in territorio Capuano, præſtantem ſolidos 60. Poſſeſſionem Gauronicam, in territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos 40. Poſſeſſionem Leonis, præſtantem ſolidos 60.

In ciuitate Neapoli Baſilica.

Eiſdem temporibus fecit Conſtantinus Auguſtus Baſilicam in urbe Neapoli, vbi obtulit hæc: Patenas argenteas duas, pẽſantes ſingulæ libras 25. Scyphos argenteos duos, penſantes ſinguli libras 10. Calices miniſteriales 10. penſantes ſinguli libras duas. Amas argenteas duas, penſantes ſingulæ libras 15. Pharos argenteos 20. penſantes ſinguli libras octo. Pharos æreos 20. penſantes ſinguli libras 10. Fecit autem formam aquæductus per milliaria octo. Fecit autem & forum, & donum obtulit: Poſſeſſionem Macarij, præſtantem ſolidos 150. Poſſeſſionem Cimbranam, præſtantem ſolidos 105. Poſſeſſionem Sclinam, præſtantem ſolidos 108. Poſſeſſionem Afilas, præſtantem ſolidos 140. Poſſeſſionem Nymphulas, præſtantem ſolidos 90. Poſſeſſionem Inſulæ cum caſtro, præſtantem ſolidos 80.

Titulus in urbe Roma S. Sylueſtri. Eſt antè Baſilica habens hunc titulum.

Eiſdem temporibus conſtituit B. Sylueſter in urbe Roma titulum ſuum in regionem tertiam iuxta thermas Domitianas, quæ cognominantur Traianæ, titulum ſcilicet Sylueſtri, vbi donauit Conſtantinus Auguſtus patenam argenteam, penſantem libras 20. Scyphos argenteos duos, penſantes ſinguli libras 8. Amam argenteam, penſantem libras 10. Pharos cantharos argenteos 10. penſantes ſinguli libras 5. Cantharos ceroſtrotos æreos 16. penſantes ſinguli libras 40. Calices argenteos miniſteriales 5. penſantes ſinguli libras 2. Fundum Percilianum in territorio Sabineñ, pręſtantem ſolidos 50. Fundum Barbatianum in territorio Ferentino, pręſtantem ſolidos 35. & tremiſſem. Fundum Statianum in territorio Trebulano, præſtantem ſolidos 66. & tremiſſem. Fundum Beruclas, in territorio Corano, præſtantem ſolidos 45. Fundum Sulpitianum in territorio * Corano, præſtantem ſolidos 70. Fundum Tauri in territorio Veientano, præſtantem ſolidos 42. Fundũ Sentianũ in territorio Tiburtino, præſtãtem ſolidos 30. Fundum Ceianum in territorio Prænestino, præſtantem ſolidos 50. Fundum Termulas in territorio Prænestino, pręſtantem ſolidos 35. poſſeſſionem Cylõis in territorio Prȩneſti-

* Sorano

no, præſtantem ſolidos 58. Obtulit & omnia neceſſaria titulo Equitij. Hic Syluester fecit ordinationes ſex per menſem Decembrem, presbyteros 42. diacones 26. epiſcopos per diuerſa loca numero 65. Hic ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ uia Salaria, apud vrbem Romã milliario tertio, pridiè Kalen. Ianuar. Qui catholicus & confeſſor quieuit. Et ceſſauit epiſcopatus dies 15. Hæc Damaſus.

Quamque edituri ſumus, nunc primum, in volumine quidem Conciliorum, Hiſtoriam, Acta, & Canones omnes Concilii Niceni, in quibus & vulgati uiginti continentur, eos tamen, ut antea legebantur, triplici uerſione, relinquere placuit, ne à quoquam poſſent deſiderari.

NICÆNI CONCILII
XX. CANONVM TITVLI.

ITAQVE cùm conueniſſet hoc ſanctum & magnum concilium apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem, Conſtantino Auguſto, & Licinio Cæſare, conſulatu Paulini & Iuliani, decimotertio Kalendarum Iuliarum, qui eſt apud Græcos 19. dies, menſis eorum Δεσίου, ſecundùm Alexandriam tricesimusprimus, æra 363. ſtatuta ſunt ab epiſcopis, quæ infrà ſcripta ſunt, & ex Græco in Latinum verſa ſermonem. Et placuit vt hæc omnia mitterentur ad Epiſcopum vrbis Romæ Syluestrum.

Supputatio hæc ab æra Cęſaris, vſitata olim, fuit apud Hiſpanos, propterea Iſidorus inſeruit eam his argumentis Conciliorum: quæ autem ratio ſit & origo eius ſupputationis, quoniam res obſcura, & uana eſt. Vide apud Couar. lib. 1. Var. Reſolut. c. 12.

EDITIO I.

De eunuchis, & qui ſeipſos abſciderunt. 1
De his, qui ex gentilibus poſt baptiſma ad clericatûs ordinem promouentur. 2
De ſubintroductis mulieribus. 3
De his qui ad Epiſcopatũ in prouincijs, prouehuntur. 4
De excommunicatis. 5
De priuilegijs, quæ quibuſdam ciuitatibus cõpetunt. 6
De epiſcopo Æliæ, i. Hieroſolymorum. 7
De his, qui dicuntur Cathari, i. mundi. 8
De his qui ad honorem presbyterij, ſinè examine prouecti ſunt. 9
De his, qui in perſecutionibus negauerunt, & poſtmodùm in clero promoti ſunt. 10
De laicis, qui negauerunt. 11
De his, qui abrenunciauerunt, & iterùm ad ſeculum ſunt regreſſi. 12
De his, qui communionẽ tempore mortis expoſcunt. 13
De catechumenis lapſis. 14
Quòd non oporteat demigrari. 15
De his qui in Eccleſiis, in quibus prouecti ſũt, minimè perdurârunt. 16
De clericis vſuras accipientibus. 17
De priuilegijs presbyterorum. 18
De his qui à Paulo Samoſateno ad eccleſiam veniunt. 19
De flectendo genua. 20

EDITIO II.

De eunuchis; qui ſeipſos abſcindunt. 1
De his, qui poſt baptiſma ſtatim ad clerum applicantur. 2
De ſubintroductis mulieribus. 3
Qualiter epiſcopi debeant ordinari. 4
De excommunicatis clericis vel laicis. 5
De primatibus epiſcoporum Metropolitanorum. 6
De honore epiſcopi Hieroſolymitani. 7
De Nouatianis. 8
De presbyteris ſinè examinatione conſtitutis. 9
De lapſis clericis ordinatis. 10
De his, qui ſponte lapſi ſunt, qualiter debeant pœnitere. 11
De excommunicatis, à ſeculo exeuntibus. 12
De catechumenis lapſis. 13
De diaconibus, nè corpus Chriſti tradant presbyteris, vel ante presbyteros communicẽt. 14
De clericis temerè ab eccleſia recedentibus. 15
De presbyteris & diaconibus vel clericis, qui ad alias ciuitates tranſeunt. 16
De clericis alienis, ſinè conniuentia proprij epiſcopi, ab alio in ſua Eccleſia non ordinãdis. 17
De clericis, uſuram uel ampliationem accipientibus. 18
De Pauliniſtis & Cataphrygiis, rebaptizandis. 19
De diebus Dominicis & Pentecoſtes, vt in circumſtantes oremus. 10

REGVLÆ

REGVLAE SEV CANONES NICAENI CONCILII.

EDITIO I.

CAP. I.

Diſt. 55. Si quis à medicis. Et in decr. Iuo. li. 5. atque ibi additū eſt, quod ſit ex editione tertia.

SI quis à medicis propter lãguorem defectus eſt, aut à Barbaris exciſus, hic in clero permaneat. Si quis autem ſeipſum ſanus abſcidit, hunc & in clero conſtitutum, abſtinere conuenit, & deincèps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quòd de his, qui hanc rem affectãt, audentq; ſemetipſos abſcindere, dictum ſit: ſic eos, quos aut Barbari, aut domini caſtrauerunt, ſi inueniuntur aliàs digniſſimi, tales ad clerũ ſuſcipit regula.

CAP. II.

Quoniã plura, aut per neceſſitatem, aut aliàs cogẽtibus hominibus, aduersùs eccleſiaſticam facta ſunt regulam, vt homines ex gentili vita nuper accedẽtes ad fidẽ, & inſtructos breui tẽpore, mox ad lauacrũ ſpirituale perducerẽt, ſimulq; vt baptizati ſunt, ad Epiſcopatum, uel ad presbyterium promouerẽt: optimè placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nã & tempore opus eſt ei, qui catechizatur, & poſt baptiſma probatione quàm plurima.

Tim. 3. d

Manifeſta eſt enim Apoſtolica ſcriptura, quæ dicit: Non neophytum, nè in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat, & in laqueum diaboli. Si verò proceſſu temporis aliquod delictum animę circa perſonam reperiatur huiuſmodi, & à duobus uel tribus teſtibus arguatur, à clero talis abſtineat. Si quis autem præter hęc fecerit quaſi contra magnum cõciliũ ſe efferens, ipſe de clericatûs honore periclitabitur.

Cap. 3.

Diſt. 32. Interdixit per oĩa. Et in dec. Iuo. lib. 3.

Interdixit per omnia magna ſynodus, non epiſcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omninò, qui in clero eſt, licere, ſubintroductam habere mulierem, niſì fortè, aut matrem, aut ſororẽ,

aut

Verſio noua canonũ Nicęnorum, Gentiani Herueti.

CAN. I.

SI quis à medicis in morbo exciſus, vel à barbaris exectus eſt, is in Clero maneat. Si quis autem cùm eſſet ſanus, ſeipſum execuit, eum etiàm in clero examinatum ceſſare conuenit, & deincèps nullum talem oportet promoueri. Quemadmodum autem hoc manifeſtum eſt, quòd de ijs, qui de induſtria hoc agunt, & ſeipſos audent excidere, dictũ eſt: ità ſi aliqui à barbaris vel dominis caſtrati ſint, inueniãtur autem & ii alioqui digni, tales in clerũ admittit Canõ.

Can. 2.

Quoniam multa, vel neceſſitate, vel urgentibus alioquì hominibus, præter Canonem Eccleſiaſticum facta ſunt, vt homines, qui è vita gentili ad fidem nupèr acceſſerunt, & exiguo tempore catechumeni, id eſt, initiati fuẽre, ſtatim ad lauacrum ſpiritale deducant, & ſimul ac baptizati fuerint, ad Epiſcopatum vel presbyterarum prouehant, rectè habere uiſum eſt, ut nihil deincèps tale fiat. Nam & catechumeno tempore opùs eſt, & poſt baptiſmum probatione maiore. Apertũ enim eſt ſcriptũ Apoſtolicum, quod dicit, Nõ neophytum, id eſt, recèns plantatum, nè inflatus, in iudicium incidat & Diaboli laqueum. Si autem procedente tẽpore, animale aliquod peccatũ circa perſonam inuẽtum fuerit, & à duabus vel tribus perſonis conuincatur: ceſſet, qui talis eſt, à clero. Qui autem præter hæc facit, ut qui magnæ Synodo aduerſus eſſe audeat, ipſe de clericatu in periculum ueniet.

Can. 3.

Vetuit omninò magna Synodus, nè liceat Epiſcopo, nec presbytero, nec diacono, nec ulli penitùs eorũ qui ſunt in Clero, introductã habere mulierem, præterquam vtiquè matrem, vel ſororem,

vel

EDITIO II.

CAP. I.

SI quis per ægritudinem à medicis ſectus eſt, vel à Barbaris caſtratus, placuit, ut iſte permaneat ĩ clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcidit hic, etiã ſi eſt in clero, ceſſare debet, & ex hoc, nullum talem oportet ordinari. Sicut ergò de his, qui affectauerunt, vel auſi ſunt ſeipſos abſcindere, hæc quæ diximus, ſtatuta sũt: ità, ſi qui vel à Barbaris, uel à dominis ſuis eunuchi facti ſunt, & probabilis vitę ſunt, tales hos ſuſcipit Eccleſiaſtica regula in clerum.

Cap. 2.

Diſt. Quoniam multa sũt ſiue.

Qm̃ multa, ſiue per neceſſitatẽ, ſiue ex quacunq; cauſa, contra regulam geſta ſunt, ità vt hoĩes ex vita gentili nupèr adhuc accedẽtes ad fidẽ, & qui paruo tẽpore catechizati, vel inſtructi, ſtatìm ad ſpiritualẽ baptiſmum uenerint, & continuò, ut baptizati fuerint, etiàm ad epiſcopatum vel ad presbyterium proueherẽtur: rectum eſſe uiſum eſt, decæterò nihil tale fieri. Nam & tempore opùs eſt, ut ſit catehumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens nanque eſt apoſtolicum præceptum, dicens: Non neophytum, nè fortè elatus, in iudiciũ incidat & laqueum diaboli. Si uerò, procedente tempore, aliquod peccatum quod animæ noceat, inuentum fuerit in ea perſona, & conuincitur duobus uel tribus teſtibus, ceſſabit à clero, qui huiuſmodi eſt. Si quis verò præter hæc facit, tanquàm contraria ſtatutis ſancti huius concilij gerens, etiàm ipſe de ſtatu ſui ordinis periclitabitur.

Cap. 3.

Omnibus modis interdixit ſancta ſynodus, neque epiſcopo, neq; presbytero, neque diacono, neq; ulli clericorum omninò licere habere ſecum mulierem extraneã, niſì fortè mater, aut ſoror, aut auia, aut

amita,

aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.

vel amitam, vel eas ſolas perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt.

amita, vel matertera ſit. In his nanque perſonis, & harum ſimilibus, omnis, quæ ex mulieribus eſt, ſuſpicio declinatur. Qui aliter ꝑter hæc agit, periclitabitur de clero ſuo.

Cap. 4.

Diſt 94. Epiſcopũ ab omnibus q. Citatur in concilio Nicæno ſecundo, canone 3.

Epiſcopum conuenit, maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in prouincia, epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantẽ neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipſum conuenientibus, & abſentibus quoquè pari modo decernentibus, & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quæ geruntur per vnamquanque prouinciã, Metropolitano tribuatur epiſcopo.

Can. 4.

Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus qui ſunt in prouincia, conſtitui. Si autem ſit hoc difficile, vel propter vrgentem neceſſitatem, vel viæ longitudinem, tres omninò eundem in locum congregatos, abſentibus quoquè ſuffragium ferẽtibus, ſcriptisq; aſſentientibus, tunc electionem fieri, eorum autẽ quæ fiunt, confirmationẽ in vnaquaq; prouincia à Metropolitano fieri.

Cap. 4.

Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus, ſi fieri poteſt, qui ſunt in prouincia, epiſcopis ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, ſiue urgente neceſſitate, ſiue itineris longitudine, certè omnimodò tres epiſcopi debẽt in unũ eſſe congregari, ità vt etiã cæterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum & ſententiam per literas teneant: & ità faciant ordinationem. Poteſtas ſanè vel cõfirmatio pertinebit per ſingulas prouincias ad Metropolitanum epiſcopum.

Cap. 5.

De his qui communione priuantur, ſeu ex clero, ſeu ex Laico ordine ab epiſcopis, ꝑ vnamquanq; prouinciam ſententia regularis obtineat, vt hi qui abijciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, nè puſillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet epiſcopi vitio, uideatur à congregatione ſeclusus. Vt hoc ergò decentiùs inquiratur, benè placuit, annis ſingulis per unamquanque prouinciam, bis in anno Concilia celebrari, ut communiter ſimul omnibus epiſcopis congregatis prouinciæ, diſcutiantur huiuſmodi quæſtiones. Et ſic, qui ſuo peccauerunt epiſcopo euidenter, excommunicati rationabiliter ab omnibus extimentur, vſquequò vel in communi, vel epiſcopo placeat, humaniorem pro talibus ferre ſententiam. Concilia verò celebrentur, vnum quidem ante quadrageſimam Paſchæ, ut omni diſſenſione ſublata, munus offeratur Deo puriſſimum. Secundum uerò, circa tempus Autumni.

Citatur in Epiſtola Aphricanorum ad Cęleſtinum.

xviij. Cano. Carthaginen. iuxta Græcã ſupputationem.

Can. 5.

De ijs, qui à communione ſegregati ſunt, ſiue Clericorũ ſiue Laicorum ſint ordinis, ab Epiſcopis, qui ſunt in vnaquaque prouincia, valeat ſententia ſecundùm Canonem, qui pronunciat eos, qui ab aliis eiecti ſunt, non eſſe ab aliis admittendos. Examinetur autem, nunquid vel puſillanimitate, vel contentione, vel aliqua eiuſmodi Epiſcopi acerbitate, congregatione pulſi ſint. Vt hoc ergò conuenientem examinationẽ accipiat, rectè habere uiſum eſt, vt ſingulis annis in unaquaq; Prouincia bis in anno Synodi fiant: ut cùm omnes Prouinciæ Epiſcopi in eundem locũ cõmuniter conueniant, eiuſmodi quæſtiones examinẽtur: & ſic quos Epiſcopum offendiſſe conſtiterit, iuſte eſſe à congregatione ſeparati apud omnes uideãtur, donèc Epiſcoporum congregationi videatur pro iis humaniorem proferre ſententiam. Synodi autem fiant, vna quidem ante Quadrageſimam, vt omnibus animi ſordibus ſublatis, purũ munus Deo offeratur: Secunda autem, Autumni tempore.

Cap. 5.

De his, qui excommunicãtur, ſiue clericis, ſiue laicis, ab epiſcopis per ſuas quaſq; ꝑuincias ſeruetur & iſta ſententia ſecundùm canonẽ, ut hi q ab alijs excommunicantur, ab alijs non recipiantur. Requiratur ſanè, ne fortè aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione ſtomachantis Epiſcopi ſui, abſtenti ſint. Vt ergo digna hæc poſſint examinatione perquiri, rectè uiſum eſt, per ſingulos annos in ſingulis quibuſq; prouincijs, bis in anno Epiſcoporum concilia fieri, vt ſimul in unum conuenientes ex cõmuni prouincia, huiuſmodi examinẽt quęſtiones, vt ità demũ hi, q ob culpas ſuas epiſcoporum ſuorũ offenſam meritò contraxerunt, dignè etiàm à cæteris excõmunicati ſimiliter habeant, quouſq; in communi, vel ipſi epõ ſuo viſũ fuerit, humaniorẽ circa eos ferre ſententiã. Fiant aũt concilia ſemel quidẽ ante dies Quadrageſimæ, vt oĩbus, ſi q̃ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum & ſolenne Deo munus poſſit offerri. Secũdũ verò agatur circa tẽpus Autumni.

11. q. 3. Seruetur iſta ſententia.

Diſt. 18. Habeatur ſemel cõci.

Cap. 6.

Antiqua conſuetudo ſeruetur per Ægyptum, Libyam & Pentapolim, ità vt Alexandrinus

Can. 6.

Antiqui mores ſeruentur, qui ſunt in Ægypto, Libya, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſco-

Cap. 6.

Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Libya & Pentapoli, vt Alexandrinus epſ horum

Diſt. 65. Mos antiquus.

drinus epiſcopus horum oīm habeat poteſtatē, quia & urbis Romæ epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſq; prouincias, ſuis priuilegia ſeruentur eccleſijs. Illud autem generaliter clarum eſt, quòd ſi quis præter ſentētiam metropolitani fuerit factus epiſcopus, hunc magna ſynodus diffiniuit, epiſcopum eſſe non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundùm eccleſiaſticam regulam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicunt, obtineat ſententia plurimorum.

Cap. 7.

Quia conſuetudo obtinuit & antiqua traditio, vt Aeliæ epiſcopus honoretur, habeat honoris conſequentiā, ſalua metropolis ꝓpria dignitate.

Cap. 8.

Hi ſunt Nouatiani hæretici.

De his qui ſe nominát Catharos, id eſt, mundos, ſi aliquandò venerint ad eccleſiā catholicam, placuit ſancto & magno Concilio, vt impoſitionem manûs accipientes, ſic in clero permaneant. Hęc autem præ omnibus eos ſcriptis conuenit profiteri, quòd catholicę & apoſtolicę eccleſiæ dogmata ſuſcipiant & ſequantur, id eſt, & bigamis ſe communicare, & his qui in perſequutione prolapſi ſunt, erga quos & ſpatia cōſtituta ſunt, & tempora definita, ita ut eccleſię catholicæ & apoſtolicæ placita ſequátur in omnibus. Vbicūquè verò, ſiue in uicis ſiue in ciuitatibus, ipſi ſoli fuerint ordinati, q inueniūtur in clero, in eodem habitu perſeuerent. Vbi autem catholicæ eccleſiæ epiſcopo uel preſbytero conſtituto, quidam ex illis adueniunt, certum eſt, quòd epiſcopus eccleſiæ habebit epiſcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos epiſcopus, honorem preſbyterij poſſidebit, niſi fortè placuerit epiſcopo, nominis eum honore cenſeri. Si verò hoc ei minimè placuerit, prouidebit ei, aut Chorepiſcopatûs,

Epiſcopus horū omnium habeat poteſtatem, quandoquidem & Epiſcopo Romano hoc eſt cōſuetū. Similiter & in Antiochia, & in aliis ꝓuincijs ſua priuilegia ac ſuæ dignitates & authoritates Eccleſijs ſeruentur. Illud autem eſt omninò manifeſtū, quòd ſi quis abſque Metropolitani ſentētia factus ſit Epiſcopus, eum magna Synodus definiuit non eſſe Epiſcopū. Quòd ſi quidem communi omnium electioni, quæ & rationi conſentanea, & ex regula Eccleſiaſtica facta eſt, duo vel tres propter ſuam qua delectantur contentionem contradicant, vincant pluriū ſuffragia.

Can. 7.

Quoniā obtinuit conſuetudo & antiqua traditio, vt qui eſt in Aelia Epiſcopus, honoretur: habeat honoris conſequētiam, Metropoli propria dignitate ſeruata.

Can. 8.

De ijs qui ſe Catharos, id eſt, puros quādoq; nominant, ad Catholicam autem & Apoſtolicam Eccleſiam accedunt, ſanctæ magnæ Synodo uiſum eſt, vt * impoſitis eis manibus ſic in Clero maneant. Ante omnia autem hoc in ſcriptis ipſos ꝓfiteri conuenit, quòd adhærebunt & ſequentur catholicæ Eccleſiæ decreta, i. ꝙ & cum bigamis communicabunt, & cum ijs qui in perſecutione lapſi ſunt, in quibus & tempus conſtitutum eſt, & òportunitas præfinita, ut ipſi ſequantur in omnibus Eccleſiæ Decreta. Vbi ergò omnes ſiue in uicis, ſiue in urbibus, ipſi ſoli inueniuntur ordinati, qui inueniuntur in clero, erunt in eodem ordine. Si autem catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo uel presbytero exiſtente accedūt aliqui, clarum eſt, quòd Eccleſiæ quidem Epiſcopus Epiſcopi dignitatem habebit: qui autem apud eos, qui Cathari dicuntur, nominatur Epiſcopus, presbyteri honorem habebit: niſi utique Epiſcopo placeat ipſum nominis honorem impertire. Si autem hoc illi nō placeat, vel chorepiſcopi, uel presbyterio

rum oīm habeat poteſtatem, qm̄quidem & epiſcopo * Romano parilis mos eſt. Similiter aūt & apud Antiochiam, cæteraſque prouincias, honor ſuus vnicuique ſeruetur eccleſię. Per oīa aūt manifeſtū eſt, ꝙ ſi quis præter uoluntatē & conſcientiā metropolitani epī fuerit ordinatus, hunc ſtatuit hæc ſancta & magna ſynodus non debere eſſe epm̄. Sanè ſi cōmuni omniū conſenſu rationabiliter probato, & ſecundùm eccleſiaſticam regulam facto decreto duo uel tres, per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.

* Metropolitano, habet quædam Latinæ editio antiquiſſima.

Diſ. 65. Illud generaliter.

65. diſt. Sanè ſi communi omnium.

Cap. 7.

Qm̄ mos antiqu⁹ obtinuit & vetuſta traditio, vt Aelię (id eſt, Hieroſolymæ) epiſcopo honor deferatur, habeat conſequenter honorem ſuum, manente tamen metropolitanæ ciuitatis propria dignitate.

Diſt. 65. Quoniā mos antiq.

Cap. 8.

Si q uoluerint venire ad eccleſiā catholicam ex Nouatianis, placuit ſancto Concilio, vt ordinētur, & ſic maneant in clero. Ante oīa aūt hanc habeāt ab eis cōfeſſionē, quam p ſcripturā exigi oportet, vt fateātur ſe cum omni conſenſu eccleſiæ catholicæ & apoſtolicæ ſtatuta obſeruaturos, i. cōmunicaturos ſe & his, q fortè ſecūdas nuptias experti ſunt, uel his, qui pſequutiōis tēpore lapſi ſunt, quibus iā lapſis pœnitētiæ modus & tēpus aſſcriptū eſt, ut in omnibus ſequātur ea, quæ in eccleſia catholica & apoſtolica obſeruātur. Sicubì igitur uel in uicis, uel in urbibus ſoli ipſi reperti fuerint ordinati, hi qui īueniūtur in clero, in eodem permaneāt. Si uerò epiſcop⁹ uel presbyter eccleſiæ catholicæ fuerit, ad quē aliqui ex his accedūt, certū eſt, ꝙ epiſcopus quidem catholicus ſuam habeat dignitatē. Similiter autē presbyteri & diaconi habeant. Hi uerò, qui ab iſtis ueniūt, ſi fortè epſ fuerit, habeat pſbyterij dignitatem: niſi fortè placeat catholic. epō, cōcedere ei etiā epiſcopalis nōis honorem. Si uerò nō placuerit, inueniat ei locum

1. q. 7. Si qui voluerint.

* Taraſius patriarcha ſanctiſ. in actis 2. Syno. Nice. hoc pro benedictione interpretatur.

patûs, aut presbyterii locum, at in clero prorsùs eſſe videatur, nè in vna ciuitate duo epiſcopi probentur exiſtere.

Cap. 9.

Diſt. 81. Si quis ſinè exa.

Si qui presbyteri ſinè examine ſunt prouecti, vel cùm diſcuterentur, peccata ſua cõfeſſi ſunt, & homines contra canones commoti, manus cõfeſſis imponere tentauerunt, tales regula non admittit: qa quod irrepræhenſibile eſt, catholica defendit Eccleſia.

Cap. 10.

Diſt. 81. Quicunque ex his.

Quicunque de lapſis ad ordinem cleri promoti iunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem, hoc eccleſiaſticæ non præiudicat regulæ: cogniti nanque * deponantur.

* deponũtur

Cap. 11.

De hia, qui præter neceſſitatem pũaricati ſunt, aut propter oblationem facultatũ, aut prẹter periculum, aut aliquid huiuſmodi, quod factum eſt ſub tyrannide Licinii, placuit ſynodo, quanuìs humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari. Quicunque ergò veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, & ſex annis omni ſe contritione deiiciant, duobus autem annis ſinè oblatione populo in oratione cõmunicent.

Cap. 12.

De pœnitẽtia diſt. 5. Si qui verò per

Quicunque nocati per gratiam, primum quidem impetum monſtrauerunt, deponentes militiæ cingulum, poſtmodùm verò ad prnprium vomitũ ſunt relapſi, ità vt quidam & pecunias tribnerent, & beneficiis militiam repeterent, hi decem annis poſt triennii tempus (quo inter audientes erunt) in afflictione permaneant. Sed in his omnibus propoſitum & ſpeciem pœnitenniæ conuenit explorare. Quotquot enim metu & lachrymis, atque patientia vel bonis operibus, rehus ipſis conuerſionem ſuam, non ſimulationem, demonſtrant, hi deſinitum tempus auditionis implen-

2. Pet. 2.

locum excogitabit, ut eſſe oĩnò in Clero uideatur, nè in ciuitate duo ſint epiſcopi.

Can. 9.

Si qui citra examinationẽ promoti ſunt presbyteri, vel examinati ſuá peccata cõfeſſi ſunt, eiſque confeſſis, præter canonem moti homines manus impoſuerunt, eos canon non admittit. Quod eſt enim à repræhenſione alienum, defendit Eccleſia.

Can. 10.

Quicunque ex iis qui lapſi ſunt, vel per ignorantiam, vel ſcientibus iis qui promouerunt, ordinati ſunt, hoc Eccleſiaſtico canoni non præiudicat. Ij enim cogniti deponuntur.

Can. 11.

De iis, qui ſinè neceſſitate, vel ſinè facultatum ſuarũ oblatione, vel ſinè ullo periculo, vel aliquo eiuſmodi, tranſgreſſi ſunt, quod ſub Licinii tyrannide factum eſt, Synodo viſum eſt, etſi humanitate indigni ſunt, clementia tamen & benignitate in eos nti. Quicunque ergò germanè & verè pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, vt fideles, & ſeptẽ annis proſternentur ſupplices: duobus autem annis abſq, oblatione erunt orationum cum populo participes.

Can. 12.

Qni antem à gratia quidẽ euocati, & primnm ſuum ardorem oſtenderũt, & cingula depoſuerunt, poſteà autem vt canes ad ſuum uomitũ reuerſi ſunt, vt nonnulli etiàm pecuniam profunderent, & beneficiis militiam aſſequerentur, hi decem annis proſternantur ſupplices, etiàm poſt triennii auditionis tempus. In his autem omnib⁹ examinare conuenit conſilium & ſpeciem pœnitentiæ. Quicunq; enim & metu, & lachrymis, & tolerantia, & bonis operibus conuerſionem & opere & habitu oſtendunt, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum eſt, meritò oratio-

locũ, vt ſit in parochia chorepiſcopus, aut presbyter, vt in ciuitate una nõ uideãtur duo epiſcopi eẽ, & ille omnimodè in clero permane re uideatur.

Cap. 9.

Si qui, ſinè examinatione promoti, presbyteri ſunt, & poſteà examinati, cõfeſſi ſunt peccata ſua, & cùm cõfeſſi fuiſſent, contra regulam venientes homines, manus eis temerè ĩpoſuerũt, hos eccleſiaſtic⁹ ordo non recipit. In omnibus eñ, quod irrepræhẽſibile eſt, catholica defendit eccleſia.

Cap. 10.

Quicunque ex lapſis per ignorantiã ſunt ordinati, vel contemptu eorum qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ Eccleſiaſticæ. Cũ enim compertum fuerit, deponantur.

Cap. 11.

De his, qui præuaricati ſunt ſinè vlla neceſſitate, ſinè ablatione patrimonii, vel ſinè periculo aut aliqua tali re, quæ accidir in nouiſsima tyrannide Licinii, placuit ſanctæ ſynodo, licèt indigni ſint miſericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis oſtendi. Si quos ergò ex animo pœnitet, tribus annis inter auditores habeantur: ſi fideles ſunt, ſeptem annis inter pœnitentes ſint. Duobus autem annis extra communionem, in oratione ſola, participent populo. Si qui verò per Dei gratiã uocati, primò quidem oſtenderunt fidem ſuam, depoſito militiæ cingulo, poſt hæc autem ad proprium uomitũ reuerſi ſunt, vt & pecunias darent, & ambirent redire rurſùm ad militiam, iſti decem annis ſint inter pœnitentes, poſt triennium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus verò illud præcipuè obſeruetur, ut animus eorum & propoſitum vel ſpecies pœnitennę requiratur. Quicũq; enim cum omni timore & lachrymis perſeuerantibus & operibus bonis, cõuerſionem ſuam nõ verbis ſolis, ſed opere & veritate demonſtrant, hi tempora auditionis ſtatuta complentes, meritò orationibus

implentes, tùm demùm fidelibus in oratione communicent: poſtmodùm verò licebit Epiſcopo, de his aliquid humanius cogitare. Quicunque verò indifferenter tulerunt, & * aditum introeundi eccleſiam, ſibi arbitrati ſunt ad conuerſionem poſſe ſufficere, hi definitum modis omnibus tempus impleant.

* habitū,

Cap. 13.

De his qui ad exitum veniunt, etiàm nūc lex antiqua regularisq́ue ſeruabitur ità, vt ſi quis egreditur è corpore, vltimo & neceſſario viatico minimè priuetur. Quòd ſi deſperatus, & cōſequutus cōmunionem, oblationisq; particeps factus, iterùm conualuerit, ſit inter eos, qui communionem orationis tātummodò conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

Cap. 14.

De catechumenis * ſancto & magno Concilio placuit, vt tribus annis ſint inter audiētes tantummodò, pòſt hęc autem cum catechumenis orēt.

Fortè deeſt, * lapſis

¶ Hoc capitulum, ſecundùm hanc translationem, ponitur infrà pro capitulo decimooctauo.

orationum communionē habebunt, cum eo quòd liceat etiàm Epiſcopo humanius aliquid de eis ſtatuere. Quicunque autem non adeò grauiter tulerunt, nec multùm ſua referre exiſtimârunt, ſatisq́ue eſſe putârunt in eccleſias ingredi ad conuerſionem, tempus omninò impleant.

Can. 13.

De ijs qui excedunt, antiqua & canonica lex nūc quoquè ſeruabitur, vt ſi quis vita excedat, vltimo & maximè neceſſario viatico nè priuetur. Si autem deploratus & cōmunionem aſſecutus, rursùs in viuos relatus ſit, cum ijs qui orationum ſunt tantùm communionis participes. In ſumma autem, de quolibet excedente, & Euchariſtiæ participationem petente, Epiſcopus cum examinatione eum oblatione impertiat.

Can. 14.

De catechumenis, & qui lapſi ſunt, viſum eſt ſanctæ & magnæ Synodo, vt ij tribus tātùm annis andientes, poſteà orent cum catechumenis.

nibus communicabunt. Licebit autē Epiſcopo etiàm humanius circa eos aliquid cogitate. Qui verò indifferenter habuerunt lapſum ſuum, & ſufficere ſibi ęſtimârunt ad conuerſionē hoc ipſum, quòd introire in Eccleſiam videbātur, iſti omni modo tempora ſtatuta complebunt.

Cap. 12.

De his verò qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nūc, ità vt ſi fortè quis recedat ex corpore, vltimo & neceſſario vitæ ſuæ viatico non deſtraudetur. Quòd ſi deſperatus aliquis accepta communione, ſuperuixerit, ſit inter eos, qui in ſola oratione cōmunicant, donèc ſtatutum tempus compleatur. De omnibus tamen his, qui à corpore recedunt, & Euchariſtiam poſtulant, in tradēda eis communione, cura & probatio ſit Epiſcopi.

26. q. 6. De his verò, qui

Cap. 13.

Placuit hoc ſancto & magno Concilio de catechumenis, qui lapſi ſūt, vt tribus annis inter andientes verbū ſint tantummodò: poſt hæc verò orent cum catechumenis.

Cap. 14.

Peruenit ad ſanctū Concilium, ꝙ in locis quibuſdam & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta diaconi porrigāt. Hoc neque regula, neq; cōſuetudo tradidit, vt hi qui offerēdi ſacrificij non habent poteſtatē, his qui offerūt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, ꝙ quidam diaconi, etiàm ante Epiſcopos ſacramēta ſumūt. Hęc ergò omnia amputētur, & maneant diaconi intra propriā menſurā: ſciētes, quia Epiſcoporū quidem miniſtri ſunt, presbyteris autē inferiores ſūt. Accipiāt ergò Euchariſtiam ſecundùm ordinē poſt presbyteros ab Epiſcopo, vel à presbytero. Quòd ſi nō fuerit in præſenti vel Epiſcopus, vel presbyter, tunc ipſi proferāt, & edant. Sed nec ſedere quidē in medio presbyterorū liceat diaconis. Extra regulā enim & extra ordinem eſt, vt hoc fiat.

Dist. 93. peruenit ad ſan.

Ab hoc loco vſque in finem huius capit. ponitur trāslatio oppoſita in decr. Gratiani.

Cap. 15.

7.q.1.Non oportet epiſcopū.

Propter multam perturbationē,& ſeditiones quæ fiunt, placuit conſuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulā in quibuſdam partibus videtur admiſſa,itàvt de ciuitate ad ciuitatem non epiſcopus,non presbyter,nō diaconus transferatur. Si quis autem poſt definitionem ſancti & magni cōcilij, tale quid agete tentauerit,& ſe huiuſmodi negocio mancipârit, hoc factum prorsùs in irritum ducatur,& reſtituatur Eccleſiæ,* cuius fuit eps̄,aut presbyter, vel diacon᷑ ordinauit.

Infrà in concilio Chalcedoneñ.canone 5. Ab hoc loco eſt 7.q.1.in decr. & in alijs quibuſdā exemplaribus.

* cui fuerat.

Cap. 16.

9.q.1. Si qui verò ſine

Quicunque temerè aut periculosè, neq; timorem DEI præ oculis habentes, nec eccleſiaſticam regulam agnoſcētes, diſcedunt ab Eccleſia ſibi commiſſa presbyteri, aut diaconi, vel quicunque ſub regula prorsus exiſtunt, hi nequaquàm debent in aliam eccleſiam recipi, ſed omnem neceſſitatem conuenit illis imponi,ut ad ſuas parochias reuertantur. Quod ſi non fecerint,oportet eos communione priuari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter inuadere, & in ſua Eccleſia ordinare tentauerit, nō conſentiente Epiſcopo, à quo diſceſſit is, qui regulæ mancipatur,ordinatio huiuſcemodi irrita comprobetur.

Dist.71.Si quis auſus fuerit.

Cap. 17.

Dist.47. Quoniā multi ſub re. Pſal. 14.

Quoniam multi ſub regula conſtituti, auaritiam & turpia lucra ſectantur, oblitique diuinę ſcripturę,dicētis:Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram:mutuum dantes, centeſimam exigunt: iuſtè cenſuit ſancta & magna Synodus, vt ſi quis inuētus fuerit, poſt hanc definitionem, uſuras accipiens, aut ex adinuentione aliqua uel quolibet modo negocium tranſigens, aut hemiolia, id eſt, ſeſcupla exigens, vel aliquid tale prorsùs excogitans turpis lucri gratia,deiiciatur à clero, & alienus exiſtat à regula.

Cap.

Can. 15.

Propter multum tumultū & ſeditiones,quæ fiunt, omninò viſum eſt,vt conſuetudo, quæ præter canonem in nonnullis partibus inuenitur, tollatur: vt à ciuitate in ciuitatē nec Epiſcopus, nec presbyter, nec diaconus tranſeat. Si quis autem poſt ſanctæ & magnæ Synodi definitionem tale q̄ppiam aggreſſus fuerit, vel ſeſe rei eiuſmodi dederit, quod factum erit omninò infirmabitur,& Eccleſiæ reſtituetur,cui Epiſcopus vel presbyter ordinatus fuerit.

Can. 16.

Quicunq; temerè & inconſiderate,nec Dei timorem prę oculis habentes, nec Eccleſiaſticum canonem ſcientes presbyteri vel diaconi, vel quicunque omninò in canone recenſentur, ab eccleſijs ſeceſſerint, ii in aliena Eccleſia nullo modo recipi debent, ſed omninò cogendi ſunt in ſuas ipſorum parochias redire:vel ſi perſeuerent, eos à cōmunione ſeparatos eſſe oportet. Sin autē etiàm auſus fuerit quiſpiam, eum qui ad alium pertinet ſurripere, & in Eccleſia ordinare,non conſentiēte proprio Epiſcopo, à quo receſſit qui in canone cēſetur, irrita ſit ordinario.

Can. 17.

Quoniam multi qui in canone recenſentur, plura habendi ſtudium & turpe lucrum perſequentes, diuinæ ſcripturæ obliti ſunt, quæ dicit, Argentum ſuum non dedit ad uſuram:& fœnerantes, centeſimas exigunt, æquum cenſuit ſancta & magna ſynodus,vt ſi quis inuentus fuerit poſt ſtatutum uſuras ex mutuo ſumere, vel eam rem aliter perſequi, vel * ſeſquialteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis quæſtus gratia,è clero deponatur, & ſit alienus à Canone.

Can.

Si quis autē nō vult ſubiectus eſſe etiàm poſt hanc definitionem, ceſſet eſſe diaconus.

Cap. 15.

Propter multas perturbationes, & frequentes tumultus ſeditionum; quæ fieri ſolent,placuit omnimodo iſtam abſcindi conſuetudinem, ſi cōtra regulam repertus fuerit in aliquibus partibus de ciuitate ad ciuitatem tranſire, vel epiſcopus,uel presbyter, vel diaconus,vel clericus. Si quis verò poſt hæc ſtatuta ſancti huius concilij, tale aliquid agere tentauerit, infringetur omni genere huiuſcemodi conat᷑,& reſtituetur propriæ eccleſiæ,in qua vel Eps̄ vel p̄sbyter,aut diaconus ordinatus eſt.

Cap. 16.

Si qui ſinè reſpectu agentes,& timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta ſcientes, receſſerint ab eccleſia ſua,ſiue presbyter,ſiue diaconus, uel ī quocunq; eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint, hi non debēt ſuſcipi in alia Eccleſia, ſed cum omni neceſſitate cogantur, ut redeant ad Eccleſiam ſuam. Quòd ſi permanſerint, excommunicare eos oportet.

Cap. 17.

Si quis auſus fuerit aliquē, qui ad alterum pertinet, ordinare in ſua Eccleſia, quum non habeat cōſenſum Epiſcopi ipſius, à quo receſſit clericus, irrita erit huiuſmodi ordinatio.

Cap. 18.

Quoniam multi clerici, auaritiæ cauſa turpia lucra ſectātes,obliti ſunt diuini præcepti quo dictum eſt, Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram: fœnerantes, centeſimas exigant, ſtatuit hoc ſanctum concilium: Si quis inuentus fuerit, poſt hanc definitionem,uſuras accipere, uel ex quolibet tali negocio turpia lucra ſectari,uel etiàm ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum dare, omnis qui tale aliquid commentatus fuerit ad quæſtum,abſcindatur à clero, & alienus ab eccleſiaſtico habeatur gradu.

14.q.4. Quoniā multi cle.

* ἡμιο- λιαν

¶ Porrò

Cap. 18.

Diſ. 93. Peruenit ad ſan.

Peruenit ad ſanctum magnúque concilium, quòd in quibuſdam locis & ciuitatibus, presbyteris gratiam ſacræ cõmunionis diaconi porrigant, quod nec regula, nec conſuetudo tradidit, vt ab his qui poteſtatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Chriſti corpus accipiant. Necnon & illud innotuit, quòd quidam diaconi ante epiſcopos oblata contingant. Hæc igitur omnia reſecentur, & in ſua diaconi menſura permaneant, ſcientes quòd epiſcoporum quidem miniſtri ſint, inferiores autem presbyteris habeantur. Per ordinem ergò poſt presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut epiſcopo aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio presbyterorum diaconis liceat: qa ſi hoc fiat, pręter regulã & ordinẽ probat exiſtere. Si quis aũt etiã poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

Infrà canone 20. Laodicenæ cõcilij.

CAN. 18.

Peruenit ad ſanctam ſynodum, quòd in nonnullis locis & ciuitatibus diaconi dant presbyteris Euchariſtiã, quod neque Canon, neque conſuetudo tradidit, vt qui offerendi poteſtatem non habet, ijs qui offerunt, dent corpus Chriſti. Iam verò illud etiàm cognitũ eſt, quòd iam quidam ex Diaconis etiàm ante Epiſcopos Euchariſtiam attingunt. Hæc ergò omnia auferantur, & diaconi intra ſuas menſuras permaneãt: ſcientes quòd ſunt quidem Epiſcopi miniſtri, presbyteris verò minores. Accipiant autem ſub ordine Euchariſtiam poſt presbyteros, eis præbente Epiſcopo vel presbytero. Sed nec in medio quidem presbyterorum liceat diaconis ſedere. id fit enim præter Canonẽ & ordinem. Si quis autem nõ vult obedire etiàm poſt has conſtitutiones, à diaconatu deſiſtat.

¶Porrò iu forma non habetur, niſi ab illo loco, Hæc igitur omnia. Et ſecundùm aliam tranſlationem habentur ſuprà pro cap. decimoquarto.

Cap. 19.

De Paulianiſtis ad Eccleſiam catholicam confugientibus definitio prolata eſt, vt baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore fuerint in clero, ſi quidem immaculati & irrepræhenſibiles inuenti fuerint, baptizati, ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ catholico. Quòd ſi diſcuſſio incongruos eos inuenerit, abijci tales conueniet. Similiter autem & de diaconiſſis, & omninò de his, qui ſub regula verſantur, hæc forma ſeruabitur. Meminimus autem de diaconiſſis, quę in eodem habitu eſſe probantur, quòd non habeant manũs impoſitionem, & ideò modis omnibus eas inter laicas deputari.

Can. 19.

De Paulianiſtis, qui deinde ad Eccleſiam confugerunt, ſtatutum eſt, vt ij omninò rebaptizentur. Si qui verò tempore præterito in clericorum numero erant, ſi quidem à culpa & repræhenſione alieni viſi fuerint, rebaptizati ordinẽtur à Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo. Si verò examinatio eos non eſſe aptos depræhendit, deponi eos oportet. Similiter autem & de diaconiſſis, & omninò de omnibus, qui inter clericos annumerantur, eadem forma ſeruabitur. Diaconiſſarum autem meminimus, quæ in habitu quidem cenſentur, quoniam nec vllam habent manuum impoſitionem, vt omninò inter laicos ipſæ connumerentur.

Cap. 19.

Si qui confugerint ad eccleſiã catholicã de Paulianiſtis & Cataphrygis, ſtatutum eſt, rebaptizari eos debere. Si qui verò clerici erãt apud eos, ſi quidẽ ículpati fuerint & irreprę henſibiles, baptizati etiàm ordinentur ab epiſcopo eccleſię catholicę. Si verò examinati, minùs fuerint apti depręhẽſi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa diaconiſſas, & de oĩbus, qui in clero inueniũtur, eadem forma ſeruabitur. Commemorauimus autẽ diaconiſſas, quæ in hoc ordine inuentæ ſunt, q̃ nec manũs impoſitionem aliquã habent, ità ut omni modo inter laicas habeantur. Similiter autem diaconiſſæ, quæ ĩ catholico canone non habentur, ſimili loco, id eſt, laicæ & tanquàm non conſecratæ, deputentur.

Cap. 20.

**cõcilio, à Paſcha vſque ad octauas Pẽtecoſtes, ſtantes.*

Quoniam ſunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, vt omnia in vniuerſis locis cõſonanter obſeruentur, placuit ſancto * concilio ſtantes, Domino vota perſoluere.

Can. 20.

Quoniam ſunt quidã, qui in die Dominico genu flectũt, & ipſis diebus Pentecoſtes, vt omnia ſimiliter in omni parochia ſeruentur, uiſum eſt Sanctæ Synodo, vt ſtantes Deo orationes effundant.

Cap. 20.

De conſ. diſ. 3. Q̃m ſunt.

Q̃m ſunt in Dominica diẽ quidã oratione genua flectentes, & in diebus Pẽtecoſtes, placuit de hoc ſanctę & magnæ Synodo, cũctos in oĩbus locis conſonanter & conſentienter ſtantes Dominũ orare debere.

NICAE-

NICAENVM CONCILIVM
PRIMVM GENERALE,
PER ALPHONSVM PISANVM, SOCIETATIS IESV COLLECTVM, & in quatuor libros diſtinctum.

Ex Præfatione ALPHONSI PISANI *Presbyteri* SOCIETATIS IESV.

AD REGEM POLONIÆ STEPHANVM PRIMVM.

PVERAT Concilium Nicænum ſub Conſtantino primo Imperatore aduerſus impios Sanctæ Trinitatis abnegatores celebratũ. Sed imperante paulò poſt Conſtantio, quem Ariani prodito Conſtantini teſtamento in ſuas partes pertraxerant, tanta exarſit aduerſus orthodoxam Eccleſiam perſecutio, vt, viuente adhuc Athanaſio, Nicænæ Synodi libri paſſim combuſti fuerint; & poſt non longum tẽpus, neque Acta, neque Canones eiuſdem Concilii extarent: quos octoginta primum ediderant Sancti Patres, deinde ad numerum ſeptuaginta redegerant: exceptis viginti, qui conſentientibus ipſis Arianis ad noſtra tempora vſque conſeruati ſunt. Cum autem Eccleſiæ neceſſitas noſtro tempore id poſtulare videretur, vt veterum Conciliorum monumẽta integra permanerent, & deliteſcentia in lucem ederentur, ante aliquot annos, dum Dilingæ in Sueuia Theologia docerem, ad id animum adieci, & Chriſto duce perfeci, vt hinc inde ex ſanctorum Patrum monumentis, Acta, & Canones ſeptuaginta eius Concilii, quaſi ex naufragio colligerẽ. Cumque collectanea illa edita fuiſſent, contigit, vt Romam me proficiſci oporteret, vbi ex Bibliotheca Vaticana beneficio Illuſtriſſimi Cardinalis Sirleti nactus ſum exẽplar Grçcum, in quo continebantur ea, quamuis, vt arbitror, nõ omnia, quæ in eo Concilio aduerſus Arianos diſputata ſunt. Quare profecturus poſteà in regiones Maieſt. tuæ ſubiectas, ad quas me maiorũ meorum auctoritas delegabat: Diſputationes illas Niceæ habitas, in Latinum verti, & adiunctis aliis ad eundem ſcopum pertinentibus, totum Concilium in quatuor libros diſtinxi. Quorum primus ea cõtinet, quæ ad Concilium quidem pertinent, ſed ipſum præceſſerunt. Secundus acta in Concilio, vt diſputationes, & alia quædam ante decretorum conſtitutionem. Tertius decreta Concilii cõplectitur, octoginta ſcilicet Canones ex Arabico exemplari, de quo poſtea, & ex Græco διατυπώσεις, & ſimilia. Quartus, quæ ad Concilium quidem ſpectant, ſed Canonum conſtitutionem ſubſecuta ſunt.

exticiſſe, &c.

Ex duobus itaque codicibus potiſſimum deſumpta ſunt, quæ in hoc volumine continentur, Altero Græco, Arabico altero. Codex Græcus erat Vaticanus ille, de quo ſuperius iam aliquid diximus. Eius auctor in ſua Præfatione ſignificat, ſe vixiſſe circa tempus Baſiliſci Imperatoris, & hiſtoriam ſuam ex antiquiſſimis membranis Dalmatii Archiepiſcopi Cyziceni collegiſſe. Cuius Dalmatii videtur meminiſſe Socrates libro 7. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 28. interprete Chriſtophorſono, dum ſub Theodoſio iuniori geſta deſcribit. Ex hoc Græco auctore Acta Concilii habemus, & nominatim diſputationes ab Epiſcopis Catholicis, cum Philoſophis Ario fauentibus Niceæ habitas. Ex eodem etiã ſunt Diatypoſes Græcè appellatæ, ex quibus vnã atque alterã, de Baptiſmo ſcilicet,

&

& Euchariſtia citauit aliquando Cuthebertus Tonſtallus, in Angliæ Epiſcopus, in libro de veritate corporis & ſanguinis Domini. Huius Græci Codicis auctoritatẽ cõfirmat cõſenſus, cũ alijs Scriptorib. Eccleſiaſticis, quos ſubinde in margine indicauimus: quales ſunt Ruffinus, & Grçci, qui Eccleſiaſticã hiſtoriã ediderũt, & Baſilius in oratione aduerſus eos, qui calũniantur, ꝙ tres Deos ſtatuamus.

Arabicum Codicem ex Alexandria Aegypti, Romam attulit, & in Latinum vertit Baptiſta Romanus Presbyter, Societatis Ieſu, cùm ad Alexandrinum Patriarcham, ipſum ad Concilium Tridentinum inuitaturus, à Pio Quarto ſummo Pontifice miſſus fuiſſet. Non continebat exemplar illud acta Concilij, ſed tantum Canones Nicænos; pleniſſimo tamen numero, nempè octoginta. Ad numerum tamen Septuaginta, poſteà Nicænos omnes Canones redactos fuiſſe, teſtis eſt Athanaſius. ſed id factum eſt Canonum diſtinctionibus duntaxat mutatis, ita vt prioribus octoginta nihil fuerit detractum. Extabat etiam Arabicum exemplar, in Bibliotheca Marcelli Secundi, Romani Pontificis, quod citauit Franciſcus Turrianus, in libro de dogmaticis characteribus: qui etiam meminit noſtri Arabici allati ex Alexandria, & alibi, & in libro de Põtificum decretalibus epiſtolis. Continebat hoc Arabicum exemplar, omnes viginti vulgatos Canones, etſi ordine alio diſpoſitos, primo ſolum excepto. Continebat etiam multa ad Eccleſiaſticam Hierarchiam pertinentia, & ſingulorum in ea graduum poteſtatem, atque officium deſignantia; & quædam ex ijs, quæ Iulius Primus, Epiſt. 2. tanquàm Nicena olim citauit, quædam etiã ex iis, quæ in Concilio Antiocheno repetuntur. Alia verò, quæ Iulius propoſuit, in Concilio Sardicenſi denuò fuerunt inculcata. Quæ omnia nos huic noſtro volumini inſeruimus. Quod ſi 20. vulgati Nicæni canones ideò initio recepti fuerunt, quod ex Alexandria & Cõſtantinopoli poſt Arianorum furorem miſſæ fuerint; Diatypoſes, & Canones, quos hic proponimus, non erunt reiiciendi, ſi quidem eos Roma & Alexandria vel Cyzicum tradiderunt. Adiecimus præterea ſubinde alia ex aliis Auctoribus; qualia ſunt, Præfatio Concilii partim ex Iſidoro, partim ex Conciliorum Tomis: De Prædictionibus Hæreſeos Arianæ ex vita S. Antonii, & S. Petri Epiſcopi Alexandrini, & de Meletio, Ario, Paphnutió potiſſimum ex Epiphanii libro aduerſus Hæreſes. Item de numero Canonum Nicænorum ex Iſidoro, & ex Epiſtola Athanaſij, ad Marcum Romanum Pontificem, & Marci ad Athanaſium, & ex Gratiano capite, Septuaginta, Diſtinctione 16. Canones viginti vulgatos ex Concilio Carthaginenſi ſexto adiecimus, & Canones Nicænos viginti quatuor, ex Epiſtola 2. Iulii Primi Romani Pontificis, & alios quoſdam ex Concilio Sardicenſi, & Antiocheno. Ad hæc ſubſcriptiones Epiſcoporum ex Tomis Conciliorum, & quibuſdam aliis auctoribus mutuati ſumus, quemadmodũ & Epiſtolam Concilii ad S. Sylueſtrum Papam, & S. Sylueſtri ad Concilium. Poſtremò alia nonnulla ex idoneis auctoribus petita, quę ſuis locis inſerta lector inueniet, vt in fine libri quædã de laudibus Nicænorum Patrum ex Gregorio Cappadociæ Presbytero, & e Metaphraſte. Cæterùm quòd ex Athanaſio nihil magni momenti, præter pauca quædam teſtimonia, huc tranſtulerimus, in cauſa fuit, quòd inter Athanaſij opera, quamuis tres extent Tractatus, qui decreta Nicæna, & acta in Concilio inter Athanaſium, & Arium Hæreſiarcham continere videantur, res tamen longè aliter ſe habet. Vna enim eſt diſputatio Athanaſij cũ Ario ſub Conſtantio Imperatore filio Conſtantini, coram Probo Iudice Gentili Laodiceæ habita. Atque hæc creditur compoſita à S. Vigilio Epiſcopo Tridentino, eo Conſilio, vt intelligeretur, Catholicam fidem, vel Ethnico iudice, Arianica perfidia, eſſe potiorem. Altera eſt diſputatiò Athanaſij apud quoſdam amicos, cùm fortè adfuiſſet quidam ex radice Arij, vt ibidem legitur, qui tamen etiam vocatur Arius: & fortè eſt Arius alter, cuius meminit Alexander Alexandrinus Epiſcop. in literis depoſitionis Arii hæreſiarchæ. Tertius Tractatus, qui titulum pręfert decretorũ Nicęnorum, eſt Apologia pro Concilio Nicęno, &c.

Extitiſſe porrò integrũ Cõciliũ Nicęnũ, Armenica lingua, apud Regẽ Armeniorũ, ante 306. an. indicat Epiſt. Gregorij X. ad eũdẽ Regẽ, quę manuſcripta extat apud Card. Sirletũ, qua illud ſibi mitti rogat, cũ iã indixiſſet Cõc. Lugdunẽſe.

DE

DE NICÆA OPPIDO EX STRABONE, Lib. 12.

INTELLIGENDVM eſt, complures fuiſſe huius nominis, & florentiſsimas Ciuitates. Nos de illa videlicet loquimur, quæ eſt in Bithynia, eius Prouinciæ caput. Qua de re Strabo in Geographicis comme-minit ad hũc modum Nicæa Bithyniæ Metropolis iuxta lacum Aſcanium eſt, & campus ingens, & valdè fœlix circumſtat, æſtate non admodum ſalubris. Eam primo Antigonus condidit Philippi filius, & Antigoniam nominauit. Poſteà Lyſimachus eam ab vxoris nomine, filiæ Antipatri, Nicæam appellauit. Vrbis ambitus eſt ſtadiorum ſedecim, in figura quadrata, quæ in campo ſita portas quatuor habet ad rectos angulos, & in munitionem exciſa. Quare ex vno lapide, qui circa mediũ Gymnaſium poſitus eſt, omnes quatuor portę cernuntur.

DE TEMPORE CONCILII NICÆNI PRIMI
Generalis, ex Chronico Euſebii Cæſarienſis, cognomento Pamphili.

ANNO Domini 323. Alexandrinæ Eccleſiæ, decimus octauus ordinatur Epiſcopus Alexander, à quo Arius Presbyter de Eccleſia eiectus, multos ſuæ impietati ſociat. Ad quam perfidiam coarguendam Synodus CCCXVIII. Epiſcoporum in Nicæam vrbem Bithyniæ congregata, omnes Hæreticorum machinas homouſij oppoſitione deiecit. Anno Domini 324. Olympiade 275. Et fuit Synodus prima. Arium prius de Eccleſia eiecerat Petrus martyr, ſed ſucceſſor Achillas denuò illum receperat.

DE EODEM EX NICEPHORO CALLISTO,
lib. 8. Hiſt. Eccleſiaſt. Cap. 26.

TEMPVS Synodi, ſicut inuenimus in menſis Maij vndecimum diem, Indictionem XXIII. & conſulatum Paulini & Iuliani incidit. Qui annus 636. ab Alexandri Macedonis regno fuit, viceſimus vero imperij Conſtantini, ex quo rerum in Britannia potiri cępit. Tertiusdecimus porrò, ex quo Bizantium venit Synodus verò ipſa Nicææ annis tribus, & paulò longiùs eſt acta.

CODEX GRÆCVS HVNC PRÆFIXVM
habet titulum & ſequentem Præfationem.

Commentarius geſtorum in Sancta Nicana Synodo.

QVAE in ſancta, magna, & vniuerſali Epiſcoporum Synodo, Nicææ cõgregata, ex omnibus, vt ita dicatur, Romani orbis Prouinciis, & ex Perſide, per Dei gratiam, atque Deo amabilis, & pii Regis noſtri Conſtantini præceptum, pro Apoſtolica, & Orthodoxa fide, aduerſus praua & impia dogmata cum Deo pugnantis Arii, omnia, inquam, in illa præclara & ſancta Synodo, dicta, facta, & ordinata, cum dudum, adhuc in paterna domo agẽs legiſsẽ, poſtquam illa inueneram in antiquiſsimo libro, in membranis prorſus integris deſcripta, quas fecerat diuinus ac fama celebris Dalmatius, qui fuit in illuſtri Cyzicenorũ Metropoli ſanctæ atque Catholicæ Eccleſię Archiepiſcopus, (peruenerã autẽ aliquando ad familiæ meæ dominũ, parentẽ dico meum ſecundum

carnem,

Cum legis Presbyterum geniſſe, memineris hoc fieri potuiſſe ante ordines ſuſceptos.

carnem, qui ſanctiſſimæ eiuſdem Eccleſiæ Presbyterio dignus habitus eſt) in quem librum cùm incidiſſem, & in eo me multum exercuiſſem: memoriter quidem omnia retinere non poteram (nemo etenim immẽſum illud in eo libro repoſitorum pelagus in memoriæ ſpacio conſeruare poſſet) plurima tamen annotaui, & ſanctorum noſtrorum patrum, ac ſanæ doctrinæ Epiſcoporũ dogmata, & quæ ijdem aduerſus Ariomanitas obiecerunt, & expreſſas redargutiones aduerſus illam blaſphemiam, qua impij contra filium Dei, nõ ſolum autem, ſed & contra Spiritum ſanctum blaſphemabant, & conductiorum Arij Philoſophorum, aduerſus Epiſcopos cõtradictiones, & noſtrorum aduerſus illornm ſophiſmata, per expreſſa documenta, manifeſtas ſolutiones, & de eius, qui non habet initium, ſed ſemper cum Deo & Patre ſubſiſtit, filij eius, & Spiritus ſancti ante ſæcula vna diuinitate, & de eiuſdem filij Dei, Dei verbi, in nouiſſimis temporibus, pro ſalute noſtra, ex Deipara virgine Maria ineffabili incarnatione, & de Apoſtolicis Eccleſiæ diatypoſibus, totam ſimpliciter ibidem habitam tractationem hiſtoricè retuli: ſed præ cæteris fideliſſimi Regis Conſtantini, qui in Synodo reſidebat, diuinis & verè Apoſtolicis ſententijs, quæ in prædicto ſacro libro continebantur, ſum delectatus, ut poſſim ad Dominum dicere: Dulcia ſunt gutturi meo eloquia tua, & ſuper mel ori meo. Tanta ſum admiratione correptus in his, q̃ ibi ſcripta erant de immaculata, illibata, orthodoxa, & Apoſtolica fide.

Poſt aliquot autem annos, cum per voluntatem Dei huc perueniſſem, in Prouinciam dico Bithynorum: & commotio atque inquiſitio magna fieret poſt impij Baſilici tyrannidem, aduerſus Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam Dei, & fidem Apoſtolicam in ea conſtitutam: ſuccedente potiſſimum, atque Imperatoris aulam commouente factione illorum, qui hæretico Eutychi conſentiebant: qui & nobis ſubdole proponebant, vt fidem Patrum, Nicænam, inquam, teneremus: illi quidem à nobis confutati ſunt, quippè, qui eius fidei hoſtes erant (neq; enim ſciebant, quid dicerent, aut de quibus affirmarent. proferẽte enim me, quæ in illa ſancta Orthodoxorum Dei Sacerdotum corona, in Spiritu ſancto à domino per eos fuerant explicata: reſiliebant à nobis, peiorem Ariana, blaſphemiam, lingua ſua proferentes, & miſeri Anathematiſmum iacẽtes aduerſus ea, quæ ibidem ſunt definita, & aduerſus eadem ita ſentientes) propter hæc & alia multa, quæ mouebantur aduerſus fidem in ſancta matre noſtra Eccleſia, per ſanctos Apoſtolos ab intio conſtitutam, deinde etiam à ſanctis noſtris Patribus Nicææ congregatis, magnam omninò & vbique diligentiam adhibui, hoc eſt, hæc & illa moui: vt perueſtigarem, quæ in illa ſancta Synodo geſta ſunt, pro ſanctæ & Apoſtolicæ fidei definitione: ſed ab ipſo noſtrum omnium Saluatore ac Deo Ieſu Chriſto, Dei viuentis filio; qui poſt magnam illam ſui in carnem aduentus diſpenſationem, ipſe, ſicut ſcriptum eſt, mangum veræ pietatis ſacramentum, cum manifeſtatus eſſet in carne, ac Angelis apparuiſſet, (neque enim ſi incarnatus non fuiſſet vnigenitus, in ſua diuinitate ab Angelis videri poterat) cum omnia, quæ ad œconomiam ſpectabant, conſummaſſet, voluntariam, ſcilicet pro nobis paſſionem, ſepulturam, & reſurrectionem, in illa ſancta & omni labe carente carente carne ſua, per quam genus noſtrum à morte liberauerat: ſecedens & in cœlum aſcendens huius ſanctæ & immaculatæ fidei, diuinam & adorandam definitionem, per ſemetipſum ſtabiliuit, ac fortiter intonuit, ſicut ſcriptum eſt: Dominus in cœlos aſcendit, & intonuit. & alibi: Intonuit de cœlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam. Et quis intonuit, qualemve vocem dedit altiſſimus? Euntes, inquit, loquens Apoſtolis docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Intellige videri nõ potuiſſe ab Angelis per eorum vires naturales.

Et quamuis propter ſuam erga homines charitatẽ, noſtram carnem cum anima & ratione ſuſcepit, ex honeſtiſſima & Sancta virgine Maria: illa tamen carnis aſſumptio Trinitati, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nullam fecit additionẽ: ſed Trinitas manet Trinitas. Euntes igitur, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Hanc ſanctam & adorandam, ſanctæ

& immaculatæ fidei definitionem ab ipſo Domino accipientes S. Apoſtoli, toti ſub cœlo Dei Eccleſiæ prædicauerunt: ut ita propheticum eloquium impleretur, quo dicitur: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ, verba eorum. Quam definitionem & adorandam gratiam nobis per Sanctos Apoſtolos à Dei filio conceſſam, cum pluribus iam annis Eccleſiæ perſecutio ceſſaſſet, noſtræ ſalutis hoſtis iterum per Arium, contra ſanctam & irreprehenſibilem fidem armatus eſt, peregrina quædam & blaſphema verba contra ipſum Saluatorem introducens, per quę in toto vniuerſo Eccleſiam Dei perturbauit. Quam ob cauſam fideliſſimus Rex Conſtantinus numeroſam illam in ciuitate Nicæa Synodum congregauit: cuius geſta, omnia, cum, vt ſupra dixi, prius cognouiſſem, & perſcrutatus fuiſſem: vix tamen, quæ ibidem tractata ſunt, atque conſcripta, expreſſa inuenire potui apud diuerſos quoſdam viros diſciplinarum ſtudioſos, vt in valdè antiquis quaternionibus Ioannis cuiuſdam presbyteri, viri ſenis, & vt ita dicam, ſcribaciſſimi.

Neque tamen omnia inde habui: ſed ex alijs etiam Scriptoribus varijs, vt ex Euſebio Pamphili Epiſcopo Cæſareæ, atque Ruffino Romano Presbytero, & ex alijs, qui ſanctæ illi Synodo communicarunt, & alijs plurimis. Neque harmoniæ totius conſequentiam inueni in ſacro illo Codice, in quem incideram, vt ſuperius à me annotatum eſt. Solus enim admirabilis Euſebius Pamphili recto itinere publicam viam veritatis, ab aduentu Domini, vſque ad magni Conſtantini tempora peragrauit. Sed neque omnia inuenire potui, præter mihi nota, & veritatis propria, ſecundum illud volumen, quod ego prius legeram. Ex vtriſque autem colligens neceſſarium exiſtimaui, illa in hoc libro deſcribere ad cōmunem vtilitatem, atq; confirmationē eorū, qui in hac ſcripta fortè inciderint.

Exordiatur ergo mihi deinceps ſermo, ducente me, atque viam parante ſemper viuente Deo verbo, à temporibus regni piiſſimi, Chriſtumque in ſe gerentis Conſtantinini, qui Synodum Epiſcoporum in ciuitate Nicæa congregari præcepit. In alio enim Commentario, ſi dominus voluerit, natiuitatem eiuſdem piiſſimi Conſtantini, ac ſtatum temporum, quibus pater eius regnauit, ordine referam.

(Poſt hanc præfationem per 12. capita primo libro proſequitur auctor Græcus geſta Conſtantini, ante Concilium, quæ quia nihil faciunt ad noſtrum inſtitutum, omittere viſum eſt, & proponere Lectori, ſecundùm eiuſdem Auctoris librum, qui ſeptuplo ferè maior eſt priori. Cuius ſecundi libri prima pars, primum huius noſtri voluminis librum ferè totum in ſe complectitur. Sed prius Latinam aliam in Concilium Nicænum Præfationem adſcribemus.)

PRAEFATIO IN CONCILIVM NICAENVM
partim ex Iſidoro, partim ex Tomis Conciliorum.

Mēſis ſupra erat Mai°, ſed potuit in Maio primum congregari Conciliū, & poſtea ſ Iunio ſolēniter incipere.

BEATISSIMO Syluestro in vrbe Roma, Apoſtolicæ Sedis Antiſtite, Conſtantino Auguſto, & Licinio Cæſare, conſulatu Paulini & Iuliani virorum clariſſimorum, ab Alexādro, 366. Anno, Mēſe Iunio, decimotertio kalendas Iulij, propter inſurgentes Hæreſes, fides Catholica expoſita eſt, apud Nicæam Bithyniæ, quam ſancta & Reuerendiſſima Romana complectitur, & veneratur Eccleſia. Quippè quam trecenti decem & octo Patres, mediātibus Victore, atque Vincentio, Religioſiſſimis Romanæ ſedis Presbyteris, inſpirante Deo, ad deſtruenda Arij venena protulerunt. Nam & nonnullæ regulæ ſunt, quas memorata ſuſcipiens confirmauit eccleſia.

Tantò ſanè certiùs ac ſacratius nobis eſſe debet hoc Concilium, quantò contentioſiùs olim orbis Chriſtianus varijs propter ipſum concuſſus eſt tumultibus & diſſidijs, dum contra illud inſurgeret totis conatibus mundi dominus Imperator Conſtantius Auguſtus, Conſtantini Maximi filius. Cōgregans enim multa & numeroſa Epiſcoporum concilia, iam in Oriente, iam in Occidente, quibus

Acta

Acta ſacratiſsima huius concilij reſcinderet, in eam poſtremò anguſtiam redegit Eccleſiam catholicam, vt in tribus tantum Epiſcopis aſſertio eius fidei conſiſtere videretur, teſte Hieronymo, in Athanaſio videlicet Alexãdrino, Hilárioq; Pictauienſi & Romano Põtifice Liberio. Hos tamen ille ſic exagitauit exilijs, & perſecutionibus, vt Liberius fractus tandem ærumnis, in ſententiam impij Principis, dum reſtitueretur, ceſſiſſe (quamuis falsò) ſit à quibuſdam iudicatus. Niſi igitur in ſolidiſſima fidei petra (ſupra quam Eccleſiam ſuam extruxit Chriſtus) fuiſſent Decreta, & huius concilij Acta per Spiritum ſanctũ fundata; præualuiſſent vtique tam præpotentes illæ inferorum portæ, quæ ſæpè trecentorum & amplius Epiſcoporum ſubſcriptionibus per varia Concilia, Mediolani, Arimini, Sirmij, Seleuciæ, Antiochiæ, &c. à Conſtantino Auguſto conuocata, ſacroſanctam huius Concilij fidem, abolere nitebantur, id quod ex hiſtorijs Eccleſiaſtica & Tripartita notiſſimũ eſt. Quanta igitur exiſtimari debet Nicænæ fidei firmitas & certitudo, quam neque potentia & verſutia Conſtantij Auguſti, neque ingenium, & Apoſtaticum Iuliani Imperatoris odium, neque decem, & amplius concilia numeroſa ſubſcribentium Epiſcoporum, nec item Valentis Auguſti, & Iuſtinæ Auguſtæ, impij conatus, nec denique tot populorum, barbararumque in Gotthis, Vandalisq; gentium ſæuæ impugnationes euertere, atque abolere potuerunt? Nam quia fundata erat ſupra firmam petram, ideò nec pluuiæ ſubſcriptionum Epiſcopalium, nec flumina popularium vexationum, nec ſæui perſecutionum Imperialium, Regaliumq; venti in domum iſtam irruentes, eam euertere valuerunt. Stetit immota illius fidei veritas, atque inuicta auctoritas, dum tot, tantisque quaſſaretur Hęreticorum turbinibus & procellis. Permanſit deinde in quieta poſſeſſione annis plus mille, ad hæc vſque tempora periculoſa, in quibus audax impietas, huius quoque Concilij, vt omnium pia inſtituta, ſuggillare non formidat: dum alius ordines Sacròs, alius homouſij vocabulum contẽnit, & odit. Sed facilè ſuſtinebit hos nouorum hoſtium impetus, & incurſus Synodus illa tot iam ſęculis firmiſſimè radicata, & per verbũ Domini, cui nititur, in ęternum permanſura: quicquid in illam dicant, agantque audaces apoſtatę. Sic enim publica lege, ante mille & centum annos de ea ſtatuerũt pij Principes, Gratianus, Valentinianus & Theodoſius. Arceantur cunctorum Hæreticorum ab illicitis congregationibus turbę, & vnius, & ſummi Dei nomen vbique celebretur: Nicęnę fidei dudũ à maioribus traditę, & diuinę religionis teſtimonio, atq; aſſertione firmatæ obſeruantia ſemper manſura teneat. Religiosè autem obſeruat numerum Epiſcoporũ, qui huic interfuerunt Synodo, Diuus Hilarius, in eo, quẽ ad Germanię Galliarumq; Epiſcopos ſcripſit, tractatu. Et mihi quidem, inquit, ipſe ille numerus Sanctus eſt, in quo Abraham victor Regum impiorum ab eo, qui ęterni Sacerdotii eſt forma, benedicitur. Cęterum de numero Nicænorum Canonum, & occaſione cogendi Concilii, ſequentes libri copioſiùs docebunt.

Margin notes: μιώσις, plures.n. fuerunt, ſed hi tres inter oẽs eminuerunt. — De Sũma Trinitate & fide Catholica, lib. 2.

SINGVLORVM LIBRORVM ARGVMENTA.

Primus liber continet, quæ ad Concilium quidem pertinent, ſed ipſum præceſſerunt.
Secundus, Acta in Concilio, vt diſputationes, & alia quædam ante decretorum conſtitutionem.
Tertius complectitur decreta Concilij, 80. ſcilicet Canones ex Arabico, & ex Græco διατυπώσεις.
Quartus, quæ ad Concilium quidem ſpectant, ſed Canonum conſtitutionem ſubſequuta ſunt.

Hæc quatuor librorum diſtinctio, prȩter quàm quòd ſeries ipſa rerum nos ad eam ducit, conuenit cum Iſidoro, qui volumen Nicęni Concilij, quatuor Euangeliorum magnitudinem ęquaſſe teſtatus eſt.

PRIMVS LIBER DE ACTIS QVAE CONCILIVM ANTECESSERVNT, EX GRAECO VATICANO CODICE.

DE GESTIS POST SVBLATVM impium Licinium, & de Imperio Regis Conſtantini, & de pace Eccleſiarum Dei.

CONSTANTINVS cũ omniũ victor euaſiſſet, per prudentiã ſibi à Deo datam ſe Imperatorẽ eſſe oſtendens, quæ Chriſtianorum erant, augere in dies magis ac magis curabat. Id autem faciebat varijs modis, ignitam habens fidẽ, & innatam in Deum vniuerſorũ fideliſſimam pietatẽ, & tota ſub cęlo Eccleſia in profunda pace verſabatur. Audiamus iam, quid hic dicat pulcherrimus Eccleſiaſticæ agriculturæ Arator, Euſebius, à celeberrimo Pamphilo cognominatus. Licinius quidem, ait lib. 10. quæ impijs iam dudum tyrannis obtigiſſe oculis aſpexiſſet, eadem pari ratione cum illis perpeſſus eſt: idq; merito. Nam neq; diſciplinã admittere voluit, neq; proximorũ flagellis admonitus ſapere aliquando didicit. Perſimilem igitur cũ illis impietatis viã perſecutus, ad perſimile etiã cũ eiſdẽ calamitatis præcipitium, non ſine cauſa ruit. Atq; iſte hoc modo tandẽ perculſus, & profligatus decubuit. Cõſtantinus autẽ Victor omni genere pietatis ornatus, vnà cũ filio Criſpo Imperatore Deo chariſſimo, & patris rebus in omnibus ſimili, Orientẽ in ſuã redegit poteſtatẽ: atq; Romanorũ Imperiũ, ſicut iã olim fuerat, in vnũ redegit, & regnũ vniuerſum à ſole oriente vndiq; ad extremas Occidentis oras, & ad alteras vtraſq; mundi plagas, Boream pariter, & meridiem, cũ tranquilla pace obtinuit. Proinde metus tyrannidis, qua ante premebantur, tũ ex hominum vita prorſus ſublatus fuit. Tunc frequentes conuentus acti, cùm feſti dies celebrati, tunc omnia lætitia redundarunt. Tunc qui ante demiſſa & contracta fronte erant, hilari vultu, & læto oculorũ obtutu aſpexerunt, tunc choreis, tum hymnis, tam per ſingulas ciuitates, quàm per agros, primùm Deum omniũ ſummum regẽ eſſe, huncq; reuera eſſe, prædicarunt; deinde pium Imperatorẽ ac liberos Deo in primis charos laudibus extulerunt. Tunc veterum nulla recordatio malorũ, tunc omnis impietatis obliuio, tunc ſuauis præſentium bonorũ vſus & oblectatio, tunc iucunda expectatio futurorum; tunc deniq; nõ decreta ſolùm Imperatoris, victoris illuſtriſſimi, plena humanitatis plena clementiæ, verum etiã leges eximia Magnificentiæ illius, & verę pietatis indicia complectentes, in locis quibuſq; diuulgatę. Sic ergo peſtifera totius tyrannidis labe purgata, deletaq;. Conſtantinus ſolum, & liberi, imperij, iure ad ipſos pertinentis gubernacula, auctoritate & præſidia firma, inuidiæ ac metus expertia deinceps poſſederunt.

Cap. vlti. Chriſtophorſono interprete.

Hactenus veterũ Eccleſiaſticorũ ſcriptorũ fide digniſſimus Euſebius Pamphili, qui magnos adhibens conatus, atq; perſcrutans, & ex his, quæ ſimpliciter ſe habebant, congruã partium menſurã conficiens, decẽ integris libris hiſtoriã nobis Eccleſiaſticã perfectã reliquit: incipiens ab aduentu Domini, deſinens autẽ in hæc tempora non ſine labore. Quomodo enim aliter fieri poterat ab eo, qui tantã curã ſuſceperat, vt taliũ collectaneorũ Armontaui nobis conſeruaret? Sed vt paulò ante dicebã, magnũ adhibens ſtudiũ, & immenſam laboris abundantiã. Nemo autẽ arbitretur, virũ hunc ex his, quæ de illo fama feruntur, quaſi Arij blaſphemiæ cõſenſerit, ſed credat, ſi quæ protulit, aut ſcripſit, aliquantulũ Ariũ inſinuantia, nõ ea iuxta impiũ Arij ſenſum, ſed ex nõ ſuperuacua ſimplicitate teſtatũ eſſe, vt ipſe in libro Apologetico, quẽ ad orthodoxos omnes Epiſcopos miſit, plenius probauit. Veracẽ autem reddet hominẽ, quicunq; prudens cõſideret, quo tẽpore ille vixit, & ex illo aſtruat, nondum illa quæ ſunt Arij, eo tempore fuiſſe audita. Demonſtrabunt verò idem ipſius in Synodo Nicæna contra impietatem Arij pro Apoſtolica & Orthodoxa fide certamina.

(*Hic quidẽ Græcus author Euſebiũ Pamphili non putat Arianũ, quod tamen putat Nicephorus etiam Græcus, alij prius dubitaſſe, poſtea reſipuiſſe credunt: ſunt qui inter Sanctos Martyrologijs etiã illum inſerunt, nos cum Gelaſio cap. Sancta Romana, eum propter antiquitatis cognitionem legimus potius, quàm laudamus, quippe qui quædã habet ſuſpecta, imò & falſa, vt quod baptizatus fuerit Conſtantinus in fine vitæ ſuæ Nicomediæ, nõ Romę in principio Imperij ſui, cõtra Nicephorũ & Metaphraſtem, & alios authores etiã Græcos,*) ſed ad Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ordinẽ reuertamur.

Socr. item li. 2. c. 10. purgat ab Arianiſmo.

Cùm igitur per vniuerſum orbem Eccleſia Chriſti Saluatoris noſtri profunda pace gauderet, quam Deus vniuerſorum Rex ei parauerat per ſeruum ſuum Conſtantinum, eiuſque filios: poſt diuini Petri Martyrium, qui fuit Epiſcopus Eccleſiæ Alexandrinæ, & in ipſo martyrio fuit conſummatus, & incorrupta ſui certaminis corona redimitus: vidua remanſit Eccleſia illa per vnum annũ. Tranſacto autem anno, ordinatur in ſede S. Martyris Petri Achillas, vir grauis, magnanimus ac ſanctè prudens, religioneq; pariter, ac ſapientia

tia

tia maxima ornatus, vt nobis antiqui, atq; omnis carentes errore Commẽtarij referunt. Qui multa prius exhortatus ſuſcepit Ariũ in ordinem Diaconorũ. Cùm autẽ hic menſibus tantum quinque ſuperuixiſſet, ſuſcipit ſacerdotij principatũ ibidẽ, in Alexandrina, ſcilicet Eccleſia, Alexander, vir in omni prorſus eccleſiæ clero, ac populo venerandus, magnificus, facilis ad impertiendũ, felix, benignus, Dei amator & hominũ, etiam pauperũ, bonus, & manſuetus ad omnes, ſi quis alius, qui & ipſe Ariũ proximum ſibi presbyterum conſtituit. [*Reſtitutum fuiſſe oportet ab Achilla Arium ad Diaconatus miniſterium, & ab Alexandro in presbyterium, à quo tũ depoſitus: S. Petrus Martyr, & Epiſcopus Alexãdrinus, vt docetur infrà.*)

Poſt hæc, Eccleſiarum pace quotidie magis ac magis refulgente, & in vno conſenſu permanente, nec non in ſanctorum Martyrum præmijs vbique gloriante, non ferens in Diabolus tantũ fideliſſimi Eccleſiæ populi in cœleſti erga Deum fiducia incrementũ, iterum, per quandam eorũ, qui in Eccleſia erant, contentionem, turbas excitat.

DE PRÆDICTIONIBVS HÆREſeos Arianæ ex Athanaſio in vita S. Antonij, Euagrio interprete, & ex Martyrio S. Petri, Epiſcopi Alexandrini, interprete, vt creditur, Anaſtaſio Bibliothecario.

SANCTA tunc apud cunctos Antonij flagrabat opinio, ita vt eius ſe filios cuperent nominari. Magna etenim cum aduenientibus affabilitas, omnium in ſe ſtudium cõuerterat. Poſtquàm autem gentiles confutati, Reges admoniti, fratres ab eo ſunt conſolatione releuati, ad interiorem montem, & ad rigorem ſolitum regreſſus eſt: ibique ſæpè cùm introeuntibus deambulans, ac reſidens ſtupebat, ſicuti in Daniele ſcriptum eſt: & interiectis horarum ſpacijs, conſequentia reſpondebat, vt intelligeretur aliqua, reuelationis vidiſſe ſecreta. Nam in monte poſitus, ea, quæ in Aegypto longè gerebantur, præuidens, Epiſcopo Serapioni ibi conſtituto narrauit. Lamentabilis ſequitur viſio, & omni lachrymarum fonte plangẽda. Cùm enim fratribus circa ſe ſedentibus operaretur, intentè fixit oculos in cœlum, gemens atque ſuſpirans, & poſt aliquantum ſpacium reuelationis inceptæ, nimio dolore contremuit, & ſtatim fixis genibus, ante Dei vultum prouolutus orauit, vt clementia ſua futurum ſcelus auerteret. Succedunt orationi lachrymæ, metus ingens inuadit præſentes: obſecrant, vt tantæ calamitatis exponeret viſionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & medio conatu ſermo gemitu interrumpitur. Vix tamen cum vociferatione luctuoſa air: Melius erat (ô filioli) impendens piaculũ cita morte locari. Sic incipiens rurſus lachrymis vincitur, & inter ægra ſuſpiria tandẽ pectori commodans vocẽ: magnũ, inquit, quoddã, & inuetſis ſęculis inauditũ imminet nefas. Magno fides catholica turbine ſubuertetur, & homines iumentis ſimiles Chriſti ſancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorũ circundatũ multitudine, qui crebris calciũ ictibus omnia diſſipabant. Hæc eſt cauſa gemituum meorũ, quos audiſtis. Et facta eſt vox Domini, dicens: Abominabitur altare meum, nec mora, viſionem ſequitur effectus. Nam poſt annos duos ſæua Arianorum erupit inſania. Tunc Eccleſiarum fuerunt rapinæ, tunc diuinorũ temeratio vaſorum. Tunc pollutis Ethnicorũ manibus ſacra polluta ſunt miniſteria; rũc paganorum opificum præſidia aduerſus Chriſtum comparata, cum aſſumptione palmarũ, quod Idololatriæ apud Alexandriam inſigne eſt, ad Eccleſiam pergere compellebantur Chriſtiani, vt Arianorum populi crederentur. Proh ſcelus horret anim° replicare, quę geſta ſunt. Virginũ, matronarumq; ereptus pudor, ſanguis ouium Chriſti in Chriſti templo effuſus veneranda reſperſit altaria: baptiſterium pro voluntate gentilium pollutum eſt. Nihil defuit, viſionis veritatẽ probauit euentus, quòd calcitrantium mulorum indiſciplinatorum Arianorum eſſet impietas. Sed iſtam triſtitiã conſequentis reuelationis proſperitate conſolatus eſt, & ait: Nolite filioli mœrori vos penitus dare, vt enim iratus eſt Dominus; ſic rurſum miſerebitur, & ſuum citò Eccleſia recuperabit ornatum, eosque, qui in perſecutionibus fidem Domini ſeruauerint, ſolito videbitis fulgore relucentes. Reuertentur ad foueas ſuas ſerpentes, & religio longius propagabitur: tantum videte, ne fidei veſtræ ſynceritas Ariana labe ſordeſcat. Nõ Apoſtolorum, ſed Dæmonum, & patris eorum Diaboli ſta doctrina eſt: ob ad per inſipientiam iumentorũ, ſimilis pecudum eorum expreſſus eſt animus. huculque Antonius. Præterea dum eſſet in cuſtodia poſitus Petrus Alexandrinus Epiſcopus, fama certaminis eius, quo cum diabolo dimicabat, "vſque ad infeliciſſimum Arium diſcurrendo peruenit", qui ante aliquantos dies pro Zizaniorum doctrina, quam aduerſus Chriſtum Dei filium in agro Dominico ſeminauerat, culpatus ſæpius, increpatus, atq; excommunicatus fuerat: & quia ſanctis monitis acquieſcere noluit, ſemetipſum eo vſq; perduxit, ut à ſancto Petro clericatus officio priuaretur. Cognita ergo infelix Arius ſententia, quam tyrannus (Maximinus) aduerſus venerabilem ouium Chriſti paſtorem dederat, gaudens atque exultans ad CHRISTI Eccleſiam cum omni velocitate peruenit: & cœpit in dolo quoſdam de presbyteris, atque laicis obſecrare, ut ei à ſancto Petro veniam atque indulgentiam peterent. Propterea verò conabatur ſui Epiſcopi communionem recipere, ut poſt illius vitæ terminum ipſe ſucceſſor exiſteret. Sed qui cordis cognitor eſt omnipotens DEVS, in quem grauiter peccauerat,

peccauerat, diuiſiones in ſancta Trinitate faciens, non cælauit beato Petro iniquum Arij propoſitum, quod habebat in animo. Eadem namque nocte apparuit beato Petro in cuſtodia carceris quieſcenti, & ei nequiſſima infœlicis Arij conſilia manifeſtauit. Cùm igitur alio die venirent ad eum viri magni, atque religioſi, quos cum presbyteris idem nefandus direxerat, ingredientes carcerem proiecerunt ſe ad genua beati Petri, obſecrantes eum cum lachrymis, vt Arium à vinculo damnationis abſolueret, & eum in ſancta Eccleſia presbyterij miniſterio reſtitueret. Dans autem eis beatiſſimus Petrus manum, eleuauit eos dicens: quid vultis dilectiſſimi mihi fratres, aut quid quæritis? At illi reſpondentes, dixerunt: Precamur beatitudinem tuam venerabilis pater, vt digneris veniam præſtare infœliciſſimo Ario, & abſoluas eum à vinculo, quo eum vinxiſti; quoniam ecce iam glorioſa Martyrij corona in cœlis paratur; quia non ſolùm per doctrinam tuam vniuerſam illuſtraſti prouinciam noſtram, ſed & per cōfeſſionem Martyrij multò amplius nobis & perfectius ſalutem fidei contuliſti. Tunc venerabilis Petrus cum ingenti gemitu lachrymans, ait: Pro Ario me obſecraſtis dilectiſſimi fratres, qui ſponſam CHRISTI violare conatur? An neſcitis, quia pro omnibus ſemper dolui, & condoleo: & omnibus indulgentiam præſtans, neminem aliquando paſſus ſum de eccleſia Chriſti perire? ſed magis pro omnibus diligenter inſeruenio, omnipotentis Dei exorans clementiam, vt ſalutis veniam ſemper ab eo conſequi mereantur? Hic autem Arius, pro quo rogatis, ſoli Deo mortuus eſt, & à facie illius hic & in futuro ſæculo proiectus. Vndè & à ſacroſancto altari eius, non mea, ſed ipſius eſt ſententia iudicij ſeparatus: quoniam non in homine, ſed in DOMINO grauiter peccauit, impiè agens in Trinitatis myſterium, vbi Cherubin & Seraphin non audent reſpicere, qui inceſſantes vocibus proclamant, Deo dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Cum etiam & virtutes cœlorum ipſum canentes dicunt: Pleni ſunt cœli & terra gloria tua; ille impia & execrabili mente auſus eſt blaſphemias irrogare, & diuiſiones facere inter Patrem, Filium, & Spiritū ſanctum. Quemadmodum ergo audeam illi veniam dare, cui omnis creatura iraſcitur, & maledicit? Quomodo poteſt veniam promereri à me, dilectiſſimi fratres? Hæc verò dicente beatiſſimo Petro, viri, qui pro indulgentia eius venerant petere, proiecerunt ſe ad pedes eius, & veluti muti ſunt effecti, nec quicquam de eo illi amplius locuti ſunt. Videns autem beatiſſimus Petrus eos pauore perterritos, apprehendit duos ex ipſis presbyteros, Achillā, & Alexandrū, & ducens eos ſeorſum in parte carceris, vbi erat recluſus, dixit eis: Ego quidem & ſi peccator ſum, ſcio me vocatione cœleſti ad hunc agonem martyrij eſſe vocatum. Vobis autem, qui poſt me futuri eſtis columnæ in ſancta Eccleſia, cupio confiteri myſterium Dei, quod mihi reuelatū eſt à Deo meo hac nocte: quoniam poſt finem martyrij mei tu venerabilis Pater Achilla presbyter, throni mei ſedē Epiſcopatus conſecuturus es; poſt te verò hic amabilis nobis Alexander presbyter ipſo ſacerdotio honorandus. Hoc mihi pro certo à Domino promiſſum eſt. Ideoque ne me velitis æſtimare immiſericordem eſſe, aut contra delinquentes crudelem. Quia omnis offenſa humana carnis vitio peracta, quãuis ſit grauis, & periniqua, tamē multò leuior eſt, quàm huius Arij iniqua offenſa. Et ideò illis, quæ ad hominis fragilitatem pertinent, facilius eſt nobis indulgentiam dare: huic autem maledicto, pro quo rogatis, quomodo poſſum veniam dare, cuius interiora dolo & blaſphemia plena ſunt? ex cuius corde abyſſus tenebrarum prorupit, blaſphemiam irrogando aduerſus omnipotentem Dei filium, aſſerens eum creaturam, qui creator eſt omnium viſibilium & inuiſibilium; qui à Prophetis atque Apoſtolis & Euāgeliſtis eſt prædicatus? Et nunc per iſtum Diabolus zizania ſeminauit, per quem multus populus à recta fide auerſus, & in profundum erroris deuolutus eſt. Sæpius à me monitus atque correptus, vt ab hac ſacrilega doctrina recederet, nequaquam ſermonibus acquieſcere voluit; cuius rei cauſa abiectus atque depoſitus eſt deorſum ab ordine presbyterij. Et nunc quemadmodum iubetis me obtemperare petitionibus veſtris, cùm ille meis monitionibus noluerit acquieſcere, præſertim cùm in hac cauſa non meo iudicio ſententiam aduerſus eum dederim, ſed diuinitus inſpiratus hoc fieri iuſſerim? Nam in hac hora noctis, cùm ex conſuetudine debita ſacras Deo orationes offerrem, ecce ſubitò video apparere mihi in habitu pueri Ieſum Chriſtum Dominum noſtrū. Cuius claritatis ſplendore nimio illuſtratus, non valebam vultum tantæ maieſtatis inſpicere. Qui indutus erat tunicam lineam candidam nimis, ſed cōſciſſam à ſummo vſque deorſum; quam ambabus manibus conſtringebat circa pectus ſuum, cooperiens quodammodò nuditatem ſuam. Quem cùm ſic vidiſſem, timor magnus irruit ſup me, & cū ſummo timore deprecans eū, dixi: Domine, Domine, quid eſt hoc? Quare video ſic tunicam tuam à ſummo vſque deorſum conſciſſam? Qui reſpōdit mihi: quotidiè ipſam tractas in Eccleſia, & neſcis quomodo ſciſſa eſt? Arius mihi hanc ſcidit, quia ſeparauit à me populū meum, quem mihi in hæreditatem acquiſiui per crucis patibulū. Et nunc per ipſum ſchiſma factum eſt in populo meo; & ideo apparui tibi, præcipiens, & monens, ne fortè velis eum in cōmunionem ſuſcipere. Iniqua enim meditatur contra me & populum meum. Ecce enim venturi ſunt ad te quidam, quos ipſe

cum

cum hypocriſi direxit, qui te rogent pro eodem, vt ei veniam præſtes. Tu autem cum omni cautela vigilia, & ne acquieſcas petitioni eorum, ne ſchiſma fiat in populo meo, pro quo ego crucem pertuli, & mortem guſtaui, & tertia die reſurrexi. Omnia quæ mãdo tibi, obſerua, & manifeſta hunc ſermonem meum Achillæ, & Alexãdro, qui poſt te futuri ſunt Epiſcopi: quibus præcipe, ut & ipſi anathematizent eum à conuentu ſuo coram omni populo, ut audientes terreantur, & diſcedant ab eo. Ideoq; hæc omnia quæ mihi præcepta ſunt, & iuſſa à Domino meo, manifeſtaui vobis, & cognita feci. Ex hoc mundus ero ab omnibus, quæ mandaui uobis, ſi non fuerint cuſtodita. Et quibuſdam interiectis. Mihi verò quanta oſtenſa ſunt in Lycaonia ab hæreticis, credo, quia nec vos latet: quomodo Meletius Chriſtianorum gregem ab Eccleſia ſeparabit, pro quo Dei filius animam ſuam poſuit, & effudit ſanguinem precioſum. Aduerſus quem Meletius impiè repugnans, ſanctos Epiſcopos, ac religioſos viros in carcerem claudebat, ac tribulabat, cogens eos præuaricari. Propter quod chariſſimi mihi, moneo uos, atque hortor uiſcera mea: cuſtodite fidem, in qua renati eſtis: videte ne Arij, vel ſociorum eius deceptionibus conſentiatis. Videtis me, quomodo ob vinculum charitatis Domini noſtri in cuſtodia ſim clauſus, in ea ipſius miſericordiam, expectans. Comperi autem, quod impius Meletius contra me multa mala teſtificetur, vt amplius tyranni Maximini furor excitetur, & me interficiat.

DE HÆRESI, AB ARIO CVM Deo pugnante inuenta, ex Epiphanio contra Hæreſes, ſecta 68. & 69. & ex Græco Vaticano.

MELETIVS (de quo plura poſteà) in Alexandria exiſtens, & ad tempus illic degens, propriam habens communionem cũ ſuis, Arium deprehendit, & ad Alexandrum detulit, (erat ille Epiſcopus Alexandrinus) quòd deprehendiſſet Arium in ipſius narrationibus, extra propoſitum fidei trãſgreſſum. Erat enim hic in Baucalide Eccleſia ſic appellata in Alexãdria presbyter. In ſingulos enim dies presbyter eſt deſtinatus. Nam multæ Eccleſiæ erant, nunc autem ſunt plures; & ipſa Eccleſia tradita erat ei, etiam ſi alius cum ipſo eſſet. Qua verò de cauſa hoc fiebat, ſuo loco dicemus exactè, quando hoc opus fuerit. Ille igitur presbyter Arius, quem hoc honore dignatum fuiſſe Alexandrum Alexandrinorum Epiſcopum dicebamus, vir ſpecie quidem pius, cæterum nouitatis & gloriæ ardens amator cœpit circa fidem in Chriſtum peregrina quædam proferre, quæ prioribus temporibus nemo quæſierat aut introduxerat.

(Theodoretus cauſam reddidit, hæreſis ab Ario excitatæ lib. 1. Eccleſ. hiſt. c. 2. inuidiam Arij erga Epiſcopum Alexandrum; cuius doctrinam carpere voluit, cùm vitam non poſſet.) Is vnigenitũ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum à Patris ineffabili & æterna diuinitate ſeparare tentãs, magnæ in Eccleſia perturbationis autor fuit. Verùm Alexandro naturæ ſuæ benignitate, per conuenientes exhortationes Arium conuertere volente, nondum autem depoſitione uti ſtatuente, contigit deinde, quaſi ex parua ſcintilla magnum ignem excitari, quouſq; propterea multos peſtilens hæreſeos calamitas depaſceret. Malum incipiens ab Alexandrinorum Eccleſia plures alias ciuitates atque Prouincias percurrebat. Tradunt autem ipſum Arium Libyn genere, verùm in Alexandria presbyterum fuiſſe, qui præfectus erat Eccleſię Baucalidis appellatę. Quotquot enim Eccleſiæ in Alexandria, Catholicæ Eccleſiæ ſunt, ſub vno Archiepiſcopo ſunt, priuatimq; ad has deſtinati ſunt presbyteri, propter Eccleſiaſticas neceſſitates, ita ut habitatores vicini ſint vniuſcuiuſq; Eccleſiæ, viciq́ue, ac biuia, quæ labra vernacula lingua eorum, qui Alexandriam vrbem habitant, appellantur. Fuit autem hic Arius temporibus Conſtantini Magni ac beati Regis, filij Conſtantij ſenis, qui fuit filius Valeriani Regis, qui etiam ipſi cum Diocletiano & Maximiano ac alijs regnauerunt. Omnes autem nouerunt, Conſtantinum patrem Conſtantij & Conſtantis admirandũ fuiſſe in Chriſtianiſmo, & fide Patrum Apoſtolica ac Prophetica in Eccleſijs vſque ad ipſum Arium non adulterata. Contigit autem, ut hic multitudinem diſcinderet. Hunc enim Arium presbyterum prædicti Alexandri ingreſſus eſt ſpiritus Sathan, & commouit ipſum, (velut ſcriptum eſt) ut contra Eccleſiam puluerem excitaretur, & ex ſeipſo ignẽ accenderet non vulgarem, qui occupauit omnem ferè Romaniã, maximè orientis partes, vt vſque in hunc diem ipſius hæreſis veram fidem ac Eccleſiam impugnare non ceſſauerit. At verò illo tempore videbatur Arius presbyter eſſe, & fuerunt multi eius in presbyterio conſortes in ſingulis Eccleſijs. Sunt itaque plures numero in Alexãdria, cum ea, quæ nũc extructa eſt Cæſaria appellata, quæ prius Adrianõ fuit, & poſtea Licinianũ gymnaſium ſiue regia. Poſtea verò, temporibus Conſtantij viſum eſt ipſam ædificare Eccleſiam, Gregorio, Meletiano & Ario auſpicante, abſoluente autem Athanaſio beato, & rectæ fidei patre. Imò etiam ruſus ab eodem B. Athanaſio reſtituta eſt eadem Eccleſia, cùm combuſta eſſet tempore Iuliani. Sunt autem aliæ plures, velut dixi: Eccleſia Dionyſij appellata, & Theonæ, & Pierij, & Serapionis, & Dizaæ, & Mendidij, & Aniani, & Baucalidis, & Abiæ. At in vna harum Colluthus quidam erat, in altera Carpones, in alia Sarmatas, & Arius prædictus vnã ex relatis Eccleſijs tenebat. Clarum eſt autem, quòd vnuſquiſq; horum ſecundum conſuetam communionem populum

lum ipſi concreditum in narrationibus doces, litem quãdam populo immittebant: & alij inclinati erant ad alium, alij ad Colluthum, alij ad Carpouem, alij ad Sarmatam. Sicut igitur quiſque exponebat in proptia Eccleſia, alius aliud quid, & alins aliud, appellationi & laudis exilis gratia, alij Colluthianos ſeipſos nominauerunt, alij Arianos. Nam & Collnthus quædam peruerſa docebat, ſed non durauit huius hæreſis, ſed ſtatim diſperſa eſt. Quomodo vtinam & furioſa Arij fides, immò potiùs incredulitas, aut adhuc magis mala fides perijſſet. Elatione enim elatus ſenex à propoſito excidit. Erat autem ſtatura valde longus, ſubtriſti ſpecie, figuratus velut doloſus ſerpens, qui decipere poſſet omne innocens cor per verſutum ſuum prætextum. Dimidium enim pallium hic ſemper indutus, & ſtolam. dulcis erat in colloquio, perſuadens ſemper animas ac blandiens. Quapropter valdè citò ſeptingentas virginitatem profeſſas in vnum contraxit, & ſama eſt ipſum etiam Presbyteros ſeptem, & Diaconos duodecim abſtraxiſſe. Et venenum ipſius ſtatim vſque ad Epiſcopos peruenit. Secundum enim Pẽtapolis Epiſcopum, & alios perſuaſit, ut ſimul cum ipſo abducerentur. Fiebant autem hæc in Eccleſia, ignorante beato Alexandro Epiſcopo, donec Meletius Ægypti etiam ipſe Archiepiſcopus ex Thebaide, de quo iam à me dictum eſt, reuelaret. Nondum enim res Meletij ad inimicitiam deuenerat. Zelo itaque perductus Meletius, nihil enim alreratus erat in fide, quam ſolo prætextu vltroneæ iuſtitiæ, id quod etiam ipſe horrendum in vitam perduxit, velut iam de ipſo diximus: detulit itaque ad aures Atchiepiſcopi Alexandri, Atchiepiſcopus Meletius in Ægypto, verùm ſubditus Alexandro. Contemporaneus autem hic Meletius fuit Petri beati Epiſcopi ac Martyris ſicut dixi. vbi igitur ſignificaſſet de Ario omnia, quomodo deceſſiſſet à veritate, & quòd multos polluiſſet ac perdidiſſet, cotruptis his à recta fide, qui ipſi credidiſſent: tunc Epiſcopus accerſitum Arium interrogabat de perlatis ad ſe, an hæc ita ſe haberent. Ille verò neque hæſitauit, neque timuit, ſed ab exordio perfricta frõte omnem ſuam malam opinionem euomuit, velut epiſtolæ ipſius indicant, & examinatio contra ipſum tunc facta. Conuocat itaque Alexander presbyteros & alios quoſdam Epiſcopos præſentes, & examinationem huius facit ac interrogationem. Vbi verò non perſuaſus eſt à veritate, expellit ipſum ex Eccleſia, & ipſum per vrbem diſtamat. Cùm ipſo autem diſtractæ ſunt prędictæ virgines, & clerici prædicti, & alia multa turba. Quum autẽ verſaretur Arins multo tẽpore in vrbe, ſtatim moritur confeſſor Meletius, itemque teſtis ac Martyr. Itaque Arius ſeditiones faciens, & ſingulos decipiẽs, multos perdidit. Poſtea verò vbi deprehenſus eſt, & ad confutationem venit in vrbe, ac diffamatus eſt, ab Alexandria

Multum planè fuit hoc tempus, nam Meletius poſt Cõcilium obijt.

aufugit, & ad Palæſtinam iter arripit: quo cum perueniſſet ſingulos epiſcopos adiit cum blanditiis ac adulatione, ut ſibi multos faceret cooperatores. Et ſuſcipinut quidem ipſum aliqui, alii verò repulerunt. Poſtea verò ad aures Epiſcopi Alexandri deuenit, & ſcribit epiſtolas encyclicas, hoc eſt, orbiculares, ſiue per circuitũ, quæ ſanè apud ſtudioſos adhuc ſeruantur, numero ſeptuaginta ad ſingulos Epiſcopos, ad Euſebium ſtatim in Cæſarea: ſupererat enim, & ad Macarium Hieroſolymorum, Æſculapium in Gaza, Longinum in Aſcalone, Macrinum in Iamnia, & ad alios, & in Pheniæ ad Zenonem quendam antiquum, & in Tyro, ſimulque in caua Syria. Quum igitur multæ eſſent Epiſtolæ, reprehendentes eos, qui ipſum ſuſcepiſſent, unuſquiſque reſcripſit B. Alexandro, ſeque purgauit. Et alii quidem per Ironiã ſcripſerunt, alii in ueritate, partim dicentes ſe illũ non excepiſse, partim per ignorantiam ſuſcepiſſe. Alii verò reſponderunt ſe per ſuſceptionem ſtuduiſse, ut ipſum lucriſacerent. Et uaria fuerunt de his argumenta. Poſtea verò vbi cognouit Arius, quod epiſtolæ allatæ eſsent Epiſcopis undiquaque, & de cætero undique expelleretur, & non amplius quiſquam ipſum ſuſcipiebat, quàm ipſius cooperatores. Euſebius enim antiquus ſenex Nicomedienſis totus ipſius erat, qui cum Luciano in Nicomedia conuixerat. Sed & Leontius Apocopus in Antiochia nõdum epiſcopatum ſibi commiſſum habens, & alii quidam. Quandoquidem igitur ex eadem veneni fraternitate hi omnes erãt, ſuſcipit ipſum Euſebius multo tempore.

GRÆCVS VATICANVS.

Poſtremò cùm videret (Alexander Alexandriæ epiſcopus) malũ in peius progredi, ſynodum ſubiectorum ſibi epiſcoporũ conuocans & Arium deponens, ſuis comminiſtris rationem reddit: & fuſius aduerſus Arium diſſerens, ſtudiumque ad extirpandam hæreſin eis iniiciens, ut parati forent ad iudicium, ipſos in promptu eſse adhortatur, in hunc modum ad eo ſcribens.

DEPOSITIO ARII, ET SOCIORVM eius, miſſa ab Alexandro Epiſcopo omnibus Epiſcopis.

Sic etiam legitur li. 1. Socratis ca. 3. interprete Chriſtoforſono.

CHARISSIMIS HONORATISSIMISQ. fratribus, qui ubique gentium ſunt nobiſcum in Eccleſiæ miniſterio coniuncti.

CVM in ſacris litteris ſit unum corpus Eccleſiæ Catholicæ nobis traditum & præceptum, vt concordiæ ac pacis vinculum teneamus: conſentaneum eſt, vti per litteras colloquamur inter nos, aliiq; alios mutuo de rebus, quæ apud ſingulos geruntur, certiores faciamus,

ciamus,quo ſiue vnum ex membris patitur, ſiue lætatur, nos inter nos, uel patiamur unà, vel vnà lætemur. In noſtra quidem Prouincia prodierunt iam viri,qui leges reſcindũt,Chriſtum ipſum impugnant,animos hominum ad defectionem (quæ quidem prænũcia,& quaſi præcurſor Antichriſti non ſine cauſa & exiſtimari, & appellari poſſit) docere nitũtur. Ac mihi certè in animo erat de illo facinore penitus reticuiſſe, vt eius labes, ſi quomodo fieri potuiſſet, inter illos ſolum, qui ab Eccleſia deſciuerant, deleri quiuiſſet: ne in alia loca euagata, ſimplicium quorundam aures ſuis ſordibus inficeret.

Verùm quoniam Euſebius,qui nunc Nicomediæ Epiſcopus eſt, quique totum Eccleſiæ ſtatum in ſua manu poſitum arbitratur,cùm à nemine quod Eccleſiam Beryti deſeruerit, quodque oculos cupiditatis & ambitionis ſuæ ad epiſcopatũ eccleſiæ Nicomedienſis obtinẽdum adiecerit,in ſe animaduerſũ eſſe videat, iſtorum etiam, qui ab Eccleſia defecerunt, patrocinium ſuſcipit;& ad omnes qui ſunt vbiq; gẽtium literas ſcribere conatur,eosque in eiſdem commendat plurimum, quo imperitos quoſdam in grauiſſimã hæreſim, Chriſtoque penitus aduerſariam rapiat: neceſſe habeo,idque ſententia quadam, quæ in lege ſcripta eſt inductus, ſilentium rumpere, remque vobis omnibus indicare,quò non modò eos,qui defecerunt à Chriſto,execrabiliaque verba, quæ illorum hæreſis uſurpat,cognoſcatis: uerum etiam ſi forte. Euſebius literas ſcripſerit, ad eas animos minimè attẽdatis. Nam inueteratã ſuam maleuolentiam, ſilentio ad tempus obrutam,iam per iſtos renouare ſtudet: & licet ſimulatione quadam præ ſe ferat, eorum cauſa literas ſcribere, re tamen ipſa declarat perſpicuè,ſe in rem ſuam ſeriò iſtud ipſum agere. Qui autem defecerunt ab eccleſia,ſunt: Arius, Achillas, Aeitales, Carpones, Arius alter, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulianus, Menas, Helladius, Gaius, Secundus item, & Theonas qui dicti ſunt. epiſcopi. Quænam uerò iſti cõtra ſcripturas excogitarint, temereque effuderint,ſic accipitote: Deum non ſemper Patrem fuiſſe: Sed tempus aliquando extitiſſe, cùm Deus non eſſet Pater: non ab æterno Dei uerbum fuiſſe,ſed ex nihilo ortum eſſe. Nam Deũ qui eſt,eum cùm non erat, ex eo quod non eſt procreaſſe:& propterea tempus fuiſſe aliquando cùm non eſſet. Creatum enim & factum fuiſſe filium; neque eſſentia patri ſimilem, neque natura uerum patris ſermonem, neque ueram ſapiẽtiam eius eſſe,ſed per abuſionem verbum & ſapientiam dici. Ipſum factum eſſe proprio Dei verbo, & ſapientia, quæ in Deo eſt, per quàm cùm cætera omnia, tum illum ipſum fecit Deus. Et ob eam cauſã natura ſua poſſe cõuerti & mutari, ſicut animãtia omnia ratione vtentia: uerbum eſſe peregrinum, alienum & ſeiunctum à ſapientia Dei, patrem à filio minimè explicari poſſe. *Nam filium neque Patrẽ plenè & accuratè cognoſcere, neq; exquiſitè cernere poſſe.* Etenim ſuam ipſius eſſentiam, vt eſt, filium nõ percipere, quippè filium noſtra cauſa factum eſſe,vt Deus per ipſum tanquam per inſtrumentum nos crearet, neque extitiſſe aliquando, niſi Deus nos creare in animum induxiſſet. Quæſitum eſt igitur ab illis, utrum Dei ſermo poſſet mutari, quemadmodũ Diabolus mutatus eſt? & non veriti ſunt reſpondere: certè poteſt. Cùm enim & gigni & mutari poſſit, eius naturam poſſe mutari. Ario igitur & eius fautoribus, qui iſta aſſerunt, & de eiſdem tam impudentiore loquuntur, unà cum illis, qui eius opinioni aſſentiuntur, nos cum alijs ferè centum Ægypti & Libyæ Epiſcopis in unum cõuenientes, anathema denunciauimus. Cæterũ Euſebius eos ad ſe admittit, operamque ſedulò dat, ut mendacium cum ueritate & cum pietate impietatem cõmiſceat. Verùm ad hoc præſtandum non ſatis habet virium. Nam uincit veritas, & nulla eſt ſocietas luci cum tenebris, nulla conſenſio Chriſti cum Belial. Quis enim unquam talia audiuit? aut quis eſt,qui ſi iam audiret, nõ ea tanquam inſolita & peregrina obſtupeſceret, aureſquè obturaret, ne eiuſmodi verborum ſordes in audiendi ſenſum illaberẽtur? Aut quis eſt, qui cum Ioannem audiat dicentem: In principio erat verbum, non iſtos condemnauerit dicentes: Erat tempus aliquando,cum nõ eſſet? Aut quis eſt, qui cum audiat in Euangelio: unigenitus filius,& per ipſum facta ſunt omnia: non iſtos odio habuerit, affirmantes filium unum eſſe ex creaturis? Aut qui poterit ipſe eſſe ſimilis illarũ rerum,quæ per ipſum factæ ſunt? Aut quemadmodum vnigenitus, ſi (ut illorum fert opinio) cum alijs rebus vniuerſis numeretur? Aut quomodo ex nihilo factus eſt? cum Pater dicat: Eructauit cor meum verbum bonum: & ex vtero ante luciferum genui te? Aut qua ratione eſſentia patri diſpar ac diſſimilis, cum ſit perfecta imago & ſplendor patris,cumque ipſe dicat: qui uidit me,uidit & patrem? Aut quo pacto, ſi verbum & ſapientia ſit Dei filius, erat tempus aliquando cum non eſſet? Nam perinde eſt ac ſi diceret: Deum aliquãdo & ſermone & ſapientia caruiſſe. Aut quo pacto conuerti mutarive poteſt, cum ita loquatur ipſe de ſe: Ego in patre, & Pater in me eſt: Et, ego & pater vnũ ſumus. & per Prophetam etiã: Videte me, quòd ego ſum Deus, & non mutor? Et quanquam hoc dictum ad ipſum patrem referri poteſt, tamen aptius & magis propriè de filio uerbo iã dicitur, quòd cum ſit homo factus,non mutatus eſt, ſed, ut Apoſtolus ait: Ieſus Chriſtus heri & hodie, idem ipſe & in ſecula. Quid igitur illos in hãc perduxit ſententiam, cum ſcilicet propter nos factum eſſe: cum tamen Paulus ſcribat: Propter quem omnia,& per quem omnia? Quod autem falsò calumniati ſunt,filium non plenè & perfectè patrem nouiſſe, nemini mirum videri debet. Nam cum ſemel ſtatuiſſent contra

Chriſtum

Chriſtum bellum gerere, reiecerunt penitus voces ipſius Domini, dicentis: Sicut cognoſcit me pater, & ego cognoſco patrem. Quòd ſi ex parte pater cognoſcit filium: perſpicuũ eſt filium etiam ex parte patrem cognoſcere. Verum ſi hoc dictu nefas eſt, & pater plenè filium cognoſcit: conſtat, quod ſicut pater cognoſcit ſuum ipſius verbum, ſic & verbum ſuum ipſius patrem cognoſcit, cuius eſt verbum. Cæterum quamquam iſta recenſendo, atque adeò ſacras atque diuinas ſcripturas apertè explanando, eos ſæpenumerò conuicimus: tamen illi rurſus velut Chamæleontes ſeſe mutabant: dictumque illud Sapientis, in ſua ipſorum capita torquere magnopere contendebant, videlicet, impium, cùm in profundum malorum venerit, contemnere. Ac tametſi complures certè Hæreſes ante illorum ætatem exortæ erant, quæ quidem extra modum audacia euagatæ, ad extremam dementiam ſunt tandem prolapſæ; iſti tamen, qui omni ſuo ſermone verbi diuinitatem tollere nituntur, vtpote ad Antichriſti tempora propius accedentes, illas hæreſes præ ſuorum errorum impietate iuſtas eſſe quodammodo declarant. Quapropter illis Eccleſiã interdictum eſt, atque adeò anathema denunciatum. Et quamquam de eorum exitio per magnum animis dolorem capimus, & maximè quòd Eccleſiæ inſtituta aliquando agnouernat, iamque ab illis exciderunt de illis tamen non magnoperè miramur. Idem namque non Hymenæo ſolum, ſed Phileto contigerat, ſed Iudæ etiam ante illos, qui Seruatoris diſcipul⁹ fuit, poſteà autem, proditor & deſertor illius factus. Atque iſtarum rerum neutiquam ignari extitimus. Dominus enim prædixerat: Videte, ne quis vos ſeducat. nã multi venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum, & tempus appropinquauit; & multos ſeducent, ne eatis poſt illos. Paulus etiam cum iſta à Seruatore didiciſſet, ſcripſitq; quòd nouiſſimis temporibus quidam deficerent à fide ſana, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorũ veritatẽ auerſantium. Iam verò cùm & Seruator noſter Ieſus Chriſtus, hoc præceperit, & per Apoſtolũ de huiuſmodi hominibus ſignificauerit, nos certè, quoniam illorum impietatem noſtris ipſorum auribus accepimus, nõ ſine cauſa eius generis hominibus, ſicut antè diximus, anathema denunciauimus, eosque ab Eccleſia Catholica, fideque alienos palàm declarauimus; veſtramque pietatem fecimus certiorem, chariſſimi, & honoratiſſimi fratres, qui eſtis nobiſcum in Eccleſiæ miniſterio coniuncti, vt, ſi fortè quidam ex illis temeritate impulſi, ad vos venire non vereantur: ne eos admittatis, neve Euſebio, vel alteri cuipiam qui eorũ cauſa ad vos ſcribat, omninò attendatis. Nam par eſt, vt nos, qui ſumus Chriſtiani, omnes qui contra Chriſtum loquantur, animoque ſint ab eo ab alienato, tanquam Dei hoſtes, & corruptores animorum deuitemus, neque id genus hominibus, ſicut præcepit beatus Ioãnes, vel aue dicamus, ne quãdo illorum peccatis communicemus. Salutate, qui apud vos ſunt fratres: qui mecum ſunt, vos itidem ſalutant.

ALEXANDRIÆ PRESBYTERI.

Colluthus Presbyter cõſentio prædictis, & depoſitioni Arij, & eorum qui cum ipſo impiè agunt.

Alexander Presbyter ſimiliter.
Dioſcorus Presbyter ſimiliter.
Dionyſius Presbyter ſimiliter.
Euſebius Presbyter ſimiliter.
Alexander Presbyter ſimiliter.
Silas Presbyter ſimiliter.
Arpocration Presbyter ſimiliter.
Agathus Presbyter ſimiliter.
Nemeſius Presbyter ſimiliter.
Longus Presbyter ſimiliter.
Syluanus Presbyter ſimiliter.
Pirous Presbyter ſimiliter.
Apis Presbyter ſimiliter.
Proterius Presbyter ſimiliter.
Paulus Presbyter ſimiliter.
Cyrus Presbyter ſimiliter.

MARIOTIDIS PRESBYTERI.

Apollos Presbyter ſimiliter.
Ingenius Presbyter ſimiliter.
Ammonius Presbyter ſimiliter.
Dioſcorus Presbyter ſimiliter.
Soſtras Presbyter ſimiliter.
Theon presbyter ſimiliter.
Tyrannus Presbyter ſimiliter.
Copres Presbyter ſimiliter.
Ammonas presbyter ſimiler.
Otion Presbyter ſimiliter.
Serenus Presbyter ſimiliter.
Didymus presbyter ſimiliter.
Hercules Presbyter ſimiliter.
Boccon Presbyter ſimiliter.
Agathus Presbyter ſimiliter.
Achillas Presbyter ſimiliter.

DIACONI.

Ammonius Diaconus ſimiliter.
Macarius Diaconus ſimiliter.
Piſtus Diaconus ſimiliter.
Athanaſius Diaconus ſimiliter.
Eumenes Diaconus ſimiliter.
Apollinius Diaconus ſimiliter.
Olympius Diaconus ſimiliter.
Aphthonius Diaconus ſimiliter.
Macarius Diaconus ſimiliter.
Paulus Diaconus ſimiliter.
Petrus Diaconus ſimiliter.
Amintianus Diaconus ſimiliter.
Gaius Diaconus ſimiliter.
Serapion Diaconus ſimiliter.
Iuſtus Diaconus ſimiliter.
Didymus Diaconus ſimiliter.
Demetrius Diaconus ſimiliter.
Comon Diaconus ſimiliter.
Marcus Diaconus ſimiliter.
Alexander Diaconus ſimiliter.

Triphon Diaconus ſimiliter.
Ammonius Diaconus ſimiliter.
Didymus Diaconus ſimiliter.
Ptolarion Diaconus ſimiliter.
Saras Diaconus ſimiliter.
Gaius Diaconus ſimiliter.
Hierax Diaconus ſimiliter.
Marcus Diaconus ſimiliter.

Sic vertit Chriſtofor. lib. I. hiſt. Eccle. Theod. c. 4. Græcus noſter hãc epiſtolam nõ habet, alibi tamẽ ſuam explicat ſententiam; Alexandrum, ad quem epiſtola ſcribitur, tũc fuiſſe presbyterum.

ALEXANDRI ALEXANDRINI, Epiſcopi ad Alexandrum Epiſcopum Conſtantinopolitanum gentilem ſuum Epiſtola.

CHARISSIMO FRATRI, EST vnamini Alexandro, Alexander in Domino Salutem.

EST quidem propoſitum hominibus improbis, in quorum animis inexplebilis honoris, & pecuniæ cupiditas inſita eſt, vt Eccleſiis, quæ videntur plus habere dignitatis, ex occulto inſidientur, qui per varias ac multiplices vias ſincerã eccleſiæ puritatẽ oppugnare non ceſſant. Nam impulſu Diaboli, qui vim ſuam in eorũ animis exercet, & in furorẽ acti, ad voluptates, quæ fortè ſe offerunt, feruntur præcipites: atque ab omni pietate refugientes, timorem diuini iudicij proterunt. De quibus ego, qui inde non parum acceperim incommodi, neceſſe habui veſtræ pietati ſignificare, vt id generis homines ſedulò deuitetis, nè fortè quiſquam illorum audacia fretus, vel per ſeipſum (præſtigiatoribus enim nunquam deeſt ad fraudem faciendam ſimulatio) vel per literas, quæ erunt mendacijs ita lepidè, & eleganter aſperſæ, vt hominem, qui ſimplici ac ſynceræ fidei ſe addixerit, à veritate abſtrahant; in veſtras Eccleſias erroris ſui imprimat veſtigia. Nam Arius & Achillas nuper facta coniuratione, dum Colluthi ambitionem imitari ſtudebant, eum in eo vitioſitatis genere longè ſuperarunt. Ille enim, quamquam eas ipſas res, quas iſte coarguere conabatur, tamen improbi ſui inſtituti cauſam, ſaltem ſimulatam habuiſſe viſus eſt. Hi autem cùm illius nundinationem, qua Chriſtum ipſum vendidit, animaduerterent, non amplius eccleſiæ legibus ſubiecti eſſe, ſuſtinuerunt; ſed ſpeluncis latronum ſibi conſtructis conuentus in illis ſine intermiſſione agere, noctes dieſque Chriſto & nobis maledicè obtrectare, omnẽ Apoſtolicam & piam doctrinam criminari, ſimulatione Iudaicã officinam ad Chriſtum impugnandum inſtruere, diuinitatem ſeruatoris noſtri inficiari, eum cæteris hominibus, nihilo præſtantiorem prædicare, vocibuſque omnibus, quæ pro eius ſalutari in carne œconomia, & abiectione ſui noſtra cauſa ſuſcepta, ſcriptæ ſunt, ex ſacris literis, ſelectis, eiſdem impiam ſuam prædicationẽ corroborare; & verba, quibus æterna eius diuinitas & gloria vna cùm patre ineffabilis confirmatur, auerſari nituntur. Quippè impiam gentilium & Iudæorum de Chriſto opinionem defendentes, ſuam ipſorum laudem (quantum fieri poteſt) venari: & in quibus eis ludibrio ſumus, omnia enixè conſectari ſtudent. Seditiones porrò in nos quotidiè concitare, graues ciere perſecutiones, & interdum lites per muliercularum impiarum ſermones, quas ipſi in fraudem impulerunt, intendere: nonnunquam religionem Chriſtianam, ſuas tenellas meretriculas per ſingulas plateas turpiter circumducendo, grauiſſimis contumelijs afficere; quin etiam & inconſutam & indiſſolubilem Chriſti tunicam, quam tortores noluerunt diſcindere, hi diſcerpere non dubitarunt. Nos igitur, ſicut ſcelerata eorum vita, & conatus execrabilis poſtulat, ſuffragijs omnium tandem, licèt ſerò propter rei ignorationem iſtud ſumus aggreſſi: & eccleſia quæ Chriſti diuinitatem ſanctè adorat, eos eiecimus. Itaq; hi circũcurſare hâc, illâc, quò nobis obtrectent, deflectere ad collegas nobiſcum in eadem fide cõſentientes, ſpecie quidem pacis, & concordiæ ſimulata, veniam petere præ ſe ferre, ſed reuera moliri, vt per ſermonis lenocinia nonnullos eorum in ſui morbi contagionem pertrahant; literas quoque ab illis blandiores petere, vt coram ijs, quos errore implicarint, eas deprauatè legentes, ſuę prolapſionis impœnitentes reddant, iã ad impietatem aſſuefactos, quaſi epiſcopos ſuæ ſentẽtiæ, & opinioni conſentientes haberent. Nam nõ illis confiteri volunt ea, quæ tam nefariè impieque apud nos cùm docuerunt, tum fecerunt, quorum gratia eccleſia expulſi ſunt: ſed vel ſilentio tegere, vel partim ſermonibus cõmẽtitijs, literis partim veteratoriè ſcriptis obſcurare nituntur, quo eos dolo deludãt. Quapropter colloquijs tum probabilitate, tum facetijs dicacibus refertis pernicioſam ſuã doctrinam tanquam velis obtendentes, hominẽ ſimplicem & fraudi expoſitum, in ſuum errorem rapiunt: quin etiã à noſtræ ſanctę piæque religioni, apud omnes obtrectando, haudquaquam ſe abſtinent. Vnde fit, vt nonnulli, qui eorum literis ſubſcribunt, in eccleſiam recipiantur: quod factũ, mea quidem ſententia, maximam infamię notam collegis noſtris, qui illud auſi ſunt, inuſſit: qui non modo id, quod canon Apoſtolicus permiſit, non faciunt, ſed conatum eorũ contra Chriſtum planè diabolicum, qui illis ineſt, vehementiorẽ efficiunt.

Quocirca, fratres chariſſimi, abiecta cunctatione, ingenij mei vires, quo iſtorum vobis infidelitatem ſignificarem, excitaui: qui aſſerunt; tempus aliquando fuiſſe, cùm non eſſet filius Dei, poſtea factum, cùm non antè extiterit, talem fuiſſe, tùm cùm factus erat, qualis quiſque homo eſt. Omnia enim Deum ex nihilo feciſſe. Qua ſententia etiam Dei filium comprehendunt, cumque in creatione omnium rerum, ſiue rationis ſunt illæ participes, ſiue expertes, concludunt. Quibus

bus etiam conſequenter addunt, eum natura poſſe mutari, virtutis & vitij capacē eſſe. Itaque hoc poſito, eum ex nihilo factum, literarum ſacrarū, quæ verbi Dei æternitatem, immutabilitatē, eius ſapientiæ diuinitatem, (atque iſta ſunt Chriſtus) docent, prorſus labefactatur authoritas. Eſt enim in noſtra quoq; ſitum poteſtate, vti iſtæ eccleſiæ peſtes prædicant, filios Dei fieri, nō aliter atqne ille factus eſt. Scriptum nanque eſſe, filios genui & exaltaui. Ac cùm illis obijcitur ſententia, quæ deinceps ſequitur, & ipſi ſpreuerunt me: quod planè naturæ ſeruatoris, qui eſt natura immutabilis, repugnat: tum omni exuta erga Deum pietate ac reuerentia, aiunt, Deum, cùm eum præſcientia & præſenſione prænouiſſet, neutiquam ipſum aſpernaturū, icciirco ex omnibus elegiſſe. Non enim natura aut quicquam præter cæteros filios habuiſſe prærogatiuæ: (nullum namque natura filium Dei eſſe affirmant, neque qnemquam eſſe, qui vlla cum eo proprietate coniunctus ſit,) ſed cùm eſſet natura mutabili & propter ſingularem in vita, & moribus ritè inſtituendis diligentiā ac ſtudium, nō ad vitia deflecteret, Deum eum elegiſſe, adeò, vt ſi vel Paulus, vel Petrus in hac obnixè incubuiſſet, eodem modo fuiſſe filios Dei, quo ille fuit. Ac quo inſanam & peſtiferam ſuam doctrinam cōfirment, etiam in ipſas ſcripturas vim faciunt, & ſententiā in pſalmis de Chriſto traditam, quæ ita ſe habet (dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis) ad ſuum inſtitutum detorquent.

Verùm quòd filius Dei non creatus fuit ex nihilo, neque tempus fuiſſe, cùm non erat, Ioannes Euāgeliſta abundè ſatis docet. Sic enim de illo ſcribit: (vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris.) Cùm enim diuinus ille magiſter docere inſtitueret, patrem & filium duas res eſſe, quæ ſeparari nequeunt, filinm in ſinu Patris eſſe dixit. Quinetiam quòd filius Dei non ſit rebus ex nihilo creatis annumerandus, idē Ioannes oſtendit, cùm dicat: omnia per ipſum facta eſſe. Nam propriū eius ſubſiſtentiæ modum declarauit his verbis: (In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū, omnia per ipſnm facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil.) Quod ſi omnia per ipſum facta ſunt, q̃ fieri poteſt, vt is, qui rebus creatis eſſentiam indulſerit, quodam tempore nō fuerit? Nulla enim ratio vult, vt quod creat, eiuſdem ſit cum creatis naturæ. Quod ſi ipſe fuit in principio, & omnia per ipſum facta ſunt, creataque ex nihilo (nam quod eſt, ſubſiſtitqne, illis, quæ fiunt ex nihilo, contrarium eſt, vehementerque repugnat. nam cum alterum nullum eſſe interuallum inter Patrem & filium, neque illud vlla animi cogitatione poſſe informari, alterum mundum ex nihilo conditum oſtendit) perſpicuum eſt, mundum recentiorem, quàm eſſentiam filij Dei habuiſſe generationem, quippè cùm omnia à patre per filium talem ſint eſſentiæ originem conſecuta. Itaque ſanctiſſimns Ioannes cùm illud, Erat, quod eſt verbi Dei proprium, immenſum eſſe, & longè ſupra mortalium captum & cogitationem poſitum animaduerteret, eius generationem creationemque eloqui noluit: immò verò ne auſus quidem eſt verbis, literis eiſdem ac ſylllabis compoſiuis gignens & genita nominare. Nō quod verbum Dei ingenitum eſt, (nam ſolus pater eſt ingenitus,) ſed quod ineffabilis vnigeniti filij Dei ſubſiſtentia non modò ſolertem intelligentiam Euangeliſtarum, verum fortaſsè etiam Angelorum comprehenſionem longè ſuperat. Itaque, meo quidem iudicio, ne in pijs quidem numerandi ſunt, qui in iſtarum rerum inquiſitionē intrare non dubitant, ſprera reiectaque illa ſententia: altiora te ne quæras: & ſublimiora te ne ſcruteris. Quòd ſi cognitio multarum aliarum rerum, quæ ſunt ſine dubio his longè imperfectiores, comprehenſionem fugiat humanam (quales ſunt illæ, de quibus Paulus ſic loquitur: quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, ea quæ præparauit Deus diligentibus ſe: quales ſunt præterea ſtellæ, quas Deus Abrahamo negauit poſſe numerari, qualis deniq; eſt arena maris, & ſtillæ pluuiæ, quas res inquit ſcriptura, quis enumerare poterit? quid ergo eſt, cur quiſquam niſi inſanus, & planè mente captus ſit, verbi Dei ſubſiſtentiam curiosè perueſtigare moliatur? De qua ita ſpiritus loquitur propheticus: generationem eius quis enarrabit? per quam quidem ſententiam ab animis eorum, qui erant uelut columnæ & principes omnium, qui in toto orbe uixerunt, ſeruator noſter, quò illis gratificaretur, iſtarum rerum notitiam tanquam onus auferre laborauit: contraque naturam eſſe docuit, ut quiſquam eas cogitatione deprehenderet. Nam ſoli patri diuiniſſimi illius myſterij cognitionem reſeruatam eſſe. Sic enim locutus eſt: (Nemo nouit quis ſit filius, niſi pater, & patrem nemo nouit niſi filius.) De qna re arbitror Patrē hoc quoque dixiſſe: Secretum meum mihi, & meis. Quod a…em extrema dementia eſt, filium ex iis, quæ non ſunt, ortum, inque tempore productum exſtimare: eædem ipſæ voces, nimirum, ex his quæ non ſunt, ſatis declarant, licet iſti ſtupidi ſuarum uocum inſaniam non intelligant. Nam id quod dicitur: Non erat, aut in tempore fuiſſe neceſſe eſt, aut in aliquo ſæculi interuallo. Proindè ſi uerum eſt, omnia per ipſum facta eſſe: conſtat etiam omne ſæculum, tempus, interualla temporis, & illud, Quādo, in quibus reperitur id, quod dicitur, Non erat, per ipſum facta eſſe. Et quid eſt, quamobrem non ſit abſordum, eum qui ſæcula, tempora, opportunitates temporū, quibuſcum illud quod dicitur, Non erat, cōfuſum eſt, progenuit, quodam tempore non fuiſse aſserere quippè cum inſulſum ſit, & plenum cuiusque inſcitiæ, eū,

qui

qui alicuius rei procreator extiterit, poſt rei illius procreationem, ipſum procreatum eſſe. Nam, vt iſtorum fert opinio, non ſolùm illud interuallum temporis, in quo filium à Patre generatum eſſe aſſeuerant, tempore prius erat, quam Dei ſapientia, quæ hanc vniuerſitatem conſtruxit: verùm etiam ſcriptura, quæ illum primogenitum omnis creaturæ nuncupat, mentita eſt. Accedit eodem Paulus, qui de eo his congruentia voce clariſſima fundit. ſic enim ait: Quem poſuit hæredem omnium, per quem ſæcula condidit. Quinetiam in eo condita ſunt omnia, & quæ in cœlis,& quæ in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue dominationes,ſiue throni. Omnia per ipſum & in ipſum condita ſunt,& ipſe eſt ante omnia. Quocirca cùm illud,ex nihilo; ſeu,ex his quæ non ſunt, non ſine ſummo ſcelere, & impietate poſitum ſit: neceſſariò ſequitur, Patrem ſemper Patrem fuiſſe. Atque eſt Pater ſemper cum habeat filium, ob quem vocatur Pater: & cùm ſit ei ſemper filius, & ſemper Pater perfectus; atque in ipſo quod verè bonum eſt, expletus omnibus ſuis partibus, qui filium vnigenitum, neque in tempore, neque ex interuallo temporis, neque ex nihilo genuit. Qui igitur fieri poteſt, vt non ſit impium dicere, quodam tempore ſapientiam Dei non fuiſſe, cum loquatur de ſe: Ego eram apud illum componens, ego eram cui adgaudebat? aut virtutem Dei aliquando non fuiſſe, aut verbum eius mancum fuiſſe aliquando, aut alia negare, ex quibus & filius cognoſcitur, & pater velut notis quibuſdam diſcernitur? Nam cum quis ſplendorem gloriæ neget eſſe, tollit ſimul & primariam lucem, cuius eſt ſplendor. Quòd ſi porrò imago Dei non erat ſemper, liquet neque illum, cuius imago eſt, ſemper fuiſſe. Quinetiam cùm dicitur formam ſubſiſtentiæ Dei non eſſe, tollitur vnà etiam ille, qui omninò ab ea figuratur. Vnde licet perſpicere Seruatoris noſtri proprietatem, qua filius eſt, nihil cum aliorum filiorũ proprietate habere commune. Nam quemadmodũ inexplicabilis eius ſubſiſtentia, propter eximiam & ſingularem ipſius excellentiam, oſtenditur rebus præſtare omnibus, quibus ipſe eſſentiam tribuerit, ſicque & eius filialitas, vt ita dicam, quæ eſt paternæ diuinitatis ſecundùm naturam, ineffabili præſtantia antecellit filialitati eorum, qui per ipſum adoptantur in filios. Nam ille cum ſit in omnibus cumulatè perfectus, & nullius rei indigens, eſt natura planè immutabilis: hi autem cùm in vtramque partem conuerti poſſint, illius egent auxilio. Qui enim fieri poteſt, vt Dei ſapientia efficiatur perfectior, aut ipſa veritas aliquid ſibi aſſumat, quod omninò habet, aut verbum Dei eodem modo? aut quomodo ipſa vita lux vera præſtabilior fiat? Quod ſi ita ſe habet, quantò magis repugnat naturæ, vt ſapientia ſtultitiæ aliquando capax ſit: aut potentia Dei implicetur imbecillitate, aut obſcuretur temeritate ratio, aut tenebræ denique cum vera luce commiſceantur: præſertim, cùm & Apoſtolus ſimili cauſa adductus dicat: quæ ſocietas luci ad tenebras, aut quæ connexio Chriſti ad Belial? Et Salomon quoque quod fieri nequit, vt vel cogitatione comprehendatur, vi ſerpentis ſuper petram, quæ eſt, vt Paulus cenſet, Chriſtus. Qui autem ſunt eius creaturæ, vt homines, & Angeli, benedictionem accepére, vt indies proficerent, vt virtutibus, mandatiſque in lege præſcriptis exculti, exercitatique non in vitia delaberentur, ad eum planè finem, vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt patris natura filius, ab omnibus adoraretur. Quinetiam iidem ipſi ſpiritu ſeruitutis depoſito, abiectoque, & ſpiritu adoptionis filiorum ex rectè præclareque factis,& ex progreſſione in virtute aſſumpto, beneficio Chriſti, qui eſt natura Dei filius, affecti, ſiũt filij adoptiui. Quòd verò ad ingenuam, propriam, naturalem, & eximiam eius filiationẽ attinet, Paulus Apoſt. explanat de Deo, loquens his verbis: qui proprio filio nõ pepercit, ſed pro nobis, videlicet non natura filijs, ipſum tradidit. Nam quo ab alijs filijs, qui nõ ſunt proprij, diſtingueretur, eum proprium filium nominauit. Porrò in Euangelio ſic ſcriptum legimus: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Itemque in Pſal. Seruator ait de ſe: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. In qua ſententia & ſuã ipſius demonſtrat ingenuitatẽ, & alios quoſdam præter ſe ſui patris filios eſſe non ingenuos. Quid quæſo illud: Ex vtero ante Luciferum genui te? an non perſpicuè oſtẽdit naturalem, quæ in filio eſt, paternæ generationis proprietatem? quàm nõ ſtudio in moribus piè inſtituendis, nõ in virtute excolenda progreſſione, ſed propria naturæ vi eſt cõſecutus. Proinde vnigenitus Patris filius hãc proprietatem, qua filius eſt, firmam & immutabilem tenet. At adoptio filiorum, quæ in hominibus rationis participibus eſt, quæque non natura ipſis, ſed probitate morum, & Dei beneficio tributa eſt, ex ſacra ſcriptura mutabilis oſtenditur. Nam videntes, inquit, filij Dei filias hominum, acceperũt ſibi vxores, & quæ ſequũtur. Ac turſus: filios genui,& exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me, Deum per Eſaiam Prophetam dixiſſe cognouimus.

Verùm quamuis de hac re multa habeam dicere, chariſſimi fratres, tamen ea miſſa propterea facio, quòd abſurdum putem doctores fidei doctrina conſentientes pluribus admonere; quippè, cùm ipſi ſitis docti à Deo, & non ignoretis, tum Ebionis & Artemæ doctrinam, quæ non ita pridem veram Eccleſiæ pietatem oppugnare cœpit, tum peſtiferum ſtudium Pauli Samoſateni Epiſcopi Antiochiæ, qui concilio omnium vbique Epiſcoporum, atque adeò iudicio Eccleſiæ eiectus eſt. Cuius peruerſæ doctrinæ Lucianus ſucceſſor

factus, multorum annorum ſpacio, hoc eſt, tantiſper dum tres Epiſcopi alius poſt alium Eccleſiam illam rexere, excluſus ab Eccleſia manſit. Iſtorum hæreticorum impietatis feces, hi qui modo in lucem editi, filium Dei ex nihilo ortum aſſerunt, quique ſunt velut Stolones occulti ex illis naſcentes, animis hauſerunt: Arium dico, Achillam, & reliquam improborum illis adhærentium turbã. quinetiã tres Epiſcopos in Syria neſcio quo modo ordinatos, qui quoniã iſtorum errores ſuo cõſenſu approbarunt, videntur eorũ amentiam velut facibus nouis admotis magis incendiſſe: in quos quidem accuratè inquirendi poteſtas veſtro iudicio permiſſa eſt. Atque hi quemadmodum voces de Seruatoris paſſione, de abiectione, & exinanitione ſuiipſius, de eius paupertate, alijsque, quibus tanquã aduentitijs ſe in ſacris literis noſtra cauſa deſcribi paſſus eſt, memoria ideo tenent, vt eas citando, ſummam eius & ſempiternam diuinitatẽ deprauent, ſic verba, quæ naturalẽ eius gloriam, nobilitatem, & æternam cum Patre manſionem ſignificanter exprimunt, penitus eorum animis exciderunt. cuius generis ſunt illa: Ego & pater vnum ſumus. Quam ſententiam dum protulit Dominus, non ſe patrem appellauit, neque duas duarum perſonarum naturas vnã eſſe oſtendit: ſed quòd patris filius paternam effigiem accuratè ſeruare ſolet, quippè cùm eius ſimilitudinem à natura in ſe impreſſam habeat, & perfecta ſit Patris imago, & expreſſa figura exemplaris primarij. Vnde Dominus Philippo quodam tempore patrem eius videre cupienti, dicentiq; oſtende nobis patrem, apertè commonſtrat: Qui vidit me, vidit & patrem, quandoquidẽ Pater per ipſum velut per ſpeculum puriſſimum, idemque animatum, in quo Dei exprimitur imago, manifeſtò cernitur. Filium porrò Patri ſimilem in Pſalmis pronunciatum memorant ſanctiſſimi viri, in quibus ſcriptum eſt: in lumine tuo videbimus lumen. Quapropter qui honorat filium, honorat & Patrem: idque planè meritò. Nam omnis vox impia, quæ temerè contra filium profertur, in Patrem quoque recidit.

Atque nemini mirum debet videri, fratres chariſſimi (hoc enim quoq; perſequi animus eſt,) ſi falſas, confictasque tum cõtra me, tum contra populum noſtrum ſanctiſſimum criminationes deinceps expoſuero. Nam qui aciem ad diuinitatem filij Dei oppugnandam inſtruxerint, non mirum ſi nos contumelioſis maledictis lacerare non vereantur. Qui etiam neminem volunt ex antiquis patribus ſibi comparari, neque illis, quibus nos ab ineunte ætate vſi ſumus præceptoribus, ſe pares exiſtimari ſinunt, imò ne vnum quidem Collegarum noſtrorum, vel ad mediocrem ſapientiam perueniſſe cenſent: ſed ſe ſolos ſapientes, ſolos egeſtatem voluntariam ſectantes, ſolos dogmatum inuentores, & ſibi ſolis ea doctrinæ patefacta eſſe myſteria, quæ in nullius vnquam ſub ſole cogitationem, ac mentem venerint, arbitrantur. O impiam arrogantiam, ô inſaniam immenſam, ô inanem gloriam cum furore coniunctam; O ſpiritus planè Sathanicos, qui impijs eorum animis velut callum malitiæ obduxére. Non diuina veterum ſcripturarum claritas vllum ipſis incuſſit pudorem, non conſentiens Collegarum & pia de Chriſto doctrina eorum audaciam repreſſit: quorum ſcelus nefarium ne Dæmones quidem, quippè qui ſedulò caueant, ne vllam omninò maledicam, & contumelioſam vocem contra filium Dei eloquantur, omninò ferre videntur. Iſta à nobis pro virili noſtra parte in præſentia allata ſunt, ad eos coarguendos, qui in tam inepta contra Chriſtum diſputandi materia, tanquã in puluere ſe exercent, & noſtræ erga illum pietati falsò obtrectare nituntur.

Nam iſti ridicularum fabularum inuentores aſſerunt, nos, dum blaſphemiam illam impiam, & à nemine vnquam literis proditam, nimirum, quæ Chriſtum filium Dei ex nihilo ortum prædicat, auerſamur, duo ingenita tradere: atque, quæ eſt eorum inſcitia, dicunt neceſſe eſſe alterũ ex duobus iſtis ſtatuere, nempè, vel eum ex nihilo creatum, vel omninò duo eſſe ingenita: Siquidem propter inertiam ignorant prorſus, quantum interſit inter Patrem, qui ingenitus eſt, & res ab eo conditas ex nihilo, ſiue rationis ſint participes illæ quidem, ſiue expertes. Inter quæ duo natura vnigenita media interpoſita, per quã Pater Dei uerbi hanc uniuerſitatem ex nihilo fabricauit, ex ipſo qui pater eſt, genita fuit: ſicut ipſe Dominus quodam in loco teſtatus his verbis: qui diligit patrem, diligit quoq; filiũ, qui ex eo genitus eſt. De quibus nos ſic credimus, uti Apoſtolicæ placet Eccleſiæ.

In unum nempè ingenitũ Patrem, qui nullam habet cauſam ſuæ eſſentiæ, qui nec conuerti, nec mutari poteſt, qui ſemper ſimiliter, & eodem modo ſe habet, qui neq; acceſſionis, neq; deceſſionis capax eſt, q leges, Prophetas, & Euãgelia nobis tradidit, qui denique Patriarcharum, Apoſtolorum, & omnium ſanctorum Dominus eſt. Et in vnũ Dominũ Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitum, genitum quidẽ non ex eo, quod non eſt, ſed ex eo qui pater eſt: neque id quidem more corpore[illegible] er inciſionem, aut diuiſionum fluxiones (ut Sabellio & Valentino uiſum eſt) ſed modo quodam qui uerbis explicari, exprimive omninò non poteſt, ſecundum illam Prophetæ uocem, quam ſupra poſuimus, Generationẽ eius quis enarrabit? cum eius ſubſiſtentia à nulla natura mortali peruestigari queat: quemadmodũ neque ipſe pater à quoquã indagari, propterea quòd natura humana, rationiſq; particeps cognitionẽ diuinæ à patre generationis comprehẽdere nequit. Quas res nõ par eſt, ut viri ſpiritu veritatis incitati à me perdiſcãt, præter-

tum

tum cum vox Chriſti de hac re veſtris auribus circumſonet, & doceat, nimirum quòd nemo nouit quis ſit pater, niſi filius, & nemo nouit quis ſit filius, niſi pater. Hunc præterea agnoſcimus perinde atque patrem, nec conuerti, nec mutari poſſe, nullius rei indigentem, perfectum filium, ſimilē patri, & ab eo ſolo, quia ingenitus ſit, diſcrepantem. Nam eſt accurata & expreſſa patris imago. Atque conſtat imaginē plenè cōplecti debere eas omnes res, quibus exēplar ipſum quod maius eſt, perfectius exprimatur. Sicut ipſe Dominus docuit: Pater maior me eſt. Atque hac ratione inducti filiū è patre ſemper exiſtere credimus. Eſt enim ſplendor gloriȩ & character paternȩ eſſentiæ. At nemo hanc vocem (ſemper) ſic intelligat, vt per eam filius ingenitus exiſtimetur, ſicut ipſi putant, qui ſenſus animorum habent planè occæcatos. Nam neque cum dicitur, Erat ſemper, & ante ſæcula, idem eſt, quod ingenitum. Imò verò neqne vlla vox, quam humana mens conetur effingere, exprimere poſt illud ingenitum, adeò, vt vos quoque ipſe fretus veſtro recto de omnibus rebus iudicio, eodem modo illnd ipſum accipere confidam; quandoquidem hæ voces vim huius verbi, ingeniti, nullo modo exprimunt. Nam hæ tanquam temporum productionem videntur in ſe complecti, diuinitatem autem vnigeniti, &, vt ita dicam, antiquitatem pro dignitate explanare nequeunt. Vnde euenit, vt ſancti viri cùm hoc myſterium explicare ſinguli pro viribus enixè contendant, veniam petant ab auditoribus, & apud illos non ſine cauſa ſe excuſare conentur his ferè verbis: Eatenus de ijs rebus inſtituimus, quatenus mentis noſtræ vis conſequi poteſt. Si qui ſunt qui expectent vocem vllam perfectiorem ore humano efferri, quàm captus fert humanus, dicantque ea, quæ fuerant ipſis ex parte cognita, iam obſcurari: eſt ſanè perſpicuum, quòd illud (erat ſemper & ante ſæcula) longè abeſt ab eo, quod illi expectant, quæ quidem cuiuſcunque generis ſint, non ſint idem cum ingenito. Ac propterea, & dignitas, quæ eſt ingeniti propria, ei ſeruanda eſt; dicendumqne nullam ipſi eſſe eius eſſentiæ cauſam, & honor filio debitus ei tribuendus, aſſignandaqne illi generatio à Patre initio carens. Et cùm hunc illi honorem, quantum in nobis eſt, tribuimus, has voces, Erat ſemper & ante ſæcula, piè & ſanctè, cùm de eo loquimur, proferimus: non tamen vt quicquam de eius diuinitate detrahamus: ſed, vt exquiſitam omninò imagini & figuræ patris attribuamus ſimilitudinem: & ingeniti vocabulum Patri, vtpotè eius ſolum proprium aſſcribendum propterea exiſtimemus: quòd Seruator ipſe dicit, Pater maior me eſt. Ac præter iſtam piam de patre & filio ſententiam, vnum præterea Spiritū ſanctum, ſicut nos docent ſacræ literæ, confitemur, qui non modo ſanctos homines veteris teſtamenti, ſed etiam

diuinos noui teſtamenti doctores innouauit. Eccleſiam porrò vnam ſolam Catholicam & Apoſtolicam agnoſcimus, quæ ſicut nunquā expugnari poteſt, etiamſi totus mundus eam expugnare inſtitnat: ſic omnem impiam hæreticorum incurſionem euincit, ac profligat, quandoquidem eius Dominus nos efficit ſatis animoſos, dum clamat: Confidite, ego vici mundum. Quinetiam credimus ex mortuis reſurrectionem, cuius primitiæ fuit Dominus noſter IESVS Chriſtus, qui corpus non ſpecie adumbratum, ſed verum ex Deipara Maria ſumpſit, qui in fine ſæculorum inter homines ad delenda peccata verſatus eſt: qui crucifixus eſt, & mortuus, ſine vlla ipſius diuinitatis imminutione: qui reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cœlos, & ſedet ad dexterā maieſtatis Dei. Iſta quidem ex aliqua parte epiſtola complexus ſum, qnandoquidē ſingula accuratè literis perſequi abſurdum, vt dixi, ideò ſum arbitratus, ꝙ eædem res, veſtras pias ac ſtudioſas mentes minimè fugiant. Iſta docemus, iſta prædicamus, iſta ſunt Apoſtolica Eccleſiæ dogmata, pro quibus mortē oppetere non dubitamus: neque quicquam moramur de illis, qui nos ad hæc euitanda compellere ſtudent: & licet nos tormentis cogere aggrediantur, non tamen ſpem, quæ animis noſtris inſita eſt, abijciemus. Cui doctrinȩ Arius, Achillas, & reliqui pariter veritatis hoſtes refragati, Eccleſia exturbati ſunt, quippè cùm ſint à pia noſtra doctrina prorſus auerſi. Iuxta illam B. Pauli ſententiam: Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepiſtis; anathema eſto, licet Angelū è cœlo ſe ſimulet. Quinetiam ſi quis aliud doceat, & non accedat ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrinæ, quȩ ſecundùm pietatem eſt, is inflatur, nihil ſciens: & quæ ſequuntur.

Iſtos verò à fratribus anathemati addictos nemo veſtrum accipiat, neque eorum verba, vel ſcripta audire ſuſtineat. Omnia enim non aliter atque præſtigiatores ementiuntur, ueritatem loqui nolunt. Nam per vrbes circumcurſant, nō alio quidem ſtudio adducti, quàm vt amicitiæ & pacis nomine, literas per ſimulationem, aſſentationemque dent, accipiantque: quo per illas in errorē mulierculas paucas peccatis onuſtas, quas dolo deceperint, facilius inducant, & quæ ſequuntur. Quapropter iſtos, qui tot ſcelera cōtra Chriſtum edere auſi ſunt, qui religionem Chriſtianam partim maledictis palam concidere, partim in iudicijs contumeliæ exponere, qui tempore pacis, quantum in illis eſt, perſecutionem cōtra nos concitare, qui denique arcanū Chriſti generationis myſterium eneruare impensè laborârunt: iſtos inquam, fratres chariſſimi, & fide uobiſcum conſentientes auerſati, vna nobiſcum contra inſanam eorum temeritatem ferte ſuffragia, non aliter atque alij Collegæ noſtri, qui rem ęgrè ferunt, qui epiſtolas contra iſtos ſcriptas ad me miſerunt, qui libello

aduerſus eos edito ſubſcripſerunt: quæ omnia per filium meum Apionem Diaconum ad vos miſi. Atque primum, epiſtolas Collegarum, qui ſunt in Aegypto, & Thebaide, deinde eorum qui Libyam, Pentapolim, Syriã, Lyciam, Pamphiliam, Aſiam, Cappadociam, & alias regiooes hiſce finitimas incolunt: quorum exemplum vos imitantes perſuaſum habeo ad oos itidem daturos literas. Et cùm multæ aliæ curationes ad eos ſanandos, qui hoc errore vulnerati ſunt, ſuppetebant; tum iſtud etiam remedium ad medicinam populo ab iſtis decepto faciendam, inuentum eſt, ſi modò obtemperare voluerint: &, cùm conſenſum Collegarum noſtrorum intelligant, eorum hortatu ad pœnitentiam ſe ſeriò recipere. Salotate vos ipſos mutuò vnà cum fratribus, qui vobiſcum ſunt. Opto vos fratres chariſſimi, tum in Domino valete plurimũ, tum fructum ex veſtro pio in Chriſtum animo percipere. Sunt autem hæretici anathemate damnati, ex numero presbyterorum Arius, ex Diaconorum autem Achillas, Euzoius, Aethales, Lucius, Sarmates, Iulius, Menas, Arius alter, & Helladius.

EX GRÆCO VATICANO.

Talia cùm vndequaque per ciuitates ſcripſiſſet Alexander, peius euaſit malum. Cùm autem Rex Conſtantinus hæc reſciuiſſet, & ex animo doluiſſet, propriam calamitatem reputans hoc negocium, ſtudens protinus excitatum malum extinguere, literas ad Alexandrum & Arium mittit per virum fide dignũ Epiſcopom ciuitatis cuiuſdam Hiſpanorum Cordubæ, ſi quidem illum amabat Rex, & honore proſequebatur.

Extat etiã circa finẽ lib. 2. de vita Conſtãtini, Chriſtoforſon. ĩterprete. Græc⁹ noſter nõ habebat prima 4. capita à Chriſtoforſono deſignata.

EPISTOLA CONSTANTINI Regis ad Alexandrum & Arium, miſſa per Oſium Epiſcopum Cordubenſem.

VICTOR CONSTANTINVS, Maximus, Auguſtus Alexandro & Ario.

IPSVM, vt par eſt, meorum inſtitutorum adiutorem, & cooſeruatorem omnium, Deum teſtem adhibeo, iſtarum rerum, quas mihi re ipſa obeundas ſuſcepi, duplicem cauſam extitiſſe. Primum enim, vt omnium gentium de numinis cultu opinionem ad vnius habitudinis, ritusque formam traducerem: deinde, qood in animo habebam, corpus totius mundi, tanquam graui aliquo morbo acerbè vexatum, ad ſanitatem reſtituere. Quę ſanè accurata ratione conſiderans, alterum eorum interiore mentis acie, id eſt, conſilio efficiendum ſtatuebam, alterum autem copiarum militarium ſubſidio & viribus, quoad poteram, præclarè gerere conabar: perſuaſum habens, ſi omnes veros Dei cultores communi concordiæ vinculo, ſicut mihi in optatis erat, deuincire poſſem, vnà cum Reipublicæ noſtræ ciues ſe ad pia eorum inſtituta breui conuerſuros. Proinde, cùm inſania quædam intolerabilis, propter temerariam leuitatem quorundam, religionem à popolo obſeruatam io varias ſectas diſcindere molientium, vniuerſam Africam occuparet: hunc morbom, cùm ipſe leuare cuperem, nullum aliud remedium ſatis idooeum ei curando inueniebam, quàm, vt quoſdam ex veſtrum nnmero adiutores ad conciliationem hominum inter ſe diſſentientium mitterem, quo inuidia communis totius orbis inimica, (quæ ſacris ooſtris conuenientibus aduerſatur) penitus reſtioguеretur. Et quoniam veri luminis vis, & ſacræ religionis diſciplina, quæ Dei Optimi Maximi beneficio ex quibuſdam Orientis quaſi finibus egreſſa eſt, vniuerſum ſimul orbem terrarum ſuo ſplendore collustrauit, non ſine cauſa vos eam religionem profitentes, quos tanquam quoſdam gentiũ duces ad ſalutẽ fore exiſtimo, non modo propenſo animi ſtudio: verum etiam exquiſito oculorum obtutu inueſtigare conabar. Nam ſimul ac illuſtri contra hoſtes parta victoria verè triumphaſſem, iſtud potiſſimum conquirere inſtituebam, quod omnium facilè præſtantiſſimum iudicarem. Sed ô præclariſſimam & verè diuinam prouidentiam: quale & quàm lethale vulnus auribus meis, imò verò ipſi animo inflictum fuit, cùm audiuiſſem ſeditionem inter vos concitatam, multò plus habere acerbitatis, quam eas res, quas ibidem ante geſtas fuiſſe cognouimus: adeò, vt iam veſtræ Eccleſiæ membra, ex quibus ſperabam alijs medicinam petendam fore, multo maiore curatione egeant.

Ac mihi de principio & cauſa iſtarum rerum accuratè cogitanti, valdè exilis & neutiquam tanta contentione digna viſa eſt. Quapropter ad hanc epiſtolam ſcribendam neceſſitate adductus, noo ſolùm ad veſtrum vtriusq; prudentiam ſcribo: ſed etiam diuinam prouidentiã in hac re adiutricem fore obteſtor, neque etiam communem veſtræ mutuæ diſſenſionis arbitrum tãquam pacis moderatorem, non ſine cauſa adhibeo. Quandoquidem Deo Optimo Maximo mihi opem ferente, quamuis maior eſſet diſſentieodi occaſio; tamen ſpero oratione pijs audientium mẽtibus adhibita, quemq; ad id, quod ſit vtilius, facilè me poſſe traducere. Quapropter cùm cauſa tam exigua ſit illa quidem, quæ totius veſtræ Reipublicæ commoda impedire videatur, quid eſt, quamobrem non expeditionem, & multò faciliorem diſſidij correctiooem ſpondeat? Inde igitur præſentis controuerſiæ fundamẽtum intelligo iactum eſſe, quod tu Alexander à presbyteris, de loco quodam in ſacris literis ſcripto quærebas, imò verò de inani quadam quæſtionis particula ſciſcitaberis, quid quiſque illorum ſentiret: tu quoque Arie iſtud quòd nec initio animo complecti, aut cùm

fuiſſes

fuiſſes complexus, ſilentio præterijſſe debebas, inconſideratè effutiuiſti. Vnde diſcordia inter vos concitata, tum conuentus, qui in Eccleſia fieri ſolet, impeditus; tum populus ſanctiſſimus variè in vtramque partem diſtractus, ex totius corporis Eccleſiæ compage diuulſus eſt. Proinde vterque veſtrum viciſſim veniam alteri tribuens, illud approbet, ad quod non ſine cauſa veſter conſeruus vos cohortatur. At quid iſtud eſt? vt de rebus huiuſmodi, nec omninò rogetis, nec ad rogatum reſpondeatis. Tales enim quæſtiones, quales nulla lex, canonve Eccleſiaſticus neceſſariò præſcribit, ſed inanis diſſoluti otij certatio proponit, licet ad exercendi ingenij acumen inſtituantur: tamen interiore mentis cogitatione continere debemus, & neque in publicos populi conuentus temerè efferre, neque vulgi auribus inconſultò concredere. Quotus enim quiſque eſt, qui rerum tam grauium, tantáque obſcuritate inuolutarum vim vel ſatis accuratè peruidere, vel pro dignitate explicare valeat? Quod ſi quiſquam ſit, qui iſtud ſe facilè efficere, & conſequi poſſe confidat, quota quæſo eſt illa multitudinis pars, quam poſſit efficere, ut idem ipſum intelligat? Aut quis tandem eſt, qui in curioſa quæſtionum huiuſmodi perueſtigatione, extra prolapſionis periculum poſſit conſiſtere? Quocirca in talibus rebus loquacitas coercenda eſt, ne, vel cum nos præ noſtri ingenij imbecillitate, quod propoſitum eſt, explanare non poſſimus; vel auditores inter docendum præ intelligentiæ tarditate ad accuratam ſermonis inſtituti comprehenſionem peruenire non queant: ex re alterutra populus, aut in blaſphemiæ, aut in diſſenſionis neceſſitatem incurrat.

Quare & interrogatio temeraria & inconſulta reſponſio veniam vtrique veſtrum ab altero impetrare debet. Neque enim de ſummo in ſacris litteris præcepto vobis anſa ad digladiandum oblata eſt: neque nouus ullus de religione diuina introductus error. Sed vnam eandemque tenetis de fide ſententiam, ita, ut facilè poſſitis ad ipſum communionis conſenſum venire. Nam non eſt conſentaneum, ut propter veſtram imprudentem de adeò paruis exiguisque rebus mutuò concertationem, tanta populi multitudo ad diſſenſionem rapiatur: immò verò non modò non eſt conſentaneum, ſed omninò nefas eſſe exiſtimatur. Verùm, ut rem breuiter exemplo quodam animis veſtris mecum recognoſcatis, dicam. Non vos præterit, opinor, Philoſophos ipſos vnius quidem diſciplinæ profeſſione, omnes inter ſe conſentire: ſæpè tamen in aliqua parte opinionum, quas aſſeueratione affirmant, diſcrepare ſolere; qui licet diſciplinæ cauſa, quam quiſque illorum tuetur, diſſentiant, tamen ob profeſſionem, qua conſpirare videntur, denuò inter ipſos in gratiam redeunt. Quod ſi ita res habet, quid eſt cur non ſit multò conuenientius, ut qui famuli præpotentis Dei conſtituti ſumus, propter ipſum religionis inſtitutum, quod profitemur, conſentientibus animis inter nos ipſos concordemus? Cæterùm accuratiore cogitatione conſideremus, & mente attentiore hoc quod iam à me dicetur, circumſpiciamus, num rectè ſe habeat, ut per leuem & inanem verborum contentionem fratres fratribus reluctentur: & eximia concordia impia ſimultate per nos, qui de rebus tam exiguis, minimeque neceſſarijs inter nos confligimus, miſerè diſcerpatur? Popularia quidem ſunt iſta & puerili inſcitiæ magis quàm ſacerdotum, & prudentium hominum ſapientiæ congruentia. Noſtra ſponte igitur diabolicas tentationes euitemus. Et quoniam Deus Optimus Maximus conſeruator omnium communem ſuæ gratiæ lucem omnibus porrexit, iccirco mihi eius famulo quæſo per vos liceat, ut illius prouidentiæ præſidio adiutus, meum conatum ad eam lucem propagandam ſuſceptum, fœliciter ad exitum perducam: atque etiam, ut ipſius populum tum verbis compellando, tum miniſterium diligenter erga Deum præſtando, tum acriter admonendo, ad mutuam concordiam traducam. Et cùm, vti dixi, una ſit nobis fides, vnaque de noſtra religione ſententia, vnum denique legis ac diſciplinæ inſtitutum, (quod quidem cum ſuis partibus vniuerſum Eccleſiæ corpus, conſentiente animorum concordia, & propoſito deuincit) iſtud quod inter vos non mediocrem cõtentionem excitauit, quoniam nullam rem grauem in noſtræ religionis quaſi ambitu comprehenſam attingit, non eſt, cur diſtinctionem aliquam animorum aut diſcordiam in vobis pariat. Atque hæc dico, non vt cogam vos, in hac leuicula & ſtulta quæſtione, qualiſcunque tandem illa fuerit, penitus eandem ſententiam ſequi. Ac tametſi vos inter vos viciſſim de re quapiam minimi momenti diſſentitis (ſi quidem neque omnes de omnibus rebus idem ſentimus, neque vna eademque in nobis indoles aut mens verſatur) tamen fieri poterit, vt eximia concordia ſincerè integreque ſeruetur: & vna inter omnes animorum cõſperatio cuſtodiatur: verùm de diuina prouidentia, vnà vobis ſit omninò fides, vnus animorum conſenſus, vna de Deo ſententia. At quæ leuiſſimis iſtis quæſtionibus inter vos argutè & ſubtiliter exquiritis, licet non in eandem ſententiam tanquã pedibus eatis; ea tamen intra cogitationis veſtræ quaſi fines cõtinere debetis, intimo mentis domicilio recondita. Communis autem amicitiæ bonum, vera fides, reuerentia erga Deum, & legis obſeruationem, ſtabilis, firmaque apud vos maneat. Redite in gratiam, & mutuam inter vos neceſſitudinem colite, vniuerſoque populo ſuos mutuos complexus reddite, ipſique, veſtris ipſorum animus con-

tentionis labe purgatis, iterum amicè & beneuolè vos alter alterum excipite. Nam ſæpenumerò poſt inimicitias depoſitas, amicitia iterum reconciliata plus ſolet habere iucunditatis. Date igitur mihi dies tranquillos, & noctes curæ ac moleſtiarum expertes, vt voluptas, quæ tum ex ſyncera concordiæ luce, tum ex vita quieta capi ſolet, mihi integra in poſterum conſeruetur. Quod quidem ſi minus contingat, neceſſe eſt ingemiſcere, lachrymis & mœrore omninò confici: nec fieri poteſt, vt vitæ curſum de reliquo tranquillè & ſedatè tranſigam. Nam quamdiu Dei populus eum dico, qui communi mecum erga Deũ obſequio fungitur, tam iniqua, pernicioſaque contentione abs ſe mutuò diſſidet: quomodo fieri poteſt, vt ipſe animo tranquillo conſiſtam? Atque, vt incredibilem huius doloris morſum intelligatis, ſic accipite. Non ita pridem ad Nicomedienſium ciuitatem aduentans, ex templò iter versùs Orientem maturè facere conſtituebam. Ac me quidem ad vos citato gradu properantem, cùm maiorem itineris partem confeciſſem, vt propè iam vobiſcum eſſe viderer, literarum iſtarum nuncius in contrariam cogitationem compulit, ne oculis ea videre cogerer, quæ ne auribus quidẽ tolerare me poſſe planè exiſtimabam. Deinceps igitur veſtra concordia patefacite mihi ad Orientem aditum, quem vos veſtris diſſidijs vltrò citroque ſeruentibus, interclusiſtis: & efficite breui, vt cùm vos pariter, tùm reliquum vniuerſum populum lætitia geſtientem cernam, & omnes vnà pro communi omnium concordia & libertate, conſentientibus laudis præconijs debitas gratias Deo Optimo Maximo agamus.

Talia quidem mirabiliter atque ſapienter Regis epiſtola ſuadebat: malum autem vincebat & Regis ſtudium, & eius literis miniſtrantis dignitatem.

DE SECTA MELETIANORVM.

Sic Socrates lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 3.

Meletius ciuitatis cuiuſdam in Ægypto Epiſcopus à Petro Alexandriæ Epiſcopo (qui regnante Diocletiano mortem obierat martyrio) cum multis alijs de cauſis, tum maximè quòd tempore perſecutionis fidem inficiatus idolis immolauerat, munere Epiſcopatus abdicatus eſt. Qui cùm eſſet abdicatus, compluresque haberet, qui erant ipſius dicto audientes, illis qui ab illo vſq; tempore vſque ad hodiernum diem in Ægypto Meletiani vocantur, ducem hæreſis ſe præbuit; & cùm nullam iuſtam accuſationẽ, cauſámve afferre poſſet; cur ſe ab Eccleſia ſeparaſſet, verbo tantummodò affirmauit ſibi eſſe factam iniuriam, Petrumque maledictis ſigere, conuicijs lacerare cœpit. Verùm, vt primùm Petrus per martyrium, perſecutione ſæuiente mortem oppetiuerat, probra ſua & cõtumelias in Achillam, qui Petro in illo epiſcopatu ſuccedebat, tranſtulit: ac poſtea demùm in Alexandrum, qui mortuo Achillà eum dignitatis gradum adeptus eſt. Ac dum hi in hoc diſſidio & diſſenſione verſabantur, intereà quæſtio de Ario habetur. Meletius cũ ſuis Ario ſubſidio fuit, cumque illo vnà contra Epiſcopum conſpirauit.

DE EODEM EX EPIPHANIO libr. contra hæreſes. *Secta* 68.

MELETIANORVN contuberniũ quoddam in Ægyptiorum regione eſt, à Meletio quodam Epiſcopo in Thebaide Catholicæ Eccleſiæ, ac rectæ fidei; non enim immutata eſt fides ipſius in aliquo tempore à ſancta Catholica Eccleſia. Hic Meletius contemporaneus prædicti Hieracis fuit, & deinceps ſucceſſit. Fuit etiam ſancti Petri Alexandriæ epiſcopi contemporaneus. Et hi omnes tempore perſecutionis fuerunt; quæ facta eſt tempore Diocletiani & Maximiani. At verò Meletij cauſa hoc modo ſe habet. Sectam fecit, non tamen à fide diſceſſit. Hic tempore perſecutionis vnà cum Petro S. Epiſcopo & Martyre & alij martyribus captus eſt ab his, qui ad hoc à rege deſtinati erant, nempè à ducibus Alexandriæ, & Ægypti eius temporis. Erat autẽ Cultianus præſes Thebaidis, Alexandriæ verò Hierocles. Et Meletius quidem in carcere detentus erat vnà cum prædictis martyribus, ac Petro Alexandriæ Archiepiſcopo. Videbatur autem & Meletius præ eminere inter Epiſcopos Ægypti, vt qui ſecundum locum habebat poſt Petrum in Archiepiſcopatu, velut adiuuandi eius gratia ſub ipſo exiſtens, & ſub ipſo Eccleſiaſtica curans. Hic enim mos obtinet, vt Alexandri Epiſcopus totius Ægypti, ac Thebaidis, Mareotæúne, ac Libyæ, Ammoniacęque, ac Mareoditis, ac Pentapolis eccleſiaſticam habeat adminiſtrationem. Poſtquàm igitur capti hi omnes martyrij gratia in carcere degebant, & multò tempore cõcluſi manſiſſent; alij verò ante ipſos traditi martyrij teſtimonium ſubijſſent, & honorem præmij accepiſſent, ac obdormiuiſſent: hi verò velut principes ac maiores in poſterum ſeruarentur: cùm aliqui quidem martyrium ſubijſſent, alij verò à martyrio excidiſſent, & nefarium idolorum cultum feciſſent, & coacti etiam ſacrificaſſent: qui ſanè lapſi ſunt, ſacrificaueruntque, ac tranſcenderunt, acceſſerunt ad Confeſſores ac Martyres, quo miſericordiam aſſequerentur per pœnitentiam, partim milites, partim clerici diuerſæ ſortis, partim presbyteri, & Diaconi, atque alij. Commotio facta eſt inter Martyres, & tumultus non vulgaris: cùm alij dicerent, ſemel lapſos, & qui abnegaſſent, & in fortitudine non permanſiſſent, neque decertaſſent, non oportere dignos fieri pœnitentiá, vene etiam hi, qui adhuc reſtarent, minus curarent increpationem, ac pœnam propter talem

veniam citius ipſis datam, atque ſic præuaricarentur, & ad abnegationem Dei, ac nefariam Græciſmi operationem deuenirent. Et erat ſanè rationi conſentaneum hoc, quod ab ipſis Confeſſoribus dicebatur. Erant autem hi, qui hoc dicebant, Meletius & Pelleus, & quidam alij plures Martyres & Confeſſores unà cum ipſis. Zelum itaque pro Deo oſtendentes, videlicet hæc dicebant. Pronunciabant autem finita perſecutione poſt multum tempus dandum eſſe prædictis pœnitentiæ locum in tempore factæ pacis, ſi reuera pœnitentiam agant, & pœnitentiæ ſuæ fructum oſtendant: non tamen, vt unuſquiſque exciperetur in propriam ſortem, ſed poſt temporis ſpatium colligeretur in Eccleſiam, & in communitatem, & in contubernium, at non in ſortes. Et erat hoc ex ueritatis amore profectum, & zeli plenum. At verò ſanctiſſimus Petrus miſericordia præditus, & velut Pater omnium exiſtens, rogabat, & ſupplicabat, dicens. Suſcipiamus ipſos pœnitentes, & ordinemus ipſis pœnitentiam, ut aſſideant Eccleſiæ, & ne auertemur ipſos, neque ſortem, uelut fama ad nos perlata habet, ne fortè, qui ſemel ad confuſionem, præ imbecillitate, ac infirmitate à Diabolo concuſſi, ac conquaſſati ſunt, etiam propter temporis moram perfectè ſubuertantur, & non ſanentur, velut ſcriptum eſt, non debere claudum ſubuerti, ſed potius curari. Et erat quidem Petri oratio pro miſericordia, ac humanitate; verùm Meletij & eorum qui ipſi adhærebant, pro ueritate & zelo. Hinc propter faciem argumenti, quod ab vtriſque pium uidebatur, facta eſt ſecta, his quidem hoc aſſerentibus, illis uerò illud alterum.

Quando enim videret Petrus Archiepiſcopus, quòd Meletius cum ſuis, zelo diuino nimium ducti, reſiſterent conſilio humanitatis ipſius, ipſe Petrus velum erexit in medio carcere, pallio expaſſo, hoc eſt lodice, & præconium fecit. Qui mecum ſentiunt, inquit, accedant ad me: & qui Meletij ſententiæ adhærēt, ad Meletium tranſeāt. Et diſtributa eſt multitudo ad Meletium Epiſcoporum & Monachorum, & Presbyterorum, atque aliorum ordinum. Pauci verò omninò ad Petrum diuerterunt Archiepiſcopum Epiſcopi, & alij pauci. Et de cætero hi priuatim preces faciebant, & illi priuatim item; ſed & alia ſacrificia ſimiliter ſinguli ſeorſim perficiebant. Contigit autem Petrum martyrium ſubire, & deceſſit, beatus ille ſucceſſore relicto Alexandro in Alexandria. Hic enim ſucceſſit in throno poſt prædictum Petrum. Meletius tamen & alij multi in exilium relegati ſunt, exterminati in Phœneſia metalla, & tunc dæ cætero qui ſequebantur confeſſores, cum Meletio erant. Et ipſe Meletius in carcere, in profectione, per ſingulas regiones, ac ſingulos locos tranſiens conſtituebat clericos, Epiſcoposque, ac presbyteros, & Diaconos, & ædificabat proprias

Prius tamē paruo tempore Achilla.

Eccleſias, & neque hi cum illis communicabant, neque illi cum his. Inſcribebant autem ſinguli in propria eccleſia, qui quidem Petro ſucceſſerunt veteres habentes Eccleſias, Eccleſia Catholica: Qui uerò Meletio adhærebant, Eccleſia Martyrum. Vndè & in Eleutheropoli, & in Gaza, atq; Aelia cùm acceſſiſſet idem Meletius, multos ſic elegit. Et contigit, ut ipſe multum tēpus tereret in prædictis metallis. At interim liberantur à metallis confeſſores, tum qui Petri partium erant, multi enim adhuc ſupererant, tū Meletij ſectatores: neque enim in metallis inter ſe cōmunitatem habebant, aut ſimul preces fundebant. Contigit autem Meletium adhuc ad tempus in mundo vitam agere, ut etiam floruerit cum Alexādro Petri ſucceſſore, & in amicitia eius eſſet, curaretque res Eccleſiæ ac fidei. Dixit enim ſæpè: nihil habui diuerſum aut alteratum.

DE DISSENSIONE PROPTER *Paſcha celebrationem.*

MOrbus porrò alius longè grauiſſimus iſtas res antegreſſus eſt, qui longo tempore Eccleſiæ multū exhibuiſſet moleſtiæ: diſſenſionē dico de ſalutaris Paſchatis feſto ortā. Etenim alij Iudæorum ritum ſequendum aſſeruerunt, alij temporis quidem articulum in eo feſto celebrando, accuratè obſeruandum eſſe, non tamen imitandam conſuetudinem eorum, qui errore cæcati, alieni à gratia Euangelica eſſe viderentur. In hac igitur controuerſia, cum prolixo iam temporis ſpatio populus ubique admodum diſſenſiſſet, diuinæque leges & inſtituta confuſione quadam eſſent permixta, ita ut temporis in uno, eodemque feſto obſeruando varietas & diſcrepantia, maximam diſcordiam Paſchatis ſolennitatem celebrantibus excitaret: (quippè eodem tempore alij ieiunijs & corporis afflictatiōe ſe exercebant, nonnulli ſe tradebant otio, & remiſſioni animorum) quanquam nemo certè erat, qui huic malo remedium inuenire potuerit, præſertim cum contentio diſſidētium animos ex æquo exagitaret: Deo tamen, qui omnia poteſt, iſtis rebus mederi erat perfacile. ex hominibus autem, qui adhuc in terris ætatem degebant, ſolus reſtare videbatur Conſtantinus, qui rectè factis ſedulò operam daret, qui quidem ſimulatque rerum iſtarum commemoratarum fama ad ipſius aures permanauit, intellexitque literas ad Alexandrinos a ſe miſſas, nihil habuiſſe ponderis, nouum cōſilium cœpit agitare: inquiens, alio prælio contra occultum illum, & clandeſtinum hoſtem, Eccleſiæ ſtatum perturbantem, de integro decertandum.

Sic Euſe. lib. 3. de uita Conſtantini, Chriſtof. interprete cap. 5.

EX GRÆCO VATICANO.

CAPVT, VBI DEO AMABILISSImus Rex Conſtantinus Synodum Epiſcoporum in Nicæa celebrari iubet.

VIDENS autem Rex perturbatam Eccleſiam, ſynodum generalem concelebrat, Epiſcopos vndecunq; per literas, vt Nicæam Bithyniæ occurrerent, exhortans. Agebatur autẽ regni eius annus decimus ſextus, quando Eccleſiaſticæ paci ſtudebat. Aderant autem ex pluribus Prouincijs & ciuitatibus Epiſcopi, de qnibus Euſebius Pamphili 3. lib. de vita Conſtantini, hæc ad verbum referr. Ex omnibus Eccleſijs, quæ frequentes in tota Europa, Africa, & Aſia extiterunt, Dei miniſtri, qui facilè primas ferre putabantur, in vnum conuocati. Templum etiam Nicææ velut Dei nutu amplificatum, intra parietes ſuos Syros pariter & Cilices, Phœnices, Arabes, & Palæſtinos, Ægyptios porrò, Thebanos, Afros, aliosq́ue ex Meſopotamia profectos recepit. Aderat etiam vnà in Concilio Perſidis Epiſcopus; nec ab hoc choro Scytha abfuit. Pontus item, Galatia, Pãphilia, Cappadocia, Aſia, & Phrygia viros apud ſe lectiſſimos ſuppeditarunt. Quinetiam Thraces, Macedones, Achæi, & Epirotæ, & quorum domicilia multò longiore locorum interuallo diſtabant, eo aduentarunt. Ex ipſis Hiſpanis vnus nominis & famæ celebritate inſignis, cum alijs multis in conſeſſu illo adfuit. Et quanquam vrbis illius penes quam imperium eſt, Epiſcopus (Metrophanes) ingraueſcente ætate præpeditus abfuit: Preſbyter tamen eius Alexander, qui poſtea in eius vrbis Epiſcopatu ſucceſſit, & Paulus lector adhuc, qui aderant, illius locum impleuerunt, vt & Romani Epiſcopi (Syluestri) Oſius Epiſcopus Cordubenſis cum preſbyteris Victore & Vincentio. Talem coronam ſolum ex omni præteritæ ætatis memoria, vnus Imperator Conſtantinus pacis vinculo ad Chriſti gloriam deuinxit: &, quò Seruatori ſuo gratias ageret, iſtud eximium victoriæ ab hoſtibus, & inimicis partæ monumentum obtulit, effigie chori Apoſtolici, pulchrè in hoc noſtro conuentu expreſſa. Nam dicitur in ſacris literis, illorum temporibus viros pios ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, in vnum conueniſſe. Inter quos erant Parthi, Medi, Elamitæ, & qui incolunt Meſopotamiã, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenam, & aduenæ Romani, Iudæi, & Proſelyti, Cretes & Arabes. Verùm illis hoc defuit, quòd non omnes, qui eò venerunt, ex Dei miniſtrorum numero erant illi quidem; ſed in hoc præſenti choro fuit epiſcoporum multitudo ad numerum 300. & amplius: Presbyterorum autem, Diaconorum, Acoluthorum, & aliorum, qui iſtos comitabantur, turba ne enumerari quidem poteſt. Atque ex his Dei miniſtris alij prudenter & diſertè dicendo, alij uitæ grauitate, & conſtanti rerum arduarum perpeſſione, nonnulli quaſi media inter iſtos interiecta viuendi conſuetudine eximij, præclara laudis inſignia adepti ſunt. Erant inter hos etiam non pauci, qui propter longinquum temporis ſpatium quo uixerant, multum honorati fuerunt; multi qui in ipſo ætatis flore propter ingeniorum acumen magnum ſplendorẽ ſunt conſecuti: quidam modo in miniſterij quaſi curſum ingreſſi. Quibus quidem omnibus cibaria in ſingulos dies Imperator largè & liberaliter ſuppeditari mandauit.

Sic de his, qui eò conuenerãt,
Euſebius Pamphili
diſſeruit.

Cap. 7. 8. & 9. Chriſtoforſ. interprete.

Epiſcopũ Gothorũ intelligit Scythę nomine.

Hæc noſa Græc' noſter Chriſtoforſ. nõ habet.

300. hẽt Græcus noſter, Chriſtof. 250. Falsò igitur Sabinus eius ſæculi hæreticus Nicænos patres imperitię notauit.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

LIBER SECVNDVS, DE ACTIS

In Concilio ante Decretorum Conſtitutionem.

CAPVT, VBI REX CVM Epiſcopis ſedet.

Totum ferè hûc ſecundum librum ex Græci Vaticani 2. libro vertimus. Primam orationē habuit Euſtachius Antiochenus Epiſcopus in laudem Imper. ex Theod. li. 2. hiſt. Eccleſi. c. 7.

CVm aūt Rex feſtum victoriæ aduerſus Licioiū abſoluiſſet: venit & ipſe Nicæā. Sequenti poſtea die oēs ſimol epiſcopi in unū locum conuenerunt. Aderat autem & rex poſt ipſos, & poſtquā acceſſit, io medio conſtituit, nec prius ſedere voluit, quàm epiſcopi innuiſſent. Tanta religio & virorum reuerētia regem occupauerat. Ad quos laudatiſſimus Rex exhortatorium & eruditum ſermonem habuit, in laudem & gloriam, & gratiarum actionem, Dei vniuerſorū, qui tantam ei gratiam conceſſerat, ita locutus.

SERMO PROSPHONETICVS CONſtantini Auguſti ad ſanctam Synodum.

PLures quidē illuſtres vias humano generi ad ſuam redemptionē magna Dei omnipotentis iuſtitia præparanit, & inter alias inſigniorem illam, & marimè refulgentem, & quaſi legis ſuæ ſāctiſſimæ ſummā, qua oos oēs in ſancta Eccleſia Catholica, quaſi in quodam Dominico fidei domicilio congreganit, quod oi miraculo maius eſt. Huius autem domicilij verticem vſq; ad ſyderū ſplendorem videmus pertingere, fundamenta verò io ipſo adhuc operis initio, tám profundas fideliter egiſſe radices oouimus, vt vniuerſus terrarum orbis id ſenſu percipere potuerit. A vertice igitur prędicto, qui reliquis alijs oibus ſuperiacet, vſque ad finem exitos ipſius viæ totum iter æquabile ac plaoum conſpicitur, ac ſplēdore locis quaſi colore perfuſum, cuius & frootiſpicium ſydereo ſigillo exornatur. Duodecim oumero ſunt columnæ niue candidiores, atq; immobiles, & quæ fidei conſtituoonem per potentiam diuinitatis noſtri Salnatoris perpetuò ſuſtinēt. Hoc igitur tm̄ opus, cùm arte nulla nos aſſeqoeremur, & animo iuſtam fidem non comprehenderemus, immortalis legis ſanctimoniam mēti ooſtræ Deus indidit, per cuius portas nullo alio ducente, niſi caſto & pio deſiderio cū puræ mentis fide, qui vult, ingreditur. Eidem aūt ſtructuræ mirabilem quendā oroamenti ſplēdorē ſalubris attulit cogitatio, interna, inquā, homioum fides, per totum domicilij ambitū florentibus coronis decorata, & immortalitatis fructum colligeos, quæ caſtos vitæ humanę ſplendores in apertum agēs, illuſtrat, ac rurſus ibidem cœleſtis exiſtimatio exterius operiens ſæculi ſemper oaſcentis, aut potius, iam nati ſimia deliniat, & cum decēti laude totam ædificij perfectiooem ſuſtentans, exornat. Domos autem iſta Dōi à duobus tātum excubitoribus cuſtoditur. Et timor quidem diuinos quorundam cogitationem caſtigat, rectè autem ſapientibus fauor diuious ſemper p̄ſtò eſt, quaſi prudenoæ prēmiū. His ambobus ad loci ſanctiſſimi ianuas aſſidentibus, oſtia cùm aperiuntur, iuſtitiam ſuſcipioot, quæ intus habitans permanet incorrupta: ioiquitatem autem fas oon eſt, portis appropinquare, ſed ab illis excubitoribus repulſa loco excluditur.

Hæc fratres honoratiſſimi, atq; omni laude digni, cum ita ſint manifeſta, me ad æterni & immortalis luminis ſplendorem deduxerunt; niſi longius à me fuiſſet, ambigua fortaſſis animi fides, veritatem redderet inconcinnam.

Verùm quid primùm cōfirmabo? nunquid fœlicitatis formam, quæ intra pectus meū concepta latet? an diuina beneficia, quæ circa me ab oīpotente Deo iam demōſtrata ſunt? Quorum numerum ad multa opera ſofficere aſſerimus, vt meam mediocritatem idem Deus nr̄, & omnium rerum pater meritò in ſuam ſeruitutē redegerit. Credite fratres honoratiſſimi, & integram fidem dictis adhibere. Et ſi maximè animus meus Dei beneficijs plenus, fœlix eſſe videtur & ob eam cauſam immēſas laudes eidem poſſe perſoluere; tamen, ut fides veritatis apertè oſtendit, oeq; uox, neq; lingua mentis imperio ſeruire ſufficiunt; idq; iore optimo. Cùm enim ſit immenſa beneficiorū magnitudo, mens quidem altior exiſtēs ſublimiora corpore loca occupat: linguæ autem via io anguſtum admodom locum concluſa, ferè cum loqui creditur, omoinò cōoceſcit. Quis enim noſtrom tam temerè conſiderat, ut talis fidei rōnem præcipitet, ideoq; facilè Deum omnipotemtentem alloqui, eique honorificas, atq; cōdignas laodes dicere audeat?

Quādoquidem ſi quis ſolam eius, qui eum naſci conſtituit, maieſtatem perpendat, ſciens intelliget, nihil iueniri poſſe, quod Deo dignū eloqui queat. Quid ergo in meæ mediocritatis iuſtificatiooe dicere oportebat, quàm qood diuinus veritatis ſermo demonſtraret? Hæc eſt magnitudo, hæc maxima veneratio. Conſideretur lumen, an incidere, ac oullo errore illabi poteſt in ea, quæ de ip̄ſo dicūtur. Atq; utinam mihi, qui vobis in Dei miniſterio ſum coniunctus, copioſa dicēdi facultas ſuppeteret, ut laudibus celebrarem illa p̄dicatione digna, quę diuinos Saloator noſter omnium rerum cuſtos, i principio ſui aduentus omnibus hominibus exemplom ſuæ miſericordiæ oſtendens, tranquillo ſuæ diuinitatis outu demonſtrauit; quā-

Vox iuſtificationis aliquoties repetita, & alia eiuſmodi, baptizatū iā fuiſſe, cùm hæc Patribus loqueretur, Conſtantinū ſignificāt.

do vtilitatis noſtræ gratia puri corporis domicilium ex virgine aſſumere dignatus eſt.

Incipiam vtque ab eius doctrina & maieſtate aliquid dicere: ſed ab illis documentis, quæ ipſe per ſeipſum ſolus magiſter, nullo docente declarauit. Atqui reſpirarunt eius prouidentia tot populi, quot numero comprehendi non poſſunt, paruo quodam alimẽto, ac minimis cibarijs, & ſolis duobus piſcibus, per diuinam eius induſtriam. Lazari etiã poſt mortem breui quadam linea reſurrectionem operatus eſt, & ad huius lucis ſplendorem iterum reduxit. Quomodo autem dicam de pura eius diuinitate, per quam mulierem quandam ineffabili modo intuitus eamque ſuo duntaxat colloquio dignatus, ſanam rurſus atque omni morbo liberam oſtendit? Quis autem dignè prædicet eius immortale factũ, per quod qui continuo & diu abſumente morbo detinebatur, membris omnibus ſolutis, atq; diu vlſis iacens, repentè diuino medicamento ſanatus, grabatum ſuum, in quo iacuerat, humeris impoſuit, & laudes gratiarum actionis fundens, per patriam & fines ſuos cucurrit? Et diuinũ ac ſtabilem eius ingreſſum, quo incidens & humidum mare calcans connexuit, & diuinis veſtigijs profundiſſimi maris humorem compegit, & per medium pelagus nulla profunditatis mẽſura definitum, quaſi per terram iter fecit? Et ſimplicem patientiam, per quam in omnibus victor inſipientium populorum contumaciam edomuit, & domitam eorum ferociã procul ab eis peregrinatus legi ſubiecit? Et illa diuina & maxima eius diuinitatis opera, quibus viuimus, quibus approbamur, quicunque non ſolùm futuræ beatitudinis ſpem expectamus, ſed quodammodo iam tenemus? Ego

Hic iterũ ſe baptizatum eſſe indicat.

quidem exiguo meæ orationis apparatu plus non audeo dicere, quàm hoc ſolum, animam meã iuſtificatam, in ſinceritate ſeu puritate verſari oportere. Qualis igitur eſt & circa totum genus humanum, maximè autem ac præcipuè circa pulcherrimam, & omni laude maiorem iuſtitiam, omnipotens Deus, qui cœlum inhabitat? quandoquidem proprium diuinum ſpiritum meritò ſanctiſſimum ipſius corpus inhabitare, & ſic omnibus humanis corporibus ſalutarem eſſe dignum duxit. Siquidem igitur immenſa hoſtium inſania, quaſi caligine quadam pernicioſæ vmbræ confuſa, ſanctiſſimã & ſalutarem omnipotentis Dei diſpoſitionem interpretari non dubitat: breuiter id ego, quatenus fides, & animi iuſtificatio facultatem dicendi dederit, enarrare tentabo.

(Nota animi iuſtificationem iam tertiò repetitam contra Euſebium Pamphili, qui Conſtantinum in fine vitæ baptizatum fuiſſe ſcribit.)

Et quidem harum gentium prauæ opiniones id impudentiæ genus inducunt, vt ore impio dicere non expaueſcant: Deum omnipotentem omnia, quæ diuina lege notantur, neque creaſſe, neque creare voluiſſe. O vocem impiam, & quæ dignè omnem ſupplicij exuberantiam in ſe poſtulat. Itane inſanè ac audacter diuini huius beneficij gloriam, quam nullus homo poteſt comprehendere, inanem reddere deſiderat? Quid enim puritate Deo dignius? quæ ex ſanctiſſima eius conuerſatione cum fonte iuſtitiæ promanauit, & per totum orbis circuitum inundauit? & ſanctiſſimarũ virtutum facultates hominibus demonſtrauit? Quas Aſſyriorum affectu ſibi prius inimicas exiſtimarunt; quorum malum exemplum antecedens reliquas gentes ſe illis accommodare perſuaſit. In quibus, vt nos proprio theoremate comprobantes Saluatoris noſtri Dei diuinã clementiam cooperari videmus. Quandoquidem & quotidiè & pluribus annis illorum inſaniam feruenter concitatam in ſalutaris medicamenti tolerantiam peruenire iuſſit. Neq; ſic tamen ad reliquos eius beneficij magnitudo in gratiam poteſt pertingere, ut omni oratione inter homines puritatem, & diuinam potentiam exaltare queant, & exaltatam in ſublime confirmare. Imò ut iterum potius deponerent, atq; diſſoluerent, contigit: quamuis erat id rebus humanis planè aduerſum. Etſi enim Deus omnipotens tacito ſuæ diuinitatis nutu omnia facere propoſuit: hominũ tamen inſania frequentior facta eſt; & ſi humanitas infinita omnes animos correxit, alia tamẽ plurima, quæ in mundi conuerſione in ordine proprio miniſtrant, emergere non potuerunt, quæ ſimul omnia poſt diuinitatis ignorationẽ cito perierunt, & inuidiæ iniquitas & ingratitudinis breui excitata ſunt. Alienus autem à malignitate nemo inuentus eſt, ſuperſtitionum generibus lõge lateq; in animos hominum vsq; adeò diffuſis, ut earum turpitudine huius noſtri ſplendoris lumen dignis fuerit circunfuſum tenebris & ipſi ſemper luce priuati.

Nulla itaq; ratio poterit meã de prædictis fidem ex animo meo auellere. Nullo enim malo impediente ipſa ſuccedit. Perfecta potentia eſt viuus ſermo veritatis, omnipotens, omniũ rerum cuſtos & noſtræ ſalutis procurator. Ita igitur videtur quodammodò ſanctiſſimi verbi abundantiam eius, quem liberat, conuerſationem cuſtodire & lucis ſplendorem nobis præbere. Quam ob cauſam ergo gentium omniũ populi cœleſte numen non aſpicientes, & nobiliſſimam pietatẽ contẽnentes, quod de terra eſt, inquirũt: quod nullum habet veritatis fundamentũ, neq; puri ſplẽdoris charitatẽ, neque cœleſtis diuinitatis potẽtiã? O indignũ facinus. Adhuc & nũc cùm nihil impium omittãt, nec in Deũ reſpiciãt, & in miſerũ errorẽ prolabantur: nõ vident, & ſordidis his operibus mundi ſplendorẽ contaminare nõ ceſſant. Nempè lignum, lapidem, æs, argẽtũ, & aurum, & huiuſmodi alia de terra ſumpta, ut adorentur, proponentes, & ad ea vitæ ſpem publicè referẽtes, tẽpla ipſis inſigni ornatu ædificant, & poſtea in ſuæ adorationis additamentis gloriantur. Si quidem ſtructuræ magnitudo quam ipſi fecerunt, dignum eorum conſpectu miraculum

exhibet,

exhibet. Quandoquidē autē talia facere videntur, maniteſtè intelligitur, ipſos potiſſimum neq; ſenſu, neq; viſu præditos eſſe, & arroganter in ſuis ſtructuris ſeſe iactare conuincūtur.

Qualis igitur, & quantus eſt omnipotens Deus, omnium autor & iudex? quem quidam propriæ, ut opinantur, uirtutis perſuaſione latent? Ipſius enim diſpoſitione noſtri corporis ſpecies debitam formam accepit: &, vt armoniæ vigorem haberemus, ipſe membrorum omnium cōnexionem neruis fortiſſimis colligauit, ut in omni noſtræ intentionis actione, propriæ armoniæ robur indefeſſum retineremus. His igitur ſalubri diſpoſitione abſolutis, ſpiritum etiam, qui hæc omnia mouere ac roborare poſſet, inſpirauit: viſumq; oculis noſtris conceſſit, & intellectum capiti noſtro indidit, & intra regionē hanc totam noſtræ cogitationis rationem concluſit. Quapropter ſi quis rectè ſapiens huius diſpoſitionis rationē conſideret, omittat autem alia, quæ neq; uerbo, neque numero comprehendi poſſunt, celeri attentione ſalutarem, & æternam immortalis Dei potentiam videre, atque intelligere poterit, non poterit autem errore aliquo temerè implicari: ſed manifeſtè contemplari licebit, atq; uidere: omnia Dei potentia facta eſſe, ſicut ipſe omnia hæc exiſtere uoluit.

Vt autem perſpicere liceat, quod aliqua illicita in mundo conuerſatio ignorationem Dei apud homines effecerit, poſt natum ex illuſione inimici in miſeris infœlicium hominum animis primum rationis peccatum; ex diuina lege datur nobis perſpicuam huius rei demonſtrationem accipere. Ab illo enim tempore, quo à duobus illis in principio creatis, conuenienti diligentia, diuinum & ſanctum mandatū obſeruatū non eſt; natus eſt deinceps huius appellationis (ignorationis. ſ.) flos: factus eſt autē continuus, ac magis auctus, poſtq̃ prædicti duo illi uoluntate diuina repudiati ſunt. Eouſque autem materia illa humanæ miſeriæ prouecta eſt, ut Orientis & Occidentis fundamenta damnauerit. Ipſa etiam aduerſariæ poteſtatis uictoria mentes hominum circumuenit, & obſcurauit. In ipſo nimirum præcepto eſt ſancta, & immortalis, & infatigabilis Dei omnipotentis clementia. Omnibus enim diebus, & temporibus præteritis, innumeras populorū multitudines, ab hoc onere, cuius ſeruituti addictæ fuerant, per me ſeruum ſuum Deus liberat, & in perfectum æterni luminis ſplendorem deducit.

Poſt hæc igitur fratres deſideratiſſimi, propinquiore quadam prouidentia, & illuſtribus immortalis Dei noſtri beneficijs inſigniorem me in poſterum futurū, puriſſima erga ipſum fide ſum perſuaſus. Suſcipiat ergo me ô ſinceriſſimum Concilium ſanctitas veſtra, nec mihi ſanctiſſimam Eccleſiam, & communis omnium noſtrum, caſtæque matris portas opponi ſuſtineatis. Quamuis enim nunc potiſſimum animi mei ratio perfectā Catholicæ fidei puritatem inueſtigans, hoc ſibi fieri dignū non eſſe arbitratur, ſuadet tamen, atque admonet. Et propriæ quidem verecundiæ frons omnium pulcherrimarum virtutum ſigillum extulit, portasque immortalitatis cœpit contingere, ipſasque pulſare: vt & uos cœpiſtis noſtræ fraternitatis imprudētiæ ueniam dare, pacem fidei Catholicæ reſpicientes. Hoc enim & Deū decet, & Eccleſiæ Catholicæ fidei conuenit, & Reipublicæ negocijs utile eſt: ut pro diuinitus nobis conceſſa precioſiſſima pace dignam gratiarum actionem eius gratiæ largitori communiter omnes referamus.

Videtur petere admitti ad Conciliū. Videt inuenere ſa-cramentū Confirmationis qd ſimul cū baptiſmo à S. Syluestro accepit.

Graue enim eſſet, imò verò quam acerbum hoſtibus iam profligatis & nemine ex diuerſo ſe opponere audente, inuicem oppugnare, & lætitiam inimicis, atque adeò riſum præbere, præſertim cùm de rebus diuinis diſputemus, habeamusque doctrinam ſacratiſſimi ſpiritus literarum monumentis proditam. Nam libri Euangeliſtarum & Apoſtolorum, quinetiam veterum Prophetarum oracula nos euidenter docent, quid de diuino numine ſentiendū ſit. Omni igitur ſeditioſa contentione depulſa, literarum diuinitus inſpiratarū teſtimoniis res in quæſtionem adductas diſſoluamus.

Sic uertit hanc partem Chriſtoforſonus lib. 1. hiſ. Ecc. Theod. cap, 7.

Iſta aliaque id genus dum doctrinæ Apoſtolicæ conſenſum ſtabilire moliretur, tanquā filius Patris amantiſſimus, Epiſcopis & ſacerdotibus velut patribus propoſuit. Erant autem qui ad Synodum ſimul conuenerunt Epiſcopi trecenti & octodecim. Sed trecenti quidem ante prædicta perſuaſi erant & conſenſum ad inuicem, ac dogmatum ſanitatem amplectebantur: reliqui autem, ut iampridem diximus, aduerſus Apoſtolica dogmata pugnabant: qui Arij ſententiā magnificè concelebrare ſtudebāt, numero ſeptendecim. Euſebius, ſcilicet Nicomedienſis, cuius & ſuperius mentionē fecim⁹, Theognis Nicænus, Maris Chalcedonenſis, Theodorus Heracleæ Thraciæ, Menophātus Epheſi, Patrophilus Scythopolis, Narciſſus Neroniadis ſecundæ Ciliciæ, quam nunc Irenopolin appellamus, Theonas Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis Ægypti, & cum eis alii octo, qui ſeipſos, quaſi eſſent orthodoxi, ſanctorum trecētorum choro miſcentes, Apoſtolicis dogmatis repugnabant, Ario cōſentiētes. Cùm his generoſe decertabant Sancti Patres noſtri, Alexander tunc presbyter Conſtantinopolitanus, & Athanaſius Archidiaconus Eccleſiæ Alexandrinorum. Quamobrem inuidia contra eos arma mouit, vt poſtea dicemus. Noſtri autē ſancti Epiſcopi Arium ad Synodum vocabāt, permittentes ei propria dogmata proponere, nunc omnia uincentis regis. nā & ille, ut paulò ante diximus, in Synodo conſidebat.

Metaphraſtes in oratione de geſtis Nicææ refert hunc presbyterum uicē geſſiſſe metrophanis Epiſcopi Conſtātinopolitani.

CAPVT, VBI PRÆSTANTIORES Epiſcopos Rex ſuſcipit.

CÆterum admirabile quiddam, quod in ſynodo fecit Rex omnium uictor, dignū

non

non eſt, quòd ſilentio inuoluatur. Et enim cùm ex omnibus penè locis Epiſcopi conueniſſent, &, (ut fieri ſolet) diuerſis ex cauſis inter ſe iurgia quædam detuliſſent, interpellabatur frequenter à ſingulis: offerebantur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad hæc, quàm ad id, pro quo uentum fuerat, animos dabant. At ille videns quòd per huiuſmodi iurgia cauſa ſummi negotij fruſtraretur, diem certã ſtatuit, qua vnuſquiſque Epiſcoporum, ſi quid querimoniæ habere uideretur, deferret. Et cũ reſediſſet, ſuſcepit à ſingulis libellos, quos ſimul oẽs in ſinu ſuo continens, nec in eis quod contineretur aperiens, ait ad Epiſcopos: Deus uos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem uobis dedit de nobis quoq; iudicandi, & ideò nos à uobis rectè iudicamur: uos aũt nõ poteſtis ab hominibus iudicari. propter quod Dei ſolius inter uos expectate iudicium, & ueſtra iurgia quæcunq; ſunt, ad illud diuinum reſeruentur examẽ. Vos enim nobis à Deo dati eſtis dii, & conueniens nõ eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptũ eſt: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit. Et ideò his omiſſis, illa quæ ad fidem Dei pertinent, abſque ulla animorum contentione diſtinguite. Cùm hæc dixiſſet, omnes ſimul querimoniarum libellos iuſſit exuri, ne innoteſceret vlli hominum ſimultatio ſacerdotum. Tanta erat Regis erga Dei ſacerdotes religio, quam omnes ſapientes admirabantur. Aliud etiam ſimile huic ab eo factum, non arbitror iuſtum ſilentio tradere. Viri quidam laici ex eorum numero, qui libenter rixantur, alioſque reddunt odioſos, ſcripſerãt quaſdam Epiſcoporum accuſationes, eaſque deſcriptas ante confectam concordiam Regi obtulerãt. Ille cùm ſuſcepiſſet, vinculum eis impoſuit, atque anulo ſignãs, cuſtodiri mandauit, donec fœderibus conſenſus confectis, præſentibus omnibus Epiſcopis proferri eas iuſſit, atque igne comburi, cùm prius iuraſſet ſe nihil eorum, quæ ſcripta fuiſſent, legiſſe. Oportere enim aiebat ſacerdotum præuaricationes uulgaribus eſſe ignotas, ne inde ſcandali occaſione accepta, poſtea ipſi abſq; metu delinquant. Quin & hoc adieciſſe fertur: ſi contingeret, Epiſcopum ſe uidere alienum coniugium uiolantem, propria ſe purpura iniquum facinus fuiſſe contecturum, ne talibus factis intuentiũ aſpectus læderetur. Perplures poſtea dies, quin & per longiora tempora cum Epiſcopis cõueniens, ſimul cum eis de his, quæ ad fidem pertinent, diſſerebat, ac diuerſas eorum ſententias legebat. Erant enim, vt ſæpius iam diximus, inter eos nonnulli, qui Arii dogmatis illicitis conſentiebant, & multitudini ſanctorũ Epiſcoporum ueritatem propugnantium aduerſabantur. Optimi uerò, ac omninò ſacratiſſimi Patres nři, ueritatis armis muniti, illuſtrẽ & inuiolatã fidẽ liberè prædicabãt. Cùm quibus etiã Confeſſorum magnus numerus Arij praua dogmata defendere uolẽtibus reſiſtebat,

Nota dignitatem ſacerdotũ

Nota dignã Chriſt. Imper. ſententiã.

DE PAPHNVTIO.

FVit præterea in illo Concilio & Paphnutius, homo Dei ex Ægypti partibus Confeſſor, ex illis quos Maximianus dexteris oculis effoſſis, & ſiniſtro poplite ſucciſo, per metalla damnauerat. Sed in hac tanta uirtutum inerat gratia, ut ſigna per eum, nonminus quàm dudum per Apoſtolos, fierent. Nam & Dæmones uerbo tantum fugabat, & ægros ſola oratione curabat, ſed & cęcis uiſum dicitur reddidiſſe, & paralyticos ad ſtabilitatem corporis reuocaſſe. Quem Conſtantinus in tanta ueneratione & affectu habuit, ut ſæpius eum intra palatium euocatũ complecteretur & illum oculum, qui in cõfeſſione fidei fuerat euulſus, auidiorib⁹ oculis demulceret. *(Eadem habet etiam Ruffinus lib. 1. hiſt. Eccleſi. c. 4. qui Paphnutium Epiſcopum facit. Græcus tamẽ noſter, vt Cõfeſſorem tantum laudat, eumq; poſtea in Meletianorũ ſectam delapſum eſſe teſtis eſt Epiph. in lib. aduerſus Hæreſes, Secta 68.)*

DE S. SPIRIDIONE.

SPiridion etiam Cyprius vir inſignis in Domino, vir vnus ex ordine Prophetarum. Hic paſtor ouium etiam in Epiſcopatu poſitus permanſit. Quidam uerò nocte cùm ad caulas fures ueniſsẽt, & manus improbas, quò aditum educendis omnibus facerent, extendiſſent, inuiſibilibus quibuſdam uinculis reſtricti, uſq; ad lucem ueluti traditi tortoribus permanſerunt. Cùm uerò oues ducturus ad paſcua matutinus ſe ageret ſenior, videt iuuenes abſque humanis vinculis pendere diſtrictos. Cumque cauſam noxæ comperiſſet, abſoluit ſermone, quos meritis uinxerat. Et ne eis inanis nocturna cederet occupatio: Tollite, inquit, ô iuuenes, vnum uobis arietem, ne ſine cauſa ueniſſe uideamini, quẽ melius prece quàm furto quæſiſſe conuenerat. Plura etiã alia mirabilia de hoc ſancto audiuimus: vnũ autem ex multis proponemus.

Ita etiam hẽt Ruffinus lib. 1. hiſt. Eccl. cap. 5.

CAPVT, VBI FILIAM MORtuam excitat propter mercatorem.

FIliam habuit Irenem nomine, quæ ei cùm benè miniſtraſſet, virgo defuncta eſt. Poſt eius obitum uenit quidam, dicẽs: Se ei quoddam depoſitum commendaſſe. Rem geſtam ignorauerat pater. Perquiſitum in tota domo; nuſquam, quod quærebatur, inuentum eſt. Perſiſtebat tamen ille, qui commendauerat, & fletu ac lachrymis perurgebat: uitæ quoque ſuæ illaturum ſe eſſe exitium, niſi commendata reciperet, teſtabatur. Permotus lachrymis eius ſenex, ad ſepulchrum filiæ properat, atq; eam ex nomine clamitat. Tum illa de ſepulchro, quid vis, ait, pater? Commendatũ, inquit, illius ubi poſuiſti? At illa locum deſignans, illic ait inuenies defoſſum. Regreſſus ad domum, rem, ſicut filia de ſepulchro reſponderat, repertam tradidit repoſceti. Sed & multa alia ferũtur geſta eius mirabilia, quæ

Hoc etiã extat apud Ruffinũ ibidem.

etiam

etiam nunc ore omnium celebrantur. Tales igitur in illis adhuc temporibus permulti viri in Eccleſiis Domini reſulgebāt, ex quibus plurimi in illo Concilio fuerunt. Sed & Athanaſius eodem tempore Alexādriæ Diaconus, Alexandrini Epiſcopi aderat, cōſilijs, ſenem quā plurimis iuuans.

EX EVSTATHIO ANTIOCHENO,
qui Concilio interfuit, apud Theodoretum lib. 1. hiſt. Eccleſi. cap. 8.

VBi ergo Nicæam aduentauit maximus Epiſcoporum cœtus, de fidei modo quæri ceptum eſt. Euſebij Nicomedienſis blaſphemia per ſuas ipſius literas perſpicuè deprehenſa fuit. Quæ quidem literæ ubi fuere perlectæ, ſicut auditoribus immenſum dolorē, propter eius de Eccleſia diſceſſionem: ſic eius autori inſanabile dedecoris vulnus intulerunt. (*Idem author tradit, illas litteras in Concilio fuiſſe diſcerptas. laceratus eſt etiam liber Arij Thalia inſcriptus, vt poſtea verſus libri huius finem refertur.*)

EX GRÆCO VATICANO.

Interea per dies ſingulos agitabantur conuentus, nec facilè, aut temerè de re tanta ſtatuere audebant. Euocabatur frequenter Arius in Concilium, & aſſiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebantur, & quid aduerſum hæc teneri deberet, aut ſtatui, ſumma cum deliberatione quærebatur. Quamobrem valdè ſapienter atque conuenienter aduerſus Arij, & qui cum illo erant, illicita dogmata redargutiones oppoſuerunt, ipſorum impias aduerſus Dei filium blaſphemias radicitus extirpantes, & eua neſcere facientes. Et quidem ei quod illi aſſerebant: non ex Deo eſſe Dei filium, illud: Deum de Deo noſtri oppoſuerunt. Et ei quod illi dicebant: Non eſſe Deum verum de Deo vero, ſed creaturam, Noſtri contra; genitum non factum definierunt. Ei uerò quod ipſi defendebant, alterius eſſe ſubſtantiæ: Noſtri Epiſcopi contra, Conſubſtantialem eſſe filium Patri, obiecerunt, hoc eſt, ex ſubſtantia patris genitum: creatoremque, atque opificem eſſe uiſibilium omnium & inuiſibilium prædicarunt, iuxta olim traditam Eccleſiæ ipſius Apoſtolicam fidem, expreſſis teſtimonijs demonſtrantés. Hoc Antidoto venena lætalia ſubuertētes, clariorē in poſterum Apoſtolicam fidem conſonanter deſcripſerunt.

DE EO QVOD OPORTET
tres perſonas intelligere & credere, indiuiſè in vna diuinitate, ineffabilis Patris, & Filij, & Sancti Spiritus.

Prima ſententia Oſij qui locū tenebat Romani Pōtificis.

SAncta & magna & Generalis Synodus in Nicæa congregatorum ſanctorum Patrum noſtrorum per beatum & ſanctum Epiſcopū Oſium Corduba ciuitatis, Hiſpanicæ Prouinciæ, locum tenentem Romani Epiſcopi, cum prædictis eiuſdem ſedis presbyteris, altero ipſum interpretante, dixit: Diuinitas non eſt una perſona, vt Iudæi opinantur; ſed tres perſonæ verè ſubſiſtentes, nō ſolo nomine. Et hoc pluribus teſtimonijs in nouo & veteri teſtamento prædicatur. Vetus quidem magis corporeo adhuc modo diſſerens, verbum quaſi loquēs exhibuit. nouum autem verbum Deum eſſe demonſtrauit (iuxta illud: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum) & perſonam perfectam ex perfecta. Deus enim eſt, non pars, filius, ſed perfectus, ſicut & Pater: Eiuſdem eſſentiæ, cuius & qui eum ineffabili modo genuit Pater. Sicut Pater, & Filius, ſimul ſubſiſtit Spiritus ſanctus, eiuſdem eſſentiæ, & eiuſdem poteſtatis, cuius Pater & Filius. Vnum igitur conſilium, unum regnum, unam uoluntatem, unam dominationem in omnibus creatis naturis, & aſpectabilibus, & quæ intelligentia percipiuntur: unam diuinitatem & eandem eſſentiam, confiteri nos oportet, non prædicantes ineffabilis illius, ac beatæ Trinitatis perſonarum cōfuſionem, aut diuiſionem, ſed ſemper verè Patrē ueri Filij, ſemper exiſtētē, & filiū verè filiū veri Patris, ſemper exiſtentem ac ſubſiſtentem: Trinitatem indiuiduam, ineffabilem, & quæ verè ſuperat intellectum atque ſermonem: unam diuinitatem & eandem ipſius eſſentiam eſſe credentes. Et eandem conſiteemur iuxta nobis ab initio traditam ipſius fidei veram dogmatum integritatem, à Domino per ſanctos eius Apoſtolos, & a ſanctis eius Apoſtolis, & à ſanctis antiquis noſtris patribus, qui Apoſtolorum ſanctam fidem illibatam conſeruauerunt; parati ex ſancti Spiritus arbitrio, per plurima diuinarum ſcripturarum teſtimonia demonſtrare, hæc ita ſe habere.

His ab ipſis; magis autem à Spiritu ſancto per ipſos pronunciatis, qui impietatem Arij aſſerebant (erant autem pro Ario Euſebius Nicomediæ & Theognis Nicææ, quos iam prius indicauimus) reſpiciebant pariter in conductitios Arij Philoſophos quoſdam maxime diſertos, quos propriæ nequitiæ patronos cum Arius conduxiſſet, cum ipſis uenit ad ſanctam illam, & Generalem Synodum. Aderant autem & plurimi Philoſophi, in quibus ſperantes, vt paulò ante diximus, veritatis aduerſarii, meritò cum ſuæ blaſphemiæ magiſtro dānati ſunt. impleta in ipſo, & in ipſis ſacra ſcriptura, quæ dicit, Maledictus homo, qui confidit in homine, & à Domino receſſit cor eius. Receſſit enim verè à Domino blaſphemū cor Arij cum Deo pugnātis, & eorum, qui eius impietati communicant, audentium dicere Filium Dei creaturam atque facturam: cùm ſit omnium uiſibilium & inuiſibiliū creatarum naturarum creator & effector.

CAPVT, QVO PLVRIMÆ PHILOſophorum Arij contra ſanctam illam Apoſtolicorũ Dei ſacerdotũ Synodum, ſententiæ proferuntur.

Sic etiam habet Ruffinus lib. 1. hiſt. Eccl. cap. 3.

QVidã inſignis in arte Dialectica per dies ſingulos, conflictus ſummi certaminis cum Epiſcopis noſtris, viris adæque in Dialectica non improhabiliter eruditis, mouebat: & fiebat ingens ſpectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis, & literatis uiris. Nec tamen vllo genere Philoſophus concludi à quoquam poterat, aut conſtringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quæſtionibus occurrebat, vt ibi maximè putaretur aſtrictus, velut anguis elaberetur. Sed, vt oſtenderet Deus, quia non in ſermone uerbum Dei, ſed in virtute conſiſtit, quidam ex Confeſſoribus ſimpliciſſimæ naturæ vir, & nihil aliud ſciens, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixũ, inter cæteros auditores epiſcopos aderat. Qui cùm vidiſſet Philoſophum inſultantem noſtris, & callidè ſe diſputationis arte iactantem, poſcit ab omnibus locum, uelle ſe paucis cum Philoſopho ſermocinari. Tum uerò noſtri, qui ſimplicitatem viri, & imperitiam de ſermone duntaxat noſſent, pauere, & uelut pudorem quẽdam pati, ne ſortè apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas. perſtitit tamen ſenior, & hinc mouit ſermonis exordium: In nomine inquit, Ieſu Chriſti Philoſophe audi, quæ uera ſunt. Deus unus eſt, qui fecit cælũ & terram, quiq; homini, quem de terræ limo formauerat, ſpiritum dedit, uniuerſa quæ uidentur, & quæ nõ uidentur, virtute uerbi ſui creauit, & ſpiritus ſui ſanctificatione formauit. Hoc uerbum ac ſapientia, quem nos filium dicimus, humanos miſeratus errores, ex virgine naſcitur, & per paſſionem mortis à perpetua morte nos liberauit, ac reſurrectione ſua æternam nobis cõtulit vitam. Quẽ & expectamus iudicem omnium, quæ gerimus, eſſe venturum. Credis hoc ita eſſe Philoſophe? At ille, uelut ſi nunquam ullum ſermonem contradicendi didiciſſet, ita obſtupefactus uirtute dictorum, mutus ad omnia, hoc ſolum potuit reſpondere, ita ſibi uideri, nec aliud uerum eſſe, quàm quod dixerat. Tum Senior, ſi hæc, inquit, ita eſſe credis, ſurge & ſequere me ad Dominicum, & huius fidei ſignaculum ſuſcipe. Et Philoſophus conuerſus ad diſcipulos ſuos, uel ad eos, qui audiendi gratia conuenerant, Audite, inquit, o eruditi uiri: donec uerbis mecum geſta res eſt, uerba uerbis oppoſui: & quæ dicebantur, dicendi arte ſubuerti: ubi uerò pro uerbis uirtus proceſſit ex ore dicentis, non potuerunt reſiſtere uerba uirtuti, nec homo aduerſari potuit Deo. Et ideò ſi quis ueſtrum potuit in his, quæ dicta ſunt, ſentire quæ ſenſi, credat Chriſto, & ſequatur hũc ſenem, in quo locutus eſt Deus. Ita Philoſophus Chriſtianus effectus, tandem ſe gratulatus eſt victum. Hoc autem Philoſopho baptizato, & Dei Eccleſiæ coniunctio, & quieſcente, & in Dei magnalibus exultante, Synodus gaudebat.

Hic Spiridion fuiſſe creditur teſte Niceph. lib. 8. hiſt. Eccl. cap. 15. qui & ſimile quid cum alio Philoſopho feciſſe refert Alexandrum Cõſtantinopolitanũ poſtea epiſcopum.

CONFVTATIO ALTERIVS PHILOſophi nomine Phædonis, qui & ipſe pro Deo repugnante Ario, & pro blaſphemia, quam ille inuenit, verba fecit.

PROPOSITIO PHILOSOPHI AD SANctam Synodum ſuper illud: Faciamus hominem, &c.

DIxitque Deus: Faciamus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinem noſtram. Si quidem igitur, vt uox indicat, mẽs etiam erat ſeparatim ſubſiſtens, Deum dixerit aliquis habere hominis effigiem. Nouimus autem Deũ ſimplicem eſſe, ac ſine figura. Quid ergo ſibi volũt appellationum iſtarum ſignificationes? Dicite. Nunquid diuinitas hominis habet figuram?

Mirantur quidam Philoſophum ex ſcri pturis pro Ario diſputare, ſed ceſſabit admiratio, ſi aduertãt D. Auguſtinum cui Philoſophica eruditio non deerat, priuſquã à D. Amb. baptizaretur, ex S. literis etiã pro Manichæis diſputaſſe.

RESPONSIO SANCTORVM PAtrum, per Euſtathium Epiſcopum Antiochiæ.

NOn ſicò Philoſophe. Sed quod Deus dixit: Præſint vniuerſæ terræ, & dominentur ei, & omnibus quæ in ea ſunt, hoc accommodatum eſt ei, facere ſcilicet hominem ad imaginem Dei, & præeſſe illum uniuerſæ terræ. Nam, ut Deus præeſt toti terræ, & omnibus, quæ in ea ſunt, hominem autem totius terræ, & eorum quæ ſunt in ea, præſidem ſecundum conſtituit: hoc dico eſſe ad imaginem & ſimilitudinem Dei hominem fieri.

ADHVC RESPONSIO SANCTORVM Patrum per eundem Epiſcopum Euſtathium de eodem.

DIxitque Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. ſed circa quædam inquiramus, o Philoſophe. In eo enim quod dicitur, Dixitque Deus. Faciamus hominem, ſubiecit dicens: Et fecit Deus hominem, ad imaginam Dei fecit illum, maſculum & fœminam fecit eos. Eius ergo uerbi, faciamus, ſignificatio, perſonam eſſe concreantem indicat, & æqualem appellationem introducit. Vt enim Pater Deus eſt, qui dixit: Faciamus hominem, ita & Deus eſt is, cui dixit, Faciamus: cùm ſit utriuſque perſonæ una diuinitas & eius quæ dixit, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & eius quæ hominem fecit. Illa enim uox, Faciamus, Sanctam prorſus, & nequaquam diuerſam Patris, & filij diuinitatem exprimit. Imago enim Dei ſimplex eſt, & omnis compoſitionis expers, cùm ſit ignis natura.

CON-

CONCORS RESPONSIO ſanctorum Patrum.

LVmen inacceſſibile,& natura incomprehenſibilis eſt ſanctæ Trinitatis eſſentia. Hic eſt ſenſus verbi: Faciamus.

CONTRADICTIO PHIloſophi pro Ario.

ITerum dicam Deum ſimplicem eſſe, & ſine figura,& ſine compoſitione. Quomodo igitur intelligendum eſt illud,ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & dicentem non ſubſiſtere ante illum cui dicebat: Faciamus hominē, & quæ ſequuntur? Enunciate nobis perſpicuā de his demonſtrationem, ſi poteſtis.

S. EPISCOPI, PER OSIVM, Epiſcopum ciuitatis Cordubæ, interpretante illum altero,dixerunt.

SI,vt tu dicis,Pater ante filium extitit, & poſterior filius poſt aliqua tempora creatus ē à Deo,& poſtea filius ab eodem Patre declaratus,ut impie blaſphemantes aſſeritis, prius eū ab ipſo fuiſſe creatum ad creationem naturarū quæ factæ ſunt: Dixit igitur iuxta impietatem veſtram increatus Deus ad creatum ſecundùm vos filium: Facias mihi hominem ad imaginē & ſimilitudinem meam. Sed ſiquidem pater ſemper eſt Deus,vt prius oſtendimus, filius ēt cum Patre ſemper exiſtit,non temporibus poſterior,non poteſtate minor,non loco circumſcriptus, ſed ſemper itidem perpetuo cum Patre ſubſiſtens,ex ipſo iuxta prædicta incomprehēſibiliter & ineffabiliter genitus, verus Deus ſemper exiſtens ex vero Deo, & patre ſemper exiſtente,dominans cum patre, coæternus patri,regnans ſemper cum patre, conſubſtantialis patri,æquè potens vt pater, creator cum patre. Si enim omnia per filium facta teſtatur diuina Euāgeliorum uox: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, & ſimul, non diuiſim à patre creauit; Siquidem vna eſt diuinitas & eſſentia vna Patris & Filij & Spiritus ſancti, nunquam ſeparato patre à filio,neq; filio à Patre: intelligēdum ergo eſt ô Philoſophe, quòd Pater:& filius,ſecundùm ſubſtātiam Deitatis, vnum ſunt. Et in Euangeliis ipſe filius clamat: Ego & Pater vnum ſumus, cui dicebat: Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram.

CONTRADICT. PHILOSOPHI.

IAm etiam in prioribus interrogationibus dicebamus, Deum non habere hominis effigiem. Quam ergo ſignificationem habet, hæc oratio,ad imaginem & ſimilitudinem noſtram? Dicite nobis. Non enim paruam nobis hic ſermo exhibet difficultatem. Primùm hoc dicendum eſt.

RESPONSIO SANCTÆ SYNODI per eundem Epiſcopum Oſium ciuitatis Cordubæ.

ILlud: ad imaginē,ô Philoſophe,intelligendum eſt, cuius menti fuiſſe impreſſum docet ſermo veritatis. Audi ergo, & intellige, Deus cùm ſit natura bonus, intelligenti hominis ſubſtantiæ inſculpſit illud ad imaginem & ſimilitudinem, vt bonitatem, ſimplicitatem, ſanctitatem, puritatem, cādorem, probitatem, fœlicitatem, & his ſimilia: vt, quæ Deus eſt per naturam, eadem per ipſius gratiam habere poſſet,ab ipſo creatus homo, hoc eſt, ipſius hominis mens. Et vt pictores periti ſimilitudines imaginum in tabulis ex uariis depingentes,non ex uno colore imagines perpetuò pingunt: ſic Deus homini etiam quem creauit in animæ intelligenti conditorio,hoc eſt,in mente conceſſit: vt per virtutes haberet illud: ad imaginem ſuam & ſimilitudinē, innenta perpetuò in homine imagine per prædictas illas res diuinas,quas Deus in ipſo repoſuit,dicens: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.

CONTRADICT. PHILOSOPHI.

DIfferantur mihi hæc hoc præſenti tēpore: illud potius q̄rendum eſt: de eo ſcilicet per quod Deus hominem fecit,& omnia q̄ videntur, & quæ non uidentur. Non enim mihi uidētur rectè habere,quæ dixiſtis, Quòd vnum pariter fuerit ſemper filius cum Patre in idipſum, & quod filius ſemper fuerit Deus cum Patre. Ego verò dicerem à Deo factū fuiſſe,vt in creaturis miniſtrum ageret. Indigebat enim Deus miniſtro ad hominis & mundi opificium. Ideoque opifex Deus naturas creatas effecturus, conſtituit ſibi inſtrumentū per quod naturas omnes crearet. Quemadmodū enim faber conſtituit ſibi prius inſtrumenta in eorum quæ facturus eſt, ſtructuram: ita licet in Deo cogitare. Quod ſupponens ſibiipſi filium tanquam inſtrumentum, mundum per ipſum creauerit. Quod enim ab Apoſtolis dictum eſt, quod omnia per ipſum facta ſunt, naturæ per ipſum,quaſi per inſtrumentum factæ ſunt. Et quod Deus dixit, creatum eſſe hominem ad imaginē & ſimilitudinem noſtram, per inſtrumentum,hoc eſt, per filium ad ſui ipſius imaginem & ſimilitudinem Deus dixit.

MVTVA RESPONSIO ſanctorum Patrum per Leontium Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ, & Enpſychiū Tyanenſem Epiſcopum.

SI ergo,vt tu dicis, filius inſtrumentum ad naturarum creatarum effectionem à patre creatus eſt, ex tuis ipſius uerbis excidis ô Philoſophe. Ait enim Euangelii uox,quemadmodum & ipſe paulò ante meminiſti: omnia per

ipſum facta ſunt, & adiungit: Et ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Igitur ſi omne creatum per ipſum factum eſt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt; factura eſt autem filius, vt ipſe ais, ſe ipſe utique creauerit, non Pater.

CONTRADICTIO PHILOSOPHI.

Semel dixi, quòd omnia per ipſum, vt per inſtrumētū fecit Deus, in hoc ipſum ante omnem creaturā ipſum faciens, ipſum inſtrumentum præparauit ad creatarum naturarum effectionem.

MVTVA RESPONSIO SANCTORVM Patrum per eoſdem Epiſcopos.

Dic vir optime, vbinā quiſpiam tibi inſonuit, filium Dei & ſpiritum eius ſanctū inſtrumenta eſſe? Exhibe nobis harum hypotheſium teſtimonia. Cuius, qui quidem ſpiritu ducatur, ſubſcriptiones habes, qui Dei filium inſtrumentum eſſe tradiderit? Cùm ſit creator omnium ſæculorum, & omnium cœleſtium exercituum, & omnium quæ in terra ſunt? Igitur audi ô Philoſophe, teſtimonia ex diuinis ſcripturis, coæternum Patri filium ipſius eſſe aſtruentibus, creatoremque, & opificem omnium creatarum naturarum. In libro quidem Geneſis habes Moyſem Prophetam, qui creatorem ſimul cum Deo & patre filium fuiſſe tradidit, dicens, ut tibi vir optime prius diximus. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Perſonam cooperantem compellare natura comparatum eſt, non inſtrumenta. Sermo enim ille, Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, maſculum & fœminam creauit eos, perſonæ authoritatem ſignificat. in eo enim quod ait: Faciamus hominem, tollit inſtrumentorum cogitationem. Clarius accipe teſtimonium authenticum, ſoli perſonæ Dei propoſitū, oſtendens ipſum eſſe authorem omnium factarum
Baruch 3 ſecundū ſeptuaginta. naturarum, ſicut ſcriptum eſt in libro Baruch ex ore Hieremiæ Prophetæ dicentis: Qui præparauit terram in æternū tempus, impleuit eā iumentis quadrupedibus. Qui mittit lumen, & ibit, vocauit illud, & obediuit illi timore, ac ſtellæ ſplenduerunt in cuſtodijs ſuis, & lætatæ ſunt. Vocauit eas & dixerūt: Adſumus. Splenduerūt cum lætitia ei qui fecit illas. Hic Deus noſter, non reputabitur alius aduerſum eum. Inuenit omnem viam ſcientiæ & dedit eam Iacob ſeruo ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hoc in terra uiſus eſt, & inter homines conuerſa-
Eſa. c. 40. tus eſt. Et Eſaias ad Iſraël: nunquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ. Quiſnam eſt Deus iſte ſempiternus ô Philoſophe; qui creauit terminos terræ? qui & in terra uiſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt? Filium ais conuerſatum fuiſſe cum hominibus, an patrem?

RESPONSIO PHILOSOPHI.

Filium dico fuiſſe conuerſatum, vt diuinæ ſcripturæ teſtatæ ſunt, & ego ex ipſis per ſuaſus approbaui. Sed eſt adhuc mihi grauiſſima, & cui contradici non poteſt, obiectio, quod ante omnem creaturam fecit illum Deus, vt per ipſum omnia crearet, & hanc vt ex diuinis concertationibus demonſtrabo.

RESPONSIO SANCTORVM PAtrum per eoſdem piiſſimos Epiſcopos Leontium, & Eupſychium.

Non ita Philoſophe, non poteris demonſtrare, quæ dixiſti: Proles enim Dei eſt, non opus, vt pluribus oſtendimus. Et qui ô Philoſophe ex viris pietate ac prudentia præpollentibus, in tantis eiuſdem viribus, earum quæ ab ipſo cōditæ ſunt naturarum, tanquam à Deo, hoc eſt, ab ipſo creatarum, non obſtupeſcit? Clamante ſcriptura: Fecit Deus hominem, & vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Ioannes autem Euangeliſta manifeſtius demonſtrat ipſum ſemper cum Patre exiſtere, coæternum Patri, & inperiore carentem, vt Pater. In principio enim, inquit, erat verbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Ecce apertiſſimè oſtenſum eſt ô Philoſophe, quòd omnis creatæ naturæ filius opifex ſit. Igitur ſi opifex eſt omnium creaturarum, ut rè uera eſt, tam earum quæ uidentur, quàm earum quæ intelliguntur, manifeſtum eſt, quòd uerè Deus natura ſit, & non inſtrumentum, vt ais, neque creatura, neque factura, nec Patre poſterior. Hoc enim ab Euangeliſta quater dictum eſt. Non habet aliquid quod ante illum extiterit. Vt autem perfectiſſimè agnoſcas, quod non eſt alteri ſubiectus, ſed ſuam habet dominium, vt Pater: Accipe aliud expreſſiſſimum teſtimonium. Audi ergo diuinum Eſaiam clamantem, & volentes ſe igne combuſti, (Iudæos prænuncians) quia puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, cuius principatus factus eſt ſuper humero eius, & uocatur nomen eius magni conſilij Angelus, admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, potens, princeps pacis, Pater futuri ſæculi. Audi Philoſophe DOMINVM eum eſſe prædicatum, non autem miniſtrum, ut uos dicitis. In uno autem ſuorum beneficiorum ipſe filius Dei vnigenitus exhibuit ſeipſum Dominum, & creatorem hominis, in ſupplemento ſcilicet, quod ipſe Dei filius fecit, in cœco à natiuitate. Splendor eſt enim Patri coæternus & figura immutabilis totius ſubſtantiæ eius, iuxta quæ ait Paulus Apoſtolus, uas electionis. En Philoſophe, tam multi filium Dei ſine initio, nempè increatū, ut pa- Eſa. 9. cap. ſecundū ſeptuaginta.

trem,

trem, factorem autem omnium creatarum naturarũ, vt ſæpè diximus earum quæ videntur, & quæ intelligentia percipiuntur, demonſtrarunt. Vbi autem ſint inſtrumentorum teſtes, dicas, ſi habes: & citò igitur credens in inſtrumenta baptizeris, poſtquàm, ut ais, Deo fidelis exiſtis.

Cap. 8. ſecundum ſeptuaginta.

CONTRADICTIO PHILOSOPHI de eo, Dominus cõdidit me initium viarum ſuarum in opera ſua, ex Prouerbijs Salomonis.

POſtquàm, inquit, tantopere vim facitis veritati, quid dicemus de hac manifeſta ſententia, Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera ſua?

RESPONSIO SANCTORVM EPIſcoporum per Euſebium Pamphili Epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ.

QVid profunda penetras probabiliter, ac facilè, vt exiſtimas? Ne tibi ipſi ó Philoſophe mollia cumules argumenta. Vide ne ſcopulos aditu difficiles incautè conſcendens, præceps ruas. Verum de illo: Dominus condidit me, nunc dicemus, quod maiores noſtri de illa ſententia: Dominus condidit me, multa quidem alia tradiderunt. Et de diſpenſatione apparitionis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem, quomodo explicauerint, noſtis omninò traditiones. Nos autem nunc cooperante Domino noſtro Ieſu Chriſto ex alijs etiam hiſtorijs deſcriptionem faciemus. Et ſi velis ô Philoſophe, ipſam totam ſententiam ab eius initio proferamus in medium. Ait enim principium eius: Si annunciauero uobis, quæ quotidiè fiunt, memor ero quæ ex ſæculo numerare. Deinde adiungit, dicens: Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera ſua, ante ſæculum fundauit me, in initio antequam terram faceret: & antequam abyſſos faceret, antequam procederẽt fontes aquarum: antequam mõtes facti eſſent, ante autem omnes colles gignit me. Vnde muniẽs illud: Dominus condidit me, continuò inquit: Dominus fecit regiones, & inhabitabilia. Quæram deinceps Dominum, qui creauit illum, & qui fecit regiones, & inhabitabilia. Stimulatus enim Salomon ab his, quæ pater Iob dixerat: vbi eras cùm ponerem fundamenta terræ, inquit: Dominus fecit regiones & inhabitabilia.

Baruch 3. ſecundũ ſeptuaginta.

In libro autem Baruch ex hore Hieremię prophetæ, vt prius oſtendimus de eo, qui fecit regiones, & inhabitabilia, dicitur: Filij Agar exquirentes prudentiam, qui ſuper terram, mercatores Meran, & Theman & fabulatores, & examinatores prudentiæ: uiam autem ſapientiæ non cognouerunt, neque recordati ſunt ſemitas eius. Et poſt pauca: Sed ſciens omnia cognoſcit eam, adinuenit eam prudentia ſua, loquens de eo, qui inuenit ſapientiam prudentia ſua, adiungit eius opera, dicens: Qui præparauit terram in æternam tempus, impleuit eam iumentis quadrupedibus, qui mittit lumen, & ibit. Non conniuendum eſt ô Philoſophe. Eadem rurſus profert ad propoſitæ hypotheſis euidentem demonſtrationem. Qui mittit, inquit, lumen, & ibit. Vocauit illud, & obediuit illi timore: at ſtellæ ſplenduerunt in cuſtodijs ſuis, & lętatę ſunt. Vocauit eas, & dixeruntq; adſumus, ſplenduerunt cum lętitia ei, qui fecit illas. Hic Deus noſter. Non reputabitur alius aduerſus eum. Inuenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Iacob ſeruo ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hoc in terra viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Ratiocinemur, uir optime, quis nã eſt ille Dominus faciens regiones, & inhabitabilia. Cùm enim dixiſſet: Condidit me; ſubiunxit eius opera, dicens, Dominus fecit regiones & inhabitabilia. Intelligemus non eſſe alium, ſed omninò eum, qui præparauit terram in æternum tempus, (in terræ enim præparatione conſiſtit facere regiones, & inhabitabilia) qui impleuit eam iumentis quadrupedibus; qui uocauit lumen & obediuit timore, & quæ ſequuntur. De quo inquit, quòd in terra viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Intelligendum eſt ergo, quòd ipſe eſt Dominus, condens rationalem ſapientiam, initium viarum ſuarum, quam ad imaginem ſuam homini præparauit, qui fecit regiones, & inhabitabilia, qui præparauit terram in æternũ tẽpus.

Verùm rurſus principium ſententiæ uideamus. Si annunciauero uobis, quæ quotidiè fiunt, non dixit; quæ futura ſunt; & iterum ait: Memor ero, quæ ex ſæculo numerare, non dixit, ante ſæculum. Notum eſt uobis, quod filius Dei eſt, qui rationalem ſapientiã condidit, qui præparauit terram in æternum tempus, qui fecit regiones, & inhabitabilia. Quid dixit Iob: cùm me laudarent aſtra matutina & iubilarent omnes filij Dei. Moyſes autem ait de eo, qui fecit lucem: Dixitque Deus, fiat lux, & ſubiungit, dicens: fecitque Deus duo luminaria magna, & ſtellas, & quæ ſequuntur. Sufficere mihi videntur ô Philoſophe quæ dicta ſunt, & demõſtrationes oſtenderũt, quòd ſcilicet filius Dei eſt, qui apud Salomonem rationalem ſapientiam condidit, & omnes creaturas, & non inſtrumẽtum. Vt autem tibi ueram rerum demonſtrationem manifeſtiorem exhibeamus, intentius accedamus ad rei ſenſum eiuſque contemplationem. Quæ ex ſcriptura pronũciabimus. Exiturus ex uita Moyſes propheta, vt ſcriptum eſt in libr. Analipſis Moyſis, cùm uocaſſet ad ſe Ioſue filium Naue, loquens ad eum, dixit: præuidit Deus ante mundi conſtitutionem futurũ me teſtamenti ſui mediatorem. Et in libro Sermonum myſticorum Moyſis, ipſe Moyſes de Dauide & Salomone prædixit. De Salomone ſic. Infundet Deus ſapientiam, atque iuſtitiam, & ſcientiam plenam. Ipſe domum Dei ædificabit,

Huius libri meminit Origenes 3. Periarchon, & Clemẽs 6. Stromatũ, & Athanaſ. in ſynopſi, & inde ſumptũ eſt in

epiſt Iudę illud de altercatione Michaelis Archangeli cum Sathana pro corpore Moyſis ſaliorum & librorũ titulo Moſis meminit Epipha. I. Panarij Sathianorũ hæreſin confutãs.

& quæ ſequuntur. Vt autem ſit manifeſtius quod dico, ita intellectum perſcrutemur. Eſtne homo propter mundum, an mundus propter hominem?

PHILOSOPHVS.

Omninò mundus propter hominem.

SANCTI NOSTRI EPISCOPI PER eundem Epiſcopum Euſebium Pamphili dixerunt.

SI mundus eſt propter hominem, omninò cùm homo prior in Dei propoſito, mundus in Dei propoſito erit homine, at rationabili ſapientia poſterior. Igitur ſi homo prior eſt mundo, erit etiam prior naturis, quales ſunt: Cœlum, terra, dies, nox, nubes, venti, abyſſi, fontes, montes, & colles. Omnibus his prior erit ſapientia, & homo in Dei propoſito iam prior eſt mundo. Sed eundem accidit poſterius in via creationis conditum fuiſſe. Qui autem in diuina intentione homine poſterior erat, ille in uiam creationis prior incidit. Sed & ſapientia, quam inuenit prudentia filius Dei, quam dedit homini ad imaginem ſuam, ipſa etiam in diuina intentione mundo & mũdi naturis prior fuit. Salomõ igitur inſtructus ſapiẽtia, quam ei Deus dederat, in ſeipſo ſciẽs, hominem, atque ſapientiam ante mundum, & mundi naturas in Dei propoſito extitiſſe, accuratè iudicauit in diuina intentione ante mũdum olim fuiſſe. Quod enim ante mundi conſtitutionem Dominus inuenit prudentia ſua, hoc tandem idem Dominus poſt mundum, & mũdi naturas creauit. Ait ergo Salomon quaſi ex perſona humanæ ſapientiæ, quæ in diuina intentione ante mundum extitit, Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera eius, humanam ſapientiam ac rationalem hómini ad imaginem Dei facto præparatam hęc pronunciantem induxit. Hoc igitur erat: Dominus condidit. De illo enim, qui in diuina intentione ante mũdum extitit, hoc expoſuit. Illud verò, gignit me, rurſus loquẽs de eo, qui editus eſt ad ſequentis exortus terrarum creationes, dixit: gignit me. Intelligè igitur Philoſophe, vſque ad perfectionem naturarum ipſam antiquam factam eſſe. Illud ergo, Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera eius, de ratione ac ſapientia hominibus conceſſa explicandum eſt: Illud verò, gignit me, de natura eadem iuxta Dei præſcientiam et ſuis imaginibus, quaſi lana quadam implicata in ſuam metam redeunte, ab initio primùm creati hominis facti ad imaginem Dei, in quo rationalem creatam ſapientiam repoſuit, ac ſyncerum ſui charitatẽ impreſſit Deus. Quod in ſeipſo renouans Saluator diſpenſatorie ad Patrem dicebat: quoniam, inquit, ante mundi conſtitutionem dilexiſti me. Illud autem, ante ſæcula in principio fundauit me, videns Salomon quod ſæcula in hoc mundo ex diei ac noctis circuitu cõſiſtentiam habent, exiſtere verò ante diem & noctem, eſſe etiam exiſtere ante hoc ſæculũ, has conſiderationes contemplans Salomon, homini, atque ſapientiæ congruè accommodauit. Quamobrem ex eius perſona pronuncians ait: Dominus cõdidit me initiũ viarum ſuarum in opera eius ante ſæcula, in principio fundauit me. Rurſum cogitãs in ſemetipſo, quod Deo huius mundi naturas ante hominem, eiuſque ſapientiam in eſſe perducente, oportere præſentibus ipſis naturis, quæ priora ſunt adeſſe, videns autem ordine naturas prodeuntes, & quid homo, eiusq; ſapiẽtia propoſitæ fuerant, vt reliqua opera præcederent; rationalis ergo atq; iudicatrix ſapiẽtia homini cõceſſa, & Salomoni, vt Magnus Moyſes ait, infuſa loquitur in Salomone: Dominus cõdidit me initium viarum ſuarũ in opera eius, & quæ ſequuntur. Ex cuius perſona, quæ cum homine prior erat, mundo enarrãs opera Dei naturas in mundum producentis, inquit ipſe: Dominus fecit regiones, & inhabitabilia, & ſumma quę habitant eius, quæ ſub cœlo. Quãdo præparabat cœlum, ſimul aderam ipſi, & quando ſecernebat ſuam ſedem ſuper uentos, quando fontes faciebat, quæ ſupra nubes, & quando ſecuros ponebat fontes eius, quæ ſub cœlo. In ponẽdo mari terminum eius, & aquæ non tranſibunt os eius, & fortia faciebat fundamenta terræ. Eram apud eum componens, ego eram, cui adgaudebat. Hæc ex perſona ſapientiæ, & haud dubiè oſtendunt, ꝙ in diuina intentione ante mundum extitit, propter quã mundus extructus eſt, conſtat etiam ante mundi naturas extitiſſe. Teſtis ergo factus uitæ naturarum, qui prior illis fuit, earum ordinem numerat per ſapientiam, quam inuenit prudẽtia ſua, quamque homini præparauit. Quis igitur hanc ſapientiam præparauit, & dedit homini, vel eius opera enarrauit? non alius omninò quàm qui præparauit terram in æternum tempus, & qui impleuit eam iumentis quadrupedibus, qui mittit lumen, & ibit, vocauit illud, & obediuit illi timore, qui in terra uiſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Hic ſapientiam hæreditauit. Non eſt itaq; filij Dei illud: Dominus condidit me, ſed rationalis ſapientiæ, quã ipſe Dominus homini dedit, ac præparauit, propter quem mundus factus eſt. clariſſimè ſiquidem per omnia demonſtratum eſt, in perſona rationalis ſapientiæ dictum eſſe. Confirmat autem prædicta Dominus in Euangelio, dicens, ſabbatum propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbatum. Figura ſabbati eſt pro eo; mundus propter hominem factus eſt, non homo propter mundum.

Prouer. 8. cap. ſecundu ſeptuaginta.

Baruch 3 cap. ſecundũ ſeptuaginta.

ALIA PHILOSOPHI contradictio.

AT verò Salomonis ſapientia teſtatur; filium Dei eſſe, hoc eſt, Dei ſapientiam, quæ dixit: Dominus condidit me, & quæ ſequuntur.

RESPON-

RESPONSIO SANCTORVM Epiſcoporum ad Philoſophum per Epiſcopum Euſebium Pamphili.

Dic Philoſophe: ſapientia, quæ erat in Salomone, vt ais, erat ne ſapientia Dei?

PHILOSOPHVS.

Verè inquit, erat profectò.

EPISCOPVS.

Dic, ſapientia Dei præſcientiã habet an non?

PHILOSOPHVS.

Certè habet.

EPISCOPVS.

Sapiẽtia Dei, quam dicis in Salomone fuiſſe, eſt ne filius Dei?

PHILOSOPHVS.

Certè inquit.

EPISCOPVS.

Iudex quomodo iudicat, iuxta præſcientiã, an non?

PHILOSOPHVS.

Certè ait, quomodo enim aliter iudicaret?

EPISCOPVS.

Iudex igitur iuxta præſcientiam iudicat, & ſecundum opera, quæ prius nouit?

PHILOSOPHVS.

Certè iam dixi?

EPISCOPVS.

Qvomodo igitur ait ſapientia Salomonis: tria non poſſum intelligere, & quartum penitus ignoro. Cumque tria dixiſſet ſapientia Salomonis, quæ in ipſa non poſſet intelligere: quartum dixit ſe ignorare, nempè viam viri in adoleſcentia. Si ergo ſapientia Dei eſt ſapientia Salomonis, quomodo iudicat mundum, cùm neſciat viam viri in adoleſcentia? Et quomodo hoc verum eſt, quod qui fecit hominem ad imaginem Dei, hoc eſt, filius Dei, & de quo ait Ioannes Euãgeliſta, omnia per ipſum facta ſunt, non ſciat viã viri in adoleſcentia: Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorũ, qui ſcrutatur corda & renes iuxta prophetam, dicentẽ: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meã, Tu cognouiſti, ait, de longè omnes cogitationes meas, ſemitam meam, & funiculum meũ inueſtigaſti, & omnes vias meas præuidiſti: Et rurſum alibi, qui docet gentes, non arguet, qui docet hominem ſcientiam? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Qui ergo hæc nouit, & omnia præſcit, neſcit viam viri in adoleſcentia? Et multa ex ſcripturis licet inuenire, quæ imprudentiam eorum, quæ hoc dictũ malè complectitur redarguãt. Quomodo ergo, qui docet hominẽ ſcientiã, ipſe neſcit viam viri in adoleſcentia? Benè igitur intelligas ô Philoſophe, quòd Salomon iudicem ſapientiam accepit, quam inuenit filius Dei prudentia ſua, quam præparauit homini ad imaginem ſuam rationalem ſcilicet. Confirmat iam dicta, quod Dominus in Euangelio loquitur; Ecce pluſquàm Salomó hic, quo funditus euertit dicẽtes ipſum eſſe Salomonis ſapientiam. ſi enim vt vox ſuffragatur, æqualem habet appellationem cum ſapientia (ſapientia enim Dei eſt filius Dei) eſt ergo Deus præſcius, qui iuxta præſcientiam iudicat, & ſecundum opera, tanquam omnium opifex & creator, vt ait Paulus vas electionis, qui ad Hebræos ſcribens, ſic de ipſo loquitur, Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & penetrans vſque ad diuiſionem animę ac ſpiritus, & diſcretor cogitationum ac intentionum cordis. Et nõ eſt aliquid occultum in conſpectu eius, ſed omnia nuda ſunt, & aperta oculis eius, de quo ſermo noſter eſt. Et ad Rom. idem ſcribit, dicens: Quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſęcula ſeculorum, Amen. Sic autem oſtendit quòd Dei aut patris ſapientia Deus verè ſit ex ipſo Deo, ęternus ex ęterno, verus ex vero, cùm ſit natura filius ęterni Dei & Patris.

CONTRADIC. PHILOSOPHI.

Qvid igitur eſt, quod ait: viam ſapientię non cognouerunt, neque recordati ſunt ſemitas eius, & quę ſequuntur?

RESPONSIO SANCTORVM Epiſcoporum per eundem Epiſcopum Euſebium Pamphili.

Sæpenumerò verba ſapientiæ conſiderans ô Philoſophe, admiratus es ſapientię virtutem, quod breuiſſimis locutionibus maximam ſentẽtiarum veritatem in ea inuenire liceat; & iuſtiſſimè quiſpiam verba ſcripturę comparauerit Euangelicę parabolę aſſerenti: Simile eſſe regnum cœlorum grano ſynapis, quod cùm minus ſit omnibus terræ ſeminibus, quando tamen creuit, & perfectum eſt, idoneum tectum volucribus præbet. Sic videmus diuinorum verborum potentiam breuibus locutionibus ſeminatam, plenam autem ſententijs quaſi ramis ad hominum, hoc eſt, volucrum contemplationem protẽſis, in quibus tanta potentia inuenitur, vt non ſolis terrę habitatoribus, verumetiam aſſiſtẽtibus volucribus, ſufficiens exhibeant tegumentum. Vnde nam igitur ad hanc conſiderationẽ excitatus ſum, niſi ex verbo ſanctę Scripturæ ſacri cantoris Dauidis ad demonſtrationem, & conſtitutionem non rationalis ſapientię, vt ipſe fueras opinatus: ſed eius, quę illã, & omnia creata condidit, incõprehenſibilis ſapientię, increatę, & initio carentis, hoc eſt, Chriſti. Siquidem Chriſtus eſt Dei virtus & Dei ſapiẽtia, iuxta modum ſuæ ineffabilis Deitatis, ex Deo verus Deus verbum. Verbo enim Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Audiſti verbum Domini, audiſti ſpiritum oris eius: audi rurſus de verę fidei conſtitutione; quę patribs intellecta & prædicata eſt: quandoquidem exiſtimo nihil prędicto-

dictorum te ſuſcipere, præter tāti ſanctorum Ponoficum ſpiritualis chori ſeutentiam. Audi ergo piè nec humanis ratiocinationib. quę ineffabilia ſunt, tenta perſcrutari. Perfectus nec minuet, nec augebit. Vnus ingenitus Deus & Pater: vnus ex eo genitus vnigenitus filius, Deus verbum; ſicut nō eſt alter Deus cū Deo, & Patre ingenitus: ita, neque congenitus, neque prior, neque poſterior filius, diuerſus à Deo vnigenito filio eius, Deo verbo. Vnus vere Deus & Pater, vnus etiam verè ineffabiliter ex eo genitus filius, Deus verbum. Quemadmodum autē nō ſolo nomine Pater eſt Deus; ſic neque ſolo nomine filius, ſed verè eſt filius. Verus eſt Pater, non adulterinus, verus etiam filius. Perfectus pater, perfectus & eius filius. Incorporeus pater, incorporeus & filius. Incorporei enim eſt figura, & incorporea nimirum imago: Credis hoc Philoſophe, quod ex ſubſtantia patris ſit genitus vnigenitus eius filius? Quemadmodum à principio diſputationum perplurima expreſſa teſtimonia demonſtrauimus, an non?

INTERROGATIO PHILOSOPHI.

Quomodo, & qua nam ratione dic?

SANCTI EPISCOPI PER EVſebium Pamphili dixerunt.

NE quæras quomodo ô Philoſophe, alioquin, vt iam pluribus dictum eſt tibi, & ab initio diſputationis teſtati ſumus, ſtudes te præcipitem agere, perſcrutari tentās, quæ inſcrutabilia ſunt. Siue enim quærere licet, ſiue non deſeris quæſtionē: quomodo ſit genitus, ne quæras inſcrutabilia: neq; enim inuenies. Quæras quæ inueniri poſſunt, & inuenies. Si enim quæſieris, à quo vis diſcere? à terra? non ſubſiſtebat. A mari? nondum creatum fuerat mare. à cœlo? nondum erat factum. A Sole aut Luna vel ſtellis? nondum fuerant condita. Ab Angelis & Archangelis? nondum erant: Si quidem & ipſorum factor eſt filius, ſed in ſæculis ipſe ante ſęcula vnigenitus. Ne igitur quæras, quæ ſemper fuerunt, ab eo, quod non ſemper fuit. Ineffabilis, & ingenitus eſt pater; ineffabilis eſt ex eo ineffabiliter genitus filius. Taceas ergo de illo: Quomodo. Et concedas hoc ei qui genuit & genito. Pater enim ſolus agnoſcit filium qui eſt, & filius patrem, & cui voluerit filius reuelare, vt ait ipſius Euāgeliū. Si autem non vis ceſſare illud, quomodo, ſed contendis inſcrutabilia perſcrutari; ridemus tuam audaciam, magis autē deflemus te, quod non velis fide intelligere, Deum ſemper apud ſuum filium, & vnigenitū ſuum filium, ſemper eius filium, ſemper cum patre fuiſſe, non poſteriorem, vt tu impiè aſſeris. Sed fide intellige, atque cōfiteare, perfectum filium ex perfecto, vt ſępè audiſti, lumē ęternum ex ęterno lumine, Deum verum ex vero Deo & patre. Increatum ex increato, ſine compoſitione ab

Has ipſas interrogationes legimus apud Baſiliū in oratiōe aduers⁹ eos qui calūniāt quòd tres Deos ſtatuam⁹.

eo, qui compoſitionis eſt expers, ſemper exiſtentem apud patrem. In principio enim erat verbum, vt ait Ioan. Euāgeliſta, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Illud: Erat, Philoſophe, non habet aliquid pręcedens, illud, Erat, Philoſophe, tollit quod non erat, vt prius oſtendimus. Et illud, Deus, tollit quod non eſt Deus. Scriptis crede, quæ non ſcripta ſunt, ne cogites, nec inquiras. Credas, quòd omnia condidit filius, quę facta ſunt voluntate Patris, non oculorum intuitu. (Deus enim compoſitionis eſt expers, vt pręδiximus,) ſed voluntate, vt ipſe ſolus nouit. Quod nos fide intelligentes pręδicamus, iuxta ſanctarū ſcripturarum doctrinam, quòd patris conſilio ac ſuo condidit omnem creaturam, & quę in cęlo eſt & quę in terra, & quę videtur, & quę intelligentia percipitur, non inſtrumentis, aut machinis, nec alicuius alterius conſilio, ſed, vt paulò ante diximus, voluntate patris, qui ad ipſum & ad Spiritum ſanctum locutus eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Nō dixit: Fac, nec facite, ſed faciamus, oſtendens id quod eſt cōſubſtantiale, & eiuſdem honoris in beata illa, & ineffabili Trinitate. Ne obmurmures ô Philoſophe, neque oculos moueas: ſed mentis intuitu vide Apoſtolicorum dogmatum integritatem, ac fideliter ſuſcipe non amplius infidelis exiſtēs, ſed fidelis. Audi ergò, atque intellige Dei verbū quod fuit ante ſęcula, Filius ipſius, ad quē dixit: Faciamus hominem, & quæ ſequuntur, ipſum rurſus in diebus nouiſſimis, & patris & ſua ſententia homo factum eſt, incarnatum ex virgine propter eum, qui lapſus eſt, Adamum: incorporeum cùm in corpore ſemetipſum exinaniſſet, ut dixit Apoſtolus Paulus. Propter corpus accepit Deus verbum nubem corporis, vt naturas creatas huius mundi non combureret. Deum etenim nemo vidit vnquā. Carnem accepit, vt caro propter immutabilē cum ipſo in vnum coniunctionem à morte liberaretur, inuiſibilis viſibilem, vt ea quę vidētur, ſuſtineat. Quaſi homo in tempore, ſed reuera vtrumque, Deus & homo, homo & idem Deus, vnus enim ex ambobus Chriſtus intellecta & cognita ſubſtantiarum differentia diuinitatis eius, atque carnis. Factus eſt autem homo propter diſpenſationē. Propter ipſum Prophetę, propter ipsū Apoſtoli, propter ipſum Martyres. Prophetę propter eum, qui à Prophetis pręδictus eſt, Apoſtoli propter eū, qui diſpenſatoriè miſſus & Apoſtolus factus eſt. Martyres propter eundem protomartyrē. Venit Deus in terram, filius in carnem occultans, vt voluit, ſuę diuinitatis magnitudinem, non ea quę in cœlis ſunt, deſerēs. Neque enim ante incarnationem deſertus ab eo erat mundus. Deus erat & eſt, & factus eſt homo propter diſpenſationem, incarnatus & natus ex Virgine propter ſuam erga genus humanum charitatem. Pater dignum ſeipſo, & ęqualem genuit filium eo modo, quem nouit ipſe qui

Non hoc dicit' aduerſus Eccleſiaſticas traditiones. nā Euſebius ipſe alibi homouſion probat ex traditiōe. ſed cōtra Philoſophicas cogitationes ſcripturis repugnantes.

cum

eum genuit Deus, & Pater, & qui ex ipſo genitus eſt filius ô Philoſophe.

CONTRADIC. PHILOSOPHI.

NE plurimis perſeuères vim faciens veritati, & verborum arte quaſi nube obũbſare tentans non obſcurum ſcripturę ſermonem. Sed veni ad manifeſtam ſcripturam, quæ tibi eſt propoſita, & nõ fugias illud: Dominus condidit me, initium viarum ſuarum in opera eius. Et illud: Dominus fecit regiones, & inhabitabilia, & ſumma quæ habitantur eius, quæ ſub cœlo, vnam & eandem habet intelligentiam. De vno Domino Deo hæc ſunt, qui primo factum creauit initium viarum ſuarũ in opera eius, quem & filium appellauit. Qui Deus etiam per ipſum filiũ, quaſi per inſtrumentum fecit regiones, & inhabitabilia. Etſi enim creata Dei ſapientia, hoc eſt, filius operatur, Deus tamẽ eſt, qui per ipſum quaſi per inſtrumentum ea, quæ non erant, creat.

RESPONSIO SANCTORVM Epiſcoporum per eundem Epiſcopum Euſebium Pamphili.

CVM diu in via publica & regia, hoc eſt, in Apoſtolica fide permanſeris, quomodò extra illam ferri ſuſtines? vt ſemel ſublatus teipſum præcipites, cùm ex profundo impietatis te circumſtantis parum emerſeris, quando ab hac ſancta ſynodo audiſti prophetiam magni Hieremiæ, quaſi digito, vt ita loquamur, indicantis, & dicentis: Hic Deus noſter, & non reputabitur alius aduerſus eum, & quę ſequuntur, quibus addit: Poſthæc in terris viſus, & cum hominibus conuerſatus eſt. Et noſti ô Philoſophe, quòd interrogatus à ſanctis Epiſcopis, quiſnam in terris viſus eſſet, & cum hominibus conuerſatus, paterne an filius? confeſſus es, quòd filius, vt diuinæ ſcripturæ teſtantur. Nónne hæc dixiſti? Quomodo iterum in profundum prauitatis Arij teipſum conijcis, aut potius demergis? Non enim ab eo ſeparatus caſtra moueras, vt teipſum implicares. Præfers ô miſer Apoſtolicis dogmatibus Arij verba blaſphema, creaturam & inſtrumentum filium Dei appellans. Audi ergo à nobis ò Philoſophe ſi tamẽ Philoſophus es, & crede non ipſum filium Dei eſſe ſapiẽtiam creatam rationalem ab ipſo filio Dei, qui fecit terram, & inhabitabilia homini datam. Animum tuum conuerte non ad odium reſpiciẽs, ſed ad veritatem. Et ipſa veritas ducet te atque agnoſces, filium Dei vnigenitum nõ eſſe creaturam, ſed ipſum creatorem, & opificem omnium creatarum naturarum.

Sicut & ipſe parum reſpiciens intellexiſti, & intelliges, vt ego credidi, ſi ſaluari deſideras.

CONTRADIC. PHILOSOPHI, de Spiritu ſancto.

SINT, inquit, credibilia de filio, & minimè dubia, vt dicitis, quòd creauerit, aut ſimul cum Deo & Patre conſiderit, vt teſtimonia indicant, & quòd nõ opus, ſed naturæ germen ſit Dei, qui ex ipſo genitus eſt, & quędã ſunt admiſſa. Cæterùm de Spiritu ſancto non poteſtis aliquid affirmare. Quis enim audebit aſſerere Spiritum ſanctum creatorem aliquarum creatarum naturarum? Vbi teſtimonia de ipſo prædicant, condidiſſe illum aliquam creaturarum, quæ videntur, aut quæ non videntur? Quis verò de ipſo prorſus, ſicut de filio ſcripſit? Proclamet aliquis veſtrum, ſi poteſt.

RESPONSIO PATRVM PER Protogenem, Epiſcopum Sardicenſem.

NON difficile, ô Philoſophe, operum S. Spiritus teſtimonia tibi demonſtrare, quæ patres noſtri de illo expoſuerunt. Quod creauit, iterum proponemus, quod de creatione dictum eſt: dixitque Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ noſtram, & adiecit, dicens: Fecitque Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, maſculum & fœminam fecit eos. Sicut ergo Deus eſt pater, qui filio dixit: Faciamus & filius Deus, qui fecit hominem. Sic ergo Deum aſſerimus eum qui dixit, & qui fecit Adamum & Euam. Deinceps autem de Spiritu ſancto. Qui fecit Adamum, erat ne Deus, an non?

PHILOSOPHVS.

Eſt profectò Deus.

EPISCOPVS.

IN libro Iob Eliu Buzites, ait de Iob: Diuinus Spiritus qui fecit me. Si ergo Deus eſt, qui Adamum fecit, quid dicis de illo, qui fecit Elium filium Adami? ex æquali enim artificũ peritia æqualem concluſionem proferre, perſonæ hominis innatum eſt. Quid ergo dicis Philoſophe de illo qui fecit Eliu? Nunquid nõ etiam Deum affirmabis, & hominis creatorẽ? Vt enim dixit de eo qui fecit Adamũ: Fecitq; Deus hominẽ, ita nos dicere par eſt de eo, qui fecit Eliu, quòd ſcilicet Spiritus ſanctus ſit Deus: vt quorum creationis æqualis eſt fabrica, æqualis etiam ſit opificum appellatio. Si quidẽ vna eſt diuinitas ſanctæ Trinitatis, quæ in tribus ſubſiſtentijs perfectis, & æqualibus conſideratur, iuxta illud: & fecit Deus hominem, & illud diuinus ſpiritus fecit Eliũ. In libro autem Analipſis Moyſes diſputans cum Diabolo dicit, a Spiritu ſancto eius omnes creati ſumus. Et rurſum ait ex perſona Dei, Exiuit ſpiritus eius, & factus eſt mundus. Inſeparabilis enim eſt diuina, & indiuiſa Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, quæ ſimul condidit omnem creaturam, tam quæ intellectu, quàm quæ ſenſu percipitur. Inquit

enim

enim Pſalmo 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Audi ergo Deum in Eſaia loquentem: Ego dominus Deus tuus. Audiam te Deus Iſrael. Poſtquàm autē de beneficijs diſſeruit, quę ad populum pertinent, adiungit, dicens: vt videant, intelligant, & ſciant, quòd manus Domini fecit hæc omnia, & ſanctus Iſrael oſtendit ea. Manum appellans Spiritum ſanctū Dei, ſanctum autem Iſrael, filium eius. Et rurſus ad Iacob ait: Manus mea fundauit terrā, & dextera mea cœlum firmauit; vt & Ezechiel dicit: Facta eſt manus domini ſuper me. Conſueuit ſcriptura ò Philoſophe, manum aut brachium appellare Spiritum ſanctum Dei, dexteram autem filium eius.

ADHVC SANCTI PATRES DIxerunt per Leontium Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ.

SVfficiunt quidem, quæ dicta ſunt de operibus ſancti Spiritus ò Philoſophe, vt ipſum credas ſimul cum patre & filio omniū factarū naturarum eſſe creatorem, & eiuſdem diuinitatis, atque ſubſtantiæ, cuius eſt pater, & filius. Aduertens igitur animum ad ea, quæ prius tibi dicta ſunt, audi & nunc de eodem manifeſtiores demonſtrationes ex ſacris literis. Ait igitur Propheta Dauid Pſal. 97. Cantate Domino canticum nouum. Quare? quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera eius, pro eo quod eſt, filius eius & brachium ſanctū eius, Spiritum ſanctum ſignificans. Et in Catholicis Ioannes Euangeliſta idem clamat, & ipſe, quod & alij omnes de Spiritu ſancto diuinitus diſſerens. Spiritus eſt, qui teſtificatur, quia ſpiritus veritas eſt, & poſt pauca: qui credit, inquit, in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſemetipſo, pro eo quod eſt, Spiritum ſanctū Dei: qui autem non credit filio, mendacem facit eum. Et magnum Apoſtolorum propugnaculum diuinus Petrus ait ad Ananiā. Cur impleuit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto? Et poſt pauca: Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Et rurſum in veteri teſtamento: Cœlum & terram ego impleo dicit Dominus. Et Salomon indicans quis impleat, ait: Spiritus Domini repleuit orbem terrarū. Crede, & de poteſtate Spiritus ſancti hæc recipe, de ipſo teſtimonia, quòd Spiritus ſanctus, vt pater & filius, cum patre, & filio ſemper extitit. Audis Philoſophe.

RESPONSIO PHILOSOPHI ad Sanctos Patres noſtros.

IGITVR, vt dicitis, & teſtimonia ſcripturarum quas propoſuitis, indicant, oportet Spiritum ſanctum Deum affirmare. Sed mihi videtur coactam eſſe hanc ſententiam, niſi aliæ ſcripturæ nobis proferantur, niſi quod illa de Eliu demonſtratio manifeſta eſt. Alteram verò ex Moyſis Analipſi, quā vocant, vt paulò ante dixiſtis, nunquam audiemus; niſi nunc cùm à vobis poſtulo, clariorem mihi eorum, quæ dicta ſunt, conſiſtentiam ob oculos exhibeatis. Ad perfectiſſimā enim de Spiritu ſancto certitudinem non mihi ſufficiunt, quæ iam à vobis dicta ſunt, ſed candidiori, atque vehementiori ſermone opus habet hæc hypotheſis. Nō enim de paſſim occurrentibus quæſtio eſt.

RESPONSIO SANCTORVM Patrum per eundem Epiſcopum Leontium ad Philoſophum.

CVM ſit copioſa eorum, quæ tibi enarrata ſunt, demonſtratio, & teſtimonia, ex diuinis ſcripturis euidentiſſima, quæ perſuadere tibi propoſitam hypotheſim valeant, miramur ò Philoſophe, quomodo qui tanta intelligentia videris pollere, adhuc dubitas.

Verumenimuerò, præſertim cùm veritatē velis aſpicere, hoc precamur, & exhortamur prudentiam tuam, vt incipias increatam illā, & immutabilem naturam fide intelligere, nō autem humanis ratiocinationibus, vt ſæpè diximus, quæ intellectum ſuperant, curioſè audeas inquirere, neq; prauis & impij Arij opinionibus auxilio eſſe tandiu ſuſtineas. Sed fideliter ſuſcipe, vt paulò ante monuimus, & quæ tibi ſunt dicta, & quæ dicenda ſunt. Admitte vnam diuinitatem patris filium ineffabiliter generantis, & filij ex eo genitι, & Spiritus ſancti ex eodem patre procedentis, qui & proprius eſt filij, vt ait diuinus Apoſtolus Paulus: Qui ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Et idem alibi. Dominus autem ſpiritus eſt. Et rurſus. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autē ſpiritus, & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: &, diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus, & poſt multa. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, diuidens vnicuique prout vult. Et tibi ò Philoſophe manifeſtiſſimā atque clariſſimam demonſtrationem, quæ Deum prædicat Spiritum ſanctum, & quæ oſtendit eius ex natura ſua poteſtatem. Vide igitur, quomodo ſic ait: Diuiſiones operationum ſunt, idem autē Deus, qui operatur omnia in omnibus. & illud: Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, qui diuidit vnicuiq; prout vult. Et Dominus in euangelijs, vt ſcis, manifeſtius ad Samaritanā loquens ait: Spiritus eſt Deus. Si ergo ſpiritus eſt Deus, omninò & Deus erit ſpiritus, non autem alius, atque alius: ſed vna diuinitas vtriuſque perſonę, iuxta hypoſtaſiū conſiderationem. At verò cùm perſonam audimus, ne ſuſpicemur, quòd eſt diuinū habere humanam effigiem. Expers eſt enim compoſitionis atque figurę, vt in principio diſputationum tu ipſe, ſicut & nos, confeſſus es. Nam & cœlum & terram perſonam habere teſtantur, quemadmodū & ipſe Dominus in Euangelijs

ad Scribas & Phariſæos loqnens, aiebat; Hypocritæ, faciem ſiue perſonam cœli & terræ dijudicare noſtis, & quæ ſequuntur: Quicquid enim per ſe ſubſiſtit, quatenus per ſe ſubſiſtit, propriæ naturæ perſonam ſiue faciem ſiue figuram habere dicitur. Sed cœlum quidem & terra facta ſunt, ſicut & omnis creaturarũ natura: Subſtantia verò diuina, & ineffabilis, increata, ſi qnidem & ſimplex eſt, atque omnis cõpoſitionis expers, infigurata, æterna, & immortalis. Sed ad inſtitutum reuertamur. Pluribus ex diuinis ſcripturis teſtimonijs demõſtrauimus, Spiritum ſanctum ſimul cum patre ac filio, conditorem eſſe omnis creaturæ, & eius quæ videtur, & eius quæ intelligẽtia percipitur, quandoquidem inſeparabilis ſemper eſt à patre, ac filio, quemadmodum & filius à patre, & pater à filio. Age dum ſi videtur; per ſimilitudines quamuis infirmiores accipe bona documenta. Verbum tuum, vt & cuiuſuis hominis prolatitium eſt, gignitur autem inſecabilie, & ex mente, quemadmodum & ſpiritus tuus procedit ex te. Neque autem verbum tuum, neque Spiritum tuum à te alienum eſſe dixeris, & hæc quidem non dedignaris in hominibus conſiderare, in illa verò Dej ſubſtantia ineffabili, & quę ſuperat intellectum, atque comprehendi non poteſt, verbum non prolatitium, ſed ſemper viuens & efficax, & penetrabilius omni gladio ancipiti, quod iudex eſt omnium, ſi quidem & opifex eſt, in cuius conſpectu nulla creatura latet; & Sanctum eius ſpiritum, qui ſcrutatur profunda Dei, audet aliquis alienum eſſe affirmare, aut verbũ, aut Spiritum Dei, aut hæc aſſerentes admittere vtique ô Philoſophe.

RESPONSIO PHILOSOPHI
ad Sanctos Epiſcopos in vniuerſum.

POSTQVAM ad ſublimiorem intelligentiam me ducitis, aſſerẽtes oportere vnam diuinitatem cogitare, ac credere, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: memini autem vos prius dixiſſe, Deum eſſe patrem, & Deum filium, & Deum Spiritum ſanctum: nunc autem dicitis vnã eſſe diuinitatem trium perſectarum hypoſtaſium, Patris, & Filij, & Spititus ſancti, candidius precor has mihi ſententias explicare.

RESPONSIO SANCTORVM
Patrum ad Philoſophum per eundem
Leontium Epiſcopum.

SI quidem inexplicabilis, ac mente & cogitatione incomprehenſibilis eſt, & in penetrabilis diuina illa, & ineffabilis ſubſtãtia, quæ omnibus ſupereminet, atque omnia continet, tantum audi à nobis. Non alium tibi Deum, atque aliũ protulimus, ſicut impius Arius blaſphemauit, vnum Deum increatum, & alterũ creatum pronuncians, & Spiritum S. ſimiliter creatum prædicans. Abſit. Sed vnam diuinitatem cogitari, & credi aſſeruimus, vna ſubſtãtiam, dominationem, & ſententiam vnam, Patris, & Filij, & Spiritus S. Scire autem S. Trinitatis hypoſtaſes, nõ eſſe diſiunctas, aut locales, ſed ſola fide, vnam diuinitatem conſiderari, & credi, vt ſæpius diximus, Sanctæ, & conſubſtantialis, & adorãdæ Trinitatis. Ecce per omnia fides vera demonſtrauit, non oportere in ſancta Trinitate differentiam cogitare. Nunc antem parùm animum nobis aduerte, atque amplius perſuadeberis, accipiẽs à Spiritu ſancto per nos ſaluifica documenta, vt agnoſcas ſanctę Trinitatis, vnam eſſe diuinitatem ſemper exiſtentem, & ſubſiſtentem, trinitatem verè trinitatem, & nihil in ea prius aliquando, ſed ſemper, & eodem modo exiſtentem, indiuiduam & conſubſtantialem Trinitatem.

RESPONSIO PHILOSOPHI.

NE cogitetis inuertere me dogmata veritatis. Neque enim à principio diſputatiuum reieci ſermones veſtros; ſed propterea perſcrutor ſententiarum veſtrarum ſignificationes, vt fiat mihi manifeſtior atque dilucida eorum, quę à vobis dicuntur, hypotheſis.

HYPOTHETICA RESPONSIO
Sanctorum Patrum ad Philoſophum, de igne, ſplendore, & lumine, per eundem Leontium Epiſcopum.

AVDI iam & nunc, audi ô Philoſophe. Propoſuimus iam cogitationi tuę fuſius ex diuinis Scripturis, quod diuinitas eſt ſimplex, & compoſitionis expers, vt & tu ipſe in principio tuarum propoſitionum cõfeſſus es, & quòd ſit ignis immortalis, æternus, & increatus natura, lumen immenſum, & incõprehenſibile, nec in vna perſona iuxta Iudæorum opiniohem intelligatur, ſed ſemper in Trinitate perſonarũ, quæ à ſe inuicem ſeparari nequeunt, ab omnibus Chriſtianis creditur & prædicatur, immenſa Trinitas Patris, & Filij Spiritus ſancti, vt iam demõſtratum eſt. Diſce autem & nunc ò Philoſophe. Et qnamuis audacius agimus, tamen propitia ſit nobis diuina magnitudo. pro tua enim & aliorum ſalute hic labor à nobis tranſigitur, Diſce igitur ex ſenſilibus intellectilia, & ex his, quæ intellectui ſubijciuntur, ea quæ intellectũ ſuperant, & ex his quę dicuntur, ea quę ſunt ſuper omnem ſermonem. Quamuis autem omnia, & quę videntur, & quę intelliguntur, ex cœleſtibus creaturis, & his quę in terra, vel ſub terra ſunt, conſerri nequeant cum illa increata, incomprehenſibili, & immortali Dei ſubſtantia, nihilominus tamen occurrentem ſimilitudinẽ proferemus, etſi non ęquabilem, ad vtilitatem tamen fideliter ſuſcipientium, & quę ſufficiẽtem pietatis imaginem prębeat piè cõſiderare volentibus. Senſibilis iſte ignis, natura vna ſiue ſubſtantia cũ ſit, Trinitas eſt in eodẽ, ignis,

ſplendor,

ſplendor, lumen, & nihil horum inuenitur altero prius eſſe: ſed à ſe inuicem ſeparari non poſſunt tria, ignis, ex ipſo ſplendor, & lumen. Diſtingue igitur, ſi potes ô Philoſophe tria hæc, & oſtende nobis aliud alio prius exiſtere, vel ignem ante ſplendorem in ſeipſo eſſe, vel ſplendorem poſt aliquot tēpora igne poſteriorem, aut rurſus lumen igne, vel ſplendore poſterius eſſe tempore, vel etiam prius, oſtende ſi potes, diuidens ad inuicem hæc tria, & non ſimul exiſtere ignē, ſplendorem, & lumen, cùm tamen ſit vna ignis natura. Hæc animo retinēs ſenſilia & creata, quamuis cōferenda nō ſint, vt paulò ante diximus, ad æternam illam & incomprehenſibilem Dei ſubſtātiam: accipe tamen ex his occaſione ſalutares, & fide, quaſi alis quibuſdam, adaptans mentis tuę oculum, ad ſublimiorem Dei cognitionem aſcende, & occurret tibi, vt oramus, & credimus, coruſcationes in te fundēs vnius diuinitatis, quę ignis immortalis, ſplendor, & lumen, ſimplex, & ſine compoſitione, inſeparabilis, indiuiſa, incogitabilis, & ineffabilis Trinitas, verè conſubſtantialis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

CAPVT, VBI CREDIT PHILOſophus in Sanctam Trinitatem.

CVM hæc audiſſet Philoſophus, & quaſi raptus in ecſtaſin maximè obriguiſſet, eiuſq; cogitationes ipſum perturbarent, magnus timor in eum incidit. Deinde in ſeipſum reuerſus clamauit valdè, dicens: Gloria tibi Deus, qui inſpiraſti ſanctis his tuis myſteriū, quod omnē intellectum ſuperat, immaculatę, immenſę, & increatę diuinitatis. Sed orō, te Chriſte tanquā vndiquaque boni patris vndiquaque bonū filium, condona quæ impijs adhuc Arij opinionibus ſeductus peccaui: nec pœnis grauer apud te iuſtum iudicē, propter impia illa verba, quę aduerſus te miſer protuli. Væ Ario, & eius impio cœtui, blaſphemantibus aduerſus filium Dei, dicentibus: Erat, quando non erat, & quòd creatura ſit, & opus ex alia ſubſtantia filius Dei, & Spiritus S. & dicentibus filiū Dei, & Spiritum S. nō eſſe eiuſdē ſubſtantiæ, cuius eſt pater. Anathematizo nūc & ſemper Arium, & impias eius opiniones, & omnes cum eo ſentientes, & blaſphemantes aduerſus patrem & filium, & Spiritum S. Qui enim filium non habet, neque patrem habet, & qui contra filiū aut Spiritum S. blaſphemauit, in patrē blaſphemauit. Supplico autem ſacræ veſtrę ſenectuti, adiuuate me per veſtras de me ad Chriſtum filiū Dei preces, maximè, cùm iam cōſentiam his, quæ à vobis de S. Spiritu expoſita & definita ſunt. Et confiteor illa eſſe vera atque firma, hoc eſſe credēs, quod ſacrorum ſcriptor Paulus dixit: Myſteriū abſcōditum à ſæculis & generationibus, quod nunc reuelatū eſt, vt aſſerit, Sāctis eius Apoſtolis, & Prophetis, & vobis, in Spiritu S. ſemper ſcilicet exiſtentem, & ſimul ſubſiſtentem, ac permanentem cum Deo & Patre filium eius, & Spiritum eiuſdem ſanctum.

ADDENTES SANCTI PATRES de fonte, fluuio, & aqua, loquuti ſunt ad Philoſophum per Epiſcopum Leontium.

ILLVD etiam amice Philoſophe quod ſupereſt huius veritatis conſiderandum eſt. Fontem cogitemus, qui fluuium aquę generat: omnis enim fluuius, vt noſti, fontem habet genitorem. Inde procedit aquæ fluuius. Sed nemo fluuium appellat fontem, neque fontem fluuium. Sed fons fons appellatur, & fluuius fluuius, & vtrumque aqua vna. Quādo autem vult quiſpiā à fonte vel fluuio aquā diſſolui, mutat nomenclaturam. Nō enim dicit: Vade, progrediēs, haurias, & feras mihi fontem, aut fluuium, ſed aquā. Et vna quidem natura, tres autem facies ſiue perſonæ, dicendæ ſunt: fons, fluuius, & aqua. Sed & diuina Scriptura eadē aſſerens demonſtrat. Neque enim ab eadem aliena nos tibi loquimur, ô legitime in poſterum gratię fili, quamuis in ſimilitudinibus, typis, & imaginibus, ſermonē veritatis enarramus. Ait igitur de filio diuina Scriptura: Inclinat in eos, quaſi fluuius pacis egrediens, videlicet ex vero vitę fonte, patris diuinitate, vt ipſe Dominus in Euangelio clamat, Ego à Patre exiui & venio. Et quod ipſe candidius aiebat: Ego & pater vnum ſumus. Et illud: Ego in patre, & pater in me. Et Spiritus ſanctus, quia ex ipſo fideles omnes accipimus eiuſdem ſubſtantiæ, cuius & pater, & filius procedēs à patre, proprius autem filij, vt ſuperius oſtendimus. Quod autem ab ipſo nobis effundatur, clariſſimè in Euāgelijs docuit ipſe Dominus, dicens, ſi quis ſitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, vt ſcriptura teſtatur, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Quibus Euangeliſta diuinitus inſpiratus dictum interpretans ſubinfert: Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Et Propheta Dauid de hoc vtique fonte vitæ, ſancta Trinitate clamat: Apud te eſt fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumen. Fontē vitę Deum & patrem appellans, ad filium verò loquens. Siquidem pater eſt in filio, & filius in patre, lumen autem ipſum filiū nominat, in quo lumine teſtatur videndum eſſe lumen Spiritum ſanctum. In lumine inquit, tuo videbimus lumen. Fons enim verę vitę ac luminis eſt pater. Lumen etiam eſt filius ex patre lumine. Lumē etiam eſt Spiritus ſanctus ex eodem lumine. Siquidem, vt nobis ſępè dicendum eſt, vna eſt diuinitas Patris & Filij & Spiritus ſancti, vt ipſe clamat per verba prophetica. Ego ſum Deus & non eſt alius, &, ego Deus primum, & ego poſtea, & in ſęculum ego ſum. Et rurſum: Ego ſum, & nō mutor, & in ſęculum ego ſum, & quę ſequuntur. Et iuxta prius demonſtrata neceſſarium arbitror dicta repetere, quamuis non omnia propter multitudinē, ſed clariora, vt firmiorem habeant conſiſtentiam, quę dicta ſunt. Quę igitur erant ex ore Hieremię Prophe-

tæ pro-

tæ proponamus. Qui præparauit, inquit, terram in æternum tempus, & impleuit eam iumentis quadrupedibus, qui mittit lumen & ibit, vocauit illud, & obediuit timore, ſtellæ ſplenduerunt in cuſtodijs ſuis, & exultauerūt. Vocatę ſunt & dixerunt: Adſumus Splenduerunt cum exultatione factori ſuo. Hic Deus noſter, non reputabitur alius aduerſus eum, & quæ ſequuntur. Neceſſarium igitur ô Deo dilectiſſ. Philoſophe, huc animum aduertere & ſcripturæ ſenſum aperire. Oſtendit enim, vt tu ipſe pariter confeſſus es, de filio hæc dicta eſſe. Poſt hæc enim, inquit, in terra viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Si ergo iuxta impiam Arij prauitatem, alia quędam eſt filij ſubſtantia creata, vt ſit Deus patre poſterior: ait autem de ipſo ſcriptura: Hic Deus noſter, & non reputabitur alius aduerſus eū, Pater nō erit Deus, ſecundùm Arij impietatem. Si quidem de filio ait: Non reputabitur alius aduerſus eum. Et conuincuntur impij Ariomanitæ, cū ſuæ blaſphemię autore pręter filij negationē ipſum patrē à diuinitate depellere, & Athei prorſus deprehenduntur veritatis aduerſarij. Qui enim filiū non habet, vt in Catholicis ait, nec patrem habet. Fides autē Catholica vnam dietatem nouit, & colit, Patris & filij & ſpiritus S. aduerſus quam non æſtimabitur alia. Porrò myſterium hoc ſanctæ, atq; adorandæ, & conſubſtantialis trinitatis, omnem intellectum atq; ſermonem ſuperat, & prorſus comprehendi non poteſt, ſed ſola fide percipi.

PHILOSOPHVS.

DIVINA re vera & lucis plena ſunt, quę à Spiritu S. per vos fuerunt explicata: Oro autem vos (amo enim ſacros doctrinæ veſtræ ſermones) ſpondete mihi puras veſtras prædicationes, & de his docete, quæ adhuc inquiro, vt pleniſſimam à Deo pro ſalute mea remunerationem accipiatis.

RESPONSIO SANCTISSIMORUM patrum per eundem Epiſcopum Leontium.

DIc quod vis. Cupimus enim te pleniſſimè ſcire de omnibus, maximè cum iam te illuſtrante Spiritu ſancto facilè poſſis dictorum demonſtrationes percipere.

GRATIARVM ACTIO PHILOſophi, & interrogatio, de diuina incarnatione.

GRATIA ſacro veſtro capiti. Dicite autem mihi ô ſanctiſſimi: Quomodo ſit intelligendum Deum verbū Dei filium in terra viſum eſſe, & inter homines conuerſatum, cum aſpectabilis non ſit ab omni creata natura, & quæ videtur, & quæ intelligentia percipitur, & quæ ſit cauſa, propter quam hęc geſta ſunt, doceatis rogo.

RESPONSIO SANCTORVM Patrum ad Philoſophum per Epiſcopum Leontium.

CAVSA præſentiæ huius ab ipſo diſpenſata eſt, propter primorum hominum Adami & Euæ lapſum in paradiſo, qui totū ipſorum genus inuaſit. Poſtquam igitur tranſgreſſi præceptum, diuina gratia priuati fuerunt, eam humano generi opifex voluit reſtituere. Et conſiderandum hic eſt, quòd quemadmodum Deus dixit: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & fecit Deus hominē iuxta prius dictas demonſtrationes: idem rurſus dixit, ſeruemus perditū hominem, queam ad imaginē & ſimilitudinē noſtram fecimus. Vt autē Deus & pater dixit: Faciamus, & filius Deus ex Deo fecit: idem rurſus ex Patris ſententia ſaluare hominem voluit in ſemetipſo.

INTERROGATIO PHILOSOphi, de eodem.

ET quomodo in terra viſus, & quaſi homo inter homines conuerſatus, cùm ſit Deus immutabilis?

RESPONSIO SANCTORVM PAtrum per Macarium Epiſcopum Hieroſolymorum.

IVXTA diuini Pauli vocem magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatū eſt in carne, hoc eſt, Dei filius. Eodē tempore idem apparuit Angelis. Neque enim Angelis vel Archangelis vel aliquibus cœleſtibus poteſtatibus, viſibilis eſt vnigenitus, quandoquidem Deum nemo vidit vnquam. Cuius de cœlis aduentum audiens, nullatenus immenſæ diuinitatis localem migrationem ſuſpiceris. Sed diſpenſationem cogita totius huius magni reuera pietatis ſacramenti, in quo ſumus renouati. Renouatio enim fuit nouitatis reſumptio. per hoc enim qui nobis dedit ſimilitudinem ſuam, Deus verbum ad ſimilitudinem noſtram deſcendit. Impoſſibile eſt autem Deum nobis aſſimilari, & non incarnari. Neque enim ſpecies incorporea ſubſtantię incorporeæ, quæ, quidem ipſe erat, acceſſit, ſed corporea. Corporea autem ſubſtantia, abſque aſſumptione non erat. Propterea corpus verè aſſumpſit, vt qui à prima fraternitate, hoc eſt, gratia ſancti Spiritus, quam per primos parētes Adamum & Euam amiſimus, per figuræ incorporeæ mutationem excideramus, ad fraternitatem per corporis aſſumptionem reduceremur, & iterum incorpoream ſpeciem diuinam acciperemus. Accipit autem carnem ex muliere. Sic enim nobis ſimilis factus eſt, vt nos ſibi ſimiles participes ſuæ gloriæ faceret, & vt mulierem per natiuitatem ſuam ſaluaret. Saluabitur enim, inquit, mulier per fi-

liorum generationem. Caro autem aſſumpta eſt, quæ ſecundùm naturam habebat, quod vitale eſt. Nulla etenim caro eo quod vitale eſt caret, quod ſcriptura propriè animã appellat.

PHILOSOPHVS.

QVis nõ ſtupeat in his Dei magnalibus, vt dicebatis? veruntamen quomodo accepit carnem ex muliere, vt paulò ante aſſeruiſtis?

RESPONSIO SANCTORVM Patrum per eundem Macarium Epiſcopum Hierosolymorũ.

IAm monuimus te vir optime, nequaquã in diuinis myſterijs dicere; quomodo? ineffabilia enim ſunt, & incomprehenſibilia. Vt autem ex ſacris literis edocti ſumus, dicemus quantũ oratio cõſequi poterit. Omnimodam enim myſterij illius cognitionem, quomodo diſpenſatio in carne Domini facta ſit, nullus neque hominum, neque Angelorum, nec ipſe Gabriel, qui eidem myſterio miniſtrauit; neque omninò ſancta, pura, & caſta virgo Maria conſequi poterit, totam huius Dei verbi incarnationis intelligentiam. Ipſe etenim ſolus vnigenitus Dei filius exactè nouit ſuam propter nos inhumanationẽ. Sed quæ nobis tradiderunt, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis, vt ait Lucas, de illius in carne diſpenſatione: quod ſcilicet ex ſemine Dauid & Abraham ſecundùm carnem, & de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus, hoc eſt, ex virgine. Et quod non Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit: & quòd per omnia nobis aſſimilatus eſt, excepto peccato: hæc ſcimus. Modus autem quo hæc geſta ſunt, omnis creaturæ rationalis cogitationem tranſcendit. Ait autem & de hoc Hieremias Propheta: *Homo eſt, & quis cognoſcet illum?* Admirante autẽ Philoſopho, & tota multitudine collecta, ad auſcultationẽ addentes ſancti Patres per Macarium Epiſcopum Hieroſolymorum dixerunt.

Pluribus iam demonſtrauimus, quòd Deus vnigenitus filius Dei factus ſit homo, propter benignitatem erga genus humanum incarnatus, & genitus ex virgine Maria inexplicabili generatione. Poſtquam enim voluit, vt ſermo prior oſtendit, inſtaurare, quæ per primorum parentũ lapſum fuerãt ſoluta: natus eſt in noſtris, vt nos in ſuis ipſius reficeret, condeſcendens, quaſi optimus medicus, infirmitati noſtræ. Iterũ dicimus hoc cõndeſcendere & deſcendere & mitti iuxta ſuæ inhumanationis modum accipiendũ eſſe, vt prius demonſtrauimus. Diuinitate enim ſua omnia cum patre ſemper implet ſecundùm prius traditas intelligentias. Audi ergo. Nati ſumus ex muliere. Venit in nos propter charitatẽ erga homines. At nos ex delectamento ſomni, & ſemine viri; ipſe autem ſolus ex Spiritu ſancto & Maria virgine. Lactamur nos, venit etiam in hoc ſecundùm carnem, qui deitate ſua omni carni alimentum præbet. Proficimus in ætatis augmentum. Non dedignatus eſt & ipſe hoc fieri corporaliter; ſicut ſcriptũ eſt, quod Ieſus proficiebat ſapientia & ætate, & gratia apud Deũ & homines. Et vſque ad triceſimum annum tranſigens, vt omni ætati benediceret, tunc ad baptiſmum venit: prædicante Ioanne Zachariæ filio ad populum baptiſmum pœnitentiæ, non autem remiſſionis peccatorum, aut adoptionis filiorum donum largiente. Non enim erat Ioannis hoc dare, ſed neque angeli: ſed ipſius duntaxat incarnati, & inhumanati Dei verbi. Et accipit noſtrum baptiſmum, & cùm eſſet Deus ſine peccato, corporaliter baptizatus eſt, vt homo, non ipſe indigens baptiſmo, ſed, vt noſtrum baptiſmum approbaret. Vt credamus quod quemadmodum in eũ deſcendit Spiritus ſanctus, ita & in nos in ipſo baptizatos. Deinde conuerſatus cũ hominibus, & ſuorum diuinorũ præceptorum mandans traditiones, ſignorumque admiranda opera perficiens poſt tertium annum quarto iam inchoato ad corporalem pro nobis perpeſſionem ſpontè peruenit. Nobis quidẽ debebatur crucis ſupplicium, ſed ſi omnes crucifixi fuiſſemus, nos ipſos à morte nõ potuiſſemus liberare. Sed uenit ille Saluator omnium, & à nobis debita ſupplicia in ſua carne, quæ ſine peccato erat, pro nobis, & ex nobis, & nomine noſtro ſuſcepit. Deſcendebamus nos poſt mortem ad inferos. Suſcepit & hoc, deſcenditque ſponte ad eos, non tamen detentus eſt, ſicut & nos, ſed deſcendit tantum. Non enim erat ſubiectus morti, ſed mortis Dominus. Cumque ſolus deſcendiſſet, cum multis rediјt. Ipſe enim erat ſpiritualiter granũ frumenti, quod pro nobis cadens in terram, & carne moriens, per ſuæ diuinitatis potentiam corporale ſuum templũ ſuſcitauit ſecundùm ſcripturas, fructũ afferens totius humani generis reſurrectionem. Et poſt triduanam ſepulturam: & reditum ex mortuis ad uitã, apparens diſcipulis oſtẽdit eis, quas in cruce pertulerat ſui corporis affectiones, dicens: *Palpate me, ac uidete, quòd ego ſum, qui facio admirabilia, qui & pro ueſtro genere, in carne meas paſſiones ſuſcepi.* Deinde per dies quadraginta uerſans cũ eis, tradensq; illis ſalutaria præceptorum pignora, ipſis uidentibus ad cœlos rediјt, ſedereque illum ad patris dexterã ſacri libri demonſtrant. Quẽ & in fine ſeculi ad iudicandũ uiuos & mortuos uenturũ expectamus: qui in æternũ, ut ſemper cũ patre regnabit, per infinita ſæcula. Hæc eſt Eccleſiæ fides Apoſtolica & inculpata, quã deſuper ab ipſo Domino per Apoſtolos, & à patribus ad filios traditam Eccleſia colit, & uſque nunc & in ſempiternũ retinet, dicente ſuis diſcipulis Domino: *Euntes docete omnes gẽtes, baptizãtes eos i nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.*

Baptiſm' Ioãnis nõ largebat donũ remiſſionis peccatorũ

ACTA CVM ARIANIS Epiſcopis ex Athanaſio epiſtola ad Afros apud Theodoretum libro 1. hiſt. Eccleſ. c. 8. Chriſtoforſono interprete.

CVM Epiſcopi, qui in vnum cōuenerant, haberēt in animo impias voces ab Arianis inuentas tollere, nimirum, filium Dei ex nihilo genitum, creatum eſſe, & tempus fuiſſe, quando non erat, & natura eſſe mutabilem, & voces ſcripturarum omnium cōſenſu approbatas in earum locū reponere, nempè filium ex Deo natura vnigenitum eſſe, verbum, virtutem, ſapientiam ſolam patris, Deum verū, vti loquitur Ioannes, & ſicut Paulus ſcribit, ſplendorem gloriæ, & formam paternæ eſſentiæ: Euſebius eiuſque fautores peruerſa ſua opinione à vero abducti dixêre inter ſe: Huic conſentiamus. Etenim nos quoque ex Deo ſumus. Vnus namque Deus, ex quo omnia. Et rurſus vetera præterierunt, ecce noua facta ſunt omnia, omnia autem ex Deo. Quinetiam pro ſe citarunt ſententiam libri, qui paſtor inſcribitur, quæ ita ſe habet. Primū omnium credito vnum eſſe Deum, qui omnia condidit, & abſoluit, & ex eo quod non eſt, effecit vt eſſent. At verò alij Epiſcopi aſtutia eorum, & perdito impietatis ac fraudulento conatu explorate cognito, planius explicarunt illud: ex Deo eſſe, vt tum creaturæ propterea quòd non ipſæ ex ſe, aut ſine cauſa ortæ ſint, ſed principium ortus ſui habeant, ex Deo eſſe dicantur, tum filius ſolus exiſtimetur propriè ex patris eſſentia conſtare: hoc enim vnigeniti, & veri verbi Dei Patris proprium eſt. Quod autem ab Epiſcopis ſcriptum eſt, ex patris eſſentia, hæc cauſa fuit.

Rurſus cùm pauci qui Ariani putabantur, rogarentur ab Epiſcopis vtrum dicerent filium nō creaturam eſſe, ſed virtutem, ſapientiamque ſolam patris, & æternam, atque adeò cumulatè perfectam patris imaginem, & Deum verum; manifeſtè tenebantur Euſebiani nutu ſibi inuicem ſignificaſſe, hec etiam in nos cadere. Etenim nos imago & gloria Dei dicimur. Et de nobis dictum eſſe: ſemper, & nos qui viuimus, & multæ virtutes ſunt. Quin etiam illud: Exijt omnis virtus Dei ex terra Ægypti: Itemque, Brucus & locuſta dicitur potentia magna. Alio quoque in loco Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Iacob. Quinetiam nos propriè ex Deo eſſe; non poſſumus, inquiunt, ſimpliciter dicere; ſed quòd fratres etiam vocauit. Quòd ſi filium verum Deum dicant, illud nos minimè conturbat. Nam qui verè factus ſit, verus eſt. Atque iſta quidem eſt deprauata Arianorum ſententia. Verùm Epiſcopi, cùm eorum fraudes perſpectas haberēt, has voces: Splendor, fons fluuius, forma eſſentiæ, &, in lumine tuo videbimus lumen, &, ego & pater vnū ſumus, ex ſcripturis collegere: atq; de reliquo ſcripsêre apertius & breuius, filium patri cōſubſtantialē eſſe. Nam voces ſuprapoſitæ hanc eandem habent vim. Quod autē obſtrepunt has voces in ſcripturis nō reperiri, fruſtra ſanè ac temerè obſtrepunt. Nam illi ipſi ex vocibus non ſcriptis in impietatem delapſi, voces quoque non ſcriptas; nimirum filium ex nihilo creatum & tempus fuiſſe quando non erat, ad ſuum errorem confirmandum, adferunt. Quapropter ex non ſcriptis vocibus, piè tamen excogitatis, cōdemnati ſunt. Ipſi enim voces ſui erroris ex ſtercore eruentes, vt verè terrenos decebat, locuti ſunt. Epiſcopi autem non ſuopte ingenio verba excogitantes, ſed à patribus petentes teſtimonia, ſic ſcripſerunt. Nam erant Epiſcopi veteres ante annos ferè centū & triginta, cùm Romæ vrbis præpotentis, tum in noſtra ciuitate, qui criminabantur eos, à quibus filius factus dicebatur, & non conſubſtantialis patri. Quod quidem intellexerat Euſebius Epiſcopus Cæſareæ, qui quanquam ante deflexerat ad hæreſin Arianam, poſtea tamen Concilio Niceno ſubſcripſit, atque adeò ſuæ eccleſiæ per literas confirmauit, ſe planè animaduertiſſe, hoc verbum homouſion, id eſt, conſubſtantiale, à veteribus Epiſcopis, & ſcriptoribus, ijſque diſertis, & illuſtribus in diuinitate patris & filij explicanda vſurpatum eſſe.

Ariani ex nō ſcriptis vocib9, piè tamen excogitatis damnati ſunt.

(In ter opera Athanaſij extat liber inſcriptus Nicænæ fidei decreta, in quo tamen non referuntur acta Concilij, ſed defenduntur per modū apologiæ; quod ipſum Athanaſius in pluribus alijs libris facit ſub alijs titulis. Extat etiam duplex Athanaſij diſputatio cum Ario, ſed altera illa nō eſt Nicæ habita, ſub Conſtantino, ſed Laodiceæ ſub Conſtantio, coram Probo iudice gentili: & creditur illum fuiſſe alterum Arium, quia primus iam effuderat viſcera ſua Conſtantinopoli. Altera etiam extat diſputatio Athanaſij cum Ario, & quod mirandū magis eſt, titulus præſefert habitam fuiſſe in Nicæna Synodo, ſed ipſius diſputationis exordiū oſtendit, non illam diſputationem in Synodo habitam fuiſſe, ſed apud quoſdam amicos eum caſu inter eos fuiſſet quidam ex radice Arij, qui tamen in eadē diſputatione vocatur etiam Arius. Forſan erat Arius alter, cuius meminit Alexander Alexandrinus Epiſcopus in literis excommunicationis Arij. Sunt quidem prædicta lectu vtilia, & ad Concilium Nicænum ſpectantia, non ſunt tamen pars hiſtoriæ ipſius Concilij, & ideò viſum ea omittere, præſertim cùm ea quiuis in libris Athanaſij legere facilè poſſit.

De his dictū eſt etiā in epiſtola nuncupatorie

Hæc diſputatio creditur cōpoſita à S. Vigilio Epo Tridētino vide eius opera.

EX GRÆCO VATICANO, De omnium conſenſu circa conſubſtantiale.

HIS hoc modo à Sācto ſpiritu p ſanctos patres noſtros in ſacra illa Synodo collectos, explicatis, magnificabat Deū tota illa multitudo, q̄ ad auditionē illā cōuenerat. Auſcultabat aūt & ipſe Deo amabiliſſimus rex, q vt plurimū aderat Synodo, & admirabūd9 laudabat Deū, cùm diuina hęc audiſſet dogmata, & gau-

Schabet etiã antea in Tomis Conciliorũ, preter quædã à nobis addita. Græcus.n.Vatican⁹ paucas habet ſubſcriptiones, de quibus poſtea.

(Sozomenus lib.1.hiſt. Eccl.cap. 20.D.Euſebium Nicomedienſem & Theognidem Symbolo quidem fidei ſubſcripſiſſe, non tamen Arij abdicationi.)

FIDEI SVBSCRIPTIONES Epiſcoporum.

OSIVS Epiſcopus ciuitatis Cordubenſis Prouinciæ Hiſpaniæ dixit: ita credo, ſicut ſuperius ſcriptum eſt.

Victor & Vincentius presbyteri vrbis Romæ pro venerabili viro Papa & Epiſcopo noſtro, Sancto Syluestro ſubſcripſimus, ita credentes, ſicut ſupra ſcriptum eſt.

PROVINCIÆ ÆGYPTI.

ALEXANDER Alexandriæ magnæ cũ Athanaſio Archidiacono eiuſdẽ eccleſię

Meminit etiam Epiphanius Secta.68. in libro aduerſus hæreſes, Meletij, Paphnutij, & Ioannis, & Callinici Epiſcoporum Meletianorum in Ægypto, quos tamen an Synodo Nicænæ interfuerint, dubitare poſſumus, præter Paphnutium qui tamen Epiſcopus nõ erat.

Arpocration Nauctatites.
Adamantius Cynopolites.
Alberion Pharbeti.
Antiochus Memphites.
Caius Timuites.
Dorotheus Peluſianus.
Philippus Panephylenſis.
Potamon Heracleenſis.
Secundus Ptolemaidis Arianus.
Tiberius Tentyrites.

PROVINCIÆ THEBAIDOS.

Atlas Schediæ.
Tyrannus Antinoæ.
Volucianus Lycepolites.

PROVINCIÆ LYBIÆ.

Dathes Berenicæ.
Serapion Antiphrenſis.
Zephirus Barcæ.
Secundus Thantites.
Titus Paratonij.

PROVINCIÆ PALÆSTINÆ.

Macarius Hieroſolymitanus: cum Euſebio, poſtea Cæſareenſi.
Germanus Neopolitanus.
Marinus Sebaſtenus.
Gaianus Cæſareenſis.
Euſebius Gaderenſis.
Sabinus Aſcalonitanus.
Longinus Nicopolitanns.
Petrus Iamnienſis.
Macrinus Eleutheropolis.
Maximus Maximianopolis.
Paulus Maximinopolis.
Ianuarius Hierichuntinus.
Heliodorus Zabulonites.
Ætius Lydenſis.
Syluanus Azoti.
Patrophilus Scythopolis.
Aſclepius Gazæ.
Petrus Ahilæ.
Antiochus Capitoliadis.

PROVINCIA PHOENICES.

Zenon Tyrius.
Aeneas Ptolemaidis.
Magnus Damaſcenus.
Theodorus Sidonius.
Hellanicus Tripolis.
Philocalis Paneadis.
Gregorius Beryti.
Marinus Palmyrenus.
Talaſſius Alalius.
Anatholius Emiſſenus.

PROVINCIÆ SYRIÆCELES.

Euſtathius Antiochenus.
Zenobius Seleucienſis.
Theodorus Laodicææ.
Alphius Apameæ.
Baſſianus Raphaneenſis.
Philotimus Hierapolitanus.
Piperius Samoſatenus.
Archelaus Dolichenus.
Euphation Balaneorum.
Palladius Chorepiſcopus.
Zoilus Gabalenus.
Baſſus Zeugmatis.
Leontius Pariſſenus.
Euſtaſius Erethuſius.
Mauricius Epiphaneus.
Paulus Neocæſareenſis.
Syricius Cyrreticenſis.
Seleucus Chorepiſcopus.
Petrus Guidarenſis.
Pelagius Ambracianenſis.
Baſon Gabbenus.
Gerontius Coaræ.
Salomouus Germaniciæ.

PROVINCIÆ ARABIÆ.

Nicomachus Boſtrenſis.
Cyrion Philadelphiæ.
Gennadius Iabrudorum.
Seuerus Sodomitanus.
Soſipater Betauenſis.
Seuerus Dionyſiadis.

PROVINCIÆ MESOPOTAMIÆ.

Ætolaus Edeſſenus.
Iacobus Niſibenus.
Antiochus Rheſinatenſis.
Marius Macedonopolitanus.

PROVINCIÆ PERSIDIS.

Ioannes Perſidis.

PROVINCIÆ CILICIÆ.

Theodorus Tarſenſis.
Amphion Epiphanienſis.
Narciſſus Neronianus.
Moyſes Caſtabalenus.
Nicetas Flauiadis.
Eudæmon Chorepiſcopus.
Paulinus Adanorum.
Macedonius Mopueſtienſis.
Heſychius Alexandriæ minoris.

Tarcodimantus Aegetanus.
Narciſſus Irenopolis.

PROVINCIÆ CAPPADOCIÆ.

Leontius Cæſareenſis.
Eupſychius Thianenſis.
Eufraſius Colonenſis.
Timotheus Cycaſtrenſis.
Elpidius Comanenſis.
Gregorius Chorepiſcopus.
Stephanus Chorepiſcopus.
Euphronius Chorepiſcopus.
Rhodon Chorepiſcopus.
Theophanes Chorepiſcopus.

PROVINCIÆ ARMENIÆ minoris.

Eulogius Sebaſtenus.
Eutychius Satalenſis.

PROVINCIAE ARMENIAE maioris.

Arſaphius Sophonenſis.
Ariſteus Dioſpontanus.
Eutychianus Amaſeus.
Heraclius Salenſis.

PROVINCIAE PONTI Polemoniaci.

Longinus Neocæſareenſis.
Domnus Trapezuntius.
Stratophylus Ptyuſius.

PROVINCIAE PONTI Paphlagoniæ.

Philadelphus Pompeiopolis.
Petronius Iunopolis.
Heſychius Amaſtridos.

PROVINCIAE GALATIAE.

Pancratius Ancyranus.
Dicaſius Tauienſis.
Erethius Platanenſis.
Corgonius Cinnenſis.
Philadelphus Iuliopolis.

Marcellum poſtea Ancyranum interfuiſſe dicit Iulius Romanus Pontifex in quadam epiſtola apud Athanaſium Apologia ſecunda.

PROVINCIAE ASIAE, ſcilicet minoris.

Theonas Marmaricenus. Græcus codex habet alium Theonam Cycizenum.

Menophantus Epheſius Arianus.
Orion Ilienſis.
Eutychius Smyrnenſis.
Mithres Popenſis.
Macrinus Hellenopolis.

Paulus Anderēſis. Græcus codex habet etiā Marinum Troadis, & Baſilius ad Innocētium ſcribit, Hermogenem Aſiaticum compoſuiſſe Symbolum Nicænum.

PROVINCIAE LIDIAE.

Arthemidorus Sardenſis.
Soron Thyatirenſis.
Thomaſion Philadelphenus.
Pollion Peperenſis.
Apogius Tripolitanus.
Florentius Ancicyræ.
Marcus Standitanus.

PROVINCIAE PHRYGIAE.

Nunechius Laodicenſis.
Flaccus Sanenſis.
Procopius Sinnadenſis.
Piſticus Azanenſis.
Athenodorus Doryleus.
Paulus Apamenus.
Eugenius Eucarpienſis.
Flaccus Hieropolitanus.

PROVINCIAE PISIDIAE.

Eulalius Iconienſis.
Telemachus Adrianopolitanus.
Theodorus Vnzelenſis.
Eutychius Seleucienſis.
Heſychius Neapolitanus.
Vranion Selgenſis.
Apagamus Lyſimenſis.
Tarſitius Apamenus.
Patritius Ambladenſis.
Polycarpus Metropolitanus.
Acumedius Parienſis.
Heraclius Barenſis.

PROVINCIAE LICIAE.

Endemus Pauienſis.

Metaphraſtes interfuiſſe refert etiam S. Nicolaum Myrenſem in eius vita.

PROVINCIAE PAMPHYLIAE.

Gallides Pergenſis.
Eureſius Termeſenus.
Teuxius Cyrbenſis.
Damius Aſpendius.
Quintianus Seleucienſis.
Patritius Maximianopolitanus.
Aphrodiſius Magidorum.

PROVINCIAE INSVLARES.

Euphroſius Rhodenſis.
Meliphron Cous.
Statigius Lemnius.
Apollodorus Corcyreus.

PROVINCIAE CARIAE.

Euſebius Antiochenus.
Ammonius Aphrodiſius.
Leodius Cybiritanus.
Euſebius Miletus.

PROVINCIAE ISAVRIAE.

Stephanus Barathenus.
Atheneus Zoropaſſenus.
Etheſius Claudionopolitanus.
Agapeius Seleuciæ.
Syluanus Metrpolitanus.
Fauſtus Phuphatenſis.
Antonius Antiochenus.
Neſtor Syſdrenſis.
Heſychius Chorepiſcopus.
Cyrillus Synditenſis.
Theodorus Vaſatenſis.
Anatholius Chorepiſcopus.
Paulus Larandenſis.
Quintus Chorepiſcopus.
Tiberius Lyſtrenſis.
Aquila Chorepiſcopus.
Euſebius Paralais Lycaoniæ.

PRO-

PROVINCIÆ CYPRI.
Cyrillus Paphenſis.
Gelaſius Salaminius, celebratur etiam ſupra Spiridion.
Cyprius Epiſcopus.
PROVINCIAE BITHYNIAE.
Euſebius Nicomedienſis, cui Græcus codex Succeſſorem datum aſſerit Amphionē, quod nomen habes ſupra in Cilicia.
Theognis Nicænus, cui Græcus codex ſucceſſorem aſſignat Chreſtum.
Maris Chalcedonenſis Arianus.
Cyrillus Chius.
Heſychi⁹ Pruſenſis iuxta Hypiū fluuiū.
Gorgonius Appollonienſis.
Georgi⁹ Pruſiadis iuxta Olympū mōtē.
Euthius Adrianopolis.
Theophanes Chorepiſcopus.
Rufus Cæſareenſis.
Eulalius Chorepiſcopus.
PROVINCIAE EVROPAE.
Sic videntur Greci aliqñ Thraciā appellare.
Phædrius Hæracleæ. Græcus codex ſupra docuit Alexandrum presbyterum & Paulum lectorem miſſos fuiſſe à Metrophane Conſtantinopolitano Epiſcopo, qui tamē & ipſi poſtea fuerunt eiuſdem ciuitatis Epiſcopi.
PROVINCIAE DACIAE.
Protogenes Sardicenſis.
Marcus Metropolitanus.
PROVINCIA MYSIAE.
Pictus Marciooopolitanus.
Marcus Eubœæ.
Strategius Epheſtienſis.
PROVINCIAE MACEDONIAE.
Alexander Theſſalonicenſis.
Budion Thebanus.
PROVINCIAE ACHAIAE.
Piſtus Athenienſis.
Feſtus Strategidis.
PROVINCIAE THESSALIÆ.
Clionius Thebanus.
PROVINCIAE CALABRIAE.
Marcus Calabriæ.
PROVINCIAE CARTHAGINENSIS.
Cecilianus Carthaginenſis.
PROVINCIAE DARDANIAE.
Dachus Macedoniæ.
PROVINCIÆ THESSALIÆ.
Claudianus Theſſaliæ. Cur bis ponatur prouincia Theſſaliæ, non facilè dixeris, niſi error ſubſit, aut ſit maior & minor Theſſalia, aut ſuperius pro Theſſaliæ legendum eſt, Beotiæ, in qua Thebæ ſitæ ſunt, quarum Epiſcopus Clionius ibi nominatur.
PROVINCIÆ DALMATIÆ.
Bunius Stoborum.
PROVINCIÆ PANNONIÆ.
Domnos Stridonenſis.
Gaſpar Bruſchi⁹ in ſua Laureaco refert interfuiſſe Concilio ex Germania Dmninū Laureacēſem, qui locus erat in Auſtria. Auſtriā aūt quidā Pannoniam ſuperiorem eſſe volunt.

PROVINCIÆ GALLIARVM.
Nicaſius Dinienſis.
PROVINCIÆ GOTHIÆ.
Theophilos Gothiæ Metropolis. Hunc Euſebius Pamphili Scytam dixit, in vita Conſtantini. Eique addit Simeon Metaphraſtes in vita ſancti Nicetæ Martyris apud Surium in Septembri, Vulphilam eius ſucceſſorem.
PROVINCIÆ BOSPHORENSIS.
Domnus Boſphori.
Nicephorus lib. 8. Hiſt. Eccleſ. cap. 23. refert per miraculum Chryſanthom & Muſonium epiſcopos ſubſcripſiſſe, poſt mortem Aceſius etiam Nouatianorum Epiſcopus fidei conſenſit ex Socrate lib. 1. Hiſt. Eccle. cap. 7. Si numeres eos, qui Ario cōſentientes ne fictè quidem ſubſcribere voluerunt, & addas commum catalogo eos, quos obiter commemorauimus, nō ita multi deerūt ad integrum numerum 318, quem hactenus non inuenimus. Fertur tamen in manuſcripto codice integrum ſubſcribentium numerum haberi apud Sambucum Pannonium Viennæ Auſtriæ.

EX GRÆCO VATICANO.

CAPVT, VBI REX EX SOLIO ſurgens voces gratiarum actionis fundit Deo.

Rex autem Conſtantinus poſt expoſitionem rectæ atq; Apoſtolicæ fidei à Spiritu ſancto per trecentos ſanctos patres quaſi ore vno promulgatæ, & ab omnibus comprobatæ, qui ad ſanctam illam fidei auditionem concurrerant, expanſis manibus, & vultu in cœlum ad Deum intento, ipſum Dominum omnium noſtrum Saluatorem & benefactorē clariſſimis verbis laudauit, φ deſideratum ei Epiſcoporum conſenſum & eorundem circa rectam & ſalutarem fidem cōcordiam firmauerit. Tantus erat prorſus optimus ille, ac Deo amabilis Rex, circa curam Eccleſiarum Dei, atque paſtorum tranquilliſſimum conſenſum. Non abſurdum autem exiſtimo huic Commētario inſerere, quæ pulchrè diſſeruit Euſebius Pamphili 3. lib. de vita Conſtantini Deo amabilis regis, de geſtis in Synodo verba facere incipiens. ſunt autem hæc. Cùm igitur multa eſſent ex vtraq; parte propoſita, magnaq; cōtrouerſia in ipſo diſputationis ingreſſu cōcitata; Imperator toleranter ac placidè omnibus animum attendere, ſtudio acri prolatas ſententias ſenſim percipere; viciſſim ferre opem vtrique diſceptantium parti, eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliare; cōferre cū ſingulis comiter & benignè ſermonē: Græcè (nam ne huius quidem linguæ ignarus fuit) quid ipſe ſentiret, eloqui. Suauis fuit & dulcis, dum alijs perſuadere, alios ſermone lenire, alios, qui disertè dixiſſent, collaudare, oēs deniq; ad concordiam reducere contendebat: vſq; eo vti tandem eos in omnib⁹ rebus, quę in quæſtio-

Sic etiam habet verſio Chriſtoforſon. lib. 3 de vita Conſtātini ca. 15.

quæſtionem aliquando veniſſent, tum conſpirantes animis, tum opinionibus adeò conſentientes redderet. Lege ſtatuit etiam, vt præualeret fides ſalutaris, vera à Spiritu ſancto per oēs prædictos ſanctos patres noſtros promulgata, &, ut apud omnes vnum tempus conſtaret, pro ſalutaris Paſchatis feſtiuitate. Tunc etiam, ut per expreſſam ſingulorum ſubſcriptionem, quæ in communi decreta fuerant, firmarentur, definiuit: ac ut de ſingulis Eccleſiaſticis diatypoſibus atq; canonibus ſcriptum ederetur, Epiſcopos adhortatus eſt.

DE ACESIO NOVATIANORVM Epiſcopo, & qui cum illo erant.

Squat. lib. .. c. 10

MONET autem nos regis fides, vt & aliud quidam commemoremus. Quonam. ſ. pacto ſtudium & prouidentiam Eccleſiaſticæ paci adhibens, vt ne minima quidem negligeret; Aceſium ſectæ Nouatianorum Epiſcopum ad ſe accerſiuit. Ac poſtquam deciſio de fide à Concilio, cùm in commentarios relata, tum ſubſcriptionibus confirmata erat: Imperator ſciſcitatur ab Aceſio, vtrum ipſe & eidē fidei, & decreto quoq; de feſto Paſchatis conſtituto aſſentiretur? Tum ille; Nihil noui, inquit, ô Imperator Concilium decreuit, ſtatuitq;. Nā antiquitus à primis Eccleſiæ iactis fundamentis, & ab Apoſtolorum temporibus eādē fidei deciſionem deriuatam fuiſſe, & idem tēpus feſti Paſchatis celebrandi obſeruatū, accepi. Rurſus cùm Imperator quæreret, quid cauſæ eſſet, cur ſe à cōmunione ſegregaſſet, ille res regnante Decio geſtas, & quæ perſecutione ingruēte acciderant, pro ſe citauit, exquiſitamq; ſeueri cuiuſdam Canonis obſeruationem in medium adduxit: nimirum eos, qui poſt baptiſmum in illud peccati genus, quod ſacroſanctæ ſcripturæ peccatum ad mortem appellant, delapſi fuiſſent, non debere diuinorum myſteriorum fieri participes: ſed ad pœnitentiam cohortādos, & remiſſionis ſpem non à ſacerdotibus, ſed à Deo, qui & poteſt, & authoritatem habet peccata remittendi, expectandam. Quæ cùm dixiſſet Aceſius; Imperator ſic illum denuò affatus eſt: Erigito ubi ſcalam Aceſi, & ad cœlū ſolus aſcēdito. Poſt hæc omnia Epiſcopi varias Eccleſiaſticas diatypoſes ediderunt.

FINIS LIBRI SECVNDI.

TERTIVS LIBER DE NICAENI CONCILII DECRETIS.

ISLIBER præter diatypoſes appellatas fere nihil hēt ex Græco deſumptū codice. Habet quidem Græcus viginti canones uulgatos, ſed qui prorſus conueniant cum illis, qui ſexto Concilio Carthaginenſi ſunt inſerti. Idē Græcus author noſter duo decretorum genera in Synodo Nicæna conſtituta fuiſſe refert, præter fidei declarationem, & Arij excommunicationem, de quibus in ſecundo libro uiſum eſt. Primum decretorū genus ipſe diatypoſes uocat, nos cōſtitutiones dicere poſſumus, ſed maluimus Græcum nomen retinere, & diatypoſes appellare. In eis officia eccleſiaſtica ad ordinē debitum redacta fuiſſe idem autor tradit. Illæ verò, quas ipſe author profert, indicant in eis doctrinam potius contineri, quàm præcepta: Alterum genus ὅρων ille nuncupauit, nos Canones paſſim nominamus, ad Eccleſiaſticā diſciplinā pertinentes. Diatypoſeon numerum ignoramus: author enim ille nouē propoſuit, ſed adijciens, illas fuiſſe paucas ex multis. Onufrius in chronico Eccleſ. 84. Canones Nicænos fuiſſe retulit, ſed quia ex Athanaſio nouimus, non fuiſſe plures quā ſeptuaginta, aut ad ſummū octoginta: numerus ille octoginta quatuor fortaſſis numerus erat diatypoſeon. De canonū uerò numero, Athanaſium qui concilio interfuit, & alios idoneos teſtes audiemus poſtea.

DE DIATYPOSIBVS ECCLEſiaſticis ſermo dogmatibus.

VErſabimur cum luce, quæ eſt Chriſtus, tanquam ipſi propinqui exiſtentes, & ipſum aſpicientes. Sic in ſanctificantibus precationibus exercebimur. Preces enim ſanctificāt, ſi diuinum uerbum adoremus. Verbum autem diuinū adeſt, ubi cor & pura uitæ inſtitutio in humilitate conſeruatur. Laborabat Iſrael ſacrificia pficiens. Clamabant prophetę ad Deū: Pſal. 42.
Emitte lucem tuam, & ueritatē tuam. Illi clamabans & nos accepimus. Alij laborauerunt, Ioan. 4.
ſicut Chriſtus dixit, & nos in laborem ipſorū introiuimus. Venit enim ad nos Chriſt⁹ dicēs:
Ego ſum lux, ego ſum ueritas. Sine labore accepimus gratiam: ſed cū labore oportet nos gratiam conſeruare. Ioan. 8. & 14.

DE HIS QVI DICVNT NON oportere Chriſtianos laborare.

ALiqui nolentes laborare, ſed curioſi eſſe, male accipiunt illud quod Dñs dixit. Ne Sic vertit Franciſc⁹ Turrian⁹.

Ne ſitis ſoliciti animæ ueſtræ quid manduce-tis, &c. Quod ſequentes aiunt, non oportere laborare Chriſtianos. Demonſtrandum eſt non ſic dixiſſe Dominũ. Poſſumus enim laborare, & non ſoliciti eſſe, ſcientes & credentes, quòd operum noſtrorum incrementum, & fructus ipſos Dominus det, qui dixit: Sic eſt regnum

Marc. 4.

Dei, ut ſi homo iaciat ſemen ſuum in terram, & dormiat, & ſurgat nocte & die, & ſemper germinat, & creſcit, & non nouit ipſe.

DE CLERICIS SACRI ordinis.

Sic etiam vertit Frãciſcus Turrianus.

CLerici ſacri ordinis eſſe debent typus & imago cœleſtium: epiſcopus quidem debet eſſe typus Dei, tanquam caput poſt illum eccleſiæ, quam recepit: Presbyter tenere debet ſedem & locum Seraphicum. Diaconus verò cherubicum: Miniſtet autem. (hoc eſt, Hypodiaconus, qui ἀπράττει) dét miniſtrare his.

DE EO QVOD NON OPORTET laicos in ſuggeſtum aſcendere.

Sic legit Can. 15. Conc. Laodiceni.

NOn licere præter canonicos pſaltes, id eſt, qui regulariter cantores exiſtunt, quique pulpitum aſcendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in Eccleſia pſallere.

DE SANCTO BAPTISMATE.

Sic etiam habet Cuthebertus Tõſtallus li. 1. de veris Corp. & Sang. Domini.

BAptiſma noſtrũ non oculis corporis conſiderandum eſt, ſed mentis oculis. Aquam vides, conſidera uirtutem Dei in aquis abſconditam. In ſancto enim ſpiritu & igne, baptizari nos docet Euangelium. In fide enim baptizantis, & fide baptizati per ſacram inuocationem plenas ſanctificatione Spiritus, & ignis diuini aquas conſidera. Ipſe enim, inquit, baptizabit ſpiritu, & igne. Deſcendit itaque qui baptizatur reus peccatorũ, & obnoxius ſeruituti corruptionis: Et aſcendit liberatus ab hac ſeruitute & peccato, factus filius Dei, & hæres eius gratiæ, cohæres autem Chriſti, indutus ip-

Gal. 3.

ſum Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt Quicunque in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis.

DE DIVINA MENSA, ET DE EO quod in ipſa eſt myſterio, corporis & ſanguinis Chriſti.

Sic etiam habet Cuthebertus Tõſtallus ibidem.

ITerum etiam hic in diuina menſa ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem & poculum: ſed attollentes mentem fide intelligamus ſitum in ſacra illa menſa agnum illũ Dei tollentem peccata mundi, incruentè à ſacerdotibus immolatu, & pretioſum ipſius corpus & ſanguinem nos uerè ſumentes credere hæc eſſe noſtræ reſurrectionis Symbola: Propter hoc enim neque multum accipimus, ſed parum: ut ſciamus, quòd non ſatietati, ſed ſanctimoniæ ſumimus.

DE RESVRRECTIONE ex mortuis.

NOn ſimpliciter Dominus ſuam ipſius carnem pro nobis paſſioni & morti tradidit: ſed, ut noſtræ ſalutis negotium gereret, quãuis liber eſſet à morte, ut ſermo ſuperius demonſtrauit. Clamat propheta quaſi ex perſona ipſius, prædicẽs futurum eius ſecundum carnem diſpenſationis myſterium. Factus eſt, inquit, quaſi homo, ſine adiutorio inter mortuos liber. Quis autẽ liber à morte niſi Deus? ſed iuxta prius oſtenſas demonſtrationes incarnatus propter hominum dilectionem, factus eſt quaſi homo ſine adiutorio, humilians uſq; ad mortem, mortem autem crucis; ſuam ipſius carnem: quæ & reſurrexiſſe prædicatur, vt nos immortales faciens, ſpem noſtræ reſurrectionis pro imperio conſtitueret, nobis per ipſas primitias noſtras liberatis: ut non amplius ſerui eſſemus æternæ mortis: ſed liberi quemadmodum & primitiæ noſtræ Chriſtus, deinde hi qui ſunt Chriſti in aduentu ipſius. Et ipſum ſaluatorem hunc Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, Dei & patris filium unigenitum expectare nos in cœlis, cum noſtra corpora ex ſepulchris excitauerit, teſtatur dicens: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt, vnde & ſaluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ cõfiguratum corpori claritatis ſuæ. Sic enim oportet corpus noſtrum clarificari, ſicut & corpus Domini: ut miſeriam, & eas q̃ nunc ſunt paſſiones ſuſcipere nequeat, liberum à morte, & à peccato purum, ut in nouitate uitæ cum ipſo poſſimus ambulare in cœleſti lumine, ſemper cum ipſo Chriſto regnantes. In hac enim ſpe ſanctum baptiſma percepimus, & ſalutatem ſanctorum eius membrorum participationem accepimus, iuxta eccleſię Catholicæ dogmata.

QVOD SIT ECCLESIA DEI.

VNa eſt Eccleſia in cœlo & in terra, & in hac requieſcit ſpiritus ſanctus. hæreſes autem, quæ extra hanc ſunt, quas habent homines, non ſunt doctrinæ Saluatoris noſtri, neq; Apoſtolorum: ſed Sathanæ & patris eius diaboli. Quæ autem ſunt hæreſes Iudæorum, & Gentium, alio docent modo, vt ueram uitam hominibus auferant.

Sic etiam vertit Frãciſcus Turrianus.

DE PROVIDENTIA DEI, ET de mundo.

MInor mundus per prouidentiam factus eſt. Præuidit enim Deus, peccaturum eſſe hominem. Iccircò nouos cœlos, & nouam terrã ſperamus, iuxta ſacras literas, apparente nobis præſentia & regno magni Dei, & Saluatoris Ieſu Chriſti. Et tunc (ut ait Daniel) percipiunt ſancti regnum altiſſimi, & erit terra pura, ſancta terra uiuentium, & nõ mortuorum: quam oculo præuidens Dauid clamat: Credo uidere bona Domini in terra uiuentium, terra manſuetorum & humilium. Beati, inquit, mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Et

Pro-

Propheta: Et calcabunt ipſam, ait, pedes manſuetorum & humilium.

Hæc ex elaboratis à ſanctis noſtris patribus diatypoſibus, pauca ex multis hoc cōmētario deſcripſimus. Expoſuerūt aūt & Eccleſiaſticos Canones in ipſa Nicęna Synodo: quos ipſos neceſſarium exiſtimaui ſcripto proponere.

DE NVMERO CANONVM Nicænorum epiſtola D. Athanaſij, & Ægyptiorum Epiſcoporum ad S. Marcum Papam, pro exemplaribus Nicæni Concilij; quia Ariani eorum exemplaria incenderāt.

DOMINO ſancto, & Apoſtolici culminis venerando Marco ſanctæ Romanę & Apoſtolicæ ſedis, atque vniuerſalis Eccleſiæ Papæ, Athanaſius & vniuerſi Ægyptiorum Epiſcopi.

Ad vos perueniſſe non dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis, & maximè ab Arianis quotidiè patimur: quoniam in tantum ab eis perſequimur, ut etiam viuere iam nos tædeat. Nam inſtanti tempore ſubitò & inſperatè in nos irruentes: nosque iuxta præceptū Domini qui ait: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non valuerunt, ſed omnia depopulati ſunt. In tantū enim noſtra vaſtauerunt, vt nec libros, nec veſtimenta Eccleſiaſtica, aliaque ornamenta, nec reliqua venſilia nobis dimitterent. Libros verò noſtros vſq; ad minimum incendentes, nec iota vnum relinqnētes, propter veritatis fidem, etiam Nicænam Synodum, quomodo clerus & populus imbuebatur, & maximè iam imbuti erant, in contumeliam noſtram & omnium Chriſtianorum incenderunt. Quapropter precamur pater beatiſſime, quia non dubitamus apud vos plenaria eſſe Nicæni Conc. exemplaria, vt nobis illa, quæ ſanctæ recordationis prædeceſſoris veſtri Syluestri fuerunt ſub tuta mittatis ſtipulatione. Nam quando prædictæ Synodo, cū beatæ memoriæ Alexandro, digno Deo Pontifice noſtro, id eſt, Alexandrinæ magnæ ciuitatis Epiſcopo, in Diaconatus interfuimus officio, ſub noſtræ præſentiæ teſtimonio, per beatos viros Victorem & Vincentiū presbyteros, Apoſtolicæ ſedis Apocriſarios, miſſa ſunt prędicto Papæ Syluestro, cum adſtipulatione ſubnexa capitula ſeptuaginta. Sanè præſentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata ſunt Synodo, ſcilicet quadraginta à Græcis, Græca edita lingua, & quadraginta à Latinis, ſimiliter Latina edita lingua. Sed viſum eſt, 318. patribus, Sancto ſpiritu repletis, in prædicto Concilio congregatis, & maximè iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ ſedis Apocriſarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atq; congruis locis insererentur; & ad formam ſeptuaginta diſcipulorum, vel potius totius orbis terræ linguarum, ſeptuaginta tanti, & tam excellentis Concilij fierent capitula, quæ omnē Chriſtianorum informarēt orbem, & oēs ſub ſacerdotali & Chriſtiano nomine degētes, vna fides, & vna ſacerdotalis atq; clericalis regeret norma, nec quiſquam à ſuo diſſideret capite. Nunc ergo, quia (vt prædictum eſt) ab inimicis ſanctæ Dei Eccleſiæ, & maximè ab Arianis, à quibus quotidiè expugnamur, conterimur, & opprimimur, præfata ſeptuaginta Nicæni Concilij capitula, quæ præfata Synodo iam facta iubente Domino meo Alexādro, decretò omnium epiſcoporum attuli, quæ etiā coram omnibus recitaui, atque tranſcripſi, ſunt igne combuſta: optamus, vt à veſtræ ſedis autoritate, quæ eſt mater & caput omnium eccleſiarum, ea ad correctionem, & recreationē fidelium orthodoxorum percipere per pręſentes legatos mereamur: quatenus veſtra fulti authoritate, veſtriſq; precibus roborati, illæſi à memoratis æmulis ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris euadere, nobisque commiſſos eruere valeamus. Verè nouimus Apoſtolatus veſtri tantā gratia Sancti ſpiritus in tantum eſſe accenſum, vt omnibus oppreſſis ſuccurratis: quantò magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamē veſtri ſumus, & ſemper eſſe volumus? Ideò decet, & oportet vos nobis hæc quæ rogamus, & alia (quæ neceſſaria iuxta ſapientiam, quam vobis præſtitit altiſſim⁹, eſſe cognoueritis) abſque tarditate præſtare, vt tantæ miſeriæ ſqualores à fidelium mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori infixum, auditu tātæ miſerię obſerato, ſalutari curetur antidoto, vt diuino freti iuuamine, veſtraq; autoritate atq; auxilio roborati, aduerſantium tergiuerſationes euadere valeamus, atq; inconcuſſo vultu, non fraude cuiuſquam perculſi, aſſiſtere æterno Iudici mereamur, & vocem audire inquientem, Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Et ſubſcriptio. Oramus ꝑ nobis ſanctum Apoſtolatum veſtrum longæuis Dominus conſeruet temporibus.

RESCRIPTVM MARCI PAPAE De miſſione Capitulorum Nicæni Concilij Athanaſio, & omnibus Aegyptiorum Epiſcopis.

DOMINIS VENERABILIBVS Fratribus Athanaſio, & vniuerſis Aegyptiorum Epiſcopis, Marcus ſanctæ Romanæ, Apoſtolicæq; ſedis, & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus.

DOLEO fratres, & nimium contriſtor ſuper afflictione veſtra, ſed oppidò conſolor, ꝙ vento agitata non eſtis arundo, ſed rectè in fide inter omnes procellarum & turbinum colluctationes inceſſanter perduratis. Lectis ergo faternitatis veſtræ literis, vigorē conſtantiæ veſtræ, quem olim noueramus, agnouim⁹. Congratulantes vobis, quòd ad cuſtodiendum

Chriſti

Chriſti gregem, paſtoralem curam vigilanter inſequimini, ne lupi qui ſub ſpecie ouium ſubtntrarunt, beſtiali ſæuitia ſimplices quoſq; dilacerent, qui non ad hoc ſubintrarunt vt aliqua correctione proficiant, ſed ut ea, quæ ſunt ſana, corrumpant. Quapropter moneo, & hortor dilectionem veſtram, vt bonum quod incœpiſtis, adminiculante diuina tratia, vſq; in finẽ perducere ſatagatis, veritatis voce mouente: Beatus qui perſeuerauerit vſq; in finem. Vnde enim beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? Nam iuxta Apoſtolum omnes qui volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patientur, quæ non in eo tantum computãda eſt, quod contra Chriſtianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuſcunq; ſupplicijs, cùm perſecutionum ſæuitiam ſuppleant, & diſſimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus communia ſemper mẽbra pulſantur, & nulla piorũ portio conflictatione ſit libera, ita vt nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nam hæc & omnia incremẽta probabilium ſtudiorum, & in eis vſq; in finẽ perſeuerantia, atq; bonæ voluntatis incrementa ad Chriſti gratiam ſemper ſunt referenda; vt in omnibus, quæ agimus, Deus omni perfectè laudetur tempore.

De capitulorum namq; veritate & numero Nicæni Concilij, cui vos interfuiſſe literis veſtræ fraternitatis, ſignificaſtis, à noſtris, qui vobiſcum vnà interfuerant, diligentioribus requiſiuimus collocutionibus, qui ita ut veſtræ teſtatæ ſunt literæ, omnem nobis ordinem expoſuerunt, & veſtram epiſtolam per omnia veram eſſe teſtificati ſunt: non, ut nos aliquid ſiniſtrum, veſtra ex parte arbitremur. Sed nos & vos, illoſque abſque vlla in poſterum titubatione unũ ſentire optaremus, & ſancta Romana Eccleſia, quæ ſemper immaculata manſit, & Domino prouidente, & B. Petro Apoſt. opẽ ferente, in futurũ manebit, ſine vlla hæreticorum inſultatione firma & immobilis omni tempore perſiſteret. His ita peractis, diligẽter requirentes in ſanctę noſtræ & Apoſtolicę ſedis ſcrinio, eadem quæ ſanctæ recordationis prædeceſſori meo Sylueſtro ſunt directa, ſeptuaginta (ſicut ſignificaſtis) capitula illæſa inuenimus. Ipſa enim vobis propter autoritatem & ſubſcriptionẽ tantorũ patrum, & eius magni Cõcilij, minimè miſimus, ſed pro eiſdẽ cora Apocriſarijs veſtris alia ſimilia, eundem numerum, eademq; verba, & ipſam ſubſcriptionem continentia, vobis reſcribere, & ſub certa ſtipulatione, & confirmatione mittere curauimus. Et quis eſt, qui fratribus ſuis talia negare audeat? nã nõ negligenda nobis hæc p Sancti ſpiritus gratiam Dñs docuit; ſed fideliter exercenda, & fratribus contradenda, & docenda diſtribuit. Hæc Apoſtolorum viua traditio, Hæc eſt vera charitas, quæ prædicãda eſt, & præcipuè diligenda ac fouenda, atq; fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc ſancta & Apoſtolica mater omniũ eccleſiarum Chriſti Eccleſia, quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticorum nouitatibus deprauanda ſuccubuit; ſed vt in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit, ab authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti Principibus, illibata fine tenus manet, ſecundùm ipſius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, qui diſcipulorum ſunrum Principi in ſuis fatus eſt Euangelijs. Petre, inquit, ecce Sathan expetiuit, vt cribraret vos, ſicut qui cribrar triticum. Ego autem pro te rogaui, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Conſideret itaque veſtra excellens prudentia, quàm bonum ſit perſiſtere in diſpenſatione uobis credita, & in fide recta, atq; hæreticis, & æmulis Chriſti repugnare, & nũquam à veritatis tramite declinare, quoniam Dominus & Saluator omnium, cuius fides eſt, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos ſuo redemit ſanguine, qui fidem beati Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit. Quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores cõfidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitũ, quorum & puſillitas mea licet impar ſit, & infima, pro ſuſcepto tamen diuina dignatione miniſterio, pediſſequa cupit exiſtere. Væ enim erit uobis, qui huius miniſterij onus ſuſceptũ habemus, ſi veritatem Domini Ieſu Chriſti, quam Apoſtoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, ſi ſilentio veritatem oppreſſerimus, qui erogare numularijs iubemur, id eſt, Chriſtianos populos imbuere & docere. Quid in ipſius Chriſti futuro dicturi ſumus examine, ſi ſermonis eius ueritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cùm de commiſſis nobis animabus, & de officio ſuſcepto, rationem iuſtus Iudex Chriſtus Deus noſter diſtrictam exegerit? Ideo fratres hortor dilectionem veſtram, obteſtor, & moneo, vt qua debetis & poteſtis ſolicitudine uigiletis ad inueſtigandos hæreticos, & inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ, & à ſanis membris, ne peſtis hæc latius diuulgetur; ſeueritate qua poteſtis pro uiribus extirpetis. Quoniam vt habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius quod ad ſalutẽ commiſſæ ſibi plebis proficiat, fuerit executus; ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicunque plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis authores noluerit cuſtodire. Datum decimò Kalendas Nouembris, Nepotiano, & Secundo viris clariſſimis conſulibus.

DE PRÆDICTIS EPISTOLIS Athanaſij ad Marcum, & Marci ad Athanaſium.

MEMINIT harum epiſtolarũ Marianus Scotus, anno 331. ſuæ hiſtoriæ. Extant etiam & in Tomis Cõciliorum, & inter opera

Atha-

Athanaſij. Meminit earundem epiſtolarum Iuo Carnotenſis Epiſcopus quarta parte decretorum c. 108. & 109. Citat Gratianus diſt. 16. cap. ſeptuaginta, & cap. viginti, Epiſtolam Athanaſii ad Marcum Papam, & epiſtolā Stephani Papæ ad Luthobium Epiſcopum Moguntinum eiuſdem argumenti: & fit mentio earundem epiſtolarum ſeſſione uiceſima Concilij Florentini generalis.

DE NVMERO EORVNDEM CANOnum ex diuo Iſidoro, Præfatione in tomum Conciliorum & decretorum.

SCIRE autem vos octoginta Epiſcopos, qui hoc opus me icipere & perficere coegiſtis, & cunctos reliquos domini ſacerdotes oportet, quòd plura quàm illa uiginti capitula, quæ apud nos habentur, Nicænæ Synodi reperimus, & in decretis Iulii Papæ ſeptuaginta capitula eiuſdem Synodi eſſe debere legimus. Quam epiſtolam in ſuo ordine inter cætera decreta Apoſtolicorum, poſuimus, hæc ſcrutantibus, & cuncta noſſe volentibus inuiandā. Nam quòd plura quàm uiginti capitula ſint Nicæni Concilii, in multis inuenitur locis. Legitur enim in Conſtantinopolitano Concilio ita: Manifeſtum eſt, quòd illa quæ ſunt per unamquamque prouinciam ipſius prouinciæ Synodus diſpenſet, ſicut Nicæno conſtat decretum eſſe Concilio. Legitur & in epiſtola Innocentii Papæ Victricio Rotomagenſi epiſcopo directa, ita: Si quæ cauſæ uel contentiones inter clericos & laicos, uel inter clericos tam maioris ordinis, quàm etiā inferioris fuerint exortæ, placuit, vt ſecundùm Synodum Nicænam, congregatis omnibus eiuſdem prouinciæ Epiſcopis iudicium terminetur, & reliqua. Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Alexandrinus Epiſcopus ſuis in epiſtolis meminit in Concilio Nicæno ſtatutum eſſe, ut ab octauo Idus Martii, vſque in diem Nonarum Aprilis, diebus ſcilicet uiginti octo, qualiſcunque luna nata fuerit, in quolibet medio ſpatio perhiber facere initium primi menſis, quartam decimam verò à duodecimo Kalendas Aprilis vſque in decimum octauum Kalendas Maii ſolerter inquiri, & ſi die ſabbatorum inciderit, conſequēti die Dominica, id eſt, luna decima quinta Paſcha celebrari cōſcripſit. His & aliis quàm plurimis exemplis patet, plura eſſe quam uiginti Nicæni Concilii capitula, & ueram eſſe prædictam Iulii Papæ epiſtolam. Nobis aūt quidā è conſortio fratrum noſtrorum orientales teſtati ſunt ſe uidiſſe concilium Nicænum, habens potiorem quatuor Euangeliorum magnitudinem, continens in ſe ſeſſione epiſcoporum, & Introductiones, iudiciaque querimoniarum, atque definitiones, & conſtitutiones, nec non & ſubſcriptiones eorum: ad cuius ſimilitudinem magnum Chalcedonenſe Concilium conſcriptum eſſe cōfirmauerunt: & demum alia Conſtantinopoli edita, unum uidelicet ſub Iuſtiniano Imperatore, contra Dei impugnatores Origenem, Didymum, & Euagrium, & aliud temporibus Agathonis Papæ, & Conſtantini Imperatoris contra Macarium Epiſcopum, & Stephanum eius diſcipulum ac reliquos Epiſcopos, qui pro frumento zizania in Eccleſia ſeminauerunt, uinū miſcuerunt aquæ & proximo potum dederūt euerſione turbida, & tanquam lupi, agni ſimulabant mendacium, & ueritas, ut mēdacium refutabantur.

Citat hanc epiſtolam Iſidori Iuo Carnotenſis Epiſcopus, quarta parte decretorum c. 110. & epiſtolam Iulij Papæ cap. 111.

DE EODEM EX GRATIANO DIſtinctione 16. capite viginti.

VIGINTI tantum capitula Nicenę Synodi in ſancta Romana eccleſia habentur. Sed quo neglectu alia defecerūt, ambiguū eſt, plurimi arbitrantur Antiocheno Concilio eſſe in ea inſerta.

Gloſſa decretorum in illud, viginti, habet ſic: à Sardicenſi. Quare in tomis Conciliorum in epiſtolam ſecundam Iulii parte prima legitur: Sardicenſis plura capitula ſunt, ex Nicæna Synodo accepta, vt patet in decretis, diſt. 16 uiginti.

DE EODEM EX COMMONITORIO Zozimi Pontificis inſerto ca. 5. Concilii ſexti Carthaginenſis.

ITA enim dixerunt (dilectiſſimi fratres) in Concilio Nicæno, cùm de Epiſcoporū appellatione decernerent. Placuit autem, ut, ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint cōgregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo deiecerint eum, & appellaſſe Epiſcopus videatur, & confugerit ad beatiſſimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum: & voluerit audiri, & iuſtum putauerit, vt renouetur examen: Scribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi Romani, quid uelit, & quid exiſtimet, &c.

DE EODEM EX EPISTOLA CONcilij Africani ad Celeſtinum Papam.

VT aliqui tanquàm à tuæ ſanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus Patrum ſynodo cōſtitutum. Quia illud quod pridem per eundem Coepiſcopum noſtrum Fauſtinum, tanquam ex parte Nicæni concilij exinde tranſmiſiſtis, in concilijs verioribus, quæ accipiuntur Nicæna à ſancto Cyrillo Coepiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ, & à uenerabili Attico, Conſtantinopolitano antiſtite,

ex autentico miſſis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum, & Marcellũ Subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sũt, venerabilis memoriç Bonifacio Epiſcopo prçdeceſſori veſtro à nobis trãſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire.

DE EODEM EX SESSIONE VIceſima Concilij Florentini generalis, vbi Ioannes prouincialis Marco Epheſino reſpondet.

NVNC venio ad Zozimum Pontificem, in quem nullum vnquam teſtẽ fide dignum poſſetis producere, cùm equidẽ contra vos binas Cyrilli literas protulerim, ex quibus vnas Chalcedonenſis Synodus ſuſcepit. Aut ergo tales teſtes contra tantũ Pontificem debebas producere, aut in ipſum ſine teſtibus neutiquam inuehi, quanquidem minimè cõuenit ex te crimina talia cõtra eum proferri, ſed vetuſtiſſimas atque humaniſſimas Iulij, Liberijque ſummorum Põtificum literas Pater Reuerende benè memoria tenere deberes, quas Iulianus præſtantiſſimus ſanctæ Sabinæ Cardinalis vobis oſtendit, quibus patet beatũ Athanaſium cum ab Antiocheno Cõcilio dãnatus fuerit, ac eundem Concilium ipſum vehementer perſequeretur, ad Fœlicẽ, Marcum, Iulium, Liberiumque, qui ſequẽtibus temporibus Romani Pont. fuere, ſcripſiſſe, ac eoſdẽ obteſtatum fuiſſe, vt Acta Nicænæ Synodi, quæ perfecta & non mendoſa, Romæ in Bibliotheca extarent, ad ipſum mitterent; quandoquidem omnia, quæ in Orientali Eccleſia extarent, ab Arianis corrupta fuerãt. Cui quidem Athanaſio ſummi Pontifices ipſi reſpõdére, ſe acta illa, quæ Græcè, Latineque ſcripta, ipſorumquemet Nicçnorum patrum manibus ſubſcripta, & eorũdem ſigillis obſignata à ſummis Pontificibus, ſumma veneratione ſeruarentur, nolle mittere, ſed tamen ipſi Athanaſio nonnullos exſcriptos canones daturos, qui ad rem eius facere viderẽtur. Deinde, cum Athanaſius ab ipſo Antiocheno Cõcilio ad Romanam Sedem prouocaſſet, hæreticis eiſdem obijcientibus id nõ iure fieri potuiſſe, Liberius ipſe ad Athanaſium Nicçnum decretum de prouocãdo ad Romanam Eccleſiam, exſcriptum miſit. Quod deinde is Athanaſius acerrimè ſe contra hæreticos defendit.

Iulius autẽ ipſius Antiocheni Concilij authores literis acriter reprehẽdit, quod abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate cõuocare Synodum auſi fuerint, oſtendens illis ex Nicænæ Synodi decreto, nullam vnquam Synodum ſine Romani Pontificis authoritate celebrandã eſſe. Cur ergo Pater Reuerẽde, Zozimum accuſas, immeritò ipſum ad Carthaginenſe Cõcilium falſum Nicænæ Synodi Canonem miſiſſe, cùm illud idem Concilium, quos ex Oriente Canones acceperat, omnes corruptos ac falſos eſſe cognouerit, vt multis Sãctorum authoritatibus, quorum vetuſtiſſimos libros habemus, patet.

(*Nobis pro 40. Canonibus Nicænis Latinorũ, de quibus egit Athanaſius ſupra, erunt viginti quatuor Canones à Iulio citati epiſt. 2. ſimul cum Sardicenſibus, nam & Sardicenſes fuiſſe quadraginta, teſtatur quædam eius Concilij antiqua præfatio in Tomis Conciliorum. Pro Nicænis autem ibidem quadraginta Græcis, quorum etiam meminit ſuperius Athanaſius, nobis erunt viginti vulgati ex Cõcilio Carthaginenſi ſexto deſumpti vnà cum Antiochenis, qui cum ſint numero viginti quinque, ſi adiungantur viginti vulgatis, à numero quadraginta non multum recedunt. Arabicum quidem exemplar habens octoginta Canones & Græcos & Latinos complexum fuiſſe videri voluit, id autem an verum ſit, nec ne, aliorum eſto iudicium.*)

SEQVVNTVR VIGINTI QVAtuor Nicæni Concilij capitula ex epiſtola ſecunda Iulij primi Romani Pontificis, videlicet. 18.19.21.23.26.27.28.33.41.& 5.7.quæ & 9.ac 51.52.53.54.55.56.57.58.59.60.61.63.66.

PLVRA his in ea epiſtola citat Iulius, ſed quæ ad prædicta viginti quatuor reducũtur, quæ tamen in tomis Conciliorum ita digeſta ſunt, vt videantur eſſe viginti ſeptem. Sed quia quædam ſæpè repetuntur, nos hic repetitionibus illis omiſſis, viginti quatuor tantũ Canones ordine proponemus, ex prædicta epiſtola collectos.

CANON PRIMVS.

Non debent præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari.

CANON SECVNDVS.

Vt omnes Epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur vel criminãtur cauſis, quoties neceſſe fuerit, liberè Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam quaſi ad matrẽ confugiant, vt ab ea (ſicut ſemper fuit) piè fulciãtur, defendantur, & liberentur, cuius diſpoſitioni omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporum iudicia, antiqua Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, atque Canonum authoritas reſeruauit. Quoniam culpantur Epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiuſdem ſedis Papæ fieri placuerit.

CANON TERTIVS.

Dum iterato iudicat Apoſtolicç ſedis Pontifex cauſam Epiſcopi, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Epiſcopus. Quoniã quãquã à cõprouincialibus Epiſcopis accuſati cauſam Põtificis ſcrutari liceat, nõ tamẽ definiri inconſulto Romano Põtifice permiſſũ eſt cùm beato Petro Apoſtolo, non ab alio q̃ ab ipſo dictũ ſit Dño: quçcunque ligaueris ſuper terrã, erunt ligata & in cœlis: & quçcunq; ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in cœlis.

CANON QVARTVS.

Si quis putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem diçceſeos, aut pe-

Pontificum, præſertim conuenientibus cum Athanaſio & eius Concilio, quàm literis Gręcorum, poſt combuſtos ab Arianis octoginta vel ſeptuaginta Canones Nicænos, mittentiũ tantum viginti vulgatos. Epiſtolas autẽ Pontificum Romanorum veterum, omnes (quod ſciam) Catholici recipiunt, & epiſtolam illam Iulij, in qua viginti quatuor prædictos Canones Nicænos inſeruit, agnoſcit Conciliũ Sardicenſe, cuius Concilij epiſtolam deſcripſit Athanaſius apologia ſua ſecunda aduerſus Arianos, & Theodoretus libro 2. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 8. Chriſtoforſono interprete: cuius initium eſt: Sanctum Concilium ab Epiſcopis Romæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Campaniæ, Calabriæ, Africæ, Sardiniæ, Pannoniæ, Myſiæ, Daciæ, Dardaniæ, & Daciæ inferioris, Macedoniæ, Theſſaliæ, Achaiæ, Epiri, Thraciæ, Rhodopæ, Aſiæ, Cariæ, Bithyniæ, Helleſponti, Phrygiæ, Piſidiæ, Cappadociæ, Ponti, Phrygiæ minoris, Ciliciæ, Pamphyliæ, Lydiæ, Inſularũ Cycladum, Aegypti, Thebaidis, Lybiæ, Galatiæ, Palæſtinæ, Arabiæ per Dei gratiam Sardicæ celebratũ omnibus vbique Epiſcopis & miniſtris Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ dilectis fratribus in Domino ſalutẽ. In hac epiſtola illud Concilium illud epiſtolæ Iulij ſic meminit.

Quemadmodum Euſebius, Maris, Theodorus, Theognis, Vrſatius, Valens, Menophãtus & Stephanus literas cõtra collegas noſtros de quibus modo dictum eſt, Athanaſium nẽpè Epiſcopũ Alexandrinum, Marcellum Epiſcopum Ancyræ vrbis Galatiæ, & Aſclepam Epiſcopum Gazæ, ad collegam noſtrũ Iulium Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum ſcripsére: ſic ſcripsére quoque aduerſarũ partium Epiſcopi, quo tunc integritatem & innocentiã Athanaſij collegæ noſtri verè teſtificarentur, tum Euſebianorum facta nihil aliud in ſe complecti, quam mendacia & calumnias penè innumerabiles oſtenderent. Et quamuis falſę eorũ criminationes tum ex eo in primis quòd acceſiti à chariſſimo fratre, & collega noſtro Iulio non aduentarunt, tum ex literis ab eodẽ ipſo Iulio ſcriptis omnibus conſtare poſſint (nam veniſſent certè, ſi modo ea facinora, quę contra collegas noſtros commiſerunt, ſe Iulio poſſe probare nõ dubitaſſent) tamẽ ſuos fraudulentos conatus ex rebus, quas in hoc ſancto & celebri Concilio geſſerunt, multò clariùs apertiusque patefecerunt.

Item de epiſtolis Iulij habes ſupra ex Iſidoro, Iuone, & Gratiano, & Concilio Florentino generali, vbi de numero Canonum Nicænorum agitur, quibus adde Fœlicem Secundum epiſtola prima ad Aegyptios, & Vincentium Lyrinenſem, qui in Concilio Epheſino generali receptas fuiſſe tradidit epiſtolas Fęlicis & Iulij Romanorum Pontificum. Ex Græcis autem pręter Athanaſij apologiam, Theodoretum, & eos qui Sardicę cõuenerunt, iam citatos, Socrates lib. 2. Hiſt. Eccleſiaſt. c. 13. Chriſtoforſono interprete ſic habet.

Iulius Epiſcopus Romanus cũ de iniurijs Athanaſio ab Arianis illatis certior factus eſſet, & literas Euſebij, qui iam mortẽ obierat, recepiſſet, Athanaſium vbi de loco in quo occultabatur, audiuerat, ad ſe accerſit. Eodẽ temporis momento literę, quas Epiſcopi Antiochię paulò ante congregati miſerant, afferuntur. Porrò autẽ alię literę ab Epiſcopis Aegypti ad eũ miſſę ſunt, quę quidẽ crimina Athanaſio obiecta perſpicue falſa eſſe docuerunt. Itaque Iulius literis contrarijs ad ipsũ miſſis, epiſcopis qui Antiochię cõuenerant per literas reſpõdit. Ac primũ docet quantum moleſtię & acerbitatis eorũ epiſtola ipſi attuliſſet; deinde eos contra Eccleſię canones legiſſe, quòd illum ad Conciliũ non vocaſſent, quippè cum canon Eccleſiaſticus vetet, ne decreta abſque Epiſcopi Romani ſententia Eccleſijs ſanciantur, tum fidẽ illis clàm deprauari: Itẽ, quę erãt iampridem Tyri peruersè geſta, ea vi ac dolo propter cõmentarios quoſdam in Mareote ex vna parte ſolum malitiosè confectos, omninò tranſacta eſſe. Quinetiam quę de Arſenio cõmẽti fuiſſent, meras calumnias eſſe manifeſtò oſtendit. Iſta aliaq; eius generis Iulius ad Epiſcopos Antiochię cõuocatos pluribus verbis perſcripſit. Hoc loco & epiſtolas ad Iulium, & eius ad alios inſereremus, ſi non verboſa earũ lõgitudo nos ab eo faciẽdo auocaret. Sabinus erroris Macedoniani propugnator, de quo iã anteà mentionẽ feci, quanquam in libro eius, qui rerũ in Concilijs geſtarũ collectio inſcribitur, epiſtolã Epiſcoporum Antiochię conuocatorum ad Iulium ſcriptã minimè prętermiſit, epiſtolas tamẽ ipſius Iulij in eodẽ neutiquã intexuit. Verùm iſtud facere illi in more poſitum erat. Nam quęcunque epiſtolę in Concilijs conſcriptę verbum conſubſtantiale vel ſilẽtio trãſiére vel penitùs irritum fecére, eas ſtudiosè & diligenter citauit, cõtrarias autem de induſtria miſſas fecit. Hęc Socrates.

Sozomenus verò lib. 3. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 9. Chriſtoforſono interprete quę ſequuntur. Cùm Epiſcopi Aegypti hęc falſa eſſe ſcripſiſſent, Iulius certior factus nõ tutum eſſe Athanaſio in Aegypto vitam agere, eũ ad ſe accerſiuit. Ad illos autem qui Antiochię in vnũ conuenerant, (nam fortè fortuna id temporis eorum acceperat epiſtolam) ſcripſit, atque adeò incuſauit, quòd clàm contra fidem Concilij Nicęni nouas res moliri fuerant, quodque cõtra leges Eccleſię ipſum ad Concilium nõ vocarant: nam legem eſſe ad ſacerdotij dignitatem ſpectantem, quę pronunciat, acta illa irrita eſſe, quę pręter ſententiam Epiſcopi Romani conſtituuntur.

Theodoretus lib. 2. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 4. Chriſtoforſono interprete. Athanaſius intellectis eorũ inſidijs, clàm ſe ſubduxit Alexandria, & rectà in Occidentẽ contendit. Etenim Iulium Epiſcopum, qui tum Romanam rexit Eccleſiam, Euſebiani de criminibus, quę fal-

sò contra Athanaſium confinxerant, per literas certiorem fecerāt; ille Eccleſiæ canonem ſecutus & eos iuſſit Romam venire, & diuinū Athanaſium, quò pro ſe in iudicio ipſe reſponderet, vocauit. Qui vt primum fuit acerſitus, eo maturè contendit. Tragœdiæ autem authores Romam ideò nō ſunt profecti, quòd intellexerunt ſua mendacia manifeſtò fore deprehenſa.

Nicephorus lib. 9. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 8. Horum cauſa (Athanaſij & quorūdam aliorum) Iulius antiſtes Romanus cognita, quod conſentientes ſibi de Nicęnis decretis inuenit, cōmunione eos eſt dignatus. Pro amplitudine autem ſedis ſuæ ex veteri priuilegio & prærogatiua perſuaſum habens omniū vbique Epiſcoporum curam & iudicium ad ſe pertinere, datis cuique liberrimè ſcriptis literis, ſuas eis Eccleſias reddidit, eosq́ue in Orientem remiſit: eos, qui temerè illos exauthoraſſent, perſtringens, vt qui non recta ſequerentur cōſilia, motusque & turbas Eccleſijs crearent, neque ſemel Nicææ factis fidei decretis ſtarent. Ad hæc præcepit, vt quidam ex eis ad diem conſtitutum Romæ præſto eſſent, qui rectè ſententiam in condemnatos latam eſſe probarent, ſin minus, minas addidit, niſi à rebus nouandis deſiſterēt, ſe ab eis ſacras exacturum pœnas. Athanaſius, & qui cum eo erant, miſſis ad Orientales Epiſcopos literis, Eccleſias ſuas receperunt. Illi contumeliam eſſe rati Iulij obiurgationem, Antiochiæ congregati de ſententia omnium epiſtolam ad eū miſére, luculenter quidem illam ſcriptā, ironijs autem, aculeatisq́ue verbis refertam, forenſemq́ue, & iudicialem in modum compoſitam, & quæ ſtyli vi & grauitate minarum expers non eſſet. Scripſerunt enim, Romanæ quidem vrbi ab omnibus obſeruantiam exhiberi & honorem, quippè quę antiquitus Apoſtolorum domicilium & ſchola, veræque pietatis, vt aliquis dicat, Metropolis, & primaria vrbs fuerit, quamuis ex Oriēte præcones eius eò venerint, ſe tamen non ideò ſecundas ferre debere, quòd Eccleſiæ magnitudine, ſuperiores non eſſent, &c. & cap. 10.

Iulius Romanæ vrbis Epiſcopus literis quas Euſebius ante obitum ſuum cōtra Athanaſium ſcripſerat, alijsq́ue quas ij, qui Antiochiæ conuenerant, dedere, atque alijs rurſus quorundam Aegyptiorum epiſcoporum, ementita eſſe aduerſus Athanaſium omnia declarantibus, eisq́ue ſic inter ſe pugnantibus acceptis, Antiochenis illis reſcribens, epiſtolę eorum arrogantem, & pręfractam ſententiam coarguit: & quòd latèter aggreſſi eſſent contra decreta Nicæna fidem nouare & adulterare. Præterea, quòd præter Eccleſiaſticam conſuetudinem ſe quoque in Synodum vocare intermiſiſſent. Extare enim Eccleſiaſticum canonem, auctoritatem omnem eis abrogās, quę præter Romani antiſtitis ſententiam peracta eſſent.

Probata epiſtolarum Iulij veritate, probati quodammodò videntur etiam viginti quatuor omnes Canones Nicæni, quos ille Orientalibus obiecit: præſertim, cùm Græci prædicti authores ipſorum canonum, & qui præcipui erant, de prærogatiua ſcilicet Romanę Sedis, cum quodam conſenſu meminerint. Cæterum operæpretium erit ſeorſim, ſi non omnes, aliquos ſaltem canones, & quidem maximè controuerſos, à Iulio quaſi Nicęnos citatos, ex alijs etiam auctoribus comprobare, potiſſimùm ex Concilio Sardicenſi, & epiſtola Aegyptiorum ad Fœlicem Secundum. Sunt autem ſedecim Canones ex viginti quatuor prędictis, quos ita ſeparatim probandos ſuſcepimus.

Pro Canone primo Iulij, non debere Concilia ſine auctoritate Romani Pontificis celebrari, ex epiſtola Aegyptiorū ad Fœlicem Secundum: Scimus in Nicęna magna Synodo 318. Epiſcoporum ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſque Romani Pontificis ſententia Concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari: licet hęc & alia quàm plura neceſſaria, ab hęreticis, qui nos quotidiè infeſtant, & perdere nituntur, vt faciliùs nos capere poſſint, ſint Synodica capitula incenſa, nobisq́ue ſublata.

Iuſtinianus Imperator eiuſdem eſt ſententię Nouella conſtitutione 131.

Pro Canone ſecundo Iulij, de appellationibus Epiſcoporum ad Sedem Romanam, ex eadem epiſtola Aegyptiorum ad Fœlicem Secundum. Similiter & prędictis patribus, (de Nicęnis erat ſermo) eſt definitū conſonanter, vt, ſi quiſquam Epiſcoporum, aut Metropolitanum aut Comprouinciales, vel Iudices ſuſpectos habuerit, veſtram ſanctam Romanā interpellet ſedem, cui ab ipſo Domino poteſtas ligandi & ſoluendi ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa.

Vide etiam Palladium in vita Chryſoſtomi.

Pro Canone tertio Iulij, vt in cathedra Epiſcopi appellantis alius non ordinetur, ex Canone quinto Sardicēſi iuxta vnam editionem (ſunt enim varię) Gaudentius Epiſcopus dixit: Addendum eſt, ſi placet, huic ſententię, quam plenam ſanctitate protuliſtis, vt cum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit, eorū Epiſcoporum iudicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit agendum ſibi negocium in vrbe Roma, alter Epiſcopus in eadem cathedra (poſt appellationem eius, qui videtur eſſe depoſitus) omninò non ordinetur, niſi cauſa fuerit in iudicio Romani Epiſcopi determinata.

Pro Canone quarto Iulij, vt grauatus à Metropolitano apud Primatem diœceſis iudicetur, ex Canone nono Chalcedonenſi. Si contra ipſius prouincię Metropolitanum Epiſcopum, Epiſcopus ſiue clericus habeat controuerſiam, pergat ad ipſius diœceſis Primatem, aut certè ad Conſtantinopolitanę Regię ciui-

tatis

taris ſedem, vt eorum ibi proprium negocium exquiratur.

Quamuis in hoc Canone ſedes Conſtantinopolis nominatur, pro Romana, quam habet Iulius, tamen conſtat ex ſupradictis, ex ipſa Conſtantinopoli Romam poſſe prouocari.

Pro Canone quinto Iulij, Accuſatores quos leges ſæculi reijciunt, non recipiendos, Athanaſius in apologia ad Imperatorem Conſtantium; Nec leue momentum documenti, ſi dignaberis audire, quod præſentibus nobis, nihil docere potuerût accuſatores Macarij preſbyteri, abſentibus autem nobis id egerint, quod libuit, cuiuſmodi acta, primum diuinę, deinde veſtræ leges nullum robur habere definiunt.

Ne accuſetur abſens, etiam Canonem nonum repetit Iulius, ſed nos illam repetitionem omiſimus. nam & Canone viceſimo ſecundo dicitur, ne iudices in abſentem ſententiam ferant.

Pro Canone ſexto Iulij, vt nullus Epiſcopus alterius Parochianum ordinet, aut iudicet, ex Canone decimonono Sardicenſis Concilij, Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt, quicunque ex alia Parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu Epiſcopi ipſius, & ſine voluntate ordinare, non ſit rata ordinatio eius. Quicunque autẽ hoc vſurpauerit, à fratribus & Coepiſcopis noſtris admoneri debet, & corrigi.

De eodem agitur etiam Canone decimo octauo Sardicenſi, & Antiocheno viceſimo ſecundo:

Pro Canone nono Iulij, vt accuſatores & teſtes non idonei nõ ſuſcipiantur: Concilium Alexandrinum apologia ſecũda Athanaſij. Sacrorum igitur miniſtris excluſis coram Ethnicis hominibus quæſtiones de Eccleſia, de Calice, de Menſa Domini, de Sanctis Sanctorum habuere & quod grauius eſt, Ethnicos in quæſtione de myſtico poculo in teſtes citauerunt.

In Concilio Cõſtantinopolitano primo ſecundum editionẽ Græcorum extat ſextus Canon longus de accuſatoribus, his canonibus Iulianis conformis.

Pro Canone vndecimo Iulij, Synodus Alexandrina omnibus Epiſcopis Eccleſiæ Catholicæ in apologia ſecunda Athanaſij, probat non eſſe credendum accuſatoribus; qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conuerſationis vitam ducunt. His verbis: Meletiani ſcilicet ſunt, qui hic ſe accuſatores præbent, homines prorſus fide indigni, vt & ſchiſmatici & hoſtes Eccleſiæ, &c. Pro altera verò parte eiuſdem canonis, accuſatoribus inimicis non eſſe credendum, in apologia ſecunda Athanaſij. Aegyptij ad Epiſcopos Tyri congregatos dicunt: Lex Dei inimicum neque iudicem neque teſtem eſſe vult, & non ignari vel vnius inimici præſentia, nedum plurium, iudicia turbari & lædi poſſe.

Pro Canone duodecimo Iulij, vt Primates tantum ſint, qui prius primates erant ex epiſtola Aegyptiorum ad Fœlicem Secundum. Ipſi Primates, qui Epiſcoporum & ſummorũ Eccleſiaſticorum negotiorum cauſas ſuſcipere debent, in præfixa Nicæna Synodo ſunt dinumerari, ne in poſterum contentio oriretur. Et circa finem eiuſdẽ epiſtolæ, vt omnes Metropolitani vel reliqui Epiſcopi ſua odia aut vindictas in reliquos Epiſcopos exercere non valeant. Ideò nominatim in Nicæna Synodo expreſſi ſunt Primates, qui reliquos Epiſcopos audire & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio Epiſcoporum poſſit irruere.

Pro Canone 14. Iulij, vt Metropolitani agãt cum Comprouincialium Epiſcoporum conſilio ex Canone 9. Antiocheno, vltra nihil agere permittitur citra Metropolitani Epiſcopi cõſcientiã, nec Metropolitanus ſine cæterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum.

Pro Canone 15. Iulij, de peregrinis iudicijs ſubmouendis ex Canone 15. Antiocheno. Si quis Epiſcopus criminaliter accuſatus ab omnibus, qui ſunt intra prouinciam, Epiſcopis, acceperit vnam, conſonamque ſententiam, ab alijs vlterius iudicari non poterit, ſed manere circa eam oportet tanquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata eſt, firmam ratamq; ſententiam.

Pro Canone 19. Iulij, de prouinciali Synodo per vicarios vrbis Romæ, retractanda ex Canone ſeptimo Sardicenſi, Oſius Epiſcopus dixit. Et hoc placuit: vt, ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint: ſi appellauerit, qui deiectus eſt, & cõfugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & uoluerit ſe audiri, ſi iuſtum putauerit, vt renouetur iudicium vel diſcuſſionis examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omninò requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius authoritatẽ à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit Epiſcopos ſufficere, vt negocio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio iudicauerit.

Pro Canone viceſimo Iulij, vt ad maiores Iudices Eccleſiaſticos liceat prouocare ex Canone duodecimo Antiocheno. Si quis à proprio Epiſcopo depoſitus presbyter vel diaconus, aut etiam ſi à Synodo quilibet Epiſcopus fuerit exauthoratus, moleſtiam Imperialibus auribus afferre nõ præſumat, ſed ad maiorem Epiſcoporum Synodum ſeſe conuertat, &c.

Pro Canone viceſimo primo Iulij, vt Epiſcopi prętet ea, quę ad ſuam diœceſim pertinent, nil agant ſine Metropolitano, ex Cano-

ne nono Antiocheno. Per ſingulas prouincias Epiſcopos ſingulos ſcire oportet, Epiſcopum Metropolitanum, qui præeſt, curam & ſollicitudinem totius prouinciæ ſuæ cepiſſe, propter quod ad Metropolitanom ciuitatē ab his, qui cauſas habent, concurratur. Qnapropter placuit, eum & honore præcellere, & oihil vltra ſine ipſo reliquos Epiſcopos agere, ſecundùm antiquum patrum noſtrorum canonem, niſi hoc tantum, quod vnicuiqoe Eccleſiæ per ſuam diœceſin competit. Vnomquemque enim oportet Epiſcopum habere ſuæ diœceſis poteſtatē, vt regat & gubernet ſecūdùm competentem ſingulis reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt ciuitate, ita, vt etiam ordinare ei presbyteros & diaconos probabili Iudicio liceat, & de ſingulis illius regionis cauſis cum moderatione & pondere diſceptare.

Pro Canone viceſimo ſecundo Iulij, eſt Canon quadrageſimus tertius Arabicus infra poſitus.

Pro Canone Julij viceſimo tertio, de Primatibus qui damnant Epiſcopos Apoſtolica freti authoritate ex Canone quarto Sardicenſi, Oſius Epiſcopus dixit: Quod ſi aliquis Epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe cauſam bonam habere, vt iterum iudicium renouetur, ſi vobis placet, S. Petri Apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur, vel ab his, qui examinaueront, vel etiam ab alijs Epiſcopis, qui in propinquo morantur Romano Epiſcopo. Et ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem caoſam, vt ea non refricentur, qoæ acta ſunt, qoæ decreuerit Romanus Epiſcopus, confirmata erunt. Si ergo omnibus placet, ſtatuatur. Synodus reſpondit, Placet.

Hoc Romanę Sedis Priuilegiū nouit Amianus Marcellinus Hiſtoricus, quamuis à Chriſtiana religione alienus.

Vnde libro decimo quinto refert. Conſtantium Imperatorem ardenter cupiuiſſe, vt ſententia aduerſus Athanaſium Iudicio Liberij Romani Pōtificis firmaretur, propter authoritatem, inquit, qua potiores ſunt æternæ vrbis Epiſcopi.

SEQVVNTVR CANONES NIcæni ex Arabico exemplari, octoginta numero, quibus oportunis in locis additi ſunt viginti vulgati, vt habentur in Concilio ſexto Carthaginenſi, & quidam alij, præſertim Antiocheni.

CANONES Sanctorum 318. Patrum, qui cōgregati fuerunt Nicææ. Quorum orationes ſint cum eo, qui eos conſiderat, & legit, & deſcribit, Amen.

Sic ſubſcripti ſunt Nicæni Canones in exēplari verſo ex Arabico illo, quod Romam ſub Pio quarto ex Alexandria Aegypti allatū fuit. Ex his canonibus, viginti ſunt inſerti Concilio ſexto Carthaginenſi, qui maximè conueniunt cum Græco Vaticano Codice, quem in Latinum vertimus ab initio huius voluminis vſque ad finē diatypoſeon, ſubſcriptionibus & alijs quibuſdam exceptis; quæ ex alijs authoribus deſumpſimus, vt ſuis locis indicatū eſt. Titulus autem Canonum Nicænorum in Concilio Carthaginenſi ſexto ſic habet.

CAPITVLA NICÆNI CONCILII:

per Teilonem, & Thearistum Conſtantinopolitanum, de Græco in Latinum verſa,

Arabici Canones octoginta.

CANON PRIMVS, DE NON ORdinandis ijs, qui fuerant inſani, aut Energumeni.

NVLLVS inſanus fiat clericus, niſi ex ægritudine inſania exiſtat, cui medici calidam medicinam adhibebunt, vt ſanetur, ſi quidem eiuſmodi inſania ex melancholia exiſtit, & non eſt ipſe eius cauſa, neque Dæmon in eo habitans, vt gradu clerici moueatur, aut ne ad eum admittatur. Quare ſtatuimus, vt nullus Energumenus, ſiue Dæmoniacus fiat religioſus.

Primus Canon Nicænus, Concilio ſexto Carthaginenſi inſertus & vulgatus, alterius inſaniæ meminit, qua ſcilicet ſeipſum quis abſcindit. Verba ſunt:

Si quis per languorem à medicis ſectus eſt, aut à barbaris abſciſſus eſt, iſte remaneat in clero. Si quis autem ſanus ſe abſcidit, iſtum & in clero poſitum abſtinere oportet, & de cætero nullū talium debere promoueri. Sicut autē hoc manifeſtum eſt, quia de his, qui hā rem excogitant, audentque ſeipſos abſcindere, dictum ſit. Sic eos qui à barbaris, aut à Dominis caſtrati ſunt, inueniuntur autem alias digni, tales ad clerum applicat canon.

CANON SECVNDVS, DE SERuis non ordinandis.

SERVI infidelium, quamuis ab eis diligantur, qoia rēs eorū fideliter cuſtodiant, & quamuis ſint bonæ famæ & vitæ; tamē quia difficili ac dura ſeruitute ſeruos fideles premunt, non prius debent fieri clerici, quàm ſint manumiſſi ac liberi; ſatisque probati, an digni ſiot gradu.

CANON TERTIVS, DE NEOphytis in fide non ordinandis, & de conuictis poſt ordinationem de peccato graui.

QVI fuit paulò antè baptizatus, & quæ fidei ſunt, non ſcit perfectè, non eſt ordinandus epiſcopus, aut ſacerdos, aut diaconus,

donec

donec ſit benè inſtructus audiendo, & diſcendo ſacram ſcripturam, & doctrina ſcripturæ bonum fructum ferat in corde eius, & donec exceſſerit ex adoleſcentibus; ſi fuerit adoleſcens. Quod ſi Epiſcopus citò aliquem ordinauerit, in quo aliquod peccatum grauiſſimũ poſtea reperiatur, & duo aut tres teſtimonium dicant, uterque deponendus eſt, & ordinator, & ordinatus, quamuis ordinatus ſit presbyter & Epiſcopus, qui etiam in ſynodo excõmunicatur, vt meritus eſt.

Secundus vulgatus. Quia multa aut neceſſitate, aut aliter cogentibus hominibus facta ſunt contra canonem Eccleſiaſticum; vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & in paruo tempore catechizati, ſtatim ad ſpirituale lauacrum ducantur; & ſimul cùm baptizati fuerint, promoueantur ad Epiſcopatum, aut ad presbyterium; placuit de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore opus eſt, ei qui catechizatur, & poſt baptiſma approbatio amplior. Manifeſta eſt enim Apoſtolica ſcriptura, quæ dicit; Non neophytum, ne fortè in ſuperbiam elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli: ſi autem procedente tempore aliquod animi peccatum inueniatur circa huiuſmodi perſonam; & conuincatur à duobus aut tribus teſtibus, iſte ceſſet à clero. Si quis autem præter hæc facit, quaſi aduerſus magnũ Concilium ſe efferens; ipſe periclitabitur de clero.

CANON QVARTVS, DE cohabitatione mulierum propter cœlibatum prohibita.

DEceruimus, vt Epiſcopi non habitent cum mulieribus, neq; presbyter viduus, nec illas comitentur, neque cum eis multum loquantur, neque familiarem conſuetudinem cum eis habeant, nec in eas ſtudioſè aſpiciant. Idem decernitur de omni presbytero cœlibe, idemque de diaconis uiduis. Hoc autem intelligendum eſt ſiue mulier pulchra ſit, ſiue deformis, ſiue puella uirgo, ſiue ancilla adoleſcens, grandis vel parua, ſiue puella orphana, prætextu educandi eam propter charitatem. Si quidem diabolus huiuſmodi armis, religioſos epiſcopos, presbyteros & diaconos oppugnat, & immittit eis ardorem libidinis. Sin autem fuerit anus & prouectæ ætatis, aut mater, aut ſoror, aut amita, aut auia, licebit cũ eis habitare, vt qui viderint, nihil habeant, quod illarum cauſa dicant.

Tertius vulgatus. Interdixit omnimodò ſanctum concilium, neque Epiſcopum, neque presbyterum, neque diaconum, neque ex toto eum, qui in clero eſt, habere ſecum ſubintroductam mulierem, niſi fortè matrem, aut ſororem, aut eas ſolas perſonas, quæ refugiunt omnes ſuſpiciones.

CANON QVINTVS, De electione Epiſcopi.

DEcernimus, vt nullius Epiſcopi electio approbetur, nec ullus Epiſcopus conſtituatur in ciuitate magna, aut minore, niſi uoluntate Epiſcoporum prouinciæ, qui de fide eius, & timore Dei cognoſcere debent. Ad approbandum verò conuenire debent coram Archiepiſcopo, aut Patriarcha. Quòd ſi adeſſe nõ poterunt propter metum luporum rapacium & periculum gregis, oportet adeſſe tres, qui ex abſentibus per ſcripturam propriæ manus cuiuſque eorum cognoſcãt, an eis electio huius placeat, & an ſciant eum eſſe dignum, & ſi populo placebit, eligatur.

Quartus vulgatus. Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus, qui ſunt intra prouinciam, epiſcopis ordinari: ſi autem hoc difficile fuerit, aut propter urgentem neceſſitatem, aut propter longitudinẽ itineris, omnimodò tres in unum conuenientes, conſcientientibus & his, qui abſentes ſunt, Epiſcopis, & ſpondentibus per ſcripta, tunc manus impoſitionẽ fieri. Confirmatio autem eorum, quæ fiunt, danda eſt vnicuique à ſuæ prouinciæ Metropolitano.

CANON SEXTVS, DE excommunitatis ab uno Epiſcopo non recipiendis ab alio.

NVllus Epiſcopus recipiat ab alio quocũque epiſcopo excommunicatum, ſiue presbyterum, ſiue alium ex numero clericorum; ſiue laicum, nec eum ab excommunicatione liberet, neq; faciat ſuper eum abſolutionem, ne excommunicatio illius Epiſcopi contemnatur. Quòd ſi Epiſcopus, qui eum excommunicauit, fuerit iniquus, & tyrannus, oportet confugere ad Archiepiſcopum, aut ad Patriarcham, & ad illum de hac re ſcribere & admonere, & excommunicatũ abſoluere, ſicut prius erat.

Pars quinti uulgati, de eis qui excommunicantur, ſiue de clero ſint, ſiue de laico agmine, ab Epiſcopis per ſingulas prouincias obtineat ſententia, iuxta canones eos, qui ab alijs abijciuntur, ab alijs non recipiendos. Requiratur autem, ne puſillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia moleſtia Epiſcopi, ſint excommunicati.

CANON SEPTIMVS, De Concilijs Prouincialibus.

STatuimus, vt omnes Epiſcopi prouinciæ his ſingulis annis Concilium habeant, Archiepiſcopo, aut Patriarcha præſente, ſemel ante Quadrageſimam ſecunda hebdomada poſt feſtum Epiphaniæ, & iterum menſe Septembri, ut in eo Concilio omnia, quæ ad eorum epiſcopatus pertinent, conſiderentur.

Et

Et ſi occurrerit aliquis propter blaſphemiam contra fidem excommunicatus, denuò ab omnibus excommunicetur donec epiſcopi defenſionem eius recipiant, facta inquiſitione ueritatis.

Pars quinti vulgati. Requiratur autem, ne puſillanimitate,aut pertinacia,aut aliqua alia moleſtia Epiſcopi ſint excommunicati. ut ergo hoc decentius requiratur, benè placuit ſingulis annis per ſingulas prouincias,bis in anno concilia fieri, omnibus ſimul Epiſcopis in unum congregatis, ut tales quæſtiones requirantur. Et ita qui manifeſtè offenderint Epiſcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes eſſe putentur,quàm diu aut in cõmune aut Epiſcopo placeat humaniorem pro his ferre ſententiam. Concilia autem fiant unum quidem ante Quadrageſimam Paſchæ, ut omni puſillanimitate ſublata munus mundum offeratur Deo: Secundum autem circa tẽpus Autumni.

CANON OCTAVVS, DE Patriarcha Alexandrino, & Antiocheno.

Conſtitutũ eſt, ut Epiſcopus Ægypti, id eſt,Patriarcha Alexandrinus præſideat, & habeat poteſtatem totius Ægypti, & omnium locorum,ciuitatum,& caſtellorũ, quæ ſunt circum eam,quia ſic conuenit.Siquidem ſimiliter Epiſcopus Romæ, id eſt,ſucceſſor Petri Apoſtoli,poteſtatem habet omnium ciuitatũ ac locorum,quæ ſunt circa eam: Ac ſimiliter Epiſcopus Antiochiæ,id eſt, Patriarcha, poteſtatem habeat prouinciæ illius totius & eorũ locorum,quæ circum eam ſunt. Et in alijs itẽ locis ſeruari debet quod in præterito conſtitutum eſt.

Pars ſexti uulgati. Antiquiores obtineant, qui apud Ægyptum ſunt & Lybiam,& Pentapolin, ita vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat ſollicitudinem, quia & urbis Romæ Epiſcopo ſimilis mos eſt. Similiter autem & circa Antiochiam & in cæteris prouinciis Priuilegia propria reſeruentur Metropolitanis Eccleſijs.

CANON NONVS, DE Ambiente Epiſcopatum.

Relegandus eſt procul ſi quis Epiſcopatum conſenſu congregationis Epiſcoporum ſine authoritate Archiepiſcopi, qui eum ordinare debet, vſurpauerit: quia non conuenit, ut iſte ſit Epiſcopus, quamuis omnibus populis diœceſis placeat ſine authoritate Archiepiſcopi,cui competit idoneum de hac re iudicium.Qui contradixerit, ſynodus eum excõmunicat, & iſte Epiſcopus remanere debet priuatus. Et ſi fuerit congregatus uniuerſus populus propter aliquam cauſam neceſſariam ſecundum ſtatuta Eccleſiæ illius,quęcau ſa Epiſcopatum, aut Patriarchatum, aut Archiepiſcopatum concernat, congregatiſque iſtis,duo aut tres,aut etiam unus cõtradixerit propter aliquam ſuperbiam, aut ſtudium contradicendi, tunc Patriarcha aut Archiepiſcopus ſi noluerit,ſententiam plurium ſequetur.

Pars ſexti vulgati. Omninò autem manifeſtum eſt illud quia ſi quis præter conſiliũ Metropolitani factus fuerit Epiſcopus,hunc Concilium magnum definiuit non debere eſſe Epiſcopum. Si uerò communi omnium decreto rationabili, ſecundum canonem Eccleſiaſticum comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat ſententia plurimorum.

CANON DECIMVS, DE Epiſcopo Hieroſolymitano.

Seruetur conſuetudo tribuendi honorem Epiſcopo Hieroſolymitano, ita ut habeat nomen Patriarchæ cùm erit dignus tali nomine propter ſanctitatem & gloriam loci in quo præſidet, eritque mundus atque innocens & via recta incedens,& habeat poteſtatem in totam prouinciam & in omnia loca eius,reddatque Archiepiſcopo eius loci debitum honorẽ, vocetúrque ille Exarchus, id eſt,maior quàm Archiepiſcopus.

Septimus vulgatus. Hieroſolymitana conſuetudo antiqua ſeruetur, ut Æliæ Epiſcopus honoretur & habeat ordinem honoris, ſalua tamen Metropolitani dignitate eiuſdem Prouinciæ.

CANON VNDECIMVS, DE Presbyteris non electis, aut examinatis.

Si fuerint aliqui ſacerdotes ſine probatione, & electione, & ſine examine,uitæ, & morum, & examinati ſponte ſua confitentur ſe peccaſſe, perſeuerareque in eiuſmodi peccatis, de quibus ſupra ſcriptum eſt, eijciantur ex presbyterio, & non reputabitur in peccatum eis, qui illis ſine electione manus impoſuerunt: nec erunt in culpa: Si quidem faciunt in eis, quod à Chriſto Domino noſtro ordinatum eſt.

Nonus uulgatus. Si qui ſine examinatione promoti ſunt Epiſcopi, aut Presbyteri, vel cum diſcutiuntur, confeſſi ſunt quæ peccauerunt, uel ſi ab aliis conuincuntur, & confitentibus contra canonem homines commoti manus eis impoſuerint, tales canon non ſuſcipit, ſed abijcit. hoc enim quod irreprehenſibile eſt,defendit Catholica eccleſia.

CANON DVODECIMVS, DE Epiſcopo ordinante,quem intellexit fidem negaſſe.

Si quis prælatus receperit aliquem in Eccleſiam Dei ſanctam, qui fidem negauit, aut qui gloriatus eſt ſe fidem negaſſe prius, & ordi-

dinauerit eum ſacerdotem, aut in alio gradu: deponendus eſt ipſe, & ordinator. Sed ſi ipſe irrepſerit in ordinem, nec examinatus nec interrogatus, & poſtea ab ijs, qui eum de mala fide reprehendunt, hoc ſciatur; deponendus eſt iſte.

Deimus vulgatus. Quicunq; de lapſis ordinati ſunt per ignorantiam, aut diſſimulationē ordinantium, hoc non præiudicat canoni Ecclesiaſtico. Cogniti enim deponuntur.

CANON DECIMVS TERTIVS,
De tranſeunte ad aliam Eccleſiam.

SI quis Epiſcopus aut presbyter aut diaconus ab Eccleſia ſua ad aliam, ut eam adiuuet, cum electione eius ſe transferat, & poſtea, nata diſcordia cum ea plebe ad quam trāſiuit, voluerit eò, vnde prius ſe tranſtulit, redire; nō eſt amplius recipiendus: ſed potiùs in hac & illa Eccleſia ex ordine eijciēdus; quia ipſe ſponte ſua elegit. Si quis autem presbyter aut religioſus, aut diaconus, aut aliquis ex clero dederit operam, ut ex ſua eccleſia transferatur; non eſt in alia recipiendus: ſed potius obligare eū debent, ut ad locum ſuum redeat. Quòd ſi noluerit, eijciendus eſt ex Eccleſia, deponendusque ex ordine, & omninò communione fidelium priuandus.

Decimus quintus vulgatus. Propter grandem tumultum & ſeditiones quæ fiunt, placuit omnimodè auferri conſuetudinem, quæ eſt cōtra canonem, in aliquibus partibus admiſſa, ita, vt de ciuitate in ciuitatem, nec Epiſcopum, nec presbyterum, neque diaconum transferri liceat. Si quis autem poſt ſancti & magni concilij definitionem, tale aliquid agere tentauerit, aut ſe dederit huiuſcemodi negocio, caſſabitur huiuſmodi machinatio, & reſtituatur eccleſiæ, in qua aut Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

Decimus ſextus vulgatus. Hi qui facilè ſe periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque Eccleſiaſticum canonē ſcientes diſcedunt ab eccleſia presbyteri, aut diaconi, aut quicunque ſunt in canone conſtituti; iſti nullo modo ſuſcipi debent ab alia eccleſia, ſed omnem eis neceſſitatem imponi oportere, vt ad proprias parochias reuertantur, pertinaces autem excommunicatos eſſe oportet. Si autem aliquis auſu temerario ſubripuerit, ad alterum pertinentem, & ordinauerit in ſua eccleſia, non conſentiente Epiſcopo, à quo diſceſſerat, clericus qui in canone conſtituitur; infirma ſit huiuſmodi manus impoſitio.

CANON DECIMVS QVARTVS,
Ne quis fiat Monachus ſine facultate Epiſcopi.

SI QVIS laicus fieri Monachus uoluerit, ſine licentia Epiſcopi, qui illius monaſterij poteſtatem habet, mouendus eſt ille ſtatu ſuo in quo eſt, & non eſt recipiendus in religionē. Hoc autē iccirco ſtatuimus, ne vllus cauſam habeat, relinquendi uxorē, aut filios, aut matrem aut ſimiles, qui auxilio eius opus habent.

CANON DECIMVS QVINTVS,
De clericis vſurarijs.

SI QVIS eorum qui ſunt in clero, aut in regula, acquirendis opibus ſtudeat, aut uſuris, vel iniquis lucris, deijciatur ex ordine, & ſit alienus à regula.

Decimus ſeptimus vulgatus. Quoniam plures in canone conſtituti, cupiditatem & lucra turpia ſectantur, oblitique ſacræ ſcripturæ dicentis: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, cùm fœnerantur alijs, centeſimas exigūt, iuſtè ſtatuit ſanctum & magnum Concilium, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem uſuram accipiens, aut aliud aliquid excogitans turpis lucri gratia, abijciatur à clero, & alienus à canone ſit.

CANON DECIMVS SEXTVS,
De gradu diaconorum.

DIACONVS non debet communicare, prius quàm Epiſcopus, neque prius quā presbyter, quia gradus diaconi infra gradum presbyteri eſt: ideoq; debet officij ſui eſſe miniſtrare Epiſcopo, & presbyteris: ſciatque diaconus facultatem ſuam, cui neque licet communicare, niſi poſtquàm Epiſcopo, & presbyteris miniſtrauerit. Neque rurſus ei licet miniſtrare ſacramentum communionis ſacerdoti. Siquidem miniſtrare hoc ſacramentū proprium eſt ſacerdotis, & non diaconi.

Sacerdotibus enim data eſt hæc gloria. Neque decet, ut diaconi inter ſacerdotes ſedeant, nec ambulent, aut ſint ad latus eorum, neque intus in ſacrario, vbi eſt altare, neque foris, niſi de ſententia eorum, quādoquidem gradus diaconi inferior eſt gradu illorum. Diaconi qui huic decreto contradixerint, eijciatur à gradu ſuo, & à Synodo excommunicantur.

Decimus octauus vulgatus. Peruenit ad ſanctum & magnum Concilium, quòd in quibuſdam locis, aut ciuitatibus presbyteris gratiam ſacræ communionis diaconi porrigant, quòd neque canon, neque conſuetudo tradidit, vt q; poteſtatem offerendi non habent, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed etiam hoc quoque innotuit, quòd quidam diaconi ante Epiſcopos contingant Euchariſtiam. Omnia igitur hæc amputentur, & maneant diaconi in proprio ordine: Scientes quod epiſcoporum quidem miniſtri ſunt, preſbyteris autem inferiores exiſtunt. Accipiant autem ex ordine Euchariſtiam poſt presbyteros, eis dante aut Epiſcopo, aut presbytero. Sed nec ſedere eis in medio presbyterorum liceat. Quòd ſi hoc fiat, pter canonem; & præter ordinem pbatur exiſtere.

ſtere. Si quis autem obtẽperare noluerit, poſt hanc diffinitionem ceſſet à diacono.

CANON DECIMVS SEPTIMVS, De redeuntibus ex hæreſi Pauli Samoſateni.

SI QVIS ex hæreſi Pauli Samoſatẽſis redierit ad fidem Eccleſiæ, debet iterum baptizari, & in quocunque gradu Eccleſiaſtico antea fuerit, ſi conuertatur dignè, & cum humilitate, eiuſque vita anteacta non poſſit reprehendi, ſed potius laudari, reſtituendus in gradum ſuum, & imponendæ ei manus ab Epiſcopo, ut imponi ſolent ei, cui nunquam anteà impoſitæ fuerint cum benedictione diaconali. Sed ſi aliquis eum accuſauerit, & non fuerit dignus gradu, propter malam fidem, & praua opera, non eſt ordinandus. Quòd ſi aliqua diaconiſſa ex iſta hæreſi ad fidem reuertatur, oportet eam iterum baptizare, & cum ea benedictione recipere, quæ ſuper ſæcularẽ fieri ſolet: examinandumq́; vt ſupra diximus, an verè conuertatur.

Decimus nonus uulgatus. De Paulianiſtis refugientibus ad Eccleſiam Catholicam, definitio prolata eſt rebaptizari eos omninò. Si qui verò ex eis præterito tempore fuerint in clero, ſi quidem ſine querela, & reprehenſione fuerint poſt baptiſmum; ordinẽtur ab Epiſcopo Eccleſiæ Catholicæ. Si uerò diſcuſſio, eos minus idoneos inuenerit, deponi eos conuenit. Similiter autem & de diaconibus, & omninò de his, qui ſub canone conuerſantur, eadem forma ſeruabitur. Meminimus autem de diaconiſſis, quæ in eadem ſpecie ſunt, quia manus impoſitionem aliquam nõ habent, ut omninò inter laicas computentur.

CANON DECIMVS OCTAVVS, De redeuntibus ex hæreſi Nouatianorum.

SI QVI ex his, qui ſe uocãt catharos, ad eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam redire voluerint, oportet, ut qui ex illis erant ordinati, remaneant in clero, accepta manus impoſitione: oportet præterea ante omnia profiteri p ſcriptum, quòd aſſentiuntur, & ſequuntur dogmata Catholica, & quòd communicabũt cum pœnitentibus, & cum digamis, & cum his qui in perſecutione lapſi ſunt à fide, quibus eſt cõſtitutum tempus ad ſequendum omnia eccleſiæ Catholicæ decreta. Itaque vbicunque ſiue in ciuitate ſiue in uilla reponentur ordinati, remanebunt in clero in eodem gradu. Sed ſi fuerit in ea ciuitate, aut uilla epiſcopus, aut Sacerdos Eccleſiæ Catholicæ, & ibi aliqui ex catharis reuertantur ad Eccleſiam, debet Epiſcopus Catholicus habere dignitatem Epiſcopi, & ille, qui uocabatur Epiſcopus apud catharos, habebit honorem presbyteri, niſi epiſcopus eccleſiæ Catholicæ uoluerit honorare eũ nomine Epiſcopi, aut presbyteri, vt conſtet eum eſſe in clero, & non ſint duo Epiſcopi in unitate una.

Octauus vulgatus. Si aliquando uenerint ad Eccleſiam Catholicam cathari, placuit ſanctæ & magnæ Synodo, eos ordinatos ſic manere in clero. Ante omnia autem hęc profiteri ipſos per ſcripturam oportet, quòd conſentiant, & ſequãtur Catholica & apoſtolica dogmata, hoc eſt, & bigamis communicare, & his qui in perſecutione lapſi ſunt: circa quos & tempus conſtitutum eſt, & dies definitus. Et ſequantur in omnibus, quæ placuerunt Eccleſiæ Catholicæ epiſcopo, vel presbytero. Vbicunque autem omnes ſiue in caſtellis, ſiue in ciuitatibus ipſi inuenti fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero, ſint in eodem habitu. Quotquot autem ubi Catholicæ eccleſiæ epiſcopus, uel presbyter extat, accedunt, manifeſtum eſt, quòd epiſcopus eccleſiæ, habebit dignitatem epiſcopi. Qui autẽ nominatur apud eos epiſcopus, presbyterij honorẽ habebit: niſi fortè placuerit Epiſcopo, honoris eum nomine frui. Sin verò nõ hoc ei placuerit, prouidebit illi locum aut chorepiſcopatus, aut presbyterij, vt in clero omninò eſſe uideatur, quatenus non in ciuitate duo ſint Epiſcopi.

CANON DECIMVS NONVS, DE recipiendis pœnitentibus, qui negauerunt.

SI QVI ex iis, qui ſine uiolentia & periculo negauerunt, ſicut illi, qui à regibus, & principibus gentilium perſecutionem patiebantur, perfectè & rectò corde voluerint ad fidem redire: recipiendi ſunt. Sed oportet, vt nõ prius cum fidelibus communionem habeant, quàm appareat pœnituiſſe eos peccati ſui, & tribus annis pœnitentiam inter audiẽtes agãt, & inter pœnitentes annis ſeptem. Et poſtea poterunt intrare in eccleſiam ad orandum cum populo duobus annis, ſed debent abſtinere à cõmunione corporis Domini. Qui ſi hoc tempore pœnitentiæ redeant ad uomitum, & rurſus agnoſcant peccatum ſuum, debent agere pœnitentiam annis decem poſt tres annos peractos inter audientes. Quòd ſi apparuerit eſſe eos uerè conuerſos, & bona conſcientia ac cũ timore Dei agunt hanc pœnitentiam, & tempore pœnitẽtiæ bona opera faciunt, nec eſt ſimulatio, & hypocriſis, poterunt poſt impletũ tempus conſtitutum manẽdi inter audientes, communicare cum alijs fidelibus in oratione, agetque epiſcopus cum eis humanè, & miſericorditer, nec habebit eos amplius ſuſpectos. Sin uerò aliquis iſtorum per hypocriſin intrauerit in Eccleſiã, debet iterum agere pœnitentiam, quæ à nobis conſtituta eſt. Sed ſi peruenerit ad mortem, dum eſt in pœnitentia, non eſt priuandus ſacra communione quæ eſt viaticum vitæ, ſi eam petierit. Quòd ſi poſt orationem & communionem ex infirmitate, in qua erat, cõualuerit, poſtea communicabit in

oratione tãtum cum fidelibus,& adhibeatur diligentia,vt cuicunque proximo morti,ſacramenta ſi petierit, miniſtrentur, idque cum Epiſcopus diligenter inquiſierit,an dignus ſit.

Vndecimus uulgatus. De his qui præuaricati ſunt præter neceſſitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, uel tale aliquid,quod factum eſt ſub tyrannide Licinii, placuit ſancto Concilio (licet indigni ſint humanitate) tamen ſubuenire eis. Quotquot igitur ſincere pœnitent, tres annos inter audientes ſint, qui lapſi ſunt fideles, ſeptem annos ſuccumbãt,duobus verò annis ſine oblatione populo communicent in orationibus.

Duodecimus vulgatus. Quicunque uocati ſunt per gratiam,& primordia demonſtrantes bona, depoſuerunt cingulum militiæ, poſtea verò ad proprium vomitum reuoluti ſunt: ita,ut aliqui & pecuniam conferant,& beneficijs militiam repetant; iſti decem annos ſuccumbant, poſt triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet diſcutere uoluntatem & ſpeciem pœnitentiæ. Quotquot enim timore & lachrymis,& perſeuerantia & bonis operibus conuerſationem, non ſimulatione, demonſtrant, iſti adimplentes conſtitutum tẽpus auditionis, orationibus meritò communicabũt,& poſtea licebit Epiſcopo humaniùs de his aliquid cogitare. Qui autem indiſcretè tulerunt,& ingreſſum ſibi ſufficere arbitrati ſunt, ad conuerſionem, definitum omne compleant tempus.

Decimus tertius vulgatus. De exeuntibus de corpore, vetus & Canonica lex cuſtodiatur, & nunc, vt qui mori ſperantur, nouiſſimo iuuamine non priuentur. Si uerò deſperatus communione ſumpta,oblatione percepta iterum conualeſcat:ſit inter eos, qui orationibus tantum communicant. Generaliter autem homini morituro petenti ſibi communionis gratiam Epiſcopus probabiliter oblationem ei contradat.

Decimus quartus uulgatus. De cathecumenis lapſis placuit ſanctæ & magnæ ſynodo, ut triennio tantum audiant,poſteà orent cum Catechumenis.

CANON VIGESIMVS, DE VItandis maleficijs,& diuinis.

NEMO fidelium conuerſetur,neque conſuetudinem habeat cum maleficis & diuinis:& qui hoc fecerit & eorum dicta approbauerit,in domumq; eorum intrauerit, aut in ſuam eos receperit,& eorum cibis ac potionibus vſus fuerit, ſi ſacerdos fuerit, mouendus eſt gradu ſuo,ac prohibendus communione fidelium,& ingreſſu eccleſiæ,ac communione ſacra:ſi uerò fuerit laicus,prohibendus eſt Eccleſia. Quòd ſi ad agendam pœnitentiam uenerint, agenda eſt eis pœnitentia annis uiginti, quo tempore pane tantum & ſale ueſci debẽt, & à vino abſtinere,aqua contenti,vt ſic caſtigati non redeant.

CANON VIGESIMVS PRIMVS, de nuptijs,aut Patre,aut Matre ſpirituali.

NEMO fidelium cũ patre,aut matre ſpirituali matrimonium contrahat, id eſt, cum Patrinis,aut matrinis:& qui hoc commiſerit,habeatur tanquam ethnicus quouſque ſe parentur,& ſpatio uiginti annorum pœnitentiam ſui peccati agant.Decem annis abſtineãt à communione fidelium,alteris decem licebit intrare in Eccleſiam ad audiendum tantum ſcripturas: quando autem impletum fuerit hoc tempus pœnitentiæ uiginti annorum,licebit intrare in Eccleſiam,& ſumere ſacram cõmunionem.

CANON VIGESIMVS SECVNDVS, de ſuſceptoribus in baptiſmo.

VT uiri non teneant in baptiſmo puellas, aut mulieres, neque mulieres teneant maſculos:ſed potius mulieres teneant puellas uel mulieres,& uiri teneant maſculos.

CANON VIGESIMVS TERTIVS, de nuptiis fratrum & ſororum ſpiritualium.

NEQVE uir det filio ſuo in matrimoniũ eam,quam uxor ſua tenuit in baptiſmo, neque mulier det filiam ſuam in matrimoniũ ei,quem maritus tenuit in baptiſmo; quia iſti habentur, vt fratres & ſorores ſpirituales,& eorum Pater & mater ſimiliter, ut Pater & mater ſpirituales.

CANON VIGESIMVS QVARTVS, de eo,qui duas uxores ſimul duxit.

NEMO debet duas vxores ducere,nec uxori ſuæ alterã mulierem per concupiſcentiã introducere,neque proijcere ſe in periculum peccandi uerſando cum pluribus ad concupiſcentiã,nec ad ſemen ſuſcipiendũ, ſicut Deus ordinauit:Et qui hoc fecerit,ſi fuerit ſacerdos,prohibeatur miniſterio ſacrificandi, & communione fidelium,quouſque eiiciat do suo ſecundam,& debet retinere primam. Idẽ iudicium eſt de laicis. Vide canonem 66.

CANON VIGESIMVS QVINTVS de non arcendis à ſacra communione.

NVLLVS ſacerdos ullũ fidelẽ à ſacra cõmunione arceat,neque propter odium, neque propter cauſam aliam, quamcunque mundanam: & qui hoc commiſerit,deponatur, & excommunicetur, quia uſurpauit hanc poteſtatem tanquam dominans.

CA-

CANON VIGESIMVS SEXTVS, De clericis ſpondentibus, aut teſtimonium dicentibus.

NVLLVS clericus pro aliquo ſpōdeat, neque teſtimonium contra illum in cauſa criminali dicat, neque de ea coram rege agat, nec ad ea ſe ingerat, quæ ad ſe non pertinent, neq; ſeminet diſſidia inter fideles. Et qui hoc commiſerit, eijciatur ex clericatu, & prohibeatur communione fidelium.

CANON VIGESIMVS SEPTIMVS, De vitandis excommunicatis.

QVICVNQVE fuerit à ſacerdote ligatus, quamuis calumniam paſſus ſit, non eſt ab eo accipienda oblatio, nec ulla alia res quā ad Eccleſiā afferat, nec ullus fidelium debet cū eo prandere, nec in domum eius ingredi, nec eum in domum ſuam recipere priuſquàm ſit ab excommunicatione abſolutus. Et qui hoc non ſeruauerit, parui faciens excommunicationem, & parum fidei habens, oportet eum quoque excommunicari, quia fuit particeps & conſentiens.

Secundus canon Antiochenus. Omnes qui ingrediuntur Eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperantia ſe à perceptione ſanctæ communionis auertunt: hi de Eccleſia remoueantur, quamdiu per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur. Cùm excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his qui per domos cōueniunt, deuitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandū eſt, ab alia quoque Eccleſia non ſuſcipiendum, qui in alia minimè congregatur. Si quis autem de Epiſcopis, aut presbyteris, aut diaconis, ſeu quilibet ex clero deprehēſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iſte priuetur communione, tanquam qui regulam confundat Eccleſiæ.

CANON VIGESIMVS OCTAVVS, De uitijs fugiendis ſacerdoti.

NVLLVS ſacerdos habeat amarulentiam, neque ſit uelox ad iram, neque velox ad loquendum præſertim epiſcopus, aut alius q poteſtatem habeat excommunicandi, ne omni tempore excōmunicet, & liget. Et ſiquis talis extiterit, debet hæc auferre, eſſeq; benignus, ac deponere odiū, & non exercere omni tempore excommunicationem. Quòd ſi non paruerit, deponatur. Si quidem ira, amarulentia, īdignatio & clamor dæmonis opera ſunt: Neque conuenit, ut ſit inter ſacerdotes Eccleſiæ, qui ſit iracundia diabolica præditus: ſed potius qui ſit mundus ab huiuſmodi uitijs, & infamijs, ſicut ſcriptum eſt.

CANON VIGESIMVS NONVS, quando ſtandum in oratione.

IN oratione diei Domini, & dierum quinquaginta, à Paſcha uſque ad Pentecoſten, & in magnis ſolennitatibus, & in feſtis Domini, non oportet flectere genua, ſed ſtantes orare & inclinari.

Vigeſimus vulgatus. Quoniam ſunt quidā, qui die Dominico flectūt genua, & in diebus Pentecoſtes; placuit de hoc ſanctæ & magnæ Synodo, cunctos in omnibus locis conſonāter & conſentienter ſtantes orare debere.

CANON TRIGESIMVS, DE IMponendis nominibus Chriſtianorum.

VT fideles nomina gentiliū filiis ſuis non imponāt, ſed potius omnis natio ſuis nominibus utatur, ut gentiles ſuis utuntur: Imponanturque nomina Chriſtianorum in baptiſmo, dum legitur ſcriptura, & baptizantur in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis ſemper colendæ, & adorandæ.

CANON TRIGESIMVS PRIMVS, De redeuntibus ex hæreſi Arianorum.

SI QVIS à mala fide ad fidem orthodoxam reuertatur, recipiendus eſt in Eccleſiam, per manus Epiſcopi uel Sacerdotis, qui præcipere ei debet, ut anathematizet cunctos fidei orthodoxæ contradicentes, & qui Apoſtolicæ Eccleſiæ contradicunt. Debetque anathematizare Arium, & hæreſin eius, & profiteri fidem, quam in hac perfecta confeſſione definiuimus, & perfectè fideles eſſe. Oportet etiam anathematizare eos, qui huic fidei non credunt, & eos neque ſalutare, neque recipere. Et poſtquam hæc fecerit Epiſcopus, vel ſacerdos in cuius manibus eſt, debet vngere eum vnctione chriſmatis, & ter ſignare ſigno crucis ungendo & orando ſuper eum orationē Dionyſij Areop. Oportetque orare Deum pro eo deuotè, ut recipiat eum: ac tunc poterit eſſe particeps ſacramentorum, & intereſſe orationi Euchariſtiæ, per quam ſit ei remiſſio peccatorum. Si autem is, in quo hæc facta ſunt, fuerit Epiſcopus, manebit poſt conuerſionem ſuam in gradu presbyteri; Si presbyter, in gradu diaconi; ſi diaconus, in gradu hypodiaconi. Et ſimiliter in reliquis deinceps, vt ad gradum inferiorem deſcendat.

CANON TRIGESIMVS SECVNDVS, de ijs qui ſalua fide à nobis receſſerunt.

SED qui fuerūt ex hæreſi Cudanorum, aut Cabazorum, aut Talmanorum, non neceſſe eſt eos ungi, neque baptizari, neq; gradu ſuo moueri, ſed potius redire eos oportet ad eoſdem

Fortè Audiani erāt hi & Meletiani.

eoſdem gradus: & recipi cũ orationibus, quas ſupra diximus, orandumq́ue pro eis, & præcipiendũ eiſdem, vt abhorreant ab his, in quibus antea fuerunt. Sic agendum eſt cum quocunque qui à vera fide ſanctiſſimæ Trinitatis non vacatur, & qui baptiſmum & leges eccleſiæ retinuit, ſicut alij faciunt Chriſtiani. Et qui ex iſtis clericus fuerit, ſi non mutauerit ſcripturam, neque deſierit feſtos dies celebrare: qui eiuſmodi fuerint, non ſunt annumerandi infidelibus, & Iudæis, quia non abhorruerunt à nobis, neque nos propter iram & indignationem contempſerunt. Et quicunque cõtradixerit, excommunicetur.

CANON TRIGESIMVS
Tertius, de Epiſcopis Theſſalonicenſi, & Seleuciæ.

HONORETVR, qui tenet ſedem Theſſalonicæ, quia hoc ei conuenit. ſit præterea honorandus, qui tenet ſedem Seleuciæ, quæ eſt in prouincia Orientali, qui debeat etiã appellari nomine Catholici, ſitq; obediendũ ei, & poſſit is ordinare Archiepiſcopos, ſicut faciunt Patriarchę, & non fiet iniuria Patriarchæ Antiocheno, ſiquidem ipſe cõſenſit, poſtquam hoc ab eo Synodus petiuit, ne de ſublata poteſtate iſta traſceretur. Quod quidem factum eſt, vt illius prouinciæ fideles pace & quiete fruerentur, ſimul etiam, vt is, qui tenet ſedẽ Seleuciæ, nomine catholici honoraretur.

Canon vigeſimus Sardicenſis Ætius Epiſcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium ciuitas. Sæpè ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri, & diaconi, & non ſunt contenti breui tempore morari, aut reſident ibi, aut certè vix poſt longa ſpatia ad ſua redire coguntur. Vniuerſi dixerũt: Ea tẽpora quę cõſtituta ſunt circa Epiſcopos, & circa has perſonas, obſeruari debent.

CANON TRIGESIMVS
Quartus, de Archiepiſcopo Seleuciæ.

SI conuenerint Epiſcopi ad habendũ Concilium in Græcia, & fuerit præſens prælatus Seleuciæ, qui eſt in prouincia Babyloniæ, in aditu Zabur, quæ hodiè vocantur ciuitatulæ; oportet honorare eum multum, & magnificere, atque extollere ſupra omnes epiſcopos Græciæ. Siquidem ipſe tenet locum Patriarchæ in Oriente, & ſedes eius in Concilio debet eſſe ſexta poſt epiſcopum Hieroſolymitanum. Et quicunque hanc cõſtitutionem violauerit, ſynodus eum excommunicat.

CANON TRIGESIMVS
Quintus, de Perſidis Epiſcopis.

QVOD non facile habenda ſit magna Synodus in prouincia Perſidis, ſine cõſenſu & authoritate Patriarchæ Antiocheni, ne

qua in re leges Eccleſiaſticæ detrimentum patiantur. Quod ſi Epiſcopi illius prouinciæ, aliquem propter beneuolentiam erga eum, à quo labore aliquo, & pſecutione liberati fuerint, & quietem ac tranquillitatem cõſequuti, loco Patriarchæ Antiocheni ſubſtituerint, ne liceat iſtis in ſtatutis, & legibus Eccleſiæ, quicquam ſoluere, aut ligare, quin potius in omnibus obediant Metropolitanis, & cunctis Patriarchis.

CANON TRIGESIMVS
Sextus, de Patriarcha Æthiopiæ.

VT non poſſint Æthiopes creare, neque eligere Patriarcham. Quin potiùs eorũ prælatus ſub poteſtate eius ſit, qui tenet ſedẽ Alexandriæ. Sit tamen apud eos loco Patriarchæ, & appelletur Catholicus: non tamen ius habeat conſtituendi Archiepiſcopos, vt habet patriarcha, ſiquidem non habet talem poteſtatem. Et ſi acciderit, vt concilium in Græcia habeatur, fueritq́ue præſens hic talis Patriarcha Æthiopum, habeat ſeptimum locum, poſt prælatũ Seleuciæ, quæ eſt in prouincia Babyloniæ in regno Zabur; & quando facta fuerit ei poteſtas cõſtituendi archiepiſcopos in prouincia ſua, non licebit ei conſtituere aliquem ex illis. Et quicunque non paruerit, Synodus eum excommunicat.

CANON TRIGESIMVS
Septimus, de Archiepiſcopo Cypri.

SI Epiſcopus Cypri diem ſuum in hyeme obierit, & populi non potuerint propter tempeſtatem maris mittere Antiochiam, vt Patriarcha Antiochenus ordinet eis Archiepiſcopum, in locum mortui: debent ſcribere ad Patriarcham, & petere, vt vnus aliquis fiat Archiepiſcopus, quem ipſi deſiderant, neque debet hoc prohibere patriarcha cum ad eum ſcriptum fuerit. Quis enim ſcit, an defuncto Archiepiſcopo, propter tempeſtatem hyemis ſine capite remaneant; an aliquis fortaſſis ex tredecim Epiſcopis de vita decedat: atque ita fiat, vt toto illo anno Archiepiſcopo careant? ob hanc cauſam Synodus hunc canonem conſtituit, cui qui contradixerit, hunc ſynodus excommunicat.

CANON TRIGESIMVS OCTAVVS,
In quo prohibetur Epiſcopis ordinatio in aliena diœceſi.

VT nullus epiſcoporum in Parœcia alterius ordinationes presbyterorum, vel diaconorum faciat, exceptis Patriarcha, & archiepiſcopo in locis, quæ ſub poteſtate eorũ ſunt. Neque quicquam diſponat in aliena Parœcia ſine licentia proprij Epiſcopi.

Canon decimus tertius Antiochenus. Nullus Epiſcopus ex alia prouincia, audeat ad a-

liam tranſgredi, & ad promotionem miniſterij aliquos in eccleſijs ordinare, licet conſenſum videantur præbere nonnulli, niſi literis tam Metropolitani, quam cæterorum, qui cũ eo ſunt, Epiſcoporum, rogatus adueniat, & ſic ad actionem ordinationis accedat. Si verò nullo vocãte inordinato motu deproperet ſuper aliquibus ordinationibus, & eccleſiaſticis negocijs, ad eum non pertinentibus componendis, irrita quidem, quæ ab eo geruntur, exiſtant, ipſe verò incompoſiti motus ſui, & irrationabilis audaciæ ſubeat vltionẽ, ex hoc iam damnatus à ſancto Concilio.

CANON TRIGESIMVS NONVS, De poteſtate Patriarcharum, & Epiſcopi Romani.

CONSIDERET Patriarcha, quæ Archiepiſcopi, & Epiſcopi eius in prouincijs ſuis faciunt, & ſi quid reperiat, ſecus quàm oporteat factum, mutet, & diſponat, vt ſibi videbitur. Si quidem ipſe eſt Pater omnium, & illi filij eius, & quamuis ſit Archiepiſcopus inter Epiſcopos tanquã frater maior, qui curã habet fratrum ſuorũ, & ei debet obedientiã, quia præeſt; eſt tamen Patriarcha loco Patris, ſub cuius dominatu ac poteſtate ſunt filij eius.

Sicque præeſt Patriarcha ijs omnibus, qui ſub poteſtate eius ſunt, ſicut ille, qui tenet ſedem Romæ, caput eſt & Princeps omniũ Patriarcharum. Quandoquidẽ ipſe eſt primus, ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes principes Chriſtianos & omnes populos eorum, vt qui ſit vicarius Chriſti, Domini noſtri, ſuper cunctos populos, & cunctam Eccleſiam Chriſtianam. Et quicunque contradixerit, à ſynodo excommunicatur.

Hunc canonẽ citant Auguſtinus Steuchus libro ſecundo de donatione Conſtantini, & Franciſcus Turrianus libro 2. de dogmaticis characteribus, & Alanus Copus in dialogis, & extabat Arabicè in Bibliotheca Marcelli ſecundi Romani Pontificis, numero 44. in hunc modum.

Veneramur ſecundum ſcripturas, & canonum definitionẽ, ſanctiſſimum Romanæ, antiquæque Eccleſiæ Epiſcopum, primum eſſe, & maximum omnium Epiſcoporum. Vt autem cunctis ditionis ſuæ nationibus imperat Patriarcha, & leges indicit: &, vt à principio Petrus Chriſti vicarius, religioni, Eccleſijs, cæteriſque ad Chriſtum rebus pertinẽtibus præfectus, principum Chriſtianorum, prouinciarum, & omnium gentium dominus, & rector erat: ita ille, cuius principatus Romæ eſt, Petro ſimilis, & authoritate par, Patriarcharum omnium dominatum, & principatum obtinet. Huic ſanctioni ſi quis repugnauerit, & obſiſtere auſus fuerit, totius ſynodi decreto anathemati ſubijciatur.

CANON QVADRAGESIMVS, De Synodi prouincialibus.

VT omnes Epiſcopi bis ſingulis annis, apud Archiepiſcopũ ſuum conueniant, vbi omnia, quæ in locis ſuis occurunt, conſiderent, & conſiderata cõfirment: cognoſcantque omnia, & conſentiant inter ſe ad expellendum procul malum, & operandum iuſtitiam, vt ſint excuſati in die illo tremendo, & ſit hæc eorum excuſatio manifeſta, ne excidant à vita in æternum permanente, & dedecus propter caduca, & pereuntia ferant. Et quicunque contradixerit, Synodus eum excommunicat.

Canon vigeſimus Antiochenus. Propter vtilitates Eccleſiaſticas, & abſolutiones earum rerum, quæ dubitationem, controuerſiamque recipiũt, optimè placuit, vt per ſingulas quaſque prouincias Epiſcoporum Concilia celebrentur.

CANON QVADRAGESIMVS Primus, de Synodo Archiepiſcoporum.

SIMILITER ſtatuimus, vt omnes Archiepiſcopi ſemel per annũ apud Patriarchã ſuum cõueniant, & in eo concilio faciant ſimiliter in rebus, & peccatis, quæ in eorum locis occurrunt. Faciantque hoc, ne in iudicio eorũ ſit fraus, ſed ſit potius quale erat iudicium ſeptuaginta ſeniorum cũ filijs Iſrael, qui cauſas ſuas Moyſi proponebant. Sic etiã & epiſcopi apud Patriarcham facere debent, & diſpartiatur benedictio Patriarchæ omni prouinciæ, & omni loco magno vel paruo, quæ ſub poteſtate eius ſunt ſecundum vires, mittaturq; ei ſingulis annis ad alendum ſe. Et hic canon caret excommunicatione. Habes in hoc canone fundamentum antiquiſſimum annatarum, quas vocant.

CANON QVADRAGESIMVS Secundus, de vocatis ad Synodum & non venientibus.

SI quis ex clero, aut ex monachis lapſus fuerit in aliquod peccatũ & vocatus à congregatione, cauſa nõ veniendi ſe excuſauerit, & primo non venerint: vocandus eſt iterum & tertio: & ſi obſtinatè non ſe ſiſtat, eijciatur de medio eorum, vt meritus eſt, & inſuper deponatur. Et qui contradixerit, Synodus eum excommunicat.

CANON QVADRAGESIMVS Tertius, de reo impunito.

SI ad Epiſcopum, aut ſacerdotem aut diaconum allatum fuerit aliquod crimen manifeſtum, non opus eſt teſtimonijs ad iudicandum. Quòd ſi propter affectionem eum qui peccauit, nõ iudicauerint ſecundùm meritam pœnam,

pœnam, dimiſerintque eum in peccato, & hoc poſtea peccatum Patriarchæ manifeſtatū fuerit; oportet, vt ipſe Patriarcha iudicet eū, qui crimen commiſit, vt meritus eſt: illumq; deponat, qui habebat certum de crimine cōmiſſo, & dimiſit criminoſum: & illum item deponat, qui fuit illius criminis ſocius. Et quicunque contradixerit, à Synodo excommunicatur.

CANON QVADRAGESIMVS Quartus, Quomodo Epiſcopus ab Archiepiſcopo iudicandus.

VT Archiepiſcopus cum Epiſcopis ſuis non dominetur alteri Epiſcopo, qui ſit ſub poteſtate eius in cauſa alicuius peccati manifeſti, nec imponat ei pœnitentiam pro peccato, niſi interueniente cum eis, Patriarcha, qui rem cognitam atque exploratam habeat, & quicunque non paruerit, à Synondo excommunicatur.

CANON QVADRAGESIMVS Quintus, De querelis Archiepiſcopi contra Patriarcham.

VT non admittatur querela Archiepiſcopi contra ſuum Patriarcham de vllo peccato, niſi adhibito altero Patriarcha vno ex fratribus eius, qui eius cauſam excutieut, & nullus in hac re Archiepiſcopo accuſatori fauorem præſtet, neque cum eo conſentiat, niſi alius Patriarcha adſit. Et quicunque contradixerit, à Synodo excommunicatur.

CANON QVADRAGESIMVS Sextus, De querelis vnius Archiepiſcopi aduerſus alium Archiepiſcopum.

NEQVE Patriarcha querelam vnius Archiepiſcopi, de alio Archiepiſcopo, qui ſub poteſtate eius ſit, accipiat: neq; obligationē ſuper peccato eius, niſi altero Archiepiſcopo ex fratribus interueniente, vt conſideret hoc ſicut illud, quod ſupradictum eſt in canone.

CANON QVADRAGESIMVS Septimus, De abſoluendis excommunicatis.

NVLLVS Epiſcopus ſoluat, quem alius Epiſcopus iuſtè ligauit, quandiu ille, qui ligauit, vixerit. Quòd ſi Epiſcopus qui ligauit, obierit, & ſucceſſori viſum fuerit ſoluere ligatum, licebit facere, poſtquàm cauſam propter quam fuit excommunicatus, cognouerit: modo excommunicatus non fuerit propter blaſphemiam, aut propter aliquod peccatum publicum, aut aliud ſimile. Eadem lex erit de ſacerdote, id eſt, ut nullus ſacerdos ſoluat, aut liget, quem alius ſacerdos ſoluerit, aut ligauerit, quàm diu ille qui ſoluit, aut ligauit, vixerit. Poſt mortem verò ſucceſſor eius ſoluet, quem mortuus ligauit: Sed debet Epiſcopus præeſſe huic negono. Neque conuenit, vt Epiſcopus, aut Archiepiſcopus ſoluat, aut liget eum, qui dignè à ſacerdote ſolutus, aut ligatus fuit, quam diu ille qui ſoluit, aut ligauit, vixerit. Patriarcha tamen habet autoritatem ligandi omnes iſtos, ſi ei viſum fuerit, ſiquidē eſt loco patris familias, vniuerſalis in hos omnes. Hic canon non habet excommunicationem.

Canon ſextus Antiochenus. Si quis à proprio Epiſcopo communione priuatus eſt, non ante ſuſcipiatur ab alijs, quàm ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut certè ad ſynodum quæ congregatur occurrens pro ſe ſatisfaciat. Et perſuadens cōcilio ſententiam ſuſcipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos, & presbyteros, & diaconos, omnesque qui ſub regula eſſe monſtrantur.

CANON QVADRAGESIMVS Octauus, De non eligendo ſucceſſore in Epiſcopatu.

VT nullus Epiſcopus dum viuit, alterum eligat, qui poſt mortem loco eius ſuccedat, nec ex propinquis, nec ex non propinquis, non ex primarijs ciuitatis; ſed cum Epiſcopus erit mortuus, tunc eligendus eſt aliquis ex ſacerdotibus, aut religioſis, qui habitant per monaſteria in deſerto, aut certè aliquis in ſcriptura ſancta eruditus, & cuius probitas ſit publicè nota. Eſto ſit externus, ſi his conditionibus præditus reperitur, ordinetur Epiſcopus, & eò magis ſi diues fuerit. & hic canon caret excommunicatione.

Canon vigeſimus tertius Antiochenus. Epiſcopo non licere pro ſe alterum ſucceſſorē ſibi conſtituere, licet ad exitū vitæ perueniat. Quòd ſi tale aliquid factum fuerit, irritum eſſe huiuſcemodi eſt conſtitutum. Seruetur autem ius Eccleſiaſticum id continens, oportere non aliter fieri, niſi cum Synodo & iudicio Epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent, eum qui dignus extiterit, promouere.

CANON QVADRAGESIMVS Nonus, De non ordinando Simoniaco.

VT nullus audeat ordinare Epiſcopum, aut ſacerdotem, aut diaconum pro quauis re data, ſiue ante ordinationem, ſiue poſt: & qui ſecus fecerit, deponatur. Et quicunque cōtradixerit, Synodus eum excommunicat.

CANON QVINQVAGESIMVS, Vt in vna ciuitate ſit vnus Epiſcopus.

VT non ſit, niſi vnus Epiſcopus vnius ciuitatis, nec in vna Eccleſia villæ ſint duo ſacerdotes. Et ſi fuerit magna, poterit habere

ſecum ſacerdos diaconos: & ſolus ſacerdos in his, quæ ad altare pertinent, præſit, ſicut Epiſcopus ſolus eſt ſuperior in Eccleſia ſua. Et ſi in ciuitate aut villa fuerit aliqua diſcordia, ita vt alij hunc ſacerdotem, aut Epiſcopum, alij alium velint: debet tunc populus conſiderare hoc cum veritate. Et ſi hic non habuerit famam de aliquo peccato manifeſto, oportet relinquere eum in loco ſuo. Sin verò infamia alicuius peccati in eo reperta fuerit, eijciendus eſt, & in locum eius alter ſubſtituēdus, qui ſit ſine crimine. Denique ſecundus epiſcopus aut ſacerdos non intret in locum primi, ſi primus fuerit manifeſtè probus. Siquidem copulatus eſt cum Eccleſia, ſicut conſtitutum eſt: quæ eſt etiam lex ſæcularibus, vt nemo eorum accipiat per matrimonium per vim vxorem alterius, donec vir eius mortuus ſit: dimittetque eam liberam, vt abeat, quo velit. Qui huic canoni contradixerit, excommunicetur.

CANON QVINQVAGESIMVS Primus, de non ſeparandis coniugibus.

SI quis vxorem ducat, & poſtea inter eos propter aliquam cauſam nō conueniat, & vxor ſit in culpa, quæ cauſam præbuit diſcordiæ: debet vir patienter eam tolerare, quouſque reſipiſcat & corrigatur. Quòd ſi vir non expectauerit, & ipſa perſeueret in vitio, debet interuenire ſacerdos Eccleſiæ. Quòd ſi hoc non ſufficiat, debet interuenire Epiſcopus. Et ſi Epiſcopo parere noluerit, nec audire eum, & voluerit à viro diſcedere, debet Epiſcopus hortari illum ad patientiam, & ſi poſſet habere patientiam, maneat in ſtatu ſuo cōtinentię. Si autem noluerit, debet fieri religioſus. Sed ſi vir quæſierit occaſionē, vt ab ea alienaretur, non eſt ei credendum. Quin potius velit nolit cogendus eſt, vt cum ea cohabitet. Quod ſi hoc facere noluerit, oportet vt ſeparetur à domo eius, & communione & eccleſia priuetur.

CANON QVINQVAGESIMVS Secundus, vt ſacerdos non ſe immiſceat negotijs ſæcularibus.

NVLLVS ſacerdos ſęcularia negotia tractet, nec ad vſuram commodet, neque quæſtum iniquum quærat, vnde ſit poſtea excommunicandus, neque communionem cum Iudæis habeat, neque fraternitatem, neq; cum eis cibum, aut potum ſumat. Siquidem hoc ſancti Apoſtoli conſtituerunt, & hoc fideles facere oportet; & quicunque non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

CANON QVINQVAGESIMVS Tertius, de coniugio diſparis cultus.

VT Chriſtiani vxorem ducant ex quacunque generatione, modo ad fidem veniat: ſed non debent Chriſtiani dare filias ſuas nuptum infidelibus, ne ad errorem maritorum peruertantur, & fiant, vel Iudææ, vel gentiles propter infirmitatem, & qui non paruerit, a Synodo excommunicatur. Vide canonem 67. & 68.

CANON QVINQVAGESIMVS quartus, de electione Chorepiſcopi.

ELIGAT Epiſcopus ex bonis religioſis qui habitant in deſerto, aliquē qui ſit doctus, & optimis moribus, & maximè omniū, qui in vniuerſa illa cōgregatione ſunt, intelligens, qui nihil de electione ſua cognouerit. Et qui ſunt illius congregationis, debent præſentare eū. Et vnus diaconus congregationis alta voce dicat: nos eligimus talem in Coepiſcopum (fortè Chorepiſcopum) qui habeat totā poteſtatem in nos, vt ſciant omnes electū eſſe eum in eo gradu. Et debet Epiſcopus recitare ſuper electum orationem conſuetam, & benedicere ſuper eum, dareque ei nomina omnium Eccleſiarum, & monaſteriorū, quæ ſub poteſtate eius ſunt, vt eligat ipſe, vt melius ei viſum fuerit, eos qui ſunt idonei, & in ſermone ſuo cōſtantes, quos Eccleſijs & monaſterijs pręficiat. Et eis qui curam habent eccleſiarum, ne imponat curam monaſteriorū, & eis qui præfecti ſunt monaſterijs, ne iniungat curam eccleſiarum: obligetq; eos ad ea loca, quæ eis data ſunt, & eat poſtea ad viſitandas Eccleſias & monaſteria. Qui in aliqua Eccleſia, aut monaſterio aliquid deeſſe, aut ſupra quàm opus ſit, abūdare repererit; oportet quod vno in loco ſuperfluit, apponere vbi deeſt, id quod cum timore Dei, & ædificatione illorum locorum fieri debet. Et ſi fuerint pauci ſacerdotes, debet augere numerum ex illis, qui ſunt illius loci. Et ſi inter eos nō fuerit aliquis idoneus, illius caſtelli, vt ordinetur: debet ſumere aliquem, ex monaſterijs vel Eccleſijs, & curet, vt fiat ſacerdos: vt oratio ſit aſſidua, & nō ceſſet miniſterium altaris, deſtituanturque templa oratione & miſſa, & Chriſtiani non habentes paſtorem, nomine & opere ſint ſicut gentiles. Item curet, vt in omni caſtello, & parua villa ſit aliquis, qui colligat prouentus Epiſcopo ſecundùm vires cuiuſq; loci, & afferantur ad eum. Siquidem ad eum pertinet, vt faciat Eleemoſynas pauperibus, & peregrinis, & recreet ſacerdotes egentes, vt maneat inter eos charitas. Et hic canon caret excommunicatione.

CANON QVINQVAGESIMVS quintus, de viſitatione Chorepiſcopi.

CHOREPISCOPVS, cùm viſitat Eccleſias & monaſteria, quæ ſub poteſtate ſua ſunt, vt videat, an deficiant fratres & ſorores, debet cōgregare ſeniores caſtelli, & pdicare ac

legere

legere eis ſcripturas ſacras, eoſq; de omnibus præceptis ſanctis admonere. item debet interrogare an habeant filios aut filias, & facere, vt ad ſe adducantur, & ſignet eos ſigno crucis, & oret ſuper eos, & imponat manus, ac benedicat: & inſtituat eos miniſtros in Eccleſijs, ac monaſterijs: ſicut prius de hoc eos admonuerat, & inſtruxerat: debetq; diſtribuere eos per Eccleſias & monaſteria, & prouidere, vt diſcant, vt fiant inſtrumenta apta ad ædificandum miniſterio ſuo Eccleſias, & monaſteria, ac loca alia, quæ eorum opera indigebunt. Et hic canon caret excommunicatione.

Canon decimus Antiochenus. Qui in vicis vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati ſint, tamen ſanctæ Synodo placuit, vt modum proprium recognoſcant, vt gubernent ſibi ſubiectas Eccleſias earumque moderamine curàque contenti ſint. Ordinent etiam lectores, & ſubdiaconos atque exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec presbyterum verò, nec diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubiectus eſt. Si quis autẽ tranſgredi ſtatuta tentauerit, depoſitus, quo vtebatur honore, priuetur. Chorepiſcopum verò ciuitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubiectus eſt.

Martinus Perezius Ayala Guidixienſis Epiſcopus in lib. de traditionibus Apoſtolicis, citat 77. canonem Nicenũ his verbis. Si quis diaconus regens plebem, ſine Epiſcopo vel presbytero aliquos baptizauerit, Epiſcopus eos per benedictionẽ perficere debebit. Quòd ſi ante de ſæculo receſſerint, ſub fide, qua quis crediderit, poterit eſſe iuſtus.

CANON QVINQVAGESIMVS
Sextus, de cõgregatione presbyterorum ad ſalutandum Epiſcopum.

VT Chorepiſcopus bis per annum congreget presbyteros, ad ſalutandum Epiſcopum, & tradendum ſe ei, & communionem cum eo habendam, & prandeant cum eo. Fiatq; hoc primum quidem in exitu anni. Secundò verò in feſto reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Religioſi tamen ſemel per annum cum eo congregabuntur, quando eis videbitur.

Si fuerit aliquis tunc primum factus caput in aliquo monaſterio, debet ter per annum accedere ad ſalutandum Epiſcopum, & tradendum ſe ei. Sed ſemel & iterum accedet ſolus, vt ab Epiſcopo adiuuetur in ſuo officio. Tertiò autem cum omnibus fratribus ſuis. Et tunc oportet, vt Epiſcopus & Archidiaconus admoneant eos, ꝙ vnuſquiſq; eorum, ſcilicet Epiſcopus, abbas monaſterij & archidiaconus ſunt plãtaria altaris, & alũni ciuitatis. Et ipſi hoc nouitios, quos abbas monaſterij recipiet, admonebũt. Et hic canon caret excõicatione.

CANON QVINQVAGESIMVS
Septimus, de officio Archidiaconi, & archipresbyteri.

LOCVS Epiſcopi in oratione, quod vocant officium, ſit in conſpectu ſacelli, ſiue Capellæ e regione altaris, vt qui ſit paſtor, & gubernator. Propè eum ſit archidiaconus ad latus dextrum, vt qui ſit loco eius, & præſit omnibus, quæ ad orationem & Eccleſiã pertinent. Chorepiſcopus autem ſit ad alterum latus Epiſcopi, quia ipſe etiam eſt loco epiſcopi ſuper villas, & monaſteria, & ſacerdotes villarum, quæ ſub poteſtate ſua ſunt. Archipresbyter quoque in abſentia Epiſcopi honoretur tanquam Epiſcopus, quia eſt loco eius, & ſit caput ſacerdotum, qui ſub poteſtate eius ſunt in Eccleſia, cum omnibus diaconis, quibus præeſt Archidiaconus ad componendũ, ſi quid litis & controuerſiæ inter eos ortum fuerit, aut aliud aliquid, quod ad iudiciũ eius neceſſario pertineat. De ijs autem, quæ ad ſe pertinẽt, nihil referat Archidiaconus ad Epiſcopum: ſed ipſe potiùs eorum controuerſias dirimat: Si quidem ſub poteſtate & iudicio eius ſunt Diaconi, & debet leuare Epiſcopum hoc onere. Archidiaconus enim præeſt vniuerſo officio orationis, & per eum gubernari & diſponi debent, quæcunque ad Eccleſiam pertinent, ne, ſi huic officio deſit, trãsferatur hoc officium, & gubernatio ad ſæculares: quæ quidem poſſit eſſe cauſa, vt meritò clerici minus Epiſcopum timeant: & frangatur poteſtas Epiſcopi, ac ſacerdotum, quia nõ poſſunt tueri veritatem. Ex quo fiat, ut populus multa peccata incurrat, nec aquieſcant iudicio, in quo oporteat acquieſcere: & in vniuerſo populo alij alijs placeant, & non Deo. Et hoc etiam populum ab oratione auertit. Canon ſine excommunicatione.

CANON QVINQVAGESIMVS
Octauus, de honore Archidiaconi & Chorepiſcopi.

QVANDO Chorepiſcopus, & Archidiaconus ſedent in eccleſia, nullus ſacerdos, neque Diaconus Eccleſiæ, neque cuiuſuis gradus alterius clericorum audeat ſedere ſupra illos: præter quàm Epiſcopus. quia hi ſunt tanquam duæ manus, & duæ alæ, quibus Epiſcopus uolat. Sed quando Epiſcopus ambulat ſiue in eccleſia, ſiue foris: oportet, ut Archidiaconus ſit ad dexteram, & Chorepiſcopus ad ſiniſtram, & Epiſcopus ſit inter eos, tanquam pater in medio filiorum. Et quicunque nõ paruerit. Synodus eum excõmunicat.

CANON QVINQVAGESIMVS
Nonus, de gradibus clericorum.

DESCRIBAT Epiſcopus, & exponat deſ gradus clericorum, ne vlla inter eos ſit

diuiſio. Si quidem omnia miniſteria ſunt vniuſmodi in cuncta Parœcia, ſiue diœceſi, quæ ſub poteſtate eius eſt. Nec oportet, vt ullum eligat Sacerdotem Eccleſiæ Catholicæ, ijs præſentibus, qui ſunt eligendi Sacerdotes in Eccleſijs, aut in monaſtetijs.

CANON SEXAGESIMVS, De eligendis ad ſacros ordines.

SI qui ſunt ex populo eligẽdi ad ſacerdotiũ: Primum quidem præſentandi ſunt Epiſcopo, aut Patriarchæ. Poſtea examinent eos Archidiaconus & Chorepiſcopus. Et videãt, an prompte & intelligenter legant ſcripturas, & an ſint exercitati in legibus ſacerdotalibus, & an ſciant ſtatuta Eccleſiæ. Qui ſi fuerint approbati, & habuerint bonum teſtimoniũ, quòd ſunt digni ſacerdotio, & à Deo electi, & quòd ſciunt ſacramenta; orabunt pro eis orationem ſolitam, ut fiant digni remiſſione, & accipiant indulgentiam. Poſtea adducendi ſunt ad Epiſcopum, ut imponat eis manus, & benedicat, eoſque ordinet. Qui cùm erunt ordinati Diaconi, debet Archidiaconus adducere eos ad Chorepiſcopum, ut moneat eos, ne miniſtrent miniſterio ſacerdotali, id eſt, ſacrificij, ſed tantum orationis, donec omnes leges ſacerdotij didicerint. Et poſtea veniant ad Chorepiſcopum, ut uideat, an in hoc profecerint, & iterum eos de hoc admoneat. Non enim licet, ut ullus è clero miniſtret in Eccleſia ſine licentia Chorepiſcopi, quandoquidem ipſe eſt caput illorum. Et ſi ordinatus non fuerit prope; qui fuerint ordinati, accipiant literas à Chorepiſcopo ad Archidiaconum, qui debet tunc ſuſcipere curam eorum, in ijs, quæ ad ſtatuta Eccleſiæ pertinent. Neq; debet Chorepiſcopus dare illis vllius miniſterij curam, ſecundùm ordinem Eccleſiæ. Nec Epiſcopus nec Chorepiſcopus debent eos à clero remouere ſine Archidiacono. Siquidẽ ipſe eſt, ut ante diximus, nutritus in ciuitate, & habet totius populi notitiam, præeſtque officio orationis, & omnibus Diaconis. Et quando Epiſcopus proficiſcitur ad villam ſeu caſtellũ diœceſis, nulli debet Chorepiſcopus permittere, vt ſine licentia Archidiaconi ordinetur. Nec Epiſcopus, nec vllus alius Sacerdotem ordinare debet, neque religioſum facere, niſi præſente Chorepiſcopo. Siquidem ipſe quoq; præeſt officio orationis, & cæteris omnibus, quæ in uillis ſuis fiunt. Et quicunque non paruerit, Synodus eum excommunicat.

CANON SEXAGESIMVS PRIMVS, De honore Diaconis habendo.

VT Diaconi non ſint præcincti cingulis ſuis, niſi tantum tempore orationis. Quia ſunt liberi, & non dominatur eis, niſi Dominus Chriſtus, Rex vniuerſi mundi, & eorum Deus. Hæc enim eſt eorum, qui liberi ſunt, conſuetudo; ſerui verò hanc conſuetudinem non habent, quamuis diuites & famoſi ſint. Atque ita honorandi ſunt Diaconi, plus quàm cæteri, exceptis Sacerdotibus. Sacerdotes enim ſunt ſerui Chriſti, qui cõſtituti ſunt, vt præſint Eccleſiæ, & orationi, quam nõ poſſunt deſerere. At Diaconi oratione & laudibꝰ finitis eunt diſcincti, quò eis libet, ſiue ꝑ vias, ſiue per plateas. Hæc de omnibus Diaconis, & Sacerdotibus dicta ſunt. Et hic canon ſine excommunicatione poſitus eſt.

CANON SEXAGESIMVS Secundus, de numero Preſbyterorum & Diaconorum.

VT ſint Sacerdotes aſſidui in oratione, & miniſterio Eccleſiæ, ne aſſiduitas orandi deficiat, & ne ſit magnus Sacerdotum numerus, ne ſumptus Eccleſiæ augeatur. Quamobrem qui Eccleſijs præſunt, ij quidem quid in hac parte opus ſit, videbunt. Atque ita oportet, ut tot in Eccleſia Diaconi ſint, quot Eccleſia ferre poſſit, &, vt illis Archidiaconus præſit, ſicut ſancti Apoſtoli canonibus ſuis cõſtituerunt, & ſancti Patres, qui ante nos fuerunt, & vt ſint ſeptem Diaconi, qui Eccleſiæ ſumptu viuant, ac reliqui gratis miniſtrent. Et hic canon non habet excommunicationem.

CANON SEXAGESIMVS Tertius, de œconomo Eccleſiæ.

VT ſit in vnaquaque Eccleſia procurator, & cum eo alij, qui curam habeant prouentuum, & redituum Eccleſiæ, & deinde villarum, & ſementis, & ſumptuum, ac vaſorum auri, & argenti, & veſtimentorum, ac ornamentorum Eccleſiæ. Habeant deinde curam loci, in quo ſancta Euchariſtia ſeruatur. Et quiſq; habeat curam eorum, quæ ſibi commiſſa ſunt, idq; cum timore Dei. Et ne inter eos ſit, qui illum ſeruum nequam imitetur, qui talentum Domini ſui abſcondit, & non eſt in eo negotiatus, quem iratus Dominus in tenebras exteriores mitti iuſſit. Et hic canon caret excõmunicatione,

CANON SEXAGESIMVS Quartus, de oratione pro Epiſcopo.

VT in omnibus horis diurnis, & nocturnis in principio & in fine orationis fiat memoria Epiſcopi, & oretur pro ſalute eius, & vt in oratione eius adiuuetur populus.

CANON SEXAGESIMVS Quintus, de funere Epiſcopi, Chorepiſcopi, & Archidiaconi.

QVANDO moritur aliquis epiſcopus, debent ante feretrũ præire Chorepiſcopus & Archidiachonus, ut ſi filij præirẽt patri.

Quando

Quando verò aliquis horum moritur, debet præire Epiſcopus, vt ſi pater præeat filijs. Et legantur in funere ea, quæ Doctores & ſancti Patres ſpirituales de oratione conſtituerunt: interſintq; funeri omnes paſtores, ſiquidem vocabantur eorum omnium patres. Et núcietur de morte eius omnibus Eccleſijs,& monaſterijs illius diœceſis,ut fiat oratio pro eis. Et hic canon caret excommunicatione.

CANON SEXAGESIMVS Sextus, de ducente alteram vxorem, ſuperſtite priore.

QVICVNQVE Sacerdos aut Diaconus vxorem ſuam propter fornicationem dimiſerit, aut ob aliam cauſam ex ijs,quæ ſupra dictę ſunt,aut domo eiecerit propter bona externa vel vt illam alia meliore,aut pulchriore, aut ditiore mutet,vel propter cauſam cócupiſcentiæ,quod Deo diſplicet: & illa ob has cauſas dimiſſa,ipſe cum altera matrimonium cótraxerit,aut non dimiſſa,alteram duxerit, ſiue liberam, ſiue ſeruã, & amabas pariter habeat, deponatur. Si verò fuerit laicus, prohibeatur eccleſia. Sin aũt falsò aliquis vxorem ſuã de adulterio infamauerit,ut eam dimittat: inquirendum diligenter de hac re eſt, & ſi hoc falſum fuerit, deponatur, ſi ex clero eſt: ſin autem laicus, prohibeatur ingreſſu Eccleſiæ, & communione fidelium, & cogatur habitare cum ea quam infamauit,quamuis deformis & pauper ſit. Et quicunque non paruerit, à Synodo excommunicatur. Vide canonem vigeſimum quartum.

CANON SEXAGESIMVS Septimus, de Muliere fideli nubente viro infideli.

QVICVNQVE duas mulieres in matrimonium acceperit,ipſe cum ſecunda excommunicetur. In quæcunq; mulier fidelis, viro infideli nupſerit, ipſa quoque ex Eccleſia eijciatur. Quæ ſi pœnitẽtiam egerit maleficij, & eum virum,quem habere nõ poterat,id eſt, infidelem dimiſerit,non eſt recipienda,niſi eo modo quo recipitur,qui poſtquam fidem negauit,ad fidem reuertitur:debetq; ipſa infidelem relinquere. Erit autem pœnitentia eius ferre cilicium,& dormire ſuper cinerem, & ieiunare quantum ſibi conueniat, & tunc licebit cum fidelibus conuerſari, & communionẽ ſacram accipere. Et quicunq; contradixerit, à Synodo excommunicatur.

CANON SEXAGESIMVS Octauus, de dante filiam, aut ſororem in matrimonium viro infideli.

SI quis fidelium mulierem infidelem propter fornicationem ſollicitet,aut mulier fidelis virum infidelem, & ob hanc cauſam à fide recedant: pœnitentia horum ſit, vt ſpatio trium annorum ſtent ad ianuam templi in cilicio & cinere: & hoc tempore peracto intrent in Eccleſiam ad orationem: ſed ita, ut ſpatio vnius anni ſtent in aliquo loco Eccleſiæ ab alijs ſeparati, neque liceat communicare cum eis, in ſalutatione, nec in communione. Tranſacto autem anno, debet ſacerdos benedicere aquam & oleum,non ſicut fit in baptiſmo, neque ſicut benedicitur chriſma, ſed ſicut oleum infirmorum, & ſicut aqua ad mundationem immunditiæ eorum, qui comederunt morticinum. Et ſic debet benedicere eis ſacerdos, & aſpergere eos aqua iſta. Et ipſe etiam, qui aſpergitur, debet lugere, & mundabuntur ab immunditia ſua, remitteturque eis peccatum, orando pro eis, fieriq́ue debet diligens inquiſitio de eis. Et qui non paruerit, Synodus eum excommunicat. Vide canonem 53.& 67.

CANON SEXAGESIMVS NONVS, De fideli fornicante cum infideli.

SI quis fidelis filiam, aut ſororem non conſciam, neque volentem, neque præſentem dederit nuptum non credenti, prohibeatur communione fidelium. Ipſa verò, quæ data eſt in matrimonium, non eſt prohibenda. Si autem qui hoc fecit, pœnitentia ductus à non credente illam ſeparauerit: conſtituenda eſt ei pœnitentia, quanta ſacerdoti uidebitur. Et ſi pœnitentiam patienter ſuſtineat, debet conſolari eum ſacerdos, & quicunque non paruerit, Synodus eum excommunicat.

CANON SEPTVAGESIMVS, De Xenodochijs.

VT ſit in omnibus ciuitatibus locus ſeparatus peregrinis infirmis, & pauperibus, qui vocetur Xenodochium, id eſt, hoſpitium peregrinorum. Et eligat Epiſcopus aliquem ex fratribus, qui habitant in eremo, qui ſit peregrinus, & procul diſtet à patria, & familia ſuæ domus, qui ſit etiam vir probus, & hunc præficiat Xenodochio, qui in eo faciat lectos, & quæcunque pauperibus & infirmis opus ſunt. Et ſi bona Xenodochij non poterunt ſufficere, debet colligere omni tempore, & ex omnibus Chriſtianis, prouiſionẽ ſecundum vniuſcuiuſque vires: atque his facultatibus ſuſtentet fratres peregrinos, & pauperes, & infirmos, ut cuique opus erit. Si quidem ipſe eſt protector eorum, ad iuuandum eos ſolicitè. In hoc opere pietatis ineſt remiſſio peccatorũ, ſolutio iniquitatis, & appropinquatio ad Deum. Et hic canon eſt ſine excommunicatione.

CANON

CANON SEPTVAGESIMVS, Primus, De collocando Epiſcopo in ſua ſede.

CVm Archiepiſcopus Epiſcopum ordinauerit, oportet vt mittat Chorepiſcopum, qui illum introducat in ciuitatem, & in eccleſiam, & faciat ſedere primo die in throno. Et poſtquàm tribus menſibus in Eccleſia ſua reſederit, debet Archiepiſcopus cùm viſitat, ſalutare eum, & committere Archipreſbytero, & Archidiacono, ut eum in ſtatutis Epiſcopatus examinent. Et ſi eum reperierint didiciſſe omnia perfectè; confirment illum in Epiſcopatu, & in ſtatutis eius. ſic etiã facere debent Archiepiſcopis Patriarchæ ſui. Et quicunque contradixerit, Synodus eum excommunicat.

CANON SEPTVAGESIMVS Secundus, de tranſlatione Epiſcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum.

NVllvs Epiſcopus ſe ab epiſcopatu transferat, in quo ordinatus eſt, ad alterum maioris populi, & plurium monaſteriorum, aut ad minorem. Quia non conuenit hoc. Siquidem vnuſquiſque habet menſuram à Deo. Nam & hoc ſtatutum eſt maritis. Quicunque enim laicus vxorem ſuam repudiat, excepta cauſa fornicationis, mœchatur: quia hoc facit, ut eam altera meliore mutet. Sic Epiſcopi & Sacerdotes ſi ciuitates ſuas & altaria, propter alia maiora relinquerent, malè facerent. Iccircò hanc prauam conſuetudinem prohibuimus, & reſecauimus. Quòd ſi Epiſcopus propter aliquam cauſam è ciuitate ſua expulſus fuerit, non debet quærere alterum locum, ut ad eum tranſeat, quia per vim eiectus eſt. Et tunc oportet conſtituere eum in alia ciuitate, ſi tamen perſpectum fuerit, eſſe eum fidelem & probum, modò aliquis defectus eius non exiterit cauſa expulſionis. Et ſi primus locus erit paruus, & cognitum fuerit eſſe dignum eum Archiepiſcopatu, creandus eſt Archiepiſcopus in ea ciuitate, quæ Archiepiſcopo indigeat. Similiter presbyteros & diaconos non oportet migrare ad alia loca: ſed manere, vbi ſunt ordinati, niſi de licentia Chorepiſcopi, ad profectum vitæ illorum, & fidei. Quòd ſi ſponte ſua hoc fecerint ob aliquam cauſam, non licebit illis permanere ibi, alioqui priuare eos oportet, ne alium locum habeant. Et hic canon caret excommunicatione.

Canon Antiochenus vigeſimus primus. Epiſcopus ab alia Parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſponte ſua prorſus inſiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Epiſcopis neceſſitate compulſus: maneat autem in Eccleſia quam primitus à Deo ſortitus eſt. Nec inde tranſmigret ſecundùm priſtinum de hac re ... conſtitutum.

Canon Antiochenus vigeſimus ſecundus. Epiſcopus alienam ciuitatem, quæ non eſt illi ſubiecta, non adeat, nec ad poſſeſſionem accedat, quæ ad eum nõ pertinet, ſuper ordinationem cuiuſquam, nec conſtituat presbyteros, aut diaconos alteri ſubiectos Epiſcopo, niſi fortè cum conſilio & voluntate regionis Epiſcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentauerit, irrita ſit eius ordinatio, & ipſe coerceatur à Synodo. Nam ſi ordinare non poteſt, nullatenus iudicabit.

CANON SEPTVAGESIMVS TERTIVS De non eligendo ſacerdote ſine authoritate Chorepiſcopi.

VT non audeat laici eligere ſibi ſacerdotem, neque monachi ſuperiorem ſine authoritate Chorepiſcopi. Et ſi aliquis ſuperior dũ viuit, præcipiat, vt aliquis ſit ſuperior poſt mortem ſuam, non ſuccedet iſte, ſi ſit nationis ſuæ, aut conſanguineus: Succedet tamen ſi ſi aliquis ex filiis prædeceſſoris propter utilitatem, probitatem, ſanctitatem, continentiam & timorem Dei, vt omnes ſint mundi à vitiis. Et hic canon caret excommunicatione.

CANON SEPTVAGESIMVS quartus, de habitatione ſororum in monaſterijs.

VT monaſteria non relinquãtur ſine ſororibus, inter quas erunt mulieres viduæ, quæ maritos habuerint; & conſtituetur illis diligens & probus magiſter, qui doceat eas legere librum Pſalmorum, donec benè didicerint, & diſcant memoriter pſalmos, præſertim diaconiſſæ. Hæ autem ex iis eligantur, quæ nõ malè audiant, ex eo uſque tempore, quo fuerunt adoleſcentulæ. Sintque annos natæ ſexaginta, ſicut beatus Paulus ordinauit. Et huiuſmodi diaconiſſæ ad hoc ſolum paratæ ſint, ut fœminas in baptiſmo ſuſcipiant. Et hic canon caret excommunicatione.

CANON SEPTVAGESIMVS quintus, de non eligendo ambiente electionem.

SI congregatio elegerit aliquem in cognitione fidei eruditum, & probum, ex iis qui altari miniſtrant, aut ex monaſterijs, ut ſit Epiſcopus, aut archidiaconus, aut Chorepiſcopus aut præfectus Xenodochii, id eſt, Hoſpitalis, non debet ambire ille, qui eligitur, alioqui eijciatur ex congregatione. Quòd ſi talis extiterit, non eſt prohibendus, quin eligatur: & electus non eſt deponendus, & ante mortem, niſi meritus ſit. Siquidem omnes ordines etiam in monaſterijs, ſi cauſam dederint, de gradu ſuo deiiciendi ſunt. Et qui non paruerit, Synodus eum excommunicat.

CA-

CANON SEPTVAGESIMVS ſextus, de habitu, & moribus religioſorum.

VT religioſi tum Monachi, tum Moniales habeant alia indumenta & alios mores, quàm habẽt laici: & tondeant caput in modum coronæ, & cingant ſe: neque ſigillis aureis, aut argenteis obſignent, neque ferant crumenam ad latus, neque cultellos, ſicut ſolent milites & homicidæ, quando eunt ad bellum; & ſicut ſolent mercatores cùm iter faciunt, portare crumenam, ad oſtentationem, ut faciunt magnates populi. Quin potiùs ſint probi, & inter ſe, & aduerſus alios patientes, eant per plateas cum modeſtia. Et ne inter ſe ſæculariter, & ridiculè loquantur, nec alius alium illudat: ſed potiùs ſilentium teneant, & reuerentiam ſibi inuicem adhibeant: ſintque ſibi inuicem benefacientes in iis omnibus, quæ ad ſtatum eorum pertinent, ac maximè quidem apud infideles, & omnibus moribus perfecti. Et hic canon caret excommunicatione.

CANON SEPTVAGESIMVS SEptimus, de Epiſcopo crimine deprehenſo.

SI quis Epiſcopus deprehẽſus fuerit in peccato fornicationis, aut in alio ſimili, deponendus eſt: nec eſt amplius in eũdem gradum reſtituendus. Quòd ſi pœnitentiam egerit, non eſt ſocietate fidelium, neq; ſacra communione prohibendus. Et qui contradixerit, Synodus eum excommunicat.

CANON SEPTVAGESIMVS OCTAuus, de ſacerdotibus & diaconis lapſis in peccatum carnis.

SI quis ſacerdos lapſus fuerit in peccatum carnis, qui non duxit uxorem, & hoc peccatum nunquam anteà commiſerit, ſed potiùs benè ſemper audierit: debet agere pœnitentiam in ieiunio & oratione uno anno, & facere eleemoſynas ſecundũ uires, & ceſſare à miniſterio gradus ſui, quã diu durat vnius anni pœnitẽtia. Quo peracto debet redire ad miniſterium, & ad ſacrificium, ſicut prius, & attendere deinceps diligẽter, ac cauere ſibi per uniuerſum uitæ tuæ tempus. Si uerò ad idẽ peccatum reuerſus fuerit, deponendus eſt tantum, & non prohibendus communione fidelium, & ſacra communione. Quod ſi uxorem duxit, & adhuc uxor uiuit, & cum eo habitat, debet imponi duplex pœnitentia. Idem ſeruandum eſt de diacono, qui ſi tertio ad idem ſcandalũ redierit, deponendus eſt tunc. Quod tamen intelligendum eſt ſi fuerit viduus. Nam ſi vxorem habeat, & cum eo habitet: debet remanere in pœnitentia, & excommunicatus tribus annis. Qua pœnitentia peracta redeat ad ordinem. Quod ſi ad peccatum redierit, deponatur ſolum: & in vniuerſum intelligendum eſt hoc in omnibus ordinibus. Epiſcopus uerò cùm primum in hoc peccatum lapſus fuerit, debet ex gradu ſuo cadere, cui non eſt pœnitentia imponẽda, neque communione fidelium, neque communione ſacra prohibendus. Sacerdos viduus recipiendus eſt ad pœnitentiam, qui uxorem habet, non eſt recipiendus. Diaconus uiduus bis eſt ad pœnitentiam recipiendus; Diaconus coniugatus ſemel: & nõ erunt prohibiti cõmunione fidelium, neq; cõmunione ſacra, ſed miniſterio altaris. Alij verò ex clero, & monachi, atq; laici, ſi huiuſmodi peccatum commiſerint, ſiet iudicium de eis, vt eorum iudici vel ſuperiori ſecundùm conuenientiam pœnitentiæ viſum fuerit, & non debet ſuperior uel iudex imponere eis grauem pœnitentiam, neque leuem, ne curant, ad peccatum & eorum damnatio creſcat. Et quicunque non paruerit, Synodus eum excommunicat.

CANON SEPTVAGESIMVS nonus, de correctione fraterna.

ET quicunque ex Eccleſiã aliquid indignũ faciat, adhibebitur ei remedium per exhortationem & diligentẽm admonitionem; dum non eſt manifeſtum, quod facit, ut non perſeueret in eo, & diſcedat à uia ſanctorum Dei, earumque conuerſatione, imponendaq; ei pœnitentia, prout conueniet. Quòd ſi pœnitentia & exhortatione non emendetur, ſeparetur à communione fidelium, & abſcindatur tanquam membrum putridum, ne contagio eius in reliquum corpus peruadat, & qui non paruerit, Synodus eum excommunicat.

CANON OCTOGESIMVS, DE procuratore pauperum.

ELIGATVR in oĩ ciuitate aliqs ſecularis uel religioſus, qui eſt eloquẽs, & patiẽs & quem manifeſtum ſit via recta, & orthodoxa incedere; habitetque prope Eccleſiam, aut in hoſpitali, & habeat apud ſe bona hoſpitalis, & uiſitet hoſpitalia, & ægrotos; uiſitet etiam eos, qui in carcere ſunt. Et ſi inter eos, qui ſunt in cuſtodia, aliquem Chriſtianum reperiat, qui ſit dignus ut liberetur, debet adiuuare eum, ut à carcere liberetur; Et ſi quid ei opus ſit, aut victu indigeat, & non poteſt habere ex iis, qui in cuſtodia ſunt, quod ei opus ſit: debet ab alijs tum uiris, tum mulieribus petere, & eum cuſtodia liberare. Et ſi cui opus fuerit aliquo fideiuſſore, debet quærere qui pro illo ſpondeat, ut liberetur. Et ſi quis fuerit alicuius grauis criminis reus, & non ſit liberatione dignus, debet adiuuare eum, ne ei victus, & ueſtitus deſit: neque debet differre ſubſidium in eo, quod in cauſa eius præſtare poterit, quouſque iuſtè & ut meritus eſt, iudicetur. Si quidem ignorant, quæ ſibi, aut filiis ſuis euenire poſſunt. Mundus enim & caſus eius ſunt varii & moleſti. Et ſi quis bona ſua

epulan-

epulando, & potando, & ſcortando conſumpſerit, & ob hanc cauſam in hanc neceſſitatem inconſideratè incidit, debet petere à fidelibus tum viris, tum mulieribus, ſecundùm vires vniuſcuiuſque, & colligere, quantum ſatis ſit, vt eum ex creditoribus, & afflictione liberet. Et hic canon caret excommunicatione.

EX GRÆCO VATICANO.

HAS leges ſcripſit ipſe ſanctus eorũ confeſſus, in præſentia Deo dilectiſſimi & laudatiſſimi regis Conſtantini, de Eccleſiaſtica gubernatione. Statuerant autem & aliam legem Epiſcopis proponere, quam diuinus prohibuit Paphnutius: de qua neceſſarium exiſtimaui enarrare, admiratione maxima dignã hiſtoriam. Placebat quibuſdam Epiſcopis in Concilio, nouam legem in Eccleſiam introducere, & ut de alijs ad Eccleſiam pertinentibus, ita & eam legem definire.

DE EO, QVOD NON OPORTEAT clericos ſacri ordinis ſuam quamlibet vxorem eijcere.

STATVERANT igit de eo quod nõ oportet clericos ſacri ordinis, ſiue Epiſcopos, ſiue hypodiaconos, ſiue aliquem ex ſacro catalogo dormire cum vxoribus, quas adhuc laici duxerant. His ita diſpoſitis, ſurgens in medio turbæ Epiſcoporum diuinus Paphnutius magna voce clamauit, dicens: Ne grauetis iugum clericorum ſacri ordinis. Honorabile enim, inquit, connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Ne perfectionis exceſſu Eccleſiam magis lædatis. Neque enim omnes ferre poſſe ait vacuam affectibus exercitationem. Nemo, vt opinor, in caſtitate conſeruabitur, ſi maritorum quilibet vxore priuetur. Pulchrã dico eſſe caſtitatem vniuſcuiuſque cum ſua vxore conuentum. Imò ſeparari (hac lege) dico eam, quam Deus coniunxit, & quam ſemel quis, dũ lector eſſet, aut cantor, aut laicus, vxorem duxit. Et hoc quidem dixit magnus Paphnutius, cùm eſſet omnis coniugij expers, propterea quòd in monaſterijs à pueritia fuerat educatus. Ideoque huius viri conſilio perſuaſa tota Epiſcoporum concio, de hac quæſtione tacuit, iudicio volentium relinquens continentiam ex conſenſu à proprijs uxoribus.

Socra. lib. 1. cap. 11. Sozom. li. 1. c. 23.

ANNOTATIO.

NON eſt veriſimile iudicio volentium relictam fuiſſe à ſanctis patribus omniũ Chriſtianorum continentiam, ſed eorum duntaxat continentia libera permanſit, quæ libera prius erat, eorum videlicet ſacri ordinis clericorum, qui cum ordinarentur, coniuges erãt, & continentiam non promiſerant, ut prius ſe habebat mos Eccleſiæ. Conſuetudo enim fuit Eccleſiæ à tempore Apoſtolorum, ut presbyteri à coniugibus, quas ante ordinationem acceperant, continerent, niſi fortè in aliqua neceſſitate diſpenſatio intercederet. Chriſtus enim nullos fecit ſacerdotes, niſi Apoſtolos, qui cum omnia reliquiſſent, ſi qui vxores habebant, illas etiam reliquerant, ex conſenſu, ut fecit Petrus, non quod eas non alerent, ſed ꝙ ab eis continerent. Id latè probauimus in libro noſtro de continentia & abſtinentia. Interim nouatores noſtri, non habent quod glorientur, ex hoc quod Concilium Nicænum nihil in hoc genere innouarit. Neq; enim Concilium permiſit, vt ſacerdos vxorem duceret, aut caſtitatẽ profeſſus votum violaret. Abſit. Sed eos, qui cum ordinarentur, continentiam non promiſerant, permiſit uti vxoribus, quas ante ordinationem duxerant. Quòd etiam permiſit D. Gregorius hypodiaconis in Sicilia, qui cum ordinarentur, continentiæ non ſe aſtrinxerant, ſed ita, ut in poſterum non ordinarentur, niſi qui continentiam ſe velle obſeruare profiterentur. Quin & authoritati Paphnutij non eſt quod multum fidant, quippè qui ex Meletianorum numero fuit, qnos Concilium Nicænum damnanit, Epiphanio teſte libro aduerſus hæreſes; cõtra Sectam 68. ut alibi monuimus. Niſi quis Meletianum illum Paphnutium, alium fuiſſe contendat, quod ægrè defendi poteſt: Cùm tempus Conſtantini Imperatoris, locus Ægypti, Paphnutij nomen, cõfeſſionis denique celebritas eundem eſſe probare videantur, quem alij propter confeſſionem laudant, Et Epiphanius Meletianum facit: præſertim cum alia eiuſmodi exempla extent ſimplicium confeſſorum, qui temporibus illis ex zelo non ſecundùm ſcientiam in errorem aliquem lapſi fuerunt, ut quidam Anthropomorphitæ, alij Nouatiani euaſerint. Damnationem porrò Meletianorum ſic deſcripſit Sozomenus lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. vigeſimo tertio.

His accedit, ꝙ cum in res à Meletio in Ægypto fortè geſtas accuratè inquiſitum eſſet, Cõcilium contra eum pronunciauit ſententiam, ut videlicet Lycum incoleret, nomenq; ſolum retineret Epiſcopi, atq; de reliquo, neq; in vrbe, neq; in pago, ullum Eccleſiæ miniſterium ordinaret. Qui autem eſſent iam ab eo conſtituti, illi neq; cõione quidem, neq; à miniſterio excluderentur: ſed tamen cæteris clericis in ſingulis Eccleſijs ac prouincijs conſtitutis eſſent honore inferiores. Quinetiam, ut in loca demortuorum ſuccederent, ſi modo tum ſuffragio populi idonei viderentur, tum Epiſcopus Eccleſiæ Alexandrinæ eos deſignaret: Sed minimè liceret quos vellent, ſuo ipſorum arbitrio diligere. Iſtud quidem Concilio æquum putabatur, cùm ſecum conſideraret, quam temerario & præcipiti impetu ad miniſtros Eccleſiæ creandos, tum Meletius ipſe, tum ſuæ opinionis fautores ferri conſueuiſſent. Nam Meletius, cùm Petrus, qui pòſt martyrio occubit, eo tempore, quo Alexandrinam regebat Eccleſiam, propter perſecutionem, tum ingra-

ueſcentem fugam cepiſſet: miniſtrorum ordinationes, ad Petrum ſolum pertinentes ſibi arripuit. Damnati ſunt etiam á concilio, qui Paſcha cum Iudæis celebrabant: quod ſic refert Ruffinus libro primo hiſt. Eccleſiaſt. cap. 6.

Igitur cum de his, prout diuinarum legum reuerentia popoſcerat, decreuiſſent: ſed & de obſeruatione Paſchæ antiquum canonem per quem nulla de reliquo varietas orıretur, Eccleſijs tradidiſſent, omnibus ritè diſpoſitis, Eccleſiarum pax, & fides in Orientis, atque Occidentis partibus vna atq; eadem ſeruabatur, ſed de his plura in libro ſequenti.

FINIS LIBRI TERTII.

QVARTVS LIBER NICAENI CONCILII DE IIS, QVAE CANONVM CONSTITVTIONEM SVBSECVTA SVNT.

EX GRÆCO VATICANO.

HÆc geſta ſunt in ſancto, magno, & generali Concilio, quod in Nicææ Bithyniæ congregatũ fuit. Euſebius autem, & Theognius & qui cum eis erant, Ariani non ferentes viucentem veræ fidei confirmationẽ, quin & Ario anathema dicère non patientes, iterumque cum ipſo deprehenſi exilio ceſſerunt, ſuffragio Deo dilectiſſimi regis, & indicio ſancti Epiſcoporum Concilij, alijs ſuper eorũ Parochias conſtitutis, decreto eiuſdem concilij, & vniuſcuiuſque Parochiæ, cleri ac populi. Et Amphion quidem accepit Eccleſiam Nicææ, & alij eiuſdem cum ipſo ſententiæ alias. Verum vtentes rurſus gentis artibus Euſebius & Theognius, & occaſionem fraudis inuenientes Regis humanitatem, càllidè agere iterum, & priorem poteſtatem recipere tentabant. Sed illorũ commenta; quæ omnia peſſima erant, & omnis impietatis plena diſcere volentes, ad Theodoretum, ac reliquos Eccleſia. hiſt. ſcriptores remiſerim. Ego autem hinc ſermonem meum conferam ad ea, quæ poſtea ſecuta ſunt; de quibus Epiſcoporum concilium miſit epiſtolam ad reliquos epiſcopos, & eorum Parochias: non ſolùm autem, verum etiam uictor ac fideliſſimus Rex ad conſtitutionem expoſitæ ſanctiſsimæ fidei, & ſanctæ feſtiuitatis Paſchatis: ad redarguutionem patronorum impietatis. Poſt hæc enim omnia magnificè conſpirante concilio & Deo conuenienter promulgata fide; cum omnia quæ ad rectam Eccleſiæ adminiſtrationem ſpectant, ſancti patres diſpoſuiſſent: omnia definita per literas indicare omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, ſanctis Dei eccleſijs, ſtuduerunt, ſubiungentes etiam, quæ ad Meletium pertinent.

DE NEFARIO MELETIO.

SIquidem autem Meletius quidam epiſcopatus ordine inſignitus, nõ multò ante inſaniã Arij, conuictus fuit ſub diuiniſsimo Petro Alexandrinorum epiſcopo, & qui martyrij corona fuit exornatus: depoſitus ipſe Meletius non obſeruauit depoſitionis ſententiam; ſed Thebaidem, & proximam Ægyptum tumultibus, & tempeſtate impleuit, aduerſus Alexandri epiſcopi præſidentiam tyrannidem vſurpans: Scripſit autem Concilij communitas Alexandrinorum Eccleſiæ, quæ de innouatione huius lege conſtituit.

SYNODICA EPISTOLA

ſcripta ſanctis Dei eccleſiis, per Alexandriã, Ægyptum, Pentapolim, & Libyam, & omnem terram, quæ ſub cœlo eſt, cleris etiam; & populis orthodoxæ fidei, ab Epiſcopis, ſancti Nicæni Concilii.

SAnctum & magnum concilium, ſanctæ, & magnæ Dei gratia Eccleſiæ Alexandrinorum, & dilectis fratribus, & cleris, ac populis orthodoxis, per Ægyptum, Pentapolim, & Lybiam, Epiſcopi Nicææ Concilium celebrãtes, ſalutem in Domino. Quandoquidèm diuina gratia, & Deo dilectiſsimo Imperatore Conſtantino ſuffragante omninò neceſſarium viſum eſt, ſacram ſynodum ad uos dare literas, vt intelligere poſsitis, cum quæ ibi in quæſtionem & diſquiſitionem uenere, tum quæ decreta, ſancitaque ſunt: Itaque ſcitote primo omnium inquiſitum eſſe in impietatẽ, & præuaricationem Arij, ſectatorumque eius: & in præſentia Dei amantiſsimi Imperatoris Conſtantini, conſentientibus omnium ſententiis placitum, ut anathemate impia eius opinio, & voces atque uerba blaſphema condemnarentur, quibus ille uerbum Dei blaſphemans uſus eſt: ex non extantibus illum eſſe dicens, & fuiſſe

Sic habet apud Socra. li. 1 c. 9. Theodor. lib. 1 c. 9. & Niceph. lib. 8. cap. 24.

fuiſſe aliquando, cùm non fuerit, & arbitrij libertate vitij, virtutiſque capacem eſſe filium Dei, creaturam eundem & facturam nominãs. Quæ omnia ſancta Synodus anathemati ſubiecit, ne audire quidem impiam opinionem, mentis uecordiam, blaſphemaque eius uerba ſuſtinens. Atque equidem res eius, quem conſecutæ ſint exitum, aut iam audiuiſtis, aut iam audietis: ne inſultare nos homini uideamur, qui peccati ſui condigna tulit præmia. Tantoperè autem eius inualuit impietas, vt ſimul cum eo peſſum ierint, Theonas Marmaricæ, & Secundus Ptolemaidis Epiſcopi. nam & hi factionis eius ſunt. Sed enim cum per gratiam Dei peruerſa illa opinione, impietate, & blaſphemia, nec non hominibus eis, qui ſeditionem atque diſceſſionem auſi ſunt concitare in populo antea pacato, Ægyptus ſit liberata: & temeritas Meletii, atque eorum qui ab eo ſunt in ſacrum ordinem cooptati, adhuc reliqua fuerit: quæ etiam ſuper hac re Synodus decreuerit, uobis fratres dilectiſſimi ſignificamus.

Conſtituit namque, vt Meletius (in quem illa quidem humanius affecta fuit, ſummo enim iure nullam merebatur ueniam) in ciuitate ſua maneat: poteſtatem autem nullam habeat, uel eligendi, uel manus imponendi: & ut neque in regione, neque in urbe alia, huius ſaltem rei gratia appareat, nudumque dignitatis nomen retineat: &, qui ab eo in ſacrum ordinem lecti ſunt, vt arcanioribus, ſacratioribusque ſuffragiis confirmati, ad communionem admittantur. Præterea, ut liceat eis quidem honorem, ſimul & functionem miniſterii obtinere: Secundum autem prorſus locum ab omnibus quinſcunque Parœciæ & Eccleſiæ exploratis, ac per reuerendiſſimum fratrem & collegam noſtrum Alexandrum lectis, atque deſignatis Epiſcopis ferant.

Cæterùm, ut nulla eis ſit facultas, quos uiſum ſit deſignandi, aut nomina eorum ſubijciendi, aut omninò faciendi quicquam, præter Catholicæ Eccleſiæ Epiſcoporum, qui ſub Alexandro ſunt, ſententiam. Qui uerò per gratiam Dei, & precationes ueſtras, in nulla diſſidii factione reperiantur, ſed integri, atque impolluti, in Catholica Eccleſia conſiſtant, eis poteſtas permiſſa eſt & deſignandi, & nomina dictandi eorum ſaltem, qui clero digni ſunt, & omnia prorſus faciendi legibus conſtitutionibusque Eccleſiaſticis. Quòd ſi quem eorum, qui Eccleſiæ præſunt, decedere contingat, tùm in defuncti locum, & honorem prouehi quiſquam ex recens cooptatis debet: ut modo idoneus ſit, & à populo eligatur, ita tamen, ut ad electionem eiuſmodi calculus, ſuffragium, & confirmatio Epiſcopi Alexandrini accedat. Atque hoc quidem omnibus alijs conceſſum eſt, in perſona autẽ Meletii, non idem conſtitutum, propter priorem inordinatum eius morem, celeritatemque, & præcipitantiam ſententiæ, & conſilij, ut ne qua ſit ipſi, uel poteſtas, uel authoritas, homini ſcilicet, qui rurſum temeritatem ordinis negligentem inducere poſſit. Hæc ſunt quæ præcipuè ad Aegyptum, & Eccleſiam Alexandrinam pertinent. ſi quid uerò præterea uel canonibus uel decretis eſt conſtitutum, reuerendiſſimus dominus, frater, & collega noſter Alexander, certius ad uos reuerſus perferet, quippè & author, & particeps actorum omnium. Lætum inſuper uobis afferimus nuncium, de ſanctiſſimi Paſchatis celebrandi conſenſu. Nam & hæc res precibus veſtris rectè conſtituta, atque ordinata eſt: fratreſque Orientales omnes, qui antea cum Iudæis fecerunt, ex hoc ipſo tempore, cum Romanis, & nobiſcum, omnibuſque adeò alijs, qui antiquitus nobiſcum Paſcha celebrarunt, id ſe concorditer acturos conſenſerunt. Gaudete igitur de rebus Eccleſiaſticis ordinatis, de pacis conſenſu, & concordia reſtituta, & de hæreſibus omnibus exciſis, atque maiore cum honore prolixioreque charitate ſuſcipite collegam quidem noſtrum, Epiſcopum autem ueſtrum Alexandrum; qui nos profectò præſentia ſua exhilarauit, plurimumque in hac ætate ſua, ut pax quoque apud uos eſſet, ſuſtinuit. Orate pro omnibus nobis, ut quæ à nobis rectè ſunt cõſtituta, firma, ſtabiliaque maneant per Deum omnipotentem, & per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cum ſancto ſpiritu, cui ſit gloria in ſæcula, Amen.

CIRCVLARIS EPISTOLA SCRIPTA AB EUSEBIO EPISCOPO CÆSAREÆ PALESTINÆ.

Eᴛ ſi uериſimile eſt, Fratres chariſſimi, ea quæ de fide Eccleſiaſtica in amplo & frequenti concilio Nicææ coacto tractata ſunt, ad uos antehac perlata eſſe, præſertim cùm fama ipſa accuratam rerum geſtarum narrationem ſua celeritate ſuperare ſoleat: tamen ne ueritas, ſi auditione ſola ea acceperitis, contra ac ſe habeat, uobis nuncietur, Primum eam fidei formulam, quæ à nobis Concilio propoſita eſt: deinde alteram, quam Epiſcopi ubi noſtris uerbis pauca adiecerãt, ediderunt, ad uos mittere neceſſe putauimus. Noſtra uerò formula, quæ tum coram Imperatore noſtro ſanctiſſimo, perlecta eſt, tum rectè ſe habere pro certo explorata, ad hunc modum ſe habet. Socr. lib. 1. c. 8.

FIDES A NOBIS EXPOSITA.

Sɪᴄᴠᴛ ab Epiſcopis, qui nos antegreſſi ſunt, accepimus, ſicut cũ fidei fundamẽta ĩ noſtris animis primum iacta eſſent, cumque lauacro baptiſmi, abluti eſſemus, audiuimus, ſicut à diuinis ſcripturis didicimus: & ſicut cùm fungeremur presbyterio, & cùm epiſcopatum obtineremus, credidimus, & docuimus; ſic etiam iam credentes noſtram fidem patefacimus, ea eſt talis,

Cre-

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inuiſibilium Creatorem, & in vnum Dominũ Ieſum Chriſtum, Dei verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam de vita, filium vnigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia ſæcula ex Deo Patre genitum, per quem etiam omnia facta ſunt, qui propter noſtram ſaluté incarnatus eſt, & inter homines verſatus; qui paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit ad patrem, & iterum venturus eſt, in gloria iudicare viuos & mortuos. Credimus etiam in vnum Spiritum ſanctum.

Et iſtorum quemque eſſe, & exiſtere credimus; patrem verè patrem eſſe, filium verè filium, & Spiritum ſanctum verè Spiritum ſanctum, ſicut Dominus noſter, cùm diſcipulos ſuos ad prædicandum mitteret, locutus eſt: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. De quibus confirmamus nos hoc animo eſſe, ſicque ſentire, & ſic etiam ſenſiſſe, & ad mortem vſque ſic ſenſuram eſſe, in hac perſeueraturos fide, anathemate impiæ cuique hæreſi denunciato. Atque de iſtis rebus omnibus nos ſyncerè ex animo ita ſenſiſſe, ex quo noſmetnoſcere poteramus, & iam etiam verè tum ſentire, tum dicere, Deum omnipotentem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum coram teſtamur; certaque demonſtratione oſtendere poſſumus, vobiſque ratione perſuadere, nos temporibus præteritis ita credidiſſe; & huic fidei à nobis expoſitæ congruentia prædicaſſe. Cùm hanc fidem expoſuiſſemus, nullus erat contradicendi locus. Quin etiam Imperator ipſe noſter ſanctiſſimus, hanc noſtrã fidem veritatem in ſe complecti primus omnium teſtificatus eſt, ſeque eodem animo eſſe conſtanter aſſeruit, præcepitque, vt omnes eidem aſſentirentur, decretis eiuſdem ſubſcriberent, congruerent cum eiſdem: dum modò una vox Conſubſtantialis uidelicet, adſcriberetur: quam quidem ille ipſe explicauit ad hunc modum. Conſubſtantiale de corporis affectionibus non poſſe intelligi: neque fidelium Dei vel diuiſione, vel defectione, vt ita dicam, ex patre ſubſiſtere. Nam nõ poſſe fieri, vt natura quæ materiæ expers eſt, quæ ſola intelligentia percipitur, quæ corpore uacat, corpoream ullam affectionem in ſe excipiat: ſed eiuſmodi res nos diuinis & arcanis verbis debere complecti. Sapiẽtiſſimus quidem & pius noſter Imperator de his iſto modo philoſophatus eſt. Epiſcopi autem propter hanc uocem Conſubſtantiale iſtam formulam ediderunt.

FIDEI FORMVLA IN Concilio edita.

CREDIMVS in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omniũ viſibilium, & inuiſibilium Creatorem, & in unum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, genitum ex patre, vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia patris: Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo vero genitum, non factum, conſubſtantialem patri, per qoẽ omnia facta ſunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtrã ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt: homo factus eſt, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit ad cœlos, venturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum.

Qui verò dicunt, quòd erat aliquando tempus, cùm non eſſet: & antequam genitus erat, non eſſet: vel quòd ex nihilo ortus eſt, vel quod ex altera ſubſtantia, ſubſiſtentiáue quàm ex patris genitus, vel quòd conuerti & mutari poteſt: iſtis Catholica & Apoſtolica Dei eccleſia anathema denunciat.

Cùm iſta formula ab illis præſcripta eſſet, illud, ex ſubſtantia patris eſſe, & illud; patri conſubſtantialem eſſe, quomodo eſſent intelligenda, ab eis diligenter quærere cœpimus. Vnde quæſtiones, & reſponſa nata ſunt, rationeque accuratè perueſtigatum, quæ illis verbis ſubiecta eſſet ſententia. Fatebantur illi ex ſubſtantia eſſe idem ſignificare, quod ex patre eſſe, non tamen partem patris eſſe. Nobis ſanè uidebatur pulchrum conſentire cum piæ illius doctrinæ ſententia, quæ docet filium ex patre eſſe, non tamen partem ſubſtantiæ illius eſſe. Quapropter huic ſententiæ etiam à nobis aſſenſum eſt: neque uocem Conſubſtantiale reiecimus: propterea quòd pax tanquam ſcopus ad intuendam ante oculos noſtros uerſabatur: & cautio erat à nobis adhibita: ne recta fidei ſententia excideremus. Pari ratione genitum, non factum approbauimus. Nam factum verbum cũ cæteris creaturis, quæ per filium factæ ſunt, commune eſſe dixerunt, nec filium earum ſimile quicquam habere: ac propterea eum non eſſe creaturam illarum ſimilem, quæ ab ipſo factæ ſunt, ſed præſtantioris eſſe ſubſtãtiæ, quã qua ulla creatura prædita ſit: quam quidem ex patre genitã eſse ſacræ literæ perdocent. quippè cũ modus eius generationis à nulla mortali natura vel verbis exprimi uel cogitatione comprehendi poſſit. Eodem modo etiam illud: filium patre Conſubſtantialem eſse, ratione & exquiſitum eſt, & probatum; non more corporeo debere intelligi, nec quicquam habere ſimile cum mortalibus animantib. Nam neque diuiſione ſubſtantiæ, neq; defectione, ſed nec affectione ulla, mutationéve paternæ eſsẽtiæ, & facultatis poſse conſtare. Ingenitã enim patris naturã ab his omnibus prorſus alienã eẽ, & hoc, patri conſubſtantialem eſse, nihil aliud oſtẽdere, quàm filium Dei ad reliquas creaturas nullam habere ſimilitudinem: ſed patri ſolum, qui eum genuit, omninò ſimilem eſse,

neque ex alia quàm patris ſubſiſtẽtia & eſſentia genitum. Quod quidem ſic expoſitum rectum videbatur aſſenſione approbare. Nam nonnullos veteres Epiſcopos ſcriptores, uiros ſanè diſertos, & illuſtres in patris & filij diuinitate explicanda hoc uerbo, Conſubſtantiali, vſos fuiſſe cognouimus. Sed de fide in Concilio Nicæno expoſita, diuulgataque hæc hactenus.

Cui quidem omnes ad vnũ aſſenſi ſumus, non temere, & inconſultò, ſed ſecundum ſentẽtias coram ipſo ſanctiſſimo Imperatore propoſitas, diſcuſſasque, & communi omnium conſenſu, propter cauſas, quæ ſupra commemoratæ ſunt, approbatas. Quin etiam anathematis formulam, quæ poſt fidem explanatam ab illis propoſita eſt, approbandam quoque putauimus: propterea quod uetet, ne quiſquã vocibus à ſcripturis abhorrentibus, (ex quibus in Eccleſias omnis ferè confuſio & diſcordia inuecta eſt) omninò utatur. Etenim cùm nulla ſcriptura diuinitus ĩſpirata, his uocibus vſa ſit: filium Dei ex nihilo ortum eſſe, & tempus fuiſſe aliquando, cùm non eſſet, & quæ ſequuntur in eadem ſententiam, minimè conſentaneum uidebatur, eas uel proferre, uel docere. Cui ſentẽtiæ tam præclarè decretæ, cõſtitutæque nos conſenſimus; quandoquidem nũquam ante hac eiuſmodi uerba uſurpare conſueuimus.

Iſta ad uos fratres chariſſimi, neceſſitate coacti miſimus, non ſolùm uti nobis decretum, quòd noſtram diſquiſitionem, & aſſenſionem ſecutum eſt, planum faceremus: uerum etiam, vt intelligeretis, quòd primò tum, ea, quæ aliter ab alijs ſcripta erant, animum noſtrum offendere videbantur, in una, eademque ſententia, (ſicut ratio poſtulabat) ad extremam uſque horam perſtitimus. Verùm poſtea facilè ſanè, & ſine ulla contentione, ea, quæ nullam habeãt offenſionẽ, tum demũ amplexati ſumus: cùm nobis uerborũ ſenſũ, & ſententiam æquis animis diſquirentibus, illa quæ expoſita erant conſentire uiderentur cum his, quæ in ſidei formula ante propoſita, à nobis cõceſſa & probata fuerant. Salutamus vos, & cũ ea, quæ apud uos eſt, fraternitate, ualere uos in Domino precamur, fratres chariſſimi.

EPISTOLA REGIS CONSTANTINI, ad Alexandrinos aduerſus Arium, & ad omnes orthodoxos.

Sic vertit Chriſtoforſonus lib. 1. hiſt. Ec. Socratis, cap. 6.

CONſtantinus Auguſtus Catholicæ Alexandrinorum, & omnium orthodoxorũ Eccleſiæ. Saluete plurimum fratres chariſſimi.

Permagnum certè, & ſingulare beneficium à diuina prouidẽtia in nos collatum eſt, quòd omni errore liberati, vnam eandemque fidem agnoſcamus. Non eſt profectò diaboli inſidijs contra nos intentatis de cętero quicquam loci relictum. Nam quicquid eſt per fraudem in nos molitus, illud funditus ſublatum eſt. Diſſenſiones autem animorum, ſchiſmata, tumultus illos, & lætalia diſcordiarum (ut ita dicam) venena, veritatis ſplẽdor (iuxta Chriſti monitum) penitus obruit, deleuitque. Vnũ igitur Deum omnes & nomine ueneramur, & eſſe credimus. Vt autem iſtud Dei admonitione, ad exitum perduceretur, magnam Epiſcoporum turbam ad urbem Nicænam accerſiui: quibuſcum ego (qui unus ex ueſtro numero ſum, quique eidem obſequio vna uobiſcum lubentiſſimè me ipſum totum addico) operã dedi, ut ueritas diligẽter inueſtigaretur. Proinde omnia, quæ aut controuerſiæ, aut diſſenſionis materiam præbere uidebantur, accuratè excuſſa & exagitata ſunt. Quanta & quam execrabilia probra, (ô bone Deus ſis nobis clemens, & miſericors) nonnulli in uenerandum noſtrum ſeruatorem, in ſpem & uitam noſtram ſcelleratè, nefarieque iecerunt, & ſcripturis diuinitus inſpiratis: fideique ſacroſanctæ contraria non modo impudenter effutiuerunt, ſed ſe ita credere palàm confeſſi ſunt? Nam cum amplius trecenti epiſcopi, viri propter animi modeſtiam, & ſolertiam admirabiles, unam eandemque fidem (quæ & veritate, & exquiſitis legis diuinæ teſtimoniis, uera fides eſſe confirmatur) conſtabiliuiſſent; ſolus Arius inuentus eſt, qui ui ac fraude diabolica uictus, ab ea penitus deſciuerit: quique impia animi impulſione incitatus, hanc erroris labem primum apud uos, deinde apud alios ſparſerit. Quocirca eam, quam omnipotens pater nobis tradidit doctrinam, amplexemur: ad fratres noſtros chariſſimos, à quibus nequam & impudens diaboli miniſter nos ſegregauit, redeamus: ad commune corpus Eccleſiæ, & ingenua noſtra membra toto pectore (vt dicitur) reuertamur. Iſtud enim ueſtræ prudentiæ, fidei & ſanctitati in primis conſentaneum eſt, ut errore illius, qui ſe hoſtem veritatis conſtituerit, penitus depulſo; ad Dei gratiam & uoluntatem nos denuò recipiatis. Nam quod trecentis Epiſcopis uiſum eſt, non eſt aliud putandum, quam Dei ſententia: præſertim, cùm in talium & tam præclarorum uirorum mentibus ſacer inſideret ſpiritus, qui illis diuinam uoluntatem aperuerit. Quapropter nemo ueſtrum hæſitet, nemo moram interponat, ſed omnes lubentibus animis ad uiam ueritatis redite, vt ſimulatque ipſe ad uos aduentauero, debitas gratias Deo, qui omnia luſtrat, vnà uobiſcum agam: quòd non modò fidem ſinceram nobis patefecerit, uerumetiam charitatem, quæ omnibus optanda erat, benignè largitus ſit. Deus uos fratres chariſſimi diu ſeruet incolumes.

Quod 300. Epiſcopis viſum eſt, non eſt aliud putãdum, quã Dei ſententia.

EPI-

EPISTOLA REGIS CONSTANtini, quam Nicæa miſit ijs, qui Concilio non interfuerunt, Epiſcopis.

Sic etiam legitur libr 8. hiſt. Eccl. Niceph. c. 25 & Socratis, vt ſupra, I Græco collocatur hac epiſtola poſt proximè ſequentem.

CONSTANTINVS AVGVSTVS Eccleſijs & Epiſcopis, qui à ſancto & magno Nicæno Concilio abſunt, ſalutem.

EXperientia edoctus per rerum publicarũ proſperitatem, quanta ſit dininæ poteſtatis gratia, illum mihi propoſitum eſſe debere finem iudicaui, vt à beatiſſimis Catholicæ eccleſiæ populis, fides una & ſyncera charitas, conſentienſq́; in Deum pietas ſeruetur. Sed enim, cùm aliter omninò fieri nõ poſſet, ut ordo ſtabilis & firmus conſtitueretur, niſi ſimul omnes, aut certè plures Epiſcopi conuenirent, & de re qualibet ad ſanctiſſimam religionem pertinente, dijudicarent: eius rei gratia, quàm fieri potuit plurimis coactis, me quoq; perindeatqne uno aliquo ex uobis (non enim negauerim, quo maximè lætor, conſernum me veſtrum eſſe) præſente, vſq; adeò omnia in debitam ſunt diſquiſitionem uocata, quouſque rerum omnium inſpectori Deo, placita ſententia, ad conſentientis vnitatis concordiam ſtabiliendam, in lucem eſt pertracta; ita ut nihil iã quod ad diſſenſionem, aut profeſſionis fidei ambiguitatem facere poſſet, ſit relictum. Vbi qnum de ſanctiſſimo etiam Paſchæ die, quæſtio eſſet exorta, ſententijs omninm decretum eſt conuenire, ut in eodem tempore ab omnibus ubique peragatur. Quid enim nobis eſſe poteſt uel pulchrius, vel grauius, quã ſi is dies feſtus, vnde ſpem immortalitatis percipimus, uno ordine, & celebri ritu, ab omnibus certò, & inuiolabiliter peragatur? Ac primum quidẽ indigna res fuit, ſanctiſſimnm illum diem imitatione, atque conſnetudine Iudæorum celebrare: qui manibus ſuis nefario flagitio contaminatis, non iniuria quoque animis ſunt excæcati, homines ſceſerati. Quidni enim liceat, gẽte ea reiecta, rectiore, uerioreque ordine, quem à primo paſſionis die hucuſqne ſeruauimus, ad futura qnoque ſæcula obſeruationis huius ritum tranſmittere? Itaque nihil uobis commune ſit, cum infectiſſima Iudæorum turba. Aliam ſiquidem à ſeruatore accepimus uiam. Propoſitus eſt ſacratiſſimæ religioni noſtræ ſuus curſus, & legitima, quæ illam deceat, regula: quam unanimi conſenſu complectentes, nos ipſos à fœda illa conſcientia, & ſocietate retrahamus, fratres reuerendiſſimi. Et profectò omnium abſurdiſſimum eſt, illos gloriando iactare, hiſce obſeruandis nos ſufficere non poſſe abſque illorum doctrina & præſcripto. Quidnam verò illi recte ſentire & ſapere poſſunt, qui poſt illam Domini cędem mentibus capti, non ratione aliqua, ſed impotẽti impetu, quocunq; eos inſitus impellit furor, ducũtur? Quam ob cauſam cum in hac quoq; parte verum non proſpiciant, ſed uti ſemper affectu vitioſo tranſuerſi rapiantur, potius quàm errorem corrigãt, eodem anno bis Paſcha peragũt. Qua igitur de cauſa eos ſequemur, qui graui errore ſe implicatos eſſe confitentur? Bis equidẽ eodem anno Paſcha celebrare, haud unquam ſuſtinuerimus. Atque etiam ſi hæc nobis non exponerentur, conueniret tamen uos pro mentis veſtræ ſagacitate, ſemper & ſtudere, & optare, ne cuiuſpiam ſimilitudine & exemplo puritatem animarum veſtrarum pollneritis, ne vel hominum modis omnibus malorum conſuetudinẽ imitari uideremini. Adhæc illud quoqne conſiderandum uenit, in re tanta, & tam ſolennibus religionis noſtræ ſerijs, diſſenſionem extare aliquam longè eſſe impijſsimum. Vnum namq, nobis libertatis, atque redẽptionis noſtræ diem, ſanctiſſimæ ſcilicet paſſionis ſuæ Saluator noſter dedit: Vnam eſſe Catholicam ſuam Eccleſiam uoluit; cuius tametſi partes in multis, uariiſq́; ſunt diſperſæ locis, uno tamen ſpiritu, hoc eſt, diuino arbitrio fouetur. Cõſideret ſanctitatis veſtræ ſolertia, quàm graue ſit, & indecorum, per eoſdem dies alios qnidem ieiunijs intentos eſſe, alios uerò conuiuijs uacare; & poſt Paſcha dies hos quidem feriari & cõquieſcere, illos autem ſtatis ieiunijs macerari. Quapropter hanc rem pro eo atque decet, corrigi, atque ad unum inſtitutum, formamque perduci, diuina uult prouidentia: quantum equidem extra omnem affectum poſitus perſpicio. Itaque cùm hoc ſic corrigere conueniat, ne quid nobis cum domini percuſſoribus ſit commune, & decens extet ordo, quem omnes Occidentalium, & Meridionalium, Septentrionaliumq́; habitabilis orbis partium eccleſiæ, & quibuſdam quoque in locis orientales obſeruant: Ea de cauſa in præſentia omnibus conuenire, atqne placere uiſũ eſt, ipſeq́ne adeò id ſolertiæ ueſtrę placiturum eſſe recepi; ut quod per urbem Romanam, Italiam, Aphricam omnẽ, Ægyptum, Hiſpanias, Gallias, Britannias, Libyam, cunctam Græciã, Aſianam atq; Ponticã ditionem, & Ciliciam, uno atq; conſentiente ſeruatur conſilio, id libenter quoque prudentia ueſtra ſuſcipiat: ſecũ ipſa perpendens, nõ modo ampliorem eſſe Eccleſiarum, in eis, quæ diximus locis, numerum, uerum etiam idem communiter omnes ſentire, & uelle, eſſe quàm ſanctiſſimum. Quin & ſtrictior ipſa, atque exactior ratio flagitare videtur, ne qua nobis ſit cum Iudæorum periurio communio. Et ut tandem ſummam rei breuiter dicam: communi omnium iudicio placuit, ſanctiſſimæ Paſchę ferias uno eodemque die peragi. Minimè namque decet, in re tam ſancta aliquam extare diſſenſionem. Et pulchrius eſt eam ſequi ſentẽtiam, in qua nulla ſit alieni erroris, & peccati cõtagio. Ac quũ ita ſe res habeat, libentibus animis cœleſte hoc & verè diuinum ſuſcipite præceptum. Quicquid enim in ſanctis Epiſcoporum agitur cõ-

Quicquid in Epiſcoporũ agitur conuẽtibus, ad diuinam refertur uoluntatẽ

uentibus, id ad diuinam refertur uoluntatem. Itaq; eis, quæ ſcripſimus omnibus dilectis fratribus noſtris ſignificatis, iam rationem hanc & obſeruationem ſanctiſſimi diei ſuſcipere, atque inſtituere debetis: ut quũ in pietatis ueſtrę (quod dudum mihi in uotis) cõſpectum uenero, uno eodemq; die ſanctas uobiſcũ ferias celebrare ualeã, & rebus omnibus una nobiſcũ ex animo delecter, feritatem diabolicam per vim diuinã operibus noſtris ſublatam, ueſtrámque ubiq; fidem, pacem, & concordiam uigentem cernens. Deus vos ſeruet fratres dilecti.

VICTOR, CONSTANTINVS, Maximus, Auguſtus, Epiſcopis & populis.

Sic etiam legitur apud Nicep. lib. 8. hiſt. Ec. c. 25. circa finem. & Socratem lib 1. c. 9. Et ponit in Græco noſtro ante proximè præcedentem epiſtolã.

QVVM malignos & impios Arius ſibi imitandos duxerit, par eſt, ut eãdem cũ illis, ferat ignominiam. Quemadmodũ igitur Porphyrius diuinæ pietatis hoſtis, iniquis de religione compoſitis libris, condignã reperit mercedem, per quam omnium futuris ſæculis probris obnoxius erit, plurimaq; obruetur infamia, atque inſuper impia eius abolita ſunt ſcripta: ita & nunc placitum nobis eſt, Arium & Arij ſuffragatores Porphyrianos quidem nominare; vt quorum imitati ſunt mores, eorum quoq; obtineant appellationes. Si quod autem ſcriptum ab Ario compoſitum reperiatur, ut igni id tradatur uolumus, vt non modo improba eius doctrina abrogetur, uerumetiã ne monumentum quidẽ aliquod eius relinquatur. Illud equidem prædictum uolo, ſi quis libellum aliquem ab Ario conſcriptum celare, nec continuò igni comburere deprehẽſus fuerit, ſupplicium ei mortis eſſe conſtitutum. Illico nanque in crimine tali comprehenſus pœnam ſuſtinebit capitalem. Deus vos ſeruet fratres dilecti.

Et alias autem epiſtolas rex aduerſus Ariũ, & cum ipſo ſentientes cùm magnificẽtius ſcripſiſſet, vbique per ſingulas ciuitates exhibuit. Hæc igitur abſentibus à Cõcilio per literas ſignificauit: eos autem qui conuenerant, ſermonibus atq; muneribus benignè tractauit. Cùm autem plura cubilia præparari iuſſiſſet, ſimul omnibus epulum dedit, inſigniores in eadem ſecum menſa excipiens, alios autem per alias menſas diſtribuens. Videns aũt aliquos oculis dextris carere, ac mutilatos eſſe, diſcensq; quẽadmodum pietatis in Chriſtum firmitas eius paſſionis cauſa fuerat, labia uulneribus admouens, eruere ſe inde per oſculum benedictionẽ credebat. Cùm autem finem accepiſſet conuiuium, alia rurſus ipſis attulit dona: & quidẽ ad principes gentibus præfectos literas dedit: exhortans per ſingulas ciuitates, virginibus & viduis, & iis, qui officio diuino ſunt cõſecrati, ſumptus annuos ſuppeditari, liberalitate magis quàm neceſſitate ipſos dimetiens: de quibus & Euſebius Pamphili diſſerens, in eum ferè loquitur modum. Sic denique ſanctos Epiſcopos cum maxima reuerentia interquieſcere faciens laudabilis prorſus, ac fideliſſimus Conſtantinus, pręcipienſque illos domum redire, omnes dimiſit. Ipſi verò cum lætitia multa redierũt. obtinebat autem apud omnes una in poſterum ſententia, apud ipſum Regem cõpoſita, coniunctis uelut in unum corpus iis, qui diu ſeparati fuerant. Rex igitur gaudens re feliciter geſta, iis qui Concilio non interfuerunt, Epiſcopis, uberem fructum per epiſtolas dabat: populis omnibus tam agros, quàm ciuitates inhabitantibus, pecuniarum effuſas largitiones fieri iubebat, hoc modo uiceſimũ ſui regni annum condecorans. Decimo quidẽ ſexto anno & ſex menſibus regni ſui, iuxta ueteres hiſtorias, ſanctum epiſcoporum conciliũ cõgregauit. Cùm autem uiceſimo anno Synodi conuentum diſſoluiſſent, in ſuas Parochias, ut relatum eſt, unumquemque dimiſit.

Lib. 3. de vita Conſtantini c. 20. & 21.

Ego autem, quæ in ipſa ſancta Synodo de Catholica & orthodoxa fide, de venerãda ſancti Paſchatis feſtiuitate, de diuini Eccleſiaſtici officii diatypoſibus, & de ipſius diſciplinæ canonibus iudicata & definita ſunt, cùm ad pleniſſimam eorum ſecuritatem, qui hoc ſcripto utentur, in hac Eccleſiaſtica hiſtoria, ut potui, ordine propoſuerim; hic ſermoni finem imponam. Reliqua prorſus laudabilis, atque fideliſſimi Regis pia pro fide ſtudia in tertio cõmentario relaturum me reputans, in gloriam omnium noſtrum Saluatoris Chriſti, & in Regis fideliſſimi maniſeſtiſſimam pietatis approbationem. Illud ſolum hic addere neceſſarium exiſtimaui, non extra rem eſſe arbitratus; ſed ualdè accommodatum; eorum ſcilicet Epiſcoporum nomina, qui ex communi omnium Epiſcoporum conſenſu in prouincias ubique terrarum miſſi ſunt: per quos quæ à Synodo fuerant iudicata, per ſynodicas epiſtulas, & laudatiſſimi Regis literas ad omnes ſãctas ſub cælo Dei eccleſias ſunt tranſmiſſa; in gloriam Dei Patris, & Filij eius, Ieſu Chriſti, Domini noſtri & ſancti Spiritus, Amen.

CATALOGVS SANCTORVM Epiſcoporum, per quos Nicæna, ſancta, & magna, generalis Synodus, ea quæ in ipſa per Spiritum ſanctum iudicata ſunt, omnibus ſuper terram Dei Eccleſiis tranſmiſit.

OSIVS Epiſcopus Cordubæ ſanctis Dei eccleſiis, quæ Romæ ſunt, & per Italiam, & Hiſpaniam totam, & quæ in reliquis ulterius gentibus, vſque ad Oceanum commorantur, cum iis qui cum ipſo erant, Romanis presbyteris Vitone, & Vincentio, cum Athanaſio tunc Archidiacono Eccleſiis per totam Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, & his finitima uſq; ad Indiæ prouincias.

Alexãder Alexandriæ.

Macarius Hieroſolymorum cum Euſebio Pamphili Epiſcopo Cæſareæ Palæſtinæ, Eccleſiis

clesiis

deſuper Paleſtinam, Arabiam, & Phœniciam.

Euſtathius magnæ Antiochiæ, Eccleſijs per Cœleſyriam, Meſopotamiam totam, & utramque Ciliciam.

Ioannes Perſidis, Eccleſijs per totam Perſiã, & magnam Indiam.

Leontius Cæſareæ Cappadociæ, Eccleſiæ Domini ornamentum, Eccleſiis per eandem Cappadociam, & Galatiam, Pontum, Dioſpontum, Paphlagoniam, Pontum Palemoniacum, Armeniam paruam & magnam.

Theonas Cyzici, Eccleſiis per Aſiam, & Helleſpontum, & Lydiam, & Cariam, cum Epiſcopis, qui cum ipſo erant, Eutychio Smyrnæ, & Marino Troadis.

Alexander. Theſſalonicæ cum iis, qui ei annumerantur, Eccleſijs per Macedoniam primam, & ſecundam, cum tota Græcia, & per totam Europam (Thraciam intellige) Scythiã vtramque; omnibus Eccleſijs per Illyricum Theſſaliam & Achaiam.

Nunechius Laodiceæ, Eccleſiis per Phrygiam primam & ſecundam.

Protogenes Admirabilis, Sardicæ ciuitatis, Eccleſiis per Daciam, Calabriam, & Dardaniã, & earum confinia, (in Calabria licet ſuſpicari errorem codicis.)

Cæcilianus Carthaginis ciuitatis, ſanctis Dei Eccleſiis per prouincias Africæ, Numidiæ, atque Mauritaniæ utriuſque.

Piſtus Marcianopolis, Eccleſiis per Myſiã, Athenarum & Gallorum gentes, & eis proximas ciuitates (ſupra ubi nos catalogum ex tomis Cõciliorum propoſuimus, duo ſunt Piſti, Alter Athenarum, alter Marcianopolis, & Nicaſius ex Gallia.

Alexander Conſtantinopolis tunc adhuc presbyter, poſtea uerò Eccleſiæ illius ſacerdotiũ Epiſcopale ſortitus, cum Paulo tunc adhuc lectore, atque ipſius notario, Eccleſiis omnium Cycladum Inſularum.

Hi omnes ſancti atque Apoſtolici viri omnibus ſub cœlo ſanctis Dei Eccleſiis: quæ in Nicæna, ſancta magna, & generali ſynodo iudicata ſunt, tranſmittentes, vbique tradiderũt, vt paulo ante oratio demonſtrauit.

Abſolutus eſt liber ſecundus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Hactenus ex Græco Vaticano; ſed operæ precium erit hic addere, quæ ſequuntur.

MIRACVLVM POST MORTEM ſuã Concilio ſubſcribentium, ex Niceph. lib. 8. hiſt. Eccl. c. 23.

Cæterum & in ſubſcriptione ſancti ſymboli inſigne accidit miraculũ, id non intempeſtiuum fuerit commemorare. Priuſquàm acta Synodi perficerentur, euenit, ut duo Epiſcopi è uita ante deceſſerint, quàm profeſſionis fidei ſcripto annotationem, ſubſcriptionemque ſuam appoſuiſſẽt. At reliqua Patrum turba ad communem ſepulturæ, & dormitionis locum veneræ, & monumento illorum aſſiſtentes, ſcriptumque in manibus habentes, tanquam ad uiuentes, & audientes: Bonum certamen dixerunt diui patres nobiſcum decertaſtis: curſum peregiſtis, fidem ſeruaſtis. Si igitur obuenero debere id cenſetis, quod à nobis eſt actum: quoniam nunc nullo poſito obſtaculo Trinitatis ſplendore illuſtrati, clarius id perſpicitis, peropus eſt uos nobiſcum libello ſubſcribere. Hæc illi dixere, & libellum obſignatum ad tumulum depoſuere, noctemque totam inſomnem egere. Poſtridiè ad eum locum rediere, ſigna inuiolata inuenere, & libello explicato ſubſcriptiones illorum reliquis inſertas cognouere, tecentes adhuc in hæc verba conceptas: Chryſantus & Muſonius, qui cum patribus omnibus in ſancta prima œcumenica Nicæna Synodo conſenſimus, quamuis corpore tranſlati, manu tamẽ propria nos quoque libello ſubſcripſimus.

EPISTOLA A SYNODO NICÆNA directa Syluestro Papæ primo, ex primo Tomo Conciliorum.

Has duas Epiſt. vt patet, corruptas, ex vetuſto Colonienſi Codice primus edidit Surius.

Beatissimo Papæ urbis Romæ cũ oĩ reuerẽtia colẽdo Syluestro, Oſius Epiſcopus prouinciæ Hiſpaniæ, ciuitatis Cordubenſis, & Macarius Epiſcopus Eccleſiæ Hieroſolomitanæ, & Victor & Vincentius presbyteri urbis Romæ ordinati ex directione tua. Quoniam omnia corroborata de diuinis myſteriis Eccleſiaſticæ utilitatis, quæ ad robur pertinent ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ ad ſedem tuam Romanam explanata, & de Græco redacta ſcribere cõfitemur: Nunc itaque ad ueſtræ ſedis argumentum accurrimus, roborari.

Itaque cenſeat neſtra Apoſtolica doctrina Epiſcopos totius ueſtræ Apoſtolicæ urbis in vnũ conuenire, ueſtrumq; habere concilium, ſicut docet myſtica ueritas, ut firmetur, noſtra ſanctimonia, gradusque fixos, uel textus ordinationis tuæ ſanctimoniæ noſtra poſſit habere regula, quoniam decet numerum dictorum tuorum Coepiſcoporum à te diſcere gradus uel ordines conſtituere urbis. Quicquid autem conſtituimus in concilio Nicæno, precamur ueſtri oris conſortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro uniuerſo Concilio. Data 8. Kalendas Iulias accepta 13. Kalendas Nouembris, Paulino & Iuliano ſummis conſulibus.

RESCRIPTVM SYLVESTRI EPIſcopi ad Synodum Nicænam.

Sylvester Eps ſedis Apoſtolicæ, & S. Eccleſiæ Catholicæ, reuerendæ religionis urbis Romæ Fratribus & Coepiſcopis, qui in Nicænum Concilium conuenerunt, in Domino ſalutem. Gaudeo promptam uos benignitatem ſeruare. Nam & confirmo, ſigoque ad doctrinæ ueſtræ reclamantes de myſterio, uel

vel unitate Trinitatis, chriſmatis uos ſecundū dicta, & doctrinam Euangelicam, ſanctam accepiſſe gratiam: de quo examinationis probo veritate fuiſſe, & eſſe māſura, quæ in veſtrum, noſtrumque manauére myſterium, meum chirographum & diſcipulorum meorum offero ī veſtro ſancto Concilio, quicquid conſtituiſtis, vnà pacem dare conſenſum. Atq; in gremio veſtræ Synodi parua propter diſciplinam Eccleſiæ alligabo præcepta: propter Victorinum, q arbitrio ſuo, quicquid uellet, affirmabat, & Cyclos Paſchæ pronunciabat fallaces, & cum Epiſcopis totius urbis Italiæ examinatam, uniuerſitas veſtri ſancti Concilij dignetur accipere veritatem. Et alia manu: Oret pro nobis beatitudo veſtri ſancti concilij, trecentorum, decē, & octo, vt charitatis, quæ nobis data eſt, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur augmentum. Data quinto Kalendas Nouembris, accepta quarta Idus Februarij. Conſtantino ſepties, & Conſtantio Cæſare quarto conſulibus.

Tomo 4. Surii.

EX ORATIONE GREGORII presbyteri Cæſareæ Cappadociæ de ſanctis. 318. Patribus Nicænæ Synodi.

SANCTISSIMI aūt Patres, cùm optimū Imperatorem gratiarum actionibus, & benedictionibus eſſent remunerati, per quas & pacis amplificationē, & imperij confirmationē, & inimicorū ſubiectionem petit cœtus Epiſcoporū; ipſi Nicæa ſoluētes hoſpitalitatis munificentiā precibus ſuſtentarunt, & roborarūt. Hoc aūt teſtatur id, quod ſtatim ea de cauſa factum eſt ſignū. Nā cùm poſtridiè eſſent precaturi Saluatorem uniuerſorum pro ſuo in domū reditu, & pro ea, quæ illos excepit, ciuitate: accidit, vt in eo, qui dicitur μεσόμφαλος, id eſt, medius umbilicus, ingreſſus orientalis ſcaturirent fontes, circa medium Apſidis, circa quod conſtiterat ſanctorum chorus. Quæ quidē in hodiernum uſque diem apparens oſtendit orationum fructuoſos effectus. Et nunc apud eos omnes celebratur, & nominatur Nicæa, apud quos ſanctorum horum 318. Patrum honorata eſt Synodus. Quantum autem illi pro ea laborauerint, & quantam eius curam geſſerint, conijcere licet ex ea re admirabili, quæ noſtra ætate facta eſt.

Fontes p miraculū ſcaturiūt Nicæa.

Nam cum ingrati fuiſſent Aſſyrij, & per quā eis parta eſt ſalus, Romanorum Imperium depopulati eſſent, & uexaſſent, & omnia. (Quid enim aliud dicendū eſt) barbarica conſumerēt inſolentia, permanſit intacta à Babylonica oī contumelia, ut quæ nec igne, nec gladio, virorum, aut mulierum, aut infantium ſenſerit captiuitatem, cùm eam ſæpè clanculum, & apertè adorti eſſent. Dicitur autem ſuperbum quoque quendam ex eius exercitu tribunum militum, impudenter audax ceptum eſſe aggreſſū, ſæpè ut Magiæ illic execranda faceret piacula: nocturna autem viſione, & diurnis, quæ illi ſoli apparebant, terroribus incuſſum eſſe timorē, ne acerbè periret, adeò ut mutatus ſceleratus templum illud, uel potiùs templi habitatorem Chriſtum verum Deum noſtrum honoraret, & lucernis accenſis placaret: & ex eo tempore omnem Babylonicum exercitum à ſancto tēplo arcuiſſe, & hoſpitalem manſuetudinem, & barbaricæ ferociæ minimè reſpondentem iis, qui in ipſa uitam agunt, oſtendiſſe. Quæ et iam externis multis ſalutem peperit; ſi quis enim ab eis captus eſſet, modò ſe Nicænum iactaſſet per ſimulationem, quodcunque ſibi ab eis impendebat, propulſauit periculum.

Nicæam expugnare non poſſunt Aſſyrii.

Luminaria iam olim in templis accenſa.

Hæ ſunt gratiæ hoſpitalitatis in patres, quę etiam poſſunt futuris ſæculis efficere, ut ab eis Nicææ cura geratur. Illi aūt non ſecus ac limpidi fluuij ex uno Nicææ fonte diuiſi, ad ſuū quiſque gregē peruenerunt, fructum referētes beatæ peregrinationis, ſalutare mundi ſymbolū. Et cùm ueneranda ſenectute, & in uitæ ex uirtute profectu ſuæ Parœcię illuſtraſſent curriculum, beatam ſortem ſunt conſecuti. Benignus autem & clemens Deus, ſeruorumq; ſuorum amator benificus, qui eos glorificat, qui ipſum glorificant, cum eorum animas dignas cenſuiſſet, ut fruerentur delicijs in cœlo repoſitis, non ſine munere, ac pręmio dimiſit eorū caſtiſſima corpora; ſed miraculo, quod eſt præter opinionem, per hæc quoque ſuos honorauit miniſtros. Communem enim mortem tanquam naturalem ſomnum eis induxit. Vnde q̄ hos Patres ſuſcepére corpora, manſerunt in vniuſcuiuſque Parœciis minimè diſſoluta. Horum autem fortaſsè ſunt multi quoque alii teſtes, qui in locis uiderunt, id quod dicitur, & qui ſanctos ipſos veluti quodam ſomno tenerentur, cùm aliquando eorum aperirentur loculi, in eis ſunt complexi. Quinetiam ſumus quoque nos huius non falſi teſtes ſpectaculi. Angelis enim paris Leontij Cæſareenſium eccleſiæ ſanctiſſimi præſulis (cuius multi quidē etiam antequam uenirent in Nicænam Synodum, emanarunt ſudores propter fidem, multi autem per ipſum Martyres, & uictores athletæ, proſtrauerunt aduerſarium, multiq; uſi eius uitæ doctrina, ciues euaſére cœleſtes; ex iis unus quoque eſt Gregorius, magnus inter uictores athletas, qui inuenit reliquias ſanctorū martyrum Ripſimes & Gaſanæ, & impudicum Teridatem, prius quidem euertit, deinde antē ad fidem deduxit) huius, inquam, precioſas reliquias complures nobiſcum uidere, quæ neq; pilos abiecerant, neque ungues amiſerant; erant autem plenæ omni unguentorum fragrātia. Neque uerò ſit aliquis, qui his fidem non eſſe habendam exiſtimet. Sunt enim hęc, & his maiora dona gratiæ, ad honorem fidelium, ad laudem Eccleſiarum, ad gloriam Chriſti Dei noſtri; cum quo Patri gloria, & uiuifico ſpiritui, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

1. Reg. 2.

Nota res miras.

EX

EX ORATIONE HISTORICA Simeonis Memphraſtis, de ijs, quæ Nicææ geſta ſunt à Synodo propter Arij depoſitionem.

Oſius Cordubenſis & Spiridion.

Tomo 4. Surij.

HI ergo duo viri longè beatiſſimi, & aliorũ Pontificũ cõgregatus cœtus, Arium, & eos, qui cum ipſo ſentiebant, cõdemnarunt impietatis, & pronunciarunt, filium eſſe patri Conſubſtantialem, eaſdem vno ore ferentes ſententias. Quidam autem octodecim numero viſi ſunt declinare ad furorem Arij. Sed illis exilio Regia ſententia decreto, in impietate ſex ſoli permanſerunt, cùm alij præ ſe tuliſſent recantare, & ad ſenſum pietatis, & ſi non purè & ſyncere, ſed mente ſubdola concurriſſent. Quorum fuit princeps Euſebius Nicomediæ Epiſcopus. Hinc quæ erant vbique Eccleſiæ à multis tumultibus & ſeditionibus reſpirarunt ad pacem. Et Oſius quidem Cordubæ Epiſcopus ſimul cum ijs, qui eum ſequebantur, ferẽs acta Synodica procurauit pacem Occidentalibus. Ijs autem qui erant in Aegypto, & Lybia acer Athanaſius. Alexander verò etſi vergebat ad ſenectutẽ, (erat enim ſeptuagenarius) ijs tamen, qui erant in Thracia & Illyrico, cõcordiæ & pacis Eccleſiarum ferendi fauſti nuncij laborẽ ſuſtinuit, vnà habens ſecũ in eo itinere Paulum, qui tũc tenebat gradum lectorũ, & ſubſcriptorũ Cõſtantinopolitanæ Eccleſiæ, qui etiam in Synodo annum agens 12. verſabatur cum Alexandro.

Alexãder Conſtantinopolitanus Epſ multis locis Arianiſmũ extirpat.

Sed hæc quidem paulò pòſt: prius autẽ venit ad videndum ſanctiſſimũ Metrophanem, qui cùm eum lætitia affeciſſet, propter bonũ nuncium, & propter ſuum aduentum, nõ autẽ propterea quòd eſſet peregrinaturus, profectus eſt ad obeundum munus ſibi creditum. Peruadẽtes verò Thraciam, & Macedoniam, & Achaiam omnem & Græciam, & terrã continentẽ, ne Inſulas quidẽ neglexerunt, ſed etiã nauigantes, radicitus omnem euulſerunt zizaniã: Euangelicæ autẽ doctrinæ, & ſynodicarũ prædicationum generoſam ſementẽ diſſeminarunt. Cum Synodus autem accepiſſet finẽ tribus annis cũ dimidio (cœpit enim decimo quinto Aprilis, finita eſt autẽ, cum triennium rurſus perueniſſet ad Aprilem, & excurriſſet vſque ad Septembrem. Sic enim ſapiẽs adnotauit Alexander, qui ſcripſit acta Synodi.)

Stans Imperator in medio chori Pontificum, petijt ab eis vnam ſibi dari gratiam. Illi autem promptè & alacri animo annuerunt.

Gratia autẽ hæc erat, vt ipſi vnà ſecũ ingrederentur, vt viderent Pontificem, quẽ eſſe ſuũ patrem cõfeſſus eſt Imperator, & vt ciuitatis, quam ipſe erexerat, eorum præſentia, & precibus eius nomine qui cõdidit, fierent Encęnia. Cùm autem inuiſerent Põtifices Metrophanẽ perſpicaciſſimũ die quodã Dominico, & vnà adeſſet Imperator, & alij habiti sũt ſermones, & video, inquit, excipiens Imperator, ô patrũ mihi maximè venerãde, te & ſenio, & morbo laborare: rogo ergo te, vt dicas, & nobis oſtẽdas eum, qui poſt te eſt gregi præfuturus. Ille autem læto vultu dicit ad regem: Perſuaſum habeo in Domino, ſanctiſſimũ Spiritum nũc per tuam linguam eſſe locutum. Mihi autem de eo cogitanti ſeptem ante diebus manifeſtauit Dominus, & me poſt decẽ dies è vita emigraturum, & quiſnam ſit ſacram dignitatẽ ſuſcepturus. Is eſt autem meus cõpresbyter Alexander, qui verè eſt dignus electione, & ſancti Spiritus prædictione, pręterea autem eũ quoque, vtpotè puer, Lector Paulus ſequetur.

Metrophanes ꝓdicit, qui ſint ipſi ſucceſſuri.

Cùm autẽ reſpexiſſet etiam ad diuinũ Alexandrum Pontificẽ Alexãdriæ: & tu quoque, inquit, ô frater, egregiũ relinques ſucceſſorẽ. Et manu accipiens Archidiaconũ Athanaſiũ: Ecce, inquit, ſtrenuus Chriſti miles. Is tu ſequetur, qui non ſolùm vnà cũ Alexandro fratre meo decertauit aduerſus impietatem Arij, ſed adhuc cũ eo multa & magna ſuſcipiet certamina. Non ſolùm autẽ eum manent ſecũda, ſed etiã cum forti & ſtrenuo Paulo ſuſtinebit tertia. Hæc dixit, & tãquam ſpiritu excitatus, cum Epiſcopis deſcendit in Eccleſiam, & cùm poſt Euãgelij lectionẽ breui ſermone eſſet populum allocutus, & eum inſtituiſſet, etiam nõ pręſentem presbyterum Alexandrum renunciat Pontificem, & Throni ſucceſſorẽ. Populus verò vnà voce cũ ipſo Imperatore aliquot horas clamauit: dignus. Deinde pallium deponit in ſacra menſa, id iubens ſeruari ſucceſſori. Venturum autem ipſum prædixit propediem poſt diem ſeptimũ ſuæ ad Chriſtum reſolutionis. Fiunt ergo omnia, vt prius dixi & vt mandauit. Quieuit autem cùm eſſet centũ, & 17. annos natus. Quarto menſe Iunij.

Nota de Athanaſio.

Conſtantia autẽ ſoror pij Conſtantini, quę fuerat vxor impij Licinij, A fratre, inquit, vnã hãc poſtremam peto gratiã, vt ab exilio reuocetur Arius, in quem iniuſtè ſtructæ ſunt inſidiæ: Sentit enim cũ Synodo. Erat enim apud eam quidã Presbyter ſtudioſus Arianę Hęreſis: qui cùm ſe priùs inſinuaſset in familiaritatẽ Eunuchorũ Conſtantię, per ipſos quoque ad eã peruenit, verborumq; illecebris, & blanditijs ei perſuaſit ꝙ per inuidiã expulſus fuerit Arius, & ꝙ rectum dogma teneat Eccleſię. Quæ cum Imperatori dixiſset, eum cõmouit, & ſtatim ſcribit, vt Arius redeat ab exilio. Eũ quoque fratri commendat presbyterum, qui non minus erat hęreſis presbyter, quàm aſsẽtationis. Qui moribus & verbis aptis ad ſe inſinuandũ, haud ita poſt cõueniendi pium imperatorẽ cõſequitur libertatẽ, & verba mouet de Ario, quę ipſum faciebant orthodoxum.

Socr. 1. c. 25. & alij. Cõſtantia ſoror Cõſtãtini efficit, vt reuocetur ab exilio Arius.

Rex autem, ſi Arius, inquit, id ſentit, quod Synodus, ego eum & lubenter videbo, & cum honore in Alexandrina conſtituam Eccleſia. Hæc autem dixit, & ipſis literis ad ſe accerſijt.

Atque Arius quidem venit Cõſtantinopolim ſimul cum Euzoio, qui fuerat depoſitus, eosq;

Arij fallacia & periurium.

eoſq; benignè excipit Imperator, rogansque quidnam ſentirent: audit eos dicentes, ſe non aliud ſentire, q̄ expoſuiſſent 318. ſācti Patres. Quinetiam miſeri fictæ cōfeſſioni adiunxere iuſiurādū. Imperator autē iubet eos in ſcripta referre, quod ſentiāt. Illi verò prompto & alacri animo falſa ſcribunt. Dicebāt enim in ſcriptis, ſe, & eos qui erāt cū ipſis, credere ea, quæ lingua cōfingebāt. Motus eſt ergo Imperator, propterea quòd cōfeſſi ſunt pietatē. Statimq; ipſum & eos, qui cum ipſo erant, cum honore mittit Alexandriam. Alexandriæ autem Pōtifex Alexander, cum eo cōſpirante Athanaſio, nullum minimè ſuſcipit. Et hæreſim rurſus Arius aperiebat, & Aegyptum perturbabat.

Rurſus periurat Arius.

Imperator verò accerſit Arium, & rogat an perſeueret in ijs, quæ corā eſſet cōfeſſus. Is autē rurſus prōptè aſſeuerauit, ſe in ijs perſeuerare, & verbis addidit iuſiurandū. Erant autē hæc omnia verè ſcenica atque adeò ijs, quę in ſcena aguntur, magis ficta. Aiunt verò, q̄ cùm abſconditè librū deſcripſiſſet Arius, & eū ferret ſub axilla, impudēter loquebatur impietatē, & ſic ſe iurabat ſentire, pietatis chartam in apertū proferēs, ſic vt etiā ſubſcripſerit. Cùm autē res Arij ſic eſſent dubię ac ſuſpēſę, Imperator breui pòſt tēpore mortalē vitā cōmutat immortali, cùm triginta & vnū annū regnaſſet, vitā autē trāſegiſſet, 60. & quinq; annorū. Moriens verò apud presbyterū hæreſis deponit teſtamentū, iubens, vt id traderet filio Cōſtāti, quē etiā teſtamēto ſcripſit paternę hæreditatis, & imperij ſucceſſorem, & imperatorē.

Perfidia Pſeudopresbyteri.

Presbyter autē, qui & in Deū & in homines erat infidelis, dat clācnlū teſtamētū Cōſtātio, ſimul viſus proditor & patris, & teſtamēti, & filij hæreditatis. In proditione autē concurrerunt & Euſebius impius præpoſitus, & quidā alij impietatis, naturæq; Androgynæ ſodales.

Cæterùm prodit quidē Conſtantio ea, quæ illius fidei credita fuerant. Eius autē in homines infidelitatis à Cōſtantio hāc petit mercedē, vt rectā ſuam prodat fidē. Familiarē verò & ſociū ſibi aſciſcit Euſebiū Nicomedienſem: ij verò machinantur, ne Alexandria audiatur Arius, ſed Cōſtantinopoli, exiſtimātes ſe facilè ſuperaturos. Athanaſium, qui nō aderat, ſimul etiā ſecū Imperatoris ferētes authoritatē.

Cùm autem cū Alexandro Cōſtantinopolitano Epiſcopo multa locuti eſſent de cōuentione, quæ pietatis dogmata eradebat, poſtquā non perſuaſerunt, proferunt ei mandatū Regiū, vt aut cū eo, quod ſentit, Arium ſuſcipiat, aut ſede cedat; aut ſi neutrum elegerit, ſciat ſe mitti in exiliū. Perſuaſerunt etiam Cōſtantio verè mancipio, vt accerſito Alexandro eadem diceret, & minaretur, vt ei, qui propter maleuolentiā, non autem pietatē, Ario eſſet infenſus. Ille verò Chriſti virtute, inculpatáq; vita, & conſcientia fretus, reſpōdet Imperatori; veráne ſint ea, quorum inſimulor, dies deinceps oſtendet. Ego autem eū, qui tantæ eſt cōuictus impietatis, & condēnatus à tot Pontificibus, non poſſum in venerandorum ſanctorum ſuſcipere communionē. Conſtantius verò; Vide, inquit, ô Epiſcope (congregatur enim Concilium Epiſcoporū) ne eum inuitus ſuſcipias.

Sic Socr. Theodor. Sozom.

Precibus ſuis Alexander interficit Arium.

Poſt quæ ſurgens exijt Pontifex, & cū ad Dei acceſſiſſet Eccleſiam, cū ſuſpirijs, & lachrymis ad Deum clamauit, ne propter Arij irreptionem permittat gregē ſuum diſſipari. Totaq; nocte ſub altari à Pōtifice peracta fuerat precatio. Euſebius autem, vt qui impietatis eſſet amator vehemens, accedit ad Arium cū caterua hæretica, & iubet procedere ad Synodum, quæ ei vel inuito Alexandro redderet iniuſtè ablatam ſacerdotij dignitatem. Erat itaque in ciuitate tumultus & perturbatio propter ea, quæ mouebantur, alijs quidē Ario fauētibus, alijs verò proditionem pietatis non ferētibus. Congregatus itaque erat cœtus in Eccleſia, & vna cum iis, qui erant eiuſdē ſententiæ, procedens Arius, cùm ex equo deſcendiſſet, quaſdā publicas ingreditur latrinas, quę cōſtructę fuerant poſt forum Conſtātini. Et cum egereret cum ſtercoribus quidem inteſtina, cū inteſtinis autem animā quoque miſer ſimul abiicit.

Horrenda Arij mors.

Cùm autem moraretur diutiùs, & quod factū fuerat, tegeret ignoratio, fama eſt properè inſiluiſſe Euſebium, & diuturnam quidē morā ei exprobraſſe, exprobraſſe verò illius in eos contumeliam. Quòd enim neque loquatur, & tātoperè moretur, id arguit, eos ab ipſo haberi loco ſeruorum. Is autē magis eò quòd mutus eſſet, quàm q̄ diu moraretur, eos latuit pudore afficiens. Sed mutatus Euſebius iubet eum bono & fidenti animo ſurgere. eum enim expectari ab vniuerſa Synodo ad declarandam eius innocentiam. Is autem extremum ſilebat ſilentium, vixque infœlix animaduertit Euſebius, eum cui ſtudebat, eſſe mortuum.

Soluitur ergo Synodus, & qui Alexandrum cōdemnabant exilio, impiis abiectis calculis, videntes hæreſis ſuæ ducem deſcēdiſſe ad inferos, magno luctu tenebātur. Cum autē propter plagā diuinitus illatā aliquantiſper erubuiſſent, rurſus in ſua coibant conciliabula, & Dei irā in Arium oſtenſam, ad cōmunē mortem referre contendebant. Atqui etiā ſi mors cōmunis ei illata eo tempore, quando eū ſtudebāt inducere in Eccleſiam, mutata ſit in nouam mortem, & illatam diuinitùs, Cōſtantio tamen mancipio perſuaſerunt, quod debitum naturæ reddiderit Arius, non autem ira diuina pœnas luerit. Sed ille quidem miſer precibus Alexandri ſic vita exceſſit mirabiliter. Diuinus autem Alexander paulò poſt ſanctè, & vt ſanctum decuit, pro terrenis cœleſtia ſortitus eſt tabernacula. Cùm viginti quidē & tres annos in epiſcopatu tranſegiſſet, vixiſſet autem nonaginta & octo annos, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria, & potentia, in ſæcula ſæculorum, Amen.

CONCILII NICÆNI, IN QVAtuor libros diſtincti, finis.

VISVM

VISVM EST APPONERE EOSDEM NICÆNOS CANONES EX ARABICO, à Franciſco Turriano paullo luculentius interpretatos, & erudita præfatione ac ſcholijs illuſtratos, addicamentum, licet non neceſſarium, vtile tamen, Lector agnoſces.

FRANCISCI TVRRIANI SOCIETATIS IESV

PROOEMIVM IN CANONES MAGNAE SYNODI NICAENAE.

FVISSE alios Canones in magna Synodo Nicæna editos præter xx. qui adhuc Græcè extant, quia Madeburgenſes in Centuria 4.c.9. de Synodis, negant, cæteris teſtimonijs, quæ ſunt infinita, prætermiſſis, ſatis Africani Epiſcopi teſtantur: illi enim niſi hoc certum, & exploratè cognitum habuiſſent, nunquam ſic ad Bonifacium Pontificem ſcripſiſſent, quia in nullo Codice Græco eos reperire poſſent, deſiderare ſe vehementer, vt ex Eccleſijs Orientis opera & ſtudio ipſius Bonifacij ſibi mitterentur. de reliquis canonibus loquebantur; xx. enim iam habebant à Cyrillo Alexandrino, & Attico Conſt. miſſos, & in Conc. Carth. vi. recitatos. cur autem xx. illi vbique ferè & omni tempore ſeruati fuerint, reliqui verò minus, non poteſt alia eſſe cauſa, niſi ſæpiſſimè deſcriptos fuiſſe, ob maiorem eorum in Eccleſijs vſum, & neceſſitatem, quàm reliquorum: quod facilè intelligi poteſt, ſiquis omnes eos inter ſe conferat. De numero autem teſtatur Athanaſius in epiſt. ad Marcum pont. fuiſſe 80. qui poſtea conſilio patrum Conc. Nic. in 70. ſententias redacti fuerint. quod quidem ita facile fuit, vt 70. ſententias, quas Zepherinus ſcribit in epiſt. 1. à ſanctis Apoſtolis conſtitutas eſſe, in 85. Canones Apoſtolorũ diſtribuere. Fuiſſe verò Nicænos Canones è Græco in Arabicum trãſlatos, quia teſtes habere non poſſumus, tota res ad coniecturas, & ſigna, quibus veritas illuſtrari ſolet, traducenda eſt. Coniecturæ autem capiendæ ſunt à cauſis, à temporibus, à locis, à perſonis, à Canonibus ipſis. Quis enim cũ ratione dubitare poſſit, quin Alexander Archiepiſcopus Alexãdrinus, qui magnæ Synodo interfuit, illos ipſos Nicænæ Synodi Canones ex integro & incorrupto exemplari Græcè deſcriptos ſecum Alexandriam reuerſus attuliſſet, & in Eccleſia ſua diligenter ſeruari curaſſet? Sed cùm lingua Græca nõ eſſet prouincijs Alexandriæ, & Aegypti, & Pentapolis vernacula, ſed Arabica, quis rurſus non iudicet ad prouidum paſtorem pertinuiſſe curare, vt Synodus Nicæna, qua, vt beatus Athanaſius ad Marcum pontif. ſcripſit, populus & clerus imbuebatur, in Arabicum ſermonem conuerteretur? Qui enim loquitur lingua, ſemetipſum, inquit, ædificat: qui autẽ prophetat, Eccleſiam Dei ædificat. Sciebat Alexander, quod Apoſt. ait, nunc autem fratres, ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, niſi vobis loquar aut in reuelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina. Sic Põtif. Euariſtus cùm decretum de forma nuptias celebrãdi ad Africanas Eccleſias miſit, quia vulgus non intelligebat Latinam linguam, curauit, vt litteræ ſuę Latinæ in linguam Punicam transferrentur, quas litteras prophetarum, id eſt, interpretum vocauit. Sic enim in vetuſtis, & emendatis codicibus legitur prophetarum, & non præfectorum, vt aliàs à me notatum eſt. Et B. Auguſt. eadem ratione cùm vellet, vt ſua cũ Criſpino Latina diſputatio de rebaptizatis ab eo Mappalienſibus, ab illis ipſis Mappalienſibus, qui Latinè neſciebant, intelligeretur, ſic ſcripſit in epiſt. 173. Si voluntate ſua Mappalienſes in tuam communionẽ tranſierunt, ambos nos audiant, ita vt ſcribantur quæ dicemus: & à nobis ſubſcripta eis Punicè interpretentur. Hactenus Aug. Sed quomodo, dixerit quiſpiam, ſi Canones iſti Nicæni ex eo tẽpore Arabicè ſaltẽ ſeruati ſunt, nõ potuit eos B. Athanaſius.

naſius Alexandriæ reperire? Immo capitula Synodi Nicænæ cõbuſta fuiſſe querebatur,& dolebat? At quis ignorat in reperiendis libris,ſiue ad delendum, ſiue ad ſeruandum caſum eſſe? Si qua Ariani 70.capitula Synodi Nicænę combuſſerunt,vbique Canones Nicæni perierunt,neque 20.quos ſemper Gręcè & Latinè habuimus, & qui adhuc in omnibus eccleſijs extant, habere deberemus.Deinde quid intereſt, vtrum hi Canones Arabici ab illis Græcis ab Alexandro ex Synodo allatis,an ab illis à Marco pont. ad Athanaſiũ poſtea miſſis profecti ſint? Immo quid intereſt, curaſſe Arabicam interpretationẽ è Græco Alexandrum, qui primus Canones Nicęnos Alexandriam ex Concilio attulit,an alium ex ſucceſſoribus eius, aut etiam alium quempiam ex Epiſcopis prouinciarũ Alexandriæ, quibus, vt dixi, lingua Arabica vernacula eſt? vna enim ratio & cauſa erat prophetandi,id eſt,interpretandi Arabicè,vt Eccleſia,quę alia lingua quàm Arabica loquentem non intelligeret,ædificationem ex Canonibus Nicænis acciperet. præterea, quod nos facere ſolemus, vt bonum auctorem ex Græcis vtraque lingua, & Græca, & Latina, pari diligentia cuſtodiamus, vt ſi Græcum caſu aliquo amiſerimus,Latinus ſuperſit qui iacturam compenſet: Si Latinum,Græcus.cùm ergo illis temporibus,& illis potiſſimum locis,quibus Arius cœpit, omnem memoriam Synodi Nicænæ Ariani omni ſtudio & vigilia delere ſtuderẽt, quis non facilè credat,dediſſe operam Epiſcopos Alexandrię,vt Canones,& acta Concilii Nicæni & Græcè,& Arabicè ſcripta cuſtodirentur? Vnde verò factum ſit, vt diutius Arabici Canones ſeruati ſint, quàm Græci,in prõptu eſt ratio, quia quo notior erat tunc,ac magis familiaris Lingua Græca,vt nunc etiam,quàm Arabica,eo facilius ab hoſtibus Eccleſiæ,qui eos quærebant ad delendũ, Græci, quàm Arabici agnoſci,& deleri potuerunt. ſed concedamus,rurſus dicet alius,translatos fuiſſe in Arabicum Canones Nicænos Græcos, vnde ſcimus, aut probamus, eſſe hos Arabicos, illos Nicænos? hic iam non caremus teſtibus, vt coniecturis tantum agẽdum ſit. teſtes enim ſunt tum ipſi illi Canones Græci 20. qui extant, qui in hiſipſis Arabicis feruntur; tum alij,quos antiqui patres teſtantur à Synodo Nicæna factos eſſe,quos quidem cùm in his Arabicis reperiamus,quis eos nõ numerabit Nicænos? Qui verò nec ex illis 20.ſunt,nec ex illis quorum teſtes habeamus Nicænos eſſe,ſi graues ſũt,immo grauiſſimi,& illa magna Synodo digni, & plerique eorum cum aliorum Cõciliorum Canonibus cõſentientes, quis ſuppoſitos eſſe dicat? niſi aliquis faſtidioſè contentioſus,aut contentioſè faſtidioſus. Dicẽdum eſt iam,quis nobis hos Canones attulit,& de interprete eorum ex Arabico,vt de omnibus ratio cõſtet: nam hæc etiam ſcire auebunt,qui ſunt paulo curioſiores. igitur pater Baptiſta Romanus Societatis Ieſu cùm eſſet Roma Alexandriam profectus comes Roderici Hiſpani Patris Reuerendi eiuſdem Societatis Ieſu à Pio IIII. cum mandatis miſſi,ex libro Patriarchæ Alexand. commodato,in quo erant etiam,vt affirmabat,acta Concilii,hos Canones manu ſua exſcripſit, & Romam attulit: quos cùm Latinè interpretatus eſſet, & cum Dño Georgio Archiepō Damaſceno natione Maronita contuliſſet,ego,qui vehementer deſiderabã, ne quid interpretatione deſideraretur, dedi operam, vt Ioannes Senanus Alexandrinus mercator, qui eo tempore ex Melite inſula huc aduenerat, & Arabicam linguam probè nouerat, ad recognoſcendam, & emendandam interpretationem adhiberetur: & quia non parũ intereſſe putabam percunctari accuratè,& ſubtiliter,quam vim hoc,aut illud verbum haberet,volui ſemper intereſſe,tametſi vt ego Ioannem intelligerem,& ille me,interprete Baptiſta opus erat. Hos Canones, & hãc eorum interpretationem diu apud me retinui, & ſuppreſſi,quòd maiore adhuc ſtudio,& induſtria limari eam cuperem. Sed cum Reuerendus Pater Piſanus noſtrę Societatis Ieſu eos flagitaret,multis de cauſis,negare neque potui,neque debui,præſertim cùm in inueſtigandis magna ſollertia, & ſagacitate, & multiplici lectione colligendis actis, & Canonibus Nicænis iam diu illum laborare intelligerem. Vſus eſt ille arbitratu ſuo non omnibus,ſed quibus pro ratione propoſiti,& inſtituti ſui viſum eſt,& ijs quidem non ſatis emendatis,& integris. Ego interim cùm magno adhuc deſiderio tenerer priorem in-

Primam editionẽ Piſani intelligit.

terpre-

terpretationem cum allo ſi poſſem aliquando recognoſcere, & cõferre,incidi in Paulum Vrſinum neophytum natione Turcam,qui quia erat ſtudiis Arabicæ, & aliarum linguarum imbutus, & Latinè, atque Italicè mediocriter loqui didicerat,effeci quod volebam. recognita,& collata ſunt omnia,& correcta nõ pauca. acceſſit ad hanc recognitionem aliud exemplar Arabicum vetuſtum ex Bibliotheca Põtificis Marcelli II. quod ita cum Alexandrino cõueniebat,vt planè videretur vtrumque ex eodem exemplari deſcriptum; licet in exẽplari Marcelli aliquot paginas anteriores vetuſtas conſumpſiſſet.Hos igitur Nicęnos Canones eo numero,& ordine,quo reperti ſunt,ex Arabico tranſlatos quia multi deſiderabant, neque laborem meum in eo negotio ſumptum, neç alienam induſtriam in hoc ſtudio poſitam amicis,& ſtudioſis inuidere volui. erit id etiam Reuerendo Patri Piſano mihi in Domino chariſſimo non ingratum modò,ſed iucundum etiam,& probatum. Vterque enim Canones Nicænos celebrare, & ſempiternæ memoriæ mãdare volumus; licet partim eoſdem Nicænos numeremus, partim non eoſdem, ſed alios. in quo licuit quidem illi iudicium ſuum ſequi, & quos in epiſtola Iulij 1.& 2. Nicænos Canones legebat, in numero 70. ſententiarum recenſere. & mihi rurſus licere exiſtimaui confiteri quidem illos Nicænos, ſed extra hanc recenſionem ponere,& dare illis locum in actis ipſis,quæ accuratiſſimè ſcripta fuiſſe teſtatur B.Athanaſius in epiſt. de Synodis Arimini, & Seleuciæ: & Photius Cõſtant. legiſſe affirmat acta Synodi Nicænæ tribus voluminibus à Gelaſio quodam ſcripta. mouit me etiam, quòd legeram Iſidorum ſiue Hiſpalenſem, ſiue alium in Prologo Collectionis Canonum audiſſe quoſdã Epiſcopos ex Oriente, qui affirmabant vidiſſe ingens volumen actorum Synodi Nicænæ; in quibus aiebant iudicia querimoniarum,& definitiones, ac conſtitutiones contineri. Vbi autem iudicia & actiones cauſarum tractantur,neceſſe eſt interdum,vt leges Eccleſiaſticæ recitentur, & iudiciales ſententiæ inter actiones ipſas ſanciantur. vt in actis Concilij Chalcedonẽſis factum eſt,quæ illi Epiſcopi ex Oriẽte ad exemplum actorum Synodi Nicænæ ſcripta eſſe dicebant, vt perſpici poteſt in actione 12. vbi cauſa Baſſiani & Stephani Epiſcoporũ Eccleſiæ Epheſiorum acta,& iudicata eſt, & quia contra leges Eccleſiaſticas ibidem recitatas facti fuerant Epiſcopi, priuati ſunt. item in actione 7. cõtrouerſia Maximi Antiochiæ Epiſcopi, & Ioannis Hieroſolymorum de parœciis dirempta eſt. Ad acta igitur Synodi Nicænæ ſemper arbitratus ſum pertinere quæ Iulius in epiſt. 1. ad Orientales in Synodo Nicæna ſtatuta eſſe teſtatur de prærogatiua Eccleſiæ Romanæ in Concilijs generalibus,in prouincialibus,in iudicijs,& cauſis Epiſcoporum,de appellationibus in iudicijs Eccleſiaſticis,& illa tam multa capitula,quæ idem Iulius in reſcripto contra Orientales ſumpta item ex Nicæno Cõcilio affirmat,& recenſet, quæ ſunt omnia iudicialia. Immo ipſe idem Iulius pertinere quidem iſta ad acta Synodi Nicænæ, & inde ſumpta eſſe non obſcurè ſignificaſſe videtur,cùm recẽſioni Capitulorum finem imponẽs,ſubiungit,plura de his ideo non inſerimus,ne vacuare, vilemve prædictam Synodum facere videremur; aut faſtidium legentibus,audientibuſque prolixa faceret epiſtola. Si quis autem de his ampliora, atque abundantiora ſcire voluerit,in ſacro noſtræ ſedis ſcrinio,& ea quæ prædiximus,inuenire poterit,&c. cùm dixit,ne vacuare, vilemve facere prędictam Synodum videremur, profectò acta Synodi intellexit; non enim Synodus in Canonibus tantum cõſiſtit, alioqui nullę Synodi eſſent,quæ nullos Canones compoſuerunt. neque rurſus ſi totos ſiue 70. ſiue 80. Canones Synodi Nicænę Iulius recitaſſet,continuò totã Synodum exinaniſſet,vilemve feciſſet; cùm Canones ſeparatim etiã ab actis Synodi ferri ſoleant. Deinde cùm dicit Iulius, ſi quis his ampliora, & abundantiora ſcire voluerit, in ſacro noſtrę ſedis ſcrinio inuenire poterit, non poteſt dubitari, quin ad acta hoc retulerit; in Canonibus enim non copioſè,ſed breuiter,& ſtrictim agitur. loquitur ergo mea quidẽ opinione Iulius de legibus, ſiue Canonibus Eccleſiaſticis, quas deciſiones vocant, quę erant per acta,& actiones cauſarum tanquam ſanguis per venas corporis fuſus. nec enim iudiciales deciſiones aptius collocari poterant, quàm inter cauſas

ipſas,

ipſas, & cauſarum actiones quæ in actis continebantur. Confirmat hoc quoque illud Nicolai 1. diſt. 19. c. Si Romanorum: præſertim, inquit, cùm ſynodalia geſta, inter quæ ipſi Canones ſtatuti ſunt, in Codice Canonum non habeantur. Hoc ipſum teſtatur etiam Theodorus Balſamon Canonum Synodorum Græcarum interpres, qui acta Concilij Nicæni legit. Is ergo explanans primum Canonem Synodi Antiochenæ in eos qui Canonem Concilij Nicæni de celebratione Paſchę non ſeruant, hoc, inquit, in Canonibus Nicæni Concilij nō eſt inuentum, ſed in actis primæ Synodi inuenitur. In illis actis continebatur quoque ille Canon de appellationibus, quem Zoſimus pont. Nicęnum eſſe in 6. Synodo Carthag. teſtatur, qui fuerat poſt Nicænum Conc. in Synodo Sard. c. 7. renouatus. ad eadem acta referendi ſunt Nicæni Canones de generibus non ordinandorum, de pœnitentibus in epiſt. 6. Innoc. ad Agapitum Macedoniū, & de alijs in epiſt. 24. ad Synodum Toletanam, & de bigamis in epiſt. Ambroſij 82. & ſi qui alij ſunt, de quibus auctores meminerunt, quos Reuerendus Pater Piſanus in libro ſuo de actis, & Canonibus Synodi Nicænæ diligenter, & eruditè notauit. De primo autem Canone ex 20. Græcis, qui in his ex Arabico deſideratur, arbitror dicendū eſſe, aut illud de Eunuchis non ordinādis in primo ex Arabicis, de inſanis & energumenis itē non ordinandis, ab interprete è Græco in Arabicum per negligentiam prętermiſſum eſſe, vt accidere ſolet interpretibus; aut illud de inſanis, & energumenis, eadem negligentia prętermiſſum in Græco ab eo qui deſcripſit. quòd verò factum eſt initium deſcriptionis Canonum à Canone de nō ordinandis, valde appoſitè factum mihi videtur, vt in Eccleſiaſticis regulis illæ prius collocentur, quæ ſunt de prohibēdis ordine Eccleſiaſticorum, ad quos Eccleſiaſticæ regulæ, ſiue Canones in primis pertinent. Alter Canon eſt in Græcis 20. id eſt, 14. de catechumenis lapſis perbreuis, qui in his quoque ex Arabico cū illo de eunuchis deeſt; quod culpa etiam interpretis fieri potuit. reliquos Canones Synodi Nicænæ Græcos facile eſt in his ex Arabico notare, tametſi aliquos κατ' ἐπιτομὴν Græcè, Arabicè verò eoſdem pleniores. Si quis verò ita delicatus ſit, vt quia ex Barbara lingua interpretatio Latina Canonum Nicænorū facta eſt, paruifaciendos eſſe exiſtimet, aut quia aliæ non paucæ aliorum argumentorum, & librorum interpretationes incertæ, ac ſine auctoritate ferri ſoleant, hanc quoque interpretationem Arabicam talem eſſe arbitretur, non puto cum eo contendendum eſſe. quæ pacis ſunt, ſectemur, inquit Apoſtolus, & quæ ædificationis ſunt, cuſtodiamus. dicamuſque iſtis, quod idem apoſt. Theſſalonicenſibus ſcripſit, prophetias nolite ſpernere; omnia probate; quod bonum eſt, tenete. interpretationes enim in ſcriptura prophetiæ quoque licet homonymè dici conſueuerunt. Ego ita ſentio, cùm omnia, quæ in his Canonibus ſunt, rectè expenſa, & accuratè recognita erunt, nihil fortaſſe reperietur, quin probatum, & magna illa Synodo Nicæna dignum appareat. Sed ſatis hactenus præfati ſumus: reddamus iam Canones Nicænos, quibus, cùm opus eſſe viſum eſt, annotationes quaſdam adhibuimus.

CANO-

CANONES CONCILII NICÆNI LXXX. EX ARABICO

In latinum conuerſi, & recogniti, cum quibuſdam annotationibus.

De ijs qui fuerunt inſani, aut energumeni, non ordinandis. Cap. 1.

IVBEMVS, vt inſanus non fiat clericus, niſi cùm ægrotauit, & opus fuit calidam medicinam facere, vnde in melancholiam incidit. uius inſaniæ cum non ſit cauſa in ipſo, neque ſit ex dæmone habitante in eo, non prohibet ingredi in clerum, neque cogit exire. Quare iubemus, vt dæmoniacus non poſſit admitti ad clerum.

33. c. Maritum. c. communiter. c. clerici, 2 5. q. 1. c. B. can. Apoſt. 78. Concil. Aur. c. 16. Quia in eo qui fuit energumenus, ſemper ſuſpecta eſt ἀνανδρία, vt Dionyſ. Areopag. vocat, id eſt, mollitia animi, quæ fecit, vt idem ait, vt iſte terroribus dæmonis ſuccumberet, idcirco non poteſt ordinari. Similis ſuſpicio eſt redeundi ad inſaniam, cum non ex accidenti, vt febri, vel medicina calida extitit cauſa, ſed ex ipſius natura.

De ſeruis non ordinandis. Cap. 2.

Diſt. 54. c. nullus. c. nulli. & multa alia cap. ibidē de eadem re.

SI quis fidelium fuit ſeruus alicuius Gentilis, à quo diligebatur, quia fideliter & diligenter res domini ſui cuſtodiebat, poſtea verò, quia dura ſeruitute premebatur, inuitò domino receſſit, non poteſt iſte admitti ad clerum niſi à domino libertate donetur, & ſit iudicatus dignus.

De Neophytis in fide non ordinandis ordine ſacro antequam ſcientiā ſcripturæ ſacræ habeant: & de conuictis poſt ordinationem de peccato graui, cum ordinatore deponendis. Cap. 3.

Can. Nic. Græc 2.

QVI recenter baptizatus eſt, & veritatem ſuæ fidei neſcit, non erit Epiſcopus, neque presbyter, neque diaconus, donec poſſit ſcire, & intelligere libros ſacros, & perfectū habitum, ac fructum ſpiritualem in corde ſuo producat; qui ſi ad maturam ætatem non peruenit, non poteſt ad gradus iam dictos admitti. Quòd ſi Epiſcopus aliquem citò * ordinauerit, in quo aliquod peccatum grauius poſtea reperiatur, & duo, aut tres teſtimonium dicant, vterque deponendus eſt, & ordinator, & ordinatus; quamuis ordinatus ſit presbyter, aut Epiſcopus; qui etiam à Synodo excommunicatur, ut meritus eſt.

Leo epiſto 85. Quid eſt citò manus imponere? niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis.

De cohabitatione mulierum prohibita Epiſcopis, presbyteris, & diaconis propter cælibatum. Cap. 4.

Can. Nicę. Grçc. 3. Epitome huius ex Arabico. Carth. 3. c. 4. Græc. Carth. 2. c. 2. Lat. Apoſt. c. 26 Chalc. c. 14. Cle. epiſt. 2. cōc. Elib. c. 33 Agath. 8. Tolet. 3. c 5. Hilar. in Syn. c. 2. Syric. epiſt. 1. c. 6. Inno. epiſt. 3. c. 1. Aurel 4. c. 17. Aurel. 5. c. 4. Tur. 2. c. 10 Antiſio. c. 20. Leo epiſt. 75. & epiſt. 90. c. 3. Zach. epiſt. 6.

DECERNIMVS, vt Epiſcopi non habitent cum mulieribus; neque presbyter, qui *viduus eſt; nec illas comitentur; neque familiarem conſuetudinem cum eis habeant; nec in eas ſtudioſè aſpiciant. idem decernitur de omni ſacerdote cęlibe, idemque de diaconis, qui ſine vxore ſunt. Hoc autem intelligēdum eſt, ſiue mulier pulchra ſit, ſiue deformis, ſiue puella virgo, ſiue ancilla adoleſcens, aut natu grandis, ſiue puella orphana prætextu educandi eam propter charitatem. Siquidē diabolus huiuſmodi armis religioſos; Epiſcopos, presbyteros, & diaconos occidit; & immittit eis ardorem libidinis. Sin autem fuerit anus, & pronectæ ætatis, aut mater, aut ſoror, aut amita, aut auia, licebit cum eis habitare, quia tales perſonæ alienæ ſunt ab ſcandalo ſuſpicionis.

* Non permittit hic Canon, ne quis erret, ſic iſtos habitare cum vxoribus, cùm ait, neque presbyter viduus; ut vxoribus vti liceat, immo concedit ut cum eis habitent, quia non licet eas prætextu religionis excludere, iuxta canonem Apoſto. 5. ſic tamen habitare concedit tanquam cum ſororibus, ut, ſicut Apoſt. ait, qui habent vxores, ſint tanquam non habentes. etenim ſi præter anus non ſuſpectas propter ætatem pronectam, & præter matrem, ſororem, amitam, & auiam non ſuſpectas propter magnam cognationis propinquitatem, reliquas mulieres tanquam ſuſpectas canon excludit à contubernio clericorum ſacri ordinis: ergo quas in contubernio relinquit canon, liberas eſſe vult à ſuſpicione; propter hanc enim cauſam, ut dixi, relinquit matrem, ſororem, amitam, & auiam: igitur propter eandem cauſam, ſublatæ ſcilicet ſuſpicionis, relinquit presbyteris & diaconis vxores. vt enim æquum eſt non ſuſpicari propter vinculum propinquitatis naturalis, & propter mulieris ſenectutem, ita quoque æquum eſt non ſuſpicari propter religionem, ac reuerentiam ipſius ordinis ſacri; niſi cùm aut uita ipſa non eſt grauis, & ſancta, aut ætas uxoris periculoſa. Denique comprehenſum eſſe in his gradibus ſacri ordinis cælibatum, teſtis eſt epiſtola beati Baſilij Canonica ad Gregorium presbyterū de excludenda muliercula propter ſuſpicionem, & includenda in monaſterium. in qua epiſt. hunc canonē Nicęnum citat, fuiſſe autem vxorem, cum qua habitare prohibet, argumento eſt & quidem certiſſimo, quòd eam iubet includere in monaſterium, ſicuti canon 48. ſynodi ſextæ iubet, ut poſt ordinationē Epiſcopi vxor eius in monaſterio collocetur. Denique continentiæ in hoc Canone Nicęno legem continentiæ ſacri ordinis à proprijs uxoribus, antiquiſſimum & grauiſſimum teſtimonium eſt Synodi 2. Arelat. c. 2. hæc enim ſynodus illis temporibus ſynodi Nicęnę habita hunc Canonem

renouans, ac magis explicans, ſi quis, inquit, de clericis à gradu diaconatus in ſolatiū ſuo mulierem præter auiam, matrem, ſororem, filiam, neptem, vel conuerſam ſuam uxorem habere præſumpſerit, à communione alienus habeatur. conuerſam vocat, quia ex quo ſacræ ordinationi mariti conſenſit, carni renunciauit, & ex uxore facta eſt ſoror, ut ipſe ex marito frater, iuxta canon. cōc. Tur. 2. Quiſquis eſt presbyter, aut diaconus diuino munere benedictione percepta, uxoris ſuę pius frater illico efficiatur. itaque vterque iam pertinet ad titul. de conuer. coniug. ijs verò qui exiſtimant permiſiſſe unquam Eccleſiam Romanam Græcis eam cōſuetudinem quam hodie habent, contradicit Nicolaus primus, qui in reſponſis ad conſulta Bulgarorum, cap. 70. diſt. 28. c. conſulendum, conſulendum, inquit, decernitis, utrum presbyterum uxorem habentem debeatis ſuſtentare, & honorare, an à vobis proijcere: in quo reſpondemus, quoniam licet ipſi valde reprehenſibiles ſint, vos tamen Dominum imitari conuenit, qui ſolem ſuum, (vt euangelium teſtatur) oriri facit ſuper bonos, & malos, &c. nemo tum ratione dubitare poteſt, quin illos presbyteros Græcos ſcilicet ob eam cauſam Pontifex Nicolaus reprehenſibiles dixerit, quòd vxores haberent non quaſi non habentes, id eſt, haberent tanquam ſorores, & conuerſas, ſed quòd haberent eas tāquam uxores: habere enim presbyterum vxorem, id eſt, non eijcere eam prætextu religionis, Apoſtolorum canon iubet. Si ergo presbyteros illos Græcos habere vxores, ut hodie habent, reprehenſibile Pont. Romanus & quidem erudítiſſimus, ac ſanctiſſ. eſſe iudicauit, quomodo quod reprehenſibile eſt, ab Eccleſia Romana cōcedi, dicendum eſt? reſtat ergo, ut quod hodie Græci faciunt, repugnante, & reprehendente Eccleſia Romana faciant, quod nunquam ſcilicet approbauit, nec vllo tempore approbatura eſt.

De electione epiſcopi, & de approbatione electionis. Cap. 5.

Syricius epiſt. 4. ad epiſc. Africanos, c. 2. Innoc in epiſ. ad Victriciū, c. 2. conc. Ant. c. 19. Can. Nic. Græc. 4.

DECERNIMVS, vt nullius epiſcopi electio approbetur, nec vllus epiſcopus cōſtituatur in ciuitate magna, niſi voluntate epiſcoporum prouinciæ, & niſi de fide eius, & timore Dei inquirant. ad approbandum verò conuenire debent coram archiepiſcopo, aut patriarcha; aut ſi fuerit hoc difficile, quia non eſt Archiepiſcopus, aut Patriarcha; vel quia metuunt, ne lupi ſubditos rapiant, vel propter vrgentem neceſſitatem, vel propter longitudinem itineris, quamuis non ſit præſens archiepiſcopus, vel Patriarcha, ſufficiat tunc, vt ſint tres epiſcopi, ad conſtituendum eum, qui cognoſcant ex abſentibus per ſcripturá propriæ manus, eſſe in eo virturem, doctrinam, & ſanctitatem; fiatque cum conſenſu populi.

De excommunicatis ab vno epiſcopo, non recipiendis ab alio; & de abſoluendis illis ab arch. vel Patriarcha, cùm conſtiterit de iniqua excommunicatione. Cap. 6.

Apoſt. 36. Ant. c. 6.

NVLLVS Epiſcopus recipiat ab alio quocumque Epiſcopo excommunicatum, ſiue presbyterum, ſiue alium è numero clericorum, ſiue laicum, nec eum ab excommunicatione liberet; ne excommunicatio illius epiſcopi contemnatur. Quòd ſi Epiſcopus, qui illum excommunicauit, eſt iniquus, & tyrannus, poteſt abſolui ab Archiepiſcopo, vel Patriarcha, poſtquam per litteras cognouerit, & admonitus fuerit de illius epiſcopi iniquitate; & debet Patriarcha, vel Archiepiſcopus ſcribere ad Epiſcopum, quid actum ſit; admoneréque eum de iniuſtitia, & iniquitate eius.

De concilijs prouincialibus bis quoque anno habendis, ad conſideranda omnia quæ ad Eccleſias prouincialium epiſcoporum pertineant. Ca. 7.

STATVIMVS, vt omnes Epiſcopi prouinciæ bis ſingulis annis concilium habeant, Archiepiſcopo, aut Patriarcha præſente, ſemel ante quadrageſimam ſecunda hebdomada poſt feſtum Epiphaniæ, & iterum menſe Septembri, ut in eo concilio omnia quæ ad eorum epiſcopatus pertinent, conſiderentur, & ſi inuentus fuerit aliquis propter blaſphemiam contra fidem excommunicatus, denuo ab omnibus excommunicetur, donec Epiſcopi defenſionem eius recipiant facta inquiſitione veritatis Dei.

Apoſt. c. 38 con. Ant. 19. Chalc. c. 19. Leo epiſt. 4. c. 7.

Vt illis temporibus & diu deinceps viſus eſt hic canon vtilis, & neceſſarius Eccleſijs, ita poſt ea neceſſarium viſum eſt contrahere bina concilia ſingulorum annorum in ſingula, ne bis uno anno futurus eſſet abſens ab Eccleſia ſua Epiſcopus, & oues propter crebram abſentiam paſtorum facilè à lupis vorari poſſent. hanc enim cauſam fuiſſe mutandi canonem hūc de concilijs bis habendis quoque anno ſcripſit Athanaſius Patriarcha Conſt in epiſt ad Epiſcopum Sardenſium. de concilijs verò ſemel habendis ſingulis annis; eſt canon Synodi 6. c. 8. Syn. Nic. 2. c. 6. Later. conc. c. 6. Hac noſtra ætate cognita, & exploratè percepta maiore adhuc neceſſitate præſentiæ Epiſcopi in Eccleſia ſua, & maiore periculo abſentiæ, ſingula concilia ſingulorum annorum in tertios quoſque annos prorogata ſunt. Si igitur frequens abſentia Epiſcopi ab Eccleſia ſua tam periculoſa & peſtifera iudicata eſt, ut (ne tempus & occaſio frequens ei daretur) Synodus prouincialis alioqui tam neceſſaria, & ſalutaris, non niſi ut tertio quoque anno habeatur, Synodus Tridentina prudentiſſimè & ſaluberrimè ſanxerit; quid excuſaturi ſunt, qui tanto animarum periculo, & Eccleſię Dei incommodo, & detrimento electiones, aut nominationes differunt; & tam diuturnas vacationes muneris paſtoralis inuehunt? quid excuſabunt, qui interim ſilent, & diſſimulant? quos Deus poſuit in Eccleſia tanquam tubas, & buccinas ad cauendum ſcelus, ut ait Propheta Ezech. videntes gladium venientem. quorum eſt clamare, & exaltare vocem ſuam; & quę ſequuntur in Propheta Eſaia.

De Patriarchis Alexandrino, & Antiocheno, & eorum iuriſdictione. Cap. 8.

CONSTITVTVM eſt, vt Epiſcopus Ægypti, id eſt, Patriarcha Alexandrinus, præſideat, & habeat poteſtatē totius Ægypti, & omnium locorum, ciuitatum, & opidorum, quæ ſunt circū eam, quia ſic conuenit; & quia ſimiliter Epiſcopus Romę, id eſt, ſucceſſor Petri Apoſtoli, poteſtatē habet omniū ciuitatum, ac locorum quæ ſunt circum eam, ac ſimiliter Epiſcopus Antiochię, id eſt, patriarcha, poteſtatē habeat

Can. Nic. Gręc. 6. Epitome vtriuſque horū octaui, & noni.

beat

beat prouinciæ illius totius, & in alijs item locis ſeruari debet, quod in præterito conſtitutum eſt.

De ambiente epiſcopatum, nolente eum Epiſcopum populo, vel volente quidem, ſed ſine voluntate Archiepiſcopi. Cap. 9.

Nic. Græc. 6.

SI quis populo nolente & ſine voluntate Archiepiſcopi, atque in iuſſu eius ambierit Epiſcopatum, repellendus eſt. Quòd ſi populus diœceſis voluerit eum ſine Archiepiſcopi voluntate, non eſt admittendus; quia ſolius Archiepiſcopi eſt hæc poteſtas, & qui contradixerit, eſt excommunicatus. & iſte Epiſcopus priuandus eſt. Sin autem electioni communi omnium epiſcoporum cum Archiepiſcopo, aut Patriarcha recta ratione, & ſecundùm canonem eccleſiaſticum factæ, duo, aut tres ex populo precibus, vel ſtudio contendendi contradixerint, maiorem partem populi, ſi voluerint, ſequentur.

De Epiſcopo Hieroſolymitano honorando; ſaluo honore Metropolitani Cæſarienſis, cui eſt ſubiectus. Cap. 10.

Nic. Græc. 7. Hier. tom. 2. epiſto. ad Pamachium cōtra errores Ioānis Hieroſ. & Nic. in reſp. ad cōſ. Bulg. c. 92 meminerunt de Hieroſolymitano ſubiecto Cæſarieſi.

QVIA eſt conſuetudo honorandi epiſcopum Heliæ nomine Patriarchæ, cùm eſt dignus honore, propter ſanctitatem loci, & propter probitatem eius; præſit illi prouinciæ, & locis ei vicinis, reddatque Archiepiſcopo eius loci debitum honorem; & vocetur ille exarchus, id eſt, maior, q̄ Archiepiſcopus.

De ijs qui irrepſerunt in ordinem presbyterorum ſine electione, & examinatione. Cap. 11.

Can. Nic. Græc. 10. epitome huius. ca. 111.

SI fuerint aliqui presbyteri ſine probatione, & electione, & ſine examine vitæ, & morū; & examinati confitentur ſe peccaſſe id genus peccatorum de quibus ſuprà ſcriptum eſt, eijciantur ex ſacerdotio, & non reputabitur eis in peccatum, quòd illis, cùm nō eſſent probati, & electi, manus impoſuerunt; nec erunt in culpa hoc faciendo, ſiquidem faciunt in eis quod à Chriſto Domino noſtro ordinatum eſt.

De Epiſcopo ordinante quem intellexit fidem negaſſe; & de ordinato, qui poſtquam negauit, irrepſit in ordinem. Cap. 12.

SI quis prælatus receperit aliquem in eccleſiam ſanctam, qui fidem negarit, quem prælatus ex aliquo cognouerit fidem negaſſe, & ordinauerit eū ſacerdotē, aut in alio gradu, deponendus eſt ipſe, & ordinator ab omni ordine; aut ſi iſte irrepſerit in ordinem, nec examinatus, nec interrogatus, & poſtea ab ijs qui cognouerunt falſitatem, ſciatur hoc, deponendus eſt iſte.

De tranſeunte ad aliam Eccleſiam ſponte ſua, & electo ab illa, cui poſtea diſpliceat manere in ea. Cap. 13.

SI quis epiſcopus aut presbyter, aut diaconus ab Eccleſia ſua ad aliam electione illius Eccleſię, & voluntate ſua ſe trāſferat, & poſtea non placet ei eſſe ibi, volueritq́; eò, vnde prius ſe tranſtulit, redire, non eſt poſtea recipiendus, ſed potius ab hac, & illa Eccleſia ſit excluſus, quia ipſe ſe ſponte ſua elegit.

Ca. Nicæ. Græc. 15. epitome huius 13. ex Arabico.

De dante operam, ut transferatur à ſua eccleſia ad aliam.

SI quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut aliquis ex clero dederit operam, vt ex ſua eccleſia transferatur, non eſt in alia recipiendus, ſed potius cogere eum debent, vt ad locum ſuū redeat; quòd ſi noluerit, eijciendus eſt in totum ex Eccleſia, deponendusque ex ordine, & communione fidelium illorum qui ad illam Eccleſiam pertinent, priuandus.

Ne quis fiat monachus ſine licentia Epiſcopi; & quare requiratur licentia. Cap. 14.

SI quis laicus voluerit monachus fieri ſine licentia Epiſcopi ſub cuius poteſtate eſt, mouendus eſt gradu in quo eſt, & non eſt recipiendus in religionem. Hoc autem idcirco ſtatuimus, ne iſte vxorem, aut filios, aut alios ſimiles, quibus auxilium debet, deſerat.

De clericis aut religioſis fœnerantibus deijciendis de gradu. Cap. 15.

SI quis eorum qui ſunt in clero, aut ſubiectus regulæ, auaritiæ & turpi lucro ſtudeat, aut data pecunia fœnori, cētēſimas exigat, aut ſeſcuplas, deijciatur ex gradu; & ſit alienus à regula.

Ca. Apoſt. 44. Lao. 4. Arel. 2. c. 14. Carth. Græc. c. 5. Syn. 6 c. 10 Nic. Græc. 17.

De honore Epiſcopo, & presbyteris à diaconis tribuendo. Cap. 16.

DIACONVS nō debet excōicare priuſquā Epūs; neq; priuſquā presbyter, quia gradus diaconi infra gradū presbyteri eſt; ſcireq; debet officij ſui eſſe miniſtrare Epō, & presbyteris. Sciatq; diaconus facultatē ſuam, qui neq; licet cōicare niſi poſtquam Epō & presbyteris miniſtrauerit, neq; ei rurſus ei licet miniſtrare ſacramentum cōionis ſacerdoti, ſiquidem miniſtrare hoc ſacramentum, proprium eſt presbyteri, & non diaconi; presbyteris enim data eſt hæc gloria, neque decet, ut diaconi ſedeant inter presbyteros, aut ſint ad latus eorum, nec intus in ſacrario, ubi eſt altare; neque foris, niſi de ſententia eorum; quandoquidem gradus diaconi inferior eſt gradu illorum. Diaconi, qui huic decreto contradixerint, eijciantur ex gradu ſuo, & à Synodo excommunicentur.

Can. Nic. Græc. 18.

Hier. in epiſt. ad Euagriū 85. Romę presbyteri ſedent, & ſtant diaconi.

De ratione & modo recipiendi conuerſos ex hæreſi Pauli Samoſatenſis, Cap. 17.

Can. Nic. GR. 19. epitome huius. Innoc. 1. epiſto 22. ad Rufum Euſebium explanat hunc Canon.

SI quis ex hæreſi Pauli Samoſatenſis conuertatur ad fidem Eccleſiæ, debet iterum baptizari: & in quocunq; gradu eccleſiaſtico antea fuerit, ſi conuertatur digne, & cũ humilitate, eiusque vita anteacta reprehendi non poſſit, ſed laudari potius, reſtituendus eſt in gradum ſuum, & imponendę ei manus, vt imponi ſolent ei cui nunquam antea impoſitæ fuerunt, cum benedictione diaconali, id eſt, quæ fit ſuper miniſtros Eccleſiæ. Sed ſi aliquis eum accuſauerit, & non fuerit dignus gradu propter malam fidem, & praua opera, non eſt ordinandus. Quod ſi aliqua diaconiſſa ex iſta hæreſi ad fidem conuertatur, oportet iterum eam baptizare, & cũ ea benedictione recipere quæ ſuper ſæcularẽ fieri ſolet, examinandumque; vt ſuprà diximus, verũ verè conuertatur.

De ratione, & modo recipiendi conuerſos ex hæreſi Nouatianorum. Cap. 18.

Ca. Nic. 8. Innoc. in eadẽ epiſt. explanat hũc Can.

SI qui ex ijs qui ſe catharos vocant, ſe humiliauerint; & ad eccleſiã accedere voluerint, oportet, vt qui ex illis erant ordinati, remaneant in clero. oportet præterea ante omnia profiteri per ſcripturã, quòd aſſentientur, & ſequentur dogmata catholica, id eſt, quod communicarunt cum pœnitentibus, & cum digamis, & cum ijs qui in perſecutione lapſi ſunt à fide, in quibus eſt conſtitutum tempus; vt ſequantur omnia Eccleſiæ catholicæ dogmata. itaque vbi omnes reperientur ſiue in ciuitatibus, ſiue in villis ipſi ſoli ordinati, reperti in clero, erunt in eodem gradu. Sed ſi fuerit in ciuitate, aut villa epiſcopus, aut presbyter Eccleſiæ Catholicæ; & ibi aliqui ex catharis accedant ad eccleſiam, debet epiſcopus catholicus habere dignitatẽ epiſcopi: & ille qui vocabatur epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, voluerit honorare eum nomine epiſcopi. quod ſi hoc ei nõ placeat, excogitabit ei locum chorepiſcopi, aut presbyteri, vt omnino videatur eſſe in clero, ne ſint in ciuitate duo epiſcopi.

De ratione, & modo recipiendi redeuntes poſt lapſum à fide; & recipiendi relapſos, & de adductis in periculum mortis ex infirmitate ante completam pœnitentiam, & de conualeſcentibus. Cap. 19.

Nic. 12. & 13. Hic canõ multo explicatior eſt quam Græ. & Lat. ex Arab. Hic Arel. 2. c. 10. Valent. Gallię c. 3. In- ... nn. 1. epiſt. 24. c. 3.

SI qui ex ijs qui ſine violentia, & periculo negauerunt, & ſine illis tribulationibus quas paſſi ſunt fideles Chriſti à Regibus, & principibus, & Gentilibus, perfectè, & recto corde voluerint ad fidem redire, recipiendi ſunt. ſed oportet, vt cum fidelibus communionem non habeant, donec pœniteat eos, & tribus annis pœnitentiam inter audientes agant, & inter pœnitentes annis vij. poſtea poterunt intrare in Eccleſiam ad orandum cum populo tempore ſacrificij duobus annis, ſed debent abſtinere à communione corporis Domini. Quòd ſi hoc tempore pœnitentiæ ad vomitum redeant, & rurſus agnoſcant peccatum ſuum, debent agere pœnitentiam annis x. poſt tres annos peractos inter audientes. Poſt hæc autem omnia portet examinare propoſitum eorum, & modum pœnitentiæ. Qui enim cum timore Dei, & lacrymis, ac patientia, & bonis operibus conuerſionem opere, & non ſimulatione oſtendunt, poſt impletum tempus conſtitutum manendi inter audientes, meritò communicabunt cum alijs fidelibus in oratione, licebitque epiſcopo aliquid benignius de eis decernere. Qui autem negligenter ſe geſſerunt, & ſimulationem ingrediendi in Eccleſiam ſufficere ſibi ad conuerſionem putauerunt; omnino iſti tempus pœnitentiæ à nobis conſtitutum impleãt. Sed ſi quis iſtorum ad mortem, dum in pœnitentiam eſt, peruenerit, non eſt priuandus ſacra communione, quæ eſt viaticum vitæ, ſi eam petierit. Quòd ſi poſt orationem, & communionem ex infirmitatem, in qua erat, conualuerit, communicabit poſtea in oratione tantum cum fidelibus, & non accipiet communionem ſacram; adhibeaturque diligentia, vt cuicumque proximo morti ſacramenta, ſi petierit, miniſtrentur; idque cùm epiſcopus diligenter inquiſierit, an dignus ſit; quia non licet, vt priuemus eos ſacramento communionis.

De vitanda conuerſatione cum maleficis, & diuinis; & de eorum qui non vitauerunt, pœnitentia. Cap. 20.

Faciſt eſt hoc Canone mulus ca. 26. q. 5.

NEMO fidelium conuerſetur cum maleficis, & diuinis, & qui hoc fecerit, & eos interrogauerit, eorùmve dicta approbauerit, in domumque eorum intrauerit, aut in ſuam eos receperit, & eorũ cibis, & potionibus vſus fuerit, ſi ſacerdos eſt, mouendus eſt ſuo gradu, ac fidelium communione, & ingreſſu Eccleſię, communioneque ſacra prohibendus. Si verò fuerit laicus, prohibendus eſt Eccleſia. Quòd ſi ad agendam pœnitentiam venerint, agenda eſt eis pœnitentia annis xx. quo tempore pane tantum, & ſale veſci debent, & à vino abſtinere aqua contenti, vt ſic caſtigati non redeant.

De inceſtis nuptijs contra legem ſpiritualis cognationis, & de pœnitentia eorum qui ſunt in eiuſmodi nuptijs. Cap. 21.

Hinc extitit Cano. 53. ſextæ Synod. in Trul. & Magũt. c. 55. & c. puenit 30. q. 1.

NEMO fidelium cum patre, aut matre ſpirituali matrimonium contrahat, id eſt, non cum patrinis, aut matrinis, & qui hoc commiſerit, habeatur tanquam ethnicus, quouſque ſeparetur; & ſpatio xx. annorum pœnitentiam agat, decem annis non intrabit in Eccleſiam, & abſtinebit à

com-

communione fideliũ; alteris x. licebit intrare in Eccleſiam ad audiendum tantũ ſcripturas. Quando autem impletum fuerit hoc tempus pœnitentiæ xx. annorum, licebit intrare in Eccleſiam, & ſumere ſacram communionem.

De ſuſceptoribus in baptiſmo. Cap. 22.

VIRI non teneant in baptiſmo feminas, neq; mulieres teneant mares, ſed potius mulieres teneãt feminas, & viri teneãt mares.

De nuptijs prohibitis fratrum, & ſororum ſpiritualium ex ſuſceptione in baptiſmo. Cap. 23.

NEQVE vir det filio ſuo in matrimoniũ eam quam vxor ſua tenuit in baptiſmo; neque mulier det filiam ſuam in matrimoniũ ei quam maritus tenuit in baptiſmo; quia iſti habentur vti fratres, & ſorores ſpirituales; & eorum pater, & mater, ſimiliter vt pater, & mater ſpirituales.

De eo qui duas vxores ſimul duxit, aut per libidinem alteram mulierem vxori ſuperinduxit; & de pœna eius. Cap. 24.

NEMO debet duas vxores ſimul ducere, nec vxori ſuæ alteram mulierẽ propter voluptatem, & deſiderium carnis ſubintroducere proijciendo ſe in periculũ peccandi verſando cum pluribus ad concupiſcentiam, nec ad ſemen ſuſcipiendum, ſicut Deus ordinauit & qui hoc fecerit, ſi fuerit ſacerdos, prohibeatur miniſterio ſacrificandi, & communione fidelium, quouſque eijciat domo ſecundam, & debet retinere* primã. idẽ iudiciũ eſt de laicis.

* Non concedit hic Canon, vt ſacerdos ſecunda eiecta, retineant primam ad vtendum, ſed iubet ut retineat, ne prætextu religionis eijciat; iam enim antegreſſus eſt Canon de cœlibatu ſacri ordinis, c. 4.

De nemine arcendo à ſacra communione, niſi ratione pœnitentiæ. Cap. 25.

NVLLVS ſacerdos vllum fidelem à cõmunione ſacra arceat, neq; ꝓpter odiũ, neq; propter aliam cauſam quamcumq; mundanam; & qui hoc commiſerit, deponatur, & excommunicetur, quia vſurpauit hanc poteſtatem tanquam dominans.

Pertinet hic Canon ad Canonem Apoſt. 52. de repellente pœnitentem.

De ſponſione, & teſtimonio in cauſa criminis dicendo clerico prohibitis. Cap. 26.

11. q. 1. c. teſtimonium. & c. ſi quiſquam.

NVLLVS clericus pro aliquo ſpondeat, neq; teſtimoniũ contra vllum in cauſa criminali dicat; nec eã ad Regem deferat, nec ad ea ſe ingerat, quæ ad alios pertinent; neque ſeminet diſſidia inter fideles: & qui hoc commiſerit, eijciatur ex gradu, & prohibeatur cõmunione fidelium.

De vitandis excommunicatis, & de non accipienda oblatione ab eis: & de excommunicatione non vitantis excommunicatum. Cap. 27.

QVICVNQVE fuerit à ſacerdote ligatus, quamuis calumniam paſſus ſit, nõ eſt ab eo accipienda oblatio, nec vlla alia res, quã ad Eccleſiam afferat; nec vllus fidelium debet cũ eo prandere, nec in domum eius ingredi, nec eum in domum ſuam recipere, priuſquam ſit ab excommunicatione abſolutus. & qui hoc non ſeruauerit, paruifaciens excommunicationem, & fidem contemnens, oportet eum quoque excommunicare, quia fuit particeps, & conſentiens.

De excõicationẽ cõmunicantis cũ excom Tur. 2 c. 8

De nõ accipienda oblatione ab excõm. eſt Apoſtolica Cõſti. li. 3. Clem. c. 8

Qui excõmunicatio nẽ paruifacit, fidẽ cõtẽnit.

De ira, indignatione, odio fugiendis ſacerdoti, & ei potiſſimum, qui poteſtatem habet excommunicandi. Cap. 28.

NON erit presbyter vllo modo maleuolus, aut velox ad iram aut ad offenſionem, præſertim Epiſcopus, aut alius, qui poteſtatem habeat excommunicandi, vt non omni tempore excommunicet, & liget. Et ſi quis talis extiterit, debet hæc auferre; neceſſeque eſt, vt ſit moderatus, & deponat odium, & non exerceat ſemper excommunicationem. Quòd ſi non paruerit, deponatur; ſiquidem ira, maleuolentia, indignatio, & clamor opera dæmonis ſunt; neque conuenit, vt ſit in ſacerdote aliquid ex vitijs diabolicis; ſed potius, vt ſit mundus ab omnibus vitijs & maculis, ſicut * ſcriptum eſt.

* Hoc dicit, quia ſcriptum eſt in Leu. c. 21. ut qui eligendus eſt ad ſacerdotium, careat omni macula. quod quidem in ſpiritu ſignificabat, ut careret omni vitio, & peccato graui. vnde Apoſtolica conſtit. lib. 2. c. 3 explorentur, inquit, qui eligendus eſt Epiſcopus, an careat omni macula in ijs quæ pertinent ad uſus vitæ r Scriptum eſt enim, inquit, inſpicite maculas eius qui eligendus eſt ad ſacerdotium. Hinc beatus Gregor. ſcribens de eligendo Epiſc. Eccleſiæ Ariminenſis. 7. q. 1. c qualiter, iubet eligere diligenti examinatione adhibita, ſi in eo, inquit, quæ in textu heptateuchi continentur, non fuerint reperta, id eſt, ſi caruerit mortalibus peccatis, quæ per maculas in Leu. notatas ſignificantur. Hæc idem Greg. clarius expreſſit in epiſt. ad Paſinum Epiſcopum de alio quodam ordinando loquens, ſi nulla, inquit, ei crimina, quæ per legis ſacræ regulam morte mulctanda ſunt, obuient. peccata mortalia, quæ a regno Dei excludunt, dicit morte mulctanda ſecundùm regulam legis ſacræ, qualis eſt illa, neque fornicarij, nec idolis ſeruientes, nec adulteri, neque molles, & c. regnum Dei poſſidebunt.

De non flectendo genua in oratione. Cap. 29.

CA. NIC. XX. IN oratione Dominici diei, & in diebus Pẽtecoſtes, & in magnis feſtis Domini oportet non flectere genua, ſed ſtantes orare, & inclinari.

De imponendis nominibus Chriſtianorum in baptiſmo, & de hæreticis fidem Trinitatis, & formam baptiſmi integram retinentibus, & de alijs non retinentibus dignis peiore nomine, & de modo eos recipiendi, cùm ueniunt ad fidem. Ca. 30.

FIDELES nomina Gentilium filijs ſuis ne imponant; ſed potius omnis natio Chriſtianorũ ſuis nominibus vtatur, vt Gẽtiles ſuis vtuntur; imponanturque nomina Chriſtianorum ſecundùm *ſcripturam in baptiſmo, & baptizentur in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis ſemper colendæ, & adorandæ anima, mente, & corde; & ſanctificent dies feſtos omnes. Sed ſi fuerint alij Chriſtiani contrarij in aliquibus, vocabuntur hæretici, & hoc nomine appellabuntur, Ioaniùm, & Memariùm, & Surianiùm, quæ nomina* Arabicè ſignificant homines ſecundùm carnem, & non ſecundùm Deum agentes; quamuis non corruperint ſcripturas, neque combuſſerint. Qui enim corruperunt, & dies feſtos mutauerunt, & fidem conturbarunt, ac confuderunt, reliqueruntque genuflexionem, ſpreuerunt ordinem Eccleſiæ, & alium ſibi modum inſtituerunt, non debent appellari Memariùm, ſed potius homines perditi, & errantes, & numerantur inter cultores idolorum, & veræ fidei negatores. Si verò aliquis ex iſtis conuerſus fuerit, recipiat Epiſcopus petitionem eius, & doceat eum, ſicut recipiuntur, & docentur Iudæi, & Gentiles, & baptizabuntur iterum, poſtquam ſectam ſuam malam abnegauerint,
a Syn. Cõſt. ca. 7. & fidem Eccleſiæ Dei confeſſi fuerint. a Similiter intelligendum eſt de Secundijs, Marcunijs, Simonianis, Menandrianis, Sethianis.

Secundùm ſcripturam imponuntur nomina in baptiſmo, quia ſcriptum eſt in Euangelio impoſitum eſſe nomen Ioanni, & Ieſu in circumciſione, cui ſucceſſit baptiſmus. & Dionyſ. Areopag. in baptiſmo ſcribit dari nomen, quod ex ſanctis Apoſtolis didicit. Illud etiam aduertendum eſt, non imponi à fidelibus nomina Gentilium, ſiquando in baptiſmo imponitur nomen Pompeij aut Octauij, & ſimilium, non enim ut nomen Gentilis, ſed ut noſtrum imponitur. ſic enim Gentilium nominibus tanquam noſtris uti poſſumus, vt Gentiles noſtris tanquam ſuis vtebantur, cùm Antonios, Marcos, & Marcellos, & Iulianos vocabant.
* Quia interpres è Græco, vt verbum verbo redderet, verbis aliquanto obſcurioribus vſus erat, interpretatur verba Arabica obſcuriora Arabicis clarioribus.

De ratione & modo recipiendi conuerſos ad fidem orthodoxam ex hæreſi Arij, & aliorum talium. Cap. 31.

SI quis ad fidem orthodoxam conuertatur, recipiẽdus eſt in Eccleſiam per manus Epiſcopi, vel preſbyteri, qui præcipere ei debet, vt anathematizet cunctos qui contra fidem orthodoxam faciunt, & qui Apoſtolicæ Eccleſiæ contradicunt. Debetque anathematizare Arium, & hæreſim eius, & apertè fidem profiteri, quam in hac perfecta confeſſione definiuimus, ac ſincerè fidelis eſſe. b Oportet etiã anathematizare eos qui huic fidei non credunt, & eam non recipiunt. Et poſtquam hæc fecerit, accipiat eum Epiſcopus, vel ſacerdos, ad cuius poteſtatem pertinet, & vngat eum vnctione chriſmatis, & ſignet ter vngendo, & orando ſuper eum c *orationem Dionyſij Areopagitæ, & fiat oratio ad Deum pro eo deuotè, vt recipiat eum. Et poſtea erit particeps diuinorum ſacramentorum, & communionis, per quam fit remiſſio peccatorum. Si autem is in quo hæc facta ſunt, fuerit Epiſcopus, manebit poſt conuerſionem ſuam in gradu preſbyteri; ſi preſbyter, in gradu diaconi; ſi diaconus, in gradu hypodiaconi; & ſimiliter in reliquis deinceps, vt ad gradum inferiorem deſcendat.

b Syn. Cõſt. ca. 7.

c Dionyſij Areopag. citatus in Synod. Nic.

Huic Canoni teſtimonium tribuit S. Athanaſ. qui in epiſt. de Synodis Arimini & Seleuciæ, & in epiſto. ad Epiſcopos Africæ ſcribit patres Nicænos edidiſſe in concilio perfectam fidei confeſſionem, & anathematizaſſe omnes hæreſes, & inter eas Arianam. vtrunq; eſt in hoc Canone. eſt autem renouatus, & denuo ſancitus hic Can. in ſyn. Conſt. c. 7.
* Oratio, quam dicit Dionyſij Areopag. eſt in Canone Græco 7 Syn. Cõſt. σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, id eſt, obſignatio, ſiue ſigillum doni Spiritus ſancti. Quod verò eſt hic de vngendo iſtos chriſmate, non eſt neceſſe accipere de ſacramento confirmationis, ut accepit Beſſarion in libello de Euchariſtia; ſiquidem ad multa alia vtitur Eccleſia ſecundùm apoſtolicam traditionem vnctione chriſmatis, vt in benedictione, ſiue ſanctificatione aquæ baptiſmi, & altaris, & in ordinatione, & in alijs.

De ratione recipiendi eos qui ſaluis dogmatibus fidei, & eccleſiæ legibus, à nobis receſſerunt, & poſtea redeunt. Cap. 32.

SED qui fuerunt ex ſecta Caguadanorum, aut Cabariorum, aut Taimainorum, non neceſſe eſt eos vngi, nec iterum baptizari, neq; gradu ſuo moueri; ſed potius redire oportet ad eoſdem gradus, & recipi cum orationibus, quas ſuprà diximus; orandumque pro eis, ac præcipiendum eiſdem vt abhorreant ab ijs in quibus antea fuerunt.

Sic agendum eſt cum quocunq; qui à vera fide non vacauit, & qui baptiſmũ, & leges eccleſiæ retinuit, ſicut alij Chriſtiani, & qui ex iſtis clericus fuerit, ſi nõ mutauerit ſcripturã, neq; deſierit feſtos dies celebrare; qui eiuſmodi fuerint, nõ ſunt annumerandi infidelibus, & Iudæis, quia nõ negauerunt nos, ſed nobis propter iram & indignationẽ aduerſati ſunt. & quicunq; contradixerit, excommunicetur.

Huiuſmodi fuerunt Audiani, ſic dicti ab Audio quodam temporibus Arij, de quo S. Epiphanius libro 3. hær. 70. qui cum ſodalibus ſuis nihil, inquit,

habebat

habebat in fide diuerſum, ſed rectiſſimè credebat. Audiani non deſierunt feſtum Paſcha celebrare, licet per errorem cum Iudæis azymorum dies agerent. Iſtos credo corruptè vocari in hoc canone Cauguadanos. tales etiam fuerunt Meletiani, Meletij Aegyptij ſectatores, de quo idem Epiph lib. 2. hær. 68. non eſt, inquit, immutata fides ipſius aliquo tempore à ſancta Eccleſia Catholica. Fortaſſe etiam corruptè legitur in hoc Can. Tamanorum, pro Meletianorum.

De loco Patriarcha reſiſtendum, & de honore Epiſcopo Hieroſolymitano, & Seleuciæ, habendo. Cap. 33.

PATRIARCHA ſit in ciuitate Regia, vt ſit honori ipſi & Regi, & alijs ſimul preſbyteris. Honoretur etiam Epiſcopus Heliæ pluſquam alij Epiſcopi, quia ipſe reſidet in ſancta ciuitate, unde crux Dei Domini noſtri cœpit, & vbi eſt locus* iudicij. Honoretur quoque timet ſedem Seleuciæ, quæ eſt ex ciuitatibus Orientalibus, qui debeat etiam appellari nomine catholici; & poſſit is ordinare Archiepiſcopos, ſicut faciunt Patriarchę, vt Orientales non patiantur damnum expectando Patriarcha Antiochiæ, aut eundo ad eum, & Gentiles reperiant viam ad neceſſitates ſuas: Quia in hoc non fit iniuria Patriarchæ Antiocheno. Siquidem ipſe conſenſit, poſtquam hoc ab eo ſynodus petiuit, ne de ſublata poteſtate iſta quæreretur; quæ nihil aliud deſiderabat, ut illius prouinciæ fideles pace, & quiete fruerentur; ſimul etiam, vt is qui tenet ſedem Seleuciæ, nomine catholici honoraretur.

* De iudicio accipiendũ eſt, quo victa eſt mors morte Domini, & eo reſurgente reddita mortuis vita.

De honore habendo Archiepiſcopo Seleuciæ in Synodo Græciæ. Cap. 34.

SI acciderit, vt neceſſe ſit conuenire Epiſcopos Græciæ, & fuerit præſens prælatus Seleuciæ, quem diximus, quæ Seleucia eſt in prouincia Babyloniæ in Regno Zabur, & hodie eſt Ciuitatulæ, oportet honorare eum multum, & magnificare, atque extollere ſupra omnes Epiſcopos Græciæ. Siquidem ipſe tenet locum Patriarchæ in Oriente; & ſedes eius in Concilio debet eſſe ſexta poſt Epiſcopum Hieroſolymitanum. & quicunque hanc conſtitutionem violauerit, ſynodus eum excommunicat.

De non habenda ſynodo prouinciali in prouincia Perſidis ſine auctoritate Patriarchæ Antiocheni, & vt Epiſcopi Perſidis ſubiecti ſint Metropolitanis Antiochiæ. Ca. 35.

NON permittit magna ſynodus, vt congregentur in Prouincia Perſidis ad diſponendum aliquid ad ordinem Eccleſiæ pertinens ſine conſenſu, & auctoritate Patriarchę Antiocheni: quia quamuis prælatus Perſidis ſit loco Patriachæ, & non quærat aliud præterquam quietem, & tranquillitatem ipſorum Perſarum, tamen non licet immittere ſe ad conſtituendum ordinem Eccleſiæ, ſed potius in omnibus ſint Metropolitanis Patriarchæ obedientes, & qui contradixerit, ſynodus eũ excommunicat.

De creatione Patriarchæ Aethiopiæ, & de poteſtate eius, ac de honore ei habendo in Synodo Græciæ. Cap. 36.

VT nõ poſſint Æthiopes creare, nec eligere Patriarcham; quin potius eorum prælatus ſub poteſtate eius ſit, qui tenet ſedem Alexandriæ. Sit tamen apud eos loco Patriarchæ, & appelletur catholicus; nõ tamen ius habeat conſtituendi Archiepiſcopos, vt habet Patriarcha, ſiquidem non habet Patriarchę honorem, & poteſtatem. Quòd ſi acciderit, vt concilium in Græcia habeatur, fueritque præſens hic prælatus Æthiopium, habeat ſeptimum locũ poſt prælatum Seleuciæ; & quando facta fuerit ei poteſtas conſtituendi Archiepiſcopos in prouincia ſua, non licebit illi conſtituere aliquem ex illis. & quicunque non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

De electione Archiepiſcopi Cypri ſubiecti Patriarchæ Antiochiæ. Cap. 37.

SI Epiſcopus Cypri diem ſuum in hieme obierit, & non potuerint populi propter tempeſtatem maris mittere Antiochiam, ut Patriarcha Antiochenus conſtituat ipſis Archiepiſcopum loco mortui, debent ſcribere ad Patriarcham, & petere ab eo, ut permittat eis conſtituere quem uoluerint; neque prohibebit hoc Patriarcha, poſtquam ad eum ſcriptum fuerit, ſed potius cõcedat tredecim Epiſcopis, ut cõgregentur, & conſtituant Archiepiſcopũ loco mortui; ne defuncto Archiepiſcopo principio hiemis ſine capite propter tempeſtatem remaneant, & ne aliquis fortaſſis ex tredecim Epiſcopis à vita recedat, & non ſit Archiepiſcopus qui cõſtituat Epiſcopum loco mortui, atq; ita fiat, ut toto eo anno Archiepiſcopo careat. ob hanc cauſam conſtitutum eſt hoc, & qui cõtradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Atteſtatur huic Canoni canon Synodi Epheſinæ 7. Græcè. ait enim antiquum morem eſſe, ut Patriarcha Antiochiæ ordinationes in Cypro faciat, ordinat enim Archiepiſcopum Cypri, ſine cuius auctoritate non poſſunt Epiſcopi Cypri conſtitui, quiſque ab Eccleſia ſua electus, & non ab Eccleſia alterius ſecundum veteres canones.

Quid hic rurſus excuſabunt qui electiones, aut nominationes Epiſcoporum diutius protrahunt, cùm Synodus Nicæna, ne euenire poſſet, ut anno vno Cyprus ſine Archiepiſcopo eſſet, ſi ad electionem eius auctoritas Patriarchæ Antiochiæ expectanda eſſet, ceu fuerit, concedendum eſſe Epiſcopis Cypri, vt ipſi quẽ vellent eligerent, ac conſtituerent Archiepiſcopum, ſi per tempeſtatem hiemis non liceret de electione ad Patriarcham referre.

De

De ordinatione miniſtrorum Eccleſiæ Epiſcopis prohibita in aliena diœceſi. Cap. 38.

Ca. Nic. 16. Can. Apoſt. 35.

VT nullus Epiſcoporum in parœcia alterius ordinationes presbyterorum, aut diaconorum faciat, exceptis Patriarcha, & Archiepiſcopo in locis quæ ſub poteſtate eorum ſunt, neque quicquam diſponat in aliena parœcia ſine licentia proprij Epiſcopi.

De cura & poteſtate Patriarchæ in Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſui patriarchatus; & de primatu Epiſcopi Romani in omnes. Cap. 39.

CONSIDERET Patriarcha ea quæ Archiepiſcopi, & Epiſcopi in Prouincijs ſuis faciunt; & ſi quid reperiat ſecus quàm oporteat factum, mutet, & diſponat, prout ſibi videatur; ſiquidem ipſe eſt pater omniũ, & illi filij eius. Et quamuis ſit Archiepiſcopus inter Epiſcopos tanquam frater maior, qui curam habet fratrum ſuorum, & ei debent obedientiam, quia præeſt; eſt tamen Patriarcha ijs omnibus qui ſub poteſtate eius ſunt, ſicut* ille qui tenet ſedem Romæ, caput eſt, & princeps omnium Patriarcharum; quandoquidem ipſe eſt primus, ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes principes Chriſtianos, & omnes populos eorum, vt qui ſit vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos, & vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam. & quicunque contradixerit, à Synodo excõmunicatur.

* Similis eſt hic Canon ſexto eiuſdem ſynodi Nic. & eãdẽ auctoritatẽ, hoc eſt, ſummã eſſe in Epiſcopo Ro. principe omnium Patriarcharũ, & ob eãdẽ cauſam ſcilicet propter formam, quam habet Epiſcopus Romanus relictam à ſanctis Apoſt ut S. Anacletus 10 epiſt. 3. diuinè explicat. formam enim quam ſancti Apoſtoli inter ſe habebant, ut ait idem Anacletus, ſuis ſucceſſoribus ſcilicet Patriarchis, & metropolitanis, & reliquis Epiſcopis reliquerunt. vt ſicut beatus Petrus reliquis Apoſtolis præfuit, ſic ijdem ſancti Apoſtoli ſtatuerunt, ut omnes Epiſcopi ſingularum nationum ſuum primum haberent iuxta canonem Apoſtolorum 34. quare conſequens neceſſariò eſt, ut ſicut Apoſtoli beatum Petrum caput habuerunt, ſic ſucceſſores Apoſtolorum, qui ſunt Patriarchæ, & infra Patriarchas Metropolitani, & infra Metropolitanos reliqui Epiſcopi, ſucceſſorem beati Petri, id eſt, Epiſcopum Roma. Principem, & caput agnoſcant, & habeant, ut hic Canon profitetur, cùm eum Principem omnium Patriarcharum vocat, & primum eſſe dicit, ſicut fuit beatus Petrus, cui in omnes Chriſtianos data eſt poteſtas. quo teſtimonio nullum luculentius, neque grauius à ſynodo Nicæna dari potuit.

De Synodo prouinciali bis ſingulis annis habenda, & de vſu eius, cum excommunicatione contradicentium. Cap. 40.

VT omnes Epiſcopi bis* ſingulis annis apud Archiepiſcopum ſuum conueniãt. Vbi omnia, quæ in locis ſuis acciderint, conſiderent; item conſiderent, quæ opus ſunt, cognoſcantque omnia, & conſentiant inter ſe ad expellendum procul malum, & operandum iuſtitiam, ut ſint excuſati in die illo tremendo, ſitque hæc eorum excuſatio manifeſta, ne excidant è uita in æternum permanente, ac dedecus & ignominiam propter caduca & pereũtia ferant; & quicunque cõtradixerit, ſynodus eum excommunicat.

* Non eſt hic canon temerè, aut fruſtra repetitus: quin potius, ut ſolet ſæpe in ſcriptura idem utiliter & neceſſariò repeti, ſic hoc de ſynodis prouinc. bis quotannis habendis vt ſaluberrimè conſtitutum, ſic enim ait Leo epiſ. 4. cap. 7. iterato canone repetitum eſt, in quo decreta eſt pœna excommunic. contradicentibus, & comprehenſum totum negotium huiuſmodi cõciliorum, quod poſitum eſt in ſtudio expellendi malum. & operandi iuſtitiam. Similis comprehenſio facta eſt in ſexto Canone ſynodi Nic. 2. ſtudium, inquit, & cura erit congregatis, ut diuina, & uiuifica mandata Dei ſeruentur.

De ſynodo Archiepiſcoporum apud Patriarcham ſemel quotannis, & de uſu eius; item de collecta per prouincias, & loca Patriarchæ ſubiectâ facienda ad victum Patriarchæ. Cap. 41.

SImiliter ſtatuimus, ut omnes archiepiſcopi ſemel per annum apud patriarcham ſuum conueniant, & in eo concilio faciant ad eundem modum in omnibus rebus, & in peccatis, quæ in locis eorum contingunt; faciantque hoc, ne in iudicio eorum ſit fraus, ſed potius tale ſit, quale erat iudicium lxx. ſeniorum cum filijs Iſrael, qui cauſas ſuas Moyſi proponebant: ſic etiam & epiſcopi apud Patriarchã facere debent, & diſpertiatur benedictio Patriarchæ ſecundum uires omni prouinciæ, & omni loco magno vel paruo, quæ ſub poteſtate eius ſunt, mittaturque ei ſingulis annis vt inde viuat, & alatur. careatque excommunicatione hic canon.

De clerico, vel monacho lapſo in peccatum, & vocato ſemel, & iterum, & tertiò, & non ſiſtente ſe in iudicio. Cap. 42.

SI quis ex clero, aut ex monachis lapſus fuerit in aliquod peccatũ, & uocatus à congregatione, vt videatur cauſa eius, & purget peccatum ſuum, dato primum tempore ad veniendum, non uenerit, uocatusque iterum, & tertiò, obſtinatè non ſe ſiſtat, ejciatur de medio eorum, vt meritus eſt; & inſuper deponat. & qui contradixerit, ſynodus eum excõicat.

De reo manifeſto dimiſſo impunito ab epiſcopo, vel presbytero, vel etiam diacono iudice, quid facere debeat patriarcha. Cap. 43.

SI ad epiſcopum, aut ſacerdotem, aut diaconum allatũ fuerit aliquod crimen manifeſtũ, non opus eſt teſtimonijs ad iudicandum. Quòd ſi propter affectionem eum qui delictũ commiſit, non iudicauerint ſecundùm meritã pœnam, dimiſerintque eum in peccato, & hoc poſtea patriarchæ patefactum fuerit, oportet ut ipſe patriarcha iudicet eum qui crimen cõmiſit, ut meritus eſt; illumq; deponat qui habebat exploratum de crimine, & dimiſit eum qui

qui commiſit, & illum item deponat qui fuit illius criminis ſocius. & quicunque contradixerit, à Synodo excommunicatur.

Quomodo archiepiſcopus epiſcopum ſibi ſubiectum iudicare debeat. Cap. 44.

VT archiepiſcopus nullum epiſcopum ex ijs qui ſub poteſtate eius ſunt, cuius peccatum, ſciat, iudicet, nec imponat ei pœnitentiam pro peccato, niſi interueniente patriarcha, qui rem explorate cognitam habeat, & qui non paruerit, à Synodo excommunicatur.

De ratione admittendi querelas, & iudicia archiepiſcopi contra patriarcham ſuum. Ca. 45.

VT non admittatur querela archiepiſcopi contra ſuum patriarcham de ullo peccato, neque reprehenſio, neque iudicium, niſi adhibito altero patriarcha vno ex fratribus eius, qui eius cauſam excutient. Et nullus in hac re archiepiſcopo accuſatori faueat, neque cum eo conſentiat, niſi auctoritate alterius patriarchæ. & qui contradixerit, ſynodus eum excommunicat.

Quomodo patriarcha querelam, aut iudicium archiepiſcopi contra archiepiſcopum admittere debeat. Cap. 46.

NEQVE patriarcha querelam unius archiepiſcopi de alio archiepiſcopo, qui ſub poteſtate eius ſit, accipiat, neque reprehenſionem, neque iudicium ſuper peccato eius, niſi altero archiepiſcopo ex fratribus interueniente; ut conſiderent hoc, ſicut ſuprà dictum eſt in canone; & non oportet ut is interueniat qui querelam habuit in hoc iudicio. & qui contradixerit, habebitur excommunicatus.

De excommunicatis ab uno aliquo quando ab alio abſolui, uel non abſolui poſſint. Cap. 47.

NVLLVS epiſcopus ſoluat quem alius epiſcopus ligauit, quandiu ille qui ligauit, vixerit. Quòd ſi epiſcopus qui ligauit, obierit, & ſucceſſori viſum fuerit ſoluere ligatũ, licebit facere, poſtquam cauſam, propter quam fuit excommunicatus, cognouerit; modò excommunicatus non fuerit propter blaſphemiam, aut propter aliquod peccatum publicũ, aut aliud ſimile. Eadem lex erit de ſacerdote, id eſt, vt nullus ſacerdos ſoluat, aut liget, quem alius ſacerdos ſoluerit, aut ligauerit, quamdiu ille qui ſoluit, aut ligauit, vixerit. Poſt mortem verò ſucceſſor eius ſoluet quem mortuus ligauit; ſed debet epiſcopus præeſſe huic negotio, neque conuenit, ut archiepiſcopus, aut epiſcopus ſoluat aut liget eum qui dignè à ſacerdote ſolutus, aut ligatus, eſt quamdiu is qui ſoluit, aut ligauit, uixerit. Patriarcha tamen re cognita habet auctoritatem ſoluendi omnes iſtos, ſi ei viſum fuerit, ſiquidem eſt loco patris familias, qui in eos, & in omnes alios poteſtatem habet. & hic canon non habet excommunicationem.

De non eligendo ſibi ſucceſſore in epiſcopatu. Cap. 48.

VT nullus epiſcopus dum uiuit, alterum eligat qui poſt mortem loco ſuo ſuccedat, nec ex multum* propinquis, nec ex primariis ciuitatis; ſed cùm epiſcopus erit mortuus, tunc eligendus eſt aliquis ex ſacerdotibus, aut religioſis qui habitant in monaſteriis per deſertum, aut aliquis de doctrina, & ſtudio ſcripturæ notus, & cuius præſtantia, & probitas ſit cunctis manifeſta, quamuis ſit externus, ordinetur epiſcopus, ſi his condicionibus præditus reperiatur, & diues ſi fuerit, nihil impediet quominus ſit epiſcopus. & hic canon caret excommunicatione. Huic Canoni atteſtatur Conc. Antioch. ca. 23. epiſt. Innocentij 1 ad Clerum Conſtãt. quæ eſt 10 lib. 13. Nicephori, c 32. epi. Aug. 110.

Non facit contra hunc canonem, qui aſſentiente clero, & populo aliquem, qui dignus ſit, deſignat futurum ſucceſſorem, vt Aug. in Eradio fecit. is enim non ab epiſcopo, ſed potius a clero, & populo eligi dicendus eſt. Auguſt. verò à Valerio electus fuit & ordinat⁹, vt poſt mortem ſuccederet quod idem Aug. contra Canonem Nicæ. factum fuiſſe per ignorantiam dicit. ſic igitur intelligendus eſt hic Canon. nullus epiſc. dum viuit, alterum eligat ſine clero, & populo, nec ita cum clero, & populo eligat, vt ordinetur epiſcopus, dum viuit cui ſucceſſurus eſt.

Dixit, nec ex multum propinquis, quia eſſe multum propinquum, vt fratrem, aut filium, aut fratris uel ſororis filium, multum valde poſſet, ut electio huius multum propinqui, quam facit epiſcopus uiuens, à clero, & populo approbaretur; ſimiliter ſi ex primariis.

Quia ait beatus Iacobus, nonne diuites per potentiã opprimunt nos, & ipſi trahunt nos ad iudicia, & Paul. qui cupiunt, inquit, diuites fieri incidunt in deſideria multa, inutilia, & nociua, idcirco ut diues ordinatione epiſcopi dignus ſit, explorare oportet, an ſit etiam ſicut Apoſt. diues in bonis operibus, & an facilè tribuat, & communicet. hinc ſynodus Sardic. c. 10. ſiquis, inquit, diues, aut ſcholaſticus a foro, uelit epiſcopus fieri, ne prius fiat quàm in omnibus gradibus miniſterium impleat, vt ſi in ſingulis dignus cenſeatur poſſit ad verticem dignitatis epiſcopi aſcendere. Cum curialibus cõiunxit ſynodus diuites.

De non ordinando ſimoniace. Cap. 49.

VT nullus audeat ordinare epiſcopum, aut ſacerdotem, aut diaconum pro quantitate data, ſiue ante ordinationem, ſiue poſt; & qui ſecus fecerit, deponatur. & quicunque contradixerit, ſynodus eum excommunicat. Teſtatur decretum fuiſſe hoc in concilio Nicæno beatus Greg 16. q. 7. c. perueni t.

De epiſcopo uno tantum vnius ciuitatis, & vno tantum parocho vnius villæ; & de non mouendo primo, ſiue epiſcopo, ſiue parocho, propter alium ſecundum ab aliqua parte populi petitum, ſi primus vacat à manifeſto crimine. Cap. 50.

VT nõ ſit niſi vnus eps̃ vnius ciuitatis, nec in vna Eccleſia villæ ſint duo ſacerdotes, CA. NIC. VII.

& ſi

& ſi fuerit magna, poterit ſacerdos habere ſecum diaconos, & ſolus ſacerdos in ijs quæ ad altare pertinent, præſit; ſicut ſolus Epiſcopus eſt in Eccleſia ſua ſuperior. & ſi in ciuitate, aut villa, fuerit aliqua diſcordia, ita vt alij hunc ſacerdotem, aut epiſcopum, alij alium velint, debet tunc populus conſiderare hoc iuſtè: & ſi oon audiatur de eo aliquod delictum manifeſtum, oportet relinquere eũ in loco ſuo: ſin verò infamia alicuius peccati in eo reperta fuerit, eijciendus eſt, & in locum eius alter ſubſtituendus, qui ſit ſine crimine. Denique ſecundus Epiſcopus, aut ſacerdos non intret in locum primi, ſi primus fuerit manifeſtè probus; ſiquidem copulatus eſt cum Eccleſia, ſicut conſtitutum eſt. quæ eſt etiam lex ſæcularibus, ut nemo eorum accipiat in matrimonium per vim vxorem alterius, donec vir eius mortuus ſit; dimittatque eam liberã, vt abeat quò velit. Qui huic Canoni contradixerit, Synodus eum excommunicat.

Iſta ipſa ratione comparationis, ac ſimilitudinis matrimonij carnalis cum ſpirituali uſus eſt Euariſtus in epiſto. 2. & ſicut uir, inquit, non debet adulterare uxorem ſuam, ita nec Epiſcopus Eccleſiam ſuam, vt dimittat illam abſque ineuitabili neceſſitate, aut apoſtolica, uel regulari mutatione.

De non permittenda ab Epiſcopo ſeparatione vxoris à viro propter diſcordiam. Cap. 51.

Tolet. 12, c. 8.

SI quis vxorem ducat, & poſtea inter eos propter aliquam cauſam non conueniat, & vxor ſit in culpa, quæ cauſam dedit diſcordiæ, debet vir patienter eam tolerare, & cum ea ſocietatem habere, quouſque res adducatur ad concordiam. Quòd ſi non tolerauerit, debet interuenire Epiſcopus; & ſi Epiſcopo parere illa noluerit, nec audire eum, & à viro diſceſſerit, debet Epiſcopus hortari illam ad redeundum; & ſi noluerit redire, debet cogere, ut redeat. Sed ſi vir quæſiuit occaſionẽ ut ab ea ſepararetur, non eſt ei credendum, quin potius, velit, nolit, cogendus eſt vt cum ea habitet. Quòd ſi hoc facere noloerit, oportet ut ſeparetur à communione, & ingreſſu Eccleſiæ.

De fœneratione, & turpi quæſtu clericis interdicto, & de non conuerſando, neque comprandendo cum Iudæis. Cap. 52.

Can. Nic. 17. Ca. Apoſt. 44. Carth. 5. Sy. Nic. 2. c. 17. Sy. 6. c. 10.

NVLLVS Sacerdos det fœnori, neque quæſtum iniquum faciat, neque ſocietatem cum Iudæis habeat, neque fraternitatem; neque cum eis cibum, aut potum ſumat: ſiquidem ſancti Apoſtoli hoc ſtatuerunt, & hoc fideles facere oportet. & quicũque non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

De coniugio diſparis cultus vitando. Cap. 53.

Cõc. Tolet. 3. c. 14. Agath. 67. Elib. 15. & 16. Aurel. 2. c. 18. Aurel. 4. c. 13. Amb. epiſt. 70. idè lib. de Abr. c. 9.

VT Chriſtiani vxores ducant ex quacunque natione, modò ad fidem veniãt, ſed non debent Chriſtiani dare filias ſuas nuptũ infidelibus, ne ad errorem maritorum peruertantur, & fiant vel Iudææ, vel Gentiles propter infirmitatem ſuam, & procliuitatẽ ad malum, & qui non paruerit, à Synodo excõmunicatur.

De electione Chorepiſcopi, & de officio eius in caſtellis, & pagis ac monaſterijs. Cap. 54.

ELIGAT Epiſcopus ex bonis religioſis qui habitant in deſerto, aliquem qui ſit doctus, & optimis moribus, & maximè omniũ qui in vniuerſa illa congregatione ſunt, intelligens, qui nihil de electione ſua cognouerit; & qui ſunt illius congregationis, debent adducere eum, & vnus ex diaconis congregationis dicat alta voce, Nos eligimus talem in chorepiſcopum, qui habeat totam poteſtatem in nos, vt ſciant omnes electum eſſe eum in eo gradu. & debet epiſcopus recitare ſuper electum orationem conſuetam, & benedicere illi; detque ei nomina omnium eccleſiarum, & monaſteriorum quæ ſub poteſtate eius ſunt, vt eligat ipſe, prout melius ei viſum fuerit, eos qui ſint idonei, & in ſermone ſuo conſtantes, quos eccleſijs, & monaſterijs præficiat; & eis qui curã habent eccleſiarum, ne imponat curam monaſteriorum; & eis qui præfecti ſunt monaſterijs, ne mandet curam eccleſiarum; obligetque eos ad ea loca quæ eis data ſunt; & eat poſtea ad viſitandas Eccleſias, & monaſteria. Qui ſi in aliqua eccleſia, aut monaſterio aliquid deeſſe, aut ſupra quàm opus ſit, abundare repererit, oportet quod vno in loco ſuperfluit, apponere vbi deeſt; id quod cum timore Dei, & ædificatione illorum locorũ fieri debet. & ſi fuerint pauci ſacerdotes, debet augere numerum ex illis qui ſunt illius loci; & ſi inter eos non fuerit aliquis illius caſtelli idoneus, vt ordinetur, debet ſumere aliquem ex monaſterijs, vel eccleſijs, & curet vt fiat ſacerdos, vt oratio ſit aſſidua, & non ceſſet miniſterium altaris, deſtituantúrque templa oratione, & miſſa, & Chriſtiani nõ habentes paſtorem nomine & opere ſint ſicut Gentiles. itẽ curet, vt in omni caſtello, & parua villa ſit aliquis qui colligat prouentus epiſcopi ſecundùm vires cuiuſque loci, & afferantur ad eum; ſiquidem ad eum pertinet, vt faciat eleemoſynas pauperibus, & peregrinis, & ſacerdotes egentes recreet, vt maneat inter eos charitas. & hic canon caret excommunicatione.

Quod in extrema parte huius Canonis continetur de cura Chorepiſcopo habenda, ut ex omnibus caſtellis, & pagis ſuppeditetur Epiſcopo ad victum, & eleemoſynas pauperibus & peregrinis & clericis egentibus faciendas, ſatis conuenit cum eo quod ait Damaſus epiſto. 4. non fuiſſe iam ſuo tempore neceſſarius, ſicut inquit, in primitiua Eccleſia, uel propter ſtudium, quod erga pauperes exigebant, hos etiam Syo. Neocæſ. c. 14.

caſ.c.14. dicit honorari propter ſtudium in pauperes. Deinde quod præcipit Canon, ut Epiſcopus recitet ſuper Chorepiſcopum orationem, & benedicat ei, declarat quod ait Damaſus fuiſſe olim Chorepiſcopos ad formam 70. diſcipulorum, id eſt, non fuiſſe ordinem eorum niſi presbyterorum tantum, idcirco Chorepiſcopus non ordinabatur, ſed per orationem benedicebatur. Ad vicem Chorepiſcoporum quibus iam non opus eſt, accedunt nunc viſitatores quos vocant. in Mediolanenſi Eccleſia vocant vicarios foraneos. hi ſunt ſacerdotes probati, quos Epiſcopus deligit, & certas regiones diœceſis ſuæ attribuit inſpiciendas, & luſtrandas, ut in ciuitate ſua gregem qui extra ciuitatem eſt, quaſi præſens intueri, & curare poſſit. quibus qui primi nomen hoc impoſuerunt, videntur mihi nomen Chorepiſcopi ab inſpiciendis regionibus interpretati. de horum nomine & officio eſt cap. in ſecunda parte conſt ſynodi prouincialis Mediolanenſis anni LXVI. Reuerend. D. Carolo Borromæo Archiepiſcopo.

De ratione viſitandi Eccleſias, & monaſteria quæ in poteſtate ſua habet Chorepiſcopus. Ca.55.

CHOREPISCOPVS cùm viſitat Eccleſias, & monaſteria quæ ſub poteſtate ſua habet, videat an pauci ſint, vel deſint fratres, & ſorores; congreget ſeniores caſtelli, & prædicet, atq; exponat eis ſcripturas ſacras; eosq; de omnib⁹ ſanctis præceptis admoneat. itẽ interroget, an habeãt filios, aut filias, & faciat ut ad ſe adducantur, ut ſignet eos; & oret ſuper eos, imponatq; manus, ac benedicat; & inſtituat miniſtros, ſicut prius eos admonuerat; debetq; diſtribuere eos per Eccleſias, & monaſteria, & prouideat vt ᵃdiſcant; vt reddãtur apti, & idonei ad ædificationem monaſteriorũ, & Eccleſiarũ, & aliorũ locorũ quæ horum opera indigebunt. & hic canon caret excõicatione.

ᵃ De pueris clericis inſtituendis Tolet. 4.c.23. Vaſen.2.c.1.

Cernitur in hoc Canone ratio quædam ſeminarij miniſtrorum Eccleſiæ ceu veſtigium quoddam Seminariorum quæ nuper ſecundùm decretum ſynodi Tridentinę inſtituta ſunt. Miniſtri, quos iuxta hunc canonem Chorepiſcopi inſtituebant, non erant diaconi neque presbyteri, quos Ancyr. Syn. c.12. prohibet ordinare, ſed iuxta Canonem Antioch. Syn. c.10. lectores, exorciſtæ, & hypodiaconi, qui iuxta Carth.4. c.5. manus impoſitionem non habent. Quare cùm hic Canon ait, imponatque manus, intelligenda eſt manus impoſitio, non ut imponitur in ordinibus ſacris.

De profectione presbyterorum ex caſtellis, & pagis cum Choreſpicopo ad ſalutandum Epiſcopo bis quotannis, & religioſorum ex monaſterijs ſemel; & noui abbatis monaſterij ter. Cap.56.

VT Chorepiſcopus bis per annum congreget presbyteros ad ſalutandum Epiſcopum, & tradendum ſe ei, & ad communionem cum eo habendam; & prandeant cũ eo, fiatq; hoc in principio anni, & in feſto reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Religioſi tamen ſemel per annum cum eo congregabũtur, quando ei videbitur. Sed qui fuerit tunc primo factus caput in aliquo monaſterio, debet proficiſci ter per annum ad ſalutandum Epiſcopum, & tradendum ſe ei: ſemel, & iterum proficiſcetur ſolus, ut ab Epo adiuuet in officio ſuo; tertiò cum omnibus ſuis fratrib⁹.

Vt ſemel in anno in loco quem Epiſcopus elegerit, accepta vocatione abbates conueniant, Aurel.1.5. & 21. Tarrac.2.

De loco epiſcopi, archidiaconi, & chorepiſcopi ad ſedendum in eccleſia cùm celebratur officium; & de officio archidiaconi, & de honore archipresbyteri. Cap. 57.

LOCVS epiſcopi in oratione ſit in ſummo ſacelli, ſiue capellæ intra locum altaris, vt qui ſit paſtor, & gubernator; poſt eũ ſit archidiaconus ad latus dextrum, ut qui ſit loco eius, & præſit oibus quæ ad orationem, & eccleſiam pertinent; Chorepiſcopus autem ſit poſt archidiaconum ad alterum latus, quia ipſe etiã eſt loco epiſcopi ſuper villas, & monaſteria, & ſacerdotes villarũ, quę ſub poteſtate eius ſunt. Protopapa verò, id eſt, archipresbyter, quoque honoretur in abſentia epiſcopi tanquam epiſcopus, quia eſt loco eius, & caput ſacerdotum, qui ſub poteſtate eius ſunt in Eccleſia. in omnibus verò quæ ad diaconos ſpectant, quibus præeſt archidiaconus, ſiue quid inimicitię, aut peccati, aut litis inter eos ortum fuerit, aut aliud quid qđ ad iudicium eius neceſſariò pertineat, nihil referat archidiaconus ad epiſcopũ ſed ipſe potius eorum controuerſias dirimat; ſiquidẽ ſub poteſtate eius ſunt diaconi, & debet leuare epiſcopũ hoc onere. archidiaconus enim præeſt vniuerſo officio orationis, & per eum gubernari, & diſponi debent quæcunque ad eccleſiam pertinent; ne, ſi huic officio deſit, transferatur hoc iudicium, & gubernatio ad ſæculares. quæ quidem poſſit eſſe cauſa, vt merito clerici minus Epiſcopum timeant, & poteſtas epiſcopi, & ſacerdotum debilitetur, quia non poſſint tueri veritatem; ex quo fiat, vt populus multa peccata incurrat, nec acquieſcat iudicio in quo oporteat acquieſcere; & in vniuerſo populo alij alijs placeãt, & non Deo, & hoc etiam populum ab oratione auertat. canon ſine excommunicatione.

Satis cum his congruunt quæ de officio archidiaconi ſcripta ſunt, eadẽq; ab Innoc. & diſt. 25. Archidiaconi eſt pręeſſe ordinationi eccleſiæ, cõ. Agath. c. 23. Archidiaconi officium ſuggerere epiſcopo conſtitutiones, Tolet. 1.c.20. Tolet.4.c.3.

De honore habendo archidiacono, & chorepiſcopo, cùm ſedent in eccleſia abſente epiſcopo: & cùm deambulant cum epiſcopo. Cap. 58.

QVANDO chorepiſcopus, & archidiaconus ſedẽt in eccleſia, nullus ſacerdos, neque diaconus Eccleſiæ, neq; cuiuſuis alteri⁹ gradus clericorũ audeat ſedere ſupra illos; præterquam epiſcopus; quia hi ſunt tanquã duæ manus, & duæ alæ, quibus epiſcopus volat. Sed qñ epiſcopus ambulat ſiue in eccleſia, ſiue foris, oportet vt archidiaconus ſit ad dextram, & chorepiſcopus ad ſiniſtram, & epiſcopus ſit inter eos tanquam pater in medio filiorũ, & qui non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

Hæc eò ſpectant, vt omnia honeſtè & ſecundùm ordinem fiant in eccleſia, ſicut Apoſt pręcipit.

De omnibus gradibus clericorum, et miniſterijs eorum publicè deſcribendis, & proponendis. Ca.59.

DEſcribantur, & exponantur oẽs gradus clericorũ, & miniſteria eorũ, ne vlla ſit inter

Ne cum clericis laici miſceãtur, Turon.2.c.4.

inter eos diſſenſio; & ne catholici miſceantur, quando uenerint clerici aliarum Eccleſiarum, & aliorum monaſteriorum; ſiquidem omnia miniſteria ſunt vniuſmodi in cuncta parœcia, ſiue diœceſi, quæ ſub poteſtate eius eſt.

Fortaſſe non eſt alienum ab hoc canone quod ſcripſit beatus Baſilius in epiſt. ad chorepiſc. vt mitterent deſcriptos in tabella eos qui in ſingulis pagis eſſent hypodiaconi, à quo quiſque lectus eſſet, & ut ſeruarent ſibi chorepiſcopi exemplum, vt cùm miſſum ad epiſcopum recognoſceretur.

De ratione eligendi ex diœceſi ad ſacros ordines, & de ratione examinandi eos. Ca. 60.

SI qui ſunt ex diœceſi ad ſacerdotium, id eſt ad ſacros ordines eligendi, primum quidẽ adducendi ſunt ad epiſcopum, poſtea examinent eos archidiaconus, & chorepiſcopus, & videant an idoneè, & intelligenter legant ſcripturas, & an ſciant leges ſacerdotales, & ſtatuta Eccleſię. Qui ſi fuerint uerè approbati quòd ipſi ſciunt iſta, ſintque verè digni ſacerdotio, & à Deo, qui nouit ſecreta, electi, orabunt pro eis orationem ſolitam, ut fiant digni remiſſione, & accipiant indulgentiam. Poſtea adducendi ſunt ad epiſcopum, vt imponat ei manus, & benedicat, eoſque ordinet: qui cùm erunt ordinati debet archidiaconus adducere eos ad chorepiſcopum, ut moneat eos, ne miniſtrent in miniſterio ſacerdotali, id eſt, ſacrificij, ſed tantum orationis, donec didicerint omnes leges ſacerdotij, & poſtea ueniant ad chorepiſcopũ, vt uideat an in hoc profecerint, & iterum eos de hoc admoneat. non enim licet, vt ullus ex ſacerdotio miniſtret in ſacello, ſiue capella diœceſis ſine licentia chorepiſcopi, quandoquidẽ ipſe eſt caput illorum. Et ſi archidiaconus non fuerit propè, qui fuerint ordinati accipiant literas à chorepiſcopo ad archidiaconum, qui debet tunc ſuſcipere curam eorum in iis, quæ ad ſtatuta eccleſiæ pertinẽt, & dare illis curam ſecundùm ordinem eccleſiæ. Nec epiſcopus, neque chorepiſcopus debẽt eos à clero remouere ſine archidiacono, ſiquidem ipſe eſt, vt antè diximus, nutritus in ciuitate, & habet totius populi notitiam, præeſtque officio orationis, & omnibus diaconis. Et quando epiſcopus ꝓficiſcitur ad uillam, aut caſtellum diœceſis, nulli debet chorepiſcopus permittere, ut ſine licẽtia Archidiaconi ordinetur, nec epiſcopus, nec vllus alius ſacerdotem ordinare debet, neque religioſum facere niſi præſente chorepiſcopo, ſiquidem ipſe quoque præeſt officio orationis & cæteris omnibus, quæ in uillis ſuis fiunt; & quicumque non paruerit, ſynodus eum excommunicat.

Huic canoni atteſtatur epiſ. beati Baſilij ad chorepiſcopos, ex ea enim conſtat chorepiſcopos non diaconos, qui ſunt ordinis ſacri, & ſacrificio miniſtrant, ſed hypodiaconos & alios miniſtros ordinare potuiſſe, ut ex Canone ſuperiore lvi. liquet, modò eſſent examinati, & probati a presbyteris, & diaconis.

Miniſtrare ĩ miniſterio ſacerdotali eſt miniſtrare altari, qđ ꝓsbytero, & diacono miniſtro ꝓsbyteri cõuenit.

De honore diaconis habendo, ne ſe clerici in eos efferant. Cap. 61.

VT diaconi nõ ſint præcincti cingulis ſuis tempore orationis, quia ſunt liberi, & nõ dominatur eis niſi Dñs Chriſtus rex vniuerſi mundi, & eorũ Deus; hæc eſt enim eorũ, qui liberi ſunt, conſuetudo. Serui uerò hanc cõſuetudinẽ non habent, quãuis diuites, & potentes ſint; atque hoc honore honorãdi ſunt diaconi, & nõ alii clerici. Sacerdotes enim ſunt ſerui Chriſti, qui conſtituti ſunt ut præſint eccleſiæ, & orationi, quæ non poſſunt ab eis derelinqui. At diaconi oratione, & laudibus finitis, eũt diſcincti quò eis libet ſiue per uias, ſiue per plateas. Hęc de omnibus diaconis, & ſacerdotibus dicta ſunt. & hic canon ſine excommunicatione poſitus eſt.

Eò ſpectat hic canõ, vt oĩa in eccleſia honeſtè, & ſecundũ ordinem fiant, ne clerici in diaconos ſe efferãt, ſicut ĩ ſuperiore Canone 17. ne ĩ presbyteros diaconi.

De numero presbyterorum, & diaconorum ad miniſterium eccleſiæ, & ad facultatem eius accommodato. Cap. 62.

VT non ſint pauci presbyteri in eccleſia, ne deficiat oratiõ, & miniſterium Eccleſiæ; & ne ſit magnus ſacerdotũ numerus; ne ſumptus eccleſiæ augeatur. Quamobrẽ qui Eccleſijs præſunt, ii quidẽ quid in hac parte opus ſit, uidebũt. atq; ita oportet, vt tot in Eccleſia diaconi ſint, quot eccleſia ferre poſſit; & ut illis archidiaconus præſit, ſicut ſancti Apoſtoli canonibus ſuis conſtituerunt, & ſancti patres, q ante nos fuerũt; & vt ſint vii. diaconi, qui eccleſię ſumptu viuãt, ac reliqui gratis miniſtrẽt. & hic canon non habet excommunicationem.

Hic Canon canonem Synodi Neoceſ. teſtimonio ſynodi Florentinæ actione 7. corrigit; illa enim iubet vt in ciuitate quamuis magna ſint 7. diaconi; hęc verò, vt tot ſint in eccleſia, quos eccleſia ferre poſſit, ut ſi plures ſcilicet non poſſit, ſint ſaltem 7. reliqui gratis miniſtrent totidem debere eſſe ſcripſit quoque Euariſtus ante ſynodũ Nic. ad cuſtodiã epiſcopi prædicantis, ut duo eſſent, ſicut ego interpretor, ad dextrã, duo ad ſiniſtrã, duo retro, & vnus a fronte. poſtquã non opus fuit cuſtodire prędicantẽ, ſucceſſit, ut puto, hic numerus curę ſeptipartitę rerũ eccleſię: vt in eccleſia Gręca ex diaconis eligitur vnus magnus œconomus, alius magnus ſceuophylax, hic curã hẽt ſacrorum vaſorũ, & veſtimẽtorũ. Alius curã hẽt ſacrarum domorum, ſiue monaſteriorũ, hic eſt magnus ſacellarius, alius ſeruat ſcripta & tabulas de iudicijs, & cauſis; & hic uocat magnus chartophylax. Alius habet curã ſacrarũ domorũ, q ſũt ĩ ciuitate, qui curat et ornatũ altaris; hic vocat ſacellarius, nos uocamus ſacriſtã. alius curam hẽt de iis qui ad fidẽ tendũt, qui pręeſt cuſtodię legũ ſacrarũ, & inquirit de homicidis, & aliis criminibus; hic dicitur [illegible]. Septimus eſt, qui iſtis oĩbus pręeſt, archidiaconus. Forſaſſis hæc fuit cã, cur ſynodus Nic. ſtatueret, vt ſeptem diaconi eſſent in eccleſia, quę tot alere poſſit, q̃ eſſent hæc oĩa ab illis curãda. conſtitutio apoſt. lib. 3. Clem. c. 19. iubet, ut numerus diaconorũ ſit ꝓ portione multitudinis populi hic hĩ rõ miniſterii obeũdi, maior. n. multitudo populi plures presbyteros requirit, & plures presbyteri plures diaconos, quia diaconi ſunt miniſtri presbyterorum.

De œconomo eccleſiæ, & de alijs cum eo, qui curent res eccleſiæ. Cap. 63.

VT ſit in vna quaq; eccleſia œconomus, & cũ eo alij, qui hẽant curã prouẽtuum, & agro-

ægrorum; & alij villarum, & ſumptuum quotidianorũ; alij frumenti, & leguminũ; alij vaſorum auri, & argenti, & veſtimẽtorũ, ac ornamentorũ eccleſiæ; alij habeant curam loci, in quo ſancta Euchariſtia ſeruatur; & quiſq; habeat curã eorũ quę ſibi cõmiſſa ſunt, idq; cum timore Dei, & ne inter eos ſit, qui illũ ſeruum nequã imitetur, qui talentũ Dñi ſui abſcõdit, & non eſt in eo negotiatus; quem iratus Dominus in tenebras exteriores mitti iuſſit. Et hic Canon caret excommunicatione.

De officio in eccleſiis horarum diurnarum, & nocturnarum & de oratione pro omnibus qui eam eccleſiam gubernant. Cap. 64.

VT in omnibus horis diurnis, & nocturnis in principio, & in fine orationis fiat cum deuotione memoria Epiſcopi, & oret pro ſalute eius, & vt oratione eius populus adiuuet. Sabbato autem, & diebus feſtis, quando ſunt ſancta ſuper altare poſita, diaconus memoriã faciat, nominatim primũ Patriarchæ, deinde Archiepiſcopi, Epiſcopi, Chorepiſcopi, Archipresbyteri, Archidiaconi, quia iſti ſunt guburnatores eccleſiæ; idcirco nominandi ſunt ad altare in eccleſia, quandoquidem per eos omnia eccleſiaſtica adminiſtrãtur, & ipſi ſunt in Eccleſia ſuperiores. Et qui contradixerit, ſit excommunicatus.

De ordine ducendi funus Epiſcopi, Chorepiſcopi, & Archidiaconi, & de officio exequiarum. Cap. 65.

QVANDO moritur Epiſcopus, debent Chorepiſcopus, & Archidiaconus pręire funeri, vt ſi filij præeant funeri patris; quãdo verò aliquis morũ moritur, debet præire Epiſcopus, vt ſi pater præeat filijs mortuis. & legantur in funere ea quę doctores, & ſancti Patres ſpirituales de oratione conſtituerunt. interſintque funeri omnes ſubiecti eis, ſiquidẽ vocabãtur eorum omnium patres, & nuncietur de morte eorum omnibus eccleſiis, & monaſteriis illius parœciæ, vt fiat oratio pro eis. & hic Canon caret excommunicatione.

De ducente alteram vxorem dimiſſa quacunque de cauſa priore, vel etiam non dimiſſa; & de falsò accuſante vxorem de adulterio. Cap. 66.

QVICVNQVE ſacerdos, aut diaconus vxorem ſuã propter fornicationem dimiſerit, aut ob aliã cauſam, vt ſuprà dictũ eſt, aut domo eiecerit propter bona externa, vel vt illam altera pulchriore, aut meliore, aut ditiore mutet, vel propter concupiſcentiam ſuã, quod Deo diſplicet, & illa ob has cauſas dimiſſa, ipſe cum altera matrimoniũ cõtraxerit; aut nõ dimiſſa, alteram duxerit, ſiue liberam, ſiue ſeruã, & ambas pariter habeat licet ſeparatim habitantes, & ſingulis noctibus cum altera earum cubet, vel eas in eadẽ domo, vel in eodem lecto habeat, deponatur. Si verò fuerit laicus, prohibeatur cõmunione fidelium. Sin autem falſò aliquis vxorem ſuã de adulterio infamauerit, vt eam dimittat, inquirendũ diligenter de hac re eſt; & ſi hoc falſum fuerit, deponatur, ſi ex clero eſt: Sin autẽ laicus, prohibeatur ingreſſu eccleſiæ, & cõmune fideliũ, & cogatur habitare cum ea quam infamauit, quãuis deformis & pauper, & inſana ſit. & qui non obedierit, à Synodo excommunicatur.

De ducente ſimul duas vxores; & de muliere fideli nubente viro infideli, & de forma recipiendi eam ad pœnitentiam. Cap. 67.

QVICVNQVE duas mulieres in matrimoniũ ſimul acceperit, ipſe cũ ſecunda excõmunicetur; & quæcunque mulier fidelis viro infideli nupſerit, ipſa quoq; à cõmunione fidelium ſeparetur; quę ſi pœnitentiã maleficij egerit, & eum virum quem habere non poterat, id eſt, infidelem, dimiſerit, nõ eſt recipiẽda niſi eo modo quo recipitur is qui poſtquam fidẽ negauit, ad fidẽ reuertitur; debetq; ipſa infidelem relinquere. erit autem pęnitentia eius qui ad fidẽ reuertitur, & eius quæ virum infidelem reliquit, ferre ciliciũ, dormire ſuper cinerem, conſtituendumq; eſt eis de ieiunio, & bonis operibus, prout conueniat, & poſtea licebit cum fidelibus conuerſari, & cõmunionem ſacram accipere. & qui contradixerit, à Synodo excommunicatur.

De dante filiam, aut ſororem neque ſcientem, neque volentem, viro infideli in matrimonium. Cap. 68.

SI quis fidelis filiam, aut ſororem nõ conſciam, neque volentem, neque cogitantẽ, neque præſentem dederit nuptum infideli, ſeparabitur, & prohibebitur communione fidelium. ipſa verò quæ data eſt in matrimonium, non eſt prohibenda. Si autem qui hoc fecit, pœnitentia ductus illam ab infideli ſeparauerit, conſtituenda eſt ei pœnitentia ſecundum peccatum eius, quanta ſacerdoti videbitur cõuenire illi, & ab eo ſuſtineri poſſe. quòd ſi pœnitentiam patiẽter ſuſtineat, debet humaniùs cum eo agere ſacerdos. & qui non paruerit, Synodus eum excommunicat.

De fideli diſcedente à fide propter libidinem, & amorem infidelis; & de forma recipiendi eum, aut eam ad pœnitentiam. Cap. 69.

SI quis fidelium mulieri infideli morẽ gerat propter fornicationem, aut mulier fidelis viro infideli; & ob hãc cauſam à fide recedãt, pœnitentia horum ſit, vt ſpatio trium annorũ ſtent ad ianuam templi in cilicio & cinere; & peracto hoc tempore intrent in eccleſiam ad orationem; ſed ita, vt ſpatio vnius anni ſtent in angulo eccleſiæ ab aliis ſeparati; neque liceat eos ſalutare, neque cum eis cõmunionẽ participare. tranſacto autẽ anno, debet ſacerdos benedicere aquam, & oleum, nõ ſicut benedicit in baptiſmo, nec vt benedicitur chriſ-

ma, ſed vt oleũ infirmorum, & ut benedicitur aqua ad emundationem immunditiæ eorum qui comederunt morticinum ; & ſic debet eis benedicere ſacerdos, & aſpergere eos aqua iſta, & ipſi etiã debẽt compungi, & mundabuntur, remitteturque eis peccatum orando pro ipſis. faciendaque eſt diligens de eis inquiſitio, & ſic dabitur communio. & qui nõ paruerit, ſynodus eum excommunicat.

De hoſpitali faciendo in omni ciuitate, & de electione præfecti & de officio eius. Cap. 70.

VT ſit in omnibus ciuitatibus locus ſeparatus peregrinis, infirmis, & pauperibus, qui vocetur xenodochum, id eſt, hoſpitiũ peregrinorum. Et eligat Epiſcopus aliquẽ ex fratribus qui habitant in deſerto, qui ſit peregrinus, & procul diſtet à patria, & à familia domus ſuæ, qui ſit etiam vir probus ; & hũc præficiat xenodochio, qui in eo faciat lectos, & quæcunque infirmis, & pauperibus opus ſũt. Quòd ſi bona xenodochij non ſufficiant, debet colligere omni tempore, & ex omnibus Chriſtianis prouiſionẽ ſecundũ vniuſcuiuſq; vires. atque his facultatibus ſuſtentet fratres peregrinos, & pauperes, & infirmos, vt cuique opus erit, ſiquidem ipſe eſt protector eorũ ad adiuuandũ eos, & eis diligenter prouidendũ ; quia in hoc opere eſt remiſſio peccatorũ, ſolutio iniquitatis, & appropinquatio ad Deũ. & hic Canon eſt ſine excommunicatione.

De collocando Epiſcopo aut Archiepiſcopo in ſua ſede poſt ordinationem, qua dicitur inthronizato. Cap. 71.

CVM Archiepiſcopus Epiſcopum ordinauerit, oportet vt mittat Epiſcopũ cũ eo, qui illum introducat ciuitatem, & in eccleſiã, & faciat ſedere primo die in throno ; & poſtquã tribus menſibus in ciuitate ſua reſederit, debet Archiepiſcopus cùm viſitat, ſalutare eũ, & cõmittere Archipapæ, id eſt, archipresbytero, & archidiacono, vt eum in ſtatutis Epiſcopatus examinent, & ſi repererint didiciſſe eũ omnia perfectè, confirmabitur in epiſcopatu, & in ſtatutis eius. Sic etiam facere debent Patriarchæ ſuis Archiepiſcopis. & qui contradi-
Nicęna 15. xerit, Synodus eum excommunicat.

Apoſt. c. 1. *Vt nulli liceat de Eccleſia in qua ordinatus eſt, ad*
Ant. c. 21. *aliam ſe transferre & de translatione eius qui*
Chalc. 5. *per vim eiectus eſt ſine culpa. Cap. 72.*
12. 20.
Sard. 15.

NVLLVS Epiſcopus ab epiſcopatu minore ciuitatis & territorij, vbi ordinatus eſt, ad alterum propter charitatẽ annonæ, aut propter paruitatem ciuitatis, aut paucitatem populi, & paucitatem monaſteriorũ tranſeat; idẽ requiritur in maiore, quia nõ cõuenit hoc, ſiquidẽ vnuſquiſque ſortẽ habet à Deo; nam & hoc ſtatutũ eſt maritis. quicunque enim laicus vxorem ſuã repudiat, excepta cauſa fornicationis, mæchatur, quia hoc facit, vt eã altera meliore mutet. Sic ſunt Epiſcopi, & ſacerdotes, ſi ciuitates ſuas, & altaria pro alijs maioribus relinquant. idcirco hanc prauã conſuetudinẽ prohibuimus, & reſecauimus. Quòd ſi Epiſcopus propter cauſam aliquam è ciuitate ſua expulſus fuerit, non debet quærere alium locũ, vt ad eum tranſeat, quia per vim eiectus eſt; & tunc oportet conſtituere eũ in alia ciuitate, ſi tamen perſpectum fuerit eſſe eũ mundum, & ſine crimine, iuſtũ, ac fidelem, & aliqua culpa eius nõ extiterit cauſa expulſionis. Quòd ſi primus locus erat paruus, & cognitũ fuerit eſſe eum dignũ Archiepiſcopatu, creandus eſt Archiepiſcopus in ea ciuitate quæ Archiepiſcopo indigeat. Quòd ſi mutatur iſte ad maiorẽ epiſcopatũ, nihil obſtat, quia nõ propter deſiderium ſuũ, ſed propter neceſſitatem tranſlatus eſt. Similiter presbyteros, & diaconos per caſtella, & vicos nõ oportet relinquere altaria ſua, & transferre ſe ad alia, ſed manere vbi ſunt ordinati, niſi de licentia Choreſpiſcopi ex cauſa iuſta, & ad profectum vitæ, & fidei: ꝙ ſi ſponte ſua hoc fecerint ob aliquam cauſã ex ſupradictis, nõ licebit hoc illis, quin potius mouẽdi ſunt gradu ſuo qui hoc cõmiſerint, & non eſt admittenda eorũ excuſatio. Et hic Canon caret excommunicatione.

Differt hic Canon à ſuperiore 13. quòd ille prohibet, ne quis patiatur eligi ſe ab alia Eccleſia acquieſcens electioni, vt eccleſia ſua relicta, in qua ordinatus eſt, ad illam à qua electus eſt, tranſeat; & ne det operã, vt ab eo in cuius poteſtate eſt, transferatur. hic verò prohibet ſimpliciter, ne quis ſua volũtate à ſua eccleſia ad aliam, quæ ei magis placet tranſeat.

De non eligendo ſacerdote à laicis per caſtella, & pagos ſine auctoritate Chorepiſcopi ; nec Abbate per monaſteria ; & de non præcipiendo, vt aliquis eligatur poſt mortem ſuam; et quando hoc liceat ſuperiori. Cap. 73.

VT non audeant laici qui ſunt in pagis, eligere ſibi ſacerdotẽ, neque monachi ſuperiorẽ ſine auctoritate Chorepiſcopi. quòd ſi aliquis ſuperior dũ viuit, præcipiat, vt aliquis poſt mortẽ ſuã loco ſuo ſuccedat, nõ ſuccedet iſte, ſi ſit nationis ſuæ, aut cõſanguineus : ſuccedet tamẽ ſi ſit quiſpiã ex filijs prædeceſſoris propter vtilitatẽ, probitatẽ, ſanctitatẽ, cõtinẽtiam, & timorẽ Dei, vt omnes ſint mundi à vitijs. Et hic Canon caret excommunicatione.

Differt hic Canon à ſuperiore 49. quòd ille prohibet ne Epiſcopus dum viuit eligat ſucceſſorẽ; hic prohibet, ne deſignet qui eligatur poſt mortem. ſi cõſanguineus, aut nationis ſuæ ſit, ne ſuſpicio eſſe poſſit, ꝙ affectioni hoc tribuat, & non meritis.

De habitatione ſororum, viduarum, & diaconiſſarum in monaſterio retinenda, & de ratione docendi eas, & de electione diaconiſſarum, & officio atque vſu earum. Cap. 74.

VT monaſteria non relinquantur ſine ſororibus, inter quas erũt mulieres viduæ; & conſtituatur illis probus magiſter, qui doceat eas legere libros, & pſalmos, donec bene didicerint, præſertim diaconiſſæ. Hæ autem ex ijs eligantur quæ non malè audiant ex eo vſque tempore quo fuerunt adoleſcentulæ ; ſintque annos natæ lx. ſicut beatus Paulus ordinauit; & huiuſmodi diaconiſſæ ad hoc ſolum paratæ ſint, vt fœminas in baptiſmo ſuſcipiant, Et hic Canon caret excõicatione.

De

De non eligendo ambiente electionem, quamuis virtute præſtante, & de non prohibenda electione laici ad dictos gradus, & de non priuandis electis ante mortem niſi propter crimen. Cap. 75.

SI congregatio fidelium alicuius parœciæ elegerit aliquem præſtantiorem alijs doctrina, prudentia, & fide ex ijs qui miniſtrant altari, aut ex monarchis, id eſt, ex ſacerdotibus monaſteriorũ, vt ſit Epiſcopus; aut Archidiaconus, aut Chorepiſcopus, aut præfectus xenodochij, id eſt, hoſpitalis; non debet ambire ille qui eligitur, alioqui eijcitur ex cõgregatione. Quòd ſi laicus fuerit, non eſt prohibendus quin eligatur; & electus non eſt priuãdus ante mortem, niſi propter crimen manifeſtum. alios verò gradus clericorum ij qui præſunt, priuare poſſunt, quando eis viſum fuerit. Et qui non paruerit, Synodus eum excõmunicat.

De alio habitu, & alijs moribus, ac conuerſatione monachorum, & monialium. Cap. 76.

Meminit huius Canonis Niceni Gratianus 16. q. 1. c. placuit.

VT religioſi tum monachi, tũ moniales, habeant alia indumẽta & alios mores, quàm habent laici; ac ſcindeant caput in modũ coronæ, & cingãt ſe honeſtè; neque ſigillis aureis, aut argenteis obſignẽt, neque ferant crumenam ad latus, neque cultellos, ſicut ſolent milites, & homicidæ, quando eunt ad bellũ, & homicidiũ; & ſicut ſolent alij ex mercatoribus, & peregrinis ferre crumenã ad voluntatẽ ſuã ſicut omnes ex populo: Quin potius ſint probi, & inter ſe, & alios patientes, & ne eant per plateas niſi cũ modeſtia, nec inter ſe ioculariter, & ridiculè loquantur, nec alius aliũ irrideat, aut ludat, ſed potius ſilentium teneant, & grauitatem, præſertim apud aduerſarios fidei, ſintq; in omnibus quæ ad honorem eorũ pertinent, patientes, & in omnibus moribus perfecti. & hic Canõ caret excõmunicatione.

De Epiſcopo deprehenſo in adulterio, aut alio ſimili crimine, deponendo tantùm ſine ſpe reſtitutionis in eundem gradum, & non excommunicando. Cap. 77.

Ca. Apoſt. 25. Leo Epiſco. 92. c. 2. Baſil. c. 3. Syno. Carth. 27.

SI quis Epiſcopus deprehenſus fuerit in adulterio, aut in alio ſimili crimine, deponendus eſt, nec eſt amplius in eundem gradũ reſtituendus. Quòd ſi pœnitentiam egerit, nõ eſt ſocietate fidelium, neque ſacra cõmunione prohibendus, quia non eſt eadem ratio peccati eius, & peccati laici. & qui cõtradixerit, Synodus eum excommunicat.

Quod hic dicit Canon, non eſſe eandem rationem peccati laici, & Epiſcopi, ſic intellexit Leo, quia ſcriptum, inquit, eſt, ſacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro eo? idcirco alienum eſt, inquit, ab eccleſiaſtica cõſuetudine, vt qui in presbyterali honore, aut gradu diaconi fuerint cõſecrati, pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitentiæ. Et ſubiungit, vnde huiuſmodi lapſis ad promerẽdam miſericordiam expetenda eſt priuata ſeceſſio, vbi illic ſatisfactio ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa. B. Baſil. alium cauſam eſſe iudicauit, cur iſti deponantur tantùm, & non excommunicentur; quia ſcilicet ſatis videatur crimen vindicatum depoſitione, ex qua nunquam reſtituẽdus ſit, vt reſtitui ſolet laicus in eundem gradum, poſtquam fuerit ei interdicta eccleſia, ſcriptũ eſt enim, nõ vindicabis bis in idipſum, quod eſt etiam in Canone Apoſt. citatum.

De lapſis ſemel tantùm in adulterium presbyteris, & diaconis, ſi nunquam duxerant vxores, & de eiſdem lapſis viduis, et lapſis habentibus vxorem ſuperſtitem; item de reuerſis ad idem peccatum tũ viduis tũ habentibus adhuc viuas vxores, & qui ex his nõ recipiendi ad pœnitentiam, & qui ſemel tantùm, & qui bis. Cap. 78.

SI quis ſacerdos lapſus fuerit in adulteriũ, & hoc peccatũ nunquam antea cõmiſerit, quin potius ſemper bene audierit, & nõ duxerat vxorẽ, ſed erat virgo, pœnitentia eius erit in ieiunio, & oratione, & de eleemoſynis ſecũdũ vires vno anno, quo exacto debet redire ad cõmunionẽ fidelium, & cõmunionẽ ſacrã, & ad miniſteriũ, & ſacrificium vt prius, & deinceps attẽdere diligẽter, & cauere ſibi per vniuerſũ vitæ tẽpus. Si verò ad idẽ peccatũ reuerſus fuerit, deponendus eſt omnino; & non eſt prohibendus cõmunione fideliũ; & ſacra cõmunione. Quòd ſi vxorẽ duxit, imponẽda eſt ei duplex pœnitentia. idẽ ſeruandũ eſt in diacono; qui ſi ad idẽ ſcandalũ redierit, omnino deponendus eſt; quod quidẽ intelligendũ eſt, ſi fuerit viduus: nã ſi vxorẽ duxit, & adhuc viuit, & cũ eo habitat, debet remanere in pœnitẽtia, & tribus annis excõmunicatus. denique in his omnibus Epiſcopus cùm primũ in hoc peccatũ lapſus fuerit, debet ex gradu ſuo cadere, cui nõ eſt pœnitentia imponenda, neque cõmunione fideliũ, neque cõmunione ſacra prohibendus. Sacerdos ἄγαμος, id eſt, qui nunquã vxorẽ habuit, vel viduus, recipiẽdus eſt ad pœnitẽtiã; qui vxorẽ habet, nõ eſt recipiẽdus: Diaconus ἄγαμος, id eſt, qui nunquam habuit vxorẽ, vel viduus, bis eſt ad pœnitẽtiã recipiẽdus; diaconus cõiugatus ſemel. & tamen erant prohibiti cõmunione fideliũ, & cõmunione ſacra, ſed miniſterio altaris. Alij verò ex clero, & monachi, & laici, ſi huiuſmodi peccatũ cõmiſerint, fiet iudiciũ de eis, vt eorũ iudici, & ei qui eis præeſt, prout pœnitẽtiæ conuenit, viſum fuerit: & nõ debet qui eis præeſt & iudex imponere grauẽ pœnitẽtiã quæ noceat, neq; leuẽ, ne currat ad peccatũ, & eorũ dãnatio creſcat; & qui nõ paruerit, Synodus eũ excõmunicat.

De remedio cuicunque fidelium, dum adhuc peccatum eius nõ eſt manifeſtum, per priuatam exhortationem, & admonitionem adhibendo; & de excommunicando, ſi non profecerit. Cap. 79.

ET quicunque ex eccleſia aliquid indignũ faciat, adhibebitur ei remediũ per exhortationẽ, & diligentẽ admonitionẽ, dũ non eſt manifeſtũ quod facit, vt nõ perſeueret in eo, & diſcedat à via ſanctorũ Dei, eorumq; conuer-

ſatione; imponentque ei pœnitentia prout conueniet. Quòd ſi pœnitẽtia, & exhortatione non emendetur, ſeparetur à communione fidelium, & abſcõdatur tanquam membrum putre, ne contagio eius reliquum corpus peruadat. & qui non paruerit, Synodus eum excommunicat.

Interpres eſt hic Canon quando quis frater in me peccare dicendus eſt, ſcilicet quando peccatum commiſit, cuius contagio in reliquum corpus peruadere poteſt, niſi pœnitentia corrigatur: aut ſi nolit corrigi, ex eccleſia eijciendus ſit.

De electione procuratoris pauperum, & de officio eius. Cap. 80.

ELIGATVR in omni ciuitate aliquis ſæcularis, vel religioſus, qui ſit diſertus, & patiens, & quem manifeſtũ ſit via recta, & orthodoxa incedere, habitetque prope Eccleſiã, aut in hoſpitali, & habeat apud ſe bona hoſpitalis, & prouideat hoſpitali, & ægrotis; prouideat etiam ijs qui in carcere ſunt. Quòd ſi inter eos qui ſunt in carcere, aliquem Chriſtianum reperiat qui ſit dignus vt liberetur, debet adiuuare eũ à carcere liberetur. Et ſi quid ei opus fuerit, aut victu indigeat, & nõ poteſt habere ab ijs qui ſunt in cuſtodia, liberare. & ſi cui opus fuerit aliquo ſponſore, debet quærere qui pro illo ſpondeat, vt liberetur. Et ſi quis fuerit alicuius criminis grauis reus, & non ſit dignus liberatione, debet ſaltẽ adiuuare eum, ne ei victus, & veſtitus deſint; neque debet differre ſubſidium, neque negligens eſſe in omni eo quod ad cauſam eius expediendã pertineat; quouſque iuſtè, & vt meritus eſt, iudicetur; quia ignorant homines quæ ſibi, aut filius euenire poſſunt. mundus* enim & caſus eius ſunt in tribulationibus, & moleſtijs poſiti. Et ſi quis ex fidelibus bona ſua epulando, potando, & ſcortando conſumpſerit, & ob hãc cauſam in hanc neceſſitatem inconſideratè incidit, non eſt deſerẽdus, ſed debet vnuſquiſque fidelium tum virorum, tum fœminarum, dare ſecundum vires ſuas, & bonam voluntatẽ; & colligatur hoc, vt ille à creditoribus, & afflictione liberetur. Et hic Canon caret excommunicatione.

Sic hodie vocatur Romę procurator pauperũ, qui eos qui ſunt in carcere, iis modis adiuuat quibus hic Canon adiuuare præcipit: quem diſertum eſſe vult, vt cauſas eorum bonas poſſit defendere, eſt autem canoni conſentaneum, ex eo tempore, cùm habita eſt hęc Synodus Nic & Epiſcopi in ſuis ciuitatibus pręſidio, & ſtudio magni Conſtantini florere cœperunt, vęniſſe in vſum hunc Canonem pietatis pleniſſimum, qui vtinam in omni ciuitate Chriſtiani nominis fiat, ſi fortè non eſt ſancitus, * Interpretatus eſt Canon illud in epiſt. Ioan. c. 5. mundus totus in maligno poſitus eſt; malignum enim vocat tribulationes, & moleſtias, quibus mundus refertus eſt.

L A V S D E O.

Canones Sanctorum CCCXVIII. Patrum, qui congregati fuerunt Nicææ. eorum orationes ſint cum eo qui eos conſiderat, & legit, & deſcribit. Amen.

CONCILIVM QVOD SANCTVS PAPA SYLVESTER CELEBRAVIT, PRAESENTE CONSTANTINO AVGVSTO

in vrbe Roma intra thermas Domitianas, cum ducentis 75. Epiſcopis, qui in ipſa Synodo conuenerant, vocati à B. Syluestro.

SYLVESTER Epiſcopus ſanctæ & apoſtolicæ Sedis præſul vrbis Romæ, dixit: Quicquid in Nicæa Bithyniæ cõſtitutum eſt, ad robur ſanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ, à ſanctis ſacerdotibus trecentis decem & octo, noſtro ore conformiter confirmamus. Omnes, qui auſi fuerint diſſoluere diffinitionem ſancti & magni Cõcilij; quod apud Nicæam congregatũ eſt, ſub pręſentia pijſſimi & venerãdi principis Conſtantini Auguſti, anathematizamus. Et dixerunt omnes, Placet.

DE PASCHÆ SOLENNITATE.

OMNIBVS Epiſcopis, & presbyteris præceptum eſt, Paſchæ obſeruantiam cuſtodire à Luna 14. vſque ad 21. ità vt Dominicus dies coruſcet. Et dixerunt Epiſcopi: Placet.

DE CONCILIIS TER in anno celebrandis.

SYLVESTER Epiſcopus dixit: Robuſtus duximus cõſilium, ſi placet, vt omnis Epiſcopus, qui conuenit ad Concilium, fidẽ ſuam chirographo confirmet, vt deincèps rediens ad parochiam ſuam, compaginem noſtræ ſalutationis plebi ſuę innoteſcat, vt fide Concilij declarata, intemeratus ordo ſeruetur. Et dixerunt Epiſcopi: Placet.

NVLLI CLERICO LICERE, cauſam in publico examinare.

SYLVESTER Epiſcopus dixit: Nulli omninò clerico licere, cauſam quamlibet in publico examinare, nec vllum clericum ante iudicem laicum ſtare. Et dixerunt Epiſcopi: Placet.

DE

DE PRÆFICIENDIS IN ORDInibus, & proficiendis.

SI quis clericatũ promereri deſiderat, hoc inſtum eſt, vt ſit oſtiarius annum unum, lector annos 20. exorciſta annos 10. acolythus annos 5. ſubdiaconus annos 5. diaconus annos 5. Et ſic ad honorẽ presbyterij accedat, & faciens in eo ordine anno 6. ſi fuerit omniũ votiua gratia, non præmio, non inuaſione cupiditatis, nulli * prorumpens gradum, ſic ab omni eccleſia eligatur conſecrandus Epiſcopus, nullo de membris eccleſiæ * intercidente, & omni eccleſia conueniente. Et dixerunt Epiſcopi: Placet.

* præripiens.

* intercedente

VT nulli Epiſcopo liceat ſinè cuncta eccleſia, à nouiſſimo gradu vſque ad primum ordinare neophytum. Et dixerunt Epiſcopi: Placet.

SYLVESTER Epiſcopus dixit: A nobis incipientes moderamine lenitatis indicare, cõmonemus, vt nulli Epiſcopo liceat, quemlibet gradum clerici ordinare aut conſecrare, niſi cum omni adunata eccleſia. Si placet? Et dixerunt Epiſcopi: Placet.

FINIS.

CONCILIVM ROMANVM ALIVD SVB SYLVESTRO PAPA PRIMO.

DE Romana Vrbe Plinius lib. 3. cap. 5. ſic habet: Vrbẽ treis portas habentem Romulus reliquit, aut (vt plurimis tradẽtibus credamus) quatuor. Mœnia eius collegere ambitu, Imperatoribus cenſoribusq́; Veſpaſianis, anno conditæ vrbis octingenteſimo viceſimo octauo, paſſus tredeciès mille ducentos, complexa montes ſeptẽ. Ipſa diuiditur in regiones 14. Compita earum ducenta ſexagintaquinque, paſſuum eiuſdem ſpatij menſura currente à milliario in capite Rom. fori ſtatuto, ad ſingulas portas, quæ ſunt hodiè, numero 37. ità vt 12. portæ ſemèl numerentur, prætereanturq́; ex veteribus 7. quæ eſſe deſierunt. Efficit paſſus per directum trigeſies mile, ſeptingentos, ſexagintaquinque. Ad extrema verò tectorum cum caſtris prætorijs ab eodem milliario per vicos omnium viarum, menſura colligit paulò ampliùs 70. M. paſſuum. Quòd ſi quis altitudinem tectorum addat, dignam profectò æſtimationem cõcipiat, fateaturq́; nullius vrbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei cõparari. Clauditur ab Oriente aggere Tarquinij Superbi, inter prima opere mirabili. Nanque eum muris æquauit, quà maximè patebat aditu plano. Cæterùm munita erat præcelſis muris, aut abruptis montibus, niſi quòd expatiantia tecta multas addidere vrbes in prima regione. Hæc ibi.

EPILOGVS BREVIS SEQVENTIS CONCILII Romani.

TEMPORIBVS ſancti Syluestri Papæ, & Conſtantini piiſſimi Auguſti, factum eſt magnum Concilium in Nicæa Bithyniæ, & congregati ſunt regulariter eiuſdem Syluestri Papæ vocatione in idipſum trecẽti decem & octo Epiſcopi Catholici, qui expoſuerunt fidem integram, Catholicam, immaculatam, & damnauerunt Arium, Photinum, Sabelliumq́ue, atque ſequaces eorum. Eodem quoquè tempore, & 13. Kalendarum Iuliarũ die, quandò memoratum Concilium magnum in Nicæa congregatum eſt, canonica iam * facta Papæ vocatione in vrbem Romam cõgregauit & ipſe, cum conſilio præfati Conſtantini Auguſti ducentos * 67. Epiſcopos, & damnauit iterùm tam Calliſtum, quàm Arium, & Photinum, atque Sabellium, & conſtituit, vt presbyterum Arianum reſipiſcentem, nemo ſuſciperet, niſi Epiſcopus eiuſdem loci eum reconciliaret, & ſacroſancto Chriſmate, per Epiſcopalis manûs impoſitionem, ſancti Spiritûs gratia, quæ ab hæreticis dari non poteſt, confirmaret. In qua & conſenſu & ſubſcriptione omnium conſtitutum eſt, vt nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et vt presbyter non aduersùs Epiſcopum, non diaconus aduersùs presbyterum, non ſubdiaconus aduersùs diaconum, non acolythus aduersùs ſubdiaconum, non exorciſta aduersùs acolythum, non lector aduersùs exorciſtam, non oſtiarius aduersùs lectorem det accuſationem aliquam. Et non damnabitur præſul, niſi in 72. teſtibus. Neque præſul ſummus à quoquam iudicabitur, quoniam ſcriptum eſt: Nõ eſt diſcipulis ſuper magiſtrum. Presbyter autem Cardinalis, niſi * quadraginta quatuor teſtibus nõ damnabitur. Diaconus cardinarius conſtitutus vrbis Romę, niſi in * 26 non damnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, niſi (ſicut ſcriptum eſt) in ſeptem teſtibus non damnabitur. Teſtes autem & accuſatores ſinè aliqua ſint infamia, vxores & filios habẽtes, & omninò Chriſtum prædicantes. Teſtimonium * laici aduersùs cleri-

* ſatus Papa.

* 84. * 77.

2. quæſt. 7. Nullus laicus. Item 2. q. clericus adu. ex.

2. quæſt. 5. Præſul

Lucæ 6. f 64.

* 37.

* clerici aduersùs laicũ. 11. q.1. Teſti mon. clerici aduc.

clericum nemo recipiat. Nemo enim clericum quemlibet in pnblico examinare præſumat, niſi in eccleſia. Nemo enim clericus, uel diaconus, aut presbyter propter quamlibet cauſã intret in curiam, nec ante iudicem cinctum, cauſam dicere præſumat: quoniã omnis curia à cruore dicitur, & * immolatione ſimulacrorum. Et ſi quis clericus, accuſans clericum, in curiam introiuerit, anathema ſuſcipiat. Hic inter cætera prædicta omniũ * conſultu conſtituit in ſynodo, vt ſacrificium altaris non in ſerico panno, aut tincto quiſquam celebrare præſumeret, ſed in puro lineo ab epiſcopo cõſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque cõtexto, ſicut corpus Dñi noſtri Ieſu Chſi in ſindone munda ſepultũ fuit. Et ſi quis deſideraret in eccleſia militare, aut proficere: ut eſſet priùs oſtiarius, deindè lector, & poſteà exorciſta, per tempora, q̃ epiſcopus cõſtituerit, deindè acolythus annis quinq; ſubdiaconus quinque annis, cuſtos martyrum annis quinque, diaconus annis quinq;, presbyter annis tribus ꝓbatus ex omi parte intm̃, vt etiã ab his, q foris ſunt, teſtimonium habeat bonũ, vni⁹ uidelicet vxoris uir, q̃ tñ à ſacerdote ſit benedicta. Et ſi probatus fuerit dignus & uota populi & cleri concurrerint, canonicè Epiſcopus cõſecretur, quem poſteà nec clericus, nec populus perturbare debet: quia epiſcopi, qui throni Dei vocantur, non ſunt lacerandi, ſed magis portandi & venerandi. De quibus ait beatus Paulus apoſtolus: Seniorem nè increpaueris, ſed ut patrem obſecra. Legimus namque ipſo Domino dicente, non eſſe diſcipulum ſuper magiſtrum, hoc eſt non ſibi debere quẽquam, ad injuriam doctorum, uindicare doctrinam, nec aliqua machinatione Domini diſcipulis, id eſt, apoſtolorum ſucceſſoribus detrahere, aut eos infamare, quia iniuria doctorum ad Christum pertinet, cuius vice legatione funguntur. Qualiter enim Dominũ contriſtent, qui hoc agere præſumunt, * Dominus in euangelio teſtatur. Ait enim ipſe Saluator, quòd expediat ſcandalizanti vnum de puſillis iſtis, in maris profunda demergi, & molam aſinariam collo eius ſuſpendi. Si talis ergò pœna, Domini diſcipulos ſcandalizantibus hic promittitur, quid in futuro eis prouenire debeat, ſummoperè penſandum eſt, quoniam non parùm periculi illis manere poterit ante Deum, qui hæc detrectant ſuis exhibere miniſtris. Quod ità demum probari poterit, ſi Deũ timeant, qui talia exercere minimè formidant, ſi impoſito ſibimet improbo ſilentio, à talibus ſe deincèps cuſtodiant, quia nihil prodeſt homini, reliqua bona agere, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Vndè ait propheta: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum. Nemo enim bonum faciens, alteri uerbo aut facto nocere vult. Et reliqua. Hic in memorata ſynodo conſtituit

*immolatio ſimulacrorum eſt.

De conſe. diſt. 1. cõſu. to omnium.

Matt. 27. g

1. Tim. 3. a,b

1. Tim. 5. a

Luc. 6 f

* Dominicus ſermo

Matt. 18. a

Pſal. 33.

omnium cum conſenſu, ut nullus presbyter Miſſas celebrare præſumat, niſi in ſacratis ab epiſcopo locis, qui ſui particeps decætero uoluerit eſſe ſacerdotii. Et pietatis affectu hic ſanctiſſimus Papa ſub geſta ſynodica reuocauit Apoſtolica authoritate multos, ab alijs epiſcopis excommunicatos & à tyrannis ejectos, ad communionem, & reſtituit eos in eccleſiis, quibus fuerant olim inſtituti ſub ſatisfactione libelli, atque purgatos eos recepit, dans exempla futuris eruendi ſacerdotes de perſequentiũ manibus. Conſtituit etiàm, nulla ratione trãſmarinum hominem penès nos in clericatus gradu ſuſcipi, niſi * quinque epiſcoporum deſignatus ſit chirographis.

De cõſe. diſt. 1. Nullus presbyter Miſſas

98. diſt. Nullus tranſmarinus ... ratione

* quinq. & eo amplius.

PRAEMONITIO AD LECTOREM, in ſequentem ſynodum.

EX duobus uetuſtis exemplaribus Canones ſequentes deſcripti ſunt ad uerbum, qui multis in locis ob exemplariũ deprauationem aut vix, aut omninò non poſſunt intelligi. Lector boni conſulat, & ſi quid poteſt habere certius, communicet.

TITVLI CANONVM SYLueſtri Papæ primi,

De congregatione epiſcoporum, uel diaconorum. 1
De condemnatione Calliſti, Victorini, Hippolyti. 2
Per ſingulos gradus, ut nullus crimen obiiciat. 3
Vt de redditibus eccleſiæ quatuor partes fiant. 4
Vt nullus presbyter chriſma conficiat. 5
De diaconis parœciarum, & diaconis cardinalibus urbis Romæ. 6
Vt à ſubdiacono uſque ad lectorem, omnes ſubditi ſint diacono cardinali urbis Romæ. 7
Vt nullus ſubdiaconus ad nuptias tranſeat. 8
Nullus lector, nullus acolythus uaſa ſacrata contingat. 9
Nullus epiſcopus uirginem ſacratam maritali conſortio benedicat. 10
Vt nullus ex laica perſona ab honore acolythi vſque ad epiſcopatum eleuetur, niſi per ſingulos gradus. 11
Nemo det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum. 12
De myſterio quodam. 13
Teſtimonium clerici aduersùs laicum nemo recipiat. 14
Nemo clericum in publico examinet. 15
Vt nullus clericus uel diaconus aut presbyter, propter cauſam ſuã intret in curiam. 16
Vt nullus peccantem clericum cæde attingat. 17
Vt nullus diaconus aduersùs presbyterum crimen afferat. 18
Vt nullus presbyter à die presbyterij ſumat coniugium. 19
Vt nullus dijudicet primam Sedem iuſtitiæ. 20

CANON

CANON VEL CONSTITVTIO SYLVESTRI EPISCOPI VRBIS ROMAE, ET DOMINI CONSTANTINI AVGVSTI,

qualiter Eccleſiaſtici gradus cuſtodiantur, vel religio.

ACTIO PRIMA.

EDITIO I.

CAP. I.

CANONVM conſtitutio, gradus vel religio qualiter cuſtodiatur, à Sylueſtro epiſcopo vrbis Romæ, Domino Conſtantino. Eodem tempore cum multi nobiles gauderét, quòd Conſtantinus baptizatus à Sylueſtro epiſcopo vrbis Romæ,& mundatus fuiſſet à lepra pro beneficio quod accepit à Domino noſtro Ieſu Chriſto, per Sylueſtrum epiſcopum cœpit integre prædicare Dominum Ieſum Chriſtum,& confiteri eius beneficia. Sylueſter igitur epiſcopus urbis Romæ congregans fratres compresbyteros & coepiſcopos vel diaconos ſuos,ciues Romanos, & quoniam mater eccleſia genuerat filium Conſtantinum chariſſimũ. Integre igitur Sylueſter epiſcopus vrbis Romæ,ſuis cum ordinare deſiderat, & filios eius frequenter lactare,& gradus eius ordinis & conſuetudinis conſternere. Collegit autem vniuerſam ſynodum epiſcoporum cum conſilio Auguſti vel matris eius, & fecit parare in vrbe Roma in thermas Domitianas,quæ nunc cognominantur Traianas. Collegit autem in gremio ſedis ſuę 284. epiſcopos, quibus Aug. Conſtantinus vehicula vel annonas omni loco præſtari præcepit,& alij 57. epiſcopi partis Rinocororis, quorum cyrographus in eorum concilio declaratur,& 62. presbyteri urbis Romæ,& diac. acolythi eius conſilio facti exorciſtæ 22. lectores vrbis Romæ 90. quorum præſentes audiebantur. Notarij eccleſiæ 14. qui geſta diuerſorum martyrũ ſuſcipiẽtes, ordine renarrabát. Hos oẽs ẽt dum vno examen articulo ſanctitatis colligeret ĩ thermas ſupradictas ita vero, vt nemo laicorum præeſſe videretur.

EDITIO II.

CAP. I.

EODEM tempore cum multi nobiles gauderent, quod Conſtantinus baptizatus à Sylueſtro vrbis Romæ, & mundatus fuiſſet à lepra, per hoc beneficium quod accepit à Domino Ieſu Chriſto per Sylueſtrum epiſcopum, cœpit integre prædicare Dominũ Ieſum Chriſtum,& confiteri eius beneficia. Sylueſter igitur epiſcopus urbis Romæ,congregans fratres compresbyteros & coepiſcopos, vel diaconos ſuos ciues Romanos. Et quoniam mater eccleſia genuerat filium chariſſimum Conſtantinũ, Igitur Sylueſter epiſcopus urbis Romæ cum ſuis eam ordinare deſiderauit,& filios eius frequenter lactare, & gradus eius ordinis & conſuetudines conſternere. Collegit autem uniuerſam ſynodum epiſcoporum cum conſilio Auguſti vel matris eius, & fecit parari in vrbe Roma intra thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Traianæ. Collegit autem in gremio ſedis ſuæ ducentos octogintaquatuor epiſcopos,quibus Auguſtus Conſtantinus vehicula & annonas præſtari præcepit, & alij 57. epiſcopi partis Rinocoruris, quorum cirographus in eorum concilio declaratur, centũ quadragintaduo presbyteri urbis Romæ, & diacones 6. ſubdiacones 6. acolythi eius concilio facti quadragintaquinq;,exorciſtæ 22. lectores vrbis Romæ nonaginta, quorum præſentes parentes audiebant. Notarij eccleſiæ 14. qui geſta diuerſorum martyrum ſuſcipientes, ordinare narrabant. Hos omnes etiam dum uno examen articulo ſanctitatis colligeret in thermas ſupradictas, ita uero, vt nullus laicorum præſens uideretur.

Sequuntur 139. Epiſcopi ex vrbe Roma, vel non longe ab illis.

Caſtus, Cyprus, Petrus, Abundius, Seuerinus, Lucianus, Capax, Herculanus, Ioannes, Himilus, Andreas, Petrus, Renouatus, Creſconius, Ambroſius, Lucas, Hermogenianus, Auguſtus, Felix, Barbarus, Secundinus, Citonatus, Reparatus, Gaudentius, Sebaſtianus, Græces, alias Creſces, Renatus, Hirenæus, Laurentius, Valerianus, Botudorus, Leo, Abundantius, Almachius, Honeſtoſus, Victor, Plenus, Delphinus, Amabilis, Paulus, Conſtantius, Sixius, Concordius, Nepotianus, Bedandulus, Deutherius, Amabilis, Syrus, Quadratus, Mirabilis, Audacius, Turcilianus, Ioãnes, Marcus, Fidelis, Simmachus, Probianus, Aſellus, Criſpinus, Ruſticus, Fauſtus, Turdus, Maiorianus, Iobianus, Exonoſus, Sanctulus, Coricoſus, Nepus, Tiburtius, Petrus, Petrus, Silueſtrianus, Turturanus, Leontius, Anaſtaſius, Agapitus, Veruſtimilus, Aſellus, Iacobus, Feliciſſimus, Quadratus, Alexander, Philippus, Exuperantius, Hypolitus, Iordianus, Archidamus, Lollius, Martialis, Caritoſus, Concordius, Ianuarius, Felicianus, Redus, Auxibus, Timotheus, Bonifacius,

cius, Tranquillinus, Calbulus, Sixtus, Cairellus, Epiphanes, Victor, Habet Deum, Contentus, Apronianus, Probus, Repoſtibus, Paulus, Fideliſſimus, Homobonus, Luminoſus, Vitalis, Carpilio, Voluſianus, Petrus, Probinus, Honeſtoſus, Ariſton, Bicanda, Petrus, Marinus, Priſcillianus, Carito, Gattas, Ianuarius, Cæcilius, Epiphanius, Laurentius, Humanianus, Vrbanus, Micinus, Cæcilius, Priſcus, Tiburtius, Nonnonus, Anthimus, Agapitus, Vindemius.

Ex Græcia autem iſti ſunt:

Petrus, Anaſtaſius, Hermes, Nicoſtratus, Quod vult Deus, Vitalis, Renatus, Vinulus, Andriphorus, Hirenæus, Olympius, Demeter, Theodolus. Anaſtaſius, Theſpias, Firminus, Cleopatris, Honorius, Simplex, Exitioſus, Ioannes, Timotheus, Hermes, Paulus, Metronius, Stephanus, Alexander, Conſtantinus, Andreas, Exuperantius, Firmus, Quirillianus, Anaſtaſius, Hermogenius, Seuerus, Acontius, Thomas, Thomas, Ioannes, Cæcilianus, Theodolus, Theophilus, Priſpilius, Feſtus, Almacus, Andecius, Concordius, Deutherinnus Thomas, Quadratus, Timotheus, Poteſtas, Andreas, Philippus, Thomas, Victorinus, Seuerianus, Domanicus, Eulogius, Demeter, Nepotianus, Albinus, Petrus, Ioannes, Exuperius, Theodolus, Ioannes, Exuperantius, Sebaſtianus, Theodotus, Claudius, Demetrianus, Rufinus, Spes in Deo, Reparatus, Petrus, Aſellus, Archanus, Euſemius, Criſolatus, Lazarus, Leo, Anthimus, Andreas, Catharon, Vultibus, Anaſtaſius, Hermes, Semperuiuus, Titus, Oriſenſis, Epiphanius, Anaſtaſius, Leo, Vltius, Fortunatus, Cæcilianus, Nicoſtratus, Audax, Ioannes, Rufinus, Honorius, Felix, Petronius, Andreas, Requiſitus, Bacauda, Terſilius, Zenon, Caritoſus, Maioranus, Leo, Hermes, Demeter, Andreas, Spes in Deo, Timotheus, Iacobus, Zenon, Quadratus, Fuſilis, Marcus, Paulinus, Oyſenſis, Concordius, Priſcus, Herculanus, Leoninus, Androtilus, Euſimius, Squiro, Martinus, Anaſtaſius.

Dum hi omnes veniſſent in ſynodum, & alij, quorum cyrographus cucurrit, & opinio ſanctitatis, ſederunt in eaſdem aſpectu thermarum ſupradictarum. Presbyteri autem Romani omnes, & diaconi, clerusque vel gradus ſequentes ad terga Epiſcoporum ſteterunt. Nemo enim ſedit in eodem loco, niſi tantum epiſcopi, & Syluester Epiſcopus Pontifex urbis Romæ. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primo gentilis, & poſtea Chriſtianus, præfectus vrbis. Dicit autem Syluester Epiſcopus vrbis Romæ rationem hanc: Audite me fratres & coepiſcopi, & uniuerſus ordo Eccleſiæ Romanæ, quoniam bonum eſt, vt fixas cortinas habeat eccleſia, vt regiæ Eccleſiæ non uaticinentur, ſed ſit firma, & claudat oſtium propter perſecutorem, & habeat firmum murum, unde expugnet aduerſarios.

Dum hi omnes veniſſent in ſynodum, & aliquorum cirographus cucurrit, & opinio ſanctitatis, & ſederunt in eodem aſpectu thermarum ſupradictarum. Presbyteri autem Romani omnes, diaconi, clerusque uel gradus ſequentes, à tergo epiſcoporum ſteterunt. Nemo enim ſedit in eodem loco, niſi tantum epiſcopi, & Syluester epiſcopus, Pontifex urbis Romæ. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primo gentilis & poſteà Chriſtianus, & præfectus vrbis. Dicit autem Syluester epiſcopus vrbis Romæ rationem hanc: Audite me fratres & coepiſcopi, & vniuerſus ordo eccleſiæ Romanæ, Quoniam bonum eſt, ut fixas cortinas habeat eccleſia, ut regia eccleſia non uacillet, ſed ſit firma, & claudat oſtium propter perſequutorem, & habeat firmum murum, vndè expugnet aduerſarios.

CAPVT SECVNDVM.

Cognitum loquor & probo Caliſtum & Victorinum, qui arbitrio ſuo fecerunt creaturam, & Iobinianum, qui in ſua extollentia dicebat, non Paſcha venire die ſuo, nec menſem, ſed decimo Kalendas Maij cuſtodire. Ego enim (ſicut lex memorat) in veſtro iudicio commendo ſermonem, ut introducantur hi tres quidem primo arbitrio Caliſti damnari corroboretur examen, qui ſe Caliſtus ita docuit Sabellianum, vt arbitrio ſuo ſumat vnam perſonam eſſe Trinitatis. Non enim coæquante Patre & Filio & Spiritu ſancto Victorinum ita præcipuæ religionis antiſtitis, qui in ſua ferocitate, quicquid veller, affirmabat hominibus, & cyclos paſchæ pronunciabat fallaces, vt hoc quod conſtituit x. Kalend. Maij cuſtodiri, veſtro ſer-

Cognitum loquor & probo Caleſtum & Victorinum, qui arbitrio ſuo fecerunt creaturam, & Iouianum, qui in ſua extollentia dicebat, non paſcha venire die ſuo, nec menſe, ſed x. Kalendas Maij cuſtodire. Ego enim ſicut lex memorat, in veſtro iudicio commendo ſermonem, vt introducantur hi tres quidem primo arbitrio Caliſtus damnari corroboretur examen, qui ſe Caliſtum ita docuit Sabellianum, vt arbitrio ſuo ſumat unam perſonam eſſe Trinitatis. Non enim coæquante Patrem & Filium & Spiritū ſanctum. Victorino itaque præcipue præſul regionis antiſtes, qui in ſua ferocitate quicquid veller hominibus, & cyclos paſchæ pronunciabat fallaces, vt hoc quod conſtituit x. Kalendas Maij cuſtodiri, veſtro ſermone, ſicut

ſermone, ſicut veritas habet, ceſſetur, & veſtro indicio condemnetur, & filiorum noſtrorum Auguſtorum præcurrat authoritas ad condẽnandum Victorinum epiſcopum. Damnauit autem Hippolitum diaconum Valentinianiſtam, & Caliſtum, qui in ſua extollentia ſeparabat Trinitatem, & Victorinum epiſcopum, qui ignorans lunæ rationem, ſub arbitrio ſui tenacitate derumpebat veritatem, & præſentiæ epiſcoporum ſupradictorum, & presbyterorum damnabit Hyppolitum, Victorinum, Calixtum, & dedit eis anathema, & damnauit eos extra urbes ſuas.

ſicut veritas habet, caſſetur, & veſtro iudicio condemnetur, & filiorum noſtrorum præcurret authoritas condemnandum Victorinum epiſcopum. Et introierunt omnes, vt ſuo ſermone damnarentur iudicio. Damnauit autem Hipolytum diaconum Valentinianiſtam, & Caliſtum, qui in ſua extollentia ſeparabat Trinitatem, & Victorinum epiſcopum, qui ignorans lunæ rationem, ſub arbitrio ſui tenacitate diſrumpebat veritatem. Et præſentia epiſcoporum ſupradictorum & presbyterorum, aliorumque graduum damnauit Hipolytum, Victorinum & Caliſtum. Et dedit eis anathema, & damnauit eos extra vrbes ſuas.

CAPVT TERTIVM.

Poſtea autem fecit gradus in gremio ſynodi, vt non presbyter aduerſus Epiſcopum, non diaconus aduerſus presbyterum, non ſubdiaconus aduerſus diaconum, non exorciſta aduerſus acolythum, non lector aduerſus exorciſtam, non oſtiarius aduerſus lectorem det accuſationem aliquam, & non damnabitur præſul, niſi in ſeptuagintaduobus, neque præſul ſummus à quoquam iudicabitur, quoniam his ſcriptum eſt: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Presbyter autem niſi in quadragintaquatuor teſtimoniæ, non damnabitur. Diaconus autem cardine conſtrictus vrbis Romæ niſi in trigintaſex, non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, niſi (ſicut ſcriptum eſt) in ſeptem teſtimonia filios & vxorem habentes, omnino CHRISTVM prædicantes, ſicut datur myſtica veritas.

Matt. 10. c
Lucæ 6. f

Poſteà autem fecit gradus in medio ſynodi, vt non presbyter aduerſus epiſcopum, non diaconus aduerſus presbyterum, non ſubdiaconus aduerſus diaconum, non acolythus aduerſus ſubdiaconum, non exorciſta aduerſus acolythum, non lector aduerſus exorciſtam, non oſtiarius aduerſus lectorem, non laicus det accuſationem aliquam. Et non damnabitur præſul niſi in ſeptuagintaduobus, neque præſul ſummus à quoquam iudicabitur, quoniam ſcriptum eſt: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Presbyter autem, niſi in quadragintaquatuor teſtimonijs non damnabitur. Diaconus autem cardine conſtructus vrbis, niſi in trigintaſex non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, niſi (ſicut ſcriptum eſt) in ſeptem teſtimonijs, filios & uxores habentes, & omnino CHRISTVM prædicantes. Sic datur myſtica veritas.

CAPVT QVARTVM.

Commoneo autem veſtrum conſortes monimentum de reditibus Eccleſiæ quatuor partes fiant, & quod primam partem exigat eccleſia, unam partem Pontifici cum fratribus releuandis, dimidiam eccleſiam, dimidiam presbyteris & diaconibus cum omni clero, vel peregrinis conſtituit hunc ordinem, vt ſi quis de clero uel presbyteris vniuerſi loci, quod commune eſt, tranſire de hoc mundo, & ſi neminẽ de ſua generoſitate haberet conſortem, quicquid paupertas eius haberet, conferret Eccleſiæ, & exinde quatuor partes fierent, ſicut dictum eſt.

Commoneo autem veſtrum conſortes munimen, & de reditibus Eccleſiæ quatuor partes fieri, & quarta pars exigatur ab eccleſia, unam partem pontificum, fratribus dimidiã ad eccleſias releuandas, dimidiam presbyteris & diaconibus cum omni clero, & peregrinis. Conſtituit hunc ordinem, ut ſi quis de clero vel presbyteris vniuerſi loci, quod commune eſt, tranſiret de hoc mundo, ſi neminem de ſua generoſitate haberet conſortem, quicquid paupertas eius haberet, conferret eccleſiæ, & exinde quatuor partes fierẽt, ſicut ſupra dictum eſt.

CAPVT QVINTVM.

Conſtituit etiam uoce clara Syluester Epiſcopus vrbis Romæ, vt nemo presbyter chriſma conficeret, dicens, quoniam Chriſtus à chriſmate vocabitur.

Conſtituit enim clara voce Syluester Epiſcopus vrbis Romæ, vt nemo presbyter chriſma conficeret, diceret, quoniam Chriſtus à chriſmate vocatur.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

Vt diaconi non eſſent plus, vel amplius per parochiarũ examen, niſi duo, & diaconi cardinales vrbis Romæ vij, ita tamen, vt dalmaticis vterent; & pallia linoſtmia lęuã eorũ tegerẽt.

Et diaconi non eſſent plus nec amplius per parochiarum examẽ, niſi duo, & diacones cardinales vrbis Romæ ſeptem.

CAPVT SEPTIMVM.

Ita autem Syluester clara voce dicebat ad coepiſcopos, vt à ſubdiacono vſque ad lectorem omnes ſubditi eſſent diacono cardinali vrbis Romæ, in eccleſia honorem repræſentans tantum, Pontifici vero presbyteri, ſubdiaco. diac. acolyti, exorciſta lectori in omni loco repræſentaus obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio eccleſiæ, tantum pontifici.

Ita tamen Syluester clara voce dicebat ad coepiſcopos, vt à ſubdiacono vſque ad lectorem omnes ſubditi eſſẽt diacono cardinali vrbis Romæ, in eccleſia repræſentantes tantum, Põtifici vero presbyteri, diaconi, ſubdiacones, acolythi, exorciſtas lectori in omni loco repręſentantes obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio eccleſiæ tantum pontifici.

CAPVT OCTAVVM.

Nullum autem ſubdiaconorum ad nuptias tranſire præcipimus, ne aliqua præuaricatione præſumpſerit.

Nullus autem ſubdiaconorum ad nuptias tranſire præcipimus, ne aliquam præuaricationem ſumpſerit.

CAPVT NONVM.

Nullus lector vel oſtiarius vaſa ſacrata contingeret, nullus acolythus rem ſacratam à presbytero iam alio porrigeret, niſi tantum ſupportaret, quod ei ſacerdos imponet ſuo ore benedictum.

Nullus lector vel oſtiarius vaſa ſacrata contigerit, nullus acolythus rem ſacratam à presbytero iam alio porrigeret, niſi tantum ſupportaret, quod ei ſacerdos imponeret ſuo ore benedictum.

CAPVT DECIMVM.

Nullus etiam epiſcoporum virginem ſacratam maritali expeteret benedici, niſi eam probauerit lxxij. annorum eſſe conſtituta; vbi probabitur iudicium, pudicitia vero, vt in lxxij. annos, requirẽs verum CHRISTVM, Pudicitia cuſtodita, vncta vertice introducatur ad nuptias Chriſti, velamen capitis ferens, non cordis. Et ſubſcripſerunt ſupradicti epiſcopi in iſtud, prædicante Syluestro epiſcopo vrbis Romæ. Et ſubſcripſit autem & nouiſſimus Calpurnus præfectus vrbis. Subſcripſit autem Auguſt. Conſtantinus, matre Helena Aug. Tunc dedit orationem, ſedens in eodẽ loco, & diſceſſerunt.

Nullus etiam epiſcoporum virginem ſacratam maritali conſortio expeterit benedicere, niſi eam probauerit lxxij. annorum eſſe conſtitutam. Ibi probabitur iudici à pudicitia vera, aut in lxx. annis requirẽs uirum Chriſtum, pudicitia cuſtodita, vncta vertice introducatur ad nuptias CHRISTI, velamen capitis ferens, non cordis. Et ſubſcripſerunt ſupradicti epiſcopi in iſtud, prædicante Syluestro epiſcopo vrbis Romæ. Subſcripſit autem & nouiſſimus Calphurnius præfectus vrbis. Subſcripſit Auguſtus Conſtantinus cum matre Helena Auguſta. Tunc dedit orationem, ſedens in eodem loco; & diſceſſerunt.

ACTIO SECVNDA.

Alia autem die venerunt omnes presbyteri vrbis Romæ, & diaconi omnes 284. in thermas Domitianas, quæ nunc Traianas, & ſedit ſedem ſuam in eodem loco. Vbi autem fecit ſeptem regiones, & diuidit diaconibus. Erant autem diacones iſti, Fabianus, Marcus, Liuerius, Archidamus, Iulius. Ordinauit autem alios duos, Priſcum & Theodorum, vniuerſus ſexus presbyteri, & diacones, & clerus hoc popoſcerunt Syluestrum epiſcopum, vt eos ordinaret. Ibi autem in thermas hos duos Priſcum & Theodorum ſubordinauit,

non

Alia autem die venerunt omnes presbyteri vrbis Romæ & diacones & epiſcopi oẽs 284. intra thermas Domitianas, quæ nunc Traianas, & iedit in ſede ſua in eodem loco. Ibi autem fecit 7. regiones, & diuiſit diaconibus. Erant autem diacones iſti, Fabianus, Marcus, Liberius, Archidamus, Iulius. Ordinauit autem & alios duos, Priſcum & Theodorum. Vniuerſus ſexus presbyteri & diacones & clericus hoc popoſcerunt à Syluestro epiſcopo, vt eos ordinaret. Ibi autem in thermis hos duos, Priſcum & Theodorum

ſubor-

non ordinauit aut conſecrauit eos, niſi in gremio baſilicæ conſecrauit, & præter ſynodū cōſtituit.

ſubordinauit, non ordinauit & conſecrauit eos niſi in gremio baſilicæ conſecrauit, Et præter ſynodum conſtituit.

CAPVT VNDECIMVM.

Vt nullus ex laica perſona ad honorem acolythi vſque ad epiſcopatum ſubleuaretur, niſi prius fuiſſet lector annis triginta. Deinde vna die exorciſta, & poſtea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythus annis decem, ut acciperet onus ſubdiaconi, & in ſubdiaconatu eſſet annis qnque, deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, rogantibus triginta presbyterris examen, ut eſſet diaconus Cardinalis, quia a prima ſede erat conſtitutum, vt ſeruiret annis ſeptem. Hoc enim quod ſi quis deſideraretur ordinem presbyterij, ita exigeretur, ut in ſeptem annos cuncto eleto Romano priuaretur doctrinæ, natiuitatis, generoſitatis, & conſilio, non expetens prædam a quaquam opinione clara firma omnes presbyteri declararent & firmarent, & ſic ad ordinem presbyterii accederent, & facerent in eodem ordine annos tres. Et ſi exigit ordo, uel diſpoſitio, uel cura pietatis, aut ſanctitatis, ad onus epiſcopatu accedere, ut omnis clerus peteret ordinari ex uno uoto perhenni. Quod ita geſtum ſit, & ſermonibus Syluestri epiſcopi nil opponebat, ſed magis firmabant, prece. Dixit autem & hoc Sylueſter epiſcopus vrbis Romæ: Audite ſancti & coepiſcopi. Nemo abſcondat, quod ei videtur iuſtitia obiurgare. Reſponderunt cum omnes epiſcopi, & dixerunt, clamantes uniuerſis presbyteris clericiſque: In te iuſtitia, & pietas à te non diſcedat, quoniam a nobis nihil iudicabitur, in opinionem dictorum tuorum, quoniam ſapientia non eſt, niſi in patientia fuerit construcra, Dixit autem Sylueſter epiſcopus: Quoniam ſi ſapientia non eſt, niſi in patientia, quicquid ſermone fixero, ueſtro cyrographo confirmetur.

Vt nullus ex laica perſona ad honorem acolythus uſque ad epiſcopatum ſubleuaretur, niſi prius fuiſſet lector annis triginta, deinde uno die exorciſta, & poſtea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythi annos decem, ut acciperet onus ſubdiaconi, & in ſubdiaconatu eſſet annos quinque. Deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus rogantibus triginta presbyteris examen, vt eſſet ſubdiaconus Cardinalis, qui à prima ſede erat conſtitutum, ut ſeruiret annos ſeptem. Hoc enim quod ſi quis deſideraret ordinem presbyteri, ita exigeretur ut in ſeptem annis a cuncto clero Romano probaretur doctrinæ, natiuitatis, generoſitatis, & conſilio non expetens prædam a quoquam opinione clara firmarent omnes presbyteri declararent & firmarent, & ſic ad ordinem presbyterii accederet & faceret in eodem ordine annos tres. Et ſi exigat ordo uel diſpoſitio, uel cura pietatis aut ſanctitatis, ad onus epiſcopatus accederet, ut omnis clerus peteret ordinate ex uno uoto perhenni, quod ita geſtum ſit, quod & ſermonibus Sylueſtri epiſcopi nil opponebat ſynodus, ſed magis firmabat prece. Dixit autem & hoc Sylueſter urbis Romæ epiſcopus: Audite ſancti & coepiſcopi, Nemo abſcondat quod ei uideretur iuſtitia obiurgare. Reſponderunt omnes epiſcopi, & dixerūt, clamantes cum uniuerſis presbyteris clericiſque: Vincet iuſtitia, & pietatis a te non diſcedat. Quoniam a nobis nihil iudicabitur in opinione dictorum tuorum, quoniam ſapientia non eſt, niſi in patientia fuerit conſtructa. Dixit autem Sylueſter epiſcopus: Quoniam ſi ſapientia non eſt, niſi in patientia, quicquid ſermone fixero, veſtro chirographo confirmetur.

CAPVT DVODECIMVM.

Nemo enim det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum petenti baptiſmum, omnibus enim prædicantes date, Matt. vltimo.

Nemo enim det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum, petenti. Baptiſmum enim omnibus date.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Nemo enim, niſi velamen cœleſte acceperit, primum coniugij per manus ſacerdotis ad clericatus honorem non accedat. Finctus eſt enim.

Nemo enim niſi velamen cœleſte acceperit primum coniugij per manus ſacerdotis, ad clericatus honorem accedat. Teſtimonium clerici aduerſus laicum non admitti. Finctus eſt enim.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Teſtimonium clerici aduerſus laicum nemo accipiat.

Teſtimonium clerici aduerſus laicum nemo recipiat.

CAP.

Ne-

De eiſdẽ, ſi idolis tantùm munus dederint. 3
De eiſdem, ſi catechumeni adhuc immolant, quandò baptizabuntur. 4
Si domina per zelum ancillam occiderit. 5
Si quicunque per malitiam hominem interfecerit. 6
De pœnitentibus mœchiæ, ſi rursùs peccauerint. 7
De fœminis, qui adulteros maritos relinquũt, & alijs nubunt. 8
De fœminis, quæ relictis viris ſuis, alijs nubunt. 9
De relicta catechumeni, ſi alterum duxerit 10
De relicta catechumeni, ſi grauiter ægrotauerit. 11
De mulieribus, quæ lenocinium fecerint. 12
De virginibus DEO ſacratis, ſi adulterauerint. 13
De virginibus ſecularibus, ſi mœchatæ fuerint. 14
De coniugio eorum, qui ex gentilitate veniunt. 15
De puellis fidelibus, nè infidelibus coniungantur. 16
De ijs, qui filias ſacerdotibus gentilibus coniungunt. 17
De ſacerdotibus & miniſtris, ſi mœchati fuerint. 18
De clericis, negocia vel nũdinas ſectantib⁹. 19
De clericis & laicis vſurarijs. 20
De his, qui ad eccleſiam tardè accedunt. 21
De catholicis in hæreſim tranſeuntibus, ſi non reuertuntur. 22
De temporibus ieiuniorum. 23
De his qui peregrè baptizantur, vt ad clerum non veniant. 24
De epiſtolis cõmunicatorijs confeſſorum. 25
De hoc, vt omni ſabbato ieiunetur. 26
De clericis, vt extraneam mulierem in domo non habeant. 27
De oblationibus eorum, qui non communicant. 28
De energumenis, qualiter habeantur. 29
De his, qui poſt lauacrum mœchati fuerint, vt nec ſubdiacones fiant. 30
De adoleſcentibus, qui poſt lauacrum mœchati fuerint. 31
De excommunicatis presbyteris, vt in neceſſitate communionem dent. 32
De epiſcopis & miniſtris, ab vxoribus abſtineant. 33
Nè cerei in cœmeterijs incendantur. 34
Nè fœminæ in cœmeterijs peruigilent. 35
Nè picturæ in eccleſia fiant. 36
De energumenis baptizandis. 37
Vt in neceſſitate & fideles baptizent. 38
Vt gentilibus deſiderantibus manus imponatur. 39
Nè de hoc, quod idolis datum eſt, fideles accipiant. 40
Vt prohibeant Domini idola colere ſeruis. 41
De his qui ad fidem veniunt, quomodò baptizentur. 42
De celebratione pentecoſtes. 43
De meretricibus paganis, ſi conuertuntur. 44
De catechumenis, qui eccleſiam non frequentant. 45
De fidelibus, ſi apoſtatauerint, quàm diù pœniteant. 46
De eo, qui vxorem habet, ſi ſæpiùs mœchatur. 47
De baptizandis, vt nihil accipiant clerici. 48
De frugibus fidelium, nè à Iudæis benedicantur. 49
De Chriſtianis qui cum Iudæis veſcuntur. 50
De hæreticis, vt ad clerum non promoueantur. 51
De his, qui in eccleſia libellos famoſos ponunt. 52
De epiſcopis, qui excommunicato alieno communicant. 53
De parentibus, qui fidem ſponſaliorum frangunt. 54
De ſacerdotibus gentilium, qui iam non ſacrificant. 55
De magiſtratibus & dominantibus. 56
De his, qui veſtimenta ad ornandam pompam dederint. 57
De his qui cõmunicatorias literas portant. 58
De fidelibus, nè ad capitolium cauſa ſacrificandi aſcendant. 59
De his, qui deſtruentes idola, occiduntur. 60
De his, qui duabus ſororibus copulantur. 61
De auguribus & pantomimis, ſi conuertantur. 62
De vxoribus, quę filios de adulteris necant. 63
De fœminis, quæ vſque ad mortem cum alienis viris adulterantur. 64
De adulteris vxoribus clericorum. 65
De his, qui priuignas ſuas ducunt. 66
De coniugio catechumenæ fœminæ. 67
De catechumena adultera, quæ filiũ necat. 68
De viris coniugatis, poſteà in adulterium lapſis. 69
De fœminis, quæ conſcijs maritis adulterantur. 70
De ſtupratoribus puerorum. 71
De viduis mœchis, ſi eundem poſteà maritum duxerint. 72
De delatoribus. 73
De falſis teſtibus. 74
De his qui ſacerdotes accuſant nec probant. 75
De diaconibus, ſi ante honorem peccaſſe probentur. 76
De baptizatis, qui, nondùm confirmati, moriuntur. 77
De fidelibus coniugatis, ſi cum Iudæa vel gentili mœchati ſint. 78
De his qui tabula ludunt. 79
De libertis. 80
De fœminarum epiſtolis. 81

F I N I S.

CONCILIVM ELIBERINVM XIX. EPISCOPORVM,

Tempore Conſtãtini & Syluestri Papæ primi,& circa tempora Nicenæ Synodi celebratũ, in quo editi Canones octoginta & vnus. eſt Prouinciale, nunquàm ab Eccleſia receptum, ob Can. 36. & forte etiam ob 34.

Cùm conueniſſent ſancti & religioſi Epiſcopi in Eccleſia Eliberina, hoc eſt,

* Aquitan. Eelix Epiſcopus * Auxitanus,
* Sabinus * Sauinus Epiſcopus * Spaleñ,
* Hiſpaleñ. Smagins Epiſcopus * Bigerreñ,
Pardius Epiſcopus Menteſanus,
* Bigerreñ, Catonus Epiſcopus Corſicanus,
Valerius Epiſcopus Cæſarauguſtanus,
Melanthius Epiſcopus Toletanus,
Vincentius Epiſcopus Oſſonabeñ,
Succeſſus Epiſcopus Eliocroceñ,
Patricius Epiſcopus Malacitanus,
Oſius Epiſcopus Corduben,
Camerinus Epiſcopus Tuccitanus,
Secundinus Epiſcopus Cattaleuceñ,
Flauius Epiſcopus Eliberinus,
Liberius Epiſcopus Emeritanus,
Decentius Epiſcopus Legioneñ,
* Salarieñ, Ianuarius Epiſcopus * Sibarieñ,
Quintianus Epiſcopus Elboreñ,
Eutychianus Epiſcopus Baſſitanus,

Reſidentibus etiàm * 36. presbyteris, adſtantibus diaconibus & omni plebe, vniuerſi Epiſcopi dixerunt:

CAPITVLVM PRIMVM.

Eſt Prouincialis Synodus.

PLACVIT, vt quicunq;, poſt fidem baptiſmi ſalutaris, adulta ætate ad tẽplũ idoli idololatraturus, acceſſerit, & fecerit, quod eſt crimen capitale, nec in fine eum ad communionem ſuſcipere.

2 Flamines, qui poſt fidem lauacri & regenerationis ſacrificauerint, eò q; geminauerint ſcelera, accedente homicidio, vel triplicauerint facinus, cohærente mœchia, placuit, eos neq; in fine accipere communionem.

3 Item, flamines qui non immolauerunt, ſed munus tantùm dederunt, eò q; ſe à funeſtis abſtinuerunt ſacrificijs, placuit, in fine eis præſtare communionem, acta tamen legitima pœnitentia. Item, ipſi poſt pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, vlteriùs eis non eſſe dandam communionem, nè luſiſſe de dominica communione videantur.

4 Item, Flamines, ſi fuerint catechumeni, & ſe à ſacrificijs abſtinuerunt, poſt triennij tempora, placuit, ad baptiſmum admitti debere.

Diſ. 50. Si qua fœmina.

5 Si qua fœmina, furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ità ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eò quòd incertum ſit, volũtate, an caſu, occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, per quinq; annorum tpa acta legitima pœnitẽtia, ad cõionem placuit admitti. Quòd ſi infra tpa cõſtituta, fuerit infirmata, accipiat cõionem.

6 Si quis verò maleficio interficiat alterũ, eò quòd ſinè idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe illi communionem.

7 Si quis fortè fidelis, poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

8 Item, fœminæ, quæ nulla præcedente cauſa, reliquerunt viros ſuos, & alteris ſe copulauerunt, nec in fine accipiant communionem.

9 Item, fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur, nè ducat. Si autem duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de ſeculo exiẽrit; niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit. 32. q. 8. Fidelis fœmina, quę

10 Si ea, quam cathecumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſeruandum. (a) Quòd ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui vxorem inculpatam reliquit, & cum duerit illum ab vxore, quam ſinè cauſa reliquit, placuit, huiuſmodi in fine dari communionem.

(a) Quòd ſi ducitur ab eo, qui inculpatam reliquit vxorem, & eum ſcierit habere vxorem, quã ſinè cauſa reliquit: placuit, nec in fine huius dari communionem. Sic habet codex quidam membranaceus.

11 Intra quinquennij autem tempora catechumena ſi grauiter fuerit infirmata, dandũ ei baptiſmum, placuit, non denegari.

12 Mater vel parentes, vel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eò quòd alienum vendiderit corpus, vel potiùs ſuum, placuit eam nec in fine accipere communionem.

13 Virgines, quæ ſe Deo dedicauerunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini ſeruiẽrint, non intelligentes, quid admiſerint, placuit, nec in fine dandam eis eſſe communionem, Quòd ſi ſemetipſas pœnituerint, quòd infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ huiuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe à coitu, eò quòd lapſæ potiùs videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere. 27. q6. 1. Virgines, quæ ſe

14 Virgines, quæ virginitatem ſuam non cuſtodiẽrint, ſi eoſdem, qui eas violauerunt, * duxerint & tenuerint maritos, eò quòd ſolas nuptias violauerint, poſt annum ſinè pœnitentia reconciliari debebunt. Vel ſi alios cognouerint viros, eò quòd mœchatæ ſint, placuit, per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem. * acceperint

15 Propter copiam puellarum, gentilibus minimè in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ, nè ætas in flore tumens, in adulterio reſoluatur animæ.

Hæ-

16 Hæreticis,qui errant ab Eccleſia Catholica, nec ipſis catholicas dandas puellas, ſed neque Iudæis, neque hæreticis dari placuit, eò quòd nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquenniom placet.

17 Si qui fortè ſacerdotibos idolorum filias ſuas iunxerint, placuit, nec in fine eis dã-dam communionem.

18 Epiſcopi, presbyteri, diacones, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint quòd ſint mœchati,placoit,& propter ſcandalum,& propter nefandum crimen,nec in fine eos communionem accipere debere.

19 Epiſcopi, presbyteri, & diaconi, locis ſuis negociandi cauſa noo diſcedant, nec circumeuntes prouincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur. Sanè, ad victum ſibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant: & ſi volnerint negociari, intra prouinciam negocientur.

In decre. Iuo.lib 3. & diſt 47. Si quis clericorum.

20 Si quis clericorum detectus fuerit vſuras accipere, placuit, degradari & abſtinere. Si quis etiàm laicus accepiſſe probatur vſuras, & promiſerit correptus, ſe iam ceſſaturum, nec vlteriùs exacturum,placet,ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate durauerit,ab eccleſia ſciat ſe eſſe proijciendnm.

21 Si quis in ciuitate poſitus, per tres dominicas Eccleſiam non acceſſerit, * pauco tempore abſtineat, ut correptus eſſe videatur.

* tanto

22 Si qnis de catholica Eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerit, rurſuſque ad Eccleſiam recurrerit,placuit,huic pœnitentiam nõ eſſe denegandam,eò qnòd cognouerit peccatum ſuũ, qui etiàm decem annis agat pœnitentiam, cui poſt decem annos præſtari communio debet. Si verò infantes fuerint tranſducti, quòd non ſuo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

23 Ieiunia ſeu abſtinentias per ſingulos mẽſes placuit celebrari, exceptis diebus duorum menſinm Iulij & Auguſti, ob * eorundem infirmitatem.

* Ieiunij ſuperpoſitiones.

Diſtin 98. Oẽs qui in peregr.

24 Omnes qui peregrè fuerint baptizati, eò quòd eorum minimè ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouincijs.

Vide in Arelatẽ. concil.1. cap.9.

25 Omnis qui attulerit literas confeſſorias, ſublato nomine confeſſoris, eò quòd ſub hac nominis gloria partim concutiant ſimplices, communicatoriæ ei dandæ ſunt literæ.

26 Errorem placuit corrigi, vt omni ſabbati die ieiuniorum ſuperpoſitionem celebremus.

27 Epiſcopos, vel quilibet clericus alius,aut ſororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantùm ſecum habeat: extraneam verò nequaquàm ſecum habeat.

28 Epiſcopum,placuit,ab eo, qui non communicat,munera accipere non debere.

29 Energumenum, qui ab erratico ſpiritu exagitatur, huius nomen,neque ad altare cum oblatione eſſe recitandum, neque permittendum, vt ſua mano in Eccleſia miniſtret.

30 Subdiaconem, eum ordinari noo debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus, eò quòd poſtmodùm per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promouendus. Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoueantur.

31 Adoleſcentes, qui poſt fidem lauacri ſalutaris, fuerint mœchati, cum duxerint vxores,acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

32 Si quis graui lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit, agere pœnitenoam non debere ſinè Epiſcopi conſultu,ſed potiùs apud Epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate.Non eſt presbyterorum aut diaconorum, communionem talibus præſtare debere, niſi eis iuſſerit Epiſcopus.

33 Placuit, in totum prohibere Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, ac ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à coniugibus ſuis, & non generare filios. Quod quicunque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

34 Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi.Inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hæc oon obſeruauerint, arceantur ab eccleſię communione.

35 Placuit, prohiberi, nè fœminæ in cœmeterio peruigilent, eò quòd ſæpè ſub obtentu orationis, ſcelera latenter committant.

36 Placuit, picturas in Eccleſia eſſe non debere, nè qood colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

In decre. Iuo.lib.3.

Hic Canon 36. tunc temporis fortè ob aliquas cauſas neceſſariò vel vtiliter inſtitutus eſt. At poſteà in 7. Synodo œcumenica picturæ & imagines, atque earum pia venaratio approbata eſt.

37 Eos, qui à ſpiritibus immundis vexantur, ſi io fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. Prohibeodum etiàm, nè lucernas publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant à communione.

38 Peregrè nauigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lauacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare, in neceſſitate infirmitatis poſitum catechumenum, ità vt, ſi ſuperuixerit, ad epiſcopum eum perducat, vt per manus impoſitionem perfici poſſit.

39 Gentiles, ſi in infirmitate deſiderauerint ſibi manus imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte honeſta vita, placuit, eis manum imponi, & fieri Chriſtianos.

40 Placuit prohiberi, ut cùm rationes ſuas accipiunt poſſeſſores, quicquid ad idolum

lum datum fuerit, acceptum non inferant. Si verò poſt interdictum fecerint, per quinquennij ſpatia temporis à communione eſſe arcendos.

41 Admonere placuit fideles, vt quantùm poſſunt, prohibeant, nè idola in domibus ſuis habeant. Si verò vim metuunt ſeruorum, vel ſeipſos puros conſeruent. Si non fecerint, alieni ab eccleſia habeantur.

42 Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi bonæ fuerint conuerſationis, intra biennium temporis, placuit, ad baptiſmi gratiam admitti debere: niſi infirmitate compellente, coegerit ratio, vel ſocio ſubuenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.

43 Prauam inſtitutionem emendari placuit iuxta authoritatem ſcripturarum, vt cuncti diem pentecoſtes celebremus. Quod qui non fecerit, quaſi nouam hæreſim induxiſſe notetur.

44 Meretrix quæ aliquandò fuerit, & poſteà habuerit maritum, ſi poſtmodùm ad credulitatem venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam.

45 Qui aliquandò fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquàm ad Eccleſiam acceſſerit, ſi eũ, de clero quiſquam agnouerit, voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles, placuit, baptiſmum ei non negari, eò quòd in vetere homine deliquiſſe videatur.

46 Si quis fidelis apoſtata, per infinita tempora ad Eccleſiam non acceſſerit, ſi tamē aliquandò fuerit reuerſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos, placuit, eum communionem accipere.

47 Si quis fidelis habens vxorem, non ſemèl, ſed ſæpè, fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conueniendus. Quòd ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si reſuſcitatus, rurſùs fuerit mœchatus, placuit, vlteriùs non ludere eum de communione pacis.

1.q.1. Emēdari placuit. 48 Emendari placuit, vt hi qui baptizantur, (vt fieri ſolebat) nummos in concham non mittant, nè ſacerdos, quòd gratis accepit, precio diſtrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi ſunt à ſacerdotibus, vel clericis.

49 Admoneri placuit poſſeſſores, vt non patiantur fructus ſuos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Iudæis benedici, nè noſtram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis poſt interdictum facere vſurpauerit, penitùs ab Eccleſia abijciatur.

50 Si verò aliquis clericus, ſiue fidelis fuerit, qui cum Iudæis cibum ſumpſerit, placuit, eum à communione abſtinere, vt debeat emendari.

51 Ex omni hæreſi, qui ad nos fidelis venerit, minimè eſt ad clerum promouendus. Vel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſinè dubio deponentur.

52 Si qui inuenti fuerint libellos famoſos in Eccleſia ponere, anathematizentur. 5.q.1. Si qui inuēti

53 Placuit cunctis, vt ab eo Epiſcopo quis recipiat communionem, à quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quòd ſi aliquis Epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minimè ſciente vel conſentiente, à quo fuerat communione priuatus, ſciat ſe huiuſmodi cauſas inter fratres eſſe cum ſtatûs ſui periculo præſtaturum.

54 Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennij tempore abſtineant ſe à cōmunione. Si tamen ijdem, ſponſus vel ſponſa, in illo graui crimine fuerint depræhenſi, excuſati erunt parentes. Si verò in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruetur.

55 Sacerdotes, qui tantùm ſacrificantium coronam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid idolis præſtant, placuit, poſt biennium accipere communionem.

56 Magiſtratū verò, anno quo agit duūuiratum, prohibere placet, vt ſe ab Eccleſia cohibeat.

57 Matronæ, vel earum mariti, veſtimenta ſua ad ornandam ſeculariter pompam non dent. Et ſi fecerint, triennij tempore abſtineant.

58 Placuit, vbicunque, & maximè in eo loco, in quo primæ cathedræ conſtitutus eſt epiſcopus, vt interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant, & ſuo teſtimonio comprobent.

59 Prohibendum, nè quis Chriſtianus aut gentilis, ad idolum Capitolij, ſacrificandi cauſa, aſſcendat & videat. Quòd ſi fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, poſt decem annos acta pœnitentia recipiatur.

60 Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quia in Euangelio non eſt ſcriptum, neque inuenitur ab Apoſtolis vnquàm factū: placuit, in numerum eum non recipi martyrum.

61 Si quis poſt obitum vxoris ſuæ, ſororem eius duxerit, & ipſa ſit fidelis, quinquennio à communione placuit abſtinere: niſi fortè velocius dari pacem, neceſſitas coēgerit infirmitatis.

62 Si augur, aut pantomimi credere voluerint, placuit, vt priùs artibus ſuis renuncient, & tunc demùm ſuſcipiantur, ità vt vlteriùs non reuertantur. Quòd ſi facere contra interdictum tentauerint, proijciantur ab Eccleſia.

63 Si qua mulier per adulterium, abſente marito, conceperit, idque poſt facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandam eſſe communionem, eò quòd geminauerit ſcelus.

64 Si qua mulier, vſque in finem mortis ſuæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si verò eum reliquerit, poſt decem annos

reci-

recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

65 Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & ſciat eam maritus ſuus mœchari, & eam nõ ſtatim proiecerit, nec in fine accipiat communionem: nè ab his, qui exemplum bonæ conuerſationis eſſe debent, videantur magiſteria ſcelerum procedere.

66 Si quis priuignam ſuam duxerit vxorẽ, eò quòd ſit inceſtus, placuit, nec in fine dandam eſſe ei communionem.

67. Prohibendum, nè qua fidelis vel catechumena, aut comicos, aut viros ſcenicos habeat. quæcunque hoc fecerit, à communione arceatur.

68 Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit, eam in fine baptizari.

69 Si quis fortè, habens vxorem, ſemèl fuerit lapſus, placuit, eum quinquennio agere debere pœnitentiam, & ſic reconciliari, niſi neceſſitas infirmitatis coëgerit, ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obſeruandum.

70 Si, conſcio marito, fuerit mœchata vxor, placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Si verò eam reliquerit, poſt decem annos accipiat communionem, ſi eam, cùm ſciêrit adulteram, aliquo tempore in domo ſua retinuit.

71 Stupratoribus puerorum nec in fine dandam eſſe communionem.

32.q.1. Si qua mulier in — 72 Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem poſteà habuerit maritum, poſt quinquennij tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communione reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Vel ſi fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia, niſi infirmitas coëgerit velociùs dare communionem.

5 q.6 Delator ſi qs — * non niſi — 73 Delator, ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus vel interfectus, placuit, eum* nec in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquenniũ accipere poterit communionẽ. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.

74 Falſus teſtis, prout crimen eſt, abſtinebit: ſi tamen non fuerit mortis, quod obiecit. Et ſi probauerit quòd diù tacuerit, biennij tempore abſtinebit. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit, per quinquennium abſtinere.

75 Si quis autem epiſcopum, presbyterum, vel diaconem falſis criminibus appetiêrit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.

76 Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſteà fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquandò commiſerit, ſi ſpontè fuerit confeſſus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem. Quòd ſi alius detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

77 Si quis diaconus, regens plebem ſinè epiſcopo vel presbytero, aliquos baptizauerit, epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quòd ſi antè de ſeculo receſſerit, ſub fide, qua quis crediderit, poterit eſſe iuſtus.

78 Si quis fidelis habens vxorem, cum Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur. Quòd ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ ſociari communioni.

79 Si quis fidelis alea, id eſt, tabula luſerit, placuit, eum abſtinere. Et ſi emendatus ceſſauerit, poſt annum poterit communione conciliari.

80 Prohibendum eſt, vt liberti, quorum patroni in ſeculo fuerint, ad clerum non proueh antur. — Diſt.54. Prohibẽdũ eſt vt

81 Nè fœminæ ſuo potiùs quàm maritorum nominibus, laicis ſcribere audeant, qui fideles ſunt, vel literas alicuius pacificas, ad ſuum ſolùm nomen ſcriptas, accipiant.

CAPITVLA QVATVOR EX concilio Eliberino, quæ deſumpta ex Gratiano, non habentur in capitulis præcedentibus.

PRIMVM.

Ante ſacram communionem, à propria vxore quiſque contineat.

De conſ. Diſ.2. Omnis homo — *quinque — Omnis homo ante ſacram communionem à propria vxore abſtinere debet tres aut* quatuor, aut ſeptem dies. Nec inter Catholicos connumerabitur, qui in iſtis temporibus, Paſcha, Pentecoſte, Natali Domini, non communicauerit.

SECVNDVM.

Ante quatuordecim annos, nullus iurare cogatur.

Burchard. citat ex Concil. Hibern. 22. qõ. 5. Pueri ante annos. § Puella quoquè. Et in dec. Iuo. lib. 8. — Pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare. Puella quoquè ſi in puerili ætate in domo patris, illo neſciente, ſe iuramento conſtrinxerit, & ſi pater ſtatim vt audierit contradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt, & faciliùs emendabitur.

TERTIVM.

Palea præponitur capitulo huic ſinè titulo.

1.q.1. Si qua mulier. — Si qua mulier in mortem mariti ſui, cum alijs conſiliata ſit, & ipſe vir aliquem illorũ ſe defendendo occiderit, & ſi probare poteſt ille vir eam ream eſſe conſilij, poteſt (vt nobis videtur) ipſam vxorem dimittere, &, ſi voluêrit, aliam ducere. Ipſa autẽ inſidiatrix, pœnitentiæ ſubiecta, abſque ſpe cõiugij maneat.

QVARTVM.

Temeritas emendetur, cùm diffinitio incauta ſoluitur.

Diffinitio incauta laudabiliter ſoluẽda eſt. Nec eſt præuaricatio, ſed temeritatis emendatio. — 22. q6.4. Diffinitio incauta.

CONCILIVM ARELATENSE PRIMVM, HABITVM TEMPORE CONSTANTINI IMPERATORIS I.

Et Sylueſtri Papæ primi, Et eſt Prouinciale.

Arelate, Galliæ Narbonenſis vrbis inter Salies, Plinio lib. 3. cap. 4. Colonia Sextanorũ dicta, quòd è ſexta legione milites, coloni eò deducti ſint. Eam iuxta Rhodanũ ſitam, celeberrimoq́; emporio inſignem ſcribit Strabo lib. 4.

CAPITVLA CONCILII Arelatenſis I.

Vt vno die & tempore Paſcha celebretur. 1
Vt vbì quiſque ordinatur, ibì permaneat. 2
*bello Vt qui in * pace arma proijciunt, excommunicentur. 3
Vt aurigæ, dum agitant, excommunicentur. 4
Vt qui in theatris conueniunt, excommunicentur. 5
Vt in infirmitate conuerſi, manûs impoſitionem accipiant. 6
De præſidibus, vt cùm conſcientia epiſcopi ſui communicent. 7
Vt ex hæreſi conuerſi, in Trinitate baptizentur. 8
Vt qui confeſſorum literas portant, alias accipiant. 9
Vt cuius vxor adulterauit, ipſe aliam non accipiat. 10
Vt fœminę fideles, quæ gentilibus ſe iunxerunt, excommunicentur. 11
Vt clerici fœneratores excommunicentur. 12
Vt proditores fratrum, vel vaſorum, ſeu ſcripturarum, cum verberibus deponantur. 13
Vt falſi accuſatores fratrum, vſque ad exitum excommunicentur. 14
Vt Leuitæ non offerant. 15
Vt pœnitentes, vbì acceperint * onerationem, ibì communicent. 16
Vt nullus epiſcopus alium conculcet epiſcopum. 17
Vt diaconus nihil ſinè presbytero ſuo agat. 18
Vt presbyteri ſinè conſcientia epiſcoporum ſuorum nihil faciant. 19
Vt peregrino epiſcopo locus ſacrificandi detur. 20
Vt ſinè tribus epiſcopis nullus epiſcopus ordinetur. 21
Vt clericus alibi tranſiens, excommunicetur. 22
Vt apoſtatæ, qui tardiùs reuertuntur, niſì per dignam pęnitentiá non recipiantur. 23

PROOEMIVM.

DOMINO & ſanctiſſimo fratri Sylueſtro Epiſcopo, Marinus, vel cœtus Epiſcoporum, qui adunati fuerunt in oppido Arelatenſi: Quæ decreuimus communi concilio, * charitatiuè ſignificamus, vt omnes ſciant, quid in futurum obſeruare debeant.

*Charitati tuę.

CAPITVLVM I.

De cõſec. diſt. 3.

De obſeruatione Paſchæ Domini, vt vno die & tempore per omnem orbem obſeruetur, & iuxta conſuetudinem, literas ad omnes tu dirigas.

De obſeruatione Paſchę.

2 De his, qui in quibuſcunque locis ordinati fuerint miniſtri, in ipſis locis perſeuerent.

3 De his, qui arma proijciunt in * pace, placuit, abſtinere eos à communione.

** In codice manuſcripto peruſto legitur, in bello: videturq́; magìs conſentaneum, tales puniri tanquàm deſertores.*

4 De agitatoribus, qui fideles ſunt, placuit, eos quandiù agitant, à communione ſeparari.

5 De theatricis, & ipſos placuit, quandiù agunt, à communione ſeparari.

6 De his, qui in infirmitate credere volunt, placuit, debere his manum imponi.

7 De præſidibus. Qui fideles ad præſidatum impetu proſiliunt, ità placuit, vt cùm promoti fuerint, literas accipiant eccleſiaſticas communicatorias, ità tamen, vt in quibuſcunque locis geſſerint, ab epiſcopo eiuſdem loci cura de illis agatur, vt cùm cœperint contra diſciplinam * publicam agere, tunc demùm à communione excludantur. Similiter & de his fiat, qui rempublicam agere volunt.

* publicè

8 De Arianis, qui propria lege ſua vtuntur, vt rebaptizentur, placuit. Si ad eccleſiam aliqui de hac hæreſi venerint, interrogent eos noſtræ fidei ſacerdotes ſymbolum. Et ſi peruiderint, in patre & filio & Spirituſancto eos baptizatos, manus eis tantùm imponatur, vt accipiant Spiritumſanctum. Quòd ſi interrogati, non reſponderint hanc Trinitatem, baptizentur.

De conſ. diſt. 4. De Arianis.

Quidam admodùm antiqui codices ſic habent hunc Canonem: De Afris, quòd propria lege ſua vtuntur, vt rebaptizent, placuit, vt ſi ad Eccleſiam &c.

9 De his, qui confeſſorem literas offerunt, placuit, vt ſublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.

Simile in concilio Eliberino, c. 25.

10 De his, qui coniuges ſuas in adulterio depræhendunt, & ijdem ſunt adoleſcentes fideles, & prohibentur nubere: placuit, vt inquantùm poteſt, conſilium eis detur, nè, viuentibus vxoribus ſuis, licèt adulteris, alias accipiant.

11 De puellis fidelibus, quæ gentilibus iunguntur, placuit, vt aliquanto tempore à communione ſeparentur.

12 De miniſtris qui fœnerantur, placuit, eos, iuxta formam diuinitùs datam, à communione abſtinere.

14. q. 4. Miniſtri, qui fœ. Luc. 6. e

13 De

13 De his, qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrũ ſuorum, placuit nobis, vt, quicunque eorum ex actis publicis fuerit detectus, nõ verbis nudis, ab ordine cleri amoueatur.

Nam ſi ijdem aliquos ordinâſſe fuerint depræhẽſi, & de his, quos ordinauerũt, ratio ſubſiſtit, nõ illis obſit ordinatio: quoniam multi ſunt, qui contra Eccleſiaſticã regulam pugnare videntur, & per teſtes redẽptos putant ſe ad accuſationem admitti debere, qui omninò non admittantur, niſi (ut ſuprà diximus) actis publicis docuerint, omni ſe ſuſpicione carere.

14 De his, qui falsò accuſant fratres ſuos, placuit, eos vſq; ad exitum non communicare, ſed falſum teſtem, iuxta ſcripturam, impunitũ non licere eſſe. Prou. 19. a

15 De diaconibus, quos cognouimus multis locis offerre, placuit, minimè fieri debere.

16 De his, qui pro delicto ſuo à cõione ſeparantur, ità placuit, vt quibuſcunq; locis fuerãt excluſi, eodẽ loco cõionem conſequantur.

17 Vt nullus Epiſcoporum alium Epiſcopum conculcet.

18 De diaconibus vrbicis, ut non aliquid per ſe præſumant, ſed honor presbyteris reſeruetur.

19 Vt presbyteri ſinè conſcientia Epiſcoporum nihil faciant.

20 Vt peregrino Epiſcopo locus ſacrificandi detur.

21 De his, qui vſurpãt ſibi, ꝙ ſoli debeant Epiſcopũ ordinare, placuit, ut nullus hoc ſibi præſumat, niſi aſſumptis ſecum alijs ſeptem Epiſcopis. Si tamen non potuerint ſeptem, ſinè tribus fratribus non audeant ordinare.

22 De presbyteris, aut diaconibus, qui ſolent dimittere loca ſua, in quib⁹ ordinati ſunt, & ad alia loca ſe transferunt, placuit, ut his locis miniſtrent, quibus præfixi ſunt. Qui ſi relictis locis ſuis, ad alium locum ſe transferre voluerint, deponantur. In decre. Iuo. lib. 3.

23 De his qui apoſtatant, & * antequàm ſe ad Eccleſiam repræſentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſteà infirmitate correpti, petunt communionem, placuit, eis non dandam communionem, niſi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ. *nũquàm

CONCILIVM GANGRENSE

CELEBRATVM TEMPORE SYLVESTRI PAPÆ PRIMI,

Circa annum Domini 324. in Paphlagonia ſeu regione Pelaſgorum aduerſus Euſtathium Sebaſtienſem in Armenia Epiſcopum; Et eſt Prouinciale, ſed approbatum a Leone IIII. diſt. 20. c. de libell.

Gangra, ciuitas eſt Paphlagoniæ in minori Aſia, à Deiotaro Caſtoris filio iuſto imperio occupata. Vide Strabonẽ lib. 12. & Plin. lib. 6. c. 2.

ARGVMENTVM EX GRATIANO in Concilium Gangrenſe.

Diſt. 15. Prima annotano. SYNODVS Gangrenſis poſt Nicęnã legitur fuiſſe, in qua patres 16. ſtatuerunt canones 20. propter quaſdã neceſſitates Eccleſiaſticas, maximè contra Euſtathium, qui dicebat, ꝙ nullus in cõiugali gradu poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ poſſideret, ſpem ullam ad Deũ haberet. Et multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. Et infrà in alio loco. Item opponitur ex Concilio Gangrenſi, Si quis diſcernit presbyterum cõiugatũ tanquàm occaſione nuptiarũ, ꝙ offerre nõ debeat, & ab eius oblatione ideò abſtinet, anathema ſit. Sed notandũ eſt, inquit, ꝙ ſcḋm Iſidorum pleraq; capitula ex cauſa, ex loco, ex tpe, ex perſona conſideranda ſunt. Hinc etiàm Gregorius ait: Regulæ ſanctorum patrum pro tempore, loco & pſona & negotio, inſtãte neceſſitate, traditæ ſunt. Illud ergò, quod in Concilio Gãgrẽſi legitur, ex cauſa conſideratur & ex tpe. Cauſa fuit hæreſis Manichæorũ, qui cõiugiũ deteſtabantur. Sicut etiàm quorundã ſuperſtitio, multa in Catholicorũ deteſtationem introduxiſſe inuenitur, contra quos in Gangrenſi Concilio ſtatum legitur. Hæc Gratianus.

Diſt. 28. Si quis diſcernit. Diſt. 29. Sciẽdũ eſt

Diſt. 29. Regulæ ſanctorũ. Diſ. 30 ca. Illud autẽ quod in canone.

Socr. lib. 2. cap. 47. *QVa occaſione Gangrenſis Synodus celebrata ſit, apud Nicephorum hiſtoriæ Eccleſiaſt. li. 9. ca. 16. his verbis exponitur: Apud Armenios verò & Paphlagones, atque in Põti montibus monaſticam philoſophiam colere primùm cœpiſſe Euſtathius fertur, qui Sebaſtiæ Armeniorum ſacris Eccleſiæ rebus præfuit. Et poſt pauca: Vulgatum porrò de eo eſt, nimis eum exacta cura & diligentia in abſurdas quoquè impegiſſe obſeruationes, Eccleſiaſtico Canoni minimè accommodatas. Sunt tamen, qui eum reprehenſioni eximunt, & quoſdam ex ſectatoribus eius eo nomine accuſant. Nam illi precationibus in domibus virorum, qui in matrimonio viuerent, etiamſi presbyteri eſſent operari recuſarunt, eoſq; nec alloquio dignati ſunt. Diebus quoquè Dominicis ieiunia ſeruarunt, & conuentus eccleſiaſticos plurimùm domi egerunt. Locupletes, extorres prorsùs regno cœlorum eſſe duxerunt. Qui vel ſemel carnes ediſſent, eos repudiarunt. Veſtitum monachorum aliorum conſuetum reijciẽtes, nouo atque inſolito amictu ſunt vſi. Sed & alia multa nouarunt. Ab ijs multæ non obſcuro loco natæ fœminæ ſeductæ, ſub continentiæ prętextu maritos ſuos, quibus adoleſcentulę nupſerant, reliquere. Poſteà autem, cùm continere ſe non poſſent,*

ſent, in libidinis lubricum ſunt coniecta. Fuere ex eis, quæ capillo caſo, quod mulieribus fas non eſt, virilem habitum ſumpſere. Horum gratia ab Epiſcopis finitimis Gangrenſis apud Paphlagones Synodus coacta eſt. &c. Videat lector plura loco memorato: itemq́; einſdem libri ca. 45. vbi abſurda Euſtathij huius dogmata apertiùs enumerantur: inter quæ etiam illud eſt, quòd ſtata ieiunia auerſatus, Dominicis diebus potiùs ieiunandum eſſe docuit.

TITVLI CAPITVLORVM GANGRENSIS Concilii, ſecundùm diuerſas tranſlationes.

EDITIO PRIMA.	EDITIO SECVNDA.
De his, qui nuptias damnant. 1	De his, qui nuptias execrantur.
De his, qui carnes manducantes damnant. 2	De his, qui abominantur, qui carnibus veſcuntur. 2
Non debere ſeruum, occaſione religionis, dominum contemnere. 3	De ſeruis, qui iugum famulatûs abijciunt, Chriſtianitatis obtentu. 3
De oblatione presbyteri coniugati. 4	De presbyteris, qui habuêre coniugia. 4
Orationes Eccleſiæ non debere contemni. 5	De his, qui ab eccleſia conuentus ſpernendos æſtimant. 5
Non debere extra eccleſiam cougregari. 6	De his, qui eccleſiaſtica miniſteria præter eccleſiam faciunt. 6
De fructibus in Eccleſiam, & non alibi, dandis. 7	De fructuum oblationibus, quæ miniſtris eccleſiæ conferuntur. 7
De his, quæ in vſus pauperum conſeruntur. 8	De his, quæ in uſus pauperum conferuntur. 8
Virginitati ſtudentem, non debere nuptias execrari. 9	De his, qui in virginitate, continentiaque perſiſtunt. 9
De his, qui pro virginitate ſuperbiunt. 10	De his, qui pro virginitate ſuperbiunt. 10
Agapen fratrum non debere contemni. 11	De his, qui agapas, id eſt, paſtiones pauperum, riſui deputant. 11
De continentibus & vſu palliorum. 12	De his, qui pallijs vtuntur, & idcircò ſuperbiunt. 12
Non debere mulierem, continentię cauſa virilem habitum uſurpare. 13	De mulieribus, quæ utuntnt virilibus indumentis. 13
Non debere, condemnatem nuptias, à viro diſcedere. 14	De his, qui velut peccatum, copulam deſerunt nuptiarnm. 14
Non debere quenquam continentiæ cauſa filios ſuos negligere. 15	De his, qui Chriſtianitatis obtentu, deſpiciũt filios. 15
Nè filij, occaſione religionis, parentes ſuos deſpiciant. 16	De his qui patres, Chriſtianitatis occaſione, contemnunt. 16
Caput tondere, mulieri non licere. 17	De mulieribus, quæ ſe attondent, Chriſtianitatis obtentu. 17
Non debere die dominico ieiunare. 18	De his, qui dominico die ieiunant, tãquàm nihil præ cæteris differente. 18
Non licere, communia ieiunia ſoluere. 19	De his, qui eccleſiaſtica ieiunia abſq; neceſſitate diſſoluunt. 19
Communicandum in baſilicis martyrum. 20	De his, qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemorationibus, execrantur. 20

EPISTOLA SEV PROOEMIVM CONCILII GANGRENSIS.

DOMINIS honorabilibus conſacerdotibus, in Armenia conſtitutis, coepiſcopi Euſebius, Hypatius, Eulalius, Gregorius, Ælianus, *Bithynicus, Olympius, Baſſianus, Baſilius, Philetus, Heraclius, Pappus, Eugenius Olius Corbubeñ, *Proæreſius, Baſſus, qui conuenerunt in Gangrenſi concilio, in Domino ſalutem: Quoniam conueniens ſancta Synodus Epiſcoporum in eccleſia Gangrenſi, propter quaſdam Eccleſiaſticas & neceſſarias cauſas inquirendas, & ea, quæ ſecundùm Euſtathium geſta ſunt, dinoſcenda, inuenit multa fieri indecenter ab his, qui eundem Euſtathiũ equuti ſunt, neceſſariò ſtatuit, palàm omnibus actis, amputare vniuerſa, quæ ab eodem malè commiſſa ſunt. Declaratum eſt enim, hos eoſdem nuptias accuſare, & docere, quòd nullus in cõiugali poſitus gradu, ſpẽ habeat apud Deũ. Vndè factũ eſt, ut multæ mulieres eos ſecutę, relictis proprijs uiris, & uiri, vxoribus deſtitutis, vinculum coniugale diſſoluerent, continentiam profitentes: quam quum retinere non poſſent, adulterium cõmiſerunt. Inuenti ſunt enim, diſceſſiones ac ſeparationes à dominicis conſtitutis in eccleſiis Dei docere, id eſt, traditiones eccleſiaſticas, & ea, quæ in eccleſiis aguntur, debere contemni, priuatiſque conuenticulis inſtitutis, ad imitationem eorum, quæ in domo DEI aguntur, omnia præſumere celebrare: Adhuc etiàm ueſtibus com-

Byteni
Proſeri
Preſſius

communibus ſpretis, nouos etiàm & inſolitos habitus aſſumpſiſſe: Primitias quoquè fructuum, & oblationes eorum, quas ueterum inſtitutio eccleſiis tribuit, ſibimet vindicâſſe, id eſt, propriæ ratiocinatioe doctrinæ, tanquàm ſanctis, ſibi eas offerri debere, apud ſe & inter ſe diſpenſandas: Seruos, à dominis recedentes, per hunc inuſitatum religionis morem, dominos cõtempſiſſe: Mulieres quoquè, præter conſuetudinem & ſui ſexûs ornatum, hinc ſe iuſtificari credentes, virilem habitum ſuſcepiſſe, pluresque earum, occaſione religionis, tonſas, genuini decoris comas penitus amputâſſe: Ieiunia, quæ in eccleſia prædicantur, contemnenda aſſeruiſſe: Nonnullos eorum, etiàm cibos carnium tanquàm illicitos reputâſſe: In domibus coniugatorum, nec orationes quidem debere celebrari, perſuaſiſſe intantùm, vt eaſdem fieri vetent, & oblationibus, quæ in domibus factæ fuerint, minimè communicandum eſſe decernant: Presbyteros uerò, qui matrimonia contraxerunt, ſperni debere dicunt, nec ſacramenta, quæ ab eis conficiuntur, attingi: Loca ſanctorum martyrum vel baſilicas contemnere, & omnes qui illùc conueniunt, repræhendere: Diuites fideles, qui non omibus renunciant quæ poſſident, ſpem apud Deum non habere: Et multa alia, quæ enumerare nulli poſſibile eſt ſingulos quoquè eorum, pro ſuo arbitrio conſtituere. Vnumquenque enim eorum, tales inſtitutiones ab eccleſiaſtico canone recedentes, tanquàm proprias leges ſibimet condidiſſe. Sed nec communis his omnibus & vna ſententia eſt. Singuli enim, prout videtur, & libet, ad accuſationem eccleſiæ nitendo, tanquàm rector non ſit, vel addunt decreta, vel minuunt. Propterea ergò coactum eſt hoc concilium, in Gangrenſi eccleſia habitum, vt canones iſtos exponeret, quibus probantur memorati extra eccleſiam eſſe. Quòd ſi per pœnitentiam condemnauerint omnia hæc, quæ malè ſenſerunt, tanquàm à ſe non benè prolatà, acceptabiles fiant: atque ideò ſingula quæ debeant condemnare, ſynodus credidit exponenda, Quòd ſi quis renuerit hæc, quæ hodiè conſtituta ſunt, tãquàm hæreticus & anathematizatus & damnatus abijciatur. Et erit non ſolùm incommunicatus, verùm etiàm & ab eccleſia habeatur extorris, donèc deprecetur epiſcopum, & de vniuerſis, quæ penès eos detecta atque depræhenſa ſunt produderit, quid horum ſuſceperit obſeruandum,

Luc. 14. g

Epiſcopi huius concilij ſupradicti, alias numerantur, ordinantur, & uocantur ad hunc modum.

Euſebius, Alpius, Philetus, Eulalius, Pappus, Baſilius, Bithynicus, Heratius, Ipati⁹, Baſſus, Eugenius, Gregorius, Elianus, Preſſius, Eugenius.

Alias verò ad iſtum.

Euſebius, Olympius, Ælianus, Baſilius, Eulalius, Gregorius, Papius, Baſſus, Eugenius, Bithynius, Heracles, Preſius.

CAPITVLA CONCILII GANGRENSIS
Secundùm triplicem editionem.

EDITIO. 1.	Canones Gangrenſis Synodi, interprete Gentiano Herueto.	EDITIO. 2.
Cap. 1.	Can. 1.	Cap. 1.
(Diſt. 31. Si quis vituperat. Diſt. 30. Si quis nuptias in ec.) SI quis uituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, velut quę in regnũ D E I introire non poſſit, anathema ſit.	SI quis matrimonium uituperet, & eam quæ cum marito ſuo dormit, quæ eſt fidelis & religioſa, abhorreat & inſimulet, tanquàm quæ non poſſit regnum D E I ingredi, ſit anathema.	SI quis nuptias in accuſationẽ deduxerit, & mulierem fidelem ac religioſam, cum uiro ſuo dormientem, abominandam crediderit, aut etiàm accuſandam, tanquàm non poſſe coniugatos in regnum D E I ingredi, anathema ſit.
Cap. 2.	Can. 2.	Cap. 2.
(Diſt. 30. Si quis carnem man.) Si quis carnem edentem, præter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum, cum religione & fide condẽnat, uelut ſpem propter huiuſmodi perceptionem nõ habentem, anathema ſit.	Si quis eum, qui carnem, præter ſanguinem, & idolothytũ & ſuffocatum, cũ pietate & fide comedit, condemnat, tanquàm eò quod ea veſcatur, ſpem non habeat, ſit anathema.	Si quis carnem manducantem ex fide cũ religione, præter ſanguinẽ, & idolo immolatum, & ſuffocatũ, crediderit condemnandũ, tanquàm ſpem non habentem, qui eas manducat, anathema ſit.
Cap. 3.	Can. 3.	Cap. 3.
Si quis ſeruum, prætextu diuini cultûs doceat Dominum contemnere ꝓprium, vt diſcedat ab eius obſequio, nec ei	Si quis docet ſeruum pietatis prætextu dominum contemnere, & à miniſterio recedere, & nõ cũ beneuolentia & omni	Si quis ſeruum alienũ, occaſione religiõis, doceat dominum ſuum debere contemnere, & eius miniſterium deſtituere, (17. q. 4. Si quis alienum.)

ei cum beneuolentia & omni honore deſeruiat, anathema ſit.

CAP. IIII.

Quicunque decernit à presbytero, qui vxorem habuit, quòd non oporteat, eo miniſtrante, de oblatione percipere, anathema ſit.

CAP. V.

Diſ.30. Si quis docet do.

Si quis docet, domum Dei contemptibilem eſſe, & conuentus qui in ea celebrantur, anathema ſit.

CAP. VI.

Diſ.30. Si quis extra eccle.

Si quis extra Eccleſiã ſeorſùm conuentus celebrat, & deſpiciens Eccleſiam, ea quæ ſunt Eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum Epiſcopi, anathema ſit.

CAP. VII.

Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere, vel dare voluerit, præter cõſcientiam Epiſcopi, vel eius, cui huiuſcemodi officia commiſſa ſunt, nec cũ eius voluerit agere conſilio, anathema ſit.

CAP. VIII.

Si quis dederit, vel acceperit oblata præter Epiſcopum, vel eum, qui conſtitutus eſt ab eo, ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.

CAP. IX.

Quicunque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcens, nuptias temerat, nec propter hoc, quòd bonum & ſanctum eſt, nomen virginitatis aſſumat, anathema ſit.

CAP. X.

Si quis ex his, qui virginitatem propter Dominum ſeruant, extollitur aduersùm coniugatos, anathema ſit.

CAP. XI.

Diſ.42. Si quis deſpi ca.

Si quis deſpicit eos, qui fideliter

omni honore domino ſuo inſeruire, ſit anathema.

CAN. 4.

Si quis de presbytero qui vxorem duxit, contendat, non oportere eo ſacra celebrante oblationi communicare, ſit anathema.

CAN. 5.

Si quis docet domum Dei eſſe contemnendam, & quæ fiunt in ea congregationes (συνάξεις) ſit anathema.

CAN. 6.

Si quis præter Eccleſiam vult Eccleſiam habere, & contemnẽs Eccleſiam, vult ea quæ ſunt Eccleſiæ agere, non cõueniente presbytero de Epiſcopi ſententia, ſit anathema.

CAN. 7.

Si quis vult fructus Eccleſię oblatos accipere, vel dare extra Eccleſiam, præter Epiſcopi ſentẽtiã, vel eius cui cura eorum tradita eſt, & non cum eius ſententia ea velit agere, ſit anathema.

CAN. 8.

Si quis dat, vel accipit fructus oblatos præter Epiſcopũ, vel eum qui eſt conſtitutus ad beneficentiæ diſpenſationem, & qui dat, & qui accipit, ſit anathema.

CAN. 9.

Si quis vulgò ſit, vel continens, à matrimonio tãquàm abominando recedens, & non propter ipſam virginitatis pulchritudinem, & ſanctitatem, ſit anathema.

CAN. 10.

Si quis eorum, qui ſunt virgines propter Dominum, inſultet in eos qui vxores duxerunt, ſit anathema.

CAN. 11.

Si quis contemnat eos, qui aga-

tuere, ac potiùs non docuerit, cum ſuo domino bona fide & cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit.

CAP. IIII.

Si quis diſcernit presbyterum coniugatum, tanquàm occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideò ſe abſtinet, anathema ſit.

Diſ.28. Si quis diſcernit.

CAP. V.

Si quis docet, domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema ſit.

CAP. VI.

Si quis extra Eccleſiam priuatìm populos congregans, cõtemnat Eccleſiaſticas ſanctiones, aliterque ea, quæ ſunt Eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum Epiſcopi, ipſamque Eccleſiam apud ſe, ſinè conſilio Epiſcopi, & ſinè presbytero agat, anathema ſit.

CAP. VII.

Si quis oblationes fructuũ, vel primitias Eccleſię debitas, voluerit extra Eccleſiam accipere, aut dare præter conſciẽtiam Epiſcopi, vel huius, cui huiuſmodi officia commiſſa ſunt, & non magis cum conſilio eiuſdem hæc agenda putauerit, anathema ſit.

CAP. VIII.

Si quis dederit, vel acceperit fructuum oblationes extra Epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo, ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, qui dat, & qui accipit, anathema ſit.

CAP. IX.

Diſ.30. Si quis vel virg.

Si quis vel virginitatem, vel continentiam profeſſus, tanquàm abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc ſolum, quòd continentiæ & virginitatis bonum ſit ſanctumq; propoſitum, anathema ſit.

CAP. X.

Diſ.30. Si quis propter Deũ.

Si quis propter Deum virginitatem profeſſus in coniugio poſitos per arrogantiam vituperauerit, anathema ſit.

CAP. XI.

Si quis contemnendos duxerit

liter apages, i. cõuiuia pauperib⁹ exhibent, & ꝓpter honorem Dei cõuocant fratres, & noluerit cõicare huiuſcemodi vocationibus, paruipendẽs quod geritur, anathema ſit.

Cap. 12.

Si quis virorũ propter cõtinentiam, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quaſi per hoc habere ſe iuſtitiam credens, & deſpicit eos, qui cum reuerẽtia byrrhis & alijs communibus & ſolitis vtuntur, anathema ſit.

Dist. 30. Si qua mulier. Cap. 13.

Si qua mulier propter cõtinentiam, quæ putatur, habitũ mutat, & pro ſolito muliebri amictũ virilem ſumit, anathema ſit.

Cap. 14.

Ibidem. Si qua mulier, virum proprium relinquens, diſcedere voluerit, nuptias execrans, anathema ſit.

Cap. 15.

Si quis filios ſuos relinquẽs non eos enutrit, & quod ad ſe pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat, ſed per occaſionem continentiæ negligit, anathema ſit.

Cap. 16.

Quicunque filij à parentibus, prætextu diuini cultus, abſcedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis, qui diuinum cultum ſibi proculdubiò præferunt, anathema ſit.

Cap. 17.

Si qua mulier, propter diuinum cultũ (vt æſtimat) crines attondeat, quos ei Deus ad ſubiectiones materiã tribuit, tanquàm præceptũ diſſoluens obedientiæ, anathema ſit.

Cap. 18.

Si quis propter continentiam, quæ putatur, aut contumaciã, in die dominico ieiunat, anathema ſit.

Cap. 19.

Dist. 30. Si quis eorũ qui in. Si quis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in cõmune

agapas ex fide faciunt, & propter Dei honorẽ fratres conuocant, & nolit vocationibus communicare, quòd id quod fit, vilipendat, ſit anathema.

Can. 12.

Si quis vir propter eã quæ exiſtimatur exercitationem, amiculo (περιβολαίῳ) vtitur, & tanquàm habens ex eo iuſtitiam, eos condemnet, qui cum pietate beros ferunt, (Beros, videtur Balſamon Epiſcopus Antiochenus, hunc locum interpretans, vocare veſtes ex ſerico contextas) & alia communi & conſueta veſte vtuntur, ſit anathema.

Can. 13.

Si qua mulier, propter eã quæ exiſtimatur exercitationem, veſtẽ mutet, & pro conſueto muliebri indumento virile accipiat, ſit anathema.

Cap. 14.

Si qua mulier relinquit maritum, & vult recedere matrimonium abhorrens, ſit anathema.

Can. 15.

Si quis ſuos liberos relinquit, nec eos alit, nec quantũ in ſe eſt, ad conuenientem pietatem religionemq; adducit, ſed exercitationis prętextu negligit, ſit anathema.

Can. 16.

Si qui filij à parẽtibus, maximè fidelibus, prætextu pietatis receſſerint, & parentibus quẽ par eſt honorẽ nõ tribuerint, apud eos ſ. præpoſita in Deum pietate, ſint anathema.

Can. 17.

Si qua mulier, propter eam quę exiſtimatur pietatem, tondeat comam, quã Deus ei dedit ad recordationẽ ſubiectionis, vt quæ ſubiectionis præceptum diſſoluat, ſit anathema.

Can. 18.

Si quis propter eam, quæ exiſtimatur, exercitationem, in Dominico ieiunet, ſit anathema.

Can. 19.

Si quis eorũ qui exercẽtur, abſque corporali neceſſitate ſe inſolenter gerat, & tradita ieiunia

xerit agapẽ facientes, & propter honorem Dei fratres ad ſe pauperes conuocantes, & noluerit communicare vocationibus eorũ, tãquàm nihili, quod fit, ducẽs, anathema ſit.

Cap. 12.

Si quis virorum putauerit ſancto propoſito (id eſt, continentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tanquàm ex eo iuſtitiã habiturus, & repræhendat vel iudicet alios qui cum reuerẽtia byrrhis vtuntur & alia veſte communi, quæ in vſu eſt, anathema ſit. Dist. 30. Si quis virorum.

Cap. 13.

Si qua mulier, ſuo propoſito vtile iudicans, vt virili veſte vtatur, ad hoc viri habitũ imitatur, anathema ſit.

Cap. 14.

Si qua mulier, derelicto viro, diſcedere voluerit, ſoluto vinculo coniugali nuptias cõtemnendo, anathema ſit.

Cap. 15.

Si quis dereliquerit ꝓprios filios ſuos, vt nõ eos alat, atq; eis ſecundùm pietatẽ neceſſaria non præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putauerit, anathema ſit. Dist. 30. Si quis dereliquit.

Cap. 16.

Si qui filij parẽtes, maximè fideles, deſeruerint, occaſione Dei cultus, hoc iuſtũ indicantes eſſe, & nõ potiùs debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipſum in eis venerentur, quòd fideles ſunt, anathema ſit. Dist. 30. Si qui filij.

Cap. 17.

Quæcũq; mulier, religioni iudicans conuenire, comã ſibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tanquàm reſoluens iura ſubiectionis, anathema ſit. Dist. 30. Quæcũq; mulier.

Cap. 18.

Si quis, tanquã hoc cõtinentiæ cõuenire iudicãs, die Dñico ieiunauerit, aut in eiuſdem diei contemptũ, anathema ſit. Dist. 30. Si quis tãquã hoc.

Cap. 19.

Si quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, &

mune ieiunia, & ab Eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſoluit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus anathema ſit.

Cap. 20.

Si quis ſuperbiæ vſus affectu, conuentus abominatur, qui ad cōfeſſiones martyrum celebrantur, & miniſteria, quæ in eis fiunt, ſimul cum eorum memorijs execratur, anathema ſit.

Et ſubſcripſerunt ſuprà nominati ſexdecim Epiſcopi.

Dist. 30. Hæc autē ſcripſim⁹. Hęc autem ſcripſimus, non, qui in Eccleſia Dei ſecundùm ſcripturas ſanctum propoſitum continentiæ eligunt, vituperantes, ſed eos, qui abutuntur propoſito in ſuperbiā, & extolluntur aduersùs ſimpliciores, abſcindimus, & damnamus eos, qui aduersùm ſcripturas & eccleſiaſticas regulas, noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatē cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum caſtitate & religione ſuſcipitur, approbamus, & renunciationem ſecularium negociorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum caſtum vinculum honoramus, & diuitias cum iuſtitia & operibus bonis non ſpernimus, & habitum ſimplicem ac veſtem viliorem, pro corporis diligentia infucatū, laudamus, ſicut etiam ſolutas ac fractas in veſtibus proceſſiones reprobamus. Et domos DEI honoramus, & conuentus qui in his fiunt, tanquàm ſanctos & vtiles ſuſcipimus, pietatem in priuatis domibus non claudentes, ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum, honoramus, & congregationem in eadem Eccleſia, factam pro vtilitate communi, recipimus. Et bona opera, quæ ſupra vires in fratres pauperes exercentur, ſecundùm Eccleſiaſticas traditiones beatificamus, & omnia, quæ per ſanctas ſcripturas, & per Apoſtolos ſunt tradita, in Eccleſia celebrari exoptamus.

ieiunia, quæ communiter ſeruantur ab Eccleſia, diſſoluat, perfecta in eo reſidente ratione, ſit anathema.

Can. 20.

Si quis arrogantia vtens, & martyrum congregationes abhorrens, & ſacra quæ in eis celebrātur, & eorum memorias accuſet, ſit anathema.

Can. 21.

Hæc autem ſcribimus, non eos abſcindentes, qui in Dei Eccleſia volunt ſecūdùm ſcripturas in continentia & pietate exerceri: ſed eos, qui prętextum exercitationis ad arrogantiam aſſumunt, aduersùs eos qui ſimplicius viuunt, ſe efferentes, & pręter ſcripturas Eccleſiaſticosque canones nouitates inducunt. Virginitatem itaque vnà cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum pietate & grauitate exercetur, admittimus: & à ſecularibus negocijs ſeceſſum, cum humilitate ſuſpicimus: & honorabilem matrimonij coniunctionem honoramus, & diuitias cum iuſtitia & beneficentia non vilipendimus, & veſtium vilitatē propter corporis tantùm curam minimè curioſam ac operoſam laudamus: diſſolutos aūt & molles in veſtibus inceſſus aneſamur, & domos Dei honoramus, & qui fiunt in iis cōuentus, vt ſanctos & vtiles recipimus, non pietatem in domibus includentes, ſed omnē locum in Dei nomine ædificatum honorantes, & quæ fit in ipſa Eccleſia, cōgreſſionem ad publici vtilitatem recipimus, & inſignes fratrū beneficentias, quæ tanquàm ſecundùm traditiones fiunt per eccleſiam ī pauperes, laudamus: & vt ſemel dicamus, quæ à diuinis ſcripturis & Apoſtolicis traditionibus tradita ſunt, in eccleſia fieri optamus.

& ſupbiens, ieiunia cōmunia totius Eccleſię putauerit cōtēnenda, perfecta in ſua ſcientia vindicans rōnē, anathema ſit.

Cap. 20.

Dist. 30. Si quis ꝑ ſuperbiā. Si quis per ſuperbiam, tanquàm perfectū ſe exiſtimans, conuētus, qui per loca & Baſilicas ſanctorum martyrū fiūt, accuſauerit, vel etiàm oblationes, quæ ibidèm celebrantur, ſpernēdas eſſe crediderit, memoriasq; ſanctorū contēnendas putauerit, anathema ſit.

Et ſubſcripſerunt ſuprà nominati xvj. Epiſcopi.

Hæc autē ſcripſimus nō abſcindentes eos, qui in Eccleſia Dei ſecundùm ſcripturas, ſanctorum, propoſitū continentiæ eligunt, ſed eos, qui ſuſcipiunt habitū eius, & in ſuperbiam efferuntur aduersùs eos, qui ſimpliciùs viuunt. Sed & hos condemnamus, qui ſe extollunt aduersùs ſcripturas & Eccleſiaſticos canones, & noua introducunt pręcepta. Nos autem & virginitatem cū humilitate admiramur, & continentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimā dicimus, & renunciationem ſecularium negociorū, atq; actuū cum humilitate, approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod ſecundùm caſtitatem ſecum perdurat, honoramus, & diuites cum iuſtitia & operibus bonis non abiicimus, & parſimoniàm cum veſte humili non reprobamus, ſicut etiàm ornatum, præter corporis diligentiam, infucatum laudamus. (Dist. 41. Parſimoniam cū veſte.) Diſſolutos aūt & fractos in veſtibus inceſſus, non recipimus, & dòmos Dei honoramus, & conuentus qui in his fiunt, tanquàm ſanctos & vtiles recipimus, pietatem ī priuatis domibus non concludentes, omnem locum in nomine Dei ædificatum, honoramus, & congregationē in Eccleſia factā ad vtilitatē cōmunem, recipimus, & bona opera, q̄ iuxta vires in fratres pauperes exercentur, ſecundū eccleſiaſticas traditiones beatificamus, & oia q̄ cōueniunt traditionibus apoſtolicis, & ſanctarum ſcripturarum ꝑceptis, in eccleſia fieri exoptamus.

Finiunt Capitula Concilij Gangrenſis.

CON-

CONCILIVM ARELATENSE SECVNDVM, TEMPORE SYLVESTRI Papæ primi, Et eſt Prouinciale.

TITVLI CAPITVLORVM concilij Arelateñ ſecundi.

De neophytis clericis non ordinandis. 1
Qualiter coniugati ad ſacerdotium proue-hantur. 2
Vt nullus clericus, aut diaconus, in ſolatio ſuo extraneam habeat mulierem. 3
Vt nullus clericus in cellario, uel in ſecreto intromittat puellam. 4
Vt Epiſcopus quum ordinatur, cum conſenſu metropolitani, tres eum ordinent Epiſcopi. 5
De Epiſcopo, qui ſinè metropolitani conſenſu fuerit ordinatus. 6
De his, qui ſeipſos abſcindunt. 7
De his, qui excommunicatos alterius ſuſcipiunt. 8
Vt Nouatiani in cõionem non ſuſcipiãtur. 9
De his, qui in perſequutione p̃uaricati ſunt. 10
De his, qui pœnis victi, ſacrificare compulſi ſunt. 11
De his, qui in pœnitentia poſiti, vitám exceſſerunt. 12
Vt ne quis qualibet neceſſitate ſuam relinquat eccleſiam. 13
Nè clericus vſuram accipiat. 14
Nè diaconus coram presbytero ſedeat, uel euchariſtiam tradat. 15
Vt Photiniani & Pauliniſtæ baptizentur. 16
Vt hæretici, qui in Trinitate baptizati ſunt, cum chriſmate & manus impoſitione recipiantur. 17
Vt metropolitani arbitrio ſynodus congregetur. 18
Vt nulli Epiſcopo liceat à ſynodo deeſſe, uel ante peractam ſynodum diſcedere. 19
De aurigis & theatricis fidelibus. 20
Si poſt acceptam pœnitentiã quis nupſerit. 21
Vt pœnitentia coniugatis ex cõſenſu detur. 22
De ſacerdotibus, qui idololatriam non* euerterunt. 23 [* eruerũt]
De accuſatoribus fratrum, 24
De apoſtatis, ſi non reuertuntur. 25

[Plura inferiùs capitula ſynodi huius, quàm hic tituli, habentur]

Et primò aſſignantur nomina eorum, qui interfuerunt.

Celebratum eſt autem idem concilium tempore beati Sylueſtri papæ primi, & Conſtantini Imperatoris, circa annum Domini 326. Voluſiano & Anniano uiris clariſſ. coſſ.

§ Ex prouincia Siciliæ, ciuitate Syracuſana, Sixtus Epiſcopus, & Florus diaconus.
Ex prouincia Campaniæ, ciuitate Capuana, Protus epiſcopus, & Tuta & Agrippa diaconi.
Ex prouincia Apuliæ, ciuitate Arpienſium, Pardus epiſcopus, Creſcens diaconus.
Ex prouincia Dalmatiæ, ciuit. Aquileia, Theodorus Epiſcopus, Agathon diacoñ.

Ex urbe Roma, quos Sylueſter epiſcopus miſit * Claudianus & Vitus presbyteri, Eugenius & Quyriacus diacon. [* Claudi* & Vitus.]
Ex prouincia Italiæ, ciuitate Mediolaneñ. Oroſius epiſcopus, Nazaræus lector.
Ex prouincia Viennenſi, ciuitate Arelate, *Maurinus epiſcopus, Salanias presbyter. [*Marinus] Nicetus, Apher, Vrſinus, & Petrus diacones
Ex eadem prouincia, ciuitate Vienna, Verus Epiſcopus, Bedas exorciſta.
Ex eadem prouincia, ciuitate Vaſioneñ. Dammas epiſcopus, Victor exorciſta.
Ex eadem prouin. ciuitate * Arauſicorum, * Fauſtinus presbyter. [* Auraſicorum.] [* Iuſtinus]
Ex eadem prouin. ciuitate * Carpentoraco, Innocentius diaconus, Agapius exorciſta.
Ex prouin. Galliarum, ciuitate Remorum, * Ibethanius epiſcopus, * Prigenius diacon. [* etauſius]
Ex eadem prouin. ciuitate Rothomageñ. * Anicianus epiſcopus, Nicetius diaconus. [* Prigemus] [* Auidamus]
Ex eadem prouin. ciuitate * Auguſtudimo, Rheticius epiſcopus, Amandus presbyter, Philomatis diaconus. [* Auguſtoduno]
Ex eadem prouin. ciuitate * Niueduno, * Euotius, epiſcopus, * Pitulius exorciſta, [* Heluiduno] [* Euodius Votius] [* Pitolin*]
Ex eadem prouin. ciuitate Agrippina, Maternus ſecundus Epiſcopus, * Mauricius diaconus. [* Marin*] [* Maurin*]
Ex prouin. Aquitaniæ primæ, ciuit. * Gabali, Genialis epiſcopus. [* Vagalij]
Ex prouincia Aquitaniæ ſecundæ, ciuit. Burdegalia. Orientalis Epiſcopus, Flauius diaconus.
Ex ciuitate Treuirorum, * Agritius epiſcopus, & Felix exorciſta. [* Agricius]
Ex prouin. Narboñ. ciuitate * Birtereñ. * *
Ex eadem prouinc. ciuitate Toloſa, Martinus epiſcopus, Leontius diaconus.
Ex prouin. Britanniæ, ciuitate Londineñ, Reſtitutus epiſcopus.
Ex prouin. Bizacena, ciuit. Turbeniceñ. Eburius Epiſcopus.
Ex eadem prouinc. ciuitate Culucitana, Adelphius.
Ex ciuitate Emerita, Liberius epiſcopus, Florentius diaconus.
Ex Hiſpania, ciuitate Orcelis, * Natalis presbyter, * Ceterius diaconus.
Ex prouincia Hiſpaniæ, ciuitate Bætica, * Sabinus presbyter. [* Sauinus]
Ex eadem prouincia, ciuitate Tarracona, Probatus presbyter Caſtorius diacon.
Ex eadem prouincia, ciuitate Cęſaraugusta, Clemẽtius presbyter, * Rouinus exorciſta. [* Rufinus]
Ex ciuitate * Tibeſteñ. * Trimanus presbyter, Victor diaconus. [* Teneſteñ] [* Termaſius]
Ex pro Mauritaniç Cęſareeñ. ciuit. Cæſareeñ. Fortunatus epiſcopus, Deuterius diacoñ.

Ex prouin. Sardiniæ, ciuitate Carali,
*Quintianus * Quintus epiſcopus, Admoni* presbyter.
Ex prouio. Aphricæ, ciuitate Carthagine,
Cæcilianus presbyter, Sperantius diacoñ.
* Oeneñ. Ex eadem prouincia * Onina,
Lampadius Epiſcopus.
*Vtina, Ex eadem prouincia, ciuitate * Vtica,
Victor Epiſcopus.
* Vegeſilitana Ex eadem prouincia, ciuitate * Begeſilitana,
Anaſtaſius Epiſcopus.
* Turbuſtina Ex eadem prouincia, ciuitate * Turbineñ,
Fauſtus Epiſcopus.
* Suffetuleñ Ex eadem prouincia, ciuitate * Sitiſeñ,
Surgentius Epiſcopus.
* Conflocentis Ex prouin. Numidiæ, ciuitate Volubilis,
Victor Epiſcopus.
* Cocofeltis Ex eadem prouincia, ciuitate Vireñ,
Vitalis Epiſcopus.
* Confluêta Ex prouincia Romana, ciuitate Portueñ,
Gregorius Epiſcopus.
Ex eadem prouincia, ciuitate Centumcellis,
Epitatus Epiſcopus.
Ex eadem prouincia, ciuitate Oſtieñ,
Leontius & Macarius presbyteri.

Præſcriptorum Epiſcoporum ad diœceſes ſuas aſſignatio, poſita eſt, inquantum huius Concilii exemplaria illam miniſtrarunt. Nemo ergo indignetur, ſi videatur nonnunquam haud ad amuſſim facta.

CAPITVLA EIVSDEM CONCILII.

CAPITVLVM PRIMVM.

¶ Ordinari ad diaconatus uel ſacerdotii officium, neophytum non debere.

Di. 28. Aſſumi aliquem ad 2 Aſſumi aliquem ad ſacerdotium nõ poſſe in uinculo coniugii conſtitutum, niſi fuerit promiſſa conuerſio.

Ex 3. ca. Nicenæ ſynodi 3 Si quis clericus à gradu diaconatus, in ſolatio ſuo mulierem, præter auiam, matrem, ſororem, filiam, neptem, uel conuerſam ſecũ vxorem habere præſumpſerit, à communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem (ſi ſe ſeparare noluerit) pœna percellat.

4 Nullus diaconus, uel presbyter, uel epiſcopus, ad cellarij ſecretum intromittat puellam, uel ingenuam, vel ancillam.

Ex 4. ca. Nicenæ ſynodi 5 Nullus Epiſcopus ſinè metropolitani permiſſu, nec Epiſcopus metropolitanus ſinè tribus Epiſcopis comprouincialibus, præſumat Epiſcopum ordinare, ità vt alij comprouinciales epiſtolis admoneantur, ut ſe ſuo reſponſo conſenſiſſe ſignificent. Quòd ſi inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, maiori numero metropolitanus in electione conſentiat.

Ex 6. c Nicenę ſynodi 6 Illud autem ante omnia clareat, eum qui ſinè conſcientia metropolitani conſtitutus fuerit Epiſcopus, iuxta magnam ſynodum eſſe epiſcopum non debere.

Ex 1. c Nicenę ſynodi Diſt. 55 Hi qui ſe carnali. 7 Si qui ſe, carnali vitio repugnare neſciẽtes, abſcindunt, ad clerum peruenire non poſſunt.

Ex ca. 5. Nicenę ſynodi 8 Si quis excommunicatum alterius, ſiue clericum, ſiue ſecularem, recipere poſt interdictum præſumpſerit, nouerit ſe reum fraternitatis factum, cauſam in concilio redditurum.

Ex 8. c. Nicenę ſynodi 9 Nouatianum in communionem recipi non debere, niſi ſuſcepta pœnitentia incredulitatis, præteritum damnet errorem.

Ex 11. ca. Nicenę ſynodi 10 De his, qui in perſecutione præuaricati ſunt, ſi uoluntariè fidem negauerint, hoc de eis Nicæna ſynodus ſtatuit, ut quinque annos inter catechumenos exigant, & duos inter diſcõmunicantes, ità ut communionem inter pœnitentes non præſumant. In poteſtate tamen uel arbitrio ſit Epiſcopi, ut ſi eos ex animo errorẽ deflere, & agere pœnitentiam uiderit, ad communionem pro eccleſiaſtica humanitate ſuſcipiat.

Ex eodem 11 Si qui verò dolore victi & pondere perſequutionis, negare & ſacrificare cõpulſi ſunt, duobus annis iter catechumenos, triennio inter pœnitentes habeaotur, à communione ſuſpenſi.

Ex 11. ca. Nicenę ſynodi 12 De his, qui in pœnitentia poſiti, uitam exceſſerunt, placuit, nullum communione uacuum debere dimitti, ſed pro eo, quòd honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur.

Ex ca. 15. eiuſ. 13 Nullus cuiuſque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non epiſcopus, quacunque occaſione faciente, propriam relinquat Eccleſiam, ſed omnimodè aut excommunicetur, aut redire cogatur. Quòd ſi aliquis, commorationis tempore, inuito epiſcopo ſuo, in aliena eccleſia habitans, ab epiſcopo loci clericus fuerit ordinatus, huiuſmodi ordinatio irrita habeatur.

Ex ca. 17. eiuſ.

Ex ca. 18. 14 Si quis clericus pecuniam dederit ad vſuram, aut conductor alienæ rei voluerit eſſe, aut turpis lucri gratia aliquod genus negociationis exercuerit, depoſitus à clero, à communione alienus habeatur.

Ex ca. 14. eiuſ. 15 In ſecretario diacono inter presbyteros ſedere, non liceat uel corpus Chriſti, præſente presbytero, tradere non præſumat. Quod ſi fecerit, ab officio diaconatus abſcedat.

Ex ca. 19. eiuſ. 16 Photinianos ſiue Paulianiſtas, ſecundum patrum ſtatuta, baptizari oportet.

quì & Arrianos, quia 17 Bonoſiacos autem, ex eodem errore uenientes, (quos ſicut Arrianos, baptizari in Trinitate manifeſtum eſt) dum interrogati, fidem noſtram ex tota corde confeſſi fuerint, cum chriſmate & manus impoſitione in eccleſia recipi ſufficit.

*Maurini 18 Ad Arelatenſis epiſcopi arbitrium ſynodum congregandam, (ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, præcipuè Gallicanis, ſub ſancti * Marini tempore legimus celebratum fuiſſe concilium, atque conuentum) ſi quis commonitus, infirmitatis cauſa defuerit, perſonam vice ſua dirigat.

Diſt. 18. Si quis antè ſynod. * alienatũ 19 Si quis autem adeſſe neglexerit, aut cœtum fratrum, antequàm diſſoluatur conciliũ, crediderit deſerendum, * alienum ſe à fratrum commu-

communione cognoſcat, nec eum recipi liceat niſi in ſequenti ſynodo fuerit abſolutus.

20 De agitatoribus ſiue theatricis, qui fideles ſunt, placuit, eos, quàm diù agitant, à communione ſeparari.

21 Pœnitentes, quæ defuncto viro, alij nubere præſumpſerint, vel ſuſpecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint, cũ eodem ab eccleſiæ liminibus arceantur. Hoc etiàm de viro, in pœnitentia poſito, placuit obſeruari.

33. q. 4. Pœnitentiam con

22 Pœnitentiam coniugatis non niſi ex conſenſu dandam.

23 Si in alicuius Epiſcopi territorio infideles, aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel ſaxa venerentur, ſi hæc eruere neglexerit, ſacrilegij ſe eſſe reum cognoſcat. Dominus autem vel ordinator rei ipſius, ſi admonitus emendare noluerit, communione priuetur.

20 q. 1. Eos qui.

24 Eos, qui falſa fratribus capitula obiecisse conuicti fuerint, placuit vſque ad exitum nõ communicare, (ſicut magna ſynod' antè conſtituit) niſi digna ſatisfactione pœnituerint.

Ex hoc cap. claret, plures eſſe Nicænæ ſynodi conſtitutiones, quam xx. quum iſta non ſit de illarum numero. Idem in primo Arelatenſi concilio, capite 14. ſub alijs verbis.

25 Hi, qui poſt ſanctam religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſeculum redeũt, & poſtmodùm pœnitentiæ remedia non requirunt, ſinè pœnitentia communionem penitùs non accipiant. Quos etiàm iubemus ad clericatûs officium non admitti. Et quicũque ille ſit, poſt pœnitentiam, ſecularem habitum non præſumat. Quod ſi præſumpſerit, ab eccleſia alienus habeatur.

Capita hæc ſequentia in exemplaribus vetuſtis non habentur, nec habent titulos.

26 De his, quos clericatui ipſa vitæ gratia ſuggeſſit, ſi forte * internupta & duplicata matrimonia inciderint, non vltra ſubdiaconatum eccleſiaſticas capiant dignitates. Quòd ſi facti forſitan ſunt, ab eccleſiaſtico remoueantur officio.

* cohabitando

27 Profeſſas viduas ſi in * cohibenda perſtiterint cum raptoribus eſſe damnandas.

28 At Concil. Vaſenſe primum amplius centum annis poſt, habitum fuit, in quo cap. hoc 28. reperitur, quomodo ergo hic eius fieri mẽtio potuit? veriſimile eſt ex margine à quopiã adnotatum in textum irrepſiſſe. Secundùm cõſtitutionem ſynodi Vaſeñ, qui oblationem fidelium ſuppreſſerit, aut negauerit, ab Eccleſia, cui fraudem fecit, excludatur.

ca. 4. eiuſdem concilij.

29 Si quis Epiſcopus ſuæ ſententiæ non acquieſcit, ſynodi legibus audiendum.

30 Secundùm inſtituta ſeniorum, ſi à communione ſacerdotali fuerit authoritate ſuſpẽſus Epiſcopus, hunc non ſolùm à clericorum, ſed etiàm à totius populi colloquio atq; conuiuio placuit excludi, donèc reſipiſcens, ad ſanitatem redire feſtinet.

31 Hi, qui publicis inter ſe odijs exardeſcunt, ab Eccleſiaſticis conuentibus ſunt remouendi, donèc ad pacem recurrant.

32 Si expoſitus ante Eccleſiam, cuiuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat epiſtolam. Et ſi is qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus agnituſque non fuerit; ſecurus habeat qui collegit. Sanè qui poſt prędictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut patrum ſanxit authoritas.

33 De puellis, quæ ſe vouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt; ſi poſt viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias ſpontè tranſierint; id cuſtodiẽdum eſſe decreuimus, vt cum his, cum quibus ſe obligauerint, communione priuentur, ità vt eis poſtulantibus, pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

34 Si quis famulorum, cuiuſlibet conditionis aut generis, quaſi ad exacerbandam Domini diſcretionem, ſe diabolico repletus furore percuſſerit, ipſe tãtùm ſanguinis ſui reus erit, neque ad Dominum ſceleris alicbi inuidia pertinebit.

35 Placuit, in ordinatione Epiſcopi hunc ordinem cuſtodiri, vt primo loco venalitate, vel ambitione ſubmota, ab Epiſcopis nec nominentur, de quibus clerici vel laici ciues ergã unum eligendi habeant poteſtatem.

36 Si quis ſecularium, amore religionis ſe ad quemcunque ſacerdotum crediderit conferendum, ipſe ſibi eum, quem erudiendi gratia ſuſcepit, vindicabit.

37 Hoc etiàm placuit cuſtodiri, vt nihil contra magnam Synodum Metropolitani exiſtiment vindicandum.

DECRETA MARCI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

MARCVS natione Romanus, ex patre Priſco, ſedit annos duos, menſes octo, dies uigintiunum. Fuit autem temporibus Conſtantini Auguſti, & Nepotiani ac Secundi conſulum, ex die Kalendarum Februariarum, vſque in diem Kalẽdarum Octobris. Hic conſtituit, vt epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat epiſcopus vrbis, tunc pallio vteretur & ab eodem epiſcopus vrbis Romæ conſecraretur. Et conſtitutum de omni eccleſiaſtico ordine fecit. Hic fecit duas Baſilicas, vnam via Ardeatina, vbi requieſcit, & aliam in vrbe Romam, iuxta Palatinas. Ex huius ſuggeſtione obtulit Conſtantinus Auguſtus Baſilicæ, quã conſtituit via Ardeatina, fundum roſarum

Anno Domini 336 Onuphr. & alij menſ. 8 d 22. tantũ. al. Facundi.

cum omni agro campeſtri, præſtantem ſolidos quadraginta. In baſilica in urbe obtulit hæc: Patenam argenteam penſantem libras triginta. Amas argenteas duas, penſantes ſingulæ libras * xx. Scyphum argenteum unum, penſantem libras decem. Calices miniſteriales argenteos tres, penſantes ſinguli libras duas. Coronam argenteam, penſantem libras decem. Fundũ Antonianum uia Clodia, præſtantem ſolidos triginta. Fundum Baccanas, via Appia, præſtantem ſolidos quadraginta, & tremiſſes duos. Fundum * Morrea, via Ardeatina, præſtantem ſolidos quinquagintaquinque & tremiſſem. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per menſem Decẽbrẽ, presbyteros uigintiquinque, diacones ſex, epiſcopos per diuerſa loca vigintiſeptem. Qui etiàm ſepultus eſt in cæmeterio Balbinæ, via Ardeatina, quod ipſe conſtituens fecit, pridiè Nonas Octobris. Et ceſſauit epiſcopatus dies uiginti.

* xxx.

* Marmoreum.

Epiſtolas Athanaſij, ad Marcum & Marci ad Athanaſ. habes ſupra in Concil. Nicęno.

DE QVIBVSDAM POST CONſtantini Magni obitum geſtis, ex Nicephori Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ lib. 9. cap. 2.

VIVENTE adhuc Cõſtãtino, nemo apertè contra Nicænam fidei profeſſionem niti audebat, quamuis nonnulli clàm eam non receperint. Poſtquàm autem is deceſſit, qui in cordis receſſu hæreſis ueneuum occultum anteà habuerant, & ob id tum quoquè ſuſpecti fuerant, confeſtim alinndè progreſſi, clandeſtinis colloquijs poſthabitis, nudo, vt dici, capite eum omnibus congrediebantur, vt Arij maximè opinio obtineret, laborantes. Quorum duces erant epiſcopi Bithyni Euſebius & Theognis. Facilius autem conſilium ſuum ad optatum exitum peruenturum putabant, ſi Athanaſij in Alexandrinam vrbem reditum impedirent. Et infrà, Poſtquã dixit Euſebium Nicomedienſem maximam in tota Imperatoris Conſtantij domo poteſtatem obtinuiſſe, & ipſam quoquè Imperatoris coniugem & aulam, atque adeò & ipſum Conſtantium Auguſtum Ariana hæreſi laboraſſe hæc ſubiungit: Et breui per aulæ interiora uagatum, hoc malum, extra quoque aulam apertè progreſſum, omnem ubique percurrit urbem. Ibi tum bellum quoddam dialecticum atque diſputatorium eſt exortum, & in vicis, congregationibus, cauponis, conuentibusq; adeò omnibus mulieres quoquè & pueri non aliud ſtudio habuere, qoam de dogmatibus blaterare: his uidelicet Arij opinioni velut honeſtæ & bonæ addictis, his autem decreta magis Nicęna complectentibus: vndè rixæ, æmulationes & inimicitiæ excitatę.

Cap. 3. Hic rerum ſtatus in urbibus Orientis erat. Occidentales enim Nicænum decretum inuiolatum retinuere. Porrò Euſebio & Theognidi res, quę incrementa ſua in deterius capiebant, & quotidiè, ut ità dicam, magìs magisque excitabantur, ex ſententia procedebant: qui in primis ſtudebant, id quod conſtituiſſent, ad exitum perducere. Id uerò erat, vt unum aliquem, qui opinionis eorum eſſet, Alexandrinæ eccleſiæ hierarcham præficerent. Sed conſilium eorum ab occidente reuerſus impediuit Athanaſius, unius Auguſtorum iunioris videlicet Conſtantini, qui Occidẽtalibus Gallis imperabat, literis fretus. Is namque ubi cognouit, patrem cognominemque ſuum Athanaſij exilium teſtamento abrogaſſe reditu conceſſo, ut Alexandriam is reuerteretur, curauit. Literæ, quas ſecum attulit, hiſce uerbis ſcriptæ erant:

Conſtantinus Cæſar populo catholicæ Eccleſiæ Alexandrinorum. Non puto ſacris animis ueſtris excidiſſe, quam ob cauſam Athanaſius adorandæ legis ſacerdos, ad tẽpus in Gallias miſſus fuerit. Cùm enim ſanguinariorum infeſtorumque inimicorum feritas capiti eius ad periculum creãdum immineret, nè per improborum peruerſitatem extremum diſcrimẽ adiret, ſed ut immanitas ea eluderet, è faucib[9] ingruẽtiũ ei virorũ ereptus, ĩ ditione mea uiuere iuſſus eſt, ità vt in ea, qua uerſatus eſt urbe, res ei neceſſariæ omnes abundè ſuppeditarẽt: quamuis præclara eius uirtus, diuino confiſa auxilio, durioris fortunæ graues ærumnas maximè ſubleuet, atque adeò cõtemnat. Sed enim tametſi dominus noſter beatæ memoriæ Conſtantinus Auguſtus, pater meus, Epiſcopum hunc in locum ſuum apud grauiſſimam pietatem veſtram reſtituere conſtituerit: tamen poſteaquàm humana ſorte præuentus priùs obdormiuit, quàm votum ſuum impleuerit: conuenire mihi uiſum eſt, cõſilium diuinæ recordationis Imperatoris, per ſucceſſionem ad me tranſmiſſum perficere. Qui vir vbi in conſpectum ueſtrum uenerit, qua apud me acceptus fuerit veneratione, cognoſcetis. Neq; adeò mirandum eſt, ſi quid à me pro eo eſt factum. Animum nanque meum ad id cùm deſiderij ueſtri facies, tum tanti uiri ſpecies mouit & excitauit. Diuina prouidentia uos conſeruet fratres dilecti. Secundùm haſce literas ſuauiter ab Alexandrinis ſuſceptus Athanaſius, Aegypti eccleſias adminiſtrauit. Euſebius uerò tanquàm telo quopiam, ſic reditu illius ictus, ſycophantijs oppugnare eum rurſùs, & rem ad ſeditionem perducere eſt ingreſſus, negociumque adeò ei nouis calumnijs exhibuit. Citra moram enim omnem Imperatore (Conſtantio) adito, illum ut virum ſeditioſum, & qui Eccleſiaſticas conſtitutiones ordinemque turbârit, ac citra Epiſcoporum ſententiam ſibiipſi ingreſſum in eccleſiam uſurpârit, detulit. Tantoperè certè Imperatorem permouit, ut illum rurſùs ſede Epiſcopali deturbarit.

Literę Cõſtantini iunioris ad Athanaſ. Theodor. lib. 2. c. 2.

Nota ingenia & artes hęreticorum.

Series

Series actorum vndecim annorum, qui fluxerunt inter Nicænum Concilium, & creationem Iulij Rom. Pontif. ac obitum Conſtantini Magni, quo ad rem Eccleſiaſticam quidem attinet, breuiter collectam, ſubiecimus, quam operæ pretium putamus animaduertere ad eius temporis hiſtoriam cognoſcendam, ab aliquibus alioqui perturbatius traditam.

Celebrato igitur Anno Domini 325. Concilio Nicæno, Ariani epiſcopi damnati, in exilio egerunt uſque ad annum Domini ferè 332. cum libello pœnitentiæ (licet falſæ, ut mox apparuit) præcipuis Epiſcopis reddito, eccleſias ſuas receperunt. Interim accidit ut Euſtathius Epiſcopus Antiochenus ſcriptum quoddam pro Conſubſtantiali, ederet; cui, cum ab altera parte eſſet reſponſum, uiſum eſt, ut ſynodus Antiochię, ſuper ea re, cogeretur. In ea Ariani qui tamen ſe aliquandiu, occultata perfidia pro catholicis geſſerunt falſis appoſitis accuſatoribus, & teſtibus Euſtathium ipſum, adulterii conuictum, perpetuo exilio damnandum curant. Inde ſe ad eiiciendum Athanaſium quoque, alterum Conſubſtantialis acerrimum uindicem, referunt. Sed primum, per Arianum presbyterum, Conſtantię ſororis morientis commendatione Conſtātino familiarem, Arium, tanquam recte ſentientem, reuocandum curant, qui ſimulata pœnitentia receptus à Conſtantino, & Athanaſio commendatus, remittitur Alexandriam; ſed ab eo non recipitur. mox illi bonam occaſionem nacti, uariis calumniis illum onerant apud Conſtantinum, quarum cauſa cum ſynodum Cęſarię Palęſtinę, deinde Tyri cogendum curaſſet, Athanaſius diſiectis calumniis, dum ſe ad conquerendas Arianorum in ſe fraudes, confert Conſtantinopolim, illi captata occaſione eius abſentię, quod ad Cęſarienſem ſynodum, uocatus, non veniſſet, in dicta cauſa condemnant. Interim epiſcopi qui in ſynodo aderant iubentur à Conſtantino Hieroſolymam adire ad nouum Templum conſecrandum. Ibi inſtigante Ariano illo presbytero, iubentur de Arii, & ſociorum cauſa cognoſcere, qui auditos illos, quaſi recte ſentientes, abſoluunt, & Ægyptiis epiſcopis cleroque Alexandrino commendant. per id tempus, mortuo Syluestro ſuffectus Marcus, octo tantum menſibus regit Eccleſiam. Sub cuius finem Pontificatus, Conſtantinus nouis criminibus per Arianos, in Athanaſium, incitatus, Treuiros in Galliam eum relegat, ſiue ira indulgens, ſiue paci ſtuden, ſiue futuri inimicorum eum ſubducere uolens quod Conſtantinus iunior ſcripſit. hic fuit annus 336. Abſente Athanaſio, Arius Eccleſiam Alexandrinam perturbans, euocatur Cōſtantinopolim, vbi rurſum ſimulata recta fide, iubetur Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus eum recipere in communionem, qui recuſans aſſiduis, per plures dies, intentus precationibus, obtinuit, vt Arii perfidia, omnibus, per ſubitam, & fœdam eius mortem pateſieret. nō multo poſt moritur Conſtantinus, ideſt anno 337. Hæc fere ex Socrate, & aliis.

Synodus Antiochena

Tyria cōtra Athanaſ.

Hieroſolymitana pro Arianis.

DECRETA IVLII PAPÆ PRIMI.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

IVLIVS natione Romanus, ex patre Ruſtico, ſedit annis quindecim, menſes duos, dies* xviij. Fuit autem temporibus Conſtantii hæretici filii Conſtantini, à conſulatu Feliciani & Maximini. Hic poſt multas tribulationes in exilio* fuit mēſibus decē, & poſt * Conſtantini mortem, cum gloria reuerſus ad ſedem beati Petri apoſtoli, fecit baſilicas duas, vnam iuxta forum, & aliam via Flaminia: & cęmeteria tria, unum via Flaminia, aliud via Aurelia, & aliud uia Portueñ. Hic conſtitutum fecit, ut nullus clericus cauſam quamlibet in publico ageret, niſi in Eccleſia, & vt notitia quæ omnibus fidem facit, per notarios colligeretur, & ut omnium monimentorum in Eccleſia confectio per primicerium notariorum celebraretur, ſiue quòd cautiones, vel inſtrumenta, vel donationes, uel commutationes, vel traditiones, aut teſtamenta, uel colligationes, aut manumiſſiones clericorum in Eccleſia per * ſcrinium ſanctum celebrentur. Hic fecit ordinationes tres in vrbe Roma per menſem Decembrium, presbyteros octodecim, diacones tres, Epiſcopos per diuerſa loca nouem. Qui etiam ſepultus eſt uia Aurelia in cœmeterio Calepodij, pridiè idus * Aprilis. Et ceſſauit epiſcopatus dies uigintiquinque.

Anno Domini 336 * vj Onuphr. & alii. ad. 16. m 5. d. 25. quod colligitur aperte ex ſerie tēporum, & auctorum.

*Huius exilii, nulla quod ſciā, apud aliū probatum, auctorē extat memoria; uā Platina hinc uidet ſumpſiſſe, qd ſcribit. credibile eſt igitur ſubeſſe mendum ī hiſtoria & hoc ad Liberium ponus pertinere, ſed quod dicit, poſt Conſtantini mortem, vel etiam Cōſtantii aperte falſum eſt.

* Auguſti

TOTVS *Iulij Pontificatus conſumptus fuit in tuenda Nicæna fide, & catholicis Epiſcopis, in primiſque Athanaſio, ab impio furore Arianorum, qui Conſtantio Imperatore ſuarum partium ſubnixi, omnia pro libidine agitabant. In qua contentione mirificè eminet auctoritas Romani Pontificis; cuius temporis actorum ſeriem perſpicuè expoſitam, præſtat cognoſcere.*

Anno igitur Domini 336. creato Iulio, in ſequenti 337 moritur Conſtantinus:

338 *Reuertitur Alexandriam Athanaſius 27. poſt menſe, quam in exilium abierat, commendatus litteris Conſtantini Iunioris.*

339 *Ariani calumniantur Athanaſium apud Conſtantinum, & Conſtantem Impp. & Iulium Papam, varijs criminibus, quæ diſſoluit, per ſuos legatos. Iulius, Arianorum legatis petentibus, indicit Romæ Concilium, ad quod illi non conuenientes, ſuæ cauſæ diffiſi; à quinquaginta Epiſcopis, qui ex Occidente conuenerant damnantur, & Athanaſius abſoluitur.*

Synodus Rom. pro Athanaſ.

341 *Euſeb. ex Nicomedienſi; Epiſcopus Conſtantinopolitanus, à Conſtantio, lectus, Synodo Antiochiæ coacta, nonaginta Epiſcoporum, abſentem, indicta cauſa, Athanaſium damnandum curat, quod abſque iudicio Epiſcoporum ſedem ſuam recepiſſet; ac poſt, legatis miſſis, cauſam Athanaſij Iulio cognoſcendam remittit, nec multo poſt moritur.*

Synodus Antiochena Arianorum contra Athanaſium.

342 *Ariani Athanaſium, & aliquot alios catholicos Epiſcopos fatigantes, nouis ſubinde vexationibus, Romam profugere compellunt, vbi habito Concilio, & comperta eorum fide, cum Nicæna conſentiente, recipit eos in communionem Iulius, & pro ſua auctoritate ſingulis Eccleſias reſtituit, domumq; remittit cum litteris increpatorijs ad Orientales; qui Antiochiam rurſus conuenientes,*

Synodus Rom. pro Epiſcopis pulſis ab Arianis.

uenientes, Iulio acerbius reſcribunt, ac nouis rationibus catholicos vexare pergunt.

343 *Athanaſium ob inſidias Arianorum latentem, Romam euocat Iulius, & apud Orientales de eorum contumacibus ad ſe litteris conqueritur.*

345 *Antiochia alia Synodus habita, in qua (vt ſolebant nouis fidei formulis edendis tendere ad obſcurandam fidem Nicænam, vt tandem extinguerent) aliam ediderunt quam longam appellarunt; quæ ab Occidentalibus, ob eius obſcuritatem reiecta eſt, cum Nicæna ſtare velle ſe dicerent.*

Synodus Antiochena Arianorum.

346 *Demum per constantem obtinent catholici, conſentiente Conſtantio, vt Synodus œcumenica indicatur, ad Nicænam fidem iam duabus Antiochenis Synodis infirmatam, ſtabiliendam, quæ 18. poſt menſe Sardicæ celebrata eſt, præſentibus Iulij Papæ legatis.*

Ariani ad 70. ſua cauſa diffiſi, non audentes prodire in Concilium, ſeorſum Philippopoli conuentu habito, aperte, quod hactenus non fecerant Cõſubſtantiale damnarunt. Treceenti Sardicæ congregati, eos ſæpius citatos, nec comparentes, abſentes damnarunt; Athanaſium & reliquos pulſos Epiſcopos abſolutos, reſtituerunt, & Nicænam fidem confirmarunt. Athanaſius adiens Hieroſolymam, ex ſententia Synodi ibi tum habitæ, in communionem admiſſus, & reſtitutus eſt; ac poſt Alexandriam reuerſus, Synodis Alexandriæ & per Aegyptum habitis, Nicænam fidem ſtabilire inſtitit.

Anno 350. interfecto Conſtante catholico, Ariani omni timore liberati, leniſſimum Conſtantium, acrius quam unquam antea. in Epiſcopos Concilio Sardicenſi abſolutos, incitant. Athanaſius fuga morti ſe eripit: Paulus Conſtantinopolitanus, dum deportatur, ſtrangulatur; reliqui in exilium eiecti, in quibus & Oſius fuit.

Anno 351. Oblata occaſione damnandi Photini Epiſcopi Sirmienſis, qui Chriſtum ante Mariam non fuiſſe blaſphemabat, Ariani Sirmium Concilium indicendum curant, vt eadem opera Athanaſij quoque damnationem obtineant, & Nicænam fidem euertant. In damnationem Photini, Catholici, & Ariani libere conſentiunt. in damnationem vero Athanaſij, & probationem trium fidei formularum ibi editarum, pars ſtudio Arianorum, pars minis & tormentis, & Oſius in primis, adactus, ſubſcribit, pars omnino denegat conſenſum.

Synodus Sirmienſis partim catholica, quo ad damnationem Photini; partim Ariana quo ad damnationem Athanaſij, & ſubſcriptionem formularum fidei à Nicæna diuerſarũ, niſi forte duæ fuerũt, quod aliqui ſentiunt; & D. Hilarius innuit libr. de Synodis.

355 *Cum non potuiſſent obtinere Ariani, vt omnes in Athanaſium ſubſcriberent, eliciunt à Conſtantio edictum, vt qui Athanaſij damnationem non probarent, in exilium irent. Catholici Synodis Arelate, & Biterris habitis, deprecati ſunt, ne prius in Athanaſium ſubſcribere cogerentur, quam de fide diſceptaretur, quod Ariani abnuebant; ob id Concilium in ſequentem annũ Mediolanum indictum. hoc ipſo anno moritur Iulius. Hæc ferè ex Athanaſio Socrate, & alijs.*

Biterrẽſe. Arelatẽſe.

SEQVVNTVR QVÆDAM
quæ tempore Iulij Papæ contigerunt.

Sozomenvs: Non multo poſt tempore & Conſtantinus imperator, Conſtantini maioris filius, dum innititur inuadere partes iunioris fratris Conſtantis, circa Aquileiam cõgreſſione facta perimitur, conſulatu Acyndini & Procli. Quamobrem Romani Imperij principatus Occidentalium quidem partium, peruenit ad Conſtantem, Orientalis autem ad Conſtantium. Theodoretvs.

Ex tripart. hiſt. Caſſiodori lib. 4. c. 4.

Igitur Euſebius & Theognius, & Theodorus Perinthius, (qui eloquentior videbatur, & ſcripſit explanationes Euangeliorum, quem plurimi Heracleoten vocant,) iſti nanque ſæpius, velut propinqui Imperatori, reuerſionem Athanaſij multorum cauſam aſſerebant eſſe malorum. Et non ſolum Ægyptum, ſed etiam Palæſtinam & Phœnicen, vicinasque gentes eius gratia dicebant eſſe turbatas. Proinde huiuſmodi verbis leuiſſimam obſidentes Imperatoris intentionem, ſuaſerunt, vt Athanaſium ab eccleſia rurſus expelleret. Qui agnoſcens eorum conſilium, ad partes Heſperias abijt.

Vbi ſub. cap. 5.

Verum Euſebius eiuſque conſortes, calumnias in Athanaſium factas, Iulio Romano Pontifici deſtinauerunt. Qui eccleſiaſticam ſequens legem, etiam ipſos Romam venire præcepit, & venerabilem Athanaſium ad iudiciũ regulariter euocauit. Ille continuò, euocatione ſuſcepta, venit: calumniarum verò ſarcinatores Romam quidem profecti non ſunt, ſcientes facile ſuum poſſe capi mendacium. Sed videntes oues paſtore deſolatas, lupum ſuper eas pro paſtore conſtituerunt, id eſt, Gregoriũ, qui ſex annis beſtijs ferocibus crudelius vſus, pœnam maliciæ ſuæ ſoluit, ab omnibus amariſſimè laniatus.

Vbi ſup. cap. 6.

Athanaſius autem veniens ad Conſtantem, Arianæ cohortis cum gemitu referebat inſidias, & bellum contra Apoſtolicam fidem geſtum, patriſque eius nomen, magnique concilij ab illo celebrati mentionem faciebat, & quod communi lege ſynodus roborata videretur. Hæc inſinuando cum lachrymis, ad paternum zelum excitauit Imperatorem. Mox nanque, vt hæc audiuit, mandauit fratri, monens, vt paternæ pietatis inuiolabilem ſeruaret hæreditatem. Socrates.

Vbi ſup. cap. 7. Eiuſdem ſcripti meminit & Rufinus hiſt. liaſt. eccleſiaſt. 10. c. 19.

Igitur Euſebius nullo modo otiare patiebatur, ſed omnia commouebat, donec ſuum propoſitum perduceret ad effectum. Egit ergo, vt in Antiochia Syriæ ſynodus fieret, ſub occaſione quidem dedicationis eccleſiæ, quam pater Auguſtorum fabricari cœperat, & poſt eius obitum Conſtantius decimo anno eam à tempore fundationis expleuerat: in veritate autem,

Caſſiodorus tripartita hiſt. li. 4. cap. 19.

te autem, ad ſubuerſionem atque deſtructionem Nicæni Concilij. Ad quam Syoodū conuenerunt ex ciuitatibus diuerſis Epiſcopi nonaginta. Maximus tamen Hieroſolymitanus, Macarij ſucceſſor, noo affuit, cogitās, quòd ipſi poſſet ſubripi, vt in dānationem ſubſcriberet Athanaſij. Sed neque Iulius affuit, maximæ Romæ præſul, neque in locum ſuum aliquem deſtinauit, cùm vtiquè eccleſiaſtica regula iobeat, non oportere præter ſententiam Romani pontificis Concilia celebrari. Fit ergò Synodus in Antiochia, ſub præſente Conſtantij principis, conſulatu Marcelli & Probini. Erat autem quintus annus mortis Cōſtantini patris Auguſtorum. Præſidebatque tunc eccleſiæ Antiochenæ Flacillus ſucceſſor Euphronij. Faotores igitur Euſebij operæpreciū iudicantes Athanaſio derogare, primùm quidem calumniati ſunt, quaſi præter regulam egiſſet, quam tunc ipſi decreuerant, quòniam non ex ſententia communis Coocilij Epiſcoporum receperat ſacerdotium, ſed ſibimet arrogando, in Eccleſia fuiſſet ingreſſus. Deindè, quoniam eius aduentu turba generata, plurimi ſeditione ſint mortui: & quia aliqui ab Athanaſio cæſi, iudicibus dicerentur eſſe contraditi. Hac derogatione tunc habita, conſtituerūt Epiſcopum in Alexandria, primò quidem Euſebium Emiſſenum. Quo ordinato, & in Alexandriam ire metuente, Gregorium fecerunt Epiſcopum. His ità geſtis, transformauerant fidem, nihil quidem culpantes Nicæni Concilij, ſed principiū præbētes, vt frequentibus Concilijs alia ſubindè mutantes & ejicientes, efficerent, vt definitio fidei paulatim in Arianam veſaniam relaberetur.

Vbi ſup. ca.10. Nos neque ſequaces Arij fuimus, quomodò enim Epiſcopi presbyterum ſequeremur? neque aliam quampiam fidem abſque expoſita antiquitùs ſuſcepimus. Sed etiam nos examinatores & cognitores eius fidei facti ſumus, & iudicauimus potiùs, quā ſecuti ſumus. Dicimus enim ab initio credere in vnū Deum omnium, vniuerſorum intelligibilium, ſenſibiliumq; creatorem & prouiſorem. Et in vnū filium vnigeoitum, ante omnia ſecula exiſtētem, & cum ſuo genitore manentē, per quem omnia facta ſunt viſibilia & inuiſibilia, & qui in nouiſſimis tēporibus per bonam voluntatē patris deſcendit, & ex ſancta Virgine carnem aſſumpſit, & omnē voluntatem patris ſui impleuit, paſſus eſt, & reſurrexit, & in cęlos aſcēdit, in dextera Patris ſedet, venturus iudicare viuos & mortuos, & rex permanet in æternū, & DEVS. Credimus & in Spiritum ſanctum. Si autem adijciendum eſt, credimus & de carnis reſurrectione, & vita perpetua. Hæc in prima ſcribētes epiſtola, ciuitatibus mittebāt. Sed poſt paululum aliam in Antiochia dictauerunt. Tunc etiàm terræmotus maximus in Oriente factus eſt, & præcipuè in Antiochia, quæ anno integro eſt commota.

Vbi ſup. ca.11. Sed quomodò Athanaſius Eccleſia pulſus, nè caperetur, effugerit, arbitror eſſe dicendū. Erat enim veſpera, & populus in vigilijs obſeruans, ſperabaturque futura collectio. Inter hæc venit magiſter militum, & circa Eccleſiam per cohortes ſuos milites ordinauit. Athanaſius autem videns quæ fierent, cogitauit, nè propter ſe vlla læſio populo proueniret. Et præcipiens diacono, vt compleret orationem, rurſus pſalmum fecit imponi. Cùmq; conſonantia pſalmodiæ celebraretur, per vnā ianuam Eccleſiæ egrediebantur omnes. Quo facto, milites quidem ſinè commotione ſteterunt, Athanaſius autem inter medios pſallentium illæſus abſceſſit. Et hoc modo fugiens, Romam profectus eſt. SOZOMENVS.

Igitur Athaoaſius relinquēs Alexandriam, Romam profectus eſt. Contigit autem eodem tempore, etiàm Paulum Conſtantinopolitanum pontificem illuc vnà cōcurrere, & Marcellum Ancyræ, Aſclepamque Gazæ. Qui dū Arianis eſſet aduerſus, calumniam paſſus ab his, quaſi ſubuertiſſet altare, damnatus eſt. Pro quo Gazæorum Eccleſia Quintiano committitur. Lucianus autem Hadrianopolites Epiſcopus, ob aliam accuſationē Eccleſia ſua priuatus, degebat in vrbe Roma. Cognoſcens ergò Romanus Epiſcopus crimina ſingulorum, & omnes Nicæno Concilio concordare comperiens, eos in cōmunionem ſuſcepit, tāquàm omnium curam gerens propter ſedis proprię dignitatem, ſingulisq; reddidit ſuas eccleſias, & Orientalibus ſcripſit Epiſcopis, culpans q nō rectè tractaſſent viros inculpabiles, de ſuis eccleſijs eos expellentes, & quòd cōſtitutiones Nicæni Concilij minimè obſeruarent. Quorum paucos ad certum diem ſibimet adeſſe præcepit, vt coràm eis oſtenderet, iuſtum ſe ſuper illis protuliſſe decretū. Et deincèps non ſe eſſe paſſurum interminatus eſt, niſi ab huiuſmodi turbis & nouitate ceſſarēt. & ille quidem hæc ſcripſit, Athanaſius autem & Paulus Epiſtolas Iulij Orientalibus Epiſcopis miſerunt, & ſinguli eorum ſuas ſedes adepti ſunt.

Ex hiſtor. triparti. lib.4. cap. 15.

EPISTOLA INCREPATORIA IVLII PAPÆ PRIMA,

ad Orientales Epiſcopos pro cauſis Athanaſij, & exceſſibus contra Romanam Eccleſiam.

1 *Quòd ſoli Romano Pontifici liceat generale Concilium cogere, & Epiſcopos iudicare.*

2 *Non oportet præter ſententiam Pontificis Romani Concilia celebrari, vel Epiſcopos damnari.*

3 *Vt accuſatores & accuſationes quas leges ſeculi non admittunt, repellantur.*

4 *Si quis Epiſcopum præter authoritatem ſedis Apoſtolicæ damnauerit, vel à ſede expulerit, de gradu ſuo deijciatur, & excommunicetur: & Epiſcopi eiecti reſtituantur.*

Vene-

VENERABILIBVS fratribus, vniuerſis Orientalibus Epiſcopis, Iulius. Decuerat vos, fratres, alios eccleſiaſticis inſtruere diſciplinis, & nõ talibus arguere machinamen-
Luc. 3. c tis, dicente Ioanne Baptiſta: (Neminem concutiatis, neque calumniã faciatis.) & reliqua.
Galat. 6. a De qua re & Apoſtolus Paulus non inſtruit, dicens: (Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, nè & tu tenteris.) & reliqua.
1. Pet. 3. b. Et alibì Petrus Apoſtolus ait: (Omnes vnanimes in oratione eſtote, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed econtrariò benedicẽtes, quia in hoc vocati eſtis, vt benedictio-
Pſal. 33. nem hæreditate poſſideatis. Qui enim vult vitã diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia ſua nè loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & * ſequatur eam: quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, vultus autem Domini ſuper facientes mala:) Quid peius eſt, fratres, quàm vt ſacerdotes Domini, qui ab omni mala coinquinatione, & à nocumẽto omnium Chriſtianorũ, quanto magìs à fratrum & Coepiſcoporum, alieni debent exiſtere, quos tueri & ſubleuare ab inſidijs debent, & quos fouere & diligere ſummoperè oportet, perſequantur eos, & cõ-

* perſequatur.

Sap. 1. a munione priuari decertent? Nec recordamini ſapientiam, quæ ait: (Peruerſæ enim cogitationes ſeparant homines à Deo.) Si peruerſæ cogitationes ſeparant homines à Deo,
Zach. 2. a quantò magìs opera iniqua? Quid enim nequius eſt, quàm vt illos, de quibus Dominus ait, (Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei,) quiſquam auertere, perſequi, deſtruere nitatur? Probata autem virtus portat, pro-
Gal. 7. Pſier. 17. b tegit & conſolatur oppreſſos, & docet inſipientes. Eſt enim Deus teſtis cordis* hominis, ſcrutatorq; verus ſingularum conſcientiarũ, & linguarum ſingularum auditor: quoniã ſpi-
Sap. 1. a ritus Domini repleuit orbem terrarũ, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.

* humani

1. Ioan. 4. b c d. Et aliâs idem ipſe ait: (Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniã ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuũ propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi Deus dilexit nos, & nos debemus inuicèm diligere. Deum nemo vidit vnquàm. Si diligamus inuicèm, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniã de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam pater miſit filium ſuũ, Saluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniã Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo, & nos cognouimus, & credidimus * charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcũ, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foràs mittit timorem, quoniam pœnã timor habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Nos ergò diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim nõ diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodò poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt, qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.)

* charitatem.

Prou. 15. a b. Nã & ipſa Sapientia ait: (Lingua ſapientium ornat ſcientiam, os fatuorum ebullit ſtultitiã. In omni loco oculi Domini contẽplantur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum vitę: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritũ. Domus iuſti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio. Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam, cor ſtultorum diſſimile erit. Victimæ impiorũ abominabiles erunt
Pro. 10. d Ibi. ca. 11. a b. Domino, vota iuſtorum placabilia. Qui ſequitur iuſtitiam, diligitur à Domino. Item alibì: Labia iuſti conſiderant placita, os impiorum peruerſa. Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit eos. Iuſtitia rectorũ liberabit eos, & in inſidijs ſuis capientur iniqui. Iuſtus de anguſtia liberabitur, & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum ſuum, iuſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtorum * exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas.)

* exultabit.

Nec conſideratis, qui fratres perſequi nõ ceſſatis, qualia Iob patientiſſimus inter cætera,
Iob 29. b exorſus, loquitur: (Auris audiens beatificabat me, & oculus videns, teſtimonium reddebat mihi, quòd liberâſſem pauperem vociferantẽ, & pupillum, cui nõ eſſet adiutor: Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum: Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimẽto & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo: Pater erã pauperum, & cauſam, quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam: Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Et paulopòſt: Si negaui, inquit, quod volebãt,
Iob 31. b pauperibus, & oculos viduæ expectare feci: Si comedi buccellam meã ſolus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecũ miſeratio, & de vtero egreſſa eſt mecũ.) Nam ſi quis hæc recto omnia conſiderauerit oculo, nequaquàm * fratres nocere, ſed liberare feſtinabit, quia nihil deterius eſt, quàm ciues ciuibus inuidere, & fratres fratribus inſidiari, aut calumnias facere. Talibus enim refragari volentes inſidijs, Patres ſancti Synodũ congregauerunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominũ cupientes in Eccleſia com-

* fratribus.

moran-

morantiũ. Licèt dudùm inſtituta ſanctorum multa Patrum eſſent conſcripta, poſuerunt leges, quas ſacros Canones appellamus, quibus multa pernecesſaria ad ſtatũ Eccleſiæ ſanctæ Dei, & ſupplementum columnarum eius, id eſt Epiſcoporum, qui eam proprijs humeris

Ex his & ſequẽtib. liquet, plures 20. eſſe Nicæni Concilij Canones.

geſtant, ſunt decreta, & nocumenta eorũ prohibita, ità vt qui talia agere tẽtauerint, aut eis nocere præſumpſerint, ſi quidem clerici fuerint, à proprio gradu decidant: Si verò monachi aut laici fuerint, anathematizẽtur. Quibus armati exẽplis, oportere arbitrati ſumus, ab omnipotenti Deo inſpirati, vt hãc accenſam diſcordiæ flammam extinguere apoſtolica debeamus authoritate, & non concedere, eam vlteriùs animas depaſci humanas. Quapropter vnà cum omnibus Apoſtolicæ ſubiectis regulæ ſancimus, nè quiſquam deinceps Christianorum talia perpetrare, aut Epiſcopis temerè nocere præſumat, cùm & doctor gentium idipſum prohibeat, dicens: (Seniorẽ nè increpaueris, ſed obſecra vt patrẽ.) & reliqua.

1. Tim. 5. a

Bonum eſt nanque proculdubiò, & omnibus timentibus Deum deſiderabile, cohibere diſſenſiones & altercationes, fratribuſque ſubuenire, & inuicèm nõ inuidere, ſed adiuuare. Audite, inquam, iam factam in Nicæna ciuitate Synodum, cui & ego ipſe cõſcientiæ meæ cultum decenter exhibui, nihil aliud volens, quàm concordiam omnibus fabricare, & præ cunctis arguere & remouere hanc inſidiantiũ altercationem, quas præuidentes ſancti patres inſidias & illicitas altercationes, vnanimiter in prædicta Nicæna ſtatuerunt Synodo, vt nullus Epiſcopus, niſi in legitima Synodo, & ſuo tempore Apoſtolica authoritate conuocata, ſuper quibuſdam criminationibus pulſatus audiatur, id eſt, iudicetur vel damnetur.

5. quæſt. 4. Null⁹ Epiſcopus.

Sin aliter præſumptum à quibuſdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter eccleſiaſtica vllo modo reputabitur. Ipſi verò primæ ſedis Eccleſiæ conuocandarum generalium Synodorum iura & iudicia Epiſcoporum, ſingulari priuilegio, Euangelicis & Apoſtolicis atque Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis, quia ſemper maiores cauſæ ad ſedẽ Apoſtolicam multis authoritatibus referri præceptæ ſunt. Nec vllo modo poteſt maior à minore iudicari. Ipſa nanque omnibus maior & prælata eſt eccleſijs, quæ non ſolummodò Canonum & ſanctorum Patrum decretis, ſed Domini ſaluatoris noſtri voce ſingularẽ obtinuit principatum.

Primates Eccleſiæ Roma. à Chriſto.

(Tu es) inquit (Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã.) & reliqua. (Et quæcũque ligaueris ſuper terram & ſolueris, erunt ligata & ſoluta in cœlo & in terra.)

Matt. 16. c

3. q. 6. Dudũ à ſanctis

II.

In decre. epiſt. Eleutherij Papæ. ac Victo.

Porrò dudùm à ſanctis Apoſtolis, ſucceſſoribuſque eorum, in præfatis antiquis decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenùs ſancta & vniuerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari, nec Epiſcopum damnari, quoniam ſanctã Romanam Eccleſiam *Primatem omniũ Eccleſiarum eſſe voluerunt. Et ſicut beatus Petrus apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum, ità & hæc Eccleſia ipſius nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima & caput ſit cæterorum, & ad eam, quaſi ad matrem atque apicem, omnes maiores Eccleſiæ cauſæ, & iudicia Epiſcoporum recurrant, *eiuſque iuſta ſententia terminum ſumant, nec extra Romanum quicquam ex his debere decerni pontificem, quatenùs non ità proteruè, & pro libitu cuiuſpiã, ſuo proprio arbitrio, quibuſque Metropolitanis, ſicut agere ſolebant, liceat, inconſulto Romano Pontifice, aut maiores Eccleſiæ cauſas deturbare, aut Epiſcopos damnare, ſed cõmuni ſanctæ Romanæ ſedis Epiſcopi Concilio, & concordi actione, quæque ſunt Chriſti zelo agenda, diſponant vnanimiter, recteque ſentiant, & ea quæ ſenſerint, non ſibimet diſcrepãdo, ſed Deo placita perficiant.

* primatiam. In 2. decr. epiſ. Anacleti Pap. Et in 1. decr. epiſto Alexãdri Papæ. * & iuxta eius ſentẽtiam.

Habetur ſuprà in decr. Iulij Papæ, ad Orientales epiſcopos pro Athanaſio.

III.

Eſt etiàm in iam fata Nicæna concorditer ſtatutum Synodo, accuſatores & accuſationes, quas ſeculi leges non admittunt, à ſacerdotali funditùs auerti nocumento. (Eccè) inquit propheta (quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum.) Illi verò non in vnum habitant, qui à fratrum ſe ſolatio ſubtrahunt, aut fratribus inſidias præparant.

Pſal. 132.

Non alieno vos, fratres, patiamini peccatò grauari: quia quod neceſſè eſt, nos dicere veremur, id eſt, nè cuius religio diſſipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerenter adſpicite beati Petri gloriam, & cum ipſo cõmunes omnium Apoſtolorum coronas, cunctorumque martyrũ palmas, qui pro fratrum non deſtructione, ſed confirmatione & veritate in Chriſto paſſi ſunt.

IIII.

Nos ergò, qui Domini diſcipuli & dici & eſſe volumus, portare crucem Chriſti, & compati fratribus debemus, & non perſequi. Subtrahite (rogamus) actus cogitationeſque à talibus nocumentis, ſi non vultis ipſam in vos ſuſcipere vltionem: quoniã talionem meretur, qui fratri foueam præparat. Et nos, ſcitote, hunc typum deincèps non eſſe paſſuros, vt ea quæ ad hanc ſpecialiter ſanctam pertinent ſedem, ſicut iudicia Epiſcoporum & maiores Eccleſiæ cauſæ, vt paulò ſuperiùs prælibatũ eſt, vos patiamur nobis inconſultis inuadere, abſque veſtri ſtatûs periculo. Sed ſi quis ab hodierna die & deincèps Epiſcopum præter huius ſanctæ Sedis ſententiam damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit, ſciat ſe irrecuperabiliter eſſe damnatum, & proprio carere perpetìm honore, eoſque, qui abſque huius Sedis ſunt eiecti ſententia vel damnati, huius ſanctæ Sedis authoritate, ſcitote, priſtinam recipere communionem, & in proprijs reſtitui ſedibus: quoniam & priùs, à tempore ſcilicet Apoſtolorum, hæc huic Sedi ſanctæ conceſſa ſunt, & poſteà in memorata Nicæna Synodo, propter prauorum hominum infeſtationes, atque hæreticorum perſequutiones, & inſi-

dian-

diantium molimina fratrum, ſunt coocorditer ab omnibus corroborata, vr magis ſinguli * prouideant, nè talia andeant perpetrare, & caueant, ſi noo propter Deum & amorẽ fratrum, tamen pp opprobrium hominũ, ruborẽ ſuum atque canooicam vltionem, ſaltem hæc timore & verecundia compreſſa, ſilentioque comprimãtur, amputato ſcilicet totius vſurpationis exceſſu, quia nullus debet præſumere, quæ ſibi non videntur eſſe conceſſa. Quam culpã nullo modo potuiſſetis incidere, ſi vndè conſecrationem honoris accipitis, indè legem totius obſeruantiæ ſumeretis: & beati Apoſtoli Petri ſedes, quæ vobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Vndè ſicut multùm nos ea quæ à vobis piè recteque ſunt acta, lætificant: itá nimiùm ea, quæ ſunt perperàm geſta, cõtriſtãt: quoniam neceſsè eſt, poſt multarum talium experimenta cauſarum, hæc in poſterum ſolicitiùs proſpici, & diligeotiùs præcaueri, quatenùs ea, quæ ſunt ab Apoſtolis eorumq; ſuoceſſoribus ſtatuta, nulla deſidia negligantur, nulla diſſenſione violentur, nulla concertatione turbentur. Nam ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, itá multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis vnam ſanitatem, vnam pulchritudinem facit: & hæc qoidem connexio totius corporis vnanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam ſacerdotũ, quibus & ſi dignitas cõmuois non eſt, tamen ordo generalis eſt, quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos, io ſimilitudine hoooris, fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cùm omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemioeret. De qua forma Epiſcoporum quædam orta eſt diſtinctio, & magna ordinatione prouiſum, nè omnes ſibi omnia vindicarẽt, ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſenteotia & rursùm quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſolicitudinẽ eius ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnã beati Petri Sedem vniuerſalis Eccleſiæ cura confluerer, & nihil vſquàm à ſuo capite diſſideret. Qui ergò ſcit ſe quibuſdam præpoſitũ, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam, quam exigit, etiàm ipſe dependat. Nolite itaque errare, fratres mei dilectiſſimi. Doctrinis varijs & extraneis nolite abduci. En inſtituta Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum Canonesque habetis: his fruimini, his circundamini, his delectamini, his armamini, vt his freti, circundati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis. Satis enim indignum eſt, quenquam vel pontificum vel ordinum ſubſequentium, hanc regulam refutare, quã beati Petri ſedem & ſequi videat, & docere. Multùm enim conuenit, vt totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quæ indè authoritatem habet, vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum, dicẽte ſcriptura: (Ordinate in me charitatem.) Et iterũ: Omnia cum ordine fiant. Iterùmque Pſalmiſta prædicante: (Circundate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda veſtra, in virtute eius, vt enarretis in progenies alteras, quoniã hic eſt DEVS * Dominus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſecula.) Officij enim noſtri conſideratione, non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere * libertas, quibus maior cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit, nè per taciturnitatem aut fauere, aut conſentire videamur fratrum nocumentis. Data Kalend. Octob. Feliciano & Maximiano viris clariſs. coſs.

* præuideant.

25. q. 2. Amputato totius vſurpationis.

Rom. 12. a

Plura ex his habẽtur in decret. epiſt. Vigilij Papæ.

Heb. 13. b

Diſt. 11. Nolite errare.

Canti. 2. a

1. Co. 14. g

Pſal. 47.

* Deus

24. q. 1. Officii noſtri con.

* liberum

Ex Nicephoro lib. 9. cap. 8. Vide etiàm Sozomenum.

Orientales Epiſcopi contumeliam eſſe rati Iulij obiurgationem, Antiochiæ congregati, de ſeotentia omnium epiſtolam ad eum miſerunt, luculẽter quidem illam ſcriptam, ironijs autem aculeatisque verbis refertam, forenſemque & iudicialem in modum compoſitã, & quæ ſtyli vi & grauitate, minarum expers non eſſet. Scripſerunt enim, Romanæ quidẽ vrbi ab omnibus obſeruãtiam exhiberi & honorem, quippe quæ antiquitùs Apoſtolorum domicilium & ſchola, veræque pietatis, vt aliquis dicat, Metropolis & primaria vrbs fuerit: quamuis ex Oriente præcones eius eò veneriot: ſe tamen non ideò ſecundas ferre debere, quòd Eccleſiæ magnitudine ſuperiores non eſſent, cùm virtute & rebus alijs priores ſe eſſe exiſtimarent. Illud etiam criminis loco obiecêre, communicare eum cum Athanaſio animum induxiſſe, idque indignè tulere, veluti contumelia Synodi eorum ſentẽtiæ irrogata eſſet. Et factum ipſum, vt quod contra ſanctiones Eccleſię proceſſiſſet, iniquum eſſe ſunt calumniati. Atque ægrè id eis eſſe, recteque ſe eum reprehendere cùm dixiſſent, poſtremò ſi quidem cùm ſententiam ipſorum qua illos condemnaſſent, tum electionem, eorum qoos pro illis Eccleſijs præfeciſſent, comprobaret, pacatos etiàm ſe fore & ſecum communicaturos. Sin aduerſari eis pergeret, & ipſos coniunctos aduerſùs eũ ituros eſſe intulere: cùm neque maiores eorum contra Cornelium Romæ Epiſcopum conati aliquid fueriot, cùm ille Nouatum presbyterum Eccleſia ſummouiſſet. De rebus verò Nicænis nihil reſcripſere, ſuperfluum id eſſe arbitrati, etiamſi plurima quę ſcriberent, haberent: quę tamen vt omitterent, res præſentes neceſſariò efflagitarent. In eam ſententiam Orientales Epiſcopi ad Iulium literas dedere. Hæc ex Niceph.

EPISTOLA ORIENTALIVM AD IVLIVM PAPAM PRIMVM,

Cauſantium quòd in communionem recepe-rit Athanaſium, & cæteros quos ipſi damnauerant.

Prodit hęc epiſtola hęreticos fuiſſe, qui eam ſcripſerũt.

DOMINO beatiſſimo & honorabili patri Iulio, Apoſtolicæ Sedis venerabili Epiſcopo, Euſebius, Theognius, Theodorus, & Betinthus vnà cũ reliquis fratribus & Coepiſcopis noſtris, in Antiochia congregatis: Licèt circa omnes Romanam Eccleſiam ſciamus eſſe munificam, & Apoſtolicam habere curam, & ſemper matrem exiſtere pietatis, quanquàm ab Oriente ad eam prædicatores, pietatis aduenirent, tamẽ optaremus vos nobiſcum concordare, & quos à communione ſuſpendimus, à vobis eſſe ſuſpenſos: & quos in ordine cõfirmamus Epiſcoporum, à vobis eſſe confirmandos: nec nos ſecundo loco habẽdos, cùm ex his partibus ad vos vſque, dogmatizantes Apoſtoli, peruenerint. Nec enim nos veſtris reſultauimus, quamuis hoc agere potuiſſemus, quandò Nouatianus à Romana pulſus eſt Eccleſia, quoniam (vt iuxta vulgarẽ conſuetudinem loquamur) Inimicitias quærit omnis, qui vult recedere ab amico. Nec crimine carere poteſt, qui alterius excommunicatũ, abſque eius licentia, à quo cõmunione eſt priuatus, in cõmunionem ſuſceperit, canonibus ſcilicet iubentibus, vt excõmunicatus ab alijs, ab alijs non ſuſcipiatur, vinctibus illis, à quibus cõmunione priuatus eſſe dinoſcitur. Nec ſolùm in his nobis cõtumeliam irrogatis, ſed etiam in his, quòd Concilia noſtra diſſoluitis, neque ex rata ſinitis eſſe. Sunt nãque à nobis, & maximè à totius Orientis Epiſcopis, damnati, Athanaſius Alexandrinus, Paulus Conſtantinopolitanus, Marcellus Ancyre, Aſclepius Gazæ, Lucianuſque Adrianopolites, pro certis criminibus, quibus aduerſarij ſũt apud nos inſcripti, quæ per præſentes huius epiſtolæ latores, omnia ſub certá relatione, veſtræ innoteſcere nõ omittimus ſanctitati. Quibus agnitis, ſi noſtris placitis magis, quàm eorum machinationibus aſſentire, & ordinatos Epiſcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacem vobiſcum & cõmunionem habere volumus. Si verò aliter egeritis, & eis ampliùs, quàm nobis aſſentire iudicaueritis, contraria celebrabimus, & vobiſcum deincèps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis veſtriſq; fauere volumus, ſed per nos, quicquid melius elegerimus, agere conabimur. Nam nullus eſt in hac parte terrarum, ętatẽ habens, qui ignoret prædictorum molimina ſeductorum. Propter eos enim multa ſunt mala peracta, multa Concilia diuerſis & aſperis temporibus celebrata, multæ ſeditiones, multæ machinatiõnes, multa nobis opprobria illata, & alia multa quæ enumerare perlongum eſt. Nam ſi his conſentire eligitis, tunc liquet, quòd nos perdere vultis, & non vt pater filios, fouere. Dicunt enim & affirmant tam ciues iſtorum, quàm etiàm ſacerdotes eorũ, hos fouere vos velle homicidas, ſacrorum templorum euerſores, virginum ſtupratores, ſacrorum librorum incenſores, ſacrorumque vaſorum, ac cæterorum ſacrorum miniſteriorum fraudatores, officiorum neglectores, Imperatorum infidos, gentis & patriæ proditores, & inter ſacerdotes maximam generantes diſcordiam, eò quòd Conſubſtãtialitatis vocem, quæ ſcripta nõ inuenitur, in fidei doctrina poſuiſſent. Quid plura enumerare neceſsè eſt, cùm propter eos nobis & cunctis huius regionis habitatoribus ſcientibus, tanta cædes hominum ſit perpetrata, vt ampliùs quàm mille homines ſint proſtrati? Talibus autem fauere, quid aliud eſt, quàm ſceleribus eorum conſentire: quum ſacra Scriptura hæc prohibeat, dicens: Non ſolùm qui faciunt, culpabiles exiſtunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Talibus enim vos obſiſtere totis viribus oportet, nè inuoluamini in peccatis eorum. & excommunicationẽ eorũ nè ſuſcipiatis. Tales enim à vobis procùl abijcite, nè propter animoſitatem talium hominũ, infirmæ animæ & ignari populi, ſacrilega diſſenſione diſpereant. Itaque oportet vos, improbis probè reſiſtere. Quapropter, ſi neglexeritis deturbare peruerſos, liquet, quòd eorum protegatis errorem. Nec verò caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui * manifeſtè facinoribus deſinit obuiare. Decet enim vos, ad arguendam proteruiam eorum, linguam veſtram exacuere, & velut venenoſos à vobis repellere, nè eorũ veneno vos veſtrique in aliquo ſauciemini. Igitur ſufficiunt nobis querimoniæ contra eos delatæ, quoniam derelinquet nos tempus, ſecundùm quod ait Apoſtolus, ſi voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maximè cùm hæc nobis ſufficiant, quæ ſuperiùs dicta ſunt. Nec nobis neceſsè eſt, iterùm eorum diuulgare mala, cùm ipſa per ſe prodeant, & maximè omnes Orientales, teſtes ſuper eorum malis exiſtant. In ore enim (iuxta quod ſcriptum eſt) duorum vel trium teſtium, ſtabit omne verbum: quantò magis in multitudine tantorum ſacerdotũ & populorum, Abbatum vel Monachorum, in ſcripto & ſinè ſcripto contra horum prauitatem nos quotidiè * vox acclamantium? Nos verò diù expectauimus eos per multam patiẽtiam, vt crearent vuas, ſed illi econtrariò fecerunt labruſcas. Vos ergò non oportet decæterò negligere & differre tales, nè (quod abſit) memoratis criminibus eorum ſubmittamini, irrationabiliter eos Epiſcopos ponentes. Ipſi enim, niſi citò corrigantur, (iuxta quod beatus Apoſtolus proteſtatur) ſecundùm duritiã eorum & cor impœnitẽs, theſaurizant ſibi irã in die iræ & reuelationis iuſti iudicij DEI, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius. Qui corrigendi ſunt, nè per temporalem delecta-

Pro. 15. a

In Nicęna Synodo c. 5. Et in Eliberino Concilio c. 53.

En vt agnoſcunt Romani pontificis Primatũ.

Rom. 1. d

*manifeſtis.

Heb. 15. f

Deuter. 17 a. 19. d

Mat. 18. b

Eſa. 5. a

Rom. 2.

Si quis iudices maioris authoritatis appellauerit. 22
Vt Metropolitanus nihil agat ſinè conſilio Epiſcoporum, nec illi ſinè ipſius, niſì quantum ad proprias pertinet parochias. 23
Nè iudices in abſentem proferant ſententiá, & vt proditor non audiatur. 24
De accuſationibus clericorum. 25
De epiſcopis accuſatis. 26
De iniuſta epiſcoporum damnatione. 27
Detractores & fautores inimicorum ab accuſatione remouendos, nec maiorem à minore debere imperi, nec in re dubia certa iudicari ſententia, & de iudicijs inordinatis. 28
Si poſſit epiſcopus à pauciori numero Epiſcoporum reſtitui, quàm fuerat damnatus. 29
Si ſit fugiendũ Epiſcopis cauſa perſecutionis, & de priuilegijs apoſtolicæ ſedis. 30
Quanta cautela iudicari oporteat, nec damnandum quenquam, priùſquàm accuſatores præſentes habeat, locumq́ue defendendi accipiat. 31
Vltra prouinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur. 32
Qui non debeant admitti ad accuſationem. 33
Nullum alterius iudicis, niſì ſui, ſententia teneri, & quales debeant eſſe. 34
De epiſcopis rebus ſuis expoliatis, vel à ſede ſua pulſis. 35
Quòd excommunicati, epiſcopos non poſſunt accuſare, nec illi, qui eos in ſua non recipiunt accuſatione, nec maiorem à minore poſſe damnari vel iudicari. 36

IVLIVS ſanctæ Romanæ & apoſtolicę eccleſiæ Epiſcopus, Euſebio, Theognio, Theodoro, Perintho, & cæteris orientalibus Epiſcopis. Decuerat vos, aduersùs ſanctam Eccleſiam & apoſtolicam, limatè, & non ironicè loqui, quoniam & ipſe Dominus noſter [Matt. 16. c] Ieſus Chriſtus, eam decenter alloquutus, ait: Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, & tibi dabo [In decre. Iuo. lib. 4.] claues regni cœlorum. Habet enim poteſtatem, ſingulari priuilegio ſibi conceſſam, aperire & claudere ianuas regni cœleſtis, quibus voluerit. Nam ſi ei detrahere (quæ Domini ore ſacrata, atque deſupèr exaltata eſt) non [timuiſtis] * renuiſtis, nec mirum ſi fratribus iniurias irrogare minimè ceſſatis. Vndè iam ſilentio non teguntur, quæ veſtro in concilio turbulenter atque cum tempeſtate decreta ſunt. Apparet enim, quoniam tumultuoſa quadam indiſciplinatione veritas eſt oppreſſa: vobis quippe inconſiderantibus, quæ placent Deo, propter iurgia, quæ contra proximos veſtros habetis, & vota veſtra inuincibilia eſſe contenditis. Sed erit opùs diuinæ prouidentiæ, quatenùs * econtrariò apertè depræhenſa poſſint euacuari, & quicquid illic conuenientes, ſinè qualibet gratia, odio, aut inimicitiarum cauſa geſſiſtis, funditùs repelli. [* & hęc cõtetio aperte deprę-hẽſa poſſit.] Quapropter, cum omni feſtinatione, vos omnes ad huius ſanctæ ſedis reuerentiam volo concurrere, quatenùs geſtorum apud vos integritatem, per voſipſos poſſitis oſtendere. Nam nec dubitare vos credo, Athanaſium ſacræ legis doctorem, non ſolùm à nobis, ſed etiàm à Nicena ſynodo veræ fidei cultorem eſſe comprobatum, qui defuncto Alexandro mirabili ſene, qui Arij proſtrauerat blaſphemias, poſt quinque menſes Niceni concilij, Alexandrinorum Eccleſiæ ſuſcepit præſulatum: Aduersùs quem, eiuſq́ue ſectatores, multa mendacia texentes, & nudas valdè calumnias quaſi veras accuſationes componentes, nobis multorum malorum eam cauſam & caput eſſe perhibuiſtis, & non ſolùm apud Ægyptum, ſed etiàm apud Palæſtinam & Phœnicen, vicinaſq́ue gentes, ſcriptis veſtris illum perturbatorem eſſe ſignificaſtis. Qua de re Eccleſiaſticam ſequentes regulam, vos & illos Romæ regulariter ad iudicium die ſtatuta, non ſub anguſto temporis ſpatio (vt excuſatio locum non inueniat) literis & apocriſarijs euocauimus: illiq́ue, vocatione ſuſcepta, ad diem præſtitutum venêre: ſed vos, nè veſtris mendacijs caperemini, veſtraq́ue calumnia enudaretur, venire diſtuliſtis. Nec his machinationibus ſolummodò contenti eſtis, ſed etiàm videntes oues paſtoribus deſolatas, lupos pro paſtoribus ſuper eas poſuiſtis. Decuerat ergò, vt ad regularem veniretis conuocationem, qualiter de his & de alijs veſtris præſumptionibus veram redderetis rationem, quoniam occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret: & nullus dubitat, quòd ità iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodùm qui eſt innocens, vt abſoluatur, requirit. Nec ſuſpicione caret, qui alium calumnijs derogat falſa dixiſſe, cùm ipſe ad iudicium, vt probet quæ intulit, euocatus venire diſtulerit. Vellem enim vos magìs ad [In decre. Iuo. lib. 4.] iam dictam canonicam conuenire vocationem, vt coram vniuerſali concilio redderetis rationem, cur ſynodum, ad ſtatum Eccleſiarum & fratrum in Antiochia ſubuertendum & Nicæni magni concilij deſtructionem, feciſtis: aut cur nobis inconſultis, Epiſcopos in eam conuocaſtis, ad quam nec Maximus Hieroſolymitanus venit, nec noſtra interfuit legatio, canonibus quippe in Nicæna ſynodo iubentibus, non debere præter ſententiá Romani Pontificis vllo modo cócilia celebrari, nec Epiſcopos dánari: aut cur in prædictorum loco fratrum,

Hi canones non extant iam. Sunt ergò plures quam viginti. Vide autem in Concilio Sardicen. cap. 5. quo ad articulum de damnatione Epiſcoporum, cuius Sardicenſis plura cap. ſunt ex Nicęna Synodo accepta, ut patet in decretis, diſtinctione 16. Viginti tantùm. Sed & quo ad primum articulum, in cap. 20. Synodi Antiochenæ.

fratrum, alios adulteros poſuiſtis, antequàm penès nos aut apocriſarios noſtros, eorum cauſa canonicè eſſet examinata, finemque perciperet rectum. Iſti enim, qui ad memoratam regulariter venêre vocationem, videntes, vos à prædictis ſubtrahere calumnijs, multa aduersùs vos lachrymabilia & doloribus plena referunt, accuſantes vos & dicentes, multa ſe importabilia à vobis eſſe paſſos. Vobis ergò refugientibus venire, illiſque perſeuerantibus in vera ratione, ſuaſque calumnias reclamantibus, ſuper quibus & Ægyptiorum Epiſcopi, literis nobis miſſis proteſtantur ſuis, falſa eſſe, quæ contra Athanaſium ſuoſque ſectatores machinantur, cunctaque Arianorum *machinata, blaſphemijs & talibus plena figmentis, liquet eos eſſe inculpabiles, voſque culpabiles: quia ſi de vera conſideretis innocentia, nullo modo à iam dicta vos canonica ſubtraheretis euocatione, quę non ſubitò, ſed ſpatioſè denunciata eſt: ſed omni ſubducta apologia, abſque traditione venire & cauſas reddere feſtinaretis. Quibus ità geſtis, ſcripſi vobis, & omnibus qui in Antiochiam contra Apoſtolicam canonicamque regulam, nobis inconſultis, fueratis congregati, arguens vos primùm de iniurijs literarum, deindè cur Athanaſium, ſuoſque ſectatores, ad veſtrum concilium conuocâſſetis, canonibus ſcilicet præcipientibus, nihil extra Romanum decerni pontificem, cui hæc & maiora Eccleſiarum negocia, tam ab ipſo Domino, quàm ab omnibus vniuerſorum conciliorum fratribus, ſpeciali (vt iam dictum eſt) priuilegio contradita ſunt. Vobis verò refugientibus, & ad conciliorum totiès cõuocatis, adeſſe nolentibus, illis quoquè in ſua reclamatione & iuſta ratione perſiſtentibus, veſtraque cognoſcentes crimina, & illorum iuſtam examinantes rationem, omneſque eos Niceno concilio competientes & noſtris Apoſtolicis iuſſionibus obtemperantes, viſum eſt nobis ac vniuerſo concilio, vt nos diuinis præceptis & Apoſtolicis monitis informati, qui pro omnium Eccleſiarum ſtatu, impigro vigiliare debemus affectu, ſi quicquam repræhenſioni vſquàm inuenitur obnoxium, celeri ſolicitudine ab ignorantiæ imperitia, aut à præſumptionis vſurpatione reuocemus.

*machinamenta.

In Nicęna ſynodo, vt patet ex ſequentibus huius epiſtolę, c. 2.

CAP. I. His taliter conſideratis atque diſcretis, tanquàm omnium curam gerentes, propter ſedis propriæ dignitatem, ſuſcepimus eos in communionem, ſinguliſque cum ſuis, authoritate huius ſanctæ ſedis, rebus proprias reddidimus Eccleſias, quoniam huic ſanctæ ſedi, propter prauorum hominum inſidias, ipſo Domino inſtituente, & ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, per ſingula concilia roborantibus, hoc ſemper licuit, licebitque, Domino auxiliante, in perpetuum. Vndè, qui ſe ſcit alijs eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat, aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obtemperantiam, quam ab alijs requirit, gratis & ipſe dependat. Quapropter increpando vobis ſcribo, quia non rectè tractaſtis viros inculpatos, & à nobis minimè examinatos, de ſuis Eccleſijs communione priuatos pellentes, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ iniuriam irrogantes, conſtitutumque Niceni concilij minimè ſeruantes, talia indiſciplinatè agere non formidâſtis. Idcircò quoniam dudùm venire vocati renuiſtis, modò ad certum diem, id eſt, quintodecimo Kalendas Nouembris vos iterùm regulariter literis, miſſiſque euocamus, vt coràm vobis oſtendamus, nos iuſtam in eos protuliſſe ſententiam, & decætero non talia eſſe paſſuros. Eſt etenim in antiquis Eccleſiæ ſtatutis decretum, vt aliena qui inuadit, non exeat impunitus, ſed cum multiplicatione reſtituat. Vndè & in Euangelio ſcriptum eſt: Quòd ſi *aliquid defraudaui, reddo quadruplum. In lege quoquè cautum eſt: Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus, Amen. Quarè miror vos tam audaces eſſe, & tam impudenter egiſſe, & terminos ac iura beati Petri Apoſtolorum principis inuaſiſſe. Sui enim (vt paulo ſuperiùs comprobatum eſt) iuris erat, vt abſque eius ſanctæ ſedis authoritate, nullus deberet aut concilia celebrare, aut Epiſcopos ad ſynodum conuocare, vel damnare eos, aut proprijs pellere ſedibus, aut alios in eorum loco ordinare, quæ omnia vos temerare non timuiſtis. Quid ergò eſt aliud talis præſumptio, niſi quòd Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum decreta tranſgredi, & maledictionem ſuperiùs compræhenſam, in lege ſcilicet cautam, quam omnis populus vno ore conſonaque reſponſione, per Amen, id eſt, fiat, confirmauit, ſuſcipere non timuiſtis? Nam (vt reor) talibus tranſgreſſionum funiculis conſtricti, noſtrum, nè veſtra proderentur flagitia, examen declinaſtis, & ad ſupradictam vocationem venire diſtuliſtis. Sanè manifeſtum eſt, ſuum eos confiteri crimen, qui totiès euocati, abſque ineuitabili cauſa venire diſtulerunt, & purgandi ſe voluntate non vtuntur. Nam ſi de veſtris dictis conſideretis, etiàm in faciem probare non diſtuliſſetis. Tales inſidiatores ſpiritu præuidentes ſancti patres in Nicęa congregati, leges ſtatuerunt, quas nos canones appellamus, nè facilè probi ab improbis dãnarentur, ex quibus nonnullas ſententias his inſeri iudicauimus, vt tantorum patrũ authoritate, noſtra roboretur epiſtola, atq; omnes Orientales, ſiue reliquarũ partiũ epiſcopi hæc audiẽtes, in tantã foueã nõ incidant, nè damnationẽ à patribus decretam percipiant. Sequuntur enim hæc ex ꝓdicto concilio Nicęno capitula, id eſt, 18, 19, 21, 23, 26, 27, 28, 33, 41, & 5, 7q; &*9, 2c 51, 52, 53, 54, 55, 57, 58, 59, 60, 61, 63, *66.

11 q. 2 Antiquis.

*quid aliquem Lucæ 19. b

Deut. 27. e

Deut. 27. e

*viij.

*67.

2 Vt omnes Epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur vel criminantur cauſis, quotiès neceſſe fuerit, liberè Apoſtolicam appellent

2. q. 6. Omnes Epiſcopi.

pellent

pellent ſedem, atq; ad eam, quaſi ad matrem cõfugiant, vt ab ea (ſicut ſemper fuit) piè fulciantur, defendantur & liberentur. Cuius diſpoſitioni omnes maiores eccleſiaſticas cauſas, & epiſcoporum iudicia, antiqua apoſtolorum eorumque ſucceſſorum atq; canonum authoritas reſeruauit: Quoniam culpantur epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiuſdem ſedis Papæ fieri placuerit.

3.q.6.Accuſatus. 3 Placuit, vt accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus, licenter appellet & adeat Apoſtolicę ſedis pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos, eius retractari negocium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex cauſam ſuam audit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus: quoniam quanquàm à cõprouincialibus Epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen definiri, inconſulto Romano pontifice, permiſſum eſt, cùm beato Petro Apoſtolo & non ob alio quàm ab ipſo dictum ſit Domino: Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; ſolueris ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlis. Matt.16.c

2.q.6. Si quis pu. 4 Si quis putauerit, ſe à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceſeos aut penes vniuerſalis apoſtolicæ eccleſiæ papam iudicetur.

3.q.5.Accuſ. 5 Accuſatores & accuſationes, quas leges ſeculi non adſciſcunt, & nos vnanimiter ſubmouemus. Nec fiat in diſtricta probatione impietas, cùm recta ſit iudicij in electione ſententia.

6 Nullus epiſcopus alterius prochianum præſumat retinere, aut ordinare abſque eius epiſcopi voluntate, vel iudicare, ſalua tamen in omnibus apoſtolica authoritate: quia ſicut irrita erit eius ordinatio, ità & dijudicatio: quia cenſemus, nullũ alterius iudicis, niſi ſui, ſententia teneri: Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenùs poterit.

2.q.7. Si quis er. & in dec ep. Alexã.Papę. 7 Si quis erga epiſcopum, vel actores eccleſiæ, ſe proprium habere crediderit negocium, non priùs adeat iudices, quàm ad eos recurrat charitatis ſtudio, vt familiari colloquio commoniti, ea ſanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quod ſi aliter egerit, communione priuetur.

3.q.2.Nullus poteſt cõuocari. 8 Nemo pontificum deinceps, aliquem epiſcopum ſuis expoliatum rebus, aut à ſede pulſum, excommunicare aut iudicare præſumat: quia non eſt priuilegium, quo poſſit ſpoliari iam nudatus.

9 Pari tenore decernimus, non credi accuſatori, qui abſente aduerſario, cauſam ſuggerit ante vtriuſque partis diſcuſſionem. Nec accuſatores vel teſtes ſuſcipi, qui non ſunt idonei.

6.q.1.facer.qui. 10 Placuit, vt ſi accuſatus vel damnatus epiſcopus, appellauerit Romanum pontificem, id ſtatuendum, quod ipſe iuſtè cenſuerit. Et omnes, qui aduerſùs patres armantur, infames eſſe cenſemus: neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accuſationem vel ad teſtimonium recipiendos.

11 Placuit, vt ſemper in accuſatione clericorum, primò perſona, fides, vita, & conuerſatio blaſphemantium perſcrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet; quia dubius in fide, infidelis eſt. Nec eis omninò eſt credendum, quia veritatis fidem ignorant nec rectæ conuerſationis vitam ducunt: quoniam tales, & facilè & indifferenter lacerant & criminantur rectè & piè viuentes. Ideò ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primò & corrigenda, neque accuſatoribus ſuſpectis & de inimicorum domo prodeuntibus eſt credendum. Idẽ habet in dec. ep. I. Six.Papæ I.

12 Quòd non aliæ metropolitanæ eccleſiæ, vel primates ſint, niſi illæ, quæ priùs primates erant, & poſt Chriſti aduentum, authoritate apoſtolica & ſynodali primatũ habere meruerunt. Reliquæ verò non primates, ſed metropoles vocentur: eorumque epiſcopi, nõ Primatum, ſed aut metropolitanorum aut archiepiſcoporum, nomine fruantur. Idẽ habet ĩ 1.ep dec. cle.pp & ĩ 2. ep. dec. Anacleti Papæ.

13 Infames eſſe cenſemus omnes, qui ſuam aut Chriſtianam pręuaricantur legem, aut canonicam poſtponunt authoritatem.

14 Saluo in omnibus Romanæ eccleſię priuilegio, nullus metropolitanus, abſque cæterorum omnium comprouincialium Epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas eorum, quia irritæ erunt, immò & cauſam in ſynodo pro facto dabit.

15 Alienis erroribus ſociatũ, vel à ſui propoſiti tramite recedentẽ, aut ſacris canonibus inobedientem, ſuſcipere nõ poſſumus, nec impetere rectè credentes, vel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes, permittimus. 3.q.4. Alien.er.

16 Peregrina iudicia generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt, vt ab exteris iudicentur, qui comprouinciales & à ſe electos debent habere iudices. 3.q.6. Peregri. iud.

17 Salua apoſtolicæ eccleſiæ authoritate, nullus epiſcopus extra ſuã prouinciam ad iudiciũ deuocetur: ſed *euocatus ipſe canonicè, in loco omnibus congruo, tẽpore ſynodali, ab omnibus comprouincialibus epiſcopis audiatur, qui concordem ſuper eum, canonicamq; proferre debent ſententiã: quoniam ſi hoc minoribus, tã clericis quàm laicis, conceſſum eſt, quanto magìs de epiſcopis ſeruari conuenit? Nam ſi ipſe metropolitanum aut iudices, ſuſpectos habuerit, aut intenſos ſenſerit, apud primates diœceſius, aut apud Romanæ ſedis pontifices iudicetur. * vocato

18 Nemini de ſe confeſſo, credi poteſt ſuper crimen alienum: quoniam eius, atque omnis rei profeſſio, periculoſa eſt, & admitti aduerſùs quemlibet non debet. 15.qõ.3. Nemini.

19 Incerta nemo vnquàm pontificum iudicare præſumat: quia quanuìs vera ſint, non tamen credenda, niſi quæ manifeſtis indicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto indicio con- In dec. Sixti Papę ij.

conuincantur, niſi quæ iudiciario ordine publicantur.

2. q. 7. Criminationes.

20 Criminationes maiorum natu per alios nè fiant niſi per ipſos, qui crimina intendũt, ſi tamen ipſi digni & irrepræhenſibiles apparuerint, & actis publicis docuerit, omni ſe carere ſuſpicione atque inimicitia, & irrepræhenſibilem fidem atque conuerſationem ducere.

21 Et prouincialis Synodus retractetur per vicarios vrbis Romæ Epiſcopi, ſi ipſe decreuerit.

Et in conc. Cartha. 3. cap. 10. 2. q. 6 Placuit vt à quib.

22 Placuit, vt à quibuſcunque iudicibus eccleſiaſticis, ad alios iudices eccleſiaſticos (vbi eſt authoritas maior) fuerit prouocatum, audientia non negetur.

23 Si quis Metropolitanus Epiſcopus (niſi quod ad ſuam ſolummodò propriam pertinet parochiam) ſinè conſilio & voluntate omniũ comprouincialium Epiſcoporum, aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de comprouincialium Epiſcoporum cauſis, ſuarumque eccleſiarum & clericorum atque ſecularium neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſè fuerit, hoc cum omni conſenſu comprouincialium agatur pótificum, non aliquo dominationis faſtu, ſed humilima & concordi adminiſtratione, ſicut

Mat. 20. d
Mar. 10. g

Dominus ait: Non véni miniſtrari, ſed miniſtrare. Et alibi: Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter veſter, & reliqua. Similiter & ipſi comprouinciales Epiſcopi, cum eius conſilio (niſi quãtùm ad proprias pertinet parochias) agant, iuxta ſanctorum conſtituta patrum, vt vno ore, vno animo concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſęcula.

3. q. 9. Caueat iudi.

24 Caueant iudices Eccleſiæ, nè abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, quippe & rationem pro actione reddent in Synodo, &, vt proditores calumnia, nec eorum poſteà vox audiatur. Nemo enim debitorem ampliùs poteſt cognoſcere, quàm ille, qui iniuriam, eiuſque ſuſtinet nequitiam.

3. q. 6. Si quis cle.

25 Si quis ſuper quibuſlibet criminibus clericum pulſandum crediderit, in prouincia, in qua ille conſiſtit, qui pulſatur, ſuas exerceat actiones. Nec æſtimet eum accuſator ſuus alibi, aut longiùs pertrahendum ad iudicium. Illi verò, qui pulſatus fuerit, ſi iudices ſuſpectos habuerit, liceat appellare.

26 Primates accuſatum diſcutientes Epiſcopum, non antè ſententiam proferant damnationis, quàm apoſtolica freti authoritate, aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes & canonicè examinatos regulariter teſtes conuincatur.

3. q. 6. Irritam.
* Cẽſem⁹.

27 Irritam eſſe iniuſtam Epiſcoporum damnationem * decernimus, & ideircò à Synodo retractandam, ità vt oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis.

28 Detractores, qui diuina authoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum, ab Epiſcopali ſubmouemus accuſatione. Similiter, nè ſummorum quiſpiam, minorum accuſationibus impetatur, aut diſpereat. Neque in re dubia detur ſententia, nec vllum iudicium, niſi ordinabiliter habitum, teneatur.

3. q. 4. Detractores quoquè.
2. q. 7. Maiorũ quiſpiam.

29 Plura de his ideò hic non inſerimus, nè vacare, vel vt memorem prædictam facere ſynodum videremur, aut faſtidium legentibus audientibusque prolixa faceret epiſtola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora ſcire voluerit, in ſacro noſtræ Eccleſiæ ſedis ſcrinio & ea, quæ prædiximus, inuenire poterit. Verum me dixiſſe, teſtis eſt diuinitas. De receptione verò ſedis, & ſacerdotij, atque honoris, quæ dixiſtis Athanaſium abſque concilij decreto ſuſcipere, non ità inuenimus, ſicut calumniati eſtis, ſed quorundam Epiſcoporum conſilio atque decreto recipit ſuum, quod iniuſtè perdiderat, ſacerdotium, ac rediit in ſede. Quòd enim ſcripſiſtis, non eum poſſe à pauciore numero Epiſcoporum reſtitui, quàm depoſitus fuerat, non ità eſt: nec hæc regula orthodoxorum ſanctæ Eccleſiæ eſt Epiſcoporum, ſed Arianorum, ſociorum videlicet veſtrorum, hæc adinuentio, ad perditionem orthodoxorum Epiſcoporum cõtexta eſt. Nam ut nobis à veracibus eſt teſtibus relatum, quandò Antiochiæ pro damnatione fidei de conſubſtantialitate prolata, fuiſtis cõgregati, odio prædicti Athanaſij hanc regulam protuliſtis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis Epiſcopis hoc concilium actum eſt, nec Romanæ Eccleſiæ legatio interfuit, canonibus præcipientibus, ſinè eius authoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum eſt aut erit vnquàm concilium, quod non fultum fuerit eius authoritate.

Diſtr. 17. Regula iſta nulla.

30 Igitur de fuga, ſuper qua Athanaſium reprehenditis, non * benè agitis, cùm ipſe Dominus mandatum hoc nobis dederit, Cùm perſecuti vos fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Et ipſe Dominus, per ſemetipſum exemplum nobis * demonſtrans, quando phariſæi concilium fecerunt aduersùs eum, vt eum occiderent: ſciens autem Ieſus, diſceſſit indè. Et alibi: Tulerunt lapides Iudæi, vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo. Et tranſiens per medium eorum, abiuit, & ità diſceſſit. Nam & diſcipuli, propter metum Iudæorum, receſſerunt, celãtes ſemetipſos. Et Paulus, in Damaſco à principe gentis quæſitus, de muro in ſporta depoſitus eſt, & manus quærentis effugit. Et alij quàm plurimi & innumerabiles ſancti, tam in veteri teſtamento, quàm in nouo, fugiſſe leguntur. Si ergò fugam improperatis fugientibus, erubeſcite potiùs perſequi, & quieſcite inſidiari, quieſcentque continuò fugientes. Nam ſiue perimatis eos, mors ſemper contra vos exclamat: ſiue rurſùs exilia ſuperponatis, vbique in vos mali memoriam deſtinare noſcuntur, &

* rectè
Matt. 10. g
* demonſtrauit.
Mat. 12. b
Ioan. 8. g
Lucæ 4
Ioã. 20. & 2. Cor. 11

illi

illi patiendo ſibi proficiunt. Vnde & Domi-
Matt.10.c nus ait: Nolite timere eos qui occidunt cor-
pus, animam autem non poſſunt occidere.
Sed potiùs eum timete, qui poteſt & animam
& corpus perdere in gehennam. Multos
enim cognouimus, peſſimis machinationibus
* mihi iniuſtè depoſitos. Ideò ſummopere * à me,
cui vice apoſtolorum principis, vniuerſalis ec-
cleſiæ cura commiſſa eſt, prouidendum eſt,
auxiliante ipſo ſummo Apoſtolo, nè deincèps
2. q5. 6. talia fiant: quoniam ideò huic ſanctæ ſedi prę
Ideò huic fata priuilegia ſpecialiter ſunt conceſſa, tam
ſanctę ſedi. de congregandis concilijs & iudicijs ac reſti-
tutionibus Epiſcoporum, quàm & de ſum-
mis Eccleſiarum negocijs, vt ab ea omnes op-
preſſi, auxilium, & iniuſtè damnati, reſtitu-
tionem ſumant, & talia ab improbis nè præ-
ſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſ-
que damnatione. Non ergò rectè egiſtis, quòd
prædictos fratres calumniati eſtis, dicente
Leui.19.c Domino: Non facies calumniam proximo
tuo, nec vi opprimes eum. Nec rectè egiſtis,
quòd nobis inconſultis, concilium celebrâ-
ſtis, eoſque ad concilium vocâſtis, & damna-
re præſumpſiſtis, canonibus (vt præmiſſum
eſt) iubentibus, nihil ex his abſque huius ſan-
ctæ ſedis authoritate fieri debere. Non rectè
egiſtis, quòd regulariter à nobis ad concilium
vocati, venire diſtuliſtis. Non rectè egiſtis,
quòd contra eos rationem reddere, ut veſtra erga
eos, aut probaretur recta ſententia, aut impro-
baretur, non veniſtis, nec rationalem mandâ-
ſtis cauſam, ut quid hæc renuiſtis.

His ergò omnibus perpenſis, manifeſtum
eſt, vos reos exiſtere, & illos innocentes rema-
nere: & vos rectè excommunicatos, illoſque
iuſtè liberari. Noluit itaque Dominus tam
leuiter ſuos tractari miniſtros, ſicut facitis;
aut à vobis damnari, ſed (ſicut memoratum
eſt) aut ab hac ſancta Sede, cui commiſſa
ſunt, aut ſuo reſeruari iudicio. Ait enim:
Lucæ 10.c Qui vos contriſtabit, me contriſtabit. Qui
Col.3.d fecerit iniuriam vobis, recipiet id quod ini-
què geſſit. Et quanta pœna expectet eos, qui
Matt.18.a Domini ſcandalizant diſcipulos, Euangelium
Marc.6 f ſufficienter exponit, vbi de ſcandalizantibus
diſcipulos loquitur. Nam quòd à vobis non
ſint damnandi, ſed aut ab hac ſancta (ut præ-
fatum eſt) ſede, aut ſibi reſeruandi, ipſe ma-
nifeſtè dat exemplum, quandò peccantes ſa-
cerdotes, quorum locum modò in ſancta Ec-
Matt.21.b cleſia tenent Epiſcopi, non per alium, ſed per
Marci 11.b ſemetipſum vendentes & ementes eiecit de tē-
Lucę 19 g plo, & menſas nummulariorum proprio euer-
Ioan.2.c tit flagello, & eiecit de templo. Et ipſe alibì
Pſalm.81. ait: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio
autem deos diſcernit. & reliqua talia & his ſi-
milia. Et alibì idem ipſe ait: Nolitè iudicare,
Matth 7.a vt non iudicemini: nolite condemnare, vt non
Lucæ 6.f condemnemini. In quo enim iudicio iudica-
ueritis, iudicabimini.

31 Quapropter non tam temerè (ut vos fa-
30. q5. 5. citis) quiſpiam ſuam præſumat euomere ini-
Iud.opus,

quitatem, ſed iudicantem cuncta oportet ri- & in decr
mari, & ordinē rerum plena inquiſitione diſ- Eleuth.
cutere, nec de illis, quæ ei inconceſſa ſunt, vl- Papę.
lo modo iudicium præſumere interrogandi
ac proponendi, adijciendique, patientia præ-
bita ab eo, vt ibi actio partium limitata ſit ple- In decre.
niter. Nec * priùs litigantibus ſua velit ſenten- ſuo lib.4.
tia obuiare, niſi quandò illi peractis omni- *priùs iu-
bus, iam nihil ampliùs habuerint in quæſtio- dex.
ne quod proponat. Nec oportet quenquam
iudicari aut damnari, antequàm ſuos accuſa- [illegible]
tores præſentes habeat, locumque defenden-
di accipiat ſpatioſum ad abluenda crimina. d.82.[illegible]
32 Similiter, in iam fata ſynodo ſtatutum 2.q 6. vl-
eſt, vt vltra prouinciæ terminos accuſandi li- tra prouin
centia non progrediatur, niſi ad hanc apoſto- ciatum.
licam fuerit Sedem prouocatum, ad quam Et in 2.
omnes qui voluerint, liberè & abſque vllo im- epiſt. dec.
pedimento à * quibuſdam agendo, confluere Step.1.
debent. 1. quibuſ-
uis [illegible]
33 Similiter in iam præfixa ſynodo eſt de- gendo [illegible]
cretū, nè ſuſpecti, aut infames, aut criminoſi, 3.q.5. Si-
aut * gratioſi, vel calumniatores, vel affines; militer in
aut ſcelerati, aut facilè litigantes, ſuſcipiantur pręfa.
accuſatores, ſed tales, qui omni careant ſuſpi- *id eſt, adu
cione, quia columnas ſuas Dominus firmiter latores, vt
ſtare voluit, nec à quibuſcunque agitari. exponit
gloſſa in
pſato ca.
34 Similiter ſtatuit præfata ſynodus, vt nul- 1.q 1. Iu-
lum ſententia, niſi à ſuo iudice dicta, conſtrin- dices autē
gat. Iudices autem alij eſſe non debent, quàm alij.
quos ipſe qui impetitur, elegerit, aut quos, ſuo
cum conſenſu, hæc ſancta ſedes, aut eius pri-
mates authoritate huius ſanctæ ſedis delega-
uerint. Ex his enim & alijs, quæ tam in hac
ſancta ſede, quàm & ab apoſtolis, eorumque
ſucceſſoribus ſunt ſtatuta, nihil præfatis epi-
ſcopis conceſſiſtis, ſed vim eis inferentes, in-
iuſteq; (vt ſuperiùs commemoratum eſt) eos
damnantes, aliquos abſentes expuliſtis, quod
omni Chriſtianæ religioni eſt inimicum. In
quibus apparet, quòd nec Domino ſua ſerua-
ſtis iura, nec huic ſanctæ matri & apoſtolicæ
eccleſiæ, quæ (vt præſcriptum eſt) eos ſuo iu-
dicio, aut huic ſedi voluit reſeruari, ne à tam
prauis (ſicut eſtis) hominibus damnarentur
aut eijcerentur. in his omnibus, vos ſtultos [illegible]
& præuaricatores Euangeliorum & cano-
num eſſe, nulli ſanè ſapientium eſt abſcon-
ditum.

35 Nec his contenti in veſtra eſtis præua-
ricatione, ſed etiam quòd priùs expulſos eos,
& ſuis expoliatos rebus, quaſi vocaſtis atque
damnaſtis, quum nullus regulariter, aut vo- 2.q 2. Nul
cari, aut iudicari poſſit, antequàm ſit regula- lus pōt cō
riter reſtitutus, & ſua omnia ei legibus ſint in- uocari.
tegerrimè reformata. Eſt nanque in ſæpè iam
dicta ſancta ſynodo ab omnibus vnanimiter
decretum, & apoſtolica authoritate robora- 2.q5.2. Si
tum, vt ſi quis Epiſcoporum ſuis fuerit rebus Epiſcopus
expoliatus, & in accuſatione pulſatus, ordi- ſuis fue.
natione pontificum oportet & decet ſanctum Et in dec.
propoſitum prima fronte cedere, vt omnia Euſebij
quæ ſuper ſuggeſtiones inimicorū ſuorū ami- Papę ſen-
tētialiter.

ſerat, legaliter primò poteſtati eius ab honorabili concilio redintegrentur, & præſul regulariter priùs ſtatui priſtino reddatur, & ipſe, diſpoſitis ordinariisq; ſuis, tunc ad tempus veniat ad cauſam, & ſi ità iuſtè videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat. Quarè ergò tranſgreſſi eſtis terminos patrum, iudicantes & damnantes eos, quos non debuiſtis? Quarè iudicaſtis, eos quos non regulariter approbàſtis? Non obſeruàſtis, quod in Regno-
1.Reg.16.b rum libro ſcriptum eſt: Non, quo modo videt homo, videt Deus: quia homo videt in facie,
1.Par.28.b Deus autem in corde videt. Et in Paralipomenon: Omnia corda ſcrutatur Deus, & omnem
In decre. Iuo.lib.4. cogitationem nouit: Et alibi ſcriptum eſt: Nō poteſt humano condemnari examine, quem Deus ſuo reſeruauit iudicio. Hæc omnia summoperè præcauenda ſunt, nec accuſatio Epiſcoporum facilè eſt recipienda, dicente Do-
Exo.23.a mino: Non ſuſcipias vocem mendacij. Et
1.Tim.5.c Apoſtolus inquit: Aduerſùs presbyterum inſcriptionem nō recipiendam, abſque duobus vel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus ſunt præcauenda, quantò magis de Epiſcopis? Quibus cognitis, magis vos dominari velle, manifeſtum eſt, quàm conſulere fratribus, aut ſuſtentare eos, quia honor inflat ad ſuperbiam: & quod promiſſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat nanque vos iuxta præfatas regulas, ſi aliquid egiſſent cōtra ſuum ordinem, mandare nobis, & expectare, quid ad veſtra conſulta reſcriberemus, intantùm, vt ſi etiàm quicquam graue intolerandumque committerent, noſtra præſtolaretur cenſura. Et nihil priùs aut aliud decerneretis, quàm quod nobis placere cognouiſſetis, ità vt à regulis præſtitutis nulla aut negligentia, aut præſumptione recederetis. Ceſſet huiuſmodi, preſſa noſtra authoritate, præſumptio: vitentur huiuſmodi nocumenta: quia nequaquàm talia patienter ferre poſſumus machinamenta, quoniam conuenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Meritò nanque nos cauſa reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori.

2.q.7.In ſancta Nicena. 36 Eſt inſupèr in prædicta ſancta Nicena ſynodo ſtatutum, vt nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione: nec illi, qui nos in ſua nolunt recipere querela vel accuſatione, quum nos ſuper illos ſciamus à Domino conſtitutos, non illos ſuper nos. Et ſicut maior non poteſt à minori iudicari, ità nec colligari: quia rarum eſt omne, quod magnum eſt. Portamus onera omniū qui grauantur, quinimmo hæc portat in nobis beatus Apoſtolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenùs eius fulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur aduerſis. Data kalēd. Nouemb. Feliciano & Maximiano viris clariſſimis conſ.

EPISTOLA IVLII PAPÆ AD ORIENTALES IN EADEM CAVSA

Athanaſij ex Apologia 2. Athanaſij.

IVLIVS DIACONO PLACILLO, Narciſſo, Euſebio, Mari, Macedonio, Theodoro, cæteriſq; eorum qui nobis dilectiſſimis in Chriſto fratribus ex Antiochia ſcripſerunt, Salutem.



Legi Epiſtolam veſtram, quam mihi mei presbyteri, Elpidius, & Philoxenus, attulerunt: miratuſque ſum, quū à nobis ea vera dilectione & bona conſcientia ſcriptū eſſet, contentioſe à vobis, & non, ut decuit, reſcriptum eſſe. Faſtus enim & arrogantia ſcribentium in Epiſtola apparebat. Atqui aliena ſunt iſta à fide in Chriſtum, decuit enim eum, qui cum dilectione ad vos ſcriberet, eandem viciſſim dilectionem, non autem contentionē referre. Quidnā nō dilectionis indiciū erat, nos presbyteros miſiſſe, qui compaterentur patientibus, & inuitarent eos, qui iudicium ſcriptis poſtulauerant? vt præſto eſſe vellent, quo primùm omnia componerentur, & emendationem acciperēt, ne diutius aut fratres noſtri iniurias, aut vos calumnias pateremini? Nec ſcio cur vobis ita rem agere placuit, vt nos in hanc opinionem redigatis, vt arbitremur nos ſub ſpecie reuerentiæ pro ludibrio eſſe habitos, dictaq; veſtra irridentium fuiſſe, quum & presbyteros noſtros ad vos miſſos, quos cum gaudio remiſſos oportuit, cum luctu remiſeritis ob ea, quæ iſtic geri conſpiciebant. Ego certe cum literas veſtras euoluerem, poſt varias vltro citroque cogitationes, eas ſupprimendas putaui, ea ſpe, quòd crederem fore aliquos ex veſtris aduenturos, nec opus fore iſtiuſmodi epiſtolis, ne ſi illæ in publicum promerentur, multos hic dolore afficerent. Cæterum vbi nullus veſtrûm superuenerat, neceſſum fuit vt eas proferrem. Credite mihi, omnes admiratione pleni vix induci poterant, vt crederent iſtiuſmodi literas à vobis profectas eſſe, in quibus rixandi potius quam charitatis affectus eminebat. Quòd ſi ambitione eloquentiæ oſtentandæ, ita exceptæ ſunt à dictatore, id certe ſtudium ad alios ſpectat. In rebus enim Eccleſiaſticis, non ſpecimen eloquentiæ, ſed canones Apoſtolici requiruntur, operaque dari ſolet, ne quis ex paruis in Eccleſia ſcandalizetur: Expedit enim ſecundùm Eccleſiaſticum verbum, molam aſinariam ſuſpendi à collo atque ita demergi, quàm vnum

ex puſillis ſcandalizare. Quòd ſi aliquibus in alios ob puſillanimitatem offenſis (nō enim omnium talem mentem fuiſſe arbitror) iſtiuſmodi epiſtolam ſcribi placuit, primum decuit neminem offendi, neque Solem occidere ſuper huiuſmodi offenſis, certe eo res deduci nō oportuit, vt offenſiones ſuas ſcriptis proderēt. Quid enim actum eſt dignum offenſa? aut qua in re vobis quibus ſcripſi, cauſam ſuccenſionis præbui? an quia adhortati vos ſumus, vt ad Synodum occurreretis? Atqui illud potius cū gaudio excipi oportuit. Qui enim bene ſentiunt de ijs quæ egerunt, & in quibus ipſi (vt aiunt) iudices fuere, non indignanter ferre ſolent, ſi quod ab ipſis iudicatum eſt, ab alijs excutiatur, quippe qui ſecuri ſint, ea quæ ipſi iuſta iudicauerunt, iniuſta nunquam fieri poſſe. Quo circa Epiſcopi in magna Synodo Niceæ congregati, non ſine Dei conſilio permiſerunt prioris Synodi acta, in alia Synodo examinari, vt & illi qui iudices erant, præ oculis habentes ſecundùm de ea ipſa re iudicium futurum, cum omni diligentia cauſam expenderent, & illi qui ſententiam acceperant, certo agnoſcerent, ſe non per ſimultatem priorum iudicum, ſed iure & merito condemnatos eſſe. Quòd ſi iſtiuſmodi cōſuetudo olim fuit eiuſq; memoria renouata eſt, & ſcripto prodita in magna Synodo, eamque apud vos valere non ſinitis, rem profecto indecoram facitis. Morem enim, qui ſemel in Eccleſia obtinuit, & à Synodo confirmatus eſt, iniquum eſt à paucis abrogari, quin ne hoc quidem conceſſio quicquàm æqui habet veſtra offenſio. Siquidem veſtri legati, Macarius preſbyter, & Heſiochus diaconus, nullo modo quum huc veniſſent, pares preſbyteris ab Athanaſio miſſis, ac ſemper ab illis conuicti, refutatique, concilium indici poſtularūt, literaſque & ad Euſebianos, & Athanaſium Alexandriam, quibus conuocarentur, mitti, vt coram omnibus iuſto iudicio de cauſa cognoſci poſſet: tum enim ſe de Athanaſio probaturos eſſe, quod iam nequirent. Publice enim coram nobis Martyrius & Heſychius refellebantur, Athanaſij presbyteris bona cum fiducia alacriter reſiſtentibus, Martyrius vero cum ſuis, ſi vera dicenda ſunt, vbiq; profligebatur, ac proinde concilium generale poſtulauit. Si igitur Martyrio & Heſychio nullam Synodum poſtulantibus adhortatot fuiſſem, ut ad Synodum, qui ad me ſcripſiſſent, conuocarentur, idque in gratiam fratrum, qui ſe iniuriam pati conquerebantur, etiam uel ita æqua & iuſta fuiſſet noſtra cohortatio, quum ea ſit & Eccleſiaſtica & Deo grata; iam vbi iidem qui à uobis pro gradibus viris & fide digni habiti fuere, authores mihi fuerunt vt vos conuocarem, certè id à uobis ægre ferri non debuit, ſed potius alacriter ad citationem occurrere. Quaprópter indignatio eorum qui hac citatione offenduntur, temeraria; & tergiuerſatio ſiſtendi ſe in iudicio, inhoneſta & ſuſpicioſa videtur. An quiſpiam ſtomachari debet, ſi quæ ipſe fecit, ab alijs fieri videat? Si enim, vt ſcribitis, inconcuſſam habet authoritatem quælibet Synodus, & contumelioſe agitur cum Iudice, cuius iudicium ab alijs examinatur, conſiderate quæſo dilectiſſimi, qui nam ſunt, qui Synodum improbant, & qui aliorum iudicata reſcindunt, ne ſingula excutiendo certos homines grauem. Certe id quod poſtremo geſtum, quum ſit horrendum auditu, ſufficit ad cetera quæ à me omittuntur, cōprobanda. Ariani à beatæ memoriæ Alexandro quondam Alexandriæ Epiſcopo ob impietatem ad cauſam dicendam citati, non ſolum in eo iudicio à ſingulis ciuitatibus reijciebantur, ſed ab omnibus ſimul qui ad Nicænum concilium coierant, anathemate feriebantur. Nihil enim erat in illorum delicto vulgare, neque in hominem peccauerant, ſed in ipſum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum Filium Dei viuentis, ijdem tamen ita ab uniuerſo orbe reiecti, & per omnem Eccleſiam famoſiſſime notati, nunc denuo in Eccleſias (quod quidem triſte veſtris animis arbitramur) recipi perhibentur. Qui nam igitur ſunt qui Synodum uituperant, & trecentorum Epiſcoporū calculos pro nihilo habent, & impietatem pietati anteponunt, niſi Ariomanitæ ab omnibus vbique Epiſcopis cōdemnati & abdicati? Athanaſius contra & Marcellus Epiſcopi plurimos habent, qui verbis ſcriptiſque ſuis eorum innocentiam tuentur. Marcelli enim fides confeſſioque Niceæ ſpectata eſt, quum Arianis cōtradiceret. ibidem quoque Athanaſij ſynceritas in tuenda fide ſpectata fuit, qui nec Tyri condemnatus eſt, nec Mareotæ præſens fuit, vbi contra eum abſentem in lite proceſſum eſt, Scitis autem dilectiſſimi, monumenta actorum vbi vna duntaxat pars adfuerit, nullarum virium eſſe, & ſuſpecta haberi. Nos tamen, quanquàm ita actum eſſet, pro re certius cognoſcenda, neque vobis qui contra eum, neq; illis qui pro eo literas miſere, præiudicium facientes, cohortati ſumus omnes quotquot ſcripſerant, vt præſentes ſe iudicio ſiſterent, quo omnia ad amuſſim, quia quàm plurimi pro vtroque ſcribūt, in Synodo examinari poſſent, ne vel innocēs condemnetur: aut qui rei ſunt, puri habeantur. Non igitur à nobis vilipenditur Synodus, ſed ab illis qui quouis modo & temere Arianos ab omnibus condemnatos, contra ſententiam eorum qui cauſam iudicauerunt, recipiunt, quorum pleriqne ſoluti iam à corpore cum Chriſto viuunt, alij adhuc in vita manentes indigne ferunt, ſua iudicia ita à quibuſdam reſcindi. Hæc ita eſſe ex ijs, quæ Alexandriæ acta ſunt, deprehendimus. Nam Carpones quidam ab Alexandro ob Arianam hæreſim cum quibuſdam alijs eiuſdem criminis reis olim citatus huc ad nos venit, miſſus à Gregorio. Id ipſum quoque ex Macario preſbytero, & Martyrio, & Heſychio diaconis didicimus, qui antequàm iudicio ſe ſiſterent Athanaſij presbyteri, authores nobis fuere, ut

ſcribe-

ſcriberemus Alexandriam cuidam Piſto, quo tempore etiam dum Athanaſius Epiſcopus Alexandriæ verſabatur. Hunc autem Piſtum Athanaſij presbyteri ſuperuenientes docuerunt Arianum eſſe, & eo nomine, & ab Alexãdro, & Synodo Nicena reum factum, graduſque ordinis ſui à quodam Secundo, quem magna Synodus, vt Arianum reiecerat, accepiſſe. Videtis igitur vel ex hac cauſa, qui potius in culpa habendi ſunt, noſne, qui perſuaderi nõ potuimus, vt Ariano Piſto literas ſcriberemus, an illi qui mihi conſilium dedere, vt contempto magno concilio, ad impios hæreticos veluti ad pios homines literas darem. Certe Macarius preſbyter, cum Legatus ab Euſebio venerat, vbi audiuit Athanaſij preſbyteros Piſto obſiſtere, noſque eius præſentiam non admittere, vnà cum Martyrio & Heſychio, quamuis graui valetudine de nocte profectus eſt, vt non inconcinnè diuinaremus eum impatientia refutati Piſti fugam arripuiſſe. Impoſſibile enim eſt Secundi ordinationem vtpote Ariani, vim vllam in catholica Eccleſia habere: id enim vere ad Synodi, & ad Epiſcoporum, qui in Synodo fuere, contumeliam vergeret, ſi quæ illi tanto ſtudio & cura, veluti Deo præſente egiſſent, à nobis vt vana futiliaque abrogarentur. Quòd ſi igitur (quemadmodum ſcribitis) pro exemplis in Nouatum & Paulum Samoſatenſem editis decreta Synodorum obſeruari oportet, certe minime oportuit calculos trecentorum Epiſcoporum irritos haberi, aut catholicam Synodum à paucis contemni. Æquæ enim, vt illi Ariani hæretici ſunt, & calculi contra iſtos dati paris ſunt momenti, cum calculis quibus illi damnati ſunt. Tali igitur commiſſa audacia, quinam dicendi ſunt flammam diſcordiæ accendiſſe, ſiquidem id nobis in veſtris literis obijcitis. Nos ſcilicet diſcordiam induximus, qui compatimur cum patientibus fratribus, & omnia ſecundum canonem facimus? an qui contentioſe violato canone trecentorum decreta præuaricantur, & per omnia Synodum contemptui habent? Quum non ſolum Arianos recipiant, ſed iam in vſu habeant de loco in locũ ad Epiſcopatus capiendos tranſilire. Si igitur vere parem eundemque honorem in omnibus Epiſcopatibus cenſetis eſſe, neque ex magnitudine ciuitatum (vt uos ſcribitis) honorẽ eius rei creſcere arbitramini, oportuit eum, cui concredita eſt parua ciuitas, in ea quæ credita eſt, permanere, & nequaquàm reiecta cõcredita, ad eam quæ concredita non eſt, tranſuolare: ne eam quæ à Deo data eſt, aſpernari, illam vero quæ hominum ambitu conceſſa eſt, magnifacere videatur. Oportuit igitur vos dilectiſſimi huc accedere, & nequaquàm tergiuerſari, vt res ad finem deducatur: id enim ratio requirit. Sed fortaſſe dies conſtituti temporis breuior, quàm par erat, impedimento fuit (nam huiuſmodi in literis veſtris querimoniam facitis) atqui illud dilectiſſimi, promera cauillatione putandum eſt: Si enim aliquos in itinere dies oppreſſiſſet, arctitudo breuitaſque temporis accuſari potuiſſet. Iam quũ illi qui nec ipſi venire voluerunt, & presbyteros ſuos vſque ad menſem Ianuarij, ne venirent, detinuerunt, liquide apparet iſtam cauſificationem eorum hominum eſſe, qui ſibi nõ ſatis confidunt: veniſſent enim, vt dixi, ſi de ſua cauſa bene ſperaſſent, non reſpectantes ad interuallum itineris, aut temporis conſtituti ſpacium, ſed ex iure ſuo & rationibus fiduciam collegiſſent: eſto ut tempus in cauſa fuerit, cur non venerint: id enim quoque in ſcriptis veſtris ſignificatis, quum dicitis æquum ſcilicet fuiſſe, vt reſpectu tantorum temporum, quæ venientibus ex Oriente neceſſaria eſſent, veniẽdi citationem omitteremus. Si igitur, quia dies breuior fuit, iter omiſſũ eſt, nequaquã oportuit ijs ipſis tẽporibus vos præbere authores ſchiſmatis, luctus & lachrymarum in Eccleſia. Iam qui talia agunt, oſtendunt non tempora ipſorum profectiom, ſed conſcientiam obſtitiſſe. Admiror quoque eam partem epiſtolæ, & neſcio quomodo hoc ſcribere potuiſtis, id vobis ægre eſſe, quòd Euſebio cum ſuis duntaxat, & non itidem omnibus vobis literas ſcripſerim, citius in hac expoſtulatione moroſitatem prõpiſſimam, quàm veri quid deprehendas. Ego enim cum non aliunde literas contra Athanaſium accepiſſem, quàm à Martyrio & Heſychio, neceſſario illis reſpondi, qui ſcripſerant contra Athanaſium. Oportuit igitur non ſolũ Euſebianos abſque uobis ſcribere, aut vos quibus non ſcripſi, non moleſte ferre, ſi reſcripſerim illis qui mihi ſcripſerant: nam ſi par erat ad vos omnes literas dari, par quoque erat & vos vnà cum illis literas mittere. Nunc autem quod conſentaneum erat reſpicientes, illis ſcripſimus qui nos certiores reddiderant, & literas miſere. Quòd ſi id vos commouet, quòd illis ſcripſerim, conſequens eſt vt indignemini quoque, quòd illi ſoli mihi ſcripſerint. Verum in hoc ipſa iuſta & rationabilis cauſa eſt, dilectiſſimi, quam vobis intimandam puto. Nam tametſi ſolus ſim, qui ſcripſi, non meam tamẽ ſolius ſententiam, ſed omnium Italorum, & omnium in his regionibus Epiſcoporum ſcripſi. Ego autem omnes nolui ſcribere, ne à multis onerarentur, certe ad conſtitutum tempus conuenere Epiſcopi, & eius ſententiæ fuere quam vobis iterum ſignifico, quapropter dilectiſſimi, etiam ſi ſolus ſcribo, ſcribere me tamen communem omnium ſententiam uos ſcire volo. Hæc quidem à nobis aduerſus non æquas veſtrorum hominum, ſed iniuſtas & ſuſpectas cauſificationes dicta ſunto. Quòd autẽ non temere aut iniuſte ſuſceperim in communionem coepiſcopos noſtros, Athanaſium, & Marcellum, etiam ſi prius dicta ſufficiant, breuibus tamen ratio vobis iſtarum rerum demõſtranda eſt. Scripſere prius Euſebius cum ſuis contra Athanaſium ſcripſiſtis & vos in præſentiarum, ſcripſere etiam plurimi ex Ægypto

& ex alijs prouincijs Epiſcopi pro Athanaſio: nam quod ante omnia obſeruari oportet, literæ veſtræ aduerſus Athanaſium inter ſe pugnant, & primæ cum ſecundis nullum concentum habent, ſed in pleriſque primæ à ſecundis deſtruuntur, & ſecundæ à primis redduntur ſuſpectæ, ex diſcrepantibus autem literis nulla certitudo cõſtitui poteſt. Quòd ſi veſtris literis fidem dari poſtulatis, æquum eſt & literis eorum qui pro eo ſcribunt, fidem non abnegare, & maxime, quòd vobis à patria eius lõge diſtãtibus, illi qui in ijſdem locis cum Athanaſio degunt, vt de homine noto, rebuſque ibi geſtis certiores, probum teſtimonium de vitæ eius innocentia perhibent, affirmantes eum non niſi confictis criminibus opprimi. Quia & Arſenius aliquando dictus ab Athanaſio interfectus, quem iam cognouimus in vita eſſe, & cũ Athanaſio amicitia fouere, is ipſe affirmat, ea quæ acta ſunt Mareotæ, in abſentia alterius partis acta fuiſſe: neq; enim ibi adfuiſſe Macariũ pſbyterũ, qui reatũ ſuſtinebat, neque Epm eius Athanaſiũ, & hoc non ſolũ ex verbis eius, ſed ex monumentis actorum per Martyrium & Heſychium allatis cognouimus: ea enim perlegentes, inuenimus accuſatorẽ Iſchyram ibi preſto fuiſſe: Macarium autem & Athanaſium nequaquam adfuiſſe, neque Athanaſij presbyteros, quamquàm hoc ipſum magnopere ſolicitantes, admiſſos eſſe. Oportebat autem dilectiſſimi, ſiquidem ſynceriter illud iudiciũ agebatur, non ſolum accuſatorem, ſed & reum præſentem ſiſti. Et vt Tyri Macarius aderat reus, & Iſchyras accuſator, vbi nihil criminum docere potuit: ita quoque in Mareoten non ſolum oportuit accuſatorem, ſed & reum quoque vna proficiſci, vt vel præſens conuinceretur, vel ſi victus non eſſet, appareret eum calũnijs petitum fuiſſe: iam cum hoc factum non ſit, ſed ſolum ibi accuſator ſteterit, cum ijs quos vt ſuſpectos Athanaſius reijciebat, actorum illorum monumenta ſuſpicione carere non poſſunt. Addebat præterea in ſua querela, eos qui Mareoten profecti ſunt, ſe inuito eò profectos eſſe: miſere enim eò (vt ipſe dicebat) Theognium, Marium, Theodorum, Vrſaciũ, Valentem, & Macedonium, homines ſuſpectos, neque hoc ita eſſe ſolummodo verbis ſuis, ſed literis quoque Alexandri Theſſalonicenſium Epiſcopi demonſtrabat: protulit enim epiſtolam illius ſcriptam ad Dionyſium, qui in ea Synodo Comes erat, quibus Epiſcopus ille liquidò declarat, Athanaſium calumnijs, & ipſius quoque accuſatoris Iſchyræ coniurationibus opprimi, veram manum & authenticam protulit, in qua ille teſtatur Deum omnipotentem inuocans, neque calicis confractionem, neque menſæ ſubuerſionem vllam fuiſſe, ſed ſe ſubornatum eſſe à certis hominibus, vt hoc crimen confingeret: deinde dum huc excurriſſent Mareotæ presbyteri, affirmarunt, neque Iſchyram eſſe Catholicæ Eccleſiæ presbyterum, neque tale quid commiſiſſe Macarium, quale illi imputabat. Quinimo presbyteri & diaconi quum huc veniſſent, non tenuiter ſed prolixe teſtimonia dixere pro Athanaſio, affirmantes nihil eorum quæ illi obijcerentur, verum eſſe, eumque coniurationibus premi, quin & Epiſcopi ex Ægypto & Africa in ſuis ſcriptis affirmarunt, conſtitutionem Athanaſij in ſuſcipiendo Epiſcopatu, legitimam & Eccleſiaſticam fuiſſe, neque cædem commiſſam, neque quenquam per illum ſublatum eſſe, neque poculum vllum confractum, ſed omnia eſſe conficta. Et ex ipſis iudicijs in Mareota per abſentiam alterius partis habitis, oſtendebat Athanaſius, vnum catechumenum in examinatione ſui dixiſſe, ſe intus cum Iſchyra fuiſſe, quo tempore Macarius presbyter Athanaſij eò, vt aiunt, ſe in eum locum intromiſiſſet, alios item examinatos pro teſtimonio dixiſſe, Iſchyram in cellula parua latuiſſe, alios poſt oſtium ægrotum eodem tempore decubuiſſe, quo Macarius ſuperueniebat. Ex iſtis rationibus Athanaſii facile colligebamus, fieri nõ potuiſſe, vt qui morbo poſt oſtium decumbebat, in ſacris conſtiterit & oblationem confecerit, nec oblationem proponi potuiſſe, cum intus catechumeni verſarentur, quibus intus adhuc agentibus, tempus oblationis nondum eſſe potuit. Hæc vt iam expoſui, pro ſe dicebat Athanaſius, & rẽ ita eſſe ex actis declarabat, idẽ affirmantibus cæteris qui cũ eo erant, prorſus nunquã Iſchyrã Eccliæ pſbyterũ fuiſſe, aut vt pſbyterũ ſynaxim cũ alijs feciſſe. Neq; enim quo tẽpore Alexander ex humanitate magni cõcilii, eos, qui erant ex ſchiſmate Meletii, recipiebat, hunc à Meletio tanquàm ſuum nominatum fuiſſe affirmabant, quod ipſum maximum ſignum eſt, non fuiſſe illum ex numero Meletianorum: nam ſi Meletianus fuiſſet, omnibus modis illum in eorum claſſe recenſuiſſent. Quin & alibi falſa dixiſſe Iſchyram ex ipſis actis cõprobatum eſt ab Athanaſio, quippe qui in crimine de combuſtis libris falſi conuictus ſit ab iis quos in teſtes adduxerat. Quũ igitur iſtiuſmodi allegarentur, & tot teſtes pro Athanaſio ſtarent, & ipſe tam iuſta pro ſe adferret, quid quæſo nos oportuit facere? an non quod Eccleſiaſtici canonis eſt? hominemque proinde non condemnaremus, ſed potius reciperemus? cũque pro Epiſcopo, quemadmodum eſt, haberemus? Præter hæc omnia annum totum & integros ſex menſes apud nos hæſit, veſtram præſentiam expectans, aut quotquot comparere auderent, ſuaque præſentia pudefecit omnes: non enim iudicio ſteтiſſet niſi ſui fiduciã habuiſſet, neque ſponte, ſed literis noſtris ad iudicium vocatus comparuiſſet, quemadmodum vos per literas citauimus, & tamen poſt tanta argumenta nos veluti inſolitum quiddam agentes reprehenditis. Qui igitur ſunt, qui contra canones agunt? nóſne qui cum tantis rerum documentis virum recipimus? an qui ſolum ad trigintaſex ſuffragia eorum, qui Antiochiæ fuere, externum hominem Epiſco-

pum

pum ſalutarunt? eumque militari manu Alexandriam deduxerunt, quod ne tunc quidem factum eſt, quum Athanaſius in Galliam relegabatur, quod tum haud dubie factum fuiſſet, ſi pro vere damnato habitus fuiſſet: certe quũ inde ab exilio rediret, etiam tum ſuam Eccleſiã, à qua recipiebatur, vacantem inuenit. Prorſus ignoro quanam ratione facta ſunt, quæ facta ſunt. Primum enim (ſi verum dicendum eſt) non decebat, quum nos ad celebrandam Synodum literas mitteremus, aliquos præoccupare iudicium Synodi, deinde non decuit nouos iſtos modos contra Eccleſiam induci: vbi enim eſt iſtiuſmodi Eccleſiaſticus canon, aut iſtiuſmodi traditio Apoſtolica? vt in pace agente Eccleſia, & Epiſcopis concordibus cum Epiſcopo Alexandriæ Athanaſio immittere Gregorium peregrinum & exterum hominẽ, neq; Alexandriæ baptizatum, neque plebi cognitum, neq; poſtulatum à presbyteris, eumq; Antiochiæ creare Epiſcopum, atque inde deducere Alexandriam, non cum presbyteris, aut diaconis ciuitatis, non cum Epiſcopis Ægypti, ſed cum militibus? Hæc enim dixere & conqueſti ſunt, qui huc venerunt. Si enim poſt Synodum in culpa fuiſſet deprehenſus Athanaſius, non tamen oportuit creationem noui Epiſcopi ita illegaliter & præter canonẽ Eccleſiaſticum fieri, ſed in ipſa Eccleſia, & ex ipſo ſacerdotali ordine, & ex ipſo clero eius prouinciæ Epiſcopos conſtitui, & nequaquam ex illis qui nunc Apoſtolorum canones violãt. Age ſi in quenquam veſtrum id commiſſum eſſet, nonne vociferaturi eſſetis? nonne vindictam, quaſi violatis canonib[us], poſtulaturi fuiſſetis? Dilecti credite, tanquam Deo præſente, cum veritate loquimur, quod loquimur. Non eſt iſtud pie factum, non ex iure, non Eccleſiaſticè. Quinimo quæ feruntur acta in introitu Grægorij, oſtendunt qualis fuerit ordo in eius ordinatione: temporibus enim ita pacatis, prout renunciant qui inde veniunt, & quemadmodum Epiſcopi ſcribunt, ipſa Eccleſia incẽdium paſſa eſt, virgines denudatæ, monachi conculcati, presbyteri, & multi ex populo indigne habiti, & violati, Epiſcopi in carcerem detruſi, multi item ſpoliati. Sacra myſteria de quibus incuſabant Macarium presbyterum, ab ethnicis direpta, & in terram abiecta ſunt, vt vi cogerent nonnullos, ad conſtitutionem Gregorij approbandam. Hæc & iſtiuſmodi oſtendunt, quinam ſint canonum præuaricatores. Nam & ſi legitima fuiſſet eius conſtitutio, non tamẽ cum præuaricatione legum coegiſſet eos ſibi obtemperare, qui ei legitime obaudiebant. Et tamen cum talia ſcelera deſignata ſint, ſcribitis magnificam pacem Alexandriæ & per Ægyptũ fuiſſe, quaſi res officiumque pacis in contrariam iam ſignificationem abierit. Illud quoque neceſſarium exiſtimaui quod vobis indicaretur, Athanaſium affirmaſſe, Macarium ſub cuſtodia militum habitum eſſe, & ſolum accuſatorem vnà cum illis qui Mareoten proficiſcebantur, abijſſe, & presbyteris rogantibus, vt in quæſtione adeſſe liceret, pernegatum, & quæſtionem habitam fuiſſe de calice & menſa in præſentia præfecti & eius cohortis, aſſiſtentibus tum Ethnicis, tum Iudæis. Id principio nobis incredibile videbatur, niſi ex ipſis actorum monumentis demonſtratum fuiſſet, certe nobis magnæ admirationi fuit, ut etiamnum vobis eſſe puto. Atqui ne presbyteris quidem adeſſe permittitur in myſterijs, quum tamen ipſi quoque ſacrorum adminiſtri ſint. Iam quis non execretur ſub externo iudice præſentibus catechumenis, & quod peius eſt, Ethnicis & Iudæis Chriſtianiſmum blaſphemantibus, quæſtionem de ſanguine & corpore Chriſti haberi? Nam ſi omnino delictum aliquod perpetratum fuiſſet, oportebat de eo in Eccleſia inquiri ſub legitimis clericis. De Marcello autem poſtquam de illo quoque, ut impio, in Chriſtum perſcripſiſtis, vobis ſtuduimus ſignificare, cum cum huc veniſſet, affirmaſſe falſa eſſe quæ de ſe in literis veſtris ſcripta eſſent, ſed tamen cum à nobis poſtularetur, vt de fide diceret, tanta cum fiducia per ſe reſpondit, ut nemo non perciperet, cum nihil à veritate profiteri alienum, ſed eadem cum pietate qua Eccleſia de Domino ac Saluatore noſtro ſentire, neque iam tantummodo, ſed etiam olim huius ſententiæ ſe fuiſſe confirmabat, vti & noſtri presbyteri, qui tunc in Nicæno concilio aderant, de ipſius recta fide conteſtabãtur: Nam & eum tunc quoque in ſententijs dicendis dimicaſſe cum Ariana hæreſi, teſtes fuere, cuius quoque vos admonitos velim, ne quis talem hæreſim approbet, ſed abominetur ut alienam à ſana doctrina. De viro igitur quem rectæ opinionis & ſyncerae religionis eſſe, teſtimonijs approbatum eſt, quid quæſo nos facere oportuit? anne vt eum pro Epiſcopo haberemus, quemadmodum habemus? an potius à communione repelleremus? Hæc quidem ego non tanquam eorum cauſam agens ſcribo, ſed vt & vobis fidem facerem, viros iſtos iuſte & canonicè à nobis receptos eſſe, & vos minime habere cauſam litigandi: par autem eſt vt ſtudium adhibeatis & omnibus modis elaboretis, vt quæ contra canonem acta ſunt, emendationem accipiant, & Eccleſiæ pacẽ habeant, vt Chriſti pax nobis data permaneat, & non ſcindatur Eccleſia, ne vos eam culpam veluti ſchiſmatis authores ſuſtineatis. Dico enim, & plane proteſtor, ea quæ à vobis acta ſunt, non eſſe pacis, ſed ſchiſmatis. Non enim ſolum Athanaſius & Marcellus, Epiſcopi, cum querimonijs de illatis iniurijs, ſed & plurimi alij Epiſcopi ex Thracia, Cœloſyria, Phœnicia, Palæſtina huc conuenere, presbyteri item nõ pauci, partim ex Alexandria, partim aliunde huc ad concilium occurrerunt, & coram omnibus Epiſcopis ibi congregatis, inter reliqua dicta ſua conqueſti ſunt, vim & iniuriam Eccleſijs illatas eſſe, ſuaſque Eccleſias eadem, quæ Alexandrina, paſſas eſſe, & in alijs Eccle-

ſijs

ſijs ſimilia deſignata. Ex Ægypto antem & Alexandria quum denuo ſuperueniſſent presbyteri, literas ſecum attulere, quibus plurimorum Epiſcoporum & presbyterorum querimonia continebatur, ſe, quum huc ad concilium pergerent, detentos fuiſſe, atque etiamnũ detineri. Et queadmodum poſt Athanaſij exilium contigit, Epiſcopos homines confeſſores flagris conſcindi, alios in carceribus haberi, præſuleſque longiſſimi in ſuo Epiſcopatu temporis publicis miniſterijs mancipari, & fere omnes clericos & populos Eccleſiæ Catholicæ inſidijs appeti, & perſecutionem pati: quoſdam item Epiſcopos & fratres finib⁹ ſnis eiectos eſſe, nulla alia de cauſa, niſi nt inuiti cogerentur communicare cum Georgio & Arianis: & Ancyræ quæ in Galatia eſt, non pauca aut parua deſignata eſſe, ſed prorſus eadem cum factis Alexandrinis. Audiuimus etiam iſta ab alijs, & Marcellns quoque Epiſcopus rem ita eſſe ſuo teſtimonio confirmabat. Hæc & huiuſmodi crimina contra quoſdam ex veſtris (vt nomina eorum omittam) hi qui huc venerunt, detulere, quæ ego aſſcribere ſubterfugi, & ſortaſſe ea ex alijs, quænam ſint, reſciueritis. Et hæc potiſſima mihi ſcribendi cauſa fuit vt huc veniretis, quo vobis præſentibus, omnia corrigi & ſanari poſſent, ac propterea alacrius à vobis & ſine recuſatione occurrendum fuit, ne qui hactenus infamia iſtorum ſcelerum laborant, contumacia non comparendi in iudicio, libellos contra ſe datos, videantur reſellere non potuiſſe. Quum igitur talia rumoribus famaque circumferantur, tantasque iniurias Eccleſiæ patiantur, & iſtiuſmodi inſidijs vexentur, vti affirmauere, qui hæc renunciabant, quinam quæſo ſunt, qui flammam diſcordiæ accendunt? nosne qui iſta dolemus, & patientibus fratribus compatimur? an illi qui hęc ſcelera deſignant? Miror autem quum tantæ ac tales turbationes ſint in ſingulis Eccleſijs, vt non alia de cauſa iter ſuſceperint, qui ad concilium venere, vos interim ſcribere concordiam in Eccleſijs fuiſſe, quum iſtiuſmodi ſacta, non ad ædificationẽ Eccleſiæ, ſed ad ſubuerſionem fieri ſolent, & qui iſtiuſmodi rebus oblectantur, non ſunt pacis filij, ſed perturbationis. Deus autem noſter, non eſt perturbationis, ſed pacis Deus. Quapropter qnemadmodũ conſcius eſt Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, bæc putaui neceſſaria eſſe, quæ vobis ſcriberentur, tum ut parcerem veſtræ exiſtimationi, tum quia optarem Eccleſias non in perturbatione eſſe, ſed ſecundùm canones Apoſtolorum regi, & ut nunc tandem pudefaceretis illos, qui ob mutuum inter ipſos odium ita Eccleſias vexant. Audio paucos eſſe iſtorum malorum authores, quapropter operam date, vt habentes viſcera miſericordiæ, corrigaris ea, quæ (vt dixi) contra canonem facta ſunt, ut ſi quid vitij anteuertit, id ueſtro ſtudio emendetur, & ne mihi ſcribatis, quòd Marcelli & Athanaſij communionem potius, quàm veſtram præoptauerim: nam hæc non pacis ſed contẽtionis & odii ſraterni argumenta ſunt. Atqne ideo ſuperiora ſcripſi, quo certiores facti, eos non iniuſte receptos eſſe, deſiſteretis ab huiuſmodi iurgio, qui ſi à vobis hic cum cæteris congregatis in iudicio conuicti fuiſſent, neq; probas rationes pro ſui defenſione habuiſſent, recte nobiſcum in ſcriptis veſtris expoſtulaſſetis. Poſtquàm autem, vt dixi, canonice & non iniuſte cum iis fouemus communionem, obſecro vos per Ieſnm Chriſtum, ne ſinatis diſcindi membra Chriſti, neque præoccupationibus fidem habete, ſed Domini pacem anteponatis: non enim ius aut fas eſt, ob paucorum degeneres animos, eos abiici, qui condemnati nõ ſunt aut Spiritum Domin contriſtari. Quòd ſi creditis poſſe quædam illis obiecta oſtendi, & coram in facie redargui, ueniant qui volunt. nam & ſe paratos eſſe & probaturos dicunt, quæ denunciauerunt. Certiores igitur nos dilectiſſimi de ea re faciſe, quo & illis ſcribamus, & cæteris item Epiſcopis qui huc debent conuenire, vt coram omnibus qui culpæ obnoxii ſunt, condemnentur, & ne vlterius perturbatio in Eccleſia fiat: ſufficiunt enim quæ facta ſunt, ſufficiat quoque in præſentia Epiſcoporum, Epiſcopos in exilium actos eſſe: de quare nõ eſt prolixior ſermo habendus, ne grauari videantur, qui tum adfuere. Nam ſi verũ eſt dicendnm, minime decuit eouſque procedere, aut eonſque euadere iſtas animorum degeneres puſillanimitates. Eſto vt ſint Athanaſius & Marcellus (vt ſcribitis) tranſlati è ſuis ſedibus, ſed quid de aliis dicas, qui ex diuerſis locis tũ Epiſcopi, tum preſbyteri, quemadmodum dixi, huc uenere? Nam & iſti ſe denno abreptos & iſtiuſmodi paſſos eſſe dixerunt. O dilecti, nõ iam vlterius Eccleſiæ iudicia ſecnndùm Euangelium, ſed vel ad exilium vel ad mortem inſtituuntur. Nam ſi, vt dicitis, omnino in culpa fuerunt, oportuit ſecundum canonem, & non iſto modo iudicium fieri, oportuit ſcribere omnibus nobis, ut ita ab omnibus quod iuſtum eſſet, decerneretur. Epiſcopi enim erant, & non vulgares Eccleſiæ, qui iſta patiebantur, ſed quam ipſi Apoſtoli ſuamet opera ad fidem inſtruxerant. Cur igitur & in primis de Alexandrina ciuitate nihil nobis ſcribere voluiſtis? an ignari eſtis hanc conſuetudinem eſſe, vt primum nobis ſcribatur, vt hinc, quod iuſtum eſt, definiri poſſet? Quapropter ſi iſthic huiuſmodi ſuſpicio in Epiſcopum concepta fuerat, id huc ad noſtram Eccleſiam referri oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minime fecerunt, poſtquàm iam egerint, quod libuit, ſuffragatores ſuæ damnationis, cui non interfuimus, eſſe volunt. Non ita ſe habent Pauli ordinationes, non ita Patres docuerunt, ſed ſaſtus iſte & nouum ſtudium eſt. Obſecro uos cum alacritate audite, pro publico bono iſta ſcribo: Quæ enim accepimus à beato Petro Apoſtolo, ea vobis ſignifico, non ſcripturus alioqui,

qui, quæ nota apud vos eſſe arbitror, niſi facta ipſa nos conturbaſſent. Epiſcopi abripiuntur, & ſuis è ſedibus propelluntur: alij vero aliunde in eorum loca reponuntur, alii verò inſidijs appetuntur, vt ſubditi & de abreptis doleant, & à ſummiſſis vim patiantur, vt quos optant, fruſtra requirant: quos nolunt, inuiti recipiant. Obſecro ne iſta vlterius fiant, vel potius contra illos ſcribite, qui talia moliuntur, ne deinceps has iniurias Eccleſiæ patiantur, aut Epiſcopus aut presbyter iſtiuſmodi contumelias ſentiat, aut præter animi ſententiam ea quæ nolint, vt nobis indicarunt, cogãtur facere, ne apud ethnicos ridiculi efficiamur, aut, quod præ omnibus grauiſſimum eſt, Deum exacerbemus. Vnuſquiſque enim noſtrum eorum quæ hic turbauit, rationem reddet in die iudicij, optoque vt omnes ſecũdùm Deum ſentiant, quo Eccleſiæ ſuis Epiſcopis receptis perpetuo gaudeant in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quem gloria Patri in ſecula ſeculorum, Amen. Valere vos in Chriſto opto deſideratiſſimi fratres. Hæc cum Romæ Synodus per Iulium Romanum Epiſcopum ſcripſiſſet, improba iterum audacia Euſebiani in Eccleſijs perturbandis, inſidijsque tendendis vſi ſunt. Quod cum reſcitum eſſet ab religioſiſſimis Imperatoribus Conſtantio & Conſtante, iuſſi ſunt Epiſcopi Orientis & Occidentis, Sardim conuenire: verum Euſebius interea diem ſuum obiit. Nos igitur plurimis conuenientibus, eos qui cum Euſebio communicauerant, in iudicium prouocauimus: illi vero, quibus in oculis erant ſua delicta, cõſpectis ibi ſuis accuſatoribus, magnopere iudicium exhorruere. Quum enim omnes ſe rite & legitime ſiſterent, Euſebiani ſecum Comites Muſonianum, Heſychium, & Caſtrinum adduxere, vti pro ſua conſuetudine, illorum poteſtate, quicquid animo lubuiſſet, perficerent: ibi quum ſine comitibus concilium ageretur, neq; ullus miles interueniret; icti à ſuis conſcientiis ingentem animo conſternationem acceperunt. Siquidem nõ eo modo quo volebant, iudicia de ipſis fiebãt, ſed ut ratio veritatis requirebat. Diu igitur nobis eos prouocantibus, & Synodo Epiſcoporum eos his verbis accerſente, Veniſtis ad iudicium cur igitur poſtquàm veniſtis, vos ſubducitis? atqui oportuit vos vel non venire, vel poſtquam veniſtis, latibula non quærere: id enim ipſum vobis adfert ſummam condemnationem. En adeſt Athanaſius cum ſuis, quos abſentes culpauiſtis. Quapropter ſi quid vos habere putatis, conuincite eos præſentes. Quòd ſi id à vobis fieri nequit, neque vllam ſpeciem criminis obtenditis, profecto ſycophantæ pronunciandi eſtis, neque aliam ſententiam Synodus in uos pronunciabit: quibus auditis deſpondebant animos: timebant enim quæ & ipſi fecerant, & quæ finxerant de nobis: metu igitur prohibiti ne ſe in conſpectum darent, ea ipſa fugitatione cum dedecore ſuas ſycophantias manifeſtarunt. Synodus autem ſancta, damnata illorum turpi & ſuſpecta fuga, noſtram excuſationem recepit, ibi referentibus nobis per teſtes & firmas rationes, quæ contra nos illi ipſi deſignarant, magna admiratio oborta, cognitumque eſt vulgo non ſine cauſa eos concilium, ne coram in facie conuincerentur, exhorruiſſe, dictumque à pleriſque ideo eos fortaſſe ex Oriente ad concilium veniſſe, quod Athanaſium minime venturum arbitrarentur, nunc quia illum cum ſuis præſto vident, cauſæ ſuæ diffiſi iudicio ſe committere non audent. Nos igitur, ut iniuriam paſſos & temere calumniis impetitos, receperunt, decreueruntque firmis ſanctionibus nobiſcum communionem & dilectionem eſſe fouendam. Socios autem Euſebii, eoſque qui improbius ſe in maleficiis geſſerant, depoſuerunt, Theodorum Heraclienſem, Narciſſum ex Neroniade, Acacium Cæſarienſem, Vrſacium & Valentẽ ex Pannoniis, & Manophantũ Epheſium, Georgium ex Laodicea, & ſcripſerunt ad omnes vbique terrarum Epiſcopos, & ad ſingulas parœcias eorum qui iniuriam paſſi erant, ad iſtum modum.

EX NICEPHORI HIST. Eccleſiaſt. lib. 9. cap. 10.

VERVM enimuerò vbi Iulius ſcriptis ſuis apud Orientales Epiſcopos nihil effecit, occidentis Imperator eum Conſtantem de rebus Athanaſii & Pauli certiorem fecit: qui ei etiam adito Arianæ factionis ſubdolas fraudes expoſuêre, patris mẽtione illata, vt ille œcumenicam & vniuerſalem ſynodum coëgerit, conſtitutioneque decreta illius ſtabilierit, referentes, & eum ad paternam æmulationem conſectandam cohortantes. Conſtans, rebus eis cognitis, caſum eorum virorum calamitatem ſuam prorsùs eſſe putauit: & ad fratrem ſcribens, eum admonuit, vt paternæ religionis incorruptam integramque ſeruaret normam. Ille enim, inquit, vera pietate ſtabilito imperio, tum tyrannos Romanos omnino ſuſtulit, tum barbaros hoſtes circumcircà deuicit. Significauit eidem etiam, vt tres ex Oriente in Occidentem mitterentur Epiſcopi, qui rationem de Athanaſii & Pauli exauthoratione exponerent. Ad id delecti ſunt Narciſſus Irenopolis Ciliciæ, Theodorus Perinthi, & Marcus Arethuſæ Syriæ Epiſcopi. Qui in Italiam cùm veniſſent, Imperatori Conſtanti iuſtam eſſe quæ contra illos lata fuerat, ſententiam perſuadere voluerunt. In Athanaſii verò colloquium venire non ſuſtinuerunt. Porrò vbi de fidei eorum ratione quæſitum eſt, aliam eius quàm quæ Antiochiæ compoſita erat, Conſtanti formulam obtulêre. Conſtans autem perſpectum habens eos iniquè contra diuinos viros conſpiràſſe: neque criminum aliquorum gratia, neque propter vitæ prauitatem, ſicuti atteſtationes declarabant, communionem illorum

rum

rum auerſatos, ſed dogmatis diſſonantiam prorsùs causã diſſidij eſſe, infecta, cuius cauſa venerant, re, eos dimiſit. Hæc ibi. Et rursùs cap. 11. Triennio deindè elapſo, Orientales Epiſcopi, ſcripto alio compoſito, ad Occidentales id miſere: quod μακρόστιχον, hoc eſt, longiorem vocarũt formulam, ſeu expoſitionem ꝙ ſcilicet verba & ſententias plures cõplecteretur. Verùm nè in eo quidem ſubſtantiæ Dei nominatìm mentionem fecere. Eos verò, qui filium ex nõ exiſtentibus, aut ex alia ſubſtantia quàm ex Deo eſſe: & fuiſſe quãdoque tempus aut ſeculum, cùm ille non fuerit, dicerent, proſcripſere. Scriptum illud pertulit Eudoxius Germaniciç antiſtes, qui etiàm poſt Macedonium Conſtantinopolitanæ præfuit Eccleſiæ, & Martyrius, & Macedonius Mopſneſtiæ Ciliciæ Epiſcopus, Occidentalis Epiſcopi ſcriptum non receperunt: ſufficere ſibi Nicænam fidei profeſſionem, neque ſe vlteriùs anxiè nimis & curioſè de ea inquirere velle dicentes: atque illud etiàm prætexentes, aliena lingua libellũ ſcriptũ eſſe, & ſe verborũ ſententiam non intelligere. Hæc ex Nicepho.

ROMANA SYNODVS, HABITA A IVLIO PAPA PRIMO, & reliquis Orthodoxis Epiſcopis.

IN nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperantibus quoquè Cõſtantio & Conſtante Auguſtis, anno quarto, ſub die 19. Kalendarum Octobrium, indictione ſexta, præſidente ſancto ac beatiſſimo Iulio Papa Sedis Apoſtolicæ Romæ, propoſitis ſacroſanctis & venerabilibus Euangelijs, in Eccleſia Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ vocatur Conſtantiniana, reſidentibus etiàm viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus, Benedicto Aquileienſi Epiſcopo, Ruſo Carthaginenſi Epiſcopo, Agapito Rauennatis Eccleſiæ Epiſcopo, Iulio Mediolanẽſi Epiſcopo, Luciano * Mantianẽſi, & reliquis cum eis 116. Epiſcopis, Iulius prædictus ſanctiſſimus Epiſcopus vrbis Romæ, dixit ſanctæ Dei & Apoſtolicæ Synodo, & Dei volũtate & gratia in indiuiſa communione ſancti Spiritus, in hac conſonanter & vnánimiter congregatç antiqua alma vrbe Roma, ad confirmationem ſacram & correctionem fidei noſtræ & Chriſtianorum immaculatæ diſciplinæ: Vt noſtis, beatiſſimi fratres, neceſsè eſt cogitare, & conſonanter omnes nos docere, ſecundùm naturam Dei ſummi & patris ſapientiam, Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, omnem deſiderantem humanam, diuinamque in eo, atteſtante veritatis voce, naturam: quoniam qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt: qui autem negauerit me & verba mea, negabo eum & ego coram patre meo qui in cœlis eſt. Vndè oportet, vt primò fidem trecentorum decem & octo Patrum in Nicæna Synodo corroboratam, ponamus, & poſtmodùm, quæ neceſſaria ſunt, fideliter tractemus. Cui ab omnibus vna voce reſponſum eſt: Ad hoc conuénimus, vt hoc primùm ſecundùm Dei voluntatem faciamus, & à fundamento Chriſti Ieſu incipiamus, & denuò pro fratrum oppreſſione tractantes, laboremus: quia dum illi tam grauiter affliguntur, nos nec reſpirare, nec quieſcere poſſumus: quia dũ membra vexantur, corpus reliquum pacem aut quietem minimè habere poterit. Hæc eſt * enim fides, in Nicæna generali tractata Synodo.

* Mariané. & fuit quõdam Archiepiſcopatus Calabriç: * Maranẽ. & fuit quõdam Epiſcopatus Dalmatiæ.

Mat. 10. d

* autem.

CREDIMVS in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium, inuiſibiliumque factorem: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtãtia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verũ ex Deo vero, natum, non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, paſſus, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos, & venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Dicentes autem, Erat, quãdò non erat, aut, Non erat, antequàm fieret: aut, quia ex non exiſtentibus factus eſt, aut, ex altera ſubſtantia vel eſſentia dicentes eſſe, aut, creatum aut conuertibilẽ filium Dei, hos tales anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Hanc fidem venerabilem trecẽti decem & octo & agnouerunt, & corroborauerunt, conſonantesque & vnanimes ſcriptis explanauerunt. Nam Dñs noſter, mittẽs ad prædicandũ diſcipulos ſuos, ait: Euntes, docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. De quibus & affirmamus, ità habere, & ità ſapere, * ſed etiàm dudùm ſic habuiſſe, & ità ſapuiſſe, & vſque ad mortẽ pro hac * ſtare fide, anathematizãtes omnem ſinè Deo hæreſim. Hæc omnia ex corde & anima nos ſapuiſſe, ex quo nouimus noſmetipſos, & nũc ſapere & dicere, corã omnipotente Deo, & Dño noſtro Ieſu Chriſto, cũ veritate teſtamur. His * enim ità prçlibatis, ingenita patris natura extranea eſt; ſed prçdicãdũ eſt, eſſe cõ-

Mat. 28. d

* ſed &

* certare

* autem

ſubſtantialem patri filium, eò quòd nullã æqualitatem ad creaturas factas Dei filius habeat, ſed ſoli patri genitori per omnem modum ſit ſimilis, & non ſit ex alia qualibet ſubſtãtia vel eſſentia, ſed ex patris. Ante omnia ſiquidem exquiſita ſunt impia & iniqua & ſinè Deo dogmata Arij, & conſentientium ei, ſub præſentiq́; omnium decreto, complacuit anathematizari impiam eius ſectam, & iniqua atque ſinè Deo verba ſimul & nomina, quibus vtebatur, filium Dei blaſphemãs, & dicens, ex nõ extãtibus eſſe: & iterùm, Fuit aliquandò, quãdò nõ fuit. Quomodò enim fuit, aut quomodò iterum nõ fuit? Et pro libero arbitrio, malitiæ atque virtutis capabilem filium Dei dicentes, & creaturam nominãtes eum atque facturam. Hæc ergò omnia, fatua & anilia & blaſphema, anathematizauit ſanctum & vniuerſale Concilium, & nec vſque ad auditũ impiæ ſectæ, atque * tumoris huius, aut intellectuum iniquorum ſenſum accommodauit. Ea quidem, quæ de illo geſta ſunt, quale terminũ habuerunt, omnia iam audiſtis, & audietis, nè nos fortè videamur viro obloqui propter delictum ſuum improperia digna portanti. Eos enim, qui diuidunt à paterna ſubſtantia & diuinitate, & alienant verbum à patre, diuidi ab Eccleſia Catholica conuenit, & eſſe alienos à nomine Chriſtiano. Sin igitur vobis & omnibus anathema, eo quòd verbum veritatis videantur eſſe cauponati. Apoſtolicum nanque præceptũ eſt: Si quis vobis annunciauerit, præter quod accepiſtis, anathema ſit. His ergò nullũ communicare denunciate. Nulla eſt enim cõmunio luci ad tenebras. Hos pellite procùl ab omnibus. Nulla enim cõcordia Chriſti ad Belial. Seruate vos, fratres chariſſimi, vt neque ſcribatis eis, neque eorum ſcripta ſuſcipiatis. Studete ſimul & vos, fratres chariſſimi, & cõminiſtri, tanquàm ſpiritu præſentes, noſtro Concilio conſentire, atque ſubſcriptione veſtra decernere, vt ab omnibus vbiquè comminiſtris noſtris conſonantia vna ſeruetur. Abdicamus autẽ illos, & extra terminos Catholicæ Eccleſiæ abijcimus, qui non affirmant, quòd Deus eſt Chriſtus, ſed aiunt, verus Deus non eſt, quia filius eſt, ſed verus filius non eſt, nè genitus ſit ſimul, & ingenitus. Sic enim ſe intelligere natum profitentur, quia ſic dixerũt: Quod natũ eſt, factũ eſt. Et quia quum Chriſtus ante ſecula ſit, dederunt ei principiũ atq; finem, ſed habet ante ſecula. Oremus ſimul & pro nobis omnibus, & reliquis oppreſſis fratribus, vt ipſi eruantur illæſi, & ſeruentur immaculati, vt, quæ benè placuerunt, firma permaneant, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſecundùm bonam voluntatem facta, ſicuti credimus, Dei & Patris, in Spiritu Sancto, cui eſt gloria in ſecula ſeculorũ. Amẽ. Trinitas conſubſtantialis æterna eſt. Data Kalendis Nouembris, Feliciano & Maximiano viris clariſſimis conſulibus.

* rumoris

Gal. 1. b

2. Cor. 6. c

AGRIPPINENSIS
SEV COLONIENSIS SYNODVS,

tempore Iulij Papæ primi celebrata, contra Euphrata, qui negabat Chriſtum Deum.

COLONIA Agrippina, inſignis vrbs eſt Germaniæ inferioris, Vbiorum Metropolis & caput: vbi quondàm Romani perpetuas habuere ſtationes, & multa cum Germanis bella geſſere. Sunt qui ſcribant eam priùs Vbiopolim dictã, pòſt ab Agrippa Auguſti Cæſaris genere, qui eam inſtaurauit, Agrippinam appellatam. At Cornelius Tacitus author eſt, Agrippinam Claudij Cæſaris coniugem, quò vim ſuam ſocijs quoquè nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos Coloniamq́; deduci imperaſſe, eiq́; nomen inditum ex vocabulo ipſius. D. Maternus diſcipulus S. Petri primus apud Vbios fidem Chriſti prædicauit: in qua fide Agrippina Colonia in hunc vſque diem conſtantiſſimè perſeuerat. Meminit eius Ptolemæus, libr. 2. cap. 9. & Plinius libr. 4. c. 17. itemq́; Strabo lib. 4.

Anno Domini 346.

POST conſulatum Amantij & Albini, 4. Idus Maias, quum conſediſſent Epiſcopi in Agrippinẽſium ciuitate, id eſt, Maximinus Treuirorum, Valentinus ab Arelato, Donatianus * Cabellonorum, Seuerinus Senonum, Optatianus Tricaſſium, * Teſſis Nemetum, Victor Vangionum, Valerianus Antiſiodorẽſium, Simplicius Auguſtudunenſium, Amandus Argentinẽ, Iuſtinianus Rauricorũ, Eulogius Ambianorum, Seruatius Tungrorum, Dyſcolius Rhemorum, cõſentientibus & mãdantibus Martino Epiſcopo Moguntiacenſiũ, Victore Mediomatricorũ, Deſiderio Lingonicæ, Panchario Viſocenſium, Sanctino * Articlauo, Victorino Parrhiſiorum, Superiore Neruiorum, Mercurio Sueſſionum, Diopeto Aurelianorum, Euſebio Rothomagenſium.

* Cabilonorum

* Ieſſis.

Quumq́ue recitata fuiſſet epiſtola plebis Agrippinenſium, ſed & omnium caſtrorum Germaniæ ſecundæ, de nomine Euphratæ, qui Chriſtum Deum negauit, Maximinus Epiſcopus dixit: Quia voluntas Dei patris & Domini noſtri Ieſu Chriſti voluit nos, iuxta poſtulatum fratrum, ad hoc Agrippinenſe oppidum conuenire, propter perditum & blaſphemum Euphratam, quem omnis mundus iam ore Domini cognouit eſſe damnatum, qui in Spiritum Sanctum eatenùs bla-

ſphema-

ſphemauit, quòd Chriſtum negat, hanc mediocritas mea ſentẽuam fert, ſicut Dei & Domini noſtri Saluatoris ore prolata eſt, dicẽtis: (Matt. 12. Marc. 3.) Omnia peccata & blaſphemiæ remittũtur hominibus: qui autẽ blaſphemauerit Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro, ſed reus erit æterno iudicio: Ideò Epiſcopũ eum, manifeſtũ eſt, eſſe non poſſe.

Valentinus Epiſcopus dixit: Quia Euphrata Chriſtum Deum negat, conſentio eũ Epiſcopum eſſe non poſſe, qui nec laicam debet communionem accipere.

Donatianus Epiſcopus dixit: In pace negauit Chriſtum Deum, & ideò cõſtat Euphratam non eſſe catholicum.

Seuerinus Epiſcopus dixit: Quum conſtet Euphratam, ſubſcriptione fratrum plurimorum, in Spiritum Sanctum blaſphemaſſe, negando Deum Chriſtum, & ego cõſentio eundem iuxta Euãgelica pręcepta iure ab epiſcopatu eſſe deiectum.

Optatianus Epiſcopus dixit: Et ego ſentio Euphratam in epiſcopatu permanere nõ poſſe, qui in Spiritum Sanctum blaſphemauit, negando Chriſtum Deum.

Teſſis Epiſcopus dixit: Non ſolùm epiſtolis omnium Eccleſiarum, * qui audierunt Euphratam negare Deum Chriſtũ, ſed quòd ego ipſe auribus meis audiui, ſub præſentia Martini conſenioris noſtri, & Metropij presbyteri, & * Quentini preſbyteri, & Victoris diaconi, ideò conſenſi illum iure eſſe depoſitum.

*quæ

* Quintiani.

Victor Epiſcopus dixit: Quoniam palàm factum eſt & probatũ, Euphratam immemorem Sacramenti cęleſtis, blaſphemaſſe in Spiritum Sanctum, negãdo Chriſtum Deum Dei filium, & multis criminibus coarguitur, quod Epiſcopum nullo modo decet, conſentio eum eſſe depoſitum.

Valerianus Epiſcopus dixit: Etſi non omnes cõſeniores hic apud Agrippinam Dei voluntatem, qui ſumus adunati, conuenißemus, ſuffecerat, a quinque Epiſcopis Euphratã blaſphemum, quia Chriſtũ Deum negat, pro meritis ſuis ſentẽtiari, eodem iure eſſe depoſitũ. Nunc autẽ in præſenti maiora cognouimus: multorum etiàm charorum laicorũ ſubſcriptione manifeſtum eſt, quia primordialẽ Dominum & Deum noſtrum negat, quum per vniuerſos prophetas manifeſtetur, illum ante mundi conſtitutionem fuiſſe cum Deo patre omnipotente, & quia omnes cecinerunt illum venturum, & pati pro totius mundi ſalute, ſicut ipſe compleuit. Quapropter Euphratas falſus doctor, qui nudum tantùm hominem aſſerit Chriſtum, rectè omnium conſacerdotum voce damnatus eſt. Ideò conſentio, vt ſi quis epiſtolas ipſius per Catholicã Eccleſiam attulerit, communione priuetur, eundemque cenſeo iuſtè eſſe depoſitum.

Simplicius Epiſcopus dixit: Eſſe Epiſcopũ non poſſe Euphratam cõſentio, quia Chriſtũ Deum negat.

Amandus Epiſcopus dixit: Siquidem in præſenti, quãdo Euphrata à quinque Epiſcopis ſententiam accepit, me inter ipſos fateor eſſe conſentaneum, qui epiſtolis meis ad eundem deponendum cõſenſi, ſecundùm falſam doctrinam ipſius, qui Chriſtum Dñm Deum negat, meritò in ipſum ſentẽuam collatã eſſe conſtat, ad cuius damnationem conſentio.

Iuſtinianus Epiſcopus dixit: Exempla clericorum Agrippinenſium, necnon & fratrum per ſingula caſtra cõſtitutorum, quorum epiſtolæ & ſubſcriptiones tenentur, cognouimus Euphratam eſſe blaſphemum, qui Chriſtum Saluatorem Dominum noſtrum, Deum eſſe negat: quapropter & ego conſentio, illum ab Eccleſia Catholica eſſe damnatum.

Eulogius Epiſcopus dixit: Diabolus, qui ab initio fuit, qui perijt primus, & cæteros perdidit, ipſe hodiè in Euphrata perſiſtit. Nam & idem multos ſecum trahendo decepit, qui tamen meminiſſe debuerat, Apoſtolum prædicaſſe, qui ait: Et ſi Angelus deſcenderit de cœlo, & vobis aliter prædicauerit, quàm vobis eſt prædicatum, anathema ſit. (Galat. 1.b) Quarè Euphrata falſus doctor, legiſque ſubuerſor, meritò omnium Epiſcoporum ſententia damnatus eſt, qui benedictum Dominum & Saluatorem noſtrum, authorem lucis & vitæ, Ieſum Chriſtũ, Deum negare auſus eſt. Et ideò puſillitatis meę conſenſu, vt meretur, damnatione percuſſus eſt.

Seruatius Epiſcopus dixit: Quid fecerit, quidve docuerit Euphrata pſeudoepiſcopus, non opinione, ſed veritate cognoui, pro finitimi loci coniuncta ciuitate, cuique publicè & domeſticè obſtiti ſæpè, cùm ille Chriſtum Deum negaret, audiente Athanaſio Epiſcopo Alexandriæ, & presbyteris & diaconibus plurimis: & idcircò cenſeo, Chriſtiani Epiſcopũ eum eſſe non poſſe, quia Deum Chriſtum ſacrilega voce negauit; neque illum Chriſtianũ eſſe iudicandum, qui eiuſdem confinitimus fuerit inuentus.

Dyſcolius Epiſcopus dixit: Qui Chriſtum Deum negat, in Eccleſia non poteſt permanere, dicente Domino noſtro Chriſto: Qui me negauerit corã hominibus, & ego negabo eũ coram patre meo, qui eſt in cœlis. (Mat. 10. d) Et ideò Euphratam, inter cæteros fratres meos arbitror & rectiſſimè cenſeo, eſſe Epiſcopum nõ permitti. Item ex epiſtola Diopeti Epiſcopi Aurelianorum: Inter omnium voces Euphratas damnationi tradatur, atque puniatur, qui Chriſtum negat eſſe filiũ Dei, cuius falſa machinatio multis innocentibus attulit prauitatem, ſed neceſſe eſt, vt ipſe veterator, qui tantum molitus eſt ſcelus, cœleſti plaga feriatur.

FINIS.

Epus Tungren[sis] Traiecten[sis] ad Mosam et Leodien[sis] idem est; sunt enim tres ciuitates in eadem diocesi, quæ successiuè fuerunt Episcopales, quæ tandem Leodio subiectæ.

QVÆDAM DESVMPTA EX HIſtoria beati Seruatij Epiſcopi Tungeñ, Synodum Agrippineñ ſeu Colonieñ concernentia.

IN eodem quoquè loco (Traiecteñ, videlicet ciuitate) reuelante ſibi Spirituſancto, præcognouit beatus Seruatius, quæ ſuperuentura erant ſubteriacenti ſeculo: conuocatiſq; fratribus, prædixit, Barbaricas Hunnorũ phalangas de puteo abyſſi ſuæ progreſſuras fore, orbemq; rebellis & criminoſi populi, præcipuè per Gallias, nominatim vrbem Octauiã, depaſtum iri. It rumor & pauor per populos & prouincias. Rogatur ſanctus in Franciam aduenire Tricaſſinam. Aſſenſit ſancti benignitas, cõſcenditq; obuiàm illi omnis ſacerdotalis dignitas. Appellatur exponere, quæ nouerit. Exoratus, exponit. Occupat extẽplo audiẽtes horror, & mentis hebetudo, timorque & tribulatio. Initur Cõcilium, placuit ſupplicationes dirigi Romam ad principẽ Apoſtolorũ, quæriturq; legatus. Eligitur ergò primùm ad hoc opus, Exuperius Toloſanus epiſcopus. Sed illo multipliciter excuſante, adpoſcũt voce vnanimi Seruatium legationi. Acquipollẽtiſſimum ab omnibus probatur continuò, vt qui nũcius ad populum electus fuiſſet à Dño, ad Apoſtolorũ principẽ interpellator dirigeretur à populo. Superatus autẽ vniuerſorum inſtantia, vix tandem acquieuit. Hortabatur igitur prędicari ieiuniũ, & corrigi auſus indiſciplinatorũ. Sed neque ſic expeditũ ſatis iter ſuum iudicat, niſi Euphratam Coloniorum pſeudopræſulẽ, quem poſt tergũ ſuũ Eccleſiæ nociturum timuit, Eccleſiaſtica ſeueritas indicialiter diſcuſſerit. Ilicò ergò *præcedunt vniuerſali principum decreto veredarij veloces Agrippinã, cogitur cœtus clericorũ, it ſenatus ad Synodum. Pontifices poſtremò, comitante ſingulos aliquanta mole populorũ, Maximinus Treuirorũ, Valẽtinus Arelateñ, Donatianus *Cabilonorũ, Seuerinus Senonũ, Optatianus Tricaſſinorũ, *Ieſſius Nemetum, Victor Vangionũ, Valerianus Antiſiodoreñ, Amandus Argentoratenſis, Seruatius Tungrorum, Simplicius Auguſtoduneñ, Iuſtinianus Rauricorum, Eulogius Ambianorum, Dyſcolius Rhemorum, Diopetus Aurelianorum, procedunt tempore ſtatuto ad Concilium. Iudicantibus autem ibi quibuſdã debere correctionem Euphratæ indici, non tamen oportere virum tam clara ſede ſubitò deponi, alijs ſanè præpauentibus, nè ex hac venia cauſa præſtaretur ſcelus hoc dilatandi, inter hos illoſque ſententia Seruatij mediaſtim cenſebatur huiuſmodi: Euphratam, qui Chriſtum Saluatorem meum negauit eſſe Deum, ego nego eſſe poſſe Epiſcopum, cum quo ſæpè (Athanaſio Alexandrino cognoſcente) contendi, diræque conſcientiæ pectus inflexibile depræhendi. Cuius & pœnitentia ſi qua eſt expectanda, potiùs hanc ſentio inter laicos quam inter Epiſcopos agendam. Nulla mora, ſingulis pontificibus orationes ſimiles ad eandem normam dictantibus, Euphrata deordinatur, & Seuerinus, qui tunc ex voluntate Dei aderat, plenariè catholicus & ſanctus, in locum eius exaltatur.

* procedunt.

* Ieſtis.

CONCILIVM ANTIOCHENVM SVB IVLIO PAPA PRIMO.

Quod nam ſit hoc Concilium è pluribus quæ habita ſunt Antiochiæ ſub Iulio, an ferat ab Arianis non facile eſt dictu.

ANTIOCHIA *vrbs in Syria, Metropolis Epiphana, quam Orontes fluuius interfluit, vna ex quatuor inſignibus ciuitatibus, quas in Syria fuiſſe Strabo libr. 16. aſſerit. Vndè etiam Tetrapolis eſt dicta. Scribit Nicephorus Hiſtor. Eccl. lib. 1. cap. 17. Tiberium Cæſarem à bello Perſico reuertentem, Antiochiam muro firmo & inexpugnabili cinxiſſe, porticus extruxiſſe, columnis æreis, ſtatuis, alijſq; ædificijs varijs exornaſſe, &c.*

TITVLI CANONVM ANTIOCHENI CONCILII.

EDITIO PRIMA.	EDITIO SECVNDA.
De his, qui cõtra gerunt his, quæ regulariter de Paſcha ſtatuta ſunt in Niceno Cõcilio. 1	Non licere Paſcha diuerſo tempore facere, neque cum Iudæis celebrare. 1
De his, qui ſe à perceptione ſanctæ cõmunionis auertunt, & qui excommunicatis per domos communicant. 2	Non licere communionem Eccleſiæ contemnere, aut excommunicatis communicare. 2
De his, qui ab alia parochia, præter conſcientiam Epiſcoporum ſuorum, in alijs immorantur. 3	Non debere clericum ad Eccleſiã migrantem, ibi perſeuerare. 3
De damnatis, & miniſtrare tentantibus. 4	Non licere Epiſcopo, vel cuiquam clerico, ſi exauthoratus fuerit, miniſtrare. 4
De his, qui ſe à miniſterio eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſùm colligunt. 5	Non licere clericis, contempto Epiſcopo, ſeorſùm ſe colligere. 5
De clericis excommunicatis, & laicis. 6	De excommunicatis. 6
De peregrinorum ſuſceptione. 7	Nullũ peregrinũ abſq; Epiſcopis ſuſcipi. 7
De pacificis peregrinorum, id eſt, commẽdatitijs	Vt epiſtolæ à ſolo fiant Chorepiſcopo. 8

De

dantijs literis. 8	8
De Metropolitanis ſingularum prouinciarum. 9	De Metropolitanis Epiſcopis. 9
De his, qui vocantur Chorepiſcopi. 10	De Chorepiſcopis. 10
De Epiſcopis & clericis, adeuntibus Imperatorem. 11	De his Epiſcopis vel clericis, qui ſinè literis Epiſcoporum ad Imperatorem vadunt. 11
De dãnatis Epiſcopis aut clericis, & adeuntibus Imperatorem. 12	De Epiſcopis vel clericis depoſitis. 12
De his, qui, cùm ſint ex alia prouincia, in alijs audent ordinationes efficere. 13	Non licere Epiſcopis, in aliena prouincia clericos ordinare. 13
De diſſenſione, quæ ſuper Epiſcoporum dijudicatione cõtingit, appellantium prouinciales antiſtites. 14	De Epiſcopis accuſatis. 14
De Epiſcopis, ab eiuſdem prouinciæ ſacerdotibus conſonanter excluſis. 15	De quibus ſuprà. 15
De vacantibus Epiſcopis. 16	De Epiſcopis vacantibus. 16
De his, qui cùm ad Epiſcopatum conuocantur, euitant. 17	De Epiſcopis, qui accepta manûs impoſitione, nõ acquieſcunt ſuſcipere miniſteriũ. 17
De his, qui promouentur ad Epiſcopatũ, nec recipiunt. 18	De his quibus ſuprà. 18
De epiſcopalibus in prouincijs ordinationibus. 19	Non licere, ſinè cõſilio Metropolitani Epiſcopi, Epiſcopum ordinari. 19
De Synodis, quæ debent ab Epiſcopis, ſuis temporibus in prouincijs celebrari. 20	Vt bis in anno Synodus celebretur. 20
Vt nullo modo Epiſcopus de parochia in aliam parochiam tranſeat. 21	Epiſcopum de diœceſi ad diœceſim nõ debere tranſire. 21
Vt in altera parochia clericos alterius parochiæ Epiſcopus nullatenùs ordinet. 22	Epiſcopum non debere in alienam irruere ciuitatem. 22
Vt nullum ad Epiſcopatum pro ſe conſtituat promouendum. 23	Epiſcopo non licere ſucceſſorem ſibi conſtituere. 23
De rebus ad Eccleſiam pertinentibus, & de his quæ propria Epiſcopi eſſe noſcũtur. 24	De rebus eccleſiaſticis & epiſcopalibus. 24
Vt Epiſcopus diſpenſandi res eccleſiaſticas habeat poteſtatem. 25	Epiſcopum habere poteſtatem in rebus eccleſiaſticis exponendis. 25

REGVLÆ ANTIOCHENI CONCILII EXPOSITÆ APVD ANTIOCHIAM IN ENCÆNIIS.

SANCTA & pacifica Synodus in vnum congregata, his, qui per ſingulas prouincias ſunt, vnanimibus ſanctis conſacerdotibus, in Domino ſalutem.

Gratia & veritas Ieſu Chriſti, Domini & Saluatoris noſtri, ſanctam Antiochenam Eccleſiam viſitans, & in vnum connectens per concordiam pacatiſſimi Spiritûs, multa quidem & alia perfecit: in omnibus autem ſuggerente ſancto & pacifico Spiritu, etiàm hoc perfecit, vt quæ viſa ſunt rectè conſtitui, cum plurima conſideratione & iudicio, vnà omnibus nobis Antiochię ex diuerſis prouincijs in vnum collectis Epiſcopis, in veſtram notitiam deferrentur. Credimus autem gratiæ Domini, & ſancto Spiritui pacis, quòd & ipſi conſpirabitis nobiſcum, tanquàm in vna fuiſſetis virtute nobiſcum & orationibus adnitentes, magis autem muniti, & in Spiritu ſancto præſentes, ijſdem ipſis quæ definita ſunt, conſentientes, & ea quæ viſa ſunt recta roborantes, cum conſenſu ſancti Spiritus conſignabitis. Sunt autem præfiniti Canones Eccleſiaſtici hi, qui infrà ſunt ſcripti, quos ſubtèr inferta promulgauere Epiſcopi:

§ Prouinciæ Palæſtinæ:
Euſebius Gadareñ.
§ Prouinciæ Phœniciæ:
Anatolius Emiſenus,
Aeneas Ptolemaidis:
Magnus Damaſcenus.
§ Prouinciæ Arabiæ Petreæ.
Nicomachus Boſtrorum.
Cyrion Philadelphiæ.
§ Prouinciæ Meſopotamiæ:
Aethereus Ediſſenus,
Antiochus Rheſinaus,
Iacobus Niſibeñ.
§ Prouinciæ Syriæ Cœles:
Archelaus Dolichenus,
Alphius Apameæ,
Baſſus Zeugmatis,
Mauricius Epiphaniæ,
Petrus * Gindareñ.
Paulus Neocæſareeñ.
* Piperius Samoſatenus,
Theodorus Laodiceæ,
Syricus Cyrreticeñ.
§ Prouinciæ Ciliciæ.
Macedonius Mopſueſtieñ.
Heſychi⁹ Alexãdriæ minoris,
Moyſes Caſtabalæ,
Nicetas Flauiadis,
Narciſſus * Irenopolis,
* Tarcoudimátus Aegeates.
§ Prouinciæ Iſauriæ:
Agapius Seleuciæ,
Theodorus Vaſadeñ. Euſtathius, Patricius, Alexander, & cæteri, ex prouincijs Palæſtinæ, Phœniciæ, Syriæ cœles, Arabiæ, Meſopotamiæ, Ciliciæ, Iſauriæ: & hæc conſtituerunt, quæ infrà ſcripta ſunt:

* Petrus.

* Neroniadis,
* Tarcodunátus.

EDITIO j.

Cap. 1.

OMnes, qui auſi fuerint diſſoluere diffinitionem ſancti & magni Cocilij, quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia pijſſimi & venerandi principis Conſtātini, de ſalutifera ſolennitate ſacratiſſimæ Paſchæ, excommunicandos, & de Eccleſia pellendos eſſe cenſemus, ſi tamen contentioſiùs aduersùs ea, quæ benè ſunt decreta, perſtiterint, & hæc quidẽ de laicis dicta ſint. Si quis autem eorum, qui præeſſe noſcuntur Eccleſiæ, aut Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, poſt hanc definitionem tẽtauerit, ad ſubuerſionem populorũ, eccleſiarumq́ue perturbationem, ſeorsùm colligere, & cum Iudæis Paſcha celebrare: ſancta Synodus hunc alienum iam hinc ab eccleſia iudicauit, quòd non ſolùm ſibi, ſed & plurimis, cauſa corruptionis & perturbationis extiterit. Nec ſolùm tales à miniſterio remouet, ſed etiàm illos, qui poſt damnationẽ huiuſmodi communicare tentauerint, damnatos autem, omni quoquè extrinſecùs honore priuari, quem ſancta regula & ſacerdotium Dei promeruit.

Canones Synodi Antiochenæ, verſi ab Gentiano Heruetto.

Can. 1.

OMnes, qui audent diſſoluere decretum S. & magnę Synodi, quę Niceę coacta eſt in præſentia pietatis religioſiſſimi Imperatoris Conſtantini de ſancto feſto ſalutiferi Paſchatis, eſſe excommunicatos & eccleſia eiectos ſtatuimus, ſi aduersùs ea, quæ rectè decreta ſunt, contentioſiùs inſiſtere perrexerint. Et hæc quidẽ de laicis dicta ſint. Si quis autẽ eorum, qui præſunt eccleſiæ, Epiſcopus, vel presbyteris, vel diaconus, audebit poſt hoc decretũ ad populorum ſubuerſionẽ & Eccleſiarũ perturbationẽ ſeorsùm agere, & Paſcha cum Iudæis peragere, ſācta Synodus eum abhinc alienum eſſe ab eccleſia iudicauit, vt qui non ſibi ſolùm peccati, ſed & multis exitij & ſubuerſionis cauſa fuerit: & non ſolùm eos à miniſterio deponit, ſed & eos, qui audent ijs communicare poſt depoſitionem. Depoſitos autem etiàm externo honore priuari, cuius ſanctus Canon & Dei ſacerdotiũ fuit particeps.

EDITIO ij.

Cap. 1.

OMnes qui audẽt diſſoluere regulam ſancti & magni Concilij Nicæni, quod celebratum eſt in præſentia Dei amantiſſimi Conſtantini Imperatoris, de ſancta & ſalutari feſtiuitate Paſchali Saluatoris noſtri, excommunicatos & eiectos ab Eccleſia eſſe debere, maximè ſi perſeuerẽt ſtudio contentionis, ad ſubuertenda ea quæ optimè conſtituta ſunt. Et hæc quidẽ dicta ſunt de laicis. Si autem de præpoſitis eccleſiæ aliquis, id eſt, vel Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, poſt hãc diffinitionem & hunc terminũ, auſus fuerit, in ſubuerſionem populorum & perturbationẽ eccleſiarum, ſeorsùm colligere, & cum Iudæis Paſcha voluerit celebrare, hunc ſancta Synodus ab hoc iam alienum ab eccleſia eſſe iudicauit, tanquàm eũ qui non ſolùm proprij peccati, ſed & aliorũ corruptæ mentis & conuerſationis ſupplãtator extiterit, &c. Et non ſolùm huiuſmodi deponit à ſacerdotio & miniſterio, ſed & eos, qui auſi fuerint his communicare poſt damnationem; Depoſitos autem, etiàm honore qui extrinſecùs eſt, priuari oportet, quẽ ſanctus Canon & Dei ſacerdotium promeruit.

Cap. 2.

Omnes, qui ingrediuntur Eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicãt in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperãtia ſe à perceptione ſanctæ communionis auertunt, hi de Eccleſia remoueantur, quandiù per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur. Cum excommunicatis autem non licere cõmunicare, nec cũ his, qui per domos conueniunt, deuitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt: ab alia quoquè eccleſia non ſuſcipiendũ, qui in alia minimè congregatur. Si quis autem de Epiſcopis, aut presbyteris, vel diaconis, ſeu quilibet ex clero, deprehen-

In decret. Iuonis libro 5.

Can. 2.

Omnes qui in Eccleſiam ingrediuntur, & ſacras ſcripturas audiunt, orationi autem cum populo nõ communicant, vel ſanctam Euchariſtiæ participationem propter aliquam inſolẽtiam auerſantur, eos ab Eccleſia expelli, donèc, poſtquàm cõfeſſi fuerint, fructusque pœnitentiæ oſtẽderint, & implorauerint, veniam aſſequi poſſint. Non licere autem cõmunicare cũ excommunicatis, neque in domibus conuenientes orare pro ijs, qui in eccleſia non communicant: neque in alia eccleſia recipi, qui in alia eccleſia non conueniunt. Si quem autem ex Epiſcopis, vel presbyteris, vel diaconis, vel quemuis ex canone ex-

com-

Cap. 2.

Omnes qui ingrediuntur in eccleſiã Dei, & ſacras Scripturas audiunt, non autẽ cum populo in oratione cõmunicant, auerſantur etiàm ſanctã aſſumptionem Dominici ſacramenti, ſecundùm aliquam propriam diſciplinã, hos ab eccleſia eijci oportet, donec confitentes, fructum pœnitẽtiæ demonſtrent, & deprecati fuerint, vt data venia ſuſcipi mereantur. Non autem liceat excommunicare excommunicatis, neque cũ his per domos ingredi, & cum eis orare, qui Eccleſiæ non participant in oratione: nec in alterã eccleſiam recipi, qui ab alia excõmunicant. Quòd ſi quis Epiſcoporũ, vel presbyterorum, vel diaconorũ, uel etiàm qui ì

Ex Apoſtolorum. Canone 10.

cano-

henſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iſte priuetur cômunione, tanquàm qui regulam cófundat Eccleſiæ.

Cap. 3.

Si quis presbyter, aut diacon*, & omninò quilibet ex clero, parochiã propriam deferẽs, ad aliam properauerit, vel omninò demigrãs, in alia parochia per multa tempora nitit immorari, ulteriùs ibidem non miniſtret, maximè ſi uocãti ſuo epiſcopo, & regredi ad propriam parochiã commonenti, obedire contempſerit. Quòd ſi in hac indiſciplinatione perdurat, à miniſterio modis omnibus remoueat, ità ut nequaquàm locum reſtitutionis inueniat. Si uerò ꝑ hac cauſa damnatũ alter epiſcopus ſuſcipiat, hic etiàm à communi coerceatur ſynodo, uelut qui eccleſiaſticia conſtituta diſſoluat.

11.q.4. Si quis epi damnatus.

Cap. 4.

Si quis epiſcopus damnatus à ſynodo, vel presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo, auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſiue epiſcopus iuxta præcedentem cõſuetudinem, ſiue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis, ſed cõmunicantes ei omnes abijci de Eccleſia, & maximè, ſi poſteaquàm didicerint aduerſùm memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem cõmunicare tentauerit.

Cap. 5.

Si quis presbyter aut diaconus epiſcopum proprium contemnens, ſe ab Eccleſia ſequeſtrauit, & ſeorsùm colligens, altare conſtituit, & cõmonenti epiſcopo non acquieuerit, nec conſentire vel obedire noluerit ſemel & iterùm conuocanti, hic damnetur omni modo, nec vltrà remedium conſequatur, quia ſuam recipere non poteſt dignitatem. Quòd ſi Eccleſiam conturbare & ſolicitare perſiſtat, tanq̃ ſeditioſus, ꝑ poteſtates exteras *opprimat.

Cap.

communicatis, communicare apparuerit, eum quoquè eſſe excommunicatum, vt qui canonem Eccleſiæ confundat.

Can. 3.

Si quis presbyter, uel diaconus, uel quis omninò ex ſacerdotali ordine relicta ſua parochia in aliam abiêrit, deindè omninò commigrans, in alia parochia longo tempore uerſari conatur: nè ampliùs celebret, maximè ſi proprio uocanti epiſcopo vt in ſuam parochiam redeat, exhortantique non pareat. Si autem in inſolentia (ἀταξίᾳ) omninò perſeuerat, is omninò à ſacro miniſterio deponatur. Si autem eum, qui propter hanc cauſam depoſitus eſt, alius epiſcopus receperit, ille quoquè à cómuni ſynodo puniatur, ut qui ritus eccleſiaſticos diſſoluat.

Can. 4.

Si quis epiſcopus à ſynodo depoſitus, uel presbyter, uel diaconus à ꝓprio epiſcopo, ſacrũ celebrare auſus fuerit, ſiue epiſcopus ſecundùm præcedentem cõſuetudinem, ſiue presbyter, ſiue diaconus, nullam ampliùs ſpem reſtitutionis in alia ſynodo, neque defenſionis locum ei habere liceat. Sed & omnes qui ei communicant, ex Eccleſia eijciantur, & maximè ſi cùm ſententiam aduersùs prædictos prolatam didicerint, eis communicare auſi fuerint.

Can. 5.

Si quis presbyter uel diaconus proprio contempto epiſcopo, ab eccleſia ſeipſum ſegregauerit, & priuatim congregationem effecerit, & altare erexerit, & epiſcopo accerſente non obediêrit, nec uelit ei parere nec morem gerere primò & ſecundò uocanti is, omninò deponatur, & non ampliùs curationem aſſequi, nec ſuum poſſit honorem capere. Sin autem perſeuerat perturbare & Eccleſiã euertere, is per externã potentiam vt ſeditioſus caſtigetur.

Can.

canõe detinent, excõmunicatis cõmunicare depræhenſus fuerit, & hũc oportet cõmuniõe priuari, tanquàm eccleſiæ regulas confundentem.

Cap. 3.

Si quis presbyter, uel diaconus, uel quilibet clericus, deſerta ſua Eccleſia, ad aliam tranſeundũ eſſe crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuò manere, ulteriùs miniſtrare non debet, præſertim ſi ab epiſcopo ſuo, ad reuertendũ fuerit exhortatus. Quòd ſi & poſt euocationem ſui epiſcopi non obediêrit, ſed inobediens perſeuerauerit, omnibus modis ab officio ſuo deponi debere, nec aliquandò facultatem habeat ad eccleſiaſticum ordinem redeundi. Si uerò propter hanc culpam depoſitum alius epiſcopus ſuſceperit, & ipſe à communi ſynodo arguatur, tanquàm eccleſiaſtica iura diſſoluens.

9.q.1. Si quis presbyter vel diaconus.

Cap. 4.

Si quis epiſcopus à ſynodo fuerit depoſitus, uel presbyter, uel diaconus, à proprio epiſcopo condemnatus, & ꝓſumpſerit ſacerdotij ſeu ſacri miniſterij aliquã actiónem, non ei ampliùs liceat, neq; in alia ſynodo, ſpem reſtitutionis habere, neque * aſſertionis alicuius locum: ſed & communicantes ei abijci omnes ab Eccleſia, maximè, ſi poſtq̃ cognouerunt ſententiam aduersùs eum fuiſſe ꝓlatam, ei contumaciter communicârunt.

*ſatisfactionis

Cap. 5.

Si quis presbyter, uel diaconus, cõtempto ſuo epiſcopo, ſeipſum ab eccleſia ſegregauerit, & priuatim apud ſe, collectis populis, altare erigere auſus fuerit, & nihilominùs, epiſcopo ſe exhortante, & ſemel & iterùm reuocãte inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendũ, nec aliquandò conſequi curationẽ, aut proprium honorem recipere ſperet. Quòd ſi etiàm perſeuerauerit, conturbãs & concitãs Eccleſiã, per eã, q̃ foris eſt, poteſtatẽ ſicut tanq̃ ſeditioſu corripi oportet.

Cap.

Cap. 6.

Si quis à proprio Epiſcopo communione priuatus eſt, non antè ſuſcipiatur ab alijs, quàm ſuo reconcilietur epiſcopo, ant certè ad ſynodum, quę congregatur, occurrens, ꝓ ſe ſatisfaciat, & perſuadens cõcilio, ſententiam ſuſcipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos & presbyteros & diaconos, omnesque, qui ſub regula eſſe monſtrant.

Can. 6.

Si quis à proprio Epiſcopo fuit excommunicatus, nè priùs ab alijs ſuſcipiatur, quã fuerit à proprio Epiſcopo ſuſceptus, vel facta Synodo accedens ſe defenderit, & perſuaſa Synodo aliam ſententiam retulerit. Idem autem decretũ aduerſùs laicos, & presbyteros & diaconos, & eos qui ſunt in cleri catalogo, obſeruetur.

Cap. 6.

Si quis à proprio Epiſcopo excommunicatus eſt, non eũ priùs ab alijs debere ſuſcipi, niſi aut à ſuo fuerit receptus epiſcopo, aut Concilio facto, occurrat vt reſpondeat. & ſi ſynodo ſatisfecerit, * ſtatuimus ſub alia ſententia eum recipi. Quòd etiàm circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes qui in clero ſunt, conuenit obſeruari. 11.q.3. Si quis a ꝓprio epo.

* quòd ſi fuerit, ſub

Cap. 7.

Nullus peregrinorum ſinè pacificis, id eſt, commendatitijs, ſuſcipiatur epiſtolis.

Can. 7.

Nullus externus ſinè pacificis ſuſcipiatur.

Cap. 7.

Nullum abſque formata (quam Græci epiſtolã dicunt) peregrinorum clericorum ſuſcipi oportet. Diſt. 71. Nullum abſque formata

Cap. 8.

Presbyteri, q̃ ſunt in agris, canonicas epiſtolas dare non poſſunt: ad ſolos tantùm vicinos epiſcopos literas deſtinabunt. Chorepiſcopi autem, qui ſunt inrepræhenſibiles, dare poſſunt pacificas, id eſt, generales epiſtolas.

Can. 8.

Nec presbyteri, qui ſunt in pagis, dent canonicas epiſtolas, vel ad ſolos vicinos Epiſcopos Epiſtolas emittant. Chorepiſcopi autẽ nulli reprehenſioni affines dent pacificas.

Cap. 8.

Neq; presbyter ad regiones longinquas, formatas (id eſt, Canonicas) epiſtolas dare, & niſi ad finitimos epiſcopos, ſimplices Epiſtolas mittere ꝑſumat. Vicarijs verò epiſcopi, qui à Græcis Chorepiſcopi vocantur, formatas facere liceat. Chorepiſcopi qui

Cap. 9.

Per ſingulas regiones epiſcopos cõuenit nôſſe, Metropolitanum epiſcopum ſolicitudinem totius prouinciæ gerere. Propter quod ad Metropolim omnes vndiq;, qui negocia videntur habere, concurrant. Vndè placuit, eum & honore ꝓcellere, & nihil ampliùs pręter eum cæteros epiſcopos agere, ſecundùm antiquã à patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantùm, quæ ad ſuam diœceſim pertinẽt, poſſeſſionesque ſubiectas. Vnuſquiſque enim epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, vt regat iuxta reuerentiam ſingulis competentem, & prouidentiam gerat oĩs poſſeſſionis, quæ ſub eius eſt poteſtate, ità vt presbyteros & diaconos ordinet, & ſingula ſuo iudicio comprahendat. Ampliùs autem nihil agere tentet præter antiſtitem Metropolitanum, nec Metropolitanus ſinè cęterorum gerat cõſilio ſacerdotum.

Can. 9.

Epiſcopos qui ſunt in vnaquaque prouincia, ſcire oportet Epiſcopum, qui pręeſt Metropoli, etiàm curam ſuſcipere totius prouinciæ, eò quòd in Metropolim vndequaquè concurrũt omnes qui habent negocia. Vndè viſum eſt eum quoquè honore præcedere: reliquos autem Epiſcopos nihil magni momenti aggredi ſinè ipſo, vt vult, qui ab initio obtinuit, Patrum Canon: vel ſola, quæ ad vniuſcuiuſq; parochiã conferunt, & regiones quæ ei ſubſunt. Vnumquenque enim Epiſcopum habere ſuæ parochiæ poteſtatem; & adminiſtrare pro vnicuique conueniẽte religione, & totius regionis curam gerere, quæ ſuæ vrbi ſubeſt. Vt etiàm ordinent presbyteros & diaconos, & vnaquæque cum iudicio tractent, & nihil vltrà facere aggrediantur ſinè Metropolis Epiſcopo: neque ipſe ſinè reliquorum ſententia.

Cap. 9.

Per ſingulas ꝓuincias epiſcopos conſtitutos ſcire oportet, epiſcopum Metropolitanum, qui præeſt, curam & ſolicitudinem totius prouinciæ ſuſcepiſſe: Propter quod ad Metropolitanam ciuitatem ab his, qui cauſas habent, ſinè dubio concurratur. Quapropter placuit eum & honore præire, & nihil vltrà ſinè ipſo reliquos epiſcopos agere, ſecundùm antiquum patrum noſtrorum, qui obtinuit, canonem, niſi hæc tantùm, quæ vniuſcuiuſque Eccleſiæ per ſuam diœceſim competunt. Vnumquenque enim Epiſcopum oportet habere ſuæ diœceſis poteſtatem, ad hanc gubernandam ſecundùm competentem ſibi reuerentiam, ad prouidendum omni regioni, quæ ſub ipſius eſt ciuitate, ità vt etiàm ordinare ei presbyteros & diaconos probabili iudicio liceat, & de ſingulis illius regionis cauſis, cum moderatione & pondere diſceptare. Vltrà autẽ nihil agere permittitur citra Metropolitani epiſcopi cõſciẽtiã, nec Metropolitanus ſinè cęterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum. 6.q.3. Per ſingulas ꝓuincias

Can. Can. Cap.

Cap. 10.

Qui in uicis uel poſſeſſionibus chorepiſcopi nominãtur, quãuis manûs impoſitionem epiſcoporum perceperint, & ut epiſcopi conſecrati ſint, tamẽ ſanctæ ſynodo placuit, ut modum proprium recognoſcant, ut gubernent ſibi ſubiectas Eccleſias, earũq; moderamine curaque contẽti ſint. Ordinent etiàm lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec presbyterum verò, nec diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubiectus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentauerit, depoſitus, quo vtebatur, honore priuetur. Chorepiſcopum uerò ciuitatis epiſcopus ordinet, cui ille ſubiectus eſt.

Can. 10.

Ij qui ſunt in uicis uel pagis, vel qui dicuntur Chorepiſcopi, etiãſi epiſcopi ordinationem manuũmve impoſitionem acceperint, viſum eſt vt ſuum modum ſciãt, & ſibi ſubiectas Eccleſias adminiſtrent, earumque cura & ſolicitudine gerenda contẽti ſint: conſtituant autẽ lectores, hypodiaconos & exorciſtas, & eorum promotionẽ ſufficere exiſtimẽt: nec presbyterum, nec diaconũ ordinare audeãt abſque urbis Epiſcopo, cui ſubijcitur ipſe & regio. Si quis autem ea quæ definita ſunt, tranſgredi audeat, ipſe quoq; deponatur ab eo honore quẽ habet. Fiat autem chorepiſcopus ab Epiſcopo ciuitatis, cui ſubijcitur.

Cap. 10.

Qui in villis & uicis conſtituti ſunt Chorepiſcopi; tametſi manûs impoſitionem ab Epiſcopis ſuſceperunt, & vt epiſcopi ſunt conſecrati, tamen placuit ſanctæ ſynodo ſcire eos oportere modum proprium retinere, & gubernare adiacentes Eccleſias ſibi commiſſas, & eſſe contentos propria ſolicitudine & gubernatione, quã ſuſceperunt. Conſtituere autem his permittitur lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas, quibus ſufficiat iſtorum tantùm graduum licentiam accepiſſe. Non autem presbyterum, non diaconum audeant ordinare, præter conſcientiam epiſcopi ciuitatis uel eccleſię, cui adiacens inuenit ſeu ipſe, ſeu regio, in qua præeſſe dignoſcitur. Quòd ſi quis præuaricari auſus fuerit conſtituta, deponi eum, & dignitate, qua pditus eſt, debere priuari. Chorepiſcopus autẽ ab epiſcopo ciuitatis uel loci, cui idem adiacet, ordinãdus eſt.

Cap. 11.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut quilibet regulæ ſubiectus eccleſiæ, præter cõcilium & literas epiſcoporũ prouinciæ, & præcipue Metropolitani, adierit Imperatorem, hunc reprobari & abijci oportere, non ſolùm à communione, uerùm & ab honore, cuius particeps videt exiſtere, quia uenerandi principis auribus moleſtiam tentauit inferre contra leges eccleſiæ. Si igitur adire principem neceſſaria cauſa depoſcit, hoc agatur cum tractato & conſilio metropolitani, & cæterorum epiſcoporum, qui in eadem prouincia commorantur, qui etiàm proficiſcentem ſuis proſequantur epiſtolis.

Can. 11.

Si quis Epiſcopus, uel presbyter, uel omninò ex Canone citra ſententiam & literas Epiſcoporum prouinciæ, & maximè metropolitanorum ad imperatorẽ proficiſci aggreſſus fuerit, is abdicetur & eijciat non ſolùm à cõmunione, ſed etiã à dignitate cuius eſt particeps, ut qui religioſiſſimi Imperatoris noſtri auribus moleſtiam adferre audeat præter ritum Eccleſiæ. Si autẽ neceſſarius uſus exigat, vt ad Imperatorem ſe conferat, id agat cum deliberatione & ſentẽtia metropolitani prouinciæ, & eorum qui ſunt in ea, eorumque literis munitus iter inuadat.

Cap. 11.

Si quis epiſcopus, uel presbyter, uel quicunq; clericus, & omnis omninò, qui eſt ſub eccleſiaſtica regula conſtitutus, præter conſilium uel literas eorum epiſcoporum, qui ſunt intra prouinciam, & maximè metropolitani, ad Imperatorem perrexerit, hunc abdicari, & eijci non ſolùm de cõmunione debere, ſed etiam propria dignitate priuari, tanquàm moleſtum & importunum imperialibus auribus, contra eccleſiaſtica conſtituta. Si autem neceſſitas cogat ad Imperatorem excurrere, propter aliquam actionem, cum deliberatione & conſilio metropolitani ipſius prouinciæ epiſcopi, & cæterorũ conſcientia epiſcoporum, qui in eadem prouincia ſunt, atque cum literis eorũ, ire debebit. 23 q 8. Si quis eps, aut presb. vel oís.

Cap. 12.

11. quæſt. 5. Si quis à proprio epiſcopo. Si quis à proprio epiſcopo presbyter aut diaconus, aut à ſynodo fuerit epiſcopus forte damnatus, & Imperatoris auribus moleſtus extiterit, oporteat ad maius epiſcoporum conuerti Concilium, & quæ

Can. 12.

Si quis à proprio Epiſcopo depoſit⁹ presbyter uel diaconus, uel Epiſcopus à ſynodo, auſus fuerit Imperatoris auribus moleſtiam exhibere, cùm oporteat ad maiorem ſynodum cõuerti, & ſus, quod ſe habe-

Cap. 12.

Si quis à proprio epiſcopo depoſitus uel presbyter, uel diaconus, aut etiàm ſi à ſynodo quilibet epiſcopus fuerit exauthoratus, moleſtiam imperialibus auribus inferre nõ præ-

quæ putauerint habere iuſta, plurimis epiſcopis ſuggerãt, eorumq; diſcuſſiones ac indicia præſtolentur. Si uerò hæc par uipendentes, moleſti fuerint Imperatori, hos nulla venia dignos eſſe, nec locũ ſatisfactionis habere, nec ſpẽ futuræ reſtitutionis penitùs oppetiri diju dicamus.

Cap. 13.

Nullus epiſcopus, ex alia prouincia audeat ad aliã trãſgredi, & ad promotionem miniſterij aliquos in Eccleſiis ordinare, licèt conſenſum videantur præbere nonnulli, niſì literis tam metropolitani quàm cæterorum qui cum eo ſunt, epiſcoporum rogatus adueniat, & ſic ad actionem ordinationis accedat. Si uerò nullo uocante, inordinato more deproperet ſuper aliquibus ordinationibus & Eccleſiaſticis negocijs, ad eum non pertinentibus, componendis: irrita quidem quæ ab eo geruntur, exiſtant: ipſe uerò incompoſiti motûs ſui & irrationabilis audaciæ ſubeat vltionem, ex hoc iam damnatus à ſancto concilio.

Cap. 14.

Si quis epiſcopus de certis criminibus iudicetur, & contingat de eo comprouinciales epiſcopos diſſidere, cũ iudicatus, ab alijs innocens creditur, reus ab alijs extimatur, pro totius huius ambiguitatis abſolutione, ſanctæ ſynodo placuit, ut Metropolitanus epiſcopus à uicina prouincia iudices alios connocet, qui controuerſiam tollant; vt per eos, ſimul & per comprouinciales epiſcopos, quod iuſtum uiſum fuerit, approbetur.

Cap.

ſe haberé putat, ad plures Epiſcopos referre, eorumq; examinationem & iudicium ſuſcipere: qui itaque his contẽptis Imperatori moleſt⁹ fuerit, is nulla venia dignus, neque ſuî defendendi locum habeat, nec reſtitutionis futuræ ſpem expectet.

Can. 13.

Nullus epiſcopus audeat ab una prouincia in aliã trãſire, & aliquos in Eccleſijs ordinare ad ſactorum celebrationem, nec ſi alios unà ſecũ inducat, niſi uenerit literis accerſitus metropolitani, & epiſcoporum qui ſunt cum ipſo, in quorum regionem accedit. Si autem nullo uocante, ad aliquorum ordinationem & Eccleſiaſticarum rerũ ad ſe non pertinentium conſtitutionem inordinatè inſolẽterque proceſſerit, ſint quidem irrita quæ ab ipſo geruntur, ipſe autem ſuæ inſolentiæ & pręter rationem factę aggreſſionis det pœnas, à ſancta ſcilicet Synodo exindè depoſitus.

Can. 14.

Si quis Epiſcopus ob aliqua crimina iudicetur, deindè contingat Epiſcopos, qui ſunt in prouincia, de ea diſſentire, illis quidem eum, dè quo fertur ſententia, innocẽtem pronunciantibus, his verò reum: pro tota componenda controuerſia viſum eſt ſanctæ Synodo, vt metropolitanus Epiſcopus ex propinqua prouincia alios euocet iudicaturos, & controuerſiam deciſuros: & cum prouincialibus quod probatum fuerit, confirmet.

Can.

præſumat, ſed ad maiorẽ epiſcoporum ſynodum ſeſe conuertat: & quæ ſe putat habere iuſta, in eorum Concilio, alleget, atque ab his de ſe, expectet, quę fuerit deprõpta ſententia. Quòd ſi deficiens puſillanimitate, hoc noluerit facere, ſed Imperatori fuerit importunus, huiuſmodi nullã veniã habeat, neq; locũ ullius aſſertionis ſuæ, nec ſpem recipiendi gradûs hẽat in futurũ.

Cap. 13.

Nullum epiſcopum audedere debere ex alia prouincia ad aliam tranſitum facere, & ordinare aliquos in Eccleſijs, aut prouehere ad ſacrum miniſterium, nec alios illuc ſecum attrahat epiſcopos, niſì fortè per literas rogatus, abiẽrit, non ſolùm à metropolitano, ſed & ab his, qui cum eo ſunt, omnibus ipſius prouinciæ epiſcopis. Quòd ſi nullo inuitante, inordinatè ſuperueniat, & aliquos uel ordinare præſumpſerit, vel quoſlibet actus illi Eccleſiæ competentes, quæ ad ſe minimè pertinent, uſurpare tentauerit: uacua quidem & inania erũt omnia, quæ geſſerit: ipſe verò huius indiſciplinati auſùs & irrationabilis cœpti dignas cauſas expendat, tanquàm depoſitus à ſynodo ſancta, & propter huiuſmodi præſumptionem iam prædamnatus. 9.q 2. Nullum epm audere ex alia

Cap. 14.

Si quis epiſcopus de aliquibus cauſis criminalibus in iudicio epiſcoporum fuerit accuſatus, contingat autem de ipſis, epiſcopos prouinciæ, qui conuenerunt, diuerſas habere ſententias, & alios quidem innocentem eum pronunciare, alios reum: propter huiuſcemodi itaq; cõtrouerſiã amputãdam, placuit ſanctæ ſynodo, metropolitanum epiſcopum alterius uicinę ꝓuinciæ aduocari oportere, & aliquãtos cum eo epiſcopos alios. Qui pariter reſidentes, quæcunq; fuerint, dirimant q̃ſtiones, ꝓpter hoc, vt firmũ ſit iudicium, quod ab unius prouinciæ Epiſcopis fuerit promulgatum. 6.q.4. Si quis eps criminaliter in iudi.

Cap.

Cap. 15.

Si quis epiſcopus de ceris criminibus accuſatus, condemuetur ab omnibus epiſcopis eiuſdem prouinciæ, cunctiq́; conſonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hũc apud alios nullo modo iudicari, ſed firmam cōcordãtium epiſcoporum prouinciæ manere ſententiam.

Cap. 16.

Si quis epiſcopus vacans, iu eccleſiam vacantem proſiliat, ſedemq́; pu͂adat, abſque integro perfectoque concilio, hic abijciatur neceſsè eſt, etſi cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum verò concilium illud eſt, vbi interfuerit metropolitanus antiſtes.

Cap. 17.

Diſ.92. Si quis epiſcopus p manus.

Si quis epiſcopus per manûs impoſitionem epiſcopatum acceperit, & præeſſe populo conſtitutus, miniſterium ſubire ueglexerit, nec acquieuerit ire ad eccleſiam ſibi cõmiſſam, hunc oportet communione priuari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiuſdem prouinciæ ſynodus ſacerdotum.

Cap. 18.

Si quis epiſcopus ordinatus, ad parochiam minimè, cui eſt electus, acceſſerit, non ſuo vitio, ſed quòd eum aut populus * vitet, aut propter aliam cauſam, uou tamen eius vitio perpetratam: hic & honoris ſit & miniſterij particeps, dũmodò nil moleſtus Eccleſię rebus exiſtat, vbi miniſtrare cognoſcitur. Quem etiàm obſeruare conueniet, quicquid ſynodus perfecta prouinciæ, quod viſum fuerit, iudicando decreuerit.

*vetet

Cap. 19.

Epiſcopus, pręter ſynodum & præſentiam metropolitani, nullatenùs ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram poſito, melius quidem eſt, vt omnes ſimul adſint eiuſdem prouinciæ ſacerdotes, quos metropolitanus epiſcopus aduocare

Can. 15.

Si q̄s Epiſcopus aliquorũ criminum accuſatus, fuerit ab omnibus prouinciæ Epiſcopis condemnatus, & omnes vnam cõſentientem aduersùs eum ſeutentiam tulerint, is uè ampliùs ab alijs iudicetur, ſed prouincię epiſcoporum firma maneat ſententia.

Can. 16.

Si quis vacans Epiſcopus in vacantem eccleſiam irrumpens, ſedenm arripuerit abſq; perfecta ſynodo, is ſit eiectus, etiamſi omnis populus, quem inuaſit, eum elegerit. Sit autẽ illa perfecta ſynodus, cui vnà quoquè adeſt Metropolitanus.

Can. 17.

Si quis Epiſcopus accepta ordinatione & manuum impoſitione epiſcopi, & populo præeſſe iuſſus, munus non ſuſceperit, nec vt ad ſibi concreditam eccleſiam ꝓficiſcatur, perſuaderi poſſit, is ſit excommunicatus, donèc coactus ſuſcipiat, vel perfecta ſynodus Epiſcoporum prouincialium de ipſo aliquid decernat.

Can. 18.

Si quis ordiuatus non iêrit in parochiam, ad quam eſt ordiuatus, non ſua quidem culpa, ſed propter populi recuſationem, vel aliquam aliam cauſam, quæ à ſe non oritur, is ſit, & honoris & muneris particeps, dum modò nullam rebus eccleſiæ, in qua conuenit, moleſtiam afferat. Is autem id ſuſcipiat, quod perfecta prouinciæ ſynodus, eo quod ad ſe allatum eſt iudicato, ſtatuerit.

Can. 19.

Epiſcop⁹ nè ordinetur abſque ſynodo & præſentia Metropolitani prouinciæ. Eo autem præſente, omninò melius eſt, omnes vnà cum eo adeſſe, qui ſunt in prouincia, eiuſdẽ muneris officijq́; ſocii (συλλειτουργοὺς,) & oportet per

Cap. 15.

Si quis Epiſcopus criminaliter accuſatus ab omnibus, qui ſunt intra prouinciam, epiſcopis, exceperit vnam conſonamque ſententiam, ab alijs vlteriùs iudicari non poterit, ſed manere circa eũ oportet, tanquàm conuenientem, quæ ab omnibus prolata eſt, firmam ratamq́; ſententiam.

6.q.4. Si quis epiſcopus criminaliter accuſatus.

Cap. 16.

Si quis Epiſcopus vacans, iu Eccleſiam vacantem, ſuperuenerit, & hanc obrepenter, præter plenariam ſynodum, diripiendam eſſe crediderit, hunc abijci oportet, tametſi eum plebs, quam diripuerit, velit ſibi epiſcopum retiuere. Illa autem dicitur ſynodus plenaria, in qua etiam epiſcopus Metropolitanus affuerit.

Cap. 17.

Si quis Epiſcopus, ſuſcepta manûs impoſitione, & deputatus populis præeſſe, non ſuſcipiat miniſterium ſacerdotij, nec conſentiat abire in Eccleſiam, cui fuerat ordiuatus, hunc incommunicabilem eſſe debere, donèc coactus conſentiat plebem ſuſcipere ſibimet deputatam, aut prouincię plenaria ſynodus epiſcoporum de eo aliquid ſtatuat.

Diſt. 92. Si quis epiſcopus vacans. Iſtud eſt ĩ decr. Iuo. lib. 4.

Cap. 18.

Si quis Epiſcopus ordinatus, non abiêrit in parochiam, cui ordinatus eſt, non ſuo vitio, ſed plebis forſitan cõtradictione, hic honorem ſuſceptum retinere debebit, & ſacerdotio fungi, ità vt nihil moleſtiæ afferat eccleſiæ illi, in qua eſt conſtitutus. Expectare autem eum oportet prouinciæ plenariam ſynodum, donèc de eo, quod competit, ſtatuatur.

Diſt. 92. Si quis epiſcopus ordinat⁹.

Cap. 19.

Epiſcopum non ordinandum ſinè conſilio & præſentia Metropolitani Epiſcopi, cui melius erit, ſi ex omni prouincia congregentur Epiſcopi. Quod ſi fieri non poteſt, hi qui adeſſe non poſſunt, proprijs literis conſenſum ſuum de

Diſt 65. Epiſcopus non eſt ordi.

uocare debebit. Et ſi quidem omnes occurrerint, optimè: quod ſi difficile fuerit, ſaltem plures adeſſe omninò conuenit, aut certè ſcriptis einſdem ſententiæ comprobari: & ità ſub plurimorum uel præſentia, uel decreto, ordinatio celebretur. Quod ſi ſecùs contra definita factum fuerit, nullas ordinatio uires habeat. Si uerò iuxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat ſententia plurimorum.

Cap. 20.

Propter utilitates Eccleſiaſticas, & abſulutiones earum rerum, quæ dubitationē controuerſiamq; recipiunt, optimè placuit; vt per ſingulas quaſq; proníncias, bìs in anno epiſcoporum Cōcilia celebrētur. Semel quidem poſt tertiam ſeptimanam feſti paſchalis, ità ut in quarta ſeptimana quæ cōſeqnitur, id eſt, medio pentecoſtes conueniat ſynodus, metropolitano com prouinciales epiſcopos admonente. Secunda uerò ſynodus fiat Idibus Octobris, id eſt, quintodecimo die menſis Octobris, quem hyperbæreteon Græci nominant. In ipſis autem concilij adſint presbyteri & diaconi, & omnes, qui ſe læſos exiſtimāt, & ſynodi experiantur examē. Nullis verò liceat apud ſe celebrare cōcilia, p̄ter eos, q̄bus metropolitana uidenť eſſe iura commiſſa,

Cap. 21.

Epiſcopus ab alia parochia nequaquàm migret ad aliam, nec ſpontè ſua prorsùs inſiliens, nec ui coactus à populis, nec ab epiſcopis neceſſitatę cōpulſuş: maneat autē in Eccleſia, quàm primitùs à Deo ſortitus eſt. Nec indè tranſmigret, ſecundùm priſtinum de hac re terminum conſtitutum.

Cap. 22.

Epiſcopus alienam ciuitatem, quæ non eſt illi ſubiecta, non adeat: nec ad poſſeſſionē accedat, quæ ad eum nō pertinet ſuper ordinationem cuiuſ-

per epiſtolam metropolitanū eos conuocare, & ſi omnes quidem acceſſerint, benè eſt: ſin antem hoc fuerit difficile, plures omninò adeſſe oportet, uel per literas unà cū illis ſuffragium ferrę, & ſic cum pluriū præſentia uel electione fieri conſtitutionem. Sin autem aliter præter hæc quæ decreta ſunt, fiat, non ualeat ordinatio, Sin autem ex præfinito Canone facta fuerit conſtitutio, aliqui antem propter ſuum contentionis ſtudium cōtradicant, uincat plurium ſuffragium.

Can. 20.

Propter uſus Eccleſiaſticos, & pro componendis controuerſijs, rectè habere uiſum eſt, vt Synodi Epiſcoporum in unaquaque prouincia fiāt bìs in anno: ſemèl quidē poſt tertiam hebdomadem feſti Paſchæ, ut quarta hebdomade pentecoſtes perficiať ſynodus, metropolitano prouinciales Epiſcopos admonente ſecundùm Synodum Idibus octobris futuram, qui eſt decimus hyperberetæi: vt in his ipſis Synodis accedant presbyteri & diaconi, & omnes qui ſe iniuria affectos putant, & à Synodo iudicium aſſequantur: nec ullis liceat Synodos per ſe facere, ſinè ijs quibus ſunt creditæ metropoles.

Can. 21.

Epiſcopus ab alia parochia in aliam nè trāſeat, nec ſe ſua ſponte ingerens, nec à populis ui adactus, nec ab Epiſcopis coactus: maneat autem in ea quam à Deo ſortitus eſt Eccleſia, & ab ea non recedat, ſecundùm decretum priùs de ea re editum.

Can. 22.

Epiſcopus in alienam ciuitatē, quæ ei ſubiecta non eſt non aſcendat, nec in regionē quæ ad eum non pertinet, ad alicuius ordinationem, nec pre-

de ipſo deſignent, & tunc demùm, poſt plurimorum ſiuę per præſentiam, ſiue per literàs conſenſum, ſententia conſona ordinetur. Quòd ſi aliter, q̃ ſtatutum eſt, fiat nihil valere huiuſmodi ordinationem. Si uerò etiàm ſecundùm definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui, propter proprias & domeſticas ſimultates, his contemptis, ſententia de eo obtineat plurimorum,

Cap. 20.

Propter Eccleſiaſticas cauſas &, quæ exiſtunt, controuerſias diſſoluendas ſufficere uiſum eſt bìs in anno per ſingulas prouincias epiſcoporū cōcilium fieri. Semel quidem poſt tertiam hebdomadam paſchalis feſtiuitatis, ità ut in quarta ſeptimana ſanctæ Paſchæ perfici concilium poſſit, conuocante metropolitano epiſcopo omnes prouinciæ epiſcopos. Secundò autem concilium fieri Idibus Octobris, qui dies apud Græcos hyperberetæi menſis xv. inuenitur: ità vt in his concilijs procedant omnes presbyteri, diacones, & reliqui, qui ſe læſos dicunt, vt in concilio eorum cauſa examinata, ad debitum iudicium perueniant. Nec liceat ulli proprie apud ſemetipſum concilium celebrare, præter eos, quibus metropoles creditæ ſunt.

Dist. 18. Propter Eccle. Ft in dec. Iuo. lib. 4.

Cap. 21.

Epiſcopum de diœceſi ad diœceſim alteram non debere tranſire, neq; ſi ſeipſum ingeſſerit, neq; ſi à populis fuerit uiolenter attractus, neque ſi etiàm hoc ei ab epiſcopis ſuadeatur. Manere autē eum debere in Eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & nō ab ea aliò demigraſſe, ſecundùm regulam ſuper hoc olim à patribus conſtitutam.

7. q. 1. Epiſcopū de diœceſi.

Cap. 22.

Epiſcopum non debere in alienam irruere ciuitatē, quæ illi probatur non eſſe ſubiecta, neque in regionem, quæ ad eius curam minimè dinoſcitur

9 q. 2. Epiſcopū nō debere.

cuiuſquã: nec conſtituat preſbyteros, aut diaconos alteri ſubiectos Epiſcopo, niſi ſortè cum conſilio & voluntate regionis Epiſcopi. Si quis autẽ tale aliquid facere tentauerit, irrita ſit eius ordinatio, & ipſe coërceatur à ſynodo. Nam ſi ordinare non potuerit, nullatenùs iudicabit.

Cap. 23.

8.q.1.Epõ nõ liceat pro ſe.

Epiſcopo non licere, pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licèt ad exitum vitæ perueniat. Quòd ſi tale aliquid factum fuerit, irritum eſſe huiuſmodi, eſt conſtitutum. Seruetur autẽ ius Eccleſiaſticum, id continens, oportere non aliter fieri, niſi cum ſynodo & iudicio Epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcentis, poteſtatem habent eũ, qui dignus extiterit, promouere.

Cap. 24.

Quæ ſunt Eccleſię, ſnb omni ſolicitudine, & conſcientia bona, & fide, quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat iudicatque, ſeruentur: quæ etiã diſpenſanda ſunt iudicio & poteſtate Pontificis, cui commiſſus eſt populus & animæ, quæ in Eccleſia cõgregantur. Manifeſta verò ſint, quæ pertinere videntur ad Eccleſiam, cum notitia presbyterorum & diaconorũ, qui circa ipſum ſunt, ità vt agnoſcant, nec ignorent, quæ ſint Eccleſiæ propria, nec eos aliquid lateat: Vt ſi contigerit Epiſcopum migrare de ſeculo, certis exiſtentibus rebus, quæ ſuot Eccleſiæ, nec ipſæ collapſæ depereant, nec quæ propria probantur Epiſcopi, ſub occaſione rerum peruadantur Eccleſiæ. Iuſtum nanque & acceptum eſt coram Deo & hominibus, vt ſua Epiſcopus, quibus voluerit, derelinquat: & quę Eccleſię ſunt, eidẽ conſeruentur Eccleſiæ, vt nec Eccleſia aliquod patiatur incõmodũ, nec Epiſcopus ſnb occaſione proſcribatur Eccleſiæ, & in canſas incidant, qui ad eum pertinent, & ipſe poſt obi-

presbyterum vel diaconum conſtituat in locis alijs Epiſcopo ſubiectis, niſi cum volũtate proprij illius regionis Epiſcopi. Si quis autem tale quid auſus fuerit, infirma ſit ordinatio, & ipſe à Synodo puniatur.

Can. 23.

Nè liceat Epiſcopo alium pro ſe ſucceſſorem conſtituere, etiamſi ſit in fine vitæ. Si quid autẽ fiat eiuſmodi, irrita ſit conſtitutio. Seruetur autem ritus Eccleſiaſticus, qui continet non aliter debere fieri, quàm cum Synodo & iudicio Epiſcoporum, qui poſt defuncti dormitionem poteſtatem habent dignum prouehenei,

Can. 24.

Rectè habet, vt ea quæ ſunt Eccleſiæ, Eccleſiæ ſeruentur cum omni bona conſcientia, & fide in omnium præſidem & iudicem Deum: quæ etiàm adminiſtrari conuenit cum iudicio, & poteſtate Epiſcopi, cui eſt omnis populus creditus, & eorum animę quæ in Eccleſiam conueniunt. Sint autem manifeſta quæ ad Eccleſiam pertinent cum cognitione presbyterorum & diaconorum, qui ſunt circa eum, vt ſciant & non ignorent quæ ſunt propria Eccleſiæ, vt nihil ipſos lateat: vt ſi contingat Epiſcopum è vita migrare, ijs manifeſtis exiſtentibus, quæ ad Eccleſiam pertinent, nè ea intercidant & pereant: nec quæ ſunt propria Epiſcopi, prætextu rerum Eccleſiaſticarum vexentur. Eſt enim iuſtum, & apud Deum & homines acceptũ, vt Epiſcopus propria quibus velit relinquat. Quæ ſunt autem Eccleſiæ, ipſi ſeruentur, & nec Eccleſia damnum aliquod ſuſtineat, nec Epiſcopus Eccleſiæ prætextu proſcribatur, vel qui ad eum attinent, in negocia incidant, cum eo quòd

ſcitur pertinere, ad aliquid ordinandum, neq; presbyteros, neq; diaconos conſtituere ad alios Epiſcopos ptinẽtes, niſi ſortè cũ conſilio & voluntate propriæ regionis Epiſcopi. Quòd ſi quiſpiã horũ aliquid audere voluerit, irrita quidẽ erit huiuſmodi ordinatio: & is qui malè vſurpauerit, à ſynodo arguatur. Nã ſi ordinare nõ potuerit, nullatenùs alteri⁹ parochianũ iudicare p̃ſumat.

Cap. 23.

Epiſcopũ nõ licere, tãquàm ſucceſſorẽ ſibi futurũ, conſtituere alterũ, quãuis circa viciniã mortis habeatur. Quòd ſi tale aliquid factũ fuerit, irrita ſir huiuſmodi ordinatio. Cuſtodiri autẽ oportet Eccleſiaſtica cõſtituta, q̃ ſe ità cõtinẽt, nõ poſſe aliter Epiſcopũ fieri, niſi in cõcilio & cũ conſenſu Epiſcoporũ, eorũ duntaxat, q poſt obitũ illius, qui pręceſſit, habuerint poteſtatem eũ, qui dignus fuerit, prouehendi.

Cap. 24.

Quæcunque res Eccleſiæ ſunt, benè debent cum omni diligentia & bona fide ſeruari: illa ſcilicet fide, quæ Deo ſeruatur omnia prouidenti atque iudicanti: eaſque gubernari & diſpenſari oportet cum iudicio & poteſtate Epiſcopi, cui totius plebis animæ videntur eſſe commiſſæ. — 9.q.1.Quę cunq; res Ec.

Manifeſta autem eſſe oportet, quæ Eccleſiæ competunt, ſub conſcientia eorũ presbyterorum & diaconorum, qui circa ipſum ſunt, vt ipſi non ignorent, nec eos aliquid lateat eorum, quæ ſunt propria Eccleſiæ. Vt ſi contigerit Epiſcopum ex hac vita migrare cùm manifeſtæ ſunt & notæ res Eccleſiaſticæ, non intercidant atque depereant: ſed nec res propriæ Epiſcopi, tanquàm obnoxiæ, rerum Eccleſiaſticarum occaſione, vllius pulſentur iniuria: quia iuſtũ & acceptum eſt apud Deum & homines, quæ propria ſunt Epiſcopi, quibus ipſe iuſſerit derelinqui, & quæ Eccleſiæ, ipſi ſeruari. Ità enim fit, vt nec Eccleſia damno aliquo affligatur, nec Epiſcopus occaſione rerum Eccleſiaſtica- — Idẽ habet in canonibus Apoſtolorum cap. 39.

obitum maledictionibus ingrauetur.

Cap. 25.

12. q6. 1. Epiſcop⁹ eccleſiaſticarũ rerũ. Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem, ad diſpenſandũ erga omnes qui indigent, cum ſumma reuerentia & timore Dei. Participet autem & ipſe, quibus indiget, ſi tamen indiget, tam in ſuis, quàm in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſarijs vſibus profuturis, ità vt in nullo qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctum Apo-
1. Tim. 6. b. ſtolum ſic dicentem: Habentes victum & tegumentum, his contenti ſumus. Quòd ſi contentus iſtis minimè ſuetit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius commoda vel agrorum fructus, non cum preſbyterorum conſcientia diaconorũque, pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filijsque committat, vt per huiuſmodi perſonas occultè cæteræ lædantur Eccleſiæ, Synodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur Epiſcopus, aut preſbyteri, qui cum ipſo ſunt, quod ea quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent, ità vt ex hoc affligantur quidem pau-
*criminationi. peres, * criminatori verò & blaſphemijs tam ſermo prædicationis, quàm hi qui diſpenſant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, ſancta Synodo, id quod condecet, approbante. Et ſubſcripſerunt triginta Epiſcopi, qui in eodem concilio conuenerũt. qui ſuprà in principio alterius trãſlationis huius cõcilij adnotati ſunt.

Superius tãtũ xxix. exprimuntur.

& ipſum poſt mortem malis omnibus proſequantur.

Can. 25.

Epiſcopus habeat rerum Eccleſiæ poteſtatem, vt eas in omnes egentes diſpenſet cum multa cautione & Dei timore: ipſe autem eorum, quæ opus eſt, ſit particeps ad vſus neceſſarios, & fratrum qui apud eum hoſpitio excipiuntur, ut ipſi nullo modo priuentur, ſecundùm diuinum Apoſtolum, qui dicit, Habentes autem alimenta & quibus tegamur, ijs contenti erimus. Sin autem ijs non ſit contentus, & res in proprios vſus conuertat, & Eccleſiæ reditus, vel agrorum fructus non cum presbyterorum vel diaconorum ſententia adminiſtret, ſed ſuis cognatis, vel fratribus, vel filijs præbeat facultates, vt per hæc rationes Eccleſię latenter lædantur, is det Synodo prouinciæ rationem. Sin autem etiàm alias inſimuletur Epiſcopus, vel qui ſunt cum eo presbyteri, quòd quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris, vel ex quacunque alia cauſa eccleſiaſtica, ad ſeipſos referre, vt pauperes quidam opprimantur, & inuidia ac infamia verbo inuratur, & ijs qui ſic adminiſtrant, ij quoque correctionem allequantur, ſancta Synodo id quod decet examinante.

rũ pſcribatur, neq; pertinentes ad eum, cauſas incurrant, quô poſt mortẽ memoria ei⁹ maledictis aliquibus oneret.

Cap. 25.

Epiſcopum habere rerum eccleſiaſticarum poteſtatẽ, ad diſpenſandum omnibus indigentibus, cum omni timore & reuerẽtia Dei. Ipſum quoquè ex eis percipere, atque vti debere, quibus indiget, ſi tamen indiget, vel ad ſuas neceſſarias expenſas, vel fratrũ, qui apud eum hoſpitalitatis gratia cõmorãtur, vt nulla ex parte per inopiã defraudentur, ſecundùm Apoſtolum dicentem: Habentes victum quotidianũ & tegumenum corporis, his contenti ſumus. Quòd ſi his minimè contentus atque ſufficiens, transferat in neceſſitates domeſticas eccleſiaſticas res, vel commoda quælibet Eccleſiæ, aut agrorum eccleſiaſticorũ fructus citra cõſciẽtiã presbyterorũ apud ſe redigat, & domeſticis ſuis, vel etiã affinibus, aut fratribus, aut filijs earũ rerum tribuat poteſtatẽ, vt per eorũ ſecretã diligẽtiã cæteri eccleſiaſtici lædi videantur, reatũ hunc, qui huiuſmodi eſt, apud Metropolitanũ prouinciæ præſtare debebit. Quòd ſi aliter repręhẽdatur Epiſcopus, vel qui cũ ipſo ſunt, presbyteri, quo dicatur, hæc quæ ad Eccleſiam pertinent, ſiue de agris, ſiue de alijs quibuſcunq; eccleſiaſticis cauſis, eos ſibimet vſurpare, pauperes verò neceſſitate & penuria opprimi, atq; ex hoc ipſo non ſolùm eccleſiaſticæ rationi, verùm etiàm diſpenſatoribus eius maledicta & repræhenſio augeat: hos igit correptionem oportet mereri, quã cõdecet, ſancta ſynodo cognoſcẽte. Euſebius omnibus, quæ conſtituta ſunt à ſancta ſynodo, præſens cõſenſi. Theodorus, Nicetas, Macedoni⁹, Anatholius, Tarcodimãtus, Æthere⁹, Narciſſus, Euſtathius, Heſychius, Mauricius, Paulus, & cæteri, quorum nomina in Gręco iam ſuperiùs continentur, cõſenſerunt & ſubſcripſerunt triginta Epiſcopi, in initio huius Concilij adnotati.

CON-

CONCILIVM SARDICENSE.
EST AVTEM OECVMENICVM, ET TOTO ORBE RECEPTVM.

Vide Diſt.16. c.Quòd dicitis.

DE QVIBVSDAM AD HANC Sardicenſem Synodum pertinentibus, ex Nicephori lib.9.cap.12. Vide etiàm Theodoritum lib.2.cap.8. Hiſtor. Eccleſiaſt.

VT ab Occidentalibus repudiata eſt prolixior expoſitio quorundã orientalium, Conſtans Cæſar vnũ illud à fratre ubi dari poſtulauit, vt Paulus & Athanaſius ſedes ſuas reciperent. At cùm literis ſuis nihil effeciſſet, propterea quòd aduerſarij contrà niterentur, & cùm populus ea de cauſa ſeditionem moueret, Paulus & Athanaſius rurſum Conſtantẽ adiêre, & vt vniuerſalis ſynodus cogeretur petiêre, vt de profeſſione fidei & de eorũ cauſis accuratiùs res explorari poſſet. exauthorationis.n.ignominiam ſe ꝑpter fidei ſynceritatẽ ſuſtinere affirmârunt. Quapropter de duorũ Imperatorũ iſtorũ ſententia ſtatutũ, vt vtriuſq; Imperij Epi ad diẽ certũ Sardicam, quæ Illytica ciuitas eſt, côuenirẽt. Id quod Cõſtãs ſic petierat, Cõſtantius aũt aſſenſerat, vt videlicet ſeditio ſolueretur. Atq; ex occidẽtis partibus circitèr trecenti côuenẽte Epi, ſicutì alibi ſacer dicit Athanaſius: ex oriente verò, Sabino Macedoniano referẽte, ſex & ſeptuaginta: quibus acceſſus eſt & Iſchyras ille, ex ſeſe ortus presbyter. Ob quam cauſam cùm negociũ ei cum Athanaſio eſſet, in aduerſariorũ partes conceſſit, apud quos ꝑter mẽdacia cõficta Epiſcopus apud Mareoten eſt creatus: Reliquũ aũt anguſtias cõſtituti tpis prætexentes, atq; alius aliam cauſam allegantes, nõn cõparuere. Potiſſimùm verò in Iulium culpã eius rei cõferebant, cùm quidẽ menſibus viginti ante Eporum aduentũ dies eſſet conſtituta. Decimus is erat annus, ex quo Cõſtãtinus Imperatoris vtriuſq; pater, ad meliorẽ migrauerat vitã. Et oriẽtales, qui Philippopolim in Thracia venerãt, Occidẽtalibus qui Sardicæ iã præſtò erãt, ſcripſêre, vt Athanaſiũ eiuſq; ſtudioſos, vt quibus ſacris miniſterijs interdictũ eſſet, à Cõcilio remouerẽt: aliter.n. fieri non poſſe, vt in vnũ conuenirent. Quod quidem poſtcà quoq;, cùm Sardicæ eſſent, obtinere contendebant. Occidentales autẽ, atque in primis Oſius Cordubẽſis Hiſpanus, & Protogenes Sardicenſis reſpondêre, nunquam ſe côionem illorum deuitaſſe, neq; porrò etiàm vitaturos eſſe, cùm Iulius Epiſcopus Romanus, cauſa eorum perſpecta, iniquè eos inſidijs circumuentos eſſe iudicârit: adeſſe ipſos quoq;, & redarguere iniquum illud iudiciũ velle. Plura quoquè alia vltrò citroque & ſcripſere, & per internuncios alteri alteris ſignificauêre: vndè maior etiàm inter eos eſt excitata ſimultas, maius odium: dies quoque conſtituta præterijt. Et confeſtim diſceſſione facta, ſeorſimq; vtriſq; cõſilia agitãtibus, cõtrarias alteri aduerſùs alteros ſentẽtias tulêre. Orientales nanque Philippopoli conuentũ egêre, atq; ibi decretis ſuis in Athanaſiũ, Paulũ, Aſclepã, & Marcellũ magis etiàm cõfirmatis, Iulio inſupèr Romæ antiſtiti magiſtratũ Eccleſiaſticũ abrogauêre, ꝙ primus ipſe cũ illis côicâſſet. Confeſſorẽ etiàm Oſiũ ea de cauſa, & præterea ꝙ amicus Euſtathij & Paulini Antiochenæ Eccleſiæ Eporum fuerit, exauthorârunt. Deindè & Maximinum Treuirorũ antiſtitem, qui primus ad côionem Paulum admiſerat, reditumq; eius in vrbẽ Cõſtãtinopolitanã procurauerat, inſupèr ꝙ orientales Epos in occidentem veniẽtes proſcripſerat. Nec ijs tãtũ ſacrã ademêre dignitatem, ſed & Protogeni Sardicenſi: qm̃ Marcellũ Ancyranũ, quẽ anteà calculo ſuo damnauerat, ope ſua ſubleuaret: atq; itẽ Gaudẽtium, quia quos illi per abrogationem ignominia affecerãt, multo ꝓſequeretur honore: & ꝙ aliter de rebus diuinis q̃ Cyriacus ſentiret, cuius ipſe ſucceſſor erat. Porrò in cauſa fidei ὁμοούσιον conſubſtantiale quidem repudiârũt, τοῦ ἀνομοίου in æqualitatis verò opinionem literis in partes omnes ſcriptis diuulgârunt: in quibus locorum plerorumq; Epiſcopis quoq; ſignificârunt, nẽ eos quos proximẽ ſententia ſua notâſſent, vel in côionem reciperent, vel literis etiàm dignarẽtur. Alij autem dicunt, eos de fide iuxta prolixiorem quam præmiſimus formulam credere iuſſiſſe, in qua τοῦ ὁμοουσίου conſubſtantialis, verbo nullo meminêre: ſed eorum tantùm, qui tres deos eſſe, aut Chriſtum non eſſe Deum, aut eundem eſſe Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, aut filium ingenitum, aut fuiſſe aliquandò tempus, aut ſeculum, cùm ipſe non fuerit, dicunt. Hæc quidem Epiſcopi Orientales Philippopoli in Thracia agebant. Oſius autem & qui cum eo Sardicæ erant, primum qu dem illos indicta & deſerta cauſa propter contumaciam damnârunt, Athanaſium receperunt, & quæ aduerſùs eum Tyri acta fuerant, anathemate ſunt perſecuti: Aſclepæ Epiſcopatum Gazæorum authoritate ſua confirmârunt, qui anteà quoque multorum antiſtitum, & maximẽ Euſebij Pamphili ſuffragio Epiſcopalem ſuſceperat dignitatem, cuius rei certitudinem acta iudicij declarabant. Lucium etiam, ꝙ eius accuſatores profugerant, reſtituerunt: horumq; parœcijs & Eccleſijs ſcripſerunt, nẽ alios quàm hoſipſos haberent Epiſcopos, eorumq; q̃ primùm expectarent aduentũ. Abrogârunt quoq; Epiſcopatum * Gregorio Alexandrino, Baſilio Ancyrano, & Quintiano Gazæo: & ut nõ modò Epiſcoporum, ſed nẽ Chriſtianorũ quidem appellatione honorarentur ſtatuêre. Idem feceſ

Vide Ptolemęũ lib. 2. cap. 11.

Nota impudẽtiam hæreticorum.

* Georgio

fecerunt Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopolitano, Acacio Cęſareenſi Euſebij Pamphili ſucceſſori, Menophanto Epheſio, Vrſacio Singidonis, & Valenti Murſæ Pannoniorum Epiſcopis, & Laodicenſi Georgio, quamuis Synodo orientalium is non intereſſet. His omnibus dignitate adempta, communione interdixerunt, quòd filium DEI à paterna ſubſtantia ſepararent, & quòd qui dudùm propter Arianam hæreſim reiecti fuerant, eos recepiſſent, & ad ampliorem miniſterij DEI euexiſſent dignitatem. Eis damnatis, ad omnes, vbique Epiſcopos miſerunt, vt decreta ea rata haberent & confirmarent, necnon Nicęnis placitis conſentirent. Quibus roboratis, τὸ ἀνόμοιον inæqualitatem repudiârunt, τὸ ὁμοούσιον conſubſtātiale apertè ꝓmulgarunt. Et ſcripto quodam compoſito, quod diffuſius quidem quàm Nicænum eſſet, finitionem autem eius ſeruaret, verbiſque non admodùm ab illo differret, id paſſim ad loca omnia miſerunt. Nè verò nouare quidquam contra Nicæna decreta viderentur, Oſius & Protogenes, qui tum Synodo præiêrant, cum certa atteſtatione ad Iulium literas dederunt, authoritatē ſuam ſe Nicænæ fidei profeſſioni integram relinquere: perſpicuitatis autem gratia, quæ Nicææ conſtituta eſſent, non ità multis latius extendiſſe, nè ſcilicet Ariani cōpendio profeſſionis fidei, ad abſurdas opiniones eos abducerent, qui dialecticæ ſunt imperiti. His ità peractis, domum reuertêre. Et vtrique in ea erant ſententia, rectè ab eis quę ſententijs proſcriptionis ferendis egiſſent, eſſe facta: Orientales quidem, quòd occidentales, quos ipſi ſacro ordine mouiſſent & reiecîſſent, eos ad communionem admiſiſſent: Occidentales autem, quòd illi qui Athanaſium & alios damnationis ſententia notâſſent, ante publicam cognitionem profugiſſent. Et quòd ij Nicæna decreta complectebantur, illi verò ea deprauare & adulterare audebant. In Sardicenſi Concilio Marcello quoque, de quo ſuprà diximus, Ancyræ Galatiæ Epiſcopatum rurſùm mandârunt. Nam is Synodo expoſuit, à multis libri ſui ſcripta intellecta non eſſe, vnde illi ſuſpicionem conceperint, eadem ſe cum Samoſateno Paulo & Sabellio ſentire. Et rurſùs cap. 13. Sardicenſi conuentu ità peracto, domum ſe quiſque recepit, ac deinceps Occidens ab Oriente per ſeceſſionem diuiſus eſt. Non ampliùs enim occidentales cum orientalibus haud eadem ſecum ſentientibus, negocij ſibi quidquam & coniunctionis eſſe voluere. Et paulò pòſt: Et vt paucis dicam, Ecclesia occidentalis omnis patriæ inſiſtens religioni, contentionis expers, & à ſtudio de dogmatis nugandi aliena fuit, ſyncerè profeſſionem fidei Nicænam ſonans atque profitens. Quanuis enim tum Vrſacius Pannonius & Auxentius Mediolanenſis, conati ſunt Eccleſias diſtrahere; & ad Arianam opinionē traducere, efficere tamen id nequiuêre, ſede Romana & alijs occidentalibus Epiſcopis vigilantibus, & hæreſis eius ſurculos ilicò extirpantibus. Hæc ibi.

Inſigne encomiū Eccleſię occidentalis.

TITVLI CANONVM SARDICENSIS CONCILII SVB DVPLICI EDITIONE, ADDITA ETIAM TERTIA eorundem verſione, Gentiani Herueti Galli.

EDITIO PRIMA.		EDITIO SECVNDA.	
De Epiſcopis, etiàm laica communione priuandis, qui ciuitates mutauerint.	1	Epiſcopum non debere ad aliam ciuitatem transferi.	1
De ijſdem Epiſcopis, vt ſi per ambitionem ſedem mutauerint, nec in exitu communionem laicam conſequantur.	2	Epiſcopum de prouincia ad prouinciam non tranſire, niſi fuerit inuitatus.	2
Vt inter diſcordes Epiſcopos, comprouinciales antiſtites audiant. Quòd ſi damnatus appellauerit Romanum pontificem, id obſeruandum, quod ipſe cenſuerit.	3	De duobus Epiſcopis vnius prouinciæ, inter ſe contentionem habentibus.	3
Vt nullus accuſati ſedem vſurpet Epiſcopi.	4	De Epiſcopo adiudicato.	4
Quandò quis debeat à vicinis prouinciæ Epiſcopis ordinari.	5	De Epiſcopis à ſynodo depoſitis.	5
De nō ordinandis Epiſcopis per vicos & modicas ciuitates.	6	De quibus ſuprà.	6
De prouinciali ſynodo retractanda ꝑ vicarios Epiſcopis vrbis Romæ, ſi ipſe decreuerit.	7	De Epiſcopis accuſatis.	7
Quandò, & in quibus cauſis Epiſcopi ad comitatum ire debeant.	8	Vt Epiſcopi paſsim ad comitatum non pergant.	8
De diaconis, ad comitatum dirigendis.	9	De quibus ſuprà.	9
Quòd ad comitatum pro pupillis & viduis, ac neceſſitatem patientibus, ſit eundum.	10	De quibus ſuprà.	10
Vt qui in canali ſunt Epiſcopi, euntes ad comitatum ſolicitè diſcutiant.	15	De quibus ſuprà.	

Canalis hic & ali-

De his, De qui-

quoties abbl tritā, ſeu publicam viam ſignat.

De his, qui ignorant, quid ſit in Synodo conſtitutum. 12	De quibus ſuprà. 12
De laicis, non temerè faciendis Epiſcopis. 13	Vt nè ex laico qnilibet Epiſcopus ordinet. 13
Quàm diù Epiſcopus in aliena ciuitate immoretur. 14	Vt Epiſcopus in aliena prouincia non immoretur. 14
Non liceat Epiſcopo, à ſua Eccleſia plùs tribus hebdomadibus abeſſe. 15	De Epiſcopis in aliena prouincia poſſeſſiones habentibus. 15
De clericis, à communione ſummotis, ab alio non recipiendis epiſcopo. 16	De clericorum excommunicatione. 16
De excommunicatis, apud vicinos Epiſcopos audiendis. 17	Licere clericis, ſi iniuſtè fuerint excommunicati, vicinos adire Epiſcopos. 17
De non ſolicitandis clericis alienis. 18	Non licere Epiſcopo, alterius clericum in ſua Eccleſia ordinare. 18
De non ordinandis clericis alienis, ſinè ſui cõſenſu Epiſcopi. 19	De quibus ſuprà. 19
De preſbyteris & diaconis, qni Theſſalonicam veniunt, quantùm temporis ibì reſideant. 20	Vt extranei clerici apud Theſſalonicam non tardent. 20
De ſuſcipiendis his, qui perſecutionem patiuntur. 21	Clerici vim paſſi aut perſequutionem, ſi ad aliam acceſſerint ciuitatdm, non vetentur ibì morari,* quandiù potuerint redire. 21

i. donèc

CANONES SARDICENSIS CONCILII

SVB IVLIO PAPA PRIMO:

* Rectius Nicephorus refert in decimũ annum.

¶Anno ſexto Conſtantij Imperatoris, Leonrio & Saluſtio conſulibus, ęra 381. Sardicenſis Synodus congregata eſt, vbì omnes per Orientem Ariani Epiſcopi condemnati ſunt, qui conuenri ad Concilium occurrere, reatùs conſcientia noluerunt. In quo Concilio inter cætera hæ regulæ pro diſciplina Eccleſiaſtica inſtitutæ ſunt:

EDITIO I.

Caput. I.

Diſ. 8. Mala cõſuetudo. ſub ti. Nicolai IIII. ad Ignatum archiepiſcopum Rhemẽſ.

OSius Epiſcopus dixit: nõ minùs mala cõſuetudo, quàm pernicioſa corrnptela, funditùs eradicãda eſt, nè cui liceat Ep̃o, de ſua ciuitate ad aliã tranſire ciuitatẽ. Manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentant, cùm nullus in hac re inuẽtus ſit Epiſcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem tranſiret. Vndè appáret, auaritiæ ardore eos inflãmari, & ambitioni ſeruire, vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiuſmodi pernicies ſeuiùs & auſterius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat, qui talis eſt. Reſponderunt vniuerſi: Placet.

Cap. 2.

Oſius Epiſcopus dixit: Etiàm ſi talis aliquis extiterit temerarius, vt fortaſsìs excuſationem afferens, aſſeueret, quòd populi literas acceperit, cùm manifeſtum ſit potuiſſe paucos præmio & mercede

EDITIO II.

Caput I.

OSius Ep̃s dixit: Non minùs mala cõſuetudo, q̃ pnicioſa corruptela, funditùs eradicanda eſt, nè cui liceat Ep̃o, de ſua ciuitate ad aliam ciuitatem tranſire. Manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentant, cùm nullus in hac re inuentus ſit Ep̃us, qui de maiore ciuitate ad minorẽ trãſiret. Vndè apparet auaritiæ eos ardore inflãmari, & ambitioni ſeruire, & vt dominationem exerceant. Si ergò omnibus placet, hmõi pernicies auſteriùs vindicetur, nec laicam communionem habeat, qui talis eſt. Vniuerſi dixerunt: Placet. Oſius Epiſcopus dixit: Etiàm ſi talis aliquis extiterit temerarius, vt forſità excuſationem afferat, quòd populi literas acceperit, cùm manifeſtum ſit, præmio & mercede paucos qui fidem ſynceram non habent, potuiſſe corrumpi, ut clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderẽtur Epiſcopũ oĩnò has fraudes

Canones Sardicenſis Concilij, interprete Gentiano Herueto.

Canon I.

OSins vrbis Cordubę Ep̃s dixit: Nõ tãtũ mala cõſuetudo, quãtùm pernicioſiſſima rerũ corruptela, eſt ex ipſis fundamẽtis penitùs extirpãda, nè cui Ep̃o liceat à parua ciuitate ĩ aliã migrare. Eius enim cauſę p̃textus eſt manifeſtus, ꝓpter quẽ talia aggrediť. Nullꝰ enim Ep̃us adhuc inueniri potuit, qui à maiori ciuitate in minorẽ trãſire ſtuduerit. Vndè cõſtitit eos ardenti plura habẽdi cupiditate ſuccẽdi, & magìs arrogãtiæ ſeruire, vt videanť maiore habere poteſtatẽ. Placétne hoc oĩbus, vt eiuſmodi improbitas acerbiùs vindiceť? Exiſtimo eñ eos nè laicorũ quidẽ debere habere cõionẽ. Oẽs Epiſcopi dixerũt, Placet omnibus.

CAN. 2. Oſius Epiſcopus dixit: Si quis aũt adeò inſanus vel audax inueniať, vt de ijs videať aliquã afferre excuſationem, afferens ſibi à populo allatas eſſe literas, clarum eſt potuiſſe paucos aliquos mercede & precio

cede corrumpi eos, qui ſynceram fidem non habent, vt clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur Epiſcopum. Omninò has frandes damnandas eſſe arbitror hoc modo, vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit: Placet.

Cap. 3.

Oſius Epiſcopus dixit: Illud quoqoè neceſſariò adijciēdum eſt, vt Epiſcopi de ſua prouincia ad aliam prouinciam, in qua non ſunt Epiſcopi, non tranſeant, niſl fortè à fratribus ſuis inuitati, nè videamnr ianuam claudere charitatis. Illud qnoquè prouidendum eſt, ſi in aliqua prouincia aliquis Epiſcopus contra fratrem ſuum Epiſcopum litem habuerit, nè vnus è duobus ex alia prouincia aduocet Epiſcopum cogoitorem. Quòd
6.q.4. Oſiꝰ Epiſcopus dixit: Qd ſi aliquis Epiſcopus iudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterùm concilium renouetur, ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur ab his, qui cauſam examinârunt, Iulio Romano Epiſcopo: & ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talē cauſam eſſe, ut non reſricentur ea, quæ acta ſunt: quæ decreuerit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Syoodus reſpondit: Placet.

Cap. 4.

Gaudentius Epiſcopus dixit: Addendum, ſi placet, huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate protuliſti, vt quum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agendum ſibi oegocium in vrbe Roma, alter Epiſcopus in eius cathedra, poſt appellationem eius, qui videtur eſſe depoſitus, omninò non ordinetur, niſi cauſa fuerit in iudicio

des damnandas eſſe arbitror, ità vt nec laicam communionem in fine accipiat talis. Quòd ſi vobis omnibus placet, ſtatuite. Vniuerſi dixerunt: Placet.

Cap. 2.

Oſius Epiſcopus dixit: Illud quoq; ſtatutū ſit, vt Epiſcopus de ſua prouincia ad aliam prouinciam, in qua ſunt Epiſcopi, non tranſeat, niſl fortè à fratribus inuitatus, nè videamur ianuā charitatis claudere.

Cap. 3.

Oſius Epiſcopus dixit: Prouidendum eſt etiàm, vt ſi in aliqua prouincia fortè aliquis Epiſcopus cootra fratrē ſuum Epiſcopum litem habuerit, nè vous è duobus, ex alia prouincia aduocet Ep̄os ad iudicium.

Cap. 4.

Oſius Epiſcopꝰ dixit: Quòd ſi aliquis Epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & potat ſe bonam cauſam habere, vt iterùm iudicium reoouetur, ſi vobis placet, S. Petri Apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur vel ab his, qui examinauerunt, vel etiàm ab alijs Epiſcopis, qui in propinquo morantur, Romano Epiſcopo. Et ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam, vt ea non refricentur, quæ acta ſnnt: quæ decreuerit Romaous Epiſcopus, confirmata erunt. Si ergò omnibns placet, ſtatuatur. Synodus reſpondit: Placet.

Cap. 5.

Gaudennius Epiſcopus dixit: Addendum eſt, ſi placet, huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate protuliſtis, vt quum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum iudicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit agendum ſibi negocium in vrbe Roma, alter Epiſcopus in eadem cathedra (poſt appellationem eius, qui videtur eſſe depoſitus) omninò non ordinetur, niſi cauſa fuerit in iu-

precio corruptos in Eccleſia ſedetionem mouere vt eundē vtiq; velint habere Epiſcopū. Omoinò ergò has fraudes & artes puniendas eſſe exiſtimo, vt nemo poſſit qui eſt eiuſmodi, ne io fine quidē laica communione dignus haberi. Ao ergò hæc placet ſententia, reſpondete. Reſponderunt: Placent quæ dicta ſunt.

Oſius quoquè Epiſcopus dixit: Hoc quoque neceſſariò eſt adijciendum, vt nullus Epiſcoporum ex ſua prouincia in aliam prouinciam, in qua ſunt Epiſcopi, tranſeat: oiſi utique à ſuis fratribus vocetur, nè videamur dilectionis ſores claudere. Hoc autem etiàm ſimiliter prouidendnm eſt, vt ſi in aliqua prouincia Epiſcoporū quiſpiam aduersùs ſratrem ſuum & coepiſcopum negocium habeat, neuter eorum ex alia prouincia cognitores euocet. Si quis autem Epiſcoporum in aliquo negocio condēnandus viſus fuerit, & exiſtimet ſe non malam, ſed bonam cauſam habere, vt etiàm rurſùs iudicium renouetur, ſi veſtræ dilectioni videtur, Petri Apoſtoli memoriam honoremus: vt de ijs qui iudicauerunt, ſcribatur Iulio Romanorum Epiſcopo, & per propinquos prouinciæ Epiſcopos, ſi opùs ſit, iudicium renooetur, & cognitores ipſe præbeat. Si autem probari oon poteſt cauſam eius eſſe talem, ut eam rurſùs iudicari opùs ſit, quæ ſemèl ſunt iudicata, non infirmentur. Can. 3.

Gaudennius Epiſcopus dixit: Si videtur neceſsè eſſe adijci huic ſententiæ, quam ſyncera dilectione plenam protuliſti, vt ſi quis Epiſcopus fuerit depoſitus iudicio Epiſcoporum, qui ſunt in vicinia, & dicat rurſùs ſibi reſponſionis negocium competere, non priùs in cathedram alius ſnbſtituatur, quàm Romanus Epiſcopus, cauſa cognita, ſententiam tulerit. Can. 4.

Oſius

dicio Epiſcopi Romani determinata.

Cap. 5.

Diſt. 65 c. ſi. Si for. ĩ pro.

Oſius Epiſcopus dixit: Si cõtigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerint Epiſcopi, vnum fortè remanere Epiſcopum, ille verò per negligentiã nolnerit ordinare Epiſcopũ, & populi conuenerint, Epiſcopi vicinæ prouinciæ debent illum priùs cõuenire Epiſcopum, qui in ea prouincia moratur, & oſtendere, ꝙ populi petant ſibi rectorẽ, & hoc iuſtum eſſe, vt & ipſe veniat, & cũ ipſo ordinent Epiſcopum. Quòd ſi, conuentus literis, tacuerit & diſſimulauerit, nihilq́; reſcripſerit, ſatisfaciendum eſſè populis, vt veniãt ex vicina ꝓuincia Epiſcopi, & ordinent Epiſcopũ.

Cap. 6.

Licentia verò danda nõ eſt ordinandi Epiſcopum, aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui ſufficit vnus preſbyter, quia nõ eſt neceſse ibi Epiſcopum fieri, nè vileſcat nomen Epiſcopi & authoritas. Nõ debent illi ex alia prouincia

iudicio Romani Epiſcopi determinata.

Cap. 6.

Oſius Epiſcopus dixit: Si cõtigerit in vna prouincia, in qua fuerint plurimi Epiſcopi, vnum fortè remanere Epiſcopum, ille verò per negligentiam nolnerit ordinare Epiſcopum, & populi conuenerint: Epiſcopi vicinæ prouinciæ debent illius conuenire Epiſcopum, qui in eadem prouincia moratur, & oſtendere, ꝙ populi petant ſibi rectorem, & hoc iuſtum eſſe, vt & ipſe veniat, & cum eo ordinent Epiſcopũ. Quòd ſi, conuentus literis, tacuerit & diſſimulauerit, nihilq́; reſpõderit, tunc ſatisfaciendũ eſſe populis, vt veniant ex vicinis ꝓuincijs, & ordinent Epiſcopũ.

Cap. 7.

De quibus ſuprà.

Iterùm licentia ordinandi Epiſcopum, danda paſsim nõ eſt. Si enim ſubitò aut vicus aliquis aut modica ciuitas, cui ſatis eſt vnus presbyter, voluerit ſibi Epiſcopũ ordinari, ad hoc, vt vileſcat nomẽ Epiſcopi

Oſius Epiſcopus dixit: Placuit vt ſi quis Epiſcopus delatus fuerit, & cõgregati huius regionis Epiſcopi eum gradu mouerint, & velutì appellans confugerit ad beatiſſimũ Romanum Epiſcopum, & velit ipſum audire, & iuſtũ eſſe exiſtimauerit eius rei examinationem renouari, coepiſcopis ſcribere dignabitur qui ſunt propinqui prouinciæ, vt ipſi diligenter & accuratè ſingula perſcrutentur, & ex veritatis perſuaſione de re ſententiam ferant. Si quis autem poſtulet ſuum negociũ rursùs audiri, & ad ſuã ſupplicationem Romanorum Epiſcopũ iudicare viſum fuerit, à proprio latere preſbyteros mittat, vt ſit in poteſtate Epiſcopi, quod rectè habere ꝓbauerit & ſtatuerit, oportere eos mitti qui cũ Epiſcopis ſint iudicaturi, habentes authoritatẽ ei⁹ à quo miſſi ſunt, & hoc ponendũ eſt. Si autẽ ſufficere putauerit ad rei cognitionẽ & Epiſcopi ſentẽtiam, faciet quod prudentiſſimo eius cõſilio rectè habere videbit. Reſponderũt Epiſcopi: Quæ dicta ſunt, placuerũt. CAN. 5.

Oſius Epiſcopus dixit: Si cõtigerit in vna prouincia, in qua ſunt plurimi Epiſcopi, vnũ Epiſcopũ remanere, & ille per quandã negligentiã nolit cõuenire, & Epiſcoporum cõſtitutioni aſſentiri, congregata autem populi multitudo ſuadeat & inſtet, vt fiat cõſtitutio Epiſcopi, qui ab eis quęritur, oportet illũ priùs q̃ remanſit, Epiſcopũ admoneri p literas exarchi ꝓuinciæ, dico autẽ Epiſcopi Metropolitani, ꝙ vult populus ſibi paſtorem dari, & exiſtimo rectè habere hunc quoq; admitti vt adſit. Si autẽ literis rogatus nõ adfuerit, ſed neque reſcripſerit, populi volũtati ſatisfiat. Oportet autẽ ex vicina quoq; prouincia accerſi Epiſcopos ad Metropolitani Epiſcopi conſtitutionẽ: nõ licere autẽ ſimpliciter Epiſcopũ conſtituere in aliquo pago vel parua vrbe, cui vel vnus preſbyter ſufficit. Nõ neceſsè eſt enim illic Epiſcopum conſtitui, nè Epiſcopi nomen & authoritas vili- CAN. 6.

uincia inuitati facere Epiſcopum, niſi aut in his ciuitatibus, quæ Epiſcopos habuerunt: aut ſi qua talis aut tam populoſa eſt ciuitas, quæ mereretur Epiſcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpoodit: Placet.

Cap. 7.

11.q.9. Si quis epiſcopus accuſatus.

Oſius Epiſcopus dixit: Placuit autem, vt ſi Epiſcopos accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſno eum deiecerint, ſi appellauerit, qui deiectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſię, & voluerit ſe audiri, ſi iuſtum potauerit, vt renouetur iudicium, vel diſcuſſioois examē, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qoi in finitima & propioqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenrer omninò requirant, & ioxta fidem veritatis definiāt. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterùm audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi, quid velit & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius authoritatem, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit Epiſcopos ſufficere, vt negocio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.

pi & ſummi honoris aothoritas, non debent illi, ex alia prouincia iouitati, facere Epiſcopum, niſi aut in ciuitatibus, quæ Epiſcopos habuerunt, aut ſi qua tam populoſa eſt ciuitas, vel locus, qui mereatur habere Epiſcopum.

Cap. 8.

De accuſatis Epiſcopis.

Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc placuit, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint &c. *nam quæ reſtant, ſatis in litera quadrant, etiàm in capitulorum aſſignatione, exceptis quæ in margine annotabuntur, & excepto cap. 10. eo modo, quo in margine ſignatum eſt, & annotatum ex editione ſecunda. Suntq́, marginales additiones ſumptæ ex eadem ſecunda editione &c.*

vilipendatur. Sed prouinciæ, vt priùs dixi, Epiſcopi debent in ijs vrbibus Epiſcopos conſtituere, vbi etiàm priùs Epiſcopi fuerunt. Si autem inueniatur vrbs aliqua tam populoſa, vt ipſa Epiſcopatu digna iudicetur, accipiat. An hoc omnibus placet? Reſponderunt omnes, Placet.

8 Oſius epiſcopus dixit: Importunitates, & nimia frequentia, & iniuſtæ petitiones fecerunt, nos noo tantam habere vel gratiam, vel fiduciam, dum quidam non ceſſant ad comitatum ire epiſcopi, & maximè Aphri, qui (ſicuti cognouimus) ſanctiſſimi fratris & coepiſcopi noſtri Grati ſalutaria conſilia ſpernunt atque contemnunt, vt non ſolùm ad comitatum multas & diuerſas eccleſiæ oon profuturas perferant cauſas, vt fieri ſolet, aut oportet, vt aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis ſubueniatur, ſed & dignitates ſeculares, & adminiſtrationes quibuſdam poſtulent. Hæc itaque prauitas olim oon ſolùm murmurationes, ſed & ſcandala excitat. Honeſtum eſt autem, ut epiſcopi interceſſionem his præſtēt, qui iniqua vi opprimuntur, aut ſi vidua affligatur, aut pupillus expolietur, ſi tamen iſthæc nomina iuſtam habeant cauſam, aut petitionem. Si vobis ergò, fratres chariſſimi, placet, decernite, nè epiſcopi ad comitatum accedant, niſi fortè hi, qui religioſi Imperatoris lite-

23.q.8. Si vobis fratres chariſſ.

Oſius Epiſcopus dixit: Importunitas noſtra & multa aſſiduitas & iniuſtæ preces effecerunt, vt nos non habeamus tantam gratiam & libertatem dicendi, quantam debebamus habere. Multi eoim Epiſcopi non intermittunt ad caſtra accedere, & maximè Aphri, qui quemadmodùm cognouimus à dilecto fratre noſtro & coepiſcopo Grato, ſalutaria coofilia non admittunt, ſed ità contemnunt, vt vnus homo plurimas & diuerſas & quæ non poſſunt iuuare Eccleſias, preces adferat, & non, vt debet fieri & conuenit, pauperibus & Laicis vel viduis opem & auxilium afferat, ſed ſeculares dignitates & functiooes aliquibus acquirat. Hæc ergò peruerſitas (*σκανδαλον*) detrimentum non ſine offendiculo & condemnatione nobis conciliat. Conuenientius autem eſſè exiſtimaui, vt Epiſcopus illi ſuom auxilium præbeat, cui ab aliquo vis affertur, vel ſi quæ vidua ioioria afficiatur, vel ſi quæ rurſùs orba priuetur ijs, quæ ad ipſam pertinent; ſi quidē hæc nomina iuſtè habent cau- CAN. 7.

ſam

liter is vel inuitati, vel euocati fuerint. Sed quoniam ſæpè contingit, vt ad miſericordiam Eccleſiæ confugiant, qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilium vel inſulas damnantur, aut certè quamcunque ſententiam excipiunt, ſubueniendum eſt his, & ſinè dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergò decernite, ſi vobis placet. Vniuerſi dixerunt: Placet, & conſtituatur.

9 Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque prouidentia veſtra tractare debet, quia decreuiſtis, ne Epiſcoporum improbitas nitatur, vt ad comitatum pergant. Quicunque ergò (quales ſuperiùs memorauimus) preces habuerint vel acceperint, per diaconum ſuum mittant, quia perſona miniſtri inuidioſa non eſt, & quæ impetrauerit, celeriùs poterit referre. Et hoc conſequens eſſe videtur, * vt de qualibet prouincia Epiſcopi ad eum fratrē & coepiſcopū noſtrū preces mittant, qui in metropoli conſiſtit, vt ille & diaconum eius, & ſupplicationes deſtinet, tribuens commendatitias epiſtolas pari ratione ad fratres & coepiſcopos noſtros, qui in illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus felix & Beatus Auguſtus rempublicam gubernat. Si verò habet Epiſcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honeſtum eſt) impetrare, non prohibetur per diaconum ſuum & rogare, ac ſignificare his, quos ſcit benignam interceſſionem ſibi abſenti poſſe præſtare.

Aliàs ſic legitur: * vt vnuſquiſque, qui preces habuerit, eas ad fratres & coepiſcopos noſtros, qui in maxima ciuitate, id eſt, qui ī metropole conſiſtunt, mittat, & illi per ſuos diaconos deſtinent tribuendo commendatitias &c.

10 Qui verò Romam venerint, ſicut dictum eſt, ſanctiſſimo fratri & coepiſcopo noſtro Romanæ Eccleſiæ preces, quas habent, tradant, vt & ipſe priùs examinet, ſi honeſtæ & iuſtæ ſunt, & præſtet diligentiam atque ſolicitudinem, vt ad comitatum proferantur. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi, & honeſtum eſſe conſilium. Alypius Epiſcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui cauſas non iniquas habent, ſuſceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis: nunc verò cùm ea poſtulent præcipuè, quæ ſinè inuidia * hominum, & ſinè repræhenſione eſſe non poſſunt, non neceſſe eſt eos ire ad comitatum.

*omniū &

11 Gaudentius Epiſcopus dixit: Ea, quæ ſalubriter prouidiſtis conuenientia & æſtimatione omnium, & Deo placitura & hominibus, tenere hactenùs firmitatem poſſunt, ſi metus huic ſententiæ coniungatur. Scimus enim & ipſi, ſæpiſſimè propter paucorum impudentiam, religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe

ſam & ſupplicationē. Si itaque dilecti fratres hoc omnibus videtur, ſtatuite nullū oportere Epiſcopū ad caſtra accedere, præter eos quos pius Imperator noſter ſuis literis accerſit. Sed quia ſæpè contingit aliquos, qui egent miſericordia, ad Eccleſiā confugere, qui propter ſua peccata vel relegatione, vel in inſulam deportatione damnati ſunt, vel quamuis aliam ſentētiam accepere, iis non eſſe negandum auxiliū, ſed ſinè cunctatione & dubitatione iis veniam eſſe petendam. Si vtique hoc quoque placet; omnes vnà quoque veſtrum ſuffragium ferte. Reſponderunt omnes: Decernatur & hoc.

Can. 8. Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoquè veſtra ſolertia iudicet, vt quia viſum eſt, nè aliquis Epiſcopus in condemnationem incidat ad caſtra veniens, ſi qui eorum, quorum ſuperiùs meminimus, tales habeant preces, per propriū miniſtrum peragant. Miniſtri enim perſona non eſt inuidioſa, & quæ mandata fuerint, citiùs ferre poterit.

Can. 9. Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque conſequens eſſe exiſtimo, vt in quacunque prouincia Epiſcopi ad fratrem & coepiſcopum ſuum mittant ſupplicationes, is qui eſt in maiori ciuitate, hoc eſt, in metropoli, ipſe miniſtrum ſuum & ſupplicationes mittat, præbens ei cōmendatitias quoque literas, ſcribens ſcilicet per conſequentiam etiàm ad fratres & coepiſcopos noſtros, qui ſcilicet illo tempore in locis vel vrbibus agant, in quibus Imperator imprimis pius Rempublicam gubernat. Si quis autem Epiſcopus habet amicos in aula palatij, & velit aliquid quod ſit honeſtum & iuſtū impetrare, nè prohibeatur per ſuum miniſtrū & rogare, & iis mandare, vt bonum ſuum auxilium et velint præbere. Qui autem Romam accedunt, quemadmodùm ſuperiùs dictum eſt, dilecto fratri noſtro & coepiſcopo Iulio, preces quas habet dandas, præbere debent, vt ipſe prius examinet, niſi aliquæ earum ſint imprudentes, & ſic ſuam authoritatem & curam (προστασίαν) præbens, eos ad caſtra mittat. Omnes Epiſcopi dixerunt eis placere, & eſſe conuenientiſſimum hoc conſilium.

Oſius

fuiſſe repræhenſum. Si igitur aliquis contra omnium ſententiam niſus, voluerit ambitioni magìs placere, quàm DEO, is debet ſcire, cauſis redditis, honorem dignitatemq́ue ſe amiſſurum. Quòd ità demùm compleri poterit, ſi vnuſquiſque noſtrûm, qui in canali conſtitutus eſt, quum progredientem Epiſcopum viderit, inquirat tranſitum eius: cauſas videat: quò tendat, agnoſcat: & ſi quidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud, quod ſuperiùs compræhenſum eſt, nè fortè inuitatus ſit, vt ei facultas eundi permittatur. Si verò (vt ſuperiùs memorauit ſanctitas veſtra) propter deſideria & ambitiones ad comitatū pergat, neq; in literis eius ſubſcribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium ſententia confirmari debet. Vniuerſi dixerunt, hoc honeſtum eſſe, & placere ſibi hanc conſtitutionem.

12 Oſius Epiſcopus dixit: Sed & moderatio neceſſaria eſt, dilectiſſimi fratres, nè adhuc aliqui, neſcientes quid decretum ſit in ſynodo, ſubitò veniant ad ciuitates eas, quæ in canali ſunt. Debet ergò Epiſcopus ciuitatis ipſius, admonere eum & inſtruere, & ex eo loco diaconum ſuum mittat admonitus: ipſe tamē redeat in parochiam ſuam.

Diſt. 61. Oſius Epiſcopus. 13 Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc neceſſarium arbitror, vt diligentiſſimè tractetis, ſi fortè, aut diues, aut ſcholaſticus de foro, aut ex adminiſtratione Epiſcopus fuerit poſtulatus, vt non priùs ordinetur, niſi antè & lectoris munere, & officio diaconi, aut preſbyteri fuerit perfunctus, & ità per ſingulos gradus (ſi dignus fuerit) aſſcendat ad culmen Epiſcopatûs. Poteſt enim per has promotiones, quæ habebunt vtique prolixum tempus, probari, qua fide ſit, quàve modeſtia, qua grauitate & verecundia. Et ſi dignus fuerit probatus, diuino ſacerdotio illuſtretur: quia conueniens non eſt, nec ratio vel diſciplina patitur, vt temerè, vel leuiter ordinetur, aut Epiſcop⁹, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus eſt, maximè cùm & magiſter gentium beatus Apoſtolus, nè hoc fieret, denunciaſſe &
1.Tim.3.c prohibuiſſe videatur, ſed hi, quorum per longum tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprobata. Vniuerſi dixerunt placere ſibi hæc.

Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque neceſſarium exiſtimo, vt cum omni cura & diligētia examinetur, vt ſi qs diues, vel ex foro ſcholaſticus, Epiſcopus fieri dignus habeatur, non priùs conſtituatur, quàm lectoris, & diaconi, & presbyteri miniſteriū peregerit: vt in vnoquoque gradu ſi dignus exiſtimatus fuerit, ad Epiſcopatûs faſtigium per progreſſionē poſſit aſſcendere. Habebit autem vniuſcuiuſqne ordinis gradus nō minimi, ſcilicet temporis longitudinem, per quod & fides, & morum probitas, & cōſtantia, & moderatio poſſit cognoſci, & ipſe diuino ſacerdotio dignus exiſtimatus, maximum honorem aſſequeretur. Neque enim conuenit, neque ſcientia & bona cōuerſatio hoc recipit, vt temerè & leniter ad id accedatur, vt Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus promptè ac facilè conſtituatur. Sic enim meritò neophytus exiſtimetur, quandoquidē beatiſſimus Apoſtolus, qui fuit etiàm doctor gentium, maximè prohibuiſſe videtur, nè celeres fierent conſtitutiones. Longiſſimi enim temporis probatio, & conuerſationem & vniuſcuiuſque mores non improbabiliter exprimere poterit. Omnia dixerunt ipſis placere, & omninò non oportere ea ſubuertere. CAN.10.

14 Oſins Epiſcopus dixit: Et hoc quoq; ſtatuere debetis, vt Epiſcopus ſi ex alia ciuitate cùm venerit ad aliam ciuitatē, vel ex prouincia ſua ad aliam prouinciā, & ambitioni magìs quàm deuotioni ſeruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tempore reſidere, (Fortè enim euenit, Epiſcopum loci non eſſe tam inſtructum, neq; tam doctum) is verò qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, vt dehoneſtet & infirmet

Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque definire debemus, vt quandò Epiſcopus ex alia ciuitate in aliam ciuitatem, vel ex alia prouincia in aliam prouinciam acceſſerit, iactationis gratia proprijs laudibns ſeruiens, vel religionis ſanctificationi, & velit longiori tempore illic agere: illius autem ciuitatis Epiſcopus doctrinæ non fuerit peritus, nè illum deſpiciat, & frequentiùs concionetur, ſtudens dedecore afficere & vilipendere. perſonam CAN.11.

Epi-

met illius perſonam, ità vt ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definite ergò tempus, quia & non recipi Epiſcopum, inhumanum eſt, & ſi diutiùs reſideat, perniciosum eſt: hoc ergò nè fiat, prouidendum eſt. Memini autem, ſuperiore concilio fratres noſtros conſtituiſſe, vt ſi quis laicus in ea, in qua commoratur ciuitate, tres dominicos dies, ideſt, per tres ſeptimanas, non celebraſſet conuentum, communione priuaretur. Si ergò hæc circa laicos conſtituta ſunt, multò magis Epiſcopo nec licet, nec decet, ſi nulla ſit tam grauis neceſſitas, quæ detineat, vt ampliùs à ſuprà ſcripto tempore abſens ſit ab eccleſia ſua. Vniuerſi dixerunt placere ſibi.

15 Oſius Epiſcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, ſunt quidam fratres & coepiſcopi noſtri, qui nõ in ea ciuitate reſident, in qua videntur Epiſcopi eſſe conſtituti: vel certè quòd paruam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoſcuntur, vel affectionem proximorum, quibus indulgeant, hactenùs permitti eis oportet, vt accedant ad poſſeſſiones ſuas, & diſponant vel ordinent fructum laboris ſui, vt poſt tres dominicas, id eſt, poſt tres hebdomadas, ſi morari neceſsè eſt, in ſuis potiùs fundis morentur. Aut ſi eſt proxima ciuitas, in qua eſt presbyter, nè ſine eccleſia videatur facere diem Dominicum, illuc accedat, vt neque res eius domeſticæ per abſentiam eius detrimentum ſuſtineant, & non frequenter veniendo ad ciuitatem, in qua Epiſcopus moratur, ſuſpicionem iactantiæ & ambitionis euadat. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi.

16 Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoq; omnibus placeat, vt ſiue diaconus, ſiue presbyter, ſiue quis clericorũ ab Epiſcopo ſuo cõmunione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit Epiſcopum, & ſcierit ille, ad quem confugit, eum ab Epiſcopo ſuo fuiſſe abiectum, non oportet vt ei cõmunionem indulgeat. Quod ſi fecerit, ſciat ſe, conuocatis Epiſcopis, cauſas eſſe dicturum. Vniuerſi dixerunt: Hoc ſtatutũ, & pacem ſeruabit, & concordiam cuſtodiet.

11.q.3. Si fortè Epiſcop⁹ iracũd. & in decr ſuo lib. 5.

17 Oſius Epiſcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si Epiſcopus quis fortè iracundus, (quod eſſe non debet) citò aſperè commoueatur aduersùs presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit, prouidendũ eſt, nè innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideò habeat poteſtatem is, qui abiectus eſt, vt Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, ac diligentiùs tractetur, quia nõ oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut iuſtè, aut iniuſtè eum abiecit, patienter accipiat, vt negocium diſcutiatur, vt vel pbetur ſententia eius à plurimis, vel emẽdetur.

Epiſcopi. Hic enim prætextus ſolet turbas excitare, & eiuſmodi calliditate alienam ſedem ſibi conciliare & attrahere ſtudere, cùm non dubitet ſibi traditam Eccleſiam relinquere, & in aliam tranſire. Ad hoc ergò, tempus definiendum eſt. Nam Epiſcopum non recipi, inhumanum & inciuile exiſtimatum eſt. Recordemini autem patres noſtros in tẽpore præterito iudicauiſſe, vt ſi quis laicus in vrbe agens. tribus diebus dominicis in tribus hebdomadibus non conueniat, is communione moueatur. Si hoc ergò de laicis ſtatutum eſt, non oportet nec conuenit, ſed neque eſt vtile Epiſcopum, ſi nullam habet grauiorem neceſſitatem, vel negocium difficilius, longiùs à ſua abeſſe Eccleſia, & ſibi commiſſum populum dolore afficere. Omnes Epiſcopi dixerunt, hanc quoquè ſententiam eſſe conuenientiſſimam.

Oſius Epiſcopus dixit: Quia nihil eſt prætermittendum, hoc quoquè definiatur: Quidã fratres & coepiſcopi in ciuitatibus, in quibus Epiſcopi conſtituuntur, videntur valdè pauca quę ſibi ſint propria, poſſidere: in alijs autem locis magnas poſſeſſiones, ex quibus etiàm poſſunt opẽ ferre pauperibus: ijs ità eſſe concedendũ iudico, vt ſi in ſuas poſſeſſiones venturi ſunt, & fructus ſuos collecturi, tribus diebus dominicis, ideſt, tribus ſeptimanis in ſuis poſſeſſionibus degant: & in eccleſia, quæ propè eſt, in qua presbyter populum congregat, nè à cõmunione alienus videatur, conueniat & ſacrificium celebret, & nè frequẽtiùs in ciuitate, in qua eſt Epiſcopus, adſit. Eo enim modo & res eius propter ipſius abſentiam nihil detrimenti patientur, & arrogantiæ ac ſuperbiæ crimen effugere videbitur. Omnes Epiſcopi dixerunt: Placet hæc quoquè conſtitutio. Can. 12.

Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoquè omnibus placeat, vt ſi diacon⁹, vel presbyter, vel etiàm aliquis ex clericis ſit excommunicatus, & ad alium epiſcopum qui eum nouit confugerit, ſcientem eum à proprio epiſcopo eſſe communione motum, non oportere Epiſcopo & fratri ſuo iniuriam facientem, et cõmunionem præbere. Sin autem hoc facere auſus fuerit, ſciat cùm conuenerint Epiſcopi, ſeipſum cauſam eſſe dicturum. Can. 13.

Oſius Epiſcopus dixit: Quod autem me vndiquaque mouet, reticere non debeo. Si inueniatur quis Epiſcopus ad iram propenſus, quod quidem ab eiuſmodi homine abeſſe debet, & aduersùs presbyterum vel diaconum citò commotus, eum ex eccleſia eijcere voluerit, prouidendum eſt nè is repẽtè cõdemnetur & communione priuetur. Omnes Epiſcopi dixerunt: Qui eijcitur, poteſtatem habeat confugiendi ad epiſcopatum Metropolis eiuſdem prouincię. Si autem Metropolitanus abeſt, ad finitimum cõcurrendi, & rogandi, vt ſuum negocium accuratè examinet. Neque enim non ſunt aures præbẽdæ ijs qui ro- Can. 14.

detur. Tamen prius quàm omnia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus debet præſumere, vt eum communioni ſociet. Hi uerò qui conueniunt ad audiendum, ſi uiderint clericorum eſſe faſtidium & ſuperbiam, quia iam non decet, vt Epiſcopus iniuriam uel contumeliam patiatur, ſeuerioribus eos uerbis caſtigent, ut obediant honeſta præcipienti Epiſcopo: quia ſicut ille clericis ſyncerum exhibere debet amorem charitatis, ità quoque uiciſsim miniſtri inſucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.

18 Ianuarius Epiſcopus dixit: Illud quoque ſtatuat ſanctitas ueſtra, vt nulli Epiſcopo liceat alterius Epiſcopi ciuitatis miniſtrum eccleſiaſticum ſollicitare, & in ſuis parochiis ordinare. Vniuerſi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus ſolet naſci diſcordia, & ideò prohibet omnium ſententia, nè quis hoc facere audeat.

19 Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc uniuerſi conſtituimus, vt quicunque ex alia parochia uoluerit alienum miniſtrum, ſinè conſenſu Epiſcopi ipſius, & uoluntate ordinare, non ſit rata ordinatio eius. Quicunque autem hoc vſurpauerit, à fratribus & coepiſcopis noſtris & admoneri debet, & corrigi.

20 Aetius Epiſcopus dixit: Non ignoratis, quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium ciuitas. Sæpè ad eam ueniunt ex alijs regionibus presbyteri & diaconi, & non ſunt contenti breui tempore morari, & aut reſident ibì, aut certè uix poſt longa ſpatia ad ſua redire cogūtur. Vniuerſi dixerunt: Ea tempora, quæ conſtituta ſunt circa Epiſcopos, & circa has perſonas obſeruari debent.

21 Oſius Epiſcopus dixit: Suggerente fratre & coepiſcopo noſtro Olympio, etiam hoc placuit, ut ſi aliquis uim perpeſſus eſt, & iniquè expulſus pro diſciplina & catholica confeſſione, uel pro defenſione ueritatis, effugiens pericula innocens & deuotus, ad aliam uenerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, q̄ diù aut redire poſſit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum eſt, eum qui perſequutionem patitur, non recipi. Etiàm & larga beneuolentia & humanitas ei eſt exhibenda. Omnis ſynodus dixit: Vniuerſa quæ conſtituta ſunt catholica Eccleſia in uniuerſo orbe diffuſa, cuſtodiet. Et ſubſcripſerunt, qui conuenerant Epiſcopi omnes ſic: Ego ille Epiſcopus illius ciuitatis & prouinciæ illius, ita credo ſicut ſupraſcriptum eſt.

Huic concilio teſte D. Athanaſio, circitèr 300. Epiſcopi interfuere.

rogant. Ille quoque Epiſcopus qui iure uel iniuria eum expulit, æquo animo ferre debet, vt rei fiat examinatio, & uel eius confirmetur ſententia, vel corrigatur. Priuſquàm antem diligenter & ex fide ſingula examinata fuerint, qui communionem non habet, non debet ante rei cognitionem ſibi ſuo iure cōmunionem tribuere. Si autem clerici aliqui conuenerint, & eius ſuperbiam & arrogantiā uiderint, quia non conuenit contumeliam uel iniuſtam expoſtulationem pati, acerbioribus & grauiorib. uerbis eum debent corrigere, ut ei qui iubet quæ decet, inſeruiant & obediant. Sicut enim debet Epiſcopus miniſtris ſynceram dilectionem & affectionem præbere, eodem modo & ſubiecti debent Epiſcopis non fraudulentum miniſterium & obſequium exhibere.

Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque omninò definiamus, vt ſi quis Epiſcopus ex alia parochia velit alienum miniſtrum ſinè conſenſu proprij Epiſcopi in aliquo gradu conſtituere, irrita & infirma eiuſmodi conſtitutio exiſtimetur. Si qui autem hoc ſibijpſis permiſerint, à fratribus & coepiſcopis & admoneri & corrigi debent. Omnes dixerūt: Hoc quoque decretum ſtet firmum & immobile. Can. 15.

Aetius Epiſcopus dixit: Non ignoratis cuiuſmodi & quanta ſit Theſſalonicenſium Metropolis. Sæpè itaq; ad eam ex alijs prouincijs presbyteri & diaconi accedunt, & breuis temporis mora nō contenti, permanent, & omne tempus illic agentes trāſigunt: uel uix tandèm poſt plurimū tps in ſuas Eccleſias reuerti cogunt. de ijs ergò definiendū eſt: Oſius Epiſcopus dixit: Ea decreta quæ de Epiſcopis conſtituta ſunt, ſeruent etiā in huiuſmodi perſonis. Can. 16.

Oſius Epiſcopus dixit, Suggerente fratre noſtro Olympio hoc quoquè placuit, ut ſi quis Epiſcopus uim paſſus, iniuſtè eiectus ſit, vel propter ſcientiam, vel propter catholicæ Eccleſiæ confeſſionem, vel propter veritatis defenſionē & fugiens periculum, innocens execrationi ſubiectus in aliā vrbē venerit, nè prohibeatur illic tam diù agere donèc reuertatur, vel à facta ſibi iniuria poſſit liberationem inuenire. Durum enim eſt, atq; adeò grauiſſimum, eum qui iniuſtam eiectionem paſſus eſt, à nobis non ſuſcipi. Is enim debet à nobis plurima benignitate & humanitate excipi. Can. 17.

Gaudentius Epiſcopus dixit: Scis frater Aetie, quòd tunc cùm Epiſcopus conſtitutus es, pax deincèps viguit, nè aliquæ diſcordiæ reliquiæ remaneant, viſum eſt vt q à Muſæo & Eutychiano conſtituti ſunt, quia nulla eorum culpa inueniebatur, omnes ſuſciperentur. Can. 18.

Can. 19. Oſius Epiſcopus dixit: Meæ mediocritatis hæc eſt ſententia: Quia quieti & patientes eſſe debemus & ſufficientem in omnes habere miſericordiam, eos qui ſemel in clerum eccleſiaſticum ab aliquibus fratribus noſtris promoti ſunt, ſi nolint redire ad eas, ad quas nominati ſunt Eccleſias, deincèps non admittit Eutychianum autem ne Epiſcopi quidem ſibi nomen

vſurpare, ſed neque Muſæum vt Epiſcopum exiſtimari. Si autem laicum petierint, nõ oportere eis denegari. Omnes dixerunt, Placet.

Can. 20. Gaudentius Epiſcopus dixit: Hæc ſalutariter & conſequenter definita, & noſtræ ſacerdotũ dignitati conuenienter, & quæ Deo & hominibus placuerunt, potentiam & vires ſuas obtinere non poterunt, niſi etiam metus editas ſententias conſecutus fuerit. Ipſi enim ſcimus, ſæpè propter paucorum impudentiam, diuinum & imprimis venerandum ſacerdotij nomen in damnationem incurriſſe. Si quis ergò præter ea, quæ omnibus viſa ſunt, auſus fuerit, ſtudens faſtui & arrogantiæ magis quàm Deo placere, aliquid aliud agere, ſciat iam ſe eum conſtitutæ, & Epiſcopatûs honorem & authoritatem amittere. Omnes reſponderunt: Decet, & placet nobis hæc ſententia.

Porrò autem hoc quoquè illinc erit maximè notum & comprobatum, ſi vnuſquiſque veſtrûm, qui eſtis in tranſitu, ſeu canali (καναλίῳ) conſtituti Epiſcopi, cùm viderit Epiſcopum, quærat cauſam aduentûs, & quò pergit: & ſi eum quidem in caſtra proficiſcentem inuenerit, quærat conditiones quæ ſuperiùs propoſitæ ſunt: & ſi euocatus veniat, ei abeunti nihil impedimenti fiat: Sin autem oſtentatiònis gratia, quemadmodùm veſtræ dilectioni ſuperiùs dictũ eſt, vel propter aliquorum preces in caſtra feſtinat, nec literis eius ſubſcribat, nec cum eo communicet. Omnes dixerunt: Hoc quoque decernatur.

Hactenùs verſio Gentiani.

¶ Inter cæteros ergò, qui ſubſcripſerunt, nominatim ſequentes exprimuntur.

Athanaſius Epiſcopus ciuitatis Alexandriæ magnæ.
Arius Epiſcopus
Alexander Epiſcopus ciuitatis Meſeniæ.
Annianus Epiſcopus ciuitatis Caſtulonis.
Aſclepius Epiſcopus ciuitatis Gazæ.
Athenodorus Epiſcopus ciuitatis Plateæ.
Alexander Epiſcopus ciuitatis Lariſſæ.
Alypius Epiſcopus ciuitatis Megaridis.
Aſterius Epiſcopus ciuitatis.
Alexander Epiſcopus ciuitatis Maroneæ.
Baſſus Epiſcopus ciuitatis Diocletianopolis.
Coſtus Epiſcopus ciuitatis Cæſaraugustanæ.
Chrocras Epiſcopus ciuitatis
Calepodius Epiſcopus ciuitatis Neapolitanę.
Calimis Epiſcopus ciuitatis Ripeñ.
Dioſcorus Epiſcopus ciuitatis Theraſiæ.
Domitianus Epiſcopus ciuitatis Auguſtæ.
Dias Epiſcopus ciuitatis * Aſophis. (* Pſophis)
Dionyſius Epiſcopus ciuitatis * Helidis. (* Helicæ)
Diodorus Epiſcopus ciuit. Tenedos inſulæ.
Eutherius Epiſcop⁹ ciui. Procbitę de Cãdos.
Euagrius Epiſcopus ciuit. Heracleanopolis.
* Etius Epiſcopus Theſſalonicæ ciuitatis. (* Aetius)
Eutherius Epiſcopus ciuitatis
Eutychius Epiſcopus ciuitatis
Florentinus Epiſcopus ciuitatis Emeritæ.
Fortunatianus Epiſcopus ciuitatis Aquileiæ.
Gaudentius Epiſcopus ciuitatis * Naiſo. (* Nazi.)
Gerontius Epiſcopus ciuitatis * Brebi. (* Beri)
Heliodorus Epiſcopus ciuitatis Nicopolis. (* Beroæ)
Hymenæus Epiſcopus ciuitatis Cyperæ.
Ianuarius Epiſcopus ciuitatis Beneuentanæ.
Ionas Epiſcopus ciuitatis * Partecopolis. (* Parecopolis, vel, Partheno polis)
Iulius Epiſcopus ciuitatis * Tibiſcæ.
Irenæus Epiſcopus ciuitatis & Inſulæ.
Lucius (* Thisbæ)
Lucius Epiſcopus ciuitatis Veronæ.
Maximus
Moyſcus Epiſcopus ciuitatis Thebanæ.
Macedonius Epiſcopus ciuitatis Vlpianæ.
Martyrius Epiſcopus ciuitatis Neapolis.

Marcellus Epiſcopus ciuitatis Ancyranæ.
Marcus Epiſcopus ciuitatis * Sciſſiæ. (* Ciſſiæ)
Oſius Epiſcopus ciuitatis Cordubenſis.
Porphyrius Epiſcopus ciuitatis Philippis.
Paregorius Epiſcopus ciuitatis Scupis.
Protaſius Epiſcopus ciuitatis Mediolaneñ.
Palladius Epiſcopus ciuitatis Dieñ.
Prætextatus Epiſcopus ciuit. Barchinoneñs.
Protogenes Epiſcopus ciuitatis Sardicæ.
Proſtraecus Epiſcopus ciuitatis Patras.
Stercorius Epiſcopus ciuitatis Canuſiæ.
Seuerus Epiſcopus ciuitatis Raneñ.
Tychius Epiſcopus ciuitatis * Metonæ. (* Mothonæ)
Tryphon Epiſcopus ciuitatis * Macarcæ. (* Marathon)
Vincentius Epiſcopus ciuitatis Capuanæ.
Verus Epiſcopus ciuitatis Lugdunenſis.
Vitalis Epiſcopus ciuitatis Aquitipenſis.
Vrſacius Epiſcopus ciuitatis Brixieñ.
Valens Epiſcopus ciuitatis * Scythopolis Arcadiæ. (* Stymphali)
Zoſimus Epiſcopus ciuitatis * Lichnidi.

THEODORETVS:

Quæ verò Sardicę geſta ſint, Concilij literæ clariùs edocebunt, quas propter modum explanationis huic ſcripturæ interponere nõ omiſi. (Ex libr. 4. hiſt. trip. c. 24. Et Theod. l. 2. cap. 8.)

EPISTOLA SARDICENSIS Concilij ad omnes Epiſcopos.

Sancta ſynodus Dei gratia Sardicæ congregata, ex vrbe Roma, Hiſpanijs, Gallijs, Italia, Campania, Calabria, Aphrica, Sardinia, Pannonia, Myſia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Theſſalia, Achaia, Epiro, Thracia, Rhodope, Aſia, Caria, Bithynia, Helleſponto, Phrygia, Piſidia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Pamphylia, Lydia, Inſulis Cycladibus, Aegypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palęſtina, & Arabia, vniuerſis coepiſcopis & comminiſtris ſanctę & Apoſtolicæ Eccleſię dilectiſſimis fratribus in Domino ſalutem.

Multa quidem ac ſępiùs, Arianam veſaniam ſequentes, pręſumpſerunt aduersùs DEI ſeruos, & rectam fidem cuſtodientes.

Adulteram nanq; doctrinam proponentes, orthodoxos expellere ſunt conati, & intantùm inſurrexerunt aduersùs fidem, vt neque auditus Deo amabilium lateret Imperatorũ. Igitur, gratia Dei cooperante, etiàm ipſi pijſſimi principes ex diuerſis nos prouincijs & ciuitatibus colligentes, ſanctum hoc Concilium in Sardicenſium celebrari vrbe præceperunt, vt ablata omni diſcordia, & omni perfidia procùl expulſa, ſola Christi pietas apud omnes inuiolata ſeruetur. Venerunt enim Orientales Epiſcopi, à pijſſimis Imperatoribus inuitati, præcipuè propter famam, quæ de chariſſimis noſtris fratribus & comminiſtris fuerat diuulgata, id eſt, Athanaſio Alexandrino, & Marcello Ancyræ Galatiæ, & Aſclepa Gazæo: forſan etiàm ad vosipſos detractiones huiuſmodi peruenerunt, quomodò etiàm noſtras aures ventilare conati ſint, vt ea, quæ contra innocentes referunt, vera eſſe credantur, & iniqua hæreſeos celetur opinio. Sed hæc diutiùs facere permiſſi non ſunt. Etenim præſul Eccleſiarum Dominus eſt, qui pro his & pro vniuerſis mortem ſuſtinuit, & per eas aſcenſum ad cœlos nobis omnibus condonauit. Pridèm itaque Euſebius, & Maris, & Theodorus, atque Theognius, Vrſacius, & Valens, & Menophantus & Stephanus, ſcripſerunt Iulio comminiſtro noſtro, Eccleſiæ Romanæ Pontifici, contra prædictos conſacerdotes noſtros, id eſt, Athanaſium Epiſcopum Alexandriæ, & Marcellum Epiſcopum Ancyræ Galatiæ, & Aſclepam Gazæ. Scripſerunt quoquè ex alijs partibus Epiſcopi, teſtimonium perhibentes puritati Athanaſij conſacerdotis noſtri, & ea, quæ ab Euſebio & conſectatoribus eius geſta ſunt, nihil aliud quàm mendacijs & calumnijs plena eſſe adfirmantes. Quum vtiq; euocati à chariſſimo & conſacerdote Iulio, & non occurrentes, (ſicut ſcriptis eiuſdem Epiſcopi Iulij comprobatur) apertè videantur calumniatores exiſtere. Nam ſi de geſtis contra eos habitis præſumpſiſſent, non cunctarentur occurrere. Veruntamen etiàm ex his, quæ fecerunt in hoc ſancto magnoque concilio, eorum machinatio euidenter appáret. Venientes enim in Sardicenſium ciuitatem, atque uidentes fratres noſtros, Athanaſium, Marcellum, Aſclepam & cæteros, ad iudicium accedere timuerunt. Et non ſemèl, non ſecundò, ſed etiàm frequenter citati, vocationibus obedire noluerunt, congregatis videlicet in concilio, Oſio longæuo (qui propter ætatem atque confeſſionem, tantumque laborem, omni honore dignus apparuit) & reliquis, ſuſtinentibus & inuitantibus eos ingredi iudicium, vt quæ contra abſentes conſacerdotes diffamauerant, atque conſcripſerant, præſentes oſtenderent. Sed (ſicuti prædiximus, (euocati, non venerunt, ut etiàm in hoc calumniam propriam oſtenderent, & quodammodò, reſpuendo iudicium, inſidias ſuas & molimina proclamarent. Nam qui de ſuis dictis confidunt, etiàm ad faciem probare non fugiunt. Joan. 3. Quia verò non occurrerunt, nullum de eis ignorare confidimus, (ſi forſan rursùs illic quicquam machinari voluerint) quòd nihil habentes, quo poſſint conſacerdotes noſtros arguere, abſentibus detrahunt, præſentes effugiunt. Fugerunt enim, chariſſimi fratres, non ſolùm propter calumniam aduersùs iſtos inſtructam, verùm quia ſuos pro diuerſis criminibus accuſatores occurriſſe viderunt. Proferebantur enim vincula & catenæ, venerant homines ab exilio, & conſacerdotes, necnon cognati, pariter, & amici eorum, qui propter eos mortui dignoſcuntur. Et, quod eſt admirandum, aderant Epiſcopi, quorum vnus quidem catenas geſtabat & vincula quibus vinctus fuerat propter eos. Alij verò eorum inſidijs mortẽ ſibi teſtabantur inflictam: quia ad tantam ſuperbiam ſunt perducti, vt etiàm Epiſcopum occidere conarentur, quem niſi fuga liberaſſet, obiêrat. Venit etiàm conſacerdos noſter Theodulus, fugiẽs eorum molimina, quibus fuerat iuſſus occidi. Alij verò gladiorum vulnera demonſtrabant, alij famẽ ſe ab eis paſſos ingemiſcebant, & hæc non quilibet homines teſtabantur, ſed omnes Eccleſiæ, pro quibus hi, qui occurrerunt, & qui legatione fungebantur, inſinuabant violentiarum peſtes, armatos milites, populos cum fuſtibus, iudicum terrores, falſarum literarum obiectiones. Lectæ ſunt enim literæ Theognij contra ſacerdotes noſtros, Athanaſiũ, Marcellum, & Aſclepam, vt etiàm Imperatores mouiſſe viderentur. Quas literas diaconi Theognij vulgauerunt. Super hæc autem virginum nudatates, Eccleſiarum incendia, carceres contra conſacerdotes noſtros adhibitos. Quæ omnia prælia non niſi pro deteſtabili Arianorum hereſi commiſiſſe noſcuntur. Quiſquis enim eorum reſpuiſſet ordinationem, atq; communionẽ, his neceſſariò ſubdebatur iniurijs. Conſpicientes igitur facinorum ſuorum anguſtias, confuſi receſſerunt. Et vlteriùs hæc non valentes abſcondere, in Sardicenſium venerunt vrbem, vt per aduentum ſuum, quaſi talia ſe nequaquàm perpetraſſe monſtrarent. Vidẽtes autem quibus calumnias irrogâuerant, & oppreſſos à ſe, ſimul accuſatores & increpationes præ oculis ſuis habentes, euocati, ad iudicium ingredi nequiuerunt, Athanaſio quippe, Marcello & Aſclepa noſtris conſacerdotibus fiducialiter agẽtibus, & valdè ingemiſcentibus, & imminentibus, atq; prouocantibus eos, & promittentibus, nõ ſolùm ſe calũnias euidenter oſtendere, ſed etiàm quæ in eorum Eccleſias deliquiſſent: illi verò tanto conſciẽtiæ terrore conſtricti ſunt, vt fugerent, & per fugam ſuas calumnias aperirẽt, delictaq; ſua iudicii declinatione faterentur. Et licet non ſolùm ex prioribus, ſed etiã ex iſtis malitia eorum, atq; calumniæ pateſiant, tamẽ vt

neque

neque per fugã occaſionem alterius iniquitatis accipiant, curauimus, contra veritatem facta eorum molimina examinare. Et hoc propoſito, ex his quæ geſta ſunt, eos calũniatores inuenimus, & nihil aliud, niſi aduersùs conſacerdotes noſtros inſidias inſtitutas. Nam

* Arſeni* * Arſeniũ quẽ dicebant ab Athanaſio peremptum, hic viuit, & inter viuentes commorari dinoſcitur: ex quo etiàm alia probantur eſſe conficta. Quòd verò etiàm calicem diuulgauerunt fractum à Macario Athanaſij presbytero, teſtati ſunt, qui de Alexandria & Mareotæ venerunt, nihil tale fuiſſe geſtum. Sed etiàm Epiſcopi Ægypti, Iulio conſacerdoti noſtro ſcribentes, valdè affirmabant, quòd neque ſuſpicio fuiſſet huiuſmodi. Proindè dixerunt monimenta aduersùs eos fuiſſe confecta, quæ tamen, probatum eſt, ex vna parte celebrata: in quibus geſtis pagani examinabantur & catechumeni, ex quibus vnus catechumenus inquiſitus, ait intùs ſe fuiſſe, quando Macarius venerat ad eundem locum. Alter autem interrogatus, dixit illum famoſiſſimum Iſchyram tunc ægrotâſſe, & in cellula iacuiſſe: vt ex hoc appareat, nihil geſtum, ex omnibus ſacramentis, eò quòd & catechumeni intùs fuiſſent, & Iſchyras non adeſſet, ſed iaceret ægrotus. Is nanque maligniſſimus Iſchyras, mentitus quòd Athanaſius quoſdam ſacros incendiſſet libros, illo tempore ægrotaſſe declaratus eſt, quandò Macarius ibi fuit. Vndè etiàm ex hoc calumniator apparuit. Denique pro huiuſmodi calumniæ mercede dederunt Iſchyræ nomen epiſcopi, qui neque presbyter fuerat aliquandò. Duo nanque presbyteri, qui cum Melitio aliquandò degebant, & poſteà à beato Alexandro Epiſcopo ciuitatis Alexandrinæ ſuſcepti ſunt, & cum Athanaſio conſtituti, teſtati ſunt, nunquàm illum presbyterum fuiſſe Meletij, neque habuiſſe Meletium in Mareote Eccleſiam vel miniſtrũ, & qui penitùs nec presbyter fuerat, nunc eum velut Epiſcopum produxerunt, vt eo nomine in ſuis calumnijs terrere viderentur auditores. Lectæ ſunt enim & literæ conſacerdotis noſtri Marcelli, & inuenta eſt Euſebij, ſimiliumque nequitia. Nam ea quæ, veluti querimoniam faciens, Marcellus dixit, hæc, tanquàm ipſe confirmaret, accuſauerunt. Hæc ergò ſunt lecta, & reliqua, & præcedentes pariter quæſtiones, rectaque huius viri fides inuenta eſt. Non enim à ſancta MARIA (ſicut iſti confirmabant) dedit DEO verbo principium, neque finem habere aſſeruit eius imperium, ſed regnum eius & ſine principio, & ſine termino eſſe, conſcripſit. Aſclepas autem comminiſter obtulit monimenta Antiochiæ confecta, ſub accuſatorum præſentia & Cæſarenſis Euſebij, & ex ſententia iudicantium Epiſcoporum ſe oſtendit innoxium. Rectè ſiquidem, ô chariſſimi fratres, enocati frequenter, obedire noluerunt, recteque fugerunt. Conſcientia nanque ſua perterriti, per fugas ſuas calumnias indicârunt, & quæ præſentes accuſatores ſuper eis dixerant, etiàm probauerunt. Ad hæc autem etiàm eos, qui dudum accuſati propter Arianam hæreſim fuerant, & proiecti, non ſolùm ſuſceperunt, ſed etiàm in maiori ordine poſuerunt, diaconos ad presbyterium promouentes, presbyteros ad epiſcopatum, non ob aliud, niſi vt impietatem ſeminare & dilatare poſſent, & fidei corrumpere pietatẽ. Sunt autem horum principes, Euſebius, Theodorus Heracleæ, Narciſſus Neroniadis Ciliciæ, Stephanus Antiochiæ, Georgius Laodiceæ, Acacius Cæſareæ Palæſtinæ, Menophantus Epheſius, Vrſacius* Mygdonij, Valens Mirſi Pannoniæ. Iſti nanque conuenientes, non ſinebant eos, nec in ſanctum Concilium ingredi, nec omninò accedere ad Eccleſiam Dei. Et venientes in Sardicam, conciliabula apud ſemetipſos per loca ſingula faciebant, & acta quædam cum terroribus concinnabant, vt nihil penitùs ad iudicium perueniret, neque ſanctum poſſemus celebrare concilium. Hæc omnia cognoſcere potuimus à conſacerdotibus noſtris, Macario Palæſtino & Aſterio Arabiæ, qui cum eis venerant, & ab eorum perfidia receſſerant. Hi nanque ad ſanctum Concilium venientes, violentiam, quam paſſi ſunt, narrauerunt, dicentes nihil apud eos agi rectum: inſuper adijcientes, quòd, quum eſſent rectæ fidei, prohibiti fuiſſent ab eis ad hæc loca venire, & propter interminationem vix ab eis diſcedere potuiſſent. Ob hanc cauſam Sardicen. venientes in vna domo cuncti manſerunt, neque breui tempore à ſe recedere patientes. Quia verò tacere non decuit, nec ſine vindicta relinquere calumnias, vincula, neces, vulnera, concinnationes falſarum epiſtolarum, verbera, nuditates Virginum, exilia, deſtructiones eccleſiarum, incendia, migrationes à minoribus ciuitatibus ad maiores eccleſias, & præ omnibus aduersùs rectam fidem, nunc Arianam veſaniam per eos crudeliter inſurgentem, propterea chariſſimos quidem fratres noſtros & comminiſtros, Athanaſium Alexandrinæ ciuitatis epiſcopum, & Marcellum Ancyræ Galatiæ, & Aſclepam Gazæ, comminiſtrantes Chriſto, innoxios & puros eſſe decreuimus, ſcribentes ad vniuſcuiuſque parochiam, vt ſingularum eccleſiarum populi cognoſcentes ſui Epiſcopi puritatem, eum ſe Epiſcopum & habere & ſperare cognoſcant. Eos autem, qui in eorum Eccleſias luporum inſtar ingreſſi ſunt, id eſt, * Gregorium in Alexandria, Baſilium in Ancyra, Quintianum Gazæ, nec Epiſcopos nominandos, nec Chriſtianos, nec quamlibet penitùs cum eis habendam eſſe communionem, nec eorum literas habendas, neque ſcribendum eis. Theodorum verò Heracleæ Europæ, Narciſſum Neroniadis Ciliciæ, Acacium Cæſareæ Palæſtinæ, & Stephanum Antiochiæ, Vrſa-

* Sigidunj in Myſia

* Georgium

cium Mygdoniæ Myſiæ, Valentem ex * Mirſis Pannoniæ, Menophantum Epheſi, & Georgium Laodiceæ, licèt metuentes, ab Oriente non uenerint, tamen eò quod à beatæ memoriæ Alexandro ciuitatis Alexandrinæ pontifice ſunt damnati, & eo quòd ſecum Arianos habeant, & propter crimina eis illata, generali eius decreto ſanctum concilium epiſcopatu depoſuit, & decreuimus, non ſolum Epiſcopos eos non eſſe, ſed neque communionem cum fidelibus promoueri. Eos enim, qui diuidunt à paterna ſubſtantia & diuinitate, & alienant uerbum à patre, diuidi ab eccleſia Catholica conuenit, & eſſe alienos à nomine Chriſtiano. Sint igitur uobis & omnibus anathema, eò quòd verbum ueritatis uideantur eſſe cauponati. Apoſtolicum nanque præceptum eſt, Si quis uobis annunciauerit, præter quod accepiſtis, anathema ſit. His ergò nullum communicare denunciate. Nulla enim communio luci ad tenebras. Hos pellite procùl ab omnibus. Nulla enim concordia Chriſti ad Belial. Seruate uos, fratres chariſſimi, ut neque ſcribatis eis, neque eorum ſcripta ſuſcipiatis. Studete ſimul & uos, chariſſimi fratres & comminiſtri, tanquàm ſpiritu præſentes, noſtro Concilio conſentire, atque ſubſcriptione ueſtra decernere, quæ ab omnibus ubiquè comminiſtris noſtris conſonantia una ſeruentur. Abdicamus autem illos, & extra terminos Eccleſiæ catholicę procùl abijcimus, qui adfirmant, quòd Deus eſt Chriſtus, ſed uerus Deus non eſt: quod filius eſt, ſed uerus filius non eſt: quòd genitus eſt, ſimul & ingenitus. Sic enim ſe intelligere genitum profitentur, quia ſic dixerunt, Eſt, quod genitum eſt. Et quia, quum Chriſtus ante ſecula ſit, dederunt ei principium atque finem, quod non in tempore, ſed habet ante ſecula. Proindè duæ uiperæ ex aſpide Ariana progreſſæ ſunt, Valens & Vrſacius, qui gloriantur & non dubitant ſe dicere Chriſtianos, profitentes, quoniam uerbum, & quoniam ſpiritus, & vulneratus, & interfectus eſt, & mortuus eſt, & reſurrexit: quodque cohors ſtudet hæreticorum, diuerſas eſſe ſubſtantias Patris, & Filij, & Spiritus ſancti pronunciant, & eas eſſe diuiſas. Nos autem hanc percepimus & eruditi ſumus, hanc habemus catholicam, apoſtolicamque traditionem, & fidem atque confeſſionem, unam eſſe ſubſtantiam patris & filij & ſpiritusſancti. Et ſi quærant, quæ ſit filij ſubſtantia, profitemur, eam eſſe quæ patris, indubitanter, nunquàm patrem ſinè filio, neque filium ſinè patre fuiſſe credentes, nec eſſe poſſe, quod eſt uerbum, ſpiritus. Abſurdum nanque eſt dicere, aliquandò patrem non fuiſſe patrem. Patrem enim ſinè filio nominari, nec eſſe poſſe, eſt ipſius filij teſtimonium: Ego in patre, & pater in me eſt. Et Ego & pater unum ſumus. Nullus noſtrum negat genitum. Sed genitum ante omnia, quæ uiſibilia, & inuiſibilia nuncupantur, opificem Archangelorum, & Angelorum, & mundi, & humani generis, quoniam ait: Omnium artifex ſapientia docuit me. Et omnia per ipſum facta ſunt. Non enim ſemper eſſe potuiſſet, ſi ſumpſiſſet exordium: quandoquidem uerbum, quod ſemper eſt, non habet initium. Deus autem nunquàm terminum habet. Non dicimus, patrem filium eſſe, neque rurſùm filium patrem eſſe: ſed pater, pater eſt: & filius, patris eſt filius. Confitemur, uirtutem eſſe patris filium. Confitemur, uerbum Dei patris eſſe, præter quod aliud non eſt. Et uerbum verum Deum, & ſapientiam, & uirtutem, uerumque filium tradimus. Et non ſicut cæteri filij nominantur, ità filium dicimus: quoniam illi, aut gratia generationis dij erunt, aut eò quòd digni fiant, filij nuncupantur, neque propter unam ſubſtantiam, quæ eſt patris & filij. Confitemur item, & unigenitum, & primogenitum: ſed unigenitum uerbum dicimus, quòd ſemper fuit, & eſt in patre: primogenitum autem, quantùm ad hominem, ſed tamen differt à creatura communi, quoniam & primogenitum à mortuis, confitemur vnum eſſe Deum. Confitemur unam patris filiique Diuinitatem, neq; quiſquam negat aliquandò patrem filio maiorem, non propter aliam eſſentiam, non propter differentiam, ſed quia ipſum nomen patris maius eſt filio. Hęc autem illorum blaſphemia, atque corrupibilis interpretatio eſt: hac gratia eum dixiſſe contendunt, Ego & pater unum ſumus, propter concordiam & unanimitatem. Sed reprobauimus omnes catholici intellectum eorum fatuum & abiectum, ſicuti mortalium hominum. Qui quoniam corrumpi cœperunt, offendentes, diſcordare noſcuntur, & ad permutationes aſcendunt, hoc modo diſtantiam & diſcordiam inter patrem Deum omnipotentem & filium eſſe poſſe dicentes, quod abſurdum eſt intelligere, & aliquatenùs arbitrari. Nos autem & credimus, & affirmamus, & ſic intelligimus, quoniam ſacra ſcriptura ſic loquuta eſt, Ego & pater unum ſumus, propter eſſentię vnitatem, quę eſt una & eadem patris & filij, & credimus ſemper ſinè principio & ſinè termino hunc regnare cum patre, & non habere nec tempus, nec defectum eius imperium, quia ſemper eſt: nunquàm enim eſſe cœpit, ideoque nec deficere poterit. Credimus & percipimus paracletum ſpiritumſanctum, quem nobis ipſe Dominus promiſit & deſtinauit, & eum credimus miſſum. Sed is paſſus non eſt, ſed homo, quo indutus eſt, quem aſſumpſit ex MARIA uirgine, qui pati potuit, ſicut mortalis, Deus autem immortalis eſt. Credimus quòd tertia die reſurrexit, nō DEVS in homine, ſed homo in DEO reſurrexit, quem & obtulit patri ſuo donum, quem unquè liberauit. Credimus autem, quoniam opportuno tempore atque definito, omnes & de omnibus ipſe iu-

Margin notes: Gal. 1. b — Hæretici vitandi. 2. Cor. 6. — Fides patrum Sardicen. Concilij. — Ioã. 14. b — Ioã. 10. b — Sap. 7. c — Ioan. 1. a — Ioan. 10. f — Ioan. 10. f

iudicabit. Tanta ſiquidem eorum ſtultiria, & ità craſſitudine tenebrarum eorum mens excæcata eſt, vt nequeant lumen cernere veritatis, Ioan. 17. c. nec intelligere, qua ratione dictum ſit, Vt & ipſi in nobis vnum ſint. Palàm verò eſt id, cur dixerit, vnum: quoniam Apoſtoli Spiritũ ſanctum Dei acceperunt, ſed tamen ipſi non erãt ſpiritus, nec aliquis eorũ aut verbum, aut ſapiẽtia, aut virtus, aut vnigenitus erat. Sicut ego & Ioan. 17. c tu (inquit) vnum ſumus, ſic & iſti in nobis vnũ ſint. Certiſſimè igitur ſcriptura diuina hoc diſtinxit, In nobis (inquit) vnum ſint. Non ait, Sicut nos vnum ſumus, ego & pater: ſed diſcipuli in ſemetipſis coniuncti & copulati, vnũ ſint fide, confeſſione: in gratia & pietate Dei patris, & Domini & Saluatoris noſtri conceſſione & charitate vnum eſſe poſſint.

EX NICEPHORI ECCLE. Hiſt. lib. 9. cap. 21.

CONSTANS occidentis Imperator, actis Sardicẽſibus cognitis, duobus epiſcopis & Saliano duce quodam pietate & iuſtitia claro viro, ad fratrem miſſis, per literas etiã quæ Sardicæ geſta eſſent, ei declarauit: & Paulo atque Athanaſio, qui iniuria affecti fuerant, Eccleſias ſuas reddere iuſſit. Cùm autem Conſtantius fruſtrà tempus extraheret, alia epiſtola ei Conſtans inſtitit, vt aut Paulum & Athanaſium reciperet, eisque thronos ſuos reddendos curaret, aut niſi hoc faceret, ad bellum ſe præpararet. Atque ille re cùm quibuſdam epiſcopis deliberata, de eorum ſententia ſatius eſſe ſtatuit Athanaſio de eccleſia decedere, quàm ciuili decertare bello. Cõſtantis literæ Conſtantis literæ. Laconicè his verbis ſcriptę erant: Venit ad nos Athanaſius, & ad ſe epiſcopatum Alexandriæ pertinere probauit. Quapropter illum operam fac conſequatur: alioqui nanque armis eũ meis recuperabit. Hiſce literis adactus Conſtantius, Athanaſium publica diſpoſita vectura, ad ſe vocauit. Atq; illo, quòd aduerſariorũ dolos ſuſpectos haberet, reditum differente, iterùm ſæpiusq; Conſtantius literis eum ad ſe inuitauit: quas ad fidem dictis faciendam, hi- Lrẽ Conſtantij. ſtoriæ inſerere libet: Cõſtantius victor Auguſtus Athanaſio Epiſcopo: Diutiùs tanquàm ſæuis pelagi fluctibus te differri & affligi non patitur manſuetudinis noſtræ humanitas: neque patrijs expulſum laribus boniſq; ſpoliatũ atque inacceſſis ferarum locis oberrantem deſpicit indefeſſa pietas noſtra, quamuis diutiùs ad te animi mei ſententiam perſcribere diſtulerim, ſponte tua te ad nos venturum, atque laborum remedium periturum eſſe opinatus. Verùm cùm fortaſsè conſilium propoſitumq; tuum timor impediêrit, literas haſce munificentiæ plenas ad firmitatem tuam dandas exiſtimauimus: quo citra metum omnem in conſpectum noſtrum quàm celerrimè venire properes, vt cum integrum ſtatum tuum recipias, tum humanitatem noſtram expertus, i ea quæ iuris tui ſunt, reſtituaris. Hac enim de cauſa & dominum atque fratrem meum Conſtantem victorem Auguſtum pro te rogauimus, vt redeunti tibi facultatem permitteret, quo ad eũ modum, vtriſque nobis annuentibus, in patriam reducaris, & hoc noſtræ in te gratiæ pignus habeas.

Cõſtantius victor Auguſtus Athanaſio Epi- Aliæ lrẽ. ſcopo: Etiamſi prioribus literis noſtris tibi ſignificauimus, vt abſque ſolicitudine omni in comitatum noſtrum venires, quòd te maximè in ius tuum reſtituere cupiamus, tamen nunc quoquè haſce ad firmitatem tuam dedimus. Quapropter te hortamur, vt diffidentia metuque omni ſepoſito, publica conſcendas vehicula, & ad nos venire contendas, vt quarum rerũ recuperandarum deſiderio teneris, eiſdem potiri queas. Cõſtãtius victor Auguſtus Atha- Lrę alię. naſio presbytero: Cùm Edeſſæ ageremus, & presbyteri tui ibi præſtò eſſent, placuit nobis, vt miſſo ad te presbytero, in comitatum noſtrum venire properares; quo in conſpectum noſtrum admiſſus, confeſtim Alexandriam proficiſcerere. Quandoquidem verò plurimum iã præterijt temporis, ex quo literis noſtris acceptis non veniſti, nunc quoque commonere te voluimus, vt aduentum ad nos tuum matures, & ſic patrię tuæ reſtitui, & voto tuo potiri poſſis. Miſimus autem ad te Achetam diaconum, vt pleniùs hæc ad te referret: ex quo animi noſtri voluntatem, te ſcilicet quod optas, conſecuturum eſſe, cognoſcere poteris. Athanaſius epiſtolis Aquileiæ (ibi enim degebat) acceptis, Romam ad Iulium, vt de rebus ſuis cum eo conſtitueret, profectus eſt. Cui quidem Iulio & Romanæ Eccleſiæ ille plurimum attulit lætitiæ, cùm literas eis exhibuiſſet. Credebant enim, Orientis quoquè Imperatorem cum eis profeſſioni fidei aſſentire, qui tam humaniter ad ſe Athanaſium inuitaret. Et Iulius rebus quibus oportuit, illum inſtruxit, viaticoque donauit: & literas inſuper ei ad Clerum & populum Alexandrinum dedit, quibus ſe lætari & gratulari eis indicat de tanti præſulis reſtitutione. Ad verbum hoc modo Epiſto- Cap. 22. la ſcripta erat:

IVLIVS Epiſcopis & presbyteris & Diaco- Literæ Iulij Papæ. nis, & populo Alexandriã incolenti, dilectis fratribus, in Domino ſalutem. Congratulor & ego vobis, Fratres dilecti, vos fidei veſtræ fructum oculis veſtris percipere. Id enim verè quiſpiam fieri dicat in Fratre & coepiſcopo noſtro ATHANASIO, quem & propter vitæ eius puritatem, & propter veſtras preces DEVS vobis reſtituit. Ex hoc ſanè perſpicere eſt, puras veſtras charitatiſque plenas orationes, ſemper ad DEVM eſſe delatas. cœleſtium enim promiſſionum, charitatiſque in DEVM memores, quam ex doctrina eiuſdẽ fratris, quem diximus, noſtri addidiciſtis, illud certò cognouiſtis, & pro inſita vobis recta fide percepiſtis, non ad finem vſque à vobis ſegregatum eum iri, quem in pijs veſtris

animis ueluti præſentem ſemper habuiſtis. Itaque non multis mihi opus eſt uerbis ad uos ſcribenti. Quæcunque enim à me dici uobis poſſunt, ea fides prius ueſtra anticipauit. Et profectò impletæ ſunt per gratiam Chriſti communes omnium ueſtrum precationes. Gratulor igitur uobis (iterùm enim id dico), inuictas uos in fide animas ueſtras conſeruaſſe. Nec minùs fratri meo Athanaſio gratulor, quòd tametſi luctuoſa multa eſt perpeſſus, nulla tamen hora charitatis ueſtræ & deſiderij in obliuionem uenit. Quanuis namque corpore ad tempus à uobis diſtractus eſſe uiſus eſt, ſpiritu tamen continuè ueluti præſens uobiſcum fuit. Atque equidem, dilecti, tentationem & ærumnam eius omnem non puto gloria ſua carere. Nam ſimul & ueſtra & illius fides multis eſt perfecta & explorata. Niſi enim hæc interceſſiſſent, quis tandem credidiſſet, aut uos tantum iudicium, tantumque erga talem Epiſcopum obtinere amorem, aut illum tantum eſſe accumulatum uirtutibus, per quas etiàm cœleſti ſpe non excidet? Conſecutus namque eſt uarijs modis, & in præſentia, & in futuro glorioſum confeſſionis martyrium teſtimoniumque, quòd multis terra ſimul & mari ſæpius procellis iactatus, inſidias & fraudes Arianæ hæreſis omnes conculcauit, & ſæpius per inuidiam in periculum inſidioſè coniectus, mortem contempſit, præſidio ſcilicet omnipotentis Dei & Domini noſtri IESV Chriſti tectus, ſperauit ſimul & inſidias aduerſariorum ſe euaſurum, & ad uos conſolationis ueſtræ gratia rediturum. Et ſimul uobis ex conſcientia ueſtra præclara tulit tropæa, per quæ ad orbis uſque terminos explorata uitæ ſanctitate præclarus cognitus eſt: multa ille quidem libertate propalàm animi inſtituto & cæleſti doctrinæ uſus, abundè autem perpetuo & conſtanti ſe à uobis iudicio eſſe amatum teſtatus. Redit igitur ad uos multò etiàm ſplendidior, quàm à uobis diſceſſit. Si etenim precioſiorem materiam, aurum dico & argentum, ad puritatem ignis explorat, quidnam quiſquam pro rei dignitate de uiro iſto dixerit, qui tot & tantis ærumnarum incendijs & periculis deuictis, uobis redditur purus & inſons, non à nobis tantùm, ſed à cuncta etiàm Synodo receptus? Suſcipite ergò, dilecti fratres, cum omni quæ Deo accepta eſt gloria & lætitia Epiſcopum ueſtrum Athanaſium, unà cum eis qui aduerſarum rerum eius participes fuêre, & gaudete quòd optatis, ueſtris fruimini, & quòd paſtorem ueſtrum, ut ità dicam, deſiderantem & ſitientem pietatem ueſtram, ſalutaribus ſcriptis aluiſtis & potâſtis. Siquidem ei peregrè uerſanti uos ſolatio fuiſtis, eumque in medijs perſecutionibus, procellis atque inimicorum inſidijs, fideliſſimis animis & mentibus ueſtris fouiſtis. Me uerò iam exhilarat, quòd mecum in animo cõſidero & præuideo, uniuſcuiuſque ueſtrum in reditu illius gaudium, & multitudinis ſanctiſſimæ accuſationes, necnon præclaros & feſtos concurrentium hominum conuentus. Et quæ tandem, & qualis ea futura eſt dies, cùm frater quidem meus reſtituetur, qui uerò ante eum fuêre, deſtituentur, & honoratiſſimus optatiſſimuſque reditus in lætitiam gaudio pleniſſimam uos efferet omnes? Quod ſanè gaudium maxima ex parte ad nos etiam pertingit, quibus à Deo & hoc conceſſum eſt, ut in tanti uiri notitiam peruenire potuerimus. Sed enim pulchrum fuerit epiſtolam precatione claudere. Omnipotens Deus atque huius filius Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, gratiam hanc uobis perpetuam eſſe uelit, qui præmium admirandæ fidei ueſtræ dedit, quam in Epiſcopo ueſtro præclaro teſtimonio exhibuiſtis: & ut uobis & poſteris ueſtris & hìc & in futuro bona ea maneant, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis conſcendêre, quæ ſcilicet præparauit Deus diligentibus ſe, per Dñm noſtrum Ieſum Chrm, per quem omnipotenti Deo gloria ſit in ſecula ſeculorum. Amen. Valere uos opto, fratres dilecti.

Hiſce inſtructus literis Athanaſius, in Orientem Antiochiam Syriæ, ubi tum Conſtantius agebat, profectus eſt. Cap. 23.
Et Conſtantius quidem Cap. 24.
non illibenter eum ſuſcepit, nihilo minùs tamen beneuolentiam humanitatemque eius tentâuit. Captioſo enim ſermone eum, aduerſariorum ſuggeſtione, fallere uolens, ſic ad eum locutus eſt: Ego quidem de communi Synodi ſententia, fratriſque & mea tibi quod optas perficio & thronum tibi tuum trado. Æquum uerò eſt, te quoque mihi hanc reddere gratiam, ut unam Alexãdriæ Eccleſiam eis permittas, qui à te diſſidẽtes, à tua cõmunione abhorrent. Atque Athanaſius: Æquiſſimum ſanè eſt, ô Imperator, inquit, ut mos tibi geratur. Sed eandem rurſus à te gratiam peto, quãdoquidẽ & Antiochiæ quidam ſunt, qui ſacerdotum ordinem hic auerſantur, iube eos quoque Eccleſiam ſuam habere, in qua libere placitas ſibi & ſtatas peragant cæremonias. Ad hæc cùm Imperator quod diceret non haberet, ſatiùs eſſe duxit aduerſarios eſſe quietos, petitioneque ſua non parùm cõmoda ſuperſedere, itaque nihil amplius mouere. Atque illi rectè profectò eã rem putarunt, nihilo ſcilicet minùs Alexandriæ res Catholicorũ incrementum ſuum habituras, cùm Athanaſius non ſolùm ſuos à periculo tueri, ſed alienos etiàm ad ſe allicere pro induſtria ſua poſſet. Si uerò Antiochiæ quod ille petebat fieret, non exigua augmenta Euſtathianis, qui non pauci eſſent, acceſſura: & fortaſsè eos ad res nouas adſpiraturos eſſe, cùm ſine periculo quæ cõſueuiſſent, agere poſſent. Illos quoque nõ minor metus animos eorũ ſubijt, quòd etiã ſi penès eos Eccleſiarum eius loci poteſtas ſumma eſſet, non omnẽ tñ clerũ & populum obedientem haberent. Sententiam enim quã quiſque de Deo obtineret, in choro ſtãtes ad finem pſalmodiæ declarabãt. Quidã enĩ pa-

trem & filium eodẽ honore celebrantes, nonnulli patrem in filio, (præpoſitione interiecta obſcuriùs ſecundas partes filio tribuẽtes) alij, Gloria patri per filium in Spiritu ſancto: quidam etiàm, Gloria Patri & Filio in Spiritu ſancto, canebant. Primum omnium ferunt, Antiochenum Flauianum, monachorum coacta caterua, clarè accinuiſſe, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. Quod quidem, vt nihil habens ſuſpicionis in eccleſijs Dei obtinuit. Et paulò infrà, Conſtantius Athanaſio & alijs, ſcripto quoquè edito, eccleſias ſuas reddẽdas curauit: cum quo ſcripto (iubebat enim eos non grauatè recipere) illi in vacuam ſedium ſuarum poſſeſſionem rediêre. Athanaſio verò alias etiàm literas Conſtantius dedit, quibus ei reditum permiſit: & ea, quæ varijs modis in iudicijs contra eum geſta fuerant, aboleri atque obliuioni tradi iuſſit. Literas eas, atque itidèm alteras, hic ſubijciendas eſſe duxi, quæ ſic habent:

Cap. 25. Victor Conſtantius Maximus Auguſtus, Epiſcopis & presbyteris Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ: Non deſtitutus eſt diuina benignitate Reuerendiſſimus Epiſcopus veſter Athanaſius. Sed quanuis ad breue tẽpus humanæ obiectus eſt explorationi, tamen debitum ab ea, quæ omnia reſpicit, Prouidentia tulit calculum, voluntate DEI & iudicio noſtro patria ſimul & Eccleſia, cuius præfectura diuino ei nutu cõtigit, recepta. Quem æquum fuit, vt ſententia conſentanea noſtra quoquè imitaretur manſuetudo: videlicet vt omnia, quæ antehàc contra eos, qui cum ipſo cõmunione vſi eſſent, decreta ſunt, nunc obliuione obliterentur, ſuſpicioque aduersùs eum omnis deincèps intercidat: & immúnitas, quam dudùm qui cum eo fuere clerici habuêre, pro eo atquè decet, literis hiſce cõfirmetur. Quin & illud noſtræ erga eum benignitati meritò adijciendum eſſe iudicauimus, vt vniuerſi qui in ſacri ordinis albo ſunt, cognoſcant ſecuritatẽ adauctam eſſe omnibus, qui ei fuere coniuncti, Epiſcopis ſimul & clericis. Certum verò vniuſcuiuſque rectę ſententiæ iudiciũ erit, ſi cum hoc vnitus coniunctusque fuerit. Quicunque enim prẹſtantiore ſorte & iudicio cõmunionem ipſius ſequẽdam ſibi delegerint, eos omnes ad ſimilitudinem, quæ nos præuenit, prouidentiæ, hac noſtra, Dei voluntate exhibita, gratia & benignitate perfrui iuſſimus.

Victor Cõſtantius Maximus, populo Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ. Cùm in rebus omnibus propoſita nobis ſit veſtra, quę ex recta iuris legumque Conſtitutione prouenit, felicitas, & non ignoremus ſatis diù Epiſcopi vos caruiſſe prouidentia: Athanaſium antiſtitem, virum propter inſitam ſibi fidei ſynceritatem morumque natiuam probitatẽ hominibus omnibus ſpectatum, æquum eſſe duximus, vt ad vos remitteremus. Eum ità vt cõſuetudo fert, & decet, ſuſcipientes, precumque veſtrarum ad Deum adiutorem conſtituentes, quæ & vobis congruit, & nobis accepta eſt, concordiam & pacem iuxta Eccleſiæ ſanctionem prolixè ſeruare ſtudete. Minimè enim omniũ cõuenit, diſcordiam aliquam aut ſeditionem inter vos concitari in iſta temporum noſtrorum tranquillitate. Atque eam quidem incõmoditatem à vobis abeſſe omninò volumus. In precationibus verò vt eo, quem diximus, authore & adiutore ſedulò vtẽtes, Diuinis rebus more recepto inſiſtatis, vos admonemus: vt tali animorum veſtrorũ propoſito ad vniuerſorum vota tranſeunte, ex gentibus etiàm, qui adhuc idolorum errore ſunt implicati, ad ſacroſancti ſacrificij cognitionem peruenire, Alexandrini chariſſimi, maturent. Quarè vos iterùm admonemus, vt in ijs quæ diximus, perſiſtatis. Epiſcopum verò Dei ipſius nutu & ſententia noſtra ad vos miſſum, libẽter recipiatis, atque eum ex animo complectẽdum vobis eſſe exiſtimetis: id quod & vos decet, & manſuetudini noſtræ conuenit. Vt enim tumultûs & ſeditionis occaſionem omnem eorum, qui conſultò deteriora cœpta ſectãtur, pręcideremus, iudicibus qui apud vos sũt, literis noſtris mãdauimus, vt omnes quos ſeditioſos eſſe cognoſcerent, legum ſubijciant vindictæ. Itaque cùm vtrunque perſpiciatis, ſimul ſcilicet & diuinam noſtramque ſententiam, curam etiàm quam de vobis atque concordia veſtra gerimus, & legitimam aduersùs improbos pœnã, ea quæ ſacræ religionis ſanctionibus conueniunt, ritè ſeruantes, & quem diximus Epiſcopum omni honore & reuerẽtia proſequentes, preces cùm pro vobis ipſis, tũ pro vitæ totius & Reip. proſperitate & rerum vniuerſarum Deum patrem fundere ſedulò ſtudete. Eodem exemplo præfectis Auguſtonicæ, Thebaidis & Lybiæ ſcripſit, in quibus & illa fuêre: Quòd ſi quando antehàc cum ignominia & detrimento eorũ, qui cum Athanaſio Epiſcopo cõmunicârunt, quidquã actum reperitur, abolitum id nunc volumus. Immunitatem nanquè, quam clerici priùs habuerunt, eandem eos recipere ſtatuimus, & cõſtitutionem hanc noſtram ſeruari præcipimus, vt reddito eccleſiæ Athanaſio Epiſcopo, participes quoque eius quam anteà habuêre, immunitatem retineant: eam ſcilicet, quam reliqui habent clerici, vt & ipſi ea vtentes gaudeant. Immunitas Eccleſiaſtica.

Cap. 26. Eiuſcemodi literis munitus Athanaſius, per Syriam in Aegyptum contendit, & indè per Peluſium Alexandriam profectus eſt. Peragrans autẽ vrbes in Aegypto, quos ibi Ariano dogmati addictos reperit, illis exauthoratis, quorum doctrinam exploratam probâſſet, eccleſiarum eis adminiſtrationem committebat. Idque itidèm, cùm per alias nationes iter, feciſſe dicitur: ſi quidem ibi quoque Eccleſiæ Arianis gubernandæ mandatæ fuiſſent. Quæ res ei poſteà aliarum criminationum initium & cauſa fuit, quòd nimirum in parœcijs, quæ ad iuriſdictionem eius non pertinerent, ele-

ctionem

ctionem eccleſiaſticam vſurpare auſus eſſet. Et cùm reditu ſuo non ex aduerſariorum ſententia inſtituto, propter Conſtantij ſs amicitiã maiore eſſet animo, eo minùs contemnendus viſus eſt, quo in maiorem illuſtrioremque honorem & gloriam ità euectus fuerat, vt ex aduerſarijs multi, animos deſponderint, & quod in eum gerebant, odio depoſito, communioni eius ſe aggregarint. Quemadmodùm quidam Palæſtini fecere, & Maximus Hieroſolymorũ Epiſcopus, qui in Licinij perſecutione egregium ſe oſtẽdit martyrem, cùm ei ex oculis alter propter veram pietatem effoſſus eſt: Expoſitis nanque apud hos Sardicenſibus actis, & literis Imperatoris, quę idem decernebant, exhibitis, in ſententiam eos ſuã Athanaſius pertraxit. Atque illi Synodo ex Syria, Palęſtina & regione finitima coacta, ad communionem eum receperunt, debitumq́; dignitati eius honorem exhibuerunt. Vndè nõ minima ab eis, qui Athanaſio malè volebãt, Maximo prouenit inuidia & repręhẽſio, quòd qui anteà Tyri ſuffragator Athanaſium condemnantium fuiſſet, nunc ſeorsìm ſententiam pro eo talem tuliſſet, authoritate ſua dignitatem illius confirmaſſet, & alacritate ſumma cum eo cõmunicaſſet. Quæ verò pro eo Synodus Hieroſolymitana in Aegyptũ, Libyam & ipſam Alexandriam ad presbyteros, & diaconos, & plebem reliquam ſcripſit, talia fuere: Sancta Synodus Hieroſolymis congregata, ęis qui in Aegypto & Libya & in ipſa Alexandria ſunt, presbyteris, diaconis & populo, dilectis deſideratiſque fratribus. in Chriſto ſalutem. Vniuerſarum rerum Deo, dilecti, pro rei dignitate debitas agere gratias, propter ea quæ ſemper fecit admiranda, non poſſumus. Fecit autẽ nunc quoquè cum Eccleſia veſtra, paſtore veſtro & domino collegaque noſtro Athanaſio vobis reddito. Quis etenim ſe oculis ſuis viſurum ſperauit, quæ nunc vos rebus ipſis percipitis? Sed enim verè profectò orationes veſtræ exauditæ ſunt ab vniuerſitatis huius Deo, qui Eccleſiæ ſuæ curam gerit: quique lachrymas veſtras & luctum reſpexit, & propterea preces veſtras exaudiuit. Eratis nanque ſicut oues iactatæ & diſperſæ, non habentes paſtorem. Et verus in cœlo paſtor, oues ſuas curãs, reddidit vobis quem deſideraſtis. Ecce enim & nos, qui nihil pro Eccleſiaſtica pace nõ agimus, & cum veſtra conſpiramus charitate, illum priùs receptum complexi ſumus: & per eum in communionem vos recipientes, hoc ſcriptum & gratiarum actionem noſtram ad vos dedimus, vt dilectionis vinculo nos & illi & vobis vnitos atque cõiunctos eſſe intelligatis. Debetis verò etiàm pro pietate Dei amantiſſimorum Imperatorum orare: qui ſanè & ipſi tum deſiderio in illum veſtro, tum ſynceritate eius cognita, reſtituere eum vobis cum omni honore ſunt dignati. Itaque obuijs eum excipite vlnis, & debitas pro eo gratiarum actiones, à quo hanc tantam recepiſtis gratiã, Deo reddere ſtudete, vt perpetuò cum Deo lętari, & Dominum celebrare valeatis, in Chriſto Ieſu Domino noſtro: per quẽ patri ſit gloria in ſecula ſeculorum. Hæc Maximus & Palæſtina Synodus pro Athanaſio ſcripſit.

Literæ Synodi Hieroſolymitanæ.

Cap. 17.

Cæterùm alij quoquè, tametſi ingenti ergà Arianam religionem ardore eſſent, in illius tamen conceſſere ſententiam, id quod & Vrſacius & Valens fecere, qui cum Theognide & alijs apud Mareoten fuere: ea quæ Iſchyras dixerat de confracto myſtico poculo, & alijs rebus inquirentes. Ij priore opinione mutata, Romam profecti ſunt, atque ibi Iulio Epiſcopo libello pœnitentiæ oblato, victos ſe ab Athanaſio ſunt cõfeſſi, ſimulq́ue in poſterum ſe τῷ ὁμουσίῳ cõſubſtantiali aſſenſuros eſſe receperunt. Ad ipſum etiàm Athanaſium ſcribentes, benignè ſe cum eo communicaturos eſſe ſignificarunt. Quæ ſanè res publicitùs in maximum euaſit veluti triumphum, & documentum certũ, iniquas eſſe Tyri dictas lataſq́; in Athanaſium ſententias. Ad Iulium Epiſcopum Romanum quæ ſcripſerant, hæc fuere: Beatiſſimo Domino Papæ Iulio, Vrſacius & Valens. Quandoquidẽ antehàc multa & grauia de Athanaſio Epiſcopo ſcriptis nr̃is ſuggeſſimus, bonitatis tuæ literis in ſententiam aliam traducti, negocio eo, de quo ad te ſcripſimus, impediti, rationem eorum reddere non potuimus. Sed enim præſentibus nunc fratribus noſtris presbyteris omnibus, apud humanitatem tuam profitemur, omnia quæcunque anteà de nomine, quẽ diximus, Athanaſij ad aures noſtras peruenêre, falſa & conficta, modiſq́; omnibus aliena ab eo eſſe. Quapropter communionem eius cupidè affectamus, præcipuè cùm pietas tua, pro inſita tibi integritate, grauam nobis erroris facere eſt dignata. Profitemur & illud, ſi quandò Orientales malignè, aut ipſe etiam Athanaſius, nos de rebus his in ius vocare voluerint, nos præter animi tui ſententiam eò nõ ituros. Arium autem hæreticũ eiusq́ue defenſores, qui dicunt, fuit aliquandò cùm non fuit filius: &, Chriſtũ ex non exiſtente eſſe: & qui Chriſtum Deum eſſe & filium Dei ante ſecula negant, ſicut & in priore libello noſtro Mediolani oblato, ità nunc quoquè anathemate mactamus. Hæc autem manuum noſtrarum ſubſcriptione annotantes, iterùm iterumq́ue profitemur, nos, quemadmodùm modò diximus, Arianam hęreſim & authore eius damnare in ſeculum. Ego Vrſacius profeſſioni huic meæ præſens ſubſcripſi: itidèm verò & Valens. Hæc quidẽ ad Iulium. Quæ verò ad Athanaſium ſcripſere, ſic habebant: Domino fratri Athanaſio Epiſcopo Vrſacius & Valens Epiſcopi: Occaſionem per fratrem & compresbyterum noſtrum Muſæum, qui ad dilectionem tuã proficiſcitur, frater dilecte, nacti, compellandum te ex ipſa Aquileia duximus, optantes, vt ſaluus literas noſtras legas. Addes autem nobis fiduciã, ſi tu quoquè ſcribendo nobis reſponderis.

Libellus pœnitentiæ.

deris. Scito nanque pacatos nos eſſe, & Eccleſiaſticam tecum communicare coniunctionem. Indicium earum rerum eſt, literarũ noſtrarum iſthæc compellatio. Res Athanaſij ita ſe habuere. Et ſic ille ex Occidente in Orientales partes reuerſus, eccleſias in Aegypto rurſus gubernauit. Itidem verò & Paulus, & Marcellus, & Aſclepas, & Lucius ſedes ſuas recepere.

In fine ca. 18.

Eo tempore Athanaſius Epiſcoporum Aegyptiorum Synodum Alexandriæ coegit, in qua quæ de eo vel Sardicæ, vel in Palæſtina decreta eſſent, comprobarentur atque confirmarentur.

Cap. 19. Imperator autem Conſtantius aduerſantis ſectæ importuna ſolicitatione tranſuerſim actus, priorem mutauit ſententiam. Suggeſſerant enim ei, Athanaſium rurſum Aegyptum & Libyam turbare. Addiderant etiam, in parœcijs quæ iuriſdictionis eius non eſſent, epiſcopos & presbyteros deſignâſſe: & quod omnium maximum foret, ipſum quoque fratrem Conſtantem ad inimicitias aduerſus eũ concitâſſe. Quibus criminibus apud Cõſtantium, vt qui Euripus eſſet, effecere, vt quæ Sardicæ conſtituta fuerant, prorſus aboleret, & eos qui per eam Synodum reſtituti fuerant Epiſcopi, exigi iuberet. Ità factum, & Marcello deiecto, Baſilius Ancyram Galatiæ ſit reductus, & Oreſtiadis Epiſcopus Lucius vinctus in carcere interierit: Paulus verò Cõſtãtinopolitanus perpetuo exilio mulctatus, in oppidum quoddam Armeniæ in ſolitudine quadam ſitum, Cucuſum nomine, deportatus ſit; vbi laqueo ſtrangulatus, Macedonianorum opera perijt. Tãtum autem calumniã Athanaſio apud Imperatorem intentata valuit, vt is quendam ſummiſerit, qui caput illi vbicunque reperto amputaret: & cũ eo Theodulo itidem & Olympio, eccleſiarum quarundam in Thracia Epiſcopis. Quam rem vbi Athanaſius præſenſit, minis illius cedens, fuga vitæ ſuæ conſuluit; quam deinde fugam Ariani ſunt calumniati. Porrò Georgius in locum eius ſubrogatus, Eccleſias Aegyptias malè tractauit.

In lib. Apologetico de fuga.

Quæ autem is commiſerit, ea ex Athanaſij verbis, qui eis rebus interfuit, eaſque pertulit, rectius intelligentur. In Alexandriam, inquit, rurſus irruerunt, qui nos vt occiderent inquirebant: & facta ſunt poſteriora deteriora prioribus. Subitò enim milites eccleſiã circunuallârunt, & pro precatione bellum inſtitutum. Deinde Quadrageſima ipſa, qui ab eis è Cappadocia miſſus fuerat Georgius ingreſſus, clades quas ab illis cognouerat, adauxit etiàm. Poſt Paſchæ hebdomadam virgines in vincula conijciebantur, Epiſcopi à militibus vincti ducebantur, pupillorum & viduarũ domus & panes diripiebantur, impetus in ædes fiebant. Noctu Chriſtiani ſubmergebantur, domus reſignabãtur, clericorum fratres pro fratribus periclitabãtur. Et dura quidem iſta: quæ verò ſubſecuta ſunt, duriora. Hebdomada enim poſt ſanctã Pentecoſten, ieiunio abſoluto, populos ad cœmeterium oratum, propterea quòd communionem cum Georgio omnes auerſarentur, egreſſus erat.

Ieiunium poſt Pentecoſten.

Atque eo cognito, improbiſſimus ille ducem Sebaſtianũ Manichæum excitauit: & ipſe adeò cum ingenti militum, arma, ſtrictos enſes, arcus & ſagittas ferentium, manu, ipſo die Dominico contra populũ proceſſit, & paucis qui precabantur (plurimi nãque iam propter diei horam domum ſe receperant) repertis, talia ibi fecere, qualia ab eis fieri decebat. Rogo enim accenſo, & virginibus ad ignem admotis, vt ſe Arianæ fidei eſſe dicerent, cogebat. Atque vbi eas ſuperiores eſſe, ignemque nihil curare vidit, denudatis eis ità facies verberibus cõtudit, vt ad tempus aliquod vix cognoſcerentur. Et viris quadraginta compræhenſis, nouo eos diuerberauit modo. Virgis nanque è palmarum arboribus repentè delectis, quibus adhuc acumina ſnaſcerent, terga eorum tam crudeliter cõſcidit, vt quidam ex eis ſæpiùs à chirurgis propter acumina infixa curati, quidã verò, quòd curã eam ferre nequirent, mortui ſint. Reliquos verò ſimul omnes, atq; vnà virgines in magnã Oaſim in exiliũ egit. Expulere verò Epiſcopos plures quàm triginta, eoſque tam acerbè exegere, vt nonnulli quidem in itinere ipſo, quidam autem in exilio deceſſerint. Studio enim eis erat, iuxta Achab, ſi fieri poſſet, tollere veritatem.

Cap. 30. Non ſecius verò & Macedonius Conſtantinopoli poſt Paulum eccleſia ibi occupata, ſæuiebat. Accepta enim plurima ab imperatore poteſtate, bellum cõtra Eccleſiam ſuſcepit, nihilque ad tyrannicam crudelitatem, reliqui fecit. Et Imperatore arte circumuento, cõſtitutione eius rapinas & direptiones ſuas, quas in Eccleſijs peragere decreuerat, cõfirmauit, &c.

Cap. 31. Conſtantius autem ex Oriẽte in Illyricum aduerſus tyrannos exercitum ducebat. Cùm autem Sirmij eſſet, Photini dogma in diſquiſitionem adduxit: Qui eloquens quidem & ad perſuadendum idoneus, eccleſiæque Sirmienſis antiſtes fuit: noua autem hæreſi inſtituta, multos in ſententiam ſuam pertraxerat: quã etiàm in imperatoris præſentia propalàm & liberè in primis promulgabat. Dogma eius erat; vnum eſſe Deum omnipotentẽ, qui verbo ſuo vniuerſitatem hanc cõſtituerit. Ante ſecularem verò verbi generationem & exiſtentiam prorſus negabat.

Photini hæreſis.

Ex Maria autem Chriſtum initium ſumpſiſſe docebat. Eo dogmate vbiquè locorum diuulgato, vniuerſi tam in Oriente quàm in Occidente Epiſcopi, ſiue Nicenam ſequerentur fidem, ſeu Arianam cõplecterentur ſententiam, grauiter id tulere, quòd ex æquo cõtra omnes, nouas res inducere exiſtimaretur. Ne ipſe quidẽ Imperator mediocriter diſſidio eo eſt commotus: quapropter etiàm Concilium ibi coegit. Conuenere eò ex Oriente Epiſcopi, Marcus Arethuſius, Georgius Alexandrinus, quem Ariani miſerant,

Baſi-

Baſilius Ancyranus, Pancratius Peluſius & Hyparianus Heracleotes. Ex Occidente, Valens Murſorum, & propter virtutem magnus Oſius Cordubæ Hiſpaniæ vrbis Epiſcopus, cõfeſſor, & Nicænæ Synodi particeps, qui quidem perinuitus tum Sirmij adfuit. Arianorũ enim dolo non dudùm anteà in exilium pulſus, annitentibus eis qui Sirmium conuenerant, Imperiali edicto reductus fuerat. Sperauerant enim illi, ſi is ſuffragator eorum ſiue perſuaſione, ſeu vi fieret, multùm eum ad cõſtituendum ſtabiliendumque dogma eorum momenti allaturum eſſe: vt qui ſpectata fide teſtis, & velutì miraculum quoddã ab eius ętatis hominibus haberetur. Verùm vbì aſſentiri eis renuit, varios rursûm, contracto iam extenuatoque grauiore ætate corpore, ſuſtinuit cruciatus. Sed enim Synodus cùm Photinum cum Sabellio Libyco & Paulo Samoſateno facere, eademque docere manifeſtò depræhendiſſet, ſtatim ei Epiſcopalem abrogauit dignitatem. Quod ſanè vt ritè atque ordinè factũ, & tum & poſteà omnes complexi ſunt, & cõprobatione debita dignum iudicârunt. Cæterùm illi diutiùs ibì manentes, perindè atquè priores fidei formulas damnarent, tres alias promulgârunt. Atque vnam quidem Græca lingua Marcus Arethuſius cõpoſuit, reliquæ Latino ſermone fuerant cõſcripta: quæ ſimul & verbis & eorum ſtructura atque cõpoſitione, ab Arethuſij expoſitione prorsùs diſſidebant. Quin neque eadem quæ priores formulæ, complectebantur. Græca nanque neque ὁμοούσιον conſubſtantialem, neque ὁμοιούσιον æquiſubſtantialem patri filium dicebat. Et eos qui docerẽt filium principij expertem eſſe, aut qui filium dilatatam Dei ſubſtantiã facerent, aut qui etiàm coniunctum, non autem ſubiectum patri dicerent, excommunicabat. Iidèm verò & altera Latina de ſubſtãtia agẽs, ὁμοούσιον conſubſtantialem iuxta & ὁμοιούσιον æquiſubſtantialem, omninò dicẽdum eſſe inhibebat: vt quæ verba neque in Scripturis ſacris vſpiàm inuenirentur, neque notitijs primis aut cognitione hominum perciperentur. Conſtituit ſanè, patrem maiorem dicendum eſſe, cùm honore & dignitate & diuinitate, tũ ipſo paternitatis nomine. Decernit etiàm, cũ omnibus filium ſubiectum eſſe patri: & principii quidem expertem eſſe patrem, omnibus verò (patre excepto) filii generationẽ eſſe incognitam. Quam formulam vt minùs rectè compoſitam, poſteaquàm multis promulgata traditaque fuerat, Epiſcopi retractare contẽderunt: & Imperator ipſe id, ſeriò coercitionem eis & pœnam, qui eam in lucem prolatã non reddidiſſent, minatus, mãdauit. Verùm quòd ea in multorum manus peruenerat, non prorsùs eſt abolita. De hac Synodo ſi quis plura nôſſe velit, legat Socratis Eccleſiaſticã Hiſtoriam, lib. 2. ca. 30. & 31. & Nicephorum lib. 9. cap. 31.

DECRETA IVLII PAPÆ DECEM, iuxta Gratianum & Iuonem, quæ non ſunt prioribus inſerta.

PRIMVM.

¶ Turpe lucrum ſequitur, qui minùs emit, vt plùs vendat, vel quid ſit vſura.

Quicunque tempore meſſis vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem cõparat annonam vel vinum, verbi gratia de duobus nummis comparat modium vnum, & ſeruat vſquedùm venũdetur denariis quatuor aut ſex, aut ampliùs, hoc turpe lucrum dicimus.

14. q. 4. Quicunque tempor. Et in decr. Ido. lib. 3.

SECVNDVM.

¶ Reus eſt animarum presbyter, qui pœnitentiam morientibus abnegat.

Si presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarũ, quia Dominus dicit: (Quacunque die conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam, vita viuet, & non morietur.) Vera enim confeſſio in vltimo tẽpore eſſe poteſt, quia Dominus non ſolùm tẽporis, ſed etiàm cordis inſpector eſt. Sicut latro, vnius momenti pœnitentia, meruit eſſe in paradiſo in hora vltimæ confeſſionis.

26. q. 6. Si presbyter pœniten. Ezech. 18. g Luc. 23. f

TERTIVM.

¶ Poſt mortem alicuius, nullus de eius conſanguinitate ſponſam accipiat.

Si quis deſponſauerit vxorem, vel ſubarrauerit, & ſiue præueniente die mortis, ſiue irruentibus aliis cauſis, minimè eam cognouerit, neque eius ſuperſtes frater, neque vllus de conſanguinitate eius, eandẽ ſibi tollat in vxorem vllo vnquàm tempore.

29. q. 2. Si quis deſponſaue.

QVARTVM.

¶ Licet ſeruo matrimonia contrahere.

Omnibus nobis vnus eſt pater in cœlis; & vnuſquiſque diues, pauper, ſeruus, & liber, æqualiter pro ſe, & pro animabus eorum rationem reddituri * ſumus. Quapropter omnes, cuiuſcunque conditionis ſint, vnam legẽ (quantùm pertinet ad DEVM) habere non dubitamus. Si autem omnes vnam legem habent, ergò ſicut ingenuus dimitti non poteſt, ſic nec ſeruus, ſemel coniugio copulatus, vlteriùs dimitti poterit.

Mat. 23. b * ſunt. 29. q. 2. Omnibus nobis unus.

QVINTVM.

¶ Ex propinquitate ſui ſanguinis vel vxoris, vſque in ſeptimum gradum, nullus ducat vxorem.

Nullum in vtroque ſexu permittimus, ex propinquitate ſui ſanguinis vel vxoris, vſque in ſeptimum generis gradum, vxorem ducere, vel inceſti macula copulari. Præterea quoquè illud adiecimus, quoniam ſicut non licet cuiquam Chriſtiano de ſua conſanguinitate, ſic etiàm nec licet de conſanguinitate vxoris ſuę coniugem ducere, propter carnis vnitatẽ.

35. q. 2. & 3. Nullũ in vtroque. Et in dec. Iuo. li. 7. ſub titulo Aurelianẽ. Concilij c. 10.

SEXTVM.

¶ Eccleſia ſemèl Deo conſecrata, quandò eſt iterùm conſecranda.

De

De fabrica verò cuiuſlibet Eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolẽnitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil indicamus officere, ſi per eam minimè lauetur aqua exorcizata, quia in conſecratione cuiuſlibet eccleſiæ, in qua Spiritus ſancti arra non ponitur, celebritatem ſcimus tantùm eſſe Miſſarum. Et ideò, ſi qua ſanctorum baſilica à fundamentis fuerit innouata ſine altaris motione, ſine aliqua dubitatione, cùm in ea fuerit Miſſarum ſolẽnitas celebrata, totius conſecratio ſanctificationis implebitur. Si verò ſanctuaria, quæ habebant, ablata ſunt, rurſus eorum depoſitione, & Miſſarum ſolennitate reuerentiam ſanctificationis accipiat.

De cõ. diſtinct. 1. De fabrica verò.

SEPTIMVM.

¶ De his, qui ſacrificando, variè errabant.

Cum omne crimen atque peccatum, oblatis Deo ſacrificijs, deleatur, quid decæterò pro expiatione delictorum Domino dabitur, quãdò in ipſa ſacrificij oblatione erratur? Audiuimus enim quoſdã, ſchiſmatica ambitione detentos, contra diuinos ordines & Apoſtolicas inſtitutiones, lac pro vino in diuinis ſacrificijs dedicare: alios quoquè intinctam Euchariſtiam populis, pro complemento cõmunionis porrigere: quoſdam etiam expreſſum vinum in ſacramento Dominici calicis offerre: alios verò pannum lineũ muſto intinctum, per totum annum reſeruare, & in tempore ſacrificij partem eius aqua lauare, & ſic offerre: quòd qui ſit Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini Eccleſiaſticæ aduerſum, nõ difficilè ab ipſo fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipſa Sacramẽtorũ myſteria proceſſerunt. Cùm enim magiſter veritatis, verum ſalutis noſtræ Sacrificium ſuis cõmendaret diſcipulis,* nulli lac, ſed panem tãtùm & calicem ſub hoc ſacramẽto cognoſcimus dediſſe. Legitur enim in euãgelica veritate: Accepit IESVS panem & calicem, & benedicẽs, dedit diſcipulis ſuis. Ceſſet ergò lac * ſacrificando offerri, quia manifeſtum & euidens exemplum veritatis Euangelicæ illuxit, quòd præter panem & vinum, aliud offerri non liceat. Illud verò, quòd pro complemento communionis, intinctam tradunt Euchariſtiam populis, nec hoc prolatum ex Euãgelio teſtimoniũ receperunt, vbi Apoſtolis corpus ſuum cõmendauit & ſanguinẽ. Seorsùm enim panis, & ſeorsùm calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panẽ, alijs Chriſtum præbuiſſe, nõ legimus, excepto illo tantùm diſcipulo, quem intincta buccella Magiſtri proditorem oſtenderet, non quæ ſacramenta huius inſtitutionem ſignaret. Nam quòd de expreſſo botro, id eſt, de vuarum granis populus communicatur, valdè eſt omninò confuſum: ſed ſi neceſſè ſit, botrus in calice comprimatur, & aqua miſceatur: quia calix Dominicus, iuxta Canonum præcepta, vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus populum in aqua intelligi, in vino verò oſtẽdi ſanguinem Chriſti. Ergò cùm in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs, ei in quem credit, copulatur & iungitur: quæ copulatio & coniũctio aquæ & vini, ſic miſcetur in calice Domini, vt mixtio illa non poſſit ſeparari. Nam ſi vinum tantùm quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſinè nobis: ſi verò aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſinè Chriſto. Ergò quãdò botrus ſolus offertur, in quo vini * efficacia tantùm deſignatur, ſalutis noſtræ ſacramentum negligitur, quod aqua ſignificatur. Non enim poteſt calix Domini eſſe aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi vtrunque miſceatur. Et ideò, quia iam ex hoc plurima & multiplex maiorum manauit ſententia, omnis deinceps talis error, atque præſumptio ceſſare debet, nè peruerſorum & inordinata cõpago, ſtatum veritatis eneruet. Et ideò nulli deinceps erit licitum, aliud in ſacrificijs diuinis offerre, niſi iuxta antiquorum ſententiam Conciliorum, panem tantùm, & calicem vino & aqua permixtum. Decæterò aliter quàm præceptum eſt faciens, tam diù à ſacrificando ceſſabit, quàm diù legitima pœnitentiæ ſatisfactione correctus, ad gradus ſui officium redeat quod amiſit.

De cõ. diſtinct. 2. Cum omne. Et in decr. Iuo. lib. 1.

* nõ illis.

Mat. 26. c

* in ſacrificio.

Matt. 26. c

Ioan. 13. c

Apo. 17.

* efficiẽtia

OCTAVVM.

Item aliud Iulij Papæ decretum, ex decreto Iuonis Carnoteñ. deſumptum.

¶ Quid ſit Eccleſia.

Eccleſia, Græcum nomen eſt, quod in Latinum vertitur conuocatio,* propter * quod ad ſe omnes vocet. Catholica (id eſt, vniuerſalis) ideò dicitur, quia per vniuerſum mũdum eſt conſtituta. Vel, quoniam catholica, hoc eſt, generalis, in eadem doctrina eſt ad inſtructionem.

In decret. Iuo. lib. 1. * propterea quòd

NONVM.

Item aliud ex eodem.

¶ De illis qui Eccleſias incenderunt.

Si quis Eccleſiam combuſſerit, quindecim annos pœniteat, & eam ſedulè reſtituat, & pretium pauperibus diſtribuat.

In decret. Iuo. lib. 6.

DECIMVM.

Item aliud ex eodem.

¶ Libertam domino legitimè nubere poſſe.

Si quis ancillam ſuam libertate donauerit, & in matrimonio ſibi ſociauerit, dubitabatur apud quoſdam, vtrùm huiuſmodi nuptiæ legitimæ eſſe videantur, an non. Nos itaque vetuſtam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima eſſe cenſuimus. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium & legibus contrariũ in tali copulatione fieri poteſt, quarè prædictas nuptias inhibendas exiſtimaremus?

In decret. Iuo. lib. 6.

¶ Finis decretorum Iulij Papæ primi, & geſtorum ipſius tempore.

CONCILIVM CARTHAGINENSE PRIMVM,

TEMPORE IVLII PRIMI PAPÆ.

Eſt verò Prouinciale, probatum à Leone IIII. diſt. 20. c. de libellis.

CArthago, inſignis Aphricæ vrbs, quæ poſt Troianum bellum, teſte Euſebio, à Didone condita fuit. De ea rectè Saluſtius ait ſatiùs eſſe ſilere, quàm pauca dicere. Tanta enim eius potẽtia fuit, vt authore Polybio & Strabone, tota Aphrica cultiore potiretur: in Hiſpania verò ab Herculis columnis aduſque Pyrenæos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Tandèm à Romanis funditùs euerſa eſt. Porrò cùm diù deſerta permanſiſſet, vt inquit Strabo lib. 17. eodem ferè tempore, quo & Corinthus, à diuo Cæſare inſtaurata eſt, miſſis eò colonis, quicũque vellent, & ex militibus nonnullis &c. Vide etiàm Plinium lib. 5. cap. 4. & Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

Ex cap. 5. ſatis conſtat, hoc poſt Sardicẽſe Cõcilium fuiſſe celebratum.

TITVLI CAPITVLORVM CONcilij Carthaginẽ. primi.

Vt baptiſmum in Trinitate ſuſceptum, non iteretur. 1

De martyrum ſepulchris & honorificentia. 2

Vt clerici & ſanctimoniales fœminæ, cum extraneis viris, vel fœminis non habitent. 3

Vt clerici cum viduis, vel alijs extraneis perſonis non commorentur. 4

Vt clerici, vel laici in alterius eccleſia non ordinentur. 5

Vt clerici actus ſecularium, vel procurationes non ſuſcipiant. 6

Vt clerici vel laici in eccleſia aliena non communicent ſinè literis ſui Epiſcopi. 7

Vt implicati negocijs alienis, ante redditam rationem clerici non ordinentur. 8

Vt laici clericos actores, vel ratiocinatores ſibi non conſtituant. 9

Nè Epiſcopus alterius Epiſcopi plebes, vel fines vſurpet. 10

De clericis contumacibus, & de numero iudicantium presbyterorum & diaconorũ. 11

Vt pacta, inter Epiſcopos inita, cuſtodiant. 12

Vt non liceat clericis fœnerari. 13

Vt laici contemptores canonum excommunicentur, clerici verò honore priuentur. 14

CONCILII PRIMI CARTHAginenſis exordium.

QVum Gratus Epiſcopus Carthaginenſis, in Concilio vnà cùm collegis ſuis conſediſſet, & qui ex diuerſis prouincijs Aphricanis ad Carthaginem cõuenerunt, Felice * Baianẽ. Fortunatiano Raptano, Creſcente Vagenſi, Vindiciano Lacobricenſi, Abundantio Adrumetino, Priuato Vegeſilitano, Gaudetio * Tuſdritano, Patricio * Sincenſi, Quieto Vticenſi, Rumulo Tebeſtenſi, & cæteris, quorum manus continentur, idem Gratus Epiſcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti & Chriſto Ieſu, qui dedit malis ſchiſmatibus finem, & reſpexit Eccleſiam ſuam, vt in eius gremium erigeret vniuerſa mẽbra diſperſa, qui imperauit religioſiſſimo Conſtantino Imperatori, vt votum gereret vnitatis, & mitteret miniſtros ſancti operis famulos DEI Paulum & Macarium. Dei ergò nutu congregati ad vnitatem, vt per diuerſas prouincias Concilia celebremus, & vniuerſę prouincię Aphricæ hodierna die, Concilium gratia Dei Carthaginem veniret, vndè, conſiderantibus vobis cũ mea mediocritate tractentur tituli neceſſarij, de quibus neceſsè eſt, nos, nemo res præceptorum diuinorũ & magiſterij diuinarum ſcripturarum, contemplantes vnitatis tempus, ad de ſingulis definire, quòd nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore vnitatis aliquid duriſſimum ſtatuamus.

Bizacenẽ.

* Turritano

* Setienſi,

* Simittuẽ,

Capitulum primum.

ERgò, ſi vobis placet, conſideremus primùm titulum rebaptizationis. Vndè ſanctitatem veſtram poſtulo, vt mẽtis veſtræ placita producatis ad deſcendentem in aquam, & interrogatum in Trinitate ſecundùm Euãgelij fidem & Apoſtolorum doctrinam, & cõfeſſum bonam conſcientiam in Deum, de reſurrectione Ieſu Chriſti, ſi liceat iterùm interrogari in eadem fide, & in aqua iterùm intingi. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Abſit abſit. Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum à ſyncera fide & catholica diſciplina. Gratus Epiſcopus dixit: Magna beatitudo à Deo patre per Dominum Chriſtum conceſſa eſt tempore noſtro, vt liceat religioſis mentibus inſinuare eccleſiaſticam diſciplinam, vt auditores percipientes regulam rectam, & DEO placentem, præmia multorum bonorum percipiant, vt in ipſis Deus in omnibus & pro omnibus honoretur. Diſcuſſus eſt titulus neceſſarius rebaptizationis, in quo plùs ſchiſmatis rabies deliteſcebat, & habita moderatione, legis vigore & authoritate fides cuſtodita eſt. Illud ſanè ſapientiſſimis veſtris ſenſibus inſinuare contendò, licèt veſtra prudentia ſit inſtructa à Deo, & mereatur in pace & vnitate conſequi deſupèr munera larga, tamen & ego vnus ex vobis, & qui parem vobiſcum ſolicitudinem gero, propter Eccleſiaſticum ordinem illud inſinuare curabo:

II. Martyrum dignitatem nemo prophanus infamet, neque ad paſſiua corpora, quæ ſepulturæ tantùm propter miſericordiã Eccleſiaſticam, commendari, mandatum eſt, redigat, vt aut inſania præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati * diſiũctos,

* diſcreto.

non

non ratione vel tempore competẽti, quo martyria celebrentur; martyrum nomine appellet. At ſi quis ad iniuriam martyrũ, claritati eorum adiungat infamiam, placet, eos ſi laici ſint, ad pœnitentiam redigi. Si autem ſunt clerici, poſt commonitionem, & poſt cognitionẽ honore priuari. Vniuerſi dixerunt: Rectè *ſtabilit ſanctitas veſtra. Hoc & ſingulis Concilijs ſtatutum eſt.

* ſtatuit.

III. Gratus Epiſcopus dixit: Et illud præcipuè, ſi videtur veſtræ dilectioni, cauendum eſt, vt paſtoris cura, quantum debet & poteſt regularis prouidentia, præmoneat, vt nullis liceat, ab affectu abſtinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occaſiones enim amputandæ ſunt peccatorum, & tollendæ omnes ſuſpiciones, quib9 ſubtilitas diaboli, ſub prætextu charitatis & dilectionis, incautas animas vel ignaras irretire conſueuit. Nullus igitur, nullaque ſanctimoniæ & virginitati deſeruiens, propter blaſphemiam Eccleſiæ, ſi vobis placet, in vna domo cum extraneis penitùs commorari debent. Vniuerſi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc vitare debent. Et non ſolùm non habitare ſimul, ſed nec habere ad ſe aliquem acceſſum. Hoc ergò & lex iubet, & ſanctitas veſtra commendat, vt in ſingulis Concilijs ſtatutum eſt. Gratus Epiſcopus dixit: Ergò perſuaſio interdùm prudẽtes ſolet arcere à peccatis, dum imprudentes debet metus huiuſcemodi conſtringere, ſi ſanum conſilium reſpuunt, & ſalutare mandatum. Si ergo laici ſunt, poſt commonitionem, ſi contempſerint, à communione ſeparentur. Vniuerſi dixerunt: Placet.

In Conc. Arelaten. 2 ca. 3. Et in Nicæ. cap. 3. Et in Eliber. ca. 27.

IIII. Gratus Epiſcopus dixit: Etſi infinita ſunt, quæ lege præſcripta, proficientia ſunt diſciplinæ, & vnuſquiſque noſtrûm tractatu aſſiduo & commonitione frequenti, per ſingulas quaſque ſpecies proficientes ad diſciplinam, poterit populos inuitare, tamẽ aliqua ex eis propter blaſphemias ſuggerenda ſunt à nobis, & in Concilio ſtatuenda. Si videtur vobis, pari ſententia teneantur etiàm hi, qui cum viduis commorãtur, & nulla ſecum germanitate coniuncti ſunt. Vniuerſi dixerunt: Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & ſententia.

V. Priuatus Epiſcopus Vegeſelitanus dixit: Suggero ſanctitati veſtræ, vt ſtatuatis, nõ licere clericum alienum ab aliquo ſuſcipi ſinè literis epiſcopi ſui, neq; apud ſe retinere nec laicum vſurpare ſibi de plebe aliena, vt eum ordinet ſinè conſcientia eius epiſcopi, de cuius plebe eſt. Gratus epiſcopus dixit: Hæc obſeruãtia pacem cuſtodit. Nam & memini, in ſanctiſſimo Concilio Sardicenſi ſtatutum, vt nemo alterius plebis hominẽ vſurpet. Sed ſi fortè erit neceſſarius, petat à collega ſuo, & per conſenſum habeat.

Cap. 16. 18. 19.

VI. Necaſius Epiſcopus Culuſitanus dixit: Credo placere ſuggeſtionem meam ſanctitati veſtræ, & diſplicere vobis, vt qui ſeruiunt Deo, & annexi ſunt clero, *nõ accedant ad actus ſeu adminiſtrationem vel procurationem domorum. Gratus epiſcopus dixit: Et Apoſtolorum ſtatuta ſunt, quæ dicunt, (Nemo militans Deo, ingerit ſe negocijs ſecularibus.) Proindè aut clerici ſint ſinè actionibus domorum, aut actores ſinè officio clericorum. Vniuerſi dixerunt: Hoc obſeruemus.

21. q. 3. Credo

* concurrant ad actiones in Can.

Apoc c 7. 2. Tim. 2. a

VII. Caſianus Vſulenſis epiſcopus dixit: Statuat grauitas veſtra, vt vnuſquiſque clericus vel laicus, non communicet in aliena plebe, ſinè literis epiſcopi ſui. Gratus epiſcopus dixit: Niſi hoc obſeruatum fuerit, communio fiet *paſſiua. Nam ſi cum literis receptus fuerit, & concordia inter epiſcopos ſeruatur, & nemo ſubtilis, alterius fugiens communionem, ad alterum latenter accedit. Vniuerſi dixerunt: Omnibus prouides, & clero & laicis conſulis.

for. * paſſim.

VIII. Magnus epiſcopus Aſtyagen. dixit: Quid dilectioni veſtræ videtur? Procuratores, *& actores, etiàm per ſe tutores pupillorum, ſi debeant ordinari? Gratus Epiſcopus dixit: Si poſt depoſita vniuerſa & reddita ratiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint probati in omnibus, debent & cum laude, cleri (ſi poſtulati fuerint) honore munerari. Si enim ante libertatem negociorum vel officiorum, ab aliquo ſinè conſideratione fuerint ordinati, eccleſia infamatur. Vniuerſi dixerunt: Rectè omnia ſtatuit ſanctitas tua. Ideoque ità eſt & noſtra iſta quoquè ſententia.

diſt. 54. Magnus epiſcopus

* actores, tutores & & executores, ſeu curatores

IX. Metus Caunenſis epiſcopus dixit: Rectè ſtatutum eſt, vt obnoxij alienis negocijs non ordinentur. Tamen dimiſſi, & gratias referre debent, & à clericorum iniuria temperare. Et ipſis non liceat, clericos noſtros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus epiſcopus dixit: Nulli dubium eſt, quòd omnes vel Domini, vel procuratores, vel quicunque præſunt, quum audierunt ſaluberrima inſtituta Concilij, & ſibi eſſe conſultum, nec impeditum, propriam debebunt temperare iniuriam in clericis noſtris. Quòd ſi iniuria conſtitutionis imperatoriæ clericos inquietandos putauerint, ſi defenſio eccleſiaſtica nos non deſidet, pudor publicus vindicabitur. Vniuerſi dixerunt: Saluberrimæ profeſſiones debuerunt à tanto concedi Concilio.

X. Felix Epiſcopus * Baianen. dixit: Nullus debet collegæ ſuo facere iniuriam. Multi enim tranſcendunt ſua, & vſurpant aliena, ipſis inuitis. Gratus Epiſcopus dixit: Auaritiæ cupiditatem, radicem omniũ malorum eſſe, nemo eſt qui dubitet. Proindè inhibẽdum eſt, nè quis alienos fines vſurpet, aut tranſcendat epiſcopum collegam ſuũ, aut vſurpet alterius plebes, ſinè eius petitu, quia indè cætera mala omnia generantur. Vniuerſi dixerunt: Placet placet.

* Byzacinen.

1. Tim. 6. b

* Chuſitanus.

X I. Elpidophorus * Cuizitanns Epiſcopus dixit: Statuat ſanctitas veſtra, vt clerici, qui ſuperbi vel contumaces ſunt, coerceantur, vt qui minores maioribus irrogauerunt iniurias, metum habeant. Gratus Epiſcopus dixit: Manifeſtum eſt illum non eſſe D E I, qui humilitatem contemnit, ſed Diaboli, qui ſuperbiæ inuentor & princeps eſt. Vndè ſi quis tumidus vel contomelioſus extiterit in maiorem natu, vel aliquam cauſam habuerit, à tribus vicinis Epiſcopis, ſi diaconus eſt, arguatur: preſbyter, à ſex: ſi Epiſcopus, à duodecim conſacerdotibus audiatur. Vniuerſi dixerunt Epiſcopi: Contemptus debet contumaciæ & ſuperbiæ in oĩbus frāgi, cā verò pro perſonis à ſtatuto numero audiat.

Job 41. d 15.q.7. Si quis tumidus.

XII. Antigonus Epiſcopus Madureñ. dixit: Grauem iniuriam patior, & credo, dolere ſanctitatem veſtram contumeliam meam, & computare communem iniuriam. *Optantius, quum ſe repræſentaret, pactum mecum habuit, & diuiſimus plebes. Manuſcriptiones noſtræ tenentur epittacia. Contra hoc pactū circuit plebes mihi attributas, & vſurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus Epiſcopus dixit: Factum hoc dolendum eſt, vt in ſe illiciat populorum imperitorum animas contra diſciplinam, contra euangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam ſi ſibi id poſſe contingere arbitraretur, nunquàm profectò in fratrem aliquis deliquiſſet. Vndè, aut inita pacta ſuam obtineant firmitatem, aut conuentus, ſi ſe non cohibuerit, Eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam. Vniuerſi dixerunt: Pax ſeruetur, pacta cuſtodiantur.

* Optatianus.

XIII. Abundantius Epiſcopus Adrumetinus dixit: In noſtro Concilio ſtatutum eſt, vt non liceat Clericis fænerari. Quod ſi & Sanctitati tuæ & huic Concilio videatur, præſenti placito deſignetur. Gratus Epiſcopus dixit: Nouellæ ſuggeſtiones, quæ uel obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectę à uobis, formam accipient. Cæterùm, de quibus apertiſſimè diuina ſcriptura ſanxit, nõ differenda ſententia eſt, ſed potiùs exequẽda. Proindè quod in laicis reprehenditur, id multò magis in clericis oportet prædamnari. Vniuerſi dixerunt: Nemo contra Prophetas; nemo contra Euangelia facit ſinè periculo.

In 1. Arelateñ. cõci. ca. 14. Et in 1. Atela. c. 12.

XIIII. Gratus epiſcopus dixit: Iuxta ſtatuta Concilij & meæ mediocritatis ſententiam, placet facere rerum omnium concluſionẽ. Vniuerſi tituli deſignati & digeſti, teneant ſententias ſuas. Sanè credo vos retinere, multis concilijs à patribus noſtris & traditionem temerariam eſſe damnatam, & rebaptizationis impietatem eſſe puniẽdam, quas res etiam noſtro Concilio, credo, iam terminum accepiſſe. Reliqua verò, quæ vel facta, vel dicta, ſuperiùs comprehenſa ſunt, vel * alijs Concilijs conſcripta, quæ ſecundùm legem inueniuntur, cuſtodire nos oportet. Si quis verò ſtatuta ſupergreſſus corruperit, vel pro nihilo habenda putauerit, ſi laicus eſt, communione: ſi clericus eſt, honore priuetur. Vniuerſi dixerunt: Placet placet. Gratus Epiſcopus dixit: Supereſt iam, vt placita omnium * noſtrorum, quæ ad conſenſum veſtrum ſunt ſcripta, veſtra quoquè ſubſcriptione firmetis. Vniuerſi dixerunt: Et conſenſiſſe nos, concilij huius ſcripta teſtantur, & ſubſcriptione noſtra conſenſus declarabitur noſter. Et ſubſcripſerunt.

* ab alijs obſcripta.

* noſtrũ.

¶Finis Concilij Carthagineñ. primi.

D E C R E T A

L I B E R I I P A P Æ.

Ex lib. Pontificali Damaſi Papæ.

LIBERIVS natione Romanus, ex patre Auguſto, ſedit annis ſex, menſibus tribus, diebus quatuor. Fuit autem temporibus Cõſtantij filij Cõſtantini vſq; ad Cõſtantiũ Auguſtũ * octauũ. Hic à Cõſtantio deportatur in exilium, eò quòd noluiſſet hæreſi Arianæ conſentire: Et fuit in exilio annos tres. Et * congregantes ſacerdotes Concilium, ordinauerunt in locum eius Epiſcopum Felicem presbyterum venerabilem virum. Et fecit Concilium Felix, & inuenit duos * Epiſcopos, conſentientes Conſtantio Auguſto Ariano, nomine Vrſaciũ & Valentem & damnauit eos in Concilio quadragintaocto Epiſcoporum. Poſt paucos autem dies, zelo ducti Vrſatius & Valens, rogauerũt Conſtantium Auguſtum, vt reuocaret Liberium de exilio, vt * vna tantùm communione participaret, extra ſecundùm baptiſmũ. Tunc miſſa authoritate per Catulinum agentem in rebus, ſimul & Vrſacius & Valens venerunt ad Liberium. Qui Liberius conſenſit præceptis Auguſti. Tunc reuocauerunt Liberium de exilio. Rediens autem Liberius de exilio, habitauit in cœmeterio ſanctæ Agnetis apud germanam Conſtantij Auguſti, vt quaſi per eius interuentionem aut rogatum, rediret Liberius in ciuitatem. Tunc Conſtantia Auguſta, quæ fidelis erat Domino Ieſu Chriſto, uoluit rogare Conſtantium Auguſtum germanum ſuum, quia ſenſerat conſilium. Eodem tempore Conſtantius Imperator, vnà cũ Vrſacio & Valente, conuocauerunt aliquos q ex fęce Ariana erant, & quaſi facto cõcilio, miſit & reuocauit Liberium de cœmeterio beatæ Agnetis vbì ſederat. Et ingreſſus Romam, in ipſa hora Conſtantius Auguſtus fecit Concilium cum hæreticis, ſimul etiàm cum Vrſacio & Valẽte, & eiecit Felicẽ de Epiſcopatu, q erat catholicus, & reuocauit Liberiũ. Ab eodẽ die fuit perſecutio maxima in clero, ita vt intra Eccleſiã presbyteri & clerici plures necarentur,

Anno Domini 353

* Congregãs ſacerdotes cũ Concilio ſuo Liberius.

* Presbyteros.

* vnà tantùm communionem.

carentur, & martyrio coronarentur. Qui Felix, depoſitus de Epiſcopatu, habitauit in prædiolo ſuo via Portueñ. vbi & requieuit in pace 4. Kaleñ. Auguſti. Ingreſſus Liberius in vrbem Romam quarto Nonas Auguſti, conſenſit Conſtantio hæretico, non tamen rebaptizatus eſt, ſed conſenſum præbuit. Et tenuit Baſilicas B. Petri & beati Pauli, & Baſilicam Conſtantinianã annis * ſex. Et perſecutio magna fuit in vrbe Roma, ità ut clerici & ſacerdotes, neque in Eccleſiam, neque in balnea haberent introitum. Hic Liberius ornauit de* platonijs marmoreis ſepulcrum ſanctæ Agnetis martyris. Omnes itaque anni Felicis in eius ordinem dinumerantur. Hic fecit Baſilicam nomini ſuo iuxta macellum Libyę. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones quinque, Epiſcopos per diuerſa loca decem & nouem. Qui ſepultus eſt via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, quinto Idus Septembris, aliàs * Octauo Kalendas Maij. Et ceſſauit Epiſcopatus dies ſex.

* ſeptem.

* ſeptimo

Acta ſub Liberio.

Anno Domini 355.

IVLIO ſuccedit Liberius; Mediolani coactum Cōciliũ opera Arianorum, recuſantes ſubſcribere in Athanaſium, exilio damnantur.

355. *Liberium conſtanter negantem aſſentiri damnationi Athanaſij, Mediolanum Roma pertractum, in Thraciam deportari iubet Cōſtantius. illi Felix Archidiaconus Arianorum opera ſufficitur. eum populus Romanus, ob communionem cum Arianis, auerſatur.*

358. *Pulſo Felice, reuocatur Liberius.*

359. *Adnitentibus Arianis, ad ſubuertendam fidem Nicænam: Concilia celebrata; Arimini in Occidente, vbi poſt longam concertationem Occidentales frequentiſſimi, ab Arianis qui ad octoginta conuenerant, in fraudem inducti, conſubſtantiale damnarunt: & Seleuciæ in Oriente, vbi, ob diſſenſiones, nihil ferè confectum. Mox Conſtantinopoli aliud habitum, in quo Ariminenſis fidei formula probata.*

361. *Antiochiæ aliud item Arianorum in peius ſemper proficientium. Mortuo Conſtantio, ſuccedit Iulianus.*

362. *Catholicis Epiſcopis, ad ineundam gratiam à Iuliano reuocatis, Athanaſius prodit è latebris duodecim annorum; & Concilio Alexandriæ habito conſubſtantiale ſtabilit.*

Hilarius item non ita pridem ab exilio reuerſus concilijs per Gallias habitis, Ariminenſis fidei formula damnata, Nicænam ſtatuit.

Athanaſius Iuliani metu iam aperte, ethnicismum profeſſi, ſeque ad necem depoſcentis, profugit.

363. *Mox, eo interfecto, rediit ſub Iouiano, ac tandem ſub Valentiniano, & Valente anno Domini 371. Eccleſia Alexandrina per quadraginta ſex annos, in magna rerum varietate, piè & fortiter adminiſtrata, in pace quieuit.*

Iouiano ſuccedit Valentinianus, per hæc tempora plures Synodi habitæ, Macedonianorum, qui pars quædam ſunt Arianorum. 364.

Macedoniani abnegato Arianiſmo, à Liberio in communionem admiſſi. mortuo Liberio ſuccedit Damaſus; qui Concilio habito ex Gallis, & Italis, Nicæna fide firmata. 366.

Ariminenſe Concilium damnauit: Decreto Romani Concilij in Illyricum miſſo, Illyricianum Concilium habitum. 368.

Hæc breuiter ex Socr. Theodor. Sozom. & alijs.

Ex Nicephori libro 9. cap. 33.

CONSTANTIVS cura & periculo tyrannorum liberatus, venit Romam, vbi de tyrannis triumphum ſibi agendum eſſe duxit. Eodem tempore ad concordiam dogmatis Orientales ſimul & Occidẽtales Epiſcopos, ſicuti putabat, adducturus, Synodum cogi in Italia præcepit. Iulius tum, vigintiquinque annis Romana Eccleſia adminiſtrata, deceſſit, prouinciamque eius Liberius ſortitus eſt. Tum verò opportunitatem ſibi oblatam eſſe exiſtimantes, qui profeſſionem fidei Nicęnam abrogauerant, calumnias rurſùm contexuerant, vt τοῦ ὁμοουσίου conſubſtantialis profeſſores, quos anteà, vt ſententiæ alterius ſectatores exauthorauerant, Eccleſijs prorſùs exigerent. Conſtante nanque adhuc ſuperſtite, non auſi fuerant fraudulenta temeritate Imperia inter ſe committere. Quippe bellum fratri Conſtans denunciauerat, niſi Athanaſium reciperet. Potiſſimùm verò Athanaſium illi expellere ſtudio omni contendebant: qui ſanè, etiàm Conſtante nondùm cæſo, Conſtantio autem propter illum, Athanaſium ſe complecti aſſimulante, (tantum illorum erat odium) conquieſcere non potuerunt. Sed enim triginta ex illorum maligna multitudine Antiochiæ congregatis, Narciſſo videlicet Cilice, Theodoro Thrace, Eugenio Nicæno, Patrophilo Scythopolitano, Menophanto Epheſio, atque alijs, reditum Athanaſij illi tanquam illegitimum culpabant, & omnibus vbiquè Epiſcopis ſcribebant, nè cum illo communicarent, néve ad illum ſcriberent. ſed Georgium honore proſequerentur, quem ipſi Epiſcopum conſtituerant. Athanaſius autem nihil prorſùs hæc curabat. Id ità factum, donèc Conſtantius, tyrannis ſublatis, vnus ipſe Orientis ſimul & Occidentis imperio eſt potitus. Et Conſtantius cùm in Occidente eſſet, cum Epiſcopis τῶν ὁμοουσίων conſubſtantialis fidei aſſentientibus, ſe coniunctum eſſe, & cum eis ſibi conuenire ſimulauit: & fortaſsè in partibus eorum eſſe omninò conſtituit. Arte certè vſus eſt, cùm vim nullam eis primùm adhiberet, ſed tantùm perſuaderet, vt eandem contra Athanaſium, quam Orientales

Imo ſexdecim & paullo amplius, ut alij diligẽtius annotarunt.

Epiſcopi tuliſſent, ipſi etiam ſententiam ferrent. Sic etenim quodammodò putauit, ſi omnium orientalium iuxtà & occidentalium calculis Athanaſius damnaretur, facilimum ſibi forte, vt religionem pro arbitrio ſuo conſtitueret atque ordinaret. Itaq; in Italia Mediolani conuentus coactus eſt: & ex Oriente quidem pauci admodùm ibi præſtò fuêre. Itineris enim magnitudo, & morbus, & ætas grandior multorum impedijt aduentum. Occidentales autem plures quàm tricenti conuenêre. Enimuerò Orientalium conſiliũ fuit, vt Athanaſius damnaretur, eique Alexandrina vrbe interdiceretur. Et reliqua ſynodus ſine errore aut metu, ſeu etiàm ignorantia, pedibus in eã ibat. Soli verò ex omnibus Dionyſius Albæ, quæ vna ex metropolitanis in Italia vrbs eſt, & Euſebius Vercellarum Liguriæ, & Paulinus Treuirorum in Gallia Epiſcopi, & præterea Rhodonus & Lucifer dolo depræhenſo, Orientales euertendi Niceni dogmatis gratia condemnationem Athanaſij vrgere, aſſurgentes vociferati ſunt, Fraude Chriſtianiſmum circumueniri, neque verbis eiuſmodi de Athanaſio agi: ſed inſidias decretis, ritè atque ordinè de Deo olim factis, Imperatorem & Arrianos tendere. Hæc vbi dicta, conuentus rebus infectis ſolutus eſt.

Synodus Mediolanen.

Qui autem liberiùs ſententiam dixerant, condemnati, ſolum exilij cauſa verterunt: inter quos Hilarijs etiàm Pictauienſium Epiſcopus fuit. Porrò verum fuiſſe, quòd ſub obtentu nominis Athanaſij, aduersùm fidem Nicænam Mediolanendis ſynodus ſit congregata, ea quæ ſequuntur, confirmabunt. Nam quæ paulò pòſt eodem tempore & Arimini in Italia, & Seleuciæ in Iſauria acta ſunt concilia, tres nouas contra Nicęnas conſtitutiones molita ſunt. Imperator ſtomachabundus vniuerſale concilium cogere, & Epiſcopos Orientales omnes in Occidentem pertrahere volebat, omnem mouens funem, ſi quo modo facere poſſet, vt ad concordiam omnes adduceret. At vbi re deliberata difficile id viſum eſt, quòd ei itineris longinquitas obſtaret, vnam quidem, ſed duobus in locis congregandam eſſe ſynodum ſtatuit. Et Occidentales Arimini, Orientales verò Nicomediæ conuenire literis ſuis iuſſit. Imperator ſanè quidem hoc, ſic concordiam omnium ſpectans, inſtituit, ſed conſilium eius aliter ceſſit. vtrinque enim diſſenſio inter eos interceſſit. Neque enim Arimini qui conuenerant, concordes erant: maius autem inter eos, qui Nicomediæ quidem per terræmotum coire impediti, Seleuciæ verò deindè congregati fuerant, diſſidium eſt ortum.

De ſynodo vtraq; vide Nicephorũ lib. 9 cap. 39. & 43.

Cap. 35. Imperator verò priuſquàm Romam iret, & ſolitum ob victoriam triumphum ageret, accito Liberio Romanorum Epiſcopo, Iulij ſucceſſore, perſuadere ei conatus eſt, vt in ſententiam, quos ſecum habebat, Epiſcoporum iret: quorum vnus Eudoxius erat. Quod vbi ille ei reſiſtens ſe facturum negauit, ad exiliũ eſt damnatus. Berrhœa autem Thraciæ, quò deportaretur, deſignata fuerat. Sed & alia cõdemnationis eius cauſa fuiſſe dicta eſt, videlicet quòd renunciare Athanaſij communioni noluerit, eundemque apud Imperatorem defenderat, qui Athanaſium accuſabat, quòd & Eccleſias iniuria affeciſſet, & cauſa necis duobus fratribus ſuis fuiſſet. Idem comprobanda eſſe, quæ Tyri aduersùs Athanaſium per inuidiam alienæ ſententiæ ſectatorum acta conſtitutaque fuerant, dicebat. At Liberius pœnitentiæ libellum Vrſacij & Valentis Iulio deceſſori ſuo oblatum, Imperatori exhibuit, in quo falſa eſſe & ementita, quæ apud Mareoten facta erant, ſignificantes, noxæ gratia petiêrunt. Rogauit inſupèr, nè ità indicta cauſa Athanaſium damnaret, néve quæ perperàm decreta & manifeſtæ calumniæ eſſent, comprobaret. De fratribus autem nè prorsùs Epiſcopali manu vindicatam iniuriam vellet, dixit: quam manum Deus non ad eiuſmodi facta, ſed ad ſanctificationem & omne aliud bonũ opus conſtituerit. Sed enim Conſtantius nihil omninò illum de ſententia ſua decedentem videns, biduò ad deliberandum ei permiſſo, niſi animum mutaret, in Thraciam deportari iuſſit. Atque ibi Liberius, Mihi verò, inquit, dudùm hæc deliberata atque conſtituta ſunt: & paratus adeò ſum in exilium exire. Porrò cùm iam abduceretur, Conſtantinus ei quingentos aureos miſit. quos ille reiecit, & ei qui illos attulerat, Imperatori renunciare iuſſit, Non indigere ſe eis: daret eos, quos ſecum in aula haberet, adulatoribus, & ad ſimulandum diſſimulandumque compoſitis hominibus, quorũ inſatiabilis cupiditatis inopia, animis eorum ſemper inſidens, eoſque excrucians, nunquàm expleri poſſet. Mihi nanque Chriſtus, inquit, patri æqualis, largior ſemper alimentorum atque conciliator & promus condus bonorum omnium erit. Hæ liberio cauſę, vt in Thracia exularet, extitêre. Felix autem Romanæ Eccleſiæ diaconus, adminiſtrationẽ eius ſortitus eſt: qui Nicænam quidem fidei profeſſionem retinebat, & in religione reprehenſione carebat: vnum tamen illud vitio ei vertebatur, quòd priuſquàm Epiſcopus creatus eſſet, cum diuerſæ opinionis ſtudioſis cõmunicare ſuſtinuerit. Vbi verò Conſtantius Romam venit, populi & nobilitatis illuſtriores fœminæ pro Liberio deprecantes, vt illum reſtitueret, ei inſtitêre. Et Imperator cum Epiſcopis ſuis re communicata, redditurum ſe eis hominem pollicitus eſt, ſi in eandem cũ Epiſcopis ſuis concederet ſententiam. Videat lector Theodoriti Hiſtoriam Eccleſiaſticam, lib. 2. cap. 16. vbi hæc fuſiùs habentur.

Per idem tempus Ætius Syrus manifeſtò & liberè ſuam de Deo opinionem diuulgabat. Diaconus tũ adhuc erat, ſicuti à Leontio Antiochiæ Epiſcopo caſtrato illo creatus fuerat. Opinabatur autem itidèm vt Arrius, Cap. 36.

rius,

rius, conditum, & ex non exiſtentibus, atque inæqualem patri filium eſſe. At quòd ingenti contentione, acriusque de Deo diſſerere auderet, varijsque vteretur ratiocinationibus, factionis ſuæ popularibus diuerſus eſſe, atque ab eis diſſidere viſus eſt. Quam ob cauſam eccleſia eorum pulſus, arte quadam per diſſimulationem eos vitabat, communionemque eorum deteſtabatur, veluti qui ſe Ario poſt periurium coniunxiſſent, cum ille pœnitentia ductus, Conſtantino Imperatori conſentanea ſe cum Nicæna fide ſentire adiurauit. Videat de his lector plura apud Nicephorũ hoc loco.

Aetij hęreſis.

Cap. 37.

Breui deindè cùm Roma in Sirmium Cõſtantius rediјſſet, Occidentalibus Epiſcopis precantibus, Liberius ex Berrhœa reductus eſt. Atque ibì in præſentia eorum quos diximus, aliorumque plurimorum Orientalium Epiſcoporum, Imperator ſuadere Liberio, vt filium non eſſe patri conſubſtantialem opinaretur, tentauit. Egit id quoque Baſilius, & qui cum eo erant: eamq; illi rem Imperatori, apud quẽ in magno erant precio, ſuggeſsêre. Et afferentes, quæ vel de Paulo Samoſateno, vel de Photino apud Sirmium conſtituta fuerant omnia, & prætereà formulã fidei Antiochiæ Encænijs in Eccleſię cõſecratione, ob ὁμοουσίου conſubſtantialis cauſam editam allegantes, veluti contenderent quidam hęreſim propriã per prætextum & occaſionem cõſubſtantialis inſtituere, in ſententiam ſuam adducere ſtuduere Liberium, & Athanaſium, & Alexandrum, & Seuerianum, & Creſcentem, Africanos Epiſcopos. Non minùs id quoque conabantur Vrſacius & Valens, & Germinius Sirmienſis Epiſcopus, & qui pretereà ex Oriẽte ibì aderant. Liberius autem aliam quoque ſeorsìm fidei conſcripſit profeſſionem, quæ omnes ab Eccleſiæ communione arcebat, qui filium patri non ſecundùm ſubſtantiam & per omnia æqualem dicerent. Id propterea fecit, quòd Eudoxius & qui factionis eius fuere, non ità pridèm Antiochiæ propter Ætij hæreſim congregati, cùm Oſij epiſtolam in manibus haberent, plurimùm verborum fecerant, quibus Liberium per calumniam traduxerant, perindè atquè τὸ ὁμοούσιον conſubſtantiale repudiâſſet, & patri filium omninò inæqualem dixiſſet. Romani legati rebus ità benè geſtis, aſſumpto ſecum Liberio, Romam reuerterunt, literas ab Epiſcopis Sirmij congregatis, ad Felicem Romanæ tum Eccleſiæ præfectum, & ad clerum populumque Eccleſiæ eiuſdem afferentes: quibus vt paſtorem ſuum libenter ſuſciperent, admouebantur. Ambobus porrò & Felici & Liberio permiſſum eſt communiter ſacra curare, & munus Apoſtolicum adminiſtrare. Qui quidem concordes fuere, & quicquid medio tempore acciderat rerũ aduerſarum & triſtiũ, per amneſtiam & obliuionem aboleuere. Quòd nanq; admodùm bonus vir eſſet Liberius, quodque pro recta Eccleſiæ doctrina Imperatori conſtanter reſtitiſſet, multa pietate & benignitate populus Romanus in eum fuit: vſque adeò certè, vt in eius electione, per ſeditionem eius cauſa motam, res ad cædem proceſſerit. Sed paulò pòſt Felix mortuus eſt, & ſolus Liberius Epiſcopatum adminiſtrauit. Quod ſic DEVS rectè prouidit, Eccleſiæ ità, vt decebat, rebus conſulens, nè primaria Apoſtolorum ſedes fœdam illam & incommodã, à duobus gubernata ducibus, contraheret notam: quæ res ab Eccleſiæ cõſtitutionibus perquàm eſt aliena, diſcordiamque vt plurimùm conciliare ſolet. Hæc in Sirmio acta. Legat, qui volet, de his etiàm Sozomeni Eccleſiaſticam hiſtoriam, lib. 4. cap. 15.

Hinc illa falſa nata opinio, Liberium Arianis cõſenſiſſe.

Cap. 38.

Et pulchrè conuenire tum Orientalibus cũ Occidentalibus eſt viſum: res verò aliter ſe habebat. Imperatoris enim metus id faciebat, cui propter Ætij & Eudoxij in vrbe Antiochena excitatas res nouas, rurſum Nicææ Synodum cogere placuit. Cùm autem Baſilius Ancyranus contrà niteretur, quòd primùm ibì de fide diſquiſitum eſſet: magis conuenire, vt id Nicomediæ fieret, eſt viſum. Et ex nationibus iam omnibus, qui vel à prudentia, vel ab eloquentia aliquid valerent, Epiſcopi eò contendebant: Cùm terræmotus ingens exortus, vrbem & ſimul templum nupèr admodùm conſtructum, ex fundamentis ipſis concuſſit, atque deiecit, multosque pro eo, atque hoc vel illo quenque loco depræhendit, vel ſeruauit, vel interemit. Cecropius quidem Nicomedienſis, & * alius quidã Epiſcopus paruo momento periculum euaſere. Quæ res, fama vbique vulgata, Epiſcoporum aduentum prohibuit: Et infrà: Et quoniam Nicomedienſis caſus Epiſcoporum conuentum interturbauit, primùm quidem Imperatori, vt Nicææ rurſùm congregarentur, placuit. Baſilius autem de eo loco diù multumque deliberauit: Et ſic in vrbe Nicæna, populo ibì omni terræmotu conturbato, deliberatio hærebat. Porrò Marcò Arethuſio, Georgio Alexandrino, & Baſilio Ancyrano, qui tum Sirmij cum Imperatore in negocio quiſque ſuo agebant, Tarſus Ciliciæ commoda viſa. Vt verò & hæc alijs minus conuenire exiſtimata eſt, tandèm vt Seleuciæ in Iſauria Synodus ageretur, conſtitutum. Atque hoc ſic decreto, quia ibì aderant Valens, Vrſacius & Eudoxius, qui potiſſimum inæqualitatis opinioni præibant, effecerunt illi, vt Epiſcopi eo loco congregati, formulæ fidei ex tempore compoſitæ ſubſcriberent: in qua formula ſubſtantiæ nomen inſertum non erat. Ad hæc in animis ipſi ſecum perpendere, Epiſcopos Seleuciæ coactos partìm Nicænam fidem, partìm Antiochiæ in templi dedicatione profeſſionem editam cõplexuros, & per æmulationem ardentiùs defenſuros: vtranque verò formulam ſubſtantię nomen habere, & filium patri per omnia ſimilem diſertè promulgare: ac ſi in locũ vnum

*Boſphoranũ fuiſſe Sozomenus ait.

Epiſcopi conuenirent omnino eos Aëtij opinionem, quam ipſi laudantes ſtudio omni ſtabilire conabantur, repudiaturos eſſe. hoc illis minimè dubium fuit. Quid ergo faciunt? dolum inſtituunt, vt occidentales quidem Arimini, orientales verò Seleuciæ congregarentur, vt eo faciliùs quod agebant, perficeretur. Procliuius nanque putabant, paucis, quàm multis quod vellent, perſuadere. Et patribus ità ſegregatis, ſi quidem poſſent, vtranque Synodum diſſidio in vtraque inſtituto: ſin minùs, alteram ſaltem in ſentētiam ſuam ſe pertracturos eſſe confidebant. illo prouiſo, vt ne calculis omnium, hæreſis eorum damnaretur. Hæc agebant per Eunuchum Euſebium, Imperatoriæ tum aulæ præfectum, Eudoxio quàm maximè aſſentientem: & alios quoſdam, qui magiſtratus & honores gerentes, & gratia pollentes, ex ſententia omnia perficiebant. A quibus perſuaſus Conſtantius, perindè atquè in commodum ſimul & Reipubl. propter graues impenſas, & ipſis Epiſcopis propter itineris magnitudinem eſſet, ſi in eodem loco conuenirent, ſynodum diuiſit, eamq; Arimini & Seleuciæ celebrare iuſſit. Atque in literis ſuis conſtituit, vt primùm controuerſia de fidei profeſſione decideretur: deindè de alijs Eccleſiaſticis ſanctionibus deliberatio fieret. Tum autem de ijs, qui per iniuriam exauthorati, & in exilium acti viſi eſſent, in quibus etiàm Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus fuit, conſultaretur: poſteà de eis quoquè Epiſcopis, qui rei agerentur, inquireretur. Permulti enim accuſabantur, & ab Ægyptijs maximè Georgius, quòd ſcilicet alienorum bonorum rapinis gauderet, & contumelioſis quibuſdam hominibus delectaretur. Poſtremò, vt per decem delectos legatos ſe de actis ſuis certiorem facerent.

Cap. 36. Ariminenſis Synod9 Epiſcopi, ſicuti Imperator iuſſerat, conuenêre, & primùm quidem Arimini Occidentales quadringenti, & aliquot prætereà numero. Et qui grauiter in Athanaſium animati erant, minimè omnium de eo quicquam mouendum eſſe duxêre, quòd hoc ſic commodius eſſe putarent. Cæterùm poſtquàm de fide, quomodò eam profiteri conueniret, quæſtio propoſita eſt, ibi Valens & Vrſacius, qui primùm Arij opinionem defenderant, medio autem tempore libello ſupplici Iulio Romano antiſtiti dato, τῷ ὁμοουσίῳ conſubſtātiali aſſenſerant, quemadmodùm diximus, temporibus ſeſe & rebus obtinentibus ſemper accommodantes, alijs alia, ſicuti fieri ſolet, cenſentibus, dixêre priores fidei formulas abolendas eſſe, vnamque eam obtinere oportere, quæ non ità pridèm Sirmij lingua Romana compoſita, ab ipſo etiàm Imperatore plurimi fieret. Debere quippe Synodum quoquè de ſententia illius profeſſionem eam approbare, neque vlteriùs quicquam curioſius indagare, vt eo modo omnis diſcordiæ occaſio, verbis nihil ambigui habentibus, quę ſubtili & accurata exploratione perpenſa eſſent, in formula inſertis præcideretur: longè præſtantius eſſe aſſerentes, cùm ruſticitate quadā rectam de Deo tenere opinionem, quàm ex Græcorum nugamentis nouis petitis verbis, quæ non intelligerentur, inducere vocabula. Quibus illi dictis obſcurè innuebant, ſeu potiùs propalam τοῦ ὁμοουσίου conſubſtantialis verbum per calumniam reprehenderūt, velutì in ſacris literis non expreſſum. Sub hæc verba charta prolata, legi eam poſtularunt, in qua æqualem patri filium ſecundùm ſcripturas dicebant: mentionem verò ſubſtantiæ in Deo omninò fieri interdicebant, & pro eo æqualem per omnia filium patri, reponi volebant. Hæc porrò formula illa erat, quam anteà quidem preſſam ſeruauerant, tum verò in lucem proferebant. Eam maximè probabāt Germinius, & Auxentius, & Caius, & Demophilus: ea lecta, plurimi nihil opùs eſſe noua fidei formula eo ipſe affirmabant, contētos ſe eſſe profeſſione Nicęna. In præſentiæ proptereà in locum vnum conueniſſe, ſi quid nouatum eſſet, vt id inhiberetur. Et vt quæ tum lecta eſſent, nihil haberent nouarum rerum, vt dicerent tamen eos qui ſcriptum id compoſuiſſent, atque vt illi ipſi Arij dogma, quippe quod turbas vbiquè in Eccleſijs cōcitarit, anathemati primùm ſubijcerent, petebant. Vbì Valens & Germinius petitionem eam repudiarūt, illi ſormulas hæreticorum & item Nicænam in medium proferri iuſſêre, vt illę quidem damnatæ reijcerentur, hęc verò authoritate denuò & ſuffragijs Synodi cōfirmaretur. Et vt decęterò neq; diſputatio de fide moueretur, neq; ſynodus peterentur, ſanxerūt. Sufficere enim, quæ à maioribus dudùm conſtituta eſſent: ea cōplecti poſteros debere: & perquàm abſurdum eſſe, nunc demùm fidem conſcribere eos, qui nupèr admodùm credere cępiſſent: & veterum traditionē abolere, per qua & ipſi & patres eorū Eccleſias gubernaſſent, ex quib9 plures martyrijs & obitæ confeſſionis coronis condecorati fuiſſent. Eaij quidē ſic dicta ſententia, antiquitùs decretis ſtare, nihilq; nouū inducere cōſtituerunt. Illi autē, Valens ſcilicet & reliqui, quos pauloantè nominauimus, cōtrà niſi ſunt. Ibi tum Epiſcopi vt fidē propoſitam complecterentur, ab eis contenderunt. Quod vbì illi renuerunt, dānationis ſententia ab eis ſunt exauthorati. Porrò ſynodus profeſſionem Nicenā ampliùs etiàm confirmauit. Illi aūt damnationem ęgrè ferentes, ad Imperatorem confugêre, Cęterùm ſynodus ea non ſolùm formulæ illorum præfationem, ſed ipſam quoquè formulā repræhendit, cuius verba erant: Compoſita eſt fides catholica in pręſentia dn̄i noſtri Conſtantij perpetui Auguſti, cōſulatu clariſſimorū virorum Flauij Euſebij & Hypatij, Sirmij ante xj. Calend. Iunij. Ac deindè: Credimus in vnum ſolum & verum Deum, patrem omnipotentem, & creatorē & conditorem omniū. Et in vnū vnigenitū filiū

Dei ante omnia ſecula, & ante principium omne, & ante omne quod mente concipi intelligique poteſt tempus, & ante conſiderationem & cogitationem omnem, ſinè perpeſſione, ſiue affectione genitum ex Deo, per quẽ ſecula condita & omnia facta ſunt. Genitum verò vnigenitum, vnum ex uno, à patre, Deũ ex Deo, æqualem qui ipſum genuit patri ſecundùm ſcripturas: cuius generationem nemo nouit, præterquàm ſolus qui eum genuit pater. Hunc ipſum vnigenitum filium eius ſcimus nutu paterno aduenisſe cęlitùs ad abolitionem peccati: Et natum ex Maria virgine, & conuerſatum cum diſcipulis, & omnem œconomiam ſiue adminiſtrationem executũ ſecundùm paternam voluntatem: crucifixũ, & paſſum, & mortuum. Qui deſcendit ad inferos, atque res ibi conſtituit: ad cuius cõſpectum infernalium portarum ianitores exhorruerunt: Qui etiàm reſurrexit tertia die, & cum diſcipulis conuerſatus eſt: Et diebus quadraginta expletis, receptus eſt in cœlum, & conſedit ad dexteram patris: venturus extrema die cum paterna gloria, & redditurus vnicuique ſecundùm opera eius. Et in Spiritumſanctum, quem ipſe vnigenitus filius Dei Ieſus Chriſtus ſe miſſurum pollicitus eſt generi hominum paracletum, ſiue conſolatorem; pro eo atquè ſcriptum eſt: Vado ad patrem meum, & rogabo patrem meum, & alium paracletum mittet vobis, ſpiritum veritatis:

Ioan. 14. ille de meo accipiet, & docebit atque admonebit vos omnia. Et circa finem hoc etiàm addidêre: Nomen ſubſtantiæ per ſimplicitatem à patribus poſitum, non intellectum verò à populis ſcandalo & offendiculo eſt. Et quoniam ſcripturæ id quoquè non habent, placitum eſt id tollere, & deincèps nullam omninò ſubſtantiæ in Deo facere mentionem, propterea quòd diuinæ ſcripturæ patris & filij ſubſtantiæ prorsùs non meminere. Æqualem autem filium patri per omnia dicimus, ſicuti ſacræ ſcripturę & dicunt & docent. Hactenùs formula. Ridiculum portò Epiſcopis viſum eſt, Imperatorem quidem perpetuum ſeu æternum nominare, filium autem Dei, ſempiternum vocare nolle &c. Hoc loco interere placet in gratiam lectoris partem Epiſtolæ D. Athanaſij qua hanc Sirmienſem formulam confutauit. Sumpta verò eſt ex Socratis Eccleſiaſt. Hiſt. lib. 2. cap. 27.

Epiſtola Athanaſij de Sirmiẽſi fidei formula. Quid enim, inquit Athanaſius, in doctrina veræ pietatis, Eccleſiæ catholicæ defuit, vt iſti nunc de fide diſquirant, & conſulatum præſentium temporum verbis ſuis, quæ de fide promulgarunt ſcilicet, adijciant? Fecerunt ſanè Vrſacius, Valẽs & Germinius, quod neque factum, neque auditum vnquam eſt apud Chriſtianos. Cùm nanque ſcripſiſſent quemadmodùm ipſi voluerunt credendũ eſſe, Conſulatum, & menſem, & diem adiecerunt, vt declararent cordatis omnibus, non antea extitiſſe, ſed nunc primùm ſub Conſtantio initium cepiſſe eorum fidem. Omnes etenim illi hæreſim ſuam ſpectantes ſcripſerunt. Ad hæc de Domino ſeſe ſcripturos aſſimulantes, alium ſibi nominatim deſignant dominum, Conſtantium. Is enim fuit, qui poteſtatem illis impietatis præſtitit. Et dixerunt illi Imperatorem ſuum perpetuum, cùm filium Dei æternum negent, adeò per impietatem Chriſtum oppugnant. Fortaſsè autem annotandi Conſulatûs cauſam & occaſionem à ſanctorũ prophetarum temporis adſcriptione acceperunt. At ſi hoc ipſum dicere auſi fuerint, inſcitiam ſuam admodùm prodent. Sanctorũ nanque hominum prophetæ, temporum continent memoriam. Sic Eſaias quidem & Oſeas, in diebus Oſiæ, & Ioathami, & Achaz, & Ezechiæ: Hieremias autem temporibus Ioſiæ, Ezechiel porrò & Daniel ſub Cyro & Dario fuere. Atque item alij alijs annis ſunt prophetati, nõ iacientes verę pietatis initium. Ante illorum enim tempora, & perpetua ea fuit: quippe quam ante mundi conſtitutionem Deus in Chriſto nobis præparauit. Neq; fidei ſuæ illi tempora indicarunt: nam & ante ea ipſa tempora fideles ipſi fuerant: ſed tempora promiſſionum per eos factarum oſtenderunt. Promiſſiones verò de aduentu Saluatoris noſtri præcipuè factæ: quibus tanquàm acceſſio quædam & ſequela, res in Iſraël & apud gentes futuræ ſunt annexæ. Et tempora annotata non ſunt, ſicut dixi, quòd tum cepiſſet initium fides: ſed vt ipſorum prophetarum ætas, qua illi qui talia vaticinati eſſent, vixere, oſtenderetur. At noſtri iſti ſapientes non hiſtoriam commemorantes, neque futura prædicentes, ſed ſcribentes, Promulgata eſt fides catholica, ſtatim conſulatum adiecerunt, & menſem, & diem. Et ſicuti ſancti viri hiſtoriarum & miniſterij ſui tempora declararunt, ità iſti fidei ſuæ tempus annotarunt. Atque vtinàm de ſua ipſorum fide expreſsè ſcripſiſſent. Illi verò in initio fidem allegant, quam conſectati nõ ſunt. Non enim ſcripſerunt, Ità credimus: ſed, Promulgata eſt fides catholica. Itaque cùm conſilij eorum temeritas ſummam declarat impietatem, tum nouum inſolenſque ſcripturæ inuentum, Arianum æquat inſtitutum. Atq; hoc ità ſcribentes, ſatis docuerunt tum eos primùm credere cœpiſſe, atque ab eo tempore, fidem eorum in medium annũciari voluiſſe. Et quẽadmodùm ſecundùm Euangeliſtam Lucã, propoſitum publicè eſt decretum deſcriptionis ſinè cenſûs agendi, atq; idipſum decretũ priùs quidem non extitit, verùm ab eiſipſis diebus eſſe cœpit à promulgante vulgatum: itidèm & iſti ſcribentes, Promulgata nunc eſt fides, oſtẽderunt recentem eſſe hæreſis ſuæ ſententiam, nec antehàc eam extitiſſe. Quòd ſi addunt, Catholica: non animaduertunt ſe in Phrygũ incidere præuaricationẽ: ità vt & ipſi, perindè atquè illi, dicant, Nobis primùm reuelata eſt, & à nobis initium cepit Chriſtianorũ fides. Lucæ 2.

Et

Et ſicut illi Maximillam & Montanum, ſic iſti pro Chriſto dominum Conſtantium profeſſioni ſuæ inſcribunt. Quòd ſi iuxta eorum verba, ab annotato cõſulatu fides initium habet, quid patres facient? quid beati martyres? quid ipſi quoque de eis facient, qui ab ipſis de fide ſunt inſtituti, & ante conſulatum eum obdormierunt? Quomodò eos reſuſcitabunt, vt quę priùs docuerunt, in illis abſtergant: & quæ nunc inuenta ſcripſerunt, eis inferant? Adeò ſunt imperiti, nihil aliud quàm prætextus confingere ſcientes, eosque abſurdos & incredibiles, vt qui ſecum ipſi ſtatim ſuam adferãt redargutionem? Hactenùs ex Epiſtola Athanaſij è Socratis Hiſtoria huc adſcripta. Iam ad Nicephorum reuertamur, in cuius libri noni cap. 39. ſub finem hæc ſequuntur. Damnati illi, ſicut dixi, formulam ſecum ferentes, ad Imperatorem confugere. Concilium verò, decem ad eum legatis Epiſcopis, literis quoquè rem actam declarauit, quæ in hanc formulam ſcriptæ fuerant.

LITERÆ EPISCOPORVM
Catholicorum ex Synodo Ariminẽſi ad Conſtantium Imperatorem.

Cap. 40. ET Dei iuſſu, & pietatis tuę mandato, quę antiquitùs conſtituta ſunt, credimus. Ariminum nanque ex omnibus Occidentis vrbibus Epiſcopi omnes in locum eundem conuenimus, vt ſimul & fides Eccleſiæ catholicæ cognoſceretur, & qui aliter ſentiunt, manifeſti fierent. Atq; vbi rem omnem diù multumque conſiderauimus, faciendum eſſe comperimus, vt quæ fides antiquitùs obtinet, & quam Prophetę & Euangelia & Apoſtoli per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Imperij tui cuſtodem, valetudiniſque etiàm tutorem promulgarunt, eam à maioribus acceptam ſeruemus, & ſeruatam ad finem vſque cuſtodiamus. Et abſurdum nefariumque eſſe putauimus, quæ rectè & legitimè à patribus conſtituta, & Nicęę communiter vnà cum glorioſiſſimo parente tuo Imperatore Conſtantino deliberata ſunt, ex eis mutare quicquam: quorum doctrina & ſententia ad omnes omnium hominum aures & animos vulgata peruenit, quæ vnà Arij hęreſim expugnauit, atque extinxit: per quam non ſolùm eaipſa, ſed & reliquæ hæreſes ſunt euerſæ: cui omninò vel addere quicquam nõ tutum, vel adimere etiàm periculoſum eſt. Atque ſi alterutrum in ea fiat, licentia aduerſarijs detur, vt quod libeat, facere eis liceat. Proindè & Vrſacius atque Valens, quòd iamdudùm ſuffragatores & participes Arianidogmatis fuerint, à communione noſtra excluſi ſunt. Ad quam tamen poſteà admiſſi ſunt, quia ſe erraſſe cognouerunt: atque ut ad pęnitentiam admitterentur, & noxæ gratiã conſequerentur, orauerunt: id quod ſcriptum eorum atteſtatur. Quapropter vt in gratiam reciperentur, & venia eis delictorum daretur, obtinuerunt. Factum id eo tempore, cùm Mediolani ſynodus eſt coacta, presbyteris quoque Romanæ Eccleſiæ præſentibus. Nonnunt illi eum qui etiàm poſt obitum memoria dignus eſt, Conſtantinum omni adhibita exquiſitiore cura & diligentiore inueſtigatione, fidei profeſſionem, quæ edita eſt, publicâſſe. Poſteaquàm autem baptizatus ille inter homines eſſe deſijt, & ad debitã ſibi quietem tranſlatus eſt, ineptum eſſe ſciunt nouæ quicquam rei inuehere, & tot ſanctos patres, confeſſores & martyres, dogmatis ipſius authores atque inuẽtores, deſpicere: qui quidem patres iuxta ueterem Eccleſię Catholicę ſanctionem, omnes in eadem ſententia perſeuerârunt: eorumque etiàm fidem DEVS ad Imperij tui tempora trãſmiſit, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius beneficio Imperium obtines, rerumque in orbe etiàm noſtro potiris. At rurſus miſerandi & ærumnoſi illi impia mente nefarioque auſu præcones, ſeipſos impiæ opinionis renunciarunt, & ueritatis Conſtitutionem euertere conati ſunt. Poſtquàm enim iuxta mandatum tuum Synodi concilium coactũ eſt, ſeductionis fraudiſque ſuę illi conſilium detexerunt. Contenderunt nanq; verſutia quadam tumultuosè ſeſe ingerentes, nouare quiddam, ubi ſodalitatis impietatiſq; eiuſdem ſuæ compertos homines inueniſſent, Germinium, Axentium & Caium diſſidij & ſeditionis authores: quorum inconſtans doctrina, blaſphemiarum omnium aceruum impietate ſua longè excedit. Vbi uerò animaduertẽre, nos non eiuſdem hæreſis eſſe, neque prauis opinionibus eorum aſſentiri, in conſilium ſe noſtrum inſinuarunt, perindè atque aliud quicquam decreturi. Perbreue autem interceſſit tempus, quod eorum ſententias in lucem coarguens protulit. Verumenimuerò nè res Eccleſiæ ſemper eodem affligeretur caſu, turbaque & tumultus prouolutus omnes compræhenderet, tutiſſimum viſum eſt, ut quę antiquitùs decreta ſunt, integra atque inuiolata ſeruarentur, atque illi, quos diximus, à commercio communioneque noſtra ſegregarentur. Quam ob cauſam oratores noſtros ad humanitatem tuam miſimus, qui eidem conſilij noſtri ſententiam per ſcriptum quoquè indicent atque declarent. Quibus illud quoquè præcipuè mandauimus, vt ex antiquis legitimiſque decretis, veritatis fidem faciant, eamque confirment. Declarabunt illi etiam ſanctitati tuæ, minimè futuram, ſicuti Vrſacius & Valens, dixere, pacem, ſi quid in legitimis conſtitutionibus immutatum fuerit. Quomodò nanque pacem ſeruent, qui pacem ipſam tollunt? Quin contentio potiùs & turba per cępta eiuſmodi cùm alibi, tum in Romana Eccleſia exorietur. Itaque humanitati tuæ ſupplicamus, vt ſereno vultu reſpicias, benigniſque auribus oratores noſtros audias, neque cum defunctorum iniuria nouare quicquam, & mutare permittas: ſed nos in iſs, quæ à maioribus no-

Synodus Mediolanen.

Notatu dignum contra nouatores ſchiſmaticos.

b. noſtris definita legitimeque conſtituta ſunt, conquieſcere ſinas, quos profectò ſolerter & prudenter omnia Spiritusſancti afflatu egiſſe dixerimus. Quæ verò nunc ab iſtis nouantur, fidelibus quidem incredulitatem, infidelibus autem ferocitatem adſerunt. Supplicamus prætereà, vt Epiſcopos, qui in longinquis alieniſque regionibus degunt, & vel ætatis grandioris imbecillitate, vel paupertatis grauioris difficultate præmuntur, cum bona venia redire ad ſuos iubeas, nè eccleſię, Epiſcopis eorũ ab eis disiunctis, diutiùs in tali ſolitudine permaneant. Ad hæc inſupèr omnia, illud quoquè te oramus, vt nè quid adimatur, nève addatur ad ea, quæ priùs extant, quicquam: ſed vt omnia intacta integraque permaneant, ſicutì à patris tui pietate ad hoc vſque tempus ſunt conſeruata. Ac nè deincèps nos itineris labore affligi, atque alienos longeque diſſitos à parœcijs noſtris eſſe permittas: ſed vt Epiſcopi potiùs cum populo ſuo in pace ſacris epulis & rebus diuinis vacare poſſint, pro tua ſalute, imperio & pace orantes, quam tibi diuinum numen largiri dignetur prolixam. Legati verò noſtri & ſubſcriptiones & nomina Epiſcoporum ſecum ferunt: qui quidem etiàm ex ipſis ſacris literis de ſententia noſtra certiorem facient tuam pietatem. Hæc Epiſcopi Arimini congregati, ad Imperatorem ſcripſere.

Cap. 41. Sed Valens & Vrſacius legatos prçuenerũt, & Imperatori rem omnem arbitratu ſuo expoſuerunt: ſcriptoque, quod legerant, oſtenſo, Synodum apud eum calumnioſè proſciderũt, vt quç formulam non receperit, cui conſcribendæ ipſe adfuiſſet. Atque ille Synodo ſuccenſens, oratores quibus diuturna mora in aula moleſta erat, diem de die diffundens, differebat: contrà autem quos illi damnauerant, in precio habebat. Et vix tandèm excuſans ſe ſcripſit, quòd neceſſitate vrgente, vt contra hoſtes iret, per expeditionem eam legatos facilè videre non potuerit: Adrianopoli autem redeuntem ſe expectare illos iuſſerit, vt ibi ab externis tumultibus liber, per ocium & legationem audiret, & quæ opùs eſſent, conſtitueret. Addidit & illud, de diuinis rebus deliberare volentem, negocijs alijs vacuum, animumque ſyncerum, atque quietum obtinere debere. Ad quæ Synodus reſcripſit, nihil ſe aliud omninò quàm decretum eſſet, etiamſi quicquã prætereà ſtatueretur, facturam. Et non modò ſcripſit, ſed id quoquè dicere legatos iuſſit. Inſupèr eidem ſupplicauit, vt placidè oratoribus receptis, & quæ dicturi eſſent benignè acciperet, & quæ ipſi ſcripſiſſent, diligenter cognoſceret. Durum etiàm eſſe quodammodò ſignificarunt, ipſo imperante tot Eccleſias tanto tempore viuis adhuc Epiſcopis orbari: opuſque eſſe, ſi ipſi quoquè videretur, priùs eos ad Eccleſiam quenque ſuam redire, quàm hyems eos opprimeret. Hæc atque alia hiſce ſimilia cum oratione ad perſuadendum appoſita per epiſtolam grauem & terſam ad eum ſcripſiſſent, atque ipſe celeriter nihil eis reſpondiſſet, ſatìs diù adhuc ibi morati, deidè ad ſedes ſuas ſunt reuerſi. Atque quòd Epiſcopi quidem Arimini congregati Nicęnam confirmauerint fidem, ſatìs iam conſtat. Quòd verò poſteà multi formulæ ab Vrſacio & Valente ex Sirmio allatæ ſubſcripſerint, id quoquè declarabimus: Qua de re duplex fertur opinio: Harum altera eſt, Imperatorem occaſione arrepta à Synodo, quaſi non ſua voluntate ſoluta, Valenti eiuſq; ſectatoribus facultatem permiſiſſe, vt quas vellent in Occidente Eccleſias adminiſtrarent, omnibuſque lectam ab eis fidem traderent: & quicunque ſubſcribere illi nollent, ſedibus ſuis deijcerent, atque alios factionis ſuę, illis ſurrogarent. Qua poteſtate accepta, illos vi omnes, vt quam diximus formulam comprobarent, adortos eſſe, & qui id facere noluiſſent, quamprimùm Eccleſijs expuliſſe: primumque Liberium, quòd dicto audiens non fuiſſet, vi exactum eſſe. Quidam ſanè ſecundam hanc proſcriptionem eius fuiſſe dicunt: alij autem primam, cùm ea etiàm, quæ ſuprà de Felice diximus, acta ſunt. Atque illos, rebus ità per Italiam geſtis, eadem per Orientem quoquè facere conſtituiſſe. Et per Thraciam euntes, vbi in oppidum quoddam regionis eius nomine Nica perueniſſent, conuentum coegiſſe: fidemq; Arimini à ſe lectam, ex Latina in Græcam linguam conuerſam ſtabilire conatos eſſe: atque publicè ſermonibus ſparſiſſe, formulam eam Nicæ à Synodo vniuerſali ritè atque ordinè editam confirmatamque eſſe: vt videlicet nominũ vicinitate per fraudem ſimpliciores ſcriptum id, perindè atquè Niceæ in Bithynia compoſitum eſſet, accipientes decipere poſſent. Verùm calliditatem cauillationemque eam deprçhenſam, inriſum atque ludibrium abijſſe. Atque hoc ſic nonnulli tradidere. Altera autem opinio fuit: Cùm Epiſcopi Arimini congregati, quòd Imperator reſponſum differret, quodque illis redire ad ſua non liceret, macerarentur, qui alteri ſententiæ addicti erant, ſubornarunt quoſdam qui dicerent non conuenire, quòd quidam vnum ſubſtantiæ verbum tantopere propugnarent, vt propterea omnes vbique Epiſcopi per ſeditionem diſſideant. Licere æqualem patri filium dicere, & vniuerſalem orbis contentionem ſopire: Epiſcopos Orientales, nisi ſubſtantiæ nomen tolleretur, conquieturos non eſſe. Hæc cùm ab eius ſententiæ ſtudioſis cum verſuta quadam grauitate & vi dicta eſsent, ęgre tãdem Synodum adductam eſse, vt Vrſacij & Valentis formulæ ſubſcribendum putaret. Obſtitiſse autem iſtis metus ille dicitur, ne legati apud Imperatorẽ Occidentalium Epiſcoporum Conſtantem, quam inde ab initio præſtitiſsent alacritatem, & τοῦ ὁμοουσίου cõſubſtantialis tollendi cauſam exponerent. Quare illud eos inueniſse conſilium, vt oratores in oppido Thraciæ, quod dictum eſt Nica, diſtinerentur, per cauſæ eiuſmodi obtentum, propter hyemis aſperitatem

Nota fraudem hæreticorũ.

&

enim ipſe quoquè Dominus irridebit eos, & ſubſanabit, & tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos, ſecundùm
Hie.14. e beatum Hieremiam, dicens: (Falsò Prophe-
» tæ iſti vaticinantur in nomine meo. Nó enim
» miſi eos, & non præcipi eis, neque loquutus
» ſum ad eos. Viſionem mendacem, & diui-
» nationem, & fraudolentiam, & ſeductioně
» cordis ſui prophetant vobis. Ideò hæc di-
» cit Dominus de Prophetis, qui prophetant
» in nomine meo mendacium: Erunt proiecti
» in vijs Hieruſalem, & conculcatio omnium
» piè confitentium me, & non erit qui ſepeliet
» eos.) Nemo enim * ſe abſcondere poteſt,
* abſcõdi quibuſdam ſubreptionibus commentitijs, ſicuti nec ſolijs fici antiquus tranſgreſſor præ-
Geneſ.3.b cepti Adam potuit, qui per propriam linguã inuerecundè nudatur. Laqueus enim fortis
Prou. 6. a viro, labia eius: & captus proprijs ſermonibus, & opere manuum eius: retributio autem labiorum eius dabitur ei, & impietatis repræhenſio. Arguam te, inquit, & ſtatuam
Pſal. 49. contra faciem tuam. Exiſtimaſti iniquè, quòd
Iudic.7. b eſſem tibi ſimilis. Proptereà (ſicut dicit (Dominus ad Gedeon) deponamus eos ad aquã veræ diſcretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione, in idipſum pronos corruẽtes, per oſtenſionem praui intellectûs eorum, vtrumne ſint apud ſe ſapientes, diuini verbi ſcientiam ignorantes, quoniam dicentes eſſe
Roma.1.c ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam Catholicæ Eccleſiæ propria nouitate & voluntate, ſiue per ea, quæ illicitè in eius defenſione geſta ſunt, hæreticam turbulentiã introducentes, illud competenter ad nos retinẽtes, quòd benè ad Ieſum filium Syrach di-
Eccleſ.4.d ctum eſt: (Vſq; ad mortem certa pro verita-
» te, & Dominus Deus pugnabit pro te.) Huius rei gratia, vniuerſalis vobis à Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis: qa dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet. Ideoq;, tanta
Luc.11. c vrgente neceſſitate, ſummoperè comprimite veſtra ſumma authoritate infeſtos, releuate oppreſſos, vt abſque graui, Domino opitulãte, difficultate ipſi gratanter omni tẽpore ſacrificare mereamur illęſi. Et ſubſcriptio: Æterna te ſeruet diuinitas per multos annos, ſanctiſſime patrum pater. Amen.

RESCRIPTVM LIBERII PAPÆ ad eoſdem, & eſt eiuſdem Epiſtola I.

DILECTISSIMO filio Athanaſio, & oĩbus in vnum congregatis, & de Trinitatis fide rectè ſentiẽtibus Ægyptiorũ Epiſcopis Liberius Papa. Olim & ab initio tantã percepimus à B. Petro apoſtolorum Principe fiduciam, vt habeamus authoritatem pro vniuerſali Eccleſia, ad rectam defendendam fidem, quatenùs nulli liceat ſtatum ſanctæ Eccleſiæ commouere, ad læſionem rectè credentium, abſque ſui periculo honoris. Epiſtolam ſiquidem veſtram, nobiſq; directam ante nos recitari fecimus, tribulationes & perſecutiones, quas pro recta fide patimini, intelleximus. Super quibus & nos vnà vobiſcum cõdolemus, & laborare pro vobis, vt pater ꝓ filijs, parati ſumus. Fidem verò Nicæni concilij in eadem epiſtola rectã reperimus, ſuper qua & Deo gratias vberrimas retulimus, pro qua non ſolummodò perſecutiones & paſſiones ſuſtinere vobiſcũ parati ſumus, ſed etiã, ſi neceſſè fuerit, mori pro Chriſti nomine, inquantùm noſtra ſinit fragilitas, non reſpuimus. Igitur prædictum ſanctum conciliũ (vt legimus) definit Nicænum, aliam fidem nulli licere proferre, aut conſcribere vel componere, aut ſapere vel docere aliter, nec quicquã in fide ſentire, aut proferre, quod his patrum regulis poſſit obuiare. Qui autẽ præſumpſerit cõponere aliam fidem aut proferre, docere, vel tradere aliud ſymbolum, ad viam veritatis conuerti deſiderantibus de quacunque hæreſi, vel ex Iudæis, vel ex paganis Chriſtianos ſe fieri volentibus, hi ſi Epiſcopi fuerint aut clerici, alienari quidem epiſcopos ab epiſcopatu, clericos à clero: ſi verò monachi, aut
laici fuerint, anathemate feriri. Proteſtatur 2. Tim.6
etenim beatus Apoſtolus, dicẽs: (Si quis cer- »
tat, non coronatur, niſi legitimè certauerit.) »
Et iterùm Dominus ait: (Qui autẽ perſeue- Matt.10. c
rauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.) Vide- »
licet, certaminibus ſacris propoſitis nobis, ꝓ defenſione catholicæ Eccleſiæ, magnaq; ſalute ex hoc ſperata ab omnium bonorum datore DEO, non deficiant manus noſtræ, dilectiſſimi fratres, per occaſionẽ cuiuſlibet deſidiæ: diſſolutę, ſed fortes efficiamur ꝑ gratiam Domini atq; virtutẽ potentiæ eius, quoniam
perfecit pedes noſtros tanquàm ceruorum, Pſalm.7.M
& ſup excelſa firmiùs ſtatuit intellectũ ſummæ eius humanitatis propter ſalutem, maximè, tantam habentes impoſitam ſanctorum
teſtium nubem. Deponentes ergò omne pon-
dus & circunſtantem aduerſariorum nouita- Heb.12. a
tem, per patientiam curramus, adſpiciẽtes in authorem fidei & conſummatorẽ Ieſum, qui, in propoſito nobis propter eum negocio, ſpiritum nobis ſuæ veritatis condonet, loquentem in nobis, atque perhibẽtem magnalia fidei per doctrinam ſanctorum patrum, quos aduerſarij calumniantur quotidiè. In Prophe-
tis nanque habetur: (Propter Sion nõ tacebo, Eſa.62.a
& propter Hieruſalem non quieſcam, donèc »
egrediatur vt ſplẽdor iuſtus eius, & Saluator »
eius vt lampas accendatur.) Profectò catho- »
lica eccleſia, quæ vera conſiſtit Sion, & ciuitas Chriſti cœlorũ regis, per tot annorum ſpatia expugnata ab aduerſantibus verba fidei, qui neque Deum timent, neque hominẽ reuerentur, ſed incaſsùm perducentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum à diuerſis tantiſq; ſcripto & ſinè ſcripto, conteſtationibus inuitati fuiſſent corrigere propriã & à ſe pellere hæreſim, ſicuti & per anteriorem cognitionem luculentiùs demõſtratum eſt, iam

per

per libellos, quàm per ſuggeſtiones reueren-
Tit.3.c tiſſimorum ſacerdotum, & venerabiliũ abla-
tũ, Apoſtolo proteſtante nobis, vt hominẽ hę-
reticum poſt primam & ſecũdam correptio-
nem euitare debeamus, ſciẽtes quia huiuſmo-
di ſubuerſus eſt, & delinquit proprio iudicio
cõdẽnatus, nullo modo oportet nos deincèps
iacere, aut quieſcere, (nè quoquo modo iniq
iudicemur) odibilẽ Deo pacem amplecten-
Pſal.72. tes: quoniam ſcriptum eſt, (Zelaui in pecca-
Sopho.3.a
Ezec.22.f toribus pacẽ peccatorũ videns:) & dicat etiã
de nobis: (Sacerdotes mei contẽpſerunt legẽ
» meã, & polluerũt ſanctuaria mea: inter ſan-
» ctum & prophanũ non habuêre diſtantiam,
» inter pollutum & mundum nõ intellexerũt)
ſed conſurgete cum Deo, & conſiſtere promptè
induẽtes arma ſpirit⁹, aduersùs malignã-
1. Ioã.4.a tes cõtra fidem eius, vt approbemus ſpiritus
Hiere.6.g ſapienter, id eſt, verba eorum, ſi ex Deo ſunt.
» Scriptum eſt enim in Hieremia: (Probatorẽ
» dedi te in populo meo robuſtũ, & ſcies, & ꝓ-
babis viam eorũ.) Multa nanq; nobis neceſ-
ſaria eſt vigilantia, & tanta diuinæ ſapientiæ
rimatio, q̃ occulta tenebrarum reuelat, ad re-
quiſitionem huiuſmodi rei & ſcrutationem,
quoniam latet quodãmodò & abſconditur,
vixq; compræhenditur doloſa exiſtens mali-
tia, pro eo, ꝙ ſibi pietatem callidè blandiatur,
2.Co.11.c vt valeat ſcrutantium mẽtẽ latere. Quod vtiq;
» ſciens beatus Apoſtolus, ait: (Nam huiuſmo-
» di pſeudo Apoſtoli & operarij ſubdoli, tranſ-
» figurant ſe in Apoſtolos Chriſti.) Sed nũ mi-
rum, quoniam & ipſe ſatanas transfigurat ſe
velut angelum lucis. Et ideò non mirũ, ſi mi-
niſtri eius transfigurantur, velut miniſter iu-
ſtitiæ, quorũ finis ſecũdùm opera eorum. Sed
Math.7.b & Dominus in hoc ꝓmuniens nos, ait: (At-
tendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos
» in veſtimentis ouium, intrinſecùs autẽ ſunt
» lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis
» eos.) Ergò in idipſum ex toto corde referen-
tes ante oĩa ſuper tali quæſtione deprecatio-
Pſal.118. nem, & dicentes cũ Dauid: (Reuela oculos
» meos, & cõſiderabo mirabilia de lege tua: Lu-
» cerna enim pedibus meis verbum tuum Do-
» mine, & lumen ſemitis meis; quoniam ip-
Dan.2.c ſius eſt (ſicut ait beatus Daniel propheta)
» ſapientia & fortitudo. Dat ſapiẽtiã ſapienti-
Iob 12.c bus, & ſciẽtiã intelligẽtibus diſciplinam. Ipſe
» reuelat profunda & abſcõdita, & nouit in te-
» nebris cõſtituta, & lux cũ eo eſt.) qui ſapiẽtiã
» (inquit) & fortitudinẽ dediſti mihi, & oſtẽ-
diſti mihi, quæ rogaui te, cum ope diuina,
vniuſcuiuſq; perſonæ conſcripta eorum, qui
pro nouitatis cõmento accuſati ſunt, de vene-
rabili ſcrinio noſtro obſecundantibus, &
nobis rationabiliter offerentibus ſolertiùs in-
tendamus, ità vt qui hęc præſumpſerint prę-
uaricari, primùm quidem ſubiaceant iudicio
terribili omnipotentis Dei, deindè autẽ qua-
lemcunque regalem indignationẽ reuerean-
tur, per quam, ſi quidem Epiſcopi aut clerici
ſunt, à ſui ſacerdotij, ſiue à cleri ſui ordine
modis oĩbus excidant: ſi autẽ monachi ſunt,
ſegregẽtur, & alieni ſint de ſuis locis. Si autẽ 24.q.1.
dignitatẽ, aut cingulũ, aut militiam habeant, Qui contra pacẽ.
nudẽtur eis. Si autẽ ſunt priuati, ſi quidẽ no-
biles exiſtũt, ſuarũ ſubſtantiarũ proſcriptio-
nem patiãtur. Si autẽ ignobiles, non ſolùm in
corpore verberentur, ſed exilio perpetuo ca-
ſtigentur: vt omnes timore Dei compreſſi,
& comminata eis digna ſupplicia reuerentes,
immobilem & ſinè turbatione pacem ſancta-
rum Dei Eccleſiarum cuſtodiant. Data 8. Ka-
lendarũ Iunij Aſclepio & Deodato viris cla-
riſſimis conſulibus. Gloria Chriſto Ieſu Do-
mino noſtro, pax vobis. Amen.

DECRETA FELICIS PAPÆ SECVNDI.

Ex libro pontificali Damaſi Papæ.

FELIX natione Romanus, ex patre Ana-
ſtaſio, ſedit annũ vnũ, menſes tres, dies
tres. Hic declarauit Cõſtantiũ filiũ Conſtan-
tini hæreticum, & ſecundò rebaptizatũ ab Euſe-
bio Nicomediẽſi iuxta Nicomediã in Aqui-
lone villa. Et ꝓ hoc declaratu, ab eodẽ Cõſtã-
rio Conſtãtini Auguſti filio, martyrio coro-
nat, & capite truncatur. Hic fecit baſilicã via
Aurelia milliario ab vrbe ſecundo, quũ pre-
sbyterij honori fungeret. Et ad eãdẽ baſilicã
emit agrũ circa locũ, quẽ obtulit Eccleſiæ, quã
fecit. Hic fecit ordinationẽ vnã in vrbe Roma
per menſem Decẽbrẽ, presbyteros xxj. diaco-
nes v. Epiſcopos per diuerſa loca xix. Qui
etiàm paſſus eſt in ciuitate * Corona cum * Corona.
multis clericis & fidelibus occultè iuxta mu-
ros vrbis ad latus Traiani, iij. Id⁹ Nouẽbris.
Et exindè rapiũ eſt corpus eius à presbyteris
& clericis noctù, cũ Damoſo presbytero, &
ſepultum eſt in baſilica ſupradicta, quam ip-
ſe via Aurelia conſtruxerat, * xij. Kalẽdas De- * xvij.
cembris, milliario ſecundo. Et ceſſauit Epiſco-
patus dies xxxviij.

De Liberio, & Felice, Pontificale, admodũ diuerſa ab omnibus fere, quos legi, veteribus ſcriptoribus, pdit, nam Liberiũ ait a Cõſtãtio exilarĩ iuſſũ, quod hæreſi Arianæ aſſentiri nollet, (vt quæ ceteri omnes conſentiunt) reuocatũ porrò poſt triennium, quod Conſtantio aſſenſiſſet, ac magnã propterea, eo redeunte, Romæ cædẽ factã, in quo à cæteris fere omnibus, diſſidet: Sulpitius enim Liberium, paulo poſt vrbi redditum, ait, ob ſeditiones Romanas. Sacræ hiſt. lib.2.

Socrates, non multo poſt reuocatum, quod pop. Romanus, ſeditione conflata, Felicem Eccleſia illa eiecerit. li. 2.c.29.

Theodoritus, quod Matronæ Romanæ eum reditum à Cõſtantio impetrauerint. lib.2.c.17.

Sozomenus quod pop. Romano petenti eũ indulſerit, ac demum legatis occidentalium epiſcoporum expetentibus, eũ Firmij cum eſſet Romã deducendum tradiderit. Quæ omnes cauſæ, licet variæ in eundem exitum concurrere potuerunt. li.4.c.14.

Cum Sozomeno. Nicephorus, magnopere contendiſſe, ait, Conſtantium, & Arianos epiſcopos, vt Liberium ad ſuas partes pertraherẽt; ac vulgaſſe etiam, per Ptatulem & calumniã, illũ ſibi aſſenſum fuiſſe. quã infamiam Liberiũ à ſe amouere ſtuduiſſe, profeſſione catholicæ fidei edita, qua omnes Conſubſtantialis abnegatores, anathemate damnant. li.9.c.37.

Atque hæc omnia pro Liberio faciunt, contraria his, quæ Pontificale tradit; quæ ſequuntur, aliqua ex parte, contra Liberium faciunt, & Pontificali conſentiunt.

Ruffinus, Liberius, Vrbis Romæ epiſcopus, Cõſtantio viuẽte li.1.c.27.

regreſſus

regreſſus eſt; ſed hoc, verū, qđ acquieuerit voluntati ſuæ ad ſubſcribendū an ad pop. Romani gratiā, pro certo cōpertū nō habeo.

D. Athanaſius, poſt multā prædicationē Liberij, Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, ſic ſcribit; Liberius deinde, poſt exactū in exilio biennium, inflexus, minisq; mortis ad ſubſcriptionē inductus eſt: verùm, & vnū illud ipſum quoq; & coris violentiā, & Liberij in hæreſim odium, & ſuū pro Athanaſio ſuffragiū, cū liberos affectus habebat, ſatis coarguit. hoc, Athanaſius, quod quidē potuit vel ex ſola illa fama, per calumniā, ab Arianis euulgata, ad Athanaſiū perueniſſe: ſubſcriptio vero illa ab aliquibus intelligitur, nō quidem in Arianiſmū, ſed tantum in damnationem Athanaſij.

Magis mirandum eſt, & forte ab eadē fama profectū, quod ſcribit D. Hieronymus, de Fortunatiano, epiſcopo Aquileienſi, in Catalogo loquens. Et in hoc, inquit, habet deteſtabilis, quod Liberio, Romanæ vrbis epiſcopum, pro fide ad exilium pergentem, primus ſolicitauit, ac fregit, & ad ſubſcriptione hæreſeos impulit. De hoc quidem Fortunatiano, & alijs aliquot occidentalibus epiſcopis, D. Athanaſius, Apologia ad Conſtantium, ſcribens, ait, Vim non vulgarem, grauesq; contumelias paſſos eſſe, donec promitterent ſeſe a noſtra cōione abſtinere. quod ipſum forte illud eſt, quod hic Fortunatianus Liberio ſuaſit, & D. Hieronymus interpretatus eſt ſubſcriptionem hæreſeos, fama rei ſemper in maius augente. ſed hoc ipſum, quā nā habet probabilitatē? abeuntem in exilium, hæreſi, vel damnationi Athanaſij ſubſcripſiſſe, & tamen per biennium, vt alij fere omnes, vel triennium, vt vnum Pontificale, in exilio egiſſe? quod vero in chronico D. Hieronymi legitur, ab hoc quide diuerſū, Liberiū, tædio victū exilij, in hæreſim ſubſcripſiſſe; vt alieno loco eſt poſitū, ita ab alio aliquo inſertum ſuſpicari licet.

Denique, pro Liberio; hoc eſt certum, propter fidem catholicā multa eum egiſſe, & perpeſſum eſſe, & tandem in exilium eiectum: reuerſum, quod hæreſi ſubſcripſerit, non omnino eſt certum. poſt reuerſionem, catholici argumenta ſunt perſpicua, tum quod communione interdixerit, negantibus conſubſtantiale, vt eſt apud Sozom. & Niceph. locis citatis: tum quod extremo ſuo anno Macedonianos ab Arianis non multo diſſimiles, non prius ad communionem admiſit quam Nicænam fidem, libello ſcripto, profeſſi eſſent; & epiſtola ſua, ad Orientales, Ariminenſem fidem deteſtatus eſt; vt eſt apud [a] Socr. [b] Sozomenum. [c] Nicephorum: tum denique quod ſanctiſſimi Patres de Liberio vt de optimo Pontifice meminerunt, [d] D. D. Baſilius [e] Ambroſius, [f] Epiphanius, Siricius, [g] Damaſi ſucceſſor.

a li. 4. c. 12.
b li. 6. c. 2.
c li. 11. c. 6.
d ep. 74.
f hæreſ. 75.
g epiſt. 1.

Vnum reperi Petrum Damianum, mediæ ætatis, nobilem ſcriptorem, qui epiſt. 15 ſiue libro, qui dicitur Gratiſſimus c. 16. aſpere de Liberio ſcribit, a Pontificali, credo mutuatus. Hinc eſt, ait, quod omnes ordinationes, quæ à Liberio, hæretico videlicet ac ſediti ſo, factæ ſunt, in ſui ſtatus noſcuntur immobilitate ſeruatæ, &c.

In Felice, Pontificale non omnino ſibi conſtare videtur, & ab alijs diuerſum eſt. Felicem presbyterum venerabilem virū a clero Rom. in Liberij locū, exilio, mulctati; ſuffectum ſcribit, eundēq; in Concilio 48. epiſcoporum Vrſacium, ac Valentem, Arianos epiſcopos damnaſſe ac denique Imperatorē Conſtantium, a quo poſt, cum multis alijs, capitis obtruncatione, ſit martyrio coronatus.

Idem tamen in vita Liberij ſcribit, Felicem de epiſcopatu depoſitum, habitaſſe in prædiolo ſuo, via Portueſi, vbi & requieuit in pace 4 K. Aug. quo modo mors naturalis, non violenta, ſatis ſignificatur, præter alia, in quibus, in duabus illis Vitis, variat a ſe ipſo. At reliqui ſcriptores oīno aliter pdūt.

lib. 2. 29. Socrates quidem ſic, Felix Eccleſiæ Rom. Diaconus, Arianæq; ſectæ addictus, per vim & violentiam ab eodem Veſanto (a quo Liberium eiectum diximus in exilium) ad eum dignitatis gradum delectus eſt, & mox, Liberius autem non multo poſt ab exilio reuocatus ſedē epiſcopatus propterea recuperauit, quod pop. Rom. Seditione cōflata, Felicē Eccleſia illa eiecerat.

li. 2. c. 17. Theodoritus vero, ſic, ſucceſſum eſt Liberio a fideli quodam illius Diacono nomine Felice, qui tametſi fidem in Concilio Nicæno expoſitam, ipſe ſeruauit integram, tamen cum illis, qui eam labefactare ſtudebant, libere communicauit, ac propterea nemo ex Romæ habitatoribus in Eccleſiam, dum ille intus erat, ingredi voluit.

lib. 4. c. 10. Sozomenus, eadem iſdē fere verbis, & paulo [*] infra, affirmat Felicem poſt Liberij reditum vrbe ceſſiſſe, ac non multo poſt etiam vita, quod diuinæ prouidentiæ idem, & Nicephorus adſcribunt, ne ſedes B. Petri a duobus Præſulibus, peſſimo exemplo gubernaretur.

[*] cap. 14.

li. 1. c. 22 In eandem plane ſententiam ſcribit Ruffinus.

D. Hieronymus in catalogo, de Acacio Cæſarienſi loquēs, in tantum, inquit, ſub Conſtantio Imper. claruit, vt in Liberij locum, Romæ, Felicem Arianum Epiſcopum, conſtitueret. quanquam Victorius in ſchol. ad D. Hieronymū teſtatur, illud, Arianū abeſſe à Græca Sophronij editione, & a latinis exemplaribus Mediceo, & Fæſulano.

In ea vero parte, quam diximus, ſupra videri alieno loco inſertam in chronico D. Hierony. quod ſic habetur obſcurius; Verum tum, Felix ab Arianis fuiſſet in ſacerdotium ſubrogatus, plurimi peierauerunt, & poſt annum eiecti ſunt, plenius extat in regiſtro per antiquo Eccleſiæ Romanæ, quod refert Onuphrius in ſuis ſcholijs ad Platinā. Felicis certe, vt Romani Pontificis, nulla habetur ratio ab [*] Optato Mileuit. nec a [*] D. August. Ioannes tamen Diaconus in vita D. Gregorij Papæ, Felicem quartum Rom. Pontificem eius atauum fuiſſe memorat, quod niſi hic ſecundus ſit, conſtare omnino non poteſt, Leo item oſtienſis in chronicis ſuis, eius, in numero Pōtificum Romanorum, habet rationem.

[*] lib. 2. cōtra Parme.
[*] epiſt. 165.

Quantumuis autem de Felicis martyrio nihil ab antiquis ſcriptoribus, quod ſciam, memoretur præterquam ab vno Pōtificali libro, magnam tamen illi plane, & cui obſiſti non poſſit, fidem aſtruunt antiqua Martyrologia, quæ Felicem 2. Papam in martyribus numerant, & Eccleſiæ Romanæ publicum teſtimonium, aſſignato etiam in eius cultu proprio officio, vt eſt apud Micrologum cap 43 denique quod Romæ cōtigit anno D. 1582. cum enim de corrigendo Martyrologio, Gregorij XIII iuſſu ageretur, & de Felice 2 ambigeretur, an de Martyrologio amouendus eſſet, ecce tibi pridie ant ſummum biduo, ante quam eius memoria celebratur, qui dies eſt 29 Auguſti, cum in æde SS. Coſmæ, & Damiani, arā peruetuſtam, vt ſacellum illud inſtaurarent, fabri demolirentur, ſubter baſim, quæ aram ſuſtinebat, effoſi ſunt duo loculi, quorum alter habebat hanc inſcriptionem. Hic requieſcit S. Felix Papa Martyr, q dānauit Conſtantiū hæticū. ex qua inuētione, quæ miraculi loco habita eſt, & ex rationibus, ac autoritatibus, ab illis, qui eum in Martyrologio retinendum cenſebant, allatis, cenſuit Pontifex Maximus, nullo modo remouendum. & ſane, vt pro Felice hæc maxime facienda ſunt, ita, contra Liberium, non eſt pro nihilo ducendum, quod Eccleſia Romana nullam eius memoriam fieri ſtatuerit, quod profecto non omiſſura videtur fuiſſe, niſi ille exilium ſuum & confeſſionem aliqua inconſtantia maculaſſet.

Itaque dicenda videtur initia, & finem Liberij bona fuiſſe, media non item; Felicis initia non omnino legitima, finem optimum fuiſſe. atque de hac controuerſia hæc breuiter.

EPISTOLA AEGYPTIORVM Pontificum ad eundem, de infeſtationibus Arianorum.

DOmino beatiſſimo & honorabili, ſancto patri Felici, sāctæ Sedis Apoſtolicæ vrbis Romæ Papæ, Athanaſius & vniuerſi Ægyptiorū, Thebaidorū, & Libyorū Epiſcopi, in sācta Alexādrina ſynodo, gratia DEI, cōgregati: Veſtro sācto ſuggerimus Apoſtolatui, vt noſtri, more ſolito ſolicitudinē gerere dignemini, iuxta veſtrā prudētiſſimā ſapiētiā, quæ oībus luce clariùs manifeſta eſt q: a Apoſtolicis veſtra beatitudo viſceribus cōmota, ſuper tribulatiōe nr̄a, nos oēs hortata eſt, ad tuitionē catholicę & Apoſtolicę Eccleſię in vnū cōuenire, & de nr̄a oppreſſione canonicè & vnanimiter tractare, dū cōſtat vos vnà cū B. Paulo Apoſtolo eadē cōpaſſibiliter dicere: (Quis īfirmat, & ego ñ infirmor? Quis ſcādalizat, & ego nō vror?) ſatagētes, nè aliqua de his, quæ vobis creditę ſūt, rōnabilibus ouib⁹ à beſtijs capiat. Ideò pater Beatiſſime, qa ſemper anteceſſores nr̄i & nos à veſtra Apoſtolica sācta ſede auxiliū hauſimus, & nr̄i vos curā habere agnouimus, p̄fatā Apoſtolicā & ſūmā expetimus iuxta canonū decreta ſedē, vt indè auxi-

2. Cor. 11.

lium capiamus, vnde p̄deceſſores nr̄i ordinationes & dogmata atque ſubleuationes ceperũt. Ad eam quoquè, quaſi ad matrē recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, qm̄ nõ pòt mater obliuiſci infantē ſuũ. Sic & vos nolite obliuiſci nos vobis cõmiſſos, qm̄ nõ leuibus nos inimici nr̄i implicanerũt afflictionibus, & quotidiè facere moliunt̃, & appræhēdere, aut ferris nos cõſtringi minant̃, niſi eorũ cõſentiamus erroribus: qđ neq̄q̄, vobis incõſultis, agere p̄ſumimus, canonibus q̄ppe iubentibus, abſq; Romano, nos de maioribus cauſis nihil dēe decernere, pontifice. Ideoq; ad ꝑpoſitũ recurrētes, & ad brauiũ ꝑperantes, veſtrę Apoſtolicę Sedis imploram⁹ auxiliũ: q̄a (vt credimus) nõ deſpexit Deus preces cũ lachrymis ſibi oblatas ſeruorũ ſuorũ, ſed ob id vos p̄deceſſoresq; veſtros, Apoſtolicos videlicet p̄ſules, in ſummitatis arce cõſtituit, omniumq; Eccleſiarũ eis curā hr̄e p̄cepit, vt nobis ſuccurratis, noſq; tuētes, cui omne Epiſcoporũ iudiciũ eſt cõmiſſũ, liberare ab hoſtibus noſtris nõ negligatis. Nā ſcimus in Nicæna magna ſynodo trecētorum xviij. Epiſcoporũ, ab oĩbus cõcorditer eſſe roboratũ, nõ debere abſq; Romani Põtificis ſn̄ia cõcilia celebrare, nec Epiſcopos damnare, licèt hæc & alia q̄ plura neceſſaria, ab hr̄ticis, qui nos quotidiè infeſtant & perdere nituntur, vt faciliùs nos capere poſſint, ſint ſynodica capitula incenſa, nobiſq; ſublata. Qua de re, hac inuẽta occaſione indifferenter, omni canonica & apoſtolica poſtpoſita authoritate, nos vi à ꝓprijs, vobis inconſultis, illicitè expellunt ſedibus: oueſq; nobis a Chriſto Dño apoſtolica commiſſas gratia, inuadũt, gradibus priuāt, & q̄đ peſſimũ eſt, & oĩbus Chriſtianis legibus inimicũ, interficere decertāt. Vos ergò (vt ſemper veſtræ ſedi ſanctæ conſuetudo fuit) periclitātibus ſubuenite, oppreſſos roborate, tribulatis manũ porrigite, taliaq; ꝓhibete & leges imponite, vt Apoſtolica doctrina, q̄ in Deo, eſt citò ad victoriā iudicium perducere valeat noſtrũ, noſq; (Apoſtolorũ principe ſuffragante Petro) ab imminētibus

Et hētur ſ epi. dec. Iulij cõtra Orientales pro Athanaſio, cap. 7. periculis liberare. Nouimus nãq;, in tā præfata Nicæna ſynodu gn̄aliter eſſe decretum, vt nullus paſsim vageq; Epiſcopos, aut præſumptiuè lacerare, aut accuſare, & qui nõ ſunt rectæ fidei, vel bonæ vitæ, vel claræ cõuerſationis, aut īfamiæ p̄ſumat: ſed priùs, ſi erga Epiſcopos vel authores Eccleſię quiſquā cām habuerit, eos cũ charitate manſuetè cõueniat, vt ab eis vulnus, vndè agit̃, rectè ſanet: aut ipſe,

Ibidem, cap. 17. ſi ſecùs egerit, accuſator excõicet̃. Quòd ſi ab eis nihil valuerit rectè p̄cipere, tũc primò ſũmos adeat primates, & ipſi, tēpore congruo,

Ibidem, cap. 0. canonicè eos cõuocare debebunt. Qui ſi aut ſuis rebus expoliati, aut à ꝓprijs ſedibus eiecti, aut exulantes, vel oppreſſi, aut iniquè tractati fuerint, primò eruant̃, & canonicè reſtituant̃, atq; oĩa ſibi ſublata integerrimè eis legibus reddant̃; qm̄ priusq̄ hæc fiant, (vt in p̄dicto cõſtitutũ eſt cõcilio) nec canonicè cõuocari, nec diſtringi à quoquam poſſunt, qm̄ nec ſeculi leges hæc fieri permittũt, quātò magis eccleſiaſticę? Similiter & à ſupradictis pa- Ibidem, cap. 4.

tribus eſt definitũ cõſonāter, vt ſi quiſquam Ibidem, cap. 3.

Epiſcoporũ, aut metropolitanorũ, aut cõprouinciales, vel iudices ſuſpectos habuerit, veſtrā ſanctā Romanā interpellet ſedem, cui ab ipſo Dño poteſtas ligādi ac ſoluendi ſpāli eſt Matt. 16. c

priuilegio ſup alios cõceſſa. Ipſa. n. firmamētũ à Deo fixũ & immobile percepit, qm̄ ipſam formā vniuerſorũ titulorũ lucidiſſimā, Dñs Ieſus Chriſtus veſtrā Apoſtolicam conſtituit ſedem. Ipſa eſt eñ ſacer vertex, in quo oēs (Eccleſiæ) vertunt̃, ſuſtentātur, releuant̃. Et ſicut ī Chr̄o Chriſtiani, & in petra (id eſt, Chriſto) Petrus, Petri renouantur Eccleſiæ.

Legēdũ videtur, Et ſicut ī Chriſto Chriſtiani, ità & in Petrā, i. Petro, renouant̃ Eccleſiæ. vt ſit ſenſus, Rom. Eccleſia Põtificem, ſi quid in cæteris Eccleſijs vitiatum aut deprauatũ ſit, ſua authoritate & poſſe & debere corrigere.

Tu es. n. (ſicut diuinũ veraciter teſtat̃ eloquiũ) Petrus, & ſuper fundamētum Ibidèm.

tuũ, Eccleſiæ colũnæ, i. Epiſcopi, q̄ Eccleſiā ſuſtinere, & ꝓprijs humeris portare dēnt, tibi ſunt confirmatæ, tibiq; claues regni cęlorũ cõmiſit, atq; ligare & ſoluere poteſtatiuè, quę in terra, & q̄ in cęlis ſunt, ꝓmulgauit. tu prophanarũ hęreſiũ, & impetitoriũ, atq; omniũ infeſtantiũ depoſitor, vt princeps & doctor, caputq; oĩum orthodoxæ doctrinę, & immaculatę fidei exiſtis. Igit̃ nè deſpicias, pater, tuo rũ patrũ pietatē, bonamq; intentionē. Et ſicut illi, patres & p̄deceſſores noſtros à multis liberauerũt oppreſſionibus & anguſtijs, ità nos liberare digneris. Nā fuit ſemper veſtræ ſanctæ & Apoſtolicæ Sedi licentia, iniuſtè dānatos vel excõicatos, poteſtatiuè ſua authoritate reſtituere, & ſua eis oĩa reddere, & illos, q̄ eos cõdēnauerunt, aut excõicauerunt, apoſtolico punire priuilegio, ſicut etiàm noſtris & anterioribus cognouimus actum tēporibus. Porrò, & ipſi primates, qui Epiſcoporum & ſummorũ Eccleſiaſticorum negociorũ cauſas ſuſcipere debent, in præfixa Nicęna Synodo ſunt dinumerati, nè in poſterũ cõtētio ex hoc oriretur. O ſanctiſſime Pater patrũ, abſcinde blaſphemias, & iactātiā vaniloquorũ, & inſidiātiũ infeſtationes, nos & fratres noſtros opprimētiũ, atq; p̄dere volentiũ, q̄ ad vos, quaſi ad caput confugimus, vt veſtro ſuffulti auxilio liberemur, & vobis nobiſq; cõmiſſas Chriſti oues, à luporũ ore, Dño adminiculāte, anteq̄ degluriant̃, eripiamus. Nec. n. fas eſt, ſupplicum Apoſtolicæ ſedis ſcripto aut ſinè ſcripto preces oblatas deſpicere, ſed (vt cõdecet, vt priuilegium veſtræ ſedis eſt) & nos & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de noſtris obiectionibus canonicè cũ omni probitate concertemus, ſicut prædeceſſores noſtri penès veſtros fecerunt anteceſſores, & ſicut canonica in prædicta ſancta ſynodo docent

inſtituta,

inſtituta, & veluti palliati * verbi per ventilabrum canonicæ examinationis, plenam purgationem in communi conſiſtentes auditorio, de maturis & enutrientibus Catholicæ Eccleſiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum conſequamur inſtitutionum. Antiquis enim regulis ſancitum eſt, vt quicquid quanuis in remotis, aut longinquis poſitis prouincijs ſuper Epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, vt huius authoritate * iuxta, quæ fuiſſet, pronunciatio infirmaretur, aut firmaretur: indeque ſumerent normam, vnde eccleſiæ ſumpſere prædicationis exordium, nè paſsim ab inſidiatoribus columnæ euerterentur eccleſiæ. Certum eſt enim, eidem ſanctę Sedi veſtræ, in honorem beatiſſimi Petri, patrum decreta peculiarem decreuiſſe reuerentiam DEI, pro rebus inquirendis atque determinandis, quas ſolicitè decet iuſteque ab ipſo præſulum examinari vertice apoſtolico, cuius ſolicitudo ſemper fuit & eſt, tam mala damnare, quàm probare laudanda. Quocircà humilimum veſtro Apoſtolico culmini perſoluentes obſequium, vt ipſe Dominus præcepit, & ſanctorum decreta patrum ſtatuerunt, cum lachrymis ſuggerimus, quod ſinè gemitu cordis reticere non valemus. Nam intantùm à perſequutoribus ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtriſque inimicis perſequimur, vt magis nos tædeat viuere, quàm mori. Vndè præ omnibus fatemur intantùm cor eſſe noſtrum vulneratum, vt propheticum illum planctum exoptemus, dicentes: (Quis dabit capiti noſtro aquam, aut oculis noſtris fontem lachrymarum, vt ſedentes, ploremus die ac nocte?) Eccè enim Eccleſia Dei non leuiter perturbatur, columnæque eius nimis infeſtantur, atque à prauis amoueri hominibus nituntur. Chriſtianorum verò voces ac gemitus Epiſcoporum, longè lateque reſonant, nouitates inſurgunt, calumniæ creſcunt, perſequutio graſſatur, perditio fit populorum. Veſtrum eſt enim, nobis manum porrigere, quia vobis commiſſi ſumus. Veſtrum eſt nos defendere atque liberare, noſtrumque eſt, à vobis auxilium expetere, veſtris parére iuſſionibus. Præ nimio ergò dolore & gemitu, omnia quæ nobis inſtant, & nos infeſtant, * neceſſariò recordari, vobiſque ſignificare nequimus. Ideò almum veſtrum exoramus apoſtolatum, vt ſuper his legem, quæ in memorata Nicæna ſynodo eſt promulgata, licèt prædictorum inſidiatorum & aliorum malorum hominum (vt faciliùs Epiſcopos, Deique miniſtros valeant illaqueare) deprauatione ſit ſuffocata, reparetis: & quæ neceſſaria fore cognoſcitis, veſtræ ſanctæ ſedis authoritate, nos cunctoſque fratres informetis, vt malorum inſidias hominum, veſtra fulti authoritate, illæſi, Domino opitulante, euadere valeamus: quia nō eſt ouium, inſidias luporum præuidere, ſed paſtorum eſt. Scimus enim (vt ſemper veſtræ Sedis præſules, primò Apoſtoli, deindè ſucceſſores eorum, fecerunt) vos vniuerſalis eccleſiæ, & maximè Epiſcoporum, qui oculi, propter contemplationem & ſpeculationem, vocantur Domini, curam gerere, ac de releuatione & lege noſtra aſſiduè cogitare debere, ſicut ſcriptum eſt: (Beatus vir qui meditatur in lege Domini die ac nocte:) quæ meditatio, non lectione per figuram literarum tantùm conſpecta, ſed exuberante in nobis Chriſti gratia, in veſtra cognoſcitur conſcientia immobiliter inſita, & nullatenus de veſtro corde recedente lege Chriſti Dei Domini ſacroſancta, ſicut in Pſalmo dicit propheta: (Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium, lex DEI eius in corde ipſius:) non atramento, ſed ſpiritu Dei omni noſtra in arcana conſcripta, neque in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, ſicut beatiſſimi Apoſtoli Pauli ad Corinthios miſſa nos docet epiſtola. Quibus præmiſſis, ſignificamus Deo placitæ paternitati veſtræ, die xvij. Kalendarum Auguſtarum, indictionis quartæ, noſtram humilitatem, diuina gratia, ſuo (vt præcepit) munere præueniente, veſtris ſanctis ac Deo dignis precibus in ſancta Romana Eccleſia Pontificalis honoris accepiſſe conſecrationem & ſtolam, in quo dignitatis faſtigio, ut à Deo omnipotente regamur altiſſimo, & à malis omnibus liberemur, ut nō ſacerdotale nomen tantùm, ſed Chriſti Domini Dei noſtri protegente auxilio, & meritum habeamus, veſtris ſanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus, poſcimus, quatenùs & veſtris deprecationibus, pro nobis ad Deum effuſis, muniti, & eruditionibus bonis inſtructi, digni efficiamur, cum omni nobis populo Chriſtiano commiſſo illæſi, protegi velamento diuino. Ad ſalutationem ergò veſtræ ſanctæ & honorandæ paternitatis vice noſtra, Benedictum humilem veſtrum fratrem, noſtrum Epiſcopum, & Alexandrū presbyterum, Criſpinum quoquè diaconem veſtros famulos deſtinauimus, quos poſtulamus, celeriùs nobis à veſtra beatitudine perſolui, ut veſtris cohortationibus roborati, & veſtris regulis informati, inimicis videlicet compreſſis, ad proprias prudenter conſolati ualeamus Eccleſias ante hyemem Deo propicio remeare. Veſtrum eſt quippe, pater ſanctiſſime, canonica diſtrictione ſolicitè, Eccleſiaſticæ regulæ aduerſantibus & fratrum inſidiatoribus obuiare nec permittere nouiter dici, quod patrum venerabilium authoritas omninò non cenſuit. Nos enim humiles corde, quæ recta ſunt, adiuuante Domino, ſapientes, vno vinculo charitatis vobiſcum ſumus conſtricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defenſantes. Studioſiùs itaque à catholicis, improbis probè reſiſtere innitendum eſt, nè torpentes deſidia oppreſſi, culpę taciturnitatis teneа-

Margin notes: * verbi; * iuxta q fuiſſet pronunciatio facta, infirmaretur, aut; Hiere. 9. a; * neceſſaria; Pſalm. 1.; Pſalm. 36.; 1. Cor. 3. a

teneamur obnoxij, & quaſi fauorem impendentes iudicemur, dum aduerſa catholicæ fidei propulſare negligimus. Vnde dictum eſt: Negligere quippe, dum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Liquet, doctor, ſanctiſſime, venenoſa ſerpentium ſine ſimplicitate aſtutia, dum manifeſta eſt doloſa inimicorum fallacia. Succurrite (quæſumus) oppreſſis, liberate nos de manu perſequentiū,
Iob 29. c vt cum beato Iob cantetis: (Benedictio pe-
» rituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſo-
» latus ſum. Iuſtitia indutus ſum, & ueſtiui me,
» ſicut ueſtimento & diademate, iudicio meo.
» Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram
» pauperum, & cauſam quam neſciebam, dili-
» gentiſſimè inueſtigabam. Conterebam mo-
* Illius laſ iniqui, & de dentibus * eorum auferebam
» prædam.) & reliqua. Nos enim quos maxima expectat cura, i. omnes Epiſcopi, præcipuè tuum mereri debemus iudicium, & non ab alijs deuorari. Meritò ergò nos Domini cauſa reſpicit ſacerdotes, ſi ſilentio faueamus errori. Siquidem conſpirantur huiuſmodi, nec ſit liberum eis, pro uoluntate facere iudiciū. Deſinat nouitas inceſſere uetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Nam ut omnes Metropolitani uel reliqui Epiſcopi, ſua odia aut vindictas in reliquos Epiſcopos exercere non valeant, ideò nominatim in Nicena ſynodo expreſſi ſunt primates, qui reliquos Epiſcopos audire & iudicare debeant, nè ulla fraus in iudicio Epiſcoporum poſſit irruere. Vos ergò, qui in ſumma ſpecula gratia Dei eſtis politi, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres ſeditiones & ſcandala excitant. Ideoque exoramus, vt minimè deſpiciatis humilitatis noſtræ & omnium Orientalium orthodoxorum ſacerdotum & populorum afflictiones, & deprecationes cum lachrymis oblatis, ſed ſicut luminaria vniuerſo mundo, verbum uitæ retinentes, introductas exinguite tenebras nefandiſſimorum inſidiatorum, temporibus etiàm noſtris procaciter germinatas, quatenùs funditùs extinctâ huiuſmodi caligine, lucifer nobis reſplendeat per uos, ſanctiſſime pater, & dogmatica definitio ubiquè omnes lætificans, quam glorioſi Eccleſiæ ſanctæ patres per propria piiſſima dogmata in æternæ uitæ firmam hæreditatem prædicaſſe noſcuntur.

Et ſubſcriptio:

Incolumem te & beneplacitum Deo, ſanctiſſime pater patrum, orantem pro nobis, Dominus cuſtodiat in æuum. Amen.

CAPITVLA SEQVENTIS Epiſtolę decretalis Felicis Papæ ſecundi.

Vt nemo Epiſcopum penès arbitros ſeculares accuſet. 1
Si quis aduerſus Epiſcopum cauſam habuerit. 2
De eadem re. 3
De Epiſcopis rebus ſuis expoliatis, aut à ſede pulſis. 4
Infames & ſacrilegos ad teſtimonium nõ admittendos. 5
Si Epiſcopus uocatus ad concilium, ire non potuerit. 6
De cauſis quæ legibus non continentur, uel prohibitæ noſcuntur. 7
De accuſationibus Epiſcoporum, & rerũ ſuarum ablatarum redintegratione. 8
Quibus non liceat accuſare, vel teſtificari. 9
De eadem re. 10
De perſonis accuſatorum. 11
De primatibus & Metropolitanis. 12
De accuſationibus Epiſcoporum, & ineptitudine accuſantium. 13
Qui nõ debeant admitti ad accuſationem. 14
De eadem re. 15
Licere in Eccleſiaſticis negocijs, dicta cauſa & finita, recedere, quod in ſecularibus non licet. 16
De accuſationibus Epiſcoporum. 17
De non terminãdis cauſis Epiſcoporũ abſque authoritate Romani pontificis. 18
Si epiſcopus à comprouincialibus, uel à metropolitano ſenſerit ſe prægrauari. 19
De iudicijs Epiſcoporũ, & de tẽpore concilio ad præparandum, & comparendum. 20
De iudicibus & accuſatoribus, quales debeãt eſſe. 21

RESCRIPTVM FELICIS PAPÆ SECVNDI,

Ad eoſdem in Alexandrina ſynodo congregatos, & eſt ipſius epiſtola prima.

Reuerendiſſimis atque dilectiſſimis fratribus, Athanaſio & vniuerſis Ægyptiorum, Thebaidorum, Libyorum epiſcopis, in ſancta Alexandrina ſynodo congregatis, Felix almæ Romanæ urbis & vniuerſalis eccleſię epiſcopus, & ſancta ſynodus, quæ in urbem Romã conuenit, in Dño ſalutem. Sacram veſtram ſynodicam epiſtolã, per gratiã ſancti ſpiritus, & Deo placitũ ſtudium cõſcriptam ueſtræ à Deo honorandæ ſanctitatis gratia libenter ſuſcepimus, atq; inſtanter in ſynodo recitari per ſingula iuſſimus, & oẽs intentiè eius colligere uerba præcepimus: ſuper quæ dum lætari ſperabamus & cupiebamus, verſa eſt in luctum cithara noſtra, cantatio in plorationem, & omne totius ſynodi gaudium in mœrorem tranſlatum eſt: quia nõ decuerat, vt hi, qui corpus CHRISTI quotidiè proprio conficiunt ore, tantam paterentur perſecutionem, quoniam Dominus Deus noſter, ſalutem prouidens generis humani, mandauit perſecutiones non fieri, ne- Iob 30. d

que fluctuationes inferri, nec inuideri laborantibus in agro Dominico, neque diſpenſatores magni regis vexari aut expelli. Quieſcite, inquit ſancta magna Nicęna ſynodus, & nolite perſequi eos, qui DEO perfectè miniſtrant, & ſyncera voluntate Dei ſuperni mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiuganuur, quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui & carnales, ſpirituales perſequantur. Omnis enim qui reſiſtit alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur aduersùs eum, contra quem litigat. Et qui infeſtus eſt alicui, omnia ſicut hoſtis agit, & inſupèr loqui contendit. Vos enim monemus, fratres, in ſpeculis eſſe debere, vt inquantùm poteſtis, & Dominus auxilium dederit, talibus noſtra Apoſtolica veſtraque authoritate reſiſtatis, nec quiſquam veſtrum à fratris auxilio ſe ſubtrahat, ſed pro viribus præſtet adminiculum. Quoniam, licèt pauci ſitis, ſi vnanimes fueritis, nullatenùs, iuſtitia ſuffragante, Domino quoquè opem ferente, ſuperabimini, quia funiculus triplex difficilè rumpitur. Nam ſi officijs ſecularibus humana lex ſubuenit, quanto magis eccleſiaſticis & Domini ſacerdotibus, maximeque pontificibus, qui pupillæ oculorum Domini nuncupantur, diuina atque catholica lex ſuffragari debet? Ait enim diuinum de epiſcopis eloquiũ: (Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.) Et ſi ſeculares humana multipliciter explorantur homines lege, & requiſitiones atque induciç eius multorum menſium conceduntur, nè iniuſtè damnentur: quantò magis epiſcopis, qui proximiores ſunt Deo, & ſuper hos conſtituti, poſitique in cœleſti militia, quæ impenſiùs ponderanda eſt, tempora ſunt concedenda multò ampliora, nè à quibuſdam grauentur, opprimantur, vel ſubitò damnentur? Incipiamus ergò, adiuuante Deo, & ſancto Petro Apoſtolo, per quem apoſtolatus & epiſcopatus in CHRISTO cepit exordium, quoniam plures ſæpè emerſerunt cauſç, quæ in quibuſdam non erant cauſæ, ſed crimina: quia magìs, vt comperimus, iniquitate, quàm charitate fratribus ſunt impoſitæ, & vt decętero ſolicitudo ſit, nè talia eueniant, capitula quædam, à ſanctis patribus tam in Nicęna ſynodo, quàm & in hac ſede conſtituta, ponamus, quibus fratres & coepiſcopi noſtri fulti, inſidias inimicorum, auxiliante Domino, valeant euadere, & prout Dominus poſſe dederit, paucioribus verbis tantorum malorum imitemur compendium, & ſtrictim, quæ in volumine literarum veſtrarum comperimus, retractemus, & alia nonnulla inſtantis temporis neceſſaria, prout petitis, ponamus.

6. q. 1. Quieſcite. inquit ſancta.

Eccle. 4. c

Zach. 2. c

1 Eſt nanque ſynodicis decretum inſtitutis, vt nemo epiſcopum penès ſeculares arbitros accuſet, ſed apud ſummos primates.

2 Si quis aduersùs Epiſcopum cauſam habuerit, non priùs alios Epiſcopos adeat, vt eum accuſet, quàm familiariter ei ſuam indicet querelam, & ab eo aut iuſtam emendationem, aut rationabilem percipiat excuſationem, ipſa nos inſtruente veritate: (Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum, Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecũ: & ſi nõ hos audierit, dic eccleſię,) id eſt, accuſa eũ publicè, & nõ priùs. & reliqua.

Matth. 18. b

Luc. 17. c a

3 Si quis epiſcopum poſt hæc elegerit accuſare, ſummis primatibus Epiſcoporum ſuam indicet cauſam, & non ſecularibus, qui magis ad pacem, quàm ad iudicium eos reuocent, vt charitas in omnibus & ab omnibus cuſtodiatur. Si primates accuſatores epiſcoporum cum eis pacificare familiariter minimè potuerint, tunc tempore legitimo eos ad ſynodum, canonicè conuocatam, non infra anguſta tempora, canonicè conuocent, & non priùs, quàm eis per ſcripta ſignificent quid eis opponitur, vt ad reſponſionem præparati adueniant. Nam ſi aut vi, aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint, nec canonicè euocari ad ſynodum poſſunt, nec reſpondere æmulis debent, antequàm canonicè reſtituantur, & ſua eis omnia legaliter reddant.

5. q. 2. Si primates accuſatorum.

4 Si quis Epiſcoporum fuerit ſuis rebus expoliatus, aut à ſua Eccleſia vi aut timore expulſus, quod omni Chriſtiano nomini eſt inimicum, oportet & decet* Epiſcoporum propoſitum ſemper prima fronte cedere, vt omnia quæ ei ablata ſunt, poteſtati eius legaliter reddantur, & præſul priùs reſtituatur, & poſteà non ſtatim, ſed diù & per ſpatioſa tempora ſuis poteſtatiuè diſpoſitis, & ad ſuam neceſſitatem pręparatis, ad tempus veniat ad cauſam, & ſi iuſtè viſum fuerit, accuſatoribus reſpondeat ſuis.

* Epiſcoporũ prępoſitum ſemper prima fronte ſolicitum eſſe, *ſanctum propoſitum ſemper prima fronte incedere.

5 Nulli infami atque ſacrilego de quocunque liceat negocio aduersùs religioſum Chriſtianum, quamuis humilis ſeruiliſq; perſona ſit, teſtimoniũ dicere, nec de qualibet re actione, aut inſcriptione Chriſtianum impetere.

Et idẽ habet in decretis Iulij, cap. 55.

6 Si quis epiſcopus legitimè accuſatus, & ſupradicto ordine ad concilium canonicè conuocatus fuerit, abſque vlla trepidatione ire debebit, & ſi ire non potuerit, ꝓ ſe legatum ad ſynodum mittat.

7 Nullę cauſæ à iudicibus eccleſiaſticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur.

8 Si quis aliter nõ adquieuerit, niſi vt epiſcopũ accuſet, ſuprà taxato hoc tenore agere debebit, q̃a aliter rata non põt accuſatio exiſtere. Tũc primò accuſati cauſam accuſator apud primates canonicè deferat. Nec à cõmunione ꝓhibeat accuſatus, niſi ad electorum iudiciũ canonicè conuocatus, infra tres aut ſex vel plures mẽſes, pro ſuis rationem redditurus, venire diſtulerit. Quòd ſi probare potuerit, ꝙ non noluerit, ſed nõ potuerit venire, nihil ei nocebit. Ille verò, qui vi aut timore à ſede pulſus, aut ſuis rebus expoliatus fuerit, non priùs vocetur ad ſynodum, quàm ei omnia legibus re-

3.q.2. Tá diù in ſede. Et in dc. Iuo. li. 4.3, q.3. Cum accuſatus ad. Et in dec. Iuo. lib. 4.

dintegrentur. Et tam diù in ſede propria pacificè & proteſtatiuè cuncta diſponens, reſideat, quàm diù expulſus vel expoliatus carere viſus eſt rebus. Cùm autem ad iudicium venerit, ſi voluerit & neceſsè fuerit, induciæ ei petenti à patribus conſtitutæ, abſque impedimento concedantur, & iudices à ſe electi, tribuantur vt in loco vnde eſt ille, qui accuſatur, aut ſi alibi alicuius temerariæ multitudinis vim metuerit, locum ſibi congruum eligat, quo abſque timore ſuos ſi neceſſitas expoſcerit, teſtes habere, & abſque impedimento ſuam canonicè ſententiã finire valeat, quia multa per ſubreptionem euenire ſolent.

9 Vt teſtificandi, vel accuſandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem, & ſuæ legis vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita, neglexerint.

10 Multùm derogatio præualet, quandò derogatori creditur. Ideò varijs detrectationibus atque accuſationibus nõ decet labefactari primatem, ſed magis patrũ regulis roborari. Nec facilè, aut indifferenter ſuſcipere accuſationes præſumat, dicente Domino: Non ſuſcipias vocem mendacij: ſed priùs probare debet ſuſpicionem & cauſam, aut quo animo hoc faciat, & poſtmodùm ſuſcipere: quia veritatis profeſſionẽ, propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odij & cupiditatis interitio, impedire & aduerſa fratribus irrogare ſolet.

Exo.24.a

11 Perſonæ accuſantium tales eſſe debent, quarum fides & conuerſatio & vita, probabilis & abſque repræhenſione ſit, & quæ omni careant ſuſpitione: quia & hoc, te præſente, vt benè nôſti, in Nicæna ſynodo, propter malorum hominum infeſtationem, ab omnibus diffinitum eſt, licèt prauorũ hominum inſidijs ſint hæc & alia quàm plura deleta.

Hic nota quædã decre. in Nicæna ſynodo deleta.

12 Primates illi, & non alij ſint, quàm in Nicæna ſynodo ſunt conſtituti. Reliqui verò, qui metropoles tenent ſedes, archiepiſcopi vocantur, & non primates, ſalua in omnibus apoſtolicæ ſedis dignitate, quæ ei ab ipſo Domino eſt conceſſa, & poſteà à ſanctis patribus roborata.

Mat.16.c

13 Primò ſemper in omni Epiſcoporum accuſatione, vita, perſona & conuerſatio accuſantiũ enucleatim inquiratur: & poſtmodùm ea, quæ obijciuntur, fideliter pertractentur: quoniam nihil aliter fieri * debet, niſi impetitorum prius requiratur fides, perſonæ, vita, & actus diſcutiantur: quia non debet prauorũ aut inſidiantium hominum pernicie, vita lacerari innocentium. Sanè ſæpiſſimè boni à malis perſequuntur, qui non ceſſant ſuis * calumniatibus alijs derogare. Ideò ſummoperè prouidendum eſt, nè hæc fiant.

* decet

Calumnijs alios denigrare.

14 Nullus ſeruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitijs ſtudet, nullus qui frequenter litigat, & ad accuſandum vel detrahendum eſt facilis, nulla infamis perſona, vel omnes, quos ad accuſanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur epiſcopos accuſare: quoniam accuſatores & accuſationes, quas leges ſeculi non recipiunt, qua ratione ſacerdotalis eas recipere debet ordo, inuenire nequeo, cùm hæc & in Nicæna ſynodo prohibita ſint, & illi magis ab iſtis, non iſti ab illis iudicari debeant: & Apoſtolus dicat, (Spiritualis iudicat omnia, ipſo verò à nemine iudicatur.)

1.Co.2.d

15 Hæretici, à quibus nimium opprimimur excommunicatique, homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos magosq; concurrerint, nullatenùs ad accuſationem vel ad teſtimonium erunt admittendi.

16 Nec ità in eccleſiaſticis agendum eſt negocijs, ſicut in ſecularibus. Nam in ſecularibus poſtquàm legibus vocatus venerit, & in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractam cauſam recedere: in eccleſiaſticis verò, dicta cauſa, recedere licet, ſi neceſsè fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.

17 Quotiès Epiſcopus ſuper certis accuſatur criminibus, ſi tales fuerint accuſatores, qui iuſtè & canonicè recipi debeant, legitima in ſynodo ſuo in tempore congregata, ab omnib. canonicè audiatur; qui ſunt in prouincijs, epiſcopis. Quòd ſi legitimi non fuerint accuſatores, non fatigetur Epiſcopus: quia ſacerdotes ad ſacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi, qui Throni DEI vocantur, prauorum hominum inſidijs turbari debent, ſed liberè Chriſto Domino famulari.

18 Quanquàm comprouincialibus epiſcopis vnà cum eorum metropolitano, ſuæ prouinciæ cauſas Epiſcoporum liceat charitatiuè & concorditer agitare, non tamen (ſicut in prædicta, te præſente, cõſtitutum eſt ſynodo) licet diffinire abſque Romani pontificis authoritate. Quòd ſi ſecus à quibuſdam præſumptũ fuerit, ipſi qui hoc egerint, ſuç præſumptionis ſuſcipiant damnum: & illi, qui ab eis perperàm excommunicati, aut damnati fuerint, authoritate huius ſanctæ ſedis, & beati præceptoris noſtri clauigeri Petri poteſtate ſoluantur, atq; reſtituantur. Ipſe enim ait Dominus: (Quęcũq; ſolueris ſuper terram, erũt ſoluta & in cœlis.)

Mat. 16.c

19 Quotiès epiſcopi ſe à ſuis comprouincialibus, vel a Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox Romanam appellent ſedem, ad quam eos abſque vlla detentione, aut ſuarum rerum ablatione liberè ire liceat. Et dum prędictam Romanam matrem appellauerint eccleſiam, aut ab ea ſe audiri expoſcerint, nullus eos, aut excommunicare, aut eorum ſedes ſubripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre pręſumat, antequàm eorum cauſa Romani pontificis authoritate finiatur. Quod ſi aliter a quoquam pręſumptum fuerit, nihil erit, ſed viribus carebit. Nam nec.

hoc

hoc perperàm præſumimus, ſed & ipſum in Nicæna Synodo conſtitutum, & anteceſſores noſtros egiſſe, benè Athanaſi noſti: quoniam quandò tu & Paulus Conſtantinopolitanos, Aſclepius Gazæ & Lucianus Adrianopolites, ab Orientalibus Epiſcopis, inconſulto ſanctæ memoriæ Iulio prædeceſſore noſtro, damnati eſtis, & ad eum quaſi ad totius orbis caput (vt ſemper huic ſedi ſanctæ licitum fuit) confugiſtis, cognita eorum nequitia, & veſtra iuſtitia, vos in cõmunionem ſuſcepit, & omnium veſtrûm curam gerens, propter ſedis propriæ dignitatem, ſuas ſingulis reddens eccleſias, Orientalibus ſcripſit, culpans eos, quòd non rectè tractâſſent viros inculpabiles de ſuis eccleſijs expellentes, & conſtituta Niceni Concilij minimè conſeruantes. E quibus ad certũ diem nonnullos ſibimet adeſſe præcepit, vt de talibus præſumptionibus certam redderent rationem, & coràm eis oſtenderet, iuſtũ ſe ſuper eis protuliſſe decretum. Interminatus eſt etiàm non talia deincèps fratres eſſe paſſuros, & niſi ab huiuſmodi præſumptionibus ceſſarent, à proprijs eſſe gradibus eos receſſuros. Tali enim huius ſanctæ ſedis priuilegio tu & fratres tui proprias recepiſtis Eccleſias, cum omnibus ſibi pertinentibus. His enim & alijs quàmplurimis documentis manifeſtum eſt, nullum damnari, aut ſuis expoliari rebus debere Epiſcopum, qui hanc ſanctam ſedem interpellauerit, aut ſibi defenſatricem adſciuerit, donèc iudicium de eo noſtræ Apoſtolicæ authoritatis, hoc eſt, principis apoſtolorũ Petri agnoſcat, quia ſolummodò Chriſtus Ieſus huic ſanctæ ſedi, id eſt, apoſtolicæ, hoc facere commiſit, vtpotè quoniam ſolus atque præ omnibus præfatus princeps apoſtolorum creditus eſt, atque percipere meruit à rege regũ Chriſto Deo claues regni cælorum.

Matt. 16. c

20 De inducijs verò Epiſcoporum, ſuper quibus conſuluiſtis, diuerſas à patribus regulas inuenimus inſtitutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones, & teſtes confirmandos, & conſilia Epiſcoporũ atque amicorum quærenda, annũ aut ſex mandauerunt menſes cõcedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minùs verò quàm ſex menſes non * reperi, quia & laicis hæc indulta ſunt, quanto magis Domini ſacerdotibus? Nã & à noſtris anteceſſoribus, atque reliquis ſanctis patribus multoties inhibitum eſt, nè quis Domini ſacerdotibus detractiones irroget: quanto magis accuſationes, non ex radice charitatis prolatas? Quieſcite, inquiunt, & nolite perſequi eos, qui perfectè Deo miniſtrant, quorum orationibus & terrena bella ſedantur, & recedentium à Deo angelorum pelluntur incurſus, quique omnes dæmones, qui corrupti ſunt, precum aſſiduitate confundunt. Induciæ nanque non ſub anguſto tempore, ſed ſub longo ſpatio concedendæ ſunt, vt accuſati ſe præparare, & vniuerſos cõmunicatores in prouincijs poſitos conuenire, & teſtes præparare, atque contra inſidiatores ſe pleniter armare valeant.

3. q. 3. De inducijs verò. Et in decret. Iuo. lib. 4.

* recipi

Suprà in principio huius decr. vbi allegatur Nicænũ Cõcilium.

21 Iudices enim & accuſatores tales eſſe debent, qui omni careant ſuſpicione, & ex radice charitatis ſuam deſiderent promere ſententiam. His ergò tam legaliter, quàm & canonicè prolatis, etiàm omnium Chriſtianorum reuerentiã congaudere depoſcimus, ſpirituali intercedente dilectione & timore Dominico, per quem humana remouetur offenſio, & eccleſiarum ædificatio præponitur vniuerſis, vt magìs vniuerſi ad ædificationem fratrum laborent, quàm ad damnationem, quoniam ait Dominus: (In hoc cognoſcẽt omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicèm.) Iam enim formam dedimus, & à prædeceſſoribus noſtris datam eſſe cognouimus, vt ſi quis ſe agnouerit Chriſtianum, illud ſeruet, quòd ab apoſtolis noſcitur eſſe contraditum, dicente apoſtolo Paulo: (Si quis vobis annunciauerit, præter quod accepiſtis, anathema ſit.) Chriſtus enim DEI filius, Dominus noſter, humano generi propria paſſione ſalutem pleniſſimam condonauit, vt nos liberaret. Et ſi Deus intantùm nos dilexit, vt etiàm proprio filio non parceret, ſed pro nobis omnibus illum traderet, vt nos liberaret: vt quid nos non diligimus fratres, aut eos temerè iudicamus, cùm prædictus dicat Apoſtolus, (Nolite iudicare inuicèm, ſed hoc magìs iudicate, nè ponatis offendiculum fratri vel ſcandalũ). Nam ſi illi qui fratres diligunt, ex Deo nati ſunt, & vident Deum: quid ergò erunt illi, qui eos perſequuntur, & eos, detrahendo, machinando, accuſando, infeſtando, damnare moliuntur? Si illi filij Dei, proculdubiò hi filij ſunt Diaboli, qui ſemper, ſicut Leo rugiẽs circuit, quærens quem deuoret, ità fratres inſequuntur, vt perdant. Qui verò adiuuare fratres refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt, & fraternitatis ſolatio rei exiſtunt: (Væ) inquit propheta (qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum.) Et iterùm ſapientiſſimus Salomon ait: (Quoniam qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: ſermonum autem illius ad Deum perueniet auditio, ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurantium non abſcondetur.) Hæc enim ſi amplecti voluiſſent proprio & ſano ſenſu, ad reprobum minimè laberentur, ſed per Dei timorem ſermonum ſuorum præcauentes cuſtodiam, piam ſanctorum Patrum definitionẽ, ſinè quadam nocumenti præſumptione vtiquè conſeruarent: quoniam dicit ſacrum eloquium, (Conſilium bonum cõſeruabit te, & mens bona cuſtodiet te.) Non enim de fontibus ſalutiferis, ſpiritualiter ad acquiſitionem æternæ vitę, procedunt tales accuſationes & detractiones, atque ideò cõpetenter nos beatus Paulus admonens, ait: (Non

3. q. 3. De inducijs verò

Ioan. 13. d

Galat. 1. b

Rom. 8 f

Rom. 14. c

1. Pet. 5. c

Abac. 2. b

Sap. 1. b

Prou. 2. c

,, (Non debere plùs ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.) In definitione pietatis perduremus. Qui enim hanc prætereunt, non tantùm ipſi ſunt decidentes à corroboratione ſua, ſed inſipiētiæ ſuæ dereliquerunt omnibus memoriam, vt in his, in quibus
Eccl. 5.c peccauerunt, minimè latére potuiſſent. Gloria enim & cōtumelia in loquela: & in lingua hominis, caſus illius eſt. Ideoque conueniens eſt, hanc quidem oſtenſionem repræhenſionū illorum noſtris actibus inſeri, nè vlteriùs iam talia patiamini, ſeminantibus illis zizania & ſcandala, ſed lætari in officijs & dogmatibus veſtris mereamini. Igitur erubeſcant talia, &
* ab huiuſmodi blaſphemia ſe ſub. * huiuſmodi blaſphema ſubtrahere feſtinēt, ſi noluerint à ſacerdotali noſtro collegio ſegregari, & à Chriſtiani populi ſocietate diuelli. Licèt nanque de his plura & pernecesſaria, q̄ in decretis Sedis Apoſtolicæ, & ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus, noſtris videlicet prædeceſſoribus, ſtatuta inueniuntur, dicere & conſcribere potuiſſemus, tamen melius nobis viſum eſt, vt epiſtolā oratione claudamus: Deus omnipotens, & huius vnigenitus filius, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus & Coepiſcopis noſtris, quibuſcunque tribulationibus laborātibus, totis ſuccurratis viribus, & cum eis compatientes, crucem eiuſdē Domini Saluatoris portetis, vt veri ipſius diſcipuli coram omnibus appareatis, vt & vos, & qui vobiſcum ſunt, hic & in futuro poſſideatis meliora, quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ
1.Cor.2. preparauit Deus diligentibus ſe, per Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem & cum quo omnipotenti Deo patri gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Valere vos opto, fratres chariſſimi. Data Idibus Februarij, Agario & Iuliano viris clariſſimis conſulibus.

EIVSDEM AD EOSDEM EPIſtola, & ad reliquos Domini ſacerdotes de patienti ſufferentia perſecutionum & tribulationum, eſtque tertia epiſtola.

FELIX ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ Papa, atque per gratiam Dei Catholicę & Apoſtolicæ Eccleſiæ vrbis Romæ Epiſcopus, vnà cum ſancto Concilio noſtro reuerentiſſimorū ſacerdotum, huc nobiſcum conuenientium, in confirmatione pijſſimorum Catholicę Eccleſiæ dogmatum, & releuatione oppreſſorū fratrum, Coepiſcoporum videlicet noſtrorū, qui rectam Nicæni Concilij tenent fidem, & qui fratres non infeſtant, vniuerſis ſpiritualibus fratribus noſtris, & reliquis in ſacerdotalis collegio Domino conſecratis, atque omni plenitudini Eccleſiæ Catholicæ, gratia vobis & pax multiplicetur in confortatione & ſancti Spiritûs cōmunione, quatenùs in eo proficientes, à gloria in gloriam, virtutes annunciemus eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuū, apud quem nō eſt transmutatio, nec* viciſſitudinis obumbratio. Portate, fratres, hortamur, perſecutiones & tribulationes patienter, vt eius inueniamini filii, quem quotidiè patrem vocatis Deum in cœlis: & in eo vincatis omnia, qui propter nos vicit omnia. Qui etiàm proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Imitatores quoquè Dei, conuenit, in omni verbo & opere imitari Deum. Ideoque illud oportet nos dicere, quod ipſe de ſe perhibuit Dominus: (Veniet princeps huius mundi, & in me nihil inueniet.) Venerunt & illi qui vos & nos perſequūtur, quia vos ſinè nobis perſequi nō poſſunt, quoniam vnius Dei membra ſumus, & vnum illius ſacerdotium per eius ſanctificationem retinemus, & in nobis de ſuis nihil inuenerunt: quia quicquid ſumus, gratia Dei ſumus, licèt propterea calumniari nos irrationabiliter ſtuduerint, quod facere ſolēt inimici, ſuam ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenùs per mēdacium veritatem valeant obumbrare. (Scripſi enim vobis) inquit beatus Apoſtolus (per multas lachrymas, non vt contriſtemini, ſed vt ſciatis, quam charitatem abundantiùs habeo in vobis.) Etenim detrahentibus detrahere, non eſt bonum,* vt non ad ea quæ ſcripta ſunt, commoti, iniuriæ certamen efficiamus. Non debemus omninò timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus iubet per Eſaiam prophetā, dicens: (Audite me, qui ſcitis iudiciū, populus meus, in quorum cordibus lex mea eſt. Nolite timere opprobrium hominū, & blaſphemias eorum nè timeatis.) Conſiderantes etiam, quod in pſalmo ſcriptum eſt: (Nonne Deus requiret iſta? Ipſe enim nouit abſcondita cordis, & cogitationes talium hominum, quoniam vanæ ſunt. Vana autē loquutus eſt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & labia doloſa in corde & corde loquuti ſunt mala. Sed diſperdet Dominus vniuerſa labia doloſa & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?) Nam ſi hæc in memoria retinerent, minimè ad tantā proſilirent iniquitatem. Non enim per probabilem & paternam doctrinam hoc faciunt, ſed vt ſuam exerceant in ſeruos Dei vindictā. Scriptum nanque eſt: (Via ſtulti recta in oculis eius. Et ſunt viæ, quæ videntur homini iuſtæ, nouiſſima autem earum deducūt ad mortem.) Nos enim qui hæc patimur, iudicio Dei hæc reſeruare debemus, qui reddet vnicuiq; ſecūdùm opera ſua. Qui etiàm per miniſtros ſuos intonuit, dicens: (Mihi vindictam, ego retribuam.) Vos enim in recta fide, & pura ac bona ſuccurrite volūtate viciſsim, nec aliquis à ſupplemento fratris ſubtrahat manū: (quoniam in hoc, ait Dominus, cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionē habueritis adinuicèm.) Vndè & ipſe per prophetam loquitur, dicēs: (Ecce quàm bonum, & quàm iucun-

Marginal notes (right column): 1.Pet.2.b; Iaco.1.c; * momēti; Rom. 8.; Ioan.14.d; 2.Co.2.b; * vt nè; Eſa.51.a; Pſal. 43.; Pſal. 11.; Pro. 12.c; Pro.14.b; Hier.25.d; Deut. 32.; Rom. 12.; Ioan. 13.; Pſal. 132.

" iucundum, habitare fratres in vnum.) Spiri-
tuali dico habitaculo, & concordia, quæ in
Deo eſt, & vnitate fidei huius delectabilis,
* qui ſecundùm veritatem inhabitaculi, * quæ vi-
* quod delicet in Aaron magìs decorabatur, atq; ſa-
cerdotalem induentibus dignitatem, ſicut vn-
guentum ſuper caput, principalem intellectũ
irrigans, & vſq; ad ipſam extremam ſciẽtiam
deducens. In hoc enim habitaculo benedi-
ctionem & æternam vitam promiſit Domi-
Pſal. 132. nus. Huius ergò propheticæ vaticinationis
meritum amplectentes, fraternam præſen-
tem ſyllabâ expoſuimus, noſtra propter cha-
ritatem minimè quærentes, aut quæſiuuri. Nõ
enim detrahentibus bonum eſt detrahere,
aut palo, ſecundùm vulgarem fabulam, excu-
tere palum. Abſit. Non ſunt noſtra iſta, qua-
propter hæc auerſat Diuinitas. Nõ ſunt edo-
cti habitus noſtri ita vincere, ſed in patientia
Dan. 3. d longanimitatis & ſpiritu humilitatis: quia,
Eſa. 28. ſicut per duritiam minimè (vt propheticè di-
iuxta 70. camus) purgatur nigella, ità nec pacis ſopo-
ratus fructus intelligentiæ per aſperitatem
exprimitur. Propter hoc enim & verborum
ſupportauimus colaphos; vt vel paulatim va-
leamus eũ imitari, qui propter nos ſe humi-
liare dignatus eſt, & extremæ illius ultionis,
per hanc plagam, verba declinemus. Audia-
mus ergò, & conſonemus eccleſiæ oratori,
qui per linguam Spiritusſancti clara voce ex-
1. Co. 16. c clamat, dicens: (Omnia vobis in charitate
fiant.) Ergò ſiue quærimus, ſiue tantummo-
" dò dicimus, & tantummodò audimur, chari-
tas intercedat. Ars aliqua exiſtat ad compo-
ſitionem concordiæ boni & coniunctionem.
Oportet enim, de Deo quærentibus nobis ſpi-
ritu rectitudinis mentis noſtræ dinumeran-
tes intentiones templum pacificè inhabitare
in eum propter Dominum, qui per Prophe-
Eſa. 34. c tam loquutus eſt: Quærens quære, & apud
iuxta 70. me habita. Speculum enim dedit nos Deus
populo ſuo, & oportet eos, qui à Deo ſunt
deputati ſacerdotium adipiſci, ità in humili-
tate greſſum mentis adinuicèm tendere, vt
in melius ædificentur hi, qui ad nos reſpi-
* pudet ciunt, quàm (quod dicere * piget) per no-
ſtram diſcordiam ſemitam pedum eorum
concutere. Ad concordiam inclinemus nos
* vt ipſos, * & vnum in charitate ſapiamus. Hu-
militatem veneremur, per quam appræhendi
ſolet altitudo ſpiritùs. Si enim ampliùs vſque
adhuc taciturnitatem, quàm verborum gar-
* dilexeri- rulitatem * diliximus; hoc quidem benè ha-
mus. bere arbitrati ſumus, nè ſcriptis veſtris reci-
proca reſpondentibus, iniuriæ fomitem ex-
hortemur, & puſillanimitate dijudicemur ab
eo, qui omnia ad charitatem dirigere pro-
1. Co. 16. c mulgauit. Orauimus uerò & tunc oſtium cir-
Pſal. 140. cumſtantiæ labijs noſtris imponi, & uerbum
* verbo inſonitum concipere potiùs quàm * uerbum
inuigilẽ. ſonabile: & hoc tamen mihi donum eſt à Do-
& Pſ. 37. mino, & factus ſum ſicut homo non audiẽs,
& non habens in ore ſuo redargutiones. Sed
quia tempus eſt loquendi, & tempus tacen-
di, aperio verbum, & claudo oſtium per taci- Eccl. 3. a
turnitatem, competenter exorans: Domine, Pſal. 50.
labia mea aperies, & reſpondeam exprobran- Pſal. 118.
tibus mihi verbum. Licèt enim tacuiſſemus,
non ſemper tamẽ tacebimus, adaperiente no-
bis Domino claues verbi. Igitur directi in præ-
ſenti à beatitudine fraternitatis veſtræ apo-
criſarij, poſt multas factas inter nos de eccle-
ſiaſtica requiſitione diſſonãtes ſermocinatio-
nes, in fine ad hoc peruenerunt, admonentes
nos atque hortantes interpretari vnius veri
Chriſti Dei noſtri voluntatis intellectum,
atque huiuſmodi interpretationem deſtinare
veſtræ ſacratiſſimæ venerationi. Nos autem
acceptam habentes bonæ conſcientiæ prædi-
ctorum venerabilium virorum admonitionẽ,
cognoſcentes autem & quę principatûs Apo- 1. Pet. 3. c
ſtolorum ſummitas docet, paratos eſſe ad ſa-
tisfactionem omni poſcenti verbum de ſpe,
quæ in nobis eſt, ſecundùm Dei timorẽ, man-
ſuetudinemque ad bonam ſcientiã temperan-
tes, ſuper tali tãtummodò requiſitione men-
tem noſtram per has ſyllabas exponimus, ſu-
perfluam exercitationem & altercationẽ ver-
borum, propter ſatietatem & præſentis tem-
poris incongruitatem, declinantes ac præca-
uentes, nihil omninò aliud intelligentes, aut
proferentes vel dicentes, quàm quod audiui-
mus & cognouimus à ſanctis & vniuerſalib'
magnis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, &
patres noſtri enarrauerunt nobis, & audiẽtes
prædicauimus, ad ſupernam tendentes voca-
tionem. Noſtrum eſt ſtudium, vbi pacis con-
ſtitutio manet his, qui in ſtadio pietatis ſunt,
benè vnica gloria interceſſori tribuitur &
corona. Deo manifeſtati ſumus, qui iudicat
omnia, & comprobat. Nõ iurgialiter ſtamus,
non ad contradictionem reſpicimus, nec fa-
uorem inanẽ amplectimur: ſed in verbo Dei
propoſito, huiuſmodi requiſitionis reſolu-
tionem feciſſe dinoſcimur, confidentes quo-
niam pacis Dominus Deus, ad alterutrũ no-
ſtrorum vnitatem & dilectionem conſeruabit
in gloria eius benigniſſimæ maieſtatis. Omnẽ
cum veſtra beatitudine in Chriſto exiſtentem
fraternitatem, tam nos, quàm qui nobiſcum
ſunt, multùm ſalutamus. Data 8. Kalendas
Nouembris, Philemone & Attico viris clariſ-
ſimis conſulibus.

EPISTOLA LIBERII PAPÆ AD omnes generaliter Epiſcopos, vt nullus pro perſecutionibus, dum durarè poteſt, ſuam relinquat Eccleſiam, nec quietẽ magis eligat, quàm pro populo ſibi commiſſo laborare intendat. Et eſt Epiſtola eiuſdem ſecunda.

Dominis ſanctiſſimis & Deo amantiſ-
ſimis vniuerſis Epiſcopis, Liberius Epi-
ſcopus in Domino ſalutẽ. Nihil eſt quod nos
diù ſtare faciet, niſi Dei gratia. Cæterùm ne-
quitia

quitia Diaboli, contemptibile malum, plenũ veneno mortifero ſæuit, qui ſurſum atque deorſùm circuit, quærens quem deuoret. Vndè vigilare, & ſobrij eſſe ad orationes, & Deo propinquare debemus, & fatuas, Domino auxiliante, hominum inſidias, prout Dominus poſſe dederit, reſpuere, & patres ſequi, & non tranſgredi terminos patrum, (id eſt, ut non relinquamus noſtras, dum in eis perſiſtere aliquo modo valebimus, Eccleſias, ut ad alias properemus) aut populos nobis commiſſos negligere, ut* quietem ampliùs quàm pro eis elaborare, pro quibus etiàm animas ponere debemus, ſtudeamus, nè reprobi in conſpectu DEI inueniamur, ſed fructuoſos illi manipulos de commiſſis nobis gregibus, ipſo adminiculante, præſentare valeamus, quàquàm multi nos perſequantur, & oues Chriſti dilacerare deſideret, qui quaſi in veſtibus ouium apparent, intùs autem ſunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoſcimus. Iſti primò quidem videntur ex nobis eſſe, ſed non ſunt ex nobis: Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtiquè nobiſcum. Quandò verò ſuam eiomuerint impietatem, dolum qui in eis eſt, erumpẽtes, & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia diuina ſenſus inexercitatos habent, ſecum eos contrahunt ad perditionẽ, ſubuertentes & iniuriãtes paternas doctrinas, ſicut & ſacras ſcripturas ad perditionem ſuã, quos oportet præſcienter cauere, nè malitia eorum quidam ſeducti, abſcindantur à propria firmitate. Exacuunt enim linguas ſuas, iuxta prophetæ vocem, ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labijs eorum. Nec nos pigeat, per temporales cruciatus pro Chriſti nomine elaborare, ſed emolumẽta futuræ remunerationis, huius ſeculi vexationes tolerare perſuadeant. Scriptum nanque eſt: Quid retribuã Domino pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiã, & nomen Domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantum poſſumus famulatûs noſtri obſequio commodare. Vndè quidem tantũ nos neceſſè eſt importunis prædicationibus inſiſtere, quãto nobis perfectæ negociationis creditur duplicata talentorum aſſignatio, atque Dominicæ vocis, ad ſuſcipiendã eius requiẽ, perſuadet aſſertio. Suggeſtum nanque nobis eſt, quòd pro præteritis laboribus & infeſtationibus nõnulli veſtrûm aſſignatas ſibimet, & à Deo commiſſas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debẽt, Eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſſis laborare negligant, & monaſteriorũ ſe quieti contradere feſtinẽt, & vacationem ab Epiſcopatûs laboribus eligere, & ſilentio atque ocio vitam degere magis appetãt, quàm in his, quæ ſibi commiſſa ſunt, permanere, dicẽte Domino: Beatus qui perſeuerauerit vſque in finẽ. Vndè nanque eſt beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? Quoniam ſecundùm apoſtolicam prędicationem, omnes qui voluerint in Chriſto piè viuere, perſecutionem patiuntur. Ideoque, fratres chariſſimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis veſtræ propoſito coarctet recedere. Cõſiderate nanque, quanta pro abſolutione noſtrî & liberatione creator, Dominusq; & redemptor noſter pertulerit, quibúsve ſe contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis poteſtatis Diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis & omni gregi, in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine, vt non ſit, qui vos decipiat aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, ut plebes vobis commiſſas relinquatis, & alicui, propter malorum opprobrium hominum, quieti vos tradatis, & vt vos ſolummodò ſalnetis, & filios orphanos relinquatis. Apertiſſimè enim Spiritus ſanctus per Apoſtolũ dicit, quia in nouiſſimis temporibus recedent quidam à fide & charitate, attendentes ſpiritibus ſeductoribus & doctrinis Dæmoniorũ, & in hypocriſi mendacij eloquiorũ cauteriatam habentes ſuam conſcientiam. Propter quod vigilate & orate, vt nõ intretis in tentationem. Quæ verò mentis tranſgreſſio operatur in his, qui non crediderint ſermonibus Domini, & receſſerint pro ſua quiete à ſeruitio ſibi commiſſo, & ſuis ſe ſubdiderint voluptatibus? Talibus quippe & alijs pro populo Dei conſtricti neceſſitatibus, nè pereatis vnà cum omnibus vobis commiſſis, ſed ſalui ſitis in die æternæ retributionis, hortamur veſtrã charitatem, exemplo eius, qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis eius permanere ſeruitijs, nec quidem quoquo modo à commiſſa cura recedere, ſed totis viribus, in commiſſis vobis negocijs, fortiter vſque in finem perdurare: quoniã beatus eſt, qui perſeuerauerit vſque in finem: nec laudatur initium, ſed finis. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira DEI in filios diffidentiæ. Nolite ergò effici comparticipes eorum dogmatum, neque communicetis infructuoſis verbis illorum, magis autem & redarguite: quoniam cœtus præuaricatorum ſunt, & extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & non veritatis. Completũ eſt in eis, quia de malo ad malũ egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. Veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam ſuam perſecutores eccleſiarũ, earumq; ſacerdotum, loqui mendacium. Vt impiè agerent, laborauerũt, & renuerunt ſcire me, dicit Dominus. State ergò vos, dilectiſſimi, ſuper vias, & videte. Interrogate de ſemitis Domini antiquis, & videte, quæ eſt via bona ſanctorũ Patrum, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris. Sed & ſi patimini propter Chriſtum, beati eritis. Metum autem eorum nè timueritis, neque conturbemini. Dominum autẽ Deum ſanctificate in cordibus veſtris, ipſo dicente: (Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animã autẽ non poſſunt

occide-

Marginalia: 1.Pet.5.b; *for. quieſcere.; Mat.7.c; 1.Ioã.2.c; Pſal.139.; Pſal.115.; Mat.25.b; Luc.19.c; 7.quæſt.1. Suggeſtũ eſt nobis.; Mat.10.c & 24.b; 2.Tim.3.c; Acto.20.f; Rom.16.c; 1.Tim.4.a; Mar.14.c; Luc.22.e; Luc.22.e; Ephe.5.b; Hiere.9.a; Hiere.6.d; 1.Pet.3.c; Mat.10.e

» occidere. Sed potiùs eum timere, qui poteſt
» animã & corpus perdere in gehennã. Nónne
» duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non
» cadet ſuper terrã ſinè patre veſtro? Veſtri au-
» tem & capilli capitis omnes numerati ſunt.
» Nolite ergò timere, multis paſſeribus melio-
Heb.12.a res eſtis vos.) Rememoramini ergò fratres
eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduer-
sùs ſemetipſum cõtradictionem, vt nè fatige-
mini animis veſtris, deficiẽtes. Nondùm enim
* certauiſtis. vſque ad ſanguinem * certauimus, aduersùs
peccatum repugnantes.

Heb.6. b Confidimus autem de vobis, fratres chariſ-
Rom.8. g ſimi, meliora & viciniora ſalutis, quia neque
mors, neque vita, neque Angeli, neque princi-
patus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque
futura, neque fortitudo, neque altitudo. neque
profundum, neque creatura alia, magiſtro gẽ-
tium docente, poterit nos ſeparare à charitate
Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & quæ in ipſo eſt, re-
Heb.10.g cta fide. (Nolite itaque amittere confidentiã
» veſtrã, quæ magnam habet remuneratiõẽ.)
Patiẽtia enim nobis neceſſaria eſt ad colluctati-
ones aduerſariorũ, quatenùs fidẽ inteme-
ratam vſque in finem conſeruãtes, repromiſ-
ſionẽ percipiamus, quam repromiſit his, qui
Agg.2. Abac.2. legitimè certare deproperant. Adhuc enĩ mo-
dicum aliquantulum, qui vẽturus eſt, veniet,
Iacob.5.b & non tardabit. Eccè enim iudex ante ianuã
aſſiſtit, coronas hilariter promittens his, qui
pro eo paſſionibus ſubmittunt. Quòd ſi ſub-
* meæ traxerit ſe quis, nõ placebit aĩæ * ſuæ, ſed ca-
Heb.10.g det de promiſſione ꝓ negationem. Nos au-
tem non ſimus ſubtractionis filij in perditio-
Ephe.6. e nem, ſed fidei in acquiſitionem animæ. Pro-
pter quod aſſumite arma Dei, vt poſſitis re-
ſiſtere in die malo, aduersùs omnes inimicos
ſanctæ Dei eccleſiæ & veſtros, & induite vos
loricã iuſtitiæ, calceati pedes in præparatio-
nem euangelij pacis, in omnibus aſſumentes
ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia iacula ne-
* ignea. quiſſimi * ignita extinguere: & galeã ſalutis
accipite, & gladium ſpiritûs, quod eſt verbũ
Dei, per omnem orationem & obſecrationẽ
radicati & fundati in ſolatio fratrũ ꝑ Chri-
Rom 15.d ſto Ieſu Dño noſtro. Sed & nunc, fratres, cõ-
mendamus vos omnes Dño, & verbo gratiæ
eius, qui poteſt perficere & dare hæreditatẽ
ibidèm. vobis cum omnibus ſanctis. Ipſe autem Deus
pacis & conſolationis det vobis idipſum ſa-
pere in alterutrũ, vt vobis inuicèm ſuccurra-
tis, & non ſitis diuiſi, vt vnanimes vno ore &
* puro * vno corde honorificemus eũ in concordiã
Rom.16.d & conſolationẽ fratrũ, qui põt cõfirmare nos
ſecundùm euangelium eius, iuxta reuelatio-
nẽ myſterij æterni, tẽporibus ſcilicet perpe-
tuis taciti, quibus vobis futurorũ gaudiorum
largiẽda ſunt munera. Summoperè etiàm cõ-
ſiderare debetis, quòd hi qui fratribus inui-
dent, eoſque damnare aut perdere cupiunt,
per ſe ſua dogmata deſtruũt. Dicit enim Do-
Luc 11. e minus: (Omne regnum in ſe diuiſum, non
Matt.12.b ſtabit:) & omnis ſcientia & lex, aduersùm ſe
diuiſa non ſtabit. Ideóque neceſsè eſt, vt con- Marc.3. c
corditer ſalubres ſuſcipiatis hortatus, & ni- Philip.2.a
hil per contentionem agentes, ſed ad omne
ſtudiũ deuotionis vnanimes, diuinis & apo-
ſtolicis cõſtitutionibus pareatis, & in nullo pa-
tiamini prouidentiſſima canonum decreta
violari, quatenùs & Nicenorum canonum
conſtituta, & quæ à nobis vel à prædeceſſori-
bus noſtris ſunt prouidè & ſalubriter decre-
ta, intemerata permaneant in futuro.

Quomodo Macedoniani cum Liberio Romano Epiſcopo concordiam inierint. Cap. 11.

HOMOVSIANIS autẽ tum tẽporis vehementer exagitatis, verſa eſt iterum perſequutio contra Macedonianos. Illi autẽ metu & violentia anguſtiati legationes inter ſe per ciuitates miſerunt, ſignificantes neceſſariò confugiendum eſſe cum ad fratrem Imperatoris, tum ad Liberium Romanum Epiſcopum, amplectendumq; illorũ fidem magis quàm communicandum cum Eudoxio. Mittunt igitur Euſtathium Sebaſtiæ, qui ſæpius fuerat depoſitus, Siluanũ, Tarſi Ciliciæ, & Theophilum Caſtabalæ, quæ & ipſa eſt Ciliciæ ciuitas, dantque illis in mandatis, ne in fidei cauſa diſcrepent à Liberio, ſed cum Romana eccleſia communicent, & fidẽ homouſianam confirment. Hi literas Seleuciæ ſcriptas adferentes antiquam Romam veniunt. & Imperatorem quidem non conueniunt, eo ꝙ in Gallijs occupatus bellum contra Sauromatas gereret, Liberio autem epiſtolas offerunt. Hic eas nullo pacto recipere volebat. Dicebat enim eos ex Arianorum eſſe parte, nec poſſe ab eccleſia recipi, vt qui Nicęnam fidem reprobaſſent. Illi autem reſpondebãt, per reſipiſcentiam ſe veritatem agnouiſſe, & iam antea Anomiorum fidem abnegaſſe, & filium patri per omnia ſimilem eſſe confeſſos, nec homion differre ab homouſio. Cum hæc dixiſſent, exigit ab eis Liberius ſententiæ huius confeſſionem ſcripto comprehenſam. Illi autem offerunt ei libellum, in quo & verba fidei Nicææ expoſitæ, adſcripta erãt. Epiſtolas quidem quas Smyrnæ in Aſia, & Piſidiæ, & Iſauriæ, & Phamphiliæ & Lyciæ congregatis Synodis ſcripſerant hoc loco, propter prolixitatem non adſcripſi, libellus verò, quem qui cum Euſtathio legati erant, Liberio tradiderunt hic eſt.

DECRETA LIBERII PAPÆ,

prioribus non inſerta, deſumpta ex codice vetuſto 16. librorum, lib. 13. cap. 9.

Quòd in diebus ieiunij nulla iurgia eſſe debeant.

In his ieiuniorum diebus nullæ lites, nullæ cõtentiones eſſe debent, ſed in Dei laudibus & opere neceſſariò perſiſtendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadrage-

ſimæ

ſimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt, Dominus per Prophetã dicens: Eſa. 58. a (Eccè in diebus ieiunij veſtri inuenitur volũtas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Eccè ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè.)

EIVSDEM CAPITE DECIMO.

Vt in ſacris diebus ieiuniorum, coniugati à coniugibus ſe abſtineant.

Abſtinendum eſt in his ſacratiſſimis quadraginta diebus à coniugibus & caſtè & piè viuẽdum, vt ſanctificato corde & corpore iſti dies tranſigantur, donec perueniatur ad diem ſanctum Paſchæ: quia penè nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliç & eleemoſynç non commendant.

EIVSDEM CAPITE XII.

Si euenerit fames aut inæqualitas aeris: quid agendum.

Si euenerit fames, inæqualitas aeris, peſtilentia, vel talis qualiſcũque tribulatio: ſtatim ieiunijs, elemoſynis & obſecrationibus Domini miſericordia deprecetur.

CONCILIVM LAODICENVM,

SECVNDVM QVOSDAM IN FINE LIBERII,

ſecundùm alios, in initio Damaſi Papę I. ſeruatum ſeu celebratum.

LAODICEA *vrbs vini fertilitate, & ciuium felicitate celeberrima. Syriæ Tetrapolis, Lyco flumini impoſita. Vide Ptolem. lib. 5. cap. 15. & Plinium lib. 5. cap. 23. & 29. & Strabonem lib. 16.*

CAPITVLA CONCILII LAODICENSIS, SECVNDVM DIVERSAS TRANSLATIONES.

EDITIO PRIMA.	EDITIO SECVNDA.
De bigamis. 1	De bigamis. 1
De his, qui pro diuerſis erratis pœnitudinem feruentius exegerunt. 2	De his, qui diuerſorũ peccatorum lapſus incurrunt. 2
Quod non oporteat ad clerum ſtatim poſt baptiſma promoueri. 3	De neophytis, non promouendis ad ſacerdotium. 3
De tempore ordinationum. 4	Nõ licebit cotã catechumenis clericos fieri. 4
Vt hi, qui ſacrario ſeruiunt, vſuras non exigant. 5	Non licere clericis, vſuram uel ſeſcupla accipere 5
De hæreticis intrantibus in Eccleſias, vel baſilicas martyrum. 6	Non debere hęreticos, in hęreſi permanentes, in Eccleſiam ingredi. 6
De his, qui ad Eccleſias ab hęreticis veniunt. 7	De Nouatianis & Quartodecimanis. 7
De his, qui veniunt ab hęreſi Cataphrygarũ. 8	De Cataphrygis ad Eccleſiam venientibus. 8
De his, qui ad hæreticorum ſpeluncas cauſa orationis accedunt. 9	Non debere catholicos in ea, quæ martyria ſua hęretici dicunt, intrare. 9
De his, qui cum hæreticis nuptiarum copula iunguntur. 10	Non debere catholicam hęreticorum matrimonio ſociari. 10
Non congruere, presbyteras in mulieribus *ordinare. 11 (*ordinari)	De catechumenis Eccleſię. 11
De Epiſcopalibus ordinationibus. 12	De ordinandis Epiſcopis cum cõſilio metropolitani & finitimorum Epiſcoporum. 12
Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere. 13	Non licere populo, miniſtros altaris eligere. 13
Ad alias parochias eulogias, quę oblatę ſunt, minimè deſtinandas. 14	Sanctas oblationes pro eulogijs in feſtiuitate Paſchali, ad alias parochias non debere tranſmitti. 14
De his qui debeant in ambone, id eſt, in pulpito pſallere. 15	De Pſalmiſtis. 15
De lectionibus, quæ debeant ſabbatis recenſeri. 16	Vt ſanctum Euangelium ſabbatis legatur. 16
Quòd interſtitium pſalmorum debeat in ſabbati fieri. 17	Pſalmos ſparsim non licere confundi. 17
De precibus nona & veſpera celebrandis. 18	De orationibus quotidianis. 18
De precibus poſt homilias, i. poſt ſermones habitos ad populum, proferẽdis. Et de his quos intra ſacrariũ cõmunicare cõueniat. 19	De ordine orationum catechumenorũ, atque fidelium, & communione. 19
De honore, quem presbyteris diaconi, & diaconis hi, qui ſunt ipſis inferiores, debeant exhibere. 20	De diſciplina atque modeſtia clericorum. 20
Quòd ſubdiaconi à diaconio, i. à ſacrario vel ſecre-	De miniſterio ſubdiaconorum. 21

De

ſecretario ſint remoti. 21
Subdiaconos cũ orarijs aſſiſtere nõ debere. 22
Lectores, cãtoreſque cum orarijs agere ſuum officium non debere. 23
Quòd nullus Eccleſiaſticorum in tabernis comedere debeat. 24
Quòd ſubdiaconi nõ debeant benedicere, vel benedictionem tribuere. 25
De exorciſtis, qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati. 26
Quòd de conuiuijs, quæ ex agape fiunt, (eſcarum) partes accipi non debeant. 27
In eccleſijs prandia fieri non debere. 28
De Chriſtianis, qui ſabbatizare, vel iuxta quẽdam modum, iudaizare noſcuntur. 29
De viris cum mulieribus lauacra celebrantibus. 30
De his, qui cum hæreticis iungunt fœdera nuptiarum. 31
Ab hæreticis eulogias accipere nõ debere. 32
De ſchiſmaticis. 33
De martyribus hæreticorum. 34
De his, qui Angelos colunt. 35
De his, qui incantationibus vel phylacterijs vtuntur. 36
De his, qui ab hæreticis vel Iudæis feſtiuitatis eorum dona ſuſcipiunt. 37
De Chriſtianis, qui Iudæorũ azyma comedũt. 38
De Chriſtianis celebrantibus feſta gentiliũ. 39
De Epiſcopis, qui eas, quæ fiunt, euocationes ad Synodum, * vitant. 40
Quòd ſinè literis, miniſterio ſacro ſeruientes, proficiſci non debeant. 41
Quòd præter Epiſcopum, clericus proficiſci non debeat. 42
Vt ſubdiaconi ad oſtia perſeuerent. 43
Vt ad ſacrarium mulieres non introeant. 44
De his, qui circa mediam ſeptimanam ad baptiſma veniunt. 45
De redditione fidei baptizandorum. 46
De his, qui in ægritudine baptizantur. 47
Vt poſt baptiſma chriſma detur. 48
Oblationes offerri in Quadrageſima non oportere. 49
Non debere ieiuniũ ſolui in quinta feria maioris * ſeptimanæ. 50
Nõ debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri. 51
Vt natalitia vel nuptiæ in Quadrageſima non fiant. 52
Vt in Chriſtianorum non ſaltetur nuptijs. 53
Non licere clericis, ludicris ſpectaculis intereſſe. 54
Non congruere penitùs Chriſtianis, comeſſationibus intereſſe. 55
Nõ licere presbyteris, introire ad altare, priuſquàm ingrediatur Epiſcopus. 56
Qui in agris vel poſſeſſionibus debeant ordi-

* vetant

* hebdomadæ.

De miniſtris, vt orario non vtantur. 22
Quoniam nõ oportet lectores vel pſalmiſtas orario vti, & ſic legere. 23
De lectoribus & pſalmiſtis, vt tabernas non intrent. 24
Non licet miniſtris panem dare, aut calicem benedicere. 25
De exorciſtis. 26
Non debere clericos ſiue laicos ad agapen vocatos, partes tollere. 27
Non licere in eccleſijs accubitus ſternere, vel agapen facere. 28
Non debere Chriſtianos ſabbatizare. 29
Nulli Chriſtiano licere, cum mulieribus lauacra exercere. 30
De cauendis hæreticorum connubijs. 31
Non licere ab hæreticis eulogias accipere. 32
Non debere cum hæreticis aut ſchiſmaticis orare. 33
Non eundum ad falſos martyres. 34
Non licere Chriſtianis, derelicta eccleſia, ad angulorum congregationes colligi. 35
Nõ licere, clericos magos vel incantatores eſſe, aut phylacteria facere. 36
Non licere, ab hæreticis vel Iudæis feriatica, quæ mittuntur, accipere. 37
Non licere, à Iudæis azyma accipere. 38
Non licere, cum paganis feſta celebrare. 39
Epiſcopos ad Synodum vocatos, non debere contemnere. 40
Non debere clericum vel laicum ſinè epiſtolis peregrinari. 41
Nullum clericũ debere, ſine epiſcopi ſui iuſſione, peregrinari. 42
Miniſtros non debere ab oſtijs recedere. 43
Non debere mulierem ingredi ad altare. 44
Non oportet per duas ſeptimanas Quadrageſimæ aliquem ad baptiſmum ſuſcipere. 45
Baptizandos debere ſymbolum fidei & diſcere & docere. 46
De his, qui in ægritudine baptizantur. 47
Quia poſt baptiſmum chriſmandum eſt. 48
In quadrageſima, ſabbato tantùm & Dominica offerendum eſt. 49
Non licere, quinta feria ſeptimanæ maioris, ieiunium ſolui. 50
Non debere in Quadrageſima, niſi ſabbato & Dominica, natalitia martyrũ celebrari. 51
Non licere, nuptias fieri in Quadrageſima. 52
Non licere, Chriſtianos ad nuptias euntes, cantare aut balare. 53
Non licere, miniſtros altaris vel cęteros quoſlibet, ſpectaculis quæ in nuptijs aut in cœnis exhibentur, intereſſe. 54
Non debere clericum vel laicum Chriſtianũ, ex ſymbolis conuiuia celebrare. 55
Non oportet presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, aut ſedere in tribunalib*. 56
Non debere in vicis & villis epiſcopos ordinari,

ordinari. 57
Oblationes offerri in domibus non oportere. 58
Quæ pſallere vel legere in Eccleſia conueniat. 59

nari, neque presbyteros ſine præcepto vel conſilio epiſcopi aliquid agere. 57
Non oportere, in domibus ab epiſcopis vel presbyteris oblationem fieri. 58
Non licere, pſalmos ab idiotis compoſitos, in Eccleſia dici, nec libros qui non ſunt canonici, legere. 59

TEXTVS CANONVM CONCILII LAODICENSIS PHRYGIAE PACATIANAE.

Eſt Synodus prouincialis.

PRÆFATIVNCVLA.

	EDITIO j.	EDITIO ij.	Concilij Laodiceni Canones, verſi à Gentiano Herueto.	
	SAncta Synodus, quæ apud Laodiceam Phrygię Pacatianæ conuenit ex diuerſis regionibus Aſiæ, definitiones expoſuit eccleſiaſticas, quæ ſubter annexæ ſunt.	SAncta Synod⁹, apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianę conuocata ex diuerſis prouincijs Aſiæ, regulas expoſuit eccleſiaſticas, ſicut infrà ſcriptum eſt.	SAncta Synodus, quæ Laodiceæ, quæ eſt vrbs Phrygiæ Pacatianę, ex diuerſis Aſię prouincijs congregata eſt, cõſtitutiones Eccleſiaſticas edidit, vt hic ſubiectum eſt.	
	CAP. I. De his, qui ſecundùm Eccleſiaſticam regulã liberè ac legitimè ſecundis nuptijs iũcti ſunt, nec occultè nuptiarũ copulam fecerunt, oportet, vt paruo tempore tranſacto, vacent orationibus & ieiunijs, quibus etiam iuxta indulgentiam, communionem reddi decreuimus.	CAP. I. De eo, quòd oportet ſecundùm eccleſiaſticum canonem, eos qui liberè & legitimè ſecundò nuptijs connexi ſunt, nec occultam permixtionem operati ſunt, pauco tempore exempto, vacare orationibus & ieiunijs. & ſecundùm veniã reddi eis communionem.	Oportere ex Eccleſiaſtico canone eos, qui liberè & legitimè ſecundo matrimonio cõiuncti ſunt, & non clàm vxores duxerunt, cùm exiguum tempus prætererit, & orationibus & ieiunijs vacauerint, eis ex venia dari communionem.	Can. 1.
	2 De his qui diuerſis facinoribus peccauerunt, & perſeuerantes in oratione cõfeſſionis & pœnitentiæ, conuerſionem à malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impenſum, propter clementiam & bonitatem Dei communio concedatur.	2 His, qui diuerſorum peccatorum lapſus incurrunt, & inſtant orationi, confeſſioni ac pœnitentiæ malorum ſuorum perfectam cõuerſionem demonſtrantes, pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus tribuendum eſt: ꝓp miſericordiã & bonitatem Dei, qui huiuſmodi ſunt, reuocandi & ad cõmunionẽ ſunt applicandi.	Eos qui in diuerſis delictis peccant, & in oratione cõfeſſioneque & pœnitentia fortiter perſeuerant, & ſe à malis perfectè conuertunt, tempore pœnitentiæ eis pro delicti ꝓportione dato, propter Dei miſerationes & bonitatem, offerri communioni.	Can. 2.
	3 De his, qui nupèr ſunt illuminati baptiſmate, quòd eos in ſacerdotali non conueniat ordine promoueri.	3 Non oportet neophytum ꝓmoueri ad ordinem ſacerdotalem.	Non oportere eos, qui ſunt recèns illuminati, in ordinem ſacerdotalem promoueri.	Can. 3.
	4 Quòd non oporteat, ordinationes ſub cõſpectu audiẽtium celebrari.	4 Nõ licere, manûs impoſitionẽ ſuper ordinandos, præſentibus catechumenis, fieri.	Nõ oportet hominẽ ſacratũ fœnerari, & vſuras, & q̃ dicuntur ſeſquialteras accipere.	Can. 4.
Diſt. 46. Non licet fœner.	5 Quòd non oporteat, ſacerdotes & clericos fœnerantes vſuras vel quę dicuntur ſeſcupla, id eſt, ſummam capitis, & dimidiũ ſummæ, percipere.	5 Non licere fœnerari miniſtris altaris, vel in ſacerdotali ordine conſtitutis, vel vſuras vel lucra, quæ ſexcupla dicuntur, accipere.	Non oportere ordinationes fieri in præſentia eorum qui audiunt.	Can. 5.
	6 Quòd hęretici, nõ permittendi ſint ingredi in domum, in hæreſi permanentes.	6 Non concedendum hæreticis ingreſſum domûs Dei, in hæreſi permanentibus.	Non permittere hæreticis, vt in domum Dñi ingrediantur, ſi in hæreſi permaneant.	Can. 6.
	7 De his, qui ab hæreticis conuertuntur, id eſt, Nouatianis, aut Photinianis, aut Teſſaradecatitis, ſiue ba-	7 Nouatianos, vel etiã Quartodecimanos, quos Græci Theſſaradecatites appellant, id eſt, qui quartadecima Lu-	Eos qui ex hæreſibus, hoc eſt, Nouatianis, ſiue Photinianis, vel Teſſaradecatitis conuerterunt, ſiue catechumenos,	Can. 7.

ptizati ſint illi, ſeu catechumeni, non ante ſuſcipiantur, quàm omnes hæreſes anathematizent, & præcipuè illam qua detinebantur. Et tunc demùm hi, qui apud eos dicebantur fideles, noſtrę doceantur fidei ſymbolum: & vncti ſancto chriſmate, ſic myſterijs communicent ſacroſanctis.

8 De his, qui conuertuntur ab hæreſi, quæ dicitur Cataphrygarum, & ſi in clero, qui apud eos eſſe credit, fuerint, & ſi maximi nominētur, hos ſub omni diligētia ab Epiſcopis Eccleſię vel presbyteris inſtrui & baptizari conueniet.

9 Quòd non permittantur eccleſiaſtici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea, quæ ab eis martyria appellantur, orationis cauſa vel ſanitatis accedere: ſed huiuſmodi, ſi fideles fuerint, certo tempore cõmunione priuari: pœnitentes autem, & confitentes ſe deliquiſſe, conuenit ſuſcipi.

10 Quòd nõ oporteat, indifferenter eccleſiaſticos fœdere nuptiarum hæreticis ſuos filios filiasque coniungere.

Diſt. 32. Mulieres quæ. 11 Quòd non oporteat eas, quæ dicuntur presbyteræ vel præſidentes, eccleſijs ordinari.

Diſt. 61. Epiſcopũ nõ oportet. 12 Vt Epiſcopi iudicio Metropolitanorum & eorũ Epiſcoporum, qui circumcircà ſunt, prouehantur ad eccleſiaſticam poteſtatem, hi videlicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, quàm rectę conuerſationis exemplo.

Diſt. 63. Non eſt permit. 13 Quòd non ſit permittendum turbis electiones eorum facere, qui ſunt ad ſacerdotiũ prouehendi.

14 Quòd ſancta nullo modo, cauſa eulogiarum tempore Paſchalis feſti, ad alias parochias debeant deſtinari.

na primi menſis cum Iudæis Paſcha celebrant, ſed & catechumenos eorum vel fideles non recipi, priuſquàm condemnent omnē hæreſim pleniſſimè, ante omnia autem, in qua detinebantur. Et nunc, qui apud eos fideles dicũtur, ſymbolum fidei doceantur, atque ità vnctos ſancto chriſmate, diuino ſacramento communicare conueniet.

8 Eos, qui conuertuntur ab hæreſi, quę dicitur Cataphrygarum, ſeque in clero conſtitutos exiſtimant, quamuis magni dicantur, huiuſmodi cum omni diligētia catechizari oportet, & baptizari ab eccleſię catholicæ Epiſcopis & presbyteris.

9 Non concedendum, in cœmeteria & quæ martyria hæreticorum dicũtur, catholicos orationis gratia & petēdæ curationis intrare. Sed & qui ierint, ſi ſunt fideles, incõmunicabiles factos, ad pœnitentiam vſque ad aliquod tēpus redigi: pœnitentes autem eos, & erraſſe ſe confitentes, ſuſcipi oportere.

10 Eos, qui ad Eccleſiã pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptijs minimè ſociare debere.

11 Mulieres, quæ apud Gręcos presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ ſeniores, viniuiræ, & matriculariæ nominantur, in eccleſia, tanquàm ordinatas, conſtitui nõ debere.

12 Epiſcopos non oportet, præter iudicium Metropolitanorum & finitimorum Epiſcoporum, conſtitui ad Eccleſiæ principatum. Nec eligantur niſi hi, quos multò antè nota probabiliſque vitã commendat. Et nihilominùs, ſi in ſermone fidei & recta operatione per ſuam conuerſationem fuerint probati.

13 De eo, quòd nõ ſit populis concedendum, electionem facere eorum, qui altaris miniſterio ſint applicandi.

14 Sanctas oblationes, ad vicem eulogiarum, per feſtiuitatem Paſchalē ad alias parochias mitti minimè oportere.

ſiue qui apud illos fideles dicunt, non admitti priuſquàm omnem hæreſim anathematizauerint, & præcipuè eam in quàm detinebantur: & tunc deincèps eos, qui apud illos fideles dicebantur, fidei ſymbola diſcētes, & ſancto chriſmate inunctos, ſic ſancto myſterio communicare.

Eos qui ab eorum hæreſi, qui Phryges dicuntur, cõuertuntur, ſiue ſint in clero qui apud illos exiſtimāt, ſiue maximi dicantur, eos cum omni ſtudio catechizari ſeu initiari, & baptizari ab Eccleſiæ Epiſcopis & presbyteris. Can. 8.

Non concedendum eſſe, vt in cœmeteria, vel in ea quæ dicuntur martyria quorumuis hæreticorum, abeant ij qui ſunt Eccleſiæ, orationis vel venerationis (θεραπείας) gratia. Sed tales ſi ſint fideles, eſſe aliquantiſpèr excommunicatos: ſin autem penitentia ducantur, & ſe deliquiſſe confiteantur, ſuſcipi. Can. 9.

Non oportere eos qui ſunt Eccleſiæ, indiſcriminatim ſuos filios hæreticis matrimonio coniungere. Can. 10.

Non oportere eas, quæ dicuntur presbyteræ & præſidentes, in Eccleſijs conſtitui. Can. 11.

Vt Epiſcopi Metropolitanorum & eorum qui ſunt circuncircà Epiſcoporum iudicio, in Eccleſiaſtico magiſtratu conſtituãtur, diù examinati & in ratione fidei, & in rectæ rationis diſpenſatione. Can. 12.

Turbis non eſſe permittendum, eorũ qui ſunt in ſacerdotio conſtituẽdi, electionem facere. Can. 13.

Ne ſãcta inſtàr benedictionum, in feſto Paſchæ in alias parochias tranſmittantur. Can. 14.

15 Quòd non oporteat amplìus, præter eos qui regulariter cantores exiſtunt, qui & de codice canũt, alios in pulpitum conſcendere, & in Eccleſia pſallere.

16 Quòd in ſabbatis Euangelia cum alijs ſcripturis legi conueniat.

17 Quòd in conuentu fideliũ nequaquàm pſalmos continuare conueniat, ſed per interuallum, id eſt, per pſalmos ſingulos recenſeri debeant lectiones.

18 Quòd idipſum officium precum, & nona & veſpera ſemper debeat exhiberi.

19 Quòd oporteat ſeorsùm primùm poſt allocutiões Epiſcoporũ, orationes ſuper catechumenos celebrari. Et poſtquàm catechumeni egreſſi fuerint, ſuper eos, qui ſunt in pœnitentia, precem fieri. His etiàm accedẽtibus ad manum ſacerdotis, & diſcedentibus, tres orationes cõſummari fidelium, ità vt prima quidem ſub ſilentio, ſecunda verò & tertia per exclamationes ſolitas expleantur, & ità demùm pacem ſibi inuicèm dabunt. Et poſteaquàm dederint Epiſcopus presbyteris oſculum pacis, tunc laici ſibi tribuent. Et ità ſancta celebrabitur oblatio. Solis autem miniſterio ſacro deditis, ad altare ingredi, & communicare ibidèm liceat.

Diſt. 93. Nõ opor. Et in Cõcilio Agathè. c. 65. 20 Quòd non oporteat diaconum coram presbytero ſedere, ſed iuſſione presbyteri ſedeat. Similiter autem & diaconis honor habeatur ab obſequentibus, id eſt, à ſubdiaconis & omnibus clericis.

Diſt. 23. Nõ opor. Et in Cõcil. Agatẽ. cap. 66. 21 Quòd non oporteat, ſubdiaconos habere locum in diaconico, & Dominica vaſa contingere.

Diſt. 23. Miniſtrũ nõ opor. 22 Quòd non oporteat, ſubdiaconum vti orario, nec oſtia derelinquere.

23 Quòd nõ oporteat lectores aut cantores orarijs vti, & ità legere vel pſallere.

Diſt. 44. Nõ oportet cle. 24 Quòd non oporteat ſacro miniſterio deditos, à presbyteris vſque ad diaconos, & reli-

15 Non licere, præter canonicos pſaltes, id eſt, qui regulariter cãtores exiſtunt, quiq; pulpitum aſcendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in Eccleſia pſallere.

16 Sabbatis Euangelia cum alijs ſcripturis legenda eſſe.

17 In proceſſionibus nõ cõnectere, id eſt, ex diuerſis verſibus & ſenſibus libri vnũ cãticum minimè cõiungere, ſed ſingulorum pſalmorum ordinabiliter de medio debere fieri lectionem.

18 De eo, quòd ſemper eaſdẽ ſupplicationes orationum, & ad horam nonam & veſperã, oportet celebrari.

19 Quoniam catechumenorum orationem ſeparatim, & priùs poſt tractatum Epiſcoporũ oporteat celebrari. Quibus egreſſis, orẽt etiàm hi, qui in pœnitentia ſunt conſtituti, & poſt manũs impoſitionem, his quoquè abſcedentibus, tũc fideles orare debebunt. Quorum tres orationes fiant, vna quidem (i. prima) per ſilentiũ, ſecunda verò & tertia per vocis pronunciationem. Et tunc demùm oſculo pacẽ dari debere. Et poſteaquàm presbyteri Epiſcopo pacẽ dederint, tunc etiàm laicos dare. Et ſic oblatio offeratur. Solis autem miniſtris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.

20 Quoniam non oportet diaconũ ſedere, præſente presbytero, ſed ex iuſſione pſbyteri ſedeat. Similiter autẽ honorificetur & diaconus à miniſtris inferioribus, & omnibus clericis.

21 Quoniam non oportet, ſubdiaconos licẽtiam habere, in ſecretarium, quod Græci *diaconicon appellant, ingredi, & contingere vaſa Dñica.

22 Miniſtrum, non oportet orario vti, nec oſtia derelinquere.

23 Quoniam non oportet lectores aut pſaltes orario vti, & ſic legere aut pſallere.

24 Quoniam non oportet altari deſeruientes à presbyteris vſq; ad diaconos, & deinceps

Nõ oportere præter canonicos cãtores, qui ſuggeſtum aſcendunt, & ex membrana (διφθέρας) legunt, aliquos alios canere in Eccleſia. Can. 15.

Vt Euangelium cum alijs ſcripturis ſabbato legatur. Can. 16.

Non oportere pſalmos in conuentibus contexere, ſed in vnoquoq; pſalmo interiecto ſpatio, lectionem fieri. Can. 17.

Idem precum miniſterium omninò debere fieri in Nonis & veſperis. Can. 18.

Oportere ſeorsùm primùm, poſt Epiſcoporum ſermones (ὁμιλίας) catechumenorũ orationem peragi, & poſtquàm exiẽrint catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt, fieri orationem: & cùm ij ſub manũ acceſſerint, & ſeceſſerint, fidelium preces ſic tèr fieri: Vnam quidã, ſcilicet primã, ſilentio: ſecundam autem & tertiam, per pronũciationem impleri: deindè ſic pacem dari, & ſic ſanctam oblationem perfici: & ſolis licère ſacratis ad altare accedere & communicare. Can. 19.

Quòd non oportet diaconũ ante presbyteros ſedere, ſed ſedere cum iuſſu presbyteri. Similiter autem etiàm haberi honorem diaconis à miniſtris & omnibus clericis oportet. Can. 20.

Quòd non oportet miniſtros locũ habere in diaconis, & ſacra vaſa tangere. Can. 21.

* diaconium.

Quòd non oportet miniſtrum ferre orarium, neque enim fores relinquere. Can. 22.

Quòd nõ oportet lectores vel cantores ferre orarium, & ſic legere vel canere. Can. 23.

Quòd nõ oportet ſacratũ à presbytero vſque ad diaconũ, & deincèps quemlibet Eccleſia- Can. 24.

reliquum, Eccleſiaſticū ordinem, i. vſque ad ſubdiaconos, lectores, cantores, exorciſtas & oſtiarios, & ex numero cōtinentium & monachorum, ingredi tabernas.

Diſt. 93. Nō oportet diaconos. 25 Quòd non oporteat ſubdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

Diſt. 69. Nō oportet exorcizare. 26 Quòd hi qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati, tam in Eccleſijs, quàm in domib⁹ exorcizare non poſſint.

Diſt. 42. Nō oportet miniſtros alt. 27 Quòd nō oporteat ſacro miniſterio deditos clericos, aut laicos ad Agapen vocatos, ciborum partes accipere, propterea quòd hinc eccleſiaſtico ordini fiat iniuria.

Diſt. 42. Nō oportet in baſilicis. 28 Quòd nō oporteat in domicilijs diuinis, id eſt, in Eccleſijs conuiuia, quæ vocantur Agapæ, fieri, nec intra domū Dei comedere, vel accubitus ſternere.

29 Quòd nō oporteat, Chriſtianos iudaizare, & ociari in ſabbato, ſed operari eos in eodem die. Præferentes autē in veneratione Dominicū diem, (ſi vacare voluerint) vt Chriſtiani hoc faciant. Quòd ſi reperti fuerint iudaizare, anathema ſint à Chriſto.

Diſt. 81. Nō oportet miniſtros. Et in Agathen. Cōcilio, c. 67. 30 Quòd nō oporteat ſacris officijs deditos, aut clericos, aut continentes, vel omnem laicum Chriſtianum, lauacra cū mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes repræhenſio prima eſt.

31 Quòd non oporteat cum hæreticis vniuerſis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, ſed magis accipere, ſi tamen Chriſtianos ſe fieri promittant.

1. q. 1. Nō oportet hæreticorum bened. 32 Quòd nō oporteat ab hæreticis eulogias accipere, quia ſunt maledictiones potiùs q̄ benedictiones.

33 Quòd non oporteat cum hæreticis aut ſchiſmaticis pariter orare.

34 Quòd omnem Chriſtianum non oporteat deſerere martyrem Chriſti, & ire ad pſeudomartyres, id eſt, hæreticorum, & quos ipſos conſtet hæreticos extitiſſe. Hi nanque ſunt

cēps ordinis Eccleſiaſtici omnes, vſque ad miniſtros, aut lectores, aut pſaltes, aut exorciſtas aut oſtiarios, aut etiā eos, qui in propoſito continentiæ ſunt, tabernas intrare.

25 Nō oportet miniſtros panem dare, nec calicem benedicere.

26 Non oportet exorcizare eos, qui necdùm ab Epiſcopis ſunt prouecti, neque in Eccleſijs, neque intra domos.

27 Non oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos aut etiàm laicos ad Agapen vocatos partes tollere, propter iniuriam quæ ex hac occaſione Eccleſiaſtico ordini poſſit deputari.

28 Nō oportet in dominicis ſeu Eccleſijs Agapen facere, & intùs manducare vel accubitus ſternere.

29 Non oportet Chriſtianos iudaizare, & in ſabbato vacare, ſed operari eos in eadem die, dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tanquàm Chriſtiani. Quòd ſi inuēti fuerint iudaizare, anathema ſit.

30 Quoniam non oportet, miniſtros altaris, vel etiàm clericos quoſlibet, aut continentes, ſe aut omnem omninò Chriſtianum, cum mulieribus lauacra habere communia. Hæc eſt enim prima apud Gentiles repræhenſio.

31 Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miſcere connubia, & vel filios vel filias dare, ſed potiùs accipere, ſi tamen profiteantur, Chriſtianos ſe futuros eſſe catholicos.

32 Non oportet hæreticorū benedictiones accipere, quoniam iſtæ maledictiones magis ſūt, quàm benedictiones.

33 Non oportet cum hæreticis vel ſchiſmaticis orare.

34 Non oportet Chriſtianū, derelictis martyrib. Chriſti, abire ad falſos martyres. Hi enim alieni à Deo ſunt. Quicunque autē abire voluerint, anathema ſit.

cleſiaſtici ordinis vſq; ad miniſtros, vel lectores, vel cantores, vel exorciſtas, vel oſtiarios vel exercitatorum ordinis, in cauponam ingredi.

Quòd non oportet miniſtrum panē dare, vel calicem benedicere. Can. 25.

Quòd eos adiurare non oportet, qui ab Epiſcopis promoti non ſunt, neque in Eccleſijs neque in ædibus. Can. 26.

Quòd non oportet eos, qui ſacrati ſunt ordinis, vel clericos vel laicos, ad agapas vocatas, partes tollere, eò quòd ignominia inuratur ordini ſacerdotali. Can. 27.

Quòd non oportet in locis dominicis, vel in Eccleſijs eas quæ dicuntur agapas facere, & in domo comedere, & accubitus ſternere. Can. 28.

Quòd non oportet Chriſtianos Iudaizare, & in ſabbato ociari: ſed ipſos eo die operari: diem autem dominicum præferentes ociari, ſi modò poſſint, vt Chriſtianos. Quòd ſi inuenti fuerint vt Iudaizantes, ſint anathema apud Chriſtum. Can. 29.

Quòd nō oportet eum qui eſt ſacratus, vel clericus, vel exercitator, in balneo cum mulieribus lauari, neque omnem penitùs Chriſtianum vel laicum. Hæc eſt enim prima apud gentes condemnatio. Can. 30.

Quòd non oportet cū omni hæretico matrimoniū contrahere, vel dare filios aut filias: ſed magis accipere, ſi ſe Chriſtianos futuros profiteantur. Can. 31.

Quòd non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quæ ſunt potiùs maledictiones, quàm benedictiones. Can. 32.

Quòd nō oportet vnà cum hæretico vel ſchiſmatico orare. Can. 33.

Quòd nō oportet omnem Chriſtianū Chriſti martyres relinquere, & ad falſos martyres, hoc eſt, hæreticos abire, vel eos qui priùs hæretici fuēre. Hi enim ſunt à Deo alieni. Can. 34.

ſunt alienati à Deo. Sint igitur anathema, qui ad tales acceſſerint.

35 Quòd non oporteat Eccleſiã Dei relinquere, & abire, atque *Angelos nominare, & congregationes facere, quæ interdicta noſcuntur. Si quis igitur inuétus fuerit huic occultæ idololatriæ ſeruiens, ſit anathema, quia derelinquit Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, & ſe idololatriæ tradidit.

*angulos

26. q. 5. Nõ oportet ſac. & ſ Agathẽ. Concilio cap. 68.

36 Quòd non oporteat ſacris officijs deditos vel clericos, magos aut incantatores exiſtere, aut facere phylacteria, quæ animarum ſuarũ vincula comprobãtur. Eos autem qui his vtuntur, ab Eccleſia pelli præcipimus.

37 Quòd non oporteat à Iudæis vel hæreticis, quæ mittuntur, munera feſtiua ſuſcipere, nec cum eis feſta celebrare.

38 Quòd nõ oportet azyma à Iudæis accipere, & communicare impietatibus eorum.

39 Quòd non oporteat cum gentilibus feſta celebrare, & cõmunicare prauitatibus eorum, qui ſinè Deo ſunt.

Diſtin. 18. Nõ oportet vocatos.

40 Quòd non oporteat Epiſcopos ad Synodum vocatos omninò contemnere, ſed protinùs ire, & docere vel diſcere ea, quæ ad correctionem eccleſiæ, vel reliquarum pertinent rerum. Seipſum verò, qui contempſerit, accuſauit: niſi fortè per ægritudinẽ ire non poſſit.

De conſe. diſtinc. 5. Nõ oportet min.

41 Quòd nõ oporteat ſacerdotẽ vel clericum ſine literis proficiſci canonicis.

42 Quòd non oporteat ſacerdotem vel clericum, præter iuſſionem ſui proficiſci pontificis.

43 Quòd non oporteat ſubdiaconos, ſaltẽ paululùm, ianuas deſerere, & orationi vacare.

44 Quòd non oporteat mulieres ingredi ad altare, nec ea contingere, quæ virorum officijs deputata ſunt.

De conſ. diſtinc. 4. Baptizãd. ord.

45 Quòd nõ oporteat ad baptiſma quenquam poſt duas quadrageſimæ hebdomadas admitti.

46 Quòd

35 Nõ oportet Chriſtianos, derelicta Eccleſia Dei abire, & ad angulos idololatriç abominandæ congregationes facere, quæ omnia interdicta ſunt. Quicunque autẽ inuentus fuerit occultè huic idololatriæ vacans, anathema ſit: quoniam derelinquens Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, acceſſit ad idola.

36 Quoniam non oportet miniſtros altaris aut clericos magos & incantatores eſſe, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quç ſunt magna obligamẽta animarum: hos autẽ, qui talibus rebus vtunt, proijci ab Eccleſia iuſſimus.

37 Non oportet à Iudęis vel hæreticis feriatica, quæ mittuntur, accipere, nec cum eis dies agere feſtos.

38 Nõ oportet à Iudæis azyma accipere, aut communicare impietatibus eorum.

39 Non oportet cum paganis feſta celebrare, & impietatis eorum habere ſocietatem.

40 Nõ oportet vocatos Epiſcopos ad Synodum, contemnere, ſed abire debere, & aut docere, aut doceri, quæ ſunt ad Eccleſiæ cæterorũque correctionem. Quòd ſi contempſerit, ſeipſum videbitur accuſaſſe: niſi fortè per infirmitatem ire non poſſit.

41 Non oportet miniſtrum altaris, vel etiàm laicum, ſinè canonicis literis, id eſt, formata, aliquò proficiſci.

42 Non oportet miniſtrum altaris vel quemlibet clericũ, præter iuſſionem Epiſcopi, ad peregrina proficiſci.

43 Nõ oportet miniſtros vel breui tempore ab oſtijs deeſſe, & orationi vacare.

44 Non oportet mulieres ingredi ad altare.

45 Non oportet poſt duas hebdomadas quadrageſimæ quẽquam ad baptiſmum ſuſcipi.

46 Ba-

ſint ergò anathema, qui ad eos abeunt.

Quòd non oportet Chriſtianos, relicta Dei Eccleſia, abire, & Angelos nominare, vel congregationes facere, quod eſt prohibitum. Si quis ergò inuentus fuerit huic occultæ idololatriæ vacare, ſit anathema, quia reliquit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & acceſſit ad idololatriam. Can. 35.

Quòd non oportet eos, qui ſunt ſacrati, vel clerici, eſſe magos, vel incantatores, vel mathematicos, vel aſtrologos, vel facere ea quæ dicuntur amuleta, quæ quidẽ ſunt ipſarum animarum vincula: eos autem qui ferunt, eijci ex Eccleſia iuſſimus. Can. 36.

Quòd non oportet quæ à Iudæis vel hæreticis mittunt feſtiua, accipere, neque vnà cum eis feſtum agere. Can. 37.

Quòd nõ oportet à Iudęis azyma accipere, vel eorũ impietatibus communicare. Can. 38.

Quòd non oportet cũ gẽtilibus feſtum agere, & eorum impietati communicare. Can. 39.

Quòd non oportet Epiſcopos, qui vocantur ad Synodũ, negligere, ſed abire, & docere vel doceri ad correctionẽ Eccleſiæ & reliquorum. Si quis autem neglexerit, is ſeipſum accuſabit, præterquàm ſi propter intemperiem & ægritudinem non veniat. Can. 40.

Quòd non oportet eũ qui eſt ſacratus vel clericus, ſinè iuſſu Epiſcopi iter ingredi. Can. 41.

Quòd nõ oportet eos, qui ſunt ſacrati vel clerici, ſinè literis canonicis iter ingredi. Can. 42.

Quòd non oportet miniſtros vel breui tempore fores relinquere, & orationi vacare. Can. 43.

Quòd non oportet mulierem ad altare ingredi. Can. 44.

Quòd non oportet, poſt duas hebdomadas Quadrageſimæ, ad illuminationem admitti. Can. 45.

Quòd

46 Quòd oporteat eos, qui ad baptiſma veniunt, fidem diſcere, & quinta feria ſeptimanæ maioris, epiſcopo aut presbyteris reddere.

46 Baptizandos oportet & fidei ſymbolũ diſcere, & quinta feria vltimæ ſeptimanæ, vel epiſcopo vel presbyteris reddere.

Quòd oportet eos qui illuminantur, fidem diſcere, & quinta hebdomadis feria Epiſcopo renunciare vel presbyteris. Can. 46

47. Quòd oporteat eos, qui in ægritudine percipiunt baptiſma, poſtquàm conualuerunt, fidem perdiſcere, & ſcire cuiꝰ muneris participes facti ſint.

47. Qui in ægritudine conſtituti, baptiſmum perceperunt, facti ſani, fidei ſymbolum edoceantur, vt nouerint, qua donatione digni ſunt habiti.

Quòd oportet eos qui in morbo baptiſmum accipiunt deindè reſurgunt, fidem ediſcere, & nôſſe quòd diuino munere digni habiti ſunt. Can. 47.

48. Quòd oporteat eos, q baptizantur, poſt lauacrum chriſma eccleſiæ accipere, & regni Chriſti participes inueniri.

48. Oportet baptizatos poſt baptiſmum, chriſmatis quoq; cœleſtis, & regni Chriſti participes.

Quòd oportet eos qui illuminantur, poſt baptiſma inũgi ſupercœleſti chriſmate, & eſſe regni Chriſti participes. Can. 48.

De conſ. diſt. 3. Nõ opor. in xl.

49. Quòd non oporteat in quadrageſima panem benedictum offerri, niſi in Sabbato & Dominica.

49. Non oportet in quadrageſima panem offerri, niſi ſabbato & Dominica tantùm.

Quòd non oportet in quadrageſima panem offerri, niſi ſabbato & ſolis Dominicis. Can. 49.

50. Quòd non oporteat in Quadrageſima, in vltimæ ſeptimanæ quinta feria ieiuniũ ſoluere, totamque Quadrageſimam ſinè veneratione tranſire, magiſque conueniat, omnem Quadrageſimã diſtricto venerari ieiunio.

50. Nõ oportet in Quadrageſima quintam feriã vltimæ hebdomadæ ieiunium diſſolui, & totam quadrageſimam inhonorari, ſed per totos hos dies ieiunare, & eſcis abſtinẽtiæ conuenientibus, id eſt, aridioribus vti.

Quod nõ oportet in Quadrageſimę poſtrema ſeptimana ieiunium ſoluere, & totam Quadrageſimam iniuria afficere: ſed oportet totam Quadrageſimam ieiunare aridis veſcentes. Can. 50.

33. q. 4. Non licet in xl. Sed non ſub noĩe Concilij Laodiceni, ſed Martini Papæ.

51. Quòd non oporteat in Quadrageſima martyrum natalitia celebrari, ſed eorũ ſancta commemoratio in diebus Sabbatorum & Dominicarũ fieri conueniat.

51. Nõ oportet in Quadrageſima martyrum natalitia celebrari, ſed eorum in ſabbato & Dominica tantùm memoriam fieri.

Quod nõ oportet in Quadrageſima martyrum natales peragere, ſed ſanctorum martyrum facere commemorationes in ſabbatis & Dominicis. Can. 51.

33. q. 4. Nõ oportet in xl. nos

52. Quòd non oporteat in Quadrageſima aut nuptias, aut natalitia celebrari.

52. Nõ oportet in Quadrageſima aut nuptias, aut quælibet natalitia celebrare.

Quòd nõ oportet in Quadrageſima nuptias vel natalitia celebrare. Can. 52.

53. Quòd non oporteat Chriſtianos eũtes ad nuptias, plaudere vel ſaltare, ſed venerabiliter cœnare vel prandere, ſicut Chriſtianos decet.

53. Non oportet Chriſtianos ad nuptias euntes, vel balare, vel ſaltare, ſed caſtè cœnare vel prandere, ſicut competit Chriſtianis.

Quod non oportet Chriſtianos ad nuptias venientes, ſe turpiter & indecorè gerere vel ſaltare: ſed modeſtè cœnare & prandere, vt decet Chriſtianos. Can. 53.

De cõſe. diſt. 5. Nõ opor. mi.

54. Quòd non oporteat ſacerdotes aut clericos, quibuſcunque ſpectaculis in ſcenis aut i nuptijs intereſſe, ſed antequàm thymelici ingrediantur, exurgere eos conuenit, atque indè diſcedere.

i. tibicines

54. Non oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos ſpectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in ſcenis exhibentur, intereſſe: ſed antequàm thymelici ingrediantur ſurgere eos & de cõuiuio abire.

Quòd nõ oportet ſacratos & clericos in nuptiis vel conuiuiis aliqua ſpectacula contemplari: ſed priuſquàm igrediantur thymelici, ſurgere & ſecedere. Can. 54.

Diſt. 44. Nõ opor. mi.

55. Quòd nõ oporteat ſacerdotes aut clericos, ex collatis vel commiſſaliis conuiuia celebrare. Hoc autem nec laicis poſſe congruere.

55. Non oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos, vel etiàm laicos Chriſtianos, ex ſymbolis (quæ vulgus comẽſalia appellat) conuiuia celebrare.

Quòd nõ oportet ſacratos & clericos ex collatione conuiuia peragere, ſed neque laicos. Can. 55.

Diſt. 95. Nõ oportet presbyteros ante

56. Quòd non oporteat presbyteros ante proceſſionẽ epiſcopi, introire ſacrarium, & ſedere, ſed cum epiſcopo debent ingredi, vel in ſubſelliis ſedere, niſi forſitan infirmitate

56. Non oportet presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, & ſedere in tribunalibus, ſed cum epiſcopo ingredi: niſi fortè aut ægrotet epiſcopus, aut in peregrinis eum eſſe

Quòd nõ oportet presbyteros ante Epiſcopi introitum [illegible] tribunal ingredi, & ſedere in tribunali: ſed cum epiſcopo ingredi, præterquàm ſi Epiſcopus ſit mala valetudine, Can. 56.

mitate detineatur, aut proficiſcatur epiſcopus.

Diſt. 80. Nondẽre in vicis & in

57. Quòd non oporteat in villulis vel in agris Epiſcopos conſtitui, ſed viſitatores. Veruntamen iampridèm conſtituti, nihil faciant præter conſciennam Epiſcopi ciuitatis. Similiter & presbyteri, præter conſilium Epiſcopi nihil agant.

58 Quòd nõ oporteat, in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis vel presbyteris.

59 Quòd non oporteat plebeios pſalmos in Eccleſia cantare, nec libros præter canonem legi, ſed ſolùm ſacra volumina noui teſtamenti vel veteris.

eſſe conſtiterit.

57 Nõ oportet in villis & vicis Epiſcopos ordinari, ſed viſitatores, id eſt, qui circumeant conſtituti. Hos autẽ, qui antehàc ordinati ſunt, nihil agere, ſinè cõſcientia Epiſcopi ciuitatis. Similiter etiàm presbyteri nihil ſinè præcepto & conſilio Epiſcopi agant.

58 Non oportet in domibus oblationes ab Epiſcopis ſiue presbyteris fieri.

59 Nõ oportet ab idiotis pſalmos compoſitos & vulgares, in Eccleſijs dici, neque libros qui ſunt extra canonem legere, niſi ſolos canonicos noui & veteris teſtamenti.

Quæ antẽ oporteat legi, & in authoritatem recipi hęc ſunt:

Geneſis mundi, Exodus Aegypti, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Eſdræ, * liber Pſalmorum 150. Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum, Iob; Heſter, duodecim Prophetæ, id eſt, Oſee, Amos, Iohel Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Item Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Noui autem teſtamenti Euangelia quatuor, ſecundùm Matthæum, ſecundùm Marcum, ſecundùm Lucam, ſecundùm Iohannem, Actus Apoſtolorum; Epiſtolæ Catholicæ ſeptem Iacobi vna, Petri duæ, prima & ſecunda, Ioannis tres, prima, ſecunda & tertia, Iudæ vna, Epiſtolæ Pauli Apoſtoli numero quatuordecim, ad Romanos, ad Corinthios prima & ſecunda, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes, prima & ſecunda, ad Timotheum, prima & ſecunda, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

dine, vel profectus ſit peregrè.

Quòd non oportet in vicis & pagis epiſcopos conſtitui, ſed periodeutas, hoc eſt, circumcurſatores: eos autem qui priùs conſtituti fuerunt, nihil agere ſinè mẽte Epiſcopi qui eſt in ciuitate. Similiter autẽ & presbyteros nihil agere ſinè mente Epiſcopi. Can. 57.

Quod non oportet in domibus fieri oblationẽ ab Epiſcopis vel presbyteris. Can. 58.

Quod non oportet priuatos & vulgares aliquot Pſalmos dici in Eccleſia, nec libros non canonicos, ſed ſolos canonicos veteris & noui teſtamenti. Can. 59.

Hæc ſunt quæ legi oportet ex veteri Teſtamento: Geneſis, Exodus, i. exitus ex Aegypto, Leuiticum, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudices, Ruth, Heſter, Regum, primus, ſecundus, tertius & quartus, Paralipomenon primus & ſecundus, Eſdræ primus & ſecundus, Liber Pſalmorum 150. Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Iob, Duodecim Prophetæ, Eſaias, Hieremias, Baruch lamentationes & epiſtolæ, Ezechiel, Daniel. Noui autem Teſtamenti hæc: Euangelia quatuor, ſecundùm Matthæum, ſecundùm Marcum, ſecundùm Lucam, ſecundùm Iohannem, Actus Apoſtolorum, Epiſtolæ catholicæ, Iacobi vna, Petri duę, Iohãnis tres Epiſtolæ Pauli 14. Ad Romanos vna, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad Epheſios vna, ad Philippenſes vna, ad Coloſſenſes vna, ad Theſſalonicẽſes duæ, ad Hebræos vna, ad Timotheum duæ, ad Titũ vna, ad Philemonem vna. Can. 60.

Canonum Concilij Laodicẽ. numero 59. ſiue 60. FINIS.

DECRETA DAMASI PAPÆ PRIMI.

Ex libro Pontificali.

Anno Domini 366 DAMASVS natione Hiſpanus, ex patre Antonio, ſedit annos decem & octo, menſes tres, dies vndecim. Et cũ eo ordinatur ſub contentione Vrſinus. Et facto concilio ſacerdotum, conſtituerunt Damaſum, quia fortior & plurima multitudo erat. Et ſic conſtitutus eſt Damaſus, & Vrſinum eiecerũt ab vrbe, & conſtituerunt eum Neapoli Epiſcopu. Et manſit Damaſus in vrbe Roma præſul in ſede Apoſtolica. Fuit autem temporibus Iuliani. Hic fecit eodem tempore baſilicas duas, vnam iuxta theatrum ſancti Laurentij, & aliã via Ardeatina, vbi requieſcit intra Catacumbas, vbi iacuerunt corpora ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. In quo loco dedicauit platoniam ipſam, vbi iacuerunt corpora ſancta, & verſibus exornauit. Hic multa corpora ſanctorum martyrum requiſiuit, & inuenit: quorum etiàm conchylia atque ſepulcra verſibus declarauit & adornauit. Hic cõſtitutum fecit de Eccleſia. Hic inuidioſè accuſatus ac incriminatus de adulterio, facta ſynodo, purgatus eſt à 44. Epiſcopis, qui etiàm damnauerunt Concordium & Caliſtum diacones accuſatores eius, & proiecerunt de Eccleſia. Hic conſtituit titulum in vrbe Roma Baſilicam, quam ipſe conſtruxerat, vbi & donauit patenam argenteam penſantem libras 20. Amam argenteam, penſantem lib. 15. Scyphum argenteum anaglyphum, penſantem libras 10. Calices miniſteriales argenteos 5. penſantes ſinguli libras 3. Coronas argenteas 5. penſantes ſingulæ libras octo. Cantharũ ceroſtrota ærea 16. Domos in circuitu Baſilicæ, præſtantes ſolidos 155. Poſſeſſionem Papyrianam in territorio Ferentino, cum adiacentibus attiguis, præſtantem ſolidos 120. & tremiſſem. Poſſeſſionem Antonianam in territorio Caſino, præſtantem ſolidos 103. Balneum iuxta titulum, præſtans ſolidos 27. Hic conſtituit, vt pſalmi die noctuque canerẽtur per omnes Eccleſias, qui hoc præcepit presbyteris, Epiſcopis, ac monaſterijs. Hic fecit ordinationes in vrbe Roma 5. per menſem Decembrem, presbyteros 31. diacones 11. epiſcopos per diuerſa loca numero 62. Qui etiàm ſepultus eſt via Ardeatina, in Baſilica ſua, tertio Idus Decembris, iuxta matrem ſuam & germanam. Et ceſſauit Epiſcopatus dies 31.

De eodem Damaſo Ruffinus lib. 11. eccleſiaſt. hiſto. cap. 10. ſcribit in hũc modum: Damaſus poſt Liberium per ſucceſſorem ſacerdotium in vrbe Roma ſuſceperat. Quem prælatum ſibi non ferens Vrſicinus quidam, eiuſdem Eccleſiæ diaconus, in tantum furoris erupit, vt perſuaſo quodam ſatis imperito & agreſti Epiſcopo, collecta turbulentorum & ſeditioſorum hominum manu, in Baſilicã, quæ Sicinnini appellatur, Epiſcopum ſe fieri extorqueret, legibus & ordine & ratione peruerſis. Quo ex facto tanta ſeditio, immò verò tanta bella coorta ſunt, alterutrùm deſcendentibus populis, vt replerentur humano ſanguine orationum loca. Quæ res ſanctione Maximini præfecti ſæui hominis, ad inuidiam boni & innocentis verſa eſt ſacerdotis, ità vt cauſa clericorum vſque ad tormenta duceretur. Sed aſſertor innocentiæ Deus aſfuit, & in caput eorum, qui intenderant dolum, pœnã conuerſa eſt. Hæc ille.

EPISTOLA DAMASI PAPÆ PRIMI,

Ad Paulinum * Antiochenum Epiſcopum, de fide & formula libelli, cuiuſmodi, qui ab hæreſi reuertuntur, debeant profiteri. * Theſſalonicẽ.

Cap. I. Quòd integrum hominem ſuſceperit Chriſtus ſinè peccato.

Cap. II. Quòd vnus ſit Chriſtus, ante ſæcula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.

DIlectiſſimo fratri Paulino, Damaſus. Per filium meum Vitalem ad te reſcripta direxeram, tuę voluntati & tuo iudicio omnia derelinquens, & per Petroniũ presbyterum breuiter indicaueram me in articulo iam profectionis eius aliqua ex parte commotum. Vndè nè aut tibi ſcrupulus reſideret, & volentes forſitan Eccleſiæ copulari tua cautio probanda differret, fidem noſtram miſimus, non tam tibi, qui eius fidei communione ſociaris, quàm his, qui in ea ſubſcribentes, tibi, id eſt, nobis per te voluerint ſociari, dilectiſſime frater. Quapropter, ſi ſupradictus filius meus Vitalis, & qui cum eo ſunt, tibi voluerint aggregari, primùm debent in ea expoſitione fidei ſubſcribere, quæ apud Nicæã piâ patrum voluntate firmata eſt. Deindè, quoniã Cap. 1. nemo poteſt futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæreſis eradicanda eſt, quæ poſteà in Oriente dicitur pullulâſſe, id eſt, confitendus ipſa ſapientia, ſermo, filius Dei humanum ſuſcepiſſe corpus, animã, ſenſum, id eſt, integrum Adam, & (vt expreſſius dicam) totum veterem noſtrum ſinè peccato hominẽ. Sicuti enim, confitentes eum humanum corpus ſuſcepiſſe, non ſtatim ei & humanas vitiorum adiungimus paſſiones: ità & dicentes eũ ſuſcepiſſe & hominis animam & ſenſum, non ſtatim dicimus & cogitationum eum humanarum ſubiacuiſſe peccato. Si quis autem di- Cap. 2. xerit, verbum pro humano ſenſu in Domini carne verſatum, hunc catholica Eccleſia anathematizat, nec non & eos qui duos in Saluatore

tore

tore filios confitentur, id eſt, alium ante incarnationem, & alium poſt aſſumptionem carnis ex virgine: & non eundem Dei filium, & antè & poſteà confitentur. Quicunque huic Epiſtolæ ſubſcribere voluerit, ità tamen, vt in Eccleſiaſticos canones, quos optimè nôſti, & in Nicænam fidem antè ſubſcripſeris, hûc habebis abſque aliqua ambiguitate ſuſcipere. Non q; hæc ipſa, quæ nos ſcribimus, non potueris cõuertentium ſuſceptioni proponere, ſed quò tibi conſenſus noſter liberum in ſuſcipiendo tribuat exemplum.

PROFESSIO CATHOLICÆ fidei, quam ſcripſit Damaſus Paulino Epiſcopo Theſſalonicæ in Macedonia.

Vide Theodo. lib.5.c.10 & 11. & Nicepho. lib.12.c.18.

QVIA poſt Concilium Nicænum is error inoleuit, vt quidam ore ſacrilego auderent dicere, Spiritum ſanctum factum eſſe per filium, Anathematizamus eos qui non tota libertate proclamãt, eum cum Patre & Filio vnius poteſtatis eſſe atque ſubſtãtiæ. Anathematizamus quoquè eos, qui Sabellij ſequũtur errorem, eundem dicentes patrem eſſe, quem & filium. Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate, licèt ſermone diſſimili, filium & & Spiritumſanctum aſſerunt eſſe creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arij ſtirpe venientes, non perfidiam mutauerunt, ſed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæreſim inſtaurans, Dominum Ieſum Chriſtum tantũ ex Maria virgine confitetur. Anathematizamus eos, qui duos filios aſſerunt, vnum ante ſecula, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali & intelligibili, dicũt Dei verbum in humana carne verſatum, cùm ipſe filius ſit verbum Dei, & non pro anima rationali & intelligibili in ſuo corpore fuerit, ſed noſtram, id eſt, rationalem & intelligibilem ſinè peccato animam ſuſceperit, atq; ſaluauerit. Anathematizamus eos, qui verbum Dei filium extẽſione aut collectione, & à patre ſeparatum, inſubſtantiuum, & finem habiturum eſſe contendunt. Eos autem, qui ab eccleſijs ad eccleſias migrauerint, tandiù à noſtra communione alienos habemus, donèc ad eas redièrint ciuitates, in quibus primitùs ſunt conſtituti. Quòd ſi quis alius, alio transmigrãte, in locum viuentis ordinatus eſt, tam diù vacet ſacerdotij dignitate, qui ſuam deſeruit ciuitatem, donèc ſucceſſor eius quieſcat in Domino. Si quis nõ dixerit, ſemper Patrem, ſemper filium, ſemper Spiritumſanctum eſſe, anathema ſit. Si quis non dixerit, filium natum de patre, id eſt, de ſubſtantia diuina ipſius, anathema ſit. Si quis non dixerit, Deum verum filium Dei, ſicut Deum verum patrem eius, & omnia poſſe, & omnia noſſe, & patri æqualem, anathema ſit. Si quis dixerit, quòd in carne cõſtitutus filius Dei, cùm eſſet in terra, in cœlis cum patre non erat, anathema ſit. Si quis dixerit, quòd in paſſione crucis dolorem ſuſtinuit filius Dei Deus, & non caro cum anima, quam induerat in forma ſerui, quam ſibi acceperat, ſicut ait ſcriptura, anathema ſit. Si quis non dixerit, excruciatum carne Dei filium, & carne mortem guſtâſſe, fuiſſeque primogenitum ex mortuis, quatenùs uita eſt viuificus Deus, anathema ſit. Si quis non dixerit, quòd in carne, quàm aſſumpſit, ſedet ad dexteram patris, in qua venturus eſt iudicare viuos & mortuos, anathema ſit. Si quis non dixerit, Spiritumſanctum de patre eſſe verè ac propriè, ſicut & filium de diuina ſubſtantia, & Deum Dei verbum, anathema ſit. Si quis non dixerit, omnia poſſe Spiritumſanctum, omnia noſſe, & vbiquè eſſe, ſicut patrem & filium, anathema ſit. Si quis dixerit Spiritumſanctum facturam, aut per filium factum, anathema ſit. Si quis non dixerit, omnia per filium poſteà incarnatum & ſpiritumſanctum patrem feciſſe, id eſt viſibilia & inuiſibilia, anathema ſit. Si quis nõ dixerit, Patris & Filij & Spiritusſancti vnã diuinitatem, poteſtatem, maieſtatem, potentiam, vnã gloriam, dñationem, vnum regnum, atque vnam voluntatem ac veritatem, anathema ſit. Si quis tres perſonas non dixerit veras Patris, & Filii, & Spiritusſancti, æquales, ſemper viuentes, omnia continentes viſibilia & inuiſibilia, omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia ſaluantes, anathema ſit. Si quis nõ dixerit, Spiritumſanctum adorandum ab omni creatura, ſicut & Filium & Patrem, anathema ſit. Si quis de Patre & Filio benè ſenſerit, de Spiritu autem ſancto non rectè habuerit, hæreticus eſt: quia omnes hæretici de Filio Dei & de Spirituſancto malè ſentientes, in Iudæorum atque Gentilium perfidia inueniuntur. Quòd ſi quis partiatur, Deum Patrem dicens, & Deum Filium eius, & Deum Spiritumſanctum Deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiam, quam credimus eſſe & ſcimus Patris, & Filii, & Spiritusſancti, Deum verum, ſubtrahens autẽ Filium & Spiritumſanctum, ità ſolum exiſtimet Deum patrem dici aut credi vnum Deum, anathema ſit. Nomen enim Deorum & Angelis, & ſanctis oĩbus à Deo eſt impoſitum & donatum. De Patre autem & Filio & Spirituſancto, propter vnam & æqualem diuinitatem, non nomen deorum, ſed Dei nobis oſtenditur atque indicatur, vt credamus, quia in Patre, & Filio, & Spirituſancto ſolùm baptizamur, & non in Archangelorum nominibus & Angelorum, quomodò hæretici, aut Iudæi, aut etiam gentiles dementes. Hæc eſt ergò ſalus Chriſtianorum, vt credentes Trinitati, id eſt, Patri, & Filio & Spirituiſancto, & in eam baptizati, veram ſolamq; vnam diuinitatem, potentiam, maieſtatem, & ſubſtantiam eiuſdem ſinè dubio credamus.

Phil.2.

EPISTO-

EPISTOLA DAMASI PAPÆ SECVNDA.
Ad Hieronymum presbyterum.

DAMASVS Epiſcopus fratri & compreſbytero Hieronymo in Dño ſalutem. Dum multa corpora librorum in meo arbitrio allata fuiſſent, cõtigit, vt & librum pſalmorum in meo animo feſtious cognoſcerem detineri, & memoriam capacitatis meę imbuere. Cogitam, frater amantiſſime & in Chriſto ſemper ſacerdos, vt ſecundùm ſeptuaginta interpretes & presbyteros, id eſt, Matthiam & Ptolemæum, Muchium, Sacream, Hydromum, Pamphilum, Zoaſtten, Didymum, Sanium, Epiphanium, Ciatrem, Simonem; & cæteros, inquantùm noſtra tecurrit conſcientia, de 70. inuenire veſtigia. Peto etiàm tuam charitatem, vt ſicut à * rectore tuo Alexandro epiſcopo noſtro didiciſti, * Græcorum pſallentiã ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: qui tanta apud nos ſimplicitatis indago eſt, vt tantùm in die Dominica Apoſtoli epiſtola vna recitetur, & Euangelij capitulum vnum dicatur & nec pſallentium * mos tenetur, nec * hymni decus in ore noſtro cognoſcitur. Peto ergò per fratrem & compresbyterum noſtrum Bonifacium, vt * iubeat fraternitas tua rei huius nobis aperire veſtigia. miſſa 5. Kalendas Nouembris, per Bonifacium presbyterum Hieroſolymam.

* creatore
* ĩ gremio Græcorũ pſallere,
* vox vlla reſonet,
* hymnidicus
* iubeat

RESCRIPTVM HIERONYMI presbyteri ad Damaſum Papam, vbi ſuggerit de Gloria Patri, & Alleluia, in fine pſalmorum apud Romanam Eccleſiam concinendo.

BEatiſſimo Papæ Damaſo Sedis Apoſtolicæ vrbis Romæ, Hieronymus ſupplex. Legi literas apoſtolatûs veſtri, poſcentes, vt ſecundùm ſimplicitatem LXX. interpretum, canendum pſalmographum interpretari feſtinem propter faſtidium Romanorum, vt vbi obſcuritas impedit, apertiùs Latinè * trahatur ſenſus. Precatur ergò cliens tuus, vt vox iſta pſallentium in ſede tua Romana, die noctuq; canatur, & in fine pſalmi cuiuſlibet ſiue matutinis vel veſpertinis horis, coniungi præcipiat apoſtolatûs tui ordo, Gloria Patri, & Filio, & Spirituiſancto, Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula, ſeculorum, Amen. Iſtud carmen laudis, omni pſalmo coniungi præcipias, vt fides 318. epiſcoporum Nicæni Concilij, in veſtro ore pari cõſortio declaretur. Vbi autem Deus & homo honorabili voce * cantatur, Alleluia ſemper cum omnibus pſalmis affigatur, vt in omni loco communiter reſpondeatur nocturnis temporibus. In eccleſia autem à ſancta reſurrectione vſque ad ſanctum Pentecoſten finiatur, inter dierũ verò ſpatia Quinquageſimæ propter nouitatem ſancti Paſchæ, vt vox iſta laudis canatur in aleph, quod prologus Græcè, Latinè præfatio dicitur.

* prædicatur,

EPISTOLA STEPHANI Archiepiſcopi & trium Conciliorum Aphricæ, ad Damaſum Papam de priuilegio Romanæ Sedis.

BEatiſſimo domino, & apoſtolico culmine ſublimato, ſancto patri patrum Damaſo Papæ, & ſummo omnium præſulum põtifici, Stephanus Archiepiſcopus Cõcilii Mauritaniæ, & vniuerſi Epiſcopi de tribus concilijs Africanæ prouinciæ. Notum veſtræ facimus beatitudini, quòd quidam fratres in confinio nobis poſiti, quoſdam fratres noſtros, venerabiles videlicet epiſcopos, vobis inconſultis, à proprio deijciunt gradu, vel deijcere moliuntur, cùm veſtræ Sedis, epiſcoporum iudicia & ſummotum finem eccleſiaſticorum negociorum, in honore beatiſſimi Petri, patrum decreta omnium, cunctam reſeruauere ſententiam, inquirendi reuerentia de Dei rebus, quas omni cura & ſolicitudine obſeruare debemus. Maximè vero iuſtè debent ab ipſo præſulum examinari vertice apoſtolico, cuius vetuſta ſolicitudo eſt, tam mala damnare, quàm releuare laudanda. Antiquis enim regulis cenſitum eſt, vt quicquid horum quamuis in remotis, vel in longinquo poſitis, ageretur prouincijs, non priùs tractandum vel accipiẽdum ſit, niſi ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, vt eius authoritate, iuxta q̃d fuiſſet pronunciatum, firmaretur; & reliqua multotiès talia, & his ſimilia, quæ ſuper his conſtituta ſunt: quibus, ſi illicitè factum eſt, vt ſemper veſtræ ſedi conſuetudo fuit, feſtinãter occurrite, & his viriliter, vt patet pro filijs certantes, ſtate, ſicut benè à Ieſu filio Sirach dictũ eſt: Vſq; ad mortem certa pro veritate, & ſemper Dominus Deus tuus pugnabit pro te. Accipere enim perſonam impij, non eſt bonum, vt declines à veritate iudicij. Sin minus illicita ſunt, hæc, pateat nobis talis omnibus licentia, beatiſſime pater. Aut ſi liceat hos, vel aliquos etiàm minorum graduum clericos, niſi canonicè tempore legitimo vocatos, aut ſinè legitimis accuſatoribus, aut abſque veris & innocentibus teſtibus, vel niſi manifeſtè canonicè conuictos, aut ſpontè confeſſos, vel à ſuis ſedibus eiectos, aut ſuis expoliatos rebus, vocare ad ſynodum vel damnare: quia legim⁹, eos non poſſe canonicè ad ſynodum, ante ſuã diù tenendam & gubernãdam, viribus ſcilicet pleniter reſumptis, reſtitutionem, ſuiſque omnibus ſibi legaliter reſtitutis integerrimè * vocari, aut, vt veniant ad ſynodum, niſi ſpontè voluerint, imperari. Deus ergò creator omnium conſeruet longæuum apoſtolatum veſtrum ad ſtabilitatem eccleſiarum ſanctarum & orthodoxæ fidei, voſque paſtorem bonum, qui pro ſpiritualibus ouibus veſtram ponitis animam,

Conciliũ Africanũ Mauritaniæ.
Idẽ hẽtur in dec. Felicis Papæ 2 in epiſtola Ægyptiorum ad eundem.
Eccle. 4. d
* euocari,

mā, atque baculò paſtorali lupos rapaces expellitis, omnibusque oppreſſis auxilium fertis. Quod & iſtis atque omnibus vos ſemper facere optamus, ſanctiſſime Papa. Subſcriptio. Et alia manu: Ora pro nobis chariſſime pater.

EPISTOLA DAMASI PAPÆ TERTIA,

Ad eundem Stephanum & ad concilia Aphricæ.

1 *De primatu Apoſtolicæ ſedis.*
2 *De cauſis epiſcoporum, & de Synodo congreganda.*
3 *De accuſatoribus & teſtibus.*
4 *Quòd qui vocatus non eſt, reſpondere non debeat, niſi ſponte velit.*
5 *De epiſcopis eiectis, aut rebus expoliatis.*
6 *De accuſatoribus & accuſationibus.*
7 *De cauſa perſonæ accuſatæ: & vt alij accuſatores, alij iudices, alij ſint teſtes: & de inſcriptione.*
8 *De inducijs.*
9 *Vt nullus iudicetur aut damnetur, priuſquàm accuſatores præſentes habeat, induciasq́; accipiat: nec extra prouinciam fiat prima diſcuſſio.*

DAmaſus ſeruus ſeruorum Dei, atq; per
gratiam eius epiſcopus ſanctæ catholicæ Eccleſiæ vrbis Romæ, Stephano archiepiſcopo concilij Mauritaniæ, & vniuerſis epiſcopis Aphricanæ prouinciæ. Lectis fraternitatis veſtræ literis, primò gratias ago, quòd tantorum fratrum merui benedictione frui: deinde, quòd circa fratres ſolicitos vos reperi, &
Luc. 9. c cum eis crucem Domini deferre, qui ait: (Qui
" vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &
" tollat crucem ſuam, & ſequatur me.) & reliqua ad hunc modum pertinentia. Igitur, quoniam in præſenti opportunè geſtorum cōſultatione, apoſtolicis veſtra beatitudo viſceribus commota, nos hortata eſt, tuitionem fratrum apoſtolica impendere authoritate, & eorum iniurijs ſubuenire, dum conſtet, eadem
2. Cor. 11. g vos cum Apoſtolo compaſſibiliter dicere,
(Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis
" ſcandalizatur, & ego non vror?) ſatagentes, nè aliquis de his, qui vobis crediti ſunt, à ſæuis beſtijs laceretur aut capiatur: pro qua re oportet, iuxta veſtram prudentem commonitionē, magis autem ſecūdùm Domini diuinam præceptionem, nos, qui ſupra domum eius, hoc eſt, vniuerſalem eccleſiam catholicam, epiſcopale ſuſcepimus miniſterium, ſolicitè vigilare, nè de ſacris eius muneribus, id eſt, apoſtolicis viris, apoſtolorumque ſucceſſoribus, atque miniſtris quiſquam, nobis dormitantibus, valeat ſupprimi, atque iniuſtè, nobisque inconſultis, damnari. Scitis, fratres chariſſimi, fir-
I mamentum à Deo fixum & immobile, atque titulum lucidiſſimum ſuorum ſacerdotum, id eſt, omnium epiſcoporum, apoſtolicam ſedem eſſe conſtituam, & verticem eccleſiarum. Tu
es enim (ſicut diuinum pronūciat verbum ve- Mat. 16. c
raciter) Petrus, & ſuper firmamentum tuum eccleſiæ columnæ, qui epiſcopi intelliguntur, confirmatæ ſunt: & tibi claues regni cœlorum commiſſi, atque ligare & ſoluere poteſtatem quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris, promulgaui. Tu prophanatorum hominum, & membrorum meorum, maximèque diſcipulorum meorum exiſtis vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cuius vice hodiè, gratia Dei, legatione pro Chriſto fungimur, & omnes huius ſanctę ſedis præſules eius vicem geſſerunt, gerunt, & gerent. Ideo omnia, quæ innotuiſtis, non licere mandarem, niſi uos tā pleniter inſtructos eſſe ſcirem, quòd cuncta, ſuper quibus conſuluiſtis, illicita eſſe non dubi-
tetis. Diſcutere namque epiſcopos, & ſummas II
eccleſiaſticorum negociorum cauſas metropo 4. q. 6. Diſcutere epiſcopos
litano, vnà cum omnibus ſuis comprouincialibus, ità vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum concordent negocijs, licet: ſed definire eorum atque eccleſiaſticarum ſummas querelas cauſarum, vel damnare epiſcopos, abſque huius ſanctæ ſedis authoritate, minimè licet, quam omnes appellare, ſi neceſsè fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. Nam (vt nōſtis) ſynodum ſinè eius authoritate fieri, non eſt catholicum: nec epiſcopus, niſi in legitima ſynodo, & ſuo tempore apoſtolica vocatione congregata, definitè damnari poteſt: neque vlla vnquàm concilia rata leguntur, quæ non
ſunt fulta apoſtolica authoritate. Accuſatores III
autem Epiſcoporum & teſtes, ſuper quibus ro 2. q. 7. Teſtes abſq; vlla
gitâſtis, abſque vlla infamia, aut ſuſpicione, vel manifeſta macula, & veræ fidei pleniter inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad ſacerdotium eligere iubet diuina authoritas: quoniam ſa-
cerdotes (vt antiqua tradit authoritas) crimi- 2. q. 7. Sacerdotes vt an.
nari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent nec poſſunt proueht ho-
norem. Vocatio enim ad ſynodum (iuxta decre IIII
ta patrum) canonica eius, qui impetitur, tam 5. q. 2. Vocatio ad ſyno.
ſua præſentia, quàm & ſcriptis atque apocriſarijs, per ſpatium fieri debet congruum atq; canonicum: quia niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licèt venerit ad conuentum quacunque neceſſitate, niſi ſpontè voluerit, nullatenùs ſuis reſpondebit inſidiatoribus: quoniam nec ſeculi leges hoc permittunt fieri, quantò magis diuinæ?
De eiectis verò, atque ſuis rebus expoliatis, ni- V
hil vobis veriùs ſignificare queo, quàm ſancti patres diffiniêrunt, & noſtri prædeceſſores apoſtolica authoritate roborauerunt. Ità enim hæc ſe habent: Epiſcopos eiectos, atque ſuis rebus expoliatos, eccleſias proprias primò recipere, & ſua eis omnia legaliter reddi, ſancti canones decreuerunt: & poſteà ſi quis eos accuſare voluerit, æquo periculo facere ſanciuerunt, iudices eſſe decernentes epiſcoporum, epiſcopos rectè ſapientes & iuſtè volentes, ad tempus diuq́ue illis, reſumptis viribus & ſuis poteſta-

poteſtatiuè fruẽtibus rebus, amiciſque & Dei
ſeruis ſapiẽtibus cõſulẽtibus viris, in eccleſia
cõuenientes, vbi teſtes eſſent ſingulorũ, qui op-
preſſi eſſe videntur. Et reliqua, ad hũc ordinem
pertinẽtia: quæ prolixitatẽ vitantes, hic nõ inſer
uimus, quia hæc ſufficere credimus. Si quis au
tẽ his nõ eſt contentus, legat ea, & ſatiabitur.
Scimus enim, homines inermes nõ poſſe cũ ar
matis ritè pugnare: ſic nec illi, qui eiecti vel
ſuis bonis ſunt expoliati, cũ illis, qui i ſuo ſtãt
*ſtatu, *gradu, & ſuis fruũtur amicis atq; bonis, litiga
re ritè poſſunt. Ne ſeculi quoquè leges hæc ſe-
cularibus fieri pmittũt, ſed priùs eiectos, vel
oppreſſos, aut expoliatos cum ſuis oĩbus reſti-
tui iubent, & poſtea ſuo tempore, ſicut lex eo-
rum continet, ad placita venire præcipiũt, nec
vlla carceris cuſtodia appellãtem arceri pmit
tũt. Docẽt enim ex parte (ſicut noſtis) terrena,
VI quæ ſunt cæleſtia. Accuſatores verò & accuſa-
tiones, quas ſeculi leges non adſciſcunt, nul-
latenùs ſunt in notum admittendæ cauſis:
quia omne quod irrepræhenſibile eſt, ca-
tholica defendit eccleſia. Et hoc à maioribus
definitum eſſe, propter prauorum hominum
inſidias, non dubitatur. Decet enim Domi-
ni ſacerdotes, fratrum cauſas piè tractare,
& venerabiliter intendere, atque eorum
Pſal.49. iudicia ſuper ſacrificia ordinare, nec pro-
teruè aut tyrannica dominatione, (vt de qui-
buſdam refertur) ſed charitatiuè pro Deo &
fraterno amore cuncta peragere: & quod ſi-
bi quis fieri, ſecundùm Dominicam vocem,
Tob.4.c Matt.7.b non vult, alij inſerre non præſumat: & in qua
Lucæ 6.c menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Ea
Matt.7.a verò, quæ Apoſtolorum prædicatione & pa-
Marc.4.e trum inſtructione percepimus, ſemper tene-
re debemus, ne aliqua noua cudere, aut ad
*ſuperin-tendere noxam fratrum * intendere videamur: ſed al-
terutrùm onera portemus, vt iuxta Apoſto-
lum, legem Domini adimplere valeamus.
Galat. 6.a VII Tempus enim congruum præuideri opor-
tet, quandò vniuſcuiuſque accuſatæ perſonæ
cauſa rectiſſimè in medio producatur, qua-
tenùs grauitatem eius conſonantiamque con-
tra patrum decreta vel ſynodorum confeſſio-
nem, prodi minimè cognoſcatur. Quam
ordinabiliter omnes intendant, vt ad eam in
omnibus rationabiliter reſpondeant, & iuſtè
ſe velle manifeſtè oſtendant. Nullus autem
4.q.4.Nullus intro-ducatur. introducatur perſonaliter, ſed accuſatores &
accuſati æqua audiantur ratione, iuxta quod
geſtorum ordo exigit. Accuſatores verò &
iudices non ijdem ſint, ſed per ſe accuſatores,
p ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati vnuſ-
quiſque in ſuo ordinabiliter ordine. Nam
inſcriptio primò ſemper fiat, vt talionem ca-
lumniator recipiat, quia ante inſcriptionem
nemo debet iudicari vel damnari, cùm & ſe-
culi leges hæc eadem retineant. De quibus
*æqualitas omnibus vera ſemper fiat * æquitas, quatenùs
accuſationis & iudicij ac teſtimonij merce-
dem, per veritatem geſtorum cõſequi valeãt.
Eccl.11.d Scriptum eſt enim: (Abominatur Dominus

labia mẽdacia, & teſtem fallacẽ, proferentem „
mendacia, & ſeminãtem inter fratres ſcandala „
atq; litigia, ipſo monente atq; dicente: Non fa- „
cies calumniam proximo tuo, nec vi oppri- Leui.19.c
mes eũ. Nõ facies quod iniquũ eſt, nec iniuſtè „
iudicabis. Nõ conſiderabis perſonam paupe- „
ris, nec honores vultũ potẽtis. Iuſtè iudica p- Tob.4.e
ximo tuo. Et quod tibi nõ vis fieri, alteri nè fa Matt.7.b
cias, &) reliqua. Et maximè præceptũ habẽtes Lucæ 6.c
Apoſtolicum, attendere nobiſipſis & gregi, in Acto.20.f
quo nos ſpiritusſanctus poſuit Epõs, regere
Dei Eccliam, quã acquiſiuit per ſanguinẽ ſuũ
pprium, cõuenit. Et iterùm: * Attendere lupos, *Attendite lupos, attendite
attẽdete malos operarios, qui, qui peruerſa fa
ciũt, & aduerſa loquũtur, vt detrahere ſemper
ſemp diſcipulis Dñi, & infamare queãt, quos
corrigere, vos & oẽs Dñi ſacerdotes ſummo
ſtudio oportet: quia peius malũ nõ eſt, quàm
vt ciues ciuibus inuideãt, & ſacerdotes vel cle-
rici, ſacerdotibus vel põtificibus inſidiẽtur, te-
ſtante etiàm veritatis voce: (Qui vos tãgit, tã- Zacha.2.c
git pupillã oculi mei. Et qui ſcãdalizauerit vnũ. Matt.18.a
de puſillis iſtis, melius eſt vt ſuſpẽdatur mola „
aſinaria in collo eius, & demergatur in pfun- „
dum maris.) Et item: (Beatus qui nõ fuerit Mat.11.a
ſcandalizatus i me.) Ille proculdubio ſcãdaliza Luc.7.d
tus eſt in Deum, qui eius ſcãdalizat Epũm vel
ſacerdotẽ. Et multa talia, quæ hic nõ inſeruntur,
nè nimis prolixa efficiatur epiſtola. Moneu-
tes quoquè inſtruere debetis memoratos uici-
nos veſtros, vt à talibus ſe ſubtrahant, & quæ
illicitè contra præfixos fratres egerunt, citò
corrigant. Et quos nobis inconſultis læſerunt
nobis inconſultis, plena ſatisfactione ſanent,
& citò ſibi eos reconcilient, ſi noluerint Apo-
ſtolicæ ſedis ſuſcipere cenſuram. Nam ſi quid
fortaſsè in eos aut contra eos emerſerat, no-
ſtrum fuerat expectandum examen, vt noſtra
(vti ſemper huic fuit ſedi conceſſum priuile-
gium) aut condemnarentur authoritate, aut
fulcirentur auxilio. Neque enim ſuo pro libi
tu noſtra debuerant iura peruadere, abſque
Apoſtolicæ Sedis diſpoſitione mandato.
A talibus deincèps omnes ſe abſtineant ſa-
cerdotes, qui noluerint ab Apoſtolicæ petræ. Mat.16.c
(ſuper quam Chriſtus, vt prædictum eſt, vni-
uerſalem conſtruxit Eccleſiam, cui Epiſco-
porum ſumma iudicia atque maiores cauſæ,
ſicut paulò ſuperiùs memoratum eſt, reſer-
uatæ ſunt atque ſolidatæ) cenſura ac ſacer- VIII
dotali honore ſecludi. Induciæ enim accu- 3.q.3.Induciæ accuſatis in
ſatis in criminalibus Epiſcopis ex menſium,
vel eo ampliùs, ſi neceſsè fuerit, concedendæ
ſunt: quoniam & laicis hoc permiſſum, nul-
lus ſecularibus imbutus diſciplinis ignorat:
quantò magis ſacerdotibus, qui ſuperiores
eſſe eis non dubitantur? Habetur quoquè in 3.q.9. Hæc quoq; in decret.
decretis ſanctorum patrum ſancitum, nõ fore
canonicum, quemquam ſacerdotum iudica-
re vel damnare, antequàm accuſatores, cano-
nicè examinatos, præſentes habeat, locumquè
defendendi accipiat, id eſt, inducias Eccleſia- Ibid. Nec extra patriam
ſticas ad abluenda crimina, &c. Nec extra p-

priam fiat prouinciã primò diſcuſſionis accu-
ſatio, ſinè Apoſtolica præceptione, cui in om-
nibus cauſis dēt reuerētia cuſtodiri, qm̄ & anti
qua docet hoc patrũ regula, in q̄ & imperialia
pariter ſtatuta concinunt. Criminũ, inquiunt,
diſcuſſio ibi agenda eſt, vbi crimen admiſſum
eſt. Nã alibi criminũ reus prohibetur audiri.
Et alibi in canonibus præcipitur: Quæcunq;
negocia ĩ ſuis locis, vbi orta ſunt, finiēda ſunt,
& reliqua talia & his ſimilia, ſalua tñ in om-
nibus Apoſtolica authoritate, vt nihil in his
definiat' priuſquàm ei placere cognoſcat', qua
omnes ſuffultos eſſe oportet. Et ſi quid eis gra
ue intolerãdumq; acciderit, eius ſemper expe-
ctanda cenſura. Neque enim proteruè, aut
ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, (vt ſæpè
actum agnouimus) detrahere aut accuſare
præſumat quenquam ſacerdotum, quia iniu-
ria eorum ad Chriſtum pertinet, cuius vice
legatione pro populo, Chriſti ſanguine, re-
dempto, funguntur. Cauſas enim eorũ, quia
Dei cauſæ ſunt, eius eſſe iudicio ſcimus reſer-
uandas, qui valet corpus occidere, & animam
Luc. 12. a mittere in gehennam. Qui dicit, (Mihi vindi-
Deut. 32. ctam, & ego retribuam.) Apud quem con-
Ro. 12. ſcientia nuda eſt cui non abſconduntur occul
He. x. ta. Inſtruendi etiam omnes ſunt, quoniam
Heb. 4. d per nos illi Chriſtus intonuit, non eſſe ouiũ
Ioan. 10. a b lupi inſidias præuidere, ſed paſtoris. Monet
ergò beatus Apoſtolus Paulus, ne de his te-
merè leuiterque præſumatur iudiciũ, de qui-
bus nemo poteſt verius vel melius iudicare,
Rom. 14. quàm Deus. (Tu autem, inquit, quarè iudicas
" fratrem tuum? aut cur ſpernis eum? Omnes
" eñ ſtabimus ante tribunal Chriſti. Scriptum
" eſt eñ: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam
Eſaię 45. mihi flectetur omne genu, & omnis lingua
" confitebitur Domino.) Itaque vnuſquiſq; no-
" ſtrûm pro ſe rationẽ reddet Deo. In hoc ergo
nõ ſibi quiſpiam temerarios auſus vſurpet, vt,
præter quod ad concordiam pertinet, aliud
agat, vndè vnitas eccleſiæ diſſipetur. Non ergo
leuiter quiſquam aſſentiat in detractione vel
iudicatione vel damnatione fratrum, maxi-
meque ſacerdotũ, qui proximiores ſunt Deo,
& qui proprio ore corpus Chriſti conficiunt;
præuari- quia ob hoc venit ira Dei in filios diffiden-
cationum tiæ, qui Chriſtum perſequuntur in ſuis mē-
bris. Nolite, fratres, nolite effici participes
eorum, nec communicetis peccatis talium,
aut infructuoſis verbis illorum. Magis autem
redarguite talium cœtus, qui extendere mo-
liuntur, quaſi arcum, in fratres linguas ſuas.
Ephe. 5. b Defendite ergò fratres, & omnes monere, vt
Coloſ. 3. a armentur contra fratrum perſecutores. Con-
Pſal. 63. fidimus autem de vobis meliora & viciniora
Hebr. 6. b ſaluti, quia neque mors, neque vita, neque
Ro. 8. g Angeli, neque principatus, neque uirtutes,
neq; inſtantia, neq; futura, neque fortitudo,
neq; altitudo, neq; profundũ, neque creatura
alia, magiſtro gentium docente, poterit nos
Heb. 10. ſeparare à charitate Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, quæ maximè in ſacerdotibus & reliquis

perficitur membris eius. Nolite itaq; amitte-
re confidentiã veſtrã, quæ magnã habet remu-
nerationẽ. Eccè enim iudex ante ianuã aſſiſtit, Iacob. 5. b
coronas hilariter pmittẽtes his, qui p eo fra-
tribus auxiliũ ferui, & oppreſſis ſuccurrũt, at-
què in charitate collaborãt. Quòd ſi ſubtraxe-
rit ſe q̄s, nõ placebit Deo ſed * cadit, quia non *cadet.
ſubleuauit cadētē, ſed emarcuit. Nõ aũt ſimus
ſubtractionis in oppreſſionẽ, ſed adminiculi ĩ
acquiſitionem & ſupplemētũ fratrũ. Propter
quod aſſumite armaturã Dei, vt poſſitis reſiſte Eph. 6. b
re omnibus taliter præſumentibus, & indui-
te vos loricam iuſtitiæ, calceati pedes in præ-
parationem euangelij pacis, in omnibus ſu-
mentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia
tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam
ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus quod eſt Ephe. 5. d
verbum Dei, per omnem orationem & ob-
ſecrationem radicati & fundati, vt idipſum 1. Cor. 1. b
dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſma-
ta, diuidentes corpus eccleſiæ bonum & in-
tegrum in tortuoſas nouitates. Monet ergò
Apoſtolus, non ampliùs nos inuicem teme- Rom 2. a
rè iudicare. Temerè enim iudicat, ſi quis epi-
ſcopum abſque ſedis Apoſtolicæ authoritate
condemnat. cùm ei (vt paulò ſuperius præli-
batum eſt) hoc ſpecialiter priuilegium reſer-
uatum ſit. Sed hoc iudicate magis, inquit, nè
ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. Rom. 14. c
Patenter enim his & alijs innumerabilibus
decretorum teſtimonijs, omnibus manifeſtũ
eſt, non debere Epiſcopum damnari, licèt
eius perſcrutetur opinio, donèc iudicium de
eo noſtræ Apoſtolicæ authoritatis, hoc eſt,
principis Apoſtolorum Petri, cognoſcatur,
vtpotè quoniam ſolus & præ omnibus, credi-
tus eſt atque percipere meruit à Rege Regum
Chriſto Deo claues regni cęlorum, ad apertē-
dũ fidelibus & beneuolis hominibus in eun- Matt. 16. c
dem Dominum noſtrum, & claudēdum infi-
delibus & maleuolis, atque* ſuis ſacerdotibus, for.* ſuo-
& ſanctæ eccleſiæ, ſuo precioſo ſanguine re- rum ſacer
demptæ, & impugnatoribus ſine nocentibus. dotum
Quod vtiquè & nos facere poſtulauit. Non
quòd noui aliquid nunc imperatur, ſed illud
quod per deſidiam aliquorum aut ſcienter
aut negligenter tranſgreditur, deincèps ob-
ſeruetur ab omnibus, vt illa ſemper, quæ apo-
ſtolica & patrum traditione conſtituta ſunt,
ſub metu, irrefragabili authoritate, tenean-
tur. Scriptum namque eſt in ſecunda ad Theſ- 2. Theſ. 2. d
ſalonicenſes epiſtola, & ad Timotheũ, & Apo
ſtolo monente: (State, & tenete traditiones ve- 1. Tim. 3. b
ſtras, quas didiciſtis ſeu per verbum, ſeu per
epiſtolam.) Item alibi per prophetam: (Expe- "
ctaui quoq;,) ſicut beatus Eſaias intonuit, (vt " Ibidē 6. d
facerent iudicium, fecerunt autem iniquita- 2. Tim. 3. d
tem, & non iuſtitiam, ſed clamorem, omnes
pios conturbantes.) Et hoc ſcire debeant, Eſaię 5. c
quoniam iudicium Dei eſt ſecundum verita-
tem in eos, qui talia agunt, licèt diuitias bo-
nitatis Dei, & ſuſtentationis, & patientiæ con-
temnant, ignorantes quoniam benignitas Rom. 2. a

Dei

Dei ad pœnitentiam eos adducit: ſecundùm
duritiam aũt eorum & cor impœnitẽs, theſau
rizaot ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti
iodicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm
Leui.19.c opera eius. Et alibi ſcriptum eſt: (Ego ſum Do
» minus Deus veſter: Non facientis iniquitatem
* diuius in iudicio. Non accipies perſonam* hominis,
» neque mireris vultũ potẽtis. Ab omni iniquo
» verbo recedes. Innocentem & iuſtum non
» oppugnabis neque interficies.) Ille proculdu-
biò facit iniquitatem in iudicio, qui ea ſibi
Diſt. 17. Huic ſedi. vindicat, quæ ei vindicare non licet. Ideò,
quæ huic ſanctæ Sedi conceſſa ſunt, nullos
vſurpare ſinè eius conſultu* præſumat, qui
* aut non vult honote eccleſiaſtico indignus,* vt
contemptor, iudicari. Itaque oportet negli-
gentes propulſare, ſed ità, vt nocentes noo
roborentur: & bonos improbis aut inſidia-
toribus fratrum reſiſtere, nè torpore deſidiæ
oppreſſi, taciturnitatis teneantur obnoxij.
23.q.3. Qui pôt obuiare. Itaqoe qui poteſt obuiare, & perturbare per
uerſos, & non facit, nihil aliud eſt, quàm fa-
uere eorom impietati. Nec enim caret ſcru-
pulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto faci-
1.Cor.1.b nori deſinit obuiare. Sitis autem perfecti &
integri in eodem ſenſo, & in eadem ſcientia
firmari, vt per eam vias veſtras dirigentes in
eundem inflexibiliter, omnibus occurratis
1.Petr.2.a oppreſſis, quia vobis creditur Dominus, ad
quem accedentes lapidem viuum, ab homi-
nibus qoidem reprobatum propter talium
impietatem, à Deo autem electum & hono-
rificatum, ſuper quem vos, tamquàm lapides
viui, ædificamini in domom ſpiritualem, in
ſacerdotium ſànctum, offerentes ſpirituales
hoſtias ipſi in odorem ſuauitatis. Gratũ enim
admodùm eſt ſacrificium Domino, oppreſ-
ſis omnibus ſebuenire: quanto magis illis,
Lucæ.10.c de quibus ait: (Qui vos audit, me audit: & q
» vos ſpernit, me ſpernit, &c.) Libat quidã Do-
Acto.20.f mino proſpera, qui ab afflictis & oppreſſis
pellit aduerſa. Sed & nunc, fratres, commen-
damus vos Deo & verbo gratiæ eius, qui po-
teſt perficere, & dare hærditatem in omni-
Rom.15.b bus ſanctificatis. Ipſe autem DEVS pacis &
conſulationis, det vobis idipſum ſapere in
alterutrum, & in ipſo ſemper & in omnibus,
vt vnanimes, vno ore & vno corde honori-
ficetis enm in concordiam & auxilium fra-
trum, qui potens eſt confirmare omnes & cõ-
Rom.16.d ſolari ſecundùm euãgelium eius, & iuxta re-
uelationem myſterij temporibus æternis ta-
citi patefacti autem per ſcripturas ſanctas &
patrum orthodoxorum, doctrinas, ſecundùm
præceptum æterni Dei, ad obediendum fi-
dei, in omnibus cognitis nobis, ſoli ſapienti
Deo, Domino noſtro Ieſu Chriſto, cum quo
patri & ſpirituiſancto gloria, honor & impe-
rium & poteſtas in ſecula ſeculorum. Ameo.
Dominus vos cuſtodiat, dilectiſſimi fratres,
incolumes ſemper. Data octauo Kalendas
Nouembris, Flauio & Stilicone viris clariſſi-
mis conſulibus.

EPISTOLA DAMASI PAPÆ QVARTA,

de Chorepiſcopis, & qui ijdem ſint, aut
ſi aliquid ſint, aut nihil, & de vana ſu-
perſtitione eorum vi-
tanda.

DOMINIS venerabilib*, fratrib*, Pro-
ſpero Numidiæ primæ ſedis epiſcopo,
Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Ru-
fo, & omnibus cæteris, vbiquè in recta, ſancta
& Apoſtolica fide conſiſtentibus, orthodo-
xis epiſcopis Damaſus epiſcopus. Licèt fra-
tres chariſſimi, vobis ſint nota patrũ decreta,
mirari tamen non poſſumus veſtram ſoler-
tiam circa inſtituta maiorum, vt cuncta quæ
poſſunt aliquam recipere dubitationem, ad
nos, quaſi ad caput, vt ſemper fuit conſuetu-
do, deferre non deſinatis, vt indè capiatis re-
ſponſa, vndè * accepiſtis inſtitutionèm & nor- * eccleſia accepit
mã rectè viuendi. Vndè & vos nõ immemores
canonũ eſſe recordamur, q & idipſum fieri p-
cipiunt. Non vt vobis ſcientiæ eccleſiaſticæ re-
gulę aliquid deſit, ſed vt authoritate ſedis apo
ſtolicæ fulti, in nullo ab eius deuietis regulis.
Igitur de chorepiſcopis, de quibus nos conſu-
lere voluiſtis, quale ſit eorũ miniſteriũ, aut qd
eis agere liceat, aut quàm authoritatẽ habeãt,
vel ſi liceat eos fieri, an nõ, quia audiuim* eos
iã eſſe ꝓhibitos, aut quid de his, qui iã ordina-
ti reperiuntur, agendum ſit: nil vobis certios
reſpondere nobis videtur, quàm olim à præ-
deceſſoribus noſtris decretum reperimus, vt
eis ad veniam nihil prorsùs aliud reſeruetur,
quàm priuatio ſacri miniſterij, quod illicitè
aſſumpſerunt, quia prohibiti tam ab hac ſa-
cra ſede, quàm à totius orbis fuerant epiſco-
pis. Nimìs ergò eorum inſtitutio improba,
nimìs eſt praua: quia vt hi de ſummo ſacer-
dotij miniſterio aliquid præſumãt, omni au-
thoritate caret & ſacris canonibus inuenitur
eſſe contrarium, atque ad totius eccleſiæ per-
turbationem ſuperba & ſuperflua tendit ela-
tio: & vacuum eſt & inane, quicquid in præ-
dicto ſacerdotij ſummi egerunt miniſterio.
Quòd ipſi ijdem ſiot, qui & presbyteri, ſuf- Sup. in cõci. Neocęſarieñ. cap. 13.
ficienter inuenitur: quia ad formam & exem
plum Septuaginta, inueniuntur priùs inſti-
tuti. Sed quia (Deo gratias) modò neceſſarij,
ſicot in primitiua eccleſia propter ſtudium,
quod erga pauperes exigebant, non ſunt, &
quia illicita p̃ſumebãt, & quod agebant, actũ
non erat, & propptereà multi in ſecuritatem
lapſi, eccleſiaſtico fraudabantur & fruſtra-
bantur miniſterio: ideò tam ab hac ſancta
ſede, vt ſuperiùs memorauimus, quàm & ab
omnibus totius orbis Epiſcopis, à pontifi-
calibus ſunt remoti officijs. Nam (vt nobis
relatum eſt) quidam Epiſcoporum, propter
ſuam quietem, eis plebes ſuas committere
non formidant: & vt illicita atque prohibi-
ta agant, ijdem ea quæ ſolis pontificibus de-
bentur, ſibi vſurpant, & ipſi in ſua quiete tor-
pent, & curam ſibi à Deo commiſſam negli-

 gunt,

Ioan.10.c gunt, quum Dominus dicat: (Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, & vocat eas nominatim, & cognoſcit ſuas, & ſuæ agnoſcunt eum.) Et item: (Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem, & animam meam
Ibidem. pono pro ouibus meis.) De mercenario autem
Ibidem.b quid dicat, benè noſtis, (quia videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues.) & reliqua. Pro talibus verò negligit cura eccleſiæ, & eius ſtatus perturbatur. Et ideò ſunt prohibiti, intantùm, vt ſi aliqui ex his reperti fuerint, à proprio decidant gradu. Illi namque epiſcopi, qui talia ſibi præſumunt, videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles, quæ ſtatim, vt pariunt, infantes ſuos alijs nutricibus tradunt educandos, vt ſuam citiùs libidinem explere valeant. Sic & iſti fratres ſuos, id eſt, populos ſibi commiſſos, alijs educandos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt, vt pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuique viſum fuerit, liberiùs agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vituantur, & reliqua mala proueniũt. Non taliter Dominus docuit, nec Apoſtoli inſtituerunt: ſed ipſi qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprios manipulos Domi-
Luc.15.a no repræſentent. Nam ipſe ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe inuenit, ipſe proprijs humeris reportauit, nosque idipſum facere edocuit. Si ipſe pro ouibus tantam curam habuit, ipſe docuit, ipſe curauit, ipſe ſanauit, ipſe proprijs humeris reportauit, atque intantum dilexit, vt etiàm animam ſuam (multas ſuſtinens iniurias, multa opprobria, multasque paſſiones) pro nobis traderet, quid nos miſeri & deſides dicturi ſumus, qui etiàm pro ouibus nobis commiſſis curam impendere negligimus, & alijs eas educandas tradimus? Corrigantur hæc, fratres, neceſſe eſt: quia qui plùs
68.di. corepiſcopi tã ab hac cõ laborat, maiorem mercedem accipiet. Nam non ampliùs quàm duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus, id eſt, duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta diſcipulorum: vnde iſte tertius proceſſerit, funditùs ignoramus. Et quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt. Quòd enim Epiſcopi non ſint, qui minùs quàm à tribus ſunt ordinati Epiſcopis, omnibus patet: quoniam) vt benè noſtis) prohibitum à * ſacris eſt patribus, vt qui
* ſanctis ab vno vel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis, nec nominentur Epiſcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habebunt? Quicquid enim inter Epiſcopos, aut de rebus ad eos ſolummodò pertinentibus egerint, neceſſe eſt (vt ſuperiùs iam prælibatum eſt) vt irritum fiat: quia quod non habent, dare nequaquàm poſſunt, præſertim quum nullum ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem iſti, antequàm prohiberentur, (vt ſuperiùs memoratũ eſt) in Eccleſia gerebant, nil de hoc, quod Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus ſpecialiter de-

bebatur, legitur aſſumpſiſſe. Nec in lege Domini, quæ Moſi ab ipſo Domino legitur dictata, de his, quæ ſummis ſacerdotibus, id eſt, Moſi & Aaron, erant ſpecialiter conceſſa, filij Aaron quicquam præſumebant: Nulli enim dubium eſt, quod Moſes & Aaron ſoli, præcipiente Domino, in tabernaculo Dei erigebant altare, ſoli vngebant, ſoli ſacerdotes ſacra vnctione inſtituebant, & alia, quæ ad ſummum ſacerdotium pertinebãt, de quibus ſufficienter in diuinis legitur literis, agebãt: quoniam ſummi Domini ſacerdotes erant, ſicut de eis ſcriptum eſt, Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Sic & modò, quia vmbra legis tranſijt, & lux Euangelij in nos, Dei gratia, manifeſtè coruſcat, de hisque in ſummis ſacerdotibus, id eſt, Epiſcopis ſunt, quorum figuram Moſes & Aaron tenuerunt, illi qui ſeptuaginta diſcipulorum formam geſtant, in quorum videlicet typo filij Aaron erant, nihil præſumere debent, ſicut nec illi quicquam de ſummi ſacerdotij miniſterio attingebant. Nam quòd chorepiſcopi antequàm præfato prohiberentur tenore, ad formam ſeptuaginta inſtituti erant, canon ſufficienter manifeſtat, vbi ait: Chorepiſcopi quoque ad exẽplum & formam ſeptuaginta videntur eſſe, & reliqua. Nec illud prætereundum nobis videntur, quod alibi in canonibus expreſſum eſt: Qui in vicis & poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati fuerint, &c. Nec ab re dictum perpendo, quamquã in manus impoſitionem epiſcoporum perceperint, cùm Epiſcoporum nomen pluralem in ſe contineat numerum, & apud grammaticos pluralis ſit genitiu°: videtur enim mihi, quòd tunc non ab vno, ſed à pluribus ordinabantur: quia nullatenùs diceret, Epiſcoporum, ſi ab vno fieret talium ordinatio, cùm Epiſcoporum, pluraliter dictum ſit. Cùm autem dixit chorepiſcopum, profectò villanum voluit intelligi Epiſcopum. Et ſi villanus, quid agit in ciuitate, cùm in vna ciuitate duo omninò prohibeantur eſſe Epiſcopi? Et ſi in villa & in eo loco, vbi anteà Epiſcopi nõ fuerunt, cùm & in modica ciuitate, vel in villa, aut caſtello Epiſcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omninò locis, vbi anteà Epiſcopi nõ fuerunt, ne vileſcat authoritas & nomen Epiſcopi, fuerint conſtituti, quid (rogo) erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco: quoniam ſi Epiſcoporum manus impoſitionem perceperunt, & vt Epiſcopi ſunt conſecrati, vbi ſunt conſecrati? Ad villam, quia χώρα villa eſt apud Græcos. Et qualiter ad villam, ſi nec in caſtello aut in modica ciuitate licet fieri, rogo, vt promatis: & ſi promere nõ poteſtis, quia (ſcio) per rationem aut plenam authoritatem minimè poteſtis, digitũ ori imponite, & eos ei authoritate carere non dubitate, ſcilicet quia tria obſtant, quibus eorum caſſatur actio vel inſtitutio: Vnum, quòd

Patet ex pluribus pentateuchi locis. Num.7.c

Pſal.98.b

In concilio Neocæſarien. cap.13.

In concilio Antiocheno.c.10

ab

ab vno Epiſcopo ordinari ſolent, in quo eorum ordinatio à canonibus diſcordat, qui per manus Epiſcoporum eos inſtitui iubẽt. Aliud ſi à pluribus Epiſcopis ſunt ordinati, & aut in villa, aut in caſtello, ſeu in modica ciuitate, aut omninò non in eo loco præfixi, quo inſtè Epiſcopi fieri debent, aut dudùm non fuerunt, vbi vileſcat authoritas & nomen Epiſcopi. aut ſi in ciuitate cum altero Epiſcopo: cùm (vt prædictum eſt) in vna ciuitate duo non debeant conſiſtere Epiſcopi. Tertium, ſi abſolutè fueriot inſtituti, ſicut de quibuſdam audiuimus, quæ omnia Epiſcopali omninò carent authoritate. Et illud adhuc reſtat, quòd eorum ordo non habet in diuinis literis authoritatem, quia (vt præfixum eſt) ordines ſunt duo tantum primi in Eccleſia, id eſt, Apoſtolorum & ſeptuaginta diſcipulorum. Sanè ſi nec Epiſcopi ſunt, quia pro præfatis cauſis Epiſcopi eſſe non poſſuot, nec preſbyteros ſe nominari volunt, quia amplius eſſe ambiunt, atque plus quàm Septuaginta diſcipuli feciſſent,) ad quorum formam, vt paulò ſuperiùs prælibauimus, hi, antequàm prohiberentur, à quibuſdam ſtultis & ſua quærentibus, & non quæ CHRISTI IESV, inſtituebantur) præſumere tentaot, & illicita atque prohibita agere præſumũt, nec hoc dici ſe volunt, quod ſunt, rogo, vt manifeſtè prodatis, quid ſint: quoniam aut aliquid ſunt, aut nihil. Nam manifeſtè patet, quoniam Epiſcopi non ſunt. Et ſi Epiſcopi non ſunt, & presbyteri eſſe deſpiciunt, quid erunt? Aut aliquid prorſus erunt, aut nihil: quia nihil poteſt eſſe, niſi habeat vndè ſit. Et ſi non habet vndẽ ſit, aut vndè originem ducat, nec authoritatem habet, nec ſtare ritè poterit, quia inane eſt, & vt deſtruatur & cadat neceſsè eſt, quoniam nihil eſt, & in nihilum reputabitur.

Si verò nihil ex his ſunt, quæ ſuperiùs memorauimus: tunc neceſsè eſt, vt nihil ſint ex his quæ ſacerdotibus debentur. Et ideò nec in ſacerdotali cathalogo habeantur, niſi tantùm (vt primò commemorauimus) vt pro miſericordia illis, qui humiliter hoc ferre voluerint, nec ampliùs ambiêrint, & per ſcriptum propria manu ſubtèr corroboratum, idipſum confirmauerint, hoc ſolummodò concedatur, vt inter ſacerdotes locum habeant, & miniſterio presbyterorum contenti ſint, atque menſæ Domini tantummodò participes exiſtant. Amplius autem qui ambire voluẽrint, nec hoc re tineant, vt ſacerdotes ſint, ſed omni Eccleſiaſtico funditus priuentur honore. Quòd verò eis non liceat, ſacerdotes conſecrare, nec diaconos aut ſubdiacones, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere aut ſacrare nec Eccleſias dedicare, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontes ſignare, nec publicè quidem in Miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas Epiſtolas mittere, nec populum benedicere, nec ante Epiſcopum in baptiſterio aut in ſacrario introire, nec præſente Epiſcopo infantem tingere aut ſignare, nec pœnitentem ſine preceptione Epiſcopi ſui reconciliare, nec eo preſente. niſi illo iubente, ſacramentum corporis & ſanguinis CHRISTI conficere, nec eo coràm poſito populum docere aut ſalutare, nec plebem exhortari: quæ omnia ſolis pontificibus deberi, tam ex ſuperioribus, quam ex alijs patrum conſtitutis, aut ſacris canonibus, edocti eſtis. Et ſi neceſsè eſt quibuſdam minùs ſcientibus, doceri pleniter & inſtrui poſſunt. vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium & ſummorum Pontificum demonſtretur. Similiter & de presbyteris hæc habeantur, ut ſinè iuſſu proprij Epiſcopi nil agant: quia quod ratum eſt, hoc & pulchrius eſſe videtur. Et ſi nomen vileſcit Pontificum, omnis ſtatus perturbatur Eccleſiæ. Triplex itaque in hac parte reatus eſt, quòd & prohibita agunt, & quòd ſacrum miniſterium talis conſortii vilitate polluitur, & Epiſcoporum (quantùm ad illicitæ vſurpationis temeritatẽ pertinet) iura ſoluuntur. Quòd autem ſolis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus proprij ſit officij tradere Spiritumſanctum, liber Actuũ Apoſtolorum docet, præſertim quum nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum iſti in Eccleſia ſpeciem gerunt, legatur donum ſancti Spiritûs per manus impoſitionem (vt prædictum eſt) tradidiſſe. Acto. 8. c Hæc ergò, quia omni carent ratione, nullus deincèps vſurpet, aut conſentiat ſacerdotum, qui noluerit à noſtro ſacerdotali collegio ſeparari. Nec quod a nobis extinguitur, & a prædeceſſoribus noſtris ac reliquis (vt dictum eſt) totius orbis Epiſcopis iam extinctum eſt, apud aliquos tenebroſis ſeminetur radicibus: ſed quæ male pullulâſſe noſcuntur, radicitus euellantur, nè meſſem Dominicam vlla corrumpant zizania. Ita enim fructũ vberem Domini ſacerdotes præſtabunt, ſi ea, quæ natam ſegetem enecare conſueuerunt, radicitùs amputentur. Ceſſet ergò, ceſſet tot vicibus prohibita & damnata præſumptio: nec imitentur ſummi ſacerdotes mulieres meretrices, quæ infantes ſuos, præſata voluptate alijs ad nutriendum tribuunt: ſed ipſi nutriãt: ipſi Domino ſuo fructum cum vſura reddant; fructuoſosquè manipulos ei cum gloria repreſentent. Nam ſi Dominus leproſos, inter cæteras ouium ſuarum curas, tetigit & mundauit, cur nos eadem agere dedignamur? Aut cur nos ipſi, qui paſtorale officium ſuſcepimus, aliis alendas tradimus? maximè, quum Dominus Petro præceptori noſtro dixerit: Si diligis me, paſce ouas meas: & multa alia, & his ſimilia. Nam benedictio, quam prædicti chorepiſcopi ante ſuam prohibitionem, per manus impoſitionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quàm ſalutem. Et illi qui pontificatus apicem non habebant, quomodò ea quæ non habebant, dare poterant? quoniam nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Aut quis hominũ, licèt more huma-

Matt. 8. a Marc. 1. d Luce 5. c Ioan. 21. g

humano loquamur, dare poteſt, quod non habet? Præſertim quum pontifices non erant, ea quæ ſolis pontificibus debentur, dare non poterant. Et propterea magis vulnerabant capita, quæ per manûs impoſitionem tangebant, quum ea, quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent. Et ideò, quic-
* tangendo proficiebant: quid ex ſupradictis miniſteriis pontificalibus
1. Re. 16 c præſumebant, irritum erat, & nihil * tactis
Pſal. 108. proficiebat: ſed magis, iuxta prophetam, maledictionem pro benedictione (ſi ratum eſt di-
1. q. 6. Per illicitam ma. cere) conferebant. Quapropter per illam illicitam manûs impoſitionem, vt paulò ſuperiùs
Et 9. q. 1. Per illic. prælibauimus, vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe, habebant. Et vbi vulnus infixum eſt, neceſſè eſt medicinam adhibere, qua infixa ſanetur macula, id eſt, reite-
* actũ nõ eſt, aut rari neceſſum eſt quod legitimè * actum aut collatum minimè approbatur, ſi perfectum eſſe debebit. Nam quomodò honorem poſſit retinere, qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitimè non habuit, inuenire non poſſũ: quum ille, qui honorem pontificalem non habuit, pontificalia non poteſt iura tribuere: nec hoc ſibi poterant vendicare, cuius càpaces per hoc quod illis obſtiterat, non fuerunt. Huius ergò diſcuſſionis curam nobis ſpecialiter vendicantes, ità miſericordiam irrogamus, vt ſi qua forſitan de his commiſſa ſunt, corrigãtur ne talia liceat vltrà committi, & nè qua excuſatio de ignoratione naſcatur: quia vt nobis gratulationem facit Eccleſiarum ſtatus, ſalubri diſpoſitione attributus vel adornatus, ità non leui nos mœrore contriſtat, quotiès aliqua contra inſtituta Canonum vel Eccleſiaſticam diſciplinam præſumpta aut commiſſa cognoſcimus. Quæ ſi non qua debemus vigilantia reſecemus: illi, qui nos ſpeculatores eſſe voluit, nos excuſare non poſſumus, ſi eius Eccleſiam, quæ nobis generaliter commiſſa eſt, inquantùm præualemus, puram à tam illicitis ſuperſtitionibus non cuſtodiamus; quia non aliter vnus grex & vnus paſtor ſumus, niſi quemad-
1. Cor. 1. b modum Apoſtolus docet, Idipſum dicamus omnes: Simus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſapientia. Nec aliter veri diſcipuli Domini erimus, niſi radicem amaritudinis ſurſùm germinantem, (ſicut hoc, vt aſſeritis modò facit) nè nocere valeat, aut Epiſcopale miniſterium vileſcere faciat per eorum negligentiam, id eſt omnium ſacerdotum, qui euellere mala, & meliora plantare ſunt ab eo præpoſiti vnuſquiſque pro viribus extirpare feſtinet, & ipſe qui pro ſuis ouibus eſt æterno iudici rationem redditurus, eas fouere & educare decertet. Si Domini deſideramus eſſe diſcipuli, ipſius imitemur veſtigia, vt de nobis di-
Ioan. 10. c catur: (Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco
» oues meas, & voco eas nominatim, & cogno-
» ſcunt me meæ, & reliqua. Et iterùm, monente
Ioan. 21. d Dominicæ vocis imperio, quo beatiſſimus Apoſtolus Petrus, trina repetitione myſticæ ſanctionis, imbuitur, vt Chriſti oues, qui Chriſtũ amat, diligenter & cum magna cura paſcat: quoniam ipſius ſanctæ ſedis, cui per abundãtiam diuinæ gratiæ præſumus, amore & reuerentia coarctamur, vt tantę ſuperſtitionis, quę nullius (vt ſæpè dictum eſt) fulcitur authoritate, periculum, quãtùm poſſumus, declinemus, nè beati magiſtri noſtri Petri, & ſummi Apoſtoli dilectio, qua ſe amatorem Dei eſſe teſtatus eſt, vana inueniatur in nobis: quoniam omnis negligenter paſcens totiès ſibi commendatum Dominicum gregem, conuincitur ſummum non amare paſtorem, nec eius ſe velle diſcipulum fieri, cuius exempla negligit imi-
tari. Nam gratia prorsùs maior acquiritur, ſi Ioã. 21. c
de commiſſis ouibus lucrum offerat Domino ſolicitudo paſtoris. Nam & beatum Iacob qui pro vxoribus diù ſeruiẽrat, dixiſſe memini-
mus: (Viginti annis fui tecum: oues tuæ & ca- Gen. 31. c
præ ſteriles non fuerunt: arietes gregis tui nõ »
comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi: Ego »
damnum omne reddebam: & quicquid furto »
periẽrat, à me exigebas: die nocteque æſtu vre- »
bar & gelu: fugiebat ſomnus ab oculis meis.) »
Si ergò ſic laborat & vigilat, qui paſcit oues Laban: quanto labori, quantiſque vigiliis de-
bet intendere, qui paſcit oues Dei? Sed in his, Ioã. 10. c
omnibus ipſe nos inſtruat, qui pro ſuis dedit ouibus animam, & adiuuet nos, vt de his, qui nobis commiſſi ſunt, fructum multiplicem ac menſuram ſuperfluentem ad æterna gaudia reportare concedat. Tantùmque vos beati Petri
Ioã. 21. c Apoſtolorum principis amor incendat, vt in ouili ipſius; cui omnes creaturæ ſunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præſumentes, ſanctis veſtris ſtudiis ſummo redintegrare cũ deſiderio feſtinetis, qualiter animæ precioſo Chriſti ſanguine redemptæ, eorum non pereant deceptione. Reſtat etiàm, quòd per oſtium hi nequaquàm ſubintrârunt, quia non habebant oſtium per quod ingrederentur: quia (vt dictum eſt) ſi nec Epiſcopi ſunt, & priuſquàm presbyteri eſſe ambiunt, per quod oſtium intrabunt, cùm hi tãtùm duo ordines in Eccleſia legantur, nec amplius ad paſtorale officium aliquod pateo oſtium, per quod paſtor intret? Audite fratres
non me, ſed ipſam dicentem veritatem: (Qui Ioã. 10. a
non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcẽ »
dit aliunde, hic fur eſt & latro. & reliqua.) »
Cùm etiàm egregius prædicator dicat, Funda-
mentum aliud nemo poteſt ponere, præter id 1. Cor. 3. c
quod poſitum eſt: cùm prædicta duo fundamenta in Eccleſia tantùm inueniantur poſita, quicquid amplius poſitum in his inuenitur, ſtare nullatenus poterit. Et ideò, cum omnibus ſuis fundamentis & actionibus atque radicibus vt euellatur neceſſè eſt, ità vt amplius pullulare nec germinare valeat. Non ergò generet, & non faciat vobis, fratres, totiès repetita locutio faſtidium: quia ſumma neceſſitas eſt ſæpius prohiberi, quod totiès, vt à vobis cognouimus, illicitè vſurpatur: & quoniã veritas ſæpius exagitata, magis ſplendeſcit in

lucem:

lucem: & quòd totiès repetendo admonetur, minùs vſurpatur. Super his enim multa iam ab anteceſſoribus noſtris dicta ſunt, à quibus ipſi, ſicut nunc à nobis, ità olìm ab eis damnati & prohibiti ſunt. Ideò ſæpiùs repetentes, omnes monemus, vt vitẽt huiuſmodi, & à talibus ſe abſtineant, qui noluerint vnà cum eis à ſacerdotali miniſterio, vt rebelles, fieri alieni. Quod ità demùm probare poterimus, ſi tales extirpare, & non eis fauere decertaueritis: & ità in poſtmodùm de tali re querela ceſſabit, quia contumeliæ ſtudio fit, quicquid interdictum totiès vſurpatur. Omnia hęc decretalia, & cũctorum prædeceſſorũ noſtrorũ conſtituta, quæ de eccleſiaſticis ordinibus & canonnum promulgata ſunt diſciplinis, ità à vobis & omnibus epiſcopis, ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deincèps non erit denegari, quoniam occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Et meritò nos, qui ſumma Eccleſiæ tenere debemus gubernacula, cauſa reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Datum Kalendis Iunij, ª Libio & Theodoſio viris clariſſimis conſſ.

ª Litio

EPISTOLA DAMASI PAPÆ quinta, & Epiſcoporum, qui ad eum in Romanam vrbem ex Italia & Gallia conuenerant, numero nonaginta.

Theo. lib. 2. c. 22. Conciliũ Romanũ tempore Damaſi Papæ.

DAMASVS, & cæteri Epiſcopi Romæ cõgregati, dilectiſſimis fratribus in Illyrico conſtitutis epiſcopis, in Domino ſalutem. Credimus ſanctam fidem veſtram, in Apoſtolorum eruditione fundatam, hanc vos tenere, & hanc populis vniuerſis exponere, quę videlicet à conſtitutis patrum nulla ratione diſſentit, per quos iuſtum eſt cæteros erudiri. Sed relatione Gallicanorum & Venetorum fratrũ, quoſdã hæreſibus fauere cognouimus. Quod malum nõ ſolùm cauere debent Epiſcopi, ſed etiàm reluctari contra ea, quæ geſta ſunt imperitia aut ſimplicitate quorũdam, prauis interpretationibus deceptorum. Varijs ergò doctrinis non decet labefactari, ſed magis patrũ noſtrorum corroborari ſententijs. Auxẽtium ergò Mediolanenſem præcipuè in hac cauſa damnatum eſſe liquet. Vndè iuſtum eſt, omnes in vniuerſo Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis ſunt, ſapere, & non fidem doctrinis varijs maculare. Itàque dum primùm hæreticorum cœpiſſet nequitia pullulare, ſicut etiam nunc blaſphemia nefandorum Arianorum, tunc patres noſtri trecenti decem & octo Epiſcopi, habito tractatu in vrbe Nicena, hũc murum fortiſſimũ contra arma diabolica ſtatuerunt, & hoc remedio venena mortifera sũt depulſa, vt pater & filius vniꝰ diuinitatis, vniꝰ virtutis, vniuſque magnitudinis debeat credi, vniuſque eſſentiæ ſiue ſubſtãtiæ, ſimul & Spiritusſanctus. Aliter enim ſapientes, alienos eſſe à noſtra communione iudicauerunt. Quem terminum ſalutarem, adorabilemque deliberationem, corrumpere quidam alijs cogitationibus atquè temerare voluerunt: ſed in ipſo principio, ab hiſipſis, qui in Arimino reuocare aut retractare cõpellebantur, vſque ad hoc cauſa correcta eſt, vt confiterentur, alia ſibi circumuentione ſubreptum, aut certè, quia nõ intellexerunt, patrum ſententię in Nicea conſtitutæ hoc eſſe contrarium. Neque enim præiudiciũ aliquod fieri potuit per numerũ Arimino congregatũ, quando conſtat, neque Romanum Epiſcopum, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincentiũ, qui tantis annis Epiſcopatum inuiolabiliter cuſtodiuit, neque alios talibus præbuiſſe conſenſum, maximè dum (ſicuti prædiximus) iſti ipſi, qui per circumuentionem declinaſſe videbantur, ipſi denuo vtẽtes meliori conſilio, hęc ſibi diſplicere teſtati ſunt. Perſpicit itaque veſtra ſalubritas, hanc ſolam fidem, quæ Niceæ, Apoſtolorũ authoritate fundata eſt, eſſe perpetua firmitate ſeruandam, & ſimul Orientales hoc facere nobiſcum, qui ſe catholicos eſſe cognoſcunt, Occidentales etiam gloriari. Credimus autem, languentes in iſto conamine, nõ tardè à noſtra ſeparandos eſſe communione, & ab eis epiſcopatûs nomen auferri, quatenus populi eorum liberati errore, reſpirent. Nullo enim modo à deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet cum omnibus Dei ſacerdotibus etiam charitatis veſtræ ſentẽtia, in qua vos fixos ac firmos exiſtere iudicauimus. Si ergò ẽt nos vobiſcum rectè credere debemus, veſtræ nos charitatis literis lætificate reciprocis. Valete fratres chariſſimi. Data decimo ſeptimo Kalendas Nouembris, Siricio & Ardabure viris clariſſimis conſulibus.

EPISTOLA DAMASI SEXTA, ad Epiſcopos Italiæ.

VNIVERSIS Epiſcopis per Italiæ prouincias conſtitutis, Damaſus Epiſcopus in Domino ſalutem: Optaueram, dilectiſſimi, pro noſtri charitate collegij, omnes Domini ſacerdotes (ſicut in primitiua fuit Eccleſia) vnum eſſe cor & animam vnam, atque in vna deuotione perſiſtere, nec quenquam ſacerdotum, gratia aut formidine ſecularium deprauari, aut à via veritatis quoquo modo abſcedere. Sed quia multa quæ corrigi poſſunt, proueniunt, & ſuperat culpas delinquentium miſericordia Dei: atque ideò ſuſpenditur vltio, vt poſſit locum habere correctio. Relatum eſt enim ad ſedem Apoſtolicam, vos accuſationes fratrum per ſcripta ſuſcipere abſque legitimo accuſatore. Quod deincèps in omni orbe terrarum fieri, Apoſtolica authoritate prohibemus: & quod nupèr factũ eſt, abſque vlla retardatione corrigi rogamus: nec vnq̃

Actor. 4. f

5 q. 2. Relatum eſt ad ſedem

11. q. 3. Eorum qui accuſant.

prius

priùs per ſcripta, eorum qui accuſantur, cauſam diſcutere liceat, quàm per querulantium inſtitutiones vocati canonicè, ad Synodũ veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter & intelligat, quæ ei obijciuntur. Quod benè & per ſapientiam Salomonis dicitur: (Antequàm ſcruteris, nè repræhendas: Intellige priùs, & tunc increpa: Antequàm audieris, nè reſpondeas.) Et licèt apertiſſima ſit cõtrariorum repræhenſio, veruntamen oportet his, qui dati ſunt ad eorum examinationem, ordinem ſeruari ab his, qui ſecundùm Deum perſcrutari deputati ſunt, quatenus ità cum operatione cooperante inueniamus & cõfeſſorem Deum, qui dicit: (Vbi duo ſunt vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.) Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: ſed quoniam non eſt præſentialiter accuſatus, ideò non eſt eiectus. Nec vos vllo modo agere oportet, quod ille noluit facere. Leges enim ſeculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes. Vndè canonica patrum conſtituta non ſemèl, ſed ſæpiſſimè clamant, nec accuſationes nec teſtimonia vllum per ſcripta poſſe proferre: nec de alijs negocijs quicunque teſtimonium dicant, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Similiter & qui alium accuſare elegerit, pręſens, per ſe, & non per alium, accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa. Neque vllus vnquàm iudicetur, antequàm legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluẽda crimina. Curandum namque eſt, nè ira quenquam ſubripiat, faciatque citiùs omne quod non licet. Omnipotens Deus hæc vos & cuncta diuina mandata & Apoſtolica præcepta cuſtodientes, in cunctis actibus veſtris cœleſtis brachij extenſione protegat, atque ad cœleſtis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat. Amẽ. Datã tertiò Idus Aprilis, Siricio & Ardabure viris clariſſimis conſulibus.

5.q.1.Relatum eſt ad,

Eccl.11.a

Matt.18.c

Ioan.13.c

5.q.1. Relatum eſt ad ſedem.

3.queſt.9. Qui accuſare aliũ.

DECRETA DAMASI PAPÆ PRIMI,

Ex Decreto Gratiani & Iuonis, numero quinque prioribus non inſerta.

PRIMVM.

¶ Si accuſator in accuſatione defecerit, talionem recipiat.

2.q.3.Calũniator ſi in.

Calumniator, ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat.

SECVNDVM.

¶ De his qui clericum falſo nomine impetunt.

Ibidem. Si quis epiſcopũ.

Si quis Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconem falſis criminibus impetierit vel accuſauerit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem cenſemus.

TERTIVM.

¶ Eccleſiarum oblationes ſub laicorum dominio non detineantur.

10.q.1. Hanc cõſuetud.

Hanc conſuetudinem, quę contra ſanctam Eccleſiam catholicam agere videtur, omninò interdicimus, vt nullo modo, vllo vnquàm tẽpore, oblationes quę intra ſanctam eccleſiam offeruntur, ſub dominio laicorum detineantur: ſed tantummodò ſacerdotibus, qui quotidiè Domino ſeruire vidẽtur, illis ſolis liceat comedere & bibere: quia in veteri teſtamento prohibuit Dominus, panes ſanctos comedere filijs Iſrael, niſi tantummodò Aaron & filijs eius, qui longè erant ab iſtis panibus, qui nunc in ſancta Eccleſia offeruntur, quia illi ſub vmbra legis erant. Qui verò modò ſub gratia ſunt Spiritus ſancti, toti mundo, Euangelio coruſcante, lucidiores eſſe vidẽtur. Qua fronte, aut qua conſcientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs, Deos preces offerre? Quia prauum eſt & contra Dominicum præceptum, & detrimentum animæ ſuę infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur: quia omnibus ſanctis patribus, noſtriſque prioribus placuit, hanc ſanctionem fieri, & nos ſimiliter in eiſdem perſiſtere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc quod conſtitutum eſt, ſi in perpetua damnatione noluerit perſiſtere. Si quis verò contra hanc regulam noſtram, & contra ſanctorum trecentorũ decem & octo patrum, qui in Niceno Concilio hoc cõſtituerũt, temerarius præſumptor fuerit, & vlteriùs oblationes de ſacris Eccleſijs auferre molitus fuerit, ſub anathematis vinculo ſit colligatus & condemnatus. Reſponderunt omnes, Fiat fiat.

Leuit. 2.c & 24.b

QVARTVM.

¶ In Spiritum ſanctum blaſphemant, qui ſacros canones violant.

25.q.1. Violatores.

Violatores Canonum voluntariè, grauiter à ſanctis patribus iudicantur, & à ſancto Spiritu, cuius inſtinctu ac dono dictati ſũt, damnantur: quoniam blaſphemare in Spiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſacros Canones, non neceſſitate compulſi, ſed libenter (vt præmiſſum eſt) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio, manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium in Spiritumſanctum: quia (vt iam prælibatum eſt) cõtra eum agit, cuius nutu & gratia ſancti Canones editi ſunt.

QVINTVM.

¶ Ex Decreto Iuonis Carnotenſis, libro primo.

Quoniam quidam Metropolitanorum, fidem ſuam ſecundùm priſcam conſuetudinem ſanctæ Sedi Apoſtolicæ exponere detrectantes, vsũ pallij neque expetunt, nec percipiunt, ac per hoc Epiſcoporum cõſecratio, viduatis Eccleſijs, nõ ſinè periculo protelatur: placuit, vt quiſquis Metropolitanus infra tres mẽſes conſecrationis ſuæ, ad fidem ſuam exponendam, palliumque ſuſcipiendum, ad Apoſtolicam ſedem non miſerit, commiſſa ſibi careat digni-

dignitate: ſiquè licētia Metropolitani ab alijs, poſt ſecundam & tertiam commonitionem, viduatis Eccleſijs, cum conſilio Romani Pontificis, ordinādo Epiſcopos, ſubuenire. Si verò conſecrandi Epiſcopi negligentia prouenerit, vt vltra tres menſes Eccleſia viduata conſiſtat, cōmunione priuetur, quouſque aut loco cedat, aut ſe conſecrandum præbere non differat. Quòd ſi vltra quinque menſes per ſuam negligentiam retinuerit viduatam Eccleſiam, neque ibi, neque alicubi conſecrationis donum percipiat, immò Metropolitani ſui iudicio cedat.

Cæſarauguſtanum Concilium in Hiſpania eſt celebratum præſentibus etiam Aquitanicis Epiſcopis, contra Priſcillianiſtas. De Priſcilliano ſic Proſper in Chr. An. Chri. 379. Priſcillianus de Gallæcia ex Manichæorum, & Gnoſticorum dogmate hæreſim nominis ſui condidit. D. Auguſtinus Priſcillianiſtæ, quos in Hiſpania Priſcillianus inſtituit, maximè Gnōſticorum, & Manichæorū dogmata permixta ſectātur quàmuis, & ex alijs hæreſibus in eam ſordes, tāquàm in ſentinam quandā, horribili confuſione confluxerunt. Hæretici iudicio ſe committere non auſi, abſentes dānati Inſtantius, & Saluianus Epiſcopi Elpidius, & Priſcillianus laici: qui eos itē in communionem recepiſſent, communione priuati. Quinquennio poſt, cum à Damaſo Romæ, & Ambroſio Mediolani reiecti, per corruptos Aulæ miniſtros Imperiali reſcripto elicito, eccleſias, & ſtatū recuperaſſent, Maximi, iuſſu, qui, necato Gratiano, Imperium inuaſerat, in Burdegalenſe Cōcilium pertracti, cum ad Principem appellaſſent, conuicti multorum maleficiorū, alij gladio addicti (nequidquàm S. Martino Turonenſi contra nitente, qui ſanguine abſtinendum cenſebat) alij deportati in Inſulam, alij exilio temporario affecti.

Vide Sulpicium, qui lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, rem hanc omnium optimè exequitur.

CONCILIVM AQVILEIENSE,

TEMPORE DAMASI PAPÆ PRIMI CELEBRATVM:

Ad extirpandas Arianæ hæreſis reliquias; ex Italis, Gallis, & Pannonicis Epiſcopis, præſentibus Gallorum, & Afrórum legatis. Eſt Prouinciale.

Aquileia vrbs Carnorum Metropolis, ab aquis legendis dicta. Habet iuxta præter fluentem Timauum, à Plinio in decima Italia regione ponitur: fuitq́; olim Colonia Romanorum potens admodum, ſed ab Hunnis Attila ductu euerſa & diruta eſt, ità vt vix vlla extent vrbis indicia: nec quicquam inſigne habet, præter vetuſtum & ruinoſum templum, cuius canonici ob cœli intēperiem & adiacentes paludes vix trimeſtri ſpatio, ſuo illic poſſunt fungi officio. Vide Plin. lib. 3. cap. 18. Strabonem lib. 5.

EPISCOPI QVI HVIC CONCILIO INTERFVERVNT.

VALERIANVS Epiſcopus Aquileien. Ambroſius Epiſcopus Mediolanen. Euſebius Epiſcopus Bononien. Limenius Epiſcopus Vercellen. Anemius Epiſcopus Sirmien Illyrici. Sabinus Epiſcopus Placentinus. Abūdātius Epiſcopus Tridentinus. Philaſter Epiſcopus Brixianus. Conſtantius Epiſcopus * Arauſicus. Theodorus Epiſcopus Octoduren. Dōs Epiſcopus Gratianopolitanus. Amātius Epiſcopus Nicien. Maximus Epiſcopus Emonen. Baſilianus Epiſcopus Lauden. Proculus Epiſcopus Maſſilien. Heliodorus Epiſcopus Altinenſis. Felix Epiſcopus * Iadren. Euēnius Epiſcopus * Citinien. Exuperātius Epiſcopus Dertonenſis. * Diogenes Epiſcopus Genuen. Conſtantius Epiſcopus Sciſcianen legatus Gallorum. Iuſtus legatus Gallorum. Felix legatus Aphrorum. Numidius legatus Aphrorū. Euagrius presbyter & legatus, Artemius, Almachius, Ianuarius, Iouinus, Macedonius, Caſſianus, Marcellus, Euſtathius, Maximus, Chromatius presbyter.

* Arauſicen.

* Iadertinus.

* Tinien.

GESTA CONCILII AQVILEIENSIS TEMPORE DAMASI Papæ primi.

EPISTOLA CONCILII AQVILEIENSIS AD EPISCOPOS GALLIÆ.

CONCILIVM, quod conuenit Aquileiæ, dilectiſſimis fratribus Epiſcopis prouinciæ Viennenſium & Narbonenſium primæ & ſecundæ. Agimus gratias ſanctæ vnanimitati veſtræ, quòd in dominis & fratribus noſtris Conſtantio & Proculo, omnium nobis veſtrā præſentiam contuliſtis, ſimul præſcripta maiorū ſequentes, non mediocre addidiſtis pōdus ſentētijs noſtris, cum quibus etiàm veſtræ ſanctitatis conuenit profeſſio, Domini fratres dilectiſſimi. Itaque vt libēter ſuſcepimus memoratos de veſtro noſtroq; conſortio ſanctos viros, ità etiā vberi gratiarum actione dimittimus. Quàm neceſſarius autē conuentus hic fuerit, rebus ipſis pateſcet, quando aduerſarij & inimici Dei, Arianæ ſectæ hæreſis defenſores, Palladius ac Secundianus, duo tātùm qui auſi ſunt ad Concilium conuenire, debitam præſentes excepere ſententiam, ſuper impietate conuicti. Valete. Incolumes vos & florentiſſimos Deus noſter tueatur omnipotens domini fratres dilectiſſimi. Amen.

EPISTO-

EPISTOLA EIVSDEM CONCILIJ AD GRATIANUM & VALENTINIANUM & Theodoſium Imperatores.

IMPERATORIBVS clementiſſimis & Chriſtianis beatiſſimiſq; principibus, Gratiano, & Valentiniano & Theodoſio ſanctum Concilium, quod conuenit Aquileiæ. Benedictus Deus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vobis Romanum Imperium dedit, & bñdictus Dominus noſter Ieſus Chriſtus vnigenitus Dei filius, qui regnũ veſtrum ſua pietate cuſtodit, apud quem gratias agimus vobis clementiſſimi principes, quòd & fidei veſtræ ſtudium probauiſtis, qui ad remouẽdas altercationes cõgregare ſtuduiſtis ſacerdotale Cõcilium, & Epiſcopis dignatione veſtra honorificentiam reſeruaſtis, vt nemo deeſſet volẽs, nemo cogeretur inuitus. Itaque iuxta mãſuetudinis veſtræ ſtatuta cõuẽnimus ſine inuidia multitudinis, & cũ affectu diſceptationis, nec vlli de hæreticis Epiſcopi ſunt reperti, niſi Palladius ac Secundianus homines vetuſtæ pfidiæ, propter quos cõgregari Concilium poſtulabant, de extrema parte orbis Romani. Ecce nullus ſenectutis annis grauatus, cuius vel ſola eſſet reuerenda canicies, de vltimo ſinu maris Oceani venire compulsus eſt, & Cõcilio nihil defuit. Nullus debile corpus trahens, ieiuniorum ſtipendijs oneratum, itineris eſt coactus iniuria, fortitudinis amiſſæ dãna deflere. Nullus poſtremò pauperiem, in ſacerdotibus glorioſam, ſubſidio veniendi deſtitutus ingemuit. Vndè completum in te eſt, clemẽtiſſime principum Gratiane, quod ſcri-
Pſal. 40. ptura diuina laudauit: (Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ.) Quàm graue autem, ſi propter duos in fide carioſos, toto in orbe eſſent Eccleſiæ ſacerdotibus deſtitutæ? Qui etiam ſi venire propter prolixitatem itineris nequiuerunt, tamẽ omnes propè ex omnibus prouincijs Occidẽtalibus, miſſis adfuere legatis, & altercationibus euidentibus id ſe tenere, quod nos aſſerimus, & in tractatu Nicæni congruere Concilij deſignarunt,* ſubie-
* idque cta declarant.* Vbi ergò nunc pro veſtro Imperio concinnnt vota populorum, nec tamen arbitrio veſtro aſſertores fidei defuerunt. Nã licèt euidentia eſſent præſcripta Maiorum, à quibus impium eſt & ſacrilegum deuiare, tamen diſceptandi attulimus facultatẽ. Ac primùm principium ipſum obortæ diſcuſſionis quæſtionis, atque Arij Epiſtolam putauimus eſſe recitandam, qui author Arianæ hæreſis inuenitur. Vndè & nomen hæreſis accepit, ea videlicet gratia, vt quoniam Arianos ſe negacõſueuerant, Arij blaſphemiam aut incuſando damnarent, aut adſtruendo defenderent, aut certè non recuſarent nomen eius, cuius impietatem perfidiamque ſequerentur. Sed quia authorem ſuum nec damnare poterant, nec probare, cùm ipſi ad diſceptandum ante triduum prouocaſſent, locoque & tẽpore conſtituto, non expectata cõuentione prodiſſent: ſubitò qui dixerant ſe, quia Chriſtiani eſſent, facilè probaturos, quod nos libenter accepimus, & optauimus vt probarent, refugere cõgreſſum ilicò, & diſceptationem declinare cœperunt. Multus tamen nobis cum his ſermo fuit: propoſitæ diuinæ in medio ſcripturæ: diſceptandi, de primo ortu diei in horam ſeptimam, copia data, delata patientia. Atque vtinàm pauca dixiſſent, vel certè quæ audiuimus, poſſemus abolere. Nam cùm ſacrilegis vocibus (quum Arius ſolum patrem ſempiternum, ſolum bonum, ſolum verum Deum, ſolum immortalitatem habentem, ſolum ſapientem, ſolum potentem dicendo, expertem eorum filium, impia commotione voluiſſet intelligi) iſti Arium potiùs ſequi, quàm ſempiternum Deum Dei filium, & verum Deum, & bonum Deum, & ſapientem, & potẽtem, & immortalitatem habentem, voluerunt fateri, multas horas fruſtrà conſumpſimus. Creſcebat illorum impietas, nec corrigi vllo poterat modo. Deniquè quum viderent ſe Arij Epiſtolæ ſacrilegijs perurgeri, quàm ideò ſubdidimus, vt etiam veſtra clemẽtia perhorreſceret, reſilientes de media epiſtola, electionẽ petierunt, vt eorũ propoſitis reſponderemus, quãquàm nõ eſſet ordinis neque rationis, vt propoſita iuterrumperemus, reſponſumque eſſet à nobis, vt damnarent Arij impietates, & de quibus vellent, ordinè locóque ſeruato, eorũ intentionibus reſponderemus, tamen acquieuimus præpoſteræ voluntati. Ibi tamen Euãgelij ſcripta ſalſantes, propoſuerunt nobis, dixiſſe Dominum: Qui me miſit, maior me eſt: Ioan. 14.
quum aliter ſcriptum doceat ſeries ſcripturarum. Redarguti de falſitate ſunt, vt faterent, Hæretici ſcripturas deprauãt.
nec tamen ratione correcti. Nam quum diceremus, ſecundùm carnis ſuſceptionem minorem patre ſuo filium dici, ſecundùm diuinitatem autem pro teſtimonijs ſcripturarum, parem & æqualem probari, nec poſſe ibi eſſe diſcretionis gradus altiuſus, aut magnitudinis, vbi eſſet vnitas poteſtatis: non ſolum illi noluerunt emendare errorem, ſed etiam veſaniã augere cœperunt, ut & ſubiectum ſecundùm diuinitatẽ dicerent, quaſi ulla Dei ſecundùm diuinitatem poſſit eſſe ſubiectio. Mortem deniquè non ad ſacramentum noſtræ ſalutis, ſed ad infirmitatẽ quandam diuinitatis referunt. Horremus, clementiſſimi principes, tam dira ſacrilegia, prauoſque doctores, & nè ulteriùs populos deciperent, quos tenebãt, ſacerdotio putamus abdicandos. Neque enim dignũ eſt, vt ſacerdotium eius ſibi vendicent, quem negauerunt. Veſtram fidẽ, veſtram gloriam deprecamur, vt reuerẽtiam imperij veſtri defectatis authori, cenſeatiſq; impietatis aſſertores & adulteros veritatis, datis apicibus clementię veſtræ ad iudicia competentia, ab Eccleſiæ arcendos eſse liminibus, vt in damnatorum locum per noſtræ paruitatis legatos, ſancti ſubrogẽtur ſacerdotes. Attalum quoquè presbyterum

terum de prꝗuaricatione confeſſum,& palàm ſacrilegijs inhærentem, per ſentẽtia comprehendat. Nam quid de magiſtro eius Valente dicemus? qui cùm eſſet proximus, declinauit ſacerdotale concilium, ne euerſæ patriæ, proditorumq; ciuium cauſas præſtare ſacerdotibus cogeretur, qui etiàm * torquem (vt aſſeritur) & * brachialis, impietate Gothica ꝓphanatus, more indutus gentiliũ, auſus ſit in proſpectum exercitùs prodire Romani. Quod ſinè dubio nõ ſolùm in ſacerdote ſacrilegium, ſed etiam in quocũque Chriſtiano abhorret more Romano, niſi fortè ſic ſolẽt idololatræ ſacerdotes prodire Gothorum. Moueat pietatem veſtram ſacerdotale nomen, quod ille ſacrilegus infamat, qui etiàm ſuorum vocibus, qui tamen ſupereſſe poſſunt, nefandi ſceleris arguitur. Certè domũ repetat ſuam, non contaminet florẽtiſſimas Italiæ ciuitates, qui nũc illicitis ordinationibus conſimiles ſui ſociat ſibi, & ſeminarium quærit ſuæ impietatis atque perfidiæ per quoſque * perditos, *delinqueret*, qui Epiſcopus eſſe nec cœpit. Nam primò Petauione ſuperpoſitus fuerat ſancto viro Marco admirabilis memoriæ, * ſacerdos: & poſteaquàm deformiter deiectus à plebe eſt, qui Petauione eſſe nõ potuit, is nunc Mediolani poſt euerſionem patriæ (nè dicamus proditionem) * inquietauit. Super omnibus igitur pietas veſtra conſolari dignetur, nè obtemperantes veſtræ trãquillitatis ſtatutis, fruſtrà conueniſſe videamur. Non ſolùm enim cauendum eſt, nè noſtra, ſed etiam veſtra decreta infamentur. Petimus igitur, vt legatos concilij ſanctos viros æquè clementia veſtra audire dignetur, & cũ effectu eorum quæ poſcimus, maturiùs redire præcipiat, vt mercedem accipiatis à Domino Deo Chriſto, cuius Eccleſias ab omni ſacrilegorũ labe purgaſtis. Photinianos quoquè, quos & ſuperiori lege cenſuiſtis, nullos facere debere conuentus, & eam, quæ de concilio ſacerdotum data eſt cõgregando, remouiſtis, petimus, vt quoniam in Sirmienſi oppido adhuc cõuentus tentare cognouimus, clementia veſtra, interdictâ etiam nunc coitione, reuerentiam primùm Eccleſiæ catholicę, deindè etiam legibus veſtris deferre iubeatis, vt & vos, Deo præſtante triũphetis, qui paci Eccleſiarum quietique conſulitis.

forte * torquatus
for. * braccatus,
for. * perditos relinquere,

SIAGRIO & Eucherio viris clariſſimis coſſ. Nonis Septembribus Aquileiæ in Eccleſia cõſidentibus, cum Epiſcopis, Aquileienſium ciuitatis Valeriano, Ambroſio, Euſebio, Limenio, Amenio, Sabino, Abundantio, Artemio, Conſtantio, Iuſto, Philaſtro, Conſtantio, Theodoro, Almachio, Domnino, Amantio, Maximo, Felice, Baſiliano, Numidio, Ianuario, Proculo, Heliodoro, Iouino, Felice, Exuperantio, Diogene, Maximo, Macedonio, Caſſiano, Marcello & Euſtathio Epiſcopis, Ambroſius Epiſcopus dixit:

Diù * citra acta tractauimus. Et quoniam tãta ſacrilegia à parte Palladij & Secundiani noſtris auribus ingeruntur, vt difficilè quiſq; credat, tam apertè eos blaſphemare potuiſſe, vel ne quia ipſi calliditate dicta ſua poſteà negare conentur, licèt de tantorum ſacerdotum teſtificatione dubitari non queat, tamen quoniam omnibus Epiſcopis placet, fiant acta, vt vnuſquiſque profeſſionem ſuam negare non poſſit. Quid ergò vobis, ſancti viri, placeat, declarandum eſt. Omnes Epiſcopi dixerunt: Placet. Ambroſius Epiſcopus dixit: Diſcrepationes noſtræ ex re firmandæ ſunt ſcripto imperiali, vt allegentur. Sabinianus diaconus recitauit: Ambigua dogmatum reuerẽtia ne diſſideant ſacerdotes, quàm primùm experiri cupientes, conuenire in Aquileienſium ciuitatem ex diœceſi, meritis excellentiæ tuæ creditam, Epiſcopos iuſſeramus. Neque controuerſiæ dubiæ ſententię rectiùs poterant experiri, quàm ſi obortæ altercationis * in interpretes ipſos conſtituiſſemus antiſtites, vt videlicet à quibus proficiſcũtur inſtituta doctrinæ, ab eiſdẽ * diſcordię eruditionis repugnantia ſolueretur. Neque ſanè nunc aliter iubemus, ac iuſſimus, non inuertentes præcepti tenorem, ſed ſuperfluam conuenarum copiam recolentes. Nam quòd Ambroſius & vitę merito & Dei dignatione conſpicuus Epiſcopus Mediolanenſium ciuitatis, ibi multitudinem non opùs eſſe ſuggerit, vbi veritas non laboraret in pluribus, ſi locata eſſet in paucis, ſeque eorum, qui contrà adſtarent, aſſertionibus, & ſacerdotes vicinarum ex Italia ciuitatum, ſatis abundeq; ſufficere poſſe ſuggerit, abſtinendũ venerabilium virorũ fatigatione cenſuimus, nè quis vel maturo æuo grauis, vel corporali debilitate confectus, vel laudabili paupertate mediocris, inſuetas repetat terras, & rel. Ambroſius Epiſcopus dixit: Ecce quod Chriſtianis conſtituit Imperator. Noluit iniuriam facere ſacerdotibus: ipſos interpretes conſtituit Epiſcopos. Ac per hoc, quoniam in ſacerdotali concilio conſidemus, reſponde ad ea quæ tibi proponuntur. Arij epiſtola lecta eſt: etiàm nunc recitabitur, ſi tibi videtur. A principio habet blaſphemias, ſolum patrem æternum dixit. Si tibi videtur, quòd Dei filius ſempiternus nõ ſit, hoc ipſum (quemadmodũm vis) adſtrue. ſi damnandum putas, damna Euangelium. Præſens eſt & Apoſtolus, omnes ſcripturæ præſtò ſunt. vndè vis, adſtrue, ſi putas non eſſe Dei filium ſempiternum. Palladius dixit: Veſtro ſtudio factum eſt, ſicut dictat lectio ſacta à vobis prolata, vt non eſſet generale & plenum concilium. Abſentibus ſacerdotibus noſtris, nos reſpondere non poſſumus. Ambroſius Epiſcopus dixit: Qui ſunt cõſortes veſtri? Palladius dixit: Oriẽtales Epiſcopi. Ambroſius Epiſcopus dixit: Interim quia ſuperioribus temporibus concilium ſic factum eſt, vt Orientales in Orientis partibus cõſtituti, haberent concilium; Occidentales in Occidente: nos in Occidentis partibus conſtituti, conuẽnimus ad Aquileienſium ciuitatẽ iuxta

* circa
* indiciũ in
for. * diſcordis.

Impe-

Imperatoris præceptum. Denique etiam præfectus Italiæ literas dedit, vt ſi vellent conuenire, in poteſtate haberent. Sed quia ſcierunt conſuetudinẽ huiuſmodi, vt in Oriẽte Orientalium eſſet concilium, intra Occidentem Occidentalium, ideò putauerunt non eſſe veniendum.

Palladius dixit: Imperator noſter Gratianus iuſſit Orientales venire, negas tu iuſſiſſe eum? Ipſe Imperator nobis dixit, ſe Orientales iuſſiſſe venire. Ambroſi⁹ Epiſcopus dixit: Vtique iuſſit, qui non prohibuit huc venire. Palladius dixit: Sed ne venirẽt, tua petitio fecit: ſub ſpecie falſę voluntatis hoc impetraſti, & diſtuliſti concilium. Ambroſius Epiſcopus dixit: Nõ opus eſt euagari diutiùs. rñde nũc. Benè dixit Arius ſolum æternum patrem? & ſecundùm ſcripturas hoc dixit, an non? Palladius dixit: Non tibi rñdeo. Conſtantius Epiſcopus dixit: Nõ rñdes, qui tam diu blaſphemaſti? Euſebius Epiſcopus dixit: Sed debebis ſimpliciter fidei tuæ prodere libertatem. Si à te gentilis exigeret, quemadmodùm in Chriſtũ crederes, cõfiteri erubeſcere non deberes. Sabinus Epiſcopus dixit: Tu petiſti, vt rñderemus hodie ex voluntate tua, & vrgẽte te cõuẽnimus, & non expectauimus reliquos fratres, qui poterant venire. Proindè nõ tibi liberum eſt euagari. Chriſtum dicis eſſe creatum? aut ſempiternum dicis eſſe filium DEI? Palladius dixit: Dixi tibi, nos ideò diximus vobis, vt veniremus, & cõueniremus, ꝙ nõ rectè feciſſetis, * ſubrepere Imperatori. Ambroſius Epiſcopus dixit: Legatur Epiſtola Palladij, vtrùm nobis hoc mandauerit: & docebitur, ꝙ etiam nũc fallit. Palladius dixit: Legatur planè. Epi dixerunt: Imperator quum eſſet præſens Sirmio, tu illũ interpellaſti, an ipſe te cõpulit? Et addidit: Quid ad iſta rñdes? Palladius dixit: Dixit mihi, Vade. Diximus. Orientales conuenti ſunt? Ait, Conuenti ſunt. Nunquid ſi Orientales nõ fuiſſent conuenti, nunquid nos conueniſſemus? Ambroſius Eps dixit: Sequeſtrata ſit cauſa Orientalium. ſententiam tuam hodiè * quære, Arij tibi epiſtola lecta eſt. Soles te Arianum negare. Aut damna hodiè Arium, aut defende. Palladius dixit: Nõ eſt hoc authoritatis tuæ, vt hoc à me quæras. Euſebius Eps dixit: Nõ credimus religioſum Imperatorẽ aliud dixiſſe, q̃ ſcripſit. Epiſcopos iuſſit conuenire, non potuit tibi ſoli cõtra reſcriptum ſuũ dicere, vt ſine Oriẽtalibus cauſa minimè dicerent. Palladius dixit: Si Itali ſoli iuſſi ſunt conuenire? Euagrius presbyter & legatus * dixit, vt ante quatuor dies, & ante biduum rñderet ſe affuturum. Quid ergo expectabas (vt dicis) Orientalium conſortiũ tuorũ ſententiã expectandam? ſic debuiſti mandare, non promittere conflictum. Palladius dixit: Quia quaſi ad Conciliũ plenũ veneram, vidi non meos conſortes conueniſſe vt conuenirẽ & dicerem, ſm iuſſionem egeritis in præiudicium futuri Cõcilij. Ambroſius Eps dixit: Vt hodiè reſideremus, ipſe exegiſti. Denique, etiã hodie tu ipſe dixiſti, quia Chriſtiani ad Chriſtianos venimus. Chriſtianos nos probaſti. Promiſiſti te cõflictaturũ promiſiſti te allaturum eſſe rationẽ. Libenter itaque accepimus præfationẽ tuã. Optauimus, vt quaſi Chriſtianus venires. Obtuli tibi epiſtolã Arij, quã ſcripſit Arius, de cui⁹ nomine dicitis vos iniuriã frequenter ſuſtinere. Dicitis ꝙ Arium non ſequamini. Hodiè aperta debet eſſe ſententia. Aut condemna illũ, aut adſtrue quibus vis lectionib⁹, Et addidit: Ergo, iuxta Epiſtolã Arij, Chriſtus DEI filius non eſt ſẽpiternus? Palladius dixit: Nos diximus, ꝓbaturos nos Chrianos, ſed in Cõcilio pleno. Non vobis rñdem⁹ omninò in præiudiciũ Cõcilij futuri. Euſebius eps dixit: Sinè calliditate, fidei tuæ ꝓfeſſionẽ debes exponere. Palladius dixit: Et quid Cõcilio reſeruamus? Ambroſius eps dixit: Omnium condemnatio facta eſt in eum, qui negaret DEI filiũ ſempiternũ. Negauit Arius, hũc ſequitur Palladius, qui non vult condemnare Ariũ. Itaque vtrùm huius probanda ſententia ſit, cõſiderate: & vtrùm ſm ſcripturas dicat, aut cõtra ſcripturas, intelligere liquet. Lectũ eſt enim, ſempiterna virtus Dei atque diuinitas, Dei virtus Chrs eſt. Si igit ſempiterna Dei virtus eſt, ſẽpiternus vtique Chriſtus eſt, quia Chrs eſt Dei virtus. Euſebius eps dixit: Hęc fides noſtra eſt, hæc intelligentia catholica. Qui hęc nõ dixerit, anathema. Omnes epi dixerũt, Anathema. Euſebius eps dixit: Specialiter dicit ſolum patrem ſempiternũ, & filiũ aliquandò cœpiſſe? Palladius dixit: Arium nec vidi, nec ſcio qui ſit. Euſebius eps dixit: Arij blaſphemia, prolata, in qua negat Dei filiũ ſempiternum. Hanc perfidiã damnas cũ authore, * aut aſſeris? Palladius dixit: Vbi authoritas pleni Concilij nõ eſt, nõ dico. Ambroſius eps dixit: Dubitas damnare poſt diuina iudicia, quũ crepuerit medius? & addidit. Dicãt enim ſancti viri legati Gallorum. Conſtantius epiſcopus legatus Gallorum dixit: Hãc impietatem eius hominis, & ſemper damnauimus, & nunc damnamus, non ſolùm Arium, ſed & quicunque filium Dei non dixerit ſempiternum. Ambroſius epiſcopus dixit: Quid etiam dicit dominus meus Iuſtus? Iuſtus epiſcopus legatus Gallorum, dixit: Qui filium Dei coæternum cum patre non confitetur, anathema habeatur. Omnes epiſcopi dixerunt, Anathema. Ambroſius epiſcopus dixit: Dicant etiam Aphrorum legati, qui omnium ciuium huc attulere ſententias. Felix epiſcopus & legatus dixit: Si qui filium DEI negauerit & ſempiternum, & coæternũ negauerit, non ſolus ego legatus totius Aphricanæ prouinciæ damno, ſed & cũctus chorus ſacerdotalis, qui ad hũc cœtum ſanctiſſimũm me miſit, etiam ipſe antè dãnauit. Amenius epiſcopus dixit: Caput Illyrici, non niſi ciuitas eſt Sirmienſis. Ego igitur epiſcopus illius ciuitatis ſum. Eum, qui non confitetur filium Dei æternũ & coæternum

Margin notes:

* ſubrepẽtes

* quæro

for. * dilit: ante 4. dies & an biduũ reſpondiſti te adfuturum.

Nota miram hæretici tergiuerſationem.

* an

Sententia Gallorũ.

Sententia Aphorũ.

æternum patri, quod eſt ſempiternum, ana-
thema dico. * Sed etiàm is quidem non con-
fitetur. * Ambroſius Epiſcopus dixit: Audite
ſequentia. Vt recitatum eſt, ſolum æternum,
ſolum ſinè initio, ſolum verũ, ſolum immor-
talitatem habentem. Ambroſius Epiſcopus
dixit: Et in hoc damna eum, qui negat filium
Ioan.14. Deum verum. Quum enim ipſe ſit veritas,
quemadmodùm non eſt Deus verus? Et addi-
dit. Quid eſt hoc? Palladius dixit: Filium verũ,
* quis * qui non dicat? Ambroſius Epiſcopus dixit:
Roma.9. Arius negauit. Palladius dixit: Quum Apo-
ſtolus dicat, Chriſtum ſuper omnia Deum,
poteſt aliquis negare verum filium Dei? Am-
broſius Epiſcopus dixit: Vt ſcias, quàm ſim-
pliciter veritas à nobis requiratur, ecce dico,
ego, vt dicis, ſed ſemiplenũ habeo. Cùm enim
ità dicis, videris negare Deum verum: ſi autẽ
ſimpliter confiteris verum Deum filium Dei,
eo ordine adſtrue, quo ipſe propono. Palla-
dius dixit: Ego ſecundùm ſcripturas tibi lo-
quor, verum filium Dei Dominum dico.
Ambroſius Epiſcopus dixit: Verum Domi-
num dicis filium Dei? Palladius dixit: Quum
verum filium dicam, quid amplius? Ambro-
ſius Epiſcopus dixit: Non quæro tantummo-
dò, vt verum filium dicas, ſed vt verum Do-
minum Dei filium dicas. Euſebius Epiſco-
pus dixit: Chriſtus Deus verus eſt, ſecundùm
omnium fidem & catholicam profeſſionem.
Palladius dixit: Verus Dei filius eſt. Euſebius
Epiſcopus dixit: Nam & nos per adoptionem
filij ſumus, ille ſecundùm proprietatem gene-
rationis diuinæ. Et addidit: Confiteris ergo
verum filium Dei, Dominum verum eſſe, ſe-
cundùm natiuitatem & proprietatem? Palla-
dius dixit: Verum Dei filium vnigenitũ dico.
Euſebius Epiſcopus dixit: Hoc ergo putas cõ-
tra ſcripturas, ſi, Chriſtus Deus verus eſt, dica-
tur? Cumque Palladius reticeret, Ambroſius
Epiſcopus dixit: Solum verum filium Dei qui
dicit, & non vult dicere Dominum verum, vi-
detur negare. Hoc igitur ordine confiteatur (ſi
tamen confitetur) Palladius, & dicat, verùm
verum Dominum Dei filium dicat. Palladius
dixit: Quum dicar filius, Vt cognoſcant te ſo-
Ioan.17.c lum verum * Dominum, & quẽ miſiſti Ieſum
* Deum Chriſtum, cũ affectu, an veritate? Ambroſius
epiſcopus dixit: Ioannes dixit in epiſtola ſua,
1.Ioã.5.d Hic eſt verus Deus. Nega hoc. Palladius dixit:
Quum dicam tibi verum filium, profiteor ve-
ram etiàm diuinitatem. Ambroſius epiſcopus
dixit: Et in hoc eſt fraus. Sic enim ſoletis dice-
re vnam & veram diuinitatem, vt patris tan-
tummodò, non etiàm filij, veram & vnam di-
uinitatem dicatis. Ergo ſi apertè vis dicere,
quia ad ſcripturas me prouocas, dic, quod di-
xit Euangeliſta Ioannes, Hic eſt verus Deus,
aut nega dictum. Palladius dixit: Abſq; filio
alius genitus non eſt. Euſebius epiſcopus di-
xit: Chriſtus verus Deus ſecundùm omnium
fidem & catholicam profeſſionem, an in ſen-
tentia tua Deus verus non eſt? Palladius dixit:
Virtus Dei noſtri eſt. Ambroſius Epiſcopus
dixit: Non habes libertatem profitendi, ac per
hoc anathema ei, qui non confitetur verum
Deum filium Dei. Omnes epiſcopi dixerunt:
Anathema habeatur, qui Chriſtum filiũ Dei,
Dominum verum nõ dixerit. Iterùm addidit:
Solum verum, ſolum immortalitatem haben-
tem. Ambroſius Epiſcopus dixit: Filius Dei
habet immortalitatem, aut non habet, ſecun-
dùm diuinitatem? Palladius dixit: Apoſtolum
admittis, an non? Rex regum, qui ſolus habet 1.Tim.6.c
immortalitatem. Ambroſius epiſcopus dixit:
De Chriſto filio Dei quid dicis? Palladius
dixit: Chriſtus nomen diuinum eſt, an huma-
num? Euſebius Epiſcopus dixit: Secundùm
carnis quidem ſacramentũ Chriſtus dicitur,
ſed idem Deus & homo eſt. Palladius dixit:
Chriſtus nomen carnis eſt, Chriſtus nomen
humanum eſt, & reſpondete vos mihi. Euſe-
bius epiſcopus dixit: Quid ſuperfluis immo-
raris? Quũ legeretur impietas Arrij, qui hoc
dicit de patre, quia ſolus habet immortalita-
tem, attuliſti teſtimonium ad conſenſum im-
pietatis Arij ex Apoſtolo, dicens: Qui ſolus 1.Tim.6.c
habet immortalitatem, & lucem inacceſſibilẽ
habitat. Sed ſi intelligis, totius naturæ digni-
tatem in Dei nomine expreſſit: ſi quidem in
Dei nomine, pater & filius deſignantur. Pal-
ladius dixit: Et ego vos quod interrogaui,
reſpondere noluiſtis. Ambroſius epiſcopus
dixit: Apertè de te ſententiam quæro: Filius
Dei habet immortalitatem ſecundùm gene-
rationem diuinam, an non habet? Palladius
dixit: Secundùm generationem diuinam in-
corruptibilis, & per carnem mortuus eſt. Am-
broſius epiſcopus dixit: Non diuinitas mor-
tua eſt, ſed caro mortua eſt. Palladius dixit:
Antè vos mihi reſpondete. Ambroſius epi-
ſcopus dixit: Filius Dei ſecundùm diuinita-
tem habet immortalitatem, an nõ habet? Sed
etiàm fraudes & inſidias tuas, non ſecundùm
Arij profeſſionem, prodidiſti. Et addidit:
Qui filium Dei negat habere immortalitatẽ,
quid vobis videtur? Omnes epiſcopi dixe-
runt: Anathema habeatur. Palladius dixit:
Status diuinus immortalis eſt. Ambroſius
epiſcopus dixit: Aſtutè & hoc, vt de Dei filio
nihil exprimas euidenter. Et ego dico: Im-
mortalitatem habet Dei filius ſecundùm di-
uinitatem? Aut nega, quia non habet immor-
talitatem. Palladius dixit: Chriſtus mortuus
eſt, an non? Ambroſius epiſcopus dixit: Se-
cundùm carnem anima noſtra non moritur.
Scriptũ eſt enim: (Nolite timere eos qui occi- Mat.10.c
dunt corpus, animam autem non poſſunt oc- „
cidere.) Quum igitur anima noſtra mori non „
poſſit, putas, quòd Chriſtus ſecundùm diui-
nitatem mortuus ſit? Palladius dixit: Mortis
appellationem quarè tu horres? Ambroſius
epiſcopus dixit: Immò non horreo, ſed confi-
teor ſecundùm carnem meam. Eſt enim, per
quàm à mortis vinculis ſum reuinctus. Pal-
ladius dixit: Mortem ſeparatio facit ſpiritũ.

Nam Chriſtus filius Dei carnem ſuſcepit, &
per carnem mortuus eſt. Ambroſius Epiſco-
1.Pet.3.4. pus dixit: Scriptum eſt, Chriſtum paſſum.
Secundùm carnem igitur paſſus eſt, ſecun-
dùm diuinitatem habet immortalitatem. Hoc
qui negat, diabolus eſt. Palladius dixit: Ego
Arium non noui. Ambroſius Epiſcopus di-
xit: Ergo malè dixit Arius, quum etiàm fi-
lius Dei habeat immortalitatem ſecundùm
diuinitatem. Et addidit: Benè dixit, an ma-
lè? Palladius dixit: Non conſentio. Ambro-
ſius Epiſcopus dixit: Cui non conſentis? Ana
thema illi, qui non explicat fidei libertatem,
Omnes Epiſcopi dixerunt: Anathema. Palla-
dius dixit: Dicite quod vultis, eius eſt diuini-
tas immortalis. Ambroſius Epiſcopus dixit:
Cuius? Patris, an & filij? Et addidit: Multas
impietates cõgeſſit Arius, ad alias trãſeamus.
Et recitatum eſt, ſolum ſapientem. Palladius
dixit: Pater à ſe ſapit, filius autem ſapiens nõ
eſt. Ambroſius Epiſcopus dixit: Ergo filius
non eſt ſapiens, quum ipſe ſit ſapientia? Nã
& nos dicimus, quia ex patre natus eſt filius.
Euſebius Epiſcopus dixit: Eſt aliquid tam
impium, tam prophanum, quàm quòd di-
* negari? xit, ſapientem filium Dei * negare? Palladius
dixit: Sapientia dicitur. Quis poteſt ſapien-
tiam denegare? Ambroſius Epiſcopus dixit:
Sapiens eſt, an non? Palladius dixit: Sapien-
tia eſt. Ambroſius Epiſcopus dixit: Sapiens
ergo, quum ſit ſapientia. Palladius dixit: Se-
cundùm ſcripturas vobis reſpondemus. Am-
broſius Epiſcopus dixit: Etiàm ſapientem
(quantùm video) filium Dei Palladius negare
conatus eſt. Euſebius Epiſcopus dixit: Qui ne
gat filium Dei ſapiẽtem, anathema ſit. Omnes
Epiſcopi dixerunt: Anathema. Euſebius Epi-
ſcopus dixit: Etiàm Secundianus ad hoc re-
ſpondeat. Quumque Secundianus reticeret,
Ambroſius epiſcopus dixit: Qui tacet, inte-
grum vult habere iudicium. Et addidit: Solũ
patrem bonum quum dicit, filium confeſſus
Jo.10.c eſt, an negauit? Palladius dixit: Legimus,
Ego ſum paſtor bonus, & nos negamus? Quis
non dicat bonum Dei filium? Ambroſius epi-
ſcopus dixit: Ergo bonus eſt Chriſtus. Palla-
dius dixit: bonus. Ambroſius epiſcopus di-
xit: Malè ergo Arius de ſolo patre dixit, quũ
etiàm filius Dei, Deus* omnibus ſit. Palladius
for.*bon' dixit: Qui bonum non dicit Chriſtum, male-
dicit. Euſebius epiſcopus dixit, Chriſtum bo-
num confiteris? Nam & ego bonus ſum. Mihi
Mat.25.b dixit, Eugè ſeruè bone. Et, homo bonus ꝓfert
Luc.6.g de theſauro ſuo bona. Palladius dixit: Iã dixi,
nunc vobis non reſpondeo vſq; ad plenũ con
cilium. Ambroſius epiſcopus dixit: Iudæi di-
Joan.7.b cebant, bonus eſt, & Arius negat, quia filius
Dei bonus eſt. Palladius dixit: Quis poteſt
hoc negare? Euſebius epiſcopus dixit: Bonus
eſt ergo Deus filius Dei. Palladius dixit: Bo-
nus pater, bonum filium genuit. Ambroſius
epiſcopus dixit: Et nos bonos genuit, ſed nõ
ſecundùm diuinitatem. Deum bonum Dei
filium dicis? Palladius dixit: Filius Dei bonus
eſt. Ambroſius epiſcopus dixit: Vides ergo,
quia Chriſtum bonum, bonum filium, non
bonum Deum dicis, quod à te quæritur. Et
addidit: Qui bonum Deum, filium Dei Deũ
non confitetur, anathema. Omnes Epiſcopi
dixerunt: Anathema. Item recitauit, Solum
potentem. Ambroſius epiſcopus dixit: Potẽs
eſt filius Dei, an non? Palladius dixit: Qui
omnia fecit, non eſt potens? qui omnia fecit,
minùs poteſt? Ambroſius epiſcopus dixit:
Ergò Arius malè dixit. Et addidit, Vel in hoc
damnas Arium? Palladius dixit: Vndè ſcio
qui ſcit? Ego pro me reſpondeo tibi. Ambro-
ſius epiſcopus dixit: Filius Domini mei potẽs
eſt? Palladius dixit: Potens. Ambroſius epi-
ſcopus dixit: Deus bonus eſt? Palladius dixit:
Iam dixi filium Dei vnigenitum eſſe potẽtem.
Ambroſius Epiſcopus dixit: Dominum po-
tentem? Palladius dixit: Filium Dei poten-
tem. Ambroſius epiſcopus dixit: Potentes &
homines ſunt. Scriptum eſt, (Quid gloria- Pſal.51.
ris in malitia, qui potens es in iniquitate?) »
Et alibì? (Quum infirmor, tunc potens ſum.) »
Illud à te requiro, vt confiteatis Dominum 2.Cor.12.c
potentem eſſe Dei filium Chriſtum: aut ſi ne-
gas, adſtrue. Nam qui vnam potentiam dico
patris & filij, ſic filium Dei dico potentem ſi-
cut & patrem. Dubitas ergo confiteri poten-
tem eſſe Dominum Dei filium? Palladius di-
xit: Iam dixi, ſecundùm diſputationem (ꝓut
poſſumus) reſpondemus vobis. Vos enim ſo-
li vultis eſſe iudices. Vos litigatores eſſe vul-
tis. Non vobis reſpondemus nunc, ſed in
Concilio generali & pleno reſpondebimus
vobis. Ambroſius Epiſcopus dixit: Anathe-
ma illi, qui negat Dominum potentem Chri-
ſtum. Omnes Epiſcopi dixerunt: Anathema.
Item recitatum eſt, Solum potentem, omniũ
iudicem. Palladius dixit: Omnium iudicem
filium Dei. Eſt qui dat, eſt qui accipit. Am-
broſius epiſcopus dixit: Per gratiam dedit,
an per naturam? Et hominibus datur iudiciũ.
Palladius dixit: Patrẽ maiorem dicis, an non?
Ambroſius epiſcopus dixit: Poſteà reſpon-
debo tibi. Palladius dixit: Ego tibi non re-
ſpondebo, ſi non reſpondes mihi. Euſebius
epiſcopus dixit: Niſi impietatem Arij ex or-
dine damnaueris, interrogandi tibi non da-
bimus facultatem. Palladius dixit: Non tibi
reſpondeo. Ambroſius Epiſcopus dixit: Fi-
lius Dei (ſicut lectum eſt) iudex eſt, an non?
Palladius dixit: Si non reſpondes mihi, ego
tibi vt impio non reſpondeo. Ambroſius epi-
ſcopus dixit: Habes profeſſionem meam, qua
reſpondebo tibi. Interim perlegatur epiſtola
Arij. Et addidit: In epiſtola Arij inuenies
& hoc ſacrilegium, quod tu moliris. Palla-
dius dixit: Ego * qui interrogo, non reſpon- for.* voc.
detis. Euſebius epiſcopus dixit: filium Dei
* DEVM æqualem dicimus. Palladius dixit: for.*Deo
Tu iudex es, tui exceptores hîc ſunt. Ambro- for.* vo-
ſius epiſcopus dixit: Scribant tui, qui * no- lunt.
lunt.

lunt. Palladius dixit: Pater maior eſt, an non?
Euſebius Epiſcopus dixit: Secundùm diuini-
Ioā. 5. c tatem æqualis eſt filius patri. Habes in Euan-
gelio, quòd Iudæi perſequrbantur eum, quia
non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem
ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciés Deo.
Quod ergò impij perſequentes confeſſi ſunt,
non credentes negare non poſſumus. Ambro-
Phili. 2. a ſius Epiſcopus dixit: Et alibi habes: (Qui
" quum eſſet in forma Dei, non rapinam ar-
" bitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemet-
" ipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. in
" ſimilitudinem hominum factus, obediens
" vſque ad mortem.) Et addidit: Vides, quia
in forma Dei æqualis eſt? Et formam, inquit,
ſerui accepit. In quo ergò minor eſt? Secun-
dùm formam vtiquè ſerui, non Dei. Euſe-
bius Epiſcopus dixit: Sicut in forma ſerui cõ-
ſtitutus, inferior ſeruo non fuit: ità in for-
ma Dei conſtitutus, inferior Deo eſſe non po
tuit. Ambroſius Epiſcopus dixit: Aut dic,
quia ſecundùm diuinitatem minor eſt filius
for. *Pater inquit, maior. Dei. Palladius dixit: * Pater maior me eſt.
Ambroſius Epiſcopus dixit: Secundùm car-
nem. Palladius dixit: Qui me miſit, maior
eſt me. Caro miſſa eſt à Deo, aut filius Dei?
Ambroſius Epiſcopus dixit: Falſari à vobis
diuinas ſcripturas hodiè comprobamus. Sic
Io. 14. d enim ſcriptum eſt: (Pacem meam do vobis,
" pacem meam relinquo vobis. Non turbe-
" tur cor veſtrum. Non quomodò hic mundus
" dat, & ego do vobis. Si diligeretis me, gau-
* vtique, quia vado deretis, * quia dixi vado ad Patrem, quia Pa-
" ter maior me eſt.) Non dixit, Qui me miſit,
maior me eſt. Palladius dixit: Pater maior eſt.
Ambroſius Epiſcopus dixit: Anathema illi,
qui diuinis ſcripturis addit aliquid aut mi-
nuit. Omnes Epiſcopi dixerunt: Anathema.
Palladius dixit: Pater maior eſt filio. Ambro-
ſius Epiſcopus dixit: Secundùm carnem filius
minor eſt Patre, ſecundùm diuinitatem ęqua
lis eſt Patri. Legi igitur æqualem Dei fi-
lium Patri, ſicut iam & prolata exemplaria
Eſa. 49. 6. teſtantur. Secundùm carnem autem quid mi-
28. raris minorem, quum dixerit ſe ſeruum, quũ
Matt. 21. dixerit ſe lapidem, quum dixerit ſe vermem,
Leu. 20. quum dixerit ſe minorem Angelis, quia ſcri-
Dan. 2. ptum eſt, Minoràſti eum paulò minùs ab An-
Pſ. 117. 21. gelis? Palladins dixit: Impiè vos aſſerentes
Pſal. 8. video, non reſpondemus vobis ſinè auditori-
Heb. 1. bus. Sabinus Epiſcopus dixit: Nemo requi-
rat ab eo ſententiam, qui tam innumeris ſen-
tentijs blaſphemauit. Palladius dixit: Non
vobis reſpondemus. Sabinus Epiſcopus di-
xit: Ab omnibus iam damnatus eſt Palladius.
Arij blaſphemiæ multò minores ſunt quàm
Palladij. Et quum Palladius ſurrexiſſet, atq;
foràs exire voluiſſet: Ideò, inquit, ſurrexit
Palladius, quoniam apertis ſcripturarũ teſti-
monijs conuincendum eſſe ſe cernit, ſicut iam
conuictus eſt. Sic enim lectum eſt, ſecũdùm
diuinitatem quòd æqualis patri filius ſit. Ac-
cipiat autem, quòd ſecundùm diuinitatem

maiorem non habet. Scriptum eſt: Abrahę Heb. 6. c
quum repromiſiſſet Deus, quoniam nullum
alium habebat maiorem, per quem iuraret,
iurauit per ſemetipſum. Vides igitur ſcriptu
ram, quia nullum alium maiorem babet, per
quem iuraret. Filius autem eſt, de quo dici-
tur, quoniam ipſe viſus eſt Abrahæ. Vndè & Io. 8. g
ait: Abraham diem meum vidit, & gauiſus
eſt. Palladius dixit: Pater maior eſt. Euſebius
Epiſcopus dixit: Quandò vt Deus loquutus,
maiorem non habuit: quandò vt homo lo-
quutus, maiorem habuit. Palladius dixit: Pa-
ter genuit filium, Pater miſit filium. Ambro-
ſius Epiſcopus dixit: Anathema illi, qui ne-
gat filium ſecundùm diuinitatem æqualem
Patri. Omnes Epiſcopi dixerunt: Anathema.
Palladius dixit: Filius ſubiectus patri, filius
præcepta patris cuſtodit. Ambroſius Epiſco-
pus dixit: Subiectus ſecundùm carnis ratio-
nem, cæterùm & ipſe meminiſti, quia legiſti,
Nemo venit ad me, niſi quẽ pater attraxerit. Ioā. 6. c
Sabinus Epiſcopus dixit: Dicat, ſi ſecundùm
diuinitatem ſubiectus eſt patri, an ſecundùm
incarnationem. Palladius dixit: Ergo pater
maior eſt. Ambroſius Epiſcopus dixit: Et alibi
ſcriptum eſt, Fidelis Deus, per quẽ vocati eſtis 1. Cor. 1. b
in communionem filij eius. Ego dico patrem
maiorem eſſe ſecundùm carnis aſſumptionẽ,
quam ſuſcepit filius Dei, non ſecundùm diui
nitatem. Palladius dixit: Quæ enim compa-
ratio eſt filij Dei? Et caro poteſt dicere, Deus
me maior eſt. Caro loquebatur, aut diuinitas,
quia ibi erat caro? Ambroſius Epiſcopus di-
xit: Caro ſine anima non loquitur. Euſebius
Epiſcopus dixit: Deus in carne loquebatur ſe-
cundùm carnem quandò dicebat, Quid me p-
ſequimini hominem? Quis boc dixit? Palla- Ioā. 8. e
dius dixit: Filius Dei. Ambroſius Epiſcopus
dixit: Deus ergo filius Dei eſt ſecundùm diui-
nitatem, & homo eſt ſecundùm carnem. Palla
dius dixit: Carnem ſuſcepit. Euſebius Epiſco
pus dixit: Ergò humanis verbis vſus eſt. Pal-
ladius dixit: Carnem humanam ſuſcepit. Am-
broſius Epiſcopus dixit: Dicat quia non ſecũ-
dùm diuinitatem Apoſtolus dixit ſubiectum,
ſed ſecundùm carnem. Scriptum eſt. n. Humi- Philip. 2. a
liauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad
mortem. In quo ergò mortẽ guſtauit? Palladi'
dixit: Quia ſe humiliauit. Ambroſius Epiſco-
pus dixit: Nõ diuinitas, ſed caro humiliata eſt
atq; ſubiecta. Et addidit: Creaturam perfectã
benè dixit Arius, an malè dixit? Palladius di-
xit: Ego tibi non reſpondeo, authoritatem
non habenti. Ambroſius Epiſcopus dixit Pro-
fitere quod vis. Palladius dixit: Non reſpon-
deo vobis. Sabinus Epiſcopus dixit: Pro Ar-
rio non reſpondes? ad interrogata nõ reſpon-
des? Palladius dixit: Pro Ario ego non re-
ſpondi. Sabinus Epiſcopus dixit: Vſque adeò
reſpondiſti, vt filium Dei negares potentem,
negares verum Deum. Palladius dixit: Ego
te iudicem non patior, quem impietatis ar-
guo. Sabinus Epiſcopus dixit: Ipſe nos coë-

giſti ſedere. Palladius dixit: Mandaui, vt ſederetis, vt arguerem vos. Quarè ſubripuiſtis Imperatori? Vt plenum Concilium non eſſet, obripuiſtis. Ambroſius Epiſcopus dixit: Quū Arij impietates legerentur, & impietas tua pariter condemnata eſt, quæ conſenſit Arianæ impietati. Placuit tibi in media epiſtola lectionem proponere, quā volebas. Reſponſum tibi eſt, quemadmodùm patrem maiorem dixerit filius D E I, eò quòd ſecundum carnis ſuſceptionem, filius maiorem patrem dixerit. Propoſuiſti etiàm ſubiectum eſſe filium D E I, & in hoc reſponſum tibi eſt, quia ſubiectus filius D E I ſecundùm carnem eſt, non ſecundùm diuinitatem. Habes profeſſionem noſtram. nunc audi cætera. Quoniam tibi reſponſum eſt, reſponde ad ea, quæ leguntur. Palladius dixit: Non tibi reſpondeo, quia quæcunque ego dixi, non ſunt ſcripta. Veſtra tantummodò ſcribuntur verba, non vobis reſpondeo. Ambroſius Epiſcopus dixit: Omnia vides ſcribi. Deniquè quæ ſcripta ſunt, abundant ad tuæ impietatis iudicium. Et addidit: Creaturam dicis Chriſtum, an negas? Palladius dixit: Non reſpondeo. Ambroſius Epiſcopus dixit: Ante horam citra actam, cùm legeretur, quia Arius dixit creaturam Chriſtum, negâſti. Oblatum eſt tibi, vt damnares perfidiam, noluiſti. Vel nūc dic, vtrùm natus ex patre Chriſtus ſit, an creatus. Palladius dixit: Si vultis, exceptores noſtri veniant, & ſic totum excipiatur. Sabinus Epiſcopus dixit: Adducat ſuos exceptores. Palladius dixit: Pleno Concilio vobis reſpondebimus. Ambroſius Epiſcopus dixit: Attalus in tractatu Niceni concilij ſubſcripſit, neget factum, quia venit ad Concilium. Dicat hodiè, vtrùm ſubſcripſerit in tractatu Niceni concilij, an non. Cumque Attalus reticeret, Ambroſius Epiſcopus dixit: Attalus preſbyter licèt inter Arrianos ſit, tamen habet authoritatē loquendi. Liberè profiteatur, vtrùm ſubſcripſerit in tractatu Niceni Concilij ſub Epiſcopo ſuo Agripino, an non. Attalus dixit: Iam dixiſti me aliquotiès damnatum, non tibi reſpondeo. Ambroſius Epiſcopus dixit: Subſcripſiſti in tractatu Concilij Niceni, an non? Attalus dixit: Non tibi reſpondeo. Palladius dixit: Modò vultis tractatum plenum haberi, an non? Chromatius preſbyter dixit: Creaturam non negâſti, potentiam negâſti, Omnia negâſti, quæ fides catholica profitetur. Sabinus Epiſcopus dixit: Teſtes ſumus nos, Attalum ſubſcripſiſſe in concilio Niceno, & nunc nolle reſpondere. Quid cunctis videtur? Cumque Attalus reticeret, Ambroſius Epiſcopus dixit: Dicat, vtrùm ſubſcripſerit in tractatu concilij Niceni, an non. Palladius dixit: Exceptor veſter & noſter ſtent, & omnia ſcribant. Valerianus Epiſcopus dixit: Iam quæ dixiſti & negâſti, ſcripta ſunt omnia. Palladius dixit: Dicite quod vultis. Ambroſius Epiſcopus dixit: Quia ſæpiùs vult dānari Palladius, qui iam frequenter damnatus eſt, lego Epiſtolam Arij, quam ille noluit condemnare. Profitemini. quid vobis videtur? Omnes Epiſcopi dixerunt: Legatur. Et recitata eſt. Nato autem nō putatiuè, & reliqua. Ambroſius Epiſcopus dixit: Reſpondi tibi de maiore, reſpondi tibi & de ſubiecto, nunc & ipſe reſponde. Palladius dixit: Non reſpondebo, niſi authores veniant poſt Dominicam diem. Ambroſius Epiſcopus dixit: veneras tractaturus, ſed poſtea quàm obieci tibi, vidiſti epiſtolam Arij, quam damnare noluiſti. aſſerere autem non potes, idcircò nunc refugis & cauillaris, plenariè ipſam recito. Ad ſingula dic, vtrùm Chriſtus creatus videatur, an fuit quādò non fuit Chriſtus, an verò ſemper fuit vnigenitus Dei filius. Cùm Arij epiſtolam audieris, aut damna, aut ꝓba. Palladius dixit: Cùm impietatis te arguam, te iudice non vtor. Trāſgreſſores. Sabinus Epiſcopus dixit: Quas impietates obijcis fratri noſtro & conſacerdoti Ambroſio, dicito. Palladius dixit: Iam vobis dixi: Pleno concilio reſpondebo, & præſentibus authoribus. Ambroſius Epiſcopus dixit: In conſeſſu fratrum cupio confutari & redargui. Quæ igitur impiè dixerim, dicito, ſi impius tibi videor, qui pietatem adſtruo. Sabinus Epiſcopus dixit: Ergo impius tibi videtur, qui Arij blaſphemias arguit? Palladius dixit: Ego nō negaui bonum filium Dei. Ambroſius Epiſcopus dixit: Dicis ergo Chriſtum Deum bonum? Palladius dixit: Non vobis reſpondeo. Valerianus Epiſcopus dixit: Nolite multùm adigere Palladium, non poteſt vera noſtra ſimpliciter confiteri. Ipſius enim conſcientia duplici blaſphemia confuſa eſt. Nam à Photinianis eſt ordinatus, & cū ipſis eſt damnatus, & nunc pleniùs damnabitur. Palladius dixit: Hoc proba. Sabinus Epiſcopus dixit: Non aliter poterat Chriſtum verum negare, niſi authores ſuos ſequeretur. Ambroſius Epiſcopus dixit: Obieciſti me eſſe impium, hoc proba. Palladius dixit: Expoſitionem afferimus. Cùm attulerimus, tunc diſpoſitio habebitur. Ambroſius Epiſcopus dixit: Damna impietatem Arij. Cùm reticeret Palladius, Euſebius Epiſcopus dixit: Superfluis immoramur. Tot impietates Arij Palladius noluit condemnare, immò potiùs aſſerendo confeſſus eſt. Hunc qui nō damnat, ſimilis illius eſt, & hæreticus iure dicendus eſt. Omnes Epiſcopi dixerunt: A nobis omnibus anathema ſit Palladius. Ambroſius Epiſcopus dixit: Acquieſcis, vt cætera legantur Palladi? Palladius dixit: Date auditores, veniant & ex vtraque parte exceptores. Non poteſtis eſſe iudices, ſi auditores non habuerimus: & niſi ex vtraque parte venerint, qui audiant, non vobis reſpondemus. Ambroſius Epiſcopus dixit, Quos quæris auditores? Palladius dixit: Sunt hic honorati multi. Sabinus Epiſcopus dixit: Poſt tot blaſphemias auditores petis? Ambroſius Epiſcopus dixit: Sacerdotes

cerdotes de laicis iudicare debent, non laici de ſacerdotibus. ſed tamen quos iudices petas, dicito. Palladius dixit: Auditores veniant. Chromatius presbyter dixit: Sala condemnationi ſacerdotali, quin & qui Palladij ſunt, etiàm in pleno legantur. Palladius dixit: Non permittantur loqui. auditores veniant, & ex vtraque parte exceptores, & reſpondebunt vobis bi in concilio generali. Ambroſius epiſcopus dixit: Etſi in multis impietatibus depræhenſus ſit, erubeſcimus tamen, vt videatur, qui ſacerdotium ſibi vendicat, à laicis eſſe damnatus. Ac per hoc, quoniam & in hoc ipſo damnandus eſt, qui laicorum expectat ſentẽtiam, cùm magìs de laicis ſacerdotes debeant iudicare, iuxta ea quæ hodie audiuimus Palladium profitentem, & iuxta ea, quæ condemnare noluit, pronuncio illum ſacerdotio indignum & carendum, & in loco eius catholicus ordinetur. Omnes Epiſcopi dixerunt: Anathema Palladio. Ambroſius Epiſcopus dixit: Imperator clementiſſimus & Chriſtianus ſacerdotum iudicio cauſam, vt & ipſi arbitri eſſent altercationis, * ipſi (inquit) conſtituiſſemus: quoniam igitur nobis iudicium videtur delatum, interpretes eſſe ſcripturarum, condemnemus Palladium, qui impij Arij noluit damnare ſententiam. Et quia filium Dei ſempiternum, & cętera quæ actis haberẽt, negauit, ergo anathema habeatur. Omnes Epiſcopi dixerunt: Omnes condemnamus eum. Anathema habeatur. Ambroſius Epiſcopus dixit: Quoniam omnes conſiſtunt viri Chriſtiani & Deo probati fratres & conſacerdotes noſtri, dicat vnuſquiſque quid ſibi videatur. Valerianus Epiſcopus dixit: Mihi quidem videtur, quia qui Arium defendit, Arianus eſt: qui blaſphemias ipſius non condemnat, ipſe blaſphemus eſt. Ideoque huiuſmodi hominem à conſortio ſacerdotum cenſeo eſſe alienum. Palladius dixit: Cœpiſtis ludere? ludite. ſinè Concilio Orientali vobis non reſpondemus. Amenius Epiſcopus Sirmienſis dixit: Quicunque hęreſes Arianas non condemnat, Arianus ſit neceſsè eſt. Hunc igitur alienum etiàm à noſtra communione, & ſacerdotali cœtu priuatum eſſe cenſemus. Conſtantius Epiſcopus Arauſicus dixit: Palladium Arij diſcipulum, cuius impietates iam olim damnatæ ſunt à patribus noſtris in Concilio Niceno, & nunc hodiè probatæ, cùm recenſerentur à Palladio ſingulæ, quia non confiſſus eſt, dum Dei filiũ à Deo patre eſſe alienum, cùm creaturam confitetur, cùm * tempore dicit, Dominum verum negat, in ſempiternum cenſeo eſſe damnandum. Iuſtus Epiſcopus dixit: Palladium, qui blaſphemias Arij damnare noluit, ſed etiàm magìs has confiteri videtur, cenſeo vlteriùs ſacerdotem dici non poſſe, nec inter Epiſcopos deputari. Euentius Epiſcopus * Cinnienſis dixit: Palladium, qui impietatem Arij dãnare noluit, arbitror à cõſortio ſacerdotali in perpetuum eſſe remotum. Abundantius Epiſcopus Tridentinus dixit: Cùm euidentes blaſphemias Palladius defendat, damnatum ſe ex Concilio Aquileienſi cognoſcat. Euſebius Epiſcopus Bononienſis dixit: quia impietates Arij diabolico ſtylo conſcriptas, quas non licebat nec ad aures admittere, Palladius non ſolùm noluit condemnare, ſed & earum extitit aſſertor, negando filium Dei filium verum, Dominum bonum, Dominum ſapientem, Dominum ſempiternum, hunc à cœtu ſacerdotali, & mea ſententia & omnium catholicorum iudicio arbitror iure eſſe damnatum. Sabinus Epiſcopus Placentinus dixit: Quoniàm cunctis patefactum eſt, Palladium, qui Arianæ perfidiæ author eſt, etiàm eius impietatem tenere, quiaque contra Euangelica & Apoſtolica inſtituta venit, iuſta in eum totius Concilij illata ſententia eſt, & meæ licèt paruitatis ſententia, ſacerdotio denuò priuatus, ex hoc ſacroſancto cœtu iure pellatur. Felix & Numidius legati Afrorum, dixerunt: Arianæ hęreſis ſectæ, in qua Palladius in Aquileienſi Synodo declaratus eſt, anathema. Sed & eos qui cõtra veritatem Nicęnæ Synodi repugnãtes ſunt, condemnamus. Limenius Epiſcopus Vercellenſis dixit: Arianam doctrinam ſæpè eſſe damnatam, manifeſtum eſt: & ideò Palladius conuictus in hac ſacra Synodo Aquileienſi, quia noluit ſe corrigere vel emendare, ſed magìs probauit repræhenſibilem, & olitauit perfidia, quàm publicè confeſſus eſt tenere, hunc ſententia mea & ego profiteor conſortio ſacerdotali eſſe priuandum. Maximus Epiſcopus Emonenſis dixit: Palladium, qui blaſphemias Arij nec damnare voluit, ſed magìs confeſſus eſt, iuſtè ac meritò eſſe damnatum, & Deus nouit, & fidelium conſcientia condemnauit. Exuperantius Epiſcopus Dertonenſis dixit: Palladium, qui ſectam Arij vel eius doctrinam damnare noluit, ſed defendit, vt cęteri conſortes mei damnauerunt, etiàm & ego condemno. *Baſianus Epiſcopus Laudenſis dixit: Audiui, ſicut & cæteri conſortes mei, impietates Arij, quas Palladius nõ ſolùm non condemnauit, ſed confirmauit. Hic anathema ſit, & ſacerdotio priuabitur. Philaſter Epiſcopus Brixianus dixit: Blaſphemias & iniquitatem Palladij, qui Arianam doctrinam ſequitur & defendit, vnà cum omnibus ego condemnaui. Conſtantius Epiſcopus Scilcinenſis dixit: Palladium, qui blaſphemias & impietates Arij non condemnauit, ſicut & cæteri conſacerdotes mei, & ego cenſeo damnandum. Heliodorus Epiſcopus Altinenſis dixit: Qui perfidiam Arij omniumque hæreticorum, quorum conſors eſt Palladius, huius inſipiens cor, qui veritatem non eſt cõfeſſus, cum cęteris conſacerdotibus meis condemno. Felix Epiſcopus *Iadertinus dixit: Palladium, qui blaſphemias dicit in filium, ſicut Arius, cum omnibus pariter condemno. Theodorus Epiſcopus Octodorũ, dixit: Palladium,

Cõdẽnatio Palladij hęretici à concilio.

* for. * cõmiſit: quũ

* tẽporeũ

* Tinlen.

* Baſilianus.

* Iadreũ.

dium, qui Chriſtum Deum verũ, coæternum patri negauit, nec Chriſtianum hunc, nec ſacerdotẽ vllo modo cenſemus. Domninus epiſcopus Gratianopolitanus dixit: Palladium in perfidia Arij permanentem, in perpetuum, ſicut & fratres damnauerunt, etiam & ego cẽſeo eſſe damnandum. Proculus Epiſcopus Maſſilienſium dixit: Palladium, qui Arrij blaſphemias ſub quadam impia hæreditate non condemnando defendit, ſicut hunc & plurimorum iam venerabilium ſacerdotum ſententia blaſphemum deſignanit, atque à ſacerdotio alienum duxit, ità mea paritèr ſententia in perpetuum condemnatum deſignat.

*Diogenus Epiſcopus Genuenſis dixit: Palladium, qui Chriſtum Dominnm Deum verum, ſimilem & æqualem patri dum non confitetur, immò negauit, damnationem iudico cum cæteris fratribus meis vel conſacerdotibus ſortiri. Amantius Epiſcopus Nicenſis dixit: Palladium, qui ſectam Arrij nõ deſtruxit, ſecundùm conſacerdotum meorum iudicium, etiàm & ego condemno. Ianuarius Epiſcopus dixit: Sicut omnes conſacerdotes mei damnauerunt Palladium, ità & ego pari iudicio eum cenſeo eſſe damnandum. Et cùm Secundianus ſubripuiſſet, Ambroſius Epiſcopus dixit: Audiſti Secundiane, cuiuſmodi Palladius impius ſententiam, ſacerdotali concilio damnatus, exceperit. Licèt diſplicuerit nobis, quòd eius, hoc eſt, Palladij non horrueris amentiam, tamen de te aliqua ſpecialiter quæro. Vtrum Dei filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel non, verum Deũ dicas. Secundianus dixit: Qui negat Dominum verum eſſe patrem Domini & DEI noſtri Ieſu Chriſti, non eſt Chriſtianus, nec qui negat Dominum filium verum. Ambroſius Epiſcopus dixit: Deum verum Dei filium cõfiteris? Secundianus dixit: Verum DEI filiũ, vnigenitum Dei filium verum dico. Ambroſius Epiſcopus dixit: Verum Dominum dicis? Secundianus dixit: Verum vnigenitum filium, quis negat verum filium Dei? Euſebius Epiſcopus dixit: Non ſufficit, quòd filiũ Dei vnigenitum confiteris: nam hoc omnes confitentur: ſed hoc mouet, qnòd Arius dixit Dominum ſolum patrem, ſolum verum, negauit filium Dei Dominum verum. Simpliciter filium Dei, Deum verum cõfiteris? Secundianus dixit: Qui fuerit Arius, ignoto: quod dixerit, neſcio: mecum loqueris viuus ad viuum. Illud dico quod Chriſtus dixit: Vnigenitum filium ſe aſſerit patris, filius vnigenitus eſt Dei filius verus. Ambroſius Epiſcopus dixit: Deus verus eſt, verus Dei filius Deus.

[Eſaiæ 65.] Et addidit: In diuinis ſcriptum eſt, quia qui iurant ſuper terram, iurabunt* Deum verum. [for.* per Deum.] Quod vtique de Chriſto eſſe, nõ dubium eſt. Nos ergò verum Deum profitemur, & fides noſtra hæc eſt, & profeſſio, quia vnigenitus patris filius, eſt verus Deus. Dic & tu de Deo vero, deindè filium Deum verum. Secundianus dixit: De Deo vero. Ambroſius Epiſcopus dixit: Filius Dei Deus verus eſt? Secundianus dixit: * Ergo mendax. Ambroſius Epiſcopus dixit: In hoc frandem facis, vt non Deum verum dicas, ſed Deum vnigenitum, ac per hoc dic ſimpliciter, vnigenitus Dei filius, Deus verus. Secundianus dixit: Vnigenitum dixi Dei filium. Euſebius Epiſcopus dixit: Hoc Photinus non negat, hoc Sabellius confitetur. Ambroſius Epiſcopus dixit: Et qui hoc non confitetur, iure damnatur. Ac per hoc ſæpe te conuenio, licèt cauillando negaueris veritatem. Non quæro, vt tantummodò vnigenitum filium dicas Dei, ſed etiàm Deum verum. Secundianus dixit: Veritatis me ſeruum profiteor. Quæ dico, non ſcribuntur: & quæ dicis, ſcribuntur. Chriſtum verum Dei filium dico. Quis negat filium Dei verum eſſe? Ambroſius Epiſcopus dixit: Qui negat vnigenitum Dei filium, anathema ſit. Secundianus dixit: Deum verum vnigenitum ſilium Dei, quid mihi profiteris, quod non eſt ſcriptum? Ambroſius Epiſcopus dixit: Apertum ſacrilegium eſt, quandò Chriſtum Dei filium Arius Deum verum negauit. Secundiannus dixit: Ieſum Chriſtum filiũ Dei Deum, quia Chriſtus dicatur filius verus, filium Dei dico. Ambroſius Epiſcopus dixit: Nondum reſipuiſti. Et adiecit: Nè quid illi videatur ſubreptum, confirmet ſententiam ſuam. Dicat ergò vnigenitum Chriſtũ, Dei filium Deum verum. Secundianus dixit: Iam dixi. Qui mihi extorquere vis ampliùs? Ambroſius Epiſcopus dixit: Quid dixiſti? Certè ſi dixiſſes tanta, quod glorioſè dicitur, ſæpè repetendum eſt. Secundianus dixit: Dictum eſt: Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non. [Matt. 5. f] Ambroſius Epiſcopus dixit: Qui dicit ipſum patrem filium, ſacrilegus eſt. Hoc à te quæro, vt dicas, de Deo vero Deum verum Dei filium natum. Secundianus dixit: Ego filium à Deo genitum, dicente ipſo, Genui te, [Pſal. 109.] confitentem ſe, genitum eſſe dico. [Heb. 1. b] Ambroſius Epiſcopus dixit: A Deo vero Deus verus eſt. Secundianus dixit: Et cùm nomini etiàm addis & verum, audis, qualis in te fides ſit, & Chriſtianus es? Euſebius Epiſcopus dixit: Qui negauit illum verum Deum? Arius & Palladius negauit. Tu ſi Deum verum credis, debes ſimpliciter deſignare. Ambroſius Epiſcopus dixit: Si non dixeris Deum verum de Deo vero natum eſſe, Chriſtum negaſti. Secundianus dixit: Interrogams de filio, dedi reſponſum: quemadmodùm deberem profiteri, reſpondi. Habemus veſtram expoſitionem, afferemus, legatur. Ambroſius dixit: Hodiè afferre debueras, cæterùm ſubterfugere conaris. Profeſſionem à me * exige, & profeſſionem à te exigo. [for.* exigis.] Deus verus eſt Dei filius? Secundianus dixit: Vnigenitus eſt Deus Dei filius. Et ego eum interrogo, vnigenitus eſt? Ambroſins Epiſcopus dixit: Ratio permoueat nos, & impietas, & inſipientia tua,

Cùm

Cùm dicis Deum verum vnigenitum, non Deum verum dicis, ſed verum vnigenitũ: ac per hoc, vt iſtam * adunes quæſtionem, ità reſponde. Ex Deo vero, Deus verus eſt? Secundianus dixit: Ergò Deus Deum non genuit? Deus verus ille qui eſt, quod eſt genuit, vnum verũ vnigenitum filium genuit. Ambroſius dixit: Non confitetis Deum verum, ſed vis dicere verum vnigenitum. Et ego vnigenitum, ſed dico & Deum verum. Secundianus dixit: Ego dico genitum à patre, verum genitum dico omnibus.

Geſta Concilij Aquileienſis cõtra Palladium & Secundianum Arianæ hæreſis aſſertores, finiunt, prout exemplar continebat. Videtur tamen non in integrũ haberi, ſed mutilum eſſe ac defectuoſum.

Secundum vniuerſale Concilium,

CONSTANTINOPOLITANVM PRIMVM,

HABITVM A' CL. EPISCOPIS SVB THEODOSIO maiore, Siagrio & Eucherio conſulibus Anno Do. 381. æra 419. aduersùs Macedonium.

Conſtantinopolis à Conſtantino primo nomen accepit, cùm priùs Byzantium diceretur. In quam vrbem quæ ornamenta contulerit idem Conſtantinus, partim commemorat Nicephorus Hiſtor. Eccle. libr. 7. cap. 48. & 49. Ad eius verò reliquam felicitatem teſte Procopio accedit, quòd mare eam pulchriorem ſitu reddit, circa eam ſe inſinuans quam maximè, & in pelagus vaſtum exundans, admodùm eã exornat, & tranquillos portus nautis præſtat. Duo namque Maria Aegæum & Euxinum, ea parte qua ad Orientem vrbis ſpectat, cõfluunt, fluctuũque mutua colliſione commoditatem & amœnitatem plurimam ex parte omni illi afferunt. Hodiè Turcici Imperij caput eſt.

DE SYNODO CONSTANTINOPOLITANA, EX NICEPHORI Eccleſiaſtica Hiſtoria.

PRoindè Theodoſius Imperator primo quoq; tempore Synodum Epiſcoporum in locum vnum conuenire iuſſit, ad Nicæna decreta confirmanda: atque vt ibidèm, cuinã Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſedes committenda eſſet, deliberaretur. Quòd autem Macedonianos vniuerſali Eccleſiæ aggregari atque vniri poſſe exiſtimaret, quia non admodum opinione ſua de Deo ab vtraque parte & factione diſſidebant, eos quoquè ad cõuentum euocauit. Et conuenerunt ab eis, qui Trinitatẽ ὁμοούσιον conſubſtantialem prædicant, circiter centum & quinquaginta: alterius autem ſectę triginta & ſex, quorum plures ex Helleſponto erant. His præibant Eleuſius Cyzicenus, & Martianus Lampſacenus. Inter catholicos pręcipui erant Timotheus, qui Alexandriæ in locum Petri fratris ſui, eiuſdemque Athanaſij ſucceſſoris ſurrogatus fuerat: Meletius Antiochiæ Epiſcopus, qui pridem Gregorij cauſa Conſtantinopolim venerat, & Hieroſolymitanus Cyrillus, qui cùm anteà Macedonij opinionem ſecutus fuiſſet, tum per pœnitentiam reſipuerat. Prætereà Aſcolius Theſſalonicæ, Diodorus Tarſi, & ſuum rectè gerens nomen Aratius Berrhœæ, Epiſcopi. Ij ſanè omnes in Nicænis decretis acquieſcentes, Eleuſium & populares eius in ſententiam ſuam adducere conabantur, in memoriam eis redigentes, quã ad Liberium miſerant legationem, in qua per Euſtathium, Syluanum & Theophilum ſe Nicænam fidem ſecuturos receperant. Tum autem quòd ſua ipſorum voluntate longo tempore ſe ab eorum communione non ſegregaſſent, non rectè eos facere dicentes, cùm ſemèl flagrantibus animis eandem cum eis fidem ſuſceperint, quòd ità rectè ab eis conſtituta rurſùm antiquarẽt. At illi cohortatione tali ſpreta, cùm apertè Arij opinionem iudicio ſuo meliorem cenſeri, neque vnquàm fore, vt patri filium ὁμοούσιον conſubſtantialem eſſe faterentur, quamuìs aliter Liberio polliciti eſſent, dixiſſent, diſceſſerunt, & ad factionis ſuæ populares vbicũquè in vrbibus eſſent, vt nequaquàm Nicænam fidem complecterentur, literas dederunt. Qui verò ab vniuerſali Eccleſia ſtabant, ibì manentes de eligendo Conſtantinopolitano Epiſcopo concilium habebant. Et primus ibi Imperator Gregorium propter vitam & eruditionem præſtantem admiratus, dignum illum ea ſede calculo ſuo iudicaſſe dicitur. Qua in re Synodus ei, quòd virtutem eius viri venereretur, ſuffragata eſt. Potiſſimùm verò diuo ipſi Meletio videbatur Gregorio Conſtantinopolitanum Epiſcopatum confirmandum eſſe, hac in parte canone de Epiſcoporum tranſlatione, quem nonnulli, concilium hoc repræhendentes, obijciebãt, poſthabito. Optimè quippe diuinus pater eorum virorum, mentem & conſilium, qui illum promulgauerant, tenebat. Synodus namque illa, vt occaſionem ambitus in Eccleſijs

Macedoniani poſt Decretũ Gratiani de libera Religione à catholicis defecerãt Socr. lib. 5. cap. 4.

Nazanzenũ dicit.

præcide-

præcideret, canonem eum propoſuerat, quòd multa tum ex competitorum ambitioſa prenſatione prouenissent mala: Quòd ſi ambitus abeſſet, nihil prorsùs extare impedimenti cenſuit, vt modò vita aut doctrina multis alijs præſtantior, aut ſimul vtraque hæc conſtaret, aut communis deniquè & publica cùm magna commoditate vtilitas per tranſlationem in expectatione eſſet.

Hæc Nicephorus cap. 10. Ar. 11. agit de Gregorij Nazanzeni præclara adminiſtratione Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & eius dignitatis voluntaria abdicatione, cùm quidam Epiſcopi eius in Eccleſiam Conſtantinopolitanam translationem criminarentur. Indè iam ſequitur cap. 12. in hæc verba:

Cæterùm maxima cura & deliberatio Imperatori & Epiſcopis incumbebat, Imperatore potiſſimùm eos cohortante, ad diligentem exactamq; ne diſquiſitionem adhibendã, vt quàm optimus atque honeſtiſſimus vir inueniretur, cui vrbium maximæ rectæ adminiſtrationis committerentur habenæ. Porrò Synodus hac in re non eundem, quem Imperator, obtinebat animũ. Pro ſe enim quiſq; vt ex neceſſarijs & amicis ſuis quiſpiam honorem ſedis eius cõſequeretur, laborabat. Quod conſiliũ cũ Epiſcopi texerent, Nectarius quidam Tarſi Cilicum ortus, primariæ nobilitatis vir, ſenatoriaque dignitate clarus, & humanitate morum admirationem omnium promeritus, tum autem prætoris magiſtratu & honore conſpicuus, Conſtantinopoli degẽs, in patriam iamiam iturus, ad Diodorũ Tarſi Epiſcopum venit, vt ab eo, ſub cuius ſcilicet Epiſcopatu cenſeretur, cum precatione benedictionem acciperet, atque ſi opus eſſet, literas eius ſecum ferret. Et commodùm tum accidit, vt Diodorus ſecum ipſe conſideraret, quemnam ad functionem propoſitam eligi conueniret: Et Nectarium ingredientem conſpicatus, ſtatìm illi in animo ſuo idoneum ad ſedem eam ſuſcipiendam indicauit. Et intra ſeipſum affectione propenſus in eum fuit, caniciem illius venerandam cernens, ſpeciemque Epiſcopo dignam, morumque ſimul humanitatem eximiam perpendens: & alio quodam ſub prætextu eum ad Epiſcopũ Antiochenum adductum mirificè laudauit, & illum, vt ſecum ei faueret, rogauit. Ille verò, quòd multi præclari viri deſignati eſſent, veluti in re graui & ſeria, apud ſeipſum ſubridens, Diodori ſuffragium abrogauit: Nectario tamen nihilo minùs vocato, pauliſpèr eum ſecum manere iuſſit. Intereà Imperator in charta deſcribi iuſſit eorum nomina, quem quiſq; aptum eſſe ad tantam Eccleſiæ ſcaphã gubernandam putaret, vt ſibi illis in ſcripto repræſentatis, vnius ex omnibus eligendi poteſtas relinqueretur. Et alij quidem alios, prout cuique viſum erat, annotârunt. Antiochenæ verò Antiſtes Eccleſiæ, poſtquàm ex ſentẽtia ſua quos volebat in libello nominauit, extremo loco, vt Diodoro gratificaretur, Nectarium etiàm ſubiecit. Imperator charta in manus accepta, in qua deſignatorum nomenclatura deſcripta erat, vbi ad Nectarij nomen peruenit, conſtitit: & aliquàs morę ſuo rem mente reuoluens, ſecum ipſe conſultauit: & digito Nectarij nomini impreſſo, denuò eorum qui calculos & ſuffragia Epiſcoporum meriti fuerant, nomina percurrens, vbi rurſùm ad Nectarium peruenit, diù multumq; re deliberata, eum ipſum præ omnibus ſede ea dignum eſſe cenſuit. Ad id factum obſtupuêre omnes, verbisque & ore omnium quærebatur, quiſnam Nectarius iſte eſſet, quæ ſtudia eius, atque vndè ortus eſſet. Vt verò nõdùm quoque initiatum eſſe cognouerũt, ampliùs etiàm admirati, & ad Imperatoris iudicium animis conſternati ſunt. Ego quidem id etiàm Diodorum ignorâſſe puto. neque enim credibile eſt, non initiato eum ſuffragari tantoperè auſurum fuiſſe. Sed illum iam canum, vt æquum fuerat, initiatum fuiſſe opinatus eſt. Ego verò non ſinè nutu Dei hoc accidiſſe puto. Atque vbi id Princeps quoquè reſciuit, quamuis ex Epiſcopis multi contrà niterentur, in ſententia tamen ſua ille conquieuit. Poſtquam verò qui conuenerant, omnes Imperatoris calculum confirmârunt, exemplò Nectarius baptiſmò initiatus, atq; etiamnùm myſtica veſte indutus, communibus ſynodi ſuffragijs Epiſcopus Conſtantinopoli declaratus eſt. Hæc ſic accidiſſe, Deo tamquàm inſtrumento ipſo principe vtente, à multis creditum eſt. Sed verùm ne id ſit, an ſecùs, affirmare certò non poſſum. Mihi quidem ipſe perſuaſerim, rem tantam non ſine prouidentia diuina actam eſſe, cùm propter inſolitum nouumq; ue electionis & conſecrationis morem, tum propter earum rerum quæ conſecutæ ſunt, magnitudinem, coniecturam hác faciens. Quòd namque placidus & in rebus omnibus bonus fuit, veriſimile eſt, Deum illi per ſynodum tantam Epiſcopatum commiſiſſe. Conſecratio quidem Nectarij tale conſecuta initium, auſpicatum quoquè habuit finem.

Poſteà Epiſcopi omnes vnà cum Nectario congregati, vt Nicenæ fidei decretum certum eſſet, conſtituerunt: hæreſim omnem damnârunt, & prouincijs diuiſis, Patriarchas conſtituerunt. Et poſt pauca: Igitur diœceſibus ordinandis, Nectarius quidem Thraciam ſortitus eſt & Megalopolim, (hoc eſt, magnam vrbem, putà Conſtantinopolim) Ponticam autem diœceſim à Bithynia vſque ad Armenios, Helladio, qui Baſiliu in Cappadocia ſucceſſerat, & Gregorio Nyſſæ, quæ & ipſa Cappadocum ciuitas eſt, Epiſcopo attribuerunt. Prouinciam autem Melitinenſem Otreio reliquerũt. Aſianam verò adminiſtrationem Amphilochius Iconij & Optimus Antiochiæ in Piſidia Epiſcopi acceperunt. Ægyptus porrò ſub Timotheo Alexandrino permanſit. Gubernationem autem Orientalium Cap. 13.

lium Eccleſiarum Epiſcopis earum permiſere, videlicet Pelagio Laodicenſi & Diodoro Tarſenſi. Antiochiæ verò ſoli ſua relinquentes priuilegia, Meletio etiàm adhuc ſuperſtiti tribuerunt. Vrbibus autem circa Thraciam & Scythiam ſitis, Terentium Tomitanum & Martyrium Marcianopolitanum præfecere. Quòs cùm Imperator omnes viſos collaudaſſet, ſententia ſua calculos quoquè eorum comprobauit. Et erat eorum illuſtris gloria, quippe qui Eccleſias pro eo atquè par eſt, adminiſtrarent. De Maximo verò decreuere, vt neque eſſet, neque nomen Epiſcopi haberet: quos verò conſecraſſet clericos & quæcunque egiſſet, irrita vt omnia eſſent. Conſtitutione quoquè Imperator ſanxit, vt firma & perpetua eſſet Nicænæ fidei authoritas, atque vt omnes omniū locorum Eccleſiæ illis committerentur, qui in ſubſiſtentia trium eiuſdem honoris & eiuſdē gloriæ perſonarum, diuinitatem vnam Patris & Filij & Spiritusſancti profiterentur. Et canonibus quibuſdam Eccleſiarum exornandarum gratia promulgatis, etiàm Spiritusſancti gloriam, vtpotè ſimilem atque æqualem Patri & Filio, ſancto Nicænæ fidei ſymbolo adiecerunt, Gregorio Nyſſeno id quod illi deeſſet, ſupplente.

Cap. 14. His ità actis, ſimul & ſynodus finem ſuum habuit, & reliqui Epiſcopi ad ſedes ſuas redierunt. Nectarius autem Cyriacum Adançorū Epiſcopum ſecum retinuit, vt Epiſcopalem diſciplinam ab eo addiſceret, &c.

Cap. 15. Eodem tempore cùm Ariani ex ſacris ædibus deturbarentur, & Catholici in poſſeſſionem earum vacuam inducerentur, non paruæ exortæ ſunt turbæ. Quapropter Imperator Theodoſius exiguo à priore Synodo temporis interuallo anteſignanos vigentium tum hæreſum rursùm cōuocauit, vt alteri iſtorum fieret: videlicet, vt vel ipſi alijs opinionem ſuā perſuaderent, vel ab alijs perſuaderentur, de rebus quæ in controuerſia eſſent: in vnam eandemque ſententiam omnes adductum iri ratus, ſi in publico auditorio opiniones dubiæ per diſputationem diſcuterentur. Cùm autem vniuerſi cōueniſſent, (factum id eo anno, quo cōſilium Archadium Auguſtū renūciauit) conſilium de ſynodo celebranda cùm Nectario Conſtantinopolitano communicauit, cohortatus, vt quæſtiones vndè hæreſes orirentur omnes, in publicum deducerentur diſputationem, quò cùm vna fieret Eccleſia, atque vnum inter omnes conſentiens conſtitueretur dogma, tum vniuerſi religionem ità vti decet colerent, neque quicquam controuerſiæ relinqueretur. Nectarius plurima ſecum animo reuoluens, Nouatianorum Epiſcopum Agelium acceſſijt, eiuſdem cuius ipſe erat, de conſubſtantiali ſententiæ virum: qui quòd factis potiùs virtutem declararet, & à verborum nugamentis & faſtu alienus prorsùs eſſet, aliū vicē ſuam ad deſpiciendum, quid facto opùs eſſet, atque etiàm, ſi hoc vſus ferret, ad diſputandum, deſignauit, Siſinium nomine, qui tum in Lectorum ordine enitebat, & breuì poſt Epiſcopatum eius ſuſcepit, hominem ad inueniendum perquàm ingenioſum, & ad id quod inueniſſet eloquendum, valdè commodum: nec minùs ad arcanos & latentes ſacræ ſcripturæ ſenſus inquirendum, eosque copiosè ſuaui lingua exponendum ſanè quàm idoneum, necnon prophanæ ſimul & ſacræ philoſophiæ egregiè peritum. Is, quòd rectiſſimè tum dicere viſus eſt, ſuaſor fuit, nè qua cum eis qui aliter opinarentur, ſuſciperetur diſputatio, vt quæ aliam ex alia rixam & contentionem párere ſoleret, ſed vt illi interrogarentur, an eos ſacrorum oraculorum interpretes, qui priùs extiterint, quàm diſſenſio in eccleſijs orta ſit, admitterent. Ac ſiquidem ſententias illorum reijcerent, tum fore dixit, vt eos etiàm factionis ſuæ populares reijciāt. Sin verò idoneos illos ad declarationem ſeu deciſionem controuerſiarum eſſe putarent, ſtatim illorum libros in medium proferri debere. Atque hoc ſic ſuaſit, quòd certò ſciret veteres cùm in diuinis literis coæternum patri filium inuenerint, haud quaquàm ab initio aliquo generationem eius incepiſſe dicere auſos fuiſſe. Vt autem & Nectario & Imperatori optimum hoc conſilium eſſe viſum eſt, omnibus coactis, cognoſcere primùm quid de veterum ſcriptis illi ſentirent, tenauit. Atque vbi illi clamore & admiratione ſuam erga illos affectionem & pietatem indicârūt, apertè pronunciauit: ſi teſtes illi dogmatis claſſici & idonei eſſent, facilè eos quæſtionem rei cuiuſlibet deciſuros, ſi ipſi in eos acquieſcerent, quod illi de controuerſijs eiuſmodi & ſenſerint & dixerint. Quandoquidem autem etiam de eo hæreſum duces diſſentiebant, (nō omnibus enim eadem de veterum opinionibus ſententia erat) rem ſecum ipſe perpendens Imperator, intellexit propterea illos propoſitam ſibi conditionem repudiare, quòd diſputationibus ſuis confiderent. Quam ob rem iniquam ſententiam eorum moleſtè ferens, hæreſim quamque libellum opinionem cuiuſque complectentem offerre ſibi iuſſit. Atque vbì dies conſtituta aduénit, ex eis qui Trinitatem ὁμοούσιον conſubſtantialem profitétur, Nectarius adfuit, & Agelius: ex Arianis autem Demophilus: Hæreſis ſuo nomine mius: Eleuſius autem Cyzicenus, Macedonianorum partes propugnans. Porrò Imperator opinionibus hæreticorum omnib' perlectis, ſolam admiratus eſt & veram eſſe iudicauit, quæ Trinitatem ὁμοούσιον conſubſtantialem deprædicat. Reliquas verò vt veritati repugnantes conſcidit. Enimuerò eis qui Nouati hæreſi laborant, nihil aduerſi accidit, quippe qui Eccleſiæ Catholicæ præterquàm in re vna conſentirent, ὁμοουσίῳ conſubſtantiali admodùm inhærerent. Reliquæ autem hæreſes grauiter Epiſcopos ſuos accepêre, quòd non ſatis conſideratè cum Imperatore egiſſent.

ſent. Plurimi etiam ex eis, opinione illorum ſpreta, ad ſententiam laudatam tranſiêre. Deindè Imperator legem tulit, nè à conſubſtantialis fidei profeſſione abhorrentes, conuentus aliquos eccleſiaſticos agerent, néve poſteà de fide docere auderent, aut eligendi conſecrandique quempiam poteſtatem haberent. Sanxit præterea, vt illi partim ex agris & vrbibus pellerentur, partim ærarij fierent, neq; quicquam cum reliquis ciuibus commune haberent. Conſtitutionibus eiuſmodi pœnas graues addidit, ſi quenquam contra decreta ſua commiſiſſe comperiſſet: ſed eas executioni non mandauit: metum enim tantùm hæreſum ſtudioſis incutere voluit. Et id maximè ſtudio habuit, vt populi imperio eius ſubiecti, eadem de DEO ſecum opinionem obtinerent. Quapropter magno etiàm eos proſecutus eſt honore, quos ab hæreticis ad Eccleſiam vniuerſalem tranſiiſſe cognouit.

Cùm Synodus Conſtantinopoli iterùm, ſicuti dictum eſt, ſub Imperatore Theodoſio ageretur, ex Occidente literæ venerunt, vt ipſi quoquè Romam ad Concilium ibi maximum inſtitutum, in quo de rebus etiàm Antiochenis inter Paulinum & Flauianum decideretur, venirent. Cæterùm qui Conſtantinopoli cógregati erant Epiſcopi, profectionem Romanam vt incommodam detrectàrunt: epiſtolam autem ſcripſerunt, in qua excitatam in Eccleſia ab hæreticis procellam maximam expoſuerunt, ſummatimq; Apoſtolicam ſententiam inſeruêrunt. Sed virilem eorum animum veramq; ſapientiam illæ ipſę literæ declarabunt, in hæc verba conceptæ:

Epiſt. Oriētaliū Epiſc. ex Cōcil. Cōſtātinopolit. ex Theodoriti hiſtor. lib. 5. cap. 9. Cap. 16.

Reuerendiſſimis Dominis & maximè pijs fratribus atque collegis, Damaſo, Ambroſio, Brittoni, Valeriano, Aſcholio, * Anemio & reliquis ſanctis Epiſcopis, in magna vrbe Romana coactis, ſancta Synodus orthodoxorū & rectè ſentientium Epiſcoporum in magna vrbe Conſtantinopolitana congregatorum, in Domino ſalutem. Pietatem veſtram tãquā ignaram docere, & ærumnarum vim nobis ab impotenti dominatione Arianorum illatarū commemorare, ſuperfluum fortaſsè eſt. Non enim exiſtimamus pietatem veſtram res noſtras tam nihil ad ſe pertinere iudicare, vt de eis commonefacienda ſit, in quibus eam condolere nobiſcum oportuit. Neque tales ſunt, quas pertulimus, tempeſtates, vt latère tenuitate ſua potuerint. Et tempus perſecutionum propinquum, recentem adhuc memoriam conſeruat, nō eis tantùm qui afflicti ſunt, ſed etiàm qui per charitatem afflictorum miſerias ſuas, ipſorum ærumnas eſſe reputant. Heri nanque, vt ità dicamus, & nupèr admodùm alij quidem exilij vinculis ſoluti, ad eccleſias ſuas per afflictiones innumerabiles rediêrunt. Quorundam autem in exilio defunctorum relatæ ſunt reliquiæ. Quidam etiàm poſt reditum, cùm in feruentem adhuc hæreticorum incidiſſent furorē, acerbiora quoquè

* Anemio

domi, quàm in longinquo & alienis terris mala pertulêre, lapidibus ad necem vſque, ſicuti beatus Stephanus, obruti. Alij varijs cōliſi verberibus & flagris, ſtigmata & notas adhuc Christi & vibices in corpore circunferunt. Pecuniarum verò mulctas, & excuſſiones vrbium, & priuatorum bonorum publicationes, inſidias ſtructas, contumelias & vincula quis nam enumerare queat? Reuerà profectò in nobis afflictiones multiplicatæ ſunt ſupra numerum, fortaſsè vel quòd peccatorū pœnas perſoluimus, vel quòd benignus Deus pro ſuo in homines amore per tantam vim & multitudinem malorum nos exercuit. Quo nomine DEO agimus gratias, qui per tot & tantas afflictiones ſeruos ſuos caſtigârit, & ſecundùm multitudinem miſerationum ſuarum nos rurſùm eduxerit in refrigerium. Nobis verò diuturno opùs eſſet ocio & tempore multo ad Eccleſiarum reſtitutionem, vt perindè atque ex longa ægritudine paulatim ſedula cura Eccleſiæ corpus confirmantes, ad priſtinam valetudinem & ſanitatem reduceremus. Quãquàm enim maximè à vehemēti iniuria perſecutionum videmur eſſe liberati, & Eccleſias diutiùs ab hæreticis detentas nuper recuperauimus, graues tamen adhuc nobis imminent lupi, qui etiàm ex ouilibus depulſi, in ſyluis & ſaltibus greges diripiunt, cōuentus contra nos cogunt, vulgi ſeditiones mouent, & nihil quod in Eccleſiarum detrimentum cedat, nō tentent. Quapropter quod diximus, ampliore nos ocio & tempore longiore abundare oportebat. Sed enim cùm fraternam veſtram erga nos pietatem conſeruantes & dilectionem exhibentes, indicto Romæ de voluntate Dei concilio, per Dei amantiſſimi Imperatoris literas, nos quoquè vt membra veſtra propria eò euocâritis, vt poſteaquàm tum quidem ſoli nos calamitatibus addicti atque adiudicati fuimus, nunc tandem in conſentienti ipſorum Imperatorum de vera pietate concordia non ſinè nobis regnetis, ſed & nos vnà vobiſcum iuxtà Apoſtolicam vocem regnemus, in votis nobis erat, ſi fieri poſſet, vt ſimul omnes Eccleſijs relictis, ſeu deſiderio ſeu vſui veſtro per gratificandi ſtudium ſatisfaceremus. Quis enim nobis alas veluti columbæ tribuat, vt volitemus & ad vos perueniamus? Cùm verò id ſi fieret, prorſus Eccleſias nudaret, quæ nupèr reuocari cœperunt, & res hæc multis omnino impoſſibilis ſit: conuenimus namq; Cōſtantinopolim literis proximis adducti, ſeu quas reuerentia veſtra poſt ſynodum Aquileienſem ad Dei amantiſſimum Imperatorē Theodoſium dedit, ad ſolam hanc Conſtantinopolim vſque profectionem inſtructi, & de vna hac ſynodo ab eis qui in prouincijs permanſêre Epiſcopis aſſenſionem acceptam habentes. De longiore autem profectione neque neceſſitatem aliquam expectauimus, neque quicquam omninò priùs audiuimus, quàm

Actor. 7.

Pſalm. 65

Studia hæreticorū.

Gratianũ dicit.

Pſal. 54.

Coſtanti-

Conſtantinopoli conuenimus. Ad hæc ea eſt
conſtituti temporis anguſtia, vt neque ad iter
longius nos inſtruendi ſpatium habeamus,
neque omnes in prouincijs communionis no
ſtræ Epiſcopos de profectione tali certiores
facere,& comprobationem eorum accipere
poſſimus. Cùm hæc & multa prætereà alia ad-
uentum complurium impedirent, quod reli-
quum erat, ſimul & ad res pleraſque corrigen
das, & ad noſtram erga vos charitatem decla-
randam, faciendum duximus, vt reuerendiſſi-
mos atque honorandos maximè fratres & col
legas noſtros, Cyriacum, Euſebium & Priſcia-
num Epiſcopos, quò viæ laborem Romam vſ-
que alacribus ſubirent animis, exoraremus:
per quos voluntatem & ſententiam noſtram
pacificam eſſe, & vnionis coniunctionisq́; con
ſilium & finem ſibi propoſitam habere oſten
dimus, ardoremq́ue ſimul pro ſaniore fide no
ſtrum manifeſtò declaramus. Nos enim ſiue
perſecutiones, ſeu afflictiones, ſiue Imperato-
rum minas, ſeu magiſtratuum feritatem, ſiue
etiàm aliam quampiam tentationem & peri-
culum ab hæreticis ſuſtinuimus pro Euangeli
ca fide Nicææ apud Bithynos à trecentis decē
& octo patribus confirmata, quicquid id fuit
pertulimus. Eam enim & nobis & vobis, alijs-
que adeò omnibus, qui verę fidei verbum non
peruertunt, complacere oportet, quippe quæ
antiquiſſima & baptiſmum conſecuta ſit, cre-
dere nos docens in nomen Patris & Filij &
Spiritusſancti, videlicet vt diuinitas & pote-
ſtas vna Patris & Filij & Spiritusſancti, & eiuſ-
dem honoris dignitas, & coæternum regnum
in tribus perfectis ſubſiſtentijs, ſiue tribus per-
fectis perſonis credatur: ità vt neque Sabellij
contagio locum habeat, ſubſiſtentijs confuſis,
ſeu proprietatibus ſublatis: neque Eunomia-
norum & Arianorum & Pneumatomachorū
blaſphemia ſeu maledicentia inualeſcere poſ-
ſit, ſubſtantia vel natura vel diuinitate diuidē-
da, & increatę conſubſtantialique & coæter-
nę Trinitati poſteriore quapiam ſiue creata
ſeu alteri ſubſtantiali natura inducenda. Inhu
manationis etiàm Domini rationem minimè
peruerſam retinemus, neque vel anima vel
mente carentem, aut imperfectam carnis* ad-
miniſtrationem credentes. Certò quippe ſciē- *οἰκονομίας diſpenſationem
tes, perfectum quidem ante ſecula fuiſſe Deū
verbum, perfectum veró hominem in extre-
mis diebus propter ſalutem noſtram eſſe fa-
ctum. Et fides quidem, quæ à nobis conſtanter
deprædicatur, in ſumma ſic habet: de qua am-
pliorem etiàm animorum cōſolationem per-
cipere poteritis, ſi non grauabimini decreti li-
bellum, quod Antiochiæ à ſynodo ibi coacta
factum, & item id quoquè, quod proximè Cō
ſtantinopoli ab vniuerſali concilio promul-
gatum eſt, legere. In quibus & fuſiùs fidē pro-
feſſi ſumus, & hæreſes nupèr per res nouas e-
xortas, & à nobis anathemate confoſſas, in ſcri
ptum retulimus. Porrò de ſingularibus eccle-
ſiarum adminiſtrationibus veterem ſcitis eſſe
ſanctionem, & ſanctorum Nicææ congrega-
torum patrum decretum, vt ī prouincia qua-
que prouinciæ eius Epiſcopi, & cum eis, ſi illi
velint, finitimi quoquè electiones & conſecra-
tiones, ex vſu publico peragant. Iuxta eiuſmo-
di conſtitutionem cùm alias apud nos eccle-
ſias ordinari atque adminiſtrari, tum in cele-
berrimis quibusq́ue antiſtites renunciatos eſ-
ſe ſcitote. Proinde in recèns fundata, vt ità ali-
quis dicat, Conſtantinopolitana Eccleſia, quā
nupèr tanquàm ex ore leonis, ſic ex blaſphe-
mia & maledicentia hæreticorum eripuimus,
per miſeràtiones Dei, in vniuerſali Synodo, cō
muni & publico conſenſu in ipſius Dei aman
tiſſimi Imperatoris Theodoſij conſpectu, cle-
ro omni & ciuitate cuncta ſuffragante, reue-
rendiſſimum & Dei amantiſſimum Nectariū
Epiſcopum legimus. In vetuſtiſſima verò pro-
indeque Apoſtolica Eccleſia Antiochiæ apud
Syros, in qua prima venerandum Chriſtiano-
rum nomen extitit, prouinciales & Orienta-
lis diœceſis Epiſcopi conuentu acto Canoni-
cè & legitimè reuerendiſſimum & Dei aman-
tiſſimum Flauianum antiſtitem creàrunt eccle
ſia tota conſentiente, & quaſi voce vna virum
eum cohoneſtante. Quam electionem vt ordi
nariam & legitimam, Synodi etiàm commu-
nitas comprobauit. In ea verò Eccleſia, quæ a-
liarum omnium mater eſt, Hieroſolymis reue
rendiſſimum & Dei amantiſſimum Cyrillum
Epiſcopum eſſe ſcimus, ritè iamdudùm à pro-
uincialibus Epiſcopis electum, qui ſanè diuer
ſis in locis plurimum aduersùs Arianos decer
tauit. Quæ cùm legitimè & canonicà apud
nos acta obtineant, vt in eis pietas etiàm ve-
ſtra læta & gratulabūda acquieſcat hortamur,
ſpirituali ſcilicet charitate intercedente, & Do
mini timore fauorem hominum omnem &
affectionis in aliquem inclinationem contra-
hente, eccleſiarumq́ue ædificationem & com-
modum conſuetudini & gratiæ alicuius ſingu
lari præferente. Sic nàque fidei verbo ad con-
ſenſum & concordiam redacto, & Chriſtiana
charitate confirmata, illud vſurpare, quod ab
Apoſtolis eſt damnatum, deſinemus: Ego qui-
dem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò
Cephæ. Sed cùm omnes nos Chr̄i eſſe cōſtite- 1. Cor. 1.
rit, qui in nobis diuiſus nō eſt, Deo benè iuuā-
te, integrum atque indiuiſum Eccleſię corpus
conſeruabimus, & ad tribunal Domini cum
fiducia & libertate conſiſtemus.

Hæc illi cōtra Arium & Eunomium, atquè
aduersùs rabiem & inſaniam Sabellij, Photi-
ni, Marcelli, Pauli Samoſateni & Macedonij
ſcripſerunt. Atque itidèm Apollinaris quo-
què res nouas propalam damnarunt, dicen-
tes: Inhumanationis quoquè Domini ratio-
nem minimè peruerſam retinemus, neque vel
anima vel mente carentem, aut imperfectam
carnis adminiſtrationem credentes.

Sed enim Damaſus vir celeberrimus, vbi Cap. 17.
hanc quoquè hæreſim exortam eſſe cognouit,
nō Apollinarim modò, ſed & Timotheum ſe-
ctatorem

ctatorem eius exauthoratum ſemel atque iterùm proſcripſit, atque id Epiſcopis Orientalibus per Epiſtolam ſignificauit, quam vt hiſtoriæ annecterem, ex vſu eſſe putaui. Ea de verbo ad verbum ſic habet: Quòd Apoſtolicæ ſedi charitas veſtra debitam exhibet obſeruantiam, vobis ipſis plurimùm, & maximè Eccleſiæ ſanctæ eo honore tribuitis, filij reuerendiſſimi. In qua cōſidens ſanctus Apoſtolus docuit, quomodò nos quæ ſuſcepimus gubernacula regere conueniat. Ac nos quidē iudicio noſtro honore tanto inferiores ſumus. Veruntamen ea de cauſa quocunque poſſumus modo operam damus, ſi aliqua ex parte ad gloriam beatitudinis eius accedere poſſimus. Scitote igitur Timotheum, iā olim impurum ac prophanum Apollinaris hæretici diſcipulum, vnà cum impio eius dogmate à nobis exauthoratum damnatumque eſſe. Et haud quaquàm credimus reliquias eius ratione aliqua in futurum robur accepturas. Sin verò ſerpens ille antiquus, qui extra Eccleſiam, ſemel atque iterùm morſu enectus, ad ſuam ipſius pœnam reuiuiſcat, & vt mortifero veneno ſuo infideles quoſdam peſſundet, tentare non deſinat, eum perindè atque præſentē peſtem declinate. Et ſimul memoria retinētes fidem Apoſtolicam, eamq; imprimis, quæ Nicææ à patrib[9] in ſcriptum eſt relata, in fide gradu firmo immobiles fortiter atq; perſeuerantes conſiſtite. Et poſthac clericos aut laicos veſtros, vanas diſceptationes & abrogatas quæſtiones audire non patimini. Iam.n. ſemel typum & formam ꝓpoſuimus, vt quicunque ſe Chriſtianum eſſe agnoſcit, illud ſeruet quod ab Apoſtolis eſt traditū, ſancto Paulo videlicet dicente: (Si quis vobis euangelizauerit ꝑter id quod accepiſtis, anathema ſit.) » Siquidē Chriſtus filius Dei Dominus noſter, hominum generi per paſſionem ſuam pleniſſimam contulit ſalutem, vt hominem vniuerſum peccatis obnoxium, à peccato omni liberaret. Hunc ſi quis ſiue in humanitate, ſeu in diuinitate defectum aliquem habuiſſe dicat, diabolici is ſpiritûs plenus, gehennæ ſe filium eſſe oſtendit. Quid igitur denuò à me Timothei condemnationem petitis, qui & hic Apoſtolicæ ſedis iudicio, præſente etiā Alexandrinæ vrbis epiſcopo Petro, damnatus eſt, vnà cum magiſtro ſuo Apollinari? Qui etiām in iudicij die debitas pœnas & cruciatus ſuſtinebit. Sin leuiores quoſdam homines ille, perindè atque ſpem aliquam habens, perſuaſione ſua ducit, quicunque veram in Chriſtum ſpem profeſſione Apollinaris mutauit, itidem vt ille peribit Eccleſiæ canoni reluctans. Deus vos, filij reuerendiſſimi, cōſeruet incolumes.

Reſcriptū ad Oriēt. ex Theodoriti hiſtor. lib. 5. cap. 9.

Gal. 1.

TITVLI CAPITVLORVM CONCILII PRIMI CONSTANTINOPOLITANI SECVNDVM

diuerſas tranſlationes.

EDITIO PRIMA.

Cuſtodiendam eſſe fidem patrum trecentorū decem & octo. 1
Vt Epiſcopi ſuam diœceſim gubernent, nec ad alias accedant. 2
Non inuitatos epiſcopos, vltra diœceſim propriam accedere non debere. 3
De eccleſijs barbarieis poſitis. 4
De honore Conſtantinopolitani epiſcopi. 5
De Maximo Cynico philoſopho. 6
De fide ſymboli apud Conſtantinopolim cōſtituti. 7

HÆ regulæ, ſiue diffinitiones ſunt expoſitæ ab epiſcopis centum quinquaginta, qui in vnum Conſtantinopolim connenerunt, quando beatus Nectarius epiſcopus ordinatus eſt, damnato Maximo Cynico, quorum nomina & prouinciæ nominantur in Græco.

EDITIO SECVNDA.

Cap. I.

Vt ea, quæ apud Nicæam ſtatuta ſunt, immota permaneant. Et de anathemate Arianorum, Euuomianorum, Macedonianorum, Sabellianorum, Photinianorum, Marcellianorū & Apollinariorum.

Cap. II.

De ordine ſingularum diœceſeon, & de priuilegijs, quæ Aegyptiis, Antiochenis, Conſtantinopolitaniſque debentur.

Cap. III.

De Maximi illicita ordinatione.

SVb Theodoſio piiſſimo Imperatore, apud Conſtantinopolim expoſiti ſunt canones numero tres. Hæ diffinitiones expoſitæ ſunt ab epiſcopis centum quinquaginta, qui in idipſum apud Conſtantinopolim conuenerunt quandò beatus Nectarius Epiſcopus eſt ordinatus.

Canones ſynodi I. Conſtantinopolitanæ, interprete [illegible]

Cap. I.

NOn ſpernendam eſſe fidem patrum CCC. decem & octo, qui in Niceam Bithyniæ conuenerunt, ſed manere eam ratā oportet, & anathematizari omnem hæreſim ſpecia-

Cap. I.

FIdem non violandam patrum trecentorum decem & octo, qui apud Nicæam Bithyniæ conuenerunt, ſed manere eam firmam & ſtabilem. Anathematizandam omnem hære-

Can. I.

STatuerunt, qui Conſtantinopoli conuenerunt, ſancti patres, trecentorum decem & octo patrū, qui Nicææ conuenerunt, fidē non abrogari, ſed firmam ac ſtabilē manere opor-

ſpecialiter antem Eunomia-
norum, immò Anomianorū,
qui Latinè ſinè lege dicũtur,
& Arianorū ſine Eudoxiano-
rū, & Semiarrianorū, necnon
Pneumatomachorū, id eſt, q
contra Spiritumſanctum pu-
gnant, & Sabellianorū, & Ma
cedonianorum, & Photinia-
norum, & Apollinariſtarum.

Cap. 2.

9.q.2. Epiſcopi, qui extra diœc. c. eodē ſynod. Nicenæ.

EPiſcopi qui extra diœce-
ſim ſunt, ad Eccleſias
quæ extra terminos eorum
ſunt, non accedant, neq; con-
fundāt & permiſceant Eccle-
ſias, ſecundùm regulas conſti
tutas: Alexandriæ quidē Epi-
ſcopus ea, quæ ſunt in Aegy-
pto, tantùm gubernet. Orien-
tis aũt Epiſcopi ſolius Orien
tis curā gerant, ſeruatis hono
ribus primatûs Eccleſiæ An-
tiochenæ q in regulis Nicęnę
ſynodi cōtinent. Sed & Aſia-
nę diœceſis Epi ea q̃ ſunt in
Aſia, & ad Aſianā tātūmō dię
ceſim ptinēt, gubernēt. Ponti
aũt Epi, Ponticę tm̄ diœceſis
hēant curā: Thraciæ verò ip-
ſius tantummodò Thraciæ.

Cap. 3.

9.q.2. Nō inuitati Epiſcopi.

NOn iouitati Epiſcopi,
vltra diœceſim acceede-
re nō dēnt ſuper ordinandis
aliquibus, vel quibuſcũq; di-
ſponēdis Eccleſiaſticis cauſis,
ſeruata regula, q̃ ſupràſcripta
eſt, de vnaquaq; diœceſi. Ma-
nifeſtū namq; eſt, q per ſingu-
las quaſq; prouincias, prouin
cialis ſynodus adminiſtrare
& gubernare oīa dēat, ſm ea

Nicenæ ſynodi cap. 5.

quæ ſunt in Nicea definita.

Cap. 4.

ECcleſias autem Dei, quæ
ſunt in barbaricis genti-
bus cōſtitutæ, regere atq; ad-
min ſtrare oportet, ſm cōſue
tudinē, quā a pſib⁹ obtinuiſ-
ſe dignoſcitur. Cap. 5.

Di. 22. Cōſtantinopolitanæ ciuitatis.

COnſtantinopolitanæ ci-
uitatis Epm hēre opor-
tet primatus honorē poſt Ro
manum Epiſcopum, propte-
reà quòd ſit ooua Roma.

hæreſim, & ſpecialiter Euno-
mianorum vel Anomianorū
& Arianorum vel Eudoxia-
norum, & Macedonianorũ,
& Photinianorum, & Apolli
nariorum.

Cap. 2.

QVi ſunt ſoper diœceſim
Epiſcopi, nequaquàm
ad Eccleſias, q̃ ſunt extra prę-
fixos ſibi terminos, accedant,
nec eas hac præſumptione cō
fundāt, ſed iuxta canones, A-
lexandrinus antiſtes, q̃ ſunt ī
Aegypto, regat ſolummodò.
& Orientis Epi, Orientem tā-
tùm guberneot, ſeruatis priui
legijs, quæ Nicænis canoni-
bus eccleſiæ Antiochenæ tri-
buta ſunt. Aſianæ quoq; dię-
ceſeos Epiſcopi, ea ſolùm quę
ſunt in Aſiana diœceſi, diſpē-
ſent. Necnon & Ponti Epiſco
pi ea tm̄ quę ſunt in Ponto: &
Thraciarum, quæ in Turacijs
ſunt, gubernent. Non vocati
aũt Epiſcopi, vltra ſuam dię-
ceſim non accedant propter
ordinationes faciēdas, vel ꝓ
pter alias diſpenſationes Ec-
cleſiaſticas. Seruata verò, quę
ſcripta ē de gubernationibus
regula, manifeſtum eſt, q illa
quæ ſunt per vnāquanq; pro-
uinciā, ipſius prouinciæ ſyno
dus diſpēſet, ſicut Nicæno cō
ſtat decretum eſſe concilio. Ec
cleſias autem Dei, in barbari-
cis gentibus conſtitutas, gu-
bernari conuenit iuxta con-
ſuetudinem, quæ eſt à patri-
bus obſeruata. Veruntamen
Conſtātinopolitanus Epiſco
pus habeat honoris primatū
poſt Romanum Epiſcopum,
propterea quòd vrbs ipſa ſit
iunior Roma.

Ergo Romanus Epiſcopus iam tū
quoque habitus primus.

oportere, & omnem hæreſim
anathematizati, & ſpecialiter
Eunomianorum ſeu Eudoxiā
norum, & Semiarianorum, ſi-
ue Spiritusſancti aduerſario-
rum, & Sabellianorū, & Mar-
cellianorum, & Photiniano-
rum, & Apollinariſtarum.

Can. 2.

EPiſcopi ad Eccleſias, quæ
ſunt vltra ſuam dięceſim
ſuoſq; limites, nè accedāt, nec
Eccleſias confundāt: ſed ſecū-
dùm canones, Alexandrię q̃-
dem Epiſcopus Ægyptū ſo-
lū regat. Oriētis aũt Epiſcopi
Orientē ſolùm adminiſtrent,
ſeruatis priuilegijs ac pemi-
nētijs, q̃ ſunt in Nicęni cōcilij
canonibus, Antiochenæ Ec-
cleſię. Et Aſianę diœceſis Epi
ſcopi Thraciā tantùm regāt,
& Pōtanę Pontanā. Non vo-
cati aũt Epiſcopi, vltra diœce
ſim nè tranſeant ad ordina-
tionem, vel aliquam aliā ad-
miniſtrationem Eccleſiaſticā.
Seruato autem præſcripto de
diœceſibus Canone, clarum
eſt quòd voamquanque pro-
uinciam prouinciæ ſyoodus
adminiſtrabit, ſecundùm ea
quæ fuerunt Niceæ definita.
Quæ autem in barbaris ſunt
gentibus, Dei Eccleſias admi
niſtrare oportet ſecundùm
patrum, quæ ſeruata eſt, con-
ſuetudinem.

Can. 3.

COnſtātinopolitanus Epi
ſcopus habeat priores
honoris partes poſt Romanū
Epiſcopum, eò quòd ſit ipſa
noua Roma.

De hoc Canone Leo primus Epiſcopus 53. ad Pulcheriam Auguſtam, ſic ſcribit. Fruſtra quorundam Epiſco-
porum profertur conſenſus, cui tot annorum ſeries negauit effectum. de qua eadem re idem Leo eps 51. ad
Anatol & 52. ad Marcianū Imper. ſed quãuis renouatus Canon in pſeudoſexta ſynodo, ſub Iuſtiniano can. 39.
* & in 8. Can. * 21. nō fuit tn̄ per plura ſæcula probatus ab Eccleſia Romana, lege D. Greg Ep. 38. lib. 6. aſt Eulo
gium alexandrinum & anaſtaſ. Antioch. & Nicolaum primum epiſcopum ad Michaelem Imp. quæ incipit,
Propoſueramus. & Leonem IX. ad Michaelem Imp. Veruntamen Cōſtantinop. Epiſcopi ob dignitatem Regię
vrbis ambitioſe ſecundum ſibi locum vſurparunt, quod tandem pacis cauſa illis fuit concesſum, vt declarauit
Innocent. I I I. can. antiq. de Priuileg.

* 12. Renouātes. * Et, Diffinimus.

Cap. 6.

DE Maximo Cynico philoſopho, & propter totius indiſciplinationis eius doctrinam, quæ Conſtantinopoli orta eſt, ſtatutum eſt, vt neque Maximus fuiſſe aut eſſe etiam putetur Epiſcopus neque hi, qui ab eo ſunt ordinati, qualemcunque gradum clericatûs obtineant, omnibus ſcilicet, quæ circa eum vel ab eo geſta ſunt, in irritũ reuocatis.

Cap. 3.

DE Maximo Cynico, & eius inordinata conſtitutione, quæ Conſtantinopoli facta eſt, placuit, neque Maximum Epiſcopum eſſe, vel fuiſſe, nec eos qui ab ipſo in quolibet gradu clerici ſunt ordinati, cùm omnia, quæ ab eodem perpetrata ſunt, in irritum deducta eſſe videantur.

Can. 4.

STatuerunt etiàm de Maximo Cynico, & eius petulantia & inſolẽtia, quæ fuit Conſtãtinopoli, vt Maximus Epiſcopus nec fuerit vel ſit, nec qui ab eo ordinati fuerũt in vllo, quicunque is ſit, gradu cleri, omnibus & quæ circa ipſum fuerunt, & quæ ab illo facta ſunt, infirmatis.

Cap. 5.

DE parte Occidentalium etiàm eos ſuſcipimus, qui Antiochiæ vnã Patris & Filij & Sancti Spiritus deitatem confitentur.

Hi tres Canones poſtremò adiecti ſunt ex Græco Balſamone, iidemque infrà habentur in libello Synodicarum Conſtitutionum, alio interprete.

Can. 6.

QVONIAM multi Eccleſiaſticum ordinem confundere & ſubuertere volentes, inimicè & ſycophanticè aduersùs orthodoxos Epiſcopos, qui Eccleſias adminiſtrant, accuſatione quaſdam confingunt, nihil aliud quàm ſacerdotum bonam exiſtimationem contaminare, & in pace degentium populorum tumultus concitare conantes: ea de cauſa placuit ſanctæ Synodo Epiſcoporum, qui Conſtantinopoli conuenerunt, nec omnibus eorum qui Eccleſias adminiſtrant, accuſationes permittere, nec omnes excludere: ſed ſi quis propriam quidem querelam, id eſt, priuatam intendat Epiſcopo, vt detrimento aliquo vel iniuria aliqua ab ipſo affectus, in eiuſmodi accuſationibus nec accuſatoris perſonam, nec religionem examinari: oportet enim Epiſcopi conſcientiam eſſe omnibus modis liberam, & eum qui ſibi iniuriam factam eſſe dicit, cuiuſcunque ſit religionis, ius ſuum conſequi. Si autem ſit crimen Eccleſiaſticum, quod Epiſcopo intenditur, tunc examinare perſonas accuſatorum: vt primùm quidem hæreticis non liceat orthodoxos Epiſcopos pro rebus Eccleſiaſticis accuſare. Hæreticos autem dicimus, & qui olim ab Eccleſia abdicati ſunt, & qui ſunt poſteà à nobis anathematizati. Ad hæc autem & eos, qui ſe ſanam quidem fidem confiteri præ ſe ferunt, auulſi autem ſunt & abſciſſi, & aduersùs canonicos noſtros Epiſcopos congregationem faciunt. Prætereà autem & ſi aliqui eorum ab Eccleſia ob aliquas cauſas priùs condemnati & eiecti vel excommunicati fuerint, ſiue ex clero, ſiue ex laicorum ordine, nec eis licere Epiſcopum accuſare, priuſquàm proprium crimen abſterſerint. Similiter autem & eos, qui priùs rei facti accuſatique ſunt, non priùs ad Epiſcopi vel aliorum clericorum accuſationem admitti, quàm ſe obiectorum ſibi criminum inſontes oſtenderint. Sed ſi nonnulli nec hæretici nec excommunicati fuerint, nec priùs damnati, vel aliquorum criminum accuſati; dicant autem ſe habere aliquas aduersùs Epiſcopum criminationes: eos iubet ſancta ſynodus primùm quidem apud prouinciæ Epiſcopos accuſationem perſequi, & apud eos probare crimina Epiſcopi, qui alquarum rerum accuſatur. Quòd ſi euenerit, vt prouinciales Epiſcopi crimina, quæ Epiſcopo intentata ſunt corrigere non poſſint, tunc ipſos accedere ad maiorem Synodum diœceſis illius Epiſcoporum, pro hac cauſa conuocatorum: & accuſationem non priùs intendere, quàm æquale ſibi periculum ſtatuant, ſi quidem in rebus examinandis accuſatum Epiſcopum calumniari conuicti fuerint. Si quis autem ijs, quæ, vt priùs declaratum eſt, decreta fuerunt, contemptis, auſus fuerit vel Imperatoris aures moleſtia afficere, vel ſecularium Principum iudicia, vel vniuerſalem ſynodum perturbare, neglectis diœceſis Epiſcopis, eum nullo modo eſſe ad accuſationem admittendum, vt qui canonibus iniuriam fecerit, & Eccleſiaſticum ordinem euerterit.

Can. 7.

EOs qui rectæ fidei adijciuntur, & parti eorum, qui ex hæreticis ſeruantur, recipimus, ſecundùm ſubiectam hic conſequentiam & conſuetudinem. Arianos quidem & Ma-

cedonianos,& Sabbatianos,& Nouatianos,qui dicunt ſeipſos Datharos,& ariſteros,hoc eſt, mundos,vel ſiniſtros,& Teſſaradecatitas ſiue Tetraditas, & Apollinariſtas recipimus,dantes quidem libellos,& omnem hæreſim anathematizantes, quæ non ſentit vt ſancta Dei catholica & Apoſtolica Eccleſia,& ſignatos ſiue vnctos primum ſancto chriſmate, & frontem ,& oculos, & nares,& os,& auros.Et eos ſignantes,dicimus,Signaculum doni Spiritûs ſancti. Atqui Eunomianos, qui in vnam demerſionem baptizantur,& Montaniſtas qui hic dicuntur Phryges ,& Sabellianos,qui eundem eſſe patrem & filium opinantur,vtrunque ſimul confundentes, & alia grauia & indigna faciunt:Et alias omnes hæreſes, (quoniam hic multi ſunt hæretici, & maximè qui ex Galatarum regione veniunt)quicunque ex his rectæ fidei abſcribi volunt, vt Græcos admittimus:& primò quidem die ipſos Chriſtianos facimus,ſecundò catechumenos. Deindè tertiò exorcizamus ſiue adiuramus ipſos,ter ſimul in faciem eorum & aures inſufflando. Et ſic eos catechizamus ſiue initiamus,& curamus,vt longo tempore verſentur in Eccleſijs,& audiãt ſcripturas:& tunc eos baptizamus.

Cap. 7.

CRedimus in vnum Deum Patrem omnipotentem,factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium conditorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filiũ Dei vnigenitum,ex patre natum ante omnia ſecula,Deum ex Deo,lumen ex lumine,Deum verum ex Deo vero,natum,non factum,homouſiõ patri,hoc eſt,eiuſdem cum patre ſubſtantiæ,per quem omnia facta ſunt,quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis,& incarnatus eſt de Spirituſancto ex Maria vergine, Homo factus,paſſus eſt ſub Pontio Pilato,ac ſepultus, & tertia die reſurrexit. Aſſcendit in Cœlos ſedet ad dexteram Patris, indè venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos,cuius regni non erit finis. Credimus in Spiritumſanctum , Dominum & viuificatorem, ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & conglorificandum, Qui locutus eſt per prophetas. Et vnam catholicã & apoſtolicam Eccleſiam confitemur, vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, expectamus reſurrectionem mortuorum,& vitam futuri ſeculi. Amen.

Symbolum einſdem concilij.

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre ante omnia ſecula, Deum verum de Deo vero,natum,non factum, conſubſtantialem patri,per quẽ omnia facta ſunt. Qui pp nos homines,& ſalutem noſtram,deſcendit de cœlis. E incarnatus eſt de Spirituſancto,ex Maria virgine. Et inhumanatus eſt. Et crucifixus eſt pro nobis ſub Pontio Pilato. Et ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram patris. Iterùm venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in Spiritumſanctum,Dominum & viuificantem,ex patre procedentem,cum Patrẽ & Filio adorandum & conglorificandum. Qui locutus eſt per ſanctos prophetas. Et vnam ſanctam catholicam, & apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Expectamus reſurrectionem mortuorum,& vitam venturi ſeculi. Amen.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM

Concilij Conſtantinopolitani ſub Damaſo Papa I.

In quorum Epiſcoporum aſſignatione ſicubì fortaſsis nonnihil erratum eſt,candidus lector ignoſcat.

Et ſubſcripſerunt 150. Epiſcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

1 Nectarius Conſtantinopolitanus.

Prouinciæ Ægypti.

2 Timotheus Alexandrinus.
3 Dorotheus Oxyrinchites.

Prouinciæ Palæſtinæ.

4 Cyrillus Hieroſolymitanus.
5 * Thalaſſius Cæſareeñ. *Gelaſius
6 Macer Hiericuntinus.
7 Dionyſius Dioſpolitanus.
8 * Priſtianus Sebaſteñ. *Priſcianus
9 Saturninus Scythopolitanus.
10 Rufus Nicopolitanus . quæ Nicopolis, quandoquè dicta Emmaus.
11 Auxentius Aſcalonitanus.
12 Aelianus Iamnieñ.

Prouinciæ Phœnices.

13 Zenon Tyrius.
14 Paulus Sidonieñ.
15 Nectabus Ptolemaideñ.
16 Philippus Damaſcenus.
17 Batrachus Paneadeñ.
18 Timotheus * Berytius. *Barutius
19 Baſilides Bybleñ.
20 * Mochimus Aradñ. *Mocim
21 Alexander * Aracheñ. *Aradeñ

Prouinciæ Syriæ * Cœles. *curuæ *cauæ

22 Melitius Antiocheñ.
23 * Pegaſius Laodiceñ. *Pelagi
24 Acacius Berœeñ.
25 Ioannes Apameeñ.
26 Byzus Seleucieñ.

27 Euſebius Epiphanieñ.
*Seleucopolitanus 28 Martianus *Seleucobelitanus.
*Seleucouallitan⁹ 29 Paropilus Lariſſenſis.
30 Seuerus Patreñ.
31 Flauianus Antiocheñ.
32 Euſebins Chalcideñ.
33 Domnus Gabaleñ.
34 Baſilius Rophaneñ.

Prouinciæ Arabiæ.

35 Agapius.
36 Bagadius.

Prouinciæ Boſtron.

37 Elpidius *Dioniſteñ.
38 Vranius Adraeñ.
39 Chilon Conſtantieñ.
40 Seuerus Neaſpolitanus.

¶ Prouinciæ Oſdraenæ.

41 Eulogius Edeſſeñ.
42 Vitus Carreñ.
*Betoneñ *Bethauneñ. 43 Abramus*Bathneñ.

¶ Prouinciæ Meſopotamiæ.

44 Matas Amideñ.
45 Bathes Conſtantieñ.
46 Iobianus Imetieñ.

¶ Prouinciæ Auguſtæ *Euphrateſiæ.

*circa Euphraten. 47 † Theodotus Hierapolitanus.
†Theodorus 48 Antiochus Samoſatenus.
49 Iſidorus Surreñ.
*Peneñ. 50 Iobinus *Pelleñ.
51 Maris Dolicheñ.

¶ Prouinciæ Ciliciæ.

52 Diodotus Tarſeñ.
53 Cyriacus Adaneñ.
54 Heſychius Epiphanieñ.
55 Germanus Coriceñ.
*Zephyreñ. 56 Aerius *Zephyrieñ.
*Pompeiopolis 57 Philomuſus *Pomperopolis.
58 Olympius Mopſueſtieñ.
59 Philomuſus Alexandrinus per Alpium presbyterum Cappadociæ.
60 Helladius Cęſareeñ.
*Nyſſen⁹ 61 Gregorius *Nyſſenſis.
62 Epherius Tyaneñ.
63 Boſphorus *Colonieñ.
*Coloneñ 64 Olympius Pharnacieñ.
65 Gregorius Nazianzenus.

¶ Prouinciæ Armeniæ minoris.

*Oterius 66 *Otreius Meliteneñ.
†Oterius 67 *Otreins Arabiſſeñ.

¶ Prouinciæ Iſauriæ.

68 Sympoſius Seleucieñ.
69 Philotheus Irenopolis.
70 MontanusClaudiopolitanus, per Paulum presbyterum.
*Iſſtius 71 *Ipſiſtius Philadelphius.
72 Marinus Daliſandeñ.
73 Theodoſius Antiochenus.
*Titopolitanus 74 Artemius *Titiopolitanus.
75 Neon Selenunteñ.
76 Euſebius Olbieñ.
77 Montanus Dioceſareeñ.
78 Muſonius Celenderitanus.

¶ Prouinciæ Cypri.

79 Iulius Papheñ.
80 Theopompus Tremithuntis.
81 Tychon Thamaſſeñ.
82 *Mnemius Cittieñ. *Meminius

¶ Prouinciæ Pamphyliæ.

83 Troilus *Geoneñ. *Goneñ
84 Caius *Litbeñ. *Gyrbeñ
85 Longinus Colobraſſeñ.
86 Theodulus Coraceſieñ.
87 Heſychius Commaceñ.
88 Tueſianus Caſſeñ.
89 Mydus Penteneſſeñ.
90 Heraclydes *Tituenſis. *Pyaſeñ
91 Theodulus Silui.
92 Pammenius Ariaſſeñ.

¶ Prouinciæ Lycaoniæ.

93 Amphilochius Iconieñ.
94 Dyrillus Homonadeñ.
95 Ariſtophanes Sobareñ.
96 Paulus Lyſtreñ.
97 Inzus Cotneñ.
98 Darius Nyſtieñ.
99 Leontius Pergeñ.
100 Theodoſius *Hydeñ. *Sydeñ
101 Euſtachins Canneñ.
102 Daphnus Derbeñ.
103 Eugenius Paſpaneñ.
104 Iluarius Iſauteñ.
105 Seuerus Ambladeñ.

¶ Prouinciæ Piſidiæ.

106 Optimius Antiochenus.
107 Themiſtius Adrianopolis.
108 Attalus Proſtameñ.
109 Ananius Adadeñ.
110 Fauſtus Lyſinieñ.
111 Ionius Sagaleſſeñ.
112 Callinicus Podalieñ.
113 *Euſtathius Metropolis. *Vſtadius
114 Patricius Paralieñ.
115 Lucius Neapolitanus.
116 Longianus Sozopolis, per Simplicium presbyterum.
117 Tyrannus presbyter Amorij.
118 Auxanon presbyter Apameæ.
119 Helladius presbyter Commaneñ.
120 Theoſebi⁹ Philomelieñ. per Baſſum presbyterum Lyciæ.
121 Tacianus Myreñ.
122 Pionius Comaſeñ.
123 Eudemius Pattareñ.
124 Patricius Oenandeñ.
125 Lupicinus Lymireñ.
126 Macedon Xantheñ.
127 Romanus Buboneñ.
128 Theantinus Araxenus.

¶ Prouinciæ Phrygiæ ſalutaris.

129 Vitus Primneſieñ.
130 Auxamanus Eucarpieñ.

Prouinciæ Phrygiæ Pacatianæ.

131 Nectarius Apieñ.
132 Theodorus Eumenieñ. per Profuturum presbyterum.

133 Eudo-

133 Eudoxius Aphrodiſiadis.
134 Leontius Cybureñ.
¶ Prouinciæ Bithyniæ.
135 Euphraſius Nicomedieñ.
136 Dorotheus Nicænus.
137 Olympius Neocæſarieñ.
alias Cæſareeñ. quę etiam dicitur Smyrdiana.
138 Theodulus Chalcedoneñ.
139 Euſtaſius Pruſeñ.
¶ Prouinciæ Ponti Amaſiæ.
140 * Pantophilus Iberorum. *Pazophilus

¶ Prouinciæ Myſiæ.
141 Martyrius Martianopolis.
¶ Prouinciæ Scythiæ.
142 Gerontius Tomeñ.
143 Aetherius * Terſonitanus. * Tonſonitanus.
144 Sebaſtianus Anchialeñ.
¶ Prouinciæ * Spaniæ. * Hiſpaniç.
145 Agrius * Immantineñ. Laminitaneñ.
¶ Prouinciæ Ponti Polemoniaci.
146 Atarbius per Cylum lectorem.

Finis Concilij primi Conſtantinopolitani.

¶ Si quis nonnihil ad pauca iſta de ſynodo I. Conſtantinop. legere voluerint, infra Deo volente in libello Synodicarum conſtitutionum, poſt Concilium I. Epheſinum, eius copia fiet.

Damaſus ad examinanda ſynodi Conſtantinop. acta, pro Eccleſiæ Romanæ more, & auctoritate Romæ Concilium indixerat, ad quod & Orientales euocati legatos cum purgatione miſerunt. Id, ſequenti Anno 382. frequentiſſimum celebratum eſt, Concilium Conſtantinopolitanum confirmatum, & omnes hæreſes condemnatæ. Eius Decreta continentur Epiſtola Damaſi ad Paulinum Theſſalonicenſem apud Theodoritum libr. 5. hiſtor. cap. 10. quæ ſupra eſt poſita.

CONCILIVM VALENTINVM

GALLIÆ, SVB DAMASO PAPA I.

Eſtque Prouinciale.

Valentia hæc Allobrogum, qui nunc ſabaudienſes & Pedemontani vulgò dicuntur, vrbs eſt in Gallia Tranſalpina, haud procul à Vienna ad Rhodanum ſita. Meminit eius Plinius lib. iij. cap. iiij. & Ptolemæus lib. iij. cap. ix. Huius vrbis Epiſcopus ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi Vienneñſis.

CAPITVLA CONCILII Valentini.

De bigamis non conſecrandis. 1

Vt deuota, ſi ſe maritauerit, aut mœchata fuerit, pœnitentiæ deputetur. 2

Qualis pænitentia iis, qui ſe poſt vnum & ſanctum lauacrum, vel profanis ſacrificijs dæmonum, vel inceſta lauatione polluerunt, ſtatuenda. 3

Vt ſacerdos vel Leuita, ſi de ſe crimen aliquod confitetur, deponatur. 4

CONCILIVM VALENTINVM

30. Epiſcoporum An. Domi. 374. æra 413. ſub Gratiano & Valentiniano Imperatoribus, Gratiano tertiò & Equitio conſulibus, ſub die 4. Idus Iulij.

Dilectiſſimis fratribus per Gallias, & quinque prouincias conſtitutis Epiſcopis, Fegadius, Emerius, Florentius, Artemius, Aemilianus, Britto, Iuſtus, Euodius, Rodanius, Euortius, Chreſtus, Concordius, Cõſtantinus, Paulus, Anterius, Felix, Neuterius, Nicetius, Vrbanus, Simplicius & Vincentius Epiſcopi in Domino ſalutem.

Tranſactis Valentiæ omnibus, & in Dei nomine in ſtatu meliore compoſitis, quæ fuerũt cœpta cauſa diſſidij, quorundam fuit patrum vtilis & religioſa ſuggeſtio, retractandũ etiàm de his, quæ nec recipere poſſumus ob eccleſiæ ſanctitatem, nec tamen vſquequaquè, conſuetudinis cauſa, damnare. Ità enim per omnes Eccleſias eiuſmodi vitiorum germen inoleuit vt ad plena remedia non facilis ſit recurſus: certè non ſinè verecundia eorum, quos cauſa contingit Quocirca, fratres, librato diu moderatoque conſilio, ea cautelæ ratio ſeruata eſt, quæ & ſcandala ſubmoueret, & ſanctitatẽ Eccleſiæ cuſtodiret.

Capitulum primum.

Sedit ergò neminem poſt hanc ſynodum, qua eiuſmodi illicitis vel ſerò ſuccurritur, de bigamis aut internuptarum maritis, ordinari clericos poſſe: nec requirendum, vtrumne initiati ſacramentis diuinis, an necdum Gentiles hac ſe infelicis ſortis neceſſitate macularint, cùm diuini præcepti caſta ſit forma. Sed quia fratrum noſtrorum vel imperitiam, vel ſimplicitatem, vel etiàm præſumptionem damnare non poſſumus: nec per omnes Eccleſias, quæ ſunt iampridem malè geſta, corrigere: placuit etiàm, de eorum ſtatu, qui priùs ordinati ſunt, nihil reuolui, ſi nulla extrinſecus cauſa procedit, qua indigni miniſterio cõprobentur.

2 De puellis verò, quæ ſe Deo vouerunt, ſi ad terrenas nuptias ſpontè tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decreuimus; vt pœnitentia his non ſtatim detur: & cùm data tamẽ fuerit, niſi plenè ſatisfecerint Deo, inquantùm ratio

popoſcerit earundem communio differatur.

3 Circa eorum verò perſonas, qui ſe poſt vnum & ſanctum lauacrum, vel prophanis ſacrificijs dæmonum, vel inceſta lauatione Nicenę ſynodi c. 11. polluerunt, eam cenſuræ formam duximus eſſe ſeruandam, vt his, iuxta ſynodum Nicenam, ſatisfactionis quidem aditus non negetur, nè infelicibus lachrymis vel ſolatij ianua deſperatione claudatur: acturi verò pœnitentiam vſque in diem mortis, non ſinè ſpe tamen remiſſionis, quam ab eo plenè ſperare debebunt, qui eius largitatem & ſolus obtinet & tam diues miſericordia eſt, vt nemo Sap.1.d deſperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.

4 Nec illud fratres, ſcribere alienum ab Eccleſiæ vtilitate cenſuimus, vt ſcirètis, quicunque ſub ordinatione vel diaconatus, uel presbyterij, vel Epiſcopatus, mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, à ſupradictis ordinationibus ſubmouendos, reos ſcilicet vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis. Neque enim abſolui poteſtis, qui in ſeipſum dixerit, quod dictum in alios, puniretur: cum omnis qui ſibi fuerit mortis cauſa, maior homicida eſt. Diuina pietas vos in æternum cuſtodiat, dilectiſſimi fratres.

EPISTOLA EIVSDEM CONcilij Valentini ad clerum & plebem eccleſiæ Foroiulieñ.

DIlectiſſimis fratribus clero: & plebi Eccleſiæ Foroiulieñſis, Fegadius, * Emerius, Florétius, Artemius, Aemilianus, Britto, * Enodi⁹, * Chreſtus, Iuſſus, * Euſodius, Rodamius, Euortius, Conſtantinus, Paulus, * Cretus, Concordius, Anterius, Neuterius, Nicetius, Vrbanus, Felix, Simplicius & Vincentius Epiſcopi in Domino ſalutem: Quanuis iam ca Benedictus frater de ſanctiſſimi Accepti perſona ſuggerit, cap. 4. huius concilij. quæ prudenti & Chriſtiano viro ſunt condigna, quàm quòd ſtudio omnium veſtrum ad honorem ſacerdotij poſcatur, edixerit: tamen quia in ſynodo iam ſederat, ordinationes eiuſmodi ſubmouendas, quæ ſine ſcandalo eſſe non poſſunt, non potuimus vni pręſtare, quod cæteris negabantur. Et licèt non ignoremus, multos verecundia, & nonnullos horrore ſuſcipiendi ſacerdotij, & vt trepidos, (quæ vtiquè ſigna ſunt ſanctitatis) falſa in ſe, reijciendi honoris cauſa, dixiſſet: tamen quia omnium ferè ad ea, quæ ſunt peiora, procliue iudicium eſt, & hinc materies diſputationum in obtrectationes ſacerdotum Dei quæritur: ſedit in ſynodo, vt quiſquis de ſe vel vera, vel falſa dixiſſet, fides, quàm ſuimet teſtimonio confirmaret, haberetur. Quapropter decretum eſt, ſubmouendos protinùs eſſe ab eo gradu, quem ab omni ſcandalo liberum eſſe decet. Diuina pietas vos in æternum protegat.

DECRETVM, SIVE STATVTVM vnum dicti concilij Valentini, iuxta decretum Gratiani vel Iuonis, & iuxta. 39. capit. libr. 3. codicis ſex decim librorum; ex monaſterio ſancti Bauonis Gandeñ exceptum eſt.

Niſi vt meliora proſpiciat, rem Eccleſię non liceat diſtrahere Epiſcopo.

Irrita erit Epiſcoporum donatio, vel venditio, vel cõmutatio rei Eccleſiaſticæ, abſque *collaudatione & ſubſcriptione ſacerdotum. *conniuẽtia

Hoc decretum 12 q. 2. ſine exceptione dicitur, aut ſcribitur eſſe ex epiſtola Leonis ad Epiſcopos per vniuerſam Siciliam. In decr. autem Iuonis lib. 2 legitur, ſecundùm exemplar impreſſum, eſſe ex concilio apud Valentias Nec tamen reperitur in epiſtola Leonis, vbi ſuprà, nec in Valentino concilio Gallię aut Hiſpaniæ, ſed in decretis concilij 4. Carthaginen cap. 32.

ALIVD DECRETVM Valentinum.

Non niſi à proprijs Epiſcopis presbyteri chriſma petant.

Presbyteri, qui diœceſanas Eccleſias regũt, non à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuo, nó per iuniorem clericum, ſed per ſeipſos, aut per illum, qui eiuſdem ordinis ſit, ante Paſchæ ſolennitatem chriſma petant. De conſ. diſt. 4. Presbyteri qui diœc.

DECRETA * SIRICII PAPAE. *Syricij

Ex Libro pontificali.

SIrici⁹ natione Roman⁹, ex patre Tiburtio, ſedit annis 15. mẽſes 11, dies 25. Anno Domini 384 Sediſſe an: 13. ex ratione tẽporum Calligãt alij Hic conſtitutum fecit de omni eccleſia, & contra oẽs hæ̃ſes, & diſperſit p̃ vniuerſum mũdũ, ac per oẽs ꝓuincias, & in oĩ archiuo Eccłiæ cõſeruãref, ob oppugnationẽ cõtra oẽs hæreſes. Hic conſtituit, vt nullus presbyter Miſſas celebraret per omnem hebdomadam, niſi conſecratum Epiſcopi loci deſignati ſuſciperet declaratum, quod nominatur, fermentum. Hinc inuenit Manichæos, quos in exilio deportauit. Et hoc conſtituit, vt non participarent cum fidelibus communionem, quia ore polluto non liceret ſanctum corpus Dominicum vexare. Hic quoquè conſtituit, vt ſi quis conuerſus, de Manichæis rediret ad Eccleſiam, nullatenùs communicaret, niſi tantùm relegationi monaſterij diebus vitę teneretur obnoxius, vt ieiunijs & orationibus maceratus, probatus ſub omni examinatione vſque ad vltimum diem tranſitûs ſui, humanitate Eccleſiæ viaticum eis largiretur. Hic conſtituit, hæreticos ſub manûs impoſitione recipi, & reconciliari præſente cuncta Eccleſia. Hic fecit ordinationes quinque in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros 31. diacones 16. Epiſcopos per diuerſa loca numero 32. Qui etiàm ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, 8. Kaleñ. Martij. Et ceſſauit Epiſcopatus dies 20.

TITVLI CAPITVLORVM ſequeotis epiſtolæ.

De Arianis non rebaptizandis. s
Vt præterquàm io Paſcha & Pentecoſte, niſi in neceſſitate, & periculo, baptiſmum non celebretur. 2
De apoſtatis ab Eccleſia ſeparandis. 3
Quòd non liceat, alterius ſponſam alteri in matrimonij iura accipere. 4
De his, qui poſt pœnitentiam vel militiæ cingulum, vel noua cõiugia, vel illicitos appetierunt concubitus. 5
De monachis & ſacris virginibus, propoſitũ ooo ſeruantibus. 6
De ſacerdotum vel Leuitarũ incontinentia. 7
De admittendis ad clerum. 8
De clericorum conuerſatione. 9
De his, qui grandæui ad ſacram militiam cõuertuntur. 10
De clericis, qui ad ſecũdas nuptias tranſeunt, vt deponantur. 11
Quæ fœminę cũ clericis debeant habitare. 12
De monachorum promotione ad clerum. 13
Quòd pœniteos ooo fiat clericus. Vel ſic: De clericis, vt pœnitentiam per impoſitionem manus ſacerdotis non accipiant. 14
De pœoitentibus, vel digamis, vel viduarum maritis, vt nõ permittantur ad ordinẽ clericatus admitti. Vel ſic: Vt ſi per ignorantiam, vel pœnitens, vel digamus, vel viduæ maritus, clerici facti fuerint, oon promoueantur. 15

EPISTOLA SIRICII PAPÆ prima, ad Himerium Tarraconeñ.

SIRICSVS Himerio Tarraconenſi Epiſcopo ſalutem. Directa ad deceſſorẽ noſtrum ſanctæ recordationis Damaſum, fraternitati tuæ relatio, me iam in ſede ipſius conſtitutum (quia ſic Dominus ordinauit) inuenit: quam cùm in conuentu fratrum ſolicitiùs legeremus, tanta inuénimus, quæ repræhenſione & correctione ſunt digna, quanta optaremus laudanda cognoſcere. Et quia neceſse erat, nos io eius laboribus curiſque ſuccedere, cui per Dei gratiam ſucceſſimus io honore, facto, vt oportebat, primitùs meæ prouectionis indicio, ad ſingula (proot Dominus adſpirare dignatus eſt) conſultationi tuæ reſponſum competens oon oegamus: quia pro officij noſtri conſideratione non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas, quibus maior cunctis Chriſtianæ religionis zelus incũbit. Portamus ooera omoium qui grauantur: quinimmò hæc portat in nobis beatus Apoſtolus Petrus, qui nos in omoibus, vt confidimus, adminiſtrationis ſuæ protegit & tuetur hæredes.

CAPITVLVM PRIMVM.

Prima itaque paginæ tuæ fronte ſignaſti,
baptizatos ab impijs Arianis, plurimos ad fidem catholicam feſtinare, & quoſdam de fratribus noſtris, eoſdem denuò baptizare velle:
Ephe. 4. b quod non licet, cùm hoc fieri & Apoſtolus vetet, & canones contradicant, & poſt caſſatum
Arimineñ. Concilium, miſsa ad prouiocias à
venerandæ memoriæ prędeceſsore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cũ
Nouatianis, alijsq́ue hæreticis, ſicut eſt in Synodo conſtitutum, per iouocationem ſolam
ſeptiformis ſpiritus, Epiſcopalis manus impoſitione, catholicorum cooventui ſociamus.
Quod etiam totus Oriens, Occidensq́; cuſtodit: à quo tramite vos quoque poſthac minimè conuenit deuiare, ſi non vultis à ooſtro
collegio Synodali ſeparari ſententia.

2 Sequitur de diuerſis baptizandorum tẽporibus, prout vnicuique libitum fuerit, improbabilis & emendanda confuſio, quæ à no-
ſtris conſacerdotibus (quod cõmoti dicimus) De conſe. diſtinct. 4.
non ratione authoritatis alicuius, ſed ſola te- Nõ ratione autho.
meritate præſumitur, vt paſſim ac liberè natalitijs Chriſti, ſeu apparitionis, necnoo &
Apoſtolorũ ſeu martyrum feſtinitatibus, innumeræ (vt aſseris) plebes baptiſmi myſteriũ
cooſequantur, cùm hoc ſibi priuilegium &
apud oos, & apud omnes Eccleſias, Dominicũ
ſpecialiter cũ Pentecoſte ſua Paſcha defendat.
quibus ſolis per annum diebus, ad fidem con-
fluẽtibus generalia baptiſmatis tradi cõuenit * exceptis,
ſacramenta, his duntaxat * electis, qui ante
quadraginta vel eo ampliùs dies nomẽ dederint, & exorciſmis, quotidianiſq́ue orationibus atque ieiunijs fuerint expiati, quatenùs
apoſtolica illa impleatur pręceptio, vt expur- 1. Cor. 5. b
gato fermento veteri, noua incipiat eſse conſperſio. Sicut ſacram ergò paſchalem reuerentiam in nullo dicimus eſſe minuendam, ità infantibus, qui necdùm loqui poterunt per ætatem, vel his, quibus in qualibet neceſſitate opùs fuerit ſacri vnda baptiſmatis, omni uolumus celeritate ſuccurri, nè ad ooſtrarũ perniciem tendat animarum, ſi, negato deſiderantibus fonte ſalutari, exiens vnuſquiſque de ſeculo, & regnum perdat & uitam. Quicunq́; etiã diſcrimen naufragij, hoſtilitatis incurſum, obſidionis ambiguum, uel cuiuſlibet corporalis ęgritudinis deſperationem inciderint, & ſibi unico credulitatis auxilio popoſceriot ſubueniri, eodem, quo poſcunt, momẽto temporis, expetitæ regenerationis præmia conſequantur. Hactenùs erratum in hac parte, ſufficiat: nunc pręfatam regulam omoes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab apoſtolicæ petræ, ſuper
quam Chriſtus uniuerſalem conſtruxit eccle- Matt. 16. e
ſiam, ſoliditate diuelli.

3 Adiectum eſt etiàm, quoſdam Chriſtianos ad apoſtaſiam, qood dici oefas eſt (tranſeuntes, & idolorũ cultu ac ſacrificiorum contaminatione prophanatos, quos à Chriſti corpore & ſãguine, quo dudùm redempti fuerãt renaſcẽdo, iubemus abſcindi. Et ſi reſipiſcentes, fortè aliquandò fuerint ad lamenta cooverſi, his quãdiu niuunt, agenda pœnitẽtia eſt
& in vltimo fine ſuo recõciliationis gratia tri-
buẽda: quia docente Domino, (nolumus mor- Ezec. 18. g
tem peccatoris, ſed ut conuertatur, & uiuat.

4 De

27. q. 2. De cõiugali violatione. 4. De coniugali autem violatione requiſiſti, ſi deſpõſatam alij puellam, alter in matrimoniũ poſſit accipere. Hoc ne fiat, omnibus modis inhibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles cuiuſdam ſacrilegij inſtàr eſt, ſi vlla tranſgreſſione violetur.

33. q. 2. De his verò 5. De his qui verò non incongruè dilectio tua apoſtolicam ſedem credidit conſulendã, qui, acta pœnitentia, tamquàm canes ac ſues, ad vomitus priſtinos & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulũ, & ludicras voluptates, & noua coniugia, ſi inhibitos denuò appetiuere concubitus. Quorum profeſſam incontinentiam, generati poſt abſolutionem filij prodiderunt. De quibus, quia iam ſuffugium non habent pœnitendi, id diximus decernendum, vt ſola intra eccleſiam fidelibus oratione iungantur, ſacræ myſteriorum celebritati, quanuis non mereâtur, interſint: à Dominicæ autẽ menſæ conuiuio ſegregentur, vt hac ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & alijs exemplum tribuant, quatenùs ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur. Quas tamen (quoniã carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cùm ad Dominum cœperint proficiſci, per cõmunionis gratiam volumus ſubleuari. Quam formam & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiã talibus pollutionibus deuinxerunt, ſeruandam eſſe cenſemus.

6 Prætereà monachorum quoſdam atque monacharum, abiecto propoſito ſanctitatis, in tãtam proteſtaris demerſos eſſe laſciuiam, vt prius clanculò, velut ſub monaſteriorum prætextu, illicita ac ſacrilegã ſe contagione miſcuerant: poſteà verò in abruptũ conſcientiæ deſperatione perducti, de illicitis complexibus liberè filios procrearint, quod & publicę leges, & eccleſiaſtica iura condemnant. Has ergo impudicas deteſtabileſq; perſonas à monaſteriorum cœtu, eccleſiarumque conuentibus eliminandas eſſe mandamus: quatenùs retruſæ in ſuis ergaſtulis, tantum facinus continua lamẽtatione deflentes, purificatorio poſſint pœnitudinis igne decoquere, vt eis vel ad mortem ſaltem ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam, poſſit indulgentia ſubuenire.

7 Veniamus nunc ad ſacratiſſimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis iniuriam, ita per veſtras prouincias calcatos atquè confuſos, charitate tua inſinuante, reperimus, vt Hieremiæ nobis dicendum ſit voce;
Hiere. 9. a (Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis
„ fontem lachrymarum, & flebo populum hũc
„ die ac nocte?) Si ergò beatus propheta, ad lugenda populi peccata non ſibi ait lachrymas poſſe ſufficere: quanto nos poſſumus dolore percelli, cùm eorũ, qui in noſtro ſunt corpore, compellimur facinora deplorare? Præci-
2. Co. 11. g puè quibus ſecundùm beatũ Paulum, inſtantia quotidiana, & ſolicitudo omnium eccleſiarum indeſinenter incumbit. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Plurimos enim ſacer- 82. diſtin. Plurimos ſacer.
dotes Chriſti atque Leuitas, poſt longa conſecrationis ſuæ tempora, tam de coniugibus proprijs, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quiſquis ille eſt ſectator libidinũ, præceptorq; vitiorum, ſi æſtimat, quòd in lege Moſis paſsim ſacris ordinibus à Domino laxata ſunt frena luxuriæ, cur eos, quibus committebantur ſancta ſanctorũ, præmonet, dicens: (Sancti eſto- Leui. 20. b
te, quia & ego ſanctus ſum Dominus DEVS „
veſter?) Cur etiam procul à ſuis domibus, an- „
no vicis ſuæ, in templo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum Luc. 1. a
vxoribus poſſent carnale exercere cõmerciũ, vt conſcientiæ integritate fulgentes, acceptabile DEO munus offerrẽt. Quibus etiam, expleto deſeruitionis ſuæ tempore, vxorius vſus ſolius ſucceſſionis cauſa fuerat relaxatus, quia non ex alia, niſi ex tribu Leui, quiſquã ad DEI miniſterium fuerat præceptus admitti. Vnde Matt. 5. b
& Dominus IESVS, cùm nos ſuo illuſtraſſet aduentu, in euangelio proteſtatur, quia legem venerit implere, non ſoluere. Et ideò eccleſiã, Cant. 4.
cuius ſponſus eſt ſpecioſus formam, caſtitatis voluit ſplẽdore radiare, vt in die iudicij, cùm rurſus aduenerit, ſine macula & ruga eã poſ- Ephe. 5. f
ſit, ſicut per Apoſtolum ſuum inſtituit, reperire. Quarum ſanctionum ſacerdotes omnes atque Leuitæ inſolubili lege conſtringimur, vt à die ordinationis noſtræ, ſobrietati ac pudicitię & corda noſtra mancipemus & corpora, dummodò per omnia Deo noſtro in his, quæ quotidiè offerimus, ſacrificijs placeamus.
(Qui autem in carne ſunt, dicente electionis Rom. 8. b
vaſe, Deo placere non poſſunt. Vos autem iam 1. Cor. 3. d
non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpi- Ibidẽ. 6. d 2. Cor. 6. d
ritus Dei habitat in vobis.) Et vbi poterit, niſi Sap. 1 a
in corporibus (ſicut legimus) ſanctis, Dei ſpi- „
ritus habitare? Et quia aliquanti, de quibus 82. Diſt. aliquanti de.
loquimur, vt tua ſanctitas retulit, ignoratione lapſos eſſe ſe deflent, his hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, vt ſine vllo honoris augmẽto, in hoc, quo detecti ſunt, quàm diù vixerint, officio perſeuerẽt, ſi tamẽ poſthæc continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi verò, qui illiciti priuilegij excuſatione nituntur, vt ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſ- Leui. 22. a
ſum, nouerint ſe ab omni Eccleſiaſtico honore, quo indignè vſi ſunt, Apoſtolicæ ſedis authoritate deiectos, nec vnquàm poſſe venerãda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exẽpla præſentia cauere nos præmonent in futurum, ſi quilibet Epiſcopus, presbyter atque diaconus (quod nõ optamus) deincèps fuerit talis inuentus, iã nunc ſibi omnem per nos indulgentię aditum intelligat obſeratum: quia ferro neceſſe eſt excidantur vulnera, quæ

fomen-

fomentorum non ſenſerint medicinam.
8 Didicimus etiam, licenter ac liberè inex-
ploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint
numeroſa coniugia, ad præfatas dignitates,
prout cuique libuerit, adſpirare. Quod non
tantùm illis, qui hæc immoderata ambitione
perueniunt, quantùm Metropolitanis ſpecia-
liter pontificibus imputamus, qui dum inhi-
bitus auſibus conniuent, Dei noſtri, quantùm
in ſe eſt, præcepta cõtemnunt. Et vt taceamus,
quod altiùs ſuſpicamur, vbi illud eſt, quod Deus
noſter, data per Moſen lege, conſtituit dicens:
" (Sacerdotes mei ſemel nubant?) Et alio loco:
Leui. 21. c (Sacerdos vxorem virginem accipiat, non vi-
Ezec. 44. d duam, non repudiatam, nõ meretricẽ?) Quod
ſequutus Apoſtolus, ex perſecutore prædica-
tor, vnius vxoris virum, tam ſacerdotẽ, quàm
1. Tim. 3. diaconum, fieri debere mãdauit. Quæ omnia
a b. ita à veſtrarum regionũ deſpiciuntur epiſco-
pis, quaſi in contrarium magis fuerint conſti-
tuta. Et quia nõ eſt nobis de huiuſmodi vſur-
pationibus negligendum, nè nos indignantis
Pſal. 49. Domini vox iuſta corripiat, qua dicit, (Vide-
" bas furem, & currebas cum eo, & ponebas tuã
" cum adulteris portionem:) quid ab vniuerſis
poſthàc eccleſijs ſequẽdum ſit, quid vitandũ,
generali pronunciatione decernimus.
Diſt. 77. Quicunque itaq; &c. 6 Quicunque itaque ſe eccleſiæ vouit obſe-
quijs à ſua infantia, ante pubertatis annos ba-
ptizari, & lectorum debet miniſterio ſociari.
Qui ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad triceſi-
mum ætatis annũ, ſi probabiliter vixerit, vna
tantùm, & ea, quam virginem communi per
ſacerdotem benedictione perceperit, vxore
contentus, acolythus & ſubdiaconus eſſe de-
bebit: poſt quæ ad diaconij gradum, ſi ſe ipſe
primitùs, continentia præeunte, dignum pro-
barit, accedat. Vbi, ſi vltra quinque annos lau-
dabiliter miniſtrarit, congruè presbyterium
conſequatur. Exindè, poſt decennium, epiſco-
palem cathedram poterit adipiſci, ſi tamẽ per
hæc tempora, integritas vitæ ac fides eius fue-
rit approbata.
10 Qui verò iam ætate grandæuus, melioris
propoſiti conuerſatione prouocatus, ex laico
ad ſacram militiam peruenire feſtinat, deſide-
rij ſui fructum non aliter obtinebit, niſi eo,
quo baptizatur, tempore, ſtatim lectorum aut
exorciſtarum numero ſocietur, ſi tamen eum
vnam habuiſſe, vel habere, & hanc virginem
accepiſſe, conſtet vxorem. Qui dum initiatus
fuerit, expleto biennio, per quinquennium
aliud, acolythus & ſubdiaconus fiat, & ſic ad
diaconatum (ſi per hæc tempora dignus iu-
dicatus fuerit) prouehatur. Exindè iam acceſ-
ſu temporum, preſbyterium vel epiſcopatum,
ſi eum cleri ac plebis euocarit electio, nõ im-
meritò ſortietur.
Diſt. 84. Quiſquis cle. 11 Quiſquis ſanè clericus aut viduã, aut cer-
tè ſecundam coniugem duxerit, omni Eccle-
ſiaſticę dignitatis priuilegio mox nudetur, lai-
ca ſibi tantùm communione conceſſa. Quam
ita demum poterit poſſidere, ſi nihil poſteà,
propter quod hanc perdat, admittat.
12 Fœminas verò non alias eſſe patimur in Diſt. 81. Fœminas.
domibus clericorum, niſi eas tantùm, quas pro-
pter ſolas neceſſitudinum cauſas, habitare Ca. 3. Ni-
cum ijſdem Synodus Nicæna permiſit. cæ. Sy.
13 Monachos quoque, quos tamen morum 16 q. 1. Mo-
grauitas, & vitæ ac fidei inſtitutio ſancta com- nachos
mendat, clericorum officijs aggregari & opta- quoque
mus & volumus, ita vt qui intra triceſimum
ætatis annum ſunt digni, in minoribus per
gradus ſingulos, creſcẽte tẽpore, promoueau-
tur ordinibus: & ſic ad diaconatus vel preſ-
byterij inſignia, maturæ ætatis conſecratione
perueniant. Nec ſtatim ſaltu ad epiſcopatus
culmen aſcendant, niſi in his eadem, quæ ſin-
gulis dignitatibus ſuperiùs præfiximus, tem-
pora fuerint cuſtodita.
14 Illud quoque nos par fuit prouidere, vt Diſt. 50. Illud
ſicut pœnitentiam agere cuiquam non cõce-
ditur clericorum, ita & poſt pœnitudinem ac
reconciliationem, nulli vnquàm laico liceat
honorem clericatus adipiſci: quia quamuis
ſint omnium peccatorũ contagione mundati,
nulla tamen debent gerendorum ſacramento-
rum inſtrumẽta ſuſcipere, qui dudùm fuerint
vaſa vitiorum.
15 Et quia in his omnibus, quę in repræhen- Diſt. 50.
ſionem veniunt, ſola excuſatio ignorationis Quicun-
obtenditur, cui nos interim, ſolius pietatis in- que pœni.
tuitu, neceſſè eſt clementer ignoſcere: quicũ-
que pœnitens, quicunque bigamus, quicũque
viduæ maritus, ad ſacram militiam indebitè
& incompetenter irrepſit, hac ſibi conditione
à nobis veniam intelligat relaxatam, vt in ma-
gno debeat computare beneficio, ſi adempta
ſibi omni ſpe promotionis, in hoc quo inue-
nitur ordine, perpetua ſtabilitate permaneat:
ſcituri poſthàc omnium prouinciarum ſum-
mi antiſtites, quòd ſi vltrà ad ſacros ordines
quenquam de talibus crediderint aſſumen-
dum, & de ſuo, & de eorum ſtatu, quos contra
canones & interdicta noſtra prouexerint, cõ-
gruam ab Apoſtolica ſede promendam eſſe
ſententiam.

Explicuimus, vt arbitror, frater chariſſime,
vniuerſa, quæ digeſta ſunt in querelam: & ad
ſingulas cauſas, de quibus per filium noſtrum
Baſſianum preſbyterum, ad Romanam Eccle-
ſiam, vtpotè ad caput tui corporis, retuliſti,
ſufficientia, quantùm opinor, reſponſa reddi-
dimus. Nunc fraternitatis tuæ animum ad
ſeruandos canones, & tenenda decretalia cõ-
ſtituta, magis ac magis incitamus, ut hæc quæ
ad tua cõſulta reſcripſimus, in omniũ Coepi-
ſcoporũ noſtrorum perferri facias notionẽ:
& non ſolùm eorum, qui in tua ſunt diœceſi
conſtituti: ſed etiam ad uniuerſos Carthagi-
nenſes ac Bæticos, Luſitanos atque Gallicos,
vel eos, qui uicinis tibi collimitant hincindè
prouincijs, hæc, quæ à nobis ſunt ſalubri or-
dinatione diſpoſita, ſub literarum tuarũ pro-
ſecutione mittantur. Et quanquàm ſtatuta ſe-
dis Apoſtolicæ, uel canonum uenerabilia de-
finita,

finita, nulli ſacerdotum Domini ignorare ſit liberum: vtilius tamen, atque pro antiquitate ſacerdotij tui, dilectioni tuæ eſſe admodùm poterit glorioſum, ſi ea, quæ ad te ſpeciali nomine generaliter ſcripta ſunt, per vnanimitatis tuæ ſolicitudinem, in vniuerſorum fratrũ noſtrorum notitiam perferantur, quatenùs & quæ à nobis non inconſultè, ſed prouidè ſub nimia cautela & deliberatione ſunt ſalubriter conſtituta, intemerata permaneant, & omnibus in poſterum excuſationibus aditus, qui iã nullis apud nos patère poterit, obſtruatur. Data tertio Idus Februarij, Archadio & Bautone viris clariſſimis conſulibus.

EIVSDEM SIRICII PAPÆ Epiſtola Secunda,

Aduerſùs Iouinianum hęreticum, eiusq́ue ſocios, ab eccleſiæ vnitate remouendos.

SIRICIVS Mediolanenſi eccleſiæ. Optarẽ ſemper, fratres chariſſimi, dilectionis & pacis veſtræ ſynceritatis gaudia nunciari, ita vt viciſſim diſcurrentibus literis, ſoſpitatis indicio iuuaremur veſtro: quia nõ patitur quietos nos ab incurſatione ſua vacare hoſtis an-
Ioan. 8. f tiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet, ſe ante decepit, pudicitiæ aduerſarius, luxuriæ magiſter, crudelitatibus paſcitur, abſtinentia puniendus, odit ieiunia, miniſtris ſuis prædicantibus dum dicit eſſe ſuperflua, ſpem non habens de futuris, Apoſtoli ſentẽtia repercuſ-
1. Co. 15. d ſus, dicentis: Manducemus & bibamus, cràs enim moriemur. O infelix audacia, ò deſperatæ mentis aſtutia. Tam incognitus ſermo hæreticorum intra eccleſias cancri more ſerpebat, vt occupans pectus, totum hominem præcipitaret in mortem. Et niſi Dominus Sabaoth laqueum, quem parauerant, dirupiſſet, ſcena tanti mali & hypocriſis publicata, multorum ſimplicium corda traxiſſet in ruinam: quia facilè ad deteriorem partem mẽs humana traducitur, volens magis per ſpatioſa volitare, quàm arctæ viæ iter cum labore tranſire.
Matt. 7. b Qua de re neceſſarium ſatis fuit, dilectiſſimi
Luc. 13. d mihi, quæ geſta ſunt hic, ad veſtram conſcientiam cognoſcenda mandare, ne ignorantia cuiuſpiam ſacerdotis, peſſimorum hominum eccleſiam irrumpentium ſub religioſo nomine contagio violaret, ſicut ſcriptum eſt, dicen-
Matt. 7. c te Domino: (Multi venient ad vos in veſtimẽtis ouium, intùs autem ſunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.) Hi ſunt videlicet, qui ſubtiliter Chriſtianos ſeſe iactant, vt ſub velamento pij nominis gradientes, domum orationis ingreſſi, ſermonem ſerpentinæ diſputationis effundãt, vt ſagittent in obſcuro rectos corde, atque veritatẽ catholicam
Pſal. 10. vertendo, ad ſuæ doctrinæ rabiem diabolico more traducant, atque ouium ſimplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæreſum malignitatem ab apoſtolis nunc vſque didici-
mus, & experti probauimus: ſed nunquàm 2. Tim. 4. b
tales canes Eccleſiæ myſterium latratibus fatigarunt, quales nunc ſubitò hoſtes fidei erumpentes, doctrina perfidiæ polluta, cuius ſint diſcipuli, verborum fructibus prodiderunt. Nã cùm alij hæretici ſingula ſibi genera quæſtionum, malè intelligendo, propoſuerint cõuellere atque cõcerpere de diuinis inſtitutionibus, iſti non habentes veſtem nuptialem, ſauciãtes catholicos, noui ac veteris teſtamẽti (vt dixi) continentiam peruertentes, ac ſpiritu diabolico interpretantes, illecebroſo atque ficto ſermone aliquot Chriſtianos cœperunt iam vaſtàre, atque ſuę dementię ſociare, intra ſe continentes nequitiæ ſuæ virus. Verùm illecti blaſphemias ſuas conſcriptione temeraria publicè prodiderunt, & deſperatę mentis furore conciti, paſſim in fauorem gentilium publicarunt. Sed à fideliſſimis Chriſtianis viris, genere optimis, religione pręclaris, ad meam humilitatem ſubitò ſcriptura horrifica videtur eſſe delata, ut ſacerdotali iudicio detecta, diuinę legi contraria, ſpirituali ſententia deleretur. Nos ſane nuptias non aſpernanter accipimus, quibus uelamine interſumus: ſed virgines, quas nuptię creant, Deo deuotas, maiore honorificentia veneramur.
Facto ergo presbyterio, conſtitit doctrinę no- Decreto Eccleſiæ Romanæ, Iouinianã hæreſis ſacrarũ Virginũ nuptiis inducẽs, damnatur.
ſtrę, id eſt, Chriſtianę legi eſſe contraria. Vndè Apoſtolicum ſequuti pręceptum, quia aliter, quàm quod accepimus, annũciabant, omnium noſtrum tam presbyterorum & diaconorum, quàm etiam totius cleri vna ſuſcitata fuit ſententia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Geminator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingenioſus, qui incentores no- Galat. 1. b
uę hęreſis & blaſphemię inuenti ſunt, diuina ſentẽtia & noſtro iudicio in perpetuum damnati, extra eccleſiam remanerẽt. Quod cuſtoditurum ſanctitatem veſtram non ambigens, hęc ſcripta direxi per fratres & compresbyteros meos, Creſcẽtem, Leopardum & Alexandrum, qui religioſum officium fidei poſſint ſpiritu adimplere feruentes.

RESCRIPTVM EPISCOPORVM, AMBROSII &c. ad Siricium Papam.

DOmsno dilectiſſimo, fratri Siricio Papę Ambroſius, Sabinus, Baſſian' & cęteris. Recognouimus literis ſanctitatis tuæ boni paſtoris excubias, qui diligenter cõmiſſam tibi ianuam ſerues, & pia ſolicitudine Chriſti ouile cuſtodias, dignus quem oues Domini audiant & ſequantur. Et ideò, quia noſti ouiculas Chriſti, lupos facilè deprẹhendis, & occurris quaſi prouidus paſtor, nè iſti

morſi-

morſibus perfidiæ ſuæ, feraliqne vlulatu Do-
minicum ouile diſpergant. Laudamus hoc,
Domine frater nobis dilectiſſime, & toto con-
celebramus affectu. Nec miramur, ſi luporum
rabiem grex Domini perhorruit, in quibus
Chriſti vocem non recognouit. Agreſtis enim
vlulatus eſt, nullam virginitatis gratiam, nul-
lum caſtitatis ordinẽ ſeruare, promiſcuè om-
nia velle confundere, diuerſorum gradus ab-
rogare meritorum, & paupertatem quandam
cœleſtium remunerationum inducere, quaſi
Chriſto vna ſit palma quam tribuit, ac non
plurimi abundent tituli præmiorum. Simu-
lant ſe iſta donare coniugio. Sed quæ poteſt
laus eſſe coniugij, ſi nulla virginitatis eſt glo-
ria? Neque verò nos negamus ſanctificatum à
Chriſto eſſe coniugium, diuina voce dicente:
Gen. 2. d Erũt ambo in vna carne & in vno ſpiritu. ſed
prius eſt, quod nati ſumus, quàm quod effe-
cti: multoqoe præſtantius diuini operis my-
ſterium, quàm humanæ fragilitatis remediũ.
Iure laudatur bona vxor, ſed meliùs pia vir-
1. Cor. 7. g go præfertur, dicente Apoſtolo: (Qui iungit
Ibidem. f virginem ſuam, benè facit: & qui non iungit,
„ meliùs facit. Hæc enim cogitat quæ Dei ſunt:
„ illa, quæ mundi.) Illa coniugalibus vinculis
colligata eſt, hæc libera vinculorum. Illa ſub
lege, iſta ſub gratia. Bonum coniugium, per
quod eſt inuenta poſteritas ſucceſſionis hu-
manæ: ſed melior virginitas, per qnam regni
cœleſtis hæreditas acquiſita, & cœleſtium me-
ritorum reperta ſucceſſio. Per mulierem cu-
ius ſucceſſit, per virginem ſalus euenit. Deni-
que ſpeciale ſibi donum virginitatis Chriſtus
elegit, & integritatis munus exhibuit, atque in
ſe repræſentauit, quod elegit in matre. Quan-
ta amentia funeſtorum latratuum, vt iidem
dicerent, Chriſtum ex virgine non potuiſſe
generari, qui aſſerunt, ex muliere, editis hu-
manorum pignorum partubus, virgines per-
manere? Aliis præſtat ergò Chriſtus, quod
ſibi (vt dicunt) præſtare non potuit? Ille verò
qui ſic carnem ſuſcepit, & ſi homo factus eſt,
vt hominem redimeret, atque à morte reuo-
caret: inuſitato tamen quaſi Deus itinere ve-
Apo. 21. b nit in terras, vt quemadmodùm dixerat, Ec-
Eſa. 43. c ce faciam omnia noua, partu etiam immacu-
lato virginis naſceretur, & (ſicut ſcriptum eſt)
Matt. 1. d crederetur nobiſcũ Deus. Sed de via peruer-
ſitatis produntur dicere, Virgo concepit, ſed
non virgo generauit. Quæ potuit ergo virgo
concipere, potuit virgo generare, quum ſem-
per conceptus præcedat, partus ſequatur.
Sed ſi doctrinis non creditur ſacerdotum, cre-
datur oraculis Chriſti, credatur monitis An-
Luc. 1. d gelorum, dicentium, (Quia non eſt impoſſi-
bile Deo omne verbum:) credatur ſymbolo
„ apoſtolorum, quod eccleſia Romana inteme-
ratum ſemper cuſtodit & ſeruat. Audiuit Ma-
ria vocem Angeli, & quæ dixerat ante, Quo-
modò erit iſtud, non de fide generationis in-
Ibidem. terrogans; reſpondit poſteà: (Ecce ancilla
„ D O M I N I, contingat mihi ſecundùm ver-
bum tuum.) Hæc eſt virgo, quæ in vtero con- „
cepit, virgo quæ peperit filium. Sic enim ſcri-
ptum eſt: (Ecce virgo in vtero accipiet, & Eſa. 7. c
pariet filium.) Non enim concepturam tan- „
tummodò virginem, ſed & parituram virgi-
nem dixit. Quæ autem eſt illa porta ſanctua- Ezec. 44. a
rij, porta illa exterior ad Orientem, quæ ma-
net clauſa, & nemo (inquit) pertranſibit per
eam, niſi ſolus Deus Iſrael? Nónne hæc porta
Maria eſt, per quam in hũc mundum redem-
ptor intrauit? Hæc porta iuſtitię, ſicut ipſe di-
xit: (Sine nos implere omnem iuſtitiam.) Hæc Matt. 3. d
porta eſt beata Maria, de qua ſcriptũ eſt, quia Ezec. 44. a
Dominus pertranſibit per eam, & erit clauſa
poſt partum, quia virgo & cõcepit, & genuit.
Quid autem incredibile, ſi contra vſum origi-
nis naturalis peperit Maria, & virgo perma-
net, quando contra vſum naturæ, mare vidit Pſal. 113.
& fugit, atque in fontem ſuũ Iordanis fluenta Ioſ. 3.
remearunt? Non ergo excedit fidem, quòd Exo. 17. b
virgo peperit, quando legimus, quòd & pe- Deut. 8. c
tra vomuit aquas, & in muri ſpeciem maris Exo 14. e
vnda ſolidata eſt. Non excedit fidem, quòd Exo 17. b
homo exiuit ex virgine, quãdo petra pro fon- Deut. 8. c
te flumen ſcaturiuit, ferrum ſuper aquas na- 4. Reg. 6. b
tauit, ambulauit homo ſuper aquas. Ergo, ſi Matt. 14. d
hominem vnda portauit, non potuit homi-
nem virgo generare? At quem hominem? De
quo legimus, Et mittet illis Dominus homi- Eſa. 19. d
nem, qui ſaluos faciet eos, & notus erit Do-
minus Aegyptijs. In veteri itaque teſtamento,
virgo Hebræorum per mare duxit exercitum. Exod. 15.
In nouo teſtamento, virgo regis aula cœleſtis
electa eſt ad ſalutem. Quid autẽ etiam vidui-
tatis attexamus pręconia, quum in euangelio,
poſt virginis celeberrimum partum, Anna vi- Luc 2. f
dua ſubrogetur, quæ vixerat cum viro ſuo an-
nis ſeptem à virginitate ſua, & hæc vidua erat
annorum 84, quæ non diſcedebat de templo,
ieiunijs & obſecrationibus ſeruiẽs die ac no-
cte? Meritò ab illis viduitas deſpicitur, quæ
ſolet obſeruare ieiunia, quibus ſe dolent iſti
aliquo tempore eſſe maceratos, & propriam
vlciſcuntur iniuriam, quotidianiſque conui-
uijs, vſuq́ue luxuriæ, laborem abſtinẽtiæ pro-
pulſare deſiderant. Qui nihil rectiùs faciunt,
quàm quòd ipſi ſe ſuo ore condemnant. Sed
enim metuunt, ne in iſtis illud ieiunium repu-
tetur. Eligant, quod volunt. Si aliquando ie-
iunauerunt, gerant ergo boni facti ſui pœni-
tentiam. Si nunquàm, ſuam ergo ipſi intem-
perantiam & luxuriam confiteantur. Et ideò
dicunt, Paulum luxuriæ magiſtrum fuiſſe. At
quis erit ſobrietatis magiſter, ſi fuit ille luxu-
riæ, qui caſtigauit corpus ſuum, & in ſeruito-
tem redegit, atque ieiunijs multis ſe debitam
Chriſto obſeruantiam detuliſſe memorauit, 1. Cor. 9. d
non vt ſe ſuaque laudaret, ſed vt nos, quid ſe-
queremur, doceret? Ille ergo luxuriam docuit,
qui ait: (Quid adhuc, velut viuentes, de hoc Coloſ. 2. d
mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attami- „
naueritis, ne guſtaueritis, quæ ſunt omnia in „
corruptelam: qui ait, non in indulgentia cor- Ibidem.
poris,

„ poris, non in honore aliquo ad ſaturitatem &
Ephe.4.f diligentiam carnis, non in deſiderijs erroris,
„ ſed in ſpiritu, quo renouamur, eſſe viuendū?)
Pſal. 68. Si parum eſt quod Apoſtolus dixit, audiant
„ prophetam dicētem: (Et cooperui in ieiunio
„ animam meam.) Ergo, qui non ieiunat, inte-
Gen. 3.b ctus & nudus eſt, patet vulneri. Denique, ſi
Adam ſe texiſſet ieiunio, nō fuiſſet nudus ef-
Ionę 3. b fectus. Niniue ſe à morte ieiunio liberauit. Et
Matt.17.c ipſe Dominus ait: (Non eijcitur hoc genus,
Marc.9.c niſi per orationem & ieiuniū.) Sed quid plu-
ra apud magiſtrum atque doctorem? quum iā
dignū præmium retulerint illi perfidiæ ſuæ,
qui ideò huc venerunt, ne ſupereſſet locus, in
quo non damnarētur, qui verè ſe Manichæos
probauerunt, non credentes quia ex virgine
vtique veniſſet. Quænam hæc eſt ſuppar no-
uorum Iudæorum amentia? Si veniſſe non
creditur, nec carnem creditur ſuſcepiſſe: er-
go in phantaſmate viſus eſt, in phantaſmate
crucifixus eſt. Sed nobis in veritate crucifixus
eſt, In veritate redēptor eſt noſter. Manichæus
eſt, qui abnegat veritatem, qui carnem Chri-
ſti negat, & ideò non eſt illis remiſſio pecca-
torum, ſed impietas Manichæorum, quam &
clementiſſimus execratus eſt Imperator, &
omnes qui illos viderunt, quaſi quædam con-
tagia refugerunt. Sicut teſtes ſunt fratres &
compresbyteri noſtri, Creſcēs, Leopardus &
Alexander ſancto feruentes ſpiritu, qui eos
omnium execratione damnatos, Mediolanēſi
ex vrbe quaſi profugos repulerunt. Itaque Io-
uinianum, Auxentium, Germinatorem, Feli-
cem, Plotinum, Genialem, Martianū, Ianua-
rium, & Ingenioſum, quos ſanctitas tua dam-
nauit, ſcias apud nos quoque ſecundùm iudi-
cium tuum eſſe damnatos. Incolumem te &
florentiſſimus DEVS noſter tueatur omnipo-
tens, domine dilectiſſime frater. Item ſubſcri-
ptio, Ego Euentius Epiſcopus ſaluto ſanctita-
tem tuam in Domino, & huic epiſtolæ ſub-
ſcripſi, Maximus Epiſcopus, Felix Epiſcopus,
Baſſianus Epiſcopus, Theodulus Epiſcopus,
ex iuſſu domini Epiſcopi Geminiani, ipſo præ-
ſente, Aper presbyter ſubſcripſi, Eutaſius Epi-
ſcopus, Conſtantius Epiſcopus, Euſtaſius Epi-
* & omnes ordines ſcopus, * eo omnes ordine ſubſcripſerunt.

EPISTOLA SIRICII PAPÆ tertia, ad vniuerſos orthodoxos.

Vt indignus nullus efficiatur epiſcopus. Ca. 1.
Vt ignotis ſacerdotium non detur. Cap. 2.
Vt neophyti vel laici, ſacerdotes nō fiāt. Ca. 3.

CAPITVLVM PRIMVM.

SIRICIVS Papa orthodoxis per diuerſas
prouincias. Cogitātibus nobis metum di-
uini iudicij, fratres chariſſimi, & poſt hanc vi-
tam vnumquenque, prout geſſerit, recepturū:
quid in querelam veniat, tacere non licuit, ſed
Eſa.58.a nobis loqui neceſſitas imperauit, dicente pro-
pheta: (Exalta vt tuba vocem tuā.) Et cui om-
nium eccleſiarum cura eſt, ſi diſſimulem, au-
diam, DOMINO dicente: (Reijcitis manda- Matt.15.a
tum DEI, vt traditiones veſtras ſtatuatis.) Marc.7.b
Quid enim aliud eſt, reijcere mādatum DEI,
quàm, priuato iudicio & humano cōſilio no-
uis rebus cōſtituendis liberiùs delectari? Per-
latum itaque eſt ad conſcientiam apoſtolicæ
ſedis, contra eccleſiaſticum canonem præſu-
mi, & quæ ità ſunt à Maioribus ordinata, vt
ne vel leui ſuſurrio debeant violari, proprias
quoſdam obſeruationes nouas inducere, &
prætermiſſo fundamento, ſupra arenam vel-
le conſtruere, dicente Domino: (Non tranſi- Deu.19.d
bis terminos, quos conſtituerunt patres tui.) & Ibid.
Quod & ſanctus quoque Apoſtolus, noui & 27.c
veteris teſtamenti prædicator, monet, in quo Pro.22.d
loquutus eſt Chriſtus: (State, inquit, & tene- 2.Theſſ.
te traditiones † veſtras, quas didiciſtis ſiue per 2.c
verbum, ſiue per epiſtolam.) Qua de re videt
veſtra ſynceritas, in ſacris miniſterijs aut in
ordinationibus veſtris, quantùm ſacerdotum
magna cura & diligens ſolicitudo debeat ob-
ſeruari. Denique ad Timotheum loquitur:
(Manus citò nemini impoſueris, neque com- 1. Tim.5.
municaueris peccatis alienis.) Quod propte- 5.d
reà memoratur, vt examine habito, & probi-
tate morum & eccleſiaſtico labore ſit com-
mendatior, qui vocatur in medium, vt ſum-
mum ſacerdotium poſſit accipere, probatus
iudicio, non fauore: ſuſceptus veritate, non
gratia: Apoſtolico ordine * functus, non * fretus
præcipiti uoluntate. De quo, chariſſimi, mihi
ante veſtram ſynceritatem huiuſmodi literæ
cucurrerunt, multo fratrum & conſacerdo-
tum conſenſu, vt hac veſtra ſubſcriptione fir-
mata eccleſiaſtica canonis diſpoſitio, quæ a-
pud Nicæam tractata * eſt, cōfirmata, ſuo me- for. * eſt
rito fundatiſſima permaneret: vt tales videli- aut for. * eſt &
cet ad Eccleſiaſticum ordinem permitteren-
tur accedere, quales apoſtolica authoritas iu-
bet, non quales dico, vel eos, qui cingulo mi-
litiæ ſecularis adſtricti, olim gloriati ſunt.
Qui poſteaquàm pōpa ſeculari exultauerunt,
aut negocijs Reipub. optauerunt militare, aut
mundi curam tractare, adhibita ſibi quorun-
dam manu, & proximorum fauore ſtipati, hi
frequenter ingeruntur auribus meis, vt Epi-
ſcopi eſſe poſſint, qui per traditionem & euā-
gelicam diſciplinam eſſe non poſſunt. Quan-
tis hoc aliquoties certatum eſt viribus? Sed
nihil tale potuit elici, quæ ratio non compel-
lit. Etiam de longinquo veniant ordinandi, vt
digni poſſint & plebis & noſtro iudicio com-
probari.
2 * Quantum illicitum ſit illud, æſtimari *Quàm
non poteſt, vt tranſeuntes (ſiue ſimulent, ſiue
ſint monachi, quod ſe appellant, quorum nec
vitam poſſumus ſcire, nec baptiſmum, quo-
rum fidem incognitam habemus, nec proba-
tam) nolint ſumptibus adiuuare, ſed ſtatim
aut diaconos facere, aut presbyteros ordina-
re feſtinent, aut quod eſt grauius, Epiſcopos
conſti-

conſtituere non formident. Carius apud illos, dari ſumptum tranſeunti, quàm ſacerdotium non retento. Indè in ſuperbiam exaltantur, indè inſupèr ad perfidiam citò corruunt, quia fidem veram in eccleſiaſticis toto orbe peregrini * diſcere non aſſeruntur.

* non diſcere

3 Certè illud etiàm non fuit prætermittendum, vt quod ſemèl aut ſecundò neceſſitas hæreticorũ intulit, contra apoſtolica præcepta, velut lege licitum, * præſumi, neophytum vel laicum, qui nullo eccleſiaſtico functus fuerit officio, inconſideratè vel presbyterum vel diaconum ordinare: quaſi meliores apoſtolis ſint, quorum audeant mutare præceptum: Et qui non didicit, iam docere compellitur. Ità nullus reperitur idoneus clericorum? Nec inter diaconos, nec inter alios clericos inuenitur, qui ſacerdotio dignus habeatur, ſed ad condemnationem Eccleſiæ, laicus poſtulatur? Quod nè fiat vltrà, admoneo. Prædico, vt vnam fidem habentes, vnũ etiàm in traditione ſentire debeamus, ꝓbantes nos vnanimes atque concordes * pacifici Chriſto, & in obſeruationibus apoſtolicis habere charitatem. Medio itaq; patre, & vnigenito filio eius, & Spirituſancto, & vnius diuinitatis trinitate, cõuenio, vt in his fides catholica & diſciplina noſtra parmaneat. Nec quiſquam putet, tamquàm ordinationes terrenas fieri: cùm cœleſte ſit ſacerdotium, vt fidelibus gloria maneat dignitatis eiuſdem, & ante tribunal Chriſti exhinc non habeat, quod accuſet.

* cœpiſſe præſumi, 1.Tim.3.b

for * pacifici Chriſto,

CONCILIVM TELENSE HISPANICVM.

Super Tractatoria Siricij Papæ. Eſt verò Prouinciale.

HVIVS vrbis nec Plinius, nec Ptolemeus, nec Strabo meminit. ſed ſolus Antonius in itinerario de ipſa loquitur, tit. Iter ab Aſturica per Cantabriã, Cæſaraugustam &c. Brigeco, Intercatia, Tela &c. Dicit autem Antonius Nebriſſen. in dictionario ſuo: Tellene oppidum eſt Latij, quod interijt. Porrò ſciendum, concilium iſtud Telenſe ſeruatum eſſe tempore Zoſimi Papæ primi: ponitur autem hoc loco ob decretalem Siricij papæ epiſtolam, in illo recitatam.

A.D. 417.

PROOEMIVM.

POST conſulatum glorioſiſſimi Honorij vndecimum & Conſtantij ſecun dũ ſexto Kaleñ. Martias, congregato in Eccleſia Apoſtolorum concilio plebis Teleñ, beatus pater primæ ſedis Epiſcopus Donatianus ciuitatis Teleñ; cùm reſediſſet, conſidentibus ſecum Ianuario, Felice, Secundo, Fortunio, item Porphyrio, Maximo; Maximino, Iocundo, Eunomio, Cyrino, Quintiano, Donato, Donatiano, Romano, Sopatro, Maximiano, Victore, Capione, Papiniano, Baſilio, Tertiolo, Reſtituto, Donato, Secundiano, Iuliano, Ianuario, Porphyrio, Micilio, Iuſtino, Creſconio, Geta, Tuto, & cæteris Epiſcopis, necnon etiàm Vincentio & Fortunatiano, legatis prouinciæ Proconſularis ad Byzacenum concilium directis, & rel. Vincentius & Fortunatianus dixerunt: Etiàm quum eſſemus Tuſdrum, ſicut mecum recolit memorialis auditio veſtra, & epiſtolas ſanctæ memoriæ Siricij ſedis Apoſtolicæ Epiſcopi dederamus recitandas, ex quibus cùm legeret vnam ſanctimonium fratris noſtri Epiſcopi Latoni, vtraſq; nunc nos referre ſuggeſtio indicat. has recitari donate. Epiſcopi dixerunt: Recitentur epiſtolæ verabilis memoriæ Siricij, vt nouerimus quid earũ textus contineat. Quumque traderentur, Priuatus notarius dixit: Exemplum tractatoriæ Epiſcopi vrbis Romæ.

EPISTOLA SIRICII PAPÆ QVARTA.

"DILECTISSIMIS fratribus & coepiſcopis per Aphricam, Siricius. Quum in vnum plurimi fratres conueniſſemus ad ſancti Apoſtoli Petri reliquias, per quem & apoſtolatus & Epiſcopatus in Chriſto cepit exordium; placuitque propter emergentes plurimas cauſas, quæ in aliquantis nõ erant cauſæ, ſed crimina, vt decætero ſolicitudo eſſet vnicuique in Eccleſia curam huiuſmodi habere, ſicuti Apoſtolus prædicat Paulus, talem DEO Eccleſiam exhibendam, non habentem maculam aut rugam, nè per alicuius morbidæ afflatum ouis, conſcientia noſtra contaminata videretur: hac de re, meliore conſilio id ſedit, propter eos maximè, qui in præſenti valetudine corporis aut feſſæ ætatis cauſa, adeſſe minimè potuerunt, quò perpetuò iſtiuſmodi forma ſeruetur, literas tales dare placuit, nõ quę noua præcepta aliqua imperent, ſed quibus ea, quæ per ignauiam deſidiamque aliquorum neglecta ſunt, obſeruari cupiamus, quæ tamen apoſtolica & patrum conſtitutione ſunt conſtituta. Scriptum eſt: (State, & tenete traditiones noſtras, ſiue per verbum, ſiue per epiſtolam.) Illud certè veſtram debet mentẽ, dilectiſſimi fratres, vehementiùs * excutere, vt ab omni labe ſeculi iſtius immunes ſecurique ad Dei conſpectum veniamus. * Nec enim erimus immunes, qui & præſumus plebibus, quum ſcriptum ſit: (Cui multum creditum fuerit, plus ab eodẽ requiretur.) Ergò, quoniam non pro nobis tantùm, ſed pro populo credito cogimur præſtare rationem, po-

Epheſ. 5. f

2. Theſ. 2. d

* excitare,

* Non

Luc. 12. f

pulum diſciplinam deificam & humilem erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui ſtatuta Maiorum contemnentes, caſtitatem Eccleſiæ præſumptione ſua violârunt, voluptatem populi ſequentes, Dei iudicium non timentes. Ergo, nè pari more ſilentio conniuere atque adhibere conſenſum talibus videamur, vndè gehennæ pœnas poſſimus incurrere,

Pſalm. 49. re, dicente Domino, (Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas:) hæc ſunt, quæ deinceps, intuitu diuini iudicij, omnes catholicos Epiſcopos expedit cuſtodire.

Diſt. 64. Extra conſcient. Primum, vt extra conſcientiam ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt, Primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſententia conſequatur.

2 Nè vnus Epiſcopus Epiſcopum ordinare præſumat propter arrogantiam, nè furtiuum beneficium præſtitum videatur. Hoc

Nicęnę ſynodi ca. 4. enim in Synodo Nicæna conſtat eſſe definitũ.

3 Item, ſi quis poſt remiſſionem peccatorũ, cingulum militiæ ſecularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

4 Vt mulierem, id eſt, viduam, clericus non ducat vxorem.

5 Vt is, qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

6 Vt de aliena Eccleſia ordinare lericucm nullus vſurpet.

7 Vt abiectum clericum alia Eccleſia non admittat.

8 Vt venientes à Nouatianis vel Montenſibus, per manûs impoſitionem ſuſcipiantur, præter eos quos rebaptizant.

9 Præterea, quod dignum & pudicum & honeſtum eſt, ſuademus vt Sacerdotes & Leuitæ cum vxoribus ſuis non coeant, quia in miniſterio diuino quotidianis neceſſitatibus

1. Cor. 7. a occupantur. Ad Corinthios namque ſic Paulus ſcribit, dicens: (Abſtinete vos, vt vacetis orationi.) Si ergò laicis abſtinentia imperatur, ut poſſint, deprecantes, audiri; quantò magis Sacerdos vtiq; oĩ momẽto paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentia, quid faciet? excuſabit? Quo pudore, qua mente vſurpabit? Qua conſcientia, quo merito hic exaudiri ſe credit, quum dictum ſit: (Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?) Qua de re, hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod poteſt iure etiàm gentilitas accuſare. Tit. 1. d

* Fortè creditur, quia ſcriptum eſt: Vnius vxoris virum. Non * permanenti in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neq; n. integros non admiſit, q ait: (Vellem autem oẽs homines ſic eſſe, ſicuti & ego.) Et apertiùs declarat, dicens: (Qui autẽ in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.)

* Sed forte licere hoc creditur. 1. Tim. 3. à Tit. 1. b * permanentem. 1. Cor. 7. b Rom. 8. b

Hæc itaq; (fratres) ſi plena vigilantia fuerint ab omnibus obſeruata, ceſſabit ambitio, diſſenſio conquieſcet, hæreſes & ſchiſmata nõ emergent locum non accipiet diabolus ſæuiẽdi, manebit vnanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur. Charitas ſpiritali feruore flagrabit: pax prędicata labijs, cum voluntate concordabit. Pax vtiq; Dei noſtri Saluatoris, quam proximus paſſioni ſeruandam eſſe præcepit, & hæreditario eam nobis iure dereliquit, dicens: (Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.) & dictum Apoſtoli, vt vnanimes, vnum ſentientes, permaneamus in Chriſto, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, nec hominibus, ſed Deo noſtro Saluatori placentes. His præceptis omnib' ſi fideliter voluerimus obedire, cuſtodiet Dominus corpora noſtra & animas noſtras in diem, qua redditurus eſt vnicuiquè iuxta opera ſua. Si quis ſanè inflatus mente carnis ſuæ, ab hac canonis ratione voluerit euagari, ſciat ſe à noſtra communione ſecluſum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea miſericordia cum iudicio eſſe debet. Talibus enim oportet labentibus manum porrigere, * qui ſic currentem non pertrahant in ruinam. Data Romę in Concilio Epiſcoporum 80. ſub die 8. Idus Ianuarij, poſt conſulatum Archadij Auguſti & Bantonis, vir. clariſſim. conſulum.

Idem legitur in epi. Innocētij Papę primi ad victricium. Ioan. 14. d Philip. 2. a Rom. 2. b for. * qui ſecum. A.D. 385.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SECVNDVM HABITVM

æra. 428. Circa tempora Siricij Papæ, Probatum à Leone IIII. Cap. de libellis. d. 20.

CAPITVLA CONCILII Carthaginenſis ſecundi.

VT Trinitas & credatur, & prædicetur. 1
Vt caſtitas à Leuitis & Sacerdotibus cuſtodiatur. 2
Vt chriſma & benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentium, à presbyteris nõ fiant. 3
Vt presbyter pœnitentem, iuſſus ab Epiſcopo ſuo reconciliet. 4
Vt diœceſis, quæ Epiſcopum nũquam habuit, non habeat. 5
Vt, qui criminibus implicati ſunt, clericos nõ accuſent. 6
Vt, qui excommunicatum alterius ſuſceperit, excommunicetur. 7
Vt, ſi presbyter excommunicatus, ſacrificare præſumpſerit, anathematizetur. 8

Vt, ſi

Vt, ſi presbyter, inconſulto Epiſcopo, agenda celebrauerit, honore priuetur. 9
Quanti debeant iudicare Sacerdotem, atque *Leuiten. 10
Vt nullus parochiam alienam præſumat. 11
Vt ſine conſultu Metropolitani, nullus ordinetur Epiſcopus. 12
Vt, qui contra profeſſionem & ſubſcriptioné ſuam venerit, in concilio deponatur. 13

*Leuitam

Anno D. 396. ſub aliq. Alij referũt in A D 386. ſed Conſulatus non cõſentit. Nam Valentianus IIII. cadit in annum 390. occ tamen cũ Theodoſio, ſed cõ Neoterio.

GLORIOSISSIMO Imperatore Valentiano Auguſto IIII, & Theodoſio viris clariſſimis conſulibus, 14. Kalẽ. Iunij, Carthagine, in Baſilica Perpetua reſtituta, quum Genedius Epiſcopus vnà cum Victore *Abderitano, & alio Victore Pupputaneñ, & cæteris coepiſcopis ſuis prouinciarum diuerſarũ conſediſſet, Genedius Epiſcopus dixit:

CAPITVLVM PRIMVM.

*Abzaritano
*Abzuritano

Omnipotenti Deo gratias refero, qui permiſit, vt ſecundùm commune concilium habitum in prætorio, etiàm ità, iuxta tenorem petitionis literarum mearum, ad Carthaginẽ pro fide atque vtilitate Eccleſiaſtica veniretis, licèt non omnes. Tamen quoniam charitas totum perſuadet, vt qui corpore ſunt abſentes, nobiſcum in ſpiritu videantur eſſe coniũcti: idcircò, Deo propitio, quia præſentes eſtis, pari profeſſione fides eccleſiaſtica, quæ per nos traditur, in hoc cœtu glorioſo primitùs confitenda eſt. Tunc demùm, ordo Eccleſiaſticus ſingulorum, ex conſenſu omnium eſt extruendus: *atque roborandus, vt fratrum & coepiſcoporum nuper promotorum mentes de his, quæ proponenda ſunt, roborẽtur. Et ſicut à patribus, certa diſpoſitione accepimus, vt Trinitatem, quam in noſtris finibus conſecratam retinemus, Patris & Filij & Spiritûs ſancti vnitatem, quæ nullam noſcitur habere notitiam, ſicut didicimus, Dei populos inſtruamus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Planè ſic accepimus, ſic tenemus, fidem Apoſtolicam ſequentes.

*aliàs. *ad corroborandas autẽ fratrum & coepiſcoporum noſtrorum nupèr promotorum mentes, ea proponenda ſunt, quæ à patribus certa diſpoſitione accepimus, vt Trinitatis, quam noſtris ſenſibus cõſecratam retinemus, patris & filij & ſpiritus ſancti, vnitatẽ, quã nullam noſcitur habere diſſonantiam, ſicut didicimus, ità Dei populos.

Diſt. 84. Cum in prӕterito,

2 Aurelius Epiſcopus dixit: Quum in præterito concilio de cõtinentiæ & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, conſcriptione quadam *caſtitatis, per conſecrationem annexi ſunt. Epiſcopos, inquã, presbyteros, & diaconos ità placuit, vt condecet ſacroſanctos antiſtites, & Dei Sacerdotes, necnon & Leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, cõtinentes eſſe in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare, vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus.

caſtitati.

Diſt 31. Epiſcopos presbyt.

*Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet, vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi vel q̃ ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiàm ab vxoribus ſe abſtineant. Ab omnibus dictum eſt: Placet, vt in omnibus & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altari deſeruiunt.

Aliàs, *Fauſtinus Epiſcopus Eccleſiæ *Potẽtianæ, prouinciæ Piceni, legatus Eccleſiæ Romanæ, dixit: Placet, vt Epiſcopi, presbyteri & diaconi, vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, ab vxoribus ſe abſtineant.

*Potẽtianæ

*Fortunatianus, 26. q. 6. Si iubet ſanctitas.

3 *Fortunatus Epiſcopus dixit: Si iubet ſanctitas veſtra, ſuggero: Nam memini præterito concilio fuiſſe ſtatutum, vt chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, necnon & puellarũ conſecratio, à presbyteris non fiant. Si quis autem emerſerit, hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit? Aurelius Epiſcopus dixit: Audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris & coepiſcopi noſtri Fortunati. Quid ad hæc dicitis? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio, à presbyteris non fiant. Vel reconciliare quemquam in publica Miſſa, presbytero non licere, hoc omnibus placet.

26. q. 6. Aurelius Epiſcopus *reconciliare

4 Aurelius Epiſcopus dixit: Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe *reconciliari diuinis altaribus petierit; ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet vtiquè presbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus ſalubri concilio corroborare. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet, quod ſanctitas veſtra neceſſariò nos inſtruere dignata eſt.

16. q. 1. Felix *Salambinitanus. *habuerunt,

5 Felix Epiſcopus *Selemſelitanus dixit: Etiàm, ſi hoc placet ſanctitati veſtræ, inſinuo, vt diœceſes, quæ nunquàm epiſcopos *acceperunt, non habeant; & illa diœceſſis, quæ aliquandò habuit, habeat proprium. Et ſi, accedente tempore, creſcente fide, Dei populus multiplicatus, deſiderauerit proprium habere rectorem, eius videlicet voluntate, in cuius poteſtate eſt diœceſis conſtituta, habeat Epiſcopum. Secundùm autem hanc proſequutionẽ ſanctitas veſtra æſtimet, quid fieri debeat. Genedius Epiſcopus dixit: Si placet inſinuatio fratris & coepiſcopi noſtri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, Placet.

*Maſellaitanus. *Maxulitanus.

6 Numidius Epiſcopus *Maſſylitanus dixit: Prӕtereà ſunt quamplurimi non bonæ cõuerſationis, qui exiſtimant maiores natù vel Epiſcopos, paſſim vageque in accuſationem pulſandos, debent tam facilè admitti, nécne? Aurelius Epiſcopus dixit: Placet ergo charitati veſtræ, vt is, qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem aduerſus maiores natù non habeat accuſandi? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Si crimínoſus eſt, non admittatur. Omnibus placet.

*Selambitanus.

7 Felix Epiſcopus *Selemſelitanus dixit: Illud autem veſtræ ſuggero ſanctitati, vt ſi qui pro facinoribus ſuis de Eccleſia pelluntur, &

pulum diſciplinam deificam & humilem erudire debemus. Extiterunt enim oonnulli, qui ſtatuta Maiorum contemnentes, caſtitatem Eccleſiæ præſumptione ſua violârunt, volupiatem populi ſequentes, Dei iudicium non timentes. Ergo, oè pari more ſilentio conniuere atque adhibere conſenſum talibus videamur, vndè gehennæ pœnas poſſimus incurrere, dicente Domino, (Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas:) hæc ſunt, quæ deinceps, intuitu diuini iudicij, omnes catholicos Epiſcopos expedit cuſtodire.

Pſalm. 49.

Diſt. 64. Extra conſcient.

Primum, vt extra conſcientiam ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt, Primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſeotentia conſequatur.

2 Nè vnus Epiſcopus Epiſcopum ordinare præſumat propter arrogaotiam, nè furtiuum beneficiom præſtitum videatur. Hoc enim in Synodo Nicæna conſtat eſſe definitū.

Nicęnę ſynodi ca. 4.

3 Item, ſi quis poſt remiſſionem peccatorū, ciogulum militiæ ſecularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

4 Vt mulierem, id eſt, viduam, clericus non ducat vxorem.

5 Vt is, qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

6 Vt de aliena Eccleſia ordinare clericum nullus vſurpet.

7 Vt abiectum clericum alia Eccleſia non admittat.

8 Vt venientes à Nouatianis vel Montenſibus, per manûs impoſitionem ſuſcipiantur, præter eos quos rebaptizant.

9 Præterea, quod dignum & pudicum & honeſtum eſt, ſuademus vt Sacerdotes & Leuitæ cum vxoribus ſuis non cocant, quia in miniſterio diuino quotidianis neceſſitatibus occupaotur. Ad Corinthios namque ſic Paulus ſcribit, dicens: (Abſtinete vos, vt vacetis orationi.) Si ergò laicis abſtinentia imperatur, ut poſſint, deprecantes, audiri; quantò magis Sacerdos vtiq; oī momēto paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentia, quid faciet? excuſabit? Quo pudore, qua mente vſurpabit? Qua conſcieotia, quo merito hic exaudiri ſe credit, quum dictum ſit: (Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?) Qua de re, hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod poteſt iure etiàm gentilitas accuſare. * Fortè creditur, quia ſcriptum eſt: Vnius vxoris virum. Non * permaoenti in cooncupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neq; n. integros non admiſit, q. ait: (Vellem autem oēs homines ſic eſſe, ſicuti & ego.) Et apertiùs declarat, dicens: (Qui autē in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.)

1. Cor. 7. a

Tit. 1. a

* Sed forte licere hoc creditur, 1. Tim. 3. a Tit. 1. b

* permanentem.

1. Cor. 7. b Rom. 8. b

Hæc itaq; (fratres) ſi plena vigilantia fuerint ab omnibus obſeruata, ceſſabit ambitio, diſſenſio conquieſcet, hæreſes & ſchiſmata nō emergent locum non accipiet diabolus ſæuiēdi, manebit vnanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur, Charitas ſpiritali feruore flagrabit: pax prędicata labijs, cum voluntate concordabit. Pax vtiq; Dei noſtri Saluatoris, quam proximus paſſioni ſeruandam eſſe præcepit, & hæreditario eam nobis iure dereliquit, dicens: (Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.) & dictum Apoſtoli, vt vnanimes, vnum ſentieotes, permaneamus in Chriſto, nihil per cootentionem nobis, neqne per inanem gloriam vindicantes, nec hominibus, ſed Deo noſtro Saluatori placentes. His præceptis omnib⁹ ſi fideliter voluerimus obedire, cuſtodiet Dominus corpora noſtra & animas noſtras in diem, qua redditurus eſt vnicuiquè iuxta opera ſua. Si quis ſanè inflatus mente carnis ſuæ, ab hac canonis ratione voluerit euagari, ſciat ſe à noſtra communione ſecluſum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea miſericordia cum iudicio eſſe debet. Talibus enim oportet labentibus manum porrigere, * qui ſic currentem non pertrahant in ruioam. Data Romę in Concilio Epiſcoporum 80. ſub die 8. Idus Ianuarij, poſt conſulatum Archadij Auguſti & Bautonis, vir. clariſſim. conſulum.

Idem legitur in epi. Innocētij Papę primi ad victricium

Ioan. 14. d

Philip. 2. a

Rom. 2. b

for. * qui ſecum.

A.D. 385.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SECVNDVM HABITVM

æra. 428. Circa tempora Siricij Papæ, Probatum à Leone IIII. Cap. de libellis. d. 20.

CAPITVLA CONCILII Carthagioenſis ſecundi.

VT Trinitas & credatur, & prædicetur. 1

Vt caſtitas à Leuitis & Sacerdotibus cuſtodiatur. 2

Vt chriſma & benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentium, à presbyteris nō fiant. 3

Vt presbyter pœnitentem, iuſſus ab Epiſcopo ſuo reconciliet. 4

Vt diœceſis, quæ Epiſcopum nūquam habuit, non habeat. 5

Vt, qui criminibus implicati ſunt, clericos nō accuſent. 6

Vt, qui excommunicatum alterius ſuſceperit, excommunicetur. 7

Vt, ſi presbyter excommunicatus, ſacrificare præſumpſerit, anathematizetur. 8

Vt, ſi

Vt, ſi presbyter, inconſulto Epiſcopo, agenda celebrauerit, honore priuetur. 9
Quanti debeant iudicare Sacerdotem, atque * Leuitem. 10
Vt nullus parochiam alienam præſumat. 11
Vt ſine conſultu Metropolitani, nullus ordinetur Epiſcopus. 12
Vt, qui contra profeſſionem & ſubſcriptionẽ ſuam venerit, in concilio deponatur. 13

* Leuitam

Anno D. 398. ſub aliq. Alij referũt ea A.D 386. ſed Conſulatus non cõſentit. Nam Valentianus IIII. cadit in annum 390. nec tamen cũ Theodoſio, ſed cũ Neoterio.

GLORIOSISSIMO Imperatore Valentiniano Auguſto IIII, & Theodoſio viris clariſſimis conſulibus, 14. Kalẽ. Iunij, Carthagine, in Baſilica Perpetua reſtituta, quum Genedius Epiſcopus vnà cum Victore * Abderitano, & alio Victore Pupputanẽ, & cæteris coepiſcopis ſuis prouinciarum diuerſitatũ conſediſſet, Genedius Epiſcopus dixit:

CAPITVLVM PRIMVM.

* Abzritano
* Abzuritano

Omnipotenti Deo gratias refero, qui permiſit, vt ſecundùm commune concilium habitum in prætorio, etiàm ità, iuxta tenorem petitionis literarum mearum, ad Carthaginẽ pro fide atque vtilitate Eccleſiaſtica veniretis, licèt non omnes. Tamen quoniam charitas totum perſuadet, vt qui corpore ſunt abſentes, nobiſcum in ſpiritu videantur eſſe coniũcti: idcircò, Deo propitio, quia præſentes eſtis, pari profeſſione fides eccleſiaſtica, quæ per nos traditur, in hoc cœtu glorioſo primitùs confitenda eſt. Tunc demùm, ordo Eccleſiaſticus ſingulorum, ex conſenſu omnium eſt extruendus * atque roborandus, vt fratrum & coepiſcoporum nuper promotorum mentes de his, quæ proponenda ſunt, roborẽtur. Et ſicut à patribus certa diſpoſitione accepimus, vt Trinitatem, quam in noſtris finibus conſecratam retinemus, Patris & Filij & Spiritûs ſancti vnitatem, quæ nullam noſcitur habere notitiam, ſicut didicimus, Dei populos inſtruamus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Planè ſic accepimus, ſic tenemus, fidem Apoſtolicam ſequentes.

Aliàs, * ad corroborandas autẽ fratrum & coepiſcoporum noſtrorum nuper promotorum mentes ità proponenda ſunt, quæ à patribus certa diſpoſitione accepimus, vt Trinitatis, quam noſtris ſenſibus cõſecratam retinemus, patris & filij & ſpiritus ſancti, vnitatẽ, quæ nullam noſcitur habere differentiam, ſicut didicimus, ità Dei populos.

Diſt. 84. Cum in præterito,

caſtitati.

Diſt. 32. Epiſcopus presbyt.

2 Aurelius Epiſcopus dixit: Quum in præterito concilio de cõtinentiæ & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, conſcriptione quadam * caſtitatis, per conſecrationes annexi ſunt. Epiſcopos, inquã, presbyteros, & diaconos ità placuit, vt condecet ſacroſanctos antiſtites, & Dei Sacerdotes, necnon & Leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, cõtinentes eſſe in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare, vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoquè cuſtodiamus. * Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet, vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiàm ab vxoribus ſe abſtineant. Ab omnibus dictum eſt: Placet, vt in omnibus & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altari deſeruiunt.

Aliàs, * Fauſtinus Epiſcopus Eccleſiæ * Potẽtianæ, prouinciæ Piceni, legatus Eccleſiæ Romanæ, dixit: Placet, vt Epiſcopi, presbyteri & diaconi; vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, ab vxoribus ſe abſtineant.

* Potẽtianæ

* Fortunatianus, 26. q. 6. Si iubet ſanctitas.

3 * Fortunatus Epiſcopus dixit: Si iubet ſanctitas veſtra, ſuggero: Nam memini præterito concilio fuiſſe ſtatutum, vt chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, necnon & puellarũ conſecratio, à presbyteris non fiant. Si quis autem emerſerit, hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit? Aurelius Epiſcopus dixit: Audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris & coepiſcopi noſtri Fortunati. Quid ad hæc dicitis? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio, à presbyteris non fiant. Vel reconciliare quemquam in publica Miſſa, presbytero non licere, hoc omnibus placet.

26. q. 6. Aurelius Epiſcopus

* reconciliare

4 Aurelius Epiſcopus dixit: Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe * reconciliari diuinis altaribus petierit; ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet vtiquè presbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus ſalubri concilio corroborare. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet, quod ſanctitas veſtra neceſſariò nos inſtruere dignata eſt.

16. q. 1. Felix

* Salambinitanus.

* habuerunt,

5 Felix Epiſcopus * Selemſelitanus dixit: Etiàm, ſi hoc placet ſanctitati veſtræ, inſinuo, vt diœceſes, quæ nunquàm epiſcopos * acceperunt, non habeant: & illa diœceſis, quæ aliquandò habuit, habeat proprium. Et ſi, accedente tempore, creſcente fide, Dei populus multiplicatus, deſiderauerit proprium habere rectorem, eius videlicet voluntate, in cuius poteſtate eſt diœceſis conſtituta, habeat Epiſcopum. Secundùm autem hanc proſecutionẽ ſanctitas veſtra æſtimet, quid fieri debeat. Genedius Epiſcopus dixit: Si placet inſinuatio fratris & coepiſcopi noſtri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, Placet.

* Maſclianitanus.

* Maxulitanus.

6 Numidius Epiſcopus * Maſſylitanus dixit: Præterea ſunt quamplurimi non bonæ cõuerſationis, qui exiſtimant maiores natù vel Epiſcopos, paſſim vageque in accuſationem pulſandos, debent tam facilè admitti, necne? Aurelius Epiſcopus dixit: Placet ergo charitati veſtræ, vt is, qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem aduerſus maiores natù non habeat accuſandi? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Si crimin oſus eſt, non admittatur. Omnibus placet.

* Selambinitanus.

7 Felix Epiſcopus * Selemſelitanus dixit: Illud autem veſtræ ſuggero ſanctitati, vt ſi qui pro facinoribus ſuis de Eccleſia pelluntur, &

auſi fuerint ad comitatum pergere, aut ad iudicia publica proſilire, aut forſitan Eccleſiæ catholicę limina cootutbare, ſi Epiſcopus vel clericus cuiuſlibet plebis, eos ſinè * conſenſu ſuſceperit, de his quid cenſetis? Epigonios Epiſcopus Bullenſium regionum dixit: Si quis Epiſcopns, communionem tenens catholicam, huiuſmodi homines, vanis blandimentis incedentes, temerè ſuſceperit, ſciat cum his ſe rectiſſimè deprauatum vel damnatum. Genedius Epiſcopus dixit: Ergò rectè ſuggerunt fratres & coepiſcopi, vt qui merito facinorum ſnorum ab Eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliqoo Epiſcopo aut presbytero vel clerico fuerint in communione ſuſcepti, refugientes ſui Epiſcopi regulare iudicium, etiàm ipſe pari cum eis crimioe teneamr obnoxius. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet.

for.* conſenſu ſui epiſcopi.

11. q. 3. Qui merito fac.

8 Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Tagaſtenſis, legatus prooinciæ Numidiæ, dixit: Nec illud prætermittendum eſt, vt ſi quis fortè preſbyter ab Epiſcopo ſuo correptus, aut excommunicatus, tumore vel ſuperbia inflatus, putauerit ſeparatìm Deo ſacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra Eccleſiaſticam fidem diſciplinamq́ue crediderit, non exeat impunitus Valentinus primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, dixit: Neceſſariò diſciplinæ Eccleſiaſticæ & fidei congrua ſunt, quæ frater noſter Alypius proſequutus eſt. Proindè, quid exinde videtur veſtræ dilectioni, edicite: Si quis presbyter contra Epiſcopum ſuum inflatus, ſchiſma fecerit, anathema ſit? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Si quis presbyter à præpoſito ſuo excommunicatus, vel correptus fuerit, debet vtiquè apud vicioos Epiſcopos cooqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus, ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatìm cum aliquibus, ſchiſma faciens, ſacrificium Dei obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Nihilominùs & de ciuitate & congregatione, in qua fuerit, longiùs repellatur, nè vel ignorantes, vel ſimpliciter viuentes, ſerpentina fraude decipiar, quoniam (ſecundùm Apoſtolum) Eccleſia vna eſt, vna fides, vnum baptiſma. Et ſi querimoniam iuſtam aduersùs Epiſcopum habuerit, inquirendum * erit.

11. q. 3. Si quis presbyter.

Ephes. 4. a

* eſt

9 Numidius Epiſcopus * Maſſylitanus dixit: In quibuſdam locis ſunt presbyteri, qui aut ignorantes ſimpliciter, aut diſſimulantes aodacter, præſente & inconſulto Epiſcopo, cóplurimis in domicilijs agant agenda, quod diſciplinæ incongruum cognoſcit eſſe ſanctitas veſtra. Genedius Epiſcopus dixit: Fratris & coepiſcopi noſtri dignę ſuggeſtioni reſpondere nõ immoremur. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Quiſquis presbyter, inconſulto Epiſcopo, agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipſe honori ſuo contrarius exiſtit.

Maſelianitanus. * Mazulitanus.

10 Felix Epiſcopus* Selemſelitanus dixit: Etiàm hoc adijcio ſecundùm ſtatuta veterum conciliorum, vt ſi quis Epiſcopus (quod non opinamur) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſſitas, non poſſe plurimos congregare, ne in crimine remanear, à duodecim Epiſcopis audiatur, & à ſex presbyteris, & à tribus diaconibus cum proprio ſuo Epiſcopo. Genedius Epiſcopus dixit: Quid ad hoc dicit ſanctitas veſtra? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, A oobis veterum ſtatuta debere ſeruari.

* Selābinitanus.

15 q. 7. Felix. 3. q. 8. Suggero ſecūdùm ſta.

11 Victor Epiſcopus * Abderitanos dixit: Roboranda eſt Eccleſiaſtica diſciplina, nè quiſquam Epiſcoporum alterius plebes, vel diœceſim ſua importunitate pulſare debeat. Qui hoc facere tentauerit, quemadmodùm coërcendus eſt? Genedius Epiſcopus dixit: Et lex ſancta prohibet, & ipſa veritas definit, nõ debere quenquam aliena concupiſcere. Proindè, quid etiàm vobis omnibus placeat, propria voce ſignate. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet, ſecūdùm diuinæ legis & ſancti Euangelij authoritatem, vt nemo noſtrùm alienos limites tranſgrediatur.

* Abzizitanus. * Abzuritanus.

Exo. 20. c Deut. 5. c & 7. d Deut. 19. d & 27. e Prou. 22. d Matth. 5.

12 Numidius Epiſcopus * Maſſylitanus dixit: Alij Epiſcopi vſurpatione quadam exiſtimant, cootempto primate cuiuſlibet prouinciæ ſuæ, ad deſiderium populi, Epiſcopū ordinare, ſinę literis ad ſe primæ cathedræ manantibus, neque poſteà acceptis. Quid de hoc ſtatuet ſanctitas veſtra? Genedius Epiſcopus dixit. Quoniam communis eſt honorificentia, quæ vnicuiq; ſeruari oportet, idipſum fraternitati veſtræ conuenit pronunciare. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet omnibus, vt inconſulto primate cuiuſlibet prouincię, tam facilè nemo pręſumat, licęt cum multis Epiſcopis, in quocunque loco ſinè eius (vt dictum eſt) præcepto Epiſcopum ordinare. Si autē neceſſitas fuerit, tres Epiſcopi, in quocunque loco ſint, cum primatis præcepto ordinare debeant Epiſcopnm.

* Maſelianitanus. * Mazulitanus.

Diſt. 32. Placet omnibus.

13 Genedius Epiſcopus dixit: omnia ergò, quæ à veſtro cœtu gloriſiſſimo ſtatuta ſunt, placet ab omnibus cuſtodiri? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet placet, vt cuſtodiantur ab omnibus. Genedius Epiſcopus dixit: Si (quod oon opinamur) ab aliquo fuerint violata, quid ſtatuitis, quod fieri debeat? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Qui contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerit, ipſe ſe ab hoc cœtu ſeparabit. Genedius Epiſcopus dixit: Gratulemur, Domino noſtro præſtante, quòd pro ſtatu Eccleſiæ catholicæ cuncta nos ſalubri conſilio ſeruanda decreuimus. Et ideò, quæ ab omnibos ſunt dicta, propria debemus ſubſcriptione firmare. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, Fiat fiat. Et ſubſcripſerunt.

Explicit concilium Carthaginenſe ſecundum.

CONCILIVM CARTHAGINENSE TERTIVM,

Circa tempora Siricij Papæ, Probatum à Leone IIII. d.20.Cap.de libellis.

CAPITVLA CONCILII Carthaginenſis tertij.

VT comprouinciales Epiſcopi de Paſcha ſuum inquirant primatem. 1
Vt per ſingulos annos concilium fiat. 2
Vt Epiſcopus, priuſquàm ordinetur, canones agnoſcat. 3
Vt Leuitæ & Virgines ante 25. annos non conſecrentur. 4
Vt ſacramentum catechumenis non præbeatur. 5
Vt baptiſmum mortuis vel Euchariſtia non detur. 6
Vt Epiſcopus accuſatus, vbi, vel infra quod tempus examinetur. 7
De presbyteris & diaconibus, quanti Epiſcopi eos audiant. 8
Vt clerici publica iudicia non appellent. 9
Si à quoquam ab alijs iudicibus eccleſiaſticis, ad alios iudices & eccleſiaſticos maioris authoritatis prouocatum fuerit, non obeſſe prioribus, diuerſas ſententias proferentibus. 10
Vt filij clericorum ad ſpectacula non accedant. 11
Vt clericorum matrimonijs infideles non ſocientur. 12
Vt clerici de rebus ſuis nihil infidelibus conferant. 13
Vt clerici filios ſuos a ſua poteſtate exire non ſināt, niſi ætate & moribus cõprobatos. 14
Vt clerici non ſint conductores vel negociatores. 15
Vt clerici non ſint vſurarij. 16
Vt cum clericis extraneæ fœminæ non cohabitent. 17
Vt clerici non ordinentur, niſi omnes, qui cũ eis ſunt, fideles exiſtant. 18
Vt clerici, cùm ad pubertatem venerint, aut cõiugium, aut caſtitatem profiteantur. 19
Vt plebes alienas ali⁹ epiſcop⁹ nõ vſurpet. 20
Vt nullus epiſcopus alienum clericũ audeat retinere vel ordinare. 21
Vt nullus clericus ordinetur, niſi fuerit probabilis. 22
De precibus & orationibus. 23
Vt in ſacrificio tantùm panis & calix offeratur. 24
Nè clerici vel continentes, ad viduas vel virgines ſoli habeant acceſſum. 25
Vt primæ ſedis Epiſcopus, princeps ſacerdotum non appelletur. 26
Vt clerici tabernas non ingrediantur. 27
Vt Epiſcopus ſinè formata metropolitani longiùs non proficiſcatur. 28
Vt Miſſa à ieiunis celebretur. 29
Vt nullus in Eccleſia conuiuetur. 30
Vt pœnitentibus iuxta peccatorum modum pœnitentia detur. 31
Vt presbyter, pręter iuſſa vel abſentiam Epiſcopi non reconciliet pœnitentes. 32
De cuſtodia ſacrarum virginum. 33
De baptizandis ægrotis, qui iam loqui non poſſunt. 34
Nè apoſtatis vel hiſtrionibus conuerſis pœnitentia negetur. 35
Vt presbyter chriſma non conficiat. 36
Vt clerici ſinè neceſſitate in aliena ciuitate nõ immorentur. 37
Vt non liceat fieri tranſlationes epiſcoporum. 38
Vt non præſumant duo Epiſcopi ordinare Pontificem. 39
Vt dum epiſcopus eligitur, ſi contradictores habeat, quinque ſacerdotes cõueniant. 40
Vt per ſingulos annos conuenientes epiſcopi ad concilium, etiàm de paſchali ſolennitate à primate ſuo informentur. 41
Vt non accipiat alium Epiſcopum plebs, quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit. 42
Vt qui, plebe ſua contempta, ad concilium venire detrectant, & plebem & honorem amittant. 43
Vt clericum alienum nullus ſibi præſumat epiſcopus ordinare. 44
Vt epiſcopus, qui plures habet clericos, ei qui eget, ad ordinandum poſtulatus, largiatur. 45
Vt epiſcopus in diœceſi factus, ſolùm eã plebem teneat, in qua extitit ordinatus. 46
Vt præter ſcripturas canonicas, nihil in eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum. 47
De Baptizatis à Donatiſtis. 48
Vt ea, quæ quis, in eccleſiaſtico poſitus gradu, acquiſiuit, Eccleſiæ conferantur. 49
Vt geſta concilij, Epiſcoporum ſubſcriptionibus confirmentur. 50.

CÆSARIO & Attico viris clariſſimis cõſulibus,* Kalend. Septembris, Carthagine in ſecretario Baſilicæ Reſtitutæ, quum Aurelius epiſcopus vnà cũ epiſcopis conſediſſet, adſtantibus etiàm diaconibus, cõſtituta ſunt hæc, quæ in præſenti concilio definita ſunt.

Capitulum primum.

A.D. 397.
* ſub die Iduũ Auguſtarum

Placuit ergo in principio propter errorem, qui ſæpè ſolet oboriri, vt omnes Aphricanæ prouinciæ Epiſcopi, obſeruationem

paſchalem ab Eccleſia Carthaginenſi curent accipere.

2 Similiter placuit, vt propter cauſas Eccleſiaſticas, quæ ad perniciem plebium ſæpè veteraſcunt, ſingulis quibuſq; annis concilium conuocetur. Ad quod omnes prouinciæ quę primas ſedes habent, de concilijs ſuis ternos legatos mittant, vt & minùs inuidioſi, minuſque hoſpitibus ſumptuoſi conuentûs plena poſſit eſſe authoritas. De Tripoli autem, propter inopiam Epiſcoporum, vnus Epiſcopus veniat.

Diſt. 38. Placuit, vt ordinād.

3 Item placuit, vt ordinandis Epiſcopis vel clericis, priùs ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcētur, nè ſe aliquid contra ſtatuta concilij feciſſe aſſerant.

Diſt. 78 Placuit, vt ante annos 25. Et 20. q. 1. placuit, vt ſuprà.

4 Item placuit, vt ante vigintiquinque annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur. Et vt lectores populum non ſalutent.

Hoc capitulum in vetuſtis quibuſdam codicibus ſic habetur: Item placuit, vt lectores populū non ſalutent, & vt ante 25. annos nec clerici ordinentur, niſi primùm diuinis ſcriptis inſtructi, vel ab infantia eruditi, propter fidei profeſſionem vel aſſertionem.

5 Item placuit, vt etiàm per ſolenniſſimos paſchales dies ſacramentum catechumenis nō detur, niſi ſolitum ſal; quia ſi fideles per illos dies ſacramentum non mutuant, nec catechumenis oportet mutari.

Matt. 26. c

6 Item placuit, vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur. Dictum eſt enim à Domino, Accipite & edite. Cadauera autem nec accipere poſſunt, nec edere. Cauendum eſt etiàm, nè mortuos baptizari poſſe fratrū infirmitas credat, cùm Euchariſtiam mortuis non dari animaduerterit.

4. q. 5. Quiſquis

7 Aurelius Epiſcopus dixit: Quiſquis epiſcoporum accuſatur, ad primatem prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator. Nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam primatis literis euocatus, minimè occurrerit, hoc eſt, intra ſpatium menſis, ex ea die, qua eum literas accepiſſe conſtiterit. Quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum menſem, integram habeat facultatem. Verùm poſt menſem ſecundum tam diù non communicet, donèc purgetur. Sin autem nec ad concilium vniuerſale anniuerſarium occurrere voluerit, vt vel ibì cauſa eius terminetur, ipſe in ſe damnationis ſuæ ſententiam dixiſſe iudicetur. Tempore ſanè quo non communicat, nec in ſua plebe communicet. Accuſator autem eius nunquàm diebus cauſæ dicendæ defuerit, à communione non remoueatur. Si verò aliquandò defuerit, ſubtrahens ſe, reſtituto in communionem Epiſcopo, ipſe remoueatur, ità tamen, vt nec ipſi adimatur facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere nō noluiſſe, ſed non potuiſſe, probauerit. Illud verò placuit, vt cùm agere cœperit in Epiſcoporum iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad accuſandum vel agendum non admittatur, niſi proprias cauſas, non tamen Eccleſiaſticas, dicere voluerit.

4. q. 6. Illud verò placuit.

8 Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accuſati, adiuncto ſibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, id eſt, in presbyteri nomine quinque, in diaconi duobus, Epiſcopi ipſorum cauſas diſcutiant, eadem dierū & dilationum & à communione remotionū, & diſcuſſione perſonarum, inter accuſatores, & eos qui accuſantur, forma ſeruata. Reliquorum autem cauſas, etiàm ſolus Epiſcopus loci agnoſcat & finiat.

15. q. 7. Si autē presbyteri vel diac.

9 Item placuit, vt quiſquis Epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum ſeu clericorum, cùm in Eccleſia ei crimen fuerit intentatum, vel ciuilis cauſa fuerit commota, ſi relicto Eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs purgari voluerit, etiàm ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali iudicio. In ciuili verò perdat, quod euicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices vndique patet authoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio iudicat, qui de vniuerſa Eccleſia malè ſentiendo, de iudicio ſeculari poſcit auxilium, cùm priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

11. q. 1. Placuit, vt quiſquis epiſcoporū.

1. Cor. 6. a

2. q. 6. Placuit.

10 Hoc etiàm placuit, vt ſi à quibuſcunq; iudicibus eccleſiaſticis, ad alios iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior authoritas, fuerit prouocatum, non eis obſit, quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicâſſe, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati. Sanè ſi ex conſenſu partium iudices electi fuerint, etiàm à pauciore numero, quàm conſtitutum eſt, non liceat prouocari.

2. q. 6. Sanè ſi

11 Vt filij epiſcoporum vel clericorum, ſpectacula ſecularia non exhibeant, ſed nec ſpectent, quandoquidem a ſpectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Chriſtianis omnibus hoc interdictum eſt, vt vbi blaſphemi ſunt, non accedant.

12 Item placuit, vt filij vel filiæ epiſcoporum, vel quorumlibet clericorum, gentibus vel hæreticis aut ſchiſmaticis matrimonio nō iungantur.

13 Vt Epiſcopi vel clerici, in eos qui catholici Chriſtiani non ſunt, etiam ſi conſanguinei fuerint, nec per donationes nec per teſtamentum rerum ſuarum aliquid conferant.

14 Vt epiſcopi vel clerici ſuos filios à ſua poteſtate per emancipationem exire non ſinant, niſi de moribus eorum fuerit & ætate ſecuri, vt poſſint ad eos iam propria pertinere peccata.

21. q. 3. placuit, vt epā

15 Item placuit, ut epiſcopi & presbyteri & diaco-

diaconi vel clerici, non ſint conductores, neque procuratores, neque vllo turpi vel inhoneſto negocio victum quærant: quia reſpicere debent ſcriptum eſſe, (Nemo militans Deo, implicat ſe negocijs ſecularibus.

2. Tim. 2.

Idem cap. 15. ſic in vetuſtis quibuſdam libris legitur: Vt epiſcopi, presbyteri & diacones non ſint conductores aut procuratores priuatorum, neque vllo negocio tali victũ quærant, quo eos peregrinari vel ab eccleſiaſticis officijs auocari, neceſſè ſit.

14. q6. 4. Null⁹ clericorum.

16 Vt nullus clericorum ampliùs recipiat, quàm cuiquam accommodauerit: ſi pecuniá, accipiat: ſpeciem eandem, quantam dederit, accipiat: & quicquid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

Diſt. 81. cũ omnibus omnino.

17 Vt cum omnibus omninò clericis extraneæ fœminę non cohabitent, ſed ſolæ matres, auiæ, materteræ, amitæ, ſorores, & filiæ fratrum aut ſororum, & quæcunque ex familia, domeſtica neceſſitate, etiàm antequàm ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel ſi filij eorum, iam ordinatis parentibus, vxores acceperint, aut ſeruis non habentibus in domo, quas ducant, aliundè ducere neceſſitas fuerit.

18 Vt Epiſcopi, presbyteri & diaconi non ordinentur, priuſquàm omnes qui ſunt in domo eorum, Chriſtianos catholicos fecerint.

Diſt 23. Lectores cùm ad.

19 Placuit, vt lectores, cùm ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Hoc 19. cap. vetuſti codices ſic habent: vt lectores vſq; ad annos pubertatis legant, deincèps aũt, niſi vxores, cuſtodita pudicitia, duxerint, aut continentiam profeſſi fuerint, legere non ſinantur.

7. q. 1. Placuit, vt a nullo.

20 Placuit, vt à nullo Epiſcopo vſurpentur plebes alienę, nec aliquis Epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi ſuum collegam.

Diſt. 71. Clericum alienum niſi.

21 Vt clericum alienum, niſi concedente eius Epiſcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in eccleſia ſibi credita. Clericorum autem nomen etiàm lectores, & pſalmiſtæ, & oſtiarij retinent.

Diſt. 24. Null⁹ clericorum.

22 Vt nullus ordinetur clericus, niſi probatus vel Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio.

23 Vt nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et cùm altari aſſiſtitur, ſemper ad patrẽ dirigatur oratio. Et quicunque ſibi preces aliundè deſcribit, non eis vtatur, niſi priùs eas cum inſtructioribus fratribus contulerit.

De conſ. diſt. 2. in ſacramẽt.

24 Vt in ſacramentis corporis & ſanguinis Domini, nihil ampliùs offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum aquæ mixtum. Nec ampliùs in ſacrificijs offeratur, quàm de vuis & frumentis.

Hoc cap. 24. in vetuſtis codicibus ità habetur: Vt in ſacramentis corporis & ſanguinis Domini, nihil ampliùs offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum aquæ mixtum. Primitiæ verò, ſeu mel & lac, quod vno die ſolemniſſimo pro infantis myſterio ſolet offerri, quamuis in altari offeratur, ſuam tamen habent propriam benedictionem, vt à ſacramento Dominici corporis aut ſanguinis diſtinguantur: nec ampliùs de primitijs offeratur, quàm de vuis & frumentis.

25 Vt clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, niſi iuſſu vel permiſſu Epiſcoporũ aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non ſoli faciant, ſed cum clericis, vel cum his, cum quibus Epiſcopus iuſſerit vel presbyter. Nec ipſi Epiſcopi aut presbyteri ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi fœminas, niſi aut clerici præſentes ſint, aut graues aliqui Chriſtiani.

Diſt. 81. Clerici vel cõtineat.

26 Vt primæ ſedis Epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantum primæ ſedis Epiſcopus.

Diſt. 99. Primę ſedis epiſcopus.

27 Vt clerici, edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.

Diſt. 44. Clerici edendi vel bibendi.

28 Item placuit, vt Epiſcopi trans mare nõ proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis Epiſcopõ ſuæ cuiuſque prouinciæ, vt ab eo præcipuè poſſint ſumere formatam: Hinc etiàm dirigendæ literæ concilij ad tranſmarinos Epiſcopos.

29 Vt ſacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur. Nam ſi aliquorũ, pomeridiano tempore defunctorum, ſiue Epiſcoporũ ſeu clericorum, ſiue cæterorum, commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt, iam pranſi inueniantur.

De conſ. diſt. 1. Sacramenta altaris.

30 Vt nulli Epiſcopi vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur. Populi etiàm ab huiuſmodi conuiuijs, quantùm fieri poteſt, prohibeantur.

Diſt. 42. Nulli epi in ec.

31 Vt pœnitentibus ſecundùm peccatorũ differentiam, Epiſcopi arbitrio, pœnitentiæ tempora decernantur.

16. q. 7. Pœnitẽtibus ſecũdùm.

32 Vt presbyter, inconſulto Epiſcopo, non reconciliet pœnitentem, niſi abſente Epiſcopo & neceſſitate cogente. Cuiuſcunque autem pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod vniuerſa eccleſia nouerit, ante abſidem manus ei imponatur.

16. q. 9. Presbyter inconſulto epiſcopo

33 Vt virgines ſacrę, cùm parentibus, à quibus cuſtodiebantur, priuatæ fuerint, Epiſcopi prouidentia, vel presbyteri, vbi Epiſcopus abſens eſt, in monaſterio virginum, vel grauioribus fœminis commendentur, vt ſimul habitantes, inuicèm ſe cuſtodiant, ne paſsim vagantes, eccleſiæ lædant exiſtimationem.

34 Vt ægrotãtes, ſi ꝓ ſe reſpondere nõ poſſunt, cùm voluntatis eorum teſtimoniũ hi qui ſui ſunt, periculo ꝓprio dixerint, baptizent.

De conſ. diſt. 4. Aegrotãtes.

35 Vt ſcenicis atque hiſtrionibus, cæteriſque huiuſmodi perſonis vel apoſtaticis, cõuerſis vel reuerſis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

De conſ. diſt. 2. Scenicis atq.

36 Vt

26.q.6. Presbyter incõſulto epiſcopo.

36 Vt presbyter inconſulto epiſcopo, virgines non conſecret, chriſma verò nunquàm conficiat.

37 Vt clerici in aliena ciuitate non immorentur, niſì cauſas eorum iuſtas epiſcopus loci vel presbyteri locorum peruiderint.

* Capſenſi

De cõſe. di.4. Non licet fieri.

38 Illud autem ſuggerimus, mandatum nobis, quod etiàm in * Capuenſi plenaria ſynodo videtur ſtatutum, non liceat fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel tranſlationes epiſcoporum. Nam Creſconius Villgrenſis epiſcopus, plebe ſua derelicta, Tubunienſem inuaſit eccleſiam, & vſque hodiè cõmonitus, ſecundùm quod ſtatutum fuerat, relinquere eandem, quam inuaſerat plebem, cõtempſit. Aduersùs iſtum, quæ pronunciata fuerant, confirmata quidem audiuimus: ſed petimus, ſecundùm quod nobis mandatũ eſt, vt dignemini dare fiduciam, quo iam, neceſſitate ipſa cogente, liberum ſit nobis, rectorem prouinciæ, ſecundùm ſtatuta glorioſiſſimorum principuum, aduersùs illum adire, vt qui miti admonitioni ſanctitatis veſtræ acquieſcere noluit & emendare illicitum, authoritate iudiciaria protinuùs excludat. Aurelius epiſcopus dixit: Seruata forma diſciplinę, nõ æſtimabit appetitus, ſi à veſtra charitate modeſtè conuentus, recedere detrectauerit, cùm fuerit ſuo contemptu & contumacia faciente, etiàm authoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Hoc enim omnibus placet. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Iuſtum eſt, Placet.

11.q.1. Petimus

39 Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerũt Et illud nobis mandatum eſt, vt quia proximè fratres noſtri Numidiæ duo epiſcopi, ordinare præſumpſerunt pontificem, non niſì à duodecim cenſeatis epiſcoporum celebrari ordinationes. Aurelius epiſcopus dixit: Forma antiqua ſeruabitur, vt non minùs quàm tres ſufficiant, qui fuerint deſtinati ad epiſcopũ ordinandum, proptereà quia & in Tripoli fortè & Arzuge interiacere videntur Barbaræ gentes. Nam in Tripoli (vt aſſeritur) epiſcopi ſunt quinque tantummodò, & poſſunt fortè de ipſo numero vel duo, neceſſitate aliqua occupari. Difficile eſt enim, vt de quolibet numero omnes poſſint occurrere. Nunquid debet hoc ipſum impedimento eſſe eccleſiaſticæ vtilitati? Nam & in hac eccleſia, ad quam dignata eſt ſanctitas veſtra conuenire, crebrò ac penè per diem Dominicam ordinãdos habemus. Nunquidnam frequenter duodecim vel decem, vel multò minus aducere poſſum epiſcopos? Sed facile eſt mihi, duos adiungere meæ paruitati epiſcopos vicinos. Quapropter cernit mecum charitas veſtra, hoc ipſum obſeruari non poſſe.

Diſt.23. Illud ſtatuendum eſt.

40 Sed illud eſt ſtatuendum, vt quandò ad eligendum epiſcopum conuenerimus, ſi qua contradictio fuerit oborta, (quia talia tractata ſunt apud nos) non præſumant ad purgandum eum, qui ordinandus eſt, tres iam, ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorũ vnus vel duo & in eadem plebe, cui ordinandus eſt, diſcutiatur primò perſonæ contradicentiũ: poſtremò illa etiàm, quæ obijciuntur, pertractentur. Et cùm purgatus fuerit, ſub conſpectu publico, ità demùm ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat, roboret veſtræ dignitatis reſpõſione. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Placet ſatis.

* commonitorio noſtro omnia tractata

41 Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Quoniam de * concilio quædam tractata noſcuntur, adijcimus etiàm, de die paſchæ nobis eſſe mandatum, vt de eccleſia ſemper Carthaginenſi (ſicut prædictum eſt) inſtruamur, & non ſub anguſto temporis ſpatio. Aurelius epiſcopus dixit: Si ſanctitati veſtræ videtur, (quoniam nos ſpopondiſſe iam ſuperiùs meminimus) vt ſingulis quibuſquè annis ad tractandum conueniamus, & cùm conuenerimus in vnum, tunc diuulgabitur ſanctus paſchæ dies per legatos, qui fuerunt in concilio. Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Nunc de præſenti cœtu petimus, vt literis prouinciam noſtram de hac die informare dignemini. Aurelius epiſcopus dixit: Ità fiat neceſsè eſt.

Pręſentis concilij cap. 2.

19.q.1. Multis conciliis hoc.

42 Epigonius epiſcopus dixit: Multis in concilijs hoc ſtatutum eſt à cœtu ſacerdotali, vt plebes, quæ in diœceſibus ab epiſcopis retinentur, quæ epiſcopum nunquàm habuerunt, non niſi cum voluntate eius epiſcopi, à quo tenentur proprios accipiant rectores, ide eſt, epiſcopos. At verò, quia nonnulli, quodam dominatu adepto, communionem fratrum abhorrent, vel certè, cùm eleuati fuerint; quaſi in quadam arce tyrannicam ubi dominationem vindicant, quòd plerique ſtolidi aduersùs epiſcopos ſuos ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuijs ſibi * conciliantes plebem, vel certè perſuaſu maligno * & illicito eoſdem velint ſibi collocare rectores, quod quidem inſigne mentis tuæ tenemus votum, frater religioſe Aureli, quia hęc ſæpè oppreſſiſti, non curando tales * petitiones, ſed propter eorum malos cogitatus, & prauè cõcinnata concilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit, nec vnquàm proprium epiſcopum habuit. Quapropter, ſi vniuerſo ſanctiſſimo * concilio complacet hoc, quòd proſecutus ſum, confirmetur. Aurelius epiſcopus dixit: Fratris & conſacerdotis noſtri proſecutioni non obſiſto, ſed hoc me & feciſſe, & facturũ eſſe confiteor, circa eos ſanè, qui fuerint concordes, non ſolùm circa Eccleſiam Carthaginenſem; ſed circa omne ſacerdotale conſortium.

* tumidi atque ſtolidi.

* vel illicito fauore

* petitores.

* cœtui.

43 Sunt enim plerique, conſpirantes cum proprijs plebibus, quas decipiunt, vt dictum eſt, earum ſcalpentes aures, ad ſeducendum vitioſæ vitæ homines, vel certè inflati, & ab hoc conſortio ſeparati, qui putant propriæ plebi incumbandum, & nonnunquàm cõuenti, ad

ti, ad

ti, ad conciiium venire refugiunt & detre-ctant,ſua ſortè ne prodantur flagitia, metuẽ-tes. Dico, ſi placet, circa hos, non tantùm diœceſes non eſſe ſeruandas, verùm etiàm & de propria eccleſia, quæ illis malè fauerit, omninò adnitendum, vt etiàm authoritate publica reijciantur, atqoe ab ipſis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt qui vniuerſis fratribus ac toti cõcilio iohæſerit,non ſolùm ſua iure integro, ſed & diœceſes poſſideat. At verò, qui ſibimet putant plebes ſuas ſufficere, fraterna dilectione cõtẽpta,nec tantùm diœceſes amittant, ſed (vt dixi) etiàm proprijs publica careant authoritate,vt rebelles. Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Summa prouiſio ſanctitatis tuæ vohæſit mentibus ſingulorum, & puto, omnium reſponſione, ea quæ proſequi dignatus es,probanda. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Placet placet.

44 Epigonius Epiſcopus dixit: In multis concilijs hoc ſtatutum eſt, etiàm nunc hoc confirmandum eſt veſtra prouidentia, fratres beatiſſimi, vt clericum alienum nullus ſibi præripiat epiſcopus, præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus eſt Dei beneficijs, per meam paruitatem in ſe collatis, ità temetarium & audacem extitiſſe, vt eum qui à me baptizatus eſt, cùm eſſet puer egentiſſimus, miſſi ab eodem condemnatum, cumq; multis annis a me aleretur, atque increſceret, hunc, vt dixi, baptizatum io eccleſia mea, per manum paruitatis meæ, conſtat, (idem in diœceſi Mapalienſi lector eſſe cœperat, immò annis fermè duobus legerant) neſcio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus arripuit * quem dicit, quaſi proprium ciuem ſui loci * Vzaritani, me inconſulto, vſurpare: nam & diaconum illum ordinauit: hoc ſi liceat, pateat hęc licẽtia à vobis, beatiſſimi fratres: ſin minùs, tàm impudens cohibeatur, nec ſe miſceat communioni cuiuſquam. Numidios epiſcopus dixit: Si non poſtulata, neque conſulta tua dignatione, id videatur feciſſe Iulianus, iudicamus omnes iniquè factum atquè indignè. Quapropter niſi idem Iulianus correxerit errorem ſuum, & cum ſatisfactione eũdem clericum, quem fuit auſus ordinare, reuocauerit tuæ plebi, contra ſtatuta concilij faciens, contumaciæ ſuæ, ſeparatus à oobis excipiet iudicium. Epigooius epiſcopus dixit: Aetate pater, & ipſa promotione antiquiſſimus, vt laudabilis, frater & collega noſter Victor, vult hanc petitiooem generalem omnibus effici.

For. * auſus eam quaſi
* Vſſaritani,
* Vaſſanitani,
* Nazaritani,

45 Aurelius epiſcopus dixit: Sermooem meum admittite fratres. Contingit nonnunquàm, vt poſtulentur ab eccleſijs quæ præpoſitis egent, vel epiſcopis, vel presbyteris: & tamen memor ſtatutorum, id ſequor, vt conueniam epiſcopum eius, atque ei inculcem, quòd eius clericus à qualibet eccleſia poſtuletur. Sed fortè in hodierno non reluctati ſunt, & nè quandò contingat, vt reluctentur, cùm fuerint a me in hac cauſa poſtulati, qoem ſcitis multarum eccleſiarum & ordinandorũ cauſam ſuſtinere: Iuſtum eſt ergò, vt quemlibet conſacerdotum conueniam, cum duobus è conſortio noſtro vel tribus teſtibus. Si verò indeuotus extiterit, quid cenſet charitas veſtra faciendum? Ego * enim cunctarum eccleſiarum, dignatione Dei, vt ſcitis fratres, ſolicitudinem ſuſtineo.

*Subintelli ge. Africæ tãtùm, non mundi totius. 2. Cor. 11.

Numidius epiſcopus dixit: Fuit ſemper hæc licentia huic ſedi, vndè vellet, & de cuius nomine fuiſſet conuentus, pro deſiderio cuiuſque eccleſiæ ordinare epiſcopum. Epigonius epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem. Minus enim præſumis, frater. Et cùm te bonum & clementem omnibus reddis, (habes enim hoc in arbitrio) ſatis eſt vt ſatiſfiat perſonæ vniuſcuiuſque epiſcopi in prima tantummodò conuentione. Si autem quodlibet huic ſedi, vindicandum fuerit ſibi arbitratus, neceſſè habes tu omnes eccleſias ſuffulcire. Vndè tibi non poteſtatem damus, ſed tuam aſſignamus, vt liceat voluntati tuæ ſemper & tenere quem volẽs, vt præpoſitos plebibus vel eccleſijs conſtitutas, qui poſtulati fuerint, & vndè voles. Poſthumianus epiſcopus dixit: Deindè, qui vnum habuerit, nunquid debet illi ipſe vnus presbyter auferri? Aurelius epiſcopus dixit: Sed epiſcopus vnus eſſe poteſt, per quem, dignatione diuina presbyteri multi conſtitui poſſunt: vnus autem epiſcopus, difficilè inuenitur conſtituendus. Quapropter ſi neceſſarium epiſcopatui qois habet presbyterum, & vnum (vt dixiſti frater) habuerit, etiàm ipſum ad promotionem dare debebit. Poſthumianus epiſcopus dixit: Ergò ſi habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs ſubuenire. Aurelius epiſcopus dixit: Sanè, quomodò eccleſiæ alterius tu ſubueneris, perſuadebitur illi, qui plures habet clericos vt vnum tibi ordinandum largiatur.

46 Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt. Audiuimus conſtitutum, vt diœceſes non mereantur epiſcopos accipere, niſì cum conſenſu eius, ſub quo fuerint conſtitutæ. Sed in prouincia noſtra, cùm aliqui fortè in diœceſi (concedente eo epiſcopo, in cuius poteſtate fuerant conſtitutæ) ordinati ſunt epiſcopi, etiàm diœceſes ſibi vindicant. Hoc & corrigi charitatis veſtræ iudicio, & inhiberi decæterò debet. Epigonius epiſcopus dixit: Singulis epiſcopijs ſeruatum eſt, quod decebat, vt ex maſſa diœceſium nulla caperetur, vt proprium epiſcopum habuiſſet, niſì ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat enim ſi * conſenſerit, vt eadem diœceſis permiſſa, proprium tantùm epiſcopum habeat, & cæteras ſibi non vindicet diœceſes, quæ exempta de faſce multarum, ſola meruit honorem epiſcopatûs ſuſcipere. Aure-

lius

lius Epiſcopus dixit: Non dubito charitati veſtræ omnium placere, eum, qui in diœceſi, concedente Epiſcopo, qui matricem tenuit, ſolam eandem retinere plebem, in qua fuit ordinatus.

47 Item placuit, vt præter ſcripturas canonicas, nihil in eccleſia legatur, ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autem canonicæ ſcripturæ, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, IESV Naue, Iudicium, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Pſalterium Dauidicum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim prophetarum, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heſter, Eſdræ libri duo, Machabæorum libri duo. Noui autem teſtamenti, Euangeliorum libri quatuor, Actuum Apoſtolorum liber vnus, Pauli Apoſtoli epiſtolæ tredecim, Eiuſdem ad Hebræos vna, Petri apoſtoli duæ, Ioannis apoſtoli tres, Iudæ apoſtoli vna, & Iacobi vna, Apocalypſis Ioannis liber vnus.

Quidā vetuſtus codex ſic habet. De confirmando iſto canone transmarina Eccleſia conſulatur.

Hoc etiàm fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel alijs earum partium Epiſcopis, pro confirmando iſto canone, innoteſcat, quia à patribus iſta accepimus in eccleſia legenda. Liceat etiàm legi paſſiones martyrum, cùm anniuerſarij dies eorum celebrantur.

Licèt iſtud cap. 47. in præſenti exemplari, tāquàm aliquod huius concilij capitulum habeatur, in alijs tamen certis conciliorum libris dicitur eſſe Carthaginenſis concil. j. xxiiij. capitulum, celebrati poſt conſulatum Honorij duodecimum, & Theodoſij octauum. quorum annus currit ſub Bonifacio Papa.

1. q. 4. Placuit vt de infantib'.

48 De Donatiſtis placuit, vt conſulamus fratres & conſacerdotes noſtros Siricium & Simplicianum, de ſolis infantibus, qui baptizantur penès eoſdem, nè quod ſuo non fecerunt iudicio, cùm ad eccleſiam DEI ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, * nè prouehantur ſacri altaris miniſtri. Quibus inſertis, Honoratus & Vrbanus Epiſcopi legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, dixerunt: Iam dudùm, cùm apud ſanctitatem veſtram allegaremus ſcripta, dilati ſumus, ea cōtemplatione, quòd fratres noſtri aduenire poſſent de Numidia legati: ſed quia nōn pauci dies ſunt, quibus expectati, minimè venerunt, vltra prætermittere, quæ nobis mandata ſunt à noſtris coepiſcopis, non oportet: atque ideò, fratres, ſuggeſtionem noſtram libenter admittite; De fide enim Niceni tractatûs audiuimus. Verùm & de ſacrificijs inhibendis poſt prandium, vt à ieiunis, ſicut dignum eſt, offerantur, & tunc & nunc confirmatum eſt.

* quò n ĩ- nus promo ueantur.

49 Placuit, vt Epiſcopi, presbyteri, diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore epiſcopatûs vel clericatûs ſui, agros vel quæcunque prædia nomine ſuo comparant, tamquàm rerum dominicarum inuaſionis crimine teneantur obnoxij, niſi admoniti, eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis propriè aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſſione cognationis * obuenerit, faciant indè quod eorum propoſito congruit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorsùm exorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni, tamquàm reprobi, iudicentur.

12. q. 3. Placuit vt epiſcopi.

50 Aurelius Epiſcopus dixit: Quoniam igitur vniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro conuenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerunt, & hæc noſtra ſubſcriptione firmamus. Et ſubſcripſerunt: Aurelius Epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & relecto ſubſcripſi. Epigonius Epiſcopus Bulleñ regionis, ſubſcripſi. Auguſtinus Epiſcopus plebis Hipponę Regienſis, ſubſcripſi. Similiter & omnes Epiſcopi, quadragintaquatuor numero, ſubſcripſerunt.

§ Concilij tertij Carthaginenſis finis.

CAPITVLA NVMERO QVINQVE, ex Gratiano & aliàs deſumpta, quę ſcribuntur eſſe vel alicuius concilij Carthaginenſis, vel Africani. veruntamen non ſatis certum eſt, an ſint concilij primi, vel ſecundi, vel tertij &c.

PRIMVM.

Non eſt aliquid exigendum ab his, qui infantes ſuos ad baptizandum adducunt.

Placuit vt vnuſquiſque Epiſcopus per eccleſias ſuas hoc faciat, vt hi, qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntariè pro ſuo voto offerunt, ab eis ſuſcipiatur. Si verò per neceſſitatem paupertatis, aliquid non habeat quod offerant, nullum eis pignus violenter * trahatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios ſuos à baptiſmo retrahunt. Quidam verò, dum differuntur, ſi ſinè gratia baptiſmi de hac vita receſſerint, neceſſè eſt vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum ſpolia pertimeſcentes, à baptiſmi gratia ſe ſubtraxerunt.

1. q. 1. Placuit vt vnuſquiſq.

* abſtrahat.

SECVNDVM.

Eccleſiaſticarum rerum precatię, qualiter fieri debeant.

De precarijs, quæ à rectoribus eccleſiarū irrationabiliter fiebant, ſuoſque ſucceſſores pœna graui obligabant, vt facta ipſorum nequirent diſſoluere, præcipimus, vt nemo ſucceſſor in anteceſſoris ſui pœna ſit obligatus, ſed ſuæ prouidentiæ ſit conceſſum, vt ſi anteceſſor eius res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad ius eccleſiæ eiuſdem reuocentur.

10. q. 2. De precarijs, quę a

TERTIVM.

De his, qui clericum falſo crimine impetunt.

Si quis Epiſcopum, aut presbyterum, vel diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, niſi in fine dandam ei cōmunionem.

2. q. 2. Si quis epiſcopum. ſub Dama ſi nomine

QVAR-

QVARTVM.

Ex codice ſexdecim librorum, lib. 2. cap. 3c.

De clericis ſcurribus.

Si quis clericus aut monachus verba ſcurrilia, ioculatoria riſumque mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

QVINTVM.

Ex eodem codice, libro 15. cap. 4.

De præuaricatoribus diuinarum legum.

Vt laici contemptores canonum, excommunicentur: clerici honore priuentur.

CANONES CONCILII CARTHAGINENSIS,

Habiti ſub die Iduum Auguſtarum, circa tempora Siricicij papę, Attico & Cæſario conſulibus, & epiſtola Aurelij & Muzonij ad epiſcopos.

Huius concilij ſub anno 417. Marianus Scotus mentionem facit, dicens: Cæſario & Attico conſulibus, Concilium Carthaginis, vbi Hipponenſis concilij ſtatuta firmantur & inſeruntur. at non ſatis conſtat, pars ne ſit tertij Carthag. ſtatim habiti, an per ſe aliud nouum. certè præſens titulus innuere videtur, eſſe aliud a ſuperiori: qui verò mox ſequitur poſt habitam hic Nicenæ fidei profeſſionem, ſuperiori coniungit.

DILECTISSIMIS fratribus & coepiſcopis diuerſarum prouinciarum, Numidiæ, Mauritaniæ, vtriuſquè Tripolis, & prouinciæ procõſularis, Aurelius, Muzonius, & cæteri epiſcopi. Eccleſiaſticę vtilitatis cauſa, dũ in Carthagineñ vrbe cõueniremus in vnũ, à plerisq; ſuggeſtũ eſt, ea quæ in cõcilio Hipponẽſi iamdudum maturata ſunt, & legitimè ad corrigendã diſciplinam ſalubriter geſta & ſtatuta noſcunt, effrenata temeritate quoſdam minimè cuſtodire. Ad huiuſmodi verò excuſandos exceſſus, illud ab aliquibus prætendi, quòd ea, quæ iamdudùm legibus ſtatuta ſunt ignorantes prætermiſerint. Ob quam rem, hæc communi concilio per vniuerſam prouinciam Bizacenam, in notitiam cunctis deducenda cenſuimus, vt in his, quiſquis decæterò temerator extiterit, ſciat ſe ſtatus ſui operatum fuiſſe iacturam. Breuem verò ſtatutorum (in quo omnia videntur eſſe complexa, & quædam diligentiùs cuſtodita) huic epiſtolæ ſubdi fecimus, vt compendio (quæ decreta ſunt) recenſentes, ſolicitiùs obſeruare curemus. Optamus vos, fratres, in DEO ſemper benè valere, & nostri memores eſſe. & Manu ſenis Muzonij: Optamus vos, fratres, beatos ſemper in Deo gaudere, & noſtri memores.

STATVTA CONCILII HIPponenſis breuiata, & quædam eorum in concilio Carthagineñ. cum Byzacenis epiſcopis collata, & diligentiùs pertractata, hæc ſunt:

NICENI CONCILII PROFESſio & fides, recitata & confirmata eſt, quæ ita ſe habet:

Sequens fidei Nicenæ profeſſio, alium interpretem ſapit, quam ſuperius habita: præterquam quòd nonnulla addita aut adempta eſſe liquido conſtat.

CREDIMVS in vnũ DEVM, patrẽ omnipotentem, viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnum Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum de patre vnigenitum, homouſion, hoc eſt, de ſubſtantia patris, Deũ de DEO, lumẽ de lumine, Deũ verum de Deo vero, natum, nõ factum, vnius ſubſtantiæ cum patre, per quem omnia facta ſunt, ſiue quæ in cælo, ſiue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtrã ſalutem deſcendit. Incarnatus eſt, homo factus eſt per virginem. Paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit in cælum, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in ſpiritumſanctũ. Eos autem qui dicunt, Erat quandò non erat, & priuſquàm naſceretur, non erat: &, quia ex vllis non extãtibus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia, dicentes mutabilem & conuertibilem filium Dei, hos anathematizat catholica Eccleſia, & apoſtolica diſciplina.

CONCILII HIPPONEN. abbreuiationes, factæ in concilio Carthagineñ. * iij.

1 Placuit etiàm, propter errorem, qui ſæpè ſolet oboriri, vt omnes Aphricanæ prouinciæ obſeruationem diei paſchalis ab eccleſia Carthagineñ. curent accipere. Ponitur hæc conſtitutio Carthag. 3. ſupra habito, c. 1 & 41.

2 Vt lectores populum non ſalutent. Ibidèm, cap. 3.

3 Vt clerici inſtructi promoueantur. Ibid. c. 4.

4 Vt ſacramẽta cathecumenis non dentur. Ibid. c. 5

5 Corporibus defunctis euchariſtia nõ det. Ibid. c. 6.

6 Vt per ſingulos annos concilium conuocetur. Ibid. c. 2.

7 Si epiſcopus accuſatus fuerit, ad primatẽ prouinciæ cauſam ſuam referat. Ibid. c. 7.

8 Epiſcopus accuſatus, ſi ad cõcilium anniuerſarium non venerit, ſententiam dãnationis ſuæ tuliſſe iudicetur. Ibid. c. 7.

9 Presbyter, ſi accuſatus fuerit, cum quinq; collegis ex vicinis Epiſcopis, cũ ſua diſ-

10 cutiatur, Diaconus cum duobus. Ibid. c. 8.

11 Epiſcopo aut clerico ſi fuerit crimen inſtitutum. Ibid. c. 9

12 Vt iudices eccleſiaſtici ad alios iudices cauſam non prouocent. Ibid. c. 10

13 Vt filij clericorum ſpectacula non exhibeant. Ibid. c. 11.

14 Vt filij Epiſcoporum hæreticis non coniungantur. Ibid. c. 12.

15 Vt epiſcopi & clerici filios ſuos non eijciant. Ibid. c. 14.

16 Vt epiſcopi, & clerici nihil conferant rerum ſuarum, niſi catholicis. Ibid. c. 13

17 Epiſcopus, presbyter, aut diaconus non Ibid. c. 15.

ſint

ſint conductores.

Ibid.c.17 18 Vt clerici cum extraneis fœminis nõ habitent.

Ibid.c.18. 19 De ſacris gradibus.

Ibid.c.19. 20 De lectoribus.

Ibid.c.21. 21 Vt clericum alienum nemo retineat.

Ibid.c.22 23 Vt clericus nõ ordinetur, antequàm probatus ſit.

Ibid.c.23 23 Vt in precibus, nec pater pro filio, nec filius pro patre nominetur.

Ibid.c.16. 24 Vt nullus clericus am pliùs accipiat, quàm dedit.

Ibid.c.24 25 In ſacramentis aliud nõ offeratur, quàm panis, & vinum aqua mixtum.

Ibid.c.25 26 Vt epiſcopi, presbyteri, aut clerici, ad viduas vel virgines ſoli non accedant.

Ibid.c.26 27 Vt primæ ſedis Epiſcopus princeps ſacerdotum non appelletur.

Ibid.c.27 28 Clerici in tabernis nec manducent, nec bibant.

Ibid.c.28 29 Vt epiſcopus trans mare nõ proficiſcatur.

Ibid.c.29 30 Vt à ieiunis altaris ſacramẽta celebrẽtur.

Ibid c.30 31 Vt in Eccleſiis neq; Epiſcopus, vel clerici conuiuentur.

Ibid.c.32 32 Vt presbyter, inconſulto epiſcopo, nõ reconciliet pœnitentem.

Ibid.c.33 33 Vt virgines grauioribus fœminis cõmendentur.

Ibid.c.34 34 Vt ægrotantes baptizentur.

Ibid.c.35 35 Vt reuerſis reconciliatio non negetur.

Ibid.c.36 36 Vt presbyter chriſma non conficiat.

Ibid.c.37 37 Vt in aliena ciuitate clerici non morẽtur.

Ibid.c.47 36 Scripturæ canonicæ in Eccleſia legendę q́ ſint, & præter quas alia non legantur.

Ibid.c.39 39 Vt epiſcopus minùs quàm à tribus Epiſcopis non ordinetur.

In concilio Carthagi. 5. cap. 6. 40 De his qui in nullo teſtimonio ſe baptizatos nouerunt, vt baptizentur.

41 Vt Donatiſtæ in numero laicorum recipiantur.

SEQVITVR CAPITVLVM SEV STATVTVM.

PLacuit etiàm, vt quia in præcedentibus concilijs ſtatutum eſt, nè quis Donatiſtarum cum honore ſuo recipiatur à nobis, ſed in numero laicorum: propter ſalutẽ, quæ nulli denegando eſt, (tantùm autem inopiæ clericorum ordinandorum in Aphrica patiuntur Eccleſiæ, vt quædam loca omninò deſerta ſint) ſeruetur quidem in iſtis, quod iam anteà * creditũ eſt: ſed exceptis his, quot aut non rebaptizaſſe conſtiterit, aut qui cum ſuis plebibus ad communionem catholicã tranſire voluerint. Sic enim ſcriptum eſt: Quod duobus ſi conuenerit Chriſtianis, quicquid petierint, impetrabunt. Non oportet dubitari, quòd remoto ſcandalo diſſenſionis vniuerſæ plebis, inuitatæ pacis compenſatione & ſacrificio charitatis, aboleantur, quæ maiorum ſuorum authoritatem ſequentes, repetitionẽ baptiſmi commiſerunt.

* traditũ

Matt. 18.

Sed hanc rẽ, placuit, non confirmari priùs, quàm exindè tranſmarina Eccleſia conſulatur. Et alia manu: Aurelius Epiſcopus eccleſię Carthagineñ, placitis à nobis omnibus confirmatis, exceptis emancipationibus, de quibus conſulendum cenſuimus, relectis & agnitis ſubſcripſi. Muzonius Epiſcopus, placitis ſuperiùs cõpræhenſis, emancipatione ad tractatum meliorem dilata, ſubnotaui, primæ ſedis Epiſcopus prouinciæ Byzacenæ.

Victorianus Epiſcopus plebis * Maſcilianeñ, ſubſcripſi. † Maſſylieñ.

Lupianus Epiſcopus plebis * Tamugadeñ, ſubſcripſi. † Thamudaceñ.

Ninus Epus plebis * Tubaltaneñ, ſubſcripſi. † Thabaltaneñ.

Philologus Epiſcopus plebis Adrumentanæ, ſubſcripſi.

Ferox Epiſcopus Macrieñ, ſubſcripſi.

Hoc modo & omnes ſubſcripſerunt, qui huic concilio interfuerunt.

ADDITIO QVAEDAM SEV appendix ad concilium Hipponeñ immediatè præmiſſum.

Præſens verò concilium ordine ſupraſcripto, habebatur in quodam codice vetuſto monaſterij ſancti Bauonis Flandriæ ciuitatis. Veruntamen canonum ipſius, tituli duntaxat, omiſſis capitulis, hic ſcribuntur, vitandæ prolixitatis gratia, quòd in concilio Carthaginen. 3. immediatè ſuprà habito, ferè omnia ad longum ponantur: Hic autem ad illa remittuntur.

Sciendum quoquè, concilium præſens ob certas cauſas non haberi ſub numero aliquo, vt in ordine dicatur quartum vel quintum &c. nè fortè error committatur propter ſequentia concilia eiuſdem ciuitatis, quæ in exemplaribus potioribus ſub numero aſſignantur. Idem ſentiendum eſt de his, quæ immediatè ſequuntur.

¶ *SEQVVNTVR HIC IN ALIIS quibuſdam editionibus aliqua concilia in Carthagine celebrata, breuiter annotata, concernentia tempora Siricij Papæ, ex impreſſo conciliorum libro in ædibus Ioannis Schoffer, anno M.D.XXV. menſe Aprili: ſed eadem infrà habentur temporibus Bonifacij Papæ.*

CONCILIVM QVARTVM CARTHAGINENSE,

Habitum ab Epiſcopis 214, æra 436. Sub Siricio, vel Anaſtaſio qui hoc anno iniuit Pontificatus; & eſt Prouinciale probatum à Leone IIII.

Huic Concilio dicitur (diſt. 93. Diaconi itá ſe &c.) interfuiſſe Sozimus Papa per vicarios: quod putatur intelligendum de Concilio Carthaginenſi ſexto, in quo (vt habetur ibidem 2. & 3 capitulis) ipſius literæ, ſuis vicarijs ſeu legatis ad illud concilium datæ, coram Synodo lectæ.

TITVLI CANONVM CONCILII Carthagineñ. quarti.

Qualiter debeant epiſcopi ordinari. 1
Qualiter conſecrentur epiſcopi. 2
Qualiter presbyteri ordinentur. 3
Quemadmodùm diacones conſtituantur. 4
Quemadmodùm ſubdiaconi ordinentur. 5
Quemadmodùm acolythi ordinentur. 6
Qualiter exorciſtæ conſtituantur. 7
Qualiter lectores fiant. 8
Qualiter oſtiarij ordinentur. 9
Qualiter pſalmiſtæ. 10
Qualiter virgines ſanctimoniales. 11
Qualiter viduæ vel ſanctimoniales ad bapti- ſterium ordinentur. 12
Qualiter ſponſi & ſponſæ benedicantur. 13
De cellula ſacerdotis. 14
De victu & habitu ſacerdotis. 15
Vt epiſcopus libros gentilium non legat. 16
Vt epiſcopus indigentium curam per presbyteros & diacones agat. 17
Vt Epiſcopus teſtamentorum tuitionem non ſuſcipiat. 18
Vt epiſcopi pro rebus ſecularibus non litigent. 19
Vt epiſcopis tantùm diuinis vacet. 20
Vt epiſcopus ægrotans, pro ſe legatum ad Synodum mittat. 21
Vt epiſcopus ſine teſtimonio clericorũ & plebis, clericos non inſtituat. 22
Vt epiſcopus cauſas, clericis præſentibus, audiat. 23
Vt quando epiſcopus verbum facit, nullus diſcedat. 24
De diſcordantibus epiſcopis. 25
Vt epiſcopus diſſidentes concordare compellat. 26
De epiſcopo vel clerico, in alio loco nõ tranſferendo. 27
De damnatione epiſcoporum à Synodo tractanda. 28
De Epiſcopo, qui alicui crimen obiecerit. 29
Quòd irrita ſit ſententia Epiſcoporum in abſentem. 30
Qualiter res eccleſiæ ab Epiſcopo habeatur. 31
De irritis diſtractionibus epiſcoporum. 32
De epiſcopis vel preſbyteris, vt à cuiuſcúque eccleſia in ordine ſuo recipiantur. 33
De primatu conſeſſus preſbyterorum cũ epiſcopo. 34
Vt preſbyteri parochiani aut per ſe, aut per alios, qui ſacra tractant, chriſma ab epiſcopo petant. 36
De obedientia diaconorum erga preſbyteros. 37
Vt diaconus euchariſtiã iuſſu preſbyteri miniſtret. 38
Vt diaconus, iubente preſbytero, ſedeat. 39
Vt diaconus coram presbyteris interrogatus, reſpondeat. 40
Vt diaconus tempore tantùm officij, albam induat. 41
De clericis, qui pro fide tentati ſunt. 42
De his, qui pro fide ab infidelibus per ſequutiones paſſi ſunt. 43
De tonſura clericorum. 44
De habitu clericorum. 45
De continentia clericorum. 46
De inceſſu clericorum. 47
De clericis, qui extra neceſſitatem ad nundinas vadunt. 48
De vigilijs clericorum. 49
De clericis ab officio continentibus. 50
De clericis, vt artificio victum quærant. 51
De clericis, qualiter ſibi victum & veſtitum quærant. 52
Vt artificiolum & literas diſcant clerici, qui operari poſſunt. 53
De clericis inuidis. 54
De clericis accuſatoribus. 55
De clericis adulatoribus & proditoribus. 56
De clericis maledicis. 57
De clericis frequenter litigantibus. 58
De clericis diſcordantibus. 59
De clericis turpiloquis ſiue vagis. 60
De clericis, per creaturas iurantibus. 61
De eltricis, inter epulas cantantibus. 62
De clericis ſanis, ieiunia polluentibus. 63
De his, qui ſtudioſè Dominico die ieiunãt. 64
De Paſcha, ſuo tempore celebrando. 65
Vt clericus, ab Epiſcopo iniuſtè damnatus, recurrat ad Synodum. 66
De ſeditionarijs aut vſurarijs, nè clerici fiant. 67
Vt ex pœnitentibus ordinatus clericus, deponatur. 68
Vt Epiſcopus, viduę vel repudiatę maritum, ad clerum promouens, deponatur. 69
Vt clericus hęreticorum conuiuia vel conſortia fugiat. 70
Quòd hęreticorum cętus, non Eccleſia, ſed conciliabulum ſit. 71
Quòd cum hęreticis nec orandum ſit, nec pſallendum. 72
Vt cum excommunicatis communicans vel

orans, excommunicetur. 73
De pœnitentium lege. 74
De negligentioribus pœnitentibus. 75
De poſcentibus pœnitentiam, ſi poſteà obmuteſcant. 76
De pœnitentibus, vt in morte viaticum accipiant. 77
De pœnitentibus, ſi poſt viaticum ſuperuiuant. 78
De pœnitentibus, ſi caſu aliquo moriantur. 79
De manus impoſitione ſuper pœnitentes. 80
Vt pœnitentes, mortuos efferant & ſepeliant. 81
Vt pœnitentes ſemper genua flectant. 82
De ſenibus honorandis. 83
Vſque ad Miſſam catechumenorum, nullus eccleſiam ingredi prohibeatur. 84
Vt qui baptizandi ſunt, nomen dent, & à vino & à carne abſtineant. 85
Vt nupèr baptizati, caſtè & continenter viuant. 86
De catholicis, qui cauſam apud infideles proponunt. 87
De his, qui, Eccleſia prætermiſſa, ad ſpectacula pergunt. 88
De his, qui augurijs, vel incantationibus, vel Iudaicis ſuperſtitionibus ſeruiunt. 89
De energumenis. 90
Item, de energumenis. 91
De victu energumenorum. 92
Vt oblationes diſcordantium non recipiantur. 93
Vt oppreſſorum pauperum oblationes non ſuſcipiantur. 94
De his, qui oblationes defunctorum Eccleſijs fraudant. 65
De accuſatore & accuſato. 96
De eo, qui religioſis fœminis præficitur, vt probetur. 97
Vt laicus, præſentibus clericis non doceat. 98
Vt mulieres publicè docere non præſumant. 99
Vt mulieres baptizare non præſumant. 100
De viduis, adoleſcentibus & infirmis. 101
Ne clerici viduarum familiaritati aſſocientur. 102
De viduis, quæ Eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentantur. 103
De viduis, quæ, profeſſæ continentiam, præuaricatæ ſunt. 104

PRO VNIVERSORVM CAPITVLOrum ſequentium titulo vniuerſali, ponebatur, tam in Gamblaceñ. cœnobij codice, quàm S. Bauonis in Gandauo, ſolùm iſtud:

STATVTA ECCLESIÆ ANTIQVA.

Anno Domini 398

AVGVSTO Honorio quarto & Eutychiano conſulibus, ſexto Idus Nouēbris, cùm Aurelius Epiſcopus in Concilio vniuerſali, Carthagine in ſecretario cum omnibus conſacerdotibus ſuis conſediſſet, placuit cum eo cunctis, qui fuerunt in eadem ſancta Synodo, conſtituere hæc, quæ ad ordines Eccleſiaſticos canonicis ſunt neceſſaria diſciplinis. Ibi in principio conſtitutum eſt, qualis ordinari debeat Epiſcopus.

Capitulum I.

Dist. 23. Qui epiſcopus ordinan.

Qui Epiſcopus ordinandus eſt, anteà examinetur, ſi natura ſit prudens, ſi docibilis, ſi moribus temperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi ſemper ſuis negocijs * cauens, ſi humilibus affabilis, ſi miſericors, ſi literatus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus: & ante omnia, ſi fidei documenta verbis ſimplicibus aſſerat, i. patrem & filium & Spiritumſanctum, vnum Deum eſſe cōfirmans, totamque Trinitatis deitatem coeſſentialem, & conſubſtantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prędicans: ſi ſingulam quanque in Trinitate perſonā plenū Deum, & totas tres perſonas vnū Deum: ſi incarnationem diuinam non in patre, neque in Spirituſancto factam, ſed in filio tantùm credat, vt qui erat in diuinitate DEI patris filius, ipſe fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris viſceribus habēs, & animam humanam rationalem, ſimul in eo ambæ naturę, id eſt, Deus & homo, vna perſona, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus Dominus creator omniū quę ſunt, & author, & Dominus, & rector, cū patre & Spirituſancto, omnium creaturarū: qui paſſus ſit vera carnis paſſione, mortuus vera corporis ſui morte, reſurrexit vera carnis ſuę reſurrectione, & vera animę reſumptione, in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Querendum etiam ab eo, ſi noui & veteris teſtamenti, id eſt, legis & prophetarum, & Apoſtolorum, vnum eundemq; credat authorem & Deum: ſi Diabolus non per cōditionem, ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendum etiam ab eo, ſi credat huius, quā geſtamus, & non alterius, carnis reſurrectionem: ſi credat iudicium futurum, & recepturos ſingulos pro his, quæ in carne geſſerunt, vel pœnas, vel gloriam: ſi nuptias non improbet, ſi ſecunda matrimonia nō damnet, ſi carnium perceptionem non culpet, ſi pœnitentibus reconciliatis communicet, ſi in baptiſmo omnia peccata, id eſt, tam illud originale cōtractum, quàm illa quæ voluntariè admiſſa ſunt, dimittantur: ſi extra eccleſiam catholicā nullus ſaluetur. Cùm in his omnibus examinatus inuentus fuerit plenè inſtructus, tunc cum conſenſu clericorum & laicorum, & cōuentu totius prouinciæ epiſcoporum, maximeq; Metropolitani vel authoritate vel præſentia ordinetur Epiſcopus. Suſcepto in nomine CHRISTI Epiſcopatu, nō ſuæ delectationi, nec ſuis motibus, ſed his patrum diffinitionibus acquieſcat. In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quam ſancti Patres in præli-

* vacans.

præeligendis Epiſcopis cõſtituerunt. Dehinc diſponitur, qualiter eccleſiaſtica officia ordinantur.

Diſt. 23. epiſcopus dum ordi. * verticẽ

2 Epiſcopus quum ordinatur, duo epiſcopi ponant & teneant euangeliorum codicem ſuper caput & * ceruicem eius, & vno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.

Ibi. Preſbyter cum ord.

3 Presbyter quum ordinatur, Epiſcopo eũ benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manum epiſcopi ſuper caput illius teneant.

Ibi. Diaconus cum ord.

4 Diaconus quum ordinatur, ſolus epiſcopus, qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat: quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.

Ibi. Subdiaconus.

5 Subdiaconus quum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de Epiſcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu verò archidiaconi, vrceolũ cum aqua, & * mantile, & manutergium.

* aquamanilem.

Ibi. Acolythus.

6 Acolythus quum ordinatur, ab epiſcopo quidem doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe ad accẽdenda eccleſiæ luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad ſuggerendum vinum in euchariſtiam ſanguinis Chriſti.

Ibi. Exorci.

7 Exorciſta quum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum, ſiue catechumenum.

Ibi. Lector

8 Lector quum ordinat͛, faciat de illo verbum epiſcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium. Poſt hæc, ſpectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens ad eum: Accipe, & eſto * lector verbi DEI, habiturus, ſi fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum Dei miniſtrauerunt.

* relator

Ibi. Oſtiarius.

9 Oſtiarius quum ordinatur, poſtquàm ab archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionẽ archidiaconi, tradat ei Epiſcopus claues eccleſiæ de altario, dicens: Sic age, quaſi reddituris DEO rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.

Ibi. Pſalmiſt.

10 Pſalmiſta, id eſt, cantor poteſt abſque ſcientia Epiſcopi, ſola iuſſione presbyteri, officiũ ſuſcipere cantandi, dicente ſibi presbytero: Vide, vt quod ore cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobes.

Ibi. Sanctimonialis.

11 Sanctimonialis virgo, quum ad conſecrationem ſui Epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper vſura eſt, profeſſioni & ſanctimoniæ aptis.

12 Viduæ vel ſanctimoniales, quæ ad miniſterium baptizandarum mulierum eliguntur, tam inſtructæ ſint ad officium, vt poſſint * apto & ſano ſermone docere imperitas & ruſticas mulieres, tempore quo baptizandæ ſunt, qualiter baptizatori interrogatæ reſpõdeant, & qualiter, accepto baptiſmate, viuant.

* aperto

Diſt. 23. & 30. q. 5. Spõſus & ſponſa.

13 Sponſus & ſponſa, quum benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus ſuis vel paranymphis offerãtur. Qui quum benedictionẽ acceperint, eadem nocte pro reuerẽtia ipſius benedictionis, in virginitate permaneant.

Diſt. 41. Epiſcopus vilem.

14 Vt epiſcopus non longè ab eccleſia hoſpitiolum habeat.

Ibidem.

15 Vt epiſcopus vilem ſupellectilem, & mẽſam ac victũ pauperẽ habeat, & dignitatis ſuæ authoritatẽ, fide & vitæ meritis quærat.

Diſt. 37. Epiſcopus gẽtil. lib.

16 Vt epiſcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro neceſſitate & tempore.

Diſt. 88. Epiſcop᷑.

17 Vt epiſcopus gubernationem viduarũ & pupillorum ac peregrinorum non per ſeipſum, ſed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat.

Ibidem.

18 Vt epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat.

14. q. 1. Epiſcop᷑.

19 Vt epiſcopus pro rebus tranſitorijs non litiget prouocatus.

Gratianus et quidam vetuſti codices ſic legunt hunc canonem: Vt Epiſcopus nec prouocatus pro rebus tranſitorijs litiget. Expoſitionem Canonis lege apud Gratianum loco hic citato.

Diſt. 88. Epiſcop᷑ nullã rei.

20 Vt epiſcopus nullam rei familiaris curã ad ſe reuocet, ſed lectioni & orationi & verbi Dei prædicationi tantummodò vacet.

Diſtin. 18. Epiſcopus ad ſynod.

21 Vt epiſcopus ad Synodum ire non ſine ſatis graui neceſſitate inhibeatur: ſic tamen, vt in ſua perſona legatum mittat, ſuſcepturus, ſalua fidei veritate, quicquid Synodus ſtatuerit.

Diſt. 24. Epiſcop᷑ ſine cõſilio.

22 Vt epiſcopus ſine conſilio clericorum ſuorum, clericos non ordinet, ita vt ciuiũ conniuentiam & teſtimonium quærat.

Admodùm antiqui codices hic addunt: Quòd ſi præaccepta ordinatione in fraude inuẽtus fuerit, ipſi qui eum teſtimoniant, quandiù Epiſcopo viſum fuerit, ab eccleſia liminibus arceantur.

15. q. 7. Nullius cauſam.

23 Vt epiſcopus nullius cauſam audiat, abſque præſentia clericorum ſuorum: alioquin irrita erit ſententia Epiſcopi, niſi clericorum præſentia confirmetur.

De conſe. diſtinct. 1. Sacerdote ver

24 Sacerdote verbum faciente in eccleſia, qui egreſſ᷑ de auditorio fuerit, excõmunicet.

Diſt. 90. Diſſiden.

25 Diſſidentes epiſcopos, ſi nõ timor Dei, Synodus reconciliet.

Diſt. 90. Studendũ eſt epiſcopis.

26 Studendum eſt epiſcopis, vt diſſidentes fratres, ſiue clericos ſiue laicos, ad pacem magis, quàm ad iudicium cohortentur.

7. q. 1. Epiſcopus de loco ignobili.

27 Vt epiſcopus de loco ignobili ad nobilem, per ambitionem non tranſeat, nec quiſquam inferioris ordinis clericus. Sanè ſi id vtilitas Eccleſiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum epiſcopis porrecto, * in præſentia Synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius epiſcopo ſubrogato. Inferioris verò gradus ſacerdotes

* per ſententiam.

vel alij clerici, conceſſione ſuorum epiſcoporum, poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

11.q.3. Irritam eſſe & iniuſtã. 6.q.2. Epiſcopus ſi cleric.

38 Irritam eſſe, iniuſtam epiſcoporum damnationem: & idcirco à Synodo retractandã.

29 Epiſcopus, ſi clerico vel laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodum.

3.q.9. Caueant.

30 Caueant iudices eccleſię, nè abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant; quia irrita erit, immò & cauſam in Synodo profectò dabunt.

12.q.2. Sine exceptione.

31 Vt epiſcopus rebus eccleſiæ, tamquàm commendatis, non tamquàm proprijs, vtatur.

Ibidem.

32 Irrita erit donatio Epiſcoporũ, vel venditio vel cõmutatio rei eccleſiaſticæ, abſque conniuentia & ſubſcriptione clericorum.

7.q.1. Epiſcopi vel presbyteri.

33 Epiſcopi vel presbyteri ſi cauſa viſitandæ Eccleſiæ, ad alterius Eccleſiam venerint, in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationẽ conſecrandam inuitentur:

Diſt. 95. Epiſcopus in quolibet loco.

34 Vt epiſcopus quolibet loco ſedens, ſtare presbyterum non patiatur.

Diſt. 95. Epiſcopus in eccleſia.

35 Vt epiſcopus in Eccleſia, & in conſeſſu presbyterorum, ſublimior ſedeat. Intra domum verò, collegam ſe presbyterorum eſſe cognoſcat.

Diſt. 95. Presbyteri qui per.

36 Presbyteri, qui per diœceſes eccleſias regunt, non à quibuslibet epiſcopis, ſed à ſuis, nec per iuniorem clericum, ſed aut per ſeipſos, aut per illum, qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolennitatem chriſma petant.

Diſt. 93. Diacon. ità ſe.

37 Diaconus ità ſe presbyteri, vt Epiſcopi, miniſtrum nouerit.

Ibidem.

38 Vt Diaconus, præſente presbytero, Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget.

Ibidem.

39 Vt Diaconus quolibet loco, iubẽte presbytero, ſedeat.

Ibidem.

40 Vt diaconus in conuentu presbyterorũ, interrogatus loquatur.

Ibidem.

41 Vt diaconus tempore oblationis tantùm vel lectionis, alba vtatur.

42 Clericum inter tentationes officio ſuo incubantem, gradibus ſublimandum.

43 Chriſtianum Catholicum, qui pro catholica fide, & pro eccleſiaſtica re, & Chriſtiana religione tribulationes patitur, honore omni à ſacerdotibus honorandum. Etiam & per diaconum ei victus adminiſtretur.

Hunc canonem peruetuſti codices ità habent: Chriſtianum catholicũ, qui pro catholica fide tribulationes patitur, omni honore à ſacerdotibus honorandũ, etiã in quotidiani victus miniſterio.

44 Clericus nec comam nutriat, nec * barbam.

Aliàs, * barbam tondeat. ità in libro Gemblacẽ. Aliàs, barbam radat, additur in libro Gandenſi ſancti Bauonis, Titulo Statuta Eccleſiæ antiqua. Pleraque autem exemplaria non habent, Radat, vel Tondeat: vt ſit ſenſus, clerico nec comam, nec barbam nutriendam.

Diſt. 41. clericus profeſ.

45 Clericus profeſſionem ſuam & in habitu, & in inceſſu probet: & nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat.

46 Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

47 Clericus per plateas & andronas, niſi certa & maxima officij ſui neceſſitate, non ambulet.

Diſt. 91. clericus quilibet. Ibi. cle. vaca.

48 Clericus, qui non pro emendo aliquid in nundinis vel in foro deambulat, ab officio ſuo degradetur.

49 Clericus, qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate, vigilijs deeſt, ſtipendijs priuetur.

Ibi. cle. quili.

50 Clericum, inter tẽtationes ab officio ſuo declinantem, vel negligentiùs agentem, ab officio ſuo remouendum.

Ibidem. * artificio honeſto victum & veſtitum.

51 Clericus, quantumlibèt verbo Dei eruditus, * artificio victum quærat.

52 Clericus victum & veſtimentum ſibi artificiolo vel agricultura, abſque officij ſui detrimento, paret.

Ibidem.

53 Omnes clerici, qui ad operandum validiores ſunt, & artificiola & literas diſcant.

Diſt. 46. clericus inuidens.

54 Clericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoueatur.

Ibi. accuſatores fratrum.

55 Vt epiſcopus accuſatores fratrum excõmunicet. Et ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

Ibi. clem. qui adul.

56 Clericus, qui adulationibus & proditionibus vacare depræhenditur, ab officio degradetur.

Ibi. cle. mal.

57 Clericus maledicus, maximè in ſacerdotibus, cogatur ad poſtulãdum veniam. Si noluerit, degradetur, nec vnquàm ad officium abſque ſatisfactione reuocetur.

58 Eius qui frequenter litigat, & ad cauſandum facilis eſt, teſtimoniũ nemo abſque grãdi examine recipiat.

Diſt. 90. diſt. * audaciã

59 Diſcordantes clericos epiſcopus vel ratione, vel poteſtate ad cõcordiam trahat: inobedientes Synodus per * audiẽtiam damnet.

Diſt. 46. cleri.

60 Clericum ſcurrilem, & verbis turpibus iocularem, ab officio retrahendum.

22.q.1. clericum per crea.

61 Clericum, per creaturas iurantem, acerrimè obiurgandum. Si perſtiterit in vitio, excommunicandum.

Ibidem.

62 Clericum, inter epulas cantantem, ſupradictæ ſententiæ ſeueritate coercendum.

63 Clericum, qui tempore ieiunij abſque ineuitabili neceſſitate ieiunium rumpit, minorem habendum.

26.q.7. Sacerdos pœniteo.

64 Qui Dominico die ſtudioſè ieiunat, nõ credatur catholicus.

De conſe. diſt.3. Paſchæ ſo.

65 Paſchæ ſolennitas vno die & tempore celebranda.

11.q.3. cle. qui.

66 Clericus, qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad Synodum.

Diſt. 46. Sed.

67 Seditionarios nunquàm ordinãdos clericos, ſicut nec vſurarios, nec iniuriarum ſuarum vltores.

Diſt. 50. Ex pœniten.

68 Ex pœnitentibus (quamuis ſit bonus) clericus non ordinetur. Si per ignorantiam epiſcopi factũ fuerit, deponatur à clero, quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem, ſciens, epiſcopus ordinaue-

dinauerit talem, etiam ab epiſcopatus ſui, ordinandi duntaxat, poteſtate priuetur.

69 Simili ſententiæ ſubiacebit epiſcopus ſi ſciens, ordinauerit clericum eum, qui viduã aut repudiatam vxorem habuit, aut ſecundã.

24. q. 3. clericus hæreticorum.
70 Clericus hęreticorum & ſchiſmaticorum tam conuiuia, quàm ſodalitates euitet æqualiter.

71 Conuenticula hæreticorum non eccleſia, ſed conciliabula appellantur.

72 Cum hæreticis nec orandum, nec pſallendum.

11. q. 3. Qui communicauerit.
73 Qui communicauerit vel orauerit cũ excommunicato, ſiue clericus, ſiue laicus, excõmunicetur.

26. q. 7. Sacerdos pœnitentiam.
74 Vt ſacerdos pœnitentiam imploranti, abſque perſonæ acceptione, pœnitentiæ leges iniungat.

75 Vt negligentiores pœnitentes, tardiùs recipiantur.

26. q. 6 Is qui in infirmitate.
76 Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Euchariſtia. Si ſuperuixerit, admoneatur à ſupradictis teſtibus, petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quàm diù ſacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.

77 Pœnitentes, qui in infirmitate ſunt, viaticum accipiant.

26. q. 6. Is qui in infirmitate.
78 Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, nõ ſe credãt abſolutos ſine manus impoſitione, ſi ſuperuixerint.

26. q. 7. Sacerdos pęnitentiã.
79 Pœnitentes, qui attentè leges pęnitentiæ exequũtur, ſi caſu in itinere, vel in mari mortui fuerint, vbi eis ſubueniri nõ poſſit, memoria eorum & orationibus & oblationibus cõmendetur.

26. q. 7. Sacerdos pœnitentiam.
80 Omni tempore ieiunij, manus pœnitẽtibus à ſacerdotibus imponatur.

81 Mortuos pœnitentes eccleſię afferant & ſepeliant.

82 Pœnitentes etiã diebus remiſſionis genua flectant.

83 Pauperes & ſenes eccleſiæ, plùs cæteris honorandi ſunt.

De conſe. diſt. 1. Epiſcop. nul.
84 Vt epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam, & audire verbum Dei ſiue gentilẽ, ſiue hæreticũ, ſiue Iudæum, vſque ad Miſſam catechumenorum.

De cõ diſtin. 4.
85 Baptizandi, nomen ſuum dent, & diù ſub abſtinentia vini & carnium, ac manus impoſitione crebra examinati, baptiſmum percipiant.

De cõ. diſtinct. 5. Neophytũ.
86 Neophyti aliquãdiu à lautioribus epulis & ſpectaculis, & coniugibus abſtineant.

2. q. 6. catholicus.
87 Catholicus, qui cauſam ſuam ſiue iuſtã, ſiue iniuſtam, ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.

88 Qui die ſolenni, prætermiſſo ſolẽni Eccleſiæ conuentu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur.
De cõ. diſtinct. 1. Qui die ſolen.

89 Augurijs vel incantationibus ſeruientem, à conuentu Eccleſiæ ſeparandum. Similiter & ſuperſtitionibus Iudaicis vel ferijs inhærentem.
26. q. 5. Augur.

90 Omni die exorciſtę energumenis manus imponant.
De cõ. diſtinct. 5. Omni die.

91 Pauimenta domorum Dei energumeni verrant.

92 Energumenis, in domo Dei aſſidentibus, victus quotidianus per exorciſtas opportuno tempore miniſtretur.

93 Oblationes diſſidentium fratrum, neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur.
Diſt. 90. Oblationes diſſiden.

94 Eorum, qui pauperes opprimunt, dona à ſacerdotibus refutanda.
Et ibidẽ, Eorũ qui.

95 Qui oblationes defunctorum aut negant eccleſijs, aut cum difficultate reddunt, tamquàm egentium necatores excommunicentur.
13. q. 2. Qui oblatiões def.

96 Quærendum in iudicio, cuius ſit conuerſationis & fidei, is qui accuſat, & is qui accuſatur.
2. quęſt. 7. Quærendum eſt.

97 * Qui religioſis fœminis præponendus eſt, ab Epiſcopo loci probetur.
18. q. 2. Qui * vir, qui.

98 Laicus, præſentibus clericis, niſi ipſis iubentibus, docere non audeat.

99 Mulier, quamuis docta & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat.
Diſt. 23. Mulier.

100 Mulier baptizare non præſumat.
De cõſec. diſt. 3.

101 Viduæ adoleſcentes, quæ corpore debiles ſunt, ſumptu eccleſiæ, cuius viduę ſunt, ſuſtententur.
In decre. Iuo. lib. 1.

102 Ad reatum Epiſcopi pertinet, vel preſbyteri qui parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ vitæ præſentis cauſa, adoleſcentiores viduæ vel ſanctimoniales clericorũ familiaritatibus ſubijciantur.
Diſt. 81. Ad reatũ.

103 Viduæ, quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, vt & meritis & orationibus ſuis Eccleſiam adiuuent.
Ibid. Viduæ, quæ.

104 Sicut bonum eſt caſtitatis præmium, ità & maiori obſeruantia & præceptione cuſtodiendum eſt. Vt ſi quæ viduæ, quantumlibèt adhuc in minoribus annis poſitæ, & matura ætate, à viro relictæ, ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio epiſcopi & eccleſiæ religioſo habitu apparuerint, poſteà verò ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundùm Apoſtolum, damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere * auſæ ſunt. Tales ergo perſonę ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ coniuges reatu ſunt viris ſuis obnoxiæ, quantò magis viduæ, quæ religioſitatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, ſi deuotionem, quam Deo ſpontè, non coa-
27. q. 1. Sicut.
1. Tim. 5. b
* niſæ

ctæ, obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate, atque ad * ſecundas nuptias tranſitum fecerint? Quæ & ſi violentia irruente, ab aliquo præreptæ fuerint, ac poſteà delectatione carnis atque libidinis, permanere in coniugio, raptori vel violento viro conſenſerint, dānationi ſuperiùs comprehenſæ tenebuntur obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus: (Quum » luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes » damnationem, quia primā fidem irritam fe» cerunt.) Aurelius Epiſcopus Carthagineñ eccleſiæ, ſubſcripſi. Donatianus Talabricenſis primæ ſedis, ſubſcripſi. Auguſtinus Hipponæ Regienſis, ſubſcripſi. Similiter omnes epiſcopi ſubſcripſerunt.

*ſeculares

1. Tim. 5. b

¶ Finis Concilij Carthaginenſis quarti.

Capitulum quod ſubiungitur, ſcriptū erat in quodam vetuſto codice ſancti Bauonis, cui præſcriptus fuerat talis titulus: Statuta Eccleſiæ antiqua, in quo quidem codice etiam præſcripta capitula Carthaginenſis Concilij quarti habebantur.

¶ Falſus accuſator depræhenſus, abſque eccleſia fiat, donec pœnitendo emendetur.

CONCILIVM TAVRINATENSE,

SERVATVM CIRCA TEMPORA SIRICII

Papæ, & ſancti Ambroſij Epiſcopi Mediolaneñ. Eſtque prouinciale.

Anno Domini 395

Taurinum, quondam Auguſta Taurinorum, vrbs eſt in regione Pedemontana, pulcherrimis ornata ſtructuris, & arce elegantiſſima. Habet Archiepiſcopum & Academiam illuſtrem.

CAPITVLA CONCILII

*Taurinatis.

*Taurinenſis *Taurinateñ.

Vt qui comprobauerit ſuam ciuitatē Metropolim fuiſſe, teneat primatum. 1
Vt Epiſcopi, qui contra ſtatuta faciunt, honore priuentur. 2
De laicis, qui clericis crimen intendunt. 3
De clericis, qui per culpam ab Epiſcopo ſuo excommunicantur. 4
De his, qui ſe ab hæreticis ſeparari voluerint, vt ab Eccleſia Catholica ſuſcipiantur. 5
Vt alterius clericum nō promoueat alter, nec abiectum recipiat. 6
De his, qui contra interdictum ſunt ordinati, vel in honore filios genuerunt. 7

PROOEMIVM SEV EPISTOLA Concilij Taurinatenſis.

FRATRIBVS dilectiſſimis per Gallias & quinque prouincias conſtitutis, ſancta Synodus, quæ conuenit in Vrbe Taurinatum, die decimo Kalendas Octobris. Quum ad poſtulationem prouinciarum Galliæ ſacerdotes conueniſſemus ad Taurinatum ciuitatem, atque in eiuſdem vrbis eccleſia, authore Domino vel mediatore ſederemus, auditis allegationibus Epiſcoporum, eorum videlicet, qui ad iudicium noſtrum fuerant congregati, de ſingulis negocijs ſententię forma proceſſit, ità vt pacis bonum, & inſtituta Canonum ſeruarentur, & plurimorum contentionibus adhiberetur vtilis medicina.

Capitulum primum.

NAM quum primò omnium vir ſanctus Proculus, Maſſilienſis ciuitatis Epiſcopus, ſe tanquàm Metropolitanum Eccleſijs, quæ in ſecunda prouincia Narbonenſi poſitæ videbantur, diceret præeſſe debere, atque per ſe ordinationes in memorata prouincia ſummorum fieri ſacerdotum, ſiquidem aſſereret eaſdem eccleſias vel ſuas* fuiſſe, vel epiſcopos à ſe in eiſdem eccleſijs ordinatos: & ediuerſò einſdem regionis epiſcopi aliud defenſarent, ac ſibi alterius prouinciæ ſacerdotem præeſſe non debere, contenderent: id iudicatum eſt à ſancta Synodo, contemplatione pacis atque concordiæ, vt non tam ciuitati eius, quæ in altera prouincia ſita eſt, cuius magnitudinem penitùs neſciremus, quàm ipſi potiſſimùm deferretur, vt tanquam pater filijs honore primatus aſsiſteret. Dignum enim viſum eſt, vt quamuis vnitate prouinciæ minimè tenerentur, conſtringerentur tamen pietatis affectu. Hæc igitur ipſi tantùm in * diebus vitæ eius forma ſeruabitur, vt in eccleſijs prouinciæ ſecundæ Narbonēſis, quas vel ſuas parochias, vel ſuos diſcipulos fuiſſe conſtiterit ordinatos, primatus habeat dignitatem. Illud quoquè à partibus ſit obſeruandum, quod licèt ex ſuperfluo, non tamen inutiliter cōmonetur, vt ipſe Proculus, tanquàm pius pater, cōſacerdotes ſuos honoret vt filios, & memoratæ prouinciæ ſacerdotes, tāquàm boni filij, eundem habeant vt parentem, & inuicem ſibi exhibeant charitatis affectum, impleto hoc quod ait beatus Apoſtolus: (Honore mutuo præuenientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.) Illud deindè inter Epiſcopos vrbium Arelatenſis & Viennenſis, qui de primatus apud nos honore certabant, à ſancta Synodo definitum eſt, vt qui ex eis comprobauerit ſuam ciuitatem eſſe Metropolim, is totius prouinciæ honorem primatus obtineat, & ipſe, iuxta pręceptum Canonum, ordina-

*parochias fuiſſe,

*vita eiuſdē forma ſer.

Rom. 12. c d.

dina-

dinationum habeat poteſtatem. Certè, ad pacis vinculum conſeruandum, hoc conſilio vtiliori decretum eſt, vt (ſi placet memoratarum vrbium epiſcopis) vnaquæque de his, viciniores ſibi inter prouincias vendicet ciuitates, atque eas Eccleſias viſitet, quas oppidis ſuis proximas magis eſſe conſtiterit, ità vt memores vnanimitatis atque concordiæ, non alter alterum, ſibi longius vſurpando, quod eſt alii ꝓpius, inquietet.

2 Geſtorum quoquè ſeriem conſcribi placuit ad perpetem diſciplinam, quæ circa Octauium, Vrſionem, Remigium, & Triferium Epiſcopos ſancta ſynodus decreuit,* qui in vſurpatione quadam de ordinatione ſacerdotum, ad inuidiam vocabantur: quod eis eatenùs idcircò videtur indultum, vt decæterò, hac authoritate commoniti, nihil tale vſurpare conentur, ſi quidem ea ſe ab hac cauſa excuſatione defenderint, qua dicerent, priùs ſe nõ eſſe conuentos. Proindè iudicauit ſynodus, vt ſi quis ex hoc fecerit, contra ſtatuta Maiorum, ſciat is, qui ordinatus fuerit, ſacerdotij ſe honore priuandum: ille verò qui ordinauerit, authoritatem ſe in ordinationibus, vel in Cõcilijs minimè retenturum. Non ſolùm autem circa memoratos Epiſcopos hæc ſententia præualebit, ſed & circa omnes, qui ſimili decepti errore, ordinationes huiuſmodi perpetrant.

* qui in vſurpationis quadam deor dinatione

3 De Palladio autem laico, qui Spano presbytero non leue crimen intenderat, inter quos epiſcopus Triferius, eiuſdem criminis cauſas ſe cognouiſſe teſtatus eſt, id Concilij decreuit authoritas, vt idem Palladius in eadem ſententia maneret, qua, cognitionis tẽpore, à Triferio fuerat ſacerdote mulctatus, hoc ei humanitate Concilij reſeruato, vt ipſe Triferius in poteſtate habeat, quandò voluerit, ei relaxare.

4 Statuit quoquè de Exuperantio presbytero ſancta Synodus, qui ad iniuriam ſancti epiſcopi ſui Triferij, grauia & multa congeſſerat, & frequentibus eum contumelijs prouocauerat, ità vt nonnulla fecerit contra eccleſiaſticam diſciplinam, propter quam cauſam ab eo fuerat Dominica communione priuatus, vt in eius ſit arbitrio reſtitutio ipſius, in cuius poteſtate eius fuit abiectio, hoc eſt, vt quandò vel idem Exuperantius ſatis fecerit, vel Epiſcopo Triferio viſum fuerit, tunc gratiam cõmunionis accipiat.

5 Illud decreuit prætereà ſancta ſynodus vt (quoniam legatos epiſcopi Galliarum, qui Felici non communicant, deſtinârunt) ſi quis ab eius communione ſe voluerit ſequeſtrare, in noſtræ ſanctæ pacis conſortium ſuſcipiatur iuxta literas venerabilis memoriæ Ambroſij epiſcopi, vel Romanæ Eccleſiæ ſacerdotis, dudùm latas, quæ in Concilio, legatis præſentibus, recitatæ ſunt.

In Carthag. quodam c.21.

6 Nec illud prætermittendum fuit, quod ſynodi ſententia definitum eſt, vt clericum alterius, ſecundùm ſtatuta Canonum, nemo ſuſcipiat, neque ſuæ Eccleſiæ in alio gradu audeat ordinare, neque abiectum recipiat in cõmunionem.

In Carthag. 3. c. 44. In Carthag. 2. c. 7.

7 Hi autem, qui cõtra interdictum ſunt ordinati, vel in miniſterio genuerunt filios, nè ad maiores gradus ordinum permittantur, ſynodi decreuit authoritas. Incolumes vos Dominus noſter æuo longiſſimo conſeruare dignetur, domini fratres dilectiſſimi.

DECRETA ANASTASII PAPÆ PRIMI.

Ex libro Pontificali.

ANASTASIVS natione Romanꝰ ex pr̃e Maximo, ſedit annos tres, dies decem. Hic cõſtituit, vt quotieſcunq; ſancta euangelia recitarentur, ſacerdotes non ſederent, ſed curui ſtarent. Hic fecit conſtitutum de eccleſia. Hic fecit Baſilicam, quæ dicitur Creſcẽtiana, in regione ſecunda, in via Mamertina, in vrbe Roma. Et hoc conſtituit, nulla ratione transmarinum hominum in clericatus honorem ſuſcipi, niſi quinque Epiſcoporum deſignaret chirographos, quia & eodem tempore Manichæi inuenti ſunt in vrbe Roma. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros octo, diacones quinque, epiſcopos per diuerſa loca decẽ. Qui etiàm ſepultus eſt in cœmeterio ſuo Ad vrſum pileatum, quinto Kalendas Maij. Et ceſſauit epiſcopatus dies vigintiunum.

Anno Domini 398 Huius tẽpore habita eſt ſynodus alexãdriæ ob examinanda Origenis ſcripta.

TITVLI CANONVM ſequentis decretalis epiſtolæ.

Vt ſanctum euangelium vniuerſi, non ſedẽtes, ſed ſtantes audiant. 1
Tranſmarini quomodò ad clerum recipi debeant. 2
De Manichæis in vrbe Romana repertis.

EPISTOLA DECRETALIS Anaſtaſij Papæ prima, ad omnes Germaniæ ac Burgundiæ epiſcopos.

ANASTASIVS Epiſcopus, cunctis Germanici & Burgũdiæ regionis epiſcopis in Domino ſalutem. Exigit dilectio veſtra, chariſſimi, vt ex authoritate ſedis apoſtolicæ veſtris deberemus reſpondere conſultis. Et quãuis non prolixè, ſed ſuccinctè hoc agere, ꝓpter quaſdam alias occupationes feſtinaremus, denuò tamẽ, ſi neceſſè fuerit, ob has, vel alias neceſſitates quaſi ad caput, mittere charitatiuè non dubitetis, quia veſtras preces & nunc & tunc acceptas habemus.

Capitulum primum.

SIgnificaſtis enim quoſdam ſacerdotes in eccleſia, quandò leguntur euangelia, ſedere, & Domini Saluatoris verba non ſtantes,

De cõſec. di. 2. apoſtolica autho.

tes,ſed ſedentes audire, & hoc ex Maiorum traditione ſe accepiſſe narrant: quod vt nullatenùs deinceps fieri ſinatis, Apoſtolica authoritate mandamus. Sed dum ſancta euangelia in eccleſia recitantur, ſacerdotes & cæteri omnes præſentes, non ſedentes, ſed venerabiliter curui, in conſpectu ſancti Euangelij ſtantes Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent.

Diſt. 99. Tráſmarinos. Et in decre. Iuo. lib. 3.
2 Similiter & tranſmarinos homines, de quibus nos conſuluiſtis, in clericatus honore nolite ſuſcipere, niſi quinque aut eo ampliùs epiſcoporum chirographis ſint deſignati, quia multa per ſubreptionem ſolent euenire. Ideò & hæc ſummoperè ſunt cauenda.

3 Manichæos verò, quos in vrbe Roma inuenimus, & ſequaces eorum nolite recipere, neque eis communicare, aut vllam cum eis participationem habere, prius quàm ad rectam conuertantur fidem, nè eorum malè pullulantia ſemina, quæ à nobis in vrbe extinguuntur, peſſimis vobiſcum radicibus ſeminentur vel germinent. Plurimos verò eorum, & ſuæ ſequaces impietatis, atque illorũ doctores inueſtigatio noſtra reperit, vigilantia diuulgauit, authoritas & cenſura coercuit. Quos potuimus emendare, correximus: & vt damnarent Manichæum cum prædicatione & diſciplinis ſuis, publica in eccleſia profeſſione & manus ſuæ ſubſcriptione compulimus: & ità de voragine impietatis ſuæ cõfeſſos, pœnitentiam concedendo, leuauimus. Aliquanti verò, qui ità ſe demerſerunt, vt nullum his auxiliantis remedium poſſet ſubuenire, ſubditi legibus, ſecundùm Chriſtianorum principum conſtituta, nè ſanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo ſunt exilio relegati, & omĩa, quæ tam in ſcriptis, q̃ in occultis traditionibus ſuis habẽt prophana vel turpia, vt noſſet populus, q̃d fugeret aut vitaret, oculis Chri-
* propalauimus, ſtianæ plebis certa manifeſtatione * probauimus, adeò, vt ipſe, qui eorũ dicebatur epiſcopus, à nobis rẽtus, proderet flagitioſa in ſuis
* myſticis * myſterijs, q̃ teneret, ſicut geſtorũ vos ſeries poterit edocere. Ad inſtructionem eñ veſtrã etiàm ipſa direximus: quibus lectis, omnia, quæ à nobis depræhenſa ſunt, noſſe poteritis. Et quia aliquãtos de his, quos, nè abſol-
* atrocios uerentur, * arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugiſſe, hanc ad dilectionem veſtrã epiſtolam miſimus, vt effecta certior ſanctitas veſtrà, ſolicitiùs agere dignetur & cautiùs, necubì Manichææ peruerſitatis homines plebes veſtras facultatem lædendi, & huius ſacrilegij poſſint inuenire doctores. Aliter enim nobis commiſſos regere non poſſumus,
* pditores niſi hos, qui ſunt peruerſi * doctores & per-
* pditores diti, zelo fidei Dominicæ perſequamur, & à ſanis mentibus (nè peſtis hæc latiùs diuulgetur) ſeueritate, qua poſſumus, abſcindamus. Vndè hortor dilectionem veſtram, obteſtor & moneo, vt qua debetis & poteſtis, ſolicitudine vigiletis ad inueſtigandos eos, necubi occultandi ſe reperiant facultatem. Hi fratres, valde cauendi ſunt, nè Dominicum gregem peruerſitatibus, quibus poſſunt, contaminare valeant. Sunt ergò quidam eorum veſte ſua oues ſignificantes, interiùs verò lupi rapa-
ces exiſtunt, quos (iuxta veritatis vocem ex Matt. 7. a
fructibus eorum debemus agnoſcere. Quandò autem cœperint aſſumere impietatem, illud quod occultabatur in illis, aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifeſtus. Inueniuntur quoquè infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones ſitiunt, ſecum eos in perditionem præcipitant. Diſſipant enim & vituperant patrum diſciplinas, & relinquunt ſanctas ſcripturas ad ſuam perditionem. Quos (vt prædictum eſt) debemus præuidere, & ab his multùm cauere, nè in malitia ſua aliqui occupati, concidant de ſua firmitate. Saluto itaque vos, fratres, & omnes quæ vobiſcum benè ſentiunt, eccleſias. Nos quoquè, vt modò facitis, & alloquamini, peto, crebriùs literis, & frequentiùs de fide & bona intentione veſtra atque ſoſpitate lætificate, vt & gaudium commune habeamus, & Domino pari voto fideliter ſeruiamus. Data Nonis Octobris, & Archadio & Bautone viris clariſſimis conſulibus.

Hoc quidem conſtare non poteſt, nam ſiue geſſerint hi conſulatum A.D. 388. vt edit Proſp. in cler ſiue 385. vt alij, procedunt multis ann. Pontificatum Anaſtaſij, qui 398 creatus fuit Pontifex.

EPISTOLA SECVNDA EIVSdem Papæ, Neriano nobiliſſimo viro directa.

DILECTISSIMO fratri Neriano Anaſtaſius. Multa mihi in omnibus fidei & bonitatis tuæ literis cauſa gaudij eſt, q̃d tantum ſtudium circa religionis cultum exhibes, & Domini ſacerdotes tuis in partibus adiuuare ſtudes. Vndè & Deo gratias ago, qui te ad hoc inſtigat, & vt perſeuerabilem in bonis operibus te faciat, exoro. Vos tamen & in proſperis & aduerſis Deum laudare magnificè oportet, eius ſub potenti humiliari manu, vt in
tempore vos tribulationis (iuxta Petrum apo- 1. Pet. 5. b
ſtolum) confortet & exaltet. Fraternitatis ergò veſtræ afflictio, quam de amiſſione parentum veſtrorum vos habuiſſe audiuimus, tantam nobis cauſam mœroris iniecit, vt quia nos de duobus charitas vnum fecit, cor noſtrum in veſtris ſpecialiter vri tribulationibus ſentiremus. Sed in hoc dolore multùm me conſolata eſt ſanctitatis tuæ ad animum res deducta,
* quia & patienter ferre triſtitiam decet, & de * qua
morte plebis tuæ vlteriùs longam non habere mœſtitiam. Nè tamen aliqua adhuc tribulatio
in veſtra mente reſideat, hortor * quieſcere à * quieſce
dolore: quia indecens eſt, de illis tædio affe- 3. q. 2. Ha
ctionis addici, quos credendum eſt ad veram bent for-
moriendo vitam peruenire. Habent fortiſan ſitan

illi

illicitam longi doloris excuſationem, qui vitam alteram neſciunt, qui de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſitum non confidunt. Nos autem qui nouimus, qui credimus & docemus, contriſtari nimiùm de obeuntibus non debemus, nè quod apud alios pietatis tenet ſpeciē, hoc nobis magis in culpa ſit. Nam diffidentiæ quodammodo genus eſt, cõtra quod quiſque prædicator quæritur, iuſtitiam amans, dicente Apoſtolo: (Nolumus autem vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent.) Hac itaque, frater chariſſime, ratione perſpecta, ſtudendum nobis eſt, nè (ſicut diximus) de mortuis affligamur, ſed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & ſit ad fructum dilectio. Depone ergò, chariſſime, mœrorem, & aſſume ſpiritualem fructum lætitiæ ad vtilitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſeruorumque eius profectum, & vitæ huius quæcunque ſunt ſpatia, æternis diuiniſque officijs illuſtrare contende, vt qui inſignem te præſtitit, reddat per ſecula clariorem. Data ſeptimo Idus Iunij, Theodoſio Auguſto ſeptimò, & Palladio viris clariſſimis coſſ.

1.Theſ.4.

Conſulatus non conſentit ſine enim Theodoſio ſextum, vt alij, ſiue VII. vt hic, cum Palladio (qui fuit an. 416. & vltimus Innocentij, qui ſuccedens Anaſtaſio rexit Eccl. ann. 15.) hæc epiſt. non potuit hoc tempore ſcribi ab Anaſtaſio.

Synodo Cyprla, ſub Epiphanio Salaminę Epiſcopo; & Alexandrina ſub Theophilo Origenis ſcripta damnantur. Niceph. lib. 13. cap.

Anno Domini 403

CONCILIVM CARTHAGINENSE QVINTVM,

HABITVM AB EPISCOPIS SEPTVAGINTATRIBVS, æra 438. circa tempora Anaſtaſij Papæ, vel potius Innocentij. Eſtque Prouinciale.

Probatum à Leone IIII. d. 20. C. de Libellis.

TITVLI CANONVM Concilij quinti Carthagineñ.

¶ De Clericis, ad teſtimonium non pulſandis. 1
De Clericis, pro crimine ſuo damnatis, vt à quolibet non defenſentur. 2
De ſacerdotibus & Leuitis, vt ab vxoribus ſe contineant. 3
De rebus Eccleſiæ, ſinè conſilio metropolitani epiſcopi non alienandis. 4
Vt nullus epiſcopus relicta cathedra, in diœceſi reſideat. 5
De his, qui nullo teſtimonio ſe baptizatos nouerunt, vt baptizentur. Similiter de conſecratione eccleſiarum faciendum eſt. 6
De tempore paſchali ſeu concilij. 7
De interceſſoribus, nè cathedram morientis epiſcopi diu retineãt, ſed infra annum ſacerdotem prouideant. 8
De defenſore eccleſiarum à principe poſtulãdo. 9
Vt epiſcopi ad diem concilij occurrant. 10
Vt lapſis ſacerdotibus manus, ſicut laicis, non imponatur. 11
De clericis excommunicatis, quàm diu eis aſſerere liceat innocentiam ſuam. 12
De clericis vel monachis ab alio Epiſcopo ordinatis. 13
De baſilicis, quæ ſinè martyrũ reliquijs dedicatæ ſunt. 14
De idololatris deſtruendis. 15

POſt conſulatum placuit, vt die ſexta Kalend. Iunij Carthagine in ſecretario Baſilicæ Reſtitutæ ſubter inſerta ſtatuerentur. Cũ Aurelius eṕs vnà cum epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus diaconibus, cõſtituta ſunt hęc, quæ in ſequenti concilio definita ſunt.

Capitulum primum.

IN principio ſtatuendum eſt, vt qui fortè in Eccleſia quamlibet cauſam, iure Apoſtolico Eccleſijs impoſito, agere voluerit, & fortaſsè deciſio clericorum vni patri diſplicuerit, non liceat clericum in iudicium ad teſtimonium deuocari eum, qui cognitor vel præſens fuit, & nulla, ad teſtimonium dicendum, eccleſiaſtici cuiuſlibet perſona pulſetur. 2.q.6. ſtatutũ eſt, vt qui in.

2 Et illud ſtatuendum, vt ſi quis cuiuſlibet honoris clericus, iudicio Epiſcoporum pro quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, ſiue ab eccleſijs, quibus præfuit, ſiue à quolibet homine defenſari, interpoſita pœna damni, pecuniæ atque honoris, quo nec ætatē, nec ſexũ excuſandum eſſe, præcipimus. 11 q 3: Si quis cuiuſlibet hono.

3 Præterea, cùm de quorundam clericorum, quamuis erga vxores proprias, incontinentia referret, placuit epiſcopos & presbyteros & diaconos, ſecundùm * propria ſtatuta, etiàm ab vxoribus continere. Quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundùm vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinē obſeruari debere. Diſt 84. Cum de quorundam. Diſt. 32. Placuit epiſc. presby. diac. * priora vel priorum

4 Placuit etiàm, vt rem eccleſiæ nemo vēdat. Quòd ſi aliqua neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe primati prouinciæ ipſius, vt cum ſtatuto numero epiſcoporum, verùm faciendum ſit, arbitretur. Quòd ſi tanta vrget neceſſi- 17.q.4. Nullus res eccleſiæ.

neceſſi: ²s eccleſiæ, vt non poſſit antè primatem conſulere, ſaltem * poſt factum curioſitatem habeat & vicinis epiſcopis hoc antè iudicare, & ad Concilium referre ea ſuæ Eccleſiæ neceſſitates. Quod ſi non fecerit, reus * Cõcilij venditor teneatur.

vicinos teſtes conuocet epiſcopos, curans & * Deo & Concilio venditor

7 q. 1. Placuit vt nemini.

5 Placuit, vt nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi conſtitutam, ſe cooferre, vel in re propria diutiùs, quàm oportet, conſtitutom, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

De cõſe. di 4. Placuit de infantibus.

6 Placuit de infantibus, quotiès non inueniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſinè dubitatione teſtentur, oeque ipſi ſunt per ætatem idonei, de traditis ſibi ſacramentis reſpondere, abſque vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, nè iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari. Hine enim legati Maurorum fratres noſtri conſuluerunt, quia multos tales à Barbaris redimunt. Similiter & de eccleſijs (quotiès ſuper earum cõſecratione hæſitatur) agendum eſt, id eſt, vt ſinè vlla trepidatione conſecrentur.

De cõſe. di. 3. Placuit vt dies venerabilis.

7 Placuit, vt dies venerabilis paſchæ, formatarum ſubſcriptione omnibus iotimetur: dies verò Concilij, vndecimo Kalendas Nouembris ſeruetur: & ſcribendum ad ſingularũ quarunque prouincialium primates, vt quandò apud ſe Concilium congregant, iſtum diem non impediant.

7 q. 1. Cõſtitutum eſt vt nulli.

8 Item conſtitutum eſt, vt nulli intereeſſori licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudijs vel ſeditionibus retinere, ſed dare operam, vt intra annum eiſdem Epiſcopum prouideat. Quod ſi neglexerit, anno exempto, interuentor alius tribuatur.

23. q. 3. Ab Imperatoribus vniuerſis.

9 Ab Imperatoribus vniuerſis viſum eſt poſtulandum, propter afflictionem pauperũ, quorum moleſtijs ſinè intermiſſiooe fatigatur Eccleſia, vt defenſores eis, aduerſùs potentias diuitum, cum epiſcoporum prouiſione delegentur.

Di. 18. Placuit vt quotieſcunquè.

10 Item placuit, vt quotieſcunquè congregandum eſt Coocilium, Epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia grauiori neceſſitate impediuntur, competenter occurraot: primatibuſque ſuarum quarumcunque prouinciarum iotimetur, vt de vniuerſis epiſcopis vel duæ, vel tres fiant turmæ, ac de ſingulis turmis viciſsim, quotquot electi fuerint ad diem Concilii inſtantiſſimè occurrant. Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractatoria ſubſcribant: vel ſi poſt aduentum tractatoriæ aliquæ neceſſitates repentè forſitan ortæ fuerint, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum primatem reddiderint, * ab eccleſiæ communione debere eſſe contemptos.

* eccleſię ſuæ communione dēre eſſe cõtentos.

Diſt. 50. Confirmandum eſt.

11 Item confirmatum eſt, vt ſi quando presbyteri vel diaconi, in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe fuerit remoueri, non eis manus, tamquàm pœnitentibus, vel tamquàm fidelibus laicis, imponatur: neque vnquàm permittendum, vt rebaptizati, ad clericatûs gradum promoueantur.

11. q. 3. Rursùs conſtitutum eſt.

12 Rursùs conſtitutum eſt, vt quotiès clericis conuictis & confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum quorum verecũdiæ parcitur, vel propter Eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum atq; gẽtilium, ſi fortè cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excõmunicationis hoc faciãt. Si verò intra annum cauſam ſuam purgare cõtempſerint, nulla eorum vox poſteà penitùs audiatur.

Diſt. 58. Si quis de alterius

13 Item placuit, vt ſi quis de alterius monaſterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem monaſterij conſtituere: Epiſcopus, qui hoc fecerit, à cæterorum communiooe ſeiunctus, ſuæ tantùm plebis communiooe contentus ſit: & ille neque clericus, neque præpoſitus perſeueret.

De cõſec. di. 1. Placuit vt altaria, quę.

14 Item placuit, vt altaria, quæ paſsim per agros aut vias, tamquàm memoriæ martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrũ conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui eiſdem locis præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non ſinitur, plebes tamen admoneantur, nè illa loca frequentent, vt qui rectè ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione deuincti teneantur. Et omninò nulla memoria martyrũ probabiliter acceptetur, niſi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ ſint, aut ubi origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis vel paſſionis fideliſſima origioe traditur. Nam quę p ſomnia & per inanes quaſi reuelationes quorũlibet hominum vbiquè cõſtituuntur altaria, omnimodè reprobentur.

15 Item placuit, ab Imperatoribus glorioſiſſimis peti, vt reliquię idololatrię oon ſolùm in ſimulacris, ſed in quibuſcunque locis vel lucis vel arboribus omnimodò deleantur. Aurelius epiſcopus eccleſię Carthaginis, ſupra comprehenſis in noſtro Concilio ſtatutis, ſubſcripſi. Similiter ſeptuagintaduo epiſcopi ſubſcripſerunt.

FINIS.

CONCI-

CONCILIVM TOLETANVM

PRIMVM NOVEMDECIM EPISCOPORVM,

TEMPORE ANASTASII HONORII ET ARCHADII

Stilicone conſule habitum An. Do. 400. Patrono Epiſcopo præſidente, ſub die ſeptimo Idus Septembris. Eſt Prouinciale, ſed confirmatum videtur authoritate Leonis Papæ, d. 20. C. de Libellis.

TOLETVM, quæ nunc metropolis eſt Hiſpaniæ, cuius Archiepiſcopus titulo Primatis inſignitur, à Plinio lib. 3. cap. 3. ſub titulo Hiſpaniæ citerioris collocatur. Hæc vrbs multis nominibus & diuitijs clara, & religione clariſſima, hoc etiàm nomine celebrior habetur, quòd tredecim concilia totius prouinciæ in ea celebrata ſint, fidem & bonos mores continentia.

TITVLI CANONVM

Concilij Toletani primi.

De presbyteris & diaconibus, ſi, poſt ordinationem filios genuerint. 1

Vt pœnitens, ſi neceſſitas cogat, lector aut oſtiarius fiat. 2

De his, qui viduas acceperint, ne diacones efficiantur. 3

Vt ſubdiaconus, ſi defuncta vxore, aliam duxerit, oſtiarius fiat. 4

Vt ſi cuiuſlibet ordinis clericus ad eccleſiã nõ venerit, deponatur. 5

Vt religioſa puella, virorum familiaritatem in domo non habeat. 6

Vt clericus cuius vxor peccauerit, ꝑter necem, poteſtatem habeat diſtringendi eam, & cũ ea cibum non ſumat. 7

De eo, qui poſt baptiſmum militauerit, vt ad diaconatum non permittatur. 8

Vt nulla profeſſa, vel vidua, abſente ſacerdote, in domo ſua ſacerdotale officium vel lucernale impleat. 9

Vt nullus obligatum cuiquam, abſque conſenſu dñi vel patroni clericum faciat. 10

Vt ſi quis potentum expoliauerit quemlibet, & admonente Epiſcopo non reddiderit, excommunicetur. 11

Vt nullus clericus ab Epiſcopo ſuo recedat, & ad alium ſe transferat. 12

De his, qui Eccleſiam intrant, & non communicant, vt excommunicentur. 13

De eo, qui acceperit Euchariſtiam, & nõ ſumpſerit, vt ſacrilegus repellatur. 14

De his qui excommunicantur à ſacerdotibus, vt nullus ad eos accedat. 15

Vt deuota, ſi adultera fuerit, decem annos pœniteat. Si maritum duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, niſi maritus deceſſerit. 16

De eo qui vxorem habet, ſi cõcubinam habuerit, vt non communicet. 17

Si vidua Epiſcopi, presbyteri vel diaconi, maritum acceperit. 18

Si ſacerdotis vel diaconi filia religioſa peccauerit, in fine tantùm communicet. 19

Vt nullus præter Epiſcopum chriſma conficiat. 20

De regulis fidei Catholicæ contra Priſcillianos. 21

CONuenientibus Epiſcopis in Eccleſia Toleto, id eſt, Patrono, Marcello, Aliciano, Aphrodiſio, Iocundo, Olympio, Seuero, Aſterio, Hilario, Lampadio, Euſtochio, Emperantio, Sereno, Floro, Leporio, Aureliano, Lampadio, Leona, * Gallia, Lucentio, (*Hic conuentus municipijs Celenis actus eſt. Iſti ſunt qui & in alijs geſtis aduersùs Priſcilliani ſectatores & hæreſim, quam adſtruxerat, libellarem dedere ſententiam*) conſidentibus presbyteris, adſtãtibus diaconibus, & cæteris, qui interfuerant Cõcilio congregato, Patronus Epiſcopus dixit: Quoniam ſinguli cœpimus in eccleſijs noſtris facere diuerſa, & indè tanta ſcãdala ſunt, quæ vſque ad ſchiſma perueniunt, ſi placet, communi Concilio decernamus, quid ab omnibus epiſcopis, in ordinandis clericis ſit ſequendum. Mihi autem placet, conſtituta primitus Nicæni Concilij perpetuò eſſe ſeruanda, nec ab his eſſe recedẽdum. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Hoc nobis placet, ità vt ſi quis, cognitis geſtis Nicæni Concilij, aliud quàm ſtatutum eſt, facere præſumpſerit, & non in eo perſeuerandum putauerit, hic excommunicatus habeatur, niſi per correptionem fratrum emendauerit errorem.

* De Gallitia Lucẽſis vrbis conuẽtu & municipii Celenis, oẽs decem & nouẽ, iſti ſunt

Capitulum primum.

PLacuit, vt diacones, ſi vel integri, vel caſti ſint, & continentis vitæ, etiàm ſi vxores habeant, in miniſterio conſtituantur, ità tamen, vt ſi qui, etiàm ante interdictũ, quod per priores ante nos epiſcopos conſtitutum eſt, incontinenter cum vxoribus vixerint, presbyterij honore non cumulentur. Si quis verò ex presbyteris ante interdictum filios ſuſceperit, de presbyterio ad epiſcopatum non admittatur.

In dec. Iuo. lib. 3.

Diſ. 50. Plac.& in de. Iuonis lib. 4.

2 Item placuit, vt pœnitentes non admittantur ad clerum, niſi tantùm ſi neceſſitas aut vſus exegerit, & tunc inter oſtiarios deputentur, vel inter lectores, ità vt Euangelia aut *Apoſtolum nõ legant. Si qui autem antè ordinati ſunt diacones, inter ſubdiacones habeantur, ità vt manũ nõ imponant, nec ſacra contingant. Eum verò pœnitentem dicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus grauiſſimiſque peccatis, publicam pœnitentiam gerens, ſub concilio, diuino fuerit reconciliatus altario.

*epiſtolã

3 Item conſtituit ſancta ſynodus, vt lector fidelis, ſi viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſemper lector habeatur aut fortè ſubdiaconus.

4 Subdiaconus autem, defuncta vxore, ſi vxorem aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter oſtiarios vel lectores, ità vt Euangelium & *Apoſtolum non legat: propterea, nè qui Eccleſiæ ſeruierit, publicis officijs ſeruire videatur. Qui verò tertiam, quod nec dicendum eſt, acceperit, abſtentus biennio, poſteà inter laicos, reconciliatus per pœnitentiam, communicet.

*epiſtolã

5 Presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel quilibet eccleſiæ deputatus clericus, ſi intra ciuitatem fuerit, vel in loco, in quo eccleſia eſt, aut caſtella, aut vici ſunt, aut villæ, ſi ad Eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit; clericus non habeatur, ſi caſtigatur, per ſatisfactionem veniam ab epiſcopo noluit promereri.

6 Itemque puella Dei nec familiaritatẽ habeat cum confeſſore, aut cum quolibet laico ſanguinis alieni, aut conuiuium ſola adeat, niſi vbi ſit ſeniorum aut honeſtorum, aut viduarum honeſtarumque frequentia, vbi honeſtè confeſſor quilibet, cum plurimorum teſtimonio teſtium, conuiuio intereſſe poſſit. Cum lectoribus aut in ipſorum domibus non admittendas penitùs, nec videndas, niſi fortè conſanguinea ſoror ſit, vel vterina.

33. q. 2. Placuit, vt ſi quorũcunq̃.

7 Placuit, vt ſi quorumcunque clericorum vxores peccauerint, (nè fortè licentiam peccandi plùs habeant) accipiant mariti earum hanc poteſtatem, præter necem, cuſtodiendi ac ligandi in domo ſua; ad ieiunia ſalutaria, non mortifera, eas cogentes; ità vt inuicem ſibi clerici pauperes auxilium ferant, ſi ſeruitia fortè non habeant. Cum vxoribus autem ipſis, quæ peccauerint, nec cibos ſumãt: niſi fortè ad timorem Dei, acta pœnitentia, reuertantur.

Diſ. 51. Si quis poſt baptiſ.

8 Si quis poſt baptiſmum militauerit, & chlamydem ſumpſerit, aut cingulum ad necandos fideles, etiàm ſi grauia non admiſerit, ſi ad clerum admiſſus fuerit, diaconij non accipiat dignitatem.

9 Nolla profeſſa vel vidua, abſente epiſcopo vel presbytero, in domo ſua antiphonas cum confeſſore vel ſeruo ſuo faciat. Lucernarium verò, niſi in eccleſia, non legatur: aut ſi legatur in villa, præſente epiſcopo vel presbytero vel diacono legatur.

10 Clericos, ſi quidem obligati ſint vel pro æquatione, vel de genere alicuius domus, non ordinandos, niſi probatæ vitæ fuerint, & patroni conſenſus acceſſerit.

24. q. 3. Si quis de potentibus.

11 Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religioſum expoliauerit, & mandauerit eum ad ſe venire epiſcopus, vt audiatur, & his contempſerit, inuicèm mox ſcripta percurrant per omnes prouinciæ epiſcopos, & quoſcunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipſe, donèc obediat, & reddat aliena.

12 Item, vt liberum nulli clerico ſit, diſcedere ab epiſcopo ſuo, & alteri epiſcopo communicare: niſi fortè ei, quem epiſcopus alius libenter habeat de hæreticorum ſchiſmate diſcedentem, & ad fidem catholicam reuertentem. Si qui autem de catholicis diſceſſerint, & in communione eorum vel palàm, vel occultè cum eis, qui vel excommunicati ſunt, vel per ſententiã iam notati, fuerint inuenti, habeant illorum, ad quos ire voluerint, etiàm in damnatione conſortium.

De conſ. diſt. 2. Hi qui intrant.

13 De his, qui intrant in Eccleſiam, & depræhenduntur nunquàm communicare, admoneantur: Quòd ſi non communicant, ad pœnitentiã accedãt. Si communicant, non ſemper abſtineãtur. Si non fecerint, abſtineantur.

11. q. 3. Si quis laic. abſtin.

14 Si quis autem, acceptam à ſacerdote, euchariſtiam non ſumpſerit; velut ſacrilegus propellatur.

15 Si quis laicus abſtinetur, ad hunc vel ad domum eius, vel clericorum vel religioſorũ nullus accedat. Similiter & clericus, ſi abſtinetur, à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui aut conuiuari fuerit depræhenſus, etiàm ipſe abſtineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius ſunt epiſcopi: & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo qui abſtinetur, ſiue laico quolibet, ſiue clerico.

27. q. 1. Deuotam peccantẽ non

16 Deuotam peccantem, non recipiendam in eccleſiam, niſi peccare deſierit: & ſi deſinens, egerit *aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Priuſquàm autem in eccleſiam admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Chriſtianæ mulieris accedat. Quòd ſi admiſſa fuerit, etiàm hæc quæ eam receperit, habeatur abſtenta. Corruptorem etiàm par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiã, niſi adhuc ipſo viuente marito, caſtè viuere cœperit, aut poſtq̃ ipſe deceſſerit.

* veram

Diſ. 34. Is qui. Videatur de concubina decretum Gratiani d. 34. c. omnibus, & c cũ gloſſa.

17 Si quis habens vxorem fidelem & concubinam habeat, non communicet. Cæterùm is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur: tantùm vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) ſit coniunctione contentus. Alias viuens abijciatur, donèc deſinat, & ad pœnitentiam reuertatur.

18 Si

Itē 32.q.2 cap.Solet. 18 Si qua vidua Epiſcopi aut presbyteri aut diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa cum ea conuiuium ſumat, nūquàm communicet: morienti tantùm ei ſacramentum ſubueniat.

19 Epiſcopi, ſiue presbyteri, ſiue diaconi filia, ſi deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit, ſi eam pater vel mater in affectū receperint, a communione habeantur alieni, pater verò cauſas in Concilio nouerit ſe præſtaturum. Mulier aut non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem viuente eo ſeceſſerit & pœnituerit, * nullo modo, niſi vita deficiens, accipiat communionem.

* vel petierit cōiōnē in vltimo accipiat.

20 Quamuis pènè vbiquè cuſtodiatur, vt abſque Epiſcopo chriſma nemo conficiat, tamē quia in aliquibus locis vel prouincijs presbyteri dicuntur chriſma conficere, placuit, ex hac die nullum alium, niſi Epiſcopū, chriſma conficere, & per diœceſim deſtinare, ità vt de ſingulis eccleſijs ad Epiſcopū ante diem Paſchæ diaconi deſtinentur, aut ſubdiaconi, * qui confectum chriſma ab Epiſcopo deſtinatum, ad diem Paſchæ, * poſſint ad tempus deferre. Epiſcopo ſanè, certum eſt, quòd omni tempore licet chriſma conficere. Sinè conſcientia autem Epiſcopi nihil penitùs presbyteri agere præſumant. Statutum verò eſt, diaconum non chriſmate, ſed presbyterum, abſente Epiſcopo, præſente verò non, niſi ab ipſo fuerit præceptum. Huiuſmodi conſtitutionem meminerit ſemper archidiaconus vel præſentibus vel abſentibus Epiſcopis ſuggerendam, vt eam & Epiſcopi cuſtodiant, & presbyteri non relinquant.

* vt conſeſtim.
* poſſit occurrere.

Patronus Epiſcopus ſubſcripſi. Marcellus Epiſcopus ſubſcripſi. Afrodiſius Epiſcopus ſubſcripſi. Alicianus Epiſcopus ſubſcripſi. Olympius Epiſcopus ſubſcripſi. Aſterius Epiſcopus ſubſcripſi. Lampadius Epiſcopus ſubſcripſi. Serenus Epiſcopus ſubſcripſi. Iocundus Epiſcopus ſubſcripſi. Seuerus Epiſcopus ſubſcripſi. Leonas Epiſcopus ſubſcripſi. Hilarius Epiſcopus ſubſcripſi. Florus Epiſcopus ſubſcripſi. Leporius Epiſcopus ſubſcripſi. Exuperantius Epiſcopus ſubſcripſi: Aurelianus Epiſcopus ſubſcripſi. Euſtochius Epiſcopus ſubſcripſi. Lampadius Epiſcopus ſubſcripſi. Ortygius Epiſcopus ſubſcripſi.

Regulæ fidei contra omnes hæreſes, quàm maximè contra Priſcillaniſtas, quas Epiſcopi Tarraconenſis, Carthagineñ, Luſitani & Bętici fecerunt ex pręcepto Papæ Leonis, & ad Baleonium Epiſcopum Galliciæ transmiſerunt. Ipſi etiam & ſuprascripta 20. Canonum capitula ſtatuerunt in Concilio Toletano.

ASSERTIO FIDEI EIVSDEM CONCILII.

CREDIMVS in vnum verum Deum, Patrem omnipotētem, & Filium, & Spiritum ſanctū, viſibilium & inuiſibilium factorem, per quem omnia facta ſunt in cœlo & in terra, vnum Deum, & vnam eſſe diuinæ ſubſtantiæ Trinitatē. Patrē aūt non eſſe filium ipſum, ſed habere filium, qui pater non ſit: filiū nō eſſe patrem, ſed filium Dei de patris eſſe natura. Spiritū quoque eſſe paracletū, qui nec pater ſit ipſe, nec filius ſed à patre filioq; procedens. Eſt ergò ingenitus pater, genitus filius, nō genitus paracletus, ſed à patre filioq́ue procedens. Pater eſt, cuius vox hæc audita eſt de cœlis: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite: Filius eſt, qui ait: Ego à patre exiui, & à Deo vêni in hunc mundum. Paracletus eſt Spiritus, de quo filius ait: Niſi ego abièro ad patrem, paracletus nō veniet. Hanc Trinitatem perſonis diſtinctam, ſubſtantia vnitam, virtute & poteſtate & maieſtate indiuiſibilē, indifferentem: præter hanc nullam credimus diuinam eſſe naturā vel angeli, vel ſpiritûs vel virtutis alicuius, quæ Deus credatur. Hunc ergò filium Dei Deū natum a patre, ante omne omninò principium, ſanctificâſſe vterum virginis Mariæ, atque ex ea verum hominem, ſinè virili generatum ſemine, ſuſcepiſſe, duabus duntaxàt naturis, i. deitatis & carnis, in vnam cōuenientibus omninò perſonam, i. Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum. Nec imaginarium corpus aut phantaſmatis alicuius in eo fuiſſe, ſed ſolidum atq; verum, hunc & eſuriſſe & ſitiſſe, & doluiſſe, & fleuiſſe, & omnes corporis iniurias pertuliſſe. Poſtremò à Iudæis crucifixum, & ſepultum, & tertia die reſurrexiſſe. Conuerſatum poſtmodùm cum diſcipulis ſuis, & quadrageſima poſt reſurrectionem diè ad cęlū aſſcendiſſe. Hunc filiū hominis, etiàm filiū Dei: & filium Dei, etiàm hoīs filium appellamus. Reſurrectionē verò futurā humanæ credimus carnis, animam aūt hominis non diuinæ eſſe ſubſtantiæ, aut Dei patris, ſed creaturam dicimus Dei voluntate creatam. Si quis aūt dixerit aut crediderit à Deo omnipotenti mundū hunc factum non fuiſſe, atq; oīa eius inſtrumēta, anathema ſit. Si quis dixerit atq; crediderit, Deū patrem eūdem eſſe filiū vel paracletū, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit filiū eundem eſſe patrē vel paracletū, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, paracletū eſſe vel patrē vel filium, anathema ſit. Si quis crediderit vel dixerit, carnē tantùm ſinè anima, à filio Dei fuiſſe ſuſceptā, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, Chriſtū innaſcibilem eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, deitatem naſcibilē eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, deitatē Chriſti conuertibilem fuiſſe vel paſſibilem, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, alterum Deū eſſe priſcæ legis, alterū euāgeliorum, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, ab altero Deo mundum factum fuiſſe, & non

Matt.3.d Marc.1.b Luc.3.d Ioā.16.f Io.16.b

Gen.1.a ab eo, de quo ſcriptum eſt: In principio fecit Deus cęlum & terram, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, corpora humana non reſurgere poſt mortem, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, animam humanã, Dei portionem vel Dei eſſe ſubſtantiam, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, alias ſcripturas, præter quas eccleſia catholica recipit, in authoritate habendas vel eſſe venerandas, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, deitatis & carnis vnam in Chriſto eſſe naturam, anathema ſit. Si quis dixerit, vel crediderit, eſſe aliquid, quod ſe extra diuinam Trinitatem poſſit extendere, anathema ſit. Si quis aſtrologiæ vel matheſi exiſtimat eſſe credendum, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, coniugia hominum, quæ ſecundùm legem diuinam * licet habere, execrabilia eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit vel crediderit, carnes auium ſeu pecudum, quæ ad eſcam datę ſunt, non tantùm pro caſtigatione * hominum abſtinendas, ſed execrandas eſſe, anathema ſit. Si quis in errore Priſcilliani ſectam ſequitur, vel profitetur, vt aliud in * ſalubri baptiſmo contra ſedem ſancti Petri faciat, anathema ſit.

* licita habentur, * corporũ abſtinendas, * corporũ hominũ. * ſalutari.

Explicit regula fidei cabolicæ aduersùs Priſcillianiſtas.

Patronus Epiſcopus ſubſcripſi. Marcellus Epiſcopus ſubſcripſi. Aphrodiſius Epiſcopus ſubſcripſi. Subſcripſerunt & alij Epiſcopi, qui interfuerunt Concilio.

FINIS.

SEQVVNTVR HIC ALIQVA CONcilia in ciuitate Carthagineñ celebrata, breuiter hic annotata duntaxàt per titulos, capitulis latiùs alibi exprimendis ſub Bonifacio Papa, in Concilio ſeruato tempore Honorij * 12, & Theodoſij * 8.

POST conſulatum Flauij Stiliconis viri clariſſimi, 14. Kaleñ. Iulias, Carthagine in baſilicæ Reſtitutæ ſecretario, Cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum Epiſcopis ſuis conſediſſet, aſtantibus diaconibus Aurelius Epiſcopus dixit: Eccleſiarum DEI per Aphricam conſtitutarum.

& reliqua, quæ plenìùs habentur in Aphricano Concilio tempore Bonifacij primi.

TITVLI CAPITVLORVM, QVORVM iam antè immediatè mentio facta eſt.

Quòd nihil de Hipponeñ Concilio ſit emendandum. 1
Vt Epiſcopi vel clerici non facilè filios ſuos emancipent. 2
Vt Epiſcopi uel clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos. 3
Quòd præter panem, & merũ mixtum aqua, nihil in ſacramentis offerri debeat. 4
Vt clerici vel continentes, ad viduas non accedant. 5
Vt princeps ſacerdotum non appelletur Epiſcopus. 6
Vt clerici tabernas, niſi peregrinationis cauſa, non ingrediantur. 7
Vt à ieiunis Deo ſacrificia celebrentur. 8
Vt in eccleſijs conuiuia minimè celebrẽtur. 9
De pœnitentibus. 10
De virginibus. 11
De ægrotantibus, qui pro ſe reſpondere non poſſunt. 12
De paſſionibus martyrum. 13
De paruulis, qui apud Donatiſtas baptizati ſunt. 14
De rebaptizationibus, & reordinationibus, vel tranſlationibus Epiſcoporum. 15
Quot Epiſcopi ordinare debeẽt Epiſcopũ. 16
Quot addi debeant Epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando Epiſcopo fuerit contradictum. 17
Vt de eccleſia Carthaginis dies Paſchæ nuncietur. 17
De viſitandis Prouincijs. 18
Vt diœceſes, niſi ex conſenſu Epiſcopi proprij, Epiſcopum non accipiant. 20
Vt alienus clericus minimè ſuſcipiatur ab alio. 21
Vt Carthaginenſi Epiſcopo, vndè voluerit, clericum liceat ordinare. 22
Vt Epiſcopi, qui in diœceſibus fuerint ordinati, diœceſim ſibi nullam vendicent. 23
Vt paruuli, apud Donatiſtas baptizati, in catholica eccleſia clerici ordinentur. 24
De reliquijs idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis. 25
Vt clerici de iudicij ſui cognitione, non cogantur in publico dicere teſtimonium. 26
De paganorum conuiuijs auferendis. 27
De ſpectaculis, vt die Dominico vel cæteris ſanctorũ feſtiuitatib⁹ minimè celebrẽt. 28
De clericis damnatis. 29
De hiſtrionibus Chriſtianis factis. 30
De manumiſſionibus, *vt in eccleſia celebrentur, ab Imperatore poſcendum. 31 * in eccleſia celebrã dis,
De Equitio damnato Epiſcopo. 32

SEQVITVR ALIVD CONCILIVM, ANASTASII Papæ tempore ſeruatum.

In hoc cõcilio literæ legũtur Anaſtaſij Romani Põtificis, de Donatiſtis catholicos Epiſcopos admonẽtis.

VINCENTIO & * Flabito viris clariſſimis conſulibus, Idibus Septembris Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cùm in cõcilio cõgregati, in eccleſia Carthagineñ, conſediſſemus ex Aphricanis omnibus prouincijs Epiſcopi, id eſt, Aurelius eiuſdẽ ſedis Epiſcopus cum collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat, ait idem Aurelius Epiſcopus: Recitatis epiſtolis beatiſſimi fratris & conſacerdotis noſtri Anaſtaſij, eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, quib⁹ nos paternę & fraternę charitatis

* Vincentio & Franitta A.D. 402.

charitatis ſolicitudine ac ſynceritate adhortatus eſt, vt de hæreticorum & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidijs & improbitatibus, quibus Aphricanam Eccleſiam catholicam grauiter vexant, nullo modo diſſimulemus, gratias agimus Domino noſtro, quòd illi optimo ac ſancto antiſtiti ſuo iam piè curam pro membris Chriſti, quamuìs in diuerſitate terrarũ, ſed in vna compage corporis conſtitutis, inſpirare dignatus eſt.

Capitula ſequentia cum ijs quæ paolo ſuperiùs habita ſuot, continuãtur inferius io concilio Aphricano ſub Bonifacio I. colliq; hic poſſcot, oisi Papæ Anaſtaſij ſuggeſtione condita fuiſſe ipſorum ꝓfatio teſtaretᷣ.

1 Vt cum Donatiſtis leniùs agatur. 33
2 De literis mittendis iudicibus, vt ea, quæ inter Donatiſtas & Maximianiſtas acta ſunt, innoteſcant. 34
3 Vt clerici Donatiſtarum, in Eccleſia catholica ſuſcipiantur in clero. 35
4 Vt legatio ad Donatiſtas, componendæ pacis gratia, dirigatur. 36
5 Qui clerici ab vxorib. debeãt abſtinere. 37
9 De his, qui plebes ꝓprias derelinquũt. 38
7 De infantibus baptizandis, quoties dubitatur, vtrùm fuerint baptizati. 39
8 Diẽ Paſchæ & diem Cõcilij, nũciandũ. 40
9 Nè interuentor Epiſcopus cathedrã, vbi interuentor eſt, teneat. 41
10 De defenſoribus Eccleſiarum ab Imperatoribus poſcendis. 42
11 De Epiſcopis, qui ad Concilia non occurrunt. 43
12 De Creſconio. 44
13 De Eccleſia Hipponenſiũ Diaretorum. 45
14 De clericis, qui intra annum cauſam ſuã agere non procurauerint. 46
15 Vt de alieno monaſterio ſuſceptos, nec præpoſitos monaſterij, nec clericos liceat ordinate. 47
16 De Epiſcopis, qui hæreticos vel paganos hæredes inſtituunt. 48
17 De manumiſſionibus. 49
18 De falſis memorijs martyrum. 50
19 De idolorum reliquijs extirpandis. 51
20 Vt ab Epiſcopo Carthagineñ. cùm opùs fuerit, omnium Epiſcoporum nomine dictentur & ſubſcribantur epiſtolæ. 52

¶ Finis actorum ſeu decretorum ſub Anaſtaſio Papa.

DECRETA INNOCENTII PAPÆ I.

Ex Libro Pontificali.

Anno Domini 402

INNOCENTIVS natione Albaneñ. ex patre Innocentio, ſedit annis xv. menſibus duobus, diebus xxj. Hic conſtitutum fecit de omni Eccleſia, & de regulis monaſteriorum, & de Iudæis, & de paganis. Et multos Cataphrigas inuenit; quos in exilio monaſterij relegauit. Hic inuenit Pelagium & Cœleſtium hæreticos, & damnauit eos. Et hoc conſtituit, ut qui natus fuerit de Chriſtiana, denuò naſci debeat per baptiſmum, hoc eſt, baptizari, quod Pelagius damnabat. Eodem tempore dedicauit Baſilicam ſanctorum Geruaſij & Protaſij ex deuotione teſtamenti cuiuſdam illuſtris fœminæ Veſtinæ, laborantibus presbyteris Vrſicino & Lopardo, ac diacono Libyano. Quæ fœmina ſupraſcripta teſtamenti paginam ſic ordinauit, vt baſilica ſanctorum martyrum, ex ornamentis & margaritis, venditis iuſtis exiſtimationibus, conſtrueretur. Et conſtructa eſt vſque ad perfectum. In quo loco beatiſſimus Innocentius ex delegatione illuſtris fœminæ Veſtinæ, titulum Romanum conſtituit. Et in * eadem domo obtulit patenas argenteas duas, penſantes ſingulæ libras 20. Amas argenteas duas, penſantes ſingulæ libras 20. Coronas argenteas 12. penſantes ſingulæ libras 14. Farum cantharum vnum, penſans libras 22. Ceroſtrota argentea 4. penſantia ſingula libras 25. Turrim argenteam cum patena & columbam deauratam, penſantem libras 30. Ad ornatum baptiſterij, ceruum argenteum, fundentem aquam, penſantem libras 15. Vas ad oleum chriſmatis argenteum, penſas libras quinque. Vas aliud ad oleum exorcizatum, penſans libras quinque. Patenas duas ad Chriſma, penſantes ſingulæ libras tres. Scyphum argenteum anaglyphum, penſantem libras decem. Scyphum alium argenteum, penſantem libras decem. Calices argenteos quinque, penſantes libras tres. Calices argenteos baptiſmi numero tres, pẽſantes ſinguli libras 2. Aquamaniles argenteos, penſantes libras 16. Fara canthara ærea 16. penſantia ſingula libra decem. Fata canthata ærea ceroſtrata in gremio Baſilicæ numero 20. penſantia ſingula libras 40. Domos iuxta Baſilicam Libyanam, præſtantes ſolidos octoginta quinque, & tremiſſem. Balneum in eodem iuxta templum Mamuri, præſtans ſolidos 32. Domos in cliuum ſalutis balneatæ, præſtantes ſolidos ſemptẽ, & tremiſſem. Poſſeſſionem Sarras in Cluſino territorio, præſtantem ſolidos 71. & tremiſſem. Poſſeſſionem Corbianam in territorio Cluſino, præſtantem ſolidos 79. Poſſeſſionẽ Fundanenſem in territorio Fundano cum adiacentibus attiguis 15. præſtantem ſolidos 181. & tremiſſem. Poſſeſſionem Figlinam in territorio Caſinate, præſtantem ſolidos 58. & tremiſſem. Poſſeſſionem Amandini, quam donauit * illuſtris fœmina Veſtina conſobrinę ſuæ in territorio Veientano, præſtantem ſolidos 46. & tremiſſem. Poſſeſſionem Antonianam in territorio Clodiano, præſtantem ſolidos 62. Domos Emeriti in cliuo * Mamuri,

* e odẽ domu ico

* Illuſtri fœminæ Veſtinæ.

* Mamortini.

muri, inter vrbem Romam iuxta Baſilicam, præſtantes ſolidos 62. Domos in cliuum Patricij * arbitrata. Domos iuxta Baſilicam in vico longo, qui cognominatur ad lacum, præſtantes ſolidos 82. Domos ad cathedram lapideam Florianam, præſtantes ſolidos 58. Piſtrinum in vico longo, qui cognominatur Caſtoriani, præſtans ſolidos * 61. Balneum in vico longo, qui cognominatur Templum, præſtans ſolidos 40. * Siliquas * 3. * vncias * Portæ Nomētanæ, præſtans ſolidos 22. & tremiſſem. Hic conſtituit ſabbato ieiunium celebrari, quia ſabbato Dñs in ſepulcro poſitus eſt, & diſcipuli ieiunarunt. Hic conſtituit Baſilicam ſanctæ Agnetis martyris, à presbyteris Leopardo & Paulino, ſolicitè ac dignè gubernari & regi & ornari. Et ex diſpoſitione Veſtinę, tituli ſupradicti presbyteris eſt cōceſſa poteſtas. Hic fecit ordinationes quatuor in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros triginta, diacones quindecim, Epos per diuerſa loca 54. Qui etiàm ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ, ad vrſum pileatum. 5. Kalendas * Auguſti. Et ceſſauit Epiſcopatus dies 22.

*arbitrata.

* lxxxj.

Locus obſcurus.

* Iulij.

TITVLI CANONVM SEQVENTIS Epiſtolæ Innocentij Papæ primi.

De pacis oſculo dando poſt confecta myſteria. 1
De nominibus ante precem Sacerdotis non recitandis. 2
Quòd non debeant baptizati, niſi ab Epiſcopo, conſignari. 3
Quòd ritè omni ſabbato ieiunetur. 4
De fermento, quòd ciuitatis tantùm presbyteris dirigatur. 5
De energumenis baptizatis. 6
De pœnitentibus. 7
De Epiſtola ſancti Iacobi Apoſtoli, in qua pro infirmis orari præcipitur. 8

EPISTOLA REGVLARIS INNOCENTII PAPÆ PRIMA, Ad Decentium Eugubinum Epiſcopum.

INNOCENTIVS Decentio Epiſcopo Eugubino ſalutem. Si inſtituta Eccleſiaſtica, vt ſunt à beatis Apoſtolis tradita, integra vellent ſeruare Domini Sacerdotes, nulla diuerſitas, nulla varietas in ipſis ordinibus & cōſecrationibus haberetur. Sed dum vnuſquiſque, non quod traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc æſtimat eſſe tenendum, indè diuerſa in diuerſis locis vel eccleſijs aut teneri, aut celebrari videntur, ac fit ſcandalum populis: qui dum neſciunt traditiones antiquas, humana præſumptione corruptas, putant ſibi aut Eccleſias non conuenire, aut ab Apoſtolis vel ab Apoſtolicis viris contrarietatem inductā. Quis enim neſciat aut non aduertat, id, quod à Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuperinduci aut introduci aliquid, quod aut authoritatem non habeat, aut aliundè accipere videatur exemplum? præſertim cùm ſit manifeſtum, in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Aphricam atq; Siciliam, inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus aut eius ſucceſſores, conſtituerint Sacerdotes? Aut legant, ſi in his prouincijs alius Apoſtolorum inuenitur aut legitur docuiſſe. Quod ſi non legunt, quia nuſquàm inueniunt, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, a qua eos principium accepiſſe, non dubium eſt, ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere. Sæpè dilectionem tuam ad vrbem veniſſe, ac nobiſcum in Eccleſia conueniſſe, & quem morem vel in conſecrandis myſterijs, vel in cæteris agendis arcanis teneat, cognouiſſe, dubium non eſt. Quod ſufficere ad informationem Eccleſiæ tuæ vel reformationē, (ſi præde ceſſores tui minùs aliquid aut aliter tenuerūt) ſatis certum haberem, niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. Quibus idcircò reſpondemus, non quòd te aliqua ignorare credamus, ſed vt maiori authoritate vel tuos inſtituas, vel ſi qui à Romanæ Eccleſiæ inſtitutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas, vt ſcire valeamus, qui ſint, qui aut nouitates inducunt, aut alterius Eccleſiæ quàm Romanæ, exiſtimant conſuetudinem eſſe ſeruandam.

Diſtin. 11. Quis eſt neſciat.

Capitulum I.

Pacem ergò aſſeris ante confecta myſteria quoſdam populis imperare, vel ſibi inter Sacerdotes tradere, cùm poſt omnia, quæ aperire non debeo, pax ſit neceſſariò indicenda, per quam conſtet, populum ad omnia, quę in myſterijs aguntur, atque in Eccleſia celebrantur, præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe, pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur.

De conſ. diſt. 2. Pacem igit.

2 De nominibus verò recitandis, antequàm preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quàm ſuperfluum ſit, & ipſe pro tua prudentia recognoſcis, vt, cuius hoſtiam necdùm Deo offeras, eius antè nomen inſinues, quamuis illi incognitum ſit nihil. Priùs ergò oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes, edicenda, vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia, quæ antè præmittimus, vt ipſis myſterijs viam futuris precibus aperiamus.

De conſ. diſt. 1. De nominib. recitādis.

3 De conſignandis verò infantibus manifeſtum eſt, non ab alio, quàm ab Epiſcopo, fieri licere. Nam presbyteri licèt ſint Sacerdotes, pontificatùs tamen apicem non habent.

bent. Hæc autem pontificibus ſolis deberi, vt vel conſignent, vel paracletum ſpiritum tradant, non ſolùm conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, verùm & illa lectio Actuũ Apoſtolorum, quæ aſſerit, Petrum & Ioannem eſſe directos, qui iam baptizatis traderent ſpiritum ſánctum. Nam presbyteris, ſeu extra Epiſcopum, ſeu pręſente Epiſcopo baptizant, chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cùm tradunt ſpiritum paracletum. Verba verò dicere non poſſum, nè magìs prodere videar, quàm ad conſultationem reſpondere.

Acto. 8. f
De conſ. diſt. 4. presbyteris.

4 Sabbato verò ieiunandam eſſe, ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem Dominicum, ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, non ſolùm in paſcha celebramus, verùm etiàm per ſingulos circulos hebdomadarum, ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſexta feria propter paſſionem Domini ieiunamus, ſabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam atque lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtiquè conſtat, Apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occuluiſſe. Quod vtiquè non dubium eſt, intantùm eos ieiunâſſe biduo memorato, vt traditio eccleſiæ habeat, iſto biduo ſacramenta penitùs non celebrari: quæ vtiquè forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id, quòd commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda. Quòd ſi putant, ſemèl atque vno ſabbato ieiunandum, ergò & dominica, & ſexta feria ſemèl in Paſcha erit vtiquè celebranda. Si autem Dominici diei & ſextæ feriæ per ſingulas hebdomadas reparãda imago eſt, dementis eſt, bidui agere conſuetudinem ſabbato prætermiſſo, cùm nõ diſparem habeat cauſam, à ſexta videlicet feria, in qua Dominus paſſus eſt, quandò & ad Inferos fuit, vt tertia die reſurgens, redderet lætitiam poſt biduanam triſtitiam præcedentem. Non ergò nos negamus ſexta feria ieiunandũ, ſed dicimus & ſabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſequuti ſunt, induxerunt. Qui die Dominico exhilarati, nõ ſolùm ipſum feſtiuiſſimũ eſſe voluerunt, verùm etiàm per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt.

De conſ. di. 3. Sabbato ve. Et in decret Iuon. li. 2.
Ioan. 20

5 De fermento, verò quod die Dominica per titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intra ciuitatem ſint conſtitutæ. Quarum presbyteri, quia die ipſa propter plebem ſibi creditam, nobiſcum conuenire non poſſunt, idcircò fermentum, à nobis confectum, per acolythos accipiunt, vt ſe à noſtra communione, maximè illa die, non iudicent ſeparatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia nec longè portanda ſunt ſacramenta: nec nos per cœmeteria diuerſa conſtitutis presbyteris deſtinamus, & presbyteri eorum conficiendorum ius habeant atque licentiam.

6 De his verò baptizatis, qui poſteà à dæmonio, vitio aliquo aut peccato interueniente, corripiuntur, quæſiuit dilectio tua, ſi à presbytero vel diacono poſſint aut debeant conſignari: quòd hoc niſì Epiſcopis, præcipere non licet. Nam ei manus imponenda omninò non eſt, niſì Epiſcopus authoritatem dederit id efficiendi. Vt autem fiat, Epiſcopi eſt imperare, vt manus ei vel à presbytero, vel à cæteris clericis imponatur. Nam quomodò id fieri ſinè magno labore poterit, vt longè conſtitutus energumenus, ad Epiſcopum deducatur, cùm, ſi talis caſus ei in itinere acciderit, nec perferri ad Epiſcopum, nec referri ad ſua facilè poſſit?

7 De pœnitentibus verò, qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum Romanæ eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterum de pondere ęſtimando delictorum, ſacerdotis eſt iudicare, vt attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cùm viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis ægritudinem inciderit, atque vſque ad deſperationem deuenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, nè de ſeculo abſque cõmunione diſcedat.

De conſ. diſt. 3. De pœnitentib' verò.

8 Sanè quoniam de hoc ſicutì de cæteris, conſulere voluit dilectio tua, adiecit etiàm filius meus Cæleſtinus diaconus in epiſtola ſua, eſſe à tua dilectione poſitum illud, quod in beati Apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt: (Si infirmus aliquis in vobis eſt, vocet presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit laborantem, & ſuſcitabit illum Dominus: & ſi peccata fecit, remittet ei.) Quòd non eſt dubium, de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quo ab Epiſcopo confecto, non ſolùm ſacerdotibus, ſed omnibus vti Chriſtianis licet in ſua aut ſuorum neceſſitate * inungendo. Cæterùm illud ſuperfluum videmus adiectum, vt de Epiſcopo ambigatur, quòd presbyteris licere non dubium eſt. Nam idcircò de presbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterùm, ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit, aliquem à ſe viſitandum, & benedicere & tangere chriſmate, ſinè cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodò vnum genus putatur poſſe concedi? His ergò, frater chariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, pro-

Iacob. 5. c
*ad vngendum.
Di. 95. Illud ſuperfluum.

vt potuimus, reſpondere curauimus, vt Eccleſia tua Romanam conſuetudinem, à qua originem ducit, ſeruare valeat atque cuſtodire. Reliqua verò, quæ ſcribi fas non erat, quum adfueris, interrogati, poterimus edicere. Erit autem Domini potentiæ, etiàm id procurare, vt & tuam Eccleſiam, & clericos noſtros, qui ſub tuo pontificio diuinis famulantur officijs, benè inſtituas, & alijs formam tribuas, quam debeant imitari. Data xiiij. Kalendarum Aprilis, Theodoſio Auguſto ſeptiès, & Palladio viris clariſſimis conſulibus.

A.D. 416. qui fuit Innocentij vltimus.

EPISTOLA SECVNDA EIVSDEM Innocentij Papæ ad Victricium Rothomageñ. Epiſcopum.

CAPITVLA EIVSDEM EPISTOLAE.

Quòd extra conſcientiam Metropolitani nõ ſunt ordinandi Epiſcopi. 1
De his, qui poſt baptiſmum cingulum militiæ ſecularis acceperunt, non debere ad clericatùs ordinem admitti. 2
De cauſis clericorum, quæ in prouincia iuſtè non finiuntur, vt ab Apoſtolica ſede terminentur. 3
De vxoribus clericorum, vt virginibus ſocientur,* & ſecundam non ducant vxorem. 4
Vt, ſi laicus viduam duxerit, clericus non fiat. 5
Vt clericus non ſit, qui ſecundam duxerit vxorem. 6
Vt alterius clericum nullus Epiſcopus ordinare vſurpet. 7
Vt non rebaptizentur, qui à Nouatianis vel Montenſibus veniunt. 8
Vt Sacerdotes & Leuitæ cum mulieribus cohærere non debeant. 9
Vt monachus, ſi clericus factus fuerit, propoſitum ſuum ſeruare debeat. 10
Vt ex curialibus clericus non fiat, propter voluptates, quas à diabolo inuentas, exhibere compellitur. 11
De virginibus ſacris, ſi lapſæ fuerint, vel publicè nupſerint. 12
De virginibus non velatis, ſi deuiauerint. 13

tor.* & vt ipſi.

INNOCENTIVS Victricio Epiſcopo Rothomagenſi, ſalutem. Etſi tibi, frater chariſſime, pro merito & honore Sacerdotij, quo plurimùm polles, viuendi & docendi ſecundùm Eccleſiaſticas regulas non ſunt omnia, neque eſt aliquid, quod de ſacris lectionibus tibi minùs collectum eſſe videatur, tamen quia Romanæ Eccleſiæ normam atque authoritatem magnoperè poſtulâſti, voluntati tuæ morem admodùm gerens, digeſtas vitæ & morum probabilium diſciplinas, annexas literis meis miſi, per quas aduertant eccleſiarum regionis veſtræ populi, quibus rebus & regulis Chriſtianorum vita, in ſua cuiuſque profeſſione debeat contineri qualiſque ſeruetur in vrbis Romæ Eccleſijs diſciplina. Erit dilectionis tuæ, per plebes finitimas, & conſacerdotes noſtros, qui in illis regionibus proprijs eccleſijs præſident, regularum hunc librum, quaſi didaſcalicum atque admonitorem, ſedulò inſinuare, vt & noſtros cognoſcere, & ad fidem confluentiũ mores valeant docendi ſedulitate formare. Aut enim propoſitum ſuum ex hac noſtra cõgnoſcenti lectione cognoſcent, aut ſi quid adhuc deſideratur, facilè poterunt ex bona imitatione ſupplere.

Incipiamus ergò, adiuuante Deo & ſancto Dei Apoſtolo Petro, per quem & Apoſtolatus & Epiſcopatus in Chriſto cepit exordiũ, vt quoniam ſæpè plures emerſerunt cauſæ, quæ in aliquantis non erant cauſæ, ſed crimina, vt decæterò ſolicitudo ſit vnicuique ſacerdoti in ſua Eccleſia, curam huiuſmodi habere, ſicut beatus Apoſtolus Paulus prædicat, talem Eccleſiam Deo exhibendum, non habentem maculam aut rugam, ne alicuius morbidæ ouis afflatu conſcientia noſtra contaminata violetur.

Hæc vſq; ad ca. 2 habentur ſupra in epiſtola Siricij Papæ, ſed cõtractius.

Epheſ. 5. f

Propter eos igitur, qui vel ignorantia vel deſidia non tenent eccleſiaſticam diſciplinam, & multa non præſumenda præſumunt, rectè poſtulâſti, vt in illis partibus iſtiuſmodi, quam tenet Eccleſia Romana, forma ſeruetur. Non quòd noſtra præcepta aliqua imperentur, ſed ea, quæ per deſidiam aliquorum neglecta ſunt, ab omnibus obſeruari cupiamus, quæ tamen Apoſtolica & patrum traditione ſunt conſtituta. Scriptum eſt nãque ad Theſſalonicenſes, Paulo monente: (State & tenete traditiones noſtras, quas tradidimus vobis, ſiue per verbum, ſiue per epiſtolam.) Illud certè debet tuam mentem vehementer excitare, vt ab omni labe ſeculi iſtius immunis, ante Dei conſpectum ſecurus incurnaris. Cui multum enim creditur, plus ab eo exigitur vſura pœnarum. Ergo, quoniam non pro nobis tantùm, ſed pro populo Chriſti cogimur præſtare rationem, diſciplina deiſica populum erudire debemus. Quoſdam enim aſſeris extitiſſe, qui ſtatuta Maiorum non tenentes, caſtitatem Eccleſiæ ſua præſumptione violârint, populi fauorem ſequentes, & Dei iudicium non tenentes. Ergo ne ſilentio noſtro exiſtimemur his præbere conſenſum, dicente Domino, (Videbas furem, & currebas cum eo, hæc ſunt,) quæ deincèps intuitu diuini iudicij, omnem catholicum Epiſcopum expedit cuſtodire.

2. Theſ. 2. d
1. Tim. 4.
2. Tim. 5. d

Pſal. 49.

Capitulum I.

PRIMVM, vt extra conſcientiam Metropolitani Epiſcopi, nullus audeat ordinare Epiſcopum. Integrum enim eſt iudiciũ, quod plurimorum ſententijs cõfirmatur. Nec vnus Epiſcopus ordinare præſumat Epiſcopum, ne furtiuum præſtitum beneficium videatur.

Di. 64. Extra cõſciẽ. Nicenæ ſynodi. c. 4.

Hoc

Hoc enim & à ſynodo Nicena conſtitutum eſt atque definitum.

Niceę ſyno di cap. 11. 2 Item ſi quis poſt remiſſionem peccatorũ cingulũ militiæ ſecularibus habuerit, ad clericatum admitti omninò non debeat.

11.q.6. Si quę cauſę vel. 3 Si quæ autem cauſæ vel contentiones inter clericos tã ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ, vt ſecundùm Synodum Nicenam, congregatis eiuſdem prouinciæ Epiſcopis, iurgium terminentur. nec alicui liceat, (Romanæ eccleſiæ, cuius in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri) relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei Eccleſiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias. Quod ſi quis fortè præſumpſerit, & ab officio clericatûs ſubmotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores cauſæ in medium fuerint deuolutæ, ad ſedem Apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit & beata conſuetudo exigit, poſt iudicium Epiſcopale referat.

Niceę ſyno di cap. 5. 3.q.6. Nõ liceat.

Leuit. 21. c 4 Vt viduam clericus non ducat vxorem:
Ezec. 44. f quia ſcriptum eſt, (Sacerdos vxorem virginẽ
„ accipiat,) non viduam, non eiectam. Vtiquè, qui ad ſacerdotium labore ſuo & vitæ probitate contendit, cauere debet, nè hoc præiudicio impeditus, peruenire non poſſit.

34. diſt. Si qs viduã, licèt. 5 Vt ſi quis viduam, licèt laicus, duxit vxorem, ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum, non admittatur ad clerum, quia eodẽ videtur vitio excluſus. In baptiſmo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris conſortium relaxatur.

6 Ne is, qui ſecundam duxit vxorem, cle-
1. Tim. 3. a ricus fiat: quia ſcriptum eſt, (Vnius vxoris vi-
Titi 1. b rum.) Et iterum: (Sacerdotes mei ſemel nu-
„ bant.) Et alibi: (Sacerdotes mei non nubant
„ ampliùs.) Et ſi ab aliquibus exiſtimatur, ante baptiſmum ſi fortè quis accepit vxorem, & ea de ſeculo recedente, alteram duxerit, in baptiſmo eſſe dimiſſum, ſatis errant à regula: quia in baptiſmo peccata remittuntur, non acceptarum vxorum numerus aboletur: quũ vtique vxor ex legis præcepto ducatur, intan-
Gen. 1. d tùm, vt & in paradiſo quum parentes humani generis coniungerentur, ab ipſo Domino
Prou. 19. c ſint benedicti, & Salomon dicat, A Deo præparabitur viro vxor. Quam formam etiam ſacerdotes omnes ſeruare, vſus ipſe demonſtrat eccleſiæ. Satis enim abſurdum eſt, aliquem credere, vxorem ante baptiſmum acceptam, poſt baptiſmum non computari, quum benedictio, quæ per ſacerdotem ſuper nubentes imponitur, non materiam de-
Diſt. 34. Si quis viduam. linquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis, à Deo antiquitùs inſtitutæ, doceatur. Quòd ſi non putatur vxor eſſe computanda, quæ ante baptiſmum ducta eſt: ergò nec filij, qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filijs habentur.

Diſt. 71. De aliena. 7 Vt de aliena eccleſia clericum, ordinare nullus vſurpet, niſi eius Epiſcopus, precibus exoratus, concedere voluerit. Hoc etiam ſynodus ſtatuit Nicena, vt abiectum ab altero clericum, altera eccleſia non recipiat. Niceę ſyn. 16. & 17. c.

8 Vt venientes à Nouatianis vel Montenſibus, per manus tantum impoſitionem ſuſcipiantur: quia quamuis ab hæreticis, tamen in Chriſti nomine ſunt baptizati: præter eos, ſi qui fortè à nobis ad illos tranſeuntes, rebaptizati ſunt. Hi ſi reſipiſcentes, & ruinam ſuam cogitantes, redire voluerint, ſub longa pœnitentiæ ſatisfactione admittendi ſunt.

9 Prætereà, quòd dignum & pudicum & honeſtum eſt, tenere eccleſia omnimodò debet, vt ſacerdotes & Leuitæ cum vxoribus ſuis non coeant, quia miniſterij quotidiani neceſſitatibus occupantur. Scriptum eſt enim: Di. 31. Te nere deb.
(Sancti eſtote, quoniam & ego ſum ſanctus, Leuit. 11. g 20. b
Dominus Deus veſter.) Nam ſi priſcis tem- „
poribus, de templo Dei ſacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia Luc. 1. a
legimus, nec domum ſuam omninò tangebant, quibus vtiquè propter ſobolis ſucceſſionem vxorius vſus fuerat relaxatus, quia Leuit. 21. e
ex alia tribu, & præterquàm ex ſemine Aaron, Num. 18. a
ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quanto magis hi ſacerdotes vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, qua vel à ſacrificijs diuinis, vel à baptiſmatis officio vacent? Nam ſi beatus Apoſtolus Paulus ad Corinthios ſcripſit, dicens: 1. Cor. 7. b
(Abſtinete vos ad tẽpus, vt vacetis orationi,) „
& hoc vtique laicis præcepit: multo magis ſacerdotes, quibus & orandi & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ad huiuſmodi conſortio abſtinere. Quòd ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore ſacrificare vſurpabit? aut qua cõſcientia, quoue merito exaudiri poſſe ſe credit, quum dictum ſit, (Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?) Tit. 1. d
Sed fortè licere hoc credit, quia ſcriptum eſt, „
Vnius vxoris virum: non permanentem in 1. Tim. 3. a
concupiſcentia generandi, dixit, ſed propter Tit. 1. b
futuram continentiam. Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait, Vellem autem 1. Cor. 7. b
omnes ſic eſſe, ſicut & ego. Quòd apertiùs declarat, ſic dicens: (Qui autem in carne ſunt, Rom. 8. b
Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.)

10 De monachis, qui diù morantes in monaſterijs, ſi poſteà ad clericatûs ordinem peruenerint, non debere eos à priore propoſito deuiare. Aut enim, ſicut in monaſterio fuit, & quod diù ſeruauit, id in meliori gradu poſitus, amittere non debet: aut ſi corruptus, poſteà baptizatus, & in monaſterio ſedens, ad clericatûs ordinem accedere voluerit, vxorem omninò habere non poterit: quia nec benedici cum ſponſa poteſt, iam ante corruptus. Quæ forma ſeruatur in clericis, maximè quũ vetus regula hoc habeat, vt quiſquis corruptus 16. q. 1. De monachis

ptus baptizatus, clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe vxorem omninò non ducere.

Diſt. 51. Præterea frequenter.

11 Præterea, frequenter quidam ex fratribus noſtris, curiales vel quibuſlibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus poſtea maior triſtitia, quum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gr̃a de adſcitis naſcitur. Cõſtat enim, eos in ipſis munijs etiàm voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas eſſe, non dubium eſt, & ludorum vel munerum apparatibus aut præeſſe, aut intereſſe. Sit certè in exemplum ſolicitudo & triſtitia fratrum, quam ſæpe pertulimus, Imperatore præſente, cum pro his ſæpiùs rogaremus, quam ipſe, nobiſcũ poſitus cognouiſti, quibus non ſolùm inferiores clerici ex curialibus, verùm etiàm iã i ſacerdotio conſtituti, ingens moleſtia, vt redderentur inſtabat.

27. q. 1. Quę Chriſto ſpiritualiter.

12 Item quæ Chriſto ſpiritualiter nupſerunt, & velari à ſacerdote meruerunt, ſi poſteà vel publicè nupſerint, vel ſe clanculò corruperint, admittendas eſſe ad agendam pœnitẽtiam nisi is, cui ſe iunxerant, de ſeculo deceſſerit. Si enim de omnibus hæc ratio cuſtoditur, vt quæcunque, viuente viro, alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia licentia concedatur, niſi vnus ex eis defunctus fuerit: quantò magis de illa tenenda eſt, quæ antè immortali ſe ſponſo coniunxerat, & poſteà ad humanas nuptias tranſmigrauit?

27. q. 1. Hę verò quę nondum.

13 Hæ verò, quæ necdùm ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe permanere promiſerant, licèt velatæ non ſint, ſi fortè nupſerint, his agenda aliquanto tẽpore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum, à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolui, quantò magis iſta pollicitatio, quàm cum Deo pepigerunt, ſolui ſinè vindicta non debet? Nam ſi Apoſtolus Paulus, quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quantò magis virgines, quæ pactionis ſuæ fidem minimè ſeruauerunt? Hæc itaque regula, frater chariſſime, ſi plena vigilantia fuerit ab omnibus Dei ſacerdotibus obſeruata, ceſſabit ambitio, diſſenſio conquieſcet, hæreſes & ſchiſmata non emergent, locum non accipiet diabolus ſæuiendi: ſed manebit vnanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur, veritas ſpiritali feruore flagrabit, pax prædicata labijs, cum voluntate animi concordabit. Implebitur & dictum Apoſtoli, ut unanimes, vnum ſentientes, permaneamus in Chriſto, nihil per contentionẽ nobis, neque per inanem gloriam vendicantes, non hominibus, ſed Deo noſtro ſaluatori placentes, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Datum 15. Kalendas Martij, Honorio Auguſto 6. & Ariſtaeto uiris clariſſimis conſulibus.

1 1. Tim. 5. Idem habetur in epiſt. Siricij Pap. cuius principium eſt, Diuerſa quamuis. Philip. 2. a

EPISTOLA EIVSDEM TERTIA ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum.

De incontinentia ſacerdotum vel Leuitarũ. 1
De his, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus ſunt dediti, & in vltimo pœnitentiam poſcunt. 2
De adminiſtratoribus vel iudicibus ſecularibus. 3
Quòd viri cum adulteris vxoribus non conueniant. 4
Quòd, qui preces vel crimina dictant, habeantur immunes. 5
Quòd hi, qui, intercedente repudio, diuortiũ pertulerunt, ſi ſe nuptijs alijs iunxerint, adulteri eſſe monſtrentur. 6
Qui libri in canone recipiantur. 7

INNOCENTIVS Exuperio epiſcopo Tholoſano ſalutem. Conſulenti tibi, frater chariſſime, quid de propoſita ſpecie vnaquaque ſentirem, pro captu intelligentiæ meæ, quæ ſunt viſa, reſpondi quid ſequendum, vel docilis ratio perſuaderet, vel authoritas lectionis oſtenderet, vel cuſtodita ſeries temporum demonſtraret. Et quidem dilectio tua, inſtitutum ſequuta prudentium, ad ſedem Apoſtolicam referre maluit, quid de rebus dubijs cuſtodire deberet, potiùs quàm vſurpatione præſumpta, quæ ſibi viderentur, de ſingulis obtinere. Cur enĩ magis pudendum putemus, diſcere aliquid, quàm omnino neſcire? Mihi quoquè ipſi de collatione docilitas accedit, dum perſcrutatis rationibus, ad propoſita reſpondere compellor: eoque fit, vt ſemper aliquid addiſcat, qui poſtulatur vt doceat. Proponam igitur ſingula ſubijciamquè reſponſum.

CAP. PRIMVM.

Propoſuiſti, quid de his obſeruari debeat, quos in diaconij miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos, incontinentes eſſe aut fuiſſe, generati filij prodiderunt. De his, & diuinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Siricij epiſcopi monita euidentia commearunt, vt incontinentes in officiis talibus poſiti, omni eccleſiaſtico honore priuarentur, nec admitterentur accedere ad miniſterium, quòd ſola continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodùm ſacræ legis authoritas, iam indè ab initio cuſtodita, quòd in templo anno vicis ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, vt ſeruientes ſacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos, ſibi vendicent diuina miniſteria, neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale conſortium, quia ſcriptum eſt: (Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter.) Quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionem vxorius vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quantò magis hi ſacerdotes vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ

Diſt. 28 Propoſuiſti. Et in dec. Iuo. lib. 3.

Luc. 1. a 1. Par. 24 c

Diſt. 31. Eos ad ſac. Leuit. 11. g & 20. b

ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium,
vel miniſterium ſinè ſucceſſione eſt, nec præ-
terit dies, qua vel a ſacrificiis diuinis, vel a ba-
ptiſmatis officio vacent? Nam ſi beatus Pau-
1.Cor.7.a lus Apoſtolus ad Corinthios ſcribit dicens,
» (Abſtinete vos ad tempus, vt vacetis oratio-
» ni:) & hoc vtiquè laicis præcepit: multò ma-
gis ſacerdotes, quibus & orandi & ſacrifican-
di iuge officium eſt, ſemper debebunt ab hu-
iuſmodi conſortio abſtinere. Qui ſi contami-
natus fuerit carnali cócupiſcentia, quo pudo-
re vel ſacrificare vſurpabit, aut qua conſcien-
tia, quóve merito exaudiri ſe credit, quum
Tit.1.d dictum ſit: (Omnia munda mundis, coin-
» quinatis autem & infidelibus nihil mũdum?)
1.Tim.3.a Sed fortaſse hoc licere credit, quia ſcriptum
Tit.1.d eſt, Vnius vxoris virum. Non de permanen-
te in concupiſcentia generandi, hoc dixit,
ſed propter continentiam futuram. Neque
enim integros corpore non admiſit, qui ait:
1.Co.7.b (Vellem autem omnes ſic eſſe, ſicut & ego.)
Rom.8.b Quod & apertiùs declarat, dicens: (Qui au-
tem in carne ſunt, DEO placere non poſſunt.
» Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in Spi-
» ritu.) & habentem filios, non generantem,
Idem in concil. Agath. ca.9. dixit. Sed ea planè diſpar & diuerſa ſenten-
tia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccle-
ſiaſticæ vitæ, pariter & diſciplinæ, quæ ab epi-
ſcopo Siricio ad prouincias commeauit, non
probabitur perueniſſe, his ignorationis ve-
nia remittitur, ita vt deceterò penitùs incipiát
abſtinere. Et ita gradus in quibus inuenti
fuerint, ſic retenteut, vt eis non liceat ad potio
ra conſcendere. Quibus in beneficio eſſe de-
bet, quòd hunc ipſum locum, quem retinent,
non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam vi-
uendi, miſſam a Siricio, detegentur, neque ſta
tìm cupiditates libidinis abieciſſe, illi ſũt mo-
dis omnibus ſubmouendi: quia poſt admoni-
tionem cognitam, præponédam arbitrati ſunt
voluptatem.

2 Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſer
uari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tem-
pore incontinentiæ & voluptatibus dedi-
ti, in extremo fine vitæ ſuæ, pœnitentiam ſi-
mul & reconciliationem communionis expo-
ſcunt. De his obſeruatio prior, durior:
poſterior, interueniente miſericordia, incli-
natior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, vt
concederetur eis pœnitentia, ſed communio
negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ
perſequutiones eſſent, nè communionis con-
ceſſa facilitas, homines de reconciliatione
ſecuros, non reuocaret a lapſu, negata meri-
tò communio eſt, conceſſa pœnitentia, nè
totum penitùs negaretur. & duriorem re-
miſſionem fecit temporis ratio. Sed poſt-
quam Dominus noſter pacem eccleſiis ſuis
reddidit, iam depulſo terrore, communionem
dari abeuntibus placuit, & propter Domini
miſericordiam, quaſi viaticum profecturis,
nè Nouatiani hæretici, negantis veniam, aſpe-
ritatem & duritiam ſubſequi videamur. Tri-
buetur ergò cum pœnitentia extrema com-
munio, vt homines huiuſmodi vel in ſupre-
mis ſuis, permittente ſaluatore noſtro, à per-
petuo exitio vindicentur.

3 Quæſitum etiàm eſt ſuper his, qui poſt baptiſmum adminiſtrauerunt, & aut tormen- 23.q6.4. Quæſitum eſt etiam ſuper his.
ta ſola exercuerunt, aut etiam capitalem pro-
tulêre ſententiam. De his nihil legimus à ma-
ioribus definitum. Meminerant enim, à Deo Rom.13.a,b,
poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vin-
dictam noxiorum, gladium fuiſſe permiſſum,
& Dei eſſe miniſtrum, vindicem in huiuſmo-
di datum. Quomodò ergò repræhenderent
factum, quod authore Deo viderent eſſe con-
ceſſum? De his ergò ità, vt hactenùs ſeruatũ
eſt, ſic habemus, nè aut diſciplinam euertere,
aut contra authoritatem Domini venire vi-
deamur. Ipſis autem in ratione reddenda, ge-
ſta ſua omnia ſeruabuntur.

4 Et illud deſideratum eſt ſciri, cur com- 35.q6.5. Chriſtiana religio ad.
municantes viri, cum adulteris vxoribus non
conueniant, cùm contrà vxores in conſor-
tio adulterorum virorum manere videantur.
Super hoc Chriſtiana religio adulterium in
vtroque ſexu pari ratione condemnat. Sed vi-
ros ſuos mulieres non facilè de adulterio ac-
cuſant, & non habent latentia peccata vindi-
ctam. Viri autem liberiùs vxores adulteras
apud Sacerdotes deferre conſueuerunt: &
ideò mulieribus, prodito earum crimine,
communio denegatur. Virorum autem la-
tente commiſſo, non facilè quiſquam ex ſu-
ſpicionibus abſtinetur. Qui vtiquè ſubmo-
uebitur, ſi eius flagitium detegatur. Cùm er-
gò par cauſa ſit, interdùm probatione ceſſan-
te, vindictæ ratio conquieſcit.

5 Illud etiàm ſciſcitari voluiſti, an preces 33.q.4. Illud etiàm ſciſcitari.
dictantibus liberum concedatur, vtiquè poſt
baptiſmi regenerationem, a principibus po-
ſcere mortem alicuius, vel ſanguinem de rea-
tu, quam rem principes nunquàm ſinè cogni
tione concedunt, ſed ad iudices commiſſa ip-
ſa vel crimina ſemper remittunt, vt cauſa co-
gnita vindicétur. Quæ cùm quæſitori fuerint
delegata, aut abſolutio, aut damnatio, pro ne-
gocij qualitate, profertur. Et dum legum in
improbos exercetur authoritas, erit dictator
immunis.

6 De his etiàm requiſiuit dilectio tua, qui
interueniente repudio, alij ſe matrimonio co-
pulàrũt, quos in vtraque parte adulteros eſſe
manifeſtum eſt. Qui verò vel vxore viuente,
quamuis diſſociatum videatur eſſe cóiugium,
ad aliam copulam feſtinârunt, neque poſſunt
adulteri non videri, intantùm, vt etiàm hæ
perſonæ, quibus tales coniuncti ſunt, etiàm
ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſe-
cundùm illud quod legimus in Euangelio:
(Qui dimiſerit vxorem ſuam, & duxerit aliã, Matt.19.b & cap.5.c
mœchatur. Similiter & qui dimiſſam duxe-
rit, mœchatur.) Et ideò tales omnes à cómu- »
nione fidelium abſtinendos. De parentibus
autem, aut de propinquis eorum, nihil tale,

ſtatui

EPISTOLA EIVSDEM V.

De his qui in presbyterio filios genuerunt, vt ab officio remoueantur.

INNOCENTIVS Maximo & Seuero epiſcopis per * Britios. Eccleſiaſticorum ca- * Brutios
nonum norma nulli eſſe debet incognita ſacerdoti, quia neſciri hęc à pōtifice, ſatis eſt indecorū, maximè quū à laicis religioſis viris & ſciatur, & cuſtodienda eſſe ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noſter agens in rebus huiuſmodi, qualem querelam detulerit, libelli eius ſeries annexa declarat. Qui zelo fidei & diſciplinæ ductus, non patitur eccleſiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreaſſe. Quod non licere exponerem, niſi noſſem veſtram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideò, fratres chariſſimi, libelli, qui ſubiectus eſt, tenore perſpecto, eos, qui talia perpetraſſe dicuntur, iubebitis in medio collocari: diſcuſſiſque obiectionibus, quæ ijſis presbyteris impinguntur, ſi conuicti fuerint, à ſacerdotali remoueantur officio: quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt: atque alieni efficiantur à miniſterio, quod viuendo illicitè polluerunt. Miramur autem hæc eorum diſſimulare epiſcopos, vt aut conniuere, aut neſcire eſſe illicita iudicentur.

Diſt. 81. Maximilianus

EPISTOLA EIVSDEM VI.

Quòd pœnitentium nullus ad clerum poſſit admitti.

INNOCENTIVS Agapito, Macedonio, & Mauriano epiſcopis Apulis. Multa in prouincia cōtra canones eccleſiaſticos, decretaq; Maiorum vſurpari à plurimis, & relationes diuerſorum, & ſuggeſtiones fidiſſimæ retulerunt, quæ quidem poſſent facilè reſecari, ſi epiſcopi in his non inuenirentur authores. Qui dum aut amicis, aut obſequentibus gratiam præſtare nituntur, religionem violant, ordineſquè corrumpunt. Ac ſic euenit, vt indigni quiquè honores ſuſcipiant eccleſiaſticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere merentur: ſicuti in nunc dato nobis libello monſtratum eſt, Modeſtum quendam, multis criminibus inuolutum, propter quæ etiàm pœnitentiam egiſſe dicitur, non ſolùm clericum effectum, quod non licet, verùm etiam ad epiſcopatus apicem eum tendere: quum canones apud Nicæam conſtituti, pœnitentes etiàm ab infimis officijs clericorum excludāt. Et ideò, fratres chariſſimi, perſpecto tenore libelli, eum iubete præſentari: ac ſi verè conſtiterit, talem, qualem libellus affirmat, non ſolùm ab epiſcopatus ambitione, ſed etiàm à clericatus remoueatur officio.

Diſt. 50. Canones apud Nicæam Cap. 10. Nic. cōcilij.

EPISTOLA EIVSDEM VII.

De Bubalio & Tauriano damnatis à prouincialibus epiſcopis, quorum ſententiam ſedes Apoſtolica retractare curauit.

INNOCENTIVS Rufo, Gerontio, & Sophronio, Flauiano, Macedonio, Proſdotio, & Oriſteo epiſcopis per Macedoniā cōſtitutis. Mora coepiſcoporum noſtrorum Maximiani & Eumenij, vel potiùs importunitas tēporū fecit, vt vos iteraretis de Bubalio & Tauriano quærimoniam, & nos iterùm in homines perditiſſimos inſurgeremus. Sed, vt poſſum, paucioribus verbis tantorum malorum imitabor compendium, & ſtrictim, quæ in volumine literarum veſtrarum conſpexerim, retractabo. Graue non oportuit videri pijſſimis mentibus veſtris, cuiuſcunque retractari iudicium: quia veritas exagitata ſæpiùs, magis ſplēdeſcit i luce: & pernicies reuocata in iudiciū, grauiùs & ſinè * pœnitentia cōdemnatur. Nam fructus diuinus eſt, iuſtitiam ſæpius recenſeri, fratres chariſſimi. Verū illud video mouiſſe animos veſtros, quod i multis Bubalius ſæpè fallacijs deprehenſus, obiecerit exemplaria fictarum quaſi à nobis literarum, quum pro conſuetudine hominis nihil, quod proferret, iam fide digniſſimum videretur. Sed ſileatur omne iā de tali negocio murmur, & conuicti diaboli ipſi anhelitus comprimantur. Subiunximus autem his priores literas, quas per memoratos Epiſcopos miſeramus, quibus iā plenaria ſenſuum noſtrorum ſententia deſignata eſt, vt dum relegeritis, nihil ambiguum, nihil requirendum in hac cauſa, decętero repetatis. Hanc autem paginulam noſtram ſolicitiùs, credentibus ſibi epiſcopis, relegendam mittite, vt ſciant pleniſſimè, quid ſit de Bubalio & Tauriano, cęterisq; ꝓnunciatum, vt ſeruent, qui digni admonitione ſunt, cauere à talibus, nè * talibus ſocientur.

35. q. 9. Graue non.

* illius qui primò iudicauit, pœnitentia

* talia ſortiantur.

EIVSDEM EPISTOLA VIII.

De inuaſione parochiæ alterius, vel de terminis minimè transferendis.

INNOCENTIVS Florentio epiſcopo Tiburtinenſi. Non ſemel, ſed aliquotiès clamat ſcriptura diuina, Transferri non oportere terminos, à patribus cōſtitutos: quia nefas eſt, ſi quod alter ſemper poſſederit, alter inuadat: quod tuam bonitatem frater & coepiſcopus noſter Vrſus aſſerit perpetraſſe. Nam Nomentanam ſiue Felicientem parochiam, ad ſuam diœceſim à maioribus pertinentem, inuaſiſſe te, atque illic diuina celebraſſe myſteria, inconſulto eodem ac neſciente, non ſinè dolore conqueſtus eſt. Quod ſi verum eſt, non leuiter te culpam incurriſſe cognoſcas. Vndè ſi de-

Deut. 19. d & 27. c Prou. 22.

ſi declinare cupis tantæ vſurpationis inuidiã, noſtris literis admonitum te conuenit abſtinere. Certè ſi aliquid tibi credis iuſtitiæ ſuffragari, integris omnibus, & in priſtino ſtatu manẽtibus, poſt dies venerabiles paſchæ adeſſe debebis, vt memoratis poſſis intentionibus reſpondere: partibuſquè in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat, inquiramus.

EIVSDEM EPISTOLA IX.

De eo, cuius de captiuitate reuerſa eſt vxor, vt eam recipiat: altera, quam duxerat, repudiata.

* legum

INNOCENTIVS Probo. Conturbatio procellæ Barbaricæ, facultati * legis intulit caſum. Nam benè conſtituto matrimonio inter Fortunium & Vrſam, captiuitatis incurſus fecerat neuum, niſi ſancta religionis ſtatuta prouiderẽt. Cùm.n.in captiuitate prædicta Vrſa mulier teneretur, aliud coniugium cum Reſtituta Fortunius memoratus iniſſe cognoſcitur. Sed, fauore Domini, reuerſa Vrſa nos adijt, & nullo diffitente, vxorem ſe memorati eſſe perdocuit. Qua de re, domine fili merito illuſtris, ſtatuimus, fide catholica ſuffragante, illud eſſe coniugium, quod primitùs erat gratia diuina fundatum: conuentumque ſecundę mulieris, priore ſuperſtite, nec diuortio eiecta nullo pacto poſſe eſſe legitimum.

34.q.i. & 2.Cùm in c.& in dec. Iuo. lib. 6.

EIVSDEM EPISTOLA X.

Epiſtola familiaris ad ſanctos Dei ſacerdotes, Aurelium Carthaginenſem & Auguſtinum Hipponenſem.

INNOCENTIVS Aurelio & Auguſtino epiſcopis. Acceptiſſimi mihi germani compresbyteri illò recurſus vacuus officio veſtro eſſe non debuit. Percharos enim ſalutare chariſſimos, naturale quodammodò videtur & conſequens. Gaudere igitur in Domino veſtram germanitatem, amantiſſimi, cupimus, & pro nobis paria ad Deum vota rependere precamur: quia (vt benè noſtis) communibus & alternis plùs agimus orationibus, quàm ſingularibus aut priuatis.

EPISTOLA EIVSDEM XI.

De ratione paſchali ad eundem Aurelium.

INNOCENTIVS Aurelio. Charitatis noſtrę officium nullo interuallo dirimitur, & ſi charta nullos apices ferat. Viuit enim ſpiritualis gratia alternis in cordibus, & amorem noſtrum confouet ſacerdotalis ipſa ſocietas. Cur ergò indignum eſt, vnitatem eccleſię * cuſtodiri? Idemque omnes pariter & ſentiamus, & pronunciemus, frater chariſſime. Has ergò literas de ratione paſchali alterius (dico, futuri) anni præſcripſi. Nam quũ ante diem vndecimum Kalendarum Aprilium penè luna 16. colligatur, (nam quippiã minus eſt) itemque quum in ante diem quartum Kalendarum earundem veniat 23. exiſtimaui 11. Kalendarum memoratarum die, feſta paſchalia celebranda: quoniam in vigeſimatertia luna, nullum paſcha vnquàm, ante hoc paſcha, factum eſſe cognoſcimus. Sententiæ meæ expoſui atq; edixi tenorem. Iam prudentiæ tuæ erit, conſors mihi frater, cum vnanimis & conſacerdotibus noſtris, hanc ipſam rem in ſynodo religioſiſſima tractare, vt ſi nihil diſpoſitioni noſtrę reſultat, nobis pleniſſimè aperteq; reſcribas, quò deliberatam paſchalem diem, iam literis antè (vt moris eſt) ſeruandam, ſuo tempore præſcribamus. Cõpresbyterum autem Archidamum, quãuis nouerim, quòd libentiſſimè ac more tuo ſuſcipias conſueto, tamen ex abundanti poſtulo, vt eum inter tuos habere digneris.

* cuſtodire

EPISTOLA EIVSDEM XII.

Vt nullus contra ordinationem canonum fiat Epiſcopus, ad eundem.

DILECTISSIMO fratri Aurelio, Innocentius. Qua in dignitate, qua moleſtia malè tractetur eccleſia, pręcipueq; Epiſcopus, relegam vel audiam, & tua fraternitas benè nouit, & ego tam idonea tanto dolori verba uenire non poſſum, dum facilè imponũtur manus, dum negligenter ſummus ſacerdos eligitur. Ecce facta eſt querela publica, quæ fecit ſemper, vt communis omnibus tremenda ſit reuerentia. Sic clerici eccleſiaſticorum dogmatum nutriti vel honorati intra altaria Chriſti, reſpuuntur: ſic prætereuntur promouentur, quaſi nefas ſit, ad primatum per ordinem peruenire. Nam quum, inuoluti mundanis nexibus, actibus vel moribus, abruptè adſciſcuntur ad tanti collegium ſacerdotij, & illi videntur contemni, de quibus oportuerat eligi, & iſti malè intromitti, qui præter ordinem irrumpunt potiùs, quàm eliguntur. Quàm enim miſerum eſt, eum magiſtrum fieri, qui nunquàm diſcipulus fuit? eum ſummum fieri ſacerdotem, qui nũquam in vllo gradu obſequutus fuerit ſacerdoti? Relege præfectorum literas, & vide, quæ vel falsò, vel pro certo ſublimium poteſtatum annotentur ſcriptis. Perdimus profectò nosipſi, nos inquam, ſanctimoniæ reuerentiam, qui, quaſi viliſſimum aliquid, ſummos efficimus ſacerdotes, vt iam incipiat, quaſi noxium aliquid publicis interloquutionibus condemnari. Frater chariſſime, hæc velim cuncta, recitanda per omnes Aphricanas eccleſias, ſcripta dirigas, & iſtis connectas, quas adiunximus literas pręfectorum, vt conſilium de his, quæ iniquè laudantur, iudiciumque, ſi

Diſ. 61 Miſerum eſt enim.

quid

quid tale probari poterit, fiat, vt præterita mala, ſi doceantur admiſſa, digna ſeueritate coerceantur: & decætero caueatur, ne eccleſiæ ſanctitas, per noſtram fatigata negligentiam, perdat priuilegia, quæ eſt per viros venerabiles conſequuta. Deus te incolumẽ cuſtodiat. Data * 4. Nonas Iunij, Iulio quarto & Palladio viris clariſſimis coſſ.

EIVSDEM EPISTOLA XIII.
Ad Iulianam nobilem fœminam.

SINGVLARE membrum eccleſiæ, tuæ religionis amplitudinem exiſtere, & à nobis reuerentiſſimè coli, ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo enim apice nobilitatis, multò nobiliorem eccleſiæ deuotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione, præceptis eius obtẽperas, & in fide potiùs exultas, quàm tãti generis flore iactaris. Summæ virtutis eſt, viciſſe gloriam carnis: & magnæ eſt Chriſti gratiæ, nobilitatem moribus ſuperaſſe, domina filia meritò illuſtris. Certa igitur exiſtens dilectiſſima, huius vitæ (quæcunque ſunt) ſpatia æternis diuiniſq; officijs illuſtrare contende, vt qui inſignem te præſtitit, reddat ſibi per ſecula clariorem.

EIVSDEM EPISTOLA XIIII.
De Antiochena eccleſia.

INNOCENTIVS Bonifacio presbytero. Eccleſia Antiochena, quam, priuſquàm ad vrbem perueniret Romam, beatus Apoſtolus Petrus ſua præſentia illuſtrauit, velut germana eccleſiæ Romanæ, diù ab eodem alienam eſſe non paſſa eſt. Nam miſſis legatis, ità pacem poſtulauit & meruit, vt & Euagrianos ſuis ordinibus ac locis, intemerata ordinatione, quam acceperant à Memorato, ſuſciperet: & Ioannis ſanctæ memorię vel clericos vel laicos, in vnum colligeret atque cõgregaret,* promittens ipſius ciuitatis epiſcopus, frater meus Alexander, etiam ſi quis forte vel à nobis, vel aliundè, poſteriotis ordinationis ad eoſdem venerit, ſe ſine controuerſia recepturum, ac nomen epiſcopi Memorati inter quieſcentes epiſcopos recitaturum. Cui rei nos noueris tradidiſſe manus, frater chariſſime, & eos in noſtra viſcera recepiſſe, ne diù membra, quæ requiſierant ſanitatem, ab vnitate corporis haberentur aliena. Omnia verò, quæ per ordinem geſta ſunt, filius meus Diaconus Paulus, harum ſcilicet portitor literarum, dilectioni tuæ poterit enarrare, vt & gaudium commune nobiſcum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus interuenire conſueuerunt.

for. * promittente ipſius ciuitatis epiſcopo, fratre meo Alexandro.

EIVSDEM EPISTOLA XV.
Ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum, de pace.

INNOCENTIVS Alexandro epiſcopo. Quàm grata mihi, quàm pia, quàm neceſſaria legatio à tua ſanctitate, frater chariſſime, ad nos directa fuerit, geſtorum ipſorũ replicatione cognoſces. Voluit enim compresbyter noſter Caſſianus, hanc amicitiarum noſtrarum paginulam per compresbyterum noſtrum Paulum, Nicolaum diaconũ, & Petrum ſubdiaconum, filios noſtros, quaſi primitias pacis noſtræ cõſcribi. Saluto itaque & tuam mihi in Chriſto germanitatem, & omnem illam, quæ tecum tam benè ſentit, eccleſiam. Noſque, vt facitis, & alloquamini (peto) crebriùs literis, & frequentiùs de veſtra ſalute lætificetis. Dabit enim, vt confido, Dominus, totius nos præteriti temporis diſpendia amantiſſimo literarum colloquio recompenſare.

EIVSDEM EPISTOLA XVI.

De Attico Epiſcopo Conſtantinopolitano.

INNOCENTIVS Maximiano epiſcopo. Miramur, prudentiam tuam, ſcripta ad Atticum Epiſcopum Cõſtantinopolitanę vrbis à nobis, & proſequutione propria, & dato libello, qui ſubtèr annexus eſt, poſtulare, à quo nec miſſas vllas ſaltẽ epiſtolas ad nos, vel ad veſtram Synodum vtique pertuliſti. Idque non petenti tribuendum exiſtimes, quod vides deprecantibus, diſcuſſa ratione, conceſſum. Communio enim ſuſpenſa reſtituitur demonſtranti cauſas, quibus id acciderat, iam eſſe deterſas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (vt prędixi) Atticus, miſſis aliquibus ſuorum, vel dicere voluit, vel demõſtrare completum, quemadmodũm Antiochenæ Eccleſiæ frater & coepiſcopus noſter Alexander, digna legatione & proſequutus eſt, & probauit. Quibus omnibus vtique intereſſe dignatus, cognouiſti, quemadmodum ſingulatim omnia ſcriptorũ noſtrorũ antè hac de cauſa beatiſſimi Ioannis, quõdam epiſcopi, noſtri diſcuſſerim, vt quę illi in omnibus ſatis euidẽter oſtenderint, vniuerſa, quę apud Antiochiam fieri debuerint, fuiſſe completa. Quorum amplexati pacem, vtique fidem fecimus, & magno tramite omnibus eandem poſtulaturis oſtẽdimus, ſi modò quę diſcuſſa ſunt atque cõpleta, etiam ipſi ſe pro ſuo loco feciſſe vel complẽſſe, aliquandò mõſtrauerint, communionemque, vt iſti, legatione ſolenniter deſtinata, ſibi rogauerint redhiberi. Expectamus ergò & profeſſionem Memorati de completis omnibus conditioni-

bus, quas diuerſis temporibus prædiximus, & petitionem communionis, vt rectè & petenti, & probanti ſe eandem mereri, reddamus, frater chariſſime. Nam de omnibus pleniſſimas ad ſanctam noſtrorum fratrum Synodum dudùm literas percepiſti.

EIVSDEM EPISTOLA XVII. Ad Alexandrum Antiochenum epiſcopum, de pace.

APOSTOLICI fauoris gratia, magno pacis vſque ad nos decore reſplẽduit: tantumque lucis gaudiorumque infulſit fidelibus, vt dicentes Deo maximas laudes, maiores debere nos fateamur. Pluſque à Deo iucundati ſumus, quòd diſcuſſis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ità totũ pietate ac patientia geſtũ cognouimus, vt in omnibus Dominum laudaremus: ſucceſſumque ipſum ideò præſtitum tuis laboribus videamus, quòd tota virtute, pacis amator exiſtẽs, eam requiſitam inueneris, & reperta ſumma charitate tenueris, quam erga omnes, tũ præcipuè circa illos, qui quondàm Paulini atque Euagrij epiſcoporum cenſiti fuerant nomi-
* for. habeo ne, * habeam ſummam votorum meorum, quòd antiqui nęui purgatio, tuis tẽporibus, tuiſque meritis prorogatur. Quorum etiam illos eiuſdem nominis, qui in Italia meritum clericatus acceperant, cẽſui bono quietis gratiam retinere ſuſceptam. Et quia noſter com-
* dixit presbyter Caſſianus gratum * duxit tuæ fore dignationi, ſi meo conſilio in ciuitate veſtra clericatus ordinem ducere conſerentur, ſtatui propter beneuolentiam tuam, promiſſaq; Memorati, vt inter cæteros ſacerdotes miniſtroſque, qui in ciuitate ſunt, annumerentur, frater chariſſime. Libenter præterea de epi-
* Pappo ſcopis Helpidio atque * Papo cognoui, quòd ſine quæſtione ſuas eccleſias recuperauerint, & multum in geſtis (vt ſubſcripta teſtantur) ſolicitus inquiſiui, vtrùm omnibus eſſet conditionibus ſatisfactum, in cauſa beati & verè Deo digni ſacerdotis Ioannis. Et quum per ſingula aſſertio legatorum ex voto completa eſſe fateretur, gratias agens Domino, communionem eccleſiæ veſtræ ità recepi, vt præ me feram, Apoſtolicæ ſedis cõdiſcipulos primos dediſſe cęteris viam pacis, in qua firmatos vos, noſque Domini CHRISTI ità benignitas amplexabitur atque communiet, vt nullo decętero titillamento, vel leni cuiuſquã contentionis pudore pulſetur. Scripta autem Attici epiſcopi, quoniam cum veſtris ſunt porrecta, ſuſcepimus, ne per veſtram iniuriã ille, qui olim à nobis ſuſpenſus fuerat, repudiaretur. Et tamen ſatis abundè quæ in actis ſtatuimus, ſicut dignanter relegere procurabis, quid in eius perſona debeat cuſtodiri, vt ſi per omnia veſtris conſilijs, actibuſque tam ſanctis ſe rogauerit eſſe communem, præſte-
* ſanè tur * ſeni fauore veſtro noſtroque iudicio, communionis atque literarum à nobis gratia prorogata. Subſcripſerunt epiſcopi * Italiæ 24. * 10 Italiæ.

EPISTOLA EIVSDEM XVIII. ad Alexandrum Epiſcopum.

EIVSDEM EPISTOLÆ CAPITVLORUM tituli.

Quòd prima ſedes beati Petri apud Antiochiam eſſe memoretur. 1
Quòd non oportet ſecundùm conſtituta Imperatorum, duos eſſe Metropolitanos epiſcopos. 2
Quòd Arianorum clerici non ſunt recipiendi in ſuis officijs, quamuis eorum baptiſmum, qui catholicus conſtat, confirmet eccleſia. 3

CAPITVLVM PRIMVM.

INNOCENTIVS Alexandro Epiſcopo. Etonus, & honor nobis à tua fraternitate impoſitus, neceſſarij tractatus cauſas induxit, quò literis vel commonitorio veſtro, vt dat ſancti ſpiritûs gratia, reſpondere poſſimus. Reuoluentes itaque authoritatem Ni- Nicænæ Synodi cap. 6.
cænæ Synodi, quæ vna omnium per orbem terrarum explicat mentem ſacerdotum, quæ cenſuit de Antiochena eccleſia, cunctis fidelibus, ne dixerim ſacerdotibus, eſſe neceſſarium cuſtodire, qua ſuper diœceſim ſuam prædictam eccleſiam, nõ ſuper aliquam prouinciam, recognoſcimus conſtitutam. Vnde aduertimus, non tam pro ciuitatis magnificentia, hoc eidem attributum, quàm quòd prima primi apoſtoli ſedes eſſe monſtretur, vbi & nomen accepit religio Chriſtiana, & quæ conuentum apoſtolorum apud ſe fieri celeberrimum meruit, quæque vrbis Romæ ſedi nõ cederet, niſi quod illa in tranſitu meruit, iſta ſuſceptum apud ſe, conſummatumq; gaudet. Itaque arbitramur, frater chariſſime, vt ſicut Metropolitanos authoritate ordi- Act. 11. c
nas ſingulari, ſic & cæteros, non ſine permiſſu conſcientiaq; tua, ſinas epiſcopos procreari. In quibus hunc modum rectè ſeruabis, vt longè poſitos literis datis, ordinari cẽſeas, ab his, qui nunc eos ſuo tantùm ordinant arbitratu: vicinos autẽ, ſi æſtimas, ad manûs impoſitionẽ tuæ gratiæ ſtatuas peruenire. Quorum enim te maxima expectat cura, pręcipuè tuum debent mereri iudicium.

2 Nam quòd ſciſcitaris, vtrùm diuiſis imperiali iudicio prouincijs, vt duæ Metropoles fiant, ſic duo Metropolitani epiſcopi debeant nominari: non verè viſum eſt, ad mobilitatẽ neceſſitatũ mundanarum Dei eccleſiã commutari, honoreſque aut diuiſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator. Ergo ſecundùm priſtinũ prouinciarum morem, Metropolitanos epiſcopos conuenit nominari.

mirari: Cyprios ſanè aſſeris, olim Arrianæ impietatis potentia fatigatos, nō retuliſſe. Nicænos canones in ordinandis ſibi epiſcopis, & vſq; adhuc habere præſumptum, vt ſuo arbitratu ordinent, neminem cōſulentes. Quocircà perſuademus eis, vt curent, iuxta canonum fidem, fidè catholicam ſapere, atque vnū cum cæteris ſentire prouincijs, vt appareat ſancti ſpiritûs gratia ipſos quoque, vt omnes ecclesias gubernari.

Nicænæ ſynodi c. 4. & 9.

3 Arrianos præterea, cæteraſque huiuſmodi peſtes, quia eorū laicos conuerſos ad Dominum, ſub imagine pœnitētiæ ac ſancti ſpiritûs ſanctificatione, per manûs impoſitionē ſuſcipimus, non videtur, clericos eorum cum ſacerdotij aut miniſterij cuiuſpiā ſuſcipi debere dignitate: quoniam quibus ſolum baptiſma ratum eſſe permittimus, quod vtique in nomine patris, & filij, & ſpiritûs ſancti perficitur, nec ſpiritum ſanctum eos habere ex illo baptiſmate illiſq; myſterijs arbitramur: quoniam cùm à catholica fide eorum authores deſciſcerent, perfectionem ſpiritus quam acceperant, amiſerunt. Neo dare eius plenitudinem poſſunt, quæ maximè in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſoæ perfidiam potiùs, quàm per fidem, dixerim, perdiderunt. Quomodò fieri poteſt, vt eorum prophanos ſacerdotes, dignos Chriſti honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, vt dixi, ad ſancti Spiritûs percipiendam gratiam, cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Grauitas itaq; tua hæc ad notitiam coepiſcoporum, vel per ſynodum, ſi poteſt, vel per harum recitationem faciat peruenire, vt ea quæ ipſe tam neceſſariò percontatus es, & nos tam elimatè reſpondimus, cōmuni omnium conſenſu ſtudioque ſeruentur.

1. q. 1. Arrianos præterea cæteros.

1. q. 1. Qui perfectionē.

EIVSDEM INNOCENTII PAPÆ. epiſtola 19. ad Atticum Berœę Epiſcopum, de ſocto Ioanne Conſtantinopolitano epiſcopo.

ADgaudere literis fraternitatem tuam de receptis Paulini vel Euagrij epiſcoporum clericis populiſq;, & de reſtitutis Helpidio atq; * Papo coepiſcopis percenſuimus, & vel ſerò receptæ pacis gratiam te fouere, poſtpoſita omni contentione, peruidimus. Vndè has ad præſtantiſſimum fratrem & coepiſcopum noſtrum Alexandrum, reddendas tuæ tranſmiſimus vnanimitati, videlicet vt ſi omnes inimicitiæ, omnis æmulatio, tam de nomine ſancti Ioannis mirandi epiſcopi, quā de omnibus eiuſdem communionis participibus, à tua animoſitate diſceſſit, has noſtræ ſocietatis recipias literas frater chariſſime, modò, vt omnia quæ * his actis firmata ſunt, apud mediatorem noſtrum amabilem Alexandrum ore proprio, vt communicantem comuenir, fatearis. Vt enim nobis hæc vnanimitatis,

* Pappo.

* hic
* de his

charitatiſque cauſa venerabilis eſt, ſic inhæret ſolicita, ne quid obliquum aut ſuccîſiuum in quoquam reſidere cognoſcat.

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ 20. Ad Laurentium Epiſcopum Senienſem, De Bonoſiacis, quòd ſunt Iudæis comparandi.

INnocentius Laurentio epiſcopo Senienſi. Diù mirati ſumus, dilectionis tuæ literis lectis, hæreticos Photini venena ſectantes, in territorio dilectionis tuæ non ſolùm eſſe, ſed & publicè ſibi cōuenticula in aliquorum poſſeſſionibus præparare, cùm de toto penè orbe nuſquàm tam multi, quàm apud vos, delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ author Marcus, dudùm de vrbe pulſus, temeritatis tantę ductus eſt audacia, vt primum ſibi inter eos vendicet locum. Sed ne vlterius debacchandi habeant facultatem, & animas ſimplicium ac ruſticanorum ſecum in gehennam, cui deſtinati ſunt, trahant, actum eſt aduerſus eos à defenſoribus eccleſiæ noſtræ, quòd eos poſſint expellere, vt qui Chriſtum Deum ex patris ſubſtantia ante ſecula negant genitum, hi cum Iudęis, qui eius deitatem negauerunt, & nunc vſque negant, participium habeant damnationis. Tuum eſt, frater chariſſime, quæ præcepta ſunt, non ſegniùs agere, ne plebem tibi creditam diſſimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

EPISTOLA EIVSDEM INNOCENTII Papæ 21. ad Martianum epiſcopum *Nareſitanum, De ſuſcipiendis clericis, quos Bonoſus antequā damnaretur, ordinaſſe cognoſcitur.

* Naxitanum

INnocentius Martiano epiſcopo * Naxitano. Superiori tempore, ſi tamen rectè recordor, memini me tam ad dilectionem tuā, quàm ad fratres & coepiſcopos noſtros, Rufum & cæteros huiuſmodi, literas de clericis *Nareſienſibus tranſmiſiſſe, his videlicet, qui ſe ante damnationem Bonoſi aſſerebant, ab eodem tam presbyteros, quàm diaconos ordinatos, vt ſi relicto atq; damnato eius errore, vellent eccleſiæ copulari, libenter reciperentur, nè fortè qui eſſent digni recuperandæ ſalutis, in eodem errore deperirent. Verùm nunc in Rauennati vrbe mihi conſtituto, propter Romani populi neceſſitates crebertimas *Germanio qui aſſerit ſe eſſe presbyterum, atque Lupentinus, qui ſe diaconum dicit, malorum talium quaſi legatione ſuſcepta, prece fuſa, dolores proprios exprimere geſtiuerunt, ſe quidem eccleſias in dilectionis tuæ conſtitutas parochijs retinere, ſed tuam communionem non potuiſſe ſe mereri, ea videlicet ratione, quia Ruſticius quidam noſtri-

* Nareſitano

* Narenſibus

* Germanius

ne, iterata ordinatione presbyterium ſuſcepiſſet. Et non leui impedimento fit, dum aut illi dolent, huiuſmodi hominem in eccleſia retineri, aut ille ſic peccare debere in alio arbitretur, quemadmodùm in ſe agnoſcit eſſe peccatum. Et quanuis de eadem re pleoiùs literæ meæ cnotineant, quas ſuperiùs memoraui, tamen nunc etiàm admonendam duximus fraternitatem tuã, vt ſi verè conſtar, aliquos ante damnatinnem Booofi ab eodem ordinatos, poſteà voluiſſe vel nooc velle reuerti, eos recipiendos eſſe cenſemus, maximè cùm memnrati aſſerant, ſe intantùm anteriori tempore ordinatos, vt ſanctæ recordationis virum Cornelium epiſcopum Sirmienſis vrbis, necnon & fratrem noſtrum Nicetam, alioſque nonnullos fuiſſe præſentes cum honoribus, quos ſe habere commemorant, faterentur. Vndè (frater chariſſime) ſi eorum aſſertio fidem recipit veri, ſuſcipiendos eſſe ambigere non debes, quos tam diù eccleſias ſibi creditas paſſus es retinere.

EPISTOLA EIVSDEM VICESIma ſecunda, Ad epiſcopos Macedoniæ.

Vt ſi ſacerdos, vel quilibet ex clero, viduam vxorem duxerit, vel eiectam, ſuum perdat officium. 1

Vt ſi quis catechumenus habuerit vxorem, & defuncta ea, poſt baptiſmum acceperit alteram, clericus eſſe non poſſit. 2

Quod non admittantur clerici, ab hæreticis ordinati. 3

Quod in ordinationibus crimina vel vitia nõ benè credantur auferri. 4

Quòd hi, qui à Bonoſo hæretico ordinati ſunt, propterea ſint recepti, ne ſcandalum remaneret eccleſiæ. 5

Quòd in eccleſia peccatum populi multùm ſoleat remanere. 6

Quòd ſurreptum fuerit Apoſtolicæ ſedi, & ſuam in melius ſententiam commutarit, quandò damnatinoem Photini reſcidit. 7

INNOCENTIVS Rufo, Euſebio, Euſtathio, Claudio, Maximiano, Eugenio, Gerootio, Ioanni, Polychronio, Sophronio, Flauiano, Hilario, Macedonio, Calicrati, Zoſimo, Profuto, Nicetæ, Hermogeni, Vincentio, Aſiologo, Terentiano, Herodiano, & Martiano, & cæteris epiſcopis Macedonibus, & diacooibus in Domino ſalutem.

Magna me gratulatio habuit, cùm poſt tot diſcrimina totius (vt ità dixerim) mundi, Vitalis archidiaconus veſtrarum portitor literarum, ex illis partibus ad nos vſq; directus adoenit. Quẽ cùm vidiſſemus, illicò (vt oportebat) percontati de veſtro ſtatu ſumus. Verùm vbi reperimus, vos ex ſeotentia degere, Domino DEO noſtro vberes gratias retulimus quòd vos famulos ſuos, ſuiſque altaribus ſeruientes, & in aduerſis tuetur, & in proſperis gubernare digoatur. Qui cùm tradidiſſet epiſtolas, eas præcepi ilicò recenſeri, in quibus multa poſita peruidi, quæ ſtuporem mentibus noſtris inducerẽt, facerentque nos non modicum dubitare, vtrùm aliter putaremus, an ità illa eſſeot poſita, quemadmodùm perſonabant. Quæ cùm ſæpiùs repeti feciſſem, aduerti, Sedi apoſtolicæ, ad quam relatio, quaſi ad caput eccleſiarum, miſſa currebat, aliquam fieri iniuriam, cuius adhuc in ambiguum ſententia duceretur. Vndè, de quibus iamdudùm ſcripſiſſe me memini, nunc iterare formam argumentis euidentioribus, relationis veſtræ geminata percontatio compellit.

CAPITVLVM PRIMVM.

EOs qui viduas accepiſſe ſuggeruntur vxores, non ſolum clericos effectos agnoui, verùm etiàm vſque ad infulas ſummi ſacerdotij perueniſſe: quod contra legis eſſe præcepta, nullus ignorat. Nam cùm Moſes legiſlator, clamitet, Sacerdos vxorem virginem accipiat, Leu. 21. ac nè in hoc præcepto aliquid putaretur ambiguum, addidit, non viduam neque eiectam: contra quod præceptum, diuina authoritate ſubnixum, nulla defenſio mandati alterius opponitur, niſi conſuetudo veſtra. Quæ (vt ipſi fatemini) ex ignorantia, & vt uerecundiùs dicam, non ex Apoſtolica traditiooe & ratione integra conſtituta eſt. Nos autem, omneſque per Orientem Occidétemque eccleſias, nouerit veſtra dilectio, hæc penitus non admittere, nec ad vltimom eccleſiaſtici ordinis locum tales aſſumere, & ſi reperti fuerint, ſubmouere.

2 Deindè ponitur, non dici oportere bigamom, Diſt. 26. Deindè opponit non. eum qui catechumenus habuerit atque amiſerit vxorem, ſi poſt baptiſmom fuerit aliam ſortitus, eamque primam videri, quę nouo homini copulata ſit: quia illud coniugium, poſt baptiſmi ſacramentum, cum cæteris crimioibus ſit ablutum. Quòd cùm de vna vtique dicitur, certè ſi tres habuerit, in vetere poſitus homine, vxores, erit ei, quæ poſt baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus prima: virginis æquè nomen accipiet, q̃ quarto ducta eſt loco. Quis (oro) iſtud noo videat contra Apoſtoli eſſe præceptum, qui ait, 1. Tim. 3. a Vnius vxoris virum oportere fieri ſacerdotẽ? Tit. 1. b Sed obijcitur, quòd in baptiſmo totum, quicquid in vetere homine geſtum eſt, ſit ſolutũ. Dicite mihi, cum pace veſtra loquor, crimina tantum dimittuntur io baptiſmo, an & illa quæ ſecundùm legis præcepta ac Dei inſtituta complentur. Vxorem ducere, crimẽ eſt, an oon eſt crimen? Si crimen eſt, ergò (præfata venia, dixerim) erit author in culpa, Gen. 1. d qui vt crimina committerent, in paradiſo, Gen. 2. d cùm ipſe eos iungeret, benedixit. Si verò oon eſt

crimen,

crimen, quia quod Deus iunxit, nefas ſit crimen appellari, & Salomon addidit, Etenim à Deo præparatur viro vxor: quomodò creditur inter crimina eſſe dimiſſum, quod authore Deo legitur conſummatum? Quid de talium filijs percenſetur? Nunquid nō erūt admittendi in hæreditatis conſortio, quia ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit vxor? Eruntq́, appellandi vel naturales, vel ſpurij, quia non eſt legitimum matrimoniū, niſi illud (vt vobis videtur) quod poſt baptiſmum aſſumitur. Ipſe Dominus cùm interrogaret à Iudæis, ſi liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: Quòd ergo Deus iunxit, homo non ſeparet. Ac nè de his loquutus eſſe credatur, quæ poſt baptiſmum ſortiuntur, meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis eſſe reſponſum. Quæro, & ſolicitus quæro, ſi vna eadémq; ſit vxor eius, qui antè catechumenus, poſteà ſit fidelis, filiosque ex ea, cùm eſſet cathecumenus, ſuſceperit, ac poſteà alios, cùm fidelis: vtrùm ſint appellandi fratres, an non habeant poſteà, defuncto patre hercíſcundæ hęreditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? Quod cùm ità ſentire atque iudicare, abſurdum eſt, quæ (malum) ratio eſt, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliqua authoritate roborari, cùm non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit? Nunquid ſi quis catechumenus virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit, quæro, ſi hæc cùm fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptiſmum totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpiciamus gentilem hominem Cornelium, orationibus atq; eleemoſynis vacātem, per reuelationem Angelum, Petrumq; ipſum vidiſſe. Nunquid per baptiſmum hæc illi* ablata ſunt, propter quæ baptiſmus ei videtur eſſe conceſſus? Si ità creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quicquid benè geſtum fuerit, & ſecundùm legis præcepta cuſtoditum, non poteſt agenti deperire. Nuptiarum ergò copula, quia Dei mandato perficitur, non poteſt dici peccatum. Et quod peccatum non eſt, ſolui inter peccata, credi omninò non debet. Eritque integrum æſtimare, aboleri non poſſe prioris nomen vxoris, cùm non dimiſſum ſit pro peccato, quia ex Dei ſit voluntate completum.

Matt. 19 a
Prouę 19. c
28. q. 1. Nunquid non erūt & in dec. Iuo. li. 6.
Matth. 19 a Marci 10. a
Act. 10. a
* ablata

à q. 1. Ventum eſt ad tertiā

3 Ventum eſt ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate longiorem exigit diſputationē. Cùm nos dicamus, ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput, vbi vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, vt poſſit recipere ſanitatem. Quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta, ſinè cicatrice eſſe non poterit: atque vbi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorē locum habere non poſſe decernimus. Nam ſi (vt legitur) quod tetigerit immundus, immundum erit: quomodò id ei tribuetur, quod mūditia ac puritas conſueuit accipere? Sed econtrariò aſſeritur, eū, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe: nec illum aliquid accepiſſe, quià nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus, & uerum eſt. Certè qui quod non habuit dare non potuit, damnationem vtiquè, quàm habuit, per prauam manùs impoſitionem dedit: & qui particeps effectus eſt damnato, quomodò debeat honorem accipere, inuenire non poſſum.

Num. 19. d
Leuit. 15.
1. q. 1. Qui perfectionem ſancti 1 q. 1. Arianos præterea.

1. q. 1. Ventum eſt ad tertiā
1 q. 1. Homini qui ſimul.
Cùm ergò de.

4 At dicitur vera ac iuſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre omne vitium, quòd à vitioſo fuerat iniectum. Ergò ſi ità eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atq; omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis, crimina vel vitia putantur auferri: Nullus ſit pœnitentiæ locus, quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſueuit. Noſtræ uerò lex eſt eccleſiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſint, per manus impoſitionem laicam tantùm tribuere communionem, nec ex his aliquem, in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.

5 At verò hi, qui à catholica ad hæreſim tranſierunt, quos non aliter oportet, niſi per pœnitentiā ſuſcipi, apud vos non ſolùm pœnitentiam non agunt, verùm etiàm honore cumulantur. Sed Aniſij quondàm fratris noſtri, aliorumque conſacerdotum ſumma deliberatio hæc fuit, vt quos Bonoſus ordinauerat, ne cum eodem remanerent, ac fieret nō mediocre ſcandalum, ordinati reciperentur. Vicimus (vt opinor) ambigua. Iam ergò, quod pro remedio ac neceſſitate temporis ſtatutū eſt, conſtat primitùs non fuiſſe: ac fuiſſe regulas veteres, quas ab Apoſtolis vel apoſtolicis viris traditas, eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiendasque mandat his, qui eam audire conſueuerunt. Sed neceſſitas temporis id fieri magnoperè poſtulabit. Ergò quod neceſſitas pro remedio inuenit, ceſſante neceſſitate, debet vtique ceſſare pariter quod vrgebat: quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit. Sed canones apud Niceam conſtituti, de Nouatianis fieri permiſerunt. Priùs ille canon, à patribus inſtitutus, ponendus eſt, vt poſſimus aduertere, vel quid, vel qualiter ab eiſdem ſenſum ſit vel præceptum. De his, inquit, qui nominant ſeipſos Catharos, id eſt, mundos, & aliquandò veniunt ad catholicam eccleſiam, placuit ſanctæ & magnæ ſynodo, vt accepta manus impoſitione, ſic maneant in clero. Poſſum verò dicere, de ſolis hoc Nouatianis eſſe præceptum, nec ad aliarū hæreſum clericos pertinere. Nam ſi vtiquè de omnibus ità definirent, addidiſſent, à Noua-

1. q. 1. Quod pro neceſſitate.
1. q. 1. Quod pro neceſſitate.
ca. 8. Nicenæ ſynodi.

tianis,alijſque hæreticis reuertentes, debere
in ſuum ordinem recipi. Quòd ità eſſe,etiam
illud maximè, quod de Paulianiſtis dictum
eſt, poterit confirmare, à quibus venientes,
ca.18.Ni- etiàm baptizari præcipiunt. Nunquidnam,
cænæ ſy- cùm de Paulianiſtis iubent, omnes qui ab hæ-
nodi. reticis reuertuntur, erunt hoc exemplo ba-
ptizandi? Quod cum nullus audeat facere,
de ipſis tantùm eſſe præceptum, ratio ipſa de-
monſtrat. Deniquè, baptizatos ritè ab euan-
Act. 9. c geliſta Philippo, Petrus & Ioannes ſola ma-
nûs impoſitione conſummant. Illos verò,
Act. 19. a quos Apoſtolus Paulus, Ioannis baptiſmate
baptizatos reperit, interrogauitque an Spiri-
tum ſanctum accepiſſent, fatentibus ſe, ne il-
lud quidem nomen audiſſe, iuſſit eos bapti-
zari. Videtis ergò, ritè baptizatos, illo dono
iterari non poſſe: & aliter, ſola aqua lotos, ba-
ptizari in nomine Patris & Filij, & Spiritûs
ſancti, neceſſarium peruideri. Ità & de No-
uatianis tantùm iuſſum eſſe, lucida manife-
1.q.1.Pau ſtatione perlegitur. Quod idcircò diſtinctum
lianiſtæ eſſe ipſis duabus hæreſibus, ratio manifeſta
in nomi- declarat: quia Paulianiſtæ in nomine Pa-
ne. tris, & Filij, & Spiritus ſancti minimè baptiza
bant: & Nouatiani iiſdem tremendis veneran-
diſque nominibus baptizãt: nec apud iſtos de
vnitate poteſtatis diuinæ, hoc eſt, Patris, & Fi-
lij, & Spiritus ſancti, quæſtio aliqñ mota eſt:
& ideò omnibus ſegregat, hæc ſola electa eſt,
cui iſtud crederent concedendum, quia nihil
in Patris & Filij & Spiritus ſancti ſacramento
peccarent. Si quis verò de catholica ad hæ-
reſim tranſiens, aut fidelis, ad apoſtaſiam re-
uerſus, reſipiſcens redire voluerit, nunquid
eadem ratione poterit ad clerũ permitti, cuius
commiſſum non, niſi longa pœnitentia, pote-
rit aboleri? nec poſt pœnitentiam clericũ fieri
ipſi canones ſua authoritate permittunt. Vn-
dè conſtat, qui de catholica ad Bonoſum tran
ſièrunt damnatum, atque ſe paſſi ſunt, aut cu-
pièrunt, ab eodẽ ordinari, non oportuiſſe or-
dinationis eccleſiaſticæ ſuſcipere dignitatem,
qui commune omnium eccleſiarum iudiciũ
deſerentes, ſuam peculiariter in Bonoſo vani-
1.q.1.con tatem ſequendam eſſe duxerunt. Sed multos
ſtat mul- conſtat vim paſſos, atque inuitos, attractos, re-
tos vim pugnanteſque, ab eodem ordinatos. Dicat
mihi, volo, quiſquis hoc credit: ſi non poſt or-
dinationem Bonoſi interfuit, cùm conficc-
ret ſacramenta, ſi communioni eius participa-
tus non eſt, ſi ſtatim diſcedentibus de eius peſ-
ſimo conciliabulo, ad eccleſiam rediit, & iſte
talis inuenitur habere excuſationis aliquem
colorem. Cæterùm alij qui vel poſt annum
vel menſem ad Eccleſiam redièrunt, intelli-
gitur eos, qui in catholica nouerant ſe pro-
pter vitia ſua, non poſſe ſuſcipere ordinatio-
nem, idcircò ad illum perrexiſſe, qui paſsim
& ſinè vlla diſcuſſione ordinationes illicitas
faciebat, credentes ſe poſſe per iſtam inſtitu-
tionem, in catholica inuenire locum, de quo
anteà deſperauerant. Nunc illud quod ſuper-
eſt, interrogo: qui poſt mẽſem aut eo ampliùs
rediit, cùm ſe presbyterum à Bonoſo confide-
ret ordinatum, ſi non ſacramenta confecit, ſi
non populis diſtribuit, ſi non Miſſas ſecũdùm
conſuetudinem compleuit, quid de his cẽſea-
tis, quæſo, promatis apertiùs. Ad ſummam cer-
tè, qui nihil à Bonoſo acceperũt, rei ſunt vſur-
patæ dignitatis, qui conficiendorum ſacramẽ-
torum ſibi vendicauerunt authoritatem, atq;
id ſe putauerunt eſſe, quod de his nulla fuerat
regulari ratione conceſſum.

6 Peruideat ergò dilectio veſtra, hactenùs 1.q.7.
talia tranſiſſe, & aduertite, quod (vt dicitis) ne- Quotiès
ceſſitas imperauit, in pace iam eccleſias conſti- à populis
tutas, non poſſe pſumere: ſed vt ſæpè accidit,
quotiès à populis aut à turba peccatur, quia ĩ
omnes propter multitudinem non poteſt vin-
dicari, inultum ſolet tranſire, priora dimitten
da dico Dei iudicio, & de reliquo maxima ſo-
licitudine præcauendum.

7 Veniam nunc ad maximum quaſi quod- 35.q.9.
dam thema Photinum, & quod mihi anxium Veniam
eſt ac difficilimum, Maiorum meorum re- nunc ad
noluam ſententias. Fuerat de illo quoquo max.
pacto (vt etiàm ipſi commeminiſtis) aliquid
vtique grauius conſtitutum. Verùm quoniam
id per rumorem falſum, vt aſſeritis, ſubreptũ
huic ſedi & elicitum per inſidias demonſtra-
tis, quia res ad ſalutem rediit, veniam nos
hanc intantùm, vobis annitentibus, poſt con-
demnationem more apoſtolico ſubrogamus,
tantiſque veſtris aſſertionibus, vobiſque tam
bonis, tam charis non dare conſenſum, omni-
bus rebus duris durius arbitramur. Pro ve-
ſtra ergò approbatione, fratres chariſſimi, &
ſententia ac poſtulatione, epiſcopum Photi-
num habetote licitum ità conſtituere, vt de-
precamini, & noſtram in melius conuerſam
ſententiam, labore vel teſtimonio veſtro, com-
potes voti ſuſcipite, atque Euſtathium, à me
ſæpiſſimè comprobatum, nolite expectare, vt
diaconij gratia expolietur. Solicitos enim vos
pro ſalute, libenter audio: contra caput etiam
ſi faciendum ſit, non libenter admitto. Cui
manum porrigitis, vobiſcum porrigo: Cui
porrigo, mecum porrigite. Hęc enim ad Co-
rinthios apoſtolica eſt declarata benignitas,
vt in vno ſpiritu ductam ac reductam ſenten
tiam, boni ſemper indifferenter ſequantur.
Nam fateor, hæc me primum res bene habet
erga Euſtathium diaconum, quòd nec contra
fidem vnquàm quicquam locutus ſit, nec lo-
quentem admiſerit, nec ad mortem crimen
aliquod commiſiſſe, vel iactatum vnquàm
vel fictum de eo recognouerim. Et qui in his
ſaluus eſt, ſi quo pacto conuerſationes ama-
biles non habet, habendus eſt, vt minus pro
tempore dilectus, non vt inimicus exiſtima-
tus, diabolo in perpetuum mancipandus.
Cognoſco illum, inter illas ſimultates ac tur-
bines contra multorum ſtudia, non dico qua-
lia, diuerſa ſenſiſſe, & hinc cum res ac calami-
tates ipſæ emendatæ ſint, adhuc Dzonia-

ni & Cyriaci ſubdiaconorum non potuiſſe apud vos commendationem reuiuiſcere. Cōpeſcite, quæſo ab illo prædictisque, quorumcunque videtis animos ac non iuſtas æmulationes, vt ipſe apud nos integer, apud vos, cū ſuis reparatus, mereatur pacem, non fictam peruidens charitatem. Omnibus igitur vobis ac ſingulatim occurrat charitas, & vinculis, quæ nullis modis à Chriſto ſoluuntur, vnbiſcum pariter in perpetuum connexa, lætetur in Domino. Datum Idibus Decembris, Conſtantio viro clariſſimo conſule.

EIVSDEM EPISTOLA VICESIma quarta, ad Synodum in Toletana ciuitate conſtitutam.

De Hiſpanorum repræhenſione, qui inordinatè conſtituunt clericos. 1
Vt cauſidici, vel curiales, vel ſeculari militiæ dediti, ad clerum non admittantur. 2
Vt quicunque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur. 3
De cōmemoratione Nicæni Concilij, in quo ſupradicta prohibentur. 4
Quales eligendi ſunt in ordine clericorum. 5
De eo, qui ante baptiſmum vxorem habuit, & poſt baptiſmum etiam, vt clericus non fiat. 6

CAP. PRIMVM.

INNOCENTIVS vniuerſis epiſcopis in Toletana Synodo conſtitutis, dulciſſimis fratribus, in Domino ſalutem: Sæpè me & nimiùm cùm teneret cura ſolicitū, ſuper diſſenſionis ſchiſmate eccleſiarum, quod malū per Hiſpanias latiùs in dies ſeparationis gradu incedere fama proloquitur, neceſſarium tempus emerſit, quo non poſſit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus, quas prauæ conſuetudinis vitio, Hiſpanienſes epiſcopos celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid ſecundùm Maiorum traditionem ſtatuendum, niſi perpēderemus, ne perturbationes quàm plurimas eccleſijs moueremus. Quorum factum ita repræhendimus, vt propter numerū corrigendorum, ea quæ quoquomodo facta ſunt, non in dubium vocemus, ſed Dei potiùs dimittamus iudicio.

Diſt. 51. Aliquantos ex. 2 Quantos enim ex eis, qui poſt acceptam baptiſmi gratiam, in Forenſi exercitatione verſati ſunt, & obtinendi pertinaciam ſuſceperunt, accitos ad ſacerdotium eſſe, comperimus, è quorū numero Rufinus & Gregorius perhibentur? quantos ex militia, qui cùm poteſtatibus obedierunt, ſeuera neceſſariò præcepta ſunt executi? quantos ex curialibus, qui dum parent poteſtatibus, quæ ſibi ſunt imperata, fecerunt? quantos, qui voluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorē ſummi ſacerdotij perueniſſe, quorum omnium neminem, ne ad ſocietatem quidem ordinis clericorum, oportuerat perueniſſe? Quæ ſi ſingula diſcutienda mandemus, non modicos motus aut ſcandala Hiſpanienſibus prouincijs, quibus mederi cupimus, de ſtudio emendationis inducemus. Idcircò remittenda potiùs hæc putamus. Sed ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis veſtræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vſurpationi, ſaltē nunc, finis neceſſarius imponatur, eo videlicet cōſtituto, vt quicunque tales ordinati fuerint, cum ordinationibus ſuis deponantur.

3 Poſt hæc, ſi quis aduersùs formas canonum, vel ad eccleſiaſticum ordinem, vel ad ipſum ſacerdotium venire tentauerit, vnà cū ordinatoribus ſuis, ipſo, in quo inuenti fuerint, ordine & honore priuentur. Et quamuis dilectioni veſtræ, fratres chariſſimi, regulæ Nicænæ ſint cognitæ, ſecūdùm quas ordines eſſe faciendos per ſententiam decernitis: tamen aliquam partem, quę de ordinationibus eſt prouiſa, inſerendam putaui, vt ſecundùm eam ordinationes in poſterum celebrandas eſſe ſciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primùm, quę ſunt prohibita, digerantur.

4 Ne quiſpiam, qui poſt baptiſmum militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui cauſas poſt acceptum baptiſmū egerint, aut qui poſt acceptam Dei gratiam adminiſtrauerint, neque de curialibus aliquē ad eccleſiaſticum ordinem venire poſſe, qui poſt baptiſmum vel coronati fuerint, vel ſacerdotium (quod dicitur) ſuſtinuerint, & editiones publicas celebrauerint. Nā & hoc de curialibus eſt cauendum, ne ijdem, qui ex curialibus fuerint, aliquandò à ſuis curijs, quod frequenter videmus accidere, poſcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus cuſtodiri. Nicænæ Synodi, c. 13. vel 19. Et in epiſ. Innocentij ad Victricium Rothomagēſē c. 14.

5 Quales verò eligendi ſunt in ordine clericorum, euidēs forma declarat, id eſt, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & lectorum officio ſociati, vel ſi maiores ſunt, cùm fuerint Dei gratiam conſecuti, ſtatim ſe eccleſiaſticis ordinibus mancipauerint. Et ſi vxores habuerint, quærendum, ſi vxorem virginem habuerint: quia ſcriptum eſt in veteri teſtamento, Vxorem virginem accipiat ſacerdos. Et alibi: Sacerdotes mei ſemel nubant. Neque qui duas vxores habuerit, quia Paulus Apoſtolus ait, Vnius vxoris virum. Suprà in dec. Siricij ad Himerium Tarraconenſ. cap. 9. Leui. 21. c 1. Tim. 3. a Tit. 1 b

6 Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defenſione praui erroris opponunt & aſſerunt, quòd ante baptiſmum omnia dimittuntur, nō intelligentes huiuſmodi, quòd ſola in baptiſmo peccata dimittuntur, nō vxorum numerus aboletur. Nam ſi à DEO, vt ſcriptum eſt, præparatur viro vxor, & quod Deus iunxit, homo nō ſeparet, & ipſi authores generis humani in origine à Deo benedicuntur: quomodò inter peccata iſta credantur poſſe dimitti? Quod ſi ſecundùm illos, Sup. epiſt. Innocē. ad Rufum & Euſebium, &c. cap. 2. Pro. 19. c Matt. 19. a Mar. 10. a

qui

qui ita credunt, verum eſt: ergò omnis iuſtitia, quæ à catechumenis ante baptiſmum fuerit operata, per baptiſmum auſertur. Nullus ergò contra Apoſtolum tale aliquid ſentiat, nec admittat, ſed fideliter intelligat, vnius vxoris virum, ſiue ante baptiſma eſſe nominatum, ſiue poſt baptiſmum. Si enim vxor ante baptiſmum accepta non ducitur in numerũ: nec filij ex eadem ſuſcepti, inter filios poterunt nominari. Quod quàm abſurdum ſit atque alienum, prudẽtia veſtra meliùs æſtimabit. Vnde neminem liceat interpretari aliter diuinas ſcripturas, niſi quod recta ratio permittit, ne dum quidã remedia ſibi iniqua ad excuſationem præparant, ex eo rupiſſe legem & regulas euertiſſe indicentur: ſed ea tenẽda ſunt, quæ diuinarum ſcripturarum ſeries cõtinet, & à ſacerdotibus vtili ratione ſunt conſtituta. Benè valeatis, fratres chariſſimi.

Proſper hoc refert in An. Dñi 415, quod coſtare nõ poteſt, cum Concilium Mileuitanum, cõtra hanc hæreſim habitũ fuerit An. Dñi 402, vt ex Conſulibus apparet; vel vt alij 408.

PROSPER *in Chronico, Hac tempeſtate, ait, Pelagius Brito dogma ſui nominis, contra gratiam Chriſti, Cæleſtio & Iuliano adiutorib. exeruit, multoſq; in ſuum traxit errorẽ, prædicans vnumquenque ad iuſtitiam voluntate propria regi, tantumq; accipere gratiæ, quantũ meruit; quia Adæ peccatum ipſum ſolum læſerit, nec poſteros eius obſtrinxerit: vnde & volentibus poſſibile ſit omni carere peccato; omneſq; paruulos, tam inſontes naſci, quàm primus homo ante præuaricationem fuit, & ideo baptizandos non vt peccato exuantur, ſed ut ſacramẽto adoptionis honorẽtur.*

Idem, Concilio apud Carthaginem habito 217 Epiſcoporum, ad Pontificem Zoſimum Synodalia decreta perlata, quibus probatis, per totum mundum, hæreſis Pelagiana damnata eſt.

Poſſidius Calamenſis Epiſcopus in vita S. Auguſtini cap. 17. Innocentius, & Zoſimus Apoſtolicæ ſedis Antiſtites, ſuis diuerſis temporibus, Pelagianiſtas notantes, atque à membris Eccleſiæ præcidentes, datis litteris ad Africanos, Orientis & Occidentis Eccleſias, eos anathematizandos & deuitandos ab omnibus catholicis cenſuerunt, & hoc tale de illis, Eccleſiæ Dei Catholicæ, prolatum iudicium, etiam piiſſimus Imperator Honorius audiens ac ſequens ſuis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi debere conſtituit.

D. Auguſtinus epiſtola 157. ad Optatum. Te autem, ſi libenter vel patiẽter admittis, chariſſime frater; admoneo, ne hæreſim nouã, minus cautus, incurras, quæ antiquiſſima fidei ſtabilita molitur fundamenta conuellere; aduerſus Dei gratiam diſputando; quam, Dominus Chriſtus, puſillis, & magnis, ineffabili bonitate, largitur, cuius vel auctores, vel certè acerrimi notiſſimiq; ſuaſores, cum Pelagius, & Cæleſtius extitiſſent, Conciliorum Epiſcopalium vigilantia, in adiutorio Saluatoris, qui ſuam tuetur Eccleſiã etiam à duobus venerabilibus Antiſtitibus Apoſtolicæ ſedis, Papa Innocentio, & Papa Zoſimo, niſi correcti, etiam egerint pœnitentiam, toto Chriſtiano orbe damnati ſunt.

Idem, contra Pelagium & Cæleſtium, lib. 2. cap. 8. Pelagius fefellit iudicium Palæſtinum, propterea ibi videtur eſſe purgatus; Romanam Eccleſiam, vbi eum eſſe notiſſimum ſcitis, fallere vſquequaque non potuit &c.

EPISTOLA CONCILII CARthaginenſis, ad ſanctum Innocentium Papam.

DOMINO beatiſſimo & honorãdiſſimo fratri Innocentio Papæ, Aurelius, Numidius, Ruſticianus, Fidentius, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theaſius, Tutus, Pantonius, Victor, Reſtitutus, alius Reſtitutus, Ruſticus, Fortunatianus, Ampelius, Auinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octauius, Serotinus, Maiorinus, Poſthumianus, Triſpulus, Victor, alius Victor, Leucius, Macinus, Fructuoſus, Fauſtinianus, Quoduultdeus, Cãdorius, Maximus, Magarius, Suſticus, Suſinianus, Proculus, Thomas, Ianuarius, Octauianus, Prętextatus, Sixtus, Quoduultdeus, Pẽtadius, Cyprianus, Seruilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Tiazaceuus, Germanus, Germanianus, Iuuentius, Maiorinus, Iuuentius, Candidus, Cyprianus, & Aemilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in Concilio eccleſiæ Carthaginenſis aſtuimus. Cùm ex more ad Carthaginenſem Eccleſiam ſolenniter veniremus, atque ex diuerſis cauſis, congregata ex nobis, Synodus haberetur, cõpresbyter noſter Oroſius nobis literas ſanctorum fratrum & cõſacerdotum noſtrorum dedit *Auerothis & Lazari, quarum formam his conſtituimus eſſe ſubdendam. His ergo lectis, Pelagium & Cęleſtium authores nefarij prorsùs, & anathematizãdi ab omnibus nobis, erroris aduertimus. Vnde factum eſt, vt recenſendum peteremus, quid ante fermè quinquennium ſuper Cęleſtij nomine, hic apud Eccleſiam Carthaginenſem fuerit agitatum. Quo recitato, ſicut ex ſubditis aduertere poterit ſanctitas tua, quamuis iudicatio manifeſta conſtaret, quia illo tempore, epiſcopali iudicio, re...iſum hoc tantum vulnus ab Eccleſia videretur, nihilominùs tamen id, cõmuni deliberatione, cenſuimus, huiuſmodi perſuaſionis authores, quamuis & ad preſbyterium idem Cœleſtius poſteà perueniſſe dicatur, niſi hæc apertiſſimè anathematizauerint, ipſos anathematizari oportere, vt ſi ipſorum non potuerit, ſaltem eorum, qui decepti ſunt ab eis, vel decipi poſſunt, cognita ſententia, quæ in eos lata eſt, ſanitas procuretur. Hoc itaque geſtum, domine frater, ſanctæ charitati tuæ intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiam Apoſto-

licæ

Inter epiſto. D. Auguſtini eſt 90.

* Nerothis
* Herothis

Nota auctoritatẽ ſedis romanæ.

licæ ſedis adhibeatur authoritas, pro menda
ſalute multorum, & quorundam etiam per-
uerſitate corrigenda. Id enim agunt iſti dam-
nabilibus diſputationibus ſuis, vt non defen-
dendo, ſed potiùs in ſacrilegam ſuperbiam,
extollendo liberum arbitrium, nullum relin-
quant locum gratiæ Dei, qua Chriſtiani ſu-
mus, qua & idipſum noſtræ voluntatis arbi-
trium verè ſit liberum, dum à carnalium cō-
cupiſcentiarum dominatione liberatur, di-
Ioan. 8. d cente Domino: (Si vos filius liberauerit, tunc
„ verè liberi eritis.) Quod auxilium fides im-
petrat, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino no-
ſtro. Iſti autem aſſerunt (ſicut à fratribus, qui
eorū libros legerunt, cognouimus) in eo Dei
gratiam deputandam, quòd talem hominis
inſtituit creauitq; naturam, quæ per propriā
voluntatem legem Dei poſſit implere, ſiue
naturaliter in corde conſcriptam, ſiue in lite-
ris datam. Eādem quoque legem ad gratiam
pertinere, quòd illam Deus in adiutoriū ho-
minibus dedit. Illam verò gratiam, qua (vt di-
ctum eſt) Chriſtiani ſumus, cuius Apoſtolus
Rom. 7. d prædicator eſt, dicens: (Cōdelector enim le-
„ gi Dei ſecūdùm interiórem hominem, video
„ autem aliam legem in membris meis, repu-
„ gnantem legi mentis meæ, & captiuātem me
„ in lege peccati, quæ eſt in membris meis: Mi-
„ ſer ego homo, quis me liberabit de corpore
„ mortis huius? gratia Dei per Ieſum Chriſtum
„ Dominum noſtrum,) nolunt cognoſcere om-
ninò, nec apertè quidem oppugnare audent.
1. Cor. 2. d Sed quid aliud agūt, cùm hominibus anima-
libus, non percipientibus quæ ſunt ſpiritus
Dei, perſuadere non ceſſant, ad operandam
perficiendamque iuſtitiam, & Dei mandata
complenda, ſolam ſibi humanā ſufficere poſ-
ſe naturam, non attendentes, quod ſcriptum
Rom. 8. c eſt: (Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram.
Rom. 9. c Et, Non volentis, neque currentis, ſed miſerē-
„ tis eſt Dei.) Et quòd vnum corpus ſumus in
Chriſto Ieſu, ſinguli autem alter alterius mē-
Rom. 12. b bra, habentes dona diuerſa ſecūdùm gratiā,
1. Co. 15. b quæ data eſt nobis. Et, (Gratia Dei ſū id quod
„ ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed
„ plùs omnibus illis laboraui: non ego autem,
1. Cor. 15. g ſed gratia Dei mecū. Et, Gratias Deo, qui de-
„ dit nobis victoriam, per Dominum noſtrum
„ Ieſum Chriſtum. Et quia idonei non ſumus
„ aliquid cogitare, quaſi ex nobiſmetipſis, ſed
2. Cor. 3. b ſufficiētia noſtra ex Deo eſt. Et habemus the-
„ ſaurum iſtum in vaſis fictilibus,) vt eminen-
tia ſit virtutis Dei, & non ex nobis. Et innu-
merabilia, quæ de ſcripturis omnibus ſi colli-
gere velimus, tomus non ſufficit. Et veremur,
ne apud te ipſa iſta commemorando, qui ma-
iore gratia de ſede apoſtolica prædicas, incō-
uenieter facere videamur. Sed ideò facimus,
quia in eo quòd infirmiores ſumus, (quaqua
uerſùs quiſque noſtrum, verbum Dei prædi-
cando, putatur attētior) crebriùs eos patimur
& audacius inſurgentes. Si ergo Pelagius epi-
ſcopalibus geſtis, quæ in Oriente confecta di-
cuntur, etiam tuæ venerationi iuſtè viſus fue-
rit abſolutus, error tamen ipſe & impietas,
quæ iam multos aſſertores habet, per diuerſa
diſperſos, etiam Apoſtolicæ ſedis authorita-
te anathematizanda eſt. Cōſideret enim ſan-
ctitas tua, & paſtoralibus nobis compatiatur
viſceribus, quàm ſit peſtiferū & exitiale oui-
bus Chriſti, quod iſtorum ſacrilegas diſputa-
tiones neceſſariò ſequitur, vt nec orare de-
beamus, ne intremus in tentationem, quod
diſcipulos monuit, & poſuit in oratione, quā
docuit, aut ne deficiat fides noſtra, quod pro Matt. 6. b
apoſtolo Petro ſe rogaſſe, ipſe teſtatus eſt. Si Luc. 22. c
enim poſſibilitate naturæ & arbitrio volun-
tatis in poteſtate ſunt conſtituta, quis non ea
videat inaniter à Domino peti, & fallaciter
orari, cùm orando poſcuntur, quæ naturæ,
iam ita conditæ, ſufficientibus viribus obti-
nentur: nec debuiſſe dicere Dominū Ieſum,
Vigilate & orate: ſed tantummodo, Vigilate, Mar. 14. d
vt non intretis in tētationem: nec beatiſſimo
Petro primo apoſtolorum, Rogaui pro te, Luc. 22. c
ſed moneo te, vel impero ac præcipio, ne de-
ficiat fides tua. Contradicitur etiam iſtorum
cōtentione benedictionibus noſtris, vt incaſ-
ſum ſuper populum dicere videamur, quic-
quid eis à Domino precamur, vt rectè ac piè
viuendo, illi placeant, vel illa, quæ pro fideli-
bus precatur Apoſtolus, dicens: (Flecto go- Ephe. 3. c
nua mea ad patrē Domini noſtri Ieſu Chri- „
ſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in ter- „
ra nominatur, vt det vobis ſecūdùm diuitias „
gloriæ ſuæ, virtute corroborari per ſpiritum „
eius.) Si ergo voluerimus, benedicēdo, ſuper „
populum dicere, Da illi virtutem Domine,
corroborari per ſpiritum tuum, iſtorum no-
bis diſputatio contradicit, affirmās, liberum
negari arbitriū, ſi hoc à Deo poſcitur, quod
in noſtra eſt poteſtate. Virtute enim corrobo-
rari, ſi volumus, inquiunt, poſſumus, ex poſſi-
bilitate naturæ, quam non nunc accipimus,
ſed quam, cùm crearemur, accepimus. Paruu-
los etiam, propter ſalutem, quæ per Saluato-
rem Chriſtum datur, baptizandos negant, ac
ſi eos mortifera doctrina in æternum necant,
promittentes etiam, ſi non baptizentur, habi-
turos vitam æternam, nec pertinere ad eos,
de quibus Dominus ait: Venit enim filius Luc. 19. b
hominis quærere & ſaluare quod perierat.
Quia, inquiunt, iſti nō perierāt, nec eſt quod
in eis ſaluetur, vel tanto precio redimatur,
quia nihil eſt in eis vitiatū, nihil tenetur ſub
Diaboli poteſtate captiuum, nec pro eis fuſus
eſſe ſanguis in remiſſionem legitur peccato-
rum, quanquàm per baptiſmū Chriſti, etiam
paruulorum fieri redemptionem, libello ſuo
Cœleſtius in Carthaginenſi eccleſia iam con-
feſſus eſt. Sed multi, qui eorum perhibentur
eſſe vel fuiſſe diſcipuli, hæc mala, quibus fun-
damenta Chriſtianæ fidei conantur euertere,
quacunque poſſunt aſtutia, affirmare nō ceſ-
ſant. Vnde etiam ſi Pelagius Cœleſtiusq; cor-
recti ſunt, vel ſi iſta nunquàm ſenſiſſe ſedi-
cunt,

cunt, & quæcunque ſcripta contra eos prolata fuerint, ſua eſſe negabunt, nec eſt, quemadmodùm de mendacio conuincantur: generaliter tamen, quicũque dogmatizat & affirmat, humanam ſibi ad vincenda peccata, & Dei mandata facienda, ſufficere poſſe naturã, & eo modo gratiæ Dei, quæ ſanctorum euidentiùs orationibus declaratur, aduerſarius inuenitur; & quicunque negat, paruulos per baptiſmum Chriſti à perditione liberari, & ſalutem percipere ſempiternam, anathema ſit. Quæcunque autem alia eis obijciuntur, non dubium, venerationem tuam, cùm geſta epiſcopalia perſpexeris, quę in Oriente in eadem cauſa confecta dicuntur, id iudicaturã, vnde omnes in Dei miſericordia gaudeam⁹. Ora pro nobis, domine beatiſ. Papa.

RESCRIPTVM INNOCENTII Papæ ad Concilium Carthaginenſe. Et eſt epiſtola in ordine præcedentium eiuſdem Papæ, 25.

INNOCENTIVS Aurelio, & omnibus ſanctis epiſcopis, vel cæteris, qui in Concilio Carthaginenſis eccleſiæ affuerunt, dilectiſſimis fratribus in Domino ſalutem.* Inquirendo de his rebus, quas omni cum ſolicitudine decet à ſacerdotibus, maximè à vero iuſtoque & catholico tractari concilio, antiquæ traditionis exempla ſeruãtes, & eccleſiaſticæ memores diſciplinæ, noſtræ religionis vigorem non minùs nunc in conſulendo, quàm anteà cùm pronunciaretis, veneratione firmatis, qui ad noſtrum referendum approbaſtis eſſe iudicium, ſciẽtes quid Apoſtolicæ ſedi (cùm omnes hoc loco poſiti, ipſum ſequi deſideremus Apoſtolum) debeatur, à quo ipſe epiſcopatus & tota authoritas nominis huius emerſit. Quem ſequentes, tam mala iam damnare nouimus, quàm probare laudanda: vel id verò quòd patrum inſtituta ſacerdotali officio cuſtodientes, non cenſetis eſſe calcanda: quod illi non humana, ſed diuina decreuere ſententia: vt quicquid, quamuis de diſiunctis remotiſque prouincijs ageretur, non priùs ducerent finiendum, niſi ad huius ſedis notitiam perueniret, vt tota huius authoritate (iuſta quæ fuerit) pronunciatio firmaretur: indeque ſumerent cæteræ eccleſiæ (velut de natali ſuo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diuerſas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manarent) quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœno inemundabili ſordidatos, mundi digna corporibus vnda vitaret. Gratulor igitur, chariſſimi fratres, quòd per fratrem & coepiſcoporum noſtrum Iuliũ, literas ad nos deſtinaſtis: & cùm pro illis curã geritis, quibus præſidetis, eccleſijs, ſolicitudinem veſtram pro omnium vtilitate monſtratis: & per cũctas totius orbis eccleſias, quod omnibus proſit, decernendum eſſe vnà depoſcitis: vt ſuis conſtabilita regulis eccleſia, & hoc quod illos caueat, pronunciationis iuſtæ firmata decretalibus patere non poſſit, qui peruerſis inſtructi, immo deſtructi verborũ argutijs, ſub imagine catholicæ fidei diſputantes, velut peſtiferum exhalantes virus, (vt hominum rectè ſentientium in deteriorem partem corda corrumpant) totam veri dogmatis quærant euertere diſciplinam. Sanandum ergo celerius, ne longiùs execrandus animis morbus inſerpat. Vt ſi medicus (cùm viderit huius terreni corporis aliquem eſſe languorem) magnum ſuæ artis æſtimat documentũ, ſi cito quis illius interuentu, deſperatus, euadat. Vel cùm putre vulnus adſpexerit, adhibet fomenta, vel cætera, quibus illud poſſit, quod natum fuerat, vulnus obduci. Ac, ſi id manens, ſanari non poterit, ne corpus reliquum ſua tabe corrũpat, ferro amputet quod nocebat, quo reliquum integrũ ſeruet & intactum. Præcidendum ergo id eſt, quod velut puro ſanoq; nimium corpori vulnus obrepſit, ne cùm tardiùs abſtergitur, in ipſis penè viſceribus huius mali non exhaurienda poſt ſentina confidat. Nunquid nos poſt hæc rectum de eorum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant debere, quòd boni ſunt, nec illum cõſiderant, cuius quotidie gratiam conſequuntur? Sed iam iſti, qui tales ſunt, nullam Dei gratiam conſequuntur: quia ſine illo tãtum aſſequi ſe poſſe confidunt, quantum vix illi, qui ab illo poſtulant & accipiunt, promerentur. Quid enim tam iniquum eſſe poteſt, tam barbarum, tam totius religionis ignarũ, tam Chriſtianis mentibus inimicum, quàm huic te negare debere, quicquid in quotidiana gratia conſequeris, cui te ipſe cõfiteris debere, quòd natus es? Ergo eris tibi in prouidendo præſtantior, quàm poteſt is eſſe, qui te, vt eſſes, effecit? Et cùm te putes ei debere, quòd viuis, quomodò te nõ putas illi debere, quòd (quotidianam eius conſequendo gratiam) taliter viuis? Et qui nos adiutorio negas indigere diuino, quaſi et noſtra in totum poſſibilitate perfectos, quomodo non adiutorium in nos, cùm tales à nobis etiam eſſe poſſumus, prouocamus? Qui enim adiutorium Dei negat, vellem interrogare, quid dicat: Nos non mereri, an illum hoc non poſſe præſtare, an nihil eſſe, propter quod vnuſquiſque hoc debeat poſtulare? Poſſe hoc Deum, opera iſta teſtantur. Adiutorio quotidiano nos egere, negare non poſſumus. Hoc enim, ſeu benè viuimus, prouocamus, vt meliùs ſanctiuſque viuamus: ſeu prauè ſentientes, à bonis auertimur, vt ad rectam redeamus viam, eius auxilio plùs egemus. Nunquid tam mortiferũ, tam præceps videatur ad caſum, tam expoſitũ ad omnia pericula, ſi hoc ſolùm nobis putantes poſſe ſufficere, quòd liberũ arbitrium (cùm naſceremur) accepimus, vltrà iam à Domino nihil quæramus: id eſt, authoris noſtri obliti, eius potentiam, vt nos oſtendamus liberos,

* In requirendis his

Iſtud allegat infra 5. cap. primę decret. aſcriptæ Celeſtino Papæ.

beros, abiuremus: quaſi iam ampliùs, quod dare poſſit, non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit, neſciētes, quòd niſi magnis precibus gratia in nos implorata deſcendat, nequaquàm terrenę labis & mundani corporis vincere conemur errores, cùm pares nos ad reſiſtendum, non liberum arbitrium, ſed Dei ſolùm facere poſſit auxilium. Nam ſi ille clamat adiutorio ſibi opus eſſe diuino, qui dignè hoc uon quęreret, ſi cui liberum arbitriũ plus prodeſſet, quippe cùm vir beatus & iam electus à Domino, nihil egeret, tamē ita Deũ

Pſal. 26.

deprecatur poſtulans: (Adiutor meus eſto, „ ue derelinquas me, neque deſpicias me Deus „ ſalutaris meus:) uos nobis liberum arbitriũ, ille Deum poſtulat adiutorem: quòd nati ſumus, poſſe ſufficere nobis, dicimus: ille Deũ, ne derelinquatur, exorat: Non (rogo) manifeſtè diſcimus quid oremus, cùm ille tãtopere beatus (vt ſuprà diximus) vir, ne deſpiciatur exoptat? Illi enim neceſsè eſt iſta arguãt, qui illa confirmant. Dauid enim orationis ignarus, & ſuæ naturæ neſcius, accuſetur, qui cùm ſciat tantum in ſua natura eſſe, adiutorē ſibi Deum, & aſſiduum adiutorē, nec illi ſufficit aſſiduum, ſed ne aliquando illũ deſpiciat, orationibus pronus exoptat, & per corpus omne pſalterij hoc & prædicat, & clamat. Si ergo hoc ille ità magnum ſcit, vt aſſiduè diceret: ità neceſſarium confeſſus eſt, vt doceret: quemadmodum Pelagius Cęleſtiusque ſepoſita omni reſponſione pſalmorum, taliq; abdicata doctrina, ſuaſuros ſe aliquibus eſſe cõfidunt, nos adiutorium Dei nec debere quærere, nec egere, cùm omnes ſancti nihil ſe ſine hoc agere poſſe teſteutur? Liberum enim arbitrium olim ille perpeſſus, dum ſuis incõſultiùs vtitur bonis, cadens, in præuaricationis profunda demerſus eſt: & nihil, quemadmodum exindè ſurgere poſſet, inuenit: ſuaq; in æternum libertate deceptus, huic ruinę ſuę iacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſteà Chriſti, per ſuam gratiã, releuaſſet aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem, præteritum omne vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit: & eius confirmans ſtatum, quo rectiùs conſtabiliusq́ue procederet, tamē ſuam gratiam in poſterũ non denegauit. Nã quamuis hominem redemiſſet à pręteritis ille peccatis, tamē ſciens iterùm poſse peccare, ad reparationem ſibi, quemadmodum poſset illũ & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit, quotidiana præſtãs illi remedia: quibus niſi freti, cõfiſique nitamur, nullatenùs humanos vincere poterimus errores. Neceſse eſt enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterùm non adiuuante vincamur. Sed poſsem plura dicere, niſi vos conſtaret cuncta dixiſse. Quiſquis ergo huic aſſentiens videtur eſse ſententiæ, quo dicat, adiutorio nobis non opus eſse diuino, inimicum ſe catholicę fidei, & Dei beneficija profitetur ingratum. Nec noſtra communione ſunt digni, quam, prædicando taliter, polluerunt. Sic enim ſua ſponte, dum ſequuntur illa quæ dicunt, longius à vera religione fugerunt. Cùm enim hoc totum in noſtra profeſſione conſiſtat, quotidianisq́ue precibus nihil agamus, niſi quemadmodum Dei miſericordiam conſequamur, quemadmodũ ferre poſſumus iſta iactantes? Quis, rogo, tantus illorum pectora error obcæcat, vt ſi ipſi nullam Dei gratiam ſentiũt, quia nec digni ſunt, nec merentur, nec de alijs conſiderent, quid quotidie ſingulis gratia diuina largiat? Sunt quidem iſti omnes cæcitate digniſſimi, qui nec hoc ſibi reliquerint, vt ſe auxilio credant reuocari ab erroribus poſse diuino. Negantes enim Dei adiutorium, non alijs, ſed ſibi hoc penitùs abſtulerunt, qui auellendi ſunt longiùs, & ab eccleſiæ procul remouendi viſceribus, ne diutiùs multa occupans, inſanabilis poſt error increſcat. Si enim diù fuerint ſub hac impunitate verſati, neceſſe eſt, multos in hanc ſuæ prauitatem mentis inducant, decipiantq́ue innocentes, vel potiùs imprudētes, qui fidem catholicam non ſequuntur. Putabunt enim eos rectè ſentire, quos adhuc vident in eccleſia perdurare. Separetur ergo à ſano corpore vulnus inſanum, remotoq́ue morbi ſæuiētis afflatu, cautiùs, quæ ſunt ſyncera, perdurēt, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sit totius corporis illibata perfectio, quam vos ſequi & tenere, hac in illos pronunciatioue cognouimus, & vnà vobiſcum pari aſſenſione ſeruamus.

Verba hæc Innocentij referuntur in cap. 4. decre. primæ aſcriptæ Cœleſtino Papæ.

Qui ſi tamen aliquando in ſe Dei adiutoriũ, quod hucusq́ue negauerunt, prouocauerint, & opus ſibi eius auxilium eſſe cognouerint, vt de hac labe (in qua ſui cordis incuruatione corruerant) liberentur, & quaſi in lucem de fœda tracti caligine, (remotis abdicatiſq́ue omnibus, quibus totus, ne verum adſpiceret, fœdabatur & caligabat adſpectus) damnent hæc, quæ hucusq́ue ſenſerunt: & aliquando animum rectis diſputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris ſe ſanandos conſilijs tribuant atque ſubmittant: quod ſi fecerint, erit in poteſtate pontificum, iſtis aliquatenus ſubuenire, & talibus aliquam curam præſtare vulneribus, quam ſolet lapſis (cùm reſipuerint) eccleſia nõ negare: vt à ſuis remoti præcipitijs, intra ouile Domini redigantur: ne foris poſiti, & tanto præſidio à fide munitionis excluſi, periculis omnibus exponantur, deuorandi luporum dentibus atque vexãdi, quibus obſiſtere, hac, qua illos in ſe irritauerant, doctrinæ peruerſitate non poſſunt. Sed ſatis veſtris monitis, & ſic ſatis abundantibus noſtræ legis exēplis probatur eſſe reſponſum. Nec quicquam ſupereſſe dicimus, quod dicam⁹, cùm nihil prætermiſſum à vobis, nihil cõſtet eſſe ſuppreſsũ, quo illi refutati & penitùs cognoſcantur eſſe conuicti. Ideoq́; à nobis teſtimonia nulla ponũtur, quia & his plena relatio eſt, & ſatis cõſtat, vt doctiſſimos ſacerdotes cuncta dixiſſe.

Nec

Nec decet credere, vos aliquid quod ad cauſam poſſit proficere, prætermiſiſſe. Et alia manu. Benè valete, fratres.

EPISTOLA CONCILII MILEuitani, ad Innocentium Papam.

De cohibendis Pelagianis. Inter epiſto D. Auguſt. 91.

DOMINO beatiſſimo, meritoque venerabili in Chriſto honorando Papæ Innocentio, Siluanus ſenex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Reſtitutus, Lucianus, Alypius, Auguſtinus, Placentius, Seuerus, Fortunatus, Poſſidius, Nouatus, Secundus, Maurentius, Leo, Fauſtinianus, Creſconius, Innocentius, Felix, Antoninus, Gigantius, Creſconius, Adeodatus, Proceſſus, Secundus, Felix, Aſiaticus, Rufinus, Fauſtinus, Victor, Antoninus, Malchus, Lictorins, Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturninus, Creſconius, Poſſidonius, Lucius, Honorius, Seruius, Terentius, Creſconius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Creſconius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Præſidius, Creſconius, Lampadius, Delphinus, ex Concilio Mileuitano, in Domino ſalutē. Quia te Dominus gratiæ ſuo præcipuo munere in Sede Apoſtolica collocauit, talemque noſtris temporibus præſtitit, vt nobis potiùs ad culpam negligentiæ valeat ſi apud tuā venerationem quæ pro eccleſia ſunt ſuggerēda, tacuerimus, quàm ea tu poſſis vel faſtidioſè, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorū mēbrorum Chriſti paſtoralem diligentiā (quæſumus) adhibere digneris. Noua quippe hæreſis, & nimiùm pernicioſa tentat aſſurgere inimicorum gratiæ Chriſti, qui nobis Dominicam etiam orationem impijs diſputationibus conantur auferre. Cùm enim Dominus
Matt. 6. b docuerit vt dicamus, Dimitte nobis debita
Luc. 11. a noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: iſti dicunt, poſſe hominem in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iuſtitiæ, ſine adiutorio gratiæ Saluatoris, per ſolum liberæ voluntatis arbitrium peruenire, vt etiam non ſit neceſſarium dicere, Dimitte nobis debita noſtra. Illud verò,
Matt. 6. b quod ſequitur, Nè nos inferas in tentationē,
Lucæ 11. a non ita intelligendum, tanquàm diuinū adiutorium poſcere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus: ſed hoc in noſtra poſitum eſſe poteſtate, & ad hoc implendum ſolā ſufficere hominis voluntatem, tanquàm fruſtra
Rom 9. c Apoſtolus dixerit: (Non volentis, neque cur-
1. Cor. 10. c rentis, ſed miſerētis eſt Dei. Et: Fidelis Deus,
„ qui vos non permittit tentari ſuper id, quod
„ poteſtis; ſed faciet cum tentatione etiam exi-
Luc. 22. d tum, vt poſſitis ſuſtinere.) Fruſtrà etiam Do-
„ minus dixerit apoſtolo Petro: (Rogaui pro
Mat. 26. d te, ne deficiat fides tua.) Et omnibus ſuis: (Vi-
Luc. 22. c gilate & orate, ne intretis in tentationem.) Si hoc totū eſt poteſtatis humanæ, pueros quoque paruulos (ſi nullis imbuantur Chriſtianæ gratiæ ſacramentis) habituros vitā æternam, nequaquàm Chriſtiana præſumptione cōtendunt, euacuantes quod dicit Apoſtolus:
(Per vnum hominem peccatum intrauit in Rom. 5. b
mūdum, & per peccatum mors, & ita in om- „
nes homines pertranſijt, in quo omnes pecca- „
uerunt.) Et alio loco: (Sicut in Adam omnes 1. Cor. 15. c
moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuifica- „
buntur.) Vt ergò alia omittamus, quæ contra „
ſcripturas ſanctas plurima diſſerunt, hæc interim duo (quibus omninò totū, quòd Chriſtiani ſumus, conantur euertere) quæ fidelia corda ſuſtineant, non eſſe rogandum Deum, vt cōtra peccati malum, atque ad operandam iuſtitiam ſit noſter adiutor: & non opitulari paruulis, ad conſequendam vitam æternam, Chriſtianæ gratiæ ſacramentum? Hæc inſinuantes Apoſtolico pectori tuo, nō habemus opus multa dicere, & tantam impietatē verbis exaggerare, quum proculdubiò te iſta permoueant, vt ab eis corrigendis, ne latiùs ſerpant, multoſque contaminent vel potiùs interimant, (dum ſub nomine Chriſti, à gratia Chriſti penitùs alienāt) omninò diſſimulare non poſſis. Huius autem pernicioſiſſimi erroris authores eſſe perhibētur Pelagius & Cæleſtius, quos quidē in Eccleſia ſanari maluimus, quàm deſperata ſalute, ab eccleſia reſecari, ſi neceſſitas nulla compellat. Quorum vnus, id eſt, Cæleſtius, etiam ad presbyterium in Aſia perueniſſe dicitur. De quo, ante paucos annos quid geſtum fuerit, ſanctitas tua de Carthaginenſi eccleſia meliùs inſtruitur. Pelagius verò (ſicut à quibuſdam fratribus noſtris miſſæ loquuntur epiſtolæ) Hieroſolymis conſtitutus, nonnullos fallere aſſeritur. Veruntamen multò plures, qui eius ſenſa diligentiùs indagare potuerunt, aduerſus eum pro Chriſti gratia, & Catholicæ fidei veritate cōfligūt, ſed præcipuè ſanctus filius tuus, frater & compresbyter noſter Hieronymus.
Sed arbitramur (adiuuante miſericordia Do- D. Hiero.
mini Dei noſtri Ieſu Chriſti, quæ te & regere encomiū.
conſulentem, & orantem exaudire dignatur) authoritati ſanctitatis tuæ, de claro ſcripturarum lumine depromptæ, faciliùs eos (qui tā peruerſa & pernicioſa ſentiunt) eſſe ceſſuros, vt de correctione potiùs eorum gratulemur, quàm contriſtemur interitu, domine beatiſſime. Quodlibet autem ipſi eligant; certè vel alijs, quos plurimos poſſunt, ſi ab eis diſſimuletur, ſuis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua, inſtanter & celeriter prouidendum. Hæc ad ſanctitatem tuam de Cōcilio Numidiæ ſcripta direximus, imitantes Carthaginēſem eccleſiam, & Carthaginenſis prouinciæ coepiſcopos noſtros, quos ad ſedem Apoſtolicam (quam beatus illuſtras) de hac cauſa ſcripſiſſe cōperimus. Et alia manu: Memor noſtri in Domini gratia augearis, dñe beatiſſime, meritoq́; venerabilis & in Chriſto honorande, ſanctiſſime Papa.

RESCRI-

RESCRIPTVM INNOCENTII Papæ ad Mileuitanum Concilium, Et eſt in ordine præcedentium Epiſtolarum 26.

93. Inter epiſto. D. Aug. INNOCENTIVS Syluano ſeni, Va-
lentino, & cæteris qui in Mileuitana Sy-
nodo interfuerunt, dilectiſſimis fratribus in
Domino ſalutem. Inter cæteras Eccleſiæ
Romanæ curas, & Apoſtolicæ ſedis occupa-
tiones, quibus diuerſorum conſulta fideli
ac medica diſceptatione tractamus, frater &
coepiſcopus noſter Iulius dilectionis veſtræ
literas, quas ex Mileuitano Concilio cura fi-
dei propenſiore miſiſtis, mihi inopinanter
ingeſſit, Carthaginenſis etiàm Synodi que-
relæ parilis ſcripta ſubiungens. Nimiùm
exultat Eccleſia, tantam ſolicitudinem com-
miſſis gregibus exhibere paſtores, vt non ſo-
lùm neminem ex his patiantur errare, ſed ſi
quas ouium magis ſæuæ delectationis herba
ſeduxit, ac ſi in errore permanſerint, aut ſe-
gregari penitùs velint, aut illicitè vel inli-
center dudùm petita vitantes, cuſtodiæ pri-
ſtinæ circunſpectione tutari, in vtraque par-
te videlicet conſulentes, nè vel ſuſcipiendo
tales, ſimili cæteræ ducantur exemplo, vel
ſpernendo redeuntes, luporum morſibus vi-
deantur ingeſtæ. Prudens admodùm, &
i. catholicæ fidei plena, conſultationis volun-
tas. Quis enim aut tolerare poſſit errantem,
aut non recipere corrigentem? Nam vt du-
rum arbitror, conniuentiam præbere pec-
cantibus: ità impium iudico, manum nega-
re conuerſis. Diligenter ergò & congruè apo
*arcam. ſtolici conſultis honoris * arcana: honoris
(inquam illius, quem præter illa quæ ſunt
2.Cor.11.g extrinſecùs, ſolicitudo manet omnium Eccle-
ſiarum, ſuper anxijs rebus quæ ſit tenenda
ſententia: antiquæ ſcilicet regulam ſecuti,
quam toto ſemper orbe mecum noſtis eſſe
ſeruatam. Verùm hæc miſſa facio. Neque
enim hoc veſtram credo latére prudentiam,
qui id etiàm actione firmâſtis, ſcientes quòd
per omnes prouincias de apoſtolico fonte
petentibus reſponſa ſemper emanent. Præſer-
tim quotiès fidei ratio ventilatur, arbitror om-
24. q5. 1. Quotiès rō fidei. nes fratres & coepiſcopos noſtros, non niſi
ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris
authorem, referre debere, velut nunc retu-
lit veſtra dilectio, quod per totum mundum
poſſit Eccleſijs omnibus in commune prodeſ
ſe. Fiant enim neceſsè eſt cautiores, cùm
inuentores malorum ad duplicis relationem
ſynodi, ſententiæ noſtræ ſtatutis viderint ab
eccleſiaſtica communione ſeiunctos. Gemi-
no igitur bono charitas veſtra fungetur. Nam
& canonum potiemini gratia ſeruatorum, &
beneficio veſtro totus orbis * tutabitur. Quis
*vtetur. enim catholicorum virorum cum aduerſa-
rijs Chriſti velit vlteriùs miſcere ſermonem?
Quis ſaltem ipſam lucem vitæ communione
partiri? Nouæ hæreſeos nimirùm fugiantur
authores. Quid enim acerbius in Domi-
num fingere potuerunt, quàm cùm adiuto-
ria diuina caſſarent, cauſamque quotidianæ
precationis auferrent? Hoc eſt dicere: Quò
mihi opùs Deo? Meritò in hos dicat hymni- Pſal. 51
dicus: Eccè homines, qui non poſuerunt
Deum adiutorem ſibi. Negantes ergò auxi-
lium Dei, inquiunt hominem ſibi poſſe ſuffi-
cere, nec gratia hunc egere diuina, qua priua-
tus, neceſsè eſt diaboli laqueis irretitus occū-
bat, dum ad omnia vitæ perficienda manda-
ta, ſola tantummodò libertate contendet. O
prauiſſimarum mentium peruerſa doctrina,
aduerte tandem, quòd primum hominem ità
libertas ipſa decepit, vt dum indulgentijs fre
nis eius vtitur, in præuaricationem præſum-
ptione conciderit. Neque ex hac potuit erui,
niſi prouidentia ei regenerationis ſtatum pri
ſtinæ libertatis Chriſti Domini reformâſſet
aduentus. Audiat Dauid dicentem: (Adiuto Pſal. 123
rium noſtrum in nomine Domini. Et, Adiu- Pſal. 26.
tor meus eſto, nè derelinquas me, neque deſpi »
cias me Deus ſalutaris meus.) Quæ incaſsùm »
dixerit, ſi tantùm in eius erat poſitum volun
tate, quod à Domino flebili ſermone poſce-
bat. Quæ cùm ità ſint, cumque in omnibus
diuinis paginis voluntati liberæ non niſi ad-
iutorium Dei legamus eſſe nectendum, eam-
que nihil poſſe cœleſtibus præſidijs deſtitu-
tam: quónam modo huic ſoli poſſibilitatem
hac pertinaciter (vt aſſeritis) defendentes, ſi-
bimet, immò (quod eſt dignius dolore com-
muni) plurimis Pelagius Cœleſtiusq; perſua
dent? Multifarijs equidem ad inſtruendum
tale magiſterium vti poſſemus exemplis, niſi
ſciremus & ſanctitatem veſtram ad plenum
ſcripturas omnes callere diuinas, præſertim
cùm veſtra relatio tãtis ac talibus teſtimonijs
ſit referta, & vt his ſolis valeat præſens dogma
reſcindi opuſque non eſſe recõditis, cùm his
(quę facilè vobis occurrentia poſuiſtis) nec au
deant obuiare, nec poſſint. Ergò Dei gra-
tiam conantur auferre, quam neceſsè eſt,
etiàm reſtituta nobis ſtatús priſtini libertate,
quęramus, quippe qui nec alias diaboli ma-
chinas, niſi eadem iuuante, poſſumus vitare.
Illud verò, quod eos veſtra fraternitas aſſe-
rit prædicare, paruulos ęternę vitę pręmijs,
abſque baptiſmatis gratia, poſſe donari, per-
fatuum eſt. (Niſi enim manducauerint car- Ioan. 6.f
nem filij hominis, & biberint ſanguinē eius, »
non habebunt vitam in ſemetipſis.) Qui autē »
hanc in eis ſinè regeneratione defendunt, vi-
dentur mihi ipſum baptiſmum velle caſſare,
cùm prędicant, hos habere, quod in eos cre-
dunt non niſi baptiſmate conferendum. Si er
gò nihil volunt officere, non renaſci: fateãtur
neceſsè eſt, nec regenerationis ſacra fluenta
prodeſſe. Verùm vt ſuperfluorum hominū
praua doctrina celeri veritatis poſſit ratione
diſcindi, proclamat Dominus in Euangelio,
dicēs: (Sinite infantes, & nolite eos ꝓhibere Matt. 19.a
venire ad me: taliū eſt enim regnum cœlorū.) »

Quarè Pelagium Cœleſtiumq́ue, id eſt, in-
uentores vocum nouarum, quæ (ſicut dixit
1.Tim.1.a Apoſtolus) ædificationis nihilum, ſed magis
vaniſſimas conſueuerunt parare quæſtiones:
eccleſiaſtica communione priuari, apoſtolici
vigoris authoritate cenſemus, donèc reſipi-
ſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenen-
2.Tim.2.e tur ſecundùm ipſius voluntatem: eoſq́ue in-
terim Dominico ouili non recipi, quòad ipſi
peruerſæ viæ quem ſecuti ſunt tramitem de-
ſerere voluerint. Abſcindendi ſunt enim, qui
Galat.5.b nos conturbant, & volunt conuertere euan-
gelium Chriſti. Simul autem præcipimus, vt
quicunq; id pertinacia ſimili defenſare nitun-
Rom.1.d tur, par eos vindicta conſtringat: (non ſolùm
enim qui faciunt, ſed etiàm qui conſentiunt
facientibus) quia non multum intereſſe arbi-
tror, Inter committentis animum, & conſen-
tientis fauorem. Addo & ampliùs: Plerunquè
dediſcit errare, cui nemo conſentit. Hæc igi-
tur, fratres chariſſimi, in ſupradicta maneant
fixa ſententia: abſint atrijs Domini: careant
duntaxàt cuſtodia paſtorali, nè duarum ouiū
dira contagia ſerpant forſitan per vulgus in-
cautum, rapacique lupus corde lætetur intra
ouile Dominicum tantas ouium fuſas cater-
uas, dum à cuſtodibus diſſimulanter habetur
vulnus duarum. Proſpiciendum eſt ergò, ne,
permittendos lupos, mercenarij magis videa-
Ezech.18.g.&33.c mur eſſe quàm paſtores. Iubemus ſanè, quia
Chriſtus Dominus noſter propria voce ſi-
gnauit, nolle ſe mortē morientis, ſed tantùm,
vt reuertatur & viuat, vt ſi vnquàm ad ſanum
(depoſito praui dogmatis errore) reſipue-
rint, damnauerintque ea, quorum ſe ipſi præ-
uaricatione damnârunt, eis medicinam ſoli-
tam, id eſt, receptaculum ſuum, ab eccleſia nō
negari: nè, dum eos redeuntes forſitan prohi-
bemus, verè extra ouile remanentes, expe-
ctantis hoſtis rapidis faucibus glutiantur,
quas in ſemetipſos ſpiculis malæ diſputatio-
nis armârunt. Benè valete fratres. Datū ſexto
Kalendas Februarij, Honorio & Conſtantio
viris clariſſimis conſulibus.

EPISTOLA FAMILIARIS quinque Epiſcoporum ad ſupradictum Papam.

DOMINO beatiſſimo, meritoq́ue hono-
randiſſimo fratri Innocentio Papæ, Au-
95. Inter epiſt.Aug. relius, Alypius, Auguſtinus, Exodius &
Poſſidius in Domino ſalutem. De concilijs
duobus prouinciæ Carthaginenſis atque Nu-
midiæ, ad tuam ſanctitatem à non paruo
Epiſcoporum numero ſubſcriptas literas mi-
Pſal.48. ſimus, contra inimicos gratiæ Chriſti, qui
confidunt in virtute ſua, & creatori noſtro
quodammodò dicunt, Tu nos creâſti homi-
nes, iuſtos autem ipſi nos fecimus. Qui na-
turam humanam ideò dicunt liberam, ne
quærant liberatorem: ideò ſaluam, vt indi-
cent ſuperfluum Saluatorem. Tantum enim
dicunt valentem, vt ſuis viribus, ſemel in ori-
gine ſuæ creationis acceptis, poſſint per libe-
rum arbitrium (nihil vlteriùs adiuuante il-
lius gratia qui creauit) domare & extinguere
omnes cupiditates, tentationeſq́ue ſuperare.
Multi eorum inſurgunt aduersùm nos, & di-
cunt animæ noſtræ, Non eſt ſalus illi in Deo Pſalm.3.
eius. Familia Chriſti (quæ dicit, Quandò in- 2.Cor.12.e
firmor, tunc fortis ſum: & cui dicit Dominus
eius, Salus tua ego ſum) ſuſpenſo corde, cum Pſal.34.
timore & tremore adiutorium Dei, etiàm
per charitatem tuæ venerationis, expectat.
Audiuimus enim eſſe in vrbe Roma (vbi ille
diù vixit) nonnullos, qui diuerſis cauſis eius
faueant. Quidam ſcilicet, quia vos talia per-
ſuaſiſſe perhibent: plures verò, qui eum talia
ſentire nō credunt: præſertim quia in Orien-
te, vbi degit, geſta eccleſiaſtica facta eſſe iactā-
tur, quibus putatur eſſe purgatus: vbi quidem
ſi Epiſcopi eum catholicum pronunciârunt,
non ob aliud factum eſſe credendum, eſt niſi
quia dixit ſe Dei gratiam confiteri, & ità poſ-
ſe hominem ſuo labore ac voluntate iuſtè vi-
uere, vt ad hoc adiuuari Dei gratia non nega-
ret. His enim auditis verbis, catholici antiſti-
tes nullam aliam Dei gratiam intelligere po-
tuerunt, niſi quam in libris Dei legere, & po-
pulus Dei prædicare conſueuerunt, eam vtiq;
de qua dicit Apoſtolus: Nō irritam facio gra-
tiam Dei. Nam ſi per legē iuſtitia, ergò Chri- Galat.2.d
ſtus gratis mortuus eſt. Sinè dubio gratiam,
qua iuſtificamur ab iniquitate, & qua ſalua-
mur ab infirmite, non qua creati ſumus cum
propria voluntate. Nam ſi intellexiſſent illi
Epiſcopi eam illum diceregratiam, quā etiàm
cum impijs habemus, cum quibus homines
ſumus: negare verò eum, qua Chriſtiani & fi-
lij Dei ſumus: quis catholicorum ſacerdotū
eum patienter, non dicimus, audiret, ſed ante
oculos ſuos, ferret? Quapropter non culpan-
di ſunt iudices, qui eccleſiaſtica conſuetudine
gratiæ nomen audiêrunt, neſcientes, quid hu-
iuſmodi homines vel in ſuæ doctrinæ libris,
vel in ſuorum ſolent auribus ſpargere. Non
agitur de vno Pelagio, qui iam fortaſsè corre-
ctus eſt, quod vtinàm ità ſit: ſed de tam mul-
tis, quibus loquaciter contendentibus, & in-
firmas atque ineruditas animas, velut coniun-
ctas, trahentibus, firmas autem & in fide ſta-
biles, ipſa contentione fatigantibus, vſque-
quaque iam plena ſunt omnia. Aut ergò à tua
veneratione accerſendus eſt Romam, & dili-
genter interrogandus, quā dicat gratiam, quæ
fateatur, ſi tamen iam fateatur, ad nō peccan-
dum, iuſteq́ue viuendum, homines adiuuari:
aut hoc ipſum cum eo per literas agendū. Et
cùm inuentus fuerit hanc dicere, quam docet
eccleſiaſtica & apoſtolica veritas, tunc ſinè vl-
lo ſcrupulo eccleſiæ, & ſinè latibulo ambigui-
tatis vllius abſoluendus eſt, tunc eſt reuerà de
eius purgatione gaudendum. Siue enim di-
xerit, gratiam eſſe liberū arbitrium, ſiue gra-
tiam eſſe remiſſionem peccatorum, ſiue gra-
tiam

tiam eſſe legis præceptum, nihil eorum dicit, quod per ſubminiſtrationem ſpiritus ſancti pertinet ad concupiſcentiam, tentationeſque
Tit.3.d vincendas, quem ditiſſimè effudit ſuper nos,
Pſal.67. qui aſcendit in cœlum, & captiuauit capitiuitatem, deditque dona hominibus. Hinc enim
Matt.6.b oramus, vt peccatorum tentationem ſupera-
Rom.8.e re poſſimus, vt ſpiritus Dei (vndè pignus ac-
2.Cor.5.a cepimus) adiuuet infirmitatẽ noſtram. Qui
Matt.6.b autem orat & dicit, Ne nos inferas in tentationem: non vtique id orat, vt homo ſit, quod eſt natura: neq; orat id, vt habeat liberum arbitriũ, quod iam accepit, cùm crearetur ipſa natura: neque orat remiſſionem peccatorum, quia hoc ſuperiùs dicitur, Dimitte nobis debita noſtra: neq; orat, vt accipiat mandatum, ſed planè orat, vt faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc eſt, in tentatione defecerit, facit vtiquè peccatum, quod eſt contra mandatum. Orat igitur, vt non peccet, hoc eſt, vt nè quid faciat mali: quod pro Corinthijs orat Apoſtolus, dicens: (Oramus autem ad Dominum, nè quid fa-
2.Cor.13.c ciatis mali.) Vndè ſatis apparet, quòd ad non peccandum, id eſt, ad non malefaciendum, quamuis eſſe non dubitetur liberum arbitriũ voluntatis, tamen eius poteſtas non ſufficiat, niſi adiuuetur infirmitas. Ipſa igitur oratio, clariſſima eſt gratiæ teſtificatio. Hanc ille cõfiteatur, & eum gaudebimus ſiue rectum, ſiue correctum. Diſtinguenda eſt lex & gratia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet, niſi eſſet voluntas: nec gratia iuuaret, ſi ſatis eſſet voluntas. Iubetur, vt habeamus intellectum, vbi dicitur: (Nolite eſſe ſicut equus &
Pſal.31. mulus, quibus non eſt intellectus:) & tamen oramus, vt habeamus intellectum, vbi dici-
Pſal.118. tur: (Da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua.) Iubetur, vt habeamus ſapientiam,
Pſal.93. vbi dicitur: (Stulti aliquandò ſapite.&) tamẽ oratur, vt ſapientiam habeamus, vbi dicitur:
Iaco.1.a (Si quis autem veſtrûm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.) Iubetur, vt habeamus continentiam, vbi dicitur: (Hic aliquid deeſt eiuſmodi, Sint lumbi
Sap.8.d veſtri praecincti: & tamen oramus eam dari nobis vbi dicitur:) Cùm ſcirem quia nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire, cuius eſſet hoc donum: adij Dominum, & deprecatus ſum illum. Poſtremò, nè nimium longum
Pſal.33. ſit cuncta percurrere, iubetur, vt non faciamus malum, vbi dicitur: Declina à malo. & ta-
2.Cor.13.c men oratur, vt non faciamus malum, vbi dicitur: Oramus autem ad Dominum, nè quid faciatis mali. Iubemur, vt faciamus bonum,
Pſal.33. vbi dicitur: Declina à malo, & fac bonum. & tamen oratur, vt faciamus bonũ, vbi dicitur:
Col.1.b Non ceſſamus, pro vobis orantes & poſtulan-
1.Theſ.2.c tes, atque inter cætera, quæ illis orat, dicit: Vt ambuletis dignè Deo in omne placitum, in omni opere & ſermone bono. Sicut ergò agnoſcimus voluntatem, cùm hęc præcipiuntur: ſic & ipſe agnoſcat gratiã, cùm petuntur.

Miſimus reuerentiæ tuæ librum, quem dederunt quidã religioſi & honeſti adoleſcentes, ſerui Dei, quorum etiàm nomina non tacemus: nam Thimaſius & Iacobus vocantur. Qui, ſicut audiuimus, & etiàm nôſſe dignaris, ipſius Pelagij exhortatione, ſpem (quam habebant in ſeculo) reliquerunt, & nunc continentes, Deo ſeruiunt. Qui cùm errore eodem tandem aliquandò, per qualemcunque operam noſtram, Domino inſpirante, caruiſſent, protulerunt eundem librum, Pelagij eſſe dicentes, & vt ei reſponderetur, impendiò rogauerunt. Factum eſt, ad eoſdem reſcripta eſt ipſa reſponſio. Agentes gratias, reſcripſerunt. Vtrunque miſimus, cui reſponſum eſt, & quod reſponſum eſt. Et ne nimiùm eſſemus onerosi, ſigna fecimus his locis, vbi (petimus) inſpicere non graueris, quemadmodùm ſibi obiecta quæſtione, quòd gratiam Dei negaret, ità reſpondit, vt eam eſſe non diceret niſi naturam, in qua nos condidit Deus. Si autem hunc eſſe ſuum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus. Anathematizet illa, & eam confiteatur apertiſſimè gratiam, quã doctrina Chriſtiana demonſtrat & prædicat eſſe propriam Chriſtianorum, quæ non eſt natura, ſed qua ſaluatur natura, non auribus doctrina ſonante, vel aliquo adiumento viſibili, ſicut plantatur quodammodò & irrigatur extrinſecùs, ſed ſubminiſtratione ſpiritûs & occulta miſericordia, ſicut ille facit, qui dat incrementum Deus. Etſi enim quadam non improbanda ratione, dicitur gratia Dei, qua 1.Cor.3.b
creati ſumus, vt nonnihil eſſemus: nec ità eſſemus aliquid, vt cadauer, quod non viuit: aut arbor, quæ non ſentit: aut pecus, quod non intelligit: ſed homines, qui & eſſemus, & viueremus, & ſentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori noſtro gratias agere valeamus: vndè meritò & gratia iſta dici poteſt, quia non præcedentiũ aliquorum operum meritis, ſed gratuita bonitate Dei donata eſt: alia eſt tamen, qua prædeſtinati vocamur, iuſtificamur, glorificamur, vt dicere poſſimus: (Si Deus pro nobis, Rom.8.f
quis contra nos? Qui filio ſuo proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.) De hac gratia quęſtio vertebatur, quandò ab his, quos Pelagius grauiter offendebat atque turbabat, dicebatur ei, quòd eam ſuis diſputationibus oppugnaret, quibus aſſereret, non ſolùm ad facienda, verùm etiàm ad perficienda mandata diuina, per liberum arbitrium ſibi humanam ſufficere naturam. Hanc apoſtolica doctrina gratiam iſto nomine appellat, qua ſaluamur & iuſtificamur ex fide Chriſti. De hac ſcriptum eſt: (Non irritam facio gratiam Dei. Nam ſi per legem Galat.2.d
iuſtitia, ergò Chriſtus gratis mortuus eſt.) De hac ſcriptum eſt: (Euacuati eſtis à Chriſto,

Galat.5.a Qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis.)
» De hac ſcriptum eſt: (Si autem gratia, iam nõ
Rom.11.a ex operibus: Alioqui gratia iam non eſt gra-
» tia.) De hac ſcriptum eſt: (Ei autem qui ope-
Rom.4.a ratur, merces non imputatur ſecundùm gra-
» tiam, ſed ſecundùm debitum. Ei autem qui
» non operatur, credenti autem in eum, qui
» iuſtificat impium, deputatur fides eius ad iu-
» ſtitiam.) Et multa alia, quæ meliùs potes ipſe
meminiſſe, & intelligere prudentiùs, & illu-
ſtriùs prędicare. Illam verò gratiam, qua crea-
ti ſumus homines, etiàm ſi ità appellandam
non immeritò intelligimus, mirum eſt tamẽ,
ſi ità appellatam in vllis legitimis, propheti-
cis, Euangelicis, Apoſtolicisque literis legi-
mus. Cùm itaquè de hac gratia, Chriſtia-
nis fidelibus, Catholicisque notiſſima, illi
obijceretur quæſtio, vt eam oppugnare de-
ſineret: quid eſt, quòd cùm hoc ſibi in li-
bro ſuo, velut ab aduerſante perſona, idem
ipſe obieciſſet, vt ſe reſpondendo purgaret,
nihil aliud reſpondit, niſi naturam creati
hominis referre gratiam creatoris, atque ſe
ità dicere, ſinè peccato implere poſſe iuſti-
tiam, per liberum arbitrium cum adiutorio
diuinæ gratiæ, quòd DEVS hoc dederit
homini, ipſa poſſibilitate naturæ? Cui me-
ritò reſpondetur: Ergò euacuatum eſt ſcan-
Galat.5.b dalum crucis, Ergò Chriſtus gratìs mortuus
Rom.4.d eſt. Non enim (ſi non moreretur propter
delicta noſtra, & reſurgeret propter iuſtifi-
Pſal.67. cationem noſtram, nec aſcenderet in altum,
captiuans captiuitatem, daret dona homi-
nibus) iſta naturæ poſſibilitas, quam defen-
dit, non eſſet in hominibus. An fortè DEI
mandatum deerat, & ideo Chriſtus mor-
tuus eſt? Immò enìm & hoc erat ſanctum
& iuſtum, & bonum. Iam dictum fuerat,
Exod.20.c Non concupiſces: iam dictum fuerat, Dili-
Deut.5.b, & 7.d ges proximum tuum tamquàm teipſum. In
Eccl.25.d quo ſermone Apoſtolus omnem legem di-
Rom.13.e cit impleri: & quoniam niſi diligat Deum,
Leuit.19.c nemo diligat ſeipſum, ideò Dominus in his
Mat.22.d duobus præceptis totam legem dixit Pro-
Marc.12.e phetasq́ne pendere. Quæ duo præcepta iam
Luc.10.c erant hominibus diuinitùs data. An æter-
Rom.13.e num præmium, iuſtitiæ promiſſum non-
Galat.5.c dùm erat? Hoc ipſe non dicit, qui in ſuis li-
Rom.4.d teris poſuit, etiàm in veteri Teſtamento re-
Galat.2.d gnum cœlorum eſſe promiſſum. Si ergò ad
faciendam perficiendamq́ue iuſtitiam, iam
erat naturæ poſſibilitas per liberum arbi-
trium, iam erat legis DEI ſanctum, & iu-
ſtum, bonumq́ue mandatum, iam erat pro-
miſſum præmium ſempiternum: Ergò Chri-
ſtus gratìs mortuus eſt, Ergò neque per le-
gem iuſtitia, neque per naturæ poſſibilita-
Rom.4.d tem, ſed ex fide ac dono Dei per IESVM
CHRISTVM Dominum noſtrum, vnum
mediatorem Dei & hominum. Qui niſi in
plenitudine temporis mortuus eſſet propter
delicta noſtra, & reſurrexiſſet propter iuſti-
ficationem noſtram: profectò & antiquo-
rum fides euacuaretur, & noſtra. Fide verò Heb.10.g
euacuata, quæ homini iuſtitia remaneat, Rom.1.c
cùm iuſtus ex fide viuat? Ex quo enim per Galat.3.b
vnum hominem peccatum intrauit in mun- Rom.5.b
dum, & per peccatum mors, & ità in omnes
homines pertranſijt, in quo omnes peccaue-
runt: proculdubiò à corpore mortis huius
(vbi lex alia repugnat legi mentis) neminem Rom.7.d
liberauitrant liberat ſuæ poſſibilitas naturæ:
quæ perdita, redemptore indiget: ſaucia,
Saluatore: ſed gratia Dei per fidem vnius
mediatoris Dei & hominum, hominis IE- 1.Tim.2.
SV CHRISTI, qui & Deus cùm eſſet,
hominem fecit, & manens Deus, homo fa-
ctus, refecit ipſe quod fecit. Puto autem,
quòd eum lateat, fidem Chriſti (quæ poſteà
in reuelationem venit) in occulto fuiſſe tem-
poribus patrum noſtrorum, per quam ta-
men etiàm ipſi Dei gratia liberati ſunt, qui-
cunque omnibus generis humani tempori-
bus liberati potuerunt occulto iudicio Dei,
non tamen vituperabili. Vndè dicit Apoſto- 2.Cor.4.c
lus: Habentes autem eundem ſpiritum fidei,
vtiquè eundem, quem & illi, ſecundùm
quod ſcriptum eſt: (Credidi, propter quod Pſal.115.
locutus ſum:) & nos credimus, propter quod »
& loquimur. Indè eſt, quòd ait ipſe media-
tor: (Abraham concupiuit videre diem Ioan.8.g
meum: Vidit, & gauiſus eſt.) Indè Melchi- »
ſedech prolato ſacramento menſæ Domini- Gen.14.d
cæ, nouit æternum eius ſacerdotium figu- Heb.7.a, b, c
rare. Iam verò data in literis lege, quam di-
cit Apoſtolus ſubintràſſe, vt abundaret de- Rom.5.d
lictum, & de qua dicit, (Si ergò ex lege hæ- Gala.3.c.d
reditas, iam non ex promiſſione: Abrahæ »
autem per repromiſſionem donauit Deus. »
Quid igitur lex? Tranſgreſſionis gratia po- »
ſita eſt, donèc veniret ſemen, cui promiſſum »
eſt, diſpoſitum per Angelos in manu me- »
diatoris. Mediator autem vnius non eſt, Deus »
autem vnus eſt. Lex ergò aduersùs promiſ- »
ſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex, quæ poſ- »
ſet viuificare, omninò ex lege eſſet iuſtitia. »
Sed concluſit ſcriptura, omnia ſub peccato, »
vt promiſſio ex fide IESV CHRISTI dare- »
tur credentibus.) Nonnè ſatis oſtenditur, »
hoc actum eſſe per legem, vt peccatum agno- »
ſceretur, & præuaricatione augeretur? Vbi Rom.4.c
enim lex non eſt, nec præuaricatio. Et ſic ad-
uersùs victoriam peccati, ad diuinam gratiam
(quæ in promiſſionibus eſt) confugeretur:
atque ita lex non eſſet aduersùs promiſſa
Dei, quia ideò per illam fit cognitio peccati,
& ex præuaricatione legis abundantia pec-
cati, vt ad liberationem quærantur promiſ-
ſiones Dei, quod eſt gratia Dei, & incipiat
eſſe in homine iuſtitia, non ſua, ſed Dei, hoc
eſt, data dono Dei. Quàm etiàm nunc qui-
dam (ſicut tunc de Iudæis dictum eſt) igno- Rom.10.a
rantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſti-
tuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Per le-
gem quippe & illi iuſtificari ſe arbitrantur,
ſufficiente ſibi ad eam cuſtodiendam libero

arbitrio,

arbitrio, hoc eſt, iuſtitia ſua, prolata ex natu-
ra humana non donata ex gratia diuina, pro-
pter quod iuſtitia Dei dicitur. Vndè item
Rom. 3. c. ſcriptum eſt: (Per legem enim cognitio pec-
» cati. Nunc autem ſinè lege iuſtitia Dei mani-
» feſtata eſt, teſtificata per legem & Prophetas.)
Cùm dicit, manifeſtata eſt: oſtendit, quia &
Iudic. 6. g. tunc erat: ſed tanquàm illa pluuia, quia Ge-
deon impetrauit, tunc velut in vellere occul-
ta, nunc autem velut in area manifeſta. Cùm
ergò lex ſinè gratia, non mors peccati potuiſ-
1. Cor. 15. g. ſet eſſe, ſed virtus: (ſic enim dictum eſt, Acu-
leus mortis peccatum, virtus autem peccati
lex) ſicut confugiunt multi à facie regnantis
peccati ad gratiam, velut in aream, nunc pa-
tentem: ità pauci ad eam confugiebant, velut
in vellere, tunc latentem. Hæc verò tempo-
rum diſtributio, refertur ad altitudinem di-
uitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, de qua di-
Rom. 11. b. ctum eſt: (Quàm inſcrutabilia ſunt iudicia
» eius, & inueſtigabiles viæ eius?) Quapropter
& ſi ante tempus legis, & tempore ipſo legis,
iuſtos patres ex fide viuentes, non poſſibili-
tas naturæ infirmæ & indignæ ac vitiatæ, &
ſub peccato venundatæ, ſed Dei gratia per
fidem iuſtificabat, & nunc eadem, in apertum
[illegible] iam veniens, reuelata inſtificat: anathema-
tizet ergò Pelagius ſcripta ſua, vbi contra eã,
etſi non per cootumaciam, tamen per igno-
rantiam diſputat, poſſibilitatem defenden-
do naturæ, ad vincenda peccata, & implen-
da mandata. Aut ſi ea ſua eſſe negat, aut ſcri-
ptis ſuis ab inimicis ſuis dicit immiſſa: quæ
ſua eſſe negat, anathematizet ea tamen &
damnet paterna exhortatione & authorita-
te ſanctimoniæ tuæ. Si ergò vult, onerosum
ſibi & perniciosum diſcat, eccleſiæ ſcanda-
lum inferre, quod ſcandalum auditores, & in
peruerſum dilectores eius, vſquequaq; ſpar-
gere non quieſcunt. Si enim cognouerint
eundem librum (quem illius vel putant eſſe,
vel nôrunt) Epiſcoporum catholicorum au-
thoritate, & maximè ſanctitatis tuæ, quam
apud eum eſſe maioris ponderis minimè du-
bitamus, ab eodem ipſo eſſe anathematiza-
tum atque damnatum: non eos vlteriùs æſti-
mamus auſuros, loquendo contra gratiam
Dei, quæ reuelata eſt per paſſionem & reſur-
rectionem Chriſti, pectora fidelia & ſimplici-
ter Chriſtiana turbare: ſed potiùs, adiuuante
miſericordia Dei, concertantibus nobiſcum
charitate ac pietate flagrantibus orationibus
tuis,) non ſolùm vt in æternum beati, verùm
etiàm & iuſti & ſancti ſint) non in ſua virtute,
ſed in eadem gratia confiſuros. Vndè & ad
ipſum ſcriptam ab vno noſtrûm epiſtolam,
(ad quem, per quendam Orientalem diaco-
num, ciuem autem Hipponenſem, tamquàm
purgationis ſuæ quædam ſcripta tranſmiſit)
tuæ beatitudini potiùs credidimus dirigendã,
meliùs iudicantes, & petentes, vt eam mittere
ei ipſe digneris. Sic enim eam legere potiùs
non dedignabitur, magis in illa eũ qui miſit,

quam qui ſcripſit, attendentes. Illud verò, quod
dicunt, poſſe hominem eſſe ſinè peccato, &
mandata Dei facilè cuſtodire, ſi velit, quamuìs
quum hoc per adiutorium gratiæ, quæ tamen
per incarnationẽ vnigeniti eius reuelata atq;
donata eſt, dicitur, tolerabiliùs dici videatur,
tamen quoniam non immeritò mouere po-
teſt, vbi & quando per eandem gratiam id ef-
ficiatur in nobis, vt ſinè vllo prorſùs peccato
ſimus, (verùm in hac vita, quandò caro con- Galat. 5. c
cupiſcit aduersùs ſpiritum, an verò in illa, 1. Cor. 15. g
quùm fiet ſermo qui ſcriptus eſt, Vbi eſt mors
victoria tua? vbi eſt mors aculeus tuus? aculeus
enim mortis, peccatum eſt) diligẽtiùs pertrà-
ctandum eſt propter alios quoſdam, qui ſen-
ſerunt, atque in ſuis literis memoriæ mandà-
uerunt, etiàm in hac vita eſſe poſſe hominem
ſinè peccato, non ab initio natiuitatis ſuæ, ſed
conuerſione à peccatis ad iuſtitiam, & à vita
reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexè- Luc. 1. a
runt, quod de Zacharia & Elizabeth ſcriptũ
eſt, ambulaſſe eos in omnibus iuſtificationi-
bus Domini ſinè querela. Hoc, quod dictum
eſt, ſinè querela: ſinè peccato, dictum accepè-
runt, non quidẽ negantes, immò etiàm (quod
alijs locis in literis eorum inuenitur) piè cõ-
fitentes adiutorium gratiæ Domini noſtri,
non per naturalem ſpiritum hominis, ſed
per principalem ſpiritum Dei. Qui parùm
videntur cõſideraſſe, ipſum Zachariam fuiſ-
ſe vtiquè ſacerdotem. Omnes autem tunc Heb. 7. d.
ſacerdotes, neceſsè habebant ex lege Dei, 5. a
primitùs pro peccatis ſuis offerre ſacrificiũ,
deindè pro populi. Sicut ergò nunc per ora-
tionis ſacrificium conuincimur non eſſe ſinè
peccato, quoniam iuſſi ſumus dicere, Dimit- Matt. 6. b
te nobis debita noſtra: ità & tunc per ſacri-
ficia victimarum animalium, conuincebàn-
tur ſacerdotes ſinè peccato non eſſe, qui pro
ſuis peccatis iubebantur offerre. Quòd ſi res
ità ſe habet, vt per gratiam Saluatoris profi-
ciamus quidem in hac vita, deficiente cupi-
ditate, charitate creſcente, perficiamur au-
tem in illa vita, cupiditate extincta, charitatè
completa: profectò illud, quod ſcriptum eſt,
(Qui natus eſt ex Deo, non peccat), ſecun- 1. Ioã. 3. b
dùm ipſam charitatem dictum eſt, quæ ſo-
la non peccat. Ad natiuitatem quippe, quæ Rom. 7.
ex Deo eſt, augenda & perficienda chari-
tas pertinet: non ea, quæ minuenda eſt &
conſumenda, cupiditas: quæ tamen, quan-
diù eſt in membris noſtris, lege quadam ſua
repugnat legi mentis. ſed natus ex Deo, nec 1. Ioan. 3. b
obediens deſiderijs eius, nec exhibens mem-
bra ſua arma iniquitatis peccato, poteſt di- Rom. 6. b
cere, Iam non ego operor illud, ſed quod Rom. 7. e
habitat in me peccatum. Sed quoquo mo-
do ſe habeat iſta quæſtio, quia etſi non in-
uenitur homo in hac vita ſinè peccato, id
tamen dicitur poſſe fieri per adiutorium
gratiæ & ſpiritùs Dei: quod vt fiat, co-
nandum atque poſcendum eſt: tolerabili-
ter in id quiſque fallitur; nec diabolica im-

Xxx 3 pietas,

pietas, ſed error humanus eſt, elaboranda & optanda affirmare, etiàm ſi, quod affirmat, non poſſit oſtendere. Idem enim credit fieri poſſe, quod certè laudabile eſt, velle. Nobis autem ſufficit, quod nullus fidelium in Eccleſia Dei reperitur in quolibet profectu excellẽti atque iuſtitia, qui audeat dicere, ſibi non neceſſariam precationem orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra, & dicat ſe non habere peccatum, ne ipſum decipiat, & in eo veritas non ſit, quamuis iam ſinè querela viuat. Non enim qualecunque etiàm tentationis humanæ, ſed graue peccatum eſt, quod in querelam venit. Cętera q̃ illi obiecta ſunt, ſicut geſtis defenſa peruiderit, ità de his procuIdubiò tua beatitudo iudicabit. Dabit ſanè nobis veniam ſuauitas mitiſſima cordis tui, quòd prolixiorem epiſtolam fortaſsis, quàm velles, tuæ miſimus ſanctitati. Non enim riuulum noſtrum tuo largo fonti augendo refundimus, ſed in hac non parua tentatione temporis, vndè nos liberet cui dicimus, Ne nos inſeras in tentationem, vtrùm etiàm noſter, licèt exiguus, ex eodem, quo etiàm tuus abundans, emánet capite fluentorum, hoc à te probari volumus, & tuis reſcriptis de cõmuni participatione vnius gratiæ conſolari.

Matt. 6. b
1. Io. 1. d
Lucæ 1. a

EIVSDEM EPISTOLA XXVII.

Reſcriptum Innocentij Papę de Pelagio hæretico, ad ſupraſcriptos Epiſcopos.

96. inter Epiſt. D. Aug.

INNOCENTIVS Aurelio, Alypio, Auguſtino, Euodio, Poſſidio Epiſcopis. Fraternitatis veſtræ literas, plenas fidei, totóque religionis catholicæ vigore firmatas, à duobus miſſas Concilijs per fratrem & coëpiſcopum noſtrum Iulium, pergrato ſuſcepimus animo, quòd earum tenor, omniſque contextio in conſideratione quotidianæ gratiæ Dei, & in eorum correctione, qui contrà ſentiunt, integra ratione conſtitit, vt & illis omnem tollere poſſit errorem, & idoneo dato cuiuis noſtræ legis exemplo, quem ſequi debeant, dignum poſſint præbere doctorem. Sed de his, iam ſatis, vt opinor, ſupra diximus cùm veſtris relationibus reſpondentes, reſcripſimus, quid vel de illorum perfidia, vel de veſtra ſententia ſentiremus. Sed ſubindè contra eos ſubuenit & ſuppeditat, quod dicatur: nec poteſt aliquandò eſſe quòd vincat, quum tam miſerum impiumq; ſit, quòd n ſę virtute fidei & ipſa plenius veritate vincatur. Qui enim omnẽ vitę ſpẽ reſpuit atq; contẽpſit, inimica dãnabiliq; cor ſuũ diſputatione confundens, credit nihil eſſe, quod à Deo accipiat, nec aliquid ſupereſſe, quod petat ad ſanandum ſe, qui ſibi hoc abſtulit, vlteriùs quid reliquit? Si ergò ſunt aliqui, quos in ſui defenſionem peruerſitas tãta deuinxit, (quod huic ſe dogmati dedant atque coniungant, ſperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod oberrans longiùs, & penitùs approbatur aduerſum) inſecti illorum & monitus, & verbis, vt laberentur, inducti: quatenùs ad rectum viæ tramitem redeant, feſtinabunt, ne diutiùs mẽtem obſidens, velut eorum ſenſibus uaſtus error inuadat. Nam ſi Pelagius, quocunque reſtitit, loco eorũ animos (qui facilè vel ſimpliciter crederent diſputanti) hac affirmatione decepit, (ſeu hac illi in vrbe ſint, quod neſciẽtes, nec manifeſtare poſſumus, nec negare, quum etſi ſunt, lateant: nec aliquandò audeant vel illum prædicantem iſta defendere, vel talia aliquo noſtrorum præſente iactare, & in tanta populi multitudine depræhendi aliquis facilè, nec alicubi poſſit agnoſci, ſiue in quouis terrarum loco degant) Dei noſtri miſericordia, gratiaque credimus quòd facilè corrigantur, audita eius damnatione, qui fuerit pertinax, & reſiſtens huius dogmatis author inuentus. Nec intereſt, vbi iſti fuerint, dum, vbicunque inueniri potuerint, ſint ſanandi. Nobis tamen nec perſuaderi poteſt, eum ille purgatum, quamuis ad nos (a neſcio, quibus laicis) ſint geſta perlata, quibus ille & auditum ſe crederet, & abſolutum. Quæ, vtrùm vera ſint, dubitamus quòd ſub nulla illius concilij perſequutione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re literas, apud quos iſtius rei iſte præſtitit cauſas. Quòd ſi de ſua ille potuiſſet purgatione confidere, hoc magis credimus, quòd egiſſet, quod multò verius eſſe poterat, vt illos cogeret epiſtolis ſuis, quid iudicauerant, indicare, Verum quum ſint aliqua in ipſis poſita geſtis, quæ obiecta partim ille vitando ſuppreſſit, partim, multa in ſe verba retorquendo, tota obſcuritate confudit, aliqua magis falſis argumentis, quàm vera ratione (vt ad tempus videri poterat) purgauit, alia negando, alia falſa interpretatione vertendo. Sed vtinàm (quod magis optandum eſt) etiàm ille ſe ad veram catholicæ fidei, viam, ab illo ſui tramitis errore conuertat, vt cupit velitq; purgari, conſiderans quotidianam Dei gratiam, adiutoriumque cognoſcens, vt videatur verè, & approbetur ab omnibus manifeſta ratione correctus, non geſtorum iudicio, ſed ad catholicam fidem corde conuerſo. Vndè non poſſumus illorum nec approbare, nec culpare iudicium, quum neſciamus, vtrùm vera ſint geſta: aut ſi vera ſunt, illum conſtet magis ſubterfugiſſe, quàm ſe tota veritate purgaſſe. Qui ſi confidit, nouitque, non noſtra dignum eſſe damnatione, quod dicat: aut iam hoc totum ſe refutaſſe, quod dixerat: non à nobis accerſiri, ſed ipſe debet potiùs feſtinare, vt poſſit abſolui. Nã ſi adhuc taliter ſentit, quãdò ſe noſtro iudicio, quibuſuis acceptis literis, quum ſciat damnandum ſe eſſe, committet? Quòd ſi accerſendus eſſet, ab his meliùs fieret, qui magis proximi, & non longo

terrarum

terrarum ſpatio videntur eſſe diſiuncti. Sed non deerit cura, ſi medicinæ præbeat ille materiam. Poteſt enim damnare, quæ ſenſerat, ac datis literis, erroris ſui, vt regreſsũ ad nos decet, veniam poſtulare, fratres chariſſimi.

Librum ſanè, qui eius eſſe diceretur, nobis à veſtra charitate tranſmiſſum, euoluimus: in quo multa blaſphemia, nihil quod placeret, nihil quòd non penitùs diſpliceret, à quouis damnandum atque calcandum, cuius ſimilia (niſi qui iſta ſcripſerat) nemo alter in mentem reciperet, atque ſentiret. Nam hoc loco de lege latiùs diſputare. velut cotàm poſito repugnanteque Pelagio, neceſſarium eſſe non duximus, cùm vobiſcum, totam rem ſcientibus, parique nobiſcum aſſenſione gaudentibus, colloquamur. Tunc enim meliùs hæc exempla ponuntur, quandò cum his, quos harum conſtat rerum prudentes eſſe, tractamus. Nam de naturæ poſſibilitate, de libero arbitrio, & de omni Dei gratia, & quotidiana gratia, cui non ſit rectè ſentienti vberrimum diſputaret? Anathematizet ergò iſta, quæ ſenſit, vt illi, qui eius ſermonibus fuerant præceptiſque collapſi, quid tandèm habeat fides vera cognoſcant. Faciliùs enim reuocari poterunt, cùm iſta à ſuo ſenſerint authore damnari. Quòd ſi ille pertinaciter in hac voluerit impietate perſiſtere, agendum eſt, quatenùs vel his poſſit ſubueniri, quos non ſuus, ſed huius magis error induxit, ne & illis hæc medicina pereat, cuius iſte talem non admittit nec poſtulat curam. Deus vos cuſtodiat incolumes, fratres chariſſimi. Data ſexto Kalendas Februarij.

EPISTOLA FAMILIARIS eiuſdem Papæ 28. ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum.

INNOCENTIVS Aurelio epiſcopo Carthaginenſi: In familiaribus ſcriptis dilectio vera conſiſtit. Etenim firmius charitatis officia melius ſe orſa mercantur. Quamob rem per fratrem noſtrum Iulium epiſtolæ extrinſecùs miſſæ reſpõdere geſtiui, ne apud me forſitan remaneret peculiaris negatæ ſalutationis offenſa, frater chariſſime. Supradictũ igitur fratrem noſtrum tuæ dilectioni reſtituo, cùm Apoſtolicæ ſedis * ad relationem duplicis ſynodi iudicatis. Supereſt, vt oratus à nobis Dominus, præſtare dignetur, quatenùs omnis Eccleſiæ ſuæ macula, continuis laboribus noſtris poſſit abſtergi. Dominus cuſtodiat te incolumem frater chariſſime. Data ſexto Kalendas Februarij.

*dignũ ad

Ioannes Chriſoſtomus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, per factionem Theophili Alexandrini Epiſcopi, inſtigante Imperatrice Eudoxia, in exilium pulſus; & paulo poſt, ob populi ſeditionem, reuocatus; ac rurſum, non multo poſt, per eandem factionem, eiectus; Innocentium Papam, legatis, & litteris miſſis, appellauit; vt, pro ſua auctoritate, ſe, inimicorum factione oppreſſum, tueretur; &, Eccleſiarum perturbationi, proſpiceret. per eoſdem etiam legatos ſcripſere quadraginta Epiſcopi, qui Ioanni communicabant, & Clerus Conſtantinopolitanus. Innocentius rei indignitate vehementer commotus, Synodo Romæ habita, communionem quidem vtriuſque partis admiſit, ſed Theophili iudicium irritum eſſe decreuit, & Synodum Orientalium, & Occidentalium, miſſis legatis, fieri oportere cenſuit. Legati inſcio Imperatore, & Imperatrice agente, malè accepti, & vexati, cum, nec mandatorum exponendorum facultas eis permiſſa fuiſſet, Romam reuerterunt. Interim Ioannes, per diuerſa loca raptatus, moritur. Quibus omnibus Innocentius plurimum indignatus Imperatori, & Imperatrici ſacris interdicit: Theophilum excommunicat, & deponit: Arſacium, qui viuenti Chriſoſtomo ſubſtitutus fuerat, etiam defunctum, exautoratum, è numero Epiſcoporum excludit; Atticum ſuſpendit, & donec eius cauſa cognoſcatur, Proclo Cirici Epiſcopo Eccleſiam Conſtantinopolitanam regendam committit. Poſt verò, cum Archadius, & in Ioãnis calumniatores vindicaſſet, & abſolutionem pro ſe, atque vxore efflagitaſſet, Innocentius, reſcripſit. Confirmato animo accedite ad Dominica ſymbola, iubete Io. nomen ſacris tabellis inſcribi. quæ enim aduerſus Ioannem geſta ſunt, nos auctoritate freti. S. Petri eximij Apoſtolorum Principis, diſcuſſis cauſis docebimus, ex animo ſanguinario proceſſiſſe. Sed de hac tota cauſa, vide Socr. lib. 6. Sozom. lib. 8. Palladium & Gregorium Alexandrinum in vita Chriſoſtomi; præter Nicephorum lib. 13.

INNOCENTIO EPISCOPO Romæ, Domino meo Reuerendiſſimo, Pientiſſimoque.

Ioannes in Domino ſalutem.

ETIAM antequàm redditæ ſunt literæ noſtræ, opinor pietatem veſtram audiuiſſe, quidnam hìc patrare auſa fuerit iniquitas. Ea enim rerum eſt magnitudo & grauitas vt nulla fermè orbis pars relicta ſit, quæ triſtem hanc tragœdiam non audierit. Quandoquidem fama vſque ad fines terræ perlata, plurima vbique lamenta & eiulatus excitauit. Verùm quia non ſatis eſt plangere, ſed opus etiam, vt cura geratur, & ſpectetur qua ratione, & quo conſilio grauiſſima illa eccleſiæ tẽpeſtas ſedetur. Proinde neceſſarium eſſe duximus, vt perſuadeatur Demetrio, Panſophio, Pappo, & Eugonio, dominis meis maximè venerabilibus, pijſque Epiſcopis, relictis negocijs proprijs, pelago ſe committere: ſuſceptaque longinqua peregrinatione hac, ad veſtram properare charitatem, de omnibus vos manifeſtè docentes, quò quãtocyus

rebus

rebus ſuccurratur. Miſimus autem cum eis venerabiles dilectoſque diaconum Paulum & Cyriacum, qui & ipſi, quæ facta ſunt, charitati veſtræ exponent: & non quoque paucis, in epiſtolæ forma docebimus. Theophilus ille, qui Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopatum regendum ſuſcepit, cùm a pientiſſimo rege, cui aduerſus illum quædam nunciata erant, iuſſus eſſet venire ſolus, collecta multitudine Epiſcoporum non paucorum huc venit, quo præludio, quaſi declarare volebat, ſe ad bellũ & ad aciem pergere, cumque in magnam, diuinoque cultui deditam vrbem Conſtantinopolim ingreſſus eſſet, iuxta conſuetudinem & conſtitutionem hactenus obſeruatam, non intrauit ad Eccleſiam, neque ad nos acceſſit, neque participem ſe fecit, vel ſermonis, vel precum, vel communionis: ſed egreſſus è naui, & prætercurſis Eccleſiæ veſtibulis, alicubi extra vrbem diuerſatus eſt, tametſi nos plurimum obſecraremus & ipſum, & eos qui cum ipſo erant, vt apud nos diuerterent. Erant enim diuerſoria & omnia alia quæ oportebat, benè inſtructa. At neque illi, neque ipſe nobis morē gerebant. Vnde nos ea videntes, valde conſternabamur animo: & quamuis iniuſtarum illarum inimicitiarum cauſam nullam inuenire poſſemus, nihilominus tamen officium eis, quod illi nobis debebant, impendimus. Nam iterum atque iterum eum obſecrabimus, vt ſe nobis coniungeret, ac diceret cuius gratia, ſtatim ab initio tantùm excitaret bellum, tâtamque vrbem ſeditioſam faceret. Verùm, cùm ille cauſam dicere nollet, neque vrgerent accuſatores eius: vocauit nos Rex pientiſſimus, & iuſſit vt iremus ad locum, in quo ille agebat, reique ſummam ab eo audiremus. Nam inſidias, & cædes, & alia plurima cauſabantur: nos autem ſcientes leges patrum, viroque hõnorem habentes, habentes etiam ſuper hac re eius literas, Oportere in quibuſque prouincijs ſua negocia tractari, tranſmontanoſque ad noſtra iudicia non trahendos, fortiter detrectauimus, ne cauſam ſuſciperemus iudicandam. Porrò ille ſicut & prius nobis obluctari cœpit, & multa authoritate vocato archidiacono meo, quaſi iam Eccleſia viduata eſſet, ac Epiſcopum non haberet, clerum omnem ſibi per illum adiunxit: factaque ſunt eccleſiæ ſeditioſæ, & è ſingulis eccleſijs adducebantur clerici, & inſtruebantur, ut nos accuſarent, & libellos aduerſus nos producerent. Poſt hæc vocauit & nos ad iudicium, nondum dilutis quæ aduerſum ſe erant cauſis, id quod contra omnes canones & leges eſt. Porrò nos ſcientes, quòd non ad iudicium, ſed ad hoſtem & inimicum perrecturi eſſemus (id quod ſatis declarant, quæ prius ac poſtea ſunt facta) miſimus ad eum Epiſcopos, Demetrium Epiſcopum Piſinatium, Eleuſium, Apamiæ, Lupinum, Appiariæ: presbyteros autem, Germanum & Seuerum, qui congrua lenitate reſponderent, ac dicerent: Non vitare nos iudicium, ſed inimicum apertum, & hoſtem manifeſtum. Nam qui nondum acceptis libellis ſtatim ab initio talia fecit, & ſeipſum abſtraxit ab Eccleſiæ precibus & communione, & inſuper accuſatores ſubornauit, clerum ad ſe traxit, eccleſiam deſolauit: quomodo idoneus cenſeri poſſit huiuſmodi, vt in iudicis Thronum conſcendat ſibi minimè congruentem? Neque enim congruum eſt, vt hi qui in Ægypto ſunt, iudicent eos qui in Thracia, & præſertim ille, qui ipſe reus eſt, inimic⁹ & hoſtis. At ille nihil horum reueritus, magno ſtudio anhelabat, vt perficeret ea quę mente conceperat. Cùm autem conſtaremur paratos nos ad diluendum crimina, & ad innocentiam, ſicut & innocentes ſumus, declarandam, coram cētum, vel mille Epiſcopis, non aſſenſit: ſed licèt abſentes eſſemus, & ad Synodum appellaremus, & iudicium inquireremus: & non auditorium, ſed manifeſtas inimicitias fugeremus: ipſe tamen accuſatores ſuſcepit, meos excommunicauit, & de illis, qui nondum ſe de ſuis purgauerant criminibus, libellos collegit: quæ omnia legibus & canonibus prohibita ſunt. Et quid opus eſt multum dicere? non deſtitit omnia facere & tractare, donec nos vi, & potentia è ciuitate & eccleſia eijceret, etiam in prouecta veſpera, & vniuerſo populo nos attrahente. Tractus igitur vi, & abductus à magiſtratu ciuitatis, in media ciuitate, & in nauim coniectus per noctem nauigaui, eò quod ad ſynodum & iuſtum iudicium prouocaram. Quis hęc ſine lachrymis, etiam ſi cor lapideum habeat, audiret? Verùm ſicut prius dixi, ea, quæ perperàm fiunt, non ſolùm deploranda, ſed & corrigenda ſunt: & ideò charitatem veſtram obſecro, vt prouocetur ad condolendum, faciendumque omnia, quò mala hæc ſiſtantur. Neque enim hic facinorum illius finis, ſed ad priora adiecit & alia. Nam poſtquàm eos qui eccleſiam inuaſerant, pientiſſimus Rex eiecit, & multi Epiſcopi qui aderant cognoſcentes iniquitatem, & fugientes inſidias illorum, quaſi incendium depaſcens omnia, in ſuas regiones conceſſerunt, noſque iterum in vrbem & in eccleſiam, à qua eiecti eramus, vocati ſumus, inducentibus nos Epiſcopis ſupra triginta, & notario à Rege pientiſſimo, in hoc miſſo: ille ſtatim aufugit, eo quòd ingreſſi mox obſecrabamus Chriſtianiſſimum Regem, vt concilium cogeret, quo facta hæc iuſtificarentur. Malè conſcius enim ſibi erat, & reprehenſionem pertimeſcens, & idcirco cùm Regis literæ in omnia loca mitterentur, & vndequaque omnes congregarēt, occultè, mediaque nocte & ipſe & ſui conſeſſa naui elapſi ſunt. Porrò vtpotè conſcientiæ noſtræ fidentes, non propterea deſtitimus, ſed eadem iterum à Chriſtiano Rege rogauimus. Qui & pro ſua pietate, miſſis ad illum nuncijs, eum & omnes qui cum eo erant, ex Ægypto vocauit, vt rationem factorum redderent: neque ſufficere putarent ad defenſionem,

ſionem,quæ attentarant ex vna parte abſentibus nobis, tum iniuſtè contra tot ac tantos canones. Atqui regijs literis ille non obtemperauit, ſed domi manſit,prætexens ſeditionem populi, & intempeſtiuam feſtinationem: tametſi etiam illic erant qui ei reluctabantur: & populus quoque ante literas, conuicijs eũ innumeris abluerat. Verùm hæc nos exactè proſequi nolumus, ſummatim nefarios illius conatus oſtendentes. Itaque nos non quieuimus, ſed in hoc incubuimus, orantes Regẽ, vt haberetur iudicium, in quo agere, & reſpondere liceret. Dicebamus enim nos paratos ad oſtendendum nos non eſſe reos, ſed illos legum extremos tranſgreſſores. Erant autem relicti hic Syri, qui cum eo affuerant, & communiter omnia fecerant, ad Quos etiã acceſſimus, ad dandam rationem parati, atque ſuper ea re ſæpe eos interpellauimus, obſecrantes vt dignentur nobis libellos & commentarios accuſationum dare, vel genus criminum, vel accuſatores ipſos ſignificare. Verùm nihil horũ obtinuimus: iterumque ex eccleſia eiecti ſumus. Quòd ſi quæ tunc contigerunt & omnẽ excedunt tragœdiam, enarrare vellem: quis ſermo ea explicaret? quæ auris ſine horrore perciperet? Cùm autem illa, quæ dixi, prætenderemus, ipſo magna ſabbato collecta manus militum, ad veſperam diei in eccleſias ingreſſa, clerum omnem qui nobiſcum erat, vi eiecit, & armis gradum vndique muniuit. Mulieres quoque, quæ per illud tempus ſe exuerant, vt baptizarentur, metu grauiorum inſidiarum nudæ aufugerunt. Neque enim concedebatur, vt ſe velarent, ſicut mulieres honeſtas decet. Multæ etiam acceptis vulneribus eijciebantur, & ſanguine implebantur natatoria, & ſancto cruore rubeſcebant fluenta. Neque hic rerum finis erat. Nam & ſanctuaria ingreſſi ſunt milites, quorum aliquos ſcimus, nullis initiatos myſterijs, & viderunt omnia quę intus erant. Quin & ſanctiſſimus Chriſti ſanguis, ſicut in tali tumultu contingit, in prædictorum militum veſtes effuſus eſt. Fiebantque quaſi in Barbarica captiuitate omnia. Vulgus enim in ſolitudinem fugabatur, populus omnis extra ciuitatem verſabatur, erantque in tanto feſto vacuæ eccleſiæ, & plures quàm quadraginta Epiſcopi, qui nobis communicarant, cum populo & clero, ſine cauſa fugabãtur. Et ob prodigioſa flagitia, vbiquè per fora, per domos, per ſolitudines, per omnes ciuitatis partes, omnia lamentis, eiulatibus, fontibus lachrymarum, & id genus calamitatibus plena erant: & in tãto tumultu, & trepidatione ac planctu erant omnia, vt non modò qui affligebantur, ſed & qui nihil tale patiebantur: & non ſolùm qui noſtræ fidei erant, ſed & hæretici, & Iudæi, & gentiles, quaſi ciuitate capta nobiſcum dolebant. Talia auſi ſunt pręter ſentẽtiam pientiſſimi Regis nocte profunda, Epiſcopis hæc inſtruentibus, & vbiquè militantibus, nec erubeſcẽtibus, quòd eſſent duces militum, & pro diaconis ſatellites pręcũtes haberent. Facto autem die, omnis ciuitas extra muros ſub arbores, & i nemora emigrauit, ibi feſtum diem celebrans, quaſi oues diſperſæ: Liceat vobis ex his & cætera omnia penſare? nam omnia quæ facta ſunt, ſermone complecti, vt dixi impoſſibile eſt. Eſt autem & hoc perquàm moleſtum, quòd talia, tãtaque mala, nullum adhuc finem accipiant: neque ſpes eſt, quòd ſtatim finiãtur: ſed augẽtur in dies magis ac magis, noſque multis ridiculi facti ſumus, immo ridet nullus, etiam valde peruerſus: lugent autem omnes propter extremam & inauditam hanc malitiam, malorum facilè colophonem. Quid, ſi quis dicet, de turbationibus etiam in alijs eccleſijs poſtea excitatis? Nõ enim hic ceſſauit hoc malũ, ſed vſquè ad Orientem peruenit. Nam ſicut à capite quod malis humoribus plenum, & reliqua membra corrumpuntur? ità nunc quoq; tumultus, qui in hac magna ciuitate cœperũt, quaſi ex fonte in omnia loca effluunt, & clerici vbique in epiſcopos inſurgunt, & epiſcopi ab epiſcopis, & populi à populis ſciſſi ſunt, & alij propediem ſcindentur, & expectatur vbiquè malorum partus, orbiſque totius ſubuerſio. Igitur domini maxime venerandi, & pij, cùm hæc ita ſe habere didiceritis, ſtudium veſtrum, & magnam diligentiam adhibete, quò retundatur hæc, quæ in eccleſias irrupit iniquitas. Quippe ſi mos hic inualuerit: & mos erit cuiuis in alienam parochiam irrũpere, idque ex tantis interuallis, & eijcere quos voluerit, & authoritate propria quæque pro libidine ſua facere, ſcitote quòd breui tranſibunt omnia & totus orbis premetur bello non indicto, omnibus ab omnibus eiectis, & omnes eijcientibus. Quapropter ne cõfuſio hęc omnem quæ ſub cœlo eſt nationem inuadat, obſecro, vt ſcribatis quòd hęc tã iniquè facta, & abſentibus nobis, & non declinantibus iudicium, non habeant robur, ſicut neque ſua natura habent: illi autem, qui iniquè egerunt, pœnæ eccleſiaſticarum legum ſubiaceant: nobis verò, qui nec conuicti, nec redarguti, nec habiti vt rei, literis veſtris & charitate veſtra, aliorumque omnium, quorum ſcilicet & antea ſocietate fruebamur, frui concedite. Si autem aduerſarij noſtri, qui ita iniquè egerunt, adhuc fingunt crimina quædam, propter quæ nos iniuſtè eiecerunt, non datis nobis neque commentarijs, neque libellis, neque manifeſtatis accuſatoribus, agemus & tuebimur etiam nos libenter cauſam, monſtrabimuſque illos ipſos, non nos reos eſſe eorum quæ nobis ĩpingunt, ſicut & planè innoxij ſumus: & contrà, quę ab ipſis facta, contra omnẽ ſunt honeſtatem, contra omnes leges, contra omnes eccleſiaſticos canones. Et quid dico canones eccleſiaſticos; Neque in Gentilium iudicijs, neque in Barbarorum tribunalibus talia attentata ſunt vnquam. Neque Scythæ, neque Sauromatæ vnquam iudicarunt, iudi-

cium

ciũ dandũ vni parti, abſente ea q̃ accuſatur, & vitante non iudicium, ſed inimicitias, & inuocante multa millia iudicium, & proteſtante coram toto orbe declaraturam ſe non eſſe ream, depulſuramque crimina, & oſtenſuram ſuam innocentiam. Hęc igitur omnia cum ita ſe habere intellexeritis à Dominis meis pientiſſimis fratribus noſtris epiſcopis, obſecro, vt præſtetis id quod petent officij. Quo non ſolùm nobis glorificabimini, ſed & eccleſiarũ vniuerſitati, mercedemque accepturi eſtis à Deo, qui nihil non propter eccleſiarum pacẽ facere dignatur Semper vale, & ora pro me domine digniſſime & ſanctiſſime.

EIVSDEM INNOCENTII EPIſtola 29. ad S. Ioannem Chryſoſtomum, à ſua ſede per iniuriam deiectum, quẽadmodùm ea Latinè verſa legitur in Nicæphoro Calliſto lib. 13. cap. 32.

TAMETSI innocentem bona omnia expectare, & à Deo miſericordiam petere conueniat: tamen nos quoquè, qui tolerantiæ malorum ſuaſores ſumus, literas haſce, pro eo atquè decuit, cum Cyriaco diacono ad te dedimus, ne aduerſariorum iniuria plus poſſit quàm bona conſcientia, dum in ſpe cum illa luctatur. Non enim opus eſt doceri te tot populorum doctorem & paſtorem, optimos quoſquè ſæpè atque adeò ſemper probari, an in vigore patientiæ perſiſtant, neque alicui dolorum labori cedant. Et eſt profectò res ſtabilis & firma, cõſcientia bona in malis, quæ iniuſtè accidunt, omnibus: quæ niſi quis patientia vincat, indicium de ſe malæ ſuſpicionis præbet. Omnia namque ſuſtinere debet, qui Deo primùm, deindè ſæ quoquè confidit conſcientiæ: quandoquidem bonus atque honeſtus vir exerceri ad patientiam maximè poteſt, vinci autem non poteſt. Nam mentem eius diuinæ cuſtodiunt ſcripturæ. Abundant autem exemplis lectiones ſacræ quas populo tradimus: & omnes propè ſanctos varijs modis & continenter malis afflictos eſſe cum fide atteſtantur, quippe qui tamquàm in aliquo iudicio explorati, tandèm ſic ad coronam patientiæ peruenere. Conſoletur igitur charitatem tuam, frater reuerendiſſime, conſcientia tua, quæ in tribulationibus ſolatium virtutis obtinet. Inſpiciente namque ipſo Chriſto Dominõ, in portu pacis petra conſtabit conſcientia.

EIVSDEM EPISTOLA TRIGEſima ad Clerum & populum Conſtantinopolitanum, ex Nicephoro lib. 13. cap. 32.

Eſt apud Sozomenum lib. 8. cap. 26.

INNOCENTIVS Epiſcopus presbyteris & diaconis, totique clero & populo Eccleſiæ Cõſtãntinopolitanæ, quæ ſub Ioanne epiſcopo eſt, fratribus dilectis ſalutem.

Ex literis dilectionis veſtræ, quas per Germanum presbyterum & Caſſianum diaconum ad nos dediſtis, ſcenam malorum, quam ob oculos poſuiſtis, anxia ſolicitudine cognoui, & quibus ærumnis maliſque fides laboret, repetita ſæpiùs lectione perſpexi. Cui rei ſola patientiæ conſolatio medetur. Dabit enim breui Deus noſter afflictionibus tantis finem, quas ſuſtinuiſſe proderit. Sed enim hanc ipſam neceſſariam conſolationem, in initio epiſtolæ dilectionis veſtræ poſitam, conſilium propoſitumque veſtrum laudantes, intelleximus, multa patientiæ teſtimonia complectentem. Conſolationem namque noſtram, quam ad vos ſcribere debuimus, literis ipſi veſtris præoccupaſtis. Eam ſiquidem laborantibus Dominus noſter præbere patientiam ſolet, vt in ipſis tribulationibus ſeipſos Chriſti ſerui ſolentur ſecum ipſi reputantes, eadem anteà ſanctis, q̃ ipſi patiuntur, accidiſſe. Sed & nos ex ipſis literis veſtris afferre vobis ſolatium poſſumus. Non enim ab eo, vt vobis condoleamus, alieni ſumus: ſiquidem & nos in vobis affligimur. Quis nãque ferre poſſit, quæ ab illis deſignantur, quos maximè conueniebat pacificę tranquillitatis & concordiæ ſtudioſos eſſe? Nunc inſolito more ſedibus eccleſiarum ſuarum innocẽtes eijciũtur epiſcopi. Quod ſanè primus frater & colęga noſter, epiſcopus veſter Ioannes, per iniuriam eſt paſſus cauſa indicta, & crimine neq; obiecto neque audito. Quæ verò hæc prohibita ratio eſt, vt iudicij ſpecimen non ſeruetur, aut de cauſa non quæratur? In locum viuentium epiſcoporum alij ſurrogantur, quaſi qui ab eiuſmodi delictis prorumpunt, à quopiã iudicari poſſint rectè quicquam vel dicere vel facere poſſe? Nunq̃ ſanè patres noſtros talia auſos fuiſſe, ſed potiùs vetuiſſe cognouimus, nè cui in locum viuentis per conſecrationem alium ſubſtituendi ſit poteſtas. Minimè enim conſecratio ſiue electio reproba honorem adimere epiſcopo poteſt: quandoquidem neque epiſcopus ille eſſe poteſt, qui iniquè ſubſtituitur: quoniam hæc contra Canonum obſeruationem ſunt. Canonibus porrò obſequendum eſſe ſcribimus, qui Nicę ſunt decreti: quos ſolos conſectari debet Eccleſiam catholicam, & iuxta eos iudicare. Si in alijs à quopiam proferuntur, à Nicenis canonibus diſſonantes, & hæreticos authores referentes, ij à catholicis epiſcopis reijciuntur. Hęreticorum nãque inuenta catholicis canonibus nõ ſunt annectenda. Semper etenim illi per contraria nefaria decreta, patrum Nicenorum concilium minuere intendunt. Quapropter non ſolùm hoc dicimus, iſtos ſequendum non eſſe, verùm etiàm cum hæreticis & ſchiſmaticis ſeu diſſidioſis dogmatibus condemnandum: quemadmodùm anteà in Sardicenſi conciliọ ab epiſcopis, qui nos præceſ-

ceſſerunt, factum eſt. Nam quæ ſic perperàm inducuntur, magìs damnare conuenit, quàm vt quæ directè contra Canones ſtatuuntur, aliquam habeant, fratres reuerendiſſimi, firmitatem. Cæterùm quid contra iſtos in præſentia agendum? Synodali cognitione peropùs eſt, quam dudùm etiàm cogendam eſſe ceoſuimus. Sola enim illa talium procellarum motus ſopire poteſt: quam vt obtineamus, vtile nunc ſuerit medicinam & opem hanc ad voluntatem magni DEI & Chriſti eius Domini noſtri referre. Omnia quæ diaboli inuidia ad fidelium explorationem ſunt perturbata, pacabuntur. Sabilitate fidei nihil non ſperare à Domino debemus. Nos quidem multùm deliberamus & diſpicimus, quomodò vniuerſalis Synodus congregetur, vt de voluotate Dei turbulenti iſti motus compeſcantur. Itaquè intereà ſuſtineamus, & patientiæ muro circunuallati, omnia auxilio Dei noſtri reſtitutum iri ſperemus. Quæcunque verò vos ſuſtinuiſſe ſcripſiſtis, ea quoquè omnia anteà, qaumuìs diuerſis maximè temporibus, à collegis veſtris Epiſcopis, Demetrio, Eulyſio & Palladio, qui Romam venerunt, & nobiſcum ſuerunt, percuntatione accurata cognouimus.

INNOCENTIO EPISCOPO Romæ, Ioannes in Domino Salutem.

Hæc videtur ſcripta cū iam acepiſſet literas, ſuperius poſitas, ab Innocentio, & fortaſſe cuá alios.

CORPVS quidem noſtrum, vno eodemque loco tenetur, & ſtabilitum eſt: animus antem charitatis ala in vniuerſo orbe circunuolitat. Proinde licet tanta itineris intercapedine ſeparati ſimus, à pietate tamen veſtra non abſumus, ſed quotidie vobis præſentes ſumus. Animi enim oculis videmus veſtram illam ſortitudinem, & ſynceram affectionem, conſtantiamque non mutabilem, & quòd vos conſolari nos plurimum & perpetuò cupiatis. Quantò enim fluctus extolluntur ſublimius, & plures latent ſcopuli, vehementioreſque venti ſuot, & tempeſtates, tantò & vigilantia veſtra augetur. Neque vos tanta viæ prolixitas, neque tantum temporis interuallum, neque cauſarum difficultas ſegniores reddidit: ſed perſeueranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maximè vigiles ſunt, quando eleuari fluctus, & mare intumeſcere, & multas aquas in nauim inundare, grauiſſimamque interdiu noctem ingruere vident. Ea propter & gratias vobis habemus multas, & deſideramus quidem ad vos dare crebras literas, id quod nobis maximo foret ſolatio. Verum quia ſolitudo huius loci intantum vos a nobis ſeparat: neque facilè ad vos peruenire valent hi qui nobiſcum agunt, vel etiam qui in vicino habitant, tum quòd in extremis finibus locus ille ſitus eſt, tum quòd latrones vias illas vndiquè obſident: precamur, vt diuturnum ſilentium noſtrum efficiat, quòd magis nobis condoleatis, quàm quòd nos reos putetis negligentiæ. Neque enim contemptus in cauſa eſt, quòd tacuimus. Nunc enim multo tempore venerabilem, & dilectū Ioannem preſbyterum, Paulumque diaconū in hoc tenuimus, vt ſcriberemus. Perpetuas enim vobis gratias agimus, quòd paternam erga nos beneuolentiam declaraſti. Nam quantum in veſtra pietate ſitum fuit, iam res omnes ſedatæ & emendatæ, & ſublata omnia ſcandala fuiſſent, gauderentque eccleſiæ tranquilla & ſyncera pace: & eſſent planè ſecunda omnia, neque contemptę leges, neque violatæ patrum conſtitutiones forent. At illi in ſuis impijs operibus pergunt, & quaſi antea nihil attentatint, ita priora malefacta recentibus vincere certant. Nolo antem omnia, quæ interim geſta ſunt ſingillatim recenſere, quandoquidem non ſolum epiſtolæ, ſed & hiſtorię modum tranſcenderet narratio. Cætum veſtram oro vigilantiam, quòd licèt illi omnia tumultibus impleuerint, laborauerintque morbis incurabilibus, & pœnitentiæ non capacibus: ſi tamen curari morbo voluerint, ne affligantur, neque è cœtu abijciantur, cōſiderata tanti operis magnitudine. Certamen enim illud fermè totius orbis eſt. Eccleſiæ vſque ad genua humiliatæ ſunt, populi diſperſi, clerus diuexatus, Epiſcopi exules, conſtitutiones patrum violatæ. Et idcirco iterum atque iterum, & ſæpius veſtram oro diligentiam, vt quantò maior eſt tempeſtas, tantò maius adhibeatur ſtudium. Expecto quidem futurum, vt aliquandò amplius corrigantur. Quod ſi minus fiet, vos veſtram coronam paratam apud miſericordem Deum habitis: & hi, qui iniuria afficiuntur, conſolationem ex incremento charitatis veſtræ non minorem accipient. Nam & nos tertium nunc annum in exilio verſamur, expoſiti peſti, fami, bello, continuis obſidionibus, ſolitudini indicibili, quotidianæ morti, & Iſauricis gladijs: & non mediocriter nos conſolantur ſolida veſtra fides & charitas, quæ ſe in me tam ſenni & ſimplice oblectant. Hic noſter murus, hæc ſecuritas: hic portus abſque fluctibus, hic multorum bonorum theſaurus, hæc lætitiæ mirificæque voluptatis cauſa eſt. Et ſi in deſolatiorem, quàm ille eſt, locum iterum abigemur, non paruam hinc habentes noſtrarum afflictionum conſolationem, abimus.

EPISTOLA 31. QVA EXCOMmunicat perſecutores D. Ioannis Chryſoſtomi: Ex Nicephoro lib. 13. cap. 34.

VOx ſanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum contra te, ô Imperator, ſicutì quondàm Abel iuſti contra parricidā Cain: & is modis omnibus vindicabitur. Nec id modò admiſiſti, ſed etiàm pacis tempore perſecutionem magnam aduerſus Deum & Eccleſiam

Eccleſiam eius cócitaſti. Eieciſti è throno ſuo, re non iudicata, magnum totius orbis doctoré & vnà càm eo Chriſtum perſecutus es. Neq; de illo ità queror (ſortem enim ſeu hæreditatem cum ſanctis Apoſtolis in Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti regno conſecutus eſt) quãuis intolerabilis iactura ea ſit: ſed affligor proptercà, quòd primùm de animarũ veſtrarũ ſalute, deindè de eis qui ſapiẽtiſſima, ſpirituali & diuina doctrina & inſtitutione eius orbati, fame verbi Dei conficiuntur, ſum ſolicitus. Non enim eccleſia tantùm Conſtantinopolitana mellitæ illius linguæ iacturam fecit, ſed & orbis ſub ſole totus ad orbitatem redactus eſt, viro tam diuino amiſſo, perſuaſione vnius mulieris fabulam hãc & ſpectaculum exhibẽtis. Verùm excipiet illa & præſentem hic pęnã & futurum ſempiternum ſuppliciũ non poſt multos hoſce dies ei adueniens. Tametſi enim beatus Ioannes vitam reliquit, fide ſeruata & fluctuantibus confirmatis: in æterna tamen ſecula ſempiternarum deliciarom & immortalis vitæ hæreditatem vſt conſecutus. Noua autem Dalila Eudoxia, quæ paulatim te erroris ſeu ſeductionis nouacula totondit, execrationem ex multorum ore ſibijpſi induxit, graue & quod & geſtari nequeat, peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis ſuis ſuperaddens. Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego te & illam à perceptione immaculatorum myſteriorũ Chriſti Dei noſtri. Epiſcopũm etiàm omnem aut clericum ordinis ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui adminiſtrare aut exhibere ea vobis auſus fuerit, ab ea hora, qua præſentes vinculi mei legeritis literas, dignitate ſua excidiſſe decerne. Quòd ſi vt homines potentes quenquam ad id vi adegeritis, & Canones vobis à Seruatore per ſanctos Apoſtolos traditos tranſgreſſi fueritis, ſcitote non paruum id vobis peccatum fore in horrenda illa iudicij die, cùm neminem huius vitæ honor & dignitas adiuuare poterit: arcana autem & abdita cordium ſub oculos omnium effundentur atque exhibebuntur. Arſacium qoem pro magno Ioanne in thronum epiſcopalem produxiſtis, etiàm poſt obitum exauthoramus, vnà cum omnibus, qui conſultò cum eo communicarunt epiſcopis: cuius etiam nomen ſacro Epiſcoporum albo non inſcribatur. Indignus enim eo honore eſt, vt qui epiſcopatum quaſi adulterio polluerit. Omnis ſiquidem plantatio, quæ à patre noſtro in cœlis plantata non eſt, eradicabitur. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, anathematiſmum, & abſolutam à Chriſtianiſmo alienationem.

Eudoxiã Imperatricé notat, qua íſtigãte eiectus fuerat B. Io. Chryſoſt. Prędicatioué ꝓbauit euẽtus, nam paulopoſt vita exceſſit Imperatrix.

CONCILIVM MILEVITANVM IN NVMIDIA,

Contra Pelagium, tempore Innocentij Papę primi A.D.402. Probatum ab eodem Innocentio epiſtola ad idem Concilium, quæ num. eſt 26.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Archadio & Honorio Auguſtis, v. coll. 6. Kalẽñ. Septembris in ciuitate Mileuitana, in ſecretario Baſilicę, cùm Aurelius Epiſcopus Carthagineñ. in Concilio vniuerſali conſediſſet, adſtantibus Diaconibus, Aurelius Epiſcopus dixit: Quoniam Eccleſię ſanctę vnum eſt corpus, omniumq; membrorum caput eſt vnum, factum eſt, volente Deo, & noſtram infirmitatem iuuante; vt ad hanc eccleſiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vndè quæſo charitatem veſtram, quia ità credendum eſt, quòd noſter acceſſus ad vos, nec ſuperfluus nec inſuauis eſt cunctis, vt cõſenſus omnium veſtrùm manifeſtetur concordare complacitis decretorum, quæ iamdudùm vel Hipponeñ ſynodo firmata ſunt, vel poſtmodùm meliore conſilio apud Carthaginem definita, nunc quoque nobis ex ordine recitẽtur. Tunc demùm fraternitatis veſtræ concordia luce clarior apparebit, ſi hæc quæ à nobis ſuperioribus Concilijs legaliter definita noſcũtur, non ſolùm conſenſu veſtro his actis, verùm & ſubſcriptionibus manifeſtetis. Xanthippus Epiſcopns primæ ſedis Nomidię ſua manu confirmauit, ſubſcribendo, etiàm nobis placere poſſe, & noſtra ſubſcriptione firmam°. Nicetios Epiſcopus primæ ſedis Mauritaniæ Sitifeñ, dixit: Quæ recitata ſunt decreta, quoniam ratione non carent, & ſunt approbata cunctis, etiàm meæ paruitati hæc placent, quæ quidem propria ſubſcriptione firmabo.

1 De Epiſcoporum ordine, vt qui poſteriùs ordinati ſunt, prioribus ſe non audeant anteferre.

2 De archiuo & matricula Numidia.

3 De Quod'uult Deo Epiſcopo. 54

4 De Maximiano Epiſcopo. 55

5 Vt Epiſcopi, qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolam accipiant, quæ diẽ & conſulem præferat. 56

6 De his, qui vel ſemel in Eccleſiis legerint, ab alijs non poſſe promoueri. 57

TITVLI

TITVLI CANONVM Mileuitani Concilij.

Cõtra Pelagianos, qui dicunt, etiàm ſine peccato mori potuiſſe Adam. 1
Quòd iuxta Apoſtoli teſtimonium, etiàm paruuli, qui nihil peccati adhùc commiſerunt, omnes in peccatorum remiſſione veraciter baptizentur. 2
Quòd gratia Dei nõ ſolùm peccata dimittit, ſed etiàm adiuuat, ne committantur. 3
Quòd per gratiam Dei ſciamus, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus. 4
Quòd gratia Dei præſtet, vt lex impleatur; nõ (ſicut ait Pelagius) facilè, quaſi ſinè gratia Dei difficiliùs poſſit impleri. 5
Quòd iuxta ſententiam Ioannis Euangeliſtæ, nemo ſit qui eſſe poſſit ſinè peccato. 6
Quòd vnicuiq; etiàm iuſto, nõ ſolùm ꝓ alijs, ſed & pro ſemetipſo dicere oporteat, Dimitte nobis debita noſtra. 7
Quòd a ſanctis veraciter dicitur, Dimitte nobis debita noſtra. 8
Quòd ad communes cauſas Eccleſiæ generale Concilium congregari oporteat, in priuatis verò cauſis ſpeciale vniuſcuiuſq, prouinciæ. 9
Vt Epiſtolas ad Concilium euocandum Metropolitanus ſubſcribat & dirigat. 10
Vt de hæreticis & infidelibus quicquid in Cõcilio cõſtituitur, a principe impetretur. 11
Vt preces & orationes compoſitæ, niſi probatæ fuerint in Concilio, non dicantur. 12
Vt poſteriores anterioribus Epiſcopis nõ præferantur, nec inconſultis primatibus ſuis, aliquid agere præſumant. 13
Vt Epiſcopi, pro tempore conſecrationis ſuæ, literas ab ordinatoribus habeant. 14
Vt vbì primùm quis * legerit, ibì permaneat clericus. 15
*eligitur,
Vt pro cauſis Eccleſiarum executores vel aduocati, a Principe poſtulentur. 16
Vt neque dimiſſus, neque dimiſſa, alteri coniungantur. 17
De his qui in ſua prouincia non cõmunicãt, vt alibì non communicent. 18
De clericis, qui apud Principem ſeculare iudicium aut ſynodale impleuerint. 19
Vt ſine formatis nemo ad comitatum proficiſcatur, & qualiter formatæ fiant. 20
De Epiſcopis, qui quod repetere poterant, prætermiſſa ſynodo, inuaſerunt. 21
De clericis, qui de iudicio Epiſcoporum ſuorum conqueruntur. 22
De his qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt. 23
De Epiſcopis negligentibus aduerſùs hæreticos. 24
Vndè ſuprà. 25
De virginibus, quæ infra vigintiquinque annos, neceſſitate cogente, velantur. 26
De Epiſcopis, qui poſt acta Carthaginenſis ſynodi retenti ſunt ad reliqua peragẽda. 27

CONCILIVM MILEVITANVM.

De hoc cõcilio dicitur titu. de cõſ. diſt. 4.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Archadio & Honorio Auguſtis, viris clariſſimis cõſulibus, 6. Kalẽ. Septembris, in ciuitate Mileuitana, in ſecretario Baſilicæ, cùm Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginis in Concilio vniuerſali conſediſſet, adſtãtibus diaconibus, Aurelius Epiſcopus dixit: Quoniam Eccleſiæ ſanctæ vnũ eſt corpus, omniumque membrorum caput eſt vnum, ſactum eſt, volente Domino, ac noſtrã infirmitatem iuuante, vt ad hanc Eccleſiam conueniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vndè quæſo charitatẽ veſtrã, quia ità credendum eſt, quòd noſter acceſſus ad vos, nec ſuperfluus nec inſuauis eſt cũctis, ideoque pariter quædam de cauſis fidei, vndè nunc quæſtio Pelagianorum imminet, in hoc cœtu ſanctiſſimo primitùs tractentur: deindè ſubſequantur & aliqua, quæ diſciplinæ eccleſiaſticæ neceſſaria exiſtunt.

Capitulum I.

PLACVIT ergo omnibus Epiſcopis, qui fuerunt in hac ſancta Synodo, conſtituere hæc, quę in præſenti Cõcilio definita ſunt: Vt quicunq; dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ità vt ſiue peccaret, ſiue nõ peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

De conſ. diſt. 4. Placuit igitur omnibus Epiſcopis.

2 Item placuit, ut quicunque paruulos recentes ab vteris matrum, baptizandos negat, aut dicit, in remiſſionem quidem peccatorũ eos baptizari, ſed nihil ex Adã trahere originalis peccati, qđ regenerationis lauacro expietur, vndè fit cõſequẽs, vt ĩ eis forma baptiſmatis, in remiſſionẽ peccatorũ, nõ verè, ſed falsè intelligatᷣ, anathema ſit. Q̃m nõ aliter intelligẽdum eſt, quod ait Apoſtolus, Per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ità in oẽs homines pertrãſijt, in quo oẽs peccauerũt, niſi quẽadmodũ eccleſia catholica, vbiquè diffuſa ſemper intellexit. Propter hãc.n. regulam fidei, etiàm paruuli, qui nihil peccatorũ ĩ ſemetipſis adhuc cõmittere potuerũt, ideò in peccatorũ remiſſionẽ veraciter baptizantᷣ, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

De conſ. diſt. 4. Placuit, vt q̃cũquè paruulos.

Rom. 5. b

3 Itẽ placuit, vt quicunq; dixerit gratiam Dei, in qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtũ Dñm noſtrũ, ad ſolã remiſſionẽ peccatorũ valere, quæ iã cõmiſſa ſunt, nõ etiàm ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit.

De conſ. diſt. 4. Placuit vt quicunque dixerit.

4 Item, quiſquis dixerit, eandem gratiam Dei, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reue-

De conſ. di. 4. Quiſquis dix.

latur & aperitur intelligentia mandatorum,
vt ſciamus quid appetere, quid vitare debea-
mus, non antem per illam nobis præſtari, vt
quod faciendum cognouerimus, etiàm fa-
cere diligamus atque valeamus, anathema ſit.
1.Cor.8.a Cùm enim dicat Apoſtolus, ſcientia inflat,
charitas verò ædificat: valde impium eſt, vt
credamus, ad eam quæ inflat, nos habere gra-
tiam Chriſti: ad eam quæ ædificat, non ha-
bere: cùm ſit vtrunque donum Dei, & ſcire,
quid facere debeamus: & diligere, vt facia-
mus, vt ædificante charitate, ſcientia non poſ-
ſit inflare. Sicut antem de Deo ſcriptum eſt;
Pſal.93. Qui docet hominē ſcientiam: ità etiam ſcri-
1.Ioã.4.b ptum eſt, Charitas ex Deo eſt.

5 Item placuit, vt quicunque dixerit, ideò
De cõſ.di. nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod
4.Placuit, facere per liberum iubemur arbitrium, faci-
vt quicũq; liùs poſſimus implere per gratiam, tamquàm
dixerit. etiamſi gratia non datetur, non quidem fa-
cilè, ſed tamen poſſimus etiàm ſinè illa im-
plere diuina mandata, anathema ſit. De fru-
ctibus enim mandatorum Dominus loque-
batur, vbi non ait, Sinè me difficiliùs pote-
Ioan.15.a ſtis facere: ſed ait, Sinè me nihil poteſtis fa-
cere.

6 Item placuit, quod ait ſanctus Ioannes
1.Ioan.1.c Apoſtolus, Si dixerimus, quia peccatum non
habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in
nobis non eſt: quiſquis ſic accipiendum pu-
tauerit, vt dicat, propter humilitatem opor-
tere dici, nos habere peccatum, non quia ve-
1.Ioã.1.c rè ità eſt, anathema ſit. Sequitur enim Apo-
ſtolus, & adiungit: Si autem confeſſi fueri-
mus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui
remittat nobis peccata, & mundet nos ab
omni iniquitate. Vbi ſatis apparet, hoc non
tantùm humiliter, ſed etiàm veraciter dici.
Poterat enim Apoſtolus dicere, ſi dixerimus,
quia non habemus peccatum, noſipſos ex-
tollimus, & humilitas in nobis non eſt: ſed
cùm ait, noſipſos decipimus, & veritas in no-
bis non eſt, ſatis oſtendit, eum qui ſe dixerit
non habere peccatum, non verum loqui, ſed
falſum.

8 Item placuit, vt quicunquè dixerit, in
Matt.6.b oratione Dominica ideò dicere ſanctos, Di-
mitte nobis debita noſtra, vt non pro ſeipſis
hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta
petitio, ſed pro alijs, qui ſunt in ſuo populo
peccatores: & ideò non dicere vnumquenque
ſanctorum, Dimitte mihi debita mea, ſed,
Dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro alijs
potiùs, quàm pro ſe iuſtus petere intelliga-
tur, anathema ſit. Sanctus enim & iuſtus erat
Iaco.3.a Apoſtolus Iacobus, cùm dicebat: In multis
enim offendimus omnes. Nam quarè addi-
tum eſt, omnes, niſi vt iſta ſententia conue-
Pſal.142. niret & pſalmo, vbi legitur: Non intres in iu-
dicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabi-
3.Reg.8.e tur in conſpectu tuo omnis viuens? Et in ora-
2.Par.6.g tione ſapientiſſimi Salomonis: Non eſt ho-
Eccl.7.e
Iob 37.b mo qui non peccet. Et in libro Iob: In ma-
nu omnis hominis ſignat, vt ſciat omnis ho-
mo infirmitatem ſuam. Vndè etiàm Daniel Dani.9.a
ſanctus & iuſtus, cùm in oratione pluraliter
diceret, Peccauimus, iniquitatem fecimus, &
cætera, quæ ibi veraciter & humiliter confi-
tetur, ne putaretur, quemadmodùm quidam
ſentiunt, hæc non de ſuis, ſed de populi ſui
potiùs dixiſſe peccatis, poſteà dixit: Cùm ora- Dan.9.e
rem, & confiterer peccata mea, & peccata po-
puli mei Domino Deo noſtro: noluit dice-
re, peccata noſtra, ſed & populi ſui dixit, &
ſua: quia futuros iſtos, qui tam malè intelli-
gerent, tamquàm propheta præuidit.

8 Item placuit, vt quicunque verba ipſa
Dominicæ orationis, vbi dicimus, Dimitte Matt.6.b
nobis debita noſtra: ità volunt à ſanctis dici,
vt humiliter, non veraciter, hoc dicatur, ana-
thema ſit. Quis enim ferat orantem, & non
hominibus, ſed ipſi Domino mentientem,
qui labijs ſibi dicit dimitti velle, & corde di-
cit, quæ ſibi dimittantur, ſe debita non ha-
bere? Hucuſquè de fide contra Pelagianos,
nunc regulæ tractentur eccleſiaſticæ.

9 Placuit, vt non ſit vltrà fatigandis fra-
tribus anniuerſaria neceſſitas, ſed quotiès
exegerit cauſa communis, id eſt, totius Aphri-
cæ, vndecunque ad hanc ſedem pro concilio
datæ literæ fuerint, congregandam eſſe ſyno-
dum in ea prouincia, vbi opportunitas perſua-
ſerit. Cauſæ autem, quæ communes non ſunt,
in ſuis prouincijs iudicentur.

10 Placuit etiàm peti, vt omnium Epiſco-
porum epiſtolis omnibus, de concilio dandis,
ſanctitas tua ſola ſubſcribat.

11 Placuit & illud aduerſùs hæreticos vel
paganos, vel eorum ſuperſtitiones, vt legati,
miſſi de hoc glorioſo concilio, quicquid vtile
prouiderint, à glorioſſimis principibus im-
petrent.

12 Placuit etiàm & illud, vt preces vel ora
tiones ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in
concilio, ſiue præfationes, ſiue commenda-
tiones, ſed manûs impoſitiones, ab omnibus
celebrentur. Nec aliæ omninò dicantur in
eccleſia, niſi quæ à prudentioribus tractatæ,
vel comprobatæ in ſynodo fuerint, ne fortè
aliquid contra fidem, vel per ignorantiam,
vel per minus ſtudium ſit compoſitum.

13 * Palentinus Epiſcopus dixit: Si per- *Valētin*
mittit bonum patientiæ veſtræ, proſequar * Placēti*
ea, quæ neceſſaria ſunt eccleſiaſticæ diſcipli-
næ. Scimus enim, ſic inuiolatè permanſiſ-
ſe eccleſiaſticam diſciplinam, ità vt nullus
fratrum prioribus ſuis ſe aliquandò auderet
anteponere, ſed officijs * legitimis id ſem- *charitatis
per exhibitum eſt prioribus, quod ab inſe-
quentibus rationabiliter ſemper acciperetur.
Hunc ordinem iubeat ſanctitas veſtra,
meliùs veſtris interlocutionibus roborare.
Aurelius Epiſcopus dixit: Non decuerat qui-
dem, vt hæc repeteremus, niſi fortè exiſte-
rent inconſideratæ mentes quorundam, quæ
ad hæc ſtatuenda noſtros acuerent ſenſus.

Sed

Sed & communis hæc cauſa eſt, quam inſinuauit frater & coepiſcopus noſter, vt vnuſquiſquè noſtrûm, ordinem ſibi decretum à Deo, cognoſcat: & poſteriores anterioribus deferant, nec eis inconſultis, aliquid agere præſumant. Qua de re oportet eos, qui putauerint, ſpretis Maioribus, aliquid præſumendum, competenter eſſe ab omni concilio coercendos. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Hic ordo & à patribus & à Maioribus eſt ſeruatus, & à nobis, Deo propitio, ſeruabitur, ſaluo etiàm iure primatûs Numidiæ & Mauritaniæ.

14 Deindè placuit, vt quicunquè deinceps ab Epiſcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus ſuis, manu eorum ſubſcriptas, continentes conſulem & diem, vt nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriatur.

Diſt. 72. Placuit, vt quicunq; in eccle.

15 Item placuit, vt quicunque in Eccleſia vel ſemel * legerit, ab alia Eccleſia ad clericatum non teneatur.

* ſuſcepto officio eligitur,

16 Placuit prætereà, vt exequutoribus in omnibus iuſtis deſiderijs impertiatur. Placuit etiàm, vt petatur àglorioſiſſimis Imperatoribus, vt iubeant iudicibus, * dare petitos ſibi defenſores ſcholaſticos, qui in actu ſint, vel in officio defenſionum cauſarum eccleſiaſticarum, more ſacerdotum prouinciæ, vt ijdem ipſi qui defenſionem eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem, pro negocijs Eccleſiarum, quotiès neceſſitas flagitauerit, vel ad obſiſtendum callidè decipientibus, vel obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi iudicum ſecretaria.

* dari

32. q. 7. Placuit, vt ſecûdùm. 1. Cor. 7. b

17 Placuit, vt ſecundùm euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, nequè dimiſſus ab vxore, nequè dimiſſa à marito, alteri coniungantur: ſed ità maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur: In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.

18 Placuit, vt quicunquè non communicat in prouincia propria, & in alijs prouincijs vel tranſmarinis partibus ad communicandum obrepſerit, iacturam communionis vel clericatûs excipiat.

11. q. 1. Placuit, vt quicunq; ab impe.

19 Placuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petiêrit, honore proprio priuetur: Si autem epiſcopale iudicium ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.

20 Placuit, vt quicunque clericus, propter neceſſitatem ſuam alicubì ad comitatũ ire voluêrit, formatam ab Epiſcopo ſuo accipiat. Quòd ſi ſinè formata voluêrit pergere, à communione remoueatur. Quòd ſi alicubì ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Epiſcopum loci eius ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta eiuſdem Epiſcopi deferat: formatæ autem, quæ à primatibus vel à quibuſcunque Epiſcopis, clericis proprijs dantur, habeant diem Paſchæ. Quòd ſi adhuc eiuſdem anni Paſchæ dies incerta eſt, ille præcedens adiungatur, quomodò ſolet, Poſt conſulatum, in publicis geſtis aſſcribi.

21 Item placuit, vt quicunque Epiſcopi, quaſcunque Eccleſias vel plebes, quas ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non ità repetiêrint, vt cauſas ſuas, Epiſcopis iudicantibus, agant: ſed alio retinente irruerint, ſiue volentibus, ſiue nolentibus plebibus, cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicunquè iam hoc fecerint, ſi nondùm eſt inter Epiſcopos finita contentio, ſed adhuc indè contendunt: ille diſcedat, quem conſtiterit, prætermiſſis * iudicijs eccleſiaſticis, irruiſſe. Nec ſibi quiſquè blandiatur, ſi à primate, vt retineat, literas impetrâtit: ſed ſiue habeat literas, ſiue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacificè tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinẽtem. Si autem ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos iudices cauſa finiatur, ſiue quos eis primates dederint, ſiue quos ipſi vicinos ex conſultu primatis delegerint.

16. q. 6 Placuit, vt quicunq; epi eccleſias.

* iudicib*

22 Item placuit, vt presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de iudicijs Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant: & inter eos quicquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, niſi ad Aphricana Concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem, qui putauerit appellandum, à nullo intra Aphricam in communione ſuſcipiatur.

2. q. 6. Placuit vt presbyteri.

Gratianus 2. q. 6. citans hunc Canonem, Placuit, vt Presbyt. Diaconi &c. ſubdit, (quod ipſius Gratiani eſſe antiqui codices oſtendunt.) Niſi forte Romanam ſedem appellauerint. Is autem qui appellauerit, ad eum, a quo appellauit, remitti non debet. Quod quidem, vt æquum, & verum eſt, ita alienum eſt à mente Aphricanorum, qui per tranſmarina, Eccleſiam Romanam intelligunt, nam, de alijs, ſecuri eſſe poterant. Gratianus porrò ad id demonſtrandum affert Can. 7. Concil. Sardic. Si quis Epiſcopus accuſatus qui tamen non eſt de appellationibus presbyterorum, & inferiorum ordinum, ſed tantum Epiſcoporum omnino certè conſentaneum eſt rationi, vt ſalua ſemper intelligatur prærogatiua Eccleſiæ Romanę, quam conſcribere non poteſt vllum Concilium, nedum Prouinciale, quale Mileuit. & Africanũ, in quo hic idem Can. eſt 92. quod ſi illi Patres nõ aduerterunt, vel neglexerunt, veritati præiudicare nõ debet.

23 Placuit, vt quicunque conuerſus ab hæreticis, dixerit ſe apud eos pœnitentiam accipere, vnuſquiſquè Catholicus Epiſcopus requirat, vbì & ob quam cauſam apud eoſdem hæreticos pœnitentiam ſuſceperit: vt cùm documentis certis hoc ipſum approbauerit, ſibi pro qualitate peccati, ſicut eidem Epiſcopo Catholico viſum fuerit, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.

16.q.3.Placuit,vt qui cunque.

24 Item placuit, vt quicunque negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia, in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis Epiſcopis, vt id agere non morentur. Quòd ſi intra ſex menſes à die conuentionis, non hoc fecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant: ità ſanè, vt ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impunè vt ibì ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe prçuentam, vt eo modo eius cura *ſolertior *vitaretur, cùm hoc iudices Epiſcopi cognouerint, ſuæ cathedræ loca reſtituant. Sanè, ſi Epiſcopi inter quos cauſa verſatur, diuerſarum ſunt prouinciarum, ille Primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut *duo eligantur, aut tres. Quòd ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequãtur, aut duorum. A iudicibus autem, quos cõmunis conſenſus elegerit, non liceat prouocari. Et quiſquis probatus fuerit, per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet Epiſcoporũ, donèc obtemperet.

*ſolicitior *videret, *vetaret,

*vnus aut tres eligãtur, aut duo. *vnus eligatur, aut tres.

2.qõ.6. à iud. 2.qõ.6. Quiſquis.

25. Si in matricibus cathedris Epiſcopus negligens fuerit aduerſùs hæreticos, conueniatur à vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſſit. Quòd ſi ex die, quo conuenitur, intra ſex menſes, ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur, donèc impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non aſcribatur Epiſcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicâſſe quos (eo ſciente) non communicâſſe conſtiterit, etiàm Epiſcopatum amittat.

In decre. Iuo.lib.3.

26 Item placuit, vt quicunque Epiſcoporum, neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cùm vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi aliquo etiàm mortis ſcrupulo periculoſo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, ſeu velauit intra vigintiquinque annos ætatis, non ei obſit concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

Carthaginẽ 3.c.4.

27 Item placuit, ne diutiùs vniuerſi Epiſcopi, qui ad concilium congregati ſunt, tenerentur, ab vniuerſo concilio ternos iudices de ſingulis prouincijs eligi. Et electi ſunt de prouincia Carthaginenſi Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de prouincia Numidiæ, Alypius, Auguſtinus, & Reſtitutus: de prouincia Byzacena, cum ſancto ſene Donatiano primate Creſconius, Iocundus, & Æmilianus: de Mauritania Sitifenſi, Seuerianus, Aſiaticus, & Donatus: de prouincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus vnus eſt miſſus, qui omnes cum ſancto ſene Aureliu vniuerſa cognoſcant. A quo petijt vniuerſum concilium, vt cunctis ſiue geſtis, quæ confecta iam ſunt, ſiue epiſtolis ipſe ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & perlecto ſubſcripſi. Donatianus *Telepienſis primæ ſedis ſubſcripſi. Auguſtinus Hipponæ Regienſis ſubſcripſi. Similiter & omnes Epiſcopi ſubſcripſerunt.

*Tibuleñ vel Tebeſteñ.

SEQVVNTVR QVAEDAM CONCILIA CARTHAGINE CELEBRATA

TEMPORE INNOCENTII PAPAE,

Hîc breuiter annotata duntaxàt per titulos, capitulis latiùs exprimendis in Concilio ſub Bonifacio Papa ſeruato, poſt conſulatum Honorij duodecimum, & Theodoſij octauum, Cap. 57.

In hoc Concilio, quid egerint Epiſcopi, qui ad tranſmarina legati directi ſunt, intimatur.

GLORIOSISSIMO Imperatore Theodoſio Auguſto, & Rumorido viris clariſſimis Coſſ. 8. kaleñ. Septembris, Carthagine in Baſilica regionis ſecundæ, cùm Aurelius Epiſcopus in vniuerſali Concilio conſediſſet, adſtantibus Diaconibus, Aurelius Epiſcopus dixit: Exigente ratione, fraternitas veſtra à mea tenuitate ad hoc concilium congregata eſt. Iamdudùm enim, ſicut veſtra ſanctitas recordatur, habito concilio, deſtinauimus fratres noſtros ad tranſmarina legatos, quos oportuit in cœtu ſanctitatis veſtræ, perfunctæ legationis curſum narrare. Et licèt heſterno die de hac re, conſidentibus nobis, præter geſta eccleſiaſtica diligentiùs, quæ geſſerint, tractaremus, hodiè tamen oportet tractatum heſterni diei actis eccleſiaſticis confirmari. A.D.403.

De Epiſcopis prouinciarum Aphricæ, qui non affuerunt præſenti concilio.

Ordo itaque rerum depoſcit, vt primitùs de fratribus noſtris & conſacerdotibus, qui ad hoc concilium vel de Byzaceo, vel certè vt Mauritania conuenerunt, quæramus, quemadmodùm huic concilio decreuerint intereſſe. Et offerentibus Philologo, Geſta, Venuſtiano & Feliciano Epiſcopis prouinciæ Byzacenæ legationis literas, & recitatis, offerentibus etiàm Luciano & Siluano legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitifeñ, legationis

nis literas, & recitatis, Aurelius Epiſcopus dixit: Horum ſcriptorum textus ſociabitur geſtis.

De Epiſcopis Byzacenis.

Numidius Epiſcopus dixit: Animaduertimus fratres & coëpiſcopos noſtros * Byzacenæ prouinciæ & Mauritaniæ Sitifeñ, ad Concilium deſtinâſſe legatos: nunc quæramus, vtrùm Legati Numidiæ aduenerint, vel certè prouinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniȩ Cæſareeñ.

De Epiſcopis Mauritaniæ Sitifeñ.

Lucianus & Siluanus Epiſcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifeñ, dixerunt: Serò Cæſareeñ fratres noſtros tractatoria venit: nam iam & illi venirent, tamen neceſsè eſt veniant. Et confidimus de animis illorum, quia ſi quid in hoc Concilio geſtum fuerit, & ipſi ſine dubio ſuos conſenſus adhibebunt.

De Epiſcopis Numidiæ.

Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Tagaſteñ, dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego & ſancti fratres Auguſtinus & Poſſidius. Sed de Numidia Legati mitti non potuerunt, quòd adhuc tumultu tyronum, Epiſcopi proprijs neceſſitatibus in ciuitatibus ſuis aut impediti, aut occupati ſunt. Nam etiàm tractatoriam ſanctitatis tuæ cùm ad ſanctum ſenem Sancti ſpiritûs deferrem, in præſenti tractatu hoc viſum fuerat, vt Concilium indiceretur, quòd inſtructa legatio poſſet ad hoc concilium deſtinari. Sed cùm eum poſterioribus literis admonerem de impedimeto tyronum, vt ſuperiùs dixi, reſcriptis proprijs excuſauit. De Tripolitanis verò fratribus noſtris hoc potui condiſcere, quòd Dulcitium fratrem noſtrum deſtinauerunt legatum: ſed quia non potuit occurrere, hoc aſſeuerauerunt quidam filij noſtri, venientes de ſupradicta prouincia, quòd memoratus naui ſe commiſerat. Et credendum eſt, accidiſſe nonnullam de tempeſtatibus moram, quæ retardaret eius aduentum. Tamen etiàm circa ipſos, ſi charitati veſtræ placet, hæc forma ſeruabitur, vt placita ad eoſdem Concilij tranſmittantur. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Hæc quæ ſtatuit ſanctitas tua, omnibus placent.

TITVLI CAPITVLORVM huius Concilij.

1 De conueniendis Donatiſtis. 58
2 Forma conueniendi Donatiſtas. 59

ALIA SYNODVS CARTHAGINENSIS.

Hæc Synodus aduerſus Donatiſtas legationem ad Principem dirigit.

GLORIOSISSIMO Imperatore Honorio Auguſt. ſextò Conſ. xvj. Kalendas Iulias, Carthagine in Baſilica regionis ſecundæ. in hoc Concilio legationem ſuſceperunt Theaſius & Euodius contra Donatiſtas. In quo Concilio inceptum eſt * commonitoriũ, quod ità ſe continet. A.D.404. * commonitorium,

1 Quale commonitorium acceperunt legati contra Donatiſtas, vbi ſuprà.

ALIVD CONCILIVM CARTHAGINEN.

STILICONE iterùm & * Arthemio viris clariſſimis Conſulibus, decimo kalendas Septembris, Carthagine in Baſilica regionis ſecundæ. * Anthemio. A.D.405.

Huius Concilij geſta, ideò non ex integro deſcripſi, quoniam magis ea, quæ in tempore neceſſaria fuerunt, quàm aliqua generalia, conſti tota ſunt, ſed ad inſtructionem ſtudioſorum, eiuſdem Concilij breuem digeſſi.

1 Breuis cauſarum, vbi ſuprà. 61

ALIA SYNODVS CARTHAGINEN.

IN HOC CONCILIO QVÆDAM de conſtitutis ſuperioribus corriguntur, vt Concilium vniuerſale, non niſi neceſſitate, faciendum.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio ſeptimò, & Theodoſio iterùm Auguſt. Coſſ. Idibus Iunij, Carthagine in Baſilica regionis ſecundæ, cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum Epiſcopis ſuis cõſediſſet, adſtantibus diaconibus, ait: A.D.407.

1 Quoniam conſtitutum fuerat in Concilio Hipponenſi, vt ſingulis annis contraheretur Concilium Aphricæ plenarium, nõ tantùm hîc apud Carthaginem, verùm etiàm per diuerſas prouincias ſuo ordine, & hoc reſeruatum eſt, vt indiceremus aliquandò in Numidia, aliquñ in * Byzantio. At quia hoc laborioſum omnibus fratribus &c. Vbi ſuprà. 62 *Byzaceo.

2 Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat. 63
3 De legationibus diuerſarũ prouinciarũ.
4 Vt ab Imperatoribus poſtuletur aduocatorum defenſio pro cauſis Eccleſiæ. 64
5 Vt ſit legatio libera.
6 Proteſtatio Maurorum Pontificum de Primoſo.

7 De plebibus, quæ nunquàm Epiſcopos habuerunt. 65
8 De plebibus vel diœceſibus ex Donatiſtis conuerſis. 66
9 De ſuggeſtione Maurentij Epiſcopi. 67
10 De pacificandis Eccleſijs Romana & Alexandrina. 68
11 De his qui vxores, aut quæ viros dimittunt, vt ſic maneant. 69
12 De precibus ad altare dicendis. 70
13 De his, qui publicorum iudicum cognitionem ab Imperatore popoſcerint. 71
14 De his, qui cùm in Aphrica non communicant, voluerint trās mare ſubrepere. 72
15 Vt pergentes ad comitatum, cauſam ſuā vel Carthaginenſi, vel Romano Pontifici inſinuare procurent. 73

ALIVD CONCILIVM CARTHAGINENSE.

A.D. 408. Concilium contra paganos & hæreticos.

BASSO & Philippo viris clariſſimis conſulibus, xvj. Kalendas Iulias, Carthagine in ſecretario Baſilicæ Reſtitutæ. In hoc Concilio legationem iterùm ſuſcepit Fortunatianus Epiſcopus contra paganos & hæreticos.

ALIA SYNODVS CARTHAGINEN.

Item Concilium cōtra paganos & hæreticos.

BASSO & Philippo viris clariſſ. coſſ. tertio idus Octobris, Carthagine legationem ſuſceperunt Reſtitutus & Florentius Epiſcopi, contra paganos & hæreticos, eo tempore, quo Seuerus & Macarius occiſi ſunt, & propter eorum cauſam Euodius & Theaſius & Victor Epiſcopi, cæſi ſunt.

ALIVD CONCILIVM CARTHAGINENSE.

A.D. 409. Concilium de cognitione Epiſcopi.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio octauò, & Theodoſio tertiò, vbi ſuprà 74.

ALIA SYNODVS CARTHAGINEN.

A.D. 415.

POST conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorij & Theodoſij * tertiū Auguſtorum, vbi ſuprà 75.

SYNODVS CIRTHENSIS IN NVMIDIA CONTRA Donatiſtas. D. Aug. Ep. 152. vbi eſt Zerthenſis.

FINIS.

DECRETA ZOSIMI PAPAE.

Ex libro Pontificali.

ZOSIMVS natione Græcus, ex patre Abrahamio, ſedit annum vnum, menſes duos, dies vndecim. Hic conſtituit multa in Eccleſia. Et cōſtituit vt diacones læuas tectas de pallis linoſtimis haberent. Et per parochias conceſſit licentiam benedicendi cereum paſchalem. Et præcepit, vt nullis clericis poculum in publico propinaretur, niſi tantùm in cellis fidelium, maximè clericorum. Hic fecit ordinationem vnam per menſem Decembrem, presbyteros decem, diacones tres, Epiſcopos per diuerſa loca numero octo. Sepultus eſt via Tiburtina, iuxta corpus beati Laurentij martyris, ſeptimo kalen.* Ianuarij. Et ceſſauit Epiſcopatus dies vndecim.

A.D. 417. Annos duos & menſ. aliquot amplius illi tribuunt alij.

* Iunij

TITVLI EPISTOLÆ Decretalis Zoſimi Papæ.

Quòd monachi vel laici, niſi per gradus eccleſiaſticos, non debent ad ſummum ſacerdotium peruenire. 1
Quòd ſi quis interdicta deſpexerit, gradus ſui periculo ſubiacebit. 2
Quæ in ſingulis clericorum gradibus tempora ſunt præfixa. 3

EPISTOLA EIVSDEM PRIMA, ad Heſychium Salonitanum Epiſcopū. Cap. primum.

ZOSIMVS Epiſcopus vrbis Romæ, Heſychio Epiſcopo Salonitano.

Exigit dilectio tua præceptum apoſtolicæ ſedis, in quo patrum decreta conſentiunt, & ſignificas, nonnullos ex monachorū populari cœtu, quorū ſolitudo quāuis frequētia maior eſt, ſed & laicos, ad ſacerdotiū feſtinare. Hoc aūt ſpecialiter & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nuper à nobis interdictū conſtat, literis ad Gallias Hiſpaniasq; tranſmiſſis, in quibus regionibus familiaris eſt iſta præſumptio, quāuis nec Aphrica ſuper hac admonitione nſa habeatur aliena, nè quis penitùs contra patrū præcepta, qui Eccleſiaſticis diſciplinis imbut* per ordinē nō fuiſſet, & tpis approbatione diuinis ſtipendijs eruditus, nequaquàm ad ſummū Eccleſiæ ſacerdotium adſpirare præſumeret: & nō ſolùm in eo ambitio inefficax haberet, verùm etiàm in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quē ſine ordine cōtra pcepta patrū præſumendum. Vndè miramur, ad dilectionē tuā ſtatuta Apoſtolicæ ſedis nō fuiſſe perlata. Laudamus igit cōſtātiā ppoſiti tui, frater chariſſime, nec aliud de pōtificij

Diſt. 56. Qui eccleſiaſticis Et diſtin. 59. Qui Eccleſiaſticis.

tificij tui veteri cenſura authoritatis gentis expectandum fuit, quàm vt talibus ambitionibus pro præceptis patrum, in procinctu fidei conſtitutus, occurreres. Igitur ſi quid authoritati tuæ (quod nos non opinamur) æſtimas defuiſſe, ſupplemus. Obſiſtite talibus ordinationibus, obſiſtite ſuperbiæ & arrogantiæ venienti. Tecum faciunt præcepta patrum, tecum Apoſtolicæ ſedis authoritas. Si enim officia ſecularia principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferũt: quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cœleſti militia, quæ propenſiùs ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus explorandum, ſtatim dux eſſe deſideret, cùm tyro antè nõ fuerit? & priùs velit docere, quàm diſcere? Adſueſcat in Domini caſtris, in Lectorum primitùs gradu diuini rudimenta ſeruitij: nec illi vile ſit, exorciſtam, acolythum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam verò ad presbyterij faſtigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur. Iure indè ſummi pontificis locũ ſperare debebit. facit hoc nimia remiſſio con ſacerdotum noſtrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſsim numeroſa popularitas etiàm his locis, vbi ſolitudo eſt, talium reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicij. Rarum eſt enim omne quod magnum eſt.

2 Proindè nos, nè quid meritis dilectionis tuæ derogaremus, ad te potiſſimùm ſcripta direximus, quæ in omnium fratrum & coepiſcoporum noſtrorum facies ire notitiam, non tantum eorum, qui in ea prouincia ſunt, ſed etiàm qui vicinis dilectioni tuæ prouincijs adiunguntur. Sciet (quiſquis hoc, poſtpoſita patrum & Apoſtolicæ ſedis authoritate neglexerit) à nobis diſtrictiùs vindicandum, vt loci ſui minimè dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat poſt tot prohibitiones, impunè poſſe tentari. Contumeliæ enim ſtudio fit, quicquid interdictũ totiès vſurpatur.

3 Hæc autem in ſingulis gradibus obſeruanda ſunt tempora. Si ab infantia eccleſiaſticis miniſterijs nomen dederit, inter lectores vſque ad viceſimum ætatis annum, continuata obſeruatione perduret. Si maior iam & grandæuus acceſſerit, ità tamen, vt poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter lectores, ſiue inter exorciſtas quinquennio teneatur: exindè acolythus, vel ſubdiaconus, quatuor annis: & ſic ad benedictionem diaconatus (ſi meretur) accedat, in quo ordine quinque annis, ſi inculpatè ſe geſſerit, hærere debebit. Exindè ſuffragantibus ſtipendijs, per tot

Diſ.77. In ſingulis, & in decret. Siricij ad Himeriũ Tarraconem. ca. 8. & 9.

gradus datis propriæ fidei documentis presbyterij ſacerdotium poterit promereri. De quo loco (ſi eò illum exactior ad bonos mores vita perduxerit) ſummum pontificatum ſperare debebit. Hac tamen lege ſeruata, vt neque bigamus, neque pœnitens, neque viduæ maritus, ad hos gradus poſſit admitti. Sanè, vt etiàm defenſores Eccleſiæ, qui ex laicis fiunt, ſupradicta obſeruatione teneantur, ſi meruerint eſſe in ordine clericatûs. Datum octauo Kalendas Martias, Honorio duodecimò & Theodoſio octauò Auguſtis conſulibus.

ITEM EPISTOLA ZOSIMI Papæ ſecunda ad clerum & ad presbyteros Rauennatium.

ZOSIMVS Epiſcopus. Commonitoriũ presbyteris & diaconibus, qui Rauennæ ſunt.

Ex relatione fratris noſtri Archidami presbyteri, qualiter ſuſcepti ſitis, vel quid egeritis cognouimus, vel qualiter illi ſuſcepti ſint, qui contra canones aduersùm nos ad comitatum (neſcio, qua audentes temeritate) ire voluerunt. Ad quos hæc, quæ nunc miſimus, olim ſcripta feceramus, eorum, quas iniurioſè miſerant, reſpondentes epiſtolis. Sed quoniam non potuerunt rei in ſua, hoc eſt, in noſtra Eccleſia Romana, cum noſtris compresbyteris commorari, has ad vos, illis tradendas, literas deſtinauimus, in quibus decreto noſtro ſanximus, memoratos perturbatores omnium ab Apoſtolicæ noſtræ ſedis communione alienos fuiſſe, atque noſtra ſubſcriptione prolatam ſententiã ſuſcepiſſe. Illos etiàm qui effrenato huic facto, conſilioque aſſenſum commodare voluerunt, veſtræ charitatis eſt æſtimare, qualiter habeantur. Quibus hoc obijcere vos debetis, quòd * iuxta Canonum præcepta fortiter incurrere, & qualiter presbyteros non decebat, rebelles exiſtere tentauerunt. Vos tamen monemus in ſpeculis eſſe debere, ne qua eorum prorumpat andacia, quos anathematizatos ſcit ſancta & Apoſtolica Eccleſia. De his verò, qui eorum ſe ſocietati iunxerunt, quid agere debeamus, cùm reuerſi fueritis, conſilio meliori tractabimus. Et alia manu: Datum quinto Nonas Octobris, Honorio duodecimò & Theodoſio octauò Auguſtis conſulibus.

Sardicẽſis Cõcil. c. 8. 9. 10. & 11.

* contra

EIVSDEM ZOSIMI PAPÆ Decretum, Ex Gratiano deſumptum.

25. q. Contra ſtatuta.

Apoſtolicæ ſedis authoritas contra ſanctorum ſtatuta aliquid condere non valet.

¶ Contra ſtatuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem ſedis poteſt authoritas. Apud nos enim inconuulſis radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrum ſanxêre reuerentiam.

Huius Canonis expoſitionẽ vide 25 q. 1. Sunt qui dam dicẽtes.

SEQVI-

SEQVITVR CONCILIVM QVODdam Carthagineñ, ſub tempore (vt videtur) Zoſimi Papæ celebratum, hic breuiter annotatum. Nam illius capitula latiùs exprimentur in cõcilio ſub Bonifacio Papa primo ſeruato, poſt conſulatum Honorij duodecimum, & Theodoſij octauum.

Huic conſenſit ali⁹ quidam peruetuſtus cod. ex.

Porrò in vetuſto quodam codice monaſterij ſancti Bauonis in Gandauo, inſigni Flandriæ vrbe, tale habebatur initium:

HONORIO Auguſto duodeciès conſule, Kalendis Maijs, Carthagine in Baſilica Fauſti, cùm Aurelius epiſcopus ſimul cum Donatiano Telepteñ primę ſedis epiſcopo prouinciæ Byzacenæ, & alijs ducentis * tribus copiſcopis ſuis, tam ex prouincia Byzacena, quàm Mauritana Sitifeñ, Tripolitana, Numidia, Mauritania Cæſareeñ & Hiſpania, in cõcilio cõſediſſet, adſtãtibus diacoøibus, placuit omnibus io ſancta ſynodo Carthagineñ Eccleſiæ conſtitutis, vt quicunque dixerit Adam primum hominem &c.

* 14. & amplius, ſicut dicit Marianus Scotus, ſub anno 419.

vt infra in concilio ſub Bonifacio, cap. 76.

Verùm in codice impreſſo Moguntiæ in ædibus Ioannis Schœffer, circa annum milleſimum quingenteſimum viceſimum quintum, atque ſecundùm exẽplar Anglicanum vetuſtiſſimum monaſterij Vintonienſis, tale fuit initium:

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio duodecimò, & Theodoſio octauò, Auguſt. conſulibus, Kalendis Maijs, Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cùm Aurelius epiſcopus in vniuerſali concilio conſediſſet, adſtantibus diaconibus, placuit omnib⁹ epiſcopis, quorum oomina & ſubſcriptiones inditæ ſunt, io ſancta ſynodo Carthaginenſis Eccleſiæ cooſtitutis, vt quicunque dixerit, Adam primum hominem &c.

vt infra in concil. ſub Bonifacio, cap. 76. ac deinceps.*

* vſque ad ca. 94. incluſiuè.

DECRETA BONIFACII PAPAE PRIMI.

Anno Domini 418

Ex libro Pontificali.

BONIFACIVS natione Romanus ex patre Iocundo presbytero, ſedit annos tres menſes octo, dies ſeptem. Hic ſub contentione ordinatur cum Eolalio. Et fuit diſſenſio in clero menſes 7. dies 15. Eulalius ordinatur in Baſilica Conſtantioiana, Bonifacius aũt in Baſilica Iulij. Eodem tpe audiens hoc Placidia Auguſta cum filio ſuo Valẽtiniaoo Auguſto, dum ſederent Rauennæ, retulit Honorio Auguſto Mediolani ſedenti. Eodem tempore ambo Auguſti, miſſa authoritate hoc præceperunt, vt ambo exirent ciuitate. Qui cum pulſi exiſſent, habitauit Bonifacius in cœmeterio S. Felicitatis martyris via Salaria, Eulalius verò in ciuitate Antio ad ſanctum Hermem. Veniente autem die proximo Paſchæ præſumpſit Eulalius, eô quòd ordioatus fuiſſet in Baſilica Conſtantiniana, & introiuit in vrbem, & baptizauit, & celebrauit Paſcha io baſilica Conſtantiniana. Bonifacius verò, ſicut cõſuetudo erat, celebrauit baptiſmum Paſchę in baſilica ſanctæ martyris Agnetis. Hoc audito, Augusti vtrique miſerunt, & eiecerunt Eulalium, & miſſa authoritate, reuocauerunt Bonifacium, & conſtituerunt epiſcopum, Eulaliom verò miſerunt foràs in Campaniam. Et facta ſynodo, deponitur Eulalius a 252. epiſcopis, qoia iuſtè non fuerat ordinatus & ex conſenſu omnium. Et ſedit Bonifacius preſul, & conſtituitur Eulalius in ciuitate Nepeſina epiſcopus. Poſt annos tres & mẽſes octo defunctus eſt Bonifacios. Et petiẽruot Clerus vel presbyteri Eulalium reuocari. Quod tamen nòn conſenſit Eulalius, Romam ſcilicet reuerti. Qui tandèm in eodem loco Campaniæ, poſt annum mortis Bonifacij, defunctus eſt. Hic Bonifacius conſtituit, vt nulla mulier aut monacha, pallam ſacratam contingeret aut lauaret, aut incenſum poneret in Eccleſia, niſi mioiſter. Nec ſeruum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cuiuſlibet rei. Hic fecit oratorium io cœmeterio ſanctæ Felicitatis, iuxta corpus eius, & ornauit ſepulcrum ſanctæ martyris Felicitatis, & ſancti Siluani, vbì & poſuit hæc: Patenam argenteam, peoſantem libras viginti. Scyphum argenteum, penſantem libras decem. Amam argenteam penſantem libras tredecim. Calices minores duos, penſantes libras quatuor. Coronas argenteas tres, pẽſantes libras quiodecim. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros tredecim, diacones tres, Epiſcopos per diuerſa loca trigintaſex. Sepultus eſt in via Salaria in cœmeterio ſanctæ Felicitatis martyris, iuxta corpus illius, octauo Kalendas Nouembris. Et ceſſauit epiſcopatus dies nouem.

EPISTOLA BONIFACII PAPAE PRIMA AD Hoootium Auguſtum.

¶ Supplicatio papæ Bonifacij, vt conſtituatur à principe, quatenùs in vrbe Roma nunq̃ per ambitum ordinetur antiſtes.

BONIFACIVS epiſcopus Honorio Auguſto. Eccleſiæ meæ, cui Deus nr̃ meum ſacerdotium, vobis res humanas regentibus deputauit, cura conſtringit, nè cauſis eius, quanuis adhuc corporis incõmoditate detinear, propter conuentus, qui à ſacerdotibus voiuerſis & clericis, & Chriſtianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Chriſtianiſſimi Principis deſim. Si quidem ſecùs (q̃ oporteat) eueniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis, ſed oos p noſtram tacentes deſidiam videbimur, quod ciuitatis quietem, eccleſiæ pacem peruertere valeat, admiſiſſe. Cùm enim humanis rebus diuinæ cultor religionis, Dño fauente, præſideas: noſtra culpa erit, ſi oon id ſub veſtra gloria (quam certum eſt diuinis ſemper rebus

Diſt. 97. Eccleſiæ meæ, cui

ani-

animo promptiore fauiſſe (firmo & ſtabili iure cuſtodiatur, quod per tot annorum ſeriem & ſub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla noſtræ religionis cura conſtrinxit, id eſt, * vt fidens vtar licitis, & ſub veſtræ imperio clementiæ, minimè, quæ ſunt illicita, formidentur. Ipſa enim eccleſia deuotionem tuã Chriſtianiſſime Imperator, meo quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat * affectu, quã Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector gubernator imperij, vni deſponſatum ſibi & intactã virginẽ ſeruat, nè in eã aliquos pariamini inſidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempeſtatis inſolitæ rumore turbari, glorioſiſſime & tranquilliſſime Imperator Auguſte. Ipſa ergò (quæ vni deſponſata, * veſtra tamen mater eſt) eccleſia, hac pietatem veſtram legatione, quã ſuis ſacerdotibus cõmiſit, appellat, præterita præſentiaque repetit. Vobis, inquit, religioſè imperantibus, creuit, meus qui modò tuus eſt, populus, tã fidus Deo, q̃ tibi qui es princeps Chriſtianus. Eccè enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, quas pro veſtri felicitate dependit imperij, teſte (apud quem & de cuius ſede agitur) S. Petro, ſolicitis ꝓ religionis obſeruantia vocibus clamat: cum ſolicita petitione miſcetur oratio, nè nos in varias res ſemel euulſa diſtrahat à Dei cultu ſolito, tentatore ſolicitante, diſcordias. Augeretur pluribus, princeps Chriſtianiſſime, mater eccleſia, niſi apud te ſuarũ eſſet ſecuta cauſarum: & niſi in oppreſſionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio ſemper florente, viciſſet. Habet refugiũ, piũ tuæ mãſuetudinis animum, cum ſuæ religionis veneratione coniunctum, cùm quicquid * huic proficiat, vos agatis & conſecratis fratribus & conſacerdotibus meis, probatiſſimis viris, à me & ab omnibus (qui Eccleſiam faciunt iſtiuſmodi) legatis: quibus, precamur, ſacræ cauſam religionis proſequentibus, in vrbe veſtræ manſuetudinis hoc animo, quo poſtulatis adnuitis, in perpetuum ſtatui vniuerſalis Eccleſiæ conſulatis. Datum Kalendas Iulijs.

* vt licita ſruentur, &
* affatu
* noſtra
* huic eccleſiæ

RESCRIPTVM HONORII AVguſti, ad Bonifaciũ Papam Romanum, in quo ſtatuit, vt ſi denuò Romæ Epiſcopi ordinati fuerint duo, ambo ciuitate pellantur.

Diſt. 97. Victor Honorius inclytus

VICTOR Honorius, inclytus triũphator, ſemper Auguſtus, ſancto ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta beatitudinis tuæ, debita reuerentiæ gratulatione ſuſcepimus: quibus recenſitis, egimus omnipotenti Deo maximas gratias, ꝙ ſanctimoniam tuam poſt longum incommodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideò * reuerentibus venerabilibus viris, gaudium noſtrum ſacrorum apicum atteſtatione ſignamus, ac petimus, vt quotidianis orationibus apoſtolatus tuus ſtudium ac votum ſuũ circa ſalutem atque imperium noſtrum dignetur impendere. Illud autem pietati noſtræ ſatis placitum eſſe cognoſce, quòd ſanctimonia tua de eccleſiarum aut populi perturbatione ſolicita eſt. Quæ vt ne aliqua ratione poſſit euenire, ſatis clementia noſtra credidit eſſe prouiſum. Denique beatitudine tua prędicante, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt ſi quid fortè religioni tuæ (quod non optamus) humana forte contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. At ſi duo contra fas temeritate certantes, fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitùs ſacerdotem: ſed illum ſolum in ſede apoſtolica permanſurum, quẽ ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudicium & vniuerſitatis conſenſus elegerit. Vndè id obſeruandum eſt, vt omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiant, nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tentare conentur, cum certum ſit, nulli partium ſua ſtudia profutura.

* reuerẽtibus

Diſt. 79. Si duo fortè.

EPISTOLA II. BONIFACII Papæ primi ad Epiſcopos Galliæ, de Maximo Epiſcopo, diuerſis criminibus accuſato.

BONIFACIVS Epiſcopus Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Seuero, Valerio, Iuliano, Daſtorio, Leontio, Conſtantino, Ioanni, Montano, Marino, Mauricio, & cæteris Epiſcopis, per Gallias & ſeptem prouincias conſtitutis. Valentinæ nos clerici ciuitatis adiêrunt, proponentes per libellum crimina, quæ Maximum, teſte tota prouincia, aſſerunt commiſiſſe. Delegata toties cognitione, illum conſtituta ſemper ſubterfugiſſe iudicia, nec * confuſum conſcientia feſtinâſſe, vt ſi eſſet innocens, examinatis omnibus, purgaretur, quę toties decreta, ex veſtrarum quoq; chartarum inſtructione cognouimus. Qui è cõtrario ꝓbauit de ſe illa, quæ dicta ſunt, cui ad ea confutanda, cùm eſſent innumera, à deceſſoribus meis prouincialis eſt delegata cognitio, conuentus etiàm dicitur euitâſſe, & adeſſe minimè voluiſſe. Et nullus dubitat, quòd ità iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodùm vt abſoluatur, qui eſt innocens, quærit. Sed aſtuta cauillatio eorum, qui verſutis agendũ credunt eſſe conſilijs, nunquàm innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilationibus putat. Veniet tamen aliquandò ille, qui talis perhibetur, in medium: nec proderit illi, totiès latuiſſe, totiès ſubterfugiſſe, quem ſui actus & commiſſa, quocunquè fugerit, ea quæ obijciuntur illi, ſi vera ſunt, crimina perſequuntur. Debueram quidem iam nunc dignam, pro eius accuſatis in noſtro iudicio

* cõfiſum

dicio actibus, qui cognitionem & decretum iudicium, ſæpè declinando, credidit illudendum, ferre ſeotentiam. *precoc ē* Ai nè aliquis * præcoquam forſitan iudicaret, & ſibi (qui abſens eſt, licèt ſit quæſitus à nobis) reſeruatum eſſe nihil diceret, maluimus, intercapedine temporis data, differri, cùm hoc etiàm eius accu- **cuius* ſatores aſſererent, de*quorum intentionibus & moribus ſit ſecurum, Maximum tanto magis damoanda committere, quanto tardiùs ſe conſtituto iudicio præſentârit. Quem Manichæorum inuolutum caligine, arguunt turpi ſecta olim ità, nè eum poſſit abſoluere, animum ſordidâſſe: in probatiooē obiectæ rei, geſta ſynodalia proferentes, & commiſſis inuolutum vndiquè flagitijs, nullum eum ſanitatis habuiſſe reſpectum: quem furore ſuo & inſana temeritate ad ſecularium quoquè iudicum tribunalia ſubditū quæſtioni, quod in vili quoque perſonæ turpiſſimum eſt, *for.*obijciunt.* *obijcerent perueniſſe, & homicidij damnarum aſſerunt, geſtis prolatis in medium: & hunc talem, poſt tanta taliaque commiſſa, epiſcopatûs adhuc ſibi oomen in ſuis latibulis vendicare, in propriç ciuitatis infamiā nimijs doloribus conqueruntur, & ſanctum nomen, vendicando ſibi, velle polluere. Ideoquo fratres chariſſimi, quia audiendus hic, præſentare ſe noluit, nè conuictus forſitan ab accuſantibus ſe clericis, poſſet digna tandèm aliquandò, præſentatus epiſcopali iudicio, pronunciationis congruæ ferirī ſententia, (quanquàm illi, cùm hæc edocta fuerint, quæ poteſt huius nominis eſſe iactura, qui pudorem nonquàm, ſacerdotij habuiſſe, *5.q.9. Decernimus veſtrum.* perhibetur, & locum ſuum nè modico quidem tempore cuſtodiſſe?) dilationem tamen dedimus, & decreuimus, * veſtrum debere **veſtram* intra prouinciam eſſe iudicium, & congregari ſynodom ante diem Kalēdarū Nooembriū, vt ſi adeſſe volnerit, præſens ſi coofidit, ad obiecta reſpondeat: ſi verò adeſſe oeglexerit, dilationem ſententiæ de abſentia non lucretur. Nam manifeſtum eſt, confiteri eum de crimine, qui indulto & totiès delegato iudicio purgandi ſe occaſione non vtitur. Nihil enim intereſt, vtrùm in præſenti examine omnia, quæ dicta ſunt, comprobentur, cùm ipſa quoquè pro coofeſſione, procurata totiès conſtet abſentia. Nos autem per omnes prouincias literas dirigemus, ne excuſationem ſibi ignorationis obtendat, vt ad prouinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſentare iudicio. Quicquid autem veſtra charitas de hac cauſa duxerit decernendum, cùm ad nos relatū fuerit, noſtra (vt cōdecet) *Fl. Monaxium.* neceſsè eſt authoritate firmet. Data ſub die Idus Iunias, Monaxio viro clariſſimo cōſule.

Fl. Pliſthā edunt.

EPISTOLA EIVSDEM TERTIA.

Vt nullus, contempto Metropolitano, ordinetur epiſcopus.

Bonifacius Epiſcopus vrbis Romæ, Hilario epiſcopo Narbonenſi ſalutem.

Difficilem quidem fidem querimonijs *quo facto eſt Pontifex Bonifacius.* commodamus, quarum ſacerdotes Domini pulſat intentio, maximè cùm eos loquuntur quippiam contra patrum ſtatuta tentâſſe: ſed frequenter has aſſerit, ſicut nunc, multitudo cauſantum. Eccè enim, vt charitas tua recognoſcit ex ſubditis, Lutubenſis Eccleſiæ cleri ordo vel plebis, preces ſuas & lachrymas ad nos (quaorūm datur intelligi) magno cum dolore miſerunt, dicentes, coepiſcopum ooſtrum Patroclum, ſua petitione ceſſante, in locum decedentis epiſcopi, neſcio quem, in alia prouincia, prætermiſſo Metropolitano, coorra patrum regulas ordinâſſe. Quod nequaquàm poſſumus ferre patienter, quia cōuenit, nos paternarum ſanctionum eſſe diligentes cuſtodes. Nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicenę, quę ità pręcipit, (vt eadem propriè verba ponamus) Per *Cap. 9. sed ſatis obſcurè* vnamquanque prooinciam ius metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe poſſe ſubiectas. Quod illi (quia aliter credendum non eſt) ſeruandum, ſancto Spiritu ſuggerente ſibimet, ceoſuerunt. Vndè frater chariſſime, ſi ità res ſunt, & eccleſiā ſupradictam prouincię tuæ limes includit, noſtra authoritate communitus, quod quidem facere ſpontè deberes, deſiderijs ſupplicantium & voluntate reſpecta, ad eundem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur Metropolitani iure munitus, & præceptionibus noſtris fretus, accedes intelligens, arbitrio tuo ſecundùm regulas patrū, quęcūq; facienda ſunt, à nobis eſſe conceſſa, ità vt peractis omnibus Apoſtolicę ſedi, quicquid ſtatuèris, te referente, clareſcat, cui totius prouincię ſuę ordinationem liquet eſſe mandatam. Nemo ergò eorum terminos audax temerator excedat, nec aliquis in illorum contumeliam partibus ſuis, q̄ ſibi ab his non videtur conceſſa, defendat. Ceſſet huiuſmodi, preſſa noſtra authoritate, preſumptio eorū, q vltra licitū ſuę limitē dignitatis extendūt. Quod idcirco dicimus, vt aduertat charitas tua, adeò nos Canonū cautiùs p̄cepta ſeruare, vt ita conſtitutio quoque noſtra definiat, quatenùs Metropolitani ſui vnaq̄q; p̄uincia in omnib⁹ reb⁹ ordinationē ſēp expectet. Data quīto Id⁹ Februarij, Honorio decimotertiò, & Theodoſio decimò Auguſtis cōſulib⁹. *A.D. 4.12*

DECRETA BONIFACII PApæ primi, quæ noo habentur in prioribos, numero quinque.

Sunt autem deſumpta ex decretis Gratiani, & ex vetuſtis codicibus alijs.

PRIMVM.

Ante annos triginta presbyter non ordinetur.

Si quis triginta ætatis ſuæ non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, *Di. 78. Si qs trigīta.* etiàm ſi valde ſit dignus. Et ipſe Dominus tricesimo anno baptizatus eſt, & ſic cœpit *Lucæ 3.* docere.

docere. Oportet ergò eum, qui conſecrandus eſt, vſque ad hanc legitimam ætatem non conſecrari.

SECVNDVM.

Primati deferuntur negocia, quæ metropolitanus explicare non valet.

6.q6.4. Si inter Epiſcopos eiuſdem. Si inter Epiſcopos eiuſdem Concilij dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico iure, & de alijs negocijs, primùm metropolitanus eorum cum alijs quibuſdam in Concilio conſiderans rem, dijudicet. Et ſi non acquieſcat vtraque pars iudicatis, tunc Primas illius regionis inter ipſos audiat: & quod Canonibus & legibus conſentaneum ſit, hoc diffiniat. Et nulla pars valeat calculo eius contradicere.

TERTIVM.

Quicquid Domino conſecratur, ad ius pertinet ſacerdotis.

12.q6.2. Nulli liceat ignorare. Nulli liceat ignorare, quòd omne quod Domino conſecratur, ſiue fuerit homo, ſiue animal, ſiue ager, vel quicquid fuerit ſemel

Leui.17.d conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino, & ad ius pertinet ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui quæ à Domino & Eccleſia, cui competunt, aufert, vaſtat & inuadit, vel eripit: & vſque ad emendationem, eccleſiæque ſatisfactionem, vt ſacrilegus iudicetur: & ſi emendare noluerit, excommunicetur.

QVARTVM.

11.q.1.Nullus Epus. Nullus Epiſcopus, neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa apud quemuis Iudicem ſiue ciuilem, ſiue militarem producatur, vel exhibeatur. Magiſtratus enim qui hoc iubere auſus fuerit, amiſſione cinguli condemnatione plectetur.

QVINTVM.

EX LIBRO QVARTO

Librorum quinque, Cap.21.

De Epiſcopis qui fratribus nocere deſiderant.

.Ioã.4.b Sicut omnis qui diligit fratrem ſuum, ex Deo natus eſt: ità & omnis qui odit proximũ, ex diabolo eſt. Dilectione enim ſola diſcernitur, quis ex quo genitus approbetur, dicente

1.Ioã.3.b Ioanne: (In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli: Omnis qui non facit iuſtitiam, & qui non diligit fratrem ſuum, nõ eſt ex Deo: quoniam hæc eſt annunciatio, quam ab initio audiſtis, vt diligamus alterutrùm.) Et poſt paululùm: (Omnis qui odit fratrem, homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.) Ibidẽ Eccè homicida eſſe probabiliter declaratur, qui à fraterna ſocietate diuiditur. Nam etſi manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen quia nititur ad nocendum, iam à Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iſte iam interfector conuincitur. Cùm igitur his præceptis B. Apoſtolus Paulus conſona prædicatione concordet, dicens: Non occidet ſol ſuper iracundiam veſtram: Et, Nolite locum dare diabolo: relatæ Ephe.4.f ſunt nobis quorũdam ſacerdotũ perſonæ in tantam obſtinationis efferbuiſſe diſcordiam, vt non ſolùm illos ab ira occaſus ſolis non reuocet, ſed ne annoſa quidem tranſactio temporis ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus idem ſol iuſtitiæ Chriſtus occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix poſſint. Horum igitur & ſimilium diſcordantium fratrum oblationes, iuxta antiqui canonis diffinitionem, nullo modo recipiendas eſſe cenſemus. Perſonis tamen diſcordantibus, id ſpeciali diffinitione præcipimus, vt eos antè reconciliatio vera innectat, quàm vllus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipiat: ſed geminato tempore per pœnitentiam compēſabunt, quo diſcordiæ ſeruiērunt. Quòd ſi vnus eorum, alio contemnente, ad ſatisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra Eccleſiam recipietur, ex quo ad concordiam feſtinâſſe conuincitur. Sententia tamen ſuperiori ſeruata, vt tempus quod in ira expendit, geminatum pœnitentiæ ſatisfactione perſoluat.

SEXTVM.

EX EODEM CAP. 13.

Si Epiſcopus expulſus auſus fuerit ingredi ciuitatem.

Et annotatur, iſtud cap. haberi ex epiſtola eiuſdem ad Epiſcopos Galliæ.

Si Epiſcopus expulſus, auſus fuerit ingredi ciuitatem, qua expulſus eſt, vel exire de loco, in quo degere iuſſus eſt, iubemus eum in monaſterio, in alia prouincia conſtituto, tradi, vt qui in ſacerdótio peccauit, degens in monaſterio corrigatur.

DE CONTROVERSIA AGITATA IN CONCILIO Sexto Carthaginen. & in Aphricano circa appellationes ad Eccleſiam Romanam.

*ZOSIMVS Papa Legatos miſit in Aphricam cum mandatis, & cum commoni-
torio quatuor capitum; Vno de appellationibus Epiſcoporum ad Romanæ Eccleſię
Sacerdotem: altero de tractandis Presbyterorum, & Diaconorum cauſis apud
finitimos Epiſcopos, ſi à ſuis excommunicati perperam fuerint; tertio & quar-
to, vt eſt in Epiſtola Aphricani Concilij ad Bonifacium Papam: Atquè hæc, vt
Nicæno Concilio conſtituta, edidit Papa Zoſimus.*

*Aphricani Patres, cum in codicibus ſuis, Nicæni Concilij, Latinis & Græcis, huiuſmodi Ca-
nones non reperirent, ſe, tantiſper, eos ſeruaturos, promiſerunt, quo ad ex Græcia integra exempla-
ria afferrentur; quæ, per Nuncios à Cyrillo Alexandrino, & Attico Conſtantinopolitano expetita,
& allata, inuenta ſunt minimè integra, vt quæ non continerent niſi 20. illos Canones, qui apud La-
tinos etiam extabant; in quibus de appellationibus ad Romanum Pontificem nihil continetur: Immo
vero Aphricani illi Patres, ex illorum quinto & ſexto, contrarium colligentes, obnixè rogarunt
Cæleſtinum Papam, qui Bonifacio, ſucceſſori Zoſimi, ſucceſſerat, ne appellationes admitteret.
quod, vt à Nicæna Synodo prudentiſſimè, iuſtiſſimeq́; prouiſum, aiunt, ita ſe in nulla inuenire
Patrum Synodo conſtitutum, vt aliqui, tamquam ab eius ſanctitatis latere, mittantur. Quid
Bonifacius, & Cæleſtinus reſponderint, non conſtat, acta enim illa valdè conciſa ſunt, & mutila
ac propterea res eſt obſcurior. Si quid vero ex eo, quod poſt conſequutum eſt, licet colligere, veriſi-*
Can. Nic. 6. 39. 47. Sardicẽſi vero 7. & 17.
*mile eſt Cæleſtinum acrius reſcripſiſſe, & appellationes Presbyterorum à ſuis Epiſcopis, ad fini-
timos; & Epiſcoporum ad Sedem Romanam, ratas & firmas eſſe voluiſſe, quæ iure, & conſuetu-
dine conſiſterent, & Canonibus Nicænis (quos integros conſeruatos fuiſſe apud Romanam Sedem,
vt tempore Marci extabant, credibile eſt) & Sardicenſibus, continerentur: quos etiam Cano-*
Vide litteras Marci ad Athanaſium, & Iulij ad Orientales.
*nes Cæleſtinum ad eos miſiſſe probabile eſt. Aphricanos vero, vel quod falſatos, vel ſuppoſi-
tos illos Canones ſuſpicati ſint, vel alia de cauſa, non acquieuiſſe, indicat illud, quod eſt in Epi-
ſtola Bonifacij II. ad Eulalium Alexandrinum de Carthaginenſis Eccleſiæ reconciliatione, quæ,
centum circiter poſt annis, contigit. In ea igitur, ſic legimus. Aurelius enim, aut Bonifacius,
præfatæ Carthagin. Eccleſiæ olim Epiſcopus, cum Collegis ſuis (inſtigante Diabolo) ſuperbi-
re temporibus prædeceſſorum noſtrorum Bonifacij atque Cæleſtini, contra Romanam Eccleſiam*
Bonifatij II. Epiſtola.
*cæpit. Sed videns ſe modo, peccatis Aurelij, Eulalius, à Romana Eccleſiæ communione ſegre-
gatum, humilians recognouit ſe, pacem & communionem Romanæ Eccleſiæ petens; ſubſcriben-
» do vnà cum Collegis ſuis, damnauit, Apoſtolica auctoritate, omnes ſcripturas, quæ aduerſus Ro-
» manæ Eccleſiæ priuilegia factæ, quoquo ingenio, fuerunt. In Eulalij porro profeſſione quam Bo-
» nifacius inſeruit in ſua Epiſtola, ſic inter cætera, habetur. Hanc autem profeſſionem meam, ait
» Eulalius Carthaginenſis, manu mea ſubſcripſi, & Bonifacio ſancto, & Venerabili Papæ vrbis
» Romæ direxi. damnans, & anteceſſores, & ſucceſſores meos, & omnes, qui ſanctæ Rom. & Apo-
» ſtolicæ Eccleſiæ priuilegia caſſare nituntur. Separatio autem illa ab Eccleſia Romana intelligenda eſt*
Profeſſio Eulalij Carthagi. Epiſcopi.
*» tantum de Eccleſia Carthaginenſi, nam reliquam Aphricam Eccleſiæ Romanæ communicaſſe, poſt
Cæleſtinum, & ante Bonifacium II. tum aliunde, tum etiam ex epiſtola 85. Leonis ad Epiſcopos
Mauritaniæ Cæſarienſis conſtat. Quamuis autem nomine Concilij Aphricani epiſtola illa ſcripta
fuerit ad Cæleſtinum, probabile tamen eſt pleroſq; Aphricanos Patres ſententiæ Romani Pontificis
» acquieuiſſe; Aurelio interim, qui iniquior Romano Pontifici fuiſſe videtur, in ſua ſententia cum aliqui-
bus alijs perſiſtente, quare nec vllum Decretum de Appellationibus Epiſcoporum confecerint, & ſen
tentiam Pontificis, & canonum antiquorum, in appellationibus ordinum inferiorum, ſecuti ſunt; nec
enim id agebat Romanus Pontifex, vt eorum cauſæ extra Prouinciam cognoſcerentur, ſed tãtum vt à
vicinis Epiſcopis: B. quidem Auguſtini, hac in re, quæ fuerit ſententia, ex verbis Fauſtini Ro-
manæ Sedis Legati, quæ cap. 8. Sexti Concilij Carthagin. leguntur, perſpici poteſt. Ergo, ait, vt
» placet & nobis, & Beatitudini veſtræ, ad Sanctum & Venerabilem Bonifacium Eccleſiæ Romanæ
» Epiſcopum, veſtra ſcribere dignetur Sanctitas, vt & ipſe quod ſanctus Auguſtinus ſtatuere digna-
» tus eſt, deliberare poſſit, vtrum nam, & hoc concedendum ſit, an reticendum, hoc eſt de appella-
» tionibus inferioris gradus, vnde apparet Auguſtinum ſtatuiſſe, vt res de appellationibus in-
» feriorum ordinum, ad Pontificem Romanum referretur. In vniuerſum vero de appellationibus Epi-*
D. Auguſ. Epiſt. 162.
*ſcoporum eius ſententia cognoſcitur cum alibi, pluribus in locis, tum certe epiſtola 162. In qua de
Cæciliano Epiſcopo Carthaginenſi ſic ait; (Qui poſſet non curare conſpirantem multitudinem inimi-
corum, cum ſe videret & Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principa-
tus, & cæteris terris, vnde Euangelium ad ipſam Aphricam venit per communicatorias literas eſſe
coniunctum, vbi paratus eſſet cauſam ſuam dicere, ſi aduerſarij eius, ab eo, illas eccleſias alienare
conarentur. Et mox, neque enim de Presbyteris aut Diaconis, aut inferioris ordinis clericis, ſed de
Collegis agebatur, qui poſſunt, aliorum Collegarum iudicio, præſertim Apoſtolicarum Eccleſiarum,*

cauſam

» cauſam ſuam integram reſeruare, vbi contra eos ſententiæ dictæ in abſentes, nullo modo aliquid va-
» lerent, &c.)

Nec vero Africani Patres remouendis appellationibus Epiſcoporum à Romano Pontifice, dero-
gare vllo modo voluiſſe eius Primatui, credendi ſunt, qui paullo ante Sedem Apoſtolicam, Epiſcopo
Innocentio, conſuluerunt, & Acta Conciliorum ſuorum ad eam miſerunt comprobanda, vt planum
epiſtolis, inter epiſtolas D. Auguſtini 90. 92. 93. 106. & alibi; cuius quidem ſententiam de Prima-
tu Epiſcopi Romani, præter alia multa; verba proximè citata ex epiſt. 162. apertè indicant.

Mirum certè eſt quomodo illud, de appellationibus Epiſcoporum, impugnarint, qui ſcire deberent
Can. 10. Concilij tertij Carthag. Concilio Carthag. 3. Can. 10. ſic cautum. (Hoc etiam placuit vt à quibuſcunque iudicibus eccleſiaſticis,
ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obſit, quorum fue-
rit ſoluta ſententia, ſi conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate aut
gratia deprauati.) Et ſcire poſſent quid, aliquot ante annis, Stephanus Archiepiſcopus, ſuo & trium
Ex epiſtola Stephani Archiepiſcopi ad Damaſum. Conciliorũ Africanorum nomine ſcripſiſſet ad Damaſum, his verbis. (Beatiſſimo Domino, & Apo-
ſtolico culmine ſublimato, ſancto Patri Patrum Damaſo Papæ, & ſummo omnium præſidum Ponti-
fici, Stephanus Archiepiſcopus, Concilij Mauritaniæ, & vniuerſi Epiſcopi de tribus concilijs Afri-
canæ Prouinciæ. Notum veſtræ facimus Beatitudini, quod quidam fratres, in confinio nobis poſiti,
quoſdam fratres noſtros, venerabiles videlicet Epiſcopos vobis inconſultis à proprio deijciunt gradu,
» vel deijcere moliuntur, cum veſtræ Sedi, Epiſcoporum iudicia, & ſummorum finem eccleſiaſticorum
» negotiorum in honorem Beatiſſimi Petri, Patrum decreta omnium, cunctam reſeruauere ſententiam,
» inquirendi reuerentia de Dei rebus, quas omni cura, & ſolicitudine obſeruare debemus. Maximè ve-
» ro iuſtè debent ab ipſo præſulum examinari vertice apoſtolico, cuius vetuſta ſolicitudo eſt, tam mala
» damnare, quam releuare laudanda. Antiquis enim regulis cenſitum eſt, vt quicquid horum, quamuis
» in remotis, vel in longinquo poſitis, ageretur prouincijs, non prius tractandum, vel accipiendum ſit,
» niſi ad notitiam almæ Sedis veſtræ fuiſſet deductum; vt eius auctoritate, iuxta quod fuiſſet pronun-
» ciatum, firmaretur, & reliqua multoties talia & his ſimilia, quæ ſuper his conſtituta ſunt; quibus, ſi
» illicite factum eſt, vt ſemper veſtræ Sedi conſuetudo fuit, feſtinanter occurrite, & his viriliter, vt
» pater, pro filijs, certantes, ſtate ſicut bene a Ieſu filio Syrach dictum eſt: Vſque ad mortem certa pro
» veritate, & ſemper Dominus Deus tuus pugnabit pro te.) Et quid à Damaſo ad eos reſcriptum fuiſ-
Damaſi Reſcriptũ ſet, ſic nempe, inter cætera. (Diſcutere namque Epiſcopos, & ſummas eccleſiaſticorum negociorum
cauſas Metropolitano, vnà cum omnibus ſuis comprouincialibus, ita vt nemo ex eis deſit; & omnes
» in ſingulorum concordent negotijs, licet; ſed definire eorum, atque eccleſiaſticarum ſummas querelas
» cauſarum, vel damnare Epiſcopos, abſque huius ſanctæ Sedis auctoritate, minime licet, quàm omnes
» appellare, (ſi neceſſe fuerit) & eius fulciri auxilio oportet. Nam, vt noſtis, Synodum ſine eius au-
» ctoritate fieri, non eſt Catholicum, nec Epiſcopus, niſi in legitima Synodo, & ſuo tempore, apoſtolica
» vocatione, congregata, definite damnari poteſt, nec vlla vnquam concilia rata leguntur, quæ non ſunt
» fulta Apoſtolica auctoritate...

Sed quomodocunque res contigerit, hanc qualemcunque Africanæ Eccleſiæ irreuerentiam, vl ino-
bedientiam erga Romanam, mirificè vltus eſt Deus, immiſſis, paullo poſt, Van-
dalis, qui eam penè totam deformarunt, & lacerarunt: Romana in dies
magis, pro peculiari Dei in eam patrocinio efflorеſcente.

Hæc breuiter, de controuerſia appellationum ad Roma-
nam Sedem; quam diligenter tractarunt Ni-
colaus Sanderus lib. 7. de Viſib. Mo-
narchia Eccleſiæ & Fran-
ciſcus Turrianus
libro 3.
pro epiſtolis Pon-
tificum &
alij.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SEXTVM, AB EPISCOPIS CCXVII.

celebratum, præſentibus Romanæ ſedis legatis. Eſtq; Prouinciale.

ARGVMENTA SEV TITVLI capitulorum Concilij Carthagineñ. 6,

Allocutio Aurelij Epiſcopi ſancti ad Synodum, 1
Reſponſio Fauſtini epiſcopi legati Romanæ eccleſiæ de his, quæ in eccleſia partim canone, partim conſuetudine ſunt firmata. 2
De commonitorio Romani Papæ recitato. 3
Alypij epiſcopi reſpõſio, pro veris exemplaribus Nicæni Concilij perquirendis. 4
Vbi Fauſtinus epiſcopus dixit, vt Romano Papæ Synodus, pro inquirenda Nicænæ Synodi veritate, innoteſcat. 5
De ſententia Sardicenſis Concilij, recitata à poſtulante Nouato epiſcopo. 6
Vbi Auguſtinus epiſcopus cum Synodo Nicænum Concilium ſeruare promiſit. 7
Vbi Fauſtinus epiſcopus, pro dubietate recitati capituli, Romano Papæ petit ſcribendum. 8
Vbi Synodus exẽplaria Nicæni Concilij magis ab Orientalibus competẽda decreuit. 9
Profeſſio fidei Nicæni Concilij. 10

IN hoc Concilio actum eſt, vt Nicænum Concilium ab Epiſcopis Orientalibus peteretur, cui Synodo interfuit legatio Eccleſiæ Romanæ Fauſtinus epiſcopus, Philippus & Aſellus presbyteri,

POST conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorũ Honorij duodecimũ & Theodoſij octauum auguſtorum, octauo Kalendas Iunij, ſcripta hæc ſunt Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cùm Aurelius Papa vnà cum Valẽtino primæ ſedis Numidiæ, & Fauſtino eccleſiæ Potentinæ, primę ſedis, prouinciæ Italiæ, Piceni, legato eccleſiæ Romanę, ſed & legatis diuerſarum prouinciarum Aphricanarum, id eſt, Numidiarum duarum, Byzacenæ, Mauritaniæ Sitifenſis, & Mauritaniæ Cęſarienſis, ſed & Tripolis, & Vincentio Culucitano, Fortunatiano & cæteris epiſcopis prouinciæ Proconſularis, ducentis decem & ſeptem, necnon Philippo & Aſello presbyteris Romanæ Eccleſiæ, cùm conſediſſet, adſtantibus diaconibus, Aurelius Epiſcopus dixit:

Capitulum primum.

Anno Domini 418 POST diem præſtitutam concilij, vt recordamini, fratres chariſſimi, multa flagitata ſunt, per expectantes fratres noſtros, qui nunc ad præſentẽ Synodum legati aduenerunt, quæ geſtis neceſſe eſt cõſocientur. Qua de re Domino noſtro, de tantæ cõgregationis cœtu gratias referimus. Supereſt, vt tam exẽplaria Nicæni Concilij, quæ nunc habemus, & à patribus conſtituta ſunt: quàm etiam hic à prædeceſſoribus noſtris, eandẽ firmãtes Synodum, vel quæ ſecundùm eam formam, per omnes clericorum gradus, à ſummo vſque in vltimum, ſalubriter ordinata ſunt, in mediũ proferantur. Ab vniuerſo Concilio dictũ eſt: Proferãtur. Daniel notarius recitauit: Nicæni Cõcilij fidei profeſſio vel ſtatuta ſic ſe habẽt.

2 Et cum legiſſet, Fauſtinus epiſcopus plebis Potentinæ prouinciæ Italia, Piceni, legatus Romanæ Eccleſiæ, dixit: Iniuncta nobis ſunt à ſede Apoſtolica aliqua per ſcripturã, aliqua etiam in mãdatis, cum veſtra beatitudine tractãda, ſicut & geſtis ſuperioribus meminimus. Hoc eſt, de Nicænis canonibus, vt conſeruentur, & * conſtitutio eorũ, & conſuetudo, quia aliqua ordine & canone tenentur, aliqua cõſuetudine firmata ſunt. De his ergò primitùs, ſi placet beatitudini veſtræ, tractemus: & poſteà cætera, quæ acta vel inchoata ſunt, inſerta firmabuntur, vt ad ſedem Apoſtolicam reſcriptis veſtris intimare poſſitis, atque nos vos admonuiſſe apud venerabilem Papam euidẽter pateat, licèt & capitula actionum iam inſerta ſint geſtis. De ipſis ergò, vt dictum eſt ſuperiùs, quid veſtræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergò commonitorium in mediũ, vt ſcire poſſit veſtra beatitudo, quid in eo contineatur, vt ad ſingula reſpondeatur.

* conſtituta.

3 Aurelius Epiſcopus dixit: Proferatur cõmonitorium, quod fratres & conſacerdotes noſtri in actis nuper allegauerunt, & cætera quæ acta ſunt, vel quę agẽda ſunt, ſubſequantur. Daniel notarius recitauit commonitoriũ: Fratri Fauſtino & filijs Philippo & Aſello presbyteris, Zoſimus epiſcopus: Vobis commiſſa negocia nõ latent. Vos ità vt noſtra, imò quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cũcta peragite; maximè cùm & hoc noſtrũ poſſitis habere mãdatum, verba canonũ, quæ in pleniorem firmitatem huic cõmonitorio inſeruimus. Ità enim dixerunt, dilectiſſimi fratres, in Cõcilio Nicęno cùm de epiſcoporum appellatione decernerẽt: Placuit autem, vt ſi eps accuſat' fuerit, & iudicauerint cõgregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo deiecerint eum, & appellaſſe epiſcopus videatur, & cõfugerit ad beatiſſimum Eccleſiæ Romanæ epiſcopum, & voluerit audiri, & iuſtum putauerit, vt renouetur examen: ſcribere his Epiſcopis dignet', qui in finitima & propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat, cauſam ſuã iterùm audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterũ mittat,

erit

erit in poteſtate epiſcopi Romani, quid velit, & quid exiſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui pręſentes cum epiſcopis iudicēt, habentem authoritatem eius, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit ſufficere epiſcopos, vt negocio terminum imponant, faciet, quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.

4 Et cùm recitaret, Alypius Epiſcopus Tagaſtenſis legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: De hoc iam ſuperioribus etiam literis Cōcilij noſtri reſcripſimus, & id nos ſeruaturos profitemur, quod in Nicæno Concilio conſtitutum eſt. Adhuc tamen me mouet, quoniam cùm inſpiceremus Græca exemplaria huius Synodi Nicænæ, iſta ibi, neſcio qua ratione, minimè inuenimus. Vnde petimus venerationem tuā, ſanctè Papa Aureli, vt quia hoc authenticum Concilium Nicænum in vrbe dicit' eſſe Conſtantinopolitana, aliquos cum ſcriptis ſuę ſanctitatis mittere digneris: & non ſolùm ad ipſum ſanctum fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſed etiam ad Alexādrinum & Antiochenum venerabiles ſacerdotes, qui hoc nobis Concilium ſub ſtipulatione literarum ſuarum dirigant, vt omnis poſtmodùm ambiguitas auferatur: quia nos ità, vt frater Fauſtinus attulit, minimè inuenimus. Iſta nos tamen tantiſpèr ſeruaturos, vt anteà dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus eſt autem literis noſtris & venerabilis Eccleſię Romanæ Epiſcopus Bonifacius, vt ipſe quoque dignetur ad memoratas eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni concilij, ſecundùm eius poſſint ſcripta proferre. Nunc autem memorati Cōcilij Nicęni qualia exemplaria habeamus, his geſtis ſociemus.

5 Fauſtinus epiſcopus, legatus Eccleſię Romanæ, dixit: Nec veſtra ſanctitas præiudicat Eccleſiæ Romanæ, ſiue de hoc capitulo, ſiue de alijs, quia dicere dignatus eſt frater noſter & coepiſcopus Alypius, dubios eſſe Canones; Sed hæc ipſa ad ſanctum & beatiſſimum Papam noſtrum ſcribere dignemini, vt & ipſe & integros canones inquirens, cum veſtra ſanctitate de omnib. conſtitutis tractare poſſit. Sufficit autem, vt & ipſe beatiſſimus Epiſcopus vrbis Romę, ſicuti veſtra ſāctitas apud ſe tractat, ità & ipſe inquirat, ne cōtentio inter eccleſias naſci videatur: ſed magis, charitate fraterna, deliberare poſſitis, ipſo reſcribēte, quid meliùs obſeruari debeat. Aurelius epiſcopus dixit: Præter iſta, quæ promiſimus actis, neceſſe eſt, vt etiam noſtræ paruitatis literis, ſancto fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula, quæ tractamus pleniſſimè intimemus. Ergò ſi omnibus placet proſecutio noſtra, ore omnium cōdiſcamus. Vniuerſum concilium dixit: Placet.

6 Nouatus epiſcopus, legatus Mauritaniæ Sitiſenſis dixit: Nunc meminimus, in hoc præſenti cōmonitorio lecto, etiam de presbyteris ſiue diaconibus contineri, qualiter ab epiſcopis ſuis vel à finitimis audiri debeant, quod in Nicæno Concilio minimè legimus. Vndè hoc ipſum iubeat ſanctitas veſtra nobis recitari. Aurelius epiſcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc, quod depoſcitur. Daniel notarius recitauit: De appellationibus autem clericorum, id eſt, minoris loci, reſtat ipſius Synodi certa reſponſio. De qua re, quid acturi ſitis, credimus inſerēdum, quod taliter dictum eſt ex Sardicenſi cōcilio. Oſius epiſcopus dixit: Quid me adhuc moueat, reticere non debeo. Si epiſcopus fortè iracundus (quod eſſe non debet) citò aut aſperè cōmoueatur aduerſus presbyterum ſiue diaconum ſuum, & exterminare eū de Eccleſia voluerit, prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideò habeat poteſtatē eiectus, vt finitimos interpellet epiſcopos, vt cauſam ſuam audiant, & diligēter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille epiſcopus, qui aut iuſtè, aut iniuſtè eum eiecit, patienter accipiat, vt negocium diſcutiatur, * aut probetur eius, aut emendetur ſententia &c. In Sardicenſi Cōcilio. c. 17. * &

Locus hic videtur corruptus & verba illa, (ex Sardicenſi Concilio) videntur inſerta, forte ex alicuius marginali notatione, cum antea eſſet, ex Nicæno. Quamuis enim, quod ſequitur ſit ex Sardicenſi Concilio canone 17, tamen cum afferatur à legatis Papæ, ex Commonitorio, in quo dixerunt ſe habere ex Cōcilio Nicæno, & Auguſtinus Hipponenſis ſtatim ſubiungat, & hoc nos ſeruaturos profitemur, ſalua diligentiore inquiſitione Concilij Nicæni; quod idem repetunt Patres in Concilij Africani epiſt. ad Bonifacium Papam; non videtur poſſe habere locum, illud, ex Sardicenſi; eoque minus, quod ijdem Africani Patres videntur plane ignoraſſe illud Concilium, cum in Epiſtola ad Cæleſtinum, verſus finem ſcribant, Nam, inquiunt, *vt aliqui tanquam a tuæ ſanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus Patrum Synodo definitum.* quod dicere non potuiſſent, ſi Sardicenſe cognouiſſent, aut ex allegatione legatorum, aut aliter, in quo diſerte illud ipſum ſancitum eſt, Canone ſeptimo nec vero dici poteſt eos illud nullo loco habuiſſe, cum & generale, & legitimum, & celeberrimum fuerit, nam hoc potius excepiſſent. ſed hanc eorum Cōcilij eius ignorationem confirmare poſſumus ex Auguſtino lib. 3. contra Creſcenium, cap. 34. vbi oſtendit ſe non agnouiſſe vllum Conciliū Sardicenſe, niſi illud Arianum, de quo Sozomenus lib. 3. cap. 11. meminit. At cur, quod eſt ex Sardicenſi profertur, vt ex Nicæno? An quod vtrobique idem definitum fuit? An quod vt Sardicenſe celebratum fuit ad confirmandum Nicænum, ſic habebatur idem cum Nicæno? An quod erratum fuit in nomine? hoc quidem non eſt credibile, & erratum facile corrigi potuit a legatis Papæ, denique conſiderent doctiores.

7 Cumque recitaretur, Auguſtinus Eccleſiæ Hipponis Regienſis, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: Et hoc nos ſeruaturos profitemur, ſalua diligentiore inquiſitione Concilij Nicæni. Aurelius epiſcopus dixit: Si hoc etiam omnium veſtræ charitati placet, reſpōſione firmate. Vniuerſum Concilium dixit: Omnia quę in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt,

nobis omnibus placent. Iocundus epiſcopus eccleſiæ Sufetulæ, legatus prouinciæ Byzacenæ, dixit: Quod conſtitutum eſt in Nicæno Concilio, violari à quoquam nullatenùs pôt.

8 Fauſtinus epiſcopus, legatus eccleſiæ Romanæ, dixit: Adhuc ſecundùm profeſſionem ſanctitatis veſtræ, tam ſancti Alypij, quàm & fratris noſtri Iocũdi, aliqua infirmari credo, aliqua firmari debeant, cùm iam in dubium ipſi canones venerint. Ergò vt placet & nobis, & beatitudini veſtræ, ad ſanctum & venerabilem Eccleſiæ Romanæ Bonifacium Epiſcopum, veſtra * ſcribere dignetur ſanctitas, vt & ipſe, quod ſanctus Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt, deliberare poſſit, vtrumnam & hoc concedendum ſit, an reticẽdum, hoc eſt, de appellationibus inferioris gradus. Si ergò adhuc in dubium venit de hoc capitulo, iuſtũ eſt, vt beatiſſimę Romanæ ſedis epiſcopus informari debeat, ſi tamen in approbatis canonibus hoc inueniri poſſit.

* referre.

9 Aurelius epiſcopus dixit: Etiam, quæ dudùm veſtræ charitati intimauimus, nunc patimini exemplaria ſtatutorum Nicęni Cõcilij, ſed & quæ hic ſalubriter à noſtris deceſſoribus, ſecundùm eiuſdem Concilij normã, formata ſunt, vel quæ nunc ordinata ſunt, à nobis recitari, & geſtis inſeri. Omne Concilium dixit: Exemplaria fidei & ſtatuta Nicænæ Synodi, quæ ad noſtrum Concilium per beatæ recordationis, olim prædeceſſorem tuę ſanctitatis (qui interfuit) Cæcilianũ Epiſcopum allata ſunt, ſed & quæ patres, ea exẽplaria ſequentes, hic conſtituerunt, vel nunc cõmuni tractatu ſtatuimus, his geſtis eccleſiaſticis inſerta manebunt, * ità (vt ſuperiùs dictũ eſt) venerabilibus viris Antiochenæ & Alexandrinæ, ſed & Conſtantinopolitanæ eccleſiarũ epiſcopis, ſcribere veſtra beatitudo dignetur, vt exemplaria veriſſima Concilij Nicæni ſub adſtipulatione literarum ſuarũ dirigant, quo declarata veritate, ea capitula (quæ in commonitorio præſens frater & coepiſcopus noſter Fauſtinus & compreſbyteri Philippus & Aſellus ſecũ attulerunt) aut ibidem reperta, à nobis firmabuntur: aut ſi non inueniuntur, collecta Synodo, de hoc iu ſequẽti tractabimus. Daniel notarius, Nicæni Cõcilij profeſſionẽ fidei vel eius ſtatuta recitauit in Concilio Aphricano.

forte * ità vt (quemadmodù ſuperius

SYMBOLVM NICÆNVM.

10 Credimus in vnum DEVM, patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium conditorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum de patre, vnigenitũ, hoc eſt, de ſubſtantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, vnius ſubſtantiæ cum patre, quod Græci dicũt *homousion*, per quem omnia facta ſunt, ſiue quæ in * cęlis, ſiue quæ in * terris. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spirituſancto, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram patris, indè venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem, qui dicũt; Erat, quandò non erat: &, priuſquàm naſceretur, nõ erat: &, quia ex nullis exiſtentibus factus eſt, vel ex alia ſubſtantia vel natura, dicẽtes mutabilem & conuertibilem filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

* cælo
* terra

EPISTOLA APHRICANI CONCILII

Ad Bonifacium Papam primum.

DOMINO beatiſſimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, & cæteri, qui præſentes affuimus, numero ducenti decem & ſeptem, ex omni Concilio Aphricæ. Quoniam DEO placuit, vt de his, quæ nobiſcũ egerunt ſancti fratres noſtri, Coepiſcopus &c. *ſicut in Cõcilio Aphricano pleniſſimè hæc epiſtola deſcripta circa Cõcilij finem reperitur, ſimul cum certis alijs, videlicet reſcripto Cyrilli Alexandrini ad Concilium Aphricanum, & epiſtola Attici Conſtantinopolitani ad idem Concilium. Quæ omnia ad Concilium Carthaginenſe ſextum pertinẽt, quanquàm in Aphricano refricentur Concilio, quod vtique Aphricanum Conciliũ ad ſeptimum Carthaginenſe continuatur.*

CAPITVLA EIVSDEM NICÆNI

Concilij per Teilonem & Thariſtum Conſtantinopolitanum, de Græco in Latinum verſa.

De eunuchis qui ſeipſos abſcindunt. 1
De his, qui ex gentibus poſt baptiſmũ ad clericatus ordinem promouentur. 2
De commanentibus cum mulieribus. 3
De ordinatione epiſcoporum. 4
De excommunicatis. 5
De priuilegijs, quæ quibuſdam ciuitatibus competunt. 6
De epiſcopo Aeliæ, i. Hieroſolymorum. 7
De his, qui dicuntur Cathari, id eſt, mundi. 8
De his, qui ad ſacerdotiũ ſine examinatione promoti ſunt. 9
De lapſis, ignoranter ordinatis. 10
De his qui negauerunt. 11
De his, qui abrenunciant, & iterùm ad ſeculum ſunt reuerſi. 12
De his, qui in exitu communionem requirunt. 13
De catechumenis lapſis. 14
De clericis, ne de ciuitate vna ad aliam tranſeant. 15
De his, qui in eccleſijs, in quibus, prouecti ſunt, minimè perdurauerunt. 16

De

De clericis, qui vſuras accipiunt. 17
De priuilegijs presbyterorum. 18
De his, qui a Paulo Samoſateno ad eccleſiam veniunt. 19
De flectendo genu. 20
De obſeruatione Nicæni Cõcilij, vt nulla de reliquo varietas oriatur in eccleſijs. 21

Capitulum primum.

Diſt. 55. Si quis à medicis. & in decr. Ieo. lib. 3.

SI quis per languorem à medicis ſectus eſt, aut à Barbaris abſciſſus eſt, iſte remaneat in clero. Si quis autem ſanus ſe abſcidit, iſtũ & in clero poſitum abſtinere oportet, & de cætero nullum talium debere promoueri. Sicut autem hoc manifeſtũ eſt, quia de his, qui hanc rem excogitant, audentque ſei pſos abſcindere, dictũ ſit: ſic eos, qui à Barbaris aut à dominis caſtrati ſunt, inueniũtur autẽ alias digni, tales ad clerum applicat canon.

Diſt. 48. Quoniã multa ſũt facta.

2 Quia multa aut neceſſitate, aut aliter, cogentibus hominibus, facta ſunt contra Canonem eccleſiaſticum, vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & in paruo tẽpore catechizati, ſtatim ad ſpiritale lauacrũ ducantur, & ſimul, cùm baptizati fuerint, promoueantur ad epiſcopatum, aut ad presbyterium, placuit, decætero nihil tale fieri. Nã & tempore opus eſt ei, qui catechizatur, & poſt baptiſma approbatio amplior. Manifeſta eſt enim Apoſtolica ſcriptura, quæ dicit: (Non neophytum, ne fortè in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat & laqueum Diaboli.) Si autem, procedente tẽpore, aliquod animi peccatum inueniatur circa huiuſmodi perſonã, & conuincatur à duobus aut tribus teſtibus, ipſe ceſſet à clero. Si quis autem præter hæc facit, quaſi aduerſus magnum Concilium ſe efferens, ipſe periclitabitur de clero.

1. Tim. 3. d

Diſt. 32. Interdixit per omnia. & in decre. Iuon. lib. 3.

3 Interdixit omnimodò ſanctum Concilium, neque Epiſcopum, neque presbyterum, neque diaconum, neque ex toto eum, qui in clero eſt, habere ſecum ſubintroductam mulierem, niſi fortè matrem, aut ſororẽ, aut eas ſolas perſonas, quæ refugiunt omnes ſuſpiciones.

Diſt. 64. Epiſcopi ab omnibus qui.

4 Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus, qui ſunt intra prouinciã epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter vrgentem neceſſitatem, aut propter longitudinem itineris omnimodò tres in vnum conuenientes, conſentientibus & his, qui abſentes ſunt, epiſcopis & ſpõdentibus per ſcripta, tunc manũs impoſitionem fieri. Confirmatio autẽ eorum quæ fiunt, danda eſt vnicuique à ſuæ prouinciæ Metropolitano.

11. q. 3. Seruetur iſta ſententia.

5 De eis qui excommunicantur, ſiue de clero ſint, ſiue de laico agmine, ab epiſcopis, per ſingulas prouincias obtineat ſententia iuxta canones, eos, qui ab alijs abijciuntur, ab alijs non recipiendos. Requiratur autem, ne puſillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia moleſtia epiſcopi ſint excommunicati. Vt ergò hoc decentiùs requiratur, benè placuit, ſingulis annis per ſingulas prouincias bis in anno concilia fieri, omnibus ſimul epiſcopis in vnum congregatis, vt tales quæſtiones requirantur: Et ita, qui manifeſtè offenderint epiſcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes eſſe putentur, quandiù aut in cõmune, aut epiſcopo placeat, humaniorẽ pro his ferre ſententiam. Concilia autem fiant, vnum quidem ante quadrageſimam Paſchæ, vt omni puſillanimitate ſublata, munus mũdum offeratur Deo: ſecundum autem, circa tempus autumni.

Diſt. 18. Habeatur ſemel cõcilium.

Diſt. 65. Mos antiquus perdoret.

6 Antiquiores obtineant, qui apud Aegyptum ſunt & Libyam & Pentapolim, ità vt Alexãdrinus epiſcopus horum omnium habeat ſolicitudinem, quia & vrbis Romæ epiſcopo ſimilis mos eſt. Similiter autem & circa Antiochiam, & in cæteris prouincijs, priuilegia propria reſeruentur Metropolitanis eccleſijs. Omninò autem manifeſtum eſt illud, quia ſi quis præter conſilium Metropolitani, factus fuerit Epiſcopus, hunc Concilium magnum definiuit, non debere eſſe Epiſcopum. Si verò communi omnium decreto, rationabili ſecundùm canonem eccleſiaſticũ comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat ſententia plurimorum.

Diſt. 64. Illud generaliter in

Diſt. 65. Sanè ſi cõmune omnium.

Diſt. 65. Quoniã mos antiquus.

7 Hieroſolymitani conſuetudo antiqua ſeruetur, vt Aeliæ epiſcopus honoretur, & habeat ordinem honoris, ſalua tamẽ Metropolitani dignitate eiſdem prouinciæ.

1. q. 7. Si qui volunt.

8 Si aliquandò venerint ad catholicam eccleſiam Cathari, placuit, ſicut & magnę Synodo, eos ordinatos, ſic manere in clero. Ante omnia autem, hęc profiteri ipſos per ſcripturam oportet, quòd conſentiant, & ſequantur catholica & Apoſtolica dogmata. Hoc eſt, & bigamis communicare, & his, qui in perſecutione lapſi ſunt, circa quos & tempus conſtitutũ eſt, & dies definitus: & ſequatur in omnibus, quæ placuerunt catholicę Eccleſię Epiſcopo vel presbytero. Vbicunque autem omnes ſiue in caſtellis, ſiue in ciuitatibus, ipſi inuenti fuerint ordinati, qui inueniũtur in clero, ſint in eodem habitu. Quotquot autẽ vbi catholicę Eccleſię epiſcopus vel presbyter extat, accedũt: manifeſtum eſt, quòd epiſcopus Eccleſiæ habebit dignitatem epiſcopi. Qui autem nominatur apud eos epiſcopus, presbyterij honorem habebit, niſi fortè placuerit epiſcopo, honoris eum nomine frui. Sin verò non hoc ei placuerit, prouidebit ei locum, aut chorepiſcopatus, aut presbyterij, vt in clero omninò eſſe videatur, quatenùs non in ciuitate duo ſint epiſcopi.

Diſt. 81. Si quis ſemel exa.

9 Si qui ſine examinatione promoti ſunt epiſcopi, aut presbyteri, vel cùm diſcutiuntur, confeſſi ſunt quæ peccauerunt, vel ſi ab alijs conuincantur, & confitentibus, contra canonem homines commoti, manus eis impoſuerint, tales Canon non ſuſcipit, ſed abijcit. Hoc enim quod irrepręhenſibile eſt, defendit catholica eccleſia.

EPISTOLAM APHRICANI CONCILij ad Cæleſtinum Papam ac vrbis Romæ epiſcopum, quæ incipit.

DOMINO dilectiſſimo, & honorabili patri Cæleſtino, Aurelius Palatinus &c. *quæ in fine Concilij Aphricani, haud longè poſt ſeptimum Carthaginenſe integrè ponitur, ſi quis huc pertinere velit, per nos quidem huc referre poteſt.*

CONCILIVM CARTHAGINENSE SEPTIMVM, XXXVIII. EPISCOPORVM.

In hac Synodo recitati ſunt Canones 105. quorum magna pars habetur in Carthagineń. 3. & in Mileuitano Concilio.

CAPITVLORVM EIVSDEM Concilij ſeptimi, tituli.

De excommunicatis, vt ad clericorum accuſationem non admittantur. 1

De perſonis, quibus clericorum accuſatio interdicitur. 2

De his, qui primum crimen obiectum non probarunt, vt ad cætera non admittant. 3

De perſonis, quæ aduerſùs clericos teſtimonium dicere prohibentur. 4

De eo, quem ſolo ſuo teſtimonio præſumpſerit excommunicandum epiſcopus. 5

POST conſulatum glorioſiſſimorū Imperatorum Honorij xij, & Theodoſij viij, Auguſtorum, tertio Kalend. Iulij, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum Fauſtino Eccleſiæ Pontentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ Eccleſiæ, Vincentio Culuſitano,

Fortunatiano Neapolitano,

Mariano Vlizibiritano,

Pentadio Carpitano,

Adeodato * Simittueń, * *Sumitenſi*,

* Simoethcń. Rufiniano * Muzuteń, * *Muſtenſi*,

Prætextato Sicilibrenſi,

* Vireń. Quoduultdeo * Vereń,

Candido * Abbiritano, * *Abdiritano*,

* Gallonio * Galloniano Vriceń, legatis prouinciæ Numidiæ proconſularis:

Alypio Tagaſteń,

Auguſtino Hipponæ Regień,

Poſidio Calamenſi, legatis prouinciæ Numidiæ:

Maximiano Aquæ Regień,

Iocundo Suſetuleń,

Hilarino Orreoceleń, legatis prouinciæ Byzacenæ: Et

Nouato Sitifenſi,

* Sitifeń. Leone * Oſpinenſi, * *Opineń.* * *Mocteń.*

* Nicello Leone alio, legatis prouinciæ Mauritaniæ * Tingitanæ:

* Ruſuccuren. * Niuello * Ruſcurień,

* Ruſocorem. Laurentio Icoſitano,

* Rungonien. Numeriano * Ruſgunienſi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Cæſareenſis: ac vniuerſis in Cōcilio iudicibus delectis, adſtantibus diaconibus, conſediſſet, & quibuſdam peractis, multi epiſcopi cęterorum peragendorum moras ſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias eccleſias feſtinarēt: placuit vniuerſo Concilio, vt ab omnibus eligerentur de ſingulis quibuſque prouincijs, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt, vt hi adeſſent, quorum ſubſcriptiones eos affuiſſe teſtantur.

Capitulum I.

PLacuitque, quoniam ſuperioribus conciliorū decretis de perſonis, quæ admittendæ ſunt ad accuſationem clericorum, iam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admittantur, iam expreſſum non eſt: idcircò definimus, eum ritè ad accuſationem non admitti, qui poſteaquàm excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, accuſare voluerit. 4.q.1. Diffinimus eum ritè.

2 Item placuit, vt omnes ſerui, vel proprij liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes, quos ad accuſanda publica crimina, leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis adſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæretici etiam, ſiue Pagani, ſiue Iudæi. Sed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur, in cauſis ꝓprijs accuſandi licentia non eſt deneganda. 4.q.1 Diffinimus eum ritè. 4.q 6. Omnib⁹ quibus accuſa.

3 Item placuit, quotieſcunque clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex his, de quo priùs egerit, probare nō valuerit, ad cętera iam non admittantur. 3.q.10. Placuit vt quotieſcūque.

4 Teſtes autem ad teſtimonium nō admittendos, qui nec ad accuſationē admitti præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimonium autē, infra annos quatuordecim ętatis ſuę non admittantur. 4.q.2.& 3 Teſtes autem ad

5 Item placuit, vt ſi quādo epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe cōfeſſum, atque ille neget: non putet ad iniuriā ſuam epiſcopus pertinere, quòd illi ſoli non creditur: & ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, quandiù excommunicato non communicauerit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab alijs non communicetur Epiſcopis, vt magis caueat Epiſcopus, ne dicat in quenquam, quod alijs documentis conuincere non poteſt. Et ſubſcripſerunt, Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, Fauſtinus eccleſię Potentinę prouincię Piceni,

Alypius Tagaſteń, legatus ꝓuincię Numidię.

Poſi-

Vt de alienô monaſterio receptos, nec præpoſitos monaſterij, nec clericos liceat ordinare. 47
De epiſcopis, qui hęreticos vel paganos hæredes inſtituunt. 48
De manumiſſionibus. 49
De falſis memorijs martyrum. 50
De idolorum reliquijs extirpandis. 51
Vt ab epiſcopo Carthaginêſi, cùm opus fuerit, omnium epiſcoporum nomine dictentur & ſubſcribantur epiſtolæ. 52
De epiſcoporum ordine, vt qui poſteriùs ordinati ſunt, prioribus ſe non audeant anteferre. 53
De *Quoduultdeus epiſcopo. 54
De Maximiano epiſcopo. 55
Vt epiſcopi, qui ordinatur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant, quæ diem & conſulem præferant. 56
De his, qui vel ſemel in eccleſia * legerint, ab alijs non poſſe promoueri. 57
De conueniendis Donatiſtis. 58
Forma conuentionis Donatiſtarum. 59
Quale * communitorium acceperunt legati contra Donatiſtas. 60
Breuis cauſarum. 61
Concilium vniuerſale non, niſi neceſſitate, faciendum. 62
Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat. 63
Vt ab Imperatoribus poſtuletur aduocatorũ defenſio pro cauſis eccleſię. 64
De plebibus, quæ nunquàm Epiſcopos habuerunt. 65
De plebibus vel diœceſibus, ex Donatiſtarum prauitate conuerſis. 66
De ſuggeſtione Maurentij epiſcopi. 67
De pacificandis eccleſijs Romana & Alexandrina. 68
De his, qui vxores aut quæ viros dimittunt; vt ſic maneant. 69
De precibus ad altare dicendis. 70
De his, qui publicorum iudiciorũ cognitionem ab Imperatore popoſcerint. 71
De his, qui cùm in Aphrica non communicant, voluerint trans mare obrepere. 72
Vt pergentes ad comitatũ, cauſam ſuam vel Carthaginenſi, vel Romano põtifici inſinuare procurent. 73
Concilium de cognitione epiſcopi. 74
Concilium contra hæreſim Pelagij & Cæleſtij. 75
Quòd Adam non ſit factus à DEO mortalis. 76
Quòd paruuli in peccatorum remiſſionem baptizentur. 77
Quòd gratia Dei non ſolùm remiſſionẽ tribuit peccatorum, ſed etiam pręſtat adiutorium, ne peccetur. 78
Quòd gratia Chriſti non ſolùm ſcientiã tribuit quid agamus, ſed etiam dilectionẽ nobis inſpirat, vt, quod ſcimus, implere valeamus. 79
Quòd ſine DEI gratia nihil boni poſſumus implere. 80
Quòd non ſolùm humilis, ſed & verax ſanctorum vox iſta eſt: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus. 81 — 1. Ioã. 1. d
Quòd in oratione Dominica ſancti ꝓ ſe dicant: Dimitte nobis debita noſtra. 82 — Matth. 6
Quòd veraciter à ſanctis dicatur, Dimitte nobis debita noſtra. 83
De plebibus conuerſis à Donatiſtis. 84
De diœceſibus, qualiter eas diuidant inter ſe epiſcopi, tam catholici, quàm qui ex Donati parte conuerſi ſunt. 85
Vt ſi quam diœceſim Epiſcopus, ab hęreſi liberans, triennio poſſederit, nullus eam repetat. 86
De his, qui in plebes quas ad ſe putant pertinere, (inconuentis his, à quibus tenentur) irruerint. 87
De his, qui plebes ad ſe pertinentes negligunt. 88
Quòd electorum iudicum ſententia ſperni non debeat. 89
Vt ſi epiſcopus negligat ſuam diœceſim, cõmunione priuetur. 90
De epiſcopis, qui Donatiſtas communicaſſe ſibi, mentiti fuerint. 91
De presbyteris & clericis, *vt non appellent, niſi ad Aphricana concilia. 92
De virginibus etiam minoribus velandis. 93
Ne diutiùs epiſcopi teneantur in cõcilio ternos ex ſe ſingularum prouinciarum iudices eligant. 94
Quòd excommunicati, ad accuſationem admitti non debeant. 95
Quòd ſerui & liberti, omnesq́; infames perſonæ, non debeant accuſare. 96
Vt qui vnum crimen non probauerit, ad alterum admitti non debeat. 97
Qui ad teſtimonium admittendi ſint. 98
De epiſcopo, qui excommunicat eum, qui ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum. 99
Vt non temerè quenquam communione priuet epiſcopus. 100
Epiſtola totius Concilij Aphricani ad Bonifacium vrbis Romæ epiſcopum. 101
Epiſtola Cyrilli Alexandrini epiſcopi, ad cõcilium Aphricanæ prouinciæ. 102
Epiſtola Attici epiſcopi Conſtantinopolitani ad memoratum concilium. 103
Symbolum fidei Nicæni Concilij. 104
Epiſtola totius Cõcilij Aphricani ad Papam Cæleſtinum vrbis Romanę Epiſcopũ. 105

CANONES CONCILIORVM diuerſorum Aphricanæ prouinciæ, numero CV.

RECITATA ſunt etiam in * iſta Synodo diuerſa concilia vniuerſæ prouincię Aphricæ, tranſactis temporibus Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi celebrata. Glorioſiſſimo Impe-

* ſ. Carthaginẽſi ſexta.

* f. ſenio-re. Imperatore * Theodoſio Auguſto tertiò, & Abundantio viro clariſſimo conſulibus, octauo Idus Octobris, Hipponte regio, in ſecretario Baſilicæ pacis.

Geſta huius Concilij ideò deſcripta non ſunt, quia ea, quæ ibi ſtatuta ſunt, ſuperioribus probantur inſerta.

¶DE CONCILIO CARTHAGINENſI, vbi legati Epiſcopi Proconſulares ad Concilium Adrumetinum deſtinantur.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Archadio III. & Honorio II. Auguſt. cõſulibus, VI. Kalendarum Iuliarum, Carthagine. In hoc Concilio legati, * directi ſunt epiſcopi Proconſulares ad Concilium Adrumetinum. (* delecti)

¶DE CONCILIO CARTHAGINENſI, vbi multa ſunt conſtituta.

CÆSARIO & Attico viris clariſſimis cõſulibus, quinto Kalendas Septembris, Carthagine, in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ: Cùm Aurelius epiſcopus vnà cum Epiſcopis conſediſſet, adſtātibus etiam diaconibus, aduenientibus quoque Victore ſene Pupputanenſi, Tuto * Migirpenſi, Euangelo Aſſuritano, Aurelius Epiſcopus dixit: Poſt diẽ præſtitutam concilij conſedimus, vt recordamini, fratres chariſſimi: & arbitrabamur, omnium prouinciarum per Aphricam legationes cõueniſſe ad diem (vt dixi) præſtitutam noſtri tractatus: ſed cùm ſacerdotum noſtrorum Byzacenorū epiſtola fuiſſet recitata, vel quid mecum iidem, qui tempus & diem Concilij præuenerant, tractaſſent, veſtræ charitati legetetur, lecta eſt etiam à fratribus Honorato & Vrbano, qui nobiſcum hodie * Concilio participātur, legatio Sitifenſis prouinciæ deſtinata. Frater etiam Regunus eccleſiæ Vegel itaque * literas ad paruitatem meam datas Creſcentiani primæ ſedis (vt ipſe inſinuat) Numidiarum, & Aurelij Coepiſcoporũ noſtrorum: in quibus ſcriptis ſe mecũ charitas recognoſcit, promiſiſſe eoſdem, quòd aut ipſi dignarentur venire, aut ad hoc Concilium fuiſſent ex more deſtinaturi legatos. Sed hoc quia minimè factum videtur, diù ſe detineri, de longinquo venientes legati Mauritaniæ Sitifenſis, non poſſe teſtātur. Et ideò, fratres, ſi veſtræ charitati videtur, literæ fratrum noſtrorum Byzacenorum, ſed & breuiarium, quod eidem Epiſtolæ adiunxerunt, ad hunc cœtum * congregatum, legantur: vt ſi qua fortè illic mouere charitatis veſtræ animum poſſunt, in eodem breuiario, quæ diligentiùs fuerint animaduerſa, in melius reformentur. Hoc enim frater & coepiſcopus noſter primæ ſedis, vir perſpectus, merito ſuæ grauitatis atque prudentiæ * Mizanius, ſcribens ad meam paruitatem, poſtulauit. Si ergò placet, quę tractata ſunt, legantur, & ſingula à veſtra charitate conſiderentur.

(Margin: * Margetinenſi. * concilium. for. * legit literas aut attulit. * congregatum. * Myzonius. * Muſonius)

¶IN HOC CONCILIO STATUTUM EST, vt Epiſcopi ſine formata non nauigent.

CÆSARIO & Attico viris clariſſimis conſulibus, ſexto Kalendas Iulias, Carthagine, placuit, vt nullus Epiſcoporum nauiget ſine formata primatis. Geſta in authẽticis, qui quæret, inueniet.

¶DE CONCILIO ISTO LEGATI ad Imperatores, infraſcripti diriguntur Epiſcopi.

POST conſulatum glorioſiſſimi Imperatoris Honorij Auguſti IIII. & Eutychiani viri clariſſimi, quinto Kalẽdas Maias, Carthagine in ſecretario Baſilicæ Reſtitutæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Epigonius & Vincentius Epiſcopi, vt pro cõfugientibus ad eccleſiam, quocunque reatu inuolutis, legem de glorioſiſſimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abſtrahere.

¶IN HOC CONCILIO LEGAtio deſtinatur ad Romanum & Mediolanenſem Epiſcopos, de paruulis qui apud hæreticos baptizati ſunt, & ad Imperatorem de idolorum reliquijs auferendis, & de alijs rebus quàmplurimis.

POST conſulatum * Flauij Stiliconis, viri clariſs. decimo quarto Kalendas Iulias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ: cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus diaconibus, Aurelius epiſcopus dixit: Eccleſiarum Dei per Aphricam cõſtitutarum, neceſſitates mecum optimè nouit charitas veſtra, ſanctiſſimi fratres. Et quoniam præſtitit Dominus, vt ex aliqua parte ſancti cœtus veſtri eſſet congregata præſentia, videtur mihi, vt has eaſdem neceſſitates, qua pro ſolicitudine noſtra indagare potuimus, in mediũ proferamus. Quas cùm approbauerit veſtra ſynceritas, ſit cõſequẽs, eligendum eſſe vnum à noſtro numero cõſacerdotem, qui (auxiliante Domino & orationibus veſtris) & has ipſas neceſſitates ſuſcipere poſſit, & grauiter peragẽdas implere, perrecturus ad tranſmarinas Italiæ partes, vt tā ſanctis fratribus & conſacerdotibus noſtris, venerabili ſancto fratri Anaſtaſio, ſedis Apoſtolicæ Epiſcopo, quàm etiā ſancto fratri Venerio ſacerdoti Mediolanenſis eccleſiæ, neceſſitatem ipſam ac dolorem atque inopiam noſtram valeat intimare. Ex his enim ſedibus hoc fuerat prohibitum: quò noueriņt communi periculo prouidendum, maximè quia tanta indigentia clericorum eſt, multęq; eccleſiæ ità deſertæ ſunt, vt ne vnum quidem Diaconum vel illiteratum, habere reperiantur. Nam de cæteris ſuperioribus gradibus & officijs tacendum arbitror: quia (vt dixi) ſi mi-

ſi miniſterium diaconi facilè non inuenitur, multò magis ſuperiorum honorum inueniri non poſſe certiſſimũ eſt. Et quotidianos planctus diuerſarum penè emortuatum plebium iam nõ ſuſtinemus: quibus niſi fuerit aliquãdo ſubuentum, grauis nobis & inexcuſabilis innumerabilium animarũ pereuntium cauſa apud Deum manſura eſt.

Capitulum I.

EPIGONIVS Epiſcopus dixit: In hoc breuiario (quod decerptum eſt de concilio Hipponenſi) nihil arbitramur eſſe emendãdum vel aſſuendum, niſi vt dies ſancti Paſchæ, tempore concilij innoteſcat.

Et in Carcha. 3. c. 14. 2 Vt Epiſcopi, vel clerici, filios ſuos à ſua poteſtate per emancipationem exire non ſinant, niſi de moribus eorũ fuerint & de ætate ſecuri, vt poſſint ad eos iam propria pertinere peccata.

Et in Carcha 3. c. 18. 3 Vt Epiſcopi & presbyteri & diaconi non ordinẽtur, priuſquàm omnes, qui ſunt in domo eorum, Chriſtianos catholicos fecerint.

De conſe. diſt. 2. In ſacramẽ. 4 Vt in ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil ampliùs offeratur, quàm quod ipſe Dominus tradidit: hoc eſt, panis & vinum aqua mixtum. Primitiæ verò, ſeu mel & lac, quod vno die ſolenniſſimo in infantũ myſterio ſolet offerri, quamuis in altari offerantur, ſuam tamen habeant propriam benedictionem, vt à ſacramento Dominici corporis & ſanguinis diſtinguantur. Nec amIbidem. pliùs in primitijs offeratur, quàm de vuis & frumentis.

Diſt. 81. Clerici vel continẽtes. 5 Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, niſi ex iuſſu vel permiſſu Epiſcoporum, aut presbyterorum non accedant: & hoc non ſoli faciant, ſed cum conclericis, vel cum quibus Epiſcopus, aut presbyter iuſſerit. Nec ipſi Epiſcopi & presbyteri ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi fœminas, ſed vbi aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui Chriſtiani.

Diſt. 99. c. Primæ ſedis epiſcopus. 6 Vt primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis epiſcopus.

Diſt. 44. Cle. Et in Cartha. 3. cap. 27. 7 Vt clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.

De conſe. diſt. 1. ſacramenta alta. 8 Vt ſacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur. Nam ſi aliquorum pomeridiano tẽpore defunctorum, ſiue Epiſcoporum, ſiue cæterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt, iam pranſi inueniuntur.

Diſt. 42. Nulli epiſcopi in. 9 Vt nulli Epiſcopi vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiãtur. Populi etiam ab huiuſmodi conuiuijs, quantùm fieri poteſt, prohibeantur.

10 Vt pœnitentibus, ſecundùm differentiã peccatorum, epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Et vt presbyter, inconſulto epiſcopo, non reconciliet pœnitentem, niſi abſentiæ Epiſcopi neceſſitate cogente. Cuiuſcunque autem pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimẽ eſt, quod vniuerſam eccleſiam commouerit, ante abſidem manus ei imponatur. 26. q. 27. Pœnitentibus.

11 Vt virgines ſacræ, cùm parentibus (à quibus cuſtodiebantur) priuatæ fuerint, epiſcopi prouidentia (vel presbyteri, vbi epiſcopus abſens eſt) in monaſterio virginum, vel grauioribus fœminis, cõmendentur, vt ſimul habitantes, inuicèm ſe cuſtodiant, ne paſſim vagando, eccleſiæ lædant * exiſtimationem. Et in Cartha. c. 33. * opinionem.

12 Vt ægrotantes, ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cùm voluntatis eorum teſtimonium ſui dixerint, baptizentur. Vt ſcenicis atque hiſtrionibus, cæteriſque huiuſmodi perſonis reconciliatio non negetur. De conſe. diſtinc. 4. Aegrotãtes ſi pro. De cõ. diſtinct. 2. Scenicis atq; hiſt.

13 Liceat etiam legi paſſiones martyrum cùm anniuerſarij dies eorum celebrantur.

14 De Donatiſtis placuit, vt conſulamus fratres & conſacerdotes noſtros Siricium & Simplicianum, de Solis infantibus, qui baptizantur penès eoſdem, ne (quod ſuo non fecerunt iudicio) cùm ad eccleſiam DEI ſalubri propoſito fuerint cõuerſi, parentum illos error impediat, * ne promoueãtur ſacri altaris miniſtri. Quibus inſertis, Honoratus & Vrbanus epiſcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, dixerunt: Iamdudùm cùm apud ſanctitatem veſtram allegaremus ſcripta, dilati ſumus ea contemplatione, quouſque fratres noſtri aduenire poſſent de Numidia legati: ſed quia non parui dies ſunt, quibus expectati, minimè venerunt, vltrà prætermittere, quæ nobis mandata ſunt à noſtris coepiſcopis, non oportet: atque ideò, fratres, ſuggeſtionem noſtram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuimus. Verùm & de ſacrificijs inhibẽdis poſt prandiũ, vt a ieiunis (ſicuti dignum eſt) offerantur, & tunc & nunc firmatum eſt. 1. q. 4. ca. Placuit vt. * ne prouehãtur, vel, quo minus promoueant.

15 Illud autem ſuggerimus mandatum nobis, quod etiam in * Capuenſi plenaria Synodo videtur ſtatutum, vt non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel tranſlationes Epiſcoporum. Nam Creſconius Villæ Rhegienſis Epiſcopus, plebe ſua derelicta, * Tubunienſem inuaſit eccleſiam: & vſque hodie cõmonitus (ſecundùm quod ſtatutum fuerat) relinquere eandem, quam inuaſerat, plebem contempſit. Aduerſum iſtum, quæ pronunciata fuerant, confirmata quidem audiuimus: ſed petimus, ſecundùm quod nobis mandatum eſt, vt dignemini dare fiduciam, * quo iam, neceſſitate ipſa cogente, liberum nobis ſit, rectorem prouinciæ, ſecundùm ſtatuta glorioſiſſimorum Principum, aduerſus illum audire, vt qui miti admonitioni ſanctitatis veſtræ acquieſcere noluit & emenda- * Capſeñ. * Carpeñ. De cõ. diſtinct. 4. Non licet fieri. & in Cart. 3. ca. 38. * Tibinẽſem. 11 q. 1. c. Petimus. vt dignemini. * qua

re

re illicitum, authoritate iudiciaria protinùs excludatur. Aurelius epiſcopus dixit: Seruata forma diſciplinæ, non æſtimabitur appetitus, ſi à veſtra charitate modeſtiùs conuentus, recedere retractauerit, cùm fuerit, ſuo contempto & contumacia faciente, etiam authoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Hoc * enim omnibus placet? Ab vniuerſis epiſcopis dictũ eſt: Placet, & iuſtum eſt.

fort. *item

16 Hooorarus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Et illud oobis mandamm eſt, vt quia proximè fratres noſtri Nomidiæ duo epiſcopi ordinare præſumpſerunt pontificem, non niſi à duodecim cẽſeatis celebrari Epiſcoporum ordinationes. Aurelius epiſcopus dixit: Forma antiqoa ſeruabitʼ, vt noo minùs quàm tres ſufficiant, qui fuerint à Metropolitano directi ad epiſcopum ordinandũ. Propterea, quia in Tripoli fortè & in * Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes: nã in Tripoli (vt aſſeritur) epiſcopi ſunt quinque tantummodò, & poſſunt fortè de ipſo numero vel doo neceſſitate aliquam occupari: difficile eſt enim, vt de quolibet numero omoes poſſint occurrere. Nunquid debet hoc ipſum impedimento eſſe eccleſiaſticæ vtilitati? Nam & in hac eccleſia, ad quam dignata eſt veſtra ſanctitas humaniter conoenire, crebrò ac penè per diem Dominicam ordinandos babemus. Nunquidnam frequenter duodecim potero, vel decem, vel nõ multò minùs aduocare epiſcopos? Sed facile eſt mihi duos adiungere meę paruitati vicioos. Quapropter cenit mecum charitas veſtra, hoc ipſum obſeruari non poſſe.

Et in Carcha. 3. cap. 39.

* Arguze
* Arazyta

17 Sed & illud eſt ſtatuendum, vt quandò ad eligendum epiſcopum conuenerimus, ſi qoe contradictio fuerit oborta, (quia talia tractata ſunt apud nos) non præſumant ad purgandnm eum, qui ordinãdus eſt, tres epiſcopi iam, ſed poſtulentur ad numerũ ſupradictorum (ſi haberi poſſunt) * vnus vel duo: & in eadem plebe, cui ordinandus eſt, diſcutiantur primò perſonę contradicentium: poſtremò etiam illa, quæ obijciuntur, pertractentur. Et cùm purgatus fuerit, in cõſpectu poblico ità demùm ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat, roboretur veſtræ dignationis reſponſione. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Satis placet.

Diſt. 23. Illud ſtatuendum eſt. Et in Carth. Cõcilio 3. ca. 40.

* duo vel tres

18 Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Qoooiam de cõmonitorio noſtro omnia tractata noſcuntur, addimus etiam de die Paſchæ nobis eſſe mandatum, vt de eccleſia ſemper Carthagioẽſi (ſicuti adſolet) inſtruamur, & non ſub anguſto tẽporis ſpatio. Aurelius epiſcopus dixit: Si ſanctitati veſtræ videtur, (quoniam nos ſpopondiſſe iã dudùm meminimus) vt ſingulis quibuſque annis ad tractandum conueniamus, & cùm conuenerimus in vnum, tũc diuulgabitur ſanctus Paſchæ dies per legatos, qui adfuerint Cõcilio. Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Nunc de præſenti cœtu petimus, vt literis proninciam noſtrã de hac die informare dignemini. Aurelius epiſcopus dixit: Ità fiat neceſſè eſt.

19 Honoratus & Vrbanus Epiſcopi dixerũt: Et illud nobis verbo mandatũ eſt, vt quia cõſtitutum eſt in Cõcilio Hipponenſi, ſingulas debere prouincias tẽpore Concilij viſitandas eſſe, dignemini etiam (quod hoc anno ſecundùm ordinem diſtuliſtis) vel alio annò Mauritaniam prouinciam viſitare. Aurelius epiſcopus dixit: Nunc de prouincia Mauritania (propterea quòd in finibus Aphricæ poſita ſit) nihil ſtatuimus, ſiquidem vicinę ſunt * barbarico. Sed præſtet Deus, vt ex abundanti, nõ pollicentes, venire poſſimus ad veſtram prouinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc ſibi & Tripolitani & * Arzugitani fratres potuerunt exigere, ſi ratio pateretur.

* Arguzitani.
* Arzytani.

20 Epigonius epiſcopus dixit: Multis concilijs hoc ſtatutum à cœtu ſacerdotali eſt, vt plebes, quæ in diœceſibus ab epiſcopis retinentur, quę epiſcopos nunquàm habuerunt, non niſi cum voluntate eius epiſcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id eſt, epiſcopos. At verò, quia noonulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrũ abhorrent: vel certè, cùm eleuati fuerint, quaſi io quadam arce, tyrannicam ſibi dominationem vendicant, quod plerique tumidi atque ſtolidi aduerſum epiſcopũ ſuas ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuijs ſibi * concinnantes plebem, * vel certè perſuaſu maligno, vt illicito fauore eoſdem velint ſibi collocare rectores. Quod quidem inſigne mẽtis tuæ tenemus votum, frater religioſe Aureli, qui hæc ſæpè oppreſſiſti, non curando tales petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & prauè concinnata concilia hoc dico, noo debere rectore accipere eam plebẽ, quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit, nec vnquàm proprium epiſcopum habuit. Quapropter ſi vniuerſo ſanctiſſimo cętui placet hoc, quod proſequùtus ſum, confirmetur. Aurelius epiſcopus dixit: Fratris & cõſacerdotis noſtri proſecutioni non obſiſto, ſed hoc me & feciſſe, & facturum eſſe profiteor circa eos ſanè, qui fuerint cõcordes, non ſolùm circa eccleſiã Carthaginenſem, ſed circa omne ſacerdotale cõſortiũ. Sunt enim plerique conſpirantes cum plebibus proprijs, quas decipiũt (vt dictũ eſt) earum ſcalpentes aures, blãdi ad ſeducendũ vitioſæ vitæ homines, vel certè inflati, & ab hoc conſortio ſeparati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquàm cõuenti ad conciliũ venire detrectant, ſua fortè ne prodantur flagitia metuẽtes. Dico, ſi placet, circa hos non tantùm diœceſes nõ eſſe ſeruandas, verùm & de propria eccleſia, quæ illis malè fauerit, omnimodò adnitendũ, vt etiã authoritate publica reijciantur, atque ab ipſis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim,

16. q. 1. Multis cõcilijs.

* cõciliantes
* vt perſuaſu maligno & illicito

Et in Carthagi. 3. cap. 43.

Et in Carthagi. 3. cap. 43.

2. Tim. 4.

enim, vt qui vniuerſis fratribus, ac toti concilio inhæſerit, non ſolùm ſua, iure integro, ſed & diœceſes poſſideat. At verò, qui ſibimet putant plebes ſuas ſufficere, fraterna dilectio ne contempta, non tantùm in diœceſes amittant, ſed (vt dixi) etiàm proprijs publica careant authoritate, vt rebelles. Honoratus & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Summa prouiſio ſanctitatis tuæ cohæſit mentibus ſingulorũ, & puto, omnium reſponſione ea, quæ proſequi dignatus es, roboranda. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Placet placet.

Et in Carthag. c. 44. 21. Epigonius Epiſcopus dixit: In multis Concilijs hoc ſtatutum eſt, etiàm nunc hoc confirmandum eſt à veſtra prouidentia, beatiſſimi fratres, vt clericum alienum nullus ſibi præripiat Epiſcopus præter eius arbitriũ, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus eſt Dei beneficijs, per meam parvitatem in ſe collatis, ità temerarium & audacem extitiſſe, vt eum qui à me baptizatus eſt, cùm eſſet puer egentiſſimus, mihi ab eodem commendatum, eumq; meis multis annis à me aleretur, atquè increſceret, hunc, vt dixi baptizatum eſſe in eccleſia mea, per manum paruitatis meæ, conſtat, (idem in diœceſi Mappalien ſi lector eſſe cœperat, immò annis fermè duobus legerat) neſcio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus eum arripuit, quem dicit quaſi proprium ciuem ſui loci * Vzaritani, me inconſulto, vſurpare: nam & diaconũ illum ordinauit. Hoc ſi liceat, pateat hæc licẽtia à vobis, beatiſſimi fratres. Sin minùs, tam impudens cohibeatur, nè ſe miſceat communioni cuiuſquam. Numidius Epiſcopus dixit: Si non poſtulata, neq; conſulta tua dignatione, id videtur feciſſe Iulianus, iudicamus omnes iniquè factum atq; indignè. Quapropter niſi idem Iulianus correxerit errorem ſuum, & cum ſatisfactione eundem clericuñ (quẽ fuerat auſus ordinare) reuocauerit tuę plebi, contra ſtatuta Concilij faciens, contumaciæ ſuę, ſeparatus à nobis, excipiet iudiciũ. Epigonius Epiſcopus dixit: Ætate pater, & ipſa promotione antiquiſſimus, vir laudabilis frater & collega noſter Victor, vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

Locus obſcurus, ſic fortè reſtituendus, vel ſuprà i cõcilio 3. Cartha. ſt notatum.

* Vſſaritani.

Et in Cartha. 3. c. 43. 22 Aurelius Epiſcopus dixit: Sermonem meum admittite, fratres, Contingit nonnunquàm vt poſtulentur ab eccleſijs, quæ ꝑpoſitis egent, vel presbyteris, vel Epiſcopis: & tamen memor ſtatutorum, id ſequor, vt conueniam Epiſcopum eius, atq; ei inculcem, quòd eius clericus à qualibet Eccleſiâ poſtuletur. Sed fortè in hodiernũ vſq; reluctati ſunt, & nè quandò contingat, vt reluctentur, cùm fuerint à me in hac cauſa poſtulati, quem ſcitis multarum eccleſiarum & ordinandorum curam ſuſtinere: iuſtum eſt ergò, vt quemlibet conſacerdotum conueniam, cum duobus è cõſortio noſtro vel tribus teſtibus. Si verò indeuotus extiterit, quid cenſet charitas veſtra faciendum? Ego enim * cunctarum eccleſiarũ,

* cũctarum

dignatione Dei (vt ſcitis, fratres) ſolicitudinẽ ſuſtineo. Numidius Epiſcopus dixit: Fuit ſemper hæc licentia huic ſedi, vt vndè vellet, & de cuius nomine fuiſſet conuentus, pro deſiderio cuiuſq; Eccleſiæ ordinare Epiſcopũ. Epigonius Epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem. Minùs enim præſumis, frater. Et cùm te bonum & clementem omnibus * præbes, (habes enim hoc in arbitrio) ſatis eſt, vt ſatisfiat perſonæ vniuſcuiuſque Epiſcopi in prima tantummodò conuentione. Si autem quod * liber huic ſedi, vendicandum ſibi fuerit arbitratus, neceſſe habes tu omnes eccleſias ſuſſulcire. Vndè tibi non poteſtatem damus, ſed tuam adſignamus, vt liceat voluntati tuæ, & ſemper tenere, quem voles, vt præpoſitos plebibus vel eccleſijs conſtituas, qui poſtulati fuerint, & vndè voles. Poſthumian⁹ Epiſcopus dixit: Deindè qui vnum habuerit, nunquid debet illi ipſe vnus presbyter auferri? Aurelius Epiſcopus dixit: Sed Epiſcopus vnus eſſe poteſt, per quem dignatione diuina presbyteri multi conſtitui poſſint: vnus autem Epiſcopus, difficilè inuenitur conſtituẽdus. Quapropter, ſi neceſſarium epiſcopatui quis habuerit presbyterum, & vnum (vt dixiſti frater habuerit, etiàm ipſum ad promotionem dare debebit. Poſthumianus Epiſcopus dixit: Ergò ſi habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs ſubuenire. Aurelius Epiſcopus dixit: Sanè quandò tu eccleſiæ alterius ſubueneris, perſuadebitur illi, qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

per Aphricã tãtùm, nõ ꝑ totũ orbẽ, ſicut Rom. Põt. Diſt. 19. Ità dominos.

* reddis

* licet

Et in Cartha. 3. c. 46. 23 Honoratus & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Audiuimus conſtitutum, vt diœceſes non mereantur Epiſcopos accipere, niſi cum conſenſu eius, ſub quo fuerint conſtitutæ: ſed in prouincia noſtra, cùm aliqui fortè in diœceſi (concedente eo Epiſcopo, in cuius poteſtate fuerant conſtitutæ) ordinati ſunt Epiſcopi, etiàm diœceſes ſibi vendicant: hoc & corrigat charitatis veſtræ iudicio, & inhiberi decęterò debet. Epigonius Epiſcopus dixit: Singulis Epiſcopijs ſeruatum eſt, quod decebat, vt ex maſſa diœceſium nulla caperetur, vt proprium Epiſcopum * habuiſſet, niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat enim ſi conſenſerit, vt eadem diœceſis permiſſa, proprium tantùm Epiſcopum habeat, & cęteras ſibi non vindicet diœceſes: quia exempta de faſce multarum, ſola meruit honorem Epiſcopatus ſuſcipere. Aurelius Epiſcopus dixit: Non dubito charitati veſtræ omnium placere, eum, qui in diœceſi, concedente Epiſcopo, qui matricem tenuit, ſolam eandem retinere plebem, in qua fuerit ordinatus. Quonià igitur vniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro conuenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc noſtra ſubſcriptio ne firmauimus. Et ſubſcripſerunt: Aurelius

for. * habere.

Epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Suprà c.14 1.q.4.ca. Qui apud Donatiſtas. 24 Vndè quoniam ſuperiori concilio ſtatutum eſſe mecum recognoſcit vnanimitas veſtra, vt hi, qui apud Donatiſtas paruuli baptizati ſunt, nondùm ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſteà quàm ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate, falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam, per vniuerſum mundum diffuſam, ordine antiquo per manûs impoſitionem recepti ſunt: debere talibus ſuſcipiendum munus clericatus, non impedite nomen erroris, cùm veram eccleſiam illorum putauerint, ad fidem accedendo, & ibì Chriſto crediderint, & Trinitatis ſacramenta perceperint, quæ omnia vera & ſancta, atque diuina eſſe, certiſſimum eſt, & in his omnem animæ ſpem conſtitutam. Quanquàm & hæreticorum præſumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat. Quæ quoniá ſimplicia ſunt, vt præmonet beatus Apoſtolus, dicendo: Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, & iterari non liceat, quod ſemèl dari oportet, anathematizato nomine erroris, recipiantur per manus impoſitionem in vnam eccleſiam, vnam columbam (vt dictum eſt) & vnam matrem omnium Chriſtianorum, vbì omnia illa ſacramenta ſalubriter & æternè & vitaliter accipiuntur, quæ perſeuerantur in hæreſi magnam damnationis pœnam conquirunt, vt quod eis in veritate ad æternam vitam conſequendam eſſet luminoſius, hoc in errore ſit tenebroſius atque damnoſius. Quod fugientes nonnulli, & matris eccleſiæ vbera cognoſcentes, quia illa omnia ſancta myſteria amore veritatis crediderunt atque perceperunt, quibus ſacramentorum rebus cùm vitæ bonæ probitas acceſſerit, ſinè dubio ad officium clericatus tales eſſe applicandos, & maximè in tanta rerum neceſſitate, nullus eſt qui non concedat. Quamquàm nonnulli einſdem ſectæ clerici, cum plebibus atque honoribus ſuis ad nos tranſire deſiderant, qui amore honoris, aut perſuadent ad vitam, aut retinent ad ſalutem. Sed hoc maiori fratrum ſupradictorum conſiderationi dimittendum cenſeo, vt prudentiori ſuo concilio noſtræ ſuggeſtionis ſermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantùm de his qui infantes baptizati ſunt, ſatagimus, vt noſtræ, ſi placet, in iiſdem ordinandis conſentiant voluntati. Omnia ergò quæ ſuperiùs cõpræhẽdimus, apud ſanctos Epiſcopos agenda eſſè, mecum honorabilis fraternitas veſtra perpendit.

Ephe ſ.4.a

Cant.6.c

25 Inſtant etiàm aliæ neceſſitates, à religioſis Imperatoribus poſtulandæ, vt reliquias idolorum per omnem Aphricam iubeant penitùs amputari: nam pleriſquè in locis maritimis, atquè poſſeſſionibus diuerſis adhuc erroris iſtius iniquitas viget: vt præcipiant & ipſa deleri, & templa eorum, quæ in agris vel in locis abditis conſtituta nullo ornamento ſunt, iubeantur omni modo deſtrui.

26 Petendum etiàm, vt ſtatuere dignentur, vt ſi fortè in eccleſia quamlibet cauſam, iure apoſtolico eccleſijs impoſito, egere voluerint, & fortaſsè deciſio clericorũ vni parti diſplicuerit: non liceat clericum in iudiciũ ad teſtimonium deuocari eum, qui cognitor vel præſens fuerit. Et nulla ad teſtimonium dicendum eccleſiaſtici cuiuſlibet perſona pulſetur. 2.q.6 ſtatutũ eſt, vt qui.

27 Illud etiàm petendum, vt quæ contra præcepta diuina cõuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta ſunt, (ità vt nunc à paganis Chriſtiani ad hæc celebranda cõgantur, ex qua re temporibus Chriſtianorum Imperatorum perſecutio altera fieri occultè videatur,) vetari talia iubeant, & de ciuitatibus & de poſſeſſionibus, impoſita pœna, prohiberi: maximè, cùm etiàm in natalibus beatiſſimorum martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiàm (quod pudoris eſt dicere) ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos atque plateas exercent, vt matronalis honor, & innumerabiliũ fœminarum pudor, deuotè venientium ad ſacratiſſimum diem, iniurijs laſciuientibus appetatur, vt etiàm ipſius ſanctæ religionis penè fugiatur acceſſus.

28 Necnon & illud petendum, vt ſpectacula theatrorum cæterorumq; ludorum, die Dominica vel cæteris religionis Chriſtianæ diebus celeberrimus amoueantur, maximè, quia ſancti Paſchæ octauarum die populi ad circum magis, quàm ad eccleſiam cõueniunt: * & debere transferri deuotionis eorum dies, for. * & liceat (ſeu iſ ac fas ſit) trãsferri. ſi quandò occurrerint: nec oportere etiàm quenquam Chriſtianorum cogi ad hæc ſpectacula, maximè, quia in his exercendis, quæ contra præcepta DEI ſunt, nulla perſecutionis neceſſitas à quoquam adhibenda eſt, ſed (vti oportet) homo in libera voluntate ſubſiſtat ſibi diuinitùs conceſſa. Cooperatorum enim maximè periculum conſiderandum eſt, qui contra præcepta DEI magno terrore coguntur ad ſpectacula conuenire.

29 Et illud petendum, vt ſtatuere dignentur, vt ſi quis cuiuſlibet honoris clericus, iudicio Epiſcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, ſiue ab eccleſijs, quibus præfuit, ſiue à quolibet homine defenſari, interpoſita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quô nec ætatem, nec ſexum excuſandum eſſe præcipiant.

30 Et de his etiàm petendum, vt ſi quis ex qualibet ludicra arte ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat à quoquam iterùm ad eadem exercenda reduci vel cogi.

31 De

31 De manumiſſionibus ſanè in eccleſia dicendis, ſi id noſtri conſacerdotes per Italiam facere reperiuntur, noſtræ etiàm erit fiduciæ iſtorum ordinem ſequi, data planè licentia miſſo legato, vt quæcunque digna fide pro ſtatu eccleſiæ & ſalute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conſpectu Domini accepturos. Quæ omnia ſi ſanctitati veſtræ placent, edicite, vt & meam ſuggeſtionem ratam eſſe vobis aduertant, & noſtram omnium conſenſionem ſynceritas eorũ libenter accipiat. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placent hæc, quæ iniuncta ſunt pagenda, & prudenter à tua ſanctitate narrata.

32 Aurelius Epiſcopus dixit: Equitij etiàm, olim merito ſuo Epiſcopali ſententia damnati, nõ arbitror prætereundam eſſe legationis cauſam, vt ſi fortè eum in illis partibus repererit, ſit eidem fratri noſtro curæ, pro eccleſiæ ſtatu (quod oportuerit, vel vbi licuerit) aduerſùs eum peragere. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Multùm placet & iſta proſecutio, maximè cùm olim damnatus ſit Equitius, & eius impudens inquietudo, pro ſtatu & ſalute eccleſiæ, magis magiſque vbiquè repellenda. Et ſubſcripſerunt: Aurelius Epiſcopus eccleſiæ Carthagineñ, huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

IN HOC CONCILIO LITERAE leguntur Anaſtaſij Romani Pontificis, de Donatiſtis catholicos Epiſcopos admonentis.

¶ Vincentio & Flabito viris clariſſimis cõſulibus, Idibus Septembris, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cùm in concilio congregati in eccleſia Carthaginenſi conſediſſemus ex Aphricanis omnibus prouincijs Epiſcopi, id eſt, Aurelius einſdẽ ſedis Epiſcopus cum collegis ſuis, quos eorũ ſubſcriptio manifeſtat, ait idem Aurelius Epiſcopus: Recitatis epiſtolis beatiſſimi fratris & conſacerdotis noſtri Anaſtaſij, eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, quibus nos paternæ & fraternæ charitatis ſolicitudine ac ſynceritate adhortatus eſt, vt de hæreticorum & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidijs & improbitatibus, quibus Aphricanam eccleſiam catholicam grauiter vexant, nullo modo diſſimulemus: Gratias agimus Domino noſtro, quòd illi optimo ac ſancto antiſtiti ſuo, tam piam curam pro mẽbris Chriſti) quamuis in diuerſitate terrarũ, ſed in ſua compage corporis conſtitutis) inſpirare dignatus eſt.

33 Deindè pertractatis & conſideratis omnibus, quæ vtilitati Eccleſiæ conuenire videbantur, annuente atque admonente ſpiritu Dei, eligimus cum memoratis hominibus (quamuis de Dominici corporis vnitate, inquieta diſſenſione præciſis) leniter & pacificè agere, vt (quantùm in nobis eſt) omnibus, qui eorum communione & ſocietate irretiti ſunt per vniuerſas prouincias Aphricanas, penitùs innoteſcat, quàm miſerabili errore deuincti ſunt diuerſa ſentientes, ne fortè (ſicut dicit Apoſtolus) nobis in manſuetudine corripiẽtibus, det illis Deus pœnitentiã ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis, captiuati ab ipſo in ipſius voluntatem. 2.Tim.2. d

34 Itaq; placuit, vt ex concilio noſtro literę darentur ad iudices Aphricanos, à quibus hoc peti congruum viderentur, vt in hoc adiuuent communem matrem eccleſiam catholicã, in quo Epiſcopalis authoritas cõmuniri in ciuitatibus poteſt, id eſt, vt iudiciaria poteſtate atque diligentia, ex fide Chriſtiana, quid geſtum ſit in omnibus locis, in quibus Maximianiſtæ baſilicas obtinuerũt, qui ab eis ſchiſma fecerunt, inquirant, & geſtis publicis propter firmam notitiam omnibus neceſſariam faciant inhærere.

35 Deindè placuit, vt literæ mittantur ad fratres & coepiſcopos noſtros, & maximè ad ſedem Apoſtolicã, in qua præſidet memoratus venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quô nouerit habere Aphricam magnã neceſſitatem, propter eccleſiæ pacem & vtilitatem, vt ex ipſis Donatiſtis, quicunq; clerici correcto concilio ad catholicam vnitatẽ tranſire voluerint, ſecũdùm vniuſcuiuſq; Epiſcopi catholici voluntatem atq; conſilium, qui in eodem loco gubernat eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiãtur, ſic ut prioribus eiuſdem diuiſionis temporibus factum eſſe manifeſtũ eſt. Quod multarum & penè omniũ Aphricanarum eccleſiarũ, in quibus talis error exortus eſt, exempla teſtantur. Non vt concilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factũ eſt, diſſoluatur: ſed vt illud maneat circa eos, qui ſic tranſire ad catholicã volunt, vt nulla per eos vnitatis compenſatio procuretur. Per quos autem vel omni modo* perfici, vel adiuuari manifeſtis fraternarũ animarum lucris catholica vnitas in locis, in quibus degunt, viſa fuerit: non eis obſit, quòd contra honores eorum (quamuis ſalus nulli interclusa ſit) in tranſmarino concilio ſtatutũ eſt, id eſt, vt ordinati in parte Donati, ſi ad catholicã correcti tranſire voluerint, nõ ſuſcipiantur in honoribus ſuis ſecũdùm tranſmarinũ conciliũ, exceptis his, per quos catholicę vnitati cõſuletur. *proficere

36 Deindè placuit, vt his peractis, legati etiàm prædicandæ pacis atq; vnitatis gratia, ſine qua ſalus Chriſtiana non poteſt obtineri, è numero noſtro ad ipſorum Donatiſtarũ, ſiue quos habent Epiſcopos, ſiue ad plebes mittantur, per quos omnibus in notitiã perferatur, quàm nihil habeant, quod aduerſùs eccleſiam catholicam iuſtè poſſint dicere: maximè vt manifeſtum fiat omnibus per geſta etiàm municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipſi de Maximianiſtis ſchiſmaticis ſuis egerint: vbi eis diuinitùs demon-

ſtratur, ſi attendete velint, tam iniquè tunc illos ab Eccleſiæ vnitate præciſos, quàm iniquè nunc clamant, à ſe Maximianiſtas ſchiſma feciſſe: ex quorum tamen numero, quos iam plenarij Concilij ſui authoritate damnauerant, in ſuis honoribus denuò receperũt, & baptiſmum, quem damnati & excluſi dederant, acceptauerunt: vt videant, quàm ſtulto corde reſiſtant paci Eccleſiæ toto orbe diffuſæ, cùm iſta faciant pro parte Donati: neque ſe iſtorum, quos ità receperunt, communione, propter intuium pacis, contaminari dicant: & nos condemnent, id eſt, Eccleſiam catholicam, etiàm in extremis terrarũ partibus conſtitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accuſantes cõuincere nequiuerunt.

Diſ 84. cũ de quorũdã. Et diſ. 32. Placuit epiſc. pſb. diac. ſubdia. Et ſupr. in cõcil. 5. Carthag. ca. 3.

37 Præterea, cùm de quorundam clericorum, quamuis erga vxores proprias, incontinentia referretur: placuit, Epiſcopos & presbyteros & diaconos, ſecundùm priora ſtatuta, etiàm ab vxoribus continere. Quod niſi fecerit, ab eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundùm vniuſcuiuſquè Eccleſiæ conſuetudinem obſeruari debere.

8 qõ. 1. c. Placuit, vt nemi. Et ĩ cõcil. Cartha. 5. c. 5.

38 Rursùm placuit, vt nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam, ſe conferre, vel in re propria diutiùs (quàm oportet) conſtitutum, curam, vel frequentationem ꝓpriæ cathedræ negligere.

De cõſ. di. 4. Placuit de in. Et ĩ Cartha. 5. cap. 6.

39 Item placuit de infantibus, quotiès non inueniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſinè dubitatione teſtentur, nequè ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi ſacramentis idonei reſpondere, abſque vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres noſtri conſuluerunt, quia multos tales à Barbaris redimunt.

De cõ. diſ. 3. Placuit vt vene. Et in Cartha. 5. cap. 7.

40 Item placuit, vt dies venerabilis paſchę formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur, dies verò Concilij idem ſeruetur, qui in Hipponenſi Concilio conſtitutus eſt, id eſt, 10. Kalend. Septembris. Et ſcribendum ad ſingularum quarunque prouinciarum Primates, vt quandò apud ſe Concilium congregant, iſtum diem non impediant.

7. qõ. 1. c. Cõſtitutũ eſt, vt. Et ĩ Carthagi. 5. cap. 8.

41 Item conſtitutum eſt, vt nulli interceſſori licitum ſit, cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudijs vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, vt intra annum eiſdem Epiſcopum prouideat. Quod ſi neglexerit, anno exempto, interuentor alius tribuatur.

23. qõ. 3. Ab Imperatoribus. Et in Carthag. 5. c. 9

42 Ab Imperatoribus vniuerſis, viſum eſt poſtulandum, propter afflictionem pauperum, quorum moleſtijs ſinè intermiſſione fatigatur Eccleſia, vt defenſores eis aduerſùs potentias diuitum cum Epiſcoporum ꝓuiſione delegentur.

Diſ. 18. Vt quotieſcũquè Et in Cartha. 5. cap. 10.

43 Item placuit, vt quotieſcunquè concilium congregandum eſt, Epiſcopi, qui nequè ætate, nequè ægritudine, nequè aliqua grauiori neceſſitate impediuntur, competenter occurrant: & primatibus ſuarum quarunq; prouinciarum intimetur, vt de vniuerſis Epiſcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant: ac de ſingulis turmis viciſsìm, quotquot electi fuerint, ad diem concilij inſtantiſſimè occurrãt. Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractatoria ſubſcribant: vel ſi poſt aduentum tractatoriæ aliquæ neceſſitates repentè forſitan ortę fuerint, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum primatem reddiderint, Eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos.

44 De Creſconio * villa Regenſi hoc omnibus viſum eſt, vt hinc quoquè primati Numidiæ intimetur, quò cognoſcat memoratum Creſconium ſcriptis ſuis conueniendum eſſe, vt proximo vniuerſali Aphricano Concilio ſuam præſentiam non differat exhibere. Quòd ſi venire contempſerit, in ſe cognoſcat ſententiam promulgandam.

45 Rursùm placuit, vt quoniam Hipponenſium Diaretorum Eccleſiæ deſtitutio non eſt diutiùs negligenda, & Eccleſiæ ibi ab his retinentur, qui Equitij facinoroſam communionem declinauerunt, miſſis ex præſenti cõcilio Epiſcopis, Regino, Alypio, Auguſtino, Materno, Theaſio, Euodio, Placiano, Vrbano, Valerio, Ambiuio, Fortunato, Quoduultdeo, Honorio, Ianuario, * Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & Rogatiano: conuentis ergò & correctis his, qui culpabili pertinacia fugam eiuſdem Equitij expectandam putabant, cum omnium voto eis Epiſcopus ordinetur. Si autẽ illi pacem conſiderare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præpoſito vtilitatem tanto tempore Eccleſiæ deſtitutæ.

11. q. 3. Rurſùs conſtitutum eſt. Et in Cartha. 5. c. 12.

46 Rursùs conſtitutum eſt, vt quotiès clericis conuictis & confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter Eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum atq; gentiliũ, (ſi fortè cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere) intra annum excõmunicationis hoc faciant. Si verò intra annum cauſam ſuam purgare cõtempſerint, nulla eorum vox poſteà penitùs audiatur.

Diſ. 58. Si quis de alter. Et in Cartha. 5. cap. 13.

47 Item placuit, vt ſi quis de alterius monaſterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem monaſterij conſtituerit: Epiſcopus, qui hoc fecerit, a cæterorum communione ſeiunctus, ſuæ tantûm plebis cõmunione contentus ſit: & ille neq; clericus, neq; ꝓpoſitus perſeueret.

48 Item conſtitutum eſt, vt ſi quis Epiſcopus hæredes extraneos à cõſanguinitate ſua, vel hęreticos etiàm conſanguineos aut paganos, Eccleſiæ prætulerit, ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur, atque eius nomen

inter

inter Dei Sacerdotes nullo modo recitetur. Nec excuſari poſſit, ſi inteſtatus defecerit, qui vtiquè debuit, factus Epiſcopus, rei ſuæ ordinatiooem congruam ſuæ profeſſioni, nequaquàm differre.

49 Item placuit, vt de manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis, ab Imperatore petatur.

De conſ. diſt. 1. Placuit vt al. Et in Carthag. 5. ca. 14.

50 Item placuit, vt altaria, quæ paſsim per agros, & per vias, tanquàm memoriæ martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur. Si autem hoc per tumultus populares noo finitur; plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui rectè ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione deuincti teneantur. Et omninò nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, niſi vbi corpus aut aliquæ reliquiæ ſunt, aut origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nã quæ per ſomnia & per inaoes quaſi reuelationes quorumlibet hominum vbicunquè conſtituuntur altaria, omni modo reprobeotur.

Et in cõc. Cartha. 5. cap. 15.

51 Itẽ placuit, ab Imperatoribus glorioſiſſimis peti, vt reliquiæ idolatriæ, non ſolùm in ſimulacris, ſed in quibuſcunq; locis vel lucis vel arboribus omni modo deleantur.

52 Vt ſi quæ literæ dictandæ in Concilio placuerint, venerandus Epiſcopus, qui huic ſedi præſidet, omnium nomine dictare & ſubſcribere dignetur, in quibus etiàm ad Epiſcopos legatos, qui per prouincias Aphricanas in cauſa Donatiſtarum mittendi ſunt, placuit literas dari, tenorem mandati continentes, quem non egrediantur. Et ſubſcripſerũt: Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthagioenſis, huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cęteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

¶In hoc Concilio præterita decreta firmaotur.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Archadio & Honorio Auguſtis, viris clariſſimis conſulibus, ſexto kalendas Septembris, in ciuitate Mileuitana, in ſecretario Baſilicę, cùm Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis in Concilio vniuerſali conſediſſet, adſtãtibus Diaconib⁹, Aurelius Epiſcopus dixit: Qm̃ Eccleſiæ ſanctæ vnum eſt corpus, omniumque membrorum caput eſt vnum, factum eſt, volente Deo, & noſtram infirmitatem iuuante, vt ad hanc Eccleſiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vndè quæſo charitatem veſtram, (quia ità credendum eſt, quia noſter acceſſus ad vos nec ſuperfluus, nec inſuauis eſt cunctis) vt conſenſus omnium veſtrûm manifeſtetur concordare complacitis decretorum, quæ iamdudùm vel Hippouenſi Synodo firmata ſunt, vel poſtmodùm meliore Concilio apud Carthaginem definita, nũc quoquè nobis ex ordine recitentur. Tunc demùm fraternitatis veſtræ concordia luce clarior apparebit, ſi hæc, quæ à nobis ſuperioribus concilijs legaliter definità noſcuntur, nõ ſolùm cõſenſu veſtro his actis, verùm & ſubſcriptionibus manifeſtis. Xanthippus Epiſcopus primæ ſedis Numidiæ * ſua manu confirmauit, ſubſcribendo etiàm nobis placere poſſe, & noſtra ſubſcriptione firmamus. Nicetius Epiſcopus primæ ſedis Mauritaniæ Sitifenſis, dixit: Quæ recitata ſunt decreta, quoniam ratione nõ carent, & ſunt approbata cunctis, etiàm & meæ paruitati hæc placent: quæ quidem propria ſubſcriptione firmabo.

* Dixit: Credo, qđ oĩ fraternitati placuit, & ſtatuta ſua manu cõfirmauerunt.

In cõ. Mileuitano, cap. 13.

53 Valentinus Epiſcopus dixit: Si permittit bonũ patientiæ veſtræ, proſequor ea, quæ præterito tempore in eccleſia Carthaginenſi geſta ſunt, & ſubſcriptionibus fratrum firmata claruerunt, & iam nos * hæc ſeruaturos eſſe profiteor. Sed illud ſcimus, inuiolatè ſemper manſiſſe eccleſiaſticam diſciplinam, ità vt nullus fratrum prioribus ſuis ſe aliquandò auderet anteponere, ſed officijs charitatis id ſemper exhibitum eſt prioribus, quod ab inſequentibus gratanter ſemper acciperetur. Hunc ordinem iubeat ſanctitas veſtra meliùs veſtris interlocutionibus roborari. Aurelius Epiſcopus dixit: Non decuerat quidem, vt hæc repeteremus, niſi fortè exiſterent inconſideratæ mentes quorundam, quæ ad hæc ſtatuenda noſtros acuerent ſenſus. Sed & communis hæc cauſa eſt, quã inſinuauit frater & conſacerdos noſter, vt vnuſquiſquè noſtrûm ordinem ſibi decretum à Deo cognoſcat, * & vt poſteriores anterioribus deferant, nec eis inconſultis, aliquid agere præſumant. Quare dico (prout captus animi mei retinet) eos, qui putauerint, ſpretis maioribus, aliquid præſumendum, competenter ab omni eſſe Concilio coercendos. Xaothippus Epiſcopus primæ Sedis Numidiæ, dixit: Audiuit omnium fratrum præſentia proſecutionẽ fratris & conſacerdotis noſtri Aurelij. quid ad hæc reſponderunt? Datianus Epiſcopus dixit: Quæ Maiorum decreuit ſententia, noſtro aſſenſu mancipabuntur, vt quæ præteritorum coociliorum geſtis tenentur Carthagineuſis Eccleſiæ, ooſtra aſſenſione plenè apud omnes firma teneantur. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Hic ordo & à patribus, & à Maioribus ſeruatus eſt, & à oobis, Deo propicio, ſeruabitur, ſaluo etiàm iure primatûs Numidiæ & Mauritaniæ.

* ex hoc

*ne poſteriores anterioribus ſe præferant,

¶De archibo & Matricula Numidiæ.

DEINDE placuit omnibus Epiſcopis, q̃ in hoc Cõcilio ſubſcripſerunt, vt matricula & Archibus Numidię, & apud primam ſedẽ ſit, & io Metropoli, id eſt, Conſtantina.

Archib⁹ p archiuus.

54 De Quoduultdeo etiàm Centurienſi (quoniam aduerſarius ipſius cùm ſe petiiſſet introduci ad concilium noſtrum, interrogatus, vtrùm cum eo vellet apud Epiſcopos ex-

periri, primò promiſerat,& alia die reſpondit, hoc ſibi uon placere, atque diſceſſit) placuit omnibus Epiſcopis, vt nullus eidē Quoduultdeo communicet, donèc cauſa eius, qualem poruerit, terminum ſumat. Nam adimi ei Epiſcopatum, antequàm cauſæ eius exitus appareret, nulli Chriſtiano videri iure potuiſſet.

55 De Maximiano autem Bagaienſi, & ad eum, & ad ipſam plebem placuit de concilio literas dari, vt & ipſe ab Epiſcopatu diſcedat, & illi ſibi alium requirant.

Et in Mileuitanto, ca.14. 56 Deindè placuit, vt quicunque deincèps ab Epiſcopis ordinantur per prouincias Aphricanas, literas accipiant ab ordinatoribus ſuis, manu eorum conſcriptas, continentes conſulem & diem, vt nulla altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriatur.

Diſt. 72. Placuit ut quicunq;. & in Mileuit. ca.15. 57 Item placuit, vt quicunque in eccleſia vel ſemèl ſuſcepto officio legerit, ab alia eccleſia ad clericatum non teneatur. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

¶ In hoc concilio, quid egerint Epiſcopi, qui ad tranſmarina legati directi ſunt, intimatur.

GLORIOSISSIMO Imperatore Theodoſio Auguſto & Rumorido viris clariſſimis conſulibus, 8. Kalend. Septembris, Carthagine, in baſilica regionis ſecūdæ cùm Aurelius Epiſcopus in vniuerſali concilio cōſediſſet, adſtantibus diaconibus, Aureliùs Epiſcopus dixit: Exigente ratione, fraternitas veſtra à mea tenuitate ad hoc concilium cōgregata eſt. Iam dudùm enim (ſicut veſtra ſanctitas recordatur) habito concilio, deſtinauimus fratres noſtros ad tranſmarina legatos, quos oportuit in cœtu ſanctitatis veſtræ perfunctę legationis curſum narrare. Et licèt heſterno die de hac re conſiderantibus nobis, præter geſta eccleſiaſtica diligentius, quæ geſſerint, tractaremus, hodiè tamen oportet tractatum heſterni diei actis eccleſiaſticis confirmari.

¶ De Epiſcopis proninciarum Aphricæ, qui non adfuerunt præſenti concilio.

ORDO itaque rerum depoſcit, vt primitùs de fratribus noſtris & conſacerdotibus, qui ad hoc concilium vel de Byzaceo, vel certè de Mauritania conuenerunt, quæramus, quemadmodùm huic concilio decreuerint intereſſe, & offerentibus Philologo,

* Teſta, * Geſta, Venuſtiano & Feliciano, Epiſcopis prouinciæ Byzacenæ, legationis literas, & recitatis. offerentibus etiàm Luciano & Siluano legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, legationis literas, & recitatis, Aurelius Epiſcopus dixit: Horum ſcriptorum textus ſociabitur geſtis.

De Epiſcopis Byzacenis.

NVMIDIVS Epiſcopus dixit: Animaduertimus, fratres & coepiſcopos noſtros Byzacenæ prouinciæ & Mauritaniæ Sitifenſis, ad concilium deſtinâſſe legatos: nunc quæramus, vtrùm legati Numidiæ aduenerint, vel certè prouinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæſareenſis.

De Epiſcopis Mauritaniæ Sitifenſis.

LVCIANVS & Siluanus Epiſcopis, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, dixerunt: Serò ad Cæſareenſis fratres noſtros tractatoria venit. nam iam & illi venirent, tamen neceſsè eſt veniant. Et confidimus de animis illorum, quia ſi quid in hoc concilio geſtum fuerit, & ipſi ſinè dubio ſuos conſenſus adhibebunt.

De Epiſcopis Numidiæ.

ALYPIVS Epiſcopus Eccleſiæ Tagaſtēſis, dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego & ſancti fratres Auguſtinus & Poſſidius, ſed de Numidia legati mitti non potuerunt, quòd adhuc tumultu tyronum, Epiſcopi proprijs neceſſitatibus in ciuitatibus ſuis aut impediti, aut occupàti ſunt. Nam etiàm tractatorium ſanctitatis tuæ cùm ad ſanctum ſenem Sanctiſpiritûs deferrem, in præſenti tractatu hoc viſum fuerat, vt concilium indiceretur, quòd inſtructa legatio poſſet ad hoc concilium deſtinari. Sed cum eum poſterioribus literis admonerem de impedimento tyronum, vt ſuperiùs dixi, reſcriptis proprijs excuſauit. De Tripolitanis verò fratribus noſtris hoc potui condiſcere, quòd Dulcitium fratrem noſtrum deſtinauerunt legatum: ſed quia non potuit occurrere, hoc aſſeuerauerunt quidam filij noſtri, venientes de ſupradicta prouincia, quod memoratus naui ſe commiſerat. Et credendum eſt, accidiſſe nonnullam de tempeſtatibus moram, quæ retardaret eius aduentum. Tamen etiàm circa ipſos (ſi charitati veſtræ placet) hæc forma ſeruabitur, vt placita ad eoſdem concilij tranſmittantur. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Hæc quæ ſtatuit ſanctitas tua, omnibus placent.

58 Aurelius Epiſcopus dixit: Quod in tractatum venit charitatis veſtræ, puto hoc eccleſiaſticis geſtis eſſe firmandum. Profeſſio veſtrûm omnium hoc deprompſit, debere vnumquenque noſtrûm in ciuitate ſua per ſe conuenire Donatiſtarum præpoſitos, aut adiungere ſibi vicinum collegam, vt pariter eos in ſingulis quibuſque ciuitatibus vel locis, per magiſtratus vel ſeniores locorum cōueniant.

ueniant. Hoc, ſi omnibus placet, edicatur. Ab vninerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet, & omnes hac ſubſcriptione noſtra firmabimus. Petimus etiàm, vt epiſtolis ad iudices de concilio mittendis, pro omnibus ſubſcribat ſanctitas tua. Aurelius Epiſcopus dixit: Si videtur charitati veſtræ, forma conuentionis eorum recitetur, vt hunc tenorem proſecutionis omnes (ſi placuerit) teneamus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Recitetur. Lætus notarius recitauit.

59 Ille Epiſcop⁹ Eccleſiæ illius dixit: Quid de authoritate illius ampliſſimæ ſedis impetrauerimus, petimus grauitatem veſtram recitare, & geſtis innecti, atq; vt in effectum deduci iubeatis. Recitata autem iuſſione, atque actis innexa,* dicat. Ille Epiſcopus eccleſiæ illius dixit: Quid ergò nobis de concilio eccleſiæ catholicę mandatum ſit, ad Donatiſtas per veſtram grauitatem perferendum, audire, & actis inſerere, & ad eos perferre dignemini, eorumque reſponſionem rurſùs apud acta veſtra nobis inſinuare. Conuenimus vos, ex concilij noſtri catholica authoritate miſſi, de veſtra correctione gaudere cupientes, conſiderantes Domini charitatem, qui dixit: (Beati

Matt. 5. a

pacifici, quia ipſi filij Dei vocabuntur:) & admonuit per prophetam, etiàm his, qui dicunt

Eſa. 66. iuxta 70.

ſe fratres noſtros non eſſe, dicere nos debere, Fratres noſtri eſtis. Hanc ergò pacificam ex charitate venientem communionem noſtram contemnere non debetis, vt ſi quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis adſerere, id eſt, vt congregato veſtro concilio, deligatis ex vobis, quibus cauſam aſſertionis veſtræ committatis, vt & nos poſſimus hoc facere, vt etiàm de noſtro concilio deligantur, qui cum eis quos delegeritis, conſtituto loco & tempore, quicquid quęſtionis eſt, quod veſtram à nobis ſeparat communionem, cum pace diſcutiant: & tandèm aliquandò, adiuuante Domino Deo noſtro, finē veternoſus error accipiat, nè propter animoſitatem hominum, infirmi noſtri & ignari populi ſacrilega diſſenſione diſpereant. Si enim hoc fraternę acceperitis, veritas facilè dilucescet. Si autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facilè innoteſcet. Cumque recitata eſſet, ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Satìs placet. Hoc fiat. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto cōſenſi, & ꝑlecto ſubſcripſi. Similiter & cęteri Epiſcopi ſubſcripſerūt.

HAEC SYNODVS ADVERSVS Donatiſtas legationem ad principes dirigit.

GLORIOSISSIMO Imperatore Honorio Augusto ſextùm Cōſule, 16. Kalend. Iulias, Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ. In hoc concilio legationem ſuſceperunt Theaſius & Euodius cōtra Donatiſtas, in quo concilio inſertum eſt commonitorium, quod ità in ſe continet:

60 Commonitorium. Fratribus Theaſ. Euodio legatis ex Carthaginenſi concilio gloriosiſſimos religioſiſſimosque principes miſſis, cùm Domini auxilio pijſſimos Imperatores adiêrint, eis inſinuent, quemadmodū plena fiducia, ſecundùm ſuperioris anni concilium, Donatiſtarum præpoſiti actis municipalibus ſunt conuenti, vt ſi confiderent de aſſertionibus ſuis, electis ex ſuo numero aliquibus idoneis, nobiſcum pacificè conferrent: & manſuetudine Chriſtiana, ſi quid veritatis tenerent, non ambigerent demonſtrare, quô ità ſynceritas catholica, quæ iam pridèm ſuperioribus temporibus claruit, nūc quoquè per imperitiam vel pertinaciam reſiſtentibus innoteſceret: ſed quia diſſidentia premebantur, nihil penè auſi ſunt reſpondere. Vndè quia impletum eſt erga nos Epiſcopale ac pacificum officium, & illi, qui veritati reſpondere nequiuerunt, ad immanes violentias ſunt cōuerſi, ità vt multos Epiſcopus, multoſque clericos (vt de laicis taceamus) inſidijs oppreſſerint, eccleſias etiàm aliquas inuaſerint, aliquas inuadere pertentauerint: ipſorum iam clementiæ eſt, conſulere, vt eccleſia catholica, quæ eos religioſo vtero genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorum etiàm proſpectione muniatur, nè temerarij homines religioſis temporibus (infirmos populos terrendo) præualeant, quoniam ſecundò deprauare non poſſunt. Nota eſt enim, & ſępè legibus conclamata Circuncelliorum, qua furiunt, deteſtabilis manus, quæ etiàm ipſorum religioſiſſimorū ſuprà principum freqnentibus ſanctionibus condemnata eſt, aduersùs quorum furorem poſſemus non inſolita, nec à ſcripturis ſanctis aliena impetrare * ſubſidia, quandò apoſtolus Paulus (ſicut in Apoſtolorum Actibus fidelibus notum eſt) factioſorum conſpirationem militari etiàm ſubmouit auxilio. Sed nos illud poſcimus, vt catholicis eccleſijs ordinum per ciuitates ſingulas, & vicinorum quorunque poſſeſſorum per diuerſa loca, ſinè vlla diſſimulatione tuitio prębeatur. Simul etiàm petendum, vt illam legem, quæ à religioſæ memoriæ eorum patre Theodoſio, de auri libris decem, in ordinatores vel ordinatos hæreticos, ſeu etiàm in poſſeſſores (vbi eorum congregatio deprehenditur) promulgata eſt, ità deincèps confirmari præcipiant, vt in eos valeat, contra quos propter eorū inſidias catholici prouocati, conteſtationem depoſuerunt, vt hoc ſaltem terrore à ſchiſmatica vel hęretica prauitate deſiſtant, qui conſideratione ęterni ſupplicij, emendari corrigiq; diſſimulant. Petendum etiàm, vt lex, quæ hæreticis vel ex donationibus, vel ex teſtamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatē, ab eorum quoquè pietate hactenus repetatur, vt eis relinquendi vel ſumendi ius adimat, qui pertinaciæ furore cęcati, in Donatiſtarū errore perſeuerare voluerint. Cęterùm illis, qui cōſideratione vnitatis & pacis ſe corrigere voluerint,

*pręſidia, Act. 23. g totum.

Lex Theodoſij ſenioris in hęreticos.

Lex alia.

Lex tertia

luerint,

luerint, abſque interdicto huius legis, capiendæ hæreditatis aditus pateat, ſi adhuc in errore hæretico conſtitutis, aliquid antè donationis vel hæreditatis obuenit: his ſanè exceptis qui lite pulſati, putauerint ad catholicã tranſeundum: quia de talibus credibile eſt, non metu cœleſtis iudicij potiùs, quàm terreni commodi auiditate, vnitatem catholicam præoptâſſe. ad hæc autẽ omnia præſidio opùs eſt poteſtatum ſuarum quarumcunque prouinciarũ. Sanè pro vtilitatibus eccleſiæ, quicquid intellexerint prodeſſe, agendi & impetrandi liberam decernimus legationem. Illud præterea cunctis nobis placuit, vt literæ de cœtu noſtro ad glorioſiſſimos Imperatores & eminentiſſimas poteſtates dirigantur, quibus inſtruantur, noſtro omnium conſenſu ad beatiſſimum comitatum legatos à nobis eſſe directos. Sed quia iiſdem literis ab omnibus ſubſcribi tardiſſimum eſt, ſi ſingulorum ſubſcriptionibus eędem epiſtolæ onerentur, petimus frater Aureli, vt iiſdem tua charitas noſtro omnium nomine ſubſcribere dignetur. Et ſubſcripſerunt: Aurelius Epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi & ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt. Literę etiàm ad iudices mittendę ſunt, vt donèc Dominus legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines ciuitatum & poſſeſſores prædiorum, eccleſiæ catholicę impertiant. Adiungendum etiàm de Equitio, vt improbitas eius, qua ſibi ius ſacerdotale improbiſſimè vendicat, ab Hipponenſi Diarretorum diœceſſi ſecundùm ſtatuta Imperatorũ repellatur. Literę etiàm ad Epiſcopum Romanæ eccleſiæ cum commendatione legatorum mittendæ ſunt, vel ad alios, vbì fuerit Imperator. Et ſubſcripſerunt. Item Aurelius Epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto cõſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

In hac ſynodo quæ ſtatuta ſunt, breuis declarat adnexus.

STILICONE iterùm & Arthemio viris clariſſ. Conſ. 10. Kalen. Septemb. Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ.

Huius concilij geſta ideò non ex integro deſcripſi, quoniam magis ea, quæ in tempore neceſſaria fuerunt, quàm aliqua generalia conſtituta ſunt, ſed ad inſtructionem ſtudioſorum, eiuſdem concilij breuem digeſſi.

61 Vt libera legatio ab omnibus prouincijs ad concilium dirigatur, ad Myzonium legati & literæ, propter liberam dirigendam legationem, deſtinari præcepti ſunt: vt quia apud Carthaginem tantùm vnitas facta eſt, dentur etiàm literæ ad iudices, vt & in alijs prouincijs & ciuitatibus operam impendi iubeant vnitati, vt gratiarũ actiones de Carthaginenſi Eccleſia pro vniuerſa Aphrica, de excluſione Donatiſtarum, cum Epiſcoporum literis ad comitatum mittantur. Recitatę ſunt literę Papæ Innocentij, vt Epiſcopi ad tranſmarina pergere facilè non debeant, quòd hoc ipſum Epiſcoporum ſententijs confirmatur, vt propter gratiarũ actionem & excluſionem Donatiſtarum, duo clerici eccleſiæ Carthaginenſis ad comitatum mittantur.

IN HOC CONCILIO Quædam de conſtitutis ſuperioribus corriguntur, vt concilium vniuerſale non, niſi neceſſitate, faciendum. Cap. 26.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio ſeptimò & Theodoſio 2. iterùm Auguſtis Conſulib. Idibus Iunij, Carthagine in Baſilica regionis ſecundæ, cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum Epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus diaconibus ait: Quoniam conſtitutum fuerat in concilio Hipponenſi, vt ſingulis annis contraheretur conciliũ Aphricæ plenarium, non tantùm hic apud Carthaginem; verùm etiàm per diuerſas prouincias ſuo ordine, & hoc reſeruatum eſt, vt indiceremus aliquandò in Numidia, aliquandò in Byzaceo. At quia hoc laborioſum omnibus fratribus viſum eſt, placuit, vt non ſit vltrà fatigandis fratribus anniuerſaria neceſſitas: ſed quotiès exegerit cauſa communis; id eſt, totius Aphricæ, vndecunquè ad hanc ſedem de hac re datæ literæ fuerint, congregandam eſſe ſynodum in ea prouincia, vbì opportunitas perſuaſerit. Cauſæ autem, quæ communes nõ ſunt, in his prouincijs iudicentur. *Idem habetur in Mil. cõc. concil. ipe Innocentij, cap. 9.*

63 Si autem fuerit prouocatum, eligat, qui prouocauerit, iudices: & cum eo & ille, contra quem prouocauerit, vt ab ipſis deincèps nulli liceat prouocare. *2. q. 6. Si autẽ prouocatum.*

Cùm vniuerſæ legationes diuerſarum prouinciarum adlegarentur, grauiſſimè acceptæ ſunt, id eſt, Numidarum, Byzacenorum, Maurorum Sitifenſium, itemque Cæſarcenſium, ſed & Tripolitanorum.

64 Placuit etiàm, vt petant ex nomine prouinciarum omnium, legati perrecturi Vincẽtius & Fortunatianus à glorioſiſſimis Imperatoribus, vt dent facultatem defenſores conſtituendi ſcholaſticos, qui in actu ſunt, vel in munere defenſionis cauſarum, vt more ſacerdotum prouinciæ, iidem ipſi qui defenſionẽ eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem pro negocijs eccleſiarum, quotiès neceſſitas flagitauerit, vel ad obſiſtendum obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi iudicum ſecretaria.

Placuit, vt legationem liberam habeant ad comitatum miſſi delecti legati.

PROTESTATIO MAVRORVM pontificum de Primoſo.

PROTESTATOS eſſe præterea Mauros Cæſareenſes cõſtat, Primoſum per principales

Tigaue ſeu Tigaua, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarēſis

cipales ciuitatis Tigauenſis conuentum literis eorum fuiſſe, vt ſecundùm peincipalia ſcita plenario Concilio ſui præſentiam faceret: & (vt oportuit) requiſitus Primoſus, repertus non eſt, ſicuti diaconi renũciauerunt. Sed quia popoſcerunt ijdem Mauri, dę plenario Concilio oportere literas deſtinari ad venerabilem fratrem ſenem Innocentium, has placuit mitti, vt agnoſcat, requiſitum Primoſum in concilio, & minimè fuiſſe repertum.

65 Placuit & illud, vt plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Epiſcopos, niſi ex concilio plenario vniuſcuiuſquè prouinciç & Primatis, atquè conſenſu eius, ad cuius diœceſim eadem Eccleſia pertinebat, decretum fuerit, minimè accipiant.

66 Sanè vt illę plebes, quæ conuerſę ſunt à Donatiſtis, & habuerunt Epiſcopos, ſinè dubio, inconſulto concilio, habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt Epiſcopũ, & eo defuncto, voluerint non Epiſcopum, proprium habere, ſed ad alicuius Epiſcopi diœceſim pertinere, non eis eſſe denegandum. Necnon & illud ſuggeſtum eſt, quòd plebes ante legem Imperatorum de vnitate latam, quicunque conuerterentur Epiſcopi ad catholicam, ipſi eas obtinere debeant. Verùm a lege vnitatis, & deincèps oporteat vniuerſas Eccleſias vendicare ſibi Epiſcopos catholicos eorum locorum, ad quæ loca ſub hæreticis pertinebant, vel conuerſorum ad catholicam, vel non conuerſorum hæreticorum, & diœceſes, & ſi qua fortè ſunt inſtrumenta Eccleſiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui verò aliqua vſurpauerunt poſt legem, vſurpata conuenti reſtituant.

67 Ad ſuggeſtionem vel poſtulationem Epiſcopi Maurentij, cùm lecta fuiſſet ſceda, quam obtulit Epiſcopus Placentius, qui perſonam legati Numidarum geſtabat, ſentẽtia eiuſdem Placentij recitata eſt in conſpectu Epiſcoporum. Et cùm quærerentur hi quos adeſſe voluit, a diaconis pro foribus, id eſt, ſeniores à noua Germanicia, ac minimè inuenirẽtur, ſecũdò vel tertiò requiſiti, propterea cenſuit ſanctum Concilium, vt literę ad eundem ſenem Xanthippum prærogentur, quô nouerit, voluntati plebis memoratæ nullo modo, ad iniuriam Epiſcopi ſuccumbẽdum. Maurentius Epiſcopus dixit: Quoniam requiſiti ſunt ſeniores à noua Germanicia ſecũdò ac tertiò, & non ſunt inuenti, quibus pręceptum erat à primate, vt huc occurrerent ad venerabile concilium, quod nunc agitur Idibus Iunijs, ſuiq́; abſentiam procurarunt: idcircò decernat ex hac re aliquid ſanctitas veſtra, ne ſub moleſtia calumniæ ipſorum, innocens videar laborare. Concilium ſanctũ ſtatuit, debuiſſe quidem, ſecundùm cenſuram ſacerdotalem, ex hoc concilio aduersùs contumaces ferri ſententiam: ſed quia manſuetudo eccleſiaſtica ſeruanda eſt in omnibus cauſis, * præmiſerunt ad ſenem Xanthippũ, vt nouerit, iudices de Concilio electos, ſinè dilatione conſiderare debere in ciuitate * Thuburſicenſi, vt negocio congruum adhibeatur examen. Maurentius Epiſcopus dixit: Iudices peto ſanctum ſenem Xanthippum, ſanctum Auguſtinum; Florentium, Theaſium, Sanſucium, Secundum, & Poſſidium. Hos decerni mihi iubeatis. Sanctum Concilium conceſſit iudices poſtulatos. Reliquos autem iudices, ad complendum numerum neceſſarios, eligentibus ipſis ſenioribus a noua Germanicia, ſenex Xantippus curauit decernere.

* promiſerunt, ſenẽ

* Tuburbineñ. vel Tubuſupteñ.

68 Placuit etiàm, vt de diſſenſione Romanæ atque Alexandrinę Eccleſię, ad ſanctum Papam Innocentium ſcribatur, quo vtraque Eccleſia inter ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat. Ioã.14. d

69 Placuit, vt ſecundùm Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa a marito, alteri coniũgatur: ſed ità maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.

32. qõ. 7. Placuit vt ſecũdùm. Et in cõc. Mile c.17. Matth.5.e 1.Cor.7,b

70 Placuit etiàm hoc, vt preces, quæ probatę fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur: nec aliæ omninò contra fidem proferantur, ſed quæcunq; cũ prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.

Et in cõc. Mile.c.12.

71 Placuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petiẽrit, honore proprio priuetur. Si autem Epiſcopale iudicium ab Imperatore poſtulârit, nihil ei obſit.

3.q.1. Placuit vt qc. ab. Et i cõ. Mile.c.19.

72 Quicunque autem non communicant in Aphrica, ſi in tranſmarinis ad communicandum obrepſerint, iacturam clericatus excipiant.

73 Placuit, vt quicunque ad comitatum ire voluerit, in formata, quæ ad vrbis Romę Eccleſiam mittitur, intimetur, vt indè etiàm ad comitatum formatam accipiat. Quòd ſi accipiens Romanam tantummodò formatam, & tacens neceſſitatem, quæ ad comitatum illius peragenda eſt, voluerit etiàm ad comitatum pergere, à communione remoueatur. Quòd ſi ibi Romæ ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Epiſcopum vrbis Romæ ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta eiuſdem Romani Epiſcopi perferat. Formatæ autem, quę a primatibus vel à quibuſcunque Epiſcopis, clericis proprijs dantur, habeant diem paſchę. Quòd ſi adhuc eiuſdem anni paſchę dies incertus eſt, ille pręcedens adiungatur, quomodò ſolet, Poſt conſulatum, in publicis geſtis adſcribi.

Placuit & illud, vt aduersùs Donatiſtas & Paganos, vel eorum ſuperſtitiones, legati miſſi de hoc glorioſo Concilio, quicquid

vtile

vtile peruiderint, a glorioſiſſimis Principibus impetrent.

Placuit etiàm petitu omnium Epiſcoporum, vt epiſtolis omnibus de concilio dandis, ſanctitas tua ſola ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

CONCILIVM CONTRA paganos & hæreticos.

BASSO Philippo viris clariſſ. Conſ. 16. Kalen. Iulias, Carthagine, in ſecretario Baſilicæ Reſtitutæ. In hoc concilio legationem iterùm ſuſcepit Formnatianus Epiſcopus contra paganos & hæreticos.

ITEM CONCILIVM CONTRA paganos & hæreticos.

BASSO & Philippo viris clariſſ. Conſ. tertio Idus Octob. Carthagine. In hoc concilio ſuſceperunt legationem Reſtitutus & Florentius Epiſcopi contra paganos & hæreticos, eo tempore, quo Seuerus & Macarius occiſi ſunt, Et propter eorũ cauſam, Euodius & Theaſius & Victor Epiſcopi cæſi ſunt.

CONCILIVM DE COGNITIONE Epiſcopi. Cap. 74.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio VIII. & Theodoſio III. Augg. conſ. 18. Kalen. Iulias, Carthagine, in Baſilica ſecunda. In hoc concilio placuit, vt non ſibi vnus Epiſcopus vẽdicet cognitionẽ.

CONCILIVM CONTRA Donatiſtas. Cap. 75.

POST conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorij octauum, & Theodoſij tertium, Augg. 18. Kalen. Iulias, Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt cõtra Donatiſtas Florentinus, Poſidius, Præſidius, & Benenatus Epiſcopi, eo tempore, quo lex data eſt, vt libera voluntate quis cultum Chriſtianitatis exciperet.

CONCILIVM CONTRA Hæreſim Pelagij & Cœleſtij, Quòd Adam non ſit factus à Deo mortalis. Cap. 76.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio XII. & Theodoſio VIII. Augg. Cõſ. Kalen. Maij, Carthagine, In ſecretario Baſilicę Fauſti, cùm Aurelius Epũs in vniuerſali cõcilio conſediſſet, adſtantibus diaconibus, placuit omnibus Epiſcopis (quorum nomina & ſubſcriptiones inditę ſunt) in ſancta ſynodo Carthaginenſis eccleſię cõſtitutis, vt quicũque dixerit, Adam primum hominem mortalẽ factum, ità vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, nõ peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit. De conſ. diſ. 4. Placuit omnibus Epiſcopis, vt qui. & in cõc. Mileuitano, c. 1.

77 Item placuit, vt quicũque paruulos recentes ab vteris matrum, baptizãdos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorũ eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vndè fit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum nõ verè, ſed falsè intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ità in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodum eccleſia catholica vbiquè diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiàm paruuli, qui nihil peccatorum in ſeipſis adhuc committere potuerunt, ideò in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Rom. 5. b.

Quidã peruetuſtus codex hoc loco huiuſmodi caput inſertum habebat; Itẽ placuit, vt ſi quis dicit ideò dixiſſe Dominum, In domo patris mei mãſiones multæ ſunt, vt intelligatur, quia in regno cœlorum erit aliquis medius, aut vllus alicubì locus, vbi beatè viuãt paruuli, qui ſinè baptiſmo ex hac vita migrarunt, ſinè quo in regno cælorum, quod eſt vita æterna, intrare non poſſunt, anathema ſit. Ioan. 14. *Nã cùm Dominus dicat, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum: quis catholicus dubitet participem forè diaboli eum, qui cohæres eſſe non meruit Chriſti? Qui enim dextra caret, ſiniſtram proculdubiò partem incurret.* Ioan. 3.

78 Item placuit, vt quicunq; dixerit gratiam Dei (qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum) ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiàm ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit. De conſ. diſ. 4. Placuit vt quicunque. & in cõc. Mileuit. cap. 3.

79 Item quiſquis dixerit, eandem gratiã Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ, propter hoc tãtùm nos adiuuare ad nõ peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiàm facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat: valde impium eſt vt credamus, ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti, ad eam quæ ædificat, non habere, cùm ſit vtrunque donum Dei, & ſcire, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt ædificante charitate, ſcientia nos non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt, Qui docet hominem De conſ. di. 4. Quiſquis dixerit gratiã. & in cõc. Mileuitano, ca. 4. 1. Cor. 8. b. Pſalm. 93.

1.Ioã.4. nẽ ſciẽtiã: ità etiã ſcriptũ eſt, Charitas ex Deo.
80 Item placuit, vt quicunquè dixerit, ideò
De cõſ.di. nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod fa-
4.Placuit, vt qc dix. cere per liberum iubemur arbitrium, faciliùs
ideò. Et in poſſimus implere per gratiam, tamquàm
Mileu.cõ- etiamſi gratia non daretur, non quidem faci-
cil.c.5. lè, ſed tamen poſſimus etiàm ſine illa imple-
re diuina mandata, anathema ſit. De fructi-
bus enim mandatorum Dominus loquebat',
vbì nõ ait: Sinè me difficiliùs poteſtis facere:
Ioan.15.a ſed ait, Sinè me nihil poteſtis facere.
Et in cõc. 81 Item placuit, quod ait ſanctus Ioannes
Mileu.c.6 Apoſtolus, Si dixerimus, quia peccatum non
1.Ioã.1.e habemus, noſipſos decipimus, & veritas in
nobis non eſt: quiſquis ſic accipiendum puta
uerit, vt dicat, propter humilitatem oportere
dici, nos habere peccatum, non quia verè ità
eſt, anathema ſit. Sequitur enim Apoſtolus,
1.Ioã.1.e & adiungit: Si autem confeſſi fuerimus pec-
cata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui remittat
nobis peccata, & mundet nos ab omni iniqui
tate. Vbì ſatis apparet, hoc non tantùm humi
liter, ſed etiàm veraciter dici. Poterat enim
Apoſtolus dicere: Si dixerimus, quia non ha-
bemus peccatum, noſipſos extollimus, & hu-
militas in nobis nõ eſt: ſed cùm ait, Noſipſos
decipimus, & veritas in nobis non eſt: ſatìs
oſtendit, eum qui dixerit ſe non habere pec-
catum, non verum loqui, ſed falſum.
Et in cõc. 81 Item placuit, vt quicunque dixerit, in
Mile. c. 7. oratione Dominica ideò dicere ſanctos, Di-
Matt. 6. b mitte nobis debita noſtra, vt non pro ſeipſis
hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta
petitio: ſed pro alijs, qui ſunt in ſuo populo
peccatores: & ideò non dicere vnumquem-
què ſanctorum, Dimitte mihi debita mea;
ſed, dimitte nobis debita noſtra: vt hoc pro
alijs potiùs, quàm pro ſe iuſtus petere intelli-
gatur, anathema ſit. Sanctus enim & iuſtus
erat Apoſtolus Iacobus cùm dicebat: In mul-
Iaco.3.a tis enim offendimus omnes. Nam quarè ad-
ditum eſt, omnes, niſì vt iſta ſententia conue-
Pſal. 142. niret & pſalmo: vbì legitur: Non intres in iu
3.Reg.8.c dicium cum ſeruo tuo, quoniam non iuſtifi-
2.Par.6.g cabitur in conſpectu tuo omnis viuens? Et in
Eccle. 7. c oratione ſapientiſſimi Salomonis: Non eſt
homo qui non peccet: Et in libro ſancti Iob:
Iob.37.b In manu omnis hominis ſignat, vt ſciat om-
nis homo infirmitatem ſuam. Vndè etiàm
Daniel ſanctus & iuſtus, cùm in oratione plu
Dan.9.a raliter diceret, Peccauimus, iniquitatem feci-
mus, & cætera, quæ ibì veraciter & humiliter
confitetur, nè putaretur (quemadmodùm qui
dam ſentiunt) hoc non de ſuis, ſed de populi
Dan.9.e ſui potiûs dixiſſe peccatis, poſteà dixit: Cùm
orarem, & confiterer peccata mea, & peccata
populi mei Domino Deo meo: noluit dicere
peccata noſtra, ſed & populi ſui dixit, & ſua:
quoniam futuros iſtos, qui tam malè intelli-
gerent, tamquàm propheta præuidit.
Math.6 b 83 Item placuit, vt quicunque ipſa verba
Et in cõc. Dominicę orationis vbì dicimus, Dimitte no
Mileu.c.8 bis debita noſtra: ità volunt à ſanctis dici, vt
humiliter, non veraciter, hoc dicatur, ana-
thema ſit. Quis enim ferat orantem, & non
hominibus, ſed ipſi Domino mentientem,
qui labijs dicit ſibi dimitti velle, & corde di-
cit, q̃ ſibi dimittantur, ſe debita non habere?
84 Item placuit, quoniam quidem ante ali- In cõc.Mi
quot annos in Eccleſia plenario Concilio cõ- leui. c.24.
ſtitutum eſt, vt quæcunquè Eccleſiæ in diœ-
ceſi conſtitutæ, ante leges de Donatiſtis latas,
catholicæ factæ ſunt, ad eas chathedras per-
tineant, per quarum Epiſcopos factum eſt, vt
catholicæ vnitati communicarent: poſt leges
autem, quæcunquè communicauerint, illuc
pertineant, quò pertinebant, cùm eſſent in
parte Donati. Sed quia multæ controuerſiæ
poſteà inter Epiſcopos de diœceſibus ortæ
ſunt, & oriuntur, quibus nunc minùs videtur
eſſe proſpectum: nunc iſto Concilio ſancto
placuit, vt vbicunquè catholica fuit, & pars
Donati, & diuerſas cathedras pertinebant:
quocunquè tempore illic vnitas facta eſt, vel
facta fuerit, ſiue ante leges, ſiue poſt leges, ad
eam cathedram pertineant, ad quam catholi-
ca, quæ iam ibì fuerat, pertinebat.
85 Ità ſanè, vt ſi Epiſcopus ex Donatiſtis ad
catholicam vnitatem conuerſus eſt, æqualiter
inter ſe diuidant eas, quæ ſic fuerint inuētæ,
vbì ambæ partes fuerunt, id eſt, vt alia loca ad
illum, alia ad illum pertineant, ità vt ille diui
dat, qui amplius temporis in Epiſcopatu ha-
bet, & minor eligat. Quòd ſi fortè vnus fuerit
locus, ad eum pertineat, cui vicinior inueni-
tur. Quòd ſi ambabus cathedris æqualiter
vicinus eſt, ad eum pertineat, quem plebs ele
gerit. Quòd ſi fortè antiqui catholici ſuum
Epiſcopum voluerint, & illi ſuum, qui ex
Donati parte conuerſi ſunt, plurimorum vo
luntas paucioribus præferatur. Si autem par-
tes æquales ſunt, maioris temporis Epiſcopo
deputetur. Si autem ità plurima loca inue-
niuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, v
non poſſint æqualiter diuidi, velut ſi impari
numero fuerint, diſtributis eis locis, qui pa-
rem habent numerum, quicunque locus re-
manſerit, hoc in eo ſeruetur, quod ſuperiùs
dictum eſt, cùm de vno tractaretur loco.
86 Item placuit, vt etiàm, ſi quiſquam poſt
leges aliquem locum ad catholicam vnitatem
conuerterit, ſi eum per triennium, nemine
repetente, retinuit, vlteriùs ab eo non repeta-
tur. Si tamen per ipſum triennium fuit Epi-
ſcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præiudi
cium patietur. Si autem non fuit: non præiu
dicetur matrici, ſed liceat (cùm locus accepe-
rit Epiſcopum, quem non habebat) ex ipſo
pie intra triennium repetere. Itemque ſi fue-
rit Epiſcopus ad catholicam ex Donati parte
conuerſus, non ei præiudicet præfinitum tẽ-
pus: ſed ex quo die conuerſus eſt, habeat per
triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad
ipſam pertinebant cathedram.
87 Item placuit, vt quicunquè Epiſcopi
plebes, quas ad ſuam cathedrã æſtimant per-
tinere,

* repetierint. 16.q.6 Placuit, vt q. cunq;. & i cõc. Mileuit. ca.21.

tinere, non ità * repetunt, vt cauſas ſuas, Epiſcopis iudicaotibus, agant, ſed alio retinente irruerint, ſiue volentibus, ſiue nolentibus plebibus, cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicunque iam hoc fecerint, ſi nondum eſt inter Epiſcopos finita contentio, ſed adhuc indè cootenduut, ille indè diſcedat, quem conſtiterit, prætermiſſis iudicijs eccleſiaſticis, irruiſſe. Nec ſibi quiſque blandiatur, ſi à primate, vt retineat, literas impetrârit: ſed ſiue habeat literas, ſiue oon habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacificè tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos iudices cauſas finiatur: ſiue quos eis primates dederint, ſiue quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint.

16.q.3. Placuit vt q. & in cõci. Mile.c.24

88 Item placuit, vt quicunque negligunt loca, ad ſuam cathedram pertinentia, in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis Epiſcopis, vt id agere non morentur. Quòd ſi intra ſex menſes à die cõuentionis, non hoc effecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant. Ità ſanè, vt ſi ille ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit, magis illiud electam negligentiam ab hæreticis, vt impunè ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præuentam, vt eo modo eius cura ſolicitior * vetaretur, cùm hoc iudices Epiſcopi cognouerint, ſuę cathedrę loca reſtituāt. Sanè, ſi Epiſcopi, inter quos cauſa verſatur, diuerſarum ſunt prouinciarum, ille Primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicioos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres: Quòd ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequantur, aut doorum.

* vitaret,

2. q8.6. A iudi. & in cõc Mileuit.c.24. * ꝓuocās

89 A iudicibus autem, quos communis conſenſus elegerit, non liceat prouocare. Et quiſquis * prouocatus, repertus fuerit per cõtumaciam nolle obtemperare iudicibus: cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet Epiſcoporum, donèc obtemperet.

Et in Mileui.c.25.

90 Si in matricibus cathedris epiſcopis negligens fuerit aduersùs hæreticos, conueniatur à vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſſit. Quòd ſi ex die, quo conuenitur, intra ſex menſes, ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit; ooo ei communicetur, donèc impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur Epiſcopo.

Et in Mileui. c.25.

91 Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicâſſe, quos, eo ſciente, non communicâſſe conſtiterit, etiàm Epiſcopatum amittat.

De hoc Can. vide notata ad Can. 21. Cõc. Mileuit.

92 Item placuit, vt preſbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de iudicijs Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant: & inter eos quicquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Aphricana concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem qui putauerit appellandū, à nullo intra Aphricam in communionē ſuſcipiatur.

2.q.6. Placuit vt pſ. & diac. Et 11.q.3. preſ. Et in Mileu.cõ.22.

In decre. Iuo. lib.3. Et in cõc. Mil. c.26. Cartha.3. c.4.

93 Item placuit, vt quicunque Epiſcoporū neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cùm vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi etiàm aliqoo mortis periculoſo ſcrupulo compuncta fuerit, nè non velata moriatur, aot exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, ſeu velauit intra viginti & quinque annos ætatis, nō ei obſit concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

Et in cõc. Mile.c.27

94 Item placuit, nè diuiùs vniuerſi Epiſcopi, qui ad concilium congregati ſunt, tenerentur ab voiuerſo concilio, iudices ternos de ſingulis prouincijs eligi. Et electi ſunt de prouincia Carthaginenſi, Vincentius, Fortunatianus & Clarus: de prouincia Numidiæ, Alypius, Auguſtinus & Reſtitutus: de prouincia Byzacena, cum ſancto ſene Donatiano primate Creſconius, Iocundus & Æmilianus: de Mauritania Sitifenſi, Seuerianus, Aſiaticus & Donatus: de prouincia Tripolitana Plautius, qui ex more legatus vnus eſt miſſus, qui omnes cum ſancto ſene Aurelio vniuerſa cognoſcant. A quo petijt vniuerſum coocilium, vt cunctis ſiue geſtis, quæ confecta iam ſunt, ſeu epiſtolis, ipſe ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt: Aurelius Epiſcopus eccleſiæ Carthaginē, huic decreto cooſenſi, & prælecto ſubſcripſi. Similiter & cæteri ſubſcripſerunt.

Item huic concilio interfuit eccleſiæ Romanæ legatio.

POST conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorij XII. & Theodoſij VIII. Augg. 3. Kalend. Iunias, Carthagine, in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cùm Aurelios Epiſcopus vnà cùm Fauſtino eccleſiæ Potentinę, prouincię Italię Piceni, legato Romanę eccleſię, Vincentio Culucitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano Vliſibiritano, Adeodato * Simituenſi, Pentadio Carpitano, Rofiniano * Muſutenſi, Pretextato Sicilibrenſi, & Quoduultdeo * Verenſi, Candido * Abbiritano, Galloniano Vticenſi, legatis prooincię Proconſularis: Alypio Tagaſtenſi, Auguſtino Hipponæ, Regieñ, & Poſſidio Calamenſi, legatis prouincię Numidię: Maximiano Aquę Regieñ, Iocundo Suſetulenſi, & Hilarino Orreocellorum, legatis prouincię Byzacenę: Nouato Sitifenſi, & Leone Moctenſi, legatis prouincię Mauritanię Sitifenſis: Niuello * Ruſcurienſi, Laurentio Icoſitano, & Numeriano * Ruſgooienſi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Cęſareenſis, ab vniuerſali cõcilio iudicibus delectis, adſtantibus diaconibus,

* Simiteñ. * Muſteñ, * Vireñ, * Abdiritano, * Ruſuccurenſi, vel Ruſuccoreñ. * Rugoniē.

aibus, conſediſſet? & quibuſdam peractis, multi Epiſcopi cæterorum peragendorum moras ſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias eccleſias feſtinarent, placuit vniuerſo concilio, vt ab omnibus eligerentur de ſingulis quibuſque prouincijs, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt, vt hi adeſſent, quorum ſubſcriptioues eos adfuiſſe teſtantur.

4.q6.1.ca. Diffinimus. & in Cartha. 7. c.1.

95 Placuitque omnibus, quoniam ſuperioribus conciliorum decretis de perſonis, quæ admittendæ ſunt ad accuſationem clericorum, iam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admittantur, non expreſſum eſt: idcircò definimus, eum ritè ad accuſationem non admitti, qui poſteaquàm excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, accuſare voluerit.

4.q.1.c.diffinimus eũ rite & in c.7.c.14.q. 6. Omnibus. & in Car.7.c.a

96 Item placuit, vt omnes ſerui vel proprij liberti, ad accuſationem nõ admittantur: vel omnes, quos ad accuſanda publica crimina, leges publicæ non admittunt. Omnes etiàm infamię maculis adſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæretici etiàm, ſiue Pagani, ſeu Iudæi: ſed tamen omnibus quibus accuſatio denegatur, in cauſis proprijs accuſandi licentia non neganda.

3.4. 10. c. Plac. & in car.7. c.3.

97 Item placuit, vt quotieſcunquè clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex his, de quo priùs egerint, probare nou valuerint, ad cætera iam non admittantur.

4.q.2.Teſtes aũt ad teſtimon. & in Car. 7.ca.4.

98 Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiàm quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autem, infra annos 14. ætatis ſuæ, non admittantur.

6.q.2.Pla. vt ſi quandò Epiſcopus. & io Cartha. 7. cap.5.

99 Item placuit, vt ſi quandò Epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atquè ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad iniuriam ſuam Epiſcopus pertinere, quòd illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, quandiù excommunicato non communicauerit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab alijs non communicetur Epiſcopis: vt magis caueat Epiſcopus, nè dicat in quenquam, quod alijs documentis conuincere non poteſt.

100 Aurelius Epiſcopus dixit: Iuxta ſtatuta totius concilij congregati, & meæ mediocritatis ſententiam, placet facere rerum omnium concluſionem. Vniuerſi tituli deſignati & digeſti, huius diei tractatum & eccleſiæ geſta ſuſcipiant: quæ verò adhuc expreſſa non ſunt, diei ſequenti per fratres noſtros, Fauſtinum Epiſcopum, Philippum & Aſellum preſbyteros, venerabili fratri & coepiſcopo noſtro Bonifacio reſcribemus.

Et ſubſcripſerunt.

Aurelius Epiſcopus his geſtis ſtatutorum, apud nos habitis, ſubſcripſi.

Fauſtinus Epiſcopus eccleſiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, legatus eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi. Alypius Epiſcopus Tagaſtenſis, legatus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi. Auguſtinus Epiſcopus Hipponæ Regieñ, legatus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi. Poſſidius Epiſcopus Calamenſis, legatus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi. Vincentius Culucitanus, his geſtis ſubſcripſi. Fortunatianus Neapolitanus, his geſtis ſubſcripſi. Pentadius Carpitanus, his geſtis ſubſcripſi. Rufianus *Muzuteñ, his geſtis ſubſcripſi. Quoduultdeus *Verenſis, his geſtis ſubſcripſi. Candidus Germaniciæ, his geſtis ſubſcripſi. Callonius Vticenſis, his geſtis ſubſcripſi. Maximianus Aquæ Regieñ, legatus prouinciæ Byzacenę, his geſtis ſubſcripſi. Iocundus Suſetulenſis, legatus prouincię Byzacenę, his geſtis ſubſcripſi. Hilarius Orreocellenſis, legatus prouincię Byzacenę, his geſtis ſubſcripſi. Nouatus Sitiſenſis, legatus prouincię Mauritanię Sitiſenſis, his geſtis ſubſcripſi. * Niuellus Ruſuccureñ, legatus prouincię Mauritanię Cęſareeñ, his geſtis ſubſcripſi. Numerianus * Ruſgonieñ, legatus prouincię Mauritaniæ Cęſareeñ, his geſtis ſubſcripſi. Leo *Moctenſis, legatus prouincię Mauritanię Cæſareeñ, his geſtis ſubſcripſi. Alius Leo, legatus prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, his geſtis ſubſcripſi. Et cæteri Epiſcopi ducenti decem & ſeptem ſubſcripſerunt. Philippus presbyter legatus eccleſiæ Romanæ, his geſtis, à nobis recollectis, ſubſcripſi. Aſellus presbyter, legatus eccleſię Romanę, his geſtis ſubſcripſi.

* Muſteñ,
* Vireñ,
*Nicellus Ruſcurieñ, vel Roſocoreñ,
* Rũgonieñ,
*Oſpineñ
* Opineñ,

EPISTOLA AB OMNI Concilio Aphricano ad Bonifacium vrbis Romę Epiſcopum, per Fauſtinum Epiſcopum, Philippum & Aſellum presbyteros, legatos eccleſiæ Romanę, directa.

Cap. 101.

DOMINO beatiſſimo & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primę ſedis prouincię Numidię, & cęteri, qui præſentes adfuimus, numero 217. ex omni cõcilio Aphricę. Quoniam Domino placuit, vt de his, qui nobiſcum egerunt ſancti fratres noſtri, coepiſcopus Fauſtinus, & compresbyteri Philippus & Aſellus, non beatę memorię Epiſcopo Zoſimo, à quo ad nos mandata & literas attulerunt: ſed tuę venerationi, qui in eius locum es diuinitùs conſtitutus, humilitas noſtra reſcriberet: ea breuiter inſinuare debemus, quę vtrorunquè concordia terminata ſunt, non ea quę prolixis geſtorum vo-

luminibus continentur: in quibus (ſalua quidem charitate, non tamen ſinè paruo altercationis labore) demorati ſumus, ea geſtis delibantes, quæ nunc ad cauſam pertinent, quanquàm & ille, ſi adhuc eſſet in corpore, hoc acciperet gratiùs, quod videret pacatiùs terminatum, domine frater. Apiarius presbyter (de cuius & ordinatione & excommunicatione fuerat exortum, non ſolùm Siccenſi, verùm etiàm toti Aphricanæ eccleſiæ non leue ſcandalum) de omnibus * erratis ſuis veniam petens, cõmunioni eſt reſtitutus. Prior autem coepiſcopus noſter Siccenſis Vrbanus, quod in eo corrigendum viſum eſt, ſinè vlla dubitatione correxit. Quia verò paci & quieti eccleſiæ non tantùm ad præſens, ſed etiam in poſterum proſpiciendum fuit, quoniam talia multa præceſſerant, vt vel ſimilia, vel etiàm grauiora deinceps præcaueri oporteret: placuit nobis, vt de Siccenſi eccleſia, retento ſcilicet honore gradûs ſui, presbyter remoueretur Apiarius: & accepto epiſtolio, vbicunquè alibi vellet & poſſet, presbyterij munere fungeretur: quod eidem ipſi, per literas proprias poſtulanti, ſinè difficultate cõceſſimus. Sanè, priuſquàm hæc cauſa iſto termino clauderetur, inter alia, quæ diuturnis diſceptationibus verſabamus, quia rogatio ipſa poſcebat, vt apud acta eccleſiaſtica à fratribus noſtris Fauſtino coepiſcopo, & Philippo atque Aſello compresbyteris, quæreremus, vt promerent, quicquid eis nobiſcum fuiſſet iniunctum agendum, nonnulla quidem ſinè vllo ſcripto proſequuti ſunt verbis: ſed cùm id potiùs flagitaremus, quod in literis ferrent, com monitorium protulerunt. Quod recitatum nobis, etiàm geſtis quæ ſecũ ad vos deferunt, eſt allegatum. In eis quatuor quidem nobiſcum agenda, mandata ſunt; Vnum, de appellationibus Epiſcoporum ad Romanæ eccleſiæ ſacerdotem: Alterum, nè ad comitatum Epiſcopi importunè nauigent: Tertium, de tractandis presbyterorum & diaconorũ cauſis apud finitimos Epiſcopos, ſi à ſuis excommunicati perperàm fuerint: Quartum, de Vrbano Epiſcopo excommunicando, vel etiàm Romam euocando, niſi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id eſt, vt Romam liceat Epiſcopis prouocare, & vt clericorũ cauſæ apud ſuarum prouinciarum Epiſcopos finiantur, iam priore anno, etiàm literis noſtris ad eundem venerabilis memoriæ Zoſimum Epiſcopum datis, inſinuari curauimus, vt ea ſeruare ſinè vlla eius iniuria pauliſpèr ſineremus, vſquè ad inquiſitionem ſtatutorum concilij Niceni. Et nunc de tua poſcimus ſanctitate, vt quemadmodùm ea apud Niceam à patribus acta vel conſtituta ſunt, ſic ea à nobis facias cuſtodiri, & ibi apud vos iſta, quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri, i. Si Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo deiecerint eum, & appellaſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & voluerit audiri, & iuſtum putauerit, vt renouetur examen: ſcribere his Epiſcopis digenetur, qui in finitima & propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterùm audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanũ, vt è latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi quid velit & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes authoritatem eius, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit, ſufficere Epiſcopos, vt negocio terminum imponant, faciet, quod ſapientiſſimo ſuo concilio iudicauerit. Item de presbyteris & diaconibus: Si Epiſcopus quis iracundus (quod eſſe non debet) citò aut aſpere commoueatur aduerſùs presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit: prouidendũ eſt, nè innocens damnetur, aut perdat cõmunionem, habeat poteſtatẽ eiectus, vt finitimos interpellet Epiſcopos, & cauſa eius audiatur, & diligentiùs tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti: & ille Epiſcopus, qui aut iuſtè, aut iniuſtè eum reiecit, patienter accipiat, vt negocium diſcutiatur, vt aut probetur eius aut emendetur ſententia. Hæc vtiquè vſquè ad aduentũ veriſſimorum exemplariorum Niceni concilij, inſerta geſtis ſunt: quæ ſi ſibi (quemadmodùm ipſo, quod apud nos fratres ex apoſtolica ſede directi, commonitorio allegauerunt) continerentur, eoque ordine vel apud vos in Italia cuſtodirentur, nullo modo nos talia (qualia commemorare iam nolumus) vel tolerare cogeremur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adiuuante miſericordia Domini Dei noſtri, quòd tua ſanctitate Romanæ eccleſiæ præſidente, non ſumus iam iſtum typhum paſſuri: & ſeruabuntur erga nos ea, quæ nobis etiàm non diſſerentibus, cuſtodiri debeant, cum fraterna charitate, quæ ſecundùm ſapientiam atquè iuſtitiam, quam tibi donauit altiſſimus, etiàm ipſe * proſpicis eſſe ſeruanda, ſi fortè aliter ſe habent canones concilij Niceni. Quamuis enim plurimos codices legeremus, ſed nunquàm in Niceno concilio in Latinis codicibus legimus, quemadmodùm in ſupradicto commonitorio, indè directa ſunt: tamen quia hîc in nullo codice Græco ea potuimus inuenire, ex Orientalibus eccleſijs, vbi perhibentur eadem decreta poſſe etiàm authentica reperiri, magis nobis deſideramus afferri. Pro qua re tuam quoque venerationem obſecramus, vt ſcribere etiàm ipſe digneris ad illarum partium ſacerdotes, hoc eſt, eccleſiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Conſtantinopolitanæ, & alijs, ſi etiàm tuę placuerit ſanctitati, vt indè ad nos ijdem canones, apud Niceam ciuitatem à patribus conſtituti, veniant, te

Marginal notes:

Narratio de legatis Ro. Põtif.

Et 2. q. 6. Si quis Epiſcopus accuſatus.

Ex Conc. Sardicẽſi, cap 17. Et 11. q. 3. Si fortè Epiſcop* iracundus. Et in dec. Iuo. lib. 5.

Typh*, ꝑ faſtu & elatione.

*perſpicis.

te potiſſimùm hoc beneficium cunctis Occidentalibus Eccleſijs in Domini adiutorio cōferenti. Quis enim dubitet, exemplaria eſſe veriſſima concilij in Græcia Nicęnæ Synodi congregatæ, quæ de tam diuerſis locis, & de nobilibus Græcis eccleſijs adlata & compara ta concordant? Quòd donec fiat, hæc, quæ tu cōmonitorio ſupradicto nobis allegata ſunt, de appellationibus Epiſcoporum ad Romanę Eccleſiæ Sacerdotem, & de clericorum cauſis apud ſuarum prouinciarum Epiſcopos terminandis, nos vſque ad probationem ſeruatu ros eſſe profitemur: & beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam, in Dei voluntate confidimus. Cætera verò, quæ in noſtra Synodo geſta vel firmata ſunt, quoniam ſupradicti fratres noſtri Fauſtinus coepiſcopus, Philippus & Aſellus compresbyteri ſecum ferunt, ſi dignatus fueris, tuæ nota facient ſanctitati. Et alia manu: Dominus noſter te nobis annis plurimis cuſtodiat, beatiſſime frater. Subſcripſerunt quoquè Alypius, Auguſtinus, Poſſidius, Marinus, & cæteri Epiſcopi 217.

RESCRIPTA AD CONCILIVM Aphricanum Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, vbi & authentica concilij Niceni, tranſlata de Græco, per Innocentium presbyterum tranſmiſit. Quæ, & etiàm aliæ epiſtolæ, cum eodem cōcilio Nicęno per memoratum presbyterum Innocentium, & Marcellum ſubdiaconum Eccleſiæ Carthagineñ. ſancto Bonifacio Epiſcopo Eccleſiæ Romanæ, ſub die 6. Kaleñ. Decembris ſunt directa.

Cap. 102.

DOMINIS honorabilibus, ſanctis fratribus coepiſcopis, Aurelio, Valentino, ſed & omni ſanctæ congregationi, in Carthagineñ. Synodo congregatæ Cyrillus, ſalutans in Deo charitatem veſtram. Scripta venerationis veſtræ, multam habentia querimoniam, cum omni lætitia per filium veſtrū Innocētiū presbyterū ſuſcepi: quibus à nobis ſperatis, vt de ſcrinio noſtræ Eccleſiæ veriſſima exemplaria, ex authentica Synodo apud Nicænam ciuitatem Metropolim Bithyniæ, a ſanctis Patribus conſtituta atque formata, ſub noſtræ fidei profeſſione veſtræ dilectione porrigamus. Vndè, Domini venerabiles fratres, ſalute præeunte, neceſſe habui, per harum latorem filium noſtrum Innocentium, presbyterum, fideliſſima exemplaria ex authentica Synodo, in Nicæa Bithyniæ habita, veſtræ charitati dirigere, quæ & in Eccleſiaſtica hiſtoria requirentes, inuenietis. De Paſcha verò, vt ſcripſiſtis, nunciamus vobis, 17. kaleñ. Maias, nos futura indictione celebrare.

Eccleſiaſticæ hiſt. li. 10. c. 6.

Et alia manu: DEVS & Dominus noſter ſanctam veſtram congregationem cuſtodiat, quod optamus, chariſſimi fratres.

EPISTOLA ATTICI EPISCOPI Conſtantinopolitani ad eoſdem.

Cap. 103.

DOMINIS ſanctis, meritò beatiſſimis fratribus coepiſcopis, Aurelio, Valentino, vel cæteris chariſſimis, in Synodo apud Carthaginem habita conſtitutis, Atticus Epiſcopus. Per filium noſtrum Marcellum ſubdiaconum veſtrum, ſcripta veſtræ dilectionis cum omni gratiarum actione ſuſcepi, Domino gratias agens, quòd merui tantorum fratrum benedictione perfrui, domini beatiſſimi fratres. Scribitis ſanè, vt veriſſimos canones, apud Nicęam ciuitatem, Metropolim Bithyniæ, à Patribus conſtitutos, ſub fidei adſtipulatione dirigam. Et quis eſt, qui communem fidem, vel ſtatuta a Patribus firmata, ſuis fratribus deneget? Qua de re, per eundem filium meum Marcellum ſubdiaconum veſtrum, nimiùm feſtinantem, ſicut ſtatuta ſunt in Nicæa ciuitate à Patribus, canones in integro (vt iuſſiſtis) direxi, petens, vt pro me plurimùm veſtra ſancta congregatio orare iubeat. Et alia manu: Deus noſter ſanctitatem veſtrā cuſtodiat, quod optamus, ſancti fratres.

EXEMPLARIA CONCILII NIcęni, directa ſub die 6. Kaleñ. Decemb. poſt conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum, Honorij *XII, & Theodoſij *IX, Augg. Bonifacio vrbis Romę Epiſcopo. * 13. * 8.

Cap. 104.

CREDIMVS in vnum Deum, patrem omnipotentem, viſibilium, necnon & inuiſibilium creatorem. Et in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, per quē omnia facta ſunt, cœleſtia & terreſtria. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt. Et reſurrexit tertia die. Aſcendit in cœlum, venturus indè iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos verò, qui dicunt, Erat tempus, quandò non erat, & quia ex nihilo factum, vel ex alia ſubſtantia vel eſſentia eſſe, aut mutabilem, aut conuertibilem filium Dei dicunt, anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

Huic Symbolo fidei, etiàm exemplaria ſtatutorum eiuſdem Concilij Nicæni a memoratis Pontificibus annexa ſunt, de Græco in Latinum à Teilone & Theariſto Conſtantinopolitano tranſlata, ſicuti in Concilio Carthagineñ. ſexto latiùs explicantur. Quapropter nos hic ea denuo conſcribi ſuperfluum iudicamus.

EPISTOLA CONCILII APHRICANI,

Ad Papam Cœleſtinum vrbis Romæ Epiſcopum. Cap. 105.

DOMINO dilectiſſimo, & honorabili fratri Cœleſtino, Aurelius, Palatinus, Antonius, Tutus, Seruus Dei, Terentius, Fortunatus, * Martinus, Ianuarius, Opiatus, Celntins, Donatus, Theaſius, Vincentiur, Fortunatianus, & cæteri, qui in vniuerſali Aphricano concilio Carthaginis affuimus. Optaremus, ſi quemadmodum ſanctitas tua de aduentu Apiarij lætatos vos fuiſſe, miſſis per compresbyterum noſtrum Leonem literis, intimauit: ità nos quoquè de eius purgatione hæc ſcripta cum lætitia mitteremus. Eſſet profectò & noſtra, & veſtra modò alacritas certior: nec feſtinata, nec præpropera videretur, quæ adhuc tam de audiendo, quàm de audito præcellerat. Adueniente ſanè ad nos ſancto fratre & coepiſcopo noſtro Fauſtino, Concilium congregauimur, & credidimus ideò eum illò miſſum, quoniam ſicut per eius operam presbyterio antè redditus fuerat, ità nunc poſſet de tantis criminibus, a Tabracenis obiectis, eo laborante, purgari, cuius tanta ac tam immania flagitia decurſus noſtri Concilij examen inuenit, vt & memorati patrocinium potiùs, quàm iudicium, ac defenſoris magis operam, quàm diſceptatoris iuſtitiam ſuperarent. Nam primùm, quantùm obſtiterit omni congregationi diuerſas iniurias ingerendo, quaſi Eccleſiæ Romanæ aſſerens priuilegia, & volens eum à nobis in communionem ſuſcipi, quem tua ſanctitas (credens appellàſſe, quod probare non potuit) communioni reddiderat, quod minimè tamen licuit, quod etiàm geſtorum ex lectione meliùs cognoſces. Triduano tamen laborioſiſſimo agitato iudicio, cùm diuerſa eidem obiecta afflictiſſimi quæreremus, vel moras coepiſcopi noſtri Fauſtini, vel tergiuerſationes ipſius Apiarij, quibus nefandas
Pſal. 7. turpitudines occulere conabatur, DEVS iudex iuſtus, fortis & longanimis, magno impendio reſecauit. Tetriore quippe ac putidiore obſtinatione compreſſa, qua tantùm liuidum cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo noſtro eius conſcientiam coarctante, & occulta, quæ in illius corde tamquàm in volutabro, criminum iam damnabat, etiàm hominibus publicante, repentè in confeſſionem cunctorum obiectorum flagitiorem doloſos necator eripuit. Et tandèm de omnibus incredibilibus opprobrijs vltroneus ſe ipſe conuicit, atquè ipſam quoquè noſtram ſpem, qua enim & credebamus & optabamus, de tam pudendis maculis poſſe purgari, conuertit in gemitus: niſi quoniam iſtam noſtram mœſtitiam vno tantùm ſolatio mitigauit, quòd & nos labore diuturnioris quæſtionis abſoluit, & ſuis vulneribus qualemcunquè medelam, etſi inuita ac ſua conſcientia reluctante, confeſſione prouidit, domine frater. Præfato itaquè debitæ ſalutationis officio, impendiò deprecamur, vt deincèps ad veſtras aures hinc venientes, non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatos, in communionem vltrà velitis excipere: quia hoc etiàm Niceno concilio definitum, facilè aduertet venerabilis tua. Nam & ſi de inferioribus clericis vel laicis videtur ibì præcaueri, quantò magìs hoc de Epiſcopis voluit obſeruari, ne in ſua prouincia communione ſuſpenſi, à tua ſanctitate vel feſtinato, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui? Presbyterorum quoquè & ſequentium clericorum improba refugia (ſicutì te dignum eſt) repellat ſanctitas tua: quia & nulla patrum definitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Aphricanæ, & decreta Nicena ſiue inferioris gradûs clericos, ſiue ipſos Epiſcopos, ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt. Prudentiſſimè enim, iuſtiſſimeque prouiderunt, quæcunquè negocia in ſuis locis, vbi orta ſunt, finienda: nec vnicuique prouinciæ gratiam Sancti ſpiritûs defuturam, qua æquitas à Chriſti Sacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur: maximè, quia vnicuiquè conceſſum eſt, ſi iudicio offenſus fuerit, Cognitorum, ad Concilia ſuæ prouinciæ, vel etiàm vniuerſale prouocare. Niſi fortè quiſquam eſt, qui credat, vnicuilibet poſſe Deũ noſtrum examinis inſpirare iuſtitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium Sacerdotibus denegare. Aut quomodò ipſum tranſmarinum iudicium ratum erit, ad quod teſtium neceſſariæ perſonæ, vel propter ſexûs, vel propter ſenectutis infirmitatem, multis alijs intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt? Nam vt aliqui, tamquàm à tuæ ſanctitatis latere, mittantur, nullà inuenimus patrum Synodo conſtitutum. Quia illud quod pridèm per eundem coepiſcopum noſtrum Fauſtinum, tamquàm ex parte Niceni Concilij, exinde tranſmiſiſtis: in Concilijs verioribus, quæ accipiuntur Nicena, a ſancto Cyrillo coepiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ, & a venerabili Attico Conſtantinopolitano antiſtite, ex authentico miſſis, quæ etiàm ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum ſubdiaconum, per quos ad nos ab eis directa ſunt, venerabilis memoriæ Bonifacio Epiſcopo p̃deceſſori veſtro, a nobis tranſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiàm clericos veſtros quibuſquè potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumoſum typhum ſeculi in Eccleſiam Chriſti, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis diẽ, DEVM videre cupientibus præfert,

Niceni cõcil. cap. 5.

Niceni cõcil. cap. 6.

Niceni cõcilij ca. 5.

videamur inducere. Nam de fratre noſtro Fauſtino (amoto iam pro ſuis nefandis nequitijs de Chriſti Eccleſia dolendo Appiario) ſecuri ſumus, quòd eum probitate ac moderatione tuæ ſanctitatis ſalua) fraterna charitas vlteriùs in Aphrica minimè ſuſtinere patiatur. Et alia manu: Dominus noſter ſanctitatem veſtram æuo longiore orantem pro nobis, cuſtodiat, domine frater.

F I N I S.

D E C R E T A C OE L E S T I N I P A P Æ I.

Ex libro Pontificali.

Anno Domini 423.

COElestinvs natione Romanus, ex patre Priſco, ſedit annis 8. menſibus 10. diebus 17. Hic multa conſtituta fecit, & conſtituit, vt pſalmi Dauid 150. ante ſacrificium pſallerentur, antiphonatim ex omnibus, quod anteà non fiebat, ſed tantùm epiſtolæ B. Pauli recitabantur, & ſanctum euangelium. Hic fecit conſtitutum de omni Eccleſia, maximè & de religionibus, quod hodiè archiuis Eccleſiæ tenetur reconditum. Hic dedicauit Baſilicam Iulij, in qua obtulit* poſtigem zeticum. Patenam argenteã, penſantem libras 25. Scyphos argẽteos 2. penſantes ſinguli libras 8. Amas argenteas 2. penſantes ſingulę libras 10. Calices minores argenteos 5. penſantes ſinguli libras 3. Aquamanilos argenteos, penſantes libras* 10. Candelabra argentea 2. penſantia ſingula libras 30. Cãthara ceroſtrota ęrea vel ęnea 24. penſantia ſingula libras 30. Item coronas argenteas 10. penſantes ſingulas libras 10. Ad beatum Petrum Apoſtolum, Farum cantharum, penſans libras* 25. ex argento puriſſimo. Canthara argentea ceroſtrota in gremio Baſilicę 24. penſantia ſingula libras 20. Ad B. Paulum Apoſtolum, farum cantharum argenteum, penſans libras 25. Canthara ceroſtrota 24. penſantia ſingula libras 20.

Locus obſcurus, ſic fortè reſtituendus. *poſtē ſethicum.

* 20

* 15

Hic fecit ordinationes tres in vrbe Roma per menſem Decembrem, preſbyteros 32. diacones 12. Epiſcopos per diuerſa loca 46. Qui etiàm ſepultus eſt in cęmeterio Priſcillę via Salaria, 8. Idus Aprilis. Et ceſſauit Epiſcopatus in vrbe Roma dies 20. Hęc ibi.

Qui has vitas ſcripſit, exilia ferè perſequitur omiſſis præſtantiſſimis quibuſque Pontificijs actis, qualia Cœleſtini, quæ ſequuntur, obſeruanda ſunt.

BRITANNIAS per Germanum Antiſiodorenſem, & Lupum Tricaſſinum, Epiſcopos eruditione & ſanctitate præſtantes, de turba Pelagianis ad fidem Catholicam dirigit. Proſp. in Chronico, & Beda lib. 1. Hiſto. Eccleſ. Anglicanæ.

Ad Scotos in Chriſtum credentes mittit Palladium primum Epiſcopum Proſp. in Chron. Aliter tamen Beda in vita S. Patritij. Notat Ioannes Leſlæus, Epiſcopus Roßenſis, in ſua Scotica Hiſtoria, ideo miſſum a Romano Pontifice Palladium Epiſcopum in Scotiam, quod Pelagiana hæreſis in eam irrepere cœperat. Nam alioqui illis non defuiße Epiſcopos, qui iam inde à Victore Primo Pontifice Chriſtiana ſacra ſuſcepißent.

S. Patritium in Hiberniam mittit, illamq́, per eius prædicationem, ad Chriſtum adducit. Beda in vita S. Patritij.

Sub eodem Cæleſtino Burgundiones, natio Germanica, Chriſtiana ſacra à Gallico Epiſcopo accipiunt.

Idem, Synodo Romæ habita, & poſt, Epheſi, tertia Generali celebrata, Neſtorium hæreſiarcham condemnat. Hęc & alia ſic eleganter Proſper, contra collatorem.

Venerabilis memoriæ Pontifex Cæleſtinus, cui, ad Catholicæ Eccleſiæ præſidium, multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt; ſciens, damnatis, non examen iuſtitiæ, ſed ſolum pænitentiæ remedium eße præſtandum; Cæleſtium, quaſi non diſcußo negotio, audientiam poſtulantem, totius Italię finibus iuſſit extrudi. Nec vero ſegniore cura, ab hoc eodem morbo, Britannias liberauit; quando, quoſdam inimicos gratiæ, ſolum ſuæ originis occupantes, etiam ab illo ſecreto excluſit Oceani; & ordinato Scotis Epiſcopo, dum Romanam Inſulam ſtudet ſeruare catholicam, fecit etiam barbaram chriſtianam. Per hunc virum etiam Orientales Eccleſiæ, gemina peſte purgatę ſunt; quando Cyrillo Alexandrinæ Vrbis Antiſtiti, glorioſiſſimo fidei Catholicæ defenſori, ad execandam Neſtorianam impietatem, Apoſtolico auxiliatus eſt gladio; quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus, iterum proſternerentur. Per hunc virum intra Gallias, iſtis ipſis, qui ſanctæ memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt, malęloquentiæ eſt adempta libertas; quando Conſultantium actione ſuſcepta, & librorum, qui errantibus diſplicebant, pietate laudata, quid oporteret eorum auctoritate ſentiri, ſancto manifeſtauit eloquio.

TITVLI CANONVM ſequentis epiſtolæ Cœleſtini Papæ I.

De Proſpero & Hilario, qui quoſdam Galliæ preſbyteros accuſant. 1

De ſancto Auguſtino Epiſcopo mira laudis aſſertio. 2

Præteritorum temporum ſedis Apoſtolicæ Epiſcoporum authoritates de gratia Dei contra Pelagij ſectatores. 3

Quòd Adam oẽs homines læſerit, nec quemquam per liberum arbitrium poſſe cõſurgere, niſi cum gratia Dei erexerit. 4

Quod nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione eius, qui ſolus eſt bonus. 5

Quòd niſi gratia Dei continua iuuemur, inſidias diaboli deuitare non poſſumus. 6

Quòd per Chriſtum libero benè vtamur arbitrio. 7

Quòd omnia ſanctorum merita, dona ſint Dei. 8

Quòd omnis ſancta cogitatio & motus piæ voluntatis, ex Deo ſunt. 9

Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiàm adiuuet, nè committantur, & præſtet, vt lex impleatur, non ſicut Pelagius ait, facilè, quaſi ſinè gratia Dei difficiliùs poſſit impleri. 10

Quòd prę ter ſtatuta ſedis Apoſtolicę, omnes orationes Eccleſię gratiã Chriſti reſonant, qua genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur. 11

Quòd gratiam Dei etiàm baptizandorum teſtatur inſtituta purgatio, cùm exorciſmis & inſufflationibus ſpiritus ab eis expelluntur immundi. 12

Quòd profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſunt, nec penitùs aſſerendæ. 13

EPISTOLA COELESTINI Papæ I. ad Epiſcopos Galliæ.

DILECTISSIMIS fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Archadio, Sillucio, & cæteris Galliarum Epiſcopis Cœleſtinus.

Apoſtolici verba præcepti ſunt, apud Iudæos atquè Gentiles ſinè offenſione nos eſſe debere. Hoc, quiſquis Chriſtianus eſt, tota animi virtute cuſtodiat. Quod cùm ità ſit, non parùm periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiàm fidelibus exhibere. Nam qualiter nos (qui neminem perire volumus) iſta contriſtent, quæ, authoribus Chriſtianis percellunt animos Chriſtianos, Dominicus in euangelio ſermo teſtatur. Ait enim ipſe Saluator, quòd expe- [Matt.18.a / Marc.9.f / Luc.17.f] diat ſcandalizanti vnum de puſillis in maris profundum demergi: ideò, quæ ſit iam eius pœna, quæramus. cui tale ſupplicium legimus expedire.

CAPITVLVM I.

FILII noſtri præſentes Proſper & Hilarius, quorum circa Deum noſtrum ſolicitudo laudanda eſt, tantum neſcio quibus preſbyteris illic licere, qui diſſenſioni eccleſiarũ ſtudeant, ſunt apud nos proſecuti, vt indiſciplinatas quęſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare aduerſantia veritati. Sed veſtræ dilectioni iuſtiùs imputamus, quandò illi ſupra vos habent copiam diſputandi. Legimus, ſuper magiſtrum non [Matt.10.c] eſſe diſcipulum, hoc eſt, non ſibi debere quẽquam ad iniuriam doctorum, vendicare doctrinam. Nam & hos ipſos à Deo noſtro poſitos nouimus ad docendum, cùm ſit, dicente Apoſtolo, eis tertius locus intra Eccleſiam [1.Cor.12.d] deputandus. Quid illic ſpei eſt, vbi magiſtris tacentibus, hi loquuntur, qui (ſi ità eſt) eorum diſcipuli non fuerunt? Timeo, nè conniuere ſit, hoc tacere. Timeo, ne magìs ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas: quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Meritò namquè cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Ergò corripiãtur huiuſmodi. Non ſit his liberum, habere pro voluntate ſermonem. Deſinat, ſi ità res ſunt, inceſſere nouitas vetuſtatem, deſinat eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Conãtur ſæpè naufragio mergere, quos intra portum ſtantes, ſtatio facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omnium ſtatio, quorum perfectis greſſib^9 veſtigia non mouentur. Recurrerunt ad Apoſtolicam prædicti ſedem, hæc ipſa nobis, quæ tentat perturbatio, conquerentes. Habetote, fratres chariſſimi, pro chatholicæ plebis pace tractatum. Sciant ſe, ſi tamẽ cenſeantur preſbyterij dignitate, vobis eſſe ſubiectos. Sciant omnes qui malè docent, quòd ſibi diſcere magìs ac magìs competat, quàm docerè. Nam quid in Eccleſijs vos agitis, ſi illi ſummam teneant prædicandi? Niſi fortè illud obſiſtat, quod non authoritate, non adhuc ratione colligitur, vt aliqui è fratrum numero, nupèr de laicorum cõſortio in collegium noſtrum fortaſsis admiſſi, neſciant quid ſibi debeant vendicare. Super his multa iam dicta ſunt eo tempore, quo ad fratris * Tuendi dedimus ſcri- [* Tuenti] pta reſponſum. Nunc tamen repetentes ſępiùs, admonemus? * vtentur huiuſmodi, qui [* vt vitent] laborant per terras aliud, quàm ille noſter iuſſit agricola, ſeminare. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiàm quieſcentium fratrum memoriam diſſipare.

2 Auguſtinum ſanctæ recordationis virũ, [Poſt annũ 450, in quo obijt S. Auguſt. ſcripta epiſtola.] pro vita ſua atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus, nec vnquàm hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor adſperſit, quem tantæ ſcientiæ olìm fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos, etiàm antè à meis deceſſoribus haberetur. Benè ergò de eo

omnes

omnes in commune ſenſerunt, vtpotè qui vbiquè cunctis & amori fuerit, & honori. Vndè reſiſtatur talibus, quos malè creſcere videmus. Nefas eſt, hæc pati religioſas animas, quarum afflictione (quia membra noſtra ſunt) nos quoque conuenit macerari, quamuis maneat hos beatitudo promiſſa, quicunque probantur perſecutionem propter iuſtitiam ſuſtinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum, ſequens ſermo declarat. Non eſt agentium cauſa * ſolorum, quandò vniuerſalis eccleſia quacunque nouitate pulſatur. Intelligamus hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere. Quod ità demùm probare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio, de tali re in poſterum querela ceſſauerit. Dominus incolumes vos cuſtodiat, fratres clariſſimi.

Matt. 5. a

* ſola, cùm

Non videtur dubitandum, quin ſequentia ſint Proſperi, tam ſunt ſimilia & argumento & ſtilo eius ſcriptis. libro certe contra collatorem capita quædam attingit, non diſſimiliter atque hic leguntur.

3 Quia nonnulli, qui catholico nomine glorianiur, in damnatis hæreticorum ſenſibus, ſeu prauitate, ſiue imperitia demorantes, piiſſimis diſputatoribus obuiare præſumunt. Et cùm Pelagium atque Cœleſtium anathematizare non dubitent, magiſtris tamen noſtris (tanquàm neceſſarium modum exceſſerint) obloquuntur, eaque tantummodò ſequi & probare profitentur, quæ ſacratiſſima beati apoſtoli ſedes contra inimicos gratiæ Dei per miniſterium præſulum ſuorum ſanxit & docuit. Neceſſarium igitur fuit, diligenter inquirere, quid rectores Romanæ eccleſiæ de hæreſi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudicauerint, & contra nocentiſſimos liberi arbitrij defenſores, quid de gratia Dei ſentiendum eſſe cenſuerit, ità vt etiàm Aphricanorum conciliorum quaſdam ſententias iungeremus, quas vtiquè ſuas fecerunt apoſtolici antiſtites cùm * probârunt. Vt ergò pleniùs, qui in aliquo dubitant, inſtruantur, conſtitutiones ſanctorum patrum compendioſo manifeſtemus indiculo. Quòd ſi quis non nimiùm eſt contentioſus, agnoſcat, omnium diſputationum connexionem ex hac ſubditarum authoritatum breuitate pendere, nullamque ſibi contradictionis ſupereſſe rationem, ſi cum catholicis credat & dicat:

* probarē.

4 In præuaricatione Adæ, omnes homines naturalem poſſibilitatem & innocentiam perdidiſſe, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei * miſerentis erexerit, pronunciante beatæ memoriæ Innocentio Papa, atque dicente in epiſtola ad Carthaginenſe concilium: Liberum enim arbitrium olim ille perpeſſus, dum ſuis inconſultius vtitur bonis, cadens, in præuaricationis profunda demerſus eſt: & nihil, quemadmodùm exindè reſurgere poſſet, inuenit: ſuaque in æternum libertate deceptus, huic ruinæ ſubiacuiſſet oppreſſus, niſi eum poſteà Chriſti per ſuam gratiam reuelaſſet adnentus, qui per nouæ regenerationis purificationem præterimm omne vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit.

* miſeràtis

Epiſt. 25.

5 Neminem eſſe per ſemetipſum bonum, niſi participationem ſui illi donet, qui ſolus eſt bonus. Quod in eiſdem ſcriptis eiuſdem pontificis ſententia proteſtatur, dicens: Nunquid nos de eorum poſt hæc rectum mentibus æſtimemur, qui ſibi ſe putant deberi, quòd boni ſunt, nec illum conſiderant, cuius quotidiè gratiam conſequuntur, qui ſinè illo tantùm ſe aſſequi poſſe confidunt?

Epiſt. 25.

6 Neminem etiàm baptiſmatis gratia renouatum, idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad euincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adiutorium Dei, perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit. Quod eiuſdem antiſtitis in eiſdem paginis doctrina confirmat, dicens: Nam quamuis hominem redemiſſet à præteritis ille peccatis, tamen ſciens iterùm poſſe peccare, ad reparationem ſibi (quemadmodùm poſſet illum & poſt iſta corrigere) multa ſeruauit, quotidiana præſtans illi remedia, quibus niſi freti, confiſique nitamur, nullatenùs humanos vincere poterimus errores. Neceſſè eſt enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterùm non adiuuante vincamur.

Epiſt. 25.

7 Quòd nemo niſi per gratiam, libero benè vtatur arbitrio, idem magiſter in epiſtola ad Mileuitanum concilium data, prædicat, dicens: Aduerte tandem, ô prauiſſimarum mentium peruerſa doctrina, quòd primum hominem ità libertas ipſa decepit, vt dum indulgentiùs frenis eius vtitur, in præuaricationem præſumptione conciderit. Nec ex hac potuit erui, niſi ei, prouidentia regenerationis, ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini reformaſſet aduentus.

Epiſt. 26.

8 Quòd omnia ſtudia, & omnia opera ac merita ſanctorum, ad DEI gloriam laudemque referenda ſunt, quia nemo aliundè ei placet, niſi ex eo, quod ipſe donauerit: in quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zoſimi regularis authoritas, cùm ſcribens ad totius orbis Epiſcopus, ait: Nos autē inſtinctu Dei (omnia enim bona ad authorem ſuum referenda ſunt, vndè naſcuntur) ad fratrum & coepiſcoporum noſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus. Hunc autem ſermonem, ſynceriſſimæ veritatis luce radiantem, tanto Aphri Epiſcopi honore venerati ſunt, ità vt ad eundem virum reſcriberent. Illud verò, quod in literis, quas ad vniuerſas prouincias curaſti eſſe mittendas, poſuiſti, dicens, Nos tamen inſtinctu Dei &c. ſic dictum accepimus, vt illos qui contra Dei adiutorium extollunt humano arbitrij libertatem, diſtricto gladio veritatis

Hæc Zoſimi epiſtola hacten* eſt nobis ignota, de eadem ſic loquitur etiam Proſper cōtra Collatorē vt hic legimus.

tis, velut curſìm tranſiens, amputares. Quid em̃ tam libero feciſtis arbitrio, quàm quòd vniuerſa in noſtræ humilitatis conſcientiam retuliſtis? Et tamen inſtinctu Dei factũ eſſe fideliter ſapienterq́ue vidiſtis veraciter fidẽterq́ue dixiſtis. Ideò vtiquè, quia præparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangit corda fidelium. Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis motibus, magìs illius valere non dubitemus auxilium.

Prouer. 21.a

Roma. 8.c

9. Quod ità Deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium cõſilium, omniſq́ue motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illũ aliquid boni poſſumus, ſinè quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cùm ad totius orbis epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur: Quod ergo tempus, ait, interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſis, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, vt quicquam ſibi humana natura præſumat, clamãte Apoſtolo: (Non eſt nobis colluctatio aduersùs carnem & ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aeris huius contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus.) Et ſicut ipſe iterùm dicit: (Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ.) Et iterùm: (Gratia Dei ſum, id, quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plùs illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

Ioan. 15. a

Zoſimus papa in epiſtola nobis ignota.

Ephe. 6. b

Roma. 7. d

1. Cor. 15. b

10 Illud etiàm quod intra Cathaginenſis ſynodi decreta cõſtitutum eſt, quaſi proprium Apoſtolicæ ſedis amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo definitum eſt, vt quicunque dixerit gratiam DEI, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iã commiſſa ſunt, non etiàm ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit. Et iterùm quarto capitulo ait: Vt ſi quis dixerit gratiam Dei per Ieſum Chriſtum, propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouimus, etiàm facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat: valdè impium eſt, vt credamus, ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti: & ad eam quæ ædificat, non habere, cùm ſit vtrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ædificante charitate ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt, Qui docet hominem ſciẽtiam: ità ſcriptum eſt etiàm, Charitas ex Deo eſt. Item quinto capitulo: Vt quiſquis dixerit, ideò nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur faciliùs poſſimus implere per gratiam, tanquàm & ſi gratia nõ daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiàm ſinè illa diuina implere mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, ſinè me difficiliùs poteſtis facere: Sed ait, Sinè me nihil poteſtis facere.

In Mileuitana ſynodo, cap. 3.

Vbi ſuprà in Mileuitana ſynodo.

1. Cor. 8. a

Pſalm. 93.

1. Ioan. 4. b

vbi ſuprà in Mileuitana ſynodo.

Ioan. 15. a

11 Præter eas autem beatiſſimæ & apoſtolicæ ſedis inuiolabiles ſanctiones, quibus nos pijſſimi patres, peſtiferæ nouitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſque in finem perſeuerantiam ad Chriſti gratiam referre docuerunt: obſecrationem quoquè ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab apoſtolis tradita, in toto mundo atque in omni eccleſia catholica vniformiter celebrantur, vt legem credendi, lex ſtatuat ſupplicandi. Cùm enim ſanctarum plebium præſules mandatata ſibimet legatione funguntur, apud diuinã clemẽtiã humani generis agũt cauſam & tota ſecum cõgemiſcente eccleſia, poſtulant & precantur, vt infidelibus donetur fides, vt idololatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus, vt Iudæis, ablato cordis velamine, lux veritatis appareat, vt hæretici, catholicæ fidei perceptione, reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapſis pœnitentię remedium conferatur, vt deniquè catechnmenis, ad regenerationis ſacramenta perductis cæleſtis aula miſericordiæ referetur. Hæc autem non perfunctoriè, neque inaniter à Domino peti, rerum ipſarum monſtrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum, transferat in regnum filij charitatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ. Quod adeò totum diuini operis eſſe ſentitur, vt hęc efficienti Deo gratiarum ſemper actio, laudiſque confeſſio, pro illuminatione talium vel correctione referatur.

Oratio num eccleſia in die Paraſceues, antiquitas, & ſcopus.

Coloſſ. 1. b

Rom. 9. e

12 Illud, quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta eccleſia vniformiter agit, non ocioſo contemplamur intuitu, cùm ſiue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non priùs fontem vitæ adeunt, quàm exorciſmis & exufflationibus clericorum, ſpiritus ab eis immundus abigatur: vt tunc verè appareat quomodò princeps mundi huius mittatur forās, & quomodò priùs alligetur fortis, & deincèps vaſa eius diripiantur in poſſeſſionem tranſlata victoris, qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus. His ergò eccleſiaſticis regulis, & ex diuina ſumptis authoritate documentis, ita adiuuãte Dño *cõfortati ſumus, vt omniũ bonorum affectuum atq; operum, & omniũ ſtudiorum, omniumq́ue virtutum quibus ab ini-

Ioan. 12. e

Matth. 12. c

Marc. 3. d

Ephe. 4. b & Pſalm. 67.

*informati

*conformati

ſnitio fidei ad Deum tendirur, Deum fateamur authorem: & non dubitemus, ab ipſios gratia omnia hominis merita præueoiri, per quem fit, vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. (Phili. 2. b) Quo vtiquè auxilio & munere Dei non auſertur liberum arbitrium, ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidum, de prano rectum, de languido ſanum, de imprudente ſit prouidum. Tanta enim erga omnes homines eſt bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt, æteroa præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus. Nec ocioſa in nobis eſſe patitur, quæ exercenda, non negligenda, donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei. (1. Cor. 3. b) Ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere, ad illum ſolicitè recurramus, qui ſanat omnes languores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram, (Pſal. 102.) & cui quotidiè dicimus, Nè inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo. (Matt. 6. b)

53 Profundiores verò, difficilioreſque partes occurrentium quæſtionum, quas latiùs pertractârunt, qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ità non neceſsè habemus adſtruere; quia ad confitendum gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitùs ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credimus, quicquid ſecundùm prædictas regulas, Apoſtolicæ ſedis nos ſcripta docuerunt: vt protsùs non opinemur catholicum, quod apparuit præfixis ſententijs eſſe contrarium.

AD EPISCOPOS GALLIAE epiſtola eiuſdem ſecunda.

Quòd non debeant ſacerdotes aut clerici, amicti pallijs & præcincti lumbis, in eccleſijs miniſtrare. 1.
Quòd nulli ſit vltima pœnitentia denegan-da. 2
Quòd per grados eccleſiaſticos ad Epiſcopatûs officium debeat quis peruenire. 3
Quòd vnaquæquè prouincia ſuo metropolitano debeat eſſe contenta. 4
Quòd nolentibus clericis vel populis, nemo debeat Epiſcopus ordinari. 5
Quòd ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum. 6

Cœlestinvs vniuerſis epiſcopis per Viennenſem & Narbonenſem prouincias conſtitutis, in Domino ſalutem.

Cuperemus quidem de veſtrarum eccleſiarum ità ordinatione gaudere, vt congratularemur potiùs de profectu, quàm aliquid contra diſciplinam eccleſiaſticam admiſſum doleremus. Ad noſtram enim lætitiam & benefacta perueniunt, & mœtoris aculeis nos, quæ fuerint malè facta, compungunt. Nec ſilere poſſumus, cùm ad hoc, vt ab illicitis reuocemus aliquos, officij ooſtri prouocemur inſtinctu, in ſpeculis à Deo conſtituti; vt vigilantiæ noſtræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda ſunt, reſecemus, & quæ obſeruanda ſunt, ſanciamus. Circa quamuis longinqua ſpiritualis cura non deficit, ſed ſe per omnia, quà nomen Dei prædicatur, extendit: nec notitiam ooſtram ſubterfugiunt, quæ in euerſionem regularum, nouellæ præſumptionis authoritate tentantur.

¶Capitulom primum.

Didicimvs enim, quoſdam Domini ſacerdotes ſuperſtitioſo potiùs cultui inſeruire, quàm mentis vel fidei puritati. Sed non mirum, ſi contra eccleſiaſticum morem faciunt qui in eccleſia non creuerunt, ſed alio venientes itinere, ſecum hæc in eccleſiam, quæ in alia conuerſatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt ſe ſcripturæ fidem, non per ſpiritum, ſed per literam completuros. Nam ſi ad hoc iſta præcepta ſunt, vt taliter ſeruarentur: cur non fiunt pariter, quæ ſequuntur, vt lucernę ardentes in manibus vnà cum baculo teneantur? Habent ſuum iſta myſterium, (Lucæ 12. e) & intelligentibus ità clara ſunt, vt ea magìs, qua decet, ſignificatione ſeruentur. Nam in lumborum pręcinctione caſtitas, in baculo regimen paſtorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur, Opera veſtra luceant, iudicantur. (Matt. 5. b) Habent tamen iſtum forſitan cultum, morem potiùs quàm rationem ſequentes, qui remotioribus habitant locis, & procùl à cęteris degunt. Vndè hic habitus in eccleſijs Gallicanis, vt tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum conſuetudo vertatur? (Nouitas habitus dānatur.) Diſcernendi à plebe vel cęteris ſumus doctrina, non veſte; conuerſatione, non habitu: mentis puritate, non cultu. Nam ſi ſtudere incipiamus nouitati, traditum nobis à patribus ordinem calcabimus, vt locum ſuperuacuis ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergò fidelium mentes ad talia non debemus inducare. Docendi enim potiùs ſunt, quàm illudendi. Nec imponendum eſt eorum oculis, ſed mentibus infundenda pręcepta ſunt. Eram quidem multa, quę pro diſciplina eccleſiaſtica, vel ipſius rei dicere ratione poſſemus, ſed ab his ad alia deuocamur.

2 Agnouimus enim pœnitentiam morientibus denegari, (26. qō. 6. agnouim⁹ morient; Nō denegāda pœnitentia morientib⁹) nec illorum deſiderijs annui, qui obitûs ſui tempore, hoc animę ſuę cupiunt remedio ſubueniri. Horremus, fateor, tantę impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate deſperet: quaſi non poſſit ad ſe quouis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem, pondere, quo ſe expediri deſiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud eſt, quàm morienti mortem addere, eiuſque animam ſua crudeli-

tate,

tate, nè abſoluta eſſe poſſit, occidere? cùm Deus ad ſubueniendum paratiſſimus, inuitans ad pœnitentiam, ſic promittat: (Peccator, inquiens,) quacunque die conuerſus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei.) Et iterùm: (Nolo mortem peccatoris, ſed tantùm conuertatur, & viuat.) Salutem ergò homini adimit, quiſquis mortis tempore ſperatam pœnitentiam denegarit. Et deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubueniendum morienti ſufficere, vel in momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro præmium in cruce ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet. Cùm eſſet in pœna, pœnituit, & per vnius ſermonis profeſſionem habitaculum paradiſi, Deo promittente, promeruit. Vera ergò ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum, mente potiùs eſt exiſtimanda, quàm tempore, Propheta hoc taliter aſſerente: Cùm conuerſus, ingemueris, tunc ſaluus eris. Cùm ergò ſit Dominus cordis inſpector, quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti, cùm ille ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Lucæ 23.f

Ezec. 18. & 33.

Diſtin. 59 ordinatos verò quoſdam.

Non aſſumendi ad Epiſcopatum laici.

3 Ordinatos verò quoſdam, fratres chariſſimi epiſcopos, qui nullis eccleſiaſticis ordinibus ad tantæ dignatis faſtigium fuerint inſtituti, contra patrum decreta, huius vſurpatione, qui ſe hoc recognoſcit feciſſe, didicimus cùm ad epiſcopatum his gradibus, quibus frequentiſſimè cautum eſt, debeat perueniri, vt minoribus initiati officijs, ad maiora firmentur. Debet enim antè eſſe diſcipulus, quiſquis doctor eſſe deſiderat, vt poſſit docere quod didicit. Omnis vitæ inſtitutio, hac ad id, quò tendit, ſe ratione confirmat. Qui minimè literis operam dederit, præceptor eſſe non poteſt literarum. Qui non per ſingula ſtipendia creuerit, ad meritum ſtipendij ordinem non poteſt peruenire. Solum ſacerdotiũ inter iſta, rogo, vilius eſt? Quod faciliùs tribuitur, cùm difficiliùs impleatur. Sed iam non ſatis eſt laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit: ſed etiàm ij, quorum crimina longè latéque per omnes penè ſunt nota prouincias, ordinantur. Daniel enim, nupèr miſſa relatione ex Orientalibus ad nos partibus, ab omni, quod tenuerat virginum monaſterio nefarijs eſt obiectionibus accuſatus. Multa à multis obiecta flagitia: in quam haberet terrarum parte, quæſitus eſt, vt ſi ſuæ innocentiæ confideret, contra ſe iudicium poſtulatum minimè declinaret. Miſſa ad Arelatenſem epiſcopum per Fortunatum ſubdiaconum noſtrum, vt ad iudiciũ epiſcopale deſtinaretur, epiſtola. Tantis grauatus teſtimonijs, tanta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum (vt dicitur) virginum pollutus inceſto, epiſcopus aſſeritur ordinatus. In noſtris libelli ſcrinijs continentur, quorum ad vos quoquè exemplaria direximus: in pontificijs dignitatem, hoc tempore, quo ad causã dicendam, miſſis à nobis literis, vocabatur, obrepſit. Sacro nomini abſit iuria. Facilius eſt, vt hanc dignitatem tali dando, ipſe amiſerit ordinator, quàm eam obtineat ordinatus. Cui conuicto ſociabatur, qui eum ſibi credidit, largiendo pontificium, ſociandum. Qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinarit, oſtendit. His ergò in medium nunc deductis, cùm pleriq; veſtrum, ſint, qui Apoſtolicæ ſedis ſtatuta cognouerint, nobiſcum tempore aliquanto verſati, ad diſciplinæ normam, noſtris conuenta adhortationibus, omnia fraternitas veſtra reuocare feſtinet.

Diſtin. 81. Tãtis Daniel grauatus.

4 Primùm, vt iuxta canonum decreta, vnaquæque prouincia ſuo metropolitano contenta ſit, vt deceſſoris noſtri data ad Narbonenſem epiſcopum continent conſtituta, nec vſurpationis locus alicui ſacerdoti in alterius concedatur iniuriam. Sit conceſſus ſibi contentus vnuſquiſque limitibus: alter in alterius prouincia nihil præſumat, nec emeritis in ſuis eccleſijs clericis peregrini & extranei, & qui antè ignorati ſint, ad excluſionem eorum, qui benè de ſuorum ciuium merentur teſtimonio, præponatur: nè nouum quoddam de quo epiſcopi, fiant, inſtitutum videatur eſſe collegium.

Bonifacii videlicet. capi. 4.

Diſt. 61. Nè emeritis.

5 Nullus inuitis detur epiſcopus. Cleri, plebis & ordinis conſenſus ac deſiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur eccleſia ſi de ciuitatis ipſius clericis, cui eſt epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit reperiri. Primùm enim illi reprobãdi ſunt, vt aliqui de alienis eccleſijs meritò præferantur. Habet vnuſquiſque clericorum ſuæ fructũ militiæ in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipẽdia minimè alter obrepat: nec alij debitam, alter ſibi audeat vendicare mercedẽ. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægrauari: & quos ſibi ingredi ex trãſuerſo agnouerint, non timeant refutare. Qui etſi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus eſt, debent habere iudicium.

Diſtin. 61. Nullus inuitis det. Et diſt. 63 Cleri, plebiſq; & in de. luo. libro. 3.

6 Abſtineatur etiàm ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus, qui ſit viduæ maritus aut fuerit, ordinetur: ſed irreprahenſibilis, & qualem elegit Apoſtolus, fiat. Per Moſen Dominus præcepit: Virginem accipiat ſacerdos vxorem. Subſequitur & ſupplet Apoſtolus, eodem locutus ſpiritu vnius vxoris virum, debere epiſcopum conſecrari. Ad hanc ergò eligantur formulam ſacerdotes: & ſi quæ factæ ſunt ordinationes illicitæ, remoueantur: quoniam ſtare non poſſunt, nec diſcuſſionem noſtram ſubterfugere poterunt, quamuis latere ſe æſtimãt, qui taliter peruenerunt, vt nulla religionis reuerentia obſcuritate ſuſcetur. Non ſit vana gloriatio palliatis. Epiſcopalem morem, qui epiſcopi ſunt, ſequantur. Daniel, vt diximus, qui accuſationem pontificali honore ſubterfugere poſſe ſe credidit, & ad faſtigium tantum, accuſatores ſuos latendo, peruenit, à ſanctitatis veſtræ cætu interim ſe nouerit ſegregatum, qui

1. Ti. 3. a
Leuit. 21. c
1. Ti. 3. a

ſe no-

ſe noſtro indicio debet obijcere, ſi cõſcientiæ ſuæ nouit confideniiam ſe habere. Maſſilienſis verò eccleſiæ ſacerdotem, qui dicitur (quod dictu nefas eſt (in oecem fratris ſui taliter gratulatus, vt huic, qui eius ſanguine crueotatus aduenerat, portionem cum eodem habiturus ocurreret, veſtro, eum audiendum collegio de-

A.D.428. legamus. Data 7. Kalend. Auguſti, Felice, & Tauro vitis clariſſimis. conſ.

EPISTOLA EIVSDEM CAELESTINI papæ tertia, ad epiſcopos Apuliæ & Calabriæ.

Quòd oulli ſacerdotum liceat canones ignorare. 1
Quòd non oporteat, clericis eccleſiarum contemptis, de laicis epiſcopos ordinare. 2
Quòd docendus ſit populus, non ſequendus. 3

Capitulum primum.

Diſtin. 38 Nulli ſacerdotum lic.

CAELESTINVS vniuerſis epiſcopis per Apuliam & Calabriam conſtitutis.

Canones clericis Cognoſcẽdi.

Nulli ſacerdotum ſuos licet canones ignorare, nec quicquam facere, quod patrum poſſit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digna ſeruabitur, ſi decretaliom norma conſtitutorum, pro aliquotum libitu, licentia populis permiſſa fraogatur?

De laicis non fiant epiſcopi.

2 Audiuimus, quaſdam proprijs deſtitutas rectoribus ciuitates, epiſcopos ſibi velle petere de laicis, tantumque faſtigium tam vile credere, vt hoc his, qui non Deo, ſed ſeculo militauerint, æſtiment nos poſſe conferre, non ſolùm malè de ſuis clericis (in quorum contemptum hoc faciunt) iudicãtes, ſed de nobis peſſimè, quos credunt hoc poſſe facere, ſentientes. Quòd nunquàm auderent, ſi oon quorũdam illic bis conſentiens ſententia conniueret. Ità nibil, quæ frequentiùs ſunt decreta, proficiunt, vt hoc, quaſi oonqoàm de hac parte ſcriptum fuerit, ignoraretur. Quid prode-

Diſtin. 61 Quid proderit per.

rit, per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in Dominicis caſtris ętatem, ſi qui his præfuturi ſunt, ex laicis requirantnr? Qui vacantes ſeculo, & omnem eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu prępropero in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus, calcata reuerentia eccleſiaſticæ diſciplinæ, tranſire. Talibus itaq;, fratres chariſſimi, qui ioris noſtri, id eſt, canonum gubernacula cuſtodimus neceſsè eſt obuiemus: hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commonemus, nè quis laicum ad ordinem clericatus admittat & ſinat fieri, vndè & illum decipiat, & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat.

Diſt. 62. Docẽdus eſt populus.

3 Doceodus eſt populus, non ſequendus. Noſquè (ſi neſciunt) eos, quid liceat, quidve non liceat, commonere, non his conſenſum præbete, debemus. Quiſquis verò conatus fuerit tentare probibita, ſentiet cenſuram Apoſtolicæ Sedis minimè defuturam. Quæ enim ſola admonitionis authoritate non corrigimos, neceſsè eſt, per ſeueritatem congruenrem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc (quæ proprijs rectoribus careot) Eccleſias volumus inooteſcat, vt nullus ſibi ſpe aliqua forſitan blanditus illudat. Data 12. Kalendas Auguſti, Florentio & Dionyſio viris clariſſimis cooſulibus. A.D.429.

DECRETA COELESTINI PAPÆ, quæ ſunt io corpore decretorum Gratiani, nec habeotur in ſuperioribus ipſius Epiſtolis vel decretis, oumero 4.

PRIMVM.

In alterius parochia, niſi eo vocante, nulli aliquid agere licet.

9.q.2. Nullꝰ primas, nullꝰ Metropolita.

Nullus primas, nullus Metropolitanus, nullus reliquorum Epiſcoporum alterius adeat ciuitatem, quæ ad eum non pertinet, & alterius Epiſcopi parochiam ſuper eius diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cuius iuris eſſe cogooſcitur, vt quicquam ibi diſponat, vel ordinet, aot iudicet, ſi ſui gradûs bonore potiri voluerit: ſin aliter præſumpſerit, damnabitur: & oon ſolùm ille, ſed & cooperatores & conſentientes ei: quia ſicut ordinatio, ità eis & iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare oon poterit, quomodò Iudicabit? Nullatenùs proculdubiô iudicabit, aut iudicare poterit.

SECVNDVM.

Par pœnitentia ei indicitur, qui * ſpiritualem filiam, & ei qui * pœnitentialem ſuam violare monſtratur.

* carnalẽ
* ſpiritualẽ

3.q.6.1. Si quis Sacerdos cum.

Si quis Sacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe. Idcircò fœmina, ſi laica eſt, omnia derelioquat, & res ſuas pauperibus tradat: & coouerſa, in monaſterio Deo vſque ad mortem ſeruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim anois pœniteat. Poſteà verò ad monaſterium vadat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſeruiat.

TERTIVM.

Epiſcopi, aut presbyteri, cum ſibi confeſſa fornicantis, pœna ſeu pœnitentia quæ.

30.q.1. Nõ debet.

Non debet Epiſcopus aut presbyter commiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua fuerint confeſſæ peccata. Si fortè (quod abſit) hoc

con-

contigerit, ſic pœniteat, quo modo de filia ſpirituali, Epiſcopus 15. annos, presbyter 12: & deponatur tamen, ſi in conſcientia deuenerit.

QVARTVM.

Quæſtiunis de binis vxoribus vni ductis, quarum prior non fuerat ſolenniter deſponſata, expeditio.

35. diſt. 6. Videtur nobis. Videtur nobis, quòd ſecunda quam contra prohibitionem Eccleſiæ duxit, non ſit vxor, etiàm ſi primam non haberet deſponſatam. Nam quod contra interdictum & ordinem Eccleſiæ factum eſt, ratum non haberi, tam humanæ, quàm diuinæ legis proclamat authoritas: quia ea, quam inordinatè ſuperduxit, prohibitione renitente, vxor non eſt. Eam cogendus eſt recipere, quam iurauit, & deſponſauit, & ex qua prolem genuit, vt iuramenti religio non vilipendatur, & fides ad inuicèm promiſſa ſeruetur, proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alij exindè occaſionem peccandi, & alios decipiendi, aſſumere non valeant. Quòd autem parentes, fratres, & cognati vtriuſquè ſexûs in teſtificationem filij & filiæ, ad matrimonium coniungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua conſuetudine, legibus approbata, quàm diuinis & humanis legibus approbatur. In dirimendo autem matrimonio, ideò maximè parentes recipiuntur, * ſiue ſi defuerint parentes, proximiores admittuntur: quia vnuſquiſquè ſuam genealogiam cum teſtibus & chartis, cum exercitatione & recitatione maiorum ſcire laborat. Quia igitur alijs meliùs ſciunt, ideò maximè admittũtur. Similiter etiàm recipiuntur, & in teſtificationem matrimonij coniungendi. Qui enim meliùs recipi debent, quàm illi, qui meliùs ſciunt, & quorum eſt intereſſe, ità vt ſi non interſint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundùm leges nullum fiat matrimonium? Quod verò legitur, Pater non recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris: in criminalibus cauſis & cõtractibus verũ eſt. * & ſi

In matrimonio contrahendo & diſiungendo, ipſius coniugij prætogatiua, quia & fauorabilis res eſt congruè recipiuntur.

INTER-

SACROSANCTI, MAGNI, ET OECVMENICI CONCILII EPHESINI PRIMI, ACTA OMNIA;

THEODORI PELTANI Societatis IESV Theologi opera, nunc primùm latinitate donata, ac in ſex Tomos diſtributa.

Habes, amice Lector, Acta omnia Concilij Epheſini, noua, & eleganti interpretatione, nunc primum à nobis inſerta Tomis Conciliorum, vt imperfectam illam, & mutilam veterem editionem, deſiderare non poſſis.

INTERPRETIS PRÆFATIO AD LECTOREM,

Qua de vniuerſi operis, ſuſceptiq́ue laboris ratione, paucis diſſeritur.

ANNVM abhinc plus minus quintum decimum, amice Lector, volumen quoddam Græcum, ad Albertum Sereniſſimum Bauariæ Principem, Catholicæ pietatis amantiſſimum, neſcio quis apportauit: corroſum illud ſanè quidem, ac vetuſtatis vitio literis penè fugientibus: non tamen ita ſitu corruptum, atque deformatum, quin legi adhuc, & exſcribi poſſet. Hic me fortè id temporis Monachij commorantem, Princeps accerſit: ac, ecquidnam illud libri eſſet, percontatur. Lecta inſcriptione, Epheſini Concilij Acta eſſe reſpondeo. Tum ille: Eſt hoc vnum de illorum numero, opinor, quibus Greg. Pont. Max. tantum tribuiſſe fertur, quantum quatuor Euangeliorum libris. Annuo. rurſum ille: Agè vniuerſi huius operis, vbi primùm potueris, Synopſin mihi conficias: Studeo enim ſummatim cognoſcere, quid hic ab Eccleſia Catholica doceatur. Ego, qui clariſſimi Principis auctoritatem nullo modo negligendam ducerem, eiuſdemq́ue in Societatem boſtram plurimis ſanè meritis ſæpenumero declaratam animi voluntatem mecum pertractarem, nō ſum auſus, meam qualemcunque operam non polliceri: Tametſi verebar, ne ipſi haud ſatisfacerem, niſi totū opus ſurſum deorſum priùs euoluerem: id quod homini etiam otioſo planè magnū negotium creare poſſe videbatur. Nihilominus beneficentiſſimo Principi hoc daturus eram. Sed ecce commodū accidit, vt labori iam accinctus, in ipſo ſtatim aditu, totius Concilij hypotheſin reperirē, quam triduo, ſummū quatriduo, Latinam à me factam, ad Ducē Albertum miſi, arbitratus, & me fidē liberaſſe, & illum iam his contentum fore.

Verum enimuero, ille huius Synopſeos lectione ardentiorē ſitim collegit, maioriq́; cætera cognoſcendi cupiditate affectus, ſequēti luce mihi renuntiari iuſſit: deſiderare ſe etiam atque etiā, totum librum à me latinitate donari. Ego verò onus ingens & laborioſiſſimū, &, vt Poeta canit, periculoſæ plenum aleæ, detrectaui: & bonas aliquot, cur detrectarem, cauſas expoſui. Cæterum cum Aulici Principis nomine vrgendi finem non facerent: noſtriq́; Patres, ne pertinaci illo detrectandi ſtudio, iuſtę alicuius offenſionis occaſionem Patrono optimè de nobis merito fortè offerrē, vererentur, ſeriò mihi præceperunt, vt cœleſti auxilio fretus ad rem aggredi nihil dubitarem: ſeſe omnes cōmoditates conceſſuros, acturosq́ue cum Alberto, ne tralatio mea typis impreſſa diuulgaretur, ſed deſcripta dumtaxat, in eius Bibliotheca aſſeruaretur, ne illā dens Theoninus arroderet. Sola itaque obſecundandi voluntate commotus,

tanta contentione impoſito muneri incubui, vt triũ menſium ſpatio totum opus Latinè redderem. Quanquam ſi mea ſponte,& non ſolo maiorum imperio adactus hoc præclarum negotium ſuſcepiſſem, in iuſtam reprehenſionem incidere non poteram: Quis enim eſt ita pingui iudicio præditus, itaq; præpoſterè ſapiens, vt eorum conatum laudet, qui Hiſpanica, Italica, aliave lingua ſcriptos libellos quoſdam in Latinam, aut Latinos in barbaram aliquam linguam transferunt: illorum porrò vigilias contemptui habeat, qui in ſanctiſſimis Græcis voluminibus: in quibus fidei Chriſtianæ atque orthodoxæ illuſtris,& ſalutaris explicatio defenſioque continetur,quæque vix tribus aut quatuor doctis proſunt, conuertendis opera ſumunt? Tale hoc eſſe, quod in manibus habes lector, credo non dubitas.

Opus ad vmbilicum deductũ,Principi Alberto obtuli,magnopere rogans, ne in apertum proferri vellet. Sin omnino edẽdum iudicaret,certè priùs cum exẽplari Vaticano Codex ille Græcus (erat enim mihi ſuſpectus, videbaturq; à Græco homine Venetijs parum emendatè aliquot locis deſcriptus: vtpotè qui pecuniæ appetentior, quàm diligentior fuiſſet) & cum Græco ita emẽdato noſtra Latina trãſlatio ab aliquo vtriuſque linguæ perito Romæ cõferret. Quòd cùm benignè annuiſſet,anno LXII. exemplum Græcum Latinumq; Romam miſſum eſt, ad virum æternis laudibus celebrandũ Othonem Cardinalẽ & Epiſcopum Auguſtanum: Quem rogauit Albertus, vt per aliquem eruditũ, id quod ſuprà dixi, fieri curaret, atque ad ſe vtrumque librũ caſtigatũ remitteret. Cæterùm multa negotia ſine dubio,& occupationes magnę effecerunt, vt res obliuioni traderetur, & exemplaria quoque amitterẽtur quodãmodo. Quæ cùm ſæpe repeterentur à me, XII. annis non ſunt reſtituta: Quanquàm illa vnum aut alterum annum antè eſſent remiſſa. Anno porrò LXXIII. Romam alia de cauſa veniẽs,tum de noſtris,tum de alienis hominibus, quid iſtis libris factum eſſet,ſedulò exquiſiui: Vaticanam etiam Bibliothecam luſtraui, ſi quo caſu eſſent illuc importari. Nihil vſquam apparuit. Tandem de quorundam conſilio ad Illuſt. & eruditionis fama clariſſimũ Gulielmum Sirletum Cardi. ſummumq; Vaticanæ Bibliothecæ Præfectum me contuli: meam calamitatẽ illi narraui. Qui me,vt eſt vir optimorum ſtudiorum, literatorumq; hominũ cupidiſſimus,perquàm humaniter complexus: & ex narratione mea in librorum memoriam regreſſus,ſingulari lætitia perfuſus eſt. Eo vſque enim neſciebat,quis nam illa Acta Epheſina Latinè de Græco expreſſiſſet: Quãdoquidem nomen meum nuſquam poſueram. Inter cætera autem referebat,à Cardinali Auguſtano vtrumque veniſſe ad Cardinalem Paleottum: inde ad Cardinalem Amulium: poſtea ad Onuphrium Panuinium, poſtremò ad ſe,cum libris alijs bene multis: Seſeque id, quod Principis nomine petitum fuerat,effectum dediſſe: Codicem Bauaricum cum Vaticano accuratè contuliſſe, & varietatem lectionis annotaſſe in chartis ſeparatim: Non contuliſſe autem Latina cum Græcis, legiſſe tamen,adeoque ſibi placuiſſe,vt excudendum librum putarit: & ſe iam aliquo miſiſſe, neſcire tamen.

Anno LXXV. liber Græcus nec opinato à noſtris in Bibliotheca Ducis repertus eſt, quem peruoluitans ipſiſſimum eſſe cõperio, quem Romam miſerã. Fidem aut certiorem faciebant caſtigationes Sirleti, paginis aliquot inſertæ libro, de quibus ipſe mihi Romæ dixerat. Inceſſi profectò omnibus lætitijs: non quòd meas chartas repereram (tam charas enim nõ habebam) ſed quòd Sereniſſimus Princeps præclariſſimum librum Gręcum non perdiderat. Mox interpretationem meam incudi reddo: cum emendationibus Romanis,& altero Græco volumine diligenter cõpono. Primùm omnium, id ſtudio habui, & quantum ingenij vires ferre potuerunt,contendi: vt,quod optimũ iudicarem, id omnibus neruis aſſequerer. Bona fide & perſpicuè rem,vt puto,explicaui: nec adeò magna me verborum religione obſtrinxi,vt ſi quid ex M.T.Ciceronis myrothecio non ſumpſiſſem, propterea me capitis damnandum metuerem. Ac perfectè quidem interpretandi munus atque numeros, vix vnus aut alter fortaſſe expleuerit: quoniam eorum hominum induſtria in lubrico

admo-

admodum verſans, dum alterum vitium euitare laborat, in alterum ferè currit. Sunt, qui, vt fideles habeatur, infideles fiunt, eamque ſuperſtitionem perpetuò ſequuntur, vt voculas numerent, & verba appendant. Hi rem ipſam neceſſe eſt obſcurent, quòd ab interpretis fide abeſt quàm longiſſimè. Deinde loquendi genera inſolentia, & inaudita, planeque inepta important, & oratione nimium ſordida, dura, ferrea, quibus ſeruire volunt, lectores alienant. Qui autem horum puerilem infantiam auerſati, libertatem quandam conſectantur; ornamenta verborum & lenocinia quærunt, circuitusque rotundos conficiunt, vt illud Lucillianum dici queat:

Quam lepidè lexes compoſtæ vt teſſerulæ omnes
Endopauimento, atque emblemate vermiculato.

hi à ſententia plerunque longiùs diſcedunt, ac nõ idem, quod auctor, ſed quiddam ſimile dicunt, aliquando tantùm non contrarium. Meum conſilium fuit, vt medium iter ingreſſus (id quod hodie docti viri in Eccleſiaſticis commentarijs conuertendis faciunt) illa duo vitia, quantum ingenio & labore valerem, declinarem: ac neque illorum nimiam ieiunitatem, neque iſtorũ luxuriantem vbertatem imitarer. Neque tamen mihi tantum arrogo, vt me hoc aſſecutum dicam: vt aſſequerer, omni ope contendi. Id apertè cõſtabit, ſi qui noſtra cum Appendicibus, quæ quinque poſtremis Tomis acceſſerunt: vel cum Contiana editione comparare voluerint: Conſtat enim pleraque vſque adeò incultè, horridè, atque obſcurè decurrere, vt ſæpe, quid dicatur, intelligi non queat. Interim illorum interpretum diligentiam, & Eccleſiæ iuuandæ ſtudium commendo: ſimulque lectorem obſecro, vt ſi ad idem ſaxum me quoque interdum offendere deprehendat, ad quod illi, propter ſuſceptæ rei difficultatem, offenderunt (intelligo perſpicuitatem, & cõmoditatem dictionis, quam in alijs interpretandis conſectandam, in alijs negligendam, non mihi quiſquam perſuadebit, ne ſi perſuaſerit quidem) cogitet illud Horatianum in omni propemodum re veriſſimum eſſe:

Non ſemper feriet, quodcunque minabitur arcus.

atque ideo mihi vt homini ignoſcat. Si ſunt aliquæ maculæ, ne te offendant: fortaſſe plura ſunt, quæ nitent.

Animaduerti capita in Codice Græco abſque vllo ferè ordine in aceruum quendam coniecta, quæ confuſio non mediocrem obſcuritatem pariebat. Proinde totum opus in 6. Tomos diſtribui, ea ſerie, & modo, quem in prima huius libri pagina indicaui. Statueram 7. Tomum adijcere: ſed Codicibus Græcis, qui eam ad rem neceſſarij erant, deſtitutus, animi decreto facere ſatis non potui. Interim per Appendices, quas Tomis adieci, iuſto, ni fallor, pondere, damnum illud ſarciui. Singulis capitibus Periochas præpoſui, quò, & lectori omnia expeditiora ad intelligendum facerem, & quædam ad amuſſim Scholaſticorũ Theologorum nõ ita directa mitigarem: Vſi ſunt enim Græci Patres quibuſdam vocibus latiùs, & liberiùs, quàm nos hodie vtamur. Inſuper annotationes in marginibus appoſui, è quibus, vt ſpero, aliquid vtilitatis capietur. Habes adhæc 4. Indices I. complectitur ordinem, & initia capitum libri Græci, & ſummam quandam eorundem. Si quis igitur eo ordine Cõcilium hoc legere voluerit, legat. II. Continet ſingulorum Tomorum, vt nos diſpoſuimus, capita III. Scripturarum ſyllabum, quæ hic exponuntur IIII. Comprehendit obſeruationes rerum digniorum. Erat in animo quintum adiungere, hæreſum videlicet, quæ hîc ex inſtituto, vel obiter confutantur, ſed cogitabam 4. Indicem etiam hac in parte profuturum.

Vſus ſum tribus exemplaribus Græcis, Romano, Bauarico, & Fuggerano, quod ad me nuper delatum eſt: Vſus ſum item editione Contiana: qui liber, quanquam imperfectus, & ad verbum de Græco expreſſus eſt (vnde frequenter multa obſcuriſſima ſunt, vt Oedipo quodam opus eſſe videatur) tamen ab homine Græcis literis imbuto, non difficulter, quid Græcum exemplar habuerit, intelligi poteſt. Aliquando præ Bauarico Romanum, nonnunquam illud præ

iſto: interdum neutrum, ſed, vel Fuggericum, vel Contiarium ſecutus ſum: Neque ſecus, (ſi modò fidum, ac commodum interpretem agere vellem,) facere poteram. Cõſpirant ſanè exemplaria hæc ſententia plerunque: verbis tamen, & alijs quibuſdam leuibus quandoque diſcrepant: vndecunque tandem diaphonia iſthæc acciderit. Quod attinet ad vtriuſque Teſtamenti Scripturas, vulgatam editionem Latinam retinui: etſi Græci 70. verſionem adducunt, quæ à noſtra non rarò diſſidet. Placet, autem, quia per tot ſecula ea ſanctiſſima parens retinuit, & approbauit Eccleſia: Nec enim laudauerim hæreticorum litigioſam audaciam, qui ad fontes ſemper prouocantes, nouas interpretationes comminiſcuntur. Cæterùm quòd nulla loca indicentur, vt fieri ſolet, & interdum duæ pluresve ſententiæ, velut vna proferantur: & nonnunquam ſententia Scripturæ veriùs, quàm ipſa Scriptura citetur, ingentem hic laborem exhauſi, multasque horas in Biblijs noſtris, quod non erat, fruſtra quæſiui. Coegit proinde neceſſitas quędam Latina facere, & ſine libri aut capitis indicatione excudere. Quòd ſi erit fortaſſe aliquis, qui, quæ nos in hoc libro præſtitimus, meliùs commodiusque prǽſtare ſe poſſe confidat, pręſtet ſanè, *ἀλλὰ μὴ φθόνῳ*, luminibus noſtris obſtruat, mereatur bene de Repub. Si in alijs auctoribus conuertendis talentum ſuum exercere maluerit, extant in Bibliotheca Vaticana, Medicæa, & Alberti noſtri non pauca volumina Gręca, Hebraica, Arabica: his in Latinam ciuitatem aſciſcendis elaboret, Eccleſiamque Catholicam hoc ornamenti genere illuſtrare pro virili ſua enitatur.

ADMONITIO.

DIXI, amice lector, exemplaria, quibus in hac tractatione vſus ſum, quibuſdam in locis nonnihil inter ſe diſtrepare, meq́; in ea diaphonia, quod optimum iudicabam, ſecutum eſſe. Agè vnius duntaxat capitis paradigmate, quod dictum eſt, planum fiat. In prima itaque Theodoſiana Sacra Codex Ducalis linea prima legit, μέλλει πλείστης θεοσεβείας. *Vatic.* μέλλει πλεῖστον φιλοσοφίας. *lin. 2. Duc.* οὐ μὴν εὐδόκιμον τοῖς ἐπαινεῖσθαι παρ' ὑμῶν ὀφείλουσιν, καὶ διὰ τὴν μάλιστα τιμᾶσθαι θρησκείαν. *Vatic.* οὐ μὴν εὐδαιμον. τὸ δεῖσθαι συγγνώμης, τοῖς ἐπαινεῖσθαι παρ' ὑμῶν, ὀφείλουσιν, καὶ διὰ τὴν σεπτὴν μάλιστα τιμᾶσθαι θρησκείαν. *Duc. lin. 5.* καὶ τὴν ἁπλότητα διὰ παντὸς ἐπιδείκνυσθαι τοῦ βίου. *Vatic.* καὶ τὴν ἁπλότητα τοῦ βίου διὰ παντὸς ἐπιδεικνύειν. *Duc. linea 10.* καὶ τοῖς παντὶ δῆλον. *Vatic.* καὶ παντὶ δῆλον. *Duc. lin. 12.* οὓς τοσοῦτον ᾔσθετο πρὸς ἀντιποιεῖσθαι. *Vatic.* ὅτι τοσοῦτον οἶδα μᾶλλον εὐσεβείας. *Duc. lin. 13.* καὶ τῶν πανταχοῦ ἱερέων. *Vatic.* ἀποπεριδὼν δὲ καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἱερέων. *Eodem etiam modo legit hunc locum Fuggericum. lin. 20. Duc.* οὐδ' ὥσπερ ἀγανακτεῖν οἶδε τὸ ὑμῶν. *Rom.* οὐδ' ὥσπερ καὶ ἀγανακτεῖν οἶδε τὸ ὑμῶν. *Duc. lin. 21.* πάντα δὲ ἰσθμιεύσας οὐχ ὡς ἔχρῆν. *Rom.* πάντα δὲ ἰσθμιεύσας ὡς οὐκ ἔχρῆν. *Duc.* δυσχεραίνειν ἡμᾶς ἔδει. *Vatic.* εἰ μὴ δυσχεραίνειν ἡμᾶς ἔδει. *Duc. linea 30.* καὶ μὴ γενναίως ποιήσαι βούλεσθαι ὡς οὐκ οὔσας ἀφορμὰς ἑτέρας ἐνδεχομένοις, ὡς ἂν νῦν εἰδῇς ὁποῖον τὸ ὑμέτερον; *Vatic.* καὶ μὴ γενναίως ποιεῖν βούλεσθαι, παντὸς μᾶλλον ἱερέως ὁμοῦ μέντοι μιᾶς. καὶ τῆς αὐτῆς προθέσεως, τά τε τῆς ἐκκλησίας, τά τε τῆς βασιλείας χωρίζειν βούλεσθαι, ὡς οὐκ οὔσας ἀφορμὰς ἑτέρας ἐνδεχομένας: ὡς ἂν ᾖς ὁ εἰδὼς ὁποῖον τὸ ὑμέτερον. *Duc. lin. 40.* οὕτω μὲν ἀνεξετάστους ἡμῖν τοὺς λόγους. *Vatic.* οὕτω μὲν ἀνεξετάστους εἶναι τοὺς λόγους. *Duc. lin. ead.* ὧν κριτὰς προκαθίσεσθαι τοὺς τῆς ἁπανταχοῦ προεστῶτας ἱερωσύνης, ἠξίου. *Vatic.* ὧν κριτὰς προκαθίσασθαι τοὺς τῆς ἁπανταχοῦ προεστῶτας ἱερωσύνης, δίων. *Duc. lin. 44.* ἐπεὶ μηδὲ βουληθέντι τοῦτο ἐξεῖναι, τῆς ὑμετέρας θειότητος οὐκ ἀνεχομένης, ἢ τις κελεύει μᾶλλον. *Vatic.* ἐπεὶ μηδὲ βουληθέντι τοῦτο ἐξεῖναι τῆς ὑμετέρας θειότητος ἐπαινούσης μὲν ἀναγκαίως τοὺς ἐπὶ προθυμίας θαρρεῖν ταῖς ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ταύτην ἐξέτασιν, οὐκ ἀνεξομένης δὲ εἴ τις κελεύειν μᾶλλον ἢ συμβουλεύειν. *Duc. lin. 45.* ὥστε καὶ ὅσον ἐπ' αὐτῷ τὴν εὐλάβειαν: *Roman:* ὥστε ὅσον ἀνέχουσι τὴν εὐλάβειαν. *Fugericum in altero hic conuenit cum Ducali, in altero cum Vati. Duc.* οὔτε οἰκείᾳ περιπλησμένος λύπῃ *lin. 50. Vatic.* οὔτε οἰκείᾳ περιπλησμένος λύπῃ. *Iã ex uno hoc capite & paradigmate cõiectura fiat de cæteris. Lubuit antè exẽplo hoc aſſertioni meę fidem facere, ne id totũ ſtatim veluti prępoſterè redditũ condemnes, quod cũ tuo forte exemplari non conſentiet. Tum maximè vt hinc diſcas, quantam lectiſſimo & eruditiſſimo Cardinali Sirleto, qui inter grauiſſimas occupationes Ducalem & Vaticanum Codicem ſtudiosè inter ſe cõtulit, vocumq́; & ſententiarum vtriuſque diaphonias diligenter exceptas, propriaq́; manu deſcriptas ad nos tranſmiſit, diuini gratitudinem debeas. Sanè ſi eo præſidio caruiſſem, nunquam, opinor, mea hæc interpretatio in lucem prodiſſet. Colligi hinc vtcunque quoque poteſt, quantus eum Græcorum Codicum ſupellectile inſtructum eſſe oporteat, qui acta hæc Græcè vtiliter, emendatè, & integrè ſuis typis quandoque procudet: Neque enim ſat erit, ſi vnum aliquod exemplar obiter deſcriptum ad manum habeat, ſed operæ pretium erit, vt multa hinc inde conquirat, conquiſitaq́; per ſe, vel per alios idoneos accuratè, diligenterq́; inter ſe conferat. Verùm de his ſatis.*

CODICIS

CODICIS GRÆCI

SYNOPSIS, CAPITVMQVE eiuſdem ſeries & index.

SANCTISSIMI Cyrilli Alexandrinorum Pontificis, ad Ægypti preſbyteros, diaconos, monachos, vniuerſosq; fideles Epiſtola, qua eos contra recens natam hæreſin præmunit, & rectam fidem explanat. Huius principium eſt: *Ex ijs, qui vna.* Tomus.1.ca.1.a c 862

Eiuſdem Cyrilli ad Neſtorium epiſtola, poſtea quam cognouerat, ipſum de religione malè ſentire. Principium eſt: *Aduenerunt Alexandriam.* Tom.1.c 2.a.c.870

Epiſtola Neſtorij ad B. Cyrillum, cuius principium: *Nihil ſanè.* Tom.1.c.3.871

B. Cyrilli de recta in Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum fide, ad religioſiſſimum Theodoſium Imperat. Commentarius; in quo quidem ex tota Scriptura ſacra, incarnationis myſterium confirmatur, multaq; tum Euãgelica, tũ Apoſtolica dicta enucleantur. Principium: *Supremum humanæ gloriæ culmen.* Tom.1.c.4.872

Eiuſdem ad piiſſimas Imperatrices, Eudociã Theodoſij coniugem, & Pulcheriam eiuſdem ſororem Commentarius, qui etiam ipſe diuinarum literarũ teſtimonijs refertiſſimus &c. Hoc initio: *Sanè vos ſacras caſtiſſimasque.* Tom.1.c.5.889

Sacra, à Theodoſio & Valẽtiniano fratribus AA. ſanctiſſimo Cyrillo miſſa, in qua uidetur ei ſuccenſere Theodoſius, quòd libro ad ſe deſtinato minimè contentus, ſed neglectæ pietatis nomine ſuſpectũ habens, iiſdem de rebus ad vxorem nihilominus, & ſororem conſcripſerit. Deinde vt cum cæteris Epiſcopis ad Synodum obeundam ſe conferat, edicit. Initium. *Eos, qui.* Tom.1.c.6.923

Epiſtola B. Cyrilli ad Neſtorium, vt ſuprà; *Aduenerunt.* Tom.1.c.2.c.870

Epiſtola B. Cyrilli ad eos, qui literis ipſum, caſtigarant, quia cùm nefariam Neſtorij doctrinam ſerpere ſola auditione accepiſſet, non tacuerat. Initiũ: *Quandoquidem pietas veſtra.* Tom.1.c 8 a.c.946

Eiuſdem ad quendam Neſtorij ſectatorem epiſtola. Initium: *Noui dilectionis.* Tom.1.c 9.946

Item alia epiſtola ad Clericos Conſtãtinopolitanos, factionibus diſſidentes Initium: *Commentario, quem miſiſtis.* Tom.1.c.947

Tabulę Conſtantinopoli, etiamnum eiuſdem Eccleſiæ gubernationem obtinente Neſtorio, à Clero palam propoſitæ, in quibus collatione facta, ipſum cum Paulo Samoſateno ſentire demonſtratur. Initium: *Quicunq; ſchedam hanc.* Tom.1.c.12.949

Epiſtola B. Cyrilli ad Neſtorium admonitoria. Initiũ; *Intelligo quoſdam.* Tom.1.c.13 950

Epiſtola Neſtorij ad ſanctiſſimum Cyrillum, qua ſuã cauſam tuetur. Initium ei tũ. *Admirabilium literarũ tuarum.* Tom 1.c. 12.952

Epiſtola B. Cyrilli, & Synodi ipſo arbitro congregatæ ad Neſtorium, qua illi denũtiant apertè, niſi à peruerſis dogmatis ſuis deſiſtat, atque intra decimum diem meliùs ſapiat, fidemq; genuinam doceat, ex vniuerſa Eccleſia Catholica exterminatũ iri. Huic porrò epiſtolæ ſubijciuntur deinceps, quænã execrari ipſum deſiderent, ad 12. capitum ſummam redacta. Principium eſt huiuſmodi: *Cùm Saluator noſter.* Tom.1.c 14.954

Eiuſdem Cyrilli ac Synodi Ægyptiæ, ad Presbyteros, Diaconos. & fidelem populum Cõſtantinopolitanum epiſtola, qua eos ad conſeruandam religionis ſynceritatem cohortantur. Sic autem incipitur: *Serius & nunc tandem.* Tom.1.c.15.958

Sanctiſſimi Cœleſtini Rom Pont. ad B. Cyrillum epiſtola, vbi eidem ſedis Apoſtolicæ poteſtatem in futura Synodo committens, iubet, niſi Neſtorius per decem dierum interuallum, ſacrilegam doctrinã ſuam penitùs deteſtetur, nulla intercedente mora, ex Eccleſia Conſtantinopolis, alio in eius locum ſufficto, expellatur. Principium: *Literæ, quas ſanctitas.* Tom.1.c.16.959

Item Cœleſtini epiſtola parænetica ad Neſtorium; in qua extrema ſignificat, quam in illum ſententiam protulerit, ſeq; ſuper ea re ad Cyrillum ſcripſiſſe affirmat. Principium: *Poſt impium profanumque.* Tom.1.c.17.961

Item epiſtola Cœleſtini ad Presbyteros, Diaconos, Clericos, populumq; Cõſtantinopolis, qua certiores facit, quænam cùm ad Neſtorium, tum ad beatiſsimum Cyrillum perſcripſerit. Principium: *Verba mihi ad eos factura.* Tom.1.c.18.964

Item alia epiſtola eiuſdem Cœleſtini, ad Ioannẽ Epiſcopum Antiochenum. Exponit ei, quid de Neſtorio ſentiat, & quid ſtatuerit. Principium: *Optaremus, vt vna eſt.* Tom.1.c.19.968

Cyrilli ad eundem Patriarcham epiſtola. Narrat ei de ſtatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, atq; ad auertendam peſtem hortatur. Principium: *Perturbatiſſimum ſanctæ Eccleſiæ.* Tom.1.c.20.969

Epiſtola Patriarchæ Antiocheni ad B. Cyrillum, qua ſe ad urbem Epheſum appropinquare ſcribit. Principium: *Non mediocriter me mordet.* To.1.c.21.970

Epiſtola Cyrilli ad Acacium Beroenſem Epiſcopum, de Neſtorio hæretico. Principium eſt his uerbis: *Qui graui cum triſtitia.* Tom.1.c.22.971

Eiuſdem Acacij ad Cyrillum epiſtola, hoc initio; *Pietatis tuæ literas.* Tom.1 c.23.971

S. Cyrilli ad Iuuenalem Patriarcham Hieroſolymorũ epiſtola. Nuntiat ei, quid Neſtorius egerit, eumque ad præſentis mali depulſionem excitat. Initium: *Optaſſem ſanè.* Tom.1.c.24.973

Sacra Imper. ad Cyrillum, mandans, vt, quemadmodũ cæteri Epiſcopi die ſanctæ Pentecoſtes, ipſe quoq; adſit Epheſi, ad habẽdam Synodum. Initiũ: *Reipub. noſtræ.* Tom.1.c.25.973

Principium Synodi, in quo breuiter commemoratur, quot Epiſcopi in ea conſederint, & vbi quiſq; Epiſcopatum geſſerit: *Poſt conſulatum dominorum noſtrorum.* Tom.2.c.26.a c.1015

Cùm ſancta & Oecumenica Synodus intelligeret, decem & ſex dies poſt conſtitutum ab Imperatore tempus effluxiſſe, & Antiochenus Patriarcha cum ſuis Epheſi necdum adeſſet, neceſſarium illi fuit Neſtorij dogmata in diſquiſitionem vocare. Miſſi ſunt Epiſcopi etiam tertiò, qui ipſum ad conuentũ inuitarent. Primis illis ita reſpondit, tandẽ: Conſiderabo, inquit, ac ſi quidem me uenire oportuerit, ueniam. Secundis, qui ſcriptum à Synodo afferentes ipſum uocabant, cùm diu expectaſſent, nullum verbum reſponſum eſt. Tandem aliquando Florentius Tribunus cum Neſtorianis Clericis egreſſus, ait, ſe quidem Neſtorium ipſum uidere nõ potuiſſe: iuſſum uerò mihi eſt, inquit, renuntiarem pietati veſtræ, cùm omnes Epiſcopi conuenerint, ipſum quoque affuturum. Qui tertiò miſſi erant, totum diem vſque in veſperam expectantes, nullũ reſponſum auferre potuerunt. Retulerant tunc ipſis milites, qui Neſtorij diuerſorium cingebant, idcirco ſe in veſtibulis collocatos, vt neminem à Synodo uenientem intrare permitterent. Hoc audito, Epiſcopi receſſerunt. *Theodotus Ancyranus.* Tom.2.ca 2.a.c.986

Synodus ex Canonũ decretis per Epiſcopos tertiùm

vocato Neſtorio, poſtquàm eius aduentum deſperauit, illo licet abſente, ad examen rei totius deſcēdit. Ac primùm omnium ſacroſanctum Nicęnum Symbolum recitatum eſt. Secundum illud, epiſtola Paręnetica B. Cyrilli ad Neſtoriū. Poſtulauit mox à Synodo Cyrillus, dicerent, num quæ ſcripſiſſet, cū ſanctorum Patrum Nicęnorum promulgato illo dogmate, & cum germana fide concordarent. Hic ſinguli reſponderunt, epiſtolam eandem doctrinā explicare, quam ſancta Nicęna Synodus tradidiſſet, proinde omnes eam approbare: *Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus dixit.* To. 2. c. 3. a. c. 988

Poſtmodum recitatæ ſunt item Neſtorianę ad B. Cyrillum literę, quibus recitatis, rurſum interrogauit Cyrillus; ecquid etiam ille intra definitos à nominatis Patrib. fidei terminos verſari uideretur. Hic iterum uniuerſa Synodus una uoce, & unuſquiſq; ſigillatim, tum Neſtorium, qui hæc docuiſſet contra ſanctorum Patrum Symbolum, & Cyrilli epiſtolam; tum eos, qui ita crederent, execratione deuouerunt: *Palladius Amaſeæ Epi.* To. 2. c. 4. a. c. 997

Lecta eſt quoque Cœleſtini Pont. Rom. ad eundem Neſtorium parænetica epiſtola, quæ ſuperiùs, quemodo & B. Cyrilli, deſcripta eſt: *Poſt impium illud.* Tom. 2. c. 5. a. c. 1000

Producti in medium Epiſcopi, qui has literas Neſtorio reddiderant, interrogatique, quid ad eas reſpōdiſſet, dixerunt, tantum abfuiſſe, ut ad ſanam mentem rediret, ut etiam ipſis coram pręſentibus doctrinam doceret omnis impietatis plenam, quam ſinguli repetiuerunt: *Petrus Alexandriæ Presbyter.* Tom. 2. c. 6. a. c. 1000

Proferuntur S. Patrum ſententiæ, quibus vera religio ſtabilitur, & Neſtorij blaſphemiæ ab Eccleſia prorſus alienæ oſtenduntur: *Flauianus Philipporum.* Tom 2. c. 7. a. c. 1001.

Prolati ſunt mox quaterniones, quibus Neſtorij maledicta & errores continebantur, & ea his ij lecti ſunt, qui manifeſtas minimeque dubias blaſphemias comprehendebant: *Petrus Presbyter.* Tom. 2. c. 8. a. c. 1005

Lecta eſt epiſtola Capræoli Carthaginenſis Epiſcopi, per Beſulam Diaconum eius ad Synodum perlata, quæ communi ſuffragio approbata eſt; quoniam ſignificabat cupere ipſum antiqua fidei dogmata ualere; noua & abſurdè in eis excogitata, & ſacrilegè diſſeminata penitùs explodere ac reijcere: *Optaſſem piiſſimi fratres.* Tom. 2. c. 9 a. c. 1008

His omnibus ita perlectis, lata eſt a Synodo contra Neſtorium ſentētia, qua fuit abdicatus; cui omnes & ſinguli Epiſcopi plures ducenti ſubſcripſerunt, exceptis quorundam vicarijs, qui in cōſeſſum Epiſcoporum non admittebantur: *Cùm inter cætera.* Tom. 2. c. 10 a. c. 1009

Abdicationis formula ſcripto comprehenſa, & Neſtorio ſequenti luce tranſmiſſa, hoc initio: *Agnoſce te propter impias.* Tom. 2. c. 11. a. c. 1012

Mandatum à Synodo ad Clericos & Adminiſtratores Eccleſiæ Cōſtantinopolitanæ miſſum eo ipſo die, quo Neſtorius ijſdem verbis ſcriptum accepit, hoc initio: *Agnoſcat pietas veſtra.* Tom. 2. c. 12 a. c. 1012

S. Cyrilli de filio Dei, & Verbi incarnatione Commētarius: *Germanus diuinæ* Tom. 6. cap. 1. a. ca. 1186 In extremo Patrum Antiochænorum edita contra Paulum Samoſatenum doctrina ſubijcitur.

Baſilij Diaconi & Archimandritæ, cęterorumq; monachorum ad Imper. ſupplex libellus. Principiū: *Immenſa illa.* Tom. 1. c. 28. a. c. 976

B. Cyrilli ad Cœleſtinum Epiſtola. Principium: *Si in rebus vſq; adeò.* Tom. 1. c. 29. a. c. 978

Eiuſdem totiuſq; Synodici conuentus ad prædictos Monachos epiſtola, Conſtantinopolin. Principiū: *Pietatis noſtræ zelum.* Tom. 1. c. 30. a. c. 980

Epiſtola ſuaſoria Ioannis Antiocheni ad Neſtorium, in qua Theodorum Mopſueſtenum hæreticum, beatum appellat. Principium: *Meam de tua pietate.* Tom. 1. a. c. 31. a. c. 981

Relatio Neſtorij & Epiſcoporum ipſius ad AA. ſuper actis contra ſe à S. Synodo. Conſcripta priùs eſt hęc relatio, quàm Antiochenus Epiſcopus Epheſum aduentaret. Principium: *Pietatis veſtræ decreto.* Tom 3. c. 20. a. c. 1060

B. Cyrilli de recta fide ad religioſiſſ. Imperatrices liber, in quo perinde ut î altero illo Theodoſij Principis nomini inſcripto, de uerbi incarnatione accuratiſſimè diſputatur. Principium: *Eos, qui diuinum cæleſteque.* Tom. 1. c. 6 a. c. 923

Sacra Cæſarea ἰνταλτικὴ cauſa per Comitem Candidianum ad Synodum miſſa: *Cùm magnam omnium.* Tom. 1. c 32 a c. 985

Exemplum epiſtolæ, ad ſacram Synodum Epheſinam datę à ſanctis Epiſcopis Conſtantinopoli repertis, qua petūt ſibi ignoſci, quòd nauigationis difficultate impediti, ad Concilium aduolare non potuerint, ipſos eadem animi uolūtate, eundem de religione ſenſum habere, quem Synodus habeat. Principium: *Oportebat quidem nos.* Tom. 4. c 20. a. c. 1098

Quid actum ſit Conſtātinopoli, poſteaquàm Epiſcopi, qui tum ibi morabantur, & Dalmatius Archimandrita ſuperiùs memoratam Cyrilli epiſtolā acceperunt Principium: *Sacra Synodus.* Tom. 2. c. 19. a. c. 1019

Epiſtola B. Cyrilli ad quoſdām Epiſcopos Conſtantinopolin, atque ad Dalmatium monaſteriorū Præfectum Narrat, quid Neſtorio factum ſit; ad finem B Dalmatij apologia ſubnectitur Principium: *Expectabamus venerandiſſ. Neſt.* Tom. 2 c 18. a. c. 1018

Eiuſdem ad Monachos Alexādrinos Epheſo perſcripta epiſtola, qua Neſtorium Epiſcopatus ordine motum eſſe illos certiores facit. Principium: *Dominus noſter Ieſus.* Tom. 2 c 21. a. c 1021

Refert ſancta Synodus ad Imp de exauctorato Neſtorio, cum qua relatione ſimul Actorum Commentarij tranſmiſſi fuerunt. Principium: *Veſtræ pietas.* Tom. 2. c. 21. a. c. 1021

Epiſtola Synodica ad Clerum & ciues Conſtantinopolitanos. de Neſtorio Epiſcopatu ſpoliato. Principium: *Hæc decreuimus, ut rem.* To. 2 c. 23. a. c. 1013

Clerus Conſtantinopolitanus, & Dalmatius Archimandrita reſcribunt Synodo Principium: *Iam inde ab ineunte ætate.* Tom. 2. c. 24 a c. 1023

Exemplum Epiſtolæ Imperatoris, per Palladiū Magiſtrianum ad Epheſinum cōuentum perlatæ. Decernit Imp. irrita uideri, quę abſente Patriarcha, eiuſq; Synodo a Concilio decreta fuerant. Quæ de integro omnia conſtitui iubet: *Magnificentiſſimi Candidiani.* Tom. 3. c 18. a c. 1c 7

Synodus ad Imper. per Palladium Magiſtrianum ſcribens, omnia ea Canonum pręſcriptione acta ... facta oſtendit, oratque Imp ut is V Epiſcopi à Synodo ad ſe legari pręcipiat, qui ipſum docere poſſint; omnia falſa eſſe, quæ a Neſtorij fautoribus ad eum delata ſint. Principium: *Veſtra Maieſtas pietatē confirmatam.* Tom 4. c. 10 a. c 1049.

His in hunc modum geſtis, adfuit Ioannes Patriarcha Antiochenus cum Orientis Epiſcopis, arreptaque occaſione, quòd illis abſentibus Neſtorium Synodus loco depuliſſet, & Cyrilli doctrinam calumniantes, ipſum, & Memnonem Epheſiorum Metropolitanum tanquam auctores videlicet Synodi aduerſus Neſtorium habitæ, atque vt hęreticos palam infamarunt; quinimo literas hac de re ad Principem exararunt, ut ex his, quæ ſequuntur, patebit. Hoc animaduerſo, Cyrillus & Memnon libellum contra Ioannem & Epiſcopos eius amentiæ ſatellites Synodo obtulerunt, prouocantes eos, vt uenirent, cauſaſq; afferrēt, quibus impulſi adeò temere & inexploratò in ipſos ac Synodum indignam contumeliam intorſiſſent, & ſi quid contra ſe haberent, liberè enunciarent Principiū eſt iſtud: *Poſt conſulatum dominorum.* Tom 2 c. 26. a. c. 1015

Libelli autem initium hoc eſt. *Piuus Impp noſtrorum.* Tom. 4. c. 2. a. c. 1075

Legati ſunt ad memoratum Ioannem Antiochenū, eiuſq; ſocios à Cōcilio 3. Epiſcopi, qui eos venire, eaq; demonſtrare iuberent, quæ contra Cyrillum

&

& Memnonem in uulgus ſparſerant. Qui reuerſi, ſe ad eius diuerſorium militibus id ſeruantibus ne accedere quidem permiſſos fuiſſe, conuitijs autem ab omnibus illis, tum Cyrillum & Memnonem, tū verò Synodum laceratam dixerunt: *Acacius Melitenæ Epiſcopus.* Tom.4.c.3.a.c.1071

Iterum amandati ſunt alij quidam 3. Epiſcopi, monentes rurſum, ad Synodum accederet. Redeuntes, narrarunt ipſum Ioannem neutiquam vidiſſe; ſibi autem per Clericos eius his verbis denuntiatum: Nos homines à nobis loco deturbatos, & à communione fidelium alienos, reſponſione haud dignamur: *Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus.* Tom.4.c.4.a.c.1073

Tertiùm per alios Epiſcopos accerſitus, animum induceré non potuit, ut reſipiſceret. Indicauit autem internuntijs Clericis ſuis, quoniam de ſententia, & decretis ſuis ſemel ad Principē retuliſſet, ſe ab illo, quid fieri oporteret, expectare: *Sacra Synodus dixit.* Tom.4.c.6.a.c.1075

S. Synodus in Ioannem, eiuſq; contumaciæ adminiſtros ſententiam tulit, vt ab Eccleſiaſtica communione alieni cenſerentur, neq; ſacerdotali auctoritate ullam poteſtatem haberent, cui quam vel prodeſſe uel obeſſe. Inſuper quę antè ab ipſis aduerſus Cyrillum & Memnonem deſignata fuerant, inania & pro nihilo habenda decernuntur. Huic ſententiæ nominatim omnes ſubſcripſerūt: *Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus dixit.* Tom.4.c.7.a.c.1076

Synodi ad A.A. ſuper his rebus relatio. Princip. *Quę S.Synodo.* Tom.4.c.8.a.c.1077

Literæ S.Concilij ad cuiuſuis prouinciæ vel vrbis Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, & Laicos, Orientales illos à Neſtorio ſtare proclamantes. Principiū: *Cùm intera piæ.* Tom.4.c.9.a.c.107

Commētarium, quo exponitur, quæ in præſentia Eccleſiæ Romanæ legatorum acta fuerant. Principium: *Conſulatu dominorū noſtrorū.* T.2.c.13.a.c.1012

Literę Cœleſtini Papæ, per Arcadium & Proiectum Romanos Epiſcopos, & Philippum Presbyterū ad Synodū datæ: Qui legati poſtridie uenerunt, quàm Neſtorius Pontificatu abire iuberetur; Synodoque ad oppugnandam & euertēdam hęreſin magnam alacritatem iniecerūt. Principium: *Sacerdotum Concilium Spiritusſancti.* Tom.2.c.14.a.c.1013

Legati Romani cupiunt ea diſtinctè cognoſcere, quæ ſuper Neſtorio acta fuerant. Lecta ſunt omnia, & ipſorum ſubſcriptionibus confirmata. Initium: *Poſt conſulatum dominorum.* Tom.2.c.26.a.c.1015

Refert Synodus ad Imperatores de aduentu Romanorum, petens, ut conuentu ſolum, unicuique domum reuerti liceat, cùm priùs in Neſtorij locum Epiſcopum nominauerint. Principium: *Veſtram Chriſtianiſſimi Reges.* Tom.2.c.27.a.c.1017

Exemplum Sacræ per Ioannem Comitem ſacrorum Orientali Synodo redditæ, ubi Cyrilli & Memnonis abdicatio, perinde ut Neſtorij approbatur. Mādat illis præterea, dent operam, quò omnibus controuerſijs ſublatis bona pace domum quàprimùm reuertantur. Principium: *Quando pietatis amitæque.* Tom.3.c.15.a.c.1056

Orat Imperatores ſacra Synodus, Cyrillum & Memnonem, ut iniuſtè omnino accuſatos, ſibi reſtitui. Principiū: *Chriſtiana regiaq; veſtra.* T.4.c.11.a.c.1081

Ad Clerum & populum Conſtant. eadem de re Cyrilli epiſtola. Initium: *Turbata eſt admodum.* Tom.4.c.12.a.c.1082

Memnonis Epheſiorum Epiſcopi ad Clerum Conſtātinopolitanum epiſtola. Initium: *Quanta propter.* Tom.4.c.13.a.c.1083

Sancta & Oecumenica Synodus iterum ab Imperatoribus duces ſuos ſibi reſtitui vehementer poſtulat. Initium: *Regia veſtra maieſtas non eſt paſſa.* Tom.4.c.14.a.c.1084

Epiſtola eiuſdem Synodi Conſtantinopolim, ad Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, qua obteſtatur illos ſupplicare Principi, vt Cyrillum & Memnonē Antesignanos ſuos ſibi reſtitui patiatur. Initium: *Qui in tanta rerum.* Tom.4.c.15.a.c.1085

Cleri Conſtantinopolitani pro ſancta Synodo Epheſina ſupplex libellus. Initium: *Cùm non ignoremus.* Tom.4.c.16.a.c.1086

Epiſtola Synodi ad Cœleſtinum Rom. Pont. Recenſentur, quę Epheſi in ſancto & magno Concilio conſtituta & ſancita fuerant. Initium: *Sāctitatis tuæ.* Tom 4.c.17.a.c.1087

Exemplar mandati, quod Orientales Legatis ſuis Cōſtantinopolin ad Impp. abituris intūſerunt. Prin. *S.Synodus Epheſi congregata.* Tom.3.c.19.a.c.1059

D. Cyrilli 12. capitum ab ipſo editorum planior interpretatio, cùm id Synodus ab eo poſtulaſſet: *Omnia, vt ſcriptum eſt.* Tom.5.c.1.a.c.1112

Epiſtola Cyrilli Archiepiſcopi ad Theopemptum, Potamionem, & Danielem Epiſcopos Conſtantinopolim, de ſtructis ſibi calumnijs & paratis inſidijs. Initium: *Multa, vt audio.* To.4.c.18.a.c.1089

Mandant Orientales à ſe Conſtantinopolim legatis Epiſcopis, ut contra alios illos Epiſcopos ab Oecumenica Synodo eodem miſſos, animosè litem perorent. Initium: *Pijſſimorum Chriſtique.* Tom.4.c.19.a.c.1090

Cyrilli Homelia, habita die Ioanni Euangeliſtæ ſacro. Initium: *Sanctorum gloriam.* To.6 c 2.a.c. 1188

Eiuſdem Homelia in Neſtorium, & Ioannem Antiochenum. Initium: *Quæ dilectionis.* T.6.c.3.a.c.1189

Eiuſdem Homelia. Initium: *Oportebat ſanè.* tom.6.c.4.a.c.1190

Eiuſdem Homelia. Initium: *Qui ſacris literis.* tom.6.c.5.a.c.1191

Eiuſdem Homelia Epheſi dicta in exauctoratū Neſtorium. Initium: *Sanctorum cœtum.* t.6 c.6.a.c.1192

Epiſtola Maximiani deſignati Archiepiſcopi Conſtātinopolis ad Cyrillum Alexandrinum, qua ipſum miris laudibus extollit; & eius pro religionis puritate generoſam dimicationem cōmendat. Initiū: *Expletum eſt deſiderium.* tom.4.c.24.a.c.1094

Reſpondet B.Cyrillus Maximiano. Initium: *Opportunè, ni fallor.* tom.4.c.25.a.c.1095

Eiuſdem Apologeticus ad religioſiſſimum Principē Theodoſium, quo omnia, à capite ad calcem, in Synodo Epheſina geſta exponuntur. Principium: *Diuina illa.* tom.5.c.2.a.c.1117

INITIVM ACTORVM SVPER Eccleſiarum pacificatione atque concordia.

Literæ Imperatoriæ per Ariſtolaum Tribunum & Notarium ad Ioānem Epiſcopum Antiochenum miſſæ, de concordia Eccleſiarum. Initium: *Animi noſtri corpus.* tom.5.c.3.a.c.1126

Libellus ſiue Cōfeſſio, à Paulo Emeſę Epiſcopo oblata. Initium: *Religioſ. inuictiſſ. Impp.* tom.5.c.4.a.c.1127

Epiſtola Ioannis Epiſcopi Antiocheni ad Cyrillum. Initium: *Religioſ. Impp.* tom.5.c.5.a.c.1128

Epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum, per religioſiſſimum Paulum Epiſcopum miſſa. Initium: *Lætentur cœli.* tom.5.c.6.a.c 1129

Eiuſdem epiſtola ad Acacium Berœę, ſeu Melitenes Epiſcopum. Initium: *Res ſanè dulcis.* t.5.c.7.a c.1131

Eiuſdem ad Eulogium Presbyterum Alexandrinum Conſtātinopolim epiſtola. Initium: *Inſimulant quidam.* tom.5.c.8.a.c.1136

Epiſtola eiuſdem ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum. Initium: *Non conquieſcit draco.* t.5 c.9.a.c.1138

Homelia Procli Cyzicenorum Epiſcopi, de incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, habita Conſtantinopoli hortatu Neſtorij, qui adhoc per id tēpus Eccleſię gubernaculum tenebat. Initium: *Virginea Panegyris.* tom.6.c.7.a.c.1194

Exemplum literarum Imperatoris ad Acacium Berœenſem, & Simeonem Anachoretam Antiochenum, prouinciarumq; Pręſules ſigillatim. Initium: *Nihil omnino.* tom.5.c.10.a c.1139

Epiſtola Cyrilli ad Clerum ſuum Rhodo miſſa, anteq

quàm Epheſum peruenirèt. Initium: *Gratia & benignitate.* Tom.1.c.26.a c.975

Eiuſdem epiſtola ad eoſdem, poſtquàm Epheſum peruenit. Initium: *Deſideranti mihi.* T.1.c.27.a c.975

Eiuſdem epiſtola ad Epiſcopos, qui erant Alexãdriæ, item ad Diaconos & populum. Exponit paucis, quid confectum ſit in Synodo. Initium: *Etſi quæ hic acta.* Tom.2.c.25.a.c.1024

Eiuſdem epiſtola ad eoſdem Epheſi ſcripta. Initium: *Egregia præclaraq;.* Tom.2.c.26.a c.1024

Commentariolum actorum à ſancta Synodo ſuper confirmatione Symboli Patrum Nicænorum, & ſuper libello à Chariſio Presbytero & Oeconomo Philadelphienſis Eccleſiæ oblato, nimirũ de adulterato Symbolo à Presbyteris quibuſdam Neſtorij diſcipulis. Hęc interim, dum Auguſti iuſſa, & Epiſcoporum, quos miſerat, reditum operiebatur. In Symboli Nicæni approbatione multorum ſanctorum Patrum teſtimonia ſunt appoſita. Initiũ: *Poſt conſulatum dominorum noſtrorum.* T.2 c.28.a.c.1025

Expoſtulatio Chariſij contra Lydios. Principium: *Petrus Presbyter.* Tom.2.c.29.a.c.1027

Libellus à nominato Chariſio Patribus traditus. Initium: *Omnes, qui rectè.* Tom.2.c.30.a.c.1027

Exemplum declarationis adulterini illius Symboli, ab Antonio & Iacobo Neſtorianis concinnati. Initium: *Qui uel nunc primùm.* Tom.2.c.31.a.c.1028

Conuerſio quorundam Quartadecimanorum, & ab ipſis ſcripta orthodoxæ fidei confeſſio. Initium: *Rudius Iunici Philadelphienſis.* Tom.2.c.32.a.c.1029

Epiſtola S.Synodi ad Clerum & populum Conſtantinopolitanum, Neſtorio iã Epiſcopatus officio priuato. Initium: *Nemo unquam creatori.* Tom.2.c.27.a.c.1025

Homelia Rhegini Cypriorum Epiſcopi, habita Epheſi, Neſtorio iam exauctorato. Initium: *Doctrinam an equidem.* Tom.6.c.8.a.c.1196

Homelia Theodoti Epiſcopi Ancyrani aduerſus Neſtorium, die Ioanni Euangeliſtæ dicato. Initium: *Quod corporibus noſtris.* Tom.6.c.9.a.c.1197

Homelia eiuſdem in diem natalem Seruatoris, apud Synodum præſente Cyrillo dicta. Initium: *Illuſtris communiq;.* Tom 6.c.10 a c.1199

Homelia Acacij Melitenes Epiſcopi, habita Epheſi. Initium: *Cernentem me.* Tom.6.c.11.a.c.1203

Exemplum epiſtolæ B. Cyrilli ad Neſtorium de vera fide. Initiũ: *Beatus Propheta Dauid.* T.6.c.12.a.c.1205

Confeſſio fidei Orientalium Epiſcoporum, eorumq; ſectatorum, cui ſubſcribentes, tradiderunt eã his, quos Conſtantinopolim mittebant. Initium: *Principum terræ decreto.* Tom.3.c.12.a.c.1052

Quorundam Schiſmaticorum Chalcedone ad Ruffum Epiſcopum in vrbem Epheſum epiſtola. Initium: *Arbitramur Eccleſiaſticam concordiam.* Tom.3.c.13.a.c.1052

Epiſtola ſacræ Synodi ad Epiſcopos, qui Conſtantinopoli legationem obibant. Initium: *Qui ita affecti ſunt.* Tom.4.c 21 a.c.1091

Exemplar relationis ſacræ Synodi, per Epiſcopos Cõſtantinopolim legatos, ad Imperatorem miſſę. Initium: *Omnia, Chriſtianiſſimi Impp.* To.4.c.22.a.c.1092

Edictum Imperatorium, quo Neſtorius proſcribitur, exilioq; mulctatur. Initium: *Veneratio cultusque.* Tom.5.c.13.a.c.1140

Legem ſanciunt Prętores Prouinciales, de libris Neſtorij non legendis. Initium: *Nihil Impp. noſtris.* Tom.5.c.14.a.c.1141

Epiſtola Synodica Conſtantinopoli ad ſanctã Epheſinam Synodum exarata. Initium: *Schiſmaticorũ conſilium.* Tom.4.c.23.a.c.1093

Cum hac epiſtola alia quędam Synodica miſſa eſt; cuius initium: *Cum iuxta pias.* Tom.4.c.9.a c.1078

Epiſtola Alypij Presbyteri Apoſtolorum ad B.Cyrillũ. Initium: *Beatus homo.* Tom.4.c.26.a.c.1096

Literæ Auguſti per ſuprà dictum Ariſtolaum ad B. Simeonem Styliten miſſæ. Initium: *Quoniam quidẽ exploratum habemus.* Tom.5.c.15.a.c.1141

Homelia Pauli Emeſæ Epiſcopi, dicta in magna Eccleſia Alexandrina, præſente beatiſſimo Cyrillo, in natalem Seruatoris. Item ſacram Virginem Deiparam, & non duos, ſed unum dicendum eſſe Filium Ieſum Christum. Ad hæc Cyrilli encomium. Initium: *Commodum eſt hodierno.* Tom.6.c.13.a.c.1206

Eiuſdem pijſſimi Pauli Epiſcopi Homilia, in eadem Eccleſia magna pronũtiata, in incarnationem Seruatoris noſtri, & Cyrillum Archiepiſcopũ. Initiũ: *Mane apud dilectionem.* Tom.6.c.14.a.c.1207

Homelia Cyrilli ſanctiſſimi, dicta poſt concionem Pauli Epiſcopi. Initium: *Beatus Propheta Eſaias.* Tom.6.c.15.a.c.1208

Epiſtola eiuſdem B. Cyrilli ad Dynatum Nicopolis Epiri Epiſcopum. Initium: *Operæpretium.* Tom.5.c.16.a.c.1142

Ioannis Antiocheni, & Epiſcoporum, qui cũ eo uerſabantur ad Syxtum Rom. Pont. Cyrillum Alexandrinum, & Maximianum Conſtantinopolitanum Antiſtites epiſtola. Initium: *Præcipuum eorum ſtudium.* Tom.5.c.17.a.c.1143

Epiſtola Cyrilli ad Maximianum Conſtantinopolis Epiſcopum. Initium: *Dubium planè nullum.* Tom.5.c.18.a.c.1144

Eiuſdem ad Acacium Epiſcopum, de Hireo emiſſario. Initium: *Perlectis literis.* Tom.5.c.16.a.c.1209

His abſoluuntur acta omnia tertiæ Synodi. Repertũ eſt autem in extremo libro diploma Imperiale, de his, qui ad Eccleſiæ aſylum ſupplices confugerent. Initium: *Vetus iam inde.* Tom.5.c.21.a.c.1145

Exemplum edicti Imperat. Theodoſij cõtra Porphyrium, Irenęum Tyriorũ Epiſcopum, & Neſtorianos. Initium: *Regiam noſtram maieſtatem.* Tom.5.c.19.a.c.1144

Contra eoſdem edictum Pręfectorum prouinciarũ, poſt editum Imperatoris promulgatum. Initium: *Piiſſimus Imperator noſter.* Tom.5.c.21.a.c.1145

Acta Orientalium Epiſcoporum in vrbe Epheſo, in quibus Cyrillum & Memnonem de gradu Pontificiæ poteſtatis deijciunt, & anathemate percellunt omnes Synodi Patres, pręſente Candidiano Comite. Initium: *Ioanne ſanctiſſimo Deoq;.* T.3.c.1.a.c.1043

Literæ excommunicationis ab iiſdem ad Synodum miſſæ. Initium: *Graue reuera.* Tom.3.c.3.a.c.1046

Acta ſua, cauſſamq; tardioris aduentus Antiocheni Epiſcopi, Auguſto exponunt. Initium: *Iuxta pietatem.* Tom.3.c.4.c.1046

Secunda eorundem ad Imperatorem per Palladium Magiſtrianum relatio. Initium: *Hoc, pij Reges.* Tom.3.c.18.c.1058

Eorundem ad Clerum Conſtantinopolitanum epiſtola. Initium: *Intellexis haud dubio.* T.3.c 5.a.c.1047

Eorundem ad populum Conſtant. Initium: *Lex eſt non ſcripta.* Tom.3.a.7.a.c.1048

Eorundem ad Senatum Conſtantinopol. Initium: *Magno ſanè.* Tom.3.c.6.a.c.1047

Iterum certiores faciunt Imperatores, de Cyrillo & Memnone ab ipſis Pontificia auctoritate ſpoliatis. Initium: *Sperabamus Aegyptiacam.* T.3.c.16.a.c.1056

Idem Imperatricibus exponunt. Initium: *Aliàs et ſperabimus.* Tom 3.c.8 a.c.1049

Epiſtola eorundem ad Magiſtrum & Pręfectum. Initium: *Ad ſummum, ut dici ſolet.* Tom.3.c.9.a.c.1050

Eorundem ad Prępoſitum & Scholaſticum epiſtola. Initium: *Inter alia delicta.* Tom.3.c.10.a.c.1650

Relatio eorundem ad Principem, qua, quid à ſancta & œcumenica Synodo ſuper libellis à Cyrillo & Memnone, ſanctiſſimis uiris ipſi oblatis decretum ſit, commemorant. Initium: *Ne temerarij Epiſcoporum.* Tom.3.c.11.a.c.1051

Epiſtola Comitis Irenęi ad Orientales, qua docet, quę poſt ſuum in urbem Cõſtantinopolim ingreſſum, & relationẽ ipſorum Auguſto traditã, acciderunt. Initiũ: *Vix mihi vel nunc.* Tom.3.c.14.a.c.1054

B. Nicephori Patriarchæ Conſtãtinopol. ad Leonem Pontif. Rom. epiſtola. Initium: *Magnus reuera.* Tom.5.c.22.a.c.1148

D.Cyrilli ad pijſſimum Epiſcopum Valerianũ epiſtola. Initium: *Sanctitas tua.* Tom.6.c.17.a.c.1214

CAPI-

CAPITVM INDEX & ſeries Codicis Latini.

CAPITVM TOMI PRIMI Elenchus.

1. Epiſtola Cyrilli ad Aegypti Monachos. a.c.870
Ex ijs, qui unà qui una nobiſcum ætatem degunt.
2. Epiſtola Cyrilli ad Neſtorium.a.c.870
Aduenerunt Alexandriam uiri aliquot.
3. Epiſtola Neſtorij ad Cyrillum per Lamponem Presbyterum a.c 871
Nihil ſanè Chriſtiana moderatione.
4. Prima Cyrilli proſphooetica ad Imp. Theodoſium.a.c.872
Supremum humanæ gloriæ culmen.
5. Altera ad Auguſtas proſphonetica.a.c. 889
Sanè vos ſacras, caſtiſſimasque Chriſti omnium Seruatoris noſtri ſponſas.
6. Tertia ad eaſdem Auguſtas eiuſdem Cyrilli proſphooetica.a c.923
Eos, qui diuinum illud, cæleſteque prædicandi munus.
7. Sacra Theodoſij Auguſti ad Cyrillum. a.c.944
Pietate quidem nihil nobis eſt antiquius.
8. Epiſtola Cyrilli ad eos perſcripta, quorum literis inſolentiæ notatus fuerat.a.c.946
Quandoquidem pietas ueſtra ad me ſcribit.
9. Epiſtola Cyrilli ad quendam Neſtorij Sectatorem.a.c.946
Noui dilectionis tuæ ſynceritatem.
10. Cyrilli epiſtola ad Clericos Conſtantinopolitanos.a.c.947
Commentario, quem miſiſtis, perlecto.
11. Conteſtatio Cleri Conſtantinopolitani publicè aduerſum Neſtorium propoſita. a.c.949
Quicunq; ſchedam hanc accepturi ſunt.
12. Epiſtola Cyrilli ad Neſtorium. a.c.950
Intelligo quoſdam meæ apud tuam pietatem.
13. Neſtorij ad Cyrillum Epiſtola a.c.952
Admirabilium literarum tuarum contumelias.
14. Epiſtola Cyrilli ad Neſtorium de excommunicatione.a.c.954
Cùm Salnator noſter diſertè pronunciet.
15. Epiſtola Cyrilli ad Clerum Conſtantinopolitanum.a.c.958
Serius & nix tandem eò deuenimus.
16. Epiſtola Cœleſtini ad Cyrillum. a.c.959
Literæ, quas ſanctitas tua.
17. Eiuſdem Cœleſtini ad Neſtorium Epiſtola. a. c. 961
Poſt impium illud profanumque.
18. Cœleſtini Pontificis ad Clerum populumque Conſtantinopolitanum Epiſtola. a. c. 964
Verba mihi ad eos facturo.
19. Cyrilli Epiſtola ad Ioannem Antiochenum. a.c.968
Optaremus, vt vna eſt diuinitatis eſſentia.
20. Cyrilli Epiſcopi ad Ioannem Antiochenum Epiſtola. a.c.969
Perturbatiſſimum S. Eccleſiæ Conſtantinopol. ſtatum:
21. Ioannis Antiocheni ad Cyrillum Epiſtola. a. c 970
Non mediocriter me cruciat.
22. Cyrilli ad Achatium Beroenſem Epiſtola. a. c. 971
Qui graui cum triſtitia conflictantur.
23. Achatij Beroæ Epiſcopi ad Cyrillum epiſtola. a. c. 971
Pietatis tuæ literas.
24. Cyrilli ad Iuuenalem Hieroſolymorum Epiſcopum epiſtola.a.c.973
Optaſſem ſanè & Epiſcopum Neſtorium.
25. Sacra Imperat.ad Cyrillum. a.c.973
Reipublicæ noſtræ conſtitutio.

26. Epiſtola Cyrilli Rhodo ad Clerum Alexandrinũ miſſa.a.c.975
Gratia & benignitate Chriſti.
27. Eiuſdem epiſtola ex Epheſiorum ciuitate ad eoſdem perſcripta a.c.975
Deſideranti mihi ueſtram moderationem.
28. Baſilij Diaconi ad Impp. ſupplicatio.a.c.976
Immenſa illa Dei Opt. Max benignitas.
29. Cyrilli Epiſtola ad Cœleſtinum Pontificem Romanum.a.c.978
Si in rebus vſq; adeo ſerijs ac neceſſarijs.
30. Cyrilli ad Monachos Conſtantinopolitanos Epiſtola.a.c 980
Pietatis veſtræ zelum.
31. Ioannis Antiocheni ad Neſtoriũ Epiſtola.a.c.981
Meam de tua pietate ſententiam.
32. Sacra Imperatoria ad Synodũ Epheſinã. a.c.983
Cùm magnam omnium, quæ in Repub. ſunt.

CAPITVM TOMI SECVNDI Elenchus.

1. Patrum, qui Concilio Epheſino interfuerunt, catalogus.a.c.1015
Poſt conſulatum dominorum noſtrorum.
2. Solennis Neſtorij ad Synodum citatio tertiò repetita.a.c.966
Theodotus Ancyrorum Epiſcopus dixit.
3. Patrum de epiſtola Cyrilli ad Neſtorium perſcripta iudicium.a.c.988
Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem.
4. Eorundem Patrum de Epiſtola Neſtorij ad Cyrillum reſcripta ſententia.a.c.997
Palladius Amaſiæ Epiſcopus dixit.
5. Epheſiorum Patrum de Epiſtola Cœleſtini Pont. Max.ad Neſtoriũ perſcripta iudiciũ. a.c.1000
Synodus dixit: Sanctiſſimo Rom. Epiſcopo.
6. Patrum quorundam de Neſtorij cacodoxia teſtimonia.a.c 1000
Petrus Alexandriæ Presbyter & Notariorum.
7. Veterum Patrum de Chriſti œconomia ſententię, publicè in Concilio recitatæ.a.c.1001
Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit.
Sententiæ à Catholica fide alienæ ex libris Neſtorij collectę, publiceq; propoſitæ.a.c.100
Cum diuina Scriptura de Chriſti ortu.
9. Epiſcopi Capreoli ad Synodum epiſtola.a.c.1008
Optaſſem piiſſimi fratres.
10. Exauctorationis ſententia Epheſi à Synodo in Neſtorium lata a.c.1009
Cùm inter cætera religioſiſſimus Neſtorius.
11. Eadem ſententia poſtridie ad Neſtorium miſſa. a.c.1012
Agnoſce te, propter impias conciones tuas.
12. Epiſtola Synodalis de Neſtorij depoſitione Conſtantinopolim miſſa.a.c.1012
Agnoſcat pietas veſtra.
13. Commentarius rerum in præſentia Epiſcoporũ, qui ex urbe Rom. aduenerant, geſtarum.a.c.1012
Conſulatu dominorum noſtrorum.
14. Cęleſtini Pontificis Romani ad Synodum Epheſinam epiſtola.a.c.1013
Sacerdotum Concilium SS. præſentiam declarat.
15. Patrum iudicium & ſententia de Pontificis Cęleſtini epiſtola.a.c.1015
Omnes piiſſimi Epiſcopi ſimul acclamarunt.
16. Relectio & confirmatio actorũ Synodi per Rom. Pont. legatos.a.c.1015
Poſt conſulatum dominorum.
16. Relectio Synodi de aduentu legatorum Romanorum ad Impp a.c.1017.
Veſtram Chriſtianiſſimi reges.
18. Cyrilli epiſt. ad Potamionẽ & Comariũ a.c.1018
Expectabamus Reuerendiſſimum Neſtorium.
19. Cleri Cõſtantinopolitani ad Cyrillũ epiſt.a.c.1019
Sacra Synodus iuxta piiſſimorum.
20. Apologia ſancti Dalmatij.a.c.1020
Sanctus itaque Dalmatius.

21. Epiſtola Cyrilli ad Monaſteriorum Præfectos. a.c.1021
Dominus noſter Ieſus Chriſtus.
22. Synodi ad Imperatores de Neſtorij depoſitione relatio.a.c.1021
Veſtra pietas piiſſimi Chriſtianiſſimique Principes.
23. Epiſtola Synodi ad Clerũ populumq; Conſtãtinopolitanũ de Neſtorij depoſitione.a.c.1023
Hunc denuntiamus, ut rem apprimè inclusam.
24. Cleri Conſtantinopolitani ad Synodum epiſtola.a.c.1023
Iam inde ab ineunte ætate.
25. Epiſtola Cyrilli ad Clerum populumq; Alexandrinum.a.c.1024
Et ſi, quæ hic acta ſunt.
26. Eiuſdem Cyrilli ad eoſdem epiſtola.a.c.1024
Egregia præclaraque facinora.
27. S.Synodi ad Clerum Conſtantinopolitanum epiſtola.a.c.1025
Nemo vnquam creatori ſuo obſiſtere auſus.
28. Commentarius actorum Synodi Epheſinæ, ſupra confirmatione Symboli Nicæni. a.c.1025
Poſt conſulatum dominorum noſtrorum.
29. Petri Notariorum Primicerij pro Chariſio Preſbytero expoſtulatio.a.c 1027
Petrus Presbyter Alexandriæ.
30. Supplex Chariſij libellus.a.c.1027
Omnes, qui rectè ſapiunt.
31. Exemplum expoſitionis Symboli adulterini. a.c.1028
Qui vel nunc primùm.
32. Subſcriptio quorundam Quartod per Neſtorianos deceptorum.a.c.1029
Rudens Iunici Philadelphenſis.
33. S.Synodi de fidei Symbolo decretum.a.c.1030
His itaque lectis ſancta Synodus definiuit.

CAPITVM ADIECTITIORVM AD Tomum ſecundum Elenchus.

1. Epiſtola Synodi ad Synodum Pamphyliæ de Euſtathio.a.c.1031
Sancta Synodus gratia Dei.
2. Synodi ſententia contra Meſſalianitas.a.c.1071
Venientes ad nos pientiſſimi.
3. Supplex libellus ab Euprepio Synodo oblatus. a.c.1032
Sanctæ & vniuerſali Synodo.
4. Suggeſtio Epiſcoporum Cypri Synodo exhibita. a.c.1033
Poſt conſulatum dominorum noſtrorum.
5. Inſani Neſtorij anathematiſmi Cyrillianis oppoſiti.a.c.1035
Si quis eum, qui eſt Emanuel.
6. Epiſtola Cyrilli ad Anaſtaſium, Alexandrum &c. de Symbolo, Nicæno, germanaque eiuſdem ſententia.a.c.1036
Charitatem veſtram eruditione ſimul.

CAPITVM TOMI TERTII Elenchus.

1. Sententia Conciliabuli Antiocheni contra Cyrillum & Memnonem reliquosq; Cõcilij Patres.a.c.1043
Ioanne ſanctiſſimo Deoque dediſſimo.
2. Summa prędictæ ſententię Schiſmaticorum ſubſcriptionibus firmatę, & ad Concilium miſſę. a.c.1045
Sacra Synodus per Dei gratiam.
3. Scriptum Schiſmaticorum ad Synodum Epheſinam deſtinatum.a.c.1046
Graue veneraˀ eſt peccare.
4. Schiſmaticorum ad Impp.epiſtola.a.c.1046
Iuxta piarum literarum veſtrarum præſcriptum.
5. Eorundem ad Clerum Conſtantinopolitanum epiſtola.a.c.1047
Intellexit haud dubiè pietas.
6. Eorundem ad Senatum Conſtantinopolitanum epiſtola.a.c.1047
Magno ſanè animi dolore.
7. Eorundem ad populum Conſtantinopolitanum epiſtola.a c.1048.
Lex eſt non ſcripto tradita.
8. Eorundem ad Impp relatio.a.c.1049
Alia ac ſperabamus veſtræ pietati.
9. Eorundem ad Præfectum & Magiſtratum epiſtola.a.c.1050
Ad ſummum, ut dicis ſoles.
10. Eorundem ad Præpoſitum epiſtola.a.c.1050
Inter alia delicta nullum grauius.
11. Eorundem ad Impp.de libellis à Cyrillo & Memnone oblatis relatio.a.c.1051
Næ temerarij Epiſcoporum.
12. Symbolum Schiſmaticorum, & aliæ præterea quędam eorundem ſanctiones.a.c.1052
Principium terræ decreto.
13. Quorundam Orientalium Schiſmaticorum, Epiſtola ad Ruffum Epiſcopum.a.c.1052
Arbitramur Eccleſiaſticam concordiam.
14 Epiſtola Comitis Irenæi ad Schiſmaticos.a.c.1054
Vix mihi, vel nunc tandem.
15. Exemplum Sacræ per Comitem: Ioannem ad Synodum miſſę.a.c.1056
Cæleſtino, Ruffo, Auguſtino.
16. Schiſmaticorum ad Imperatorem epiſtola. a.c.1056.
Sperabamus Aegyptiacam tempeſtatem.
17. Literæ Imperatoris per Palladium Epheſum ad Synodum miſſæ a c.1057.
Magnificentiſſimi Candidiani.
18. Schiſmaticorum epiſtola per Palladium ad Theodoſium Auguſtum miſſa.a.c.1058
Hoc pij Reges orthodoxæ fidei.
19. Mandatum, quod Schiſmatici Legatis, quos Conſtantinopolim mittebant, dederunt.a.c 1059.
Sacra Synodus Epheſi congregata.
20. Neſtorij de Synodi actis ad Imperatorem relatio.a.c.1060
Pietatis veſtræ decreto.

CAPITVM ADIECTITIORVM AD Tomum tertium Elenchus.

1. Epiſtola Comitis Ioannis ad Impp. perſcripta. a c.1061
Cùm ſciam conducibile pietati.
2. Prima Schiſmaticorum petitio, ea Chalcedone ad Imperatorem miſſa.a.c.1062
Orandum erat, ne à quopiam.
3. Secunda eorundem ſupplicatio.a.c.1063
Sæpenumero pietatem veſtram.
4. Tertia eorundem Schiſmaticorum poſtulatio ex eadem ciuitate ad Imperatorem miſſa.a.c. 1064
Non hunc euentum ſortituram.
5. Schiſmaticorum ad ſuos in Epheſo epiſtola. a. c 1065
Poſtquàm in Chalcedonem venimus.
6. Altera eorundem ad eoſdem epiſtola.a.c.1066
Precibus ſanctitatis veſtræ.
7. Schiſmaticorũ ad ſuos Legatos epiſtola.a.c.1066
Quoniam didicimus veſtros.
8. Literæ Schiſmaticorum ad Theodoſium & Valẽtinianum Auguſtos.a.c.1067
Edocti ex ſanctiſſimorum.
9. Epiſtola Theodoreti ad Alexandrum Hiropolitanum.a.c.1067
Nullum diuinitatis.
10. Epiſtola Schiſmaticorum legatorum ad ſuos in Epheſo.a.c.1068
Quintò acceſſus nobis contigit.
11. Relatio Schiſmaticorum ad regem Callimorem: a.c.1069

a.c.1069
Pietas veſtra benefaciendo.

CAPITVM TOMI QVARTI Elenchus.

1. Initium actorum Concilij Epheſini contra Cōciliabulum Antiochenum.a.c. 1070.
Poſt conſulatum dominorum noſtrorum.
2. Cyrilli & Memnonis libellus Synodo aduerſus Orientales exhibitus a.c.1071.
Pium Impp. noſtrorum decretum.
3. Solennis Ioannis Antiocheni ad Synodū citatio. a.c.1072
Achatius Melitenæ epiſcopus dixit.
4. Altera eiuſdem Ioannis citatio.a.c.1073
Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus.
5. Cyrilli & Memnonis ad Synodum ſupplicatio. a.c.1074
Poſt conſulatum dominorum noſtrorum.
6. Tertia eiuſdem Ioannis ſolēnis citatio. a.c.1075
Sacra Synodus dixit.
7. Sententia condemnatoria in Ioannem,eiuſdemque aſſeclas lata.a.c.1076
Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus dixit.
8. Relatio Synodi ad Impp.de Oriētalibus.a.c.1077
Quæ ſacra Synodo a veſtra maieſtate.
9. Literæ Synodales ad ſingularum Prouinciarum Epiſcopos.a.c.1078
Cùm iuxta pias Impp.literas.
10. Epiſtola Synodi ad Impp.a.c.1079
Veſtræ Maieſtas pietatem.
11. Altera eiuſdē Synodi ad eoſdē epiſtola. a.c.1081
Chriſtiana regiaque veſtra maieſtas.
12. Cyrilli ad Clerum populumq; Conſtantinopolitanum epiſtola.a.c.1082
Turbata eſt admodum ſacra Synodus.
13. Memnonis Epheſiorum Epiſcopi ad eoſdē epiſtola.a.c.1083
Quantum propter veram orthodoxamque.
14. Sacræ Synodi ad Theodoſium Principem relatio.a.c.1084
Regia veſtra Maieſtas.
15. Eiuſdem Synodi ad Clerum Conſtantinopolitanam epiſtola.a.c.1085
Qui in tanta rerum fluctuatione.
16. Cleri Conſtantinopolitani pro Synodo obteſtatio.a.c.1086
Cùm non ignoremus.
17. Synodi Epheſinæ ad Cœleſtinum Eccleſiæ Romanæ Pontificem epiſtola.a.c.1087
Sanctitatis tuæ circa pietatem.
18. Cyrilli ad Theopemptum epiſtola. a.c.1089
Multæ, vt audio, iſtic.
19. Mandatum,quod ſacra Synodus legatis ſuis Cōſtantinopolim abeuntibus iniunxit.a.c.1090
Piiſſimorum Chriſtique amantium.
20. Epiſtola quorundam Epiſcoporum ad Synodum Epheſinam.a.c.1091
Oportebat quidem nos.
21. Reſcriptum Synodi ad eoſdem Epiſcopos Conſtantinopoli agentes.a.c.1092
Qui ita affecti ſunt.
22. Scriptum Synodi per eoſdem Legatos Imperatori exhibitum.a.c.1092
Omnia Chriſtianiſſimi Impp.
23. Epiſtola Synodalis Conſtantinopolim miſſa .a.c. 1093
Schiſmaticorum Concilium.
24. Maximiani Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Cyrillum epiſtola.a.c.1094
Expletum eſt deſiderium.
25. Epiſtola Cyrilli ad Maximianum.a.c.1095.
Opportunè, ni fallor, conuenienterque.
26. Alypij ad Cyrillum epiſtola.a.c. 1096
Beatus homo, quem Deus.

CAPVT ADIECTITIVM AD Tomum Quartum.

1. D.Cyrilli de Vnigeniti incarnatione ſcholion.
Chriſti nomen, nec definitionis vim obtinet.

CAPITVM TOMI QVINTI Elenchus.

1. Explanatio duodecim capitum ſeu anathematiſmorum Cyril.a.c.1112
Obuia, vt ſcriptum eſt, intelligentibus.
2. Apollogetica Cyrilli epiſtola ad Theodoſ. Imp. a.c.1117
Diuina illa increataque natura.
3. Sacra Cęſarea ad Ioannem Antiochenū.a.c.1126
Animi noſtri ſcopus.
4. Libellus omnium Ioannis Antiocheni per Paulū Emiſenum Cyrillo oblatus.a.c.1127
Religioſiſſimi inuictiſſimique Imperatores.
5. Ioannis Antiocheni ad Cyrillū epiſtola.a.c.1128
Religioſiſſimorum Impp.noſtrorum.
6. Cyrilli ad Ioānem Antiochenū epiſtola a.c.1129
Lætentur cæli & exultet terra.
7. Cyrilli ad Achatiū Melitenſem epiſtola a.c.1131
Res ſanè dulcis & mirè grata.
8. Commonitorium Cyrilli ad Eulogium Presbyterum.a.c.1136
Inſimulant quidam Orientalium.
9. Cyrilli ad Ioannem Antiochenum eiuſdemque Synod.epiſt.a.c.1138
Non conquieſcis Draco.
10. Sacra Cęſarea ad Achatium Beroenſem, Simeonem Anachoretam &c.a.c.1139
Nihil omnino eorum.
11. Decretum Regium, quo Neſtorio exilium indicitur.a c.1139
Cùm ſeptem ex vtraque parte.
12. Decretum Imperatorium ad Iſidorum Prætorij præfectum.a.c.1140
Etſi noſtra erga Rempublicam.
13. Summa ſententię Imperatorię ad eundem Iſidorum tranſmiſſę.a.c.1140
Veneratio, cultuſque.
14. Edictum Pręſidum de Neſtorij libris non legendis.a.c.1141
Nihil Impp.noſtris.
15. Literę Imperatoris ad Simeonē Styliten.a.c.1141
Quoniam quidem.
16. Cyrilli ad Dynatum Nicopolitanum epiſtola. a.c.1142
Operæ pretium duxi.
17. Ioannis Antiocheni ad Sixtum Pontificem Romanum, Cyrillum &c.epiſtola. a.c.1143
Præcipuum eorum ſtudium.
18. Cyrilli ad Maximianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum epiſtola.a.c.1144
Dubium planè nullum erat.
19. Mandatum Regium aduerſus Porphyrium, Neſtorium, Irenæum &c.editum.a.c.1144
Regiam noſtram maieſtatem.
20. Edictum Regium à Prouinciarum Præfectis cōtra Porphyrium, Neſtorium, Irenæum propoſitum.a.c.1145
Piiſſimus Imp.noſter.
21. Sanctio Regia de his, qui metus cauſa ad Eccleſias confugiunt.a.c.1145
Vetus iam inde.
22. Nicephori Cōſtantinopolitani Epiſcopi ad Leonem Pontif.epiſtola.a.c.1148
Magnus reuera omnique laude.

ADIECTITIORVM CAPITVM AD Tomum quintum Elenchus.

1. Cyrilli

1. Cyrilli Apologeticus pro 12. capitibus. a.c.a 1157
Qui ſuam mentem.
2. Liber Cyrilli ad Euoptium pro 12. capitibus. a. c. 1168
Lectis nuper literis.

CAPITVM TOMI SEXTI Elenchus.

1. Cyrilli de verbi incarnatione oratio. a.c 1186
Germanus diuinæ Scripturæ ſenſus.
2. Eiuſdem Cyrilli oratio, die Ioan. Euangeliſtæ ſacro Epheſi habita. a.c. 1188
Sanctorum gloriam.
3. Homilia Cyrilli in Ioannem Antiochenũ Epheſi dicta a.c. 1189
Quæ dilectionis in Chriſto.
4. Homilia Cyrilli in Neſtorium Epheſi habita. a. c. 1190
Oportebat, ſanè.
5. Alia homilia Cyrilli Epheſi habita a.c. 1191
Qui ſacris literis incumbunt.
6. Alia eiuſdem Cyrilli homilia Epheſi contra Neſtorium dicta a.c. 1192
Sanctorum cœtum.
7. Homilia Procli de Domini noſtri Ieſu Chriſti natiuitate. a.c. 1194
Virginea Panegyris.
8. Homilia Regini Cypriorũ Epiſcopi Epheſi poſt Neſtorium exauctoratum habita. a.c. 1196
Decreueram equidem.
9. Oratio Theodoti Ancyræ Epiſcopi Epheſi contra Neſtorium habita a.c. 1197
Quod corporibus noſtris.
10. Altera eiuſdem Theodoti oratio in Natalem ſeruatoris habita. a.c. 1199
Illuſtris communisque.
11. Achatij Epiſcopi Melitenſis oratio Epheſi habita a.c. 1203
Cernentem me dilecti.
12. Homilia Cyrilli Epheſi, prioſquam in uincula, conijceretur, habita a.c. 1205
Beatus Propheta Dauid.
13. Homilia Pauli Emiſeni de Chriſti Natiuitate Alexandriæ habita. a c. 1206
Commodum eſt hodierno die.
14. Altera eiuſdem Pauli homilia eodem loco habita. a.c. 1207
Mane apud dilectionem veſtram.
15. Cyrilli Alexandriæ conciuncula de Chriſto incarnato & Paulo Emiſeno. a.c. 1208
Beatus Propheta Eſaias.
16. Cyrilli exegeſis de Capro emiſſario ad Achatium Epiſcopum. a c. 1209
Perlectis literis, quas ſanctitas tua.
17. Beati Cyrilli de Verbi incarnatione ad Valerianum Epiſcopum exegeſis. a.c. 1214.
Sanctitas tua, vt equidem.

ADIECTITIORVM CAPITVM AD Tomum Sextum Elenchus.

1. Concioncula Cyrilli. a. c. 1220
Diues eſt & hodie.
2. Theodoti Ancyrorum Epiſcopi de Chriſto nato oratio. a.c. 1220
Clara & inopinabilis.
3. Pars homiliæ Theodoreti Chalcedone contra Synodum habitę. a.c. 1225
Chriſtus nobis dux.
4. Homilia Ioannis Antiocheni eodem loco contra Synodum habita. a.c. 1226
Sancta lex eſt.

OPERIS TOTIVS HYPOTHESIS,

EX EVAGRIO, SOCRATE, SOZOMENO, THEODORETO, LIBERATO, NICEPHORO, Vincentio Lyrinenſi, alijſq́ue Scriptoribus ſtudioſè ſuccinctéque collecta.

CHRYSOSTOMO ſacrilega conſpiratione exauctorato, iniuſtoque exilio mulctato, Arſacius Nectarij frater in Conſtantinopolitanam Cathedram euectus eſt. Verùm quòd ſenio confectus, nulla dicendi facultate, nulla agendi valeret dexteritate, truncus & emortua ſtatua habitus eſt potiùs, quàm Epiſcopus. Arſacium poſt quartum decimũ menſem, vitæ ſimul & Epiſcopatus munere perfunctum, excepit Atticus, vnus ex ijs, qui initio aduerſabant Chryſoſtomo vt qui maximè. Attico primo ſupra vigeſimũ Epiſcopatus ſui anno, rebus humanis exẽpto, ſucceſſit Siſinnius vir integerrimus, ſummusq; egenorum patronus. Siſinnio tandem, ad meliorem vitam tranſlato, placuit nulli omnino è Clero Conſtantinopolitano, regiæ ciuitatis Pontificatũ demandare; ſed aliunde quempiam, qui cum dignitate eam functionẽ obiret, acceſſere. Erat per id tempus Antiochiæ (vnde ante aliquot annos magnum illud Eccleſię lumen Chryſoſtomus euocatus fuerat) Neſtorius, homo, vt ſcribit Theodoretus, vocalis, & in dicendo promptus, fuſca veſte indutus, triſtis incedens, ſtrepitus forenſes declinans, corporis pallorem, quò cõtinens haberetur, aucupans, libris domi vt plurimum animum intendens, in otio & quiete ſecum conuerſans, denique eiuſmodi, qui magis Chriſtianus videretur, quàm re ipſa eſſet. Hunc, qui tunc rerum potiebantur, præ cæteris exteris idoneum cenſebant, cuius fidei ampliſſimũ illum Magiſtratum concrederẽt.

Verùm quia nihil occultum, quod non reueletur; in ipſo ſtatim initij Pontificatus exordio, quis vir eſſet, patefecit. Etenim prima mox concione, cùm ciuitatis aquam vixdum deguſtaſſet, Imperatorem eiuſmodi oratione affatus eſt: Da mihi, ò Imperator, terram ab hæreticis liberam & purã, & ego tibi cœlum reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, & ego tibi Perſis delendis adero. Et ne aliud, ac prędicabat, ſentire videretur, quinto poſt electionem ſuam die, precatoriã Arianorum Aedem demoliri cœpit. Ariani fano ſuo ruinam impendere conſpicati, eaque de cauſa grauiſſimè incenſi, igne iniecto, non illud ſolùm, ſed magnam quoque vicinorum ædificiorũ partem flammis abſumũt; Atque hinc natum eſt, vt Neſtoris vrbis incendium publicè appellaretur. At hoc ille incendio non contentus, quòd celebrem Pauli Nouatianorum Epiſcopi famam, æquo animo ferre non poſſet, graue mox bellum contra Nouatianos ſuſcitauit. Sed neque Teſſeradecatitę quoque, qui per Aſiã, Lybiam, & Cariam ſparſi erant; tum illi quoque qui Mileti, & Sardis degebant, à furijs illius immunes fuere: Imò verò tanta rabie illos præceteris perſecutus eſt, vt maiorem eorum partem ad internecionem vſque deleuerit. Ad hæc cùm Macedoniani Antonium Germenſium Antiſtitem, qui Neſtorij exemplo permotus, crudeliſſimè illos affligebat, per quoſdam, qui quæſtum & voluptatem bono honeſtoque præferre ſoliti erãt, è medio ſuſtuliſſent, adeò exarſit, vt omnes Eccleſias, quas Cõſtantinopoli, & Cyzici, & in Helleſpõto habebant illis ademerit. Denique quò vnam ſuam hæreſin ſtatueret, Ita contra omnes generis hæreticos ſæuiebat; tantasq́ue turbas ea de cauſa paſſim concitabat, vt ciuitatem, quod quidẽ in ſe erat, in apertum euerſionis diſcrimẽ adduceret. Verùm hæc tanta inſani hominis in hæreticos rabies ab hæreſeos ſuſpicione, quã à Theodoro Mopſueſteno, & Paulo Samoſateno hauſerat, non diu illum tutata eſt. Modus autem patefacti veneni eiuſmodi extitit.

Erat Conſtantinopoli presbyter quidam Athanaſius nomine, Neſtorio apprimè charus; vtpotè indiuiduus peregrinationis eius ſocius. Hoc illius iuſſu & voluntate, ad Cõſtantinopolitanum populum verba faciens, publicè in hæc verba prorupit: Mariam Deiparam nemo vocato: Homo enim fuit; ab homine autem Deus naſci non poteſt. Hæc autẽ blaſphemia cùm grauiſſimè, vt par erat, fuiſſet excepta, ingens mox turba & ſeditio eſt conſecuta. Porrò Neſtorius, qui blaſphemam illam linguam debuiſſet comprimere, fœdumque hominem à fidelium cœtu eueſtigio proſcribere, adeò nõ compreſſit, aut proſcripſit, vt ſacrilegæ ſententiæ præconem, publicè quoque cõmendarit; idque non obiter, aut ſemel tãtùm, ſed frequẽtiſſimè, magnaq; vocis contentione. Oderat enim ille vocem Deiparæ, vt qui maximè, eandemq́ue veluti falſam, vbicunque ſe offerebat occaſio, inſectabatur acerrimè. Quid multis? gliſcẽtibus turbis, Eccleſiæque ærumnis, res Conſtantinopo-

nopolitanæ in eum locum ſenſim adductæ ſunt, vt ſola œcumenica Synodo ſanari poſſe viderentur: Neque enim Neſtorius de Deiparæ voce tantùm certamẽ mouebat, ſed ipſam quoque Chriſti diuinitatem in quæſtionem minimè obſcurè vocabat: Siquidem ad populum concionẽ habens, ita diſſerere auſus eſt: Eum, qui ſpatijs menſtruis adoleuit, Deum non appellauero. Rurſum: Ne glorieris Iudæe, Deum non crucifixiſti. Item: Quo modo Maria ſe antiquiorem peperit? Hæc aliaque id genus cõplura Neſtorius publicè; quæ eandem illum, cum Paulo Samoſateno, & Photino mentem obtinere, omnibus planum faciebant: Vtcunque Socrates, à Pauliniana, & Photiniana impietate hominem vindicare contendat.

Cùm hæc Conſtantinopoli aguntur, quidam ex ijs, qui Neſtorij cõmunionem auerſabantur, in Ægyptum profecti, Cyrillo Alexandrinorum Pontifici (cuius ſumma per id tempus auctoritas erat) miſerãdum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſtatum exponũt, eiuſdemque fidem, & opem, in tanta illa rerum perturbatione enixè expetunt. Cyrillus nobiliſſimæ Eccleſiæ tranquillitati, paſtorisque eiuſdem ſaluti conſultum cupiens, ſcripſit breuem ad Neſtorium Epiſtolam, hominem de turbis excitatis, deque periculis, in quæ ſua imprudentia Eccleſiam conieccerat, amicè admonens: Simulque, ne Virginem matrẽ Deiparam nominare dettectaret, ſubmiſsè eundem rogans. Reſpõdit ad illa Neſtorius, ſed ita, vt Cyrillum inſolentiæ accuſaret veriùs, quàm vllam omnino emẽdationis ſpem faceret. Cùm verò turbæ illæ maiora ſubinde incremẽta ſumerent, neque deeſsent quoque Conſtantinopoli, qui Neſtorij impulſu grauiſſima flagitia Cyrillo imponerẽt: Alteram rurſum ad eundem Neſtorium paræneticam deſtinat; ſed eodem euentu, quo priorem: Quandoquidem pro amica & erudita admonitione, aliud nihil retulit, quàm maledicta meraque conuitia. Epiſtola Neſtorij, præter multas probroſas maledicasque voces, ingẽtes quoque hęreſeon fluctus palàm eructante, accepta; Cyrillus rem deploratã animaduertens, quatuor aſsumptis Epiſcopis, prouincialem Synodum Alexandriæ congregat, eidemque vtriuſque epiſtolas, vltro citroque datas exhibet. Et quidem communicato cum præſentibus conſilio illarum exempla, vt & Synodi quoque Aegyptiacæ acta, ad Cœleſtinum veteris Romæ Epiſcopũ mittit; ad Neſtorium autem tertiam parænericam ſcribit, cui quoq; duodecim illa capita multùm celebrata, vnà cum Anathematiſmis, adiunxit.

At verò Pontifex Cœleſtinus poſteaquàm, quę Cyrillus ſcripſerat, accepiſset; Neſtorijq; ſchedas, & exegeſes, quas Antiochus illuſtris vir Romam detulerat, diligenter examinaſſet; ſenſumque ac mentem illius apertiſſimè inde perſpexiſset; de cõmuni Epiſcoporum, quos ad rem pręſentem vocauerat ſententia, illi denunciat; niſi intra decẽ dies reſipiſcat; & ea, quæ perperàm docuerat & ſcripſerat, retractet, adeoque publicè abiuret, fore vt veluti putridum membrũ ab Eccleſiaſtico corpore reſectus, è Sacerdotij dignitate & auctoritate omnino excidat. Addit eos omnes ſeſe pro ſocijs, communioniſq; conſortibus habere, quos ille, quòd pro recta fide ſtetiſsent, excõmunicationi ſubiecerat. Neſtorius porrò his à Cœleſt. & alijs præterea ab alijs literis acceptis: (Nam & Ioannes Anti. quoquè, in quo magnam ille ſpem collocauerat, non ſolùm vt ab inſania deſiſteret, prolixè illum admonuerat; ſed literarum quoque exẽpla, quas à Cœleſtino & Cyrillo acceperat, ad eũdem tranſmiſerat,) cauſsæ ſuæ metuere cœpit: Audiuerat enim Rom. Pontif. & Cyrillum ad pręcipuos orbis Epiſcopos de turbis, quas paſſim cõcitauerat; deque doctrinæ ratione, quam in vulgus proſeminabat grauiſſimè ſcripſiſse; eoſdemq; in tãta rerum perturbatione ſilẽtium nequaquã acturos eſse. Sibi proinde rebusq; ſuis proſpectũ cupiẽs, Theodoſium Auguſt. adijt; eundemq; multis impudentiſſimis mendacijs & calumnijs, vti Sacram comminationibus plenam ad Cyrillum ſcribat; eidemque ſilentium imponat, induxit. Verùm enimuerò, qui talibus fulminibus ſanctiſs. virum ſeſe peſſundaturum ſperabat, magis illũ, vt oppugnatæ fidei cauſſam ſuſciperet, exacuit. Etenim ſpiritu ex Imperatorijs literis concepto, tres ſtatim iuſtæ magnitudinis libros de recta in Dominũ noſtrum fide, ad Theodoſium, eiuſdemque ſorores & coniugem miſit: Tum quò ortæ hæreſeos cauſsa, Oecumenica Synodus primo quoque tempore cogeretur, libero ore petijt. Petierat idem, Palatinorum quorundam, qui magnas poſtea moleſtias Concilio attulerunt, ope fretus, Neſtorius quoque. Verùm omnium maximè iſtuc vrgebant Monachi, vt qui propter atrociſſimas vexationes, quas ob oppugnatam religionem ſuſtinuerant, à Neſtorio alieniſſimi eſsent.

Theodoſius diſcrimen, quod Eccleſię, niſi excitatis turbis tẽpeſtiuè obuiàm iretur, impendebat, animo pertractans; ſimulque eorum votis, qui Concilium cogi popoſcerant, ſatisfacere volens; Auguſtalibus ad omnes vbique Metropolitanos miſſis, Epheſi ad ſacrã Pentecoſtes diem Synodum indixit. Adiecit non abſque comminatione, ſe neminẽ, vel apud Deũ, vel apud homines quoque excuſatum habiturum, qui ſtatim ad id tempus iſtuc præſtò non foret: Neque enim, ait, bonæ conſcientiæ ſe eſse declarat, qui ad ſacrũ Epiſcoporum conuentum legitimè vocatus, venire detrectat. Neſtorius, quòd Epheſus non ita procul Cõſtantinopoli abeſset, mox poſt Paſchales ferias cum magna turba ad præfinitum locum aduolauit; multosque iam tum Epiſcopis ibidem congregatos comperit.

Quin

Quin & Cyrillus quoque ante conſtitutum diem cum ſuis Aegyptijs præſtò fuit. Quartò autem poſt Pentecoſten die Iuuenalis cum Palæſtinis Epiſcopis aduenit. Cęleſtinus Vrbis & orbis Epiſcopus propter grandiorem ætatem, nauigationiſq; moleſtiam, ad tantũ iter parum animatus, & aliàs quoque prępeditus, vices ſuas Cyrillo committit: Qui ob id, vt & illius quoq; ſucceſſores, Papalis mitræ, Papæq; & vniuerſalis Iudicis appellationem ſortitus fertur. Auguſtinus Hipponenſis Antiſtes priùs è viuis exceſſerat, quàm Sacram Theodoſianã per Ebagnium magiſtrianum ad ſe tranſmiſſam accipere, pijque Imperatoris ſtudio ſatisfacere poſſet. Porro Capręolus magnę Carthaginis Archiepiſcopus, literis Theodoſij ad D. Auguſtinũ datis, perſpectis, prouinciali Synodo coacta, delectuq; habito, aliquot idoneos Præſules ad ſacram Synodum mittere voluit: Verùm ob temporis anguſtiam, regionisque deuaſtationem & ſolitudinem, id non potuit. Attamen ne id, quod poterat, præſtare voluiſſe iure videri poſſet, Beſulam Diaconum cum literis, legitimiſque mandatis ad Oecumenicum Concilium deſtinauit. Quæ publicè quoque perlectæ, plurimum ab omnibus commẽdationis tulere. Omnibus itaque, quorum aduentus certò expectabatur, præſentibus, ſolus Ioannes Antiochenus cum ſuis Orientalibus deſideratus fuit: Siue quòd ad præfinitum tempus adeſſe non valuerit (magnis enim locorũ interuallis ditionis illius vrbes ab Antiochia diſsitæ ſunt: Tum ipſa quoque Antiochia, quæ nunc Theopolis appellatur, triginta aut etiam plurium dierum intercapedine Epheſo abeſſe fertur) ſiue etiã, quòd propter Neſtorium, vel aliam occultam cauſſam tempeſtiuè adeſſe non voluerit.

Cùm ergo à præfinito die, quindecim & eò ampliùs dies fluxiſſent, multiq; Epiſcopi malè habentes, moram illam ægerrimè ferrent; neque de celeri Ioannis, cæterorumque Orientalium aduentu vlla omnino ſpes eſſet: (Iam enim per duos Metropolitanos, ne ſe diutiùs expectarent, indicauerat) Synodum auſpicari viſum fuit. Die itaque vigeſimo mẽſis Iunij, Epiſcopi, qui vndecumq; Epheſum conuenerant, in Eccleſia, quæ appellatur Maria, congregati, primum conſeſſum celebrarunt. Adfuit huic, vt Nicephoro, Socrati, Liberato, & alijs præterea nonnullis placet, ipſe etiam Neſtorius. Verùm quòd Cyrillus primo ſtatim congreſſu acriter illũ perſtringeret, cæterique Chriſto diuinitatem tribuerent; atque adeò Virginem matrem θεοτόκον appellandam eſſe enixè contenderent; exurgens ille: Ego, ait, bimeſtrem, aut trimeſtrem Deum nõ facilè dixerim. Proinde purus ſum à veſtro ſanguine, in poſterum ad vos non veniam. His dictis cum ſex Epiſcopis, qui à ſentẽtia illius ſtabant, egreſſus, priuatam deinceps Synodum agitauit. Hæc illi de prima Synodi Epheſinæ ſeſſione: Siquidem in ipſis Concilij actis nulla huius Neſtorianæ diſceptationis, aut comminationis extat mẽtio. Poſtero die Cyrillus, cæterique Concilij Patres tribus, vt moris eſt, Epiſcopis ad Neſtoriũ miſſis, vt quàm primùm Synodo ſeſe ſiſtat, deque obiectis criminibus rationẽ reddat, amicè admonent. Ille Canonicam admonitionem pro nihilo ducens; imò verò apertè cõtemnens, in Ioannis Antiocheni aduentum Synodum reiecit. Itum eſt ad illum ſecundò & tertiò, verùm præter maledicta & probra relatum eſt ab illo nihil. Cùm itaque Synodus fruſtra ſe hominem expectare animaduerteret; Symbolo Nicęno, veluti amuſſi quadam, ad quam omnia ſua decreta exigeret, in medium propoſito, quæ Cyrillus & Cœleſtinus ad illum ſcripſerant; tum ea rurſum, quæ ipſe viciſſim ad eoſdem reſcripſerat, examinare cœpit; compertumque eſt illa quidem cum Nicæna fide per omnia conſpirare; hæc verò toto cœlo ab eadem diſſidere. Diſcuſſæ ſunt quoque Neſtorij conciones & exegeſes, quæ æquè impuræ contaminatæque deprehẽſæ ſunt atque eiuſdem epiſtolæ. Quin & teſtes quoque omni exceptione maiores producti, nec nõ ad ſancta Euangelia adiurati, publicè expoſuerunt, Neſtoriũ cùm in priuatis colloquijs, tum in publicis quoque congreſſibus non minùs Epheſi in Chriſtum, eiuſdemque matrem impium blaſphemumque extitiſſe, ac dudum antè Conſtantinopoli. Teſtibus auditis in medium allatæ ſunt veterum Patrũ de Chriſti œconomia ſententiæ; quo hinc quoque orthodoxæ veritati robur & lux conciliaretur, & Neſtorij impietas apertius deprehenderetur. Tandẽ quod de praua inſani hominis doctrina, obſtinata eiuſdẽ voluntate nulli ampliùs dubium eſſet, Synodus communi omnium Patrum ſuffragio & ſtudio cõdemnationis ſententiam in illum tulit. Porrò Neſtorius (ſi tamen Socrati fides eſt; nam Concilij acta nullum ea de re verbum faciunt) Conciliabulo ſeorſum coacto, Cyrillum & Memnonem Epheſiorum Epiſcopum vicιuim abdicat, omniq; epiſcopali honore & dignitate, quod ad ſe quidem attinet deſpoliat.

Tertio, aut quinto, poſt latã in Neſtorium exauctorationis ſententiã, die, aduenit Ioannes Antiochenus, duobus ſuprà viginti Epiſcopis comitatus: Ægrè autem ferens Neſtorium, ſe abſente, ordine motum; tum Cyrilli anathematiſmos, quos à Theodoreto falsò perſuaſus, de hęreſi ſuſpectos habebat, communi Synodi calculo fuiſſe approbatos, ab Oecumenico Concilio diuortium facit; coniunctisque cum Neſtorio, eiuſdemque cõſectarijs viribus, priuatum conſeſsũ conſtituit: Ac Cyrillo quidẽ & Memnoni Epiſcopatus dignitatem, cęteris verò communionem ademit. Et ne vllam omnino improbitatis partẽ faciat reliquam; iniuſtam illã temerariamq;

exau-

exauctorationis, & excommunicationis ſententiam, veluti iuſtam, nec non ad vniuerſo Concilio profectam, Conſtantinopolim ad Imp. miſit Cyrillus & Memnon hac tā atroci ignominia, indicta planè cauſa, affecti, ſupplicē Synodo libellum offerunt; obnixè eandem rogantes, magnaque contentione vrgentes, vt ſeditionis auctorē Ioannem ſtatim citet, tantæque veſaniȩ rationem reddere compellat. Ceſſum eſt ſupplicum votis: Verùm poſteaquàm Ioannes tertiò legitimè vocatus non comparet; vel quòd Synodo ſe ſiſtere non auderet; vel quod eiuſdem quoque auctoritatem contemneret, Synodus, quod ſui muneris erat, præſtans; Ioannem quidem cæteroſque, qui cum illo conſpirabant, tāquam iniuſtos, contumaces, & temerarios anathematis condemnat, omnique Epiſcopali honore, & auctoritate priuat: Cyrillum verò & Memnonem inſontes declarat, & à vinculo, quo ligati videri poterant, abſolutos pronunciat. Imperator autem de toto negotio perperàm ab Orientalibus inſtructus, (opinabatur in Cyrillum & Memnonem, æquè Concilij ſententia cōſtrictos teneri, ac Neſtoriū) idem de omnibus ſtatuit, hoc eſt, Cyrillum & Memnonem perinde pro hæreticis, excommunicatis, legitimeque exauctoratis habet, atque Neſtorium; perſtititq; tantiſper in ea opinatione, dum à ſummi Pōtificis Legatis; (Aduenerant hi Epheſum poſtridie quam Neſtorius loco motus fuerat; omniaque, quæ in illius cauſa interceſſerant, explorata perſpectaque habebant; ſiquidem omnia Concilij acta illorum iuſſu & volūtate, in eorum præſentia denuo ſunt relecta, ſingulorumq; ſententia & calculo veluti legitimè celebrata rurſum confirmata & approbata) alijsq; eius rei gratia Conſtantinopolin à Synodo miſſis, rem longè aliter, ac Schiſmatici retulerant, habere, certò comperiſſet.

Atqui ſat non erat, ſi Imp. totius rei modū, natæque controuerſiæ ſtatum plenè cognoſceret; niſi diſſidijs quoque, quæ hinc inde obortæ erant, profligatis; eorundemque cauſis reſectis, Eccleſiæ tranquillitatem reſtitueret: Neſtorio quidem [illegible] obſtinateq; in Chriſtum blaſphemo, exilium imperat; Epiſcopis verò, qui Conſtantinopoli conuenerant, vt alium in depulſi Neſtorij locū Eccleſiæ Conſtantinopolitanȩ Antiſtitem ſufficiant, præficiantque, ſeriò mādat: Ioanni autem Antiocheno, vt Neſtorij exauctorationi ſubſcribat (hactenus enim id facere recuſarat) nec non cum Cyrillo, quem iniuſtè abdicauerat, pacem quàm primùm ineat, magna cum ſeueritate iubet. Ioannes Dei iudicium metuens) Animaduertebat enim multos paſſim praua Neſtorij doctrina infici, Eccleſiaſque miſerandum in modum ſua culpa diſſipari: Tum iuſtam quoque, ſi fortè tergiuerſari, blaſphemiq; hominis cauſſam tueri pergeret. Imp. irā formidās, Paulum Emiſenum Catholico libello inſtructum, Alexandriam ad Cyrillum miſit. Cyrillus libello accepto, diligenterque examinato, & ſe ita ſentire, & veteres orthodoxos ita ſēſiſſe palàm teſtatus eſt. Epiſtola proinde de pace redintegrata ad Ioannem Antiochenum reſcripta, omnibus diſſidijs & controuerſijs finem imponit. Et hæc quidē præcipua Concilij huius ſunt capita: Particularia autē plura ſunt, quàm quæ cōpendiò referri queant, aut referri hic quoque debeant. Declamationes, quas in ſextum Tomum reiecimus, nihil tractant, quod in præcedentibus ex inſtituto non ſit tractatū, aut certè deguſtatum.

Porrò autem quid Neſtorio iam inde ab accepto exauctorationis vulnere vſque ad vitæ finem euenerit, id non ſatis compertū eſt, Nicephorus Orientalium ſtudio vi aliquandiu in Epiſcopatu detentum commemorat. Euagrius ad Monaſterium, vnde ad ſacerdotale munus euocatus fuerat, rediſſe; ibidēq; non omnino inglorium ad integrū quadriēniū vixiſſe narrat; quæ narratio Concilij actis magis, quàm altera illa eſt cōſentanea. Commentatur is autē in huncmodum: Blaſphemiæ parens Neſtorius ad eòs, qui crimini illi verterant, quòd res nouas inconſultè molitus eſſet, ſtolideque Concilium cogi popoſciſſet, quadam neceſſitate ad id ſe compulſum ſcribit: Nam cùm alij, inquit, non abſque ſeditione Mariam ἀνθρωποτόκον, alij θεοτόκον nominandam contenderent; ego quò in neutram partem peccarē; vel Chriſtum minimè morti obnoxium eſſe aſſeuerando; vel in partem alterā inclinans eum, immortalitate priuando, vocem hāc χριστοτόκον quaſi mediam excogitaui. Subdit Theodoſium Auguſtum, propter amorem, quo eum complectabatur, primò quidem abdicationem illius admittere noluiſſe; mox verò cùm ex vtraque factione Epiſcopi quidam ex Concilio Conſtantinopolin veniſſent; cunctaque, quæ Epheſi acciderant, Imper. expoſuiſſent, poteſtatem ſibi factam, vt ad ſuum Monaſterium reuerteretur. (Situm id erat extra Antiochiam, duobus plùs minus ſtadijs ab ea diſtans.) Addit rurſū quatuor annos eo in loco ſe fuiſſe verſatum, varijs interim honoribus affectum, varijsq; muneribus, & præmijs donatum; poſtea verò Theodoſij edicto inde Oaſim relegatum. Relegationis cauſam reticet ille; verùm ſatis veriſimile ſit ob id indefeſſum blaſphemandi ſtudium, obſtinatumq; in errore ſemel concepto ſenſum, inde in exilium pulſum fuiſſe.

De ipſo autem exilio, deq; miſerijs, & incommodis, quȩ in eo perpeſſus erat, ipſemet Neſtorius ad Thebaidis Præfectū ita ſcribit. Imperatoris edicto Oaſim, quæ alio nomine Ibis appellatur, demigrare coacti ſumus. Oaſi autē à Barbaris capta euaſtataque, nos quàm primùm è regione illa excedere iuſſi ſumus. Venimus igitur in Thebaidem cum captiuis quibuſdam, quos Barbari ob miſericordiam

nobis

nobis adiunxerunt. Illi ad ſua quiſque domicilia demiſſi ſunt; nos autem ad Panopolim properè nos recepimus: Verebamur enim, ne quis fugitiuorum crimen contra nos confingeret. Quare celſitudinem veſtram obſecramus, vt noſtræ captiuitatis, ſicut leges poſtulant, curam habeatis; & ne patiamini hominem captiuum veteratoribus ad perniciē dedi: Ne omnis poſteritas veluti tragicè hoc decantet: Satius eſſe à Barbaris captiuum duci, quàm auxilij cauſa ad Romanum imperium confugere. Hæc & ad alia id genus complura in prima epiſtola Neſtorius; in altera ad eundem Præfectum his cognata exponit: Cùm Oaſis, inquit, à Nomadū multitudine irruptionem in illam faciente penitùs eſſet vaſtata, amplitudo tua, neſcio quā cauſa impulſa, iuſſit, vt ex Panopoli (quò ex Oaſi migraueramus) ad regionem Elephātinam, vulgò appellatam, quæ ad extremam Thebaidis oram ſita eſt, per Barbatos milites abduceremur. Cùm autem militari manu miſerè ad illam raperemur, maioremque itineris partem nō abſque ingenti contriti fractiq; corporis afflictione confeciſſemus, mandatum à T. M. minimè illud ſcriptū, vti Panopolim reuerteremur, accepimus. Itaque moleſtijs, quæ in tanto & tam prolixo itinere nobis obtigerāt, debilitati, corpore morbo vexato, & pręſenectute languido, manibus etiam & lateribus confractis, venimus denuo Panopolim; ibiq; aduerſis caſibus, & acerbo dolorum morſu conciſi, ferè animam egimus. Rurſum aliud mandatum ſcriptum à T. A. ad nos allatum, à Panopolitanā quodam illinc confinium nos traduxit. At cùm nos iam finem mandatis contra nos editis ſtatutum iri putaremus, expectaremusq; inuictiſſ. Impp. de nobis volūtatem, en ſubitò aliud crudele ſanè mādatum adfertur, vt iam quarto exilio mulctaremur; & paucis interiectis: Sis, quæſo, ijs rebus cōtentus; ſatis ſit tibi, tot exilia contra vnum corpuſculum decreuiſſe. Acquieſce, obſecro, incommodis; quæ iam à T. A. accepimus. Hęc miſer ille de ſuo exilio. Qui autē vitæ finem fecerit, non eodem modo exponunt omnes. Nicephorus terræ hiatu oppreſſū; Euagrius ad terram colliſum: Quidam à vermibus abſumptū, hinc ad maiora ſupplicia emigraſſe: Alij tandem alia de infeliciſſ. hominis huius exitio commentantur.

De Theodoſio Auguſto, Cœleſtino Pōtif. Max. Cyrillo, alijsque illuſtribus viris, quorū virtus & pietas inſigniter in hoc Cōcilio enituit; multa hoc loco in medium adferri poſſent, & aliqua fortaſſis adferri quoque deberent; ſed tempus non patitur. De ciuitate Epheſina, vbi tertia hęc œcumenica Synodus celebrata eſt, cōſulant, quibus otium eſt, Ptolomæum lib. 5. c. 2. Strabonem lib. 12. & 14. Pōponium Melam titulo de Ionia. Plinium lib. 5. cap. 29. alioſque Geographos & Hiſtoriographos: Celebris enim apud complures Scriptores de ea ciuitate extat memoria. Quin & ſacræ quoque literæ præclarā illius mentionem faciunt, vt nihil interim dicam de nobili illa epiſtola, quam Gentium doctor ad Clerum populumque Epheſinum dedit.

LAVS DEO.

QVID SINGVLI COMPLECTANTVR.

TOMVS I. Quæ Synodum anteceſſerunt.

TOMVS II. Acta Concilij aduersùs Neſtorium, cuius cauſſa conuocatum fuerat.

TOMVS III. Schiſmaticorum, hæreticorumque contra Oecumenicum Concilium machinationes, & fraudes.

TOMVS IIII. Geſta, & ſcripta Synodi contra Schiſmaticos.

TOMVS V. Quæ ad reconciliandas Eccleſias, & amicitiam inter Cyrillum, & Ioannem Antiochenum redintegrandam pertinent.

TOMVS VI. Orationes ſeu Conciones in Concilio, vel occaſione Concilij habitas.

Singuli, primo ſecluſo, ſuas Appendices adiunctas habent.

ACTORVM

ACTORVM TERTIÆ GENERALIS SYNODI,

Tomus Primus.

Complectitur hic Tomus ea præcipuè, quæ Synodum anteceſſerunt, & quaſi viam ad illam muniuerunt: Neque enim vbi primum Neſtorius furere cœpit, ſtatim indictum eſt hoc Oecumenicum Concilium, ſed poſt multas demum conſultationes, variaſq; tractationes fruſtra illius cauſa ſuſceptas.

Tomi Primi, Caput Primum.

EPISTOLA CYRILLI ad Ægypti Monachos.

ARGVMENTVM.

CVM Neſtorianæ hæreſeos virus intra Conſtantinupolitanæ vrbis mœnia amplius ſe non contineret, ſed latitis ſubinde ſerpens in ipſam quoque Aegyptum perruaderet, Cyrillus Patriarcha Alexandrinus boni paſtoris officio fungens Epiſtola hac veluti prophylactico quodam pharmaco, diœceſis ſuæ ſolitarios aduerſus pullulantem hæreſin præmunire, nec non in ſuſcepta ſemel fidei doctrina confirmare ſtudet. Porrò autem quòd Neſtoriani toti in hoc eſſent, vt Chriſtum purum hominem eſſe oſtenderent: atq; ideo Virginem, quæ illum in lucem ediderat, non θεοτόκον, ſed χριστοτόκον vel ἀνθρωποτόκον appellatã oportere enixè contenderent: Cyrillus diuerſam quaſi viã ingreſſus validiſſimis rationibus, grauiſſimisq; tum Scripturarum, tum Patrũ quoque auctoritatibus, non hoc tantum, ſed verum quoque Deum eſſe probat. Hinc tandem, appellationem Deiparæ verè ac propriè in matrem Virginem conuenire, infert. Eſt autem epiſtola hæc grauiſsima, eruditione & ſancto fidei Zelo plena, quæ proinde, vt pia & orthodoxa ab vniuerſa Synodo magnopere fuit commendata.

CYRILLVS PRESBYTERIS, Diaconis, Patribus, Monachis, cæteriſq; ſolitariam vitam vobiſcum excolentibus, & in fide Dei conſtanter perſeuerantibus, dilectis & deſideratiſſimis fratribus in Domino ſalutem.

EX ijs, Qui vna vobiſcum ætatem degunt, quidam de more Alexãdriam venere. Cùm autem rogarem, ac ſtudioſè admodum percontarer, ecquid honeſtis Patrum veſtigijs inſiſtentes, recta inculpataque fide excellere niteremini, ſpectatæq; vitæ ſtudijs gna- *Maiorum veſtigijs inſiſtendum.* uiter incumberetis, nec nõ exercitationis labores in præcipuis voluptatibus haberetis, eas demum veras rati delitias, ſi quid officij cauſa forti animo tolerandum offerretur; reſponderunt illi, ita vos comparatos eſſe; addideruntque, cum præclaris Maiorum virtutibus impigrè vos decertare. Itaque non potui non gaudere, & apud animum meum lætitia exultare; vt qui filiorum meorum gloriam, meam eſſe exiſtimarem: Nec iniuria ſanè: Abſurdũ enim foret, pædotribas ex adoleſcentum, quos in paleſtra exercendos ſuſceperint, alacritate & robore voluptatem capere; ac ſi quid fortè commendatione dignum artis induſtria præſtiterint, hoc ipſum veluti coronam quandam capitibus ſuis adiũgere, atque adeò, quæ illis propter fortitudinem laus tribuitur, eam ſuum decus arbitrari; nos *Spiritalis ſecularisq; arenæ par ferè ratio.* autem Patres ſpeciales, qui doctrinis, quæ ad animi cultus vireſque comparãdas haud parum faciunt, vos imbuimus (quò nimirum carnis tumultibus ſedatis, vitatiſq; peccatis, quantumcunque laboret Satanas, vt ſuis vos molitionibus proſternat, glorioſum triumphum reportetis) pia quadam mentis iucunditate non perfundi. *Diabolus ruinam noſtram molitur.*

Igitur, vt Chriſti Seruatoris noſtri diſcipulus monet: Curam omnem ſubinferentes *2. Pet. 1.*
» miniſtrare in fide veſtra virtutem, in virtute
» autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinen-
» tiam, in abſtinentia autem patientiam, in pa-
» tientia autem amorem fraternitatis, in amo-
» re autem fraternitatis charitatem; hæc autẽ
» vobis cùm adſint, & ſuperent nos vacuos, ne-
» que ſine fructu cõſtituent vos in Domini no-
» ſtri Ieſu Chriſti cognitionem. Cæterum qui
internam ſpiritualemque in Chriſto vitam laude æmulationeque dignam ſeriò inire volunt, illos fide in primis ſynceta atq; integra ornatos eſſe decet: Fidei porrò integritati virtutis quoque ſtudium adiungant oportet. Hoc autem iacto fundamento, ad myſteriorũ Chriſti cognitionem, abſolutamq; eorundem *Sola fides ad Chriſtianæ vitæ pfectionẽ nequaquam ſat eſt.*

Epheſ. 4.

Monachorum zona ſobrietas.

Spiritualiter bellare, recta in Deũ fides.

Eſa. 33.

dem intelligentiam cõtendant, neceſſum eſt. Quam vitæ rationem tenere, niſi equidem fallor, eſt, in virum perfectum occurrere, & ad menſurã ætatis plenitudinis Chriſti peruenire. Sobrietate proinde & caſtimonia, qua ſolitariam vitam agentes excultos eſſe conuenit, lumbos veſtros pulchrè præcincti, virile contra animorum corporumq; perturbationes certamen ſuſcipite: Sic enim clari & in bona ſpe, quæ ſanctos condeceat; illuſtres euadetis. Ante omnia, recta in vobis, nulliq; prorſus repræhẽſioni obnoxia fides exiſtat: Ita namque, ita, inquam, & vos quoque ſanctorum Patrum pietatem, iiſdem veſtigijs perſequentes, in ſupernas illas beatorum ſedes olim immigrabitis, cœleſtiaq; tabernacula vnà cum illis incoletis. Qua de re diuinus Propheta Eſaias ita ſcribit: Oculi tui videbunt Hieruſalem, habitationem opulentam; tabernaculum, quod nũquam transferri poterit.

A curioſis quæſtionibus abſtinendum. Indigni literarũ rudes, qui ad Scripturarum interpretationẽ admittunt. Proprium hæreticorũ ſtudium, hauſtum ſemel virus, & alios trãſfundere.

Verùm enimuero, etſi vitam veſtram planè conſpicuam & admiratione dignam eſſe certò ſciam, fidemq; modis omnibus integram & incorruptam vobis ſuppetere non ignorem; at conturbor tamẽ, neſcio quomodo non parum vehementer: Audio enim exitiales quoſdam rumores inter vos proſeminatos; nonnullos quoque oberrare, qui ſynceram veſtram fidem demoliri ſtudeant, & inanium vocularũ bullas apud rude vulgus eructantes, verùm Θεοτόκον ſacram Virginem appellare liceat, in controuerſiam vocare audeant. Præſtaret ſanè eiuſmodi quæſtionibus omnino ſuperſedere, & in ea, quæ abſtruſioris conſiderationis ſunt, nec aliter ferè, niſi veluti in ſpeculo & ænigmate, etiam ab ijs, qui ingenij celeritate, mentiſque ſubtilitate pollent, perſpici poſſunt, nequaquam inquirere, (nam ſimpliciorum captũ leuiora quoque, & tantùm non in omnium oculis poſita plerunque excedunt.) At quia horum ſermonum expertes non permanſiſtis, ſitque probabile contentioſos quoſdam non defuturos, qui venenum, quod ſemel hauſerunt, veluti ſpicula quædam in imbecilliorum animos defigere conabuntur, operę me pretium facturum putaui, ſi pauca quędam ijs de rebus ad vos diſſererem: Non eo id quidem conſilio, vt vos ad lites, verborumq; digladiationes inflammem, verùm vt ſi qui de cætero vos adorti fuerint, illorũ futilitati veritatem opponentes, & ipſi erroris perniciem effugiatis, & alios opportunis rationibus perinde vt fratres inducatis, quo fidem iam olim Eccleſijs per ſanctos Apoſtolos traditam, nõ ſecus ac margaritam animis ſuis inſertam, conſtanter retineant.

Sectis incũbendũ, non vt veritatẽ impugnes, ſed vt debiles in fide confirmes.

Miror itaque maiorem in modum eſſe aliquos omnino, qui, vtrùm ſacra Virgo Deipara appellãda ſit, planè addubitent. Etenim ſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus Deus eſt, quo tandem modo ſacra Virgo, quæ illum edidit, Deipara non dicatur? Hanc fidem, diuini diſcipuli nobis tradiderunt, quamuis illius dictionis non meminerint. Ad hunc modum à ſanctis Patribus inſtituti ſumus. Enimuerò percelebris memoriæ Pater noſter Athanaſius, qui totos quadraginta ſex annos Alexandrinę Eccleſiæ Pontificatum egregia cum laude geſſit, loquacibuſq; impurorum hæreticorum commentis inuicta, planeque Apoſtolica ſapientia reſtitit; quique ſcriptis ſuis veluti fragrantiſſimo quodam vnguento totum hunc orbem mirificè recreauit & ob dogmatum abſolutam integritatem, fideiq; rectitudinem magna apud omnes exiſtimatione & auctoritate fuit, libro, quẽ de ſancta & homouſia Triade conſcripſit, oratione tertia, ſacram Virginem identidem Deiparam nominat. Cogor autem ipſis illius verbis hoc loco vti, quæ hunc in modum habent: Itaque diuinæ Scripturę ſcopus ac character, vt ſępe monuimus, eiuſmodi eſt, vt vtrũque de Chriſto Seruatore noſtro pronuntiet; puta Deum illum eſſe, & nunquam nõ hoc ipſum extitiſſe, vt qui Patris ſit verbum, eiuſdemq; ſplẽdor & ſapientia; tum eundẽ rurſum nouiſſimis hiſce temporibus corpore ex Deipara Virgine Maria ſumpto, noſtri cauſa hominẽ factum eſſe, & nonnullis interiectis iterum: Multi extitere ſancti, & ab omni peccato immunes: Nam & Hieremias in materno vtero ſanctificatus eſt, & Ioãnes in lucem nondum editus, voce Deiparæ Mariæ percepta, lætabundus exilijt. Sanè idoneus eſt hic vir, apprimeq; dignus, cui intrepidè fidem adiungere, quemque tutò ſequi liceat, vt qui nihil quicquam protulerit aliquando, quod à diuinis literis alienum eſſet: Quo enim pacto illuſtris ille celebraturuſq; Pater, qui in ſacra illa magnaq; Synodo Nicęna in tanta omnium admiratione habitus eſt, à veritatis tramite aberraret? Nam etſi per id tempus Epiſcopi munus nondum ſuſtineret, ſed inter inferioris ordinis Clericos etiamnum degeret; attamen propter pręclaram indolem, inſignemq; vitæ probitatem, & incredibilem, peneque incomparabilem mentis perſpicaciam, à beatę memorię Epiſcopo Alexandro ad Epiſcopalis prouincię conſortium aſcitus fuit. Verſabatur autem cum ſene tanquam filius cum patre, ad quiduis vtiliter conficiendũ ſeſe ducem prębens; nec non in omnibus, quę obeunda forẽt, commodum iter oſtendens.

Cũm de re certo conſtat, fruſtra de voce certamẽ ſuſcipitur.

Illuſtre Eccleſiæ lumẽ Athanaſ.

Scriptura vtrũque dicit, puta Chriſtũ & Deum, & hominem eſſe.

Athanaſ. in Synodo Nicæna clarus.

Athanaſ. ab Alexandro ad epiſcopale munus aſcit.

Verùm quia veriſimile eſt, non defuturos hic quoſdam, qui ex ſacra quoque diuinaq; Scriptura ea, quæ hoc loco aſſeria ſunt, corroboranda eſſe exiſtimabunt: Dicturos præterea ſanctam illam magnamq; Synodum, neque Domini matrem Θεοτόκον vſquam appellaſſe: neque quicquam omnino ſuper ea de re decreuiſſe, age quonam pacto arcanum illud œconomiæ Chriſti myſterium, per diuinas quoque literas prædicatum ſit, pro

Sectis addicti traditione contempta, Scripturas quærũt. Cauillatio Neſtorianorum.

virili

virili parte planum faciamus; tum quid ipſi quoque Patres, qui Spirituſancto, ne à verò diſcederent, afflati (Non enim ipſi loquebantur; ſed Chriſto Saluatore noſtro teſtante, Spiritus Dei & Patris erat, qui in ipſis loquebatur) ſinceræ inculpatæque fidei Canonem ediderunt, ea de re pronunciauerint, exponamus. Iſtuc autem percommodè fiet, ſi illum ipſum, qui ex ſacra Virgine progenitus eſt, naturâ Deum eſſe, paucis demonſtretur: Hoc namque commonſtrato, neminem prorſus tã ſtupidum fore exiſtimo, qui Virginem matrem iure optimo Deiparam habendam & appellandam eſſe non ſit perſpecturus. Igitur fidei noſtræ Symbolum hunc in modum habet,

Matth. 10.

Arianiſtæ, qui Virginem matrẽ Deiparã eſſe negãt.

Symbolũ Nicænum.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentẽ, viſibilium omnium & inuiſibilium Conditorem: Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum, ex Patre, hoc eſt, ex Patris eſſentia natum, Deum de Deo; lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum non factũ, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, & quæ in cælo & quæ in terra ſunt: Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, & tertia die reſurrexit; & aſcendit in cælos: Qui venturus eſt ad iudicandum viuos & mortuos: Et in Spiritum ſanctum.

Porrò hæreſeon inuentores, cum ſibijpſis, tum cæteris quoque exitij barathrum aperiẽtes, in eam amentiam opinionumque vanitatem præcipites abierunt, vt filium Dei recentem, perindeque à Deo Patre, ac cætera omnia procreatum exiſtiment, publiceque aſſerant. Nec erubeſcunt miſeri eum, qui ante omne tempus & æuum extitit, imò verò, qui omne æuum tempusque condidit, temporum initio circumſcribere. Cumquè gloria & æqualitate, quam cum Deo & Patre obtinet, ſuo illo commento ipſum ſpolient, cæteriſque præſtare ægrè admittant, huc adigũtur, vt mediæ cuiuſdam inter Deum & homines naturæ eſſe ſtatuere compellantur; vt qui neque diuinæ excellentiæ gloriam plenè aſſequatur, neque communibus tamen rerum procreatarum terminis contineatur. Ecquodnam, obſecro, prodigium, hoc eſt, quod cùm diuinam præſtantiam non attingat, creaturæ tñ conditionẽ exuperat? Res enim hæc cognitione cõprehendi nõ poteſt: Nã quicquid vſquã eſt, hoc totũ neceſſariò, aut Creator, aut creatura eſt. Rurſum cũ diuinitatis ſedibus, quod ad ſe quidem attinet, illum deturbent; Dei tamen filium & Deum nominant, & adorari oportere prædicant; cùm tamen Lex: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies; apertè clamet. Quin & Deus quoque Dauidis ore eiuſmodi oratione Iſraelitas alicubi compellat. Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.

Hæretici perditionis ſuæ, cum ſibi, tum alijs quoq; aperiunt.

Turpe temporis auctorem, tẽporis ſpacio circumſcribere.

Abſurda hæreticorũ commenta de Chriſti natura.

Exod. 20.

Pſal. 80.

Verùm iſti regia tritaque veritatis via relicta, in foueas & ſcopulos præcipites ſerũtur atque, vt Sapiẽs ait, agriculturæ ſuæ axes peruertunt, manibusque ſterilitatem colligunt. Nos autem, quorum mẽtibus diuinum illud lumen illuxit, ſanioraque ſine comparatione vlla edocti, væſanã illam ſtultitiam aduerſamur, ſanctorumq; Patrum fidem ſectati, Dei filium verè quidem, modo tamen diuino planè, & inexplicabili, ex Dei & Patris eſſentia natum profitemur; tum per ſe quidem in propria hypoſtaſi ſubſiſtere, naturæ tamen identitate cum generante vnum eſſe, tum hũc in Patre, & Patrem viciſſim in hoc ineſſe. Confitemur item eundem illum lumen eſſe de lumine, Deum de Deo, eiuſdem cum patre potentiæ, & gloriæ, paternæque ſubſtantiæ figuram ac ſplendorem, per omnia & in omnibus Patri æqualem, nulla autẽ ex patre inferiorem aut imparem. His autẽ Spirituſſancto adnumerato, ſacra & illa & homouſia hypoſtaſeon Trinas abſoluitur, & in vna eademq; diuinitatis natura conſociatur.

Sectarij in ſcopulos præcipites ſeruntur.

In dogmatum controuerſijs traditioni adhærẽdũ.

Pater in Filio & Filius viciſſim in Patre eſt.

Filius in omnibus, & per omnia Patri æqualis.

Rurſum vt ſacroſancta Scriptura Dei Verbum incarnatum, hoc eſt, carni animum rationis compotem habenti vnitum affirmat; ita ſacra illa & magna Synodus Euangelicæ doctrinæ æmula, illum ipſum vnigenitum, qui ex Dei & Patris οὐσίᾳ natus eſt, & per quẽ & in quo conſtant omnia, propter nos, & propter noſtram ſalutẽ de cęlo deſcẽdiſſe, aſſumptaque carne hominem factum, & paſſum eſſe, nec non ex mortuis ad vitam rediſſe, ac iudicem olim vẽturum eſſe commemorat. Nec his contenta, illud ipſum quoq; Verbum, quod & ex Deo prodijt, & vnum affirmat, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum nominat. Hic tu mihi nunc obſerua, quomodo Patres illi vnum illum, quem Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum appellant, & vnigenitum, & Deum de Deo, & lumen de lumine; genitum rurſum non factum, ac Patri homouſion aſſerant?

Scriptura & Synodus Nicæna cõſentanea de Chriſto prædicant.

Non alius & alius qui ex Patre ante omnia tempora, & qui ex matre in tempore natus eſt: ſed vnus idemq; ad numerum.

Sed argutabitur fortè hic quiſpiam, ac dicet: Nomen hoc Chriſtus non in ipſum ſolum Emmanuelem conuenit, ſed alijs quoque interdum tributum comperitur; Deus namquè de electis, & per Spiritum ſanctificatis alicubi cauet; Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetas meos nolite malignari. Quin & Dauid quoq; à Deo per Samuelem in Regem inunctus, Saluum Chriſtum Domini vocat. Verùm ad quid ego hæc recenſeo? cùm nullo ferè negocio, oculos non omnino ocioſos habentibus oſtendi queat, omnes omnino, qui fide in Chriſtum iuſtificati, & per Spiritum ſanctum ſanctificati ſunt, paſſim eiuſmodi appellatione cohoneſtatos? Etenim Abacuc myſterium Chriſti, & ſalutem, quæ per ipſum futura erat, prænũcians, in hæc verba prorumpit; Egreſſus es in ſalutem populi tui, ad ſaluandum Chriſtos tuos. Nomen itaque hoc Chriſtus neque ſoli Emmanueli, neque propriè quoque Emmanueli conuenit, ſed cæteris omnibus, qui Spiri-

Cauillatur Antagoniſta ex nominis Chriſti communione.

Pſal. 104.

1. Reg. 2.

2. Reg. 1.

Omnes iuſtificati Chriſti nomine quandoquè deſignantur.

Cap. 3.

tuſſancti

Chriſti nomen ex ipſa re deſumptum eſt.

tuſſancti gratia delibuti ſunt: Deriuata namque eſt vox hæc ab ipſa re. Ab eo ſiquidem, quòd inuncti ſumus, Chriſti appellamur. Quòd autem nos quoque hoc tam illuſtri, tamque amplectendæ gratiæ dono verè locupletemur; id Sapiens ille Ioannes eiuſmodi oratione confirmat: (Et vos, inquit, vnctionem habetis a ſancto, neque opus habetis, vt quis vos doceat; & infrà: Ipſa vnctio docet vos;) de ipſo porrò Emmanuele ita ſcriptum extat: (Ieſum a Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute.) Sed & Diuinus quoque Vates Dauid eundem alicubi ita affatur: (Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.) Ecquid ergo eximium præ cæteris mulieribus in ſacra virgine elucet, eſto ea Emmanuelem in lucem edidiſſe perhibeatur? Profectò nihil faceret abſurdi, qui promiſcuè quorumlibet vnctorum matres χριστοτόκους appellare animum induceret.

1. Ioan. 2. » » »
Act. 10. » »
Pſal. 44. » » » »

Aliud Emmanuel, aliud ratione cæteri in ſti Chriſti ſunt.

Nihil ne ergo inter Chriſtum Emmanuelem & cæteros Chriſtos intereſt? Immo verò ingenti interuallo, & diſcrimine penè immenſo, nos à Chriſti gloria & excellentia ſeiungimur. Etenim nos famuli ſumus: Ille verò etſi ſecreta quadam diſpenſatione nobiſcum in humanis verſatus ſit: ſecundùm naturam tamen Deus & Dominus erat. Quare beatus Paulus & Chriſtum & Deum illum appellat: Ait enim: (Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immúdus, aut auarus, qui eſt idololatra, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.) Cæteri itaque omnes propter vnctionis beneficium & ſint & appellentur Chriſti, & iure iſthuc appellentur: Solus autem Emmanuel ita eſt Chriſtus, vt verus quoque ſit Deus. Quapropter licet grauis erroris accuſari non poſſet, qui aliorum matres Chriſtiparas appellare vellet; Deiparas tamen ſine magno errore appellare illas neutiquàm poteſt: Sola namque inter cæteras omnes, ſacra Virgo Chriſtipara ſimul ac Deipara appellatur, & eſſe dignoſcitur: Quandoquidem vna hæc non merum hominem, vt cæteræ ſolent, ſed Dei Patris Verbum incarnatum & hominem factum peperit. Rurſum licet nos propter Dei gratiam, Dij interdum nominemur; non ita tamen id ſumus aut dicimur, vt filius: Hic enim, quanquam corpus induit, natura & re ipſa Deus eſt.

Epheſ. 5. » » »

Solus Emmanuel & Chriſtus & Deus eſt.

Sola Virgo mater ſimul θεοτόκος & χριστοτόκος eſt.

Dei appellatio aliter ſanctis, aliter chriſto tribuitur.

Sed percunctabere hic forſan: Nunquid, dic agè, diuinitatis mater Virgo extitit? Iam antè dictum eſt, viuum illud, & ſubſiſtens Dei Verbum verè citra vllam controuerſiam ex ipſa Dei & Patris eſſentia genitum eſſe; ſubſtantiamque temporis initio carentem ſortitum, ad eum modum generanti cohærere, vt in ipſo & cum ipſo nunquam non ſit, eſſeque intelligatur. Expoſitum eſt æquè illud idem Verbum nouiſſimis æui huius temporibus incarnatum, hoc eſt, corpori anima intelligenti informato coniunctum, ſecundùm carnem ex muliere natum eſſe.

Abſurdè quæris, Virgo'ne Deitatem pepererit.

Verbũ ab intellectu Diuino nũquam auelletur.

Incarnati Verbi myſterium nõ modicã cũ humano partu cognationem habet.

Habet autem hoc incarnati verbi myſterium, non modicam cum humano partu cognationem: Quandoquidem terrenorum hominum matres naturæ ad generandum ſubſeruientes, in vtero quidem carnem geſtant, quæ ſenſim per temporum interualla concreſcens, arcaniſque quibuſdam Conditoris operationibus incrementa paulatim ſumens, ad perfectionem adducta, formam tandem attingit humanam. Deus verò corpuſculo iam perfecto & animato, eo modo, quem ipſe nouit, Spiritum infundit: (Format enim ille Spiritum hominis in illo,) vt Propheta ait. Iam alia carnis, alia rurſum animæ eſt. Atqui licet illæ terreſtrium duntaxat corporum matres fiant; non alteram tamen hominis partem, ſed totum hominem, qui ex animo & corpore conflatur, parere dicuntur: Nemo enim (vt exemplo res illuſtretur) Elizabeth σαρκοτόκον tantummodo, non etiam ψυχοτόκον dixerit: Siquidem non ſolam carnem genuit illa, ſed Baptiſtam ex animo & corpore conſtantem. Quemadmodum ergo vnus homo ex anima & corpore conſtituitur; ita & in Emmanuelis quoque ortu accidiſſe cogitemus: Nam ex Dei Patris ſubſtantia natum eſt vnigenitum illius Verbum; hoc autem poſteaquàm carne, quam propriam ſibi fecit, aſſumpta, noſtroque more in lucem exortum, & filius hominis appellatum eſt, citra omnem abſurditatem, imo verò neceſſaria conuenientique ratione ſecundùm carnem ex muliere natum creditur & prædicatur. Quemadmodum & ipſa quoque hominis anima, licet naturaliter à corpore, quod informat, diuerſa ſit, & propria quadam ratione ſubſiſtat; vnà tamen cum ſuo corpore oritur, & velut vnum quippiam cum ipſo cenſetur. Quòd ſi quiſpiam matrem alicuius non ψυχοτόκον appellandam eſſe contenderit, ſed tantùm σαρκοτόκον, ne ineptum planè blateronem ille ſe declarabit: Nam etſi id, quod mulier parit, ex duobus diſparibus concinnè inter ſe aptis componatur; vnum tamen animal vnumque hominem parit; vtraque parte ſuam retinente naturam: Quamuis enim vtraque hæc pars in vnam Phyſicam vnitatem coeat, ita vt duo hæc inter ſe confuſa commiſtaque videri queant; attamen quid vtrique veluti proprium inſit, haud difficulter diſcerni poteſt.

Zach. 12. »

Carnipara

Animipara

Similitudo ex humano partu ſumpta, ſacram Virginem totũ Chriſtu peperiſſe, oſtẽditur.

Etſi anima non eiuſdẽ ſit rationis cum corpore; ſimul tñ cum eo oritur.

Vt homo ex corpore & animo, ita Chriſtus ferè ex Diuinitate & humanitate cõſtituitur.

Quòd autem eiuſmodi naturarum coniunctio veriſſimè in Chriſto extet, neceſſarioque conſtitui debeat, id cùm ex alijs multis, tum ex ipſo quoque Apoſtolo, abſq; vllo labore moleſtiaq; oſtendi poteſt. Agè ergo, ſi placet, nonnullas beati Pauli voces attentiùs aliquantò expendamus, iudiciumque animi, quàm poteramus accuratiſſimum, ad eas adferamus.

feramus. Hic igitur de vnigenito Dei filio hũc in modum ſcribit: (Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe ęqualẽ Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum &c.) Quis, obſecro, ille eſt, qui cùm in forma Dei eſſet, Deo ſe æquiparare, non rapinam arbitratus eſt? Aut quomodo exinanitus eſt? Aut qua demum ratione ad humilitatem ſeruilemque formam abiectus eſt? Sanè qui vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in duobus, in hominem videlicet & Verbum, quod ex Deo natum eſt, diuellunt; eum, qui ex ſacra Virgine ortum ducit, exinanitionem ſuſtinuiſſe, autumant; Verbũ autem, quod ex Patre natum eſt, nequaquam; vt quod ab eo omnino ſecernant. Verùm ſi ita res habet, exponant illi nobis, quonam modo hic in forma & æqualitate Patris aliquando extiterit; aut qua ratione, vt exinanitionis modum experiri poſſet, in id, quod non erat, quandoque ſeſe demiſerit? Nam quod ſecundùm ſe totum Patri æquale eſt, id ſi ſecundùm naturam ſuam conſideretur, inter res creatas iure cenſeri non poteſt. Qui rurſum is exinanitus eſt, qui ſuapte natura merus homo exiſtens, hominum more ex muliere prognatus eſt? Ex qua quæſo, eminentia, quæ communem hominis naturam excelleret, vt homo fieret, ſeſe dimiſit? Aut quo tandem ſenſu formam ſerui, quà initio non habebat ſumpſiſſe perhibetur; qui ſecundùm naturam inter ſeruos habebatur, perindeque ex vnus eſt nobis, ſeruitutis iugo premebatur?

Qui hominem à Verbo diuulſum humiliatum dicunt, multis modis ineptiunt.

Patri æquale inter creaturas cenſeri nõ poteſt.

Dicent forſan ex illis nonnulli: Non ille exinanitionem ſuſtinuit, qui ex muliere prodijt; verùm qui filius erat, & liber erat, & Patris Verbum erat, & in Genitoris forma exiſtebat, ille in homine, quem mulier in lucem edidit, inhabitauit. Atque huc tendit, quicquid de exinanitione, vel humiliatione, vel ſeruilis formæ aſſumptione vſquã traditur. Sed heus tu quiſquis es? Eámne tute ſolam Diuini Verbi in homine inhabitationem, ad ſtatuendam illam exinanitionem ſat eſſe exiſtimas? Nihilque ineſſe periculi arbitraris, ſi vna ratione Verbum ſeruilem formam ſuſcepiſſe, talemque exinanitionis modum pertuliſſe ſtatuatur? Atqui Dominum ſanctos Apoſtolos hac oratione compellantem audio: (Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mãſionẽ apud eum faciemus.) Audis, quo pacto, & ipſum quoq; Patrem illis inhabitaturum ſpondeat, qui ipſum diligunt? Nũquid ergo & illũ ipſum quoq;, propterea ꝙ pias amicorũ ſuorum animas ſedes ſibi conſtituat, exinanitum ſimiliterq́; cum Filio deiectũ, ac ſeruili forma indutum concedemus? De Spiritu ſancto autem, qui in nobis inhabitat, quid ſtatuem*? Nunquid & ipſum incarnationis œconomiam, quam per ſolum Filium ſalutis viteq́; omnium cauſa factam agnoſcimus, expleuiſſe dicemus? Apage cum iſtis .. deò inanibus, ſtolidis & anilibus deliramentis.

Non eſt idẽ ſeruilem formam aſſumere, quod hominem per gratiam inhabitare.

Ioan. 14.

Si ſola inhabitatio ad conſtituendam perſonæ diuinæ exinanitionem ſat eſſet, ipſe quoque Pater & Spiritusſanctus exinaniti forent.

Verbum igitur Dei, quod in forma & ęqualitate Dei & Patris erat, ſemetipſum humiliauit, quando, vt Ioannes loquitur, (caro factũ ex muliere natũm eſt; æternamq́; ex Patre originem obtinens, noſtram quoque propter nos generationem experiri non recuſauit. Quod ſi ſecus res habet, doceant nos ipſi, ecquonam modo Dei Patris Verbum rite à nobis Chriſtus appelletur, & Chriſtus eſſe intelligatur? Nam ſi Chriſtum ab vnctione nominatum volunt, quem, quæſo, Pater oleo lætitiæ, hoc eſt, Spirituſancto inunxit? Si enim Dei Verbum, quod Deus eſt, & ſolum & propriè ex Patre natum eſt, inunctum dicant, atque huc verè, quicquid de vnctione dicitur, pertinere contendant; nimirum, inſcitia ſua, inſigni iniuria Vnigeniti naturam afficiunt, & ipſum nihilominùs Diuinæ diſpenſationis myſterium planè euertunt: Si enim Verbum, quod Deus eſt, Spiritusſancto inunctum eſt; ergo ſuperioribus temporibus, quibus inunctionis huius beneficio, quod poſtea illi obtigit, adhuc deſtituebatur, ſanctificationis omnino indigebat, quod inficiari nõ poſſunt. Atqui omne, quod ſanctificatione, cuius alioqui capax eſt, deſtituitur illud ſuapte natura mutabile eſt, atque idcirco, aut peccati, aut certè peccandi facultatis haud quaquã expers eſt. Si ergo Verbum ſecundùm ſe inunctum eſt, ergo demutatũ eſt; quia ad meliora progreſſum eſt. Quomodo ergo idem eſſe & nunquam mutari prædicatur? Porrò autem ſi Deus Verbum, quod in forma & æqualitate Patris ſubſiſtens eſt, ſecundùm ſe inunctum & ſanctificatum eſt, non deerunt fortaſſis, qui in friuolas ineptasque cogitationes præcipites ex hac re acti, ipſum quoque Patrem vnctione & ſanctificatione egere, & quod hinc conſequens eſt, Filium Patre maiorem eſſe nugabuntur: Siquidem hic ante vnctionem Patri æqualis erat; nunc autem Spiritusſancto inunctus eſt. Pater verò in quibus conſtitutus erat bonis, manet manebitque ſemper: Nec enim ille, vt Filius, inunctus aut ſanctificatus eſt, neque ad illius ſimilitudinem inũgetur, aut ſanctificabitur vnquam. Imò verò hac admiſſa opinatione, Spiritusſanctus, qui inũgit & ſanctificat, vtroque maior deprehendetur: Nam extrà vllam controuerſiam ac dubitationem, (quod minus eſt, ſemper à maiore benedicitur.) Verùm iſthæc meræ ſunt nugę, meraque inſanorum hominum deliria, verborumque portenta: Etenim homouſia Trias ſuapte natura ſancta eſt. Sanctus eſt Pater; ſanctus pari modo per eſſentiam eſt Filius; ſanctus eodem denique modo Spiritusſanctus. Ad propriam proinde naturam quod attinet, Dei Patris Verbum ſeorſum per ſe non eſt ſanctificatum.

Ioan. 1.

Verbum Dei exinanitum eſt, quando caro factum eſt.

Si æterni Patris Verbum verè incarnatũ, & homo factum non eſt, citra apertam diuinitatis illius iniuriã Chriſtus appellari non poteſt.

Quicquid ſanctificari poteſt mutationi obnoxium eſt.

Hic in Ducali exemplo quædã deerant, quæ expleuimus ex codice Vaticano.

Si Dei Verbum ſecundum ſe inunctum eſſet, Patre maius eſſet.

Hebr. 7.

Sacra Trias per ſe ſancta eſt.

Quòd

Quòd ſi quis eum, quem ſacra Virgo peperit, ſolum, hoc eſt, in propria ſubſiſtentem hypoſtaſi vnctum & ſanctificatum arbitretur, atque ob id Chriſtum appellatum cõtendat; eiuſmodi in medium prodeat, nobisque exponat, ſolane illa vnctio ſat ſit, vt vnctus cũ Deo, qui eſt ſuper omnia, æqualis gloriæ, pariſq; potentiæ & maieſtatis cenſeatur? Quòd ſi id ſatis eſſe concedat, & nos quoque illam ſacram vnctionem aſſecutos non neget; quẽadmodum iure id negare non valet: Eſt enim in ſacris literis: (Vos vnctionem habetis ex ſancto. Erimus igitur & nos ipſi quoque Deo quodamtenus pares. Atque ita nihil, opinor, prohibebit, quò minùs nos quoque perinde atque Emmanuel dextrâ illi aſſideamus: Dictum eſt enim ad illum: (Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorum.) Adoret proinde & nos ſacra illa mẽtium beatorũ multitudo: Nam vt Apoſtolus commemorat: (Cùm primogenitum ſuum in orbem terrarum inducit;) ait ita: (Adorent illum Angeli eius.) At verò nos quanquã Spirituſancto inungamur, nec non per gratiam in Dei filios cooptemur, & Dij interdũ quoq; nominemur; noſtræ tamen naturæ mediocritatem non ignoramus: Sumus enim de terra, & inter ſeruos numeramur. Ille vero naturæ noſtræ legibus non continetur; ſed natura & veritate Filius, totiusque vniuerſitatis Dominus eſt, atque è cœlis ad nos dilapſus eſt.

Sola Spiritusſancti in vnctio, ad Diuinæ gloriæ & maieſtatis æqualitatem inunctũ non euchit.

1. Ioan. 2.

Pſalm. 109.

Heb. 1.

Pſal. 90. 101

Neutros itaque rectè ſapere certum eſt; neque eos, qui ſolam carnem ſine Deo natam aſſerunt; neque illos rurſum, qui Diuinitatis naturam, hoc eſt, Deum, priùs à muliere editũ aſſeuerant, quàm humana natura ſe induiſſet. Probè autem hic ſentiemus, ſi Verbum, quod ex Deo natum eſt, & hominem, qui ex ſacra Virgine perfectè in hanc lucem ortus eſt, à ſe inuicem non diuellentes, vnum Dominum & Chriſtum Ieſum agnouerimus; ità vt vnum hunc propter aſſumptam carnem, extra diuinitatis terminos non eijciamus; neque propter eam rurſum, quam communem nobiſcum habet, corporis ſimilitudinem, intra totius humanæ naturæ cancellos includamus: Hoc etenim conſtituto facilè aſſequêre, qua ratione Verbum ex Deo genitum voluntariam exinanitionẽ ſuſtinuerit; quoue pacto is, qui ſuapte natura liber erat, ſerui forma ſuſcepta, ſemetipſum humiliauerit, quo denique modo ſemen Abrahæ apprehenderit, carniſque & ſanguinis, Deus Verbum particeps effectus ſit: Nam ſi, vt merus homo noſtri ſimilis, mẽte concipitur, quomodo ſemen Abrahæ, tanquam naturaliter quippiam extraneum & abs ſe alienum apprehendit? Quomodo propriæ carni, quò per omnia fratribus aſſimuletur, communicaſſe dicitur: Nam quod alteri aſſimulatur, ex diſſimili ad ſimilem formã transferatur oportet.

Neque ſolũ Dei Verbũ, neque ſol[9] rurſum homo ex ſacra Virgine ortus eſt; ſed Deus & homo ſimul.

Verbũ propter aſſumptam humanitatis naturam, ex diuinitatis natura non excidit.

Hebr. 2.

Quod alteri aſſimulat, ex diſſimili ad alterius ſimilitudinẽ trãſfert.

Apprehendit ergo Dei verbum ſemen Abrahæ, corpusq; ex muliere ſibi conſtruens, carni & ſanguini communicauit; ita vt iam non ſolùm Deus ſit, ſed propter naturarum coniunctionem, homo quoque noſtri ſimilis eſſe intelligatur. Ex duabus etenim rebus, diuinitate nimirum & humanitate vnus certò cõſtat Emmanuel; vnus Dominus Ieſus Chriſtus; vnus verusque naturaliſque Filius, qui Deus ſimul & homo eſt; non homo deificatus par illis, qui per gratiam Diuinæ naturæ participes efficiuntur, ſed Deus verus, qui ſalutis noſtræ cauſa in humana forma apparuit; prout Paulus hiſce verbis teſtatur: (Quando, ait, venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt filiorum adoptionem reciperemus.) Ec quis ille, obſecro, eſt, qui ſub legẽ miſſus eſt, quique, vt hic aſſeritur, ex muliere factus eſt, niſi vnus ille, qui quidem vt Deus, ſupra legem eſt; vt verò homo, ſub lege eſt, fratribusque per omnia aſſimulatus eſt? Igitur vt Moſaicæ legi obnoxius, vnà cum Petro didragma dependit; vt autem liber tanquam filius, & lege maior, vt Deus; & ſi vt homo ſub lege factus eſt, eiuſmodi vocem promit: (Reges terræ à quibus cenſum aut tributum accipiunt? A filijs ſuis, an ab alienis?) Petro verò reſpondente: (Ab alienis;) mox infert: (Ergo liberi ſunt filij.) Cùm planum ergo ſit Dei Verbum à carne ſeiunctũ, & quaſi per ſe ſeparatim ſubſiſtens, Chriſtum rectè dici non poſſe, ſed in nominis eatenus in illud conuenire, quatenus homo factum eſt; agedum argumentis ſacrarum literarum monumentis ductis oſtendamus, ſecũdùm naturam Deum eſſe, etiàmſi inſolubili ſocietatis vinculo propriæ carni cohæreat: Hoc etenĩ patefacto ſimul clarebit, ſacrã Virginẽ optimo iure Deiparã à nobis appellari.

Diuinæ humanæque naturæ copula vnum abſolute Chrm, vnũ hominemque ſ[?]lem; vnum Dominũ.

Galat. 4.

Alia ſecundum diuinam, alia rurſum ſecũdum humanam naturam in Chriſtũ Ieſum conueniunt.

Verbũ carne exutum, Chrs dici non poteſt.

Igitur Propheta Eſaias Filium non tam hominem olim futurum, quàm iam tum hominem factum demonſtrans, ita inquit: (Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate; dicite: Puſillanimes, confortamini & nolite timere: Ecce Deus veſter vltionẽ adducet retributionis, Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos; tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorum patebunt; tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.) En quomodo veluti in Spiritu loquens Emmanuelem & Dominum appellet, & Deum nominet. Aduerte rurſum, quo pacto non hominem Deiferum, aut numine afflatum, inſtrumenti tantùm loco aſſumptum & vſurpatũ pronuntiet, ſed Deum verè incarnatum: Tunc enim, inquit, tunc cæcorũ oculi patefacti ſunt; tunc ſurdorum aures audiuerunt; tunc claudi ceruorum inſtar exilierunt; tunc balbutientium lingua facta eſt diſerta: Eiuſmodi præconijs illum vt exornarent, ſanctis Euangeliſtis per Spiritum ſanctum iniunctum eſt: Ait enim: (Supra montem excelſum aſcende tu, qui Euangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui Euangelizas Hieruſalem;

Cap. 35.

Eſaias Chrm filiũ & Oĩm & Deum appellat.

Chrs homo nõ erat nudum inſtrumẽtũ, ſed homo Deus.

Eſa. 40.

exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus veſter; Ecce Dominus Deus io fortitudioe veniet, & brachium eius dominabitur: Ecce merces eius cum eo, & opus illius

Euidēs Diuinæ poteſtatis argumentū, miraculorum patratio.
Matth. 8.

coram illo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo colliget, & in ſinu ſuo leuabit; fœtas ipſe portabit:) Apparuit enim nobis Dominus noſter Ieſus Chriſtus Diuina fortitudine Diuinitatiſque brachio, hoc eſt, cœleſti poteſtate & auctoritate inſtructus.

Luc. 7.

Hinc leproſum ita affatur: (Volo, mundâre, hinc rurſum loculum tetigit,) & extinctum viduæ filium in vitam reuocauit.

Ver° paſtor Chriſtus.
Ioan. 10.

Quin & agnos quoquè mirè diſperſos in vnum coegit: (Eſt enim paſtor ille bonus, qui animam ſuam pro ouibus ſuis ponit.) Vnde & ait: (Sicut nouit me Pater, & ego noſco Patrem; & animam meam pono pro ouibus meis; & alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili; & illas oportet me adducere; & vocem meam audient; & fiet vnus paſtor & vnum ouile.)

Baptiſta Dñi Chři Diuinitatē Iudæis annuntiabat.

Adde his magnum illum Baptiſtam Iaannem, cùm à Chriſto concionandi exordium faceret, oon aliquod Diuinitatis organum, aut homioem diuino tantùm Spiritu instructum (vt nonnullis garrire lubet) ipſum appellaſſe; iisve, qui per vniuerſam Iudæam paſſim habitabant, annuntiaſſe; ſed Deum incarnatum, hominemq́ue factum;

Matth. 3.
Marc. 1.
Luc. 3.

Clamat namque; (Præparate viam Domini; rectas facite ſemitas Dei noſtri.) Eccuius, quæſo, vias præparare iuſſit? An non Chriſti, hoc eſt, Verbi in humana forma maniſeſtati? Quid? An non vel vnius Pauli teſtimonium ad fidem huic rei faciendam ſat eſſe poterat? Scribitis autem in hunc modum;

Rom. 8.

(Quid igitur dicemus? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?) Hic te nunc interrogo, quomodo is, qui ex ſacra Virgine ortus eſt, proprius Dei Filius appelletur?

Id propriū cuiuſq; pignus eſt, qd̄ natur aliter ex eo naſci eſt.

Sanè vt hominis & cuiuſcunque alterius animantis proprium id eſſe rectè dicitur, quod naturaliter ex illo naſcitur, ità meritò quoquè id proprium Dei pignus cenſetur & appellator, quod ex illius ſubſtantia progignitur.

Qua igitur ratione Chriſtus proprius Dei Filius nomioatur, qui & à Deo quoquè & Patre omnium ſalutis & vitæ cauſa oblatus hoc loco prædicatur?

Rom. 4.
1 Pet. 2.
Eſa. 53.

(Traditus eſt enim propter delicta noſtra, & ipſe,) ſecundùm Prophetæ vocem, (multorum inquitates in corpore ſuo pertulit ſuper lignum. Planum eſt, quòd ad naturarum conſociationem reſpiciens, Emmanuelem, qui ex ſacra Virgine exortus eſt, Dei Filium definiat: Quandoquidem corpus, quod ex ea natum eſt, ooo alterius cuiuſpiam hominis noſtri met ſimilis, ſed ipſius, quod ex Virgine natum eſt, propter hypoſtaticam vnionem verus Dei Filius eſt, Verbi, quod ex Patre gignitur, proprium erat.

Quòd ſi quis illod, quod ex Virgine ſumptum eſt, aliud nihil, quàm nudum Dei orgaoom extitiſſe contenderit; is vel inuitus veram Filij rationem illi auferet. Proponatur, verbi cauſa, homo quiſpiam, cui ſit filius lyræ tractandæ gnarus, pſallendique oppidò peritus; nunquid hic lyram & reliqua muſices inſtrumenta eodem cum filio loco & ordine habebit?

Aliud hō, aliud inſtrumentū, quo homo vtit.

Abſit: Nihil enim iſt hoc dici queat abſurdius: Si quidem lyra ad ſolum artis vſum aſſumitur; muſicus autem, etſi omnino organo careat, parentis ſui filius eſſe non deſinit. Quòd ſi illum, qui ex muliere ortus eſt, non ad quoduis miniſterium aſſumptum dixerint, ſed vt prodigia & miracula per illom ederentur, Euangeliorumque oraculorum præconia inuulgarentur, eadem licentia quemlibet ſanctorum Prophetarum, & præcipuè ſacratiſſimum illum Moyſen, Diuinitatis inſtrumentum extitiſſe aſſeuerent:

Exod. 7. 14.
Nobile inter alios Dei inſtrumentum Moyſeš extitit; nec ob id tamen filij nomen promeruit.
Pſal 113.
Galat. 3.

Hinc enim ſublata virga Ægyptiorum flumina in ſanguinem vertit, marique in partes diſſecto, Iſraeliticum populum per medium traduxit; virga ſaxum percutiens vbertim ſcaturientes vndas produxit, hoc eſt, duras cautes in aquarum fontes commutauit: Sequeſter præterea Dei & hominum, & legis miniſter, & populi denique dux & doctor extitit. Nihil proinde eximium io Chriſto fuiſſet, nec vllam in partem cæteros, qui illum anteceſſerant, excelluiſſet, vt qui & ipſe quoquè æquè ac illi inſtrumenti miniſterique vicem expleuerit. Conſequens fit ergo, diuinum Dauidem nugari, planeque ioeptire, dum ait:

Pſalm. 88.

(Quis in nubibus æquabitur Domino? Similis erit Domino in filijs eius?)

Cap. 3.

At longè alius ſapiētiſſimo Paulo de Chriſto ſenſus erat: Etenim Moyſen, ad Hebræo ſcribens, domeſticis annumerat; eum verò, qui diuina diſpenſatione ex muliere natus eſt, hoc eſt, Chriſtum, Deum ac Dominum vocat: Scribit enim hunc in modum:

Ingens inter Chriſtū & Moyſen interuallū.

(Vndè, fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes. Conſiderate Apoſtolum & Ponoficem confeſſionis noſtræ Ieſum, qui fidelis eſt ei, qui fecit illum, ſicut & Moyſes in omni domo eius: Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus; quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam: Omnis namque domus fabricatur ab aliqoo; qui autē omnia creauit, Deus eſt. Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in teſtimooium eorum, quæ dicenda erant; Chriſtus autem tanquam filius in domo ſua, cuius domus nos ſumus.) Iterū atq; iterum hic mihi expende, quomodo & humanæ naturæ proprietates integras illi conſeruet; & ſummæ nihilominùs ſoliq; Deo cōuenientis gloriæ ac dignitatis excellentiam eidem tribuat: Primò namque Apoſtolum ac Pontificem illum vocat; mox ſuo Conditori p oīa fidū extitiſſe ꝓnuntiat, poſtremò dignitate & honore tm̄ Moyſē excelluiſſe aſſeuerat,

quantùm

quantùm architectus domo, quam fabricauit, gloria præſtat. Subiungit deinde: (Omnis autem domus fabricatur ab aliquo; is verò, qui omnia creauit, Deus eſt.) Diuinus itaque Moyſes inter res effectas & ſtructuras cenſetur: At verò Chriſtus omnium opifex declaratur. Ex quia omnia condere, ſolius Dei eſt; Chriſtum verum Deum eſſe, omnino neceſſarium eſt; addit rurſum: (Et „ Moyſes quidem tanquam famulus in tota „ iſtius domo fidelis erat; Chriſtus autem tan„ quam filius ſupra domum illius eſt, cuius do„ mus nos ſumus; iuxta illud Prophetæ: Quo„ niam habitabo in illis, & ambulabo cum il„ lis, & ero illorum Deus; & ipſi erunt mihi „ populus.)

Eodem capite. Solius Dei eſt, oia condere: At omnia condidit Chrs.

Leuit.26.

Dixerit fortè quiſpiam: Ecquis hoc inter Chriſtum & Moyſen diſcrimen agnoſcere queat? Etenim ſi vterquè ex muliere progenitus eſt, quomodo alter eſt in domo tanquam fidus famulus? alter verò tanquam naturà filius & Dominus ſupra domum illius, quæ domus nos ſumus, conſtitutus eſt? Res hæc, vt ego quidem ſentio, ijs, qui ingenio valent, ſenſumque & mentem Chriſti, vt Apoſtolus alicubi loquitur, obtinent, neutiquam obſcura eſt: Moyſes namque erat homo ſeruitutis iugo preſſus; Chriſtus verò, vt Deus & vniuerſorum architectus, ſuapte natura liber erat: Nam etſi noſtri cauſa in voluntariam exinanitionem ſeſe demiſiſſet; ea tamen abiectio diuinam gloriam illi nequaquam adimebat; nec à ſuprema illa excellentia, quam ſuper omnes ſortitus erat, vlla ex parte ipſum excludebat: Quandoquidem vt nos Spiritu ipſius locupletati (in noſtris enim cordibus hic inhabitat) inter filios Dei cenſemur; neque per hoc tamen, id quod naturaliter ſumus, eſſe deſinimus: (Sumus namque homines ſecundùm naturam, etiamſi Deo, Abba Pater, dicamus) Ita Deus verbum, quod inexplicabili quodam modo ex Dei & Patris ſubſtantia gignitur, naturam humanam, quam aſſumpſit, honore quidem affecit; non ob id tamen propria dignitate, aut excellentia excidit: Manſit enim Deus, etiam humanitate iam indutum. Neutiquam ergo templum illud, quod ex ſacra Virgine aſſumptum eſt, organi tantùm loco habitum dicimus: Verùm ſacrarum Scripturarum ſenſum, ſanctorumque Patrum ſententias ſecuti, Verbum modo non ſemel iam expoſito carnem factum, ſuam pro nobis animam poſuiſſe aſſerimus: Nam cùm mortem ſuam ſalutem mundo allaturam eſſe non ignoraret, crucem ſuſtinuit confuſione contempta; eſto ſecundùm naturam vita eſſet, vtpote Deus. Quomodo igitur vita mortem oppetiuiſſe dicitur, non aliter ſanè, quàm mortem in propriam carnem excipiens? Quandoquidem dum hanc ſemel extinctam denuo viuam reddidit, veram ſe vitam eſſe apertè oſtendit.

Moyſes homo & ſeruus; Chrs Deus & liber.

Philip.2.

Rom. 8. Galat.4.

Vt gratia naturã humanã non tollit, ſed pficit; ita Chriſti humanitas Verbi naturam nõ læſit, ſed perfectionem ab eo accepit.

Hebr.12.

Verùm quò planius fiat, quod dicitur, agè & in noſtram quoquè mortem inquiramus, eiuſdemque rationem accuratè conſideremus. Nunquid ergo mortalium quiſpiam ſana mente vtens, dum corpus hoc terrenum extinguitur, vnà cum illo ipſam quoquè animam extingui credit? Non exiſtimo, vel vni ex omnibus id eſſe perſuaſum; & tamen quod communiter accidere ſolet, non corporis, ſed hominis mors appellatur. Ad eum itaquè modum & de ipſo quoquè Emmanuele ſtatuas licet: Erat enim Verbum in eo, quod ex muliere ſuſceptum erat, tanquam in proprio corpore. Hoc ipſum autem corpus præfinito tempore in mortem contradidit, nihil interim incommodi propria natura ſuſtinens: Ipſum namque & vita eſt, & cætera omnia viuificans eſt; veruntamen, quæ carnis ſunt, velut propria in ſe transſerens, & mortem perpeſſum; & vnus qui omnibus dignitate præſtabat, pro omnibus mortuus, proprio ſanguine humanum genus expiaſſe, & quotquot paſſim per terrarũ orbem degunt, Deo & Patri acquiſiuiſſe dicitur. Vnde ſacer Vates Eſaias, diuino Spiritu afflatus, hæc de illo pronuntiat: (Deo diſpertiam ei plurimos; & fortium diuidet ſpolia, pro eo, quò tradi„ dit in mortem animam ſuam, & cum ſcelera„ tis deputatus eſt, & ipſe peccata multorum „ tulit.) „

Vt homo rectè mori dicitur, etiãſi potior illi' pars nõ intermoriaſ; ita Deus quoque rectè mortu' perhibetur, etiamſi ſola illi' humanitas mortẽ ſubierit.

Eſa.53.

Vnus ergo omnes dignitate præſtans, pro omnibus animam ſuam poſuit; & œconomica quadam ratione carnem per mortem nonnihil humiliari, ac tantùm non opprimi ſiuit. Verùm ſecundùm propriam naturam, in quam nullus dolor, nulla cadit perpeſſio, eandem mortem viciſſim deſtruxit; quô hac nimirum ratione corruptio in omnium corporibus eneruaretur, mortiſque imperium diſſolueretur: (Etenim vt in Adam omnes moriuntur; ſic è contrario in Chriſto omnes viuificamur:) Nequè enim efficaciter ea, quæ ad ſalutem noſtram faciunt, ſecundùm naturam humanam, mortem noſtri cauſa non ſuſtinuiſſet: Traditur namquè mortem primò quidem oppetijſſe, vt homo; mox verò per id, quod ſua natura eſt Deus, in vitam denuo redijſſe. Si igitur mortem ſecundùm Scripturas corpore non pertuliſſet; nequè Spiritu viuificatus reuixiſſet quoquè. Quòd ſi verò in vitam non reſurrexiſſet, fides noſtra vana foret, & in peccatis etiamnum ſepulti iaceremus: Nam iuxta beati Pauli doctrinam, in mortem illius baptizati ſumus; peccatorumque remiſſionem per ſanguinem illius obtinuimus.

Vnus Chrs dignitate omnibus præſtat.

Rom.5. Mors mortem deſtruxit.

Ad noſtrã liberationẽ morte opus erat.

1.Cor. 15. Salutis noſtræ baſis Chri mors & reſurrectio. Rom.6.

Porrò autem ſi neque verus Dei Filius eſt Chriſtus, nequè natura Deus, ſed æquè ac nos nihil aliud, quàm homo, aut ſolum diuinitatis inſtrumentum; nequaquam per Deum ſalutem conſecuti ſumus, ſed per eum, qui noſtri ſimilis noſtri cauſa mortuus, alteriuſq; virtute & poteſtate reſuſcitatus eſt.

Qui Chriſtum Deũ eſſe negãt, humano generi ꝑ Deũ ſalutẽ partam eſſe negant.

Quòd ſi ita res habet, quomodo ergo mors per Chriſtum deuicta dicitur? Atqui Chriſtum de ſua anima ita pronunciantem audio: (Nemo tulit illam à me, ſed ego pono eam à me: Poteſtatem enim habeo ponendi eam; & poteſtatem habeo rurſum ſumendi eam:)

Ioan. 10.

Qui enim ſecundùm ſe mortem neſciebat, ille ſecundùm propriam carnem in mortem omnibus communem ſe abiecit, quò & nos quoquè vnà cum illo ad vitam reſurgeremus: Reuixit enim deſpoliatis inferis, non vt noſtræ conditionis homo, ſed vt Deus noſtri cauſa nobis ſimilis effectus. Obtinuit autem natura in ipſo tamquam in capite incorruptionem. Contrita eſt mors quoquè dum corpori, quod ipſius vitæ erat, temere hoſtiliterque inſultat. Quemadmodum enim illa per Adam vicit; ita per Chriſtum debellata corruit.

Mors vitæ auſtori hoſtiliter inſultans, debellata concidit.

Quamobrem diuinus ille Pſaltes Dauid ad eum cœleſtemque Patrem, pro nobis & propter nos aſcendenti, nempe quò nobis terræ huius inquilinis viam ad cœlum muniret, eiuſmodi triumphale carmen accinuit:

Pſal. 46.

(Aſcendit Deus in iubilo; Dominus
» in voce tubæ: Pſallite Deo noſtro pſallite,
» pſallite Regi noſtro, pſallite; pſallite ſapien-
» ter: Deus enim regnauit ſuper omnes gen-
» tes.) Sed & Diuus Paulus quoquè de illo his conſentanea ſcribit:

Epheſ. 4.

(Qui (inquit) deſcen-
» dit, ipſe eſt, qui & aſcendit ſuper omnes cœ-
» los, vt adimpleret omnia.)

1. Cor. 2.

Cùm igitur ſecundùm naturam verus ſit Rex, & Deus item verus; (nam gloriæ Dominus crucifixus disertè alicubi prædicatur) cui dubium eſſe poteſt, quin ſacra Virgo Deipara ſit nominanda? Tu igitur Emmanuelem, vt verè vnum, adora; nequè poſt factam vnitionem in duos illum diſſeca:

Virgo mater verè Deipara.

Tunc enim, tunc inquam, inſanus Iudæus incaſſum ridebit; tunc proculdubio occiſi Domini reus agetur; tunc illum non in vulgarem quempiam hominem nobis ſimilem impiè ac ſceleratè ſæuijſſe apparebit; ſed in vniuerſorum Seruatorem & Deum; audietq; vel inuitus:

Iudæus in Chriſtũ ſæuiens in verum Deum ſæuiit.

Eſa. 1.

(Væ genti peccatrici, populo
» graui iniquitate, ſemini nequam. Dereliqui-
» ſtis Dominum, & exacerbaſtis Sanctum
» Iſrael.) Tunc Gentium populus nullo prorſus iure Chriſtianorum fidem ſubſannare poterit: Agnoſcet enim, nos non nudo alicui homini diuinum cultum deferre, ſed illi, qui natura Deus eſt: Neque enim gloriæ maieſtatiſque illius ignari ſumus: Nam etſi perinde ac nos ex muliere natus eſt; id tamen, quod erat, nimirum Deus, ſemper manſit. Per ipſum, & cum ipſo Deo & Patri ſit gloria, cum ſancto & viuifico Spiritu in ſecula.

Amen.

Tomi primi Caput II.

EPISTOLA CYRILLI EPISCOPI Alexandrini ad Neſtorium, poſteaquàm hæreſeos labe eum infectum didicerat, præſcripta.

ARGVMENTVM.

ACCEPERAT Cyrillus, Neſtorium epiſtola, quam ad Aegypti Monachos dederat, grauiter fuiſſe offenſum. Hinc itaque accepta ſcribendi occaſione, hanc primam paræneticam ad illum mittit: Qua quidem, poſt aſsignatam excitatarum turbarum cauſam, luculentámque, cur ad Monachos ſcripſiſſet, redditam rationem, ſerò illum ad reſipiſcentiam clapſæque per imprudentiam vocis palinodiam hortatur. Sub finem cauillationi, quæ ex argumenti aliàs tractati cognatione peti fortaſſis poterat, tacitè occurrit.

Religioſiſſimo pijſſimoque Symmyſtæ Neſtorio Cyrillus Epiſcopus in Domino S. D.

ADVENERANT Alexandriam viri aliquot veneratione ac fide digni, qui, pietatem tuam grauiter ſtomachari, nullumque mei lædendi cauſa lapidem non mouere, mihi renuntiarunt.

Neſtorius Cyrillo propter epiſtolã ad ſolitarios ꝑſcriptam infeſtus.

Cupienti autem mihi agnoſcere, vndenam pietas tua in hanc ægritudinem incidiſſet, Alexandrinos quoſdam epiſtolam illam, quam ad ſanctos Monachos miſeram, circumferre, eamque rem odij iniuriæque cauſam eſſe, reſponderunt. Ego verò miratus ſum maiorem in modum, pietatem tuam non perpendiſſe ſecumque reputaſſe, eas in fide turbas, antequàm ego quicquam omnino ſcriberem, ex quibuſdam pietatis tuæ ſermonibus excitatas fuiſſe.

Turbæ Cõſtantinopoli & alibi paſſim propter Neſtorianũ dogma excitatæ.

An non, obſecro, priuſquàm vllæ penitùs eiuſmodi chartæ, vel commentarij circumferrentur, dum quorundam peruerſorum emendationi ſtudemus, inſignem moleſtiam pertulimus? Eò namquè malum hoc paulatim ſerpendo peruenit, vt nonnulli, Chriſtum Deum appellari, ægrè patiantur: Garriunt enim, quoddam diuinitatis organum diuinitusque afflatum hominem eſſe verius, quàm Deum; & alia his ineptiora.

Neſtoriani Chriſti diuinitatem in quæſtionẽ vocant.

Noſter proindè hic animi dolor ex ijs natus eſt, quæ pietas tua dixit, aut etiam non dixit: Siquidem ſchedis, quæ ea de re feruntur, parum fidei habeo.

Cùm igitur fides tam inſigniter læderetur, totque paſſim peruerterentur; qui tandem tacere hic licuit? An non ante tribunal Chriſti ſiſtemur? An intempeſtiui ſilentij rationem reddituri non ſumus; præſertim nos, qui ea de re hunc in locum ab eo euecti ſumus, vt, quæ oportet, prædicemus? Ecquid nunc, obſecro, conſilij capiam? (tuam hic namquè pietatem appellare compellor)

Non licet paſtori tacere, vlulante lupo.

Exegeſes Neſtorij Romæ examinatæ & cõdemnatæ.

compellor) Quandoquidem Celeſtino religioſiſſimo Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo iubente, cæteriſque pijſſimis Epiſcopis, qui ipſi adſuêre, ita poſtulantibus, inueſtigare cogor, chartulænæ illæ & exegeſes, quæ illuc ad ſe, neſcio quomodo, perlatæ ſunt, a tua pietate, an verò ab alio quopiam profectæ ſint: Scribunt enim, vt qui grauiſſimè videantur offenſi.

Magna Orientalium cum Alexādrinis conſuetudo.

Grauis vtrique offēſio ppter Neſtorij expreſſiones.

Mittamus Occidentales; at quomodo eos, qui ab omnibus totius Orientis Eccleſijs ſubinde huc ventitant, & contra hæc ſchedia grauiſſimè murmurant, quandoquè ſedabimus? An exiguas fortè turbas ex eiuſcemodi hominibus in Eccleſijs excitatas exiſtimant? Omnes enixè ſudamus omnes, vt eos, qui, neſcio quo pacto, vti ſecus, quàm oportebat, ſaperent, perſuaſi ſunt, ad rectum veritatis tramitem reducamus, impendiò elaboramus. Cùm autem pietas tua hanc murmurandi neceſſitatem attulerit, quo, quæſo, iure me incuſat? Cur odijs in me flagrat? Cur temere me allatrat? Cur emendata oratione ſua, orbis offenſionem non ſanat? Cur, ſi quid eiuſmodi per imprudentiam excidit, quod populares meritò turbare potuerat, id, ſeria retractatione non emendat? Ne graueris, obſecro, ijs, qui non leuiter offenſi ſunt, vnam hanc θεοτόκον voculam largiri, ſacramque Virginem Deiparam appellare, quò illis, qui non leuem hinc fortè mœſtitiam ceperunt, medentes, & noſtræ quoquè famæ & exiſtimationi conſulentes, in populorum pace animorumque conſenſione Eccleſiaſticos conuentus celebremus. Certò autem pietas tua perſuaſum habeat, nos & vincula, & carceres, & cætera omnia eiuſmodi incommoda, quin & ipſum quoquè vitæ diſcrimen propter Chriſti fidem adire paratos eſſe.

Quidvis fidei cauſa pferendū & adeundū.

Fateor autem, beatæ memoriæ Attico etiamnum ſuperſtite, quendam me de ſacra & homouſia Triade libellum compoſuiſſe; in quo & de Vnigeniti quoquè incarnatione nonnulla ijs, quæ nunc conſcripſi, non prorſus diſſimilia attexui. Veruntamen licet non ipſi ſolùm Attico, cæteriſque Epiſcopis & Clericis, ſed ſtudioſioribus quoquè popularibus eum legerim; nulli tamen per id tempus illius copiam feci. Probabile fit ergo, edito iam hoc commentatiolo, non defuturos, qui me accuſent, aſſerentes, priùs eiuſmodi oratiunculam me concinnaſſe, quàm Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Pōtificatus pietati tuæ mandaretur.

Attici Epi Conſtantinopolitani ſucceſſor Neſtorius.

Tomi primi Caput III.

EPISTOLA NESTORII per Lāponem Presbyterum & Monachum, ad Cyrillum Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopum miſſa.

ARGVMENTVM.

AD primam hanc parænecticam (plures namque ad illum ſcripſit) Neſtorius ita reſpondet, vt mordacitatis & iniuſtitiæ Cyrillum potius accuſet, quam vllam omnino emendationem, conceptique erroris retractationem promittat.

Domino ſuo religioſiſſimo ſanctiſſimoque Symmyſtæ Cyrillo, Neſtorius in Domino S. D.

Magna Chriſtianæ charitatis vis.

NIHIL ſanè Chriſtiana moderatione eſt potentius, nihil firmius. Ea vt in præſentia per Lamponem Presbyterum religioſiſſimum ſcriberemus, nos commouit: Cùm enim ille de tua pietate multa referret, multaque viciſſim audiret; poſtremò vrgendi finem nullum fecit, donec haſce à nobis impetraret. Quapropter hominis importunitati manus dedimus: Nam vt, quod res eſt, ingenuè profitear, non mediocrem cuiuſcunque Chriſtiani viri modeſtia (vtpotè in cuius pectore Deus inhabitet) timorem mihi afferre aſſolet. Proinde quod ad nos ipſos noſtraque attinet, etſi non pauca a pietate tua deſignata ſint, fraternæ charitati parùm congruentia; (oportet enim modeſtè loqui) ita nihilominùs affecti ſumus, vt ſolidam animi lenitatem conſeruare, nec nō in priſtino beneuolè amiceque per litteras ſalutandi officio permanere decreuerimus. Quantum verò Lamponis religioſiſſimi Presbyteri vehemens impulſus ille fructum nobis allaturus ſit, experientia ipſa demonſtrabit. Vniuerſam, quæ tecum eſt, fraternitatem, ego, quique mecum viuunt, ſalutatam cupimus.

Multi refert, auditque viciſſim Lampo de Cyrillo. Chriſtiano pectori Deꝰ inſidet.

Accuſatur Cyrilꝰ, ſed a Neſtorio, violatæ chriſtianæ charitatis.

Tomi primi Caput IIII.

PRIMA CYRILLI PROSPHOnetica ad Imp. Theodoſium.

ARGVMENTVM.

LATIVS indies ſerpebat Neſtorianiſmus. Veritus itaque Cyrillus, ne ipſa quoquè orbis capita inuaderet, vnde ingens Chriſtianæ Reipub. periculum formidare meritò licebat, de recta in Deum fide diuinaque verbi incarnatione tres iuſtæ magnitudinis libros, quos ille λόγους προσφωνητικοὺς appellat, conſcripſit: Horum primum nuncupauit Theodoſio & Valentiniano Impp. duos poſteriores Eudociæ & Pulcheriæ Imperatricibus. Scopus autori in primo hoc commentario præcipuè propoſitus, eſt euincere, & quaſi ad oculum demonſtrare, non

duos

duos eſſe Chriſtos, aut Filios, aut Dominos, ſed vnum ad numerum, eumque verum & naturalem Dei Filium, & Deum; & verum rurſus naturalemque hominis filium, & hominem eſſe; atque ideo Deiparæ appellationem (quod Neſtoriani negabant) verè & propriè in Virginem matrem conuenire. Quæ autem ſpeciatim hic tractantur, hæc ferè ſunt: Docet regni ſtabilimentum & quaſi baſim eſſe pietatem: Mox quæ falſæ de incarnato Verbo opiniones extiterint, commemorat. Hinc eos impugnat, qui Chriſtum phantaſticum corpus aſſumpſiſſe aſſerebant; tum eos rurſum, qui Verbum in carnem verſum defendebant; tum eos item, qui Filium Verbum pronunciatum eſſe nugabantur; tum Apollinariſtas demum, qui animam humanam in Chriſto fuiſſe negabant. Poſt hæc Apoſtolorum traditionibus fidem habendam eſſe demonſtrat. Diſputat poſtremò de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos; de nomine Ieſu; de Chriſti adoratione; de carnis Chriſti in efficiendo virtute; de Chriſti vnitate; de idiomatum denique *communia*. Ex quarum rerum indicatione planum fit, præſentem hanc diſputationem, vt & reliquas duas quoque, quæ hanc proximè conſequuntur, non ſolùm contra Neſtorium Neſtorijque ſectatores facere, verùm etiam contra veteres recentesque Arrianos; imò verò contra omnes omnino, qui Chriſti diuinitatem, vel humanitatem quocunque modo impugnant, vel negant.

Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini, de recta in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fide, liber, religioſiſſimo Imperatori Theodoſio nuncupatus.

Diuinæ celſitudinis vmbra quædam & quaſi ſimulachrum eſt maieſtas regia.

SVPREMVM humanæ gloriæ culmen, Chriſtianiſſimi Imperatores, longè maximo diſcrimine cæteris omnibus antecellens præſtanſque; præclara itidem ſors, munuſque perilluſtre a Diuina excellentia & Maieſtate in vos defluxit; nempe quò ſummæ illius celſitudinis & dignitatis aliquod quoque veſtigium & quaſi ſimulachrum in terris extaret. Igitur vt ſummo illi numini omne genu incuruatur, Thronique, Dominationes, Principatus ac Poteſtates prona ſubmittentes colla, congruis illud laudibus & hymnis venerantur, nec non cœlum terramque plena eiuſdem gloria & Maieſtate eſſe profitemur; ita in veſtra quoque ſerenitate apprimè conſpicua & glorioſa venuſtam quandam ſummæ illius gloriæ imaginem intueri licet: Vos etenim omni terreno faſtigio ſuperiores, ampliſſimarum dignitatum fontes eſtis: Vos humanæ fœlicitatis principia & origines: Clementiſſimis Maieſtatis veſtræ nuubus, nemo non ad iuſtam honeſtamque viuendi rationem promouetur. Tandem quicquid vſquam eſt gentium, hoc totum regni veſtri ſolijs ſubſtratum eſt. Quòd ſi qui ſunt, qui iugum detrectant, illi veſtra potentia, nullo penè negotio, ſuperati ſuccumbunt. Imò verò ſi regium ſcutum vel ſemel concuſſum micuerit, vana illorum conſilia atque ſtudia in ventos mox abeunt; quippe qui amentiam ſuam miſſum facientes, e veſtigio ad genua veſtra ſeſe prouoluant, ſuppliceſque veniam expoſcant. Nimirum cohortes veſtræ bellicoſiſſimæ, militariſque diſciplinæ peritiſſimæ, ac triumphis agendis nunquam non aſſuefactæ, terrarum orbem ſubiugârunt. Vos proinde totus Oriens, vos totus canit Occidens, omnique laudum genere proſequitur: Vos, qui ad Auſtrum vergunt, miris encomijs extollunt: Vos, qui ad Aquilonem pertinet, feſtiuis gratulationibus exornare nunquam deſinunt. Supremum autem pijſſimi clariſſimique Imperij veſtri firmamentum eſt Dominus Ieſus Chriſtus: (Per hunc enim, vt ſcriptum eſt, Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt:) Cuius voluntas eſt potentiſſima, omniſque boni, ſi ſolum, annuat, copia. Dilargitur is ergo amicis ſuis munera imprimis præclara, & quæ in pretio habeantur quàm maximè idonea; & id quidem admodum alacriter & promptè. Quod hîc dicimus, vel ea ſola, quæ Maieſtati veſtræ ab eo donata ſunt, & olim adhuc, quemadmodum confidimus, donabuntur, verum eſſe, euidenter oſtendunt.

Iſa. 6.

Imperatoriæ Maieſtati terrena omnia cedunt.

Celebris Theodoſij fama apud omnes. Regni firmamētum præcipuum Chriſtus.

Prouerb. 8.

Iacob. 1.

Cæterùm quòd eximia in Deum pietas inconcuſſum regiæ dignitatis fundamentum exiſtat, id, quanta fieri poterit breuitate & claritate, ex ſacra diuinaque Scriptura docere enitar. Plurimi citra controuerſiam retro actis temporibus extitêre, qui Iudæam prouinciam adminiſtrârunt, regnique illius gubernacula tractauerunt, ſed ſorte & fructu diſſimili: Nam quotquot ex illis cultu & obſeruantia, quæ Deo debentur, impiè contemptis, legibuſque iuſtitiæ adminiſtris pro nihilo ductis, ſuo faſtui ſuiſque libidinibus liberè indulgendum eſſe putauerunt, omnes hi mali & miſeri, malè miſereque perierunt: Eſt enim res periculoſiſſima, quippiam in Deum committere, proculcataque æquitate, quocunque modo in illius offenſam incidere. Contrà vero quicunque ſe pios in illum declarârunt, quæque illi placitura credebant, omni ope præſtare elaborârunt, citra ſudorem ac puluerem hoſte deuicto debellatoque, triumphum cecinerunt. Eiuſmodi inter cæteros fuit Ioſias, ille, qui Idolorum cultoribus vnà cum ipſis delubris & aris, incenſis, incantationibuſque & falſis diuinationibus omnibus è medio ſublatis ac inanibus Dæmoniacæ impoſturæ ludibrijs profligatis, regnum apprimè nobilitatum, ſummaque apud veteres ac recentiores omnes (qui ea, quibus Diuina mens oblectatur, colere dicerent) laude & admiratione dignum reliquit. Verùm enimuero, licet iſthæc omnia cum virtute & gloria a Maioribus veſtris vobiſque ipſis ſuſcepta obſeruataque ſciam; non erit tamen inutile, opinor, ſi quæ ſapientis Ezechiæ pietate ac ſtudio eo in genere tentata perfectaque ſunt

Regnorum ſtabilimentum & baſis vera religio ardenſque in Deū pietas.

Impietas in Deum infelices exitus perpetuo ſortitur.

Ioſiæ eximia in Deū pietas magnaque in Idolorum cultores ſeueritas.

4. Reg. 23. 24.

ſunt aliquando, obiter hoc loco commemorauero: Huiuſce namque narrationis vis & energia non parum fortaſſis commodi veſtrę ſublimitati apportabit.

Eſa.36. Rapſaces Babyloni' depopulatus Iudæam.

Ex Perſica Babylone oriundus erat vir quidam, cui Rapſaces nomen fuit; hic poſteaquàm vniuerſam Iudæorum prouinciam propemodum occupaſſet, Samariamque vnà cum ipſa hoſtiliter depopulatus eſſet; copijs innumerabilibus ſtipatus, ipſam quoque Hieroſolymam adhoriri moliebatur. Porrò autem cùm minimè contemnendas, imò verò tantùm non inexpugnabiles equitum turmas peditatumque maris arenas penè æquantem adduceret; vaſtatrices machinas reliquumque belli apparatum ciuitatis mœnibus admonet; barbaraque veſania ac ſupercilio plurimùm elatus, ſanctam Hieroſolymorum ciuitatem perinde ac alias, vi ſe capturum expugnaturumque iactitat. Nec hoc contentus, contra venerandam illam Maieſtatem petulanter quoque inſurgens, liberaque incontinentiſſimæ ac inſolentiſſimæ linguæ fræna permittens, maledictas in Deum voces detorquere non dubitat: Aiebar enim, eos, qui ſuam in ipſum ſpem collocauerant, etiamſi vellet, ſeruare, ſperſtique ſubſidij beneficium eiſdem præſtare non poſſe. Cùm ergo acceſſiſſent, qui inſanos illius conatus verbaque Perſico faſtu turgentia Regi denuntiarent; ille conuitia in Deum detorta ægerrimè ferens, eaque, ſi diſſimularentur, capiondæ ciuitatis cauſam eſſe poſſe, piè prodenterque conſiderans, & ſe nihilominùs ab illo blaſpemarum vocum crimine exoluere percupiens; derepente conſciſſa veſte in domum Dei aſcendit, precibuſque, quibus potuit, iræ Diuinæ ſeſe oppoſuit. Ecquid illo ſtudio promouit? illud nimirum, quòd virtutum Dominum benignum propiniumque ſibi reddidit: Quandoquidem non frenatis & ad pugnam inſtructis equis; non ſagittariorum dexteritate; non haſtatorum pilis; non Ducum peritia, ſed Dei auxilijs vſos munitusque, Aſſyrios debellauit, vnaque nocte, omnem illorum exercitum deleuit: Scriptum namque eſt: (Egreſſus eſt autem Angelus Domini; & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Et ſurrexit, & ecce vidit omnia cadauera mortuorum.) Hi pietatis ſunt fructus; hęc eorum, qui blaſphemas in Deum voces non ferunt, merces.

Blaſphemę voces Rapſacis in Deum.

Eſa.37. Ezechias ægerrimè fert maledictas in Deū voces.

Iniuria Dei Diſſimulata euertit regna.

Blaſphemia in Deū grauiſſima cæde punita. Eſa.37. 4 Reg.19.

Pietatis merces victoria ex hoſte.

Arbitror autem, pias Principum aures nihil, quod in Deum blaſphemum ſit, ferre; ſed neque quicquam omnino eiuſmodi efferre debere; verùm id tantùm, quod extra omnem notam & reprehenſionem poſitum, ad laudem & gloriam, quæ, ſummo iure, ſummo illi nomini debentur, omni ex parte faciat. Cùm ergo optimum conuenientiſſimumque id eſſe compertum habeam, incitor, neſcio quomodo, vt rectæ fidei Canonem ab Apoſtolis traditum, & commentariolo hoc breuiter comprehenſum, veluti Spiritale quoddam Xenium, cùm veſtræ Maieſtati, tum ipſis quoque Reginis veræ pietatis ſtudioſiſſimis offeram; vt quæ ambæ vnà cum veſtra Serenitate coruſcent, inſigniterque floreant: Altera enim ſobole vobis exoptatiſſima felix, regni veſtri ſceptris perpetuæ ſucceſſionis ſpem adfert: Altera verò inter virgineas gemmas ſenſim adoleſcens, regni veſtri præclariſſimi curas vobiſcum communes habet. Igitur vt veneranda veſtra capita exornant Indici vniones; ita ſpiritalis animæ mentiſque veſtræ ornatus ſit recta, ſyncera inculpataque in Deum fides: Quam quidem fidem, quia vos conſeruaturos planè confido, præſens hoc ſcriptum, veluti quoddam mentis firmamentum, animæque lumen & cordis coronam offero: Scriptum eſt enim: (Melior eſt ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis; & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.) De Vnigeniti itaque incarnatione breuiter verba facturus, quænam Sacramenti huius ratio exiſtat, quanta quidem perſpicuitate ab ijs id fieri poterit, qui in ſpeculo tantùm & ænigmate conſpicantur, & ex parte ſolùm, nempe ſecundùm menſuram donationis Spiritus ſancti, vt diuus Paulus loquitur, cognoſcunt: (Nemo enim dicit Dominum Ieſum, niſi per Spiritum ſanctum: Sicut nemo rurſum dicit anathema Ieſum, niſi in Beelzebub) explicare tentabo.

Principes & magiſtratus nihil, quod cum Dei honore pugnet emittere debēt.

Reginarū altera coniunx, ſoror altera.

Pulcheria vnà cū fratre Theodoſio Imperiū curat.

Quod vnio nes capiti, hoc fides menti.

Prouerb. 8.

De Chriſti incarnatione clarè diſſerere, res ē non parum ardua.

1.Cor.12.

Dixerit autem hîc quiſpiam: Quandoquidem huius rei cauſam in arenam deſcendere, laboremque vſque adeò difficilem atque arduum ſubire lubet; agè, ſi placet, oratione minimè ad fucum comparata, ſed vera, ſed ſyncera, ſed ab omni nota vitioque libera, Chriſti myſterium expedi: Nam oracula, quæ cùm in noua, tum in veteri quoque Scriptura, ea de re paſſim occurrunt, ea quidam varijs opinionibus ebrij, & tantùm non dementati à vero germanoque ſenſo in præpoſterum detorquent. Sanè nihil extat tam abſurdum, quod inſipientes non attentent; verùm, vt ſcriptum eſt, (corruunt illi proni in laqueos inferni, & inpedicas mortis, non intelligentes, neque quid loquantur, neque de quibus affirment.) Retulerit autem noſſe, & quænam illæ ſint ſingulorum nugæ ſtolatæque fabulæ.

Hæretici, aut Scripturas deprauant aut in præpoſterū ſenſum detorquent.

1.Tim.1.

Quidam igitur Verbum ex Deo & Patre genitum in hominis forma apparuiſſe, haud inuiti concedunt; at veram ex ſacra & Deipara Virgine carnem ſumpſiſſe, id audaci temeritate inficiantur: Siquidem totam Sacramenti huius rationem in ſolo externo ſchemate poſitum fuiſſe, ſacrilegè ementiuntur.

Variæ de Chriſti Incarnatione hæreſes.

Manichæi Chriſto corpus phantaſticum tribuunt.

tiuntur. Alij turpe pudendumque rati, ſi hominem adorare videantur, terrenamque carnem ſumma honore afficiant; dum fœdo hoc inſcitiæ morbo, prauaque & adulterina religione laborant, Verbum ex Deo natum in oſſium & neruorum carniſque naturam demutatum affirmant. Atque ita miſeri illi Emmanuelis ex Virgine ortum ludibrium habentes, optimam illam diuiniſſimamque œconomiam indecoram iudicant. Sunt, qui coæternum Deo Pâtri Verbum tardè natum, hoc eſt, tum demum productum credunt, cùm ſecundùm carnem in lucem reditum eſt. Non deſunt rurſum, qui in tantam ſtultitiam & impietatem prolapſi ſunt, vt Dei Verbum anhypoſtaton, hoc eſt, euanidum ac fluxum (cuiuſcemodi illud eſt, quod tunc ſolùm eſt & intelligitur, dum ore profertur) dicere audeant, taleque Verbum, incarnatum contendunt. Inter hos Marcellus & Photinus primas facilè tenent.

Perſtringit Eutychianos, & Antieutychianos.

Cherinthianos notat.

Photiniani & Marcelliani Dei Verbũ anhypoſtaton ſtatuunt.

Comperiuntur alij, qui etſi vnigenitum Dei Verbum verè hominem, factum & incarnatum non negent; induci tamen nequeunt, vt carnem, quam aſſumpſit, anima, ratione & mente noſtræ ſimili prædita perfectam animatamque fuiſſe credant: Etenim Verbum, quod ex Patre, & templum, quod ex ſacra & Deipara Virgine ortum eſt, in vnam quaſi perfectam naturam contrahentes, Verbum in illu inhabitaſſe, corpuſque aſſumptum ad eum modum ſibi proprium effeciſſe confingunt, vt animæ ratione vtentis locum per ſeipſum perfectè explouerit. Sunt denique, qui horum omnium opinationibus aduerſantes, ſententijſque refragantes, ex Dei Verbo animaque intelligente & corpore, hoc eſt, humana natura numeris omnibus perfecta abſolutaque Emmanuelem conſtitutum compoſitumque conſtanter affirment; neque adhuc tamen ſanam prorſus omniſque vitij expertem ſententiam tuentur: Quandoquidem vnum Chriſtum in duos ſecernunt, & craſſa quadam ſeparatione inter hunc & illum inducta, vtrumque ſeorſum ac quaſi per ſe ſubſiſtere contendunt: Et alterum quidem, eum nimirum, qui ex Virgine natus eſt, perfectum hominem; alterum rurſum Dei Patris Verbum eſſe dicunt. Sed hi ſanè neque quid inter Dei & carnis naturam intercedat, ſatis diſtinguunt, neque intra ſolos diſcrepantium naturarum terminos conſiſtũt: Nam ſi inter ſolas naturas ſecernerent, a veritate non aberrarent: Alia enim carnis, alia rurſus Verbi eſt natura. At hic ſeſe non continent, verùm vlteriùs progreſſi, alterum ſeorſum ac per ſe, tanquam merum hominem conſiderant; alterum verò, vt verum naturalemque Deum, filium nominant: Cùm interim & Chriſtiano nomine ſibi blandiantur, & quoſdam quoque hiſce de rebus libellos conſcripſerint. Ad Verbum autem hunc in modum loqui & ſcribere auſi ſunt.

Apollinariſtæ, intelligentis animæ locum Chriſti diuinitatẽ expleuiſſe, mẽtiuntur.

Chriſtus ex tribus diſſimilibus cõſtituitur.

Neſtoriani vnum Chriſtum & Dominum in duos diſpeſcunt; idẽque utque inter perſonas atq; naturas ſecernunt.

Hic ſiquidem (nempe Dei Patris Verbum) verus & naturalis eſt filius; ille verò, puta Virginis natus, quòd eandem cum vero filio appellationem ſortiatur, homonymos tantùm Dei Filius dicitur; & paulò poſt iterum: Vtique Dei Verbum non eſt homo; ſed hominem aſſumpſit: Quandoquidem Vnigenitus iam inde ab initio per ſe & ſecundùm ſe, Dei omnium opificis Filius eſt; homo autem, quem ſuſcepit, quamuis natura Deus non ſit; propter eum tamen, a quo aſſumptus eſt, qui verus Dei Filius eſt, eodem cum ipſo nomine appellatur. Quare hoc Chriſti oraculum: (Nemo ſcit, quis ſit Filius, niſi Pater;) verum & naturalem Dei Patris Filium oſtendit. At illud verò Gabriel pronuntiatum: (Ne timeas MARIA: Inueniſti enim gratiam apud Deum; & ecce concipies in vtero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Ieſum:) in hominem quadrat. Et hæc ille hactenus; nos autem eius ſententię nequaquam ſumus: Abſit enim, vt præpoſterè conſentienium oratio huc nos inducat, vt recta ſemita relicta, diſtortam & a recto veritatis ſcopo abducentem viam ingrediamur.

Qui ex Virgine natus eſt, homonymos tantùm ſecundum Neſtorium Dei filius eſt.

Luc. 10.

Luc. 1.

Hæretici à veritatis ſemita ad vias diſtortas abducunt.

Quòd ſiquis prolixum de qualibet iſtarum opinionum ſermonem, iuſtumque & accuratum examen ac reſutationem, inſtituere vellet; næ immenſum ille tempus inſumeret, laboreque præarduo ac diuturno exhauſto, vix quippiam adhuc laude dignum præſtaret. Nugis proinde, orationiſque longitudine & vehementia prætermiſſis, agedum perbreuem ſingulis cenſuram adhibeamus: Et primò quidem iſtis phantaſmatum architectis iure dici queat: Erratis neſcientes Scripturas, neque (magnum pietatis myſterium, hoc eſt, Chriſtum; qui manifeſtatus eſt in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatus eſt Gentibus, creditus eſt in mundo, aſſumptus eſt in gloriam.) Ad aduerſarios autem quod attinet, alterutrum neceſſarium eſt; nempe vt val turpem notam antiquis Scriptoribus inurant, orbiſque Doctores, quibus Chriſtus ipſe præcepit: (Euntes, docete omnes Gentes;) mendacij redarguant: Vel certè, ſi id facere exhorreant, vt rectam de Chriſto ſententiam complexi, ſuas inſcitias valere iubeant, diuiniſque Scripturis mordicus adhærentes, nec non tutam erroriſque expertem Sanctorum viam ingreſſi, rectà ad ipſam veritatem contendant.

Confutatur eorum hæreſis, qui Chriſtum phantaſticũ corpus ſumpſiſſe mentiuntur.

1. Tim. 3.

Pietatis myſteriũ Chriſtus.

Orbis Doctores Apoſtoli.

Marc. vlt.

Sanctorum doctrina tuta, erroriſq; expers.

Porrò autem illud pietatis myſterium, aliud nullum eſt, vt opinor, quàm ipſum Dei Patris Verbum, quod noſtri cauſa manifeſtatum eſt in carne; ſiquidem ſeruili forma aſſumpta, & ex ſacra & Deipara Virgine natum eſt. Viſum eſt & Angelis: Nam & recèns

recens natum venerati ſunt, & doxologiam
Lucæ. illam: (Gloria in altiſſimis Deo, & in terra
pax hominibus bonæ voluntatis;) ediderunt.
,, Iidem illi paſtoribus quoque Deum Ver-
,, bum propter nos in carnem veniſſe denun-
,, tiarunt: (Ecce, inquiunt, natus eſt nobis
,, Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciui-
,, tate Dauid: Et hoc erit vobis ſignum; inue-
,, nietis infantem pannis inuolutum, & poſitū
,, in præſepio.) Cùm eiuſmodi ergo illius or-
tus per Virginem extiterit, taliſque eiuſdem
in carne manifeſtatio; quomodo non ma-
gna vanitas meraque temeritas eſt? imò verò
quomodo non aperta inſania merumque de-
lirium eſt, quod de externo tantùm ſchema-
te hic fabulantur? Quomodo tam illuſtri
tamque euidenti œconomiæ δοκήσεως apparen-
tiæ nomen imponere non verentur? Enim-
uero ſi Verbi incarnatio vmbra eſt, aut res
tantùm imaginaria eſt; ergo vera non eſt; ne-
que Virgo Filium Dei verè enixa eſt; neque
Verbum, quod ex Deo Patre prodijt, ſemen
Abrahæ verè complexum eſt; neque fratri-
bus verè aſſimilatum eſt: Etenim quæ in no-
bis cernuntur, ea nec typus, nec vmbra, nec
ſpectrum ſunt, ſed veritas & res ipſa: Viui-
mus namque in corporibus, quæ & tangi &
videri poſſunt, terrenaque carne veſtio, in-
teritui & dolori cæteriſque miſerijs ſubiecti
ſumus.

Manichæorũ δόκησις aperte deliriũ eſt.

Si Verbum nõ verè, ſed imaginariò tantum natum eſt, quicquid de illo in Scripturis traditur, falſum eſt.

Igitur ſi Dei Verbum verè caro factum
non eſt, ergo neque illis quoque, qui ten-
tantur per illa, quæ tentatum ſuſtinuit, opem
ferre poteſt? Siquidem nullus in vmbram
doloris ſenſus, aut perpeſſio cadere poteſt;
atque ita omnia, quæ ſalutis noſtræ cauſa fa-
cta ſunt, verè in nihilum recideot: Nam ſi
nunquam verè in carne apparuit, quale,
quæſo, dorſum pro nobis cædendum præ-
buit? aut quales percutientibus genas exhi-
buit? aut quomodo ad Iudæorum verbera
fortiter perſtitit? aut cuiuſmodi manus, aut
pedes clauis peruios habuit? aut quale latus
Pilati ſatellites perfoderunt? aut qualem ſan-
guinem vnà cum aqua fluentem cernentibus
oſtenderunt? Et vt his ampliùs quiddam di-
cam: Si Verbum Dei verè incarnatum non
eſſet; nec verè quoque pro nobis mortem op-
petijſſet, neque Chriſtus Dominus ex mor-
tuis verè exuſcitatus eſſet. Hoc autem con-
ceſſo, fides noſtra planè euaneſcit; vis ad hęc
crucis, quæ eſt mundi ſalus & vita, interit;
interit denique & vniuerſa quoque illorum
fiducia, qui in fide dormierunt: Hoc nam-
que rectè hinc conſequi, & diuino quoque
Paolo alicubi viſum fuit: Ait namque: (Tra
didi enim vobis in primis, quod & accepi:
» Quoniam Chriſtus mortuus eſt pro pecca-
» tis noſtris ſecundùm Scripturas; & quia ſe-
» pultus eſt, & quia reſurrexit tertia die, ſe-
» cundùm Scripturas, & quia viſus eſt Cephę,
» & poſt hoc vndecim; deinde viſus eſt plus-
» quàm quingentis fratribus ſimul, ex quibus

Nullus in vmbrã doloris ſenſus cadit.

Si Dei Verbum externo tantùm ſchemate incarnatũ eſt; neque verè paſſum, neque verè mortuum, neque verè itidem exuſcitatũ eſt.

1. Cor. 15.

multi manent vſque adhuc, quidam autem ,,
dormierunt: Deinde viſus eſt & Iacobo; de- ,,
inde Apoſtolis omnibus: Nouiſſimè autem ,,
omnium, tanquam abortiuo viſus eſt & ,,
mihi; & paucis interiectis: Si autem Chri- ,,
ſtus non ſurrexit, inanis eſt prædicatio no- ,,
ſtra, inanis eſt fides noſtra. Inuenimur au- ,,
tem & falſi teſtes Dei; quoniam teſtimoniũ ,,
diximus aduerſus Deum, quòd ſuſcitauerit ,,
Chriſtum; quem non ſuſcitauit, ſi mortui ,,
non reſurgunt.) Hic ego iam te interrogo, ,,
ecquonam modo vmbra moriatur; quo rur-
ſum pacto cœleſtis Pater Chriſtum ad vitam
reuocanit, vt qui quædam tantùm vmbra &
res imaginaria, quæ mortis vinculis capi nõ
poteſt, exuiterit? Faceſſant proinde iſtiuſ-
cemodi ineptiæ; impia inſanaque illorum
conſilia, fabularum atque adeò leuium palea
rum loco habeamus. Cuiuſmodi nugatores
palearumque ſtructores exorituros, dilectus
Seruatoris noſtri diſcipulus, iam dudum an-
tè nos præmonuit: (Quoniam, inquit, mul- ,,
ti Pſeudoprophetæ exierunt in mundum; ,,
in hoc cognoſcitur Spiritus Dei. Omnis ſpi- ,,
ritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum, in car- ,,
nem veniſſe, ex Deo eſt; & omnis ſpiritus, ,,
qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt; & hic eſt ,,
Antichriſtus, de quo audiſtis; quoniam ve- ,,
nit, & nunc in mundo eſt:) Si enim ipſe na- ,,
tus non eſt; neque carne indutus ad cœleſtem
Patrem & Deum rurſum aſſumptus eſt; ne-
neque homo quoque perinde ac nos carne ve
ſtitus, de cœlis olim reuerſurus eſt.

Vmbra, mortis vinculis capi nequit.

1. Ioan 4.

Porrò autem exiſtimare (vt alij quidam
ſtolidiſſimè exiſtimant & prædicant) Ver-
bum ex Deo genitum, ortu ex ſacra Virgine
repudiato, naturæque noſtræ ratione con-
tempta, in terrenam carnem eſſe demuta-
tum; id aliud nihil eſt, quàm diſpenſationis
Sacramentum apertè blaſphemare, diuiniſ-
que conſilijs temere inſultare: Etenim vni-
uerſorum Conditor, & multus in miſericor-
dia Deus, Verbum, propter nos homo fa-
ctus, & ex muliere natus ſemetipſum exina-
niuit, (vt quoniam pueri, hoc eſt, vos com- ,,
municauerant carni & ſanguini, & ipſe ſimi- ,,
liter communis eiſdem; vt per mortem de- ,,
ſtrueret eum, qui habebat mortis impe- ,,
rium, hoc eſt, Diabolum; & liberaret eos, ,,
qui timore mortis per totam vitam obnoxij ,,
erant ſeruituti.) Et hæc quidem diuina Scri- ,,
ptura. Illi autem tam ſalubri decentique cõ-
ſilio indecentiæ notam inurunt, & quaſi ma-
iori ſapientia præditi, ipſius quoque ſapien-
tiæ decreta reprehendunt: Aiunt enim, non
decere, vt Vnigenitum cum dolore partus
ex muliere natum adſtruamus; potiùs autem
exiſtimandum, diuini Verbi naturam in ter-
renum hoc infirmumque corpus conuerſum
eſſe. Atque ita eum, qui omnis mutationis
expers eſt, mutationi ſubiectum confingũt:
Firmata eſt namque Dei natura in proprijs
bonis; immoteque, in quibus eſt commodis,
ſemper

Refellitur inſulſum illorum dogma, q Verbum in carnem mutatũ aſſerũt.

Philip 2.
Ioan. 1.
Hebr. 2.

Inſani hæretici, ipſius ſapientiæ decreta cõuellunt.

Antieutychiani diuinum Verbũ mutationi obnoxium cõfingunt.

ſemper perſiſtit. At verò natura procreata, & in tempore, vt exiſteret, producta, non poteſt mutationi non eſſe ſubiecta. Nec firma nobis aſſertionis huius fundamenta, veriſſimæque rationes deſunt: Nam omne, quod ſui eſſe ſimpliciter initium habuit, id mutabilitati naturaliter & neceſſariò quodammodo ſubiacet. At verò Deus, qui omni mente ac ſenſu, omnique generatione ſuperior eſt, ſubſtantiam omni mutatione ſublimiorem, potentiorem majoremque habet.

Omne ex nihilo productũ, mutabilitati eſt ſubiectũ.

Deus maior eſt, q̃ q. mutari qat

Et quemadmodum is, naturæ ſuæ qualitate, omnibus rebus creatis præſtat, immenſoque interuallo poſt ſe relinquit orta omnia; ita ea incommoda, quæ rebus ab illo conditis accidere ſolent, adeò tranſcendit, vt nihil ab illis, tametſi natura ſua noxiæ ſint, pati queat: Deus namque in bonis eſt, nulli mutationi ſubiectis; creaturæ autem in quadam perpetua mutatione ac viciſſitudine verſantur. Cuius rei Propheta Hieremias nequaquam ignarus, optimè doctiſſimeque Philoſophatus, Deum ita compellat; (Tu quidem in ſeculum permanes; nos autem vnà cum ſeculo interimus: (Sedet enim Deus tanquam in ſolio, ſemper regnans, & in omnes imperium exercens; neque vllis vnquam perturbationibus agitatur. Nos autem naturam ad mutationem conuerſionemque propenſiſſimam ſortiti, ſimul cum ſeculo interimus, hoc eſt, quolibet tempore temporiſque articulo viciſſitudini interituique obnoxiam vitam degimus. Neque ergo Diuinitas, perturbationum impulſione extra propriæ ſtabilitatis limites aliquando exturbabitur; neque corruptibilis rurſum & alterabilis natura, hoc eſt, procreata eſſentialem immutabilitatem quandoque adipiſcetur: neque vlla omnino creatura diuinæ naturæ bonis veluti proprijs aliquandò coronabitur: Audiet enim: & id quidem meritò: (Quid habes, quod non accepiſti? Quòd autem ipſius Verbi natura modis omnibus ſit immutabilis & inuariabilis: omnis verò genita productitiave omnino mutabilis: id ex Diuino Dauide ſuauiter in Spiritu modulante, nullo negotio perſpicitur; (Cœli, canit is, peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.) At qui fieri poteſt, vt Dei Verbum idem prorſus manſerit, ſi quidem verè aſſeritur, ſtabilitate immutabilitateque, quam habebat, relicta, in illud tranſijſſe, quod ſuapte natura non erat? Tranſmutatum eſt enim, vt illis nugari lubet in carnis naturam, hoc eſt in id, quod corrumpi natum eſt. An non, obſecro, iſthæc mera ſunt deliria? An non apertæ ſunt inſaniæ? Sunt equidem citra vllam prorſus controuerſiam.

Verbũ incarnatum res omnes creatas immẽſo interuallo poſt ſe relinqt.

Quæ Baruch ſunt, Hieremiæ hoc loco tribuuntur.

Vitam viciſſitudini obnoxiã degimus.

1. Cor. 4. Diuini Verbi natura modis omnibus immutabilis eſt; noſtra autẽ ꝑpetuæ mutationi ſubiecta eſt. Pſam. 10.

Si Verbum in carnem verſum eſt, neceſſariò mutatũ eſt.

Verùm tempus iam monet, vt ijs quoque paucis reſpondeamus, qui diuerſam ab his viam ingreſſi, terrenam carnem in diuinam naturam conuerſam, ſummæque illius ſubſtantiæ ſubiectum & quaſi materiam effectam eſſe, ſtolidiſſimè aſſeuerare non dubitant: Nam ſi diuina natura, iuxta ſtupidum illorum ſenſum demutata eſt in carnis naturam, nihil obſtabit, opinor, quò minùs viciſſim caro inferiorum rerum atque adeò ſuos egreſſa limites, in Deitatem inque ſupremam illam eſſentiam tranſmutetur. Atqui non ita deſipimus, nec tanta leuitate ſumus, vt poſthabitis ſanctæ Scripturæ literis, inſanæ illorum ſententiæ tam leuiter ſubſcribamus: præſertim cùm Propheta diſertè dicat: (Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.) beatuſque Domini Angelus Gabriel, Prophetæ oraculum confirmans, cœleſteque decretum Virgini exponens, ita prædicet: (Ne timeas Maria: ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum.) Emmanuelem proinde ex muliere verè natum certò credamus: neque illuſtrem illam ſummaque admiratione dignam naturæ noſtræ gloriam, ſi certè ſapimus, aſpernemur: Suſcepit namque Vnigenitus non propriam naturam: Hac enim ratione nihil dignitatis naturæ noſtræ acceſſiſſet: ſed neque Angelicam quoque ſuſcepit: verùm, vt ſcriptum eſt, Abrahæ ſemen apprehendit, Hoc enim, non alio modo humanum genus in interitum prolapſum, inſtaurandum erat. Sed iam ad Opſigeniſtas.

Perſtringuntur hic obiter, qui cũ Eutychete faciunt. Si Diuina natura trãſire poteſt i humanã ſubſtantiã, poterit hæc viciſſim in illam trãſire.

Eſa. 7.

Luc. 1.

Verbum neque ꝓpriã neq; Angelicam ſuſcepit naturã, ſed noſtrã. Hebr. 2.

Quid autem? An non ſumma, quæſo, admiratione dignum eſt, quoſdam, dum mentem ſuam errorum ſpiritibus accommodant, Diuinæque Scripturæ tantùm non nuntium mittunt, in eam temeritatem puerilemque ſtultitiam deueniſſe. vt ſeculorum opificem Deum Verbum, Deo & Patri coæternum per carnis originem primum ſubſtantiæ initium adeptum eſſe arbitrentur, illumque iam nunc demum natum imaginentur, qui duratione omne tempus & æuum antecedit? Quaſi Deus vix tandem aliquando, nempe extremis hiſce incarnationis temporibus factus ſit Pater: Dum eum videlicet, per quem & in quo ſunt omnia, templo, quod ex Virgine ſumptum eſt, ad hoc vt exiſtat ſubſiſtatque, immittit. An non igitur ad ſummum impietatis faſtigium peruenèrunt, qui mentis ſtupore oppreſſi, fabulæ vſque adeò anili & execrabili, tam pertinaci ſtudio inhærent? (Verè ſepulchrum patens eſt guttur eorum: & linguis ſuis doloſè agunt: Venenum aſpidum ſub labijs eorum: Os eorum maledictione & amaritudine plenum eſt:) Illum namque, per quem ſubſiſtunt omnia, ante omnia extitiſſe, neceſſariò ſtatuendum eſt: Quid enim faceret, ſi nullo modo eſſet? Sed quid Ioannes ea de re ſcribat, operæ pretiũ eſt audire: (In principio (ait) erat Verbũ, & Verbũ erat apud Deũ;

Euertit inſaniam illorum cõmẽtũ, qui idẽ Verbi & carnis initiũ ſtatuũt.

Pſal. 13.

Qui condidit oia, oia anteceſſerit neceſſẽ eſt.

Ioan. 1.

& Deus

& Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.) Et alio rurſum loco: (Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtrę contrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam ęternã, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.)

1. Ioan. 1.

Ioan. 8.

Quin & ipſe quoque Chriſtus cum Iudæis diſceptans, tam ſpectabilem ſubſtantiæ ſuæ antiquitatem neutiquam obſcurè inſinuat: Cũ enim dicerent: (Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham vidiſti?) einſmodi reſpõſum mox tulerunt: (Amen amen dico vobis, antequàm Abraham fieret, ego ſum.) Iam cũ Verbum illud ſubſtantiale, Erat, & Sum, abſolutè hoc loco ponantur, ita quidem, vt nihil prorſus inferatur; ecquodnam, obſecro, generationis initium imaginari hic quiſpiã poterit? Aut qua tandem ratione fieri poteſt, vt is, qui, ſupra omnem mentem & ſenſum, (in principio erat,) in tempore vt ſubſiſteret, inchoatus fuerit? Quòd ſi quis paulò diutius verſari in hac diſputatione vellet, difficile nõ eſſet, teſtimoniis diuinarum literarum in medium adductis veſaniæ huiuſce tela repellere. Verùm ſuperuacaneum duco in iis, quæ tam aperta turpitudine laborant, tantaque facilitate redargui poſſunt, diutius immorari. Quare ad id, quod damnatis hiſce opinionibus cognatum eſt, iam nunc orationem conuertamus.

Sum & eſt abſolutè poſita, maxime in Deum conueniunt.

Sunt alii igitur, qui ſublatis in altum cornibus, veritatis pulchritudinem obſcurant, eandemque perinde ac numiſma quoddam adulterantes, iniquitatem, vt ſcriptum eſt, contra Deum euomunt: Imaginantur enim, vnigenitum Dei Verbum anhypoſtaton, hoc eſt, ſubſiſtentia vel hypoſtaſi, qua per ſe verè ac propriè ſubſiſtat, deſtitutum; nudum autem euanidumq; verbum, ac ſimplicem ſermonem, ſola pronuntiatione à Deo editum eſſe. Hoc porrò prolatum verbum miſeri illi in homine inhabitaſſe, vnaq; cum natura humana, Ieſum conſtituiſſe aiunt; vt is proinde cæteris ſanctis ſit ſanctior, non tamen Deus. At quis, vt Seruatoris noſtri diſcipulus ſcribit, (mendax eſt, niſi is, qui negat, quoniam Ieſus non eſt Chriſtus? Hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem & Filium. Omnis qui negat Filium; neque Patrem habet: Qui confitetur Filium; & Patrem habet:) Vterque eſt enim per vtrunque; & vterque rurſum, cùm ab Angelis, tum à nobis ipſis quoque, in altero eſſe dignoſcitur: Haud temerè enim quiſpiam, quid ſit Pater didicerit, niſi Filium natum & enhypoſtaton, hoc eſt, per ſe ſubſiſtentem mente concipiat: Sed neque, quid ſit Filius, rurſum intelligi à quoquàm facilè queat, niſi quod Pater genuerit, liquidò apud ſeſe conſtituat. Quamobrem, ſi Filius non ſubſiſtit, neque Pater quoque verè Pater erit: Vbi enim erit Pater, ſi verè non genuit? Rurſum ſi id, quod genuit, non ſubſiſtit, aut omnino non exiſtit; ipſum genitum nihil quicquam erit: Quandoquidem quod neque ſubſiſtit neque exiſtit, id nihilo vicinum eſt, aut, vt veriùs dicam, nihil eſt prorſus; atque ita Deus nullius Pater erit.

Refelluntur, qui Dei Verbum euanidum & anhypoſtaton ſtoliddiſſimè cõfinguntur. Hæreticis veritatis pulchritudinem obſcurant, proindeque ac numiſma adulterãt.

1. Ioan. 2.

Neque Pater citra Filium, neque Filius rurſum citra Patrem animo concipi poteſt.

Quod neque ſubſiſtit, neque exiſtit, id nihil eſt penitus.

Verùm huiuſmodi Doctores meritò ſanè magnos nugatores appellauerim: Alioqui percunctanti mihi reſpondete, ecquonam pacto Dei & Patris erga nos dilectio eximia extiterit? Nam ſi Filium, qui veſtra ſententia, non ſubſiſtit, pro nobis tradidit, nihil vtique omnino noſtri cauſa tradidit. Sed neque Verbum quoque factum eſt caro; neque precioſam crucem ſuſtinuit; neque mortis imperiũ deleuit; neque in vitam, quam depoſuerat, denuo reuerſum eſt: Nam ſi, vt vos nugamini, nihil eſt, neque in rerum natura ſubſiſtit; quo pacto hæc in illum conueniunt? Diuinæ ergo Scripturæ his, qui crediderunt, impoſuere, fideique firmitas redacta eſt in nihilum? An non ſacræ literæ Filium in forma Dei eſſe nos docent? An non Genitoris imaginem & characterem illum appellant? At cui dubium eſſe poteſt, imagines ita per omnia affectas eſſe oportere, ſicut ipſa prototypa? Si ergo imago non ſubſiſtit, neque character per ſe exiſtit, & illum ipſum quoque, cuius imago, vel character eſt, non ſubſiſtere fateantur oportet: Siquidem imaginis vitium in ipſum exemplar omnino redundat.

Si Dei Verbum anhypoſtaton eſt, Dei erga nos dilectio nulla eſt; ſed neque quicquam quoque eorum omnium, quæ de Chriſto dicuntur, bonum eſt.

Præterea dic, amabo, cùm Philippus Chriſti diſcipulus, Patris, qui eſt, & ſubſiſtit, videndi percupidus, aiebat: (Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis;) eiuſmodine cõtueri volebat, qui neque exiſteret, neque ſubſiſteret? Puto ſanè, neminem futurum, qui nõ intrepidè reſpondeat, illum videre deſideraſſe, qui exiſteret & ſubſiſteret. Si ergo iuxta effrænatam illorum audaciam Filius nihil eſt, vt qui non ſubſiſtat; cur igitur per ſeipſum ad Patris imaginem agnitionemq; adducere nos voluit? Ait enim: (Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem; non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Ego & Pater vnũ ſumus.) Iam, vt ego opinor, nemo facile eũ, qui ſubſiſtit, in eo, qui non ſubſiſtit, videre queat. Nec aliqua rurſum ratione intelligi poteſt, quomodo vnum & idem ſit per omnia, quod non exiſtit, cum eo, quod exiſtit. Quomodo ergo pater erit in Filio, & Filius viciſſim in Patre? An non reſpondere in promptu eſt, ſi Verbum propria ſubſtantia deſtituitur, ipſum quoque Patrem in diſcrimen adductũ iri, vt qui id in ſe habeat, quod nihil eſt, atq; ita in nullo prorſus ſubſiſtere intelligatur? Nã qđ omnino nõ eſt, id neq; intelligi quoq; poteſt. Sunt ſanè iſthæc omnia ſpinoſiſſima, multiſq; & magnis abſurditatibus plena. Verùm aduerſariorum dogma, in oĩa hæc abſurda vrget. Iure ſanè meritoq; admiretur quiſpiam,

Ioan. 14.

Chriſtus per ſe ad Patris notitiam trahit.

Ioan. 14.

Subſiſtens in non ſubſiſtente cerni nequit.

Si Filius in diuinis per ſe non ſubſiſtit, neque Pater quoque per ſe exiſtere putandus eſt.

qua ratione Pater omnia, quæ in rerum hac vniuerſitate cernuntur, per Filium cōdiderit, aut condere potuerit, ſi nullam ille vnquam ſortitus eſt hypoſtaſin. Quòd ſi quis interrogetur, vtrum iis, quæ ſunt, eſſe ſit bonum, an fortè non eſſe; ſtatim haud dubiè reſpondebit, ſatius eſſe exiſtere, quàm non exiſtere. Vnde opifex ille rerum, qui illis, quæ aliquādo non erant, eſſe impertitus eſt, optimus appellatur, & eſt. Quòd ſi ita res habet, vt profectò habet, conſequitur, vt meliori conditione ſint creaturæ, quàm ille ipſe, per quem omnia procreata ſunt: Quandoquidem is ſubſiſtere negatur, illa verò ſubſiſtunt, propriamque naturam ſortita cognoſcuntur: O abſurdas cogitationes, faceſsite cum iſtis contumelioſis vocibus: Viuum eſt enim Dei Verbum & efficax, vt ſcriptum eſt. Quare & ipſe quoque Dominus aiebat: Ego ſum vita; atqui ſi non ſubſiſtit, quomodo vita dici, aut cogitari poteſt? Eſt autem vita ſuapte natura. Vnde quicunque Verbum, quod ex Deo natum eſt, ſubſtantia ſpoliant, illi mendacium longè pudentiſſimum effutiunt, ſtolidiſſimarumque mentium ſordes euomunt: Ad Moyſen enim ait: (Ego ſum, qui ſum.) Quod autem verè per ſe eſt, quomodo id propria ſubſiſtentia deſtitutum confingi quandoque poteſt? Hos itaque, velut ſumma quadam ſocordia præpeditos, miſſos hic faciamus.

Satius eſt eſſe, quàm non eſſe. Qui omnibus eſſe impertitur, omnium optimus eſt. Si Verbum Dei nō ſubſiſtit, non poſſunt res per ipſum creatæ ipſo non meliores eſſe. Ioan. 14. Exod. 3.

Sed neque illos quoque, ſi tamen ſedula diligentique inueſtigatione veritatem edocti ſumus, facilè commendabimus, qui carnem Verbo vnitam anima rationis participe deſtitutam arbitrati, Verbum carne, quæ vitalem tantùm & ſenſilem motionem ſortita ſit, indutum introducunt; totam verò mentis & intelligentis animæ vim energiamque vnigenito attribuunt: Fateri enim, neſcio quo modo, verentur, Verbum carni humanæ, anima intelligente perfectæ & informatæ ſecūdùm naturam vnitum eſſe. Verùm dum ita philoſophantur, antiquæ & olim traditæ fidei rationem omnino negligunt, & voluntatis ſuæ iudicio male ſano (vt quod humanas tantùm rationes & conjecturas ſequi ſoleat) prauè innixi, ſecus, quam reuera oportuerat, ſapiunt & ſentiunt. Et quænam, obſecro, dogmatis huius eſt ratio? Dicam: Mediatorem Dei & hominum, hoc eſt, Chriſtum ex humanitate numeris omnibus ſecundùm propriam rationem perfecta & abſoluta, naturalique Dei Filio, hoc eſt, vnigenito conſtitutum, ſcripturis conuenienter prædicamus: Affirmamus nihilò ſecius, naturas diſperas ac inter ſe diſſimiles, tranſnaturali quadam coitione concurſuque in vnum conueniſſe: Agnoſcimus tandem, vnum tantùm eſſe Chriſtū, nō duos; vnum rurſum Dominum Ieſum, non duos; vnum denique Filium, non duos; quippe cū in vno eodemque ſimul Deus & homo exiſtat, mentique ſe offerat: Etenim vnio illa naturam vſque adeò indiuidua indiuiſaque ſeruata eſt, vt vnum eundemque vnigenitum ſimul & primogenitum credere & profiteri compellamur: Vnigenitum quidem, tāquàm Dei Patris Verbum, ex illius ſubſtantia natū; primogenitum verò, quatenus inter multos fratres homo extitit: Quandoquidē vt vnus eſt Deus Pater, ex quo omnia; ita vnus quoq; eſt Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia: Nam Verbum illud, per quod omnia conſiſtunt, ſecundùm naturam Deum eſſe, nouimus; etiamſi caro, hoc eſt, homo factum eſt.

Reiicitur eorum veſania, qui Verbum mentis vel rationis vicē in Chriſto expleuiſſe nugātur. Chriſtus conſtituitur ex perfecta humanitate & Verbi Diuinitate. Chriſtus ſimul vnigenitus & primogenitus.

Cæterùm quod ad vnionem & vnitatem hanc attinet, eorum dicta cum noſtris ſatis congruunt: Nam & ipſi quoq; vnum ſolum Chriſtum apertè conſtituunt, & vnum Emmanuelem in duos diuellere, tamquàm rem ſumma cum impietate coniunctam ſummopere execrantur. Sed Verbum interim carni, quæ humana, hoc eſt, ratione prædita anima exuta deſtitutaque ſit vnitum prædicant. Et cur iſthuc prædicare debeant, rationem admodum plauſibilem comperiſſe ſe autumant: Aiunt enim, quæ ad vnius perfecti conſtitutionem per compoſitionem concurrunt, ea comparatione illius, quod per ſe perfectū eſt, neque ſecundùm propriam naturam partium compoſitione indiget, veluti membra quædam aut partes imperfecta cenſeri ſolere; atque ideo cauendum eſſe ſedulò, ne templū, quod Verbo vnitum eſt, perfectum hominē extitiſſe concedentes, exactam illam vnionis rationem, quæ in Chriſto accidiſſe dignoſcitur, meritæ calumniæ exponamus. Quin & illud quoque huc adiecturos ſuſpicor, nempe ſi ex homine perfecto & Dei Patris Verbo Emmanuelē coaluiſſe dicamus, in illud nos & magnum & planè ineuitabile periculum venturos eſſe, vt vel inuiti duos Chriſtos, & duos itidem filios tenere & profiteri cogamur. Cedò, quid nos ad hæc reſpondebimus? Apprimè indignum eſſe, nos antiquiſſimam fidei traditionem (vt quæ ab ipſis ſanctis Apoſtolis profecta, ad nos vſque peruenit) propter curioſas quaſdam ac ſuperuacaneas rationes ac diſceptationis deſerere; vel inquiſitionibus humanæ mentis captum excedentibus ſubiicere; vel in medium quoque, vt in illam inquiratur, adducere: Quemadmodum nonnulli faciunt, qui ſuo ſenſu, cōtempto periculo, quiduis metientes dicere ſolent: Hoc rectè ſe habet; illud vero ſecus. Quantò ſatius, quantoque vtilius foret, ſapientiſſimo Deo conſiliorum ſuorum rationes integrè permittere, & ea, quæ ſapienter ab eo decreta definitaque ſunt, impiè non reprehendere; præſertim cùm illum apertè dicentem, & quaſi expoſtulantem audiamus; (Non ſunt conſilia mea, ſicut conſilia veſtra; nec viæ meæ, vt viæ veſtræ: Sed ſicut diſtat cœlum à terra; ita viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.

Apollinariſtæ de naturarū vnione, & Chriſti vnitate à Catholicis non diſſentiunt. Partes componentes, cōparatione totius imperfectæ cenſentur. Apoſtolicas traditiones in quæſtionem vocare nefas. Phraſis arrogātiſſima, hæreticis familiaris. Eſa. 55.

Quare

Appollinariſtæ Chriſtum ex ſola carne & Verbo compoſitum dicunt.

Quare licet templum, quod Verbo vnitũ eſt, anima humana perfectum & informatũ certò credamus; noo duos tamen Filios adoramus, nec duos Chriſtos agnoſcimus: Vt enim, tametſi Emmanuelem ex ſola carne & Dei Patris Verbo iuxta opiniouem, quam illi complectuntur, compoſitum ſtatuerimus; uulla adhuc tamen ratione hoc illi adigi ſe patereotur, vt carne ſeorſum & Vnigenito rurſum ſeorſum poſito, duos Chriſtos profiterentur: Ita nos quoque, quamuis Dei Verbum, humanitati ooſtræ, ſecundùm propriæ naturæ rationem omnino perfectè vnitum, ineffabiliq́ue ac incomprehenſo planè modo ſociatum affirmamus; oon duos tamen Filios agnoſcimus, aut mente concipimus, ſed vnũ eundemq́ue: Qui quidem oatura Deus exiſtens, vtpote ex Dei & Patris ſubſtantia ortus, & in extremis ſeculi temporibus homo ſecundùm Scripturas factus, & ex ſacta Deipara Virgine natus, palam cùm à nobis tum ab ipſis quoque ſaoctis Angelis colitur & adoratur.

Quòd ſi qui dixerint, genus noſtrum ſolo Voigeniti aduentu conſpectuq́ue indiguiſſe; atque ideo illum, quòd ab iis, qui iu terris degunt, cerni amiceq́oe cum hominibus conuerſari, & vitæ Euangelicæ viam nobis præmouſtrare vellet, diſpenſatoria quadam ratione ſolam carnem induiſſe (Deus oamq́uè ſecundùm ſuam naturam ſub aſpectum oon cadit) illi incarnatioois ſcopum ſe ignorare, magnumq́oe illud pietatis myſterium prorſus non iotelligere, apertè oſtendunt: Nam ſi Vnigenitus ea ſolum de cauſa incarnatus, & homo factus eſt, quò ab iis, qui in terris ætatem agunt, conſpici poſſet; nihilq́ue aliud præterea commodi illius incarnatio humanæ naturæ attulit; cur illorum ſententiæ ſubſcribere uos pigeat; qui phantaſtica tantùm carne & corpore Verbum indutum, neque in hominis natura, ſed in hominis tantùm ſimilitudine iu terris apparuiſſe fabulantur? Verùm quantum hi miſeri à veritatis ſcopo aberrent, niſi iam antè factum id eſſet, facili negotio oſtendi poſſet: Si, inquam, Dei Verbũ, etiamſi caro factum eſt, nullum aliud humanæ uaturæ commodum attulit, an nõ rectiùs ſtatueretur, à carnis quidem immunditia omnino abſtinuiſſe, terreno nihilominus corpore vti viſum eſſe, atque hac ratione, quod decreuerat, perfeciſſe? Verùm hoc poſito, quis aduentus illius eſſet vſus? Qualis tandem incarnationis eſſet modus? Quòd ſi quis fortè à nobis ſciſcitetur, cuius rei gratia patrata ſit ille reſponſi loco hoc paucis habeat: Agè iſthuc diuina Scriptura tibi patefaciet. Vade ergo & ſacras literas conſule, mentiſq́ue oculum ſanctorum Apoſtolorum vocibus inſere; & quod quæritur, dilucide hic mox intuebere. Igitur ſapientiſſimus Apoſtolus Paulus; qui Chriſtum in ſe loquentem habebat & audiebat, alicubi ad huc modum concionatur: (Quia ergo pueri commuoicarunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem; vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperiũ, id eſt, Diabolum; & liberaret eos, qui per totã vitam obnoxii erant ſeruituti.) Alibi idem aliam quoque huius rei cauſam aperit: Scribit enim: (Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium ſuum mittens io ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis; qui nou ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecũdùm ſpiritum.)

Viſio & inter homines conuerſatio, non fuit tota incarnationis cauſa.

Quid Chriſti aduentus nobis contulerit, id diſertè patefaciunt diuinæ literæ.

Hebr. 2.

Rom. 8.

An non apertiſſimum eſt, obſecro, vnigenitum Dei Filium ſimilem oobis, hoc eſt, hominem factum eſſe, quò nimirum terrenum hoc noſtrum corpus, vita propria per œconomicam vnionem illi immiſſa, ab inducta corruptione liberaret? Animam rurſum humanam, poſteaquàm illam propriam ſibi reddidiſſet, ſuæq́; naturæ firmitate ac immutabilitate perinde ac vellus colore imbuiſſet, peccato ſuperiorem declararet? Arbitror enim, exemplis, quæ rem per ſe obſcuram nonnihil illuſtrent, in hac doctrina opus eſſe: Siquidem myſteria diuina, tamquam humanæ mẽtis ſenſum excedentia, aot non videmus, aut ſolùm, velut in ſpeculo & ænigmaticè videmus. Eſt autem exemplum allatum ad rem peropportunũ; quippe quod verum potiùs, quàm veriſimile rei, de qua ſermo eſt, Symbolum præ ſe ferat. Quemadmodum ergo caro, poſteaquàm Verbi omoia viuificantis caro effecta eſt, mox omni mortis & corruptionis imperio ſuperior euaſit: Sic anima, vt ego quidem ſentio, poſteaquàm illius effecta eſt, qui peccatum non nouit, eueſtigio ſtatum, ac in omnibus bonis ſtabilem, peccatoq́; quod olim tyrannidem in nos exercebat, multis partibus potentiorem nacta eſt: Chriſtus namq́; primus & ſolus ex omnibus in terra, (peccatum uon fecit; nec dolus inuentus eſt in ore illius:) Qui vnus proinde poſitus eſt tamquàm radix & initium quoddam cunctorum, qui in ſpiritu ad vitæ nouitatem, corporiſq́ue immortalitatem inſtaurantur; quinoe eam, quæ ex Diuinitate proficiſcitur, ſecuritatem ac firmitatem, ſecundùm quandam gratię communicationem in voiuerſum hominum genus tranſmittit: Cuius quidem rei diuinus Paulus non ignarus, ita ſcribit: (Sicut portamus imaginem terreni, portem° & imaginem cœleſtis.) Imaginem terreni peccandi propẽſionem, & mortem, quæ hinc oritur, vocat: At verò per imaginem cœleſtis, hoc eſt, Chriſti, conſtantiam in ſanctitate, reditumq́ue & inſtaurationem ex morte, & corruptione ad vitam & immortalitatem deſignat:

Chriſtus non animã ſolùm, nec corpus tantum, ſed quò vtrumq́; curaret, vtrunque aſſumpſit.

Diuina myſteria in hac vita, vel nõ videntur, vel tantùm ænigmaticè videntur.

Solus mortalium peccati & doli expers Chriſtus.

1. Pet. 2.

1. Corin. 15

Quid terreni, quid item imago cœleſtis.

Totum itaque Dei Verbum, toti naturæ noſtræ humanæ vnitum aſſerimus: Nulla enim ratione putandum eſt, prin-

cipe noſtri parte, hoc eſt, anima rationis compote neglecta, omnis peregrinationis ſuæ moleſtias ſoli carnali largiti voluiſſe. Pulchrè autem per vtráque partem diſpenſationis Sacramentum perfecit. Carne ſua tamquam organo quodam ad carnis, opera naturalesque ęgritudines ac cætera officia vituperationis expertia; anima rurſum ad humanas inculpatasq; affectiones vtebatur: Nam & eſuriem, & longioris itineris laborē, & ſtuporem, & metum, & triſtitiam, & angorem, & ipſam denique in cruce mortem pertuliſſe traditur: Etenim nullo cogente, animam ſuam noſtri cauſa poſuit, quò nimirum omnium, cùm viuorum, tum mortuorum quoque Dominum ſe declararet. Et quidem carnem ſuam dignum, citra controuerſiam, liberationis pretium pro omnium carne dependit; animām verò iuſtum pro mortalium omnium animabus λύτρον exhibuit; tametſi vitam, quam poſuerat, vt vita & Deus ſecundùm naturam denuò reſumpſerit. Hinc diuus Petrus: (Viri,) inquit, (fratres licet audēter dicere ad vos de Patrarcha Dauid, qm̄ & defunctus eſt, & ſepultus eſt; & ſepulchrum eius eſt apud nos vſq; in hodiernum diem. Propheta igitur cùm eſſet & ſciret, quia iureiurando iuraſſet illi Deus, de fructu lūbi eius ſedere ſuper ſedē eius; prouidēs locutus eſt de reſurrectione Chri, qa neq; derelictus eſt i īferno, neq; caro eius vidit corruptionem,) Nec enim fas eſt dicere, carnem, Verbo vnitam aliquando potuiſſe corrumpi, aut Diuinam illam animam intra inferni portas detineri: Nam vt Diuinus Petrus ait, (anima eius in inferno relicta non fuit.) Neque vero naturam illam, quæ nec mente comprehendi, neque per mortem vllatenus capi poteſt, hoc eſt, Vnigeniti Diuinitatem, è ſubterraneis illis ſpecubus rurſum emerſiſſe, dicendum eſt: Quandoquidem nulla admiratione dignum eſſet, ſi Dei Verbum Diuinitatis vi, eiuſdemque efficacia nixum, apud inferos non hæſiſſet. Imò verò, cùm admirabiliter omnia excedat, omnibus inſideat, impleatque omnia, à vera ratione alieniſſimum eſſet, ſi ibi detentum fuiſſet: Deitas namque omni loco & menſura, omnique circumſcriptione & menſurabili magnitudine ſuperior, à nullo capi comprehendiuè poteſt.

Chriſtus anima & corpore ex æquo vtebatur; ſed ad diuerſa, & citra vllam notā.

Vita vitam per mortem inſtaurauit.

Chriſtus carne carnem, anima verò animas noſtras redemit.

Actor 2.

Caro Chriſti verbo vnita corrumpi non potuit.

Chriſti Diuinitas ex inferis non remeauit, neque remeare potuit, cum vbique præſens ſit.

neque aſcendit, neque deſcendit ſecundum ſe Diuinitas.

Neque verò mirum, aut incredibilē videri debet, ſi corpus ſuapte natura interitui & morti obnoxium, ad vitam denuo redierit: Nam etſi naturaliter hoc ipſum eſſet; attamen immortalis Verbi proprium erat. Sic quoque anima, quæ cum illo coniuncta copulataque fuerat, non ſua, ſed Diuina virtute potentiaque nixa, ad inferos deſcendit, ſpiritibusq; ibidem captiuis ſeſe exhibuit: Etenim iis, qui vinculis iſtic conſtricti detinebantur: Exite, ait cæteris verò, qui tenebris operiebantur: Reuelamini. Atque huc mihi magnus ille Petrus reſpexiſſe videtur, cùm de Dei Verbo eiusdemque ſecundùm diſpenſatoriam vnionem anima, hunc in modū cōcionatur: (Melius eſt, vt benefacientes (ſi volūtas Dei velit) pati, quàm malè facientes; quia Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo mortificatos qdē carne, viuificatos autem ſpiritu. In quo & his, qui in carcere erāt, ſpiritibus veniēs prædicauit, qui increduli fuerant aliquando.) Nemo, opinor, dicet, Diuinitatem per ſe ſolam ad inferos deſcendiſſe, ſpiritibusque ibidem concluſis prædicaſſe; cùm ipſa omnino ſub oculos non cadat, præſtantiorque ſit, quam vt ab vllo cerni queat. Multò verò minùs concedendum eſt, ipſam in apparentem animæ ſpeciem transformatam eſſe; ſiquidem externæ iſtius apparentiæ commentum omnino repudiari debet. Quemadmodum ergo Vnigenitus cum iis, qui in corporibus ſuis adhuc degebant, verſatus eſt in corpore; ita ſpiritibus, qui apud inferos tenebantur, animam mente & ratione præditam, ſibi coniunctam habens, concionatus eſt:

Anima chriſti, nō ſua, ſed vi Diuina ad inferos deſcendit.

Chriſtus apud inferos euangeliſtam egit. 1. Pet. 3.

Verbū carne indutū hominibus anima verò veſtitum concionatū eſt ſpiritibus.

Eſt ſanè incarnationis modus admodum ſubtilis, vereque inexplicabilis, talis demum, qui cogitationis captusque noſtri anguſtias multis partibus excedat. Quapropter illud iterū iterūq; expendere nos decet; nempè vt periculo non vacat curioſiùs in ea inquirere, humana non ſunt, quibùsve humanus animus minùs aſſueuit; ità extremæ dementiæ videri, ea, quæ mentis noſtræ aciē fugiunt, humani iudicij trutinæ ſubijcere moliri, vel ad eorū rurſum cognitionē eniti, quę nulla ratione, noſtra intelligentia comprehendi poſſunt. Neſcis, profundum hoc myſterium, omnique humano ſenſu ſublimius, fide ab omni curioſa indagine aliena honorari à nobis ſolere, honorarique debere? Quamobrem ſtultam illam quæſtionem: (Quomodo poſſunt hæc fieri?) Nicodemo eiusque ſimilibus relinquentes, citra vllam hæſitationem, Spiritusſancti oracula ſuſcipiamus ipſique Chriſto de ſe loquenti fidem habeamus: (Amen. inquit,) (amen dico vobis, quia quæ ſcimus, loquimur, & quæ vidimus, teſtamur.) Valeant igitur deliria; faceſſant omnes infirmæ ad perſuadendum fabulæ, opinionesque falſæ, ac phaleratarum vocularum impoſturæ: Nihil enim, quod detrimentum adferre ſolet, admittimus; etiamſi aduerſarij exercitatiſſimis acerrimisque rationibus nos pulſauerint: Eſt enim diuinum hoc noſtrum Sacramentum, non in plauſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in ſpiritus oſtenſione poſitum.

Imperſcrutabile diuinæ incarnationis myſterium.

Incarnationis Sacramentū fide honorādū nō curioſis quæſtionibus ventilandum.

Ioan. 3. Illud Nicodemicum: Quomodo poſſunt hæc fieri? in myſterijs fidei non habet locum.

1. Cor. 2.

Vnigenitus igitur qui & Deus & vniuerſorum ſecundùm Scripturas Dominus eſt, nobis apparuit: Viſus eſt in terra, & homo factus his, qui in tenebris verſabantur illuxit; non phantaſmate, aut externo tantùm ſchemate; abſit: Hoc enim ſentire, aut dicere, eſſet apertè inſanire. Neque rurſum per ſui mutationem, aut conuerſionem in carnem

Compendio recēſentur & con-

transfor-

Futantur eſ rores, qui circa Chriſti œconomiam exterunt. transformatus eſt: Dei Verbum enim, omnis mutationis expers, & vno ſemper eodemque modo & affectum eſt. Neque coæuam cum carne ſubſtantiam ſortitus eſt: Ipſe namque ſæculorum conditor eſt. Neque hypoſtaſeos exors ſermo, aut nudum tantùm ſimplexque verbum eſt, quod in homine inhabitauit: Nam qui ea, quæ non ſunt, euocat, vt ſint, & exiſtant, is non poteſt non ſubſiſtere & eſſe: Ipſe enim eſt vita, ex Dei & Patris vita procedens, qui quidem ſecundùm propriam hypoſtaſin & eſt intelligitur. Sed neque carnem quoque, quæ anima ratione prædita va caret, induit. Quandoquidem viuum illud ſubſiſtenſque, ac Deo Patri coæternum Deus Verbum, ſeruili forma ſuſcepta, verè ex muliere natum eſt, & homo factum in terris viſum eſt: Eſtque perinde perfectum in humanitate ac in Deitate: Non enim ex ſola carne Deitate, ſed ex perfecta humanitate & Diuinitate in vnum eundemque Dominum, & Filium, & Chriſtum admirabili quodam modo concreuit coaluitque.

At hic ſciſcitabitur fortè quiſpiam: Cuiuſmodi tandem ſacra Virgo peperit, hominemne an Dei Verbum? Cui nos reſpondemus, iſtuc exquirere, nihil aliud eſſe, quàm errare, & à verò honeſtoque abduci. Nemo poteſt *Agit ex inſtituto contra eos, qui vnum Chriſtum in duos diuidunt.* vnionem, diuiſionē mihi fingat; neq; Emmanuelem in hominem ſeorſum, & in Deum rurſum ſeorſum diſpeſcens, duas perſonas efformet. Cæterùm ne quis meritam nobis motam inurat, tanquam qui nihil rectum ſapere inſtituamus, ſed id ſolum, quod per diuinas Scripturas condemnatum eſt; agè is vnum ex Chri i diſcipulis audiat: Loquitur hic autem *Iudæ Epiſt.* ad hunc modum: Vos chariſſimi, memores » eſtote verborum, quę prædicta ſunt ab Apoſto » lis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant, » vobis, quoniam nouiſſimis tẽporibus venient » illuſores, ſm deſideria ſua ambulantes in im» pietatibus. Hi ſunt, qui ſegregant, animales ſpiritum non habentes. Nullo itaq; modo ſegre*Poſt vnionem nullā diuiſionem admittere fas eſt.* gationem, aut diuiſionem poſt vnionem concedere fas eſt. Quod ſi poſt vnionem duo quædam ponere, & vtrunque ſeorſum conſiderare lubeat, vel etiam oporteat (certum eſt namque mentem quandam naturarum diuerſitatem hic obſeruare & contemplari: Nec enim idem eſt Deitas & humanitas) ita id fiat, vt hęc *In vno Chriſto ſimul obiici natur vnitas & dualitas.* tamen conſideratio vel contemplatio vtriuſq; in vnitatem concurſum, non excludat. Vnus itaque ad numerum eſt Chriſtus, qui quidem ex Deo Patre naſcitur vt Deus; ex ſacra autem Virgine vt homo: Etenim illud Verbum, quod inexplicabili modo, ſupraque omnem humanæ mentis captum eluxit ex Deo Patre, in humanam naturam deſcendens, & in id, quod non erat, ſed dimitteus, ex muliere quoque naſci dignatum eſt; non quò in ea exinanitione vſque perſeueret, ſed vt Deum ſe eſſe oſtendat, ac in naturæ forma in terris appareat; appareat autem non tanquam is, qui hominem inhabitet, ſed tanquam is, qui homo res ipſa exiſtat; gloria tamen ſua prorſus *Apparuit Chriſtus in terris, non vt is, qui hominem inhabitet, ſed tanquā is, qui homo re ipſa exiſtat.* incolumi & ſalua. Quapropter D. Paulus Diuinitatem & humanitatem, quæ, quod ad naturæ identitatem attinet, longiſſimo interuallo immenſoque diſcrimine à ſe mutuo diſtant diſpenſatione in vnum cogens, &, ex vtriſque vnum, Chriſtum, vnum Deum vnumque Filium conſtare, oſtẽdens ita ait: (Paulus ſeruus *Paulus duas naturas, vnum Chriſtum.* Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangeliū Dei, quod antè promiſerat per Pro*Rom. 1.* phetas ſuos, in Scripturis ſanctis de Filio ſuo, » qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm » carnem, qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in » virtute, ſecundùm Spiritum ſanctificationis.) » Ecce tibi apertè in Euangelium Dei ſegre*1. Corint. 4.* gratum affirmat: atqui alibi deſertè ad hunc dum ſcribit: (Non nos ipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum; rurſum: Non iudicaui me ali *1. Corint. 2.* quid ſcire in vobis, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum.

Porrò autem licet ipſum Dei filium nominet, & in Dei Filium præfinitum conſirmet; de ſemine tamen Dauid natum enuntiat. Iam, dic, quæſo, qua ratione is Deus eſt, qui ex ſemine Dauid natus eſt? Rurſum, quem ante ſecula Pater ſibi coæternum genuit, quonam pacto *Verbum ab æterna ratione hodie & ante omnes ſæcula natū dicitur.* Filius Dei præfinitus eſt, perinde ſcilicet quaſi productus ſubſiſtere inciperet? Ipſe vàque de ſe ipſo ait: (Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.) Sanè cùm *Pſalm. 2.* particula hæc, (hodie,) præſens ferè ſemper, ra *Vt hodie ſit ſemper præſens tempus plerumque denotat.* rò autem præteritum tempus denotet, profundum aliquod, imò verò omnino pplexū, ac tantùm non inacceſſum myſterium hic inſinuatur; ſed ijs, qui ſectione inducta, partes ſeorſum conſiderant & collocant: Nam qui *Qui diuidunt Chriſti œconomiam, maximas perplexitates incurrunt.* Emmanuelem ad vnitatem reuocant, ijs & hoc ipſum cætera omnia, quæ ad ſynceră dogmatum cognitionē pertinent, ſunt obuia, captuque facilima. Filius itaque, qui generanti Patri coæternus eſt, & ante omnium ſeculorum ætatem ſubſiſtens eſt, poſteaquam Diuinitate non amiſſa, ſed humanitate aſſumpta, in hominis naturam ſeſe dimiſit, aſſumptæ humanitatis ratione, meritò & ex Dauid quoque ſemine progenitus & oppido recens natus prædicatur; quippe cùm id, quod aſſumpſit, ab eo nullo modo alienum, ſed verè illius proprium ſit. Quare vnum cenſetur cum ipſo; quemadmodum, exempli cauſa, in hominis quoque compoſitione accidere animaduertimus: Is etenim ex anima & corpore, *Vt anima & corpus, tametſi inter ſeſe diſſimilia, non tamen duo ſed vnum hominem: ita Diuinitas & humanitas vnum abſoluunt Chriſtum.* partibus vtrique ſecundùm naturam diſſimilibus, conſtituitur; attamen quod ex vtroque concreuit, vnus homo reputatur. Et quemadmodum à ſola carne totum interdum animal denominatur, & anima rurſum nominata, id, quod ex vtroque conflatum eſt, non infrequenter intelligitur; ad eundem planè modum, quæ de Chriſto quoque dicuntur, accipienda ſunt. Vnus eſt ergo Dominus, *Humanæ naturæ proprietas &* vnus Filius Ieſus Chriſtus, & ante carnem, & ante

Ægritudines Verbo Diuinitati non admiſſi

ante carnem, & poſteaquàm, ſuſcepta carne, homo apparuit.

Et quamuis idem ille Redemptor noſter per humanæ naturæ proprietates exinanitionisque conditiones interdum nobis inſinuetur; non ob id tamen eius dominium & poteſtatem inficiabimur. Iudæos ſanè Chriſtus Dominus ita alloquitur: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahę facite; nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum; hoc Abraham non fecit. Scribit de eo Paulus quoque: Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationesque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facerę à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia; & quidem cùm eſſet Filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam. Nunquid ergo hunc ipſum Chriſtum hominem nudum cæteris nulla ex parte excellentiorem aut eminentiorem cenſebimus? Abſit. Rurſus Deinc ſapientiam & virtutem in eam ſe infirmitatem abieciſſe, dabimus, vt mortem extimuerit, & à Patre ſaluari expetiuerit? Nunquid Emmanuelem vitá ſecundùm naturam eſſe, inficias ibimus? Nũ denique cùm eundem Deum ſimul ac hominem eſſe non ignoremus, circa humanitatẽ tantùm noſtræque naturę conditionis immorantes, quæ laudem promerentur, cuiuſmodi ſunt, ex quibus illius Diuinitas ſummaq; eiuſdem maieſtatis & gloria cognoſcitur, veluti praua pro nihilo ducemus? Minimè gentium: Sed in medium prodeat probatiſſimus ille Apoſtolus Paulus, qui elata voce in hæc verba concionatur: Sapientiam loquimur inter perfectos; ſapientiam verò non huius ſeculi, neque Principum huius ſeculi, qui deſtruuntur: Sed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtrã, quam nemo Principum huius ſeculi cognouit: Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Et alio rurſum loco: Qui cùm ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia Verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet à dexteris maieſtatis in excelſis, tantò melior Angelis effectus, quantò differentius nomen præ illis hæreditauit. Atqui gloriæ Dominum & eſſe & nominari, nonne immenſo ſpatio id omne poſt ſe relinquit, quod quouis modo aut ortum aut conditum eſt? Mitto humana (ſunt enim iſthæc tenuia admodum) an non, obſecro, quiuis, modò ingenio & ſapientia polleat, ſiue Angelos nominare, ſiue Principatus, Thronos, Dominationes percenſere, &, vt amplius quid dicam, ſiue ſummos illos Seraphicos ſpiritus commemorare velit, an non, inquam, hos omnes, gloria maieſtateque vſque adeò præcellẽti multis partibus inferiores confitebitur? Nam quòd Dominus glorię in cruce ſuffixus, quòd ſplendor rurſum Patris, & ſubſtantię illius character, portans omnia Verbo virtutis ſuæ; quòd Angelis tandem præſtantior extitiſſe perhibetur; hoc vtique eiuſmodi donum, talemque ac tantam prærogatiuam eſſe cenſeo, vt vni illi omnium Principi naturæ, hoc eſt, Diuinæ tribui debeat. At verò quando homo factus apparuit, tunc demum id, vt equidem ſentio, quod Angelis minus eſt, ſuſcepit; Scriptum eſt enim: Eum, qui modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum, propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum. Sed nunquid Verbum, quod ex Patre natum eſt, ob id ab eminentia illa & dignitate, quæ eſſentialiter in illud conuenit, nec non ab exacta illa Patris ſimilitudine excludemus, quod ſecundùm diſpenſationis menſuram animo conceptum, Angelorum gloriam non attingit? Nequaquam? Arbitror enim, Dei Verbum poſt aſſumptam ſemel carnem ab humanæ naturæ conditionibus neutiquam excludendum eſſe; neq; humanitati rurſum, ſi, vt in Chriſto eſt, conſideretur, gloriam, quæ Deum decet, denegandum eſſe.

Ioan. 8.

Hebr. 5.

Dei Verbũ ſecundum ſe, nec mortẽ extimuit neque paternam opem implorauit.

1. Corint. 2.

[illegible]

Heb. 1.

Gloriæ Dominum eſſe, in ſolum Deum conuenit.

[illegible]

Quæ Chriſto tribuuntur, ea in nullam rẽ creatam cõueniunt.

Hebr. 2.

Hebr. 2.

Verbum ſecundũ carnis aſſumptæ conditiones ab Angelis minoratum.

Propter perſonæ identitatem, & quæ Dei ſunt peculiaria, tribuuntur homini & quæ hominis rurſum ſunt propria, tribuuntur Deo.

Suſpicor autem futuros, qui interrogent: Agedum vter eſt Ieſus Chriſtus, iſne, qui homo ex muliere natus eſt? an Verbum, quod ex Deo genitum eſt? Næ ſtultum eſt, ſupervacaneis verbis contendere, ac quibuslibet anilibus nugis ſeſe opponere. Reſpondeo nihilominùs, nõ ſolùm periculoſum, ſed etiam pernicioſum videri, hominem & Verbum ſeiungere, factaque diuiſione, vtrunque ſeorſum ſtatuere; quippe cùm diſpenſationis myſterium eiuſmodi ſectionem nequaquam admittat, & Diuina præterea Scriptura vnũ duntaxat Chriſtum eſſe diſertè tradat. Aſſero proinde, neque Dei Verbum abſque humanitate, neq; templum rurſum, quod ex muliere in lucem editum eſt, niſi cum Verbo cõiunctum ſit, Chriſtum Ieſum appellari poſſe: Quandoquidem Dei Verbum non per ſe, ſed per diſpenſatoriam copulam admirabili modo, humanæ naturæ vnitum, Chriſtus eſſe cognoſcitur: Nam etſi illud, vt Deus naturaliſque Dei Patris Filius, humanitate ſuperius ſit; attamen propter ſuſceptam hominis naturam in humilitate iacere non detrectauit. Atque huc tendit illud Chriſti: Qui videt me, videt & Patrem meum; rurſum: Ego & Pater vnum ſumus; & illud rurſum eiuſdem: Pater meus maior me eſt; Quamuis enim, ſiue ſubſtantiæ identitatem, ſiue aliud quodcunque, in quo cum Patre conferri queat, ſpectes, Patre nequaquam maior ſit; tamen propter aſſumptam humanitatem Patre minorem ſe vocat.

Vnus eſt Chriſtus, quanq; naturã eſſentialiter in ſe complectitur.

In diſpenſationis myſterio periculoſum & pernicioſum eſt, inter hominẽ & Verbum ſecernere.

Verbum per ſe humana natura ſeiũcta non eſt Chriſtus.

Ioan. 14.

Verbum incarnatũ diuerſa ratione Patre maior & minor eſt.

Quin ſacræ quoque literæ diſpenſatoria quadam ratione diuinitate illius ſuppreſſa, totum interdum prædicant, vt hominem; cõtrà nonnunquam humanitate eiuſdem tacita totum quandoque inſinuant, vt Deum: Attamen propter vtriuſque naturæ, in vnam

Scripturæ modò de Chriſto loquuntur, tanquam de puro homine; modò tãquam à ſolo Deo.

eandem-

eandemque perſonam, coitionem, nulla hac quidem in re afficitur iniuria. Quapropter diuus Paulus Hebræus ex Hebræis ex Beniamitica tribu ad Apoſtolatum vocatus, his, q per fidem iuſtificati fuerant, carnaliaque membra. puta fornicationem, auaritiam, malam cupiditatem, & cæteras animi perturbationes mortificauerant, ad hunc modum ſcribit: (Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo.) Imò verò ipſe Chriſtus ita precatur: (Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo; quos dediſti mihi, ego cuſtodiui; & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis, vt Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio; & loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.) Intelligit hinc, quomodo per ſolam ferè humanitatem hic inſinuetur: Neque ex hiſce tamen concludere licet; Verbum aliquò ſe abdidiſſe, aut è mundo hoc emigraſſe: Cõſtat namquè alibi aliter diſſeruiſſe: (Amen,) ait, (dico vobis, vbi ſunt duo, aut tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.) Et iterum: (Ecce vobiſcum ſuum vſque ad conſummationem ſeculi.) Videas & ſacratiſſimum quoque Paulum, ſæpe multiſque in locis hominis vocabulo cũctantiùs eundem deſignare: (Paulus,) inquit, (Apoſtolus non ab hominibus, neq; hominem, ſed per Ieſum Chriſtum.) Rurſum: (Notum autem vobis facio, fratres, Euãgelium, quod euangelizatum eſt à me; quia non eſt ſecundùm hominem: Neq; enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti.) Et alio item loco: (Si,) ait, (Chriſtũ cognouimus ſecũdùm carnem; ſed iam nunc non nouimus.) Iam ecquiſnam eſt ille Ieſus Chriſtus, qui Apoſtolũ Paulum diuinorum myſteriorum notitia vſquè adeò occulta, certa ac diuina illuſtrauit? An non Verbum, quod noſtri cauſa homo factum, ex muliere naſci non recuſauit? An iſthuc, quæſo, non eſt verum? Imò veriſsimum: Meminimus namque, beatum Gabrielẽ eiuſmodi oratione ſacram Virginem appellaſſe: (Ne timeas Maria: Ecce enim concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum.) Nomen hoc nouum à Patre, opinor, per Angeli vocem impoſitum eſt: Prædixerat enim multò antè Propheta; (Et vocabitur tibi nomẽ nouum, quod os Domini nominauit.) Quando ergo vnigenitus Filius, qui Patri coæternus ante omnia ſecula extitit, nouiſſimis temporibus homo factus, & ex muliere natus, & filius declaratus, & primogenitus appellatus, & inter multos fratres numeratus eſt; tunc ille quoque, qui ſm naturam Pater eſt, paternitatis leges, vt ita loquar, ſequutus, nomen hoc præfiniuit.

Membra carnalia ſũt fornicatio, auaritia & cætera vitia.

Coloſ. 3.

Ioan. 17.

Matth. 18.

Matth. vlti.

Gal. 1.

Paulus Dei nomine Chriſtum non infrequenter deſignat.

2. Cor. 5.

Vis & impoſitio nominis Ieſu diuina.

Eſa. 62.

Itẽ itaq; Vnigenitus & primogenitus eſt; Vnigenitus quidem vt Deus, primogenitus verò quatenus ſecundùm œconomicam vnionem inter nos & inter multos fratres homo verſatus eſt, quò & nos quoque in ipſo & per ipſum ſecundùm naturam & gratiã filij Dei efficeremur: Secundùm naturam quidem vel naturales, tãquam membra ipſius; participatione verò & ſecundùm gratiam per ipſum in Spiritu. Quemadmodũ igitur Chriſti humanitati, propterea quòd ſecundùm diſpenſationis copulam Verbo coniuncta eſt, vnigenitum eſſe & dici proprium effectum eſt; ita Verbo, eò quòd vnitum eſt carni, id peculiare factum eſt, vt inter multos fratres primogenitus ſit & appelletur. Cùm Dei itaque natura ſtabilis, immota omniſq; mutationis expers ſit nunquam Deus Verbum nõ manſit, quod erat: Neque verò tum, quando homo factus eſt, ſummæ illius maieſtatis & gloriæ, qua cæteros omnes longè ſuperat, coronam amiſit. Quamobrem ſancta illa imprimiſque beata cœleſtium ſpirituum multitudo, vt illum adoraret, æquè ac nos mandatum accepit. Sanè ſola humanitatis paruitate & abiectiõe inſpecta, licebat quandoque, & quidem iure meritòq; licebat, eiuſmodi adorationem recuſare, debitumq; honoris cultum cunctantiùs impendere, ac illi, qui propter nos noſtri ſimilis effectus fuerat, glorificationem denegare, ne quo errore imprudentes conſtringerentur (necdum enim ipſis myſterium illud Chriſti latis compertum erat.) Verùm ne ſanctiſſimę illæ creaturæ in eam impietatem inciderent, Spiritus id illis aperuit. Hinc illud Pauli: (Ex cùm inducit primogenitum in orbem terræ; dicit: Et adorent eum omnes Angeli eius:) Is enim, qui naturæ proprietate vniuerſo terrarum orbe ſublimior eſt, illique præſidet, &c, prout Deus mente concipitur, extra ipſum eſt: in ipſum vt homo ingreſſus, pars mundi effectus eſt; veruntamen nullam ea de cauſa diuinæ glorię iacturam fecit: Adoratur namquè vt vnigenitus, etſi appelletur primogenitus: Quæ ſane apellatio humanæ noſtræ modulis ac proprietatibus q̃ optimè conuenit.

tus, ſed alia & alia ratione.

In Chriſto & per Chriſtum naturales & adoptiui Dei filij efficimur.

Verbo propter incarnationem nihil dignitatis ademptum eſt.

Angeli, æquè ac nos, Chriſtum adorare iuſſi ſunt.

Angelis incarnati Verbi myſteriũ nũq̃ occultum fuit.

Heb. 1.

Qui extra mundum erat, totiq; mundo p̃ſidebat, pars mundi effectus eſt.

Ergòne Emmanuelem vt ſolum hominẽ adorabimus? Minimè gentium: Iſthuc enim nihil aliud foret, quàm errare, in fraudẽ induci, ac delirare: Hac ſiquidem ratione, nihil quicquam ab ijs diſſentiremus, qui opificis & procreatoris loco creaturam adorauerũt, veritatemque, vt ſcriptum eſt, in mendacium conuertunt. Si illorum ergo ſententiæ acceſſerimus, omnino vnà cum illis & illud Apoſtoli quoque audiemus: (Dicentes, ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt; & mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum.) Quid? Nonne & nos ipſi quoq; ijs, quorum modò meminimus, ſimilia facere & ſentire cenſebimur, vt qui Dei gloriam in mendaciũ & ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis demutauerimus? Nunquid Emmanuelem tamquam

Chrs non adoratur, vt verus homo, ſed vt homo De⁹

Rom. 1.

Idem vnigenitus & primogenitus

quam nudum noſtræque conditionis hominem adorationis cultu proſequemur? Eccur cœleſtis ille Angelorum cœtus ijs, qui in tantã inſaniam prolapſi ſunt, non obſiſtit? Quin & erroris huius crimen, quod indelebilem vtique veterũ errorum maculam cõtinet, Ethnicorum gregibus, tanquã quod leue ſit, nequaquam in poſterũ exprobrare licebit? Erratur namque & nunc quoque, perinde ac olim; & ſemita, quæ ad veritatẽ ducit, æquè nunc ignoratur, vt antè. Sed neque beatus Paulus ſatis opportunè quoque, vt apparet, Galatas increpat? Ait namque: (Tunc ignorantes Deum, ijs, qui natura ſunt Dij, ſeruiebatis. Nunc autem cùm Deum cognoueritis, imò cogniti ſitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma atque egena elemẽta, quibus denuo ſeruire vultis?) Nam niſi Chriſtus, in quem crediderunt, ſuapte natura Deus eſt, qualẽ, quæſo, Deum cognouerunt? Etſi ſoli homini ſeruiuerunt, nónne antiqui erroris laqueis etiamnum irretiti manifeſtè tenentur? An ego non verum dico? vtique dico. Cernis igitur, Chriſtianiſſime Imperator, quo modo neceſſarijs rationibus adducti, Dei Verbũ, eſto in forma noſtra apparuerit, tanquã verũ natura Deum dorare compellamur: Quippe cùm duarum naturarum in vnitatem cõcurſus huc nos inuitos adigere nequaquam valeat, vt Diuinitate obſcurata, ſolam humanitatem obtinuiſſe aliquando ſuſpicemur: Enimuerò Verbi natura humanam naturam ſuſcipiẽs, non eſt nuda humanitas; imò verò propria gloria & maieſtate aſſumptam naturam excedens, inconcuſſaque ac immota perſiſtens, nullã prorſus Diuinæ illius excellentiæ paſſa eſt iacturã. Cuius quidem rei Chriſti diſcipuli nõ ignari, adorabant eum, dicentes: (Verè filius Dei es tu:) Nam etſi illum ambulare, noſtroque more corpore indutum cernerent; ex eo tamen, quòd admirabiliter in ſummis fluctibus ambulabat, Deum eſſe colligebant.

Si Chriſt⁹, quem adoramus, nõ eſt Deus, æquè nunc idololatriæ ſcelere cõſtringimur ac veteres Pagani olim.

Gal. 4.

Aſſumpta humanitas diu ni Verbi gloriæ & maieſtati nulla præiudiciũ generauit.

Mat. 8. Apoſtoli Chriſtũ vt Deũ adorant.

Sed aliquis fortè ex ijs, qui huic tantæ gloriæ aduerſantur, dicet: Ecquis ille erat, qui mulieri Samaritanæ aiebat: (Vos adoratis, quod neſcitis; nos autem adoramus, quod ſcimus?) Nam quo modo rectè adoratur, qui inter adorantes cenſetur? Ad hoc equidẽ reſpõderim iſthuc: Quis ille erat? de Chriſto ſtolidè omnino atque imperitè dici: Nullo enim modo Chriſtus diuiſus eſt. Quare qui cũ muliercula loquebatur, erat vnus & ſolus Dominus Ieſus Chriſtus, ex humanitate adorante, & adoranda Diuinitate conſtitutus, illud in ſe complectens, vnde Deus ſimul & homo verè dici haberique poſſit. Cognatum eſt huic & hoc dilemma quoque: Si, inquiunt quidam, Deus eſt, ipſe per ſe Dominus gloriæ eſt: Si autem homo eſt, Dei liberalitate gloriæ particeps effectus eſt; ergo aduentitia gloria indigebat, iuxta illud: (Pater clarifica filium tuum;) næ, ſed (vnus) interim ſecundùm Scripturas eſt (Dñs, vna Fides, vnum Baptiſma.) Et quemadmodum vna eſt fides in Chriſtum, & vnum item Baptiſma, etiamſi in Patrem, & Filium, & Spiritumſanctũ credamus & baptizemur; ita planè, vt ego arbitror, vna quoque Patris, & incarnati Filij, & Spiritus ſancti eſt adoratio: Quamuis enim Vnigenitus caro factus inter nos habitarit, nec nõ primògenitus inter multos fratres appellatus ſit; hoc tamen nihil impedit, quò minùs, cùm à nobis, tum ab ipſis quoque Angelis adorari debeat: Nã quæ aliàs fidei ratio de ipſo conſtare poſſet, peruidere neutiquã procliue foret: Neque enim (ſi modò rectè ſapere voluerint) facilè dicturi ſunt, opinor, quòd in Dei Patris Verbũ carne exutũ credamus: Neque illud rurſum, nempe quòd in vnum aliquem noſtri ſimilem, aut in ſolum hominem fide tendamus; ſed quòd ſub perſona Chriſti in verũ & naturalem Deum: Cui orationi & ſapiens quoque Paulus patrocinatur: Scribit enim: (Non noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrũ; nos autem ſeruos veſtros per Ieſum: Quoniã Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ charitatis Dei, in facie Chriſti Ieſu.) Ecce apertè euidẽter illuminatio ſcientiæ Dei Patris in perſona Chriſti effulſit. Vnde & ipſe: (Qui videt me,) inquit, (videt & Patrem: Ego & Pater vnum ſumus.)

Ioan. 4. Chriſtus adorat, & viciſſim adoratur.

Chriſtus plenè conſtat ex adorãte & adoranda natura.

Ioan. 17.

Ephes. 4.

Vt vna adoratione adoram⁹ Patrẽ, Filiũ, & Spiritũſãctum; ita vnã quoq; Deũ & hominẽ Chriſtum.

Fide in Chriſtũ tẽdimus, nõ tãquam in ſolũ Deum aut in hominẽ ſolũ, ſed tanquã in Verbum incarnatũ.

2. Cor. 4.

Ioan. 14.

Cæterùm Diuinus character nõ eſt corporeus, ſed in ſumma virtute & gloria poſitus: Erat is porrò in Chriſto apprimè exactus & lucidus. Voluit autem non per iſtum ſolum internoſci, ſed per operum quoque excellentiam in auditorum animos illabi, eoſq; in ſui conſiderationem excitare: Siquidem corpus, quod cernebatur, auctoritatẽ illius apud imprudentes magis magiſque ſubinde eleuabat. Ait ergo: (Si non facio opera Patris mei, nolite credere: Si autem facio, etſi mihi non creditis, operibus credite.) Ea autem Chriſtũ dixiſſe exiſtimo, quæ tunc vtilitatem allatura nouerat: Nam cùm vulgo perſuaſum eſſet, eum, qui noſtri cauſa homo factus eſt, natura Deũ non eſſe, ſed hominem ſimpliciter nobis per omnia ſimilem, & ob id quidã fidem in illum exoſam redderent; omni metus cũctationiſq; cauſa præciſa, paternaque perſona ſumpta, nõ humanæ abiectioni, ſed Diuinæ naturæ fidem attribuit, illiq́ue neceſſariò attribuendam eſſe oſtendit: Ait enim: (Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me.) Perinde ac ſi dicat: O fideles auditores mei, ne parua & humilia de me opinemini: Quin id potiùs de me perſuaſum vobis habetote; nempe, ſi in me, quem in hoc corpore cernitis, crediderit, non in vnum aliquem ex multis credituros vos eſſe, ſed in ipſum Patrem per me Filium: Qui licet veſtri cauſa caro factus ſim, & vilem iſtã hominis formam induerim; Patri tamen omnino æqualis, nullaq; in re ab eo diuulſus, aut ſeparatus ſum, vtpote eadem, qua ille natura, potentia ac gloria præditus.

Diuinus character nõ in re aliqua corporea, ſed in virtute & gloria eſt poſitus.

Ioan. 5. Chriſtus per opera, quis eſſet, oſtendebat.

Veſtitus carnis, fidẽ in Chriſtũ remorabatur.

Ioan. 12.

Qui in Verbu incarnatum credebãt, in Deũ Patrem credebant.

Animad-

Chriſtus Patri per omnia æqualis.

Animaduertat quiſpiam, alio item modo fidē in ſe nequaquam repuliſſe, etiamſi homo factus eſſet; ſed circa vllam omnino ſectionē, aut diſtinctionem io propriam perſonam illā admiſiſſe: Quandoquidem cùm ab ortu cœcum ſanaſſet, & dulce hoc inſuetumq; ipſi lumen intuendum præbuiſſet, in magna meritò admiratione apud omnes erat. Verùm is ſolùm, qui morbo liberatus fuerat, dum à Iudęis interrogaretur, medicum profitebatur: Nam cùm Chriſtus fortè io illum incidens percontaretur: (Credis in filium Dei?) Ille verò contrà ſucclamaſſet: (Quis eſt Domine, vt credam io eum?) reſponſum tulit eiuſmodi: (Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ille eſt. At ille dixit: Credo Domine; & adorauit eum:) At enim quis neſcit, Diuinam illam ſupremamq; oaturam ſub aſpectū planè nō cadere? (Deum enim) vt ſcriptum eſt (nemo vidit vnquam.) Si igitur humanitatē, in qua Dei Verbum apparuit, ab eo ſeiungas, quaſi in ſe ſolum ac nudum, hoc eſt, per ſe citra humanitatem conſideratum fidem exegerit; cur cœco ſanitatem adepto, nō imperauit, ne in ſe, ſed io Diuinam naturam mētis oculos conijceret, ſed ſeipſum corporeo ſchemate indutum, ipſiſque oculis expoſitum oſtendit? Ait enim: (Et vidiſti eū, & qui loquitur tecum, ipſe eſt.) Ecce dubium eſſe poteſt, quin corpus ſuum coràm cernendū exhibuerit? At quo tādem pacto ipſe eſt caro, niſi id totum ipſum eſſe intelligatur, quod ſecundùm vnionem illius factum eſt proprium: Simile quid in nobis quoque obſeruare licet: Nemo enim hominem ex animo & corpore conſtantem (prout nos omnes conſtamus) diuiſim ac ex parte oſtenſum vult, etiamſi ſolam carnem deſignet; ſed totum.

Ioan. 9. Cœcus natus nō Diuinitatem per ſe, ſed ipſum, quē oculis intuebatur, adorare iubetur. 1. Ioan. 4. Ioan. 9.

Id totū eſt Verbū, quod ſecundum vnionē hypoſtaticam illius factū eſt. Vt per hominis carnem, totū hominem; ita per Verbi humanitatem totū Verbū deſignamus. Ioan. 20.

Scribit hac de re Euangeliſta Ioannes quoque: (Multa) ait (& alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum, quę non ſunt ſcripta io libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis io oomioe eius. (Æquè admirari hoc loco & diuinū quoque Petrum licet: Hic enim intrepidè diſerteque Iudæos eiuſmodi oratiooe affatur: (Principes populi & Seniores, ſi nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, io quo ſaluus fact⁹ eſt? Notū ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael, quòd in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, qoem Deus ſuſcitauit ex mortuis; in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. (Et poſt alia rurſum: (Et non eſt in aliquo alio ſalus: Neque enim aliud nomē ſub cœlo datum eſt homioibus, io quo oporteat nos ſaluos fieri.) Ecquis, obſecro eſt illę, qui, & mortem ſubijt, & cū triumpho à mortuis excitatus, & Nazarenus appellatus fuit, niſi Chriſtus Ieſus? Hoc eſt, vnus ille, qui inexplicabili modo ante omne ęuum ex Deo Patre genitus, vltimo hoc & ad finem iā decurrente ſeculi tempore, ex muliere homo natus eſt? Vnde qui fidem in ipſum complexus fuerit, eximiam inde mercedem gloriamque reportabit: Eſt enim apud S. Ioaonem: (Quotquot receperunt illum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomioe eius; qui non ex ſanguinibus, oeqoe ex volūtate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo oati ſunt:) Nam quò ipſe primatum in omoes obtineret, vt ſcriptum eſt, ex muliere naſci voluit.

Actor. 4.

Fides in Chriſtum eximiā parit mercedem.

Ioan. 1. Coloſſ. 1.

Homo Chriſtus p cæteris omnibus Spiritu genitus dicitur.

Quia verò creaturæ per ſanctificationem apud Deum reformatæ initiū extitit, ipſe præ cæteris omnibus ex Spiritu geoitus declarat; vtpotè abſque viri mulieriſqoe cōgreſſu in lucem fuſus: Neque idcirco tamen aliquā ignomioiæ notā naturæ inurere voluit (ſunt enim nuptiæ hooorabiles, & qui initio formauit omoia, maſculum & fœminam fecit eos) ſed oaturam humanam præſtantiori multiſque partibus excelleotiori dignitate cohoneſtandā putauit: Non enim viri, ſed ſpiritus germen appellare nos voluit. Huc illud quoque ſpectat: (Patrem oolite vobis vocare ſuper terrā: Vnus enim eſt Pater veſter cęleſtis; omnes autem vos fratres eſtis.) Quam ob rem io illum credere omni prorſus reprehēſione vacat; imò vna omnium iſtuc peccatorum obliuiooe, hoc eſt, condonatione penſatur: Scribit enim eximius ille Apoſtolus Paulus ad hunc modum: (Scientes enim, quia oon iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti; & nos in Chriſto Ieſu credidimus, vt iuſtificemur in ipſo.) Cæterùm quod ſuprà indicaui, id paucis hoc loco repetere nō grauabor; puta Dei Patris Verbum oudè per ſe poſitum non eſſe Chriſtum; ſed tunc demum id oomen obtinuiſſe, cùm humana oatura aſſumpta, citra vllam omoino confuſionem adiunctū eſt carni. Ita affectum, hoc eſt, aſpectabile effectum, noſtraque forma veſtitum cœleſtis Pater, voce cœlitus delapſa ſanctis oſtendit Apoſtolis: (Hic,) inquit, (eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipſum audite.) Aduerte autem, quomodo hic non dicat: (In hoc eſt Filius meus;) ne alter ab altero ſeorſum per ſe poſitus, hoc eſt, diuiſus intelligatur; ſed quò ſecundùm diſpēſatoriam voiooē vnus idemq; ſimpliciter accipiatur, (hic,) ait, (eſt Filius meus.) Quanto autē cum diſcrimine erroreq; coniunctum ſit hiſce obniti, id dilucidè demōſtrat Ioannes, ita ſcribens: (Quooiam hoc eſt teſtimonium Dei, quod eſt teſtificatus de Filio ſuo: Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit Deo, mendacem facit eum; quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.) Teſtificatus eſt ante meum, qui caro e ſeruiliq; forma indutus apparuit, vnicè, propriè ac verè ſuum eſſe Filium. Præterea, illuſtrem illam ſacri Baptiſmatis gratiam, quæque ipſi cohæret, viuificationē, & Dei participationem per ſanctificationem in Spiritu per Ieſum Chriſtum oobis obtingere, inficiari nō poſſumus: Meminimus enim Ioannem dicentem: (Qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt; cuius noo

Heb. 13. Gen. 1.

Cur non ex viro, ſed ex Deo nati dicamur. Matth. 23.

Fides in Chriſtum, peccatorū cōdonatione pēſatur.

Galat. 2.

Antę carnē aſſumptā, Verbū non erat Chriſtus.

Matth. 17.

Pater cœleſtis Chriſto teſtimonium perhibens, nō dixit: In hoc eſt Filius meus; ſed hic eſt Filius me⁹. 1. Ioan. 5.

Baptiſmi gratia per Chriſtum confertur.

Matth. 3.

ſum

ſum dignus calceamẽta portare: Ipſe vos baptizabit Spiritusáncto & igni.) Iá hic te interrogo, num Spirituſancto & igni baptizare, opus ſit ſolius humanæ naturæ. Quis, quæſo, iſtuc credat? Atqui cùm virum illum vocet, tametſi adhuc abſentem & inaſpectabilem; Spiritu nihilominus ſancto & igne baptizaturũ prædicat. Immittit autem hic Spiritum baptizatis, non alienum, ſed eum, qui ex illo, & per illum eſt: Neque rurſum vt ſeruus, vel miniſter, verùm vt Deus ſecundùm naturam, cum ſumma poteſtate & auctoritate. Per hunc quoque diuinus character nobis imprimit: Reformamur enim in Chriſto Ieſu, veluti in Diuina quadá imagine: Non quòd corpoream aliquam cõformationem ſubeamus (iſtud nauque opinari deſipere eſſet) ſed quòd Spirituſancti participes effecti, ipſum nobis Chriſtum lucrifaciamus; ita vt iam illud Propheticum lętabundis cantare liceat: (Exultet anima mea in Domino: Induit enim me amictu ſalutis, ſtolaq; lætitiæ: Quotquot enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis;) ait Apoſtolus.

Spiritu ſancto baptizare nõ eſt opus ſolius naturæ humanæ.

Chriſtus immittit baptizatis Spiritũ proprium, non alienum.

Character, quo Chriſto conformamur, non eſt corporeus.

Rom. 6.

Quòd ſi quis vlteriùs interroget: Num ergo in hominem baptizati ſumus? Et hoc inficiabor minimè; ſed heus tu, quiſquis es, quid moliris? itáne omnem ſpem hac conceſſione præreptam nobis arbitraris? Baptizati ſanè ſumus in hominem; ſed non in hominẽ ſimpliciter, verùm in Deum hominem factum, qui pœnas veteres noxas ijs, qui fidem in illum cõplectũtur, remittit. Vnde D. Petrus Iudæos ita alloquitur: (Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum; & accipietis donum Spirituſancti:) Peccata nanque ijs, qui illi adhęrent, cõdonans, ſuum mox Spiritũ impertit; quem quidẽ Verbum, quatenus ex Deo patre procedit, immittit, & ex propria natura in nos quaſi ex fonte quodam transfundit. Quin etiam facultate hac propter vnionem & incarnationis œconomiam, æqualiter quodammodo cum homine cõmunicata, corporaliter quoque vt homo inſpirat: Inſufflauit enim in ſanctos Apoſtolos, dicens: (Accipite Spiritum ſanctum.) Sed neque ex menſura rurſum dat Spiritum; ſed, iuxta Ioannis vocem, ex ſe non ſecus ac Pater eundẽ infudit. Vnde magnus ille Paulus totam hanc controuerſiam è medio tollens, modò rem hanc Deo & Patri, modò rurſũ ipſi Filio tribuit: Sic enim ſcribit: (Vos autem in carne non eſtis, ſed in Spiritu, ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius: Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, Spiritus autem viuit propter iuſtificationem.) Patet ergo, & Spiritum Deo proprium eſſe, & Verbum, quod ex Patre prodit, ſolum non eſſe. Quamuis autem hoc ipſum Verbum homo noſtri ſimilis factum intelligatur; ob id tamen Diuinitatis proprietatibus, quæ in propriam illius naturam conueniunt, non deſtituitur. Rurſum licet vt homo, perinde ac nos, viuificari interdum dicatur; attamen propter inexplicabilem illam ex viuente Patre generationem, omnium vita extitit. Videre eſt autẽ, vbi Verbum propriæ actionis gloriã propriæ carni largiatur; contrà rurſum vbi, quæ carnis ſunt, in ſe transferat, ac propter diſpẽſationis vnionẽ propriæ quodámodo naturæ tribuat.

Baptizamur in hominẽ, ſed non in hominẽ ſimpliciter, verum in Deum hominem factum.

Actor. 2.

Chriſtus propter naturarũ inter ſe vnionẽ corporaliter quoque Spiritũ ſanctũ impertit.

Ioan. 20.

Ioan. 3.

Rom. 8.

Spiritus cõmunicatio modò Chriſto, modò cœleſti Patri tribuit.

Vnionis œconomia effectum, vt ea, quæ carnis ſũt, tribuantur Deo; & ea rurſũ, quæ Dei ſunt, tribuantur carni.

Sed dixerit quiſpiam: Nónne in Verbum, quod ſecundùm naturam à Deo Patre proceſſit, maximè conuenit supernè ac de cœlo venire, eaque, quibus vitam impertiri voluerit, poſſe viuificare? Vtique. Verùm dic, quæſo te, nunquid Diuino modo cõdere ac procreare, humanæ quoque naturæ largiendum eſt? Minime gentiũ. Ecquo ergo modo nos viuificat? vt Deus. Veruntamen non per hoc ſolũ id facit, quòd ſanctũ nobis Spiritum impartitur; ſed per hoc quoque quòd filij hominis carnẽ, quam aſſumpſit, veſcendã proponit: Ait enim. (Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem; non habebitis vitam in vobis.) Rurſum cùm Iudæi ipſum aliquando deriderent, conuitijsque appeterent, ac beatum Moyſem illi, neſcio quomodo anteponentes, apertè dicerẽt: (Patres noſtri mãducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cœlo dedit eis manducare. Quod ergo tu ſignum facis, vt credamus tibi? Quid operaris,) vt corpus ſupernè de cœlo nobis ſis deportaturus? Reſpondit ille. (Amen amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verũ: Panis enim verus eſt, qui de cęlo deſcendit, & dat vitam mundo.) Denique tãtùm non digito ſeipſum in corpore conſtitutum demonſtrans, ita ait: (Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi: Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mũdi vita. Qui manducat meam carnẽ, & bibit meũ ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut me miſit viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.) Atqui nulli obſcurum eſt, carnẽ filij hominis non deſcendiſſe de cœlis, ſed è ſacra Virgine ſecundùm Scripturas ſumptam eſſe. Æquè certum eſt, Verbum ſecundùm ſe manducari non poſſe: Attamen quòd ſecundùm diſpenſatoriam illam vnionem, vtranque naturam in ſe complectatur, & quaſi in vnũ colligat, fit (quemadmodum multis paſſim locis videre id licet) vt vtriuſque naturæ proprietates familiariter ſibi vẽdicet vſurpetque. Quare Nicodemo myſterium hoc nõ intelligenti, ſed imperitè: (Quomodo poſſunt hæc fieri?) ſciſcitanti, ita occurrit: (Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, ſi cœleſtia vobis dixero, credetis? Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis.) Iudæis autem eodẽ planè inſcitiæ morbo cum Nicodemo laborantibus, ipſique, quòd corpus ſuũ viuificum, nec non de cœlo dilapſum affirmaret,

Humanæ naturæ nõ eſt condere ſecundum ſe aut viuificare.

Chriſtus biſariã nos viuificat, vno modo per gratiã; altero modo per ſuã carnem.

Ioan. 6.

Caro Chriſti viuifica.

Naturarũ in eandem hypoſtaſin concurſus efficit, vt vtriuſque naturæ ita vt homini rectè tribuantur diuina, & Deo viciſſim rectè aſſignẽtur humana.

Ioan. 3.

ret, neſcio quo modo illudere non dubitantibus, ſic aiebat: (Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcendentẽ, vbi prius erat?) Quid? nónne Emanuelem ex muliere natum dicimus? Vbi ergo priùs erat, at qua ratione eò aſcẽdiſſe ſe aſſerit, vbi antè erat? Nónne corpore ſibi vnito ex ſancta Virgine natũ profitemur? An non carnem, quæ de terra eſt, quod quidem ad propriam naturam attinet, inefficacem ad hoc fuiſſe agnoſcimus, vt viuificare poſſit? Quo igitur modo, dic quæſo, aut caro viuifica eſt, aut corpus, quod terrenũ eſt, è cœlo dilapſum intelligi poteſt? Vtique ſecũdùm vnionem, qua viuo illi cęleſtique Verbo coniunctum eſt. Hunc ergo in modũ ſentientes, vera diuiniſque literis conſentanea ſentimus: Vnus enim idemq; Diuinus eſt opifex, & carne deſtitutus, & carne veſtitus.

Ioan. 6.

Aſſipulatur huic quoq; doctrinæ Diuinus ille cęleſtiſque ſapientię magiſter Apoſtolus Paulus. Scribit autem in hæc verba: (Gratias agentes Deo, qui dignos non fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine; qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ Filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem; & remiſſionem peccatorum; qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ; quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cęlis, & in terris, viſibilia & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates; omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt; & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis; vt ſit in omnibus ipſe primatũ tenẽs: Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinẽ diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſo, pacificãs per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cęlis ſunt.) En hic iterum disertè exponitur, per ipſum, & in ipſo omnia eſſe condita; rurſum ante omnia exiſtere, vniuerſaque in ipſo conſtituta eſſe; tum ipſum quoque primogenitum ex mortuis prædicat, qui per ſanguinẽ crucis ſuę omnia pacificarit, tã quæ in cęlis, q̃ quæ in terris. At quis, quæſo, ex mortuis primogenitus eſt, niſi Chriſtus Ieſus, hoc eſt, in carne & cũ carne Verbum? Nam cùm Verbum ſit, quod quidem ad propriam naturam attinet, intermori nullo modo poteſt: Neque ſi homo tantùm noſtri ſimilis ſit, vniuerſorum conditor dici queat. Condidit autẽ, vt Deus; etſi poſt vnionem citra carnem, neque ſubſiſtat, neque intelligi valeat. Primogenitus autem ex mortuis vocatur, prout homo apparuit; Diuinam tamen naturam, poſt aſſumptam humanitatem, non abiecit.

Col. 1.

Per Chriſtũ è tenebrarum poteſtate erepti ſumus.

Per Chriſtũ omnia condita & inſtaurata.

Videas & alios quoque Diuino Spiritu afflatos ſimilibus ſententijs nonnunquam vti. Apud Ioannem hæc legimus: (In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum; omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.) Apud Diuum Paulũ verba illa: (Vnus eſt Deus Pater, ex quo omnia; & vnus Dominus Ieſus Chriſtus; per quem omnia.) Porrò autẽ, ſi, poſteaquàm Verbum vnitum eſt carni, medium aliquod diuellens, ac in diuerſa, puta in filiorum dualitatem, vt quibuſdam placet, quodammodo diſtrahens intercedit, quomodo omnia per Ieſum Chriſtũ condita eſſe verè aſſeritur? Atqui omnia per ipſum ſunt condita. Perſpicuum eſt ergo, omnia, quæ Verbo ex Patre nato propriè & naturaliter inſunt, ea ipſa integra ei permanſiſſe, etiam tum, cùm factũ eſt homo. Periculoſum proinde eſt non parum, ſectionẽ aliquam inducere: Vnus enim eſt Dominus Ieſus Chriſtus, per quem Pater molitus eſt omnia: Vnde conditor eſt vt Deus; viuificator verò, vt vita, ex proprietatibus humanis, & ſuperhumanis, hoc eſt, Diuinis in vnum quoddam quaſi medium coeuntibus cõſtitutus: Siquidem ſecundùm Scripturas Dei & hominũ mediator eſt; qui quidem natura eſt Deus, etiamſi carne ſit indutus; verus autem homo eſt, non tamen purus vt nos: Nam etſi Verbum factum eſt caro; manſit tamen, quod erat: Scriptũ eſt enim: (Ieſus Chriſtus hodie & heri, idẽ & in ſecula.)

Ioan. 1.

1. Cor. 8.

Si inter Chriſtũ & Verbũ aliquid intercedat, non omnia per Chriſtũ ſũt cõdita.

Chriſtus conditor vt Deus; viuificator vt vita, ex diuinis humaniſque proprietatibus conſtitutus.

An non Emmanuelem in nouiſſimis ſeculi temporibus, ex ſacra Deipara Virgine ortum credimus & dicimus? Sanè; nec id in quæſtionem cadit. Cæterùm cùm (heri & hodie,) prçteritum & præſens tempus ſignificent; quomodo, Chriſtianiſſime Imperator, idem omnino dici poteſt, ſi prçterito tẽpore ſecundùm carnem necdum erat genitus? (Verbum) citra vllam controuerſiam (in principio erat,) & immutabile erat: Nam vt ex æterno & immutabili Deo Patre procedit: ita ipſum quoque ſecundùm propriam naturam æternitatem & immutabilitatem poſſidet. Sed nónne, inquis, nomen hoc Ieſus Chriſtus admodum recens, hoc eſt, ipſo incarnationis articulo Verbo acceſſit? Næ: Hoc enim pluribus iam ante à nobis oſtenſum eſt. Aduertis ergo, quòd Chriſtũ Ieſum non vna protſus eademque ratione (hodie & heri, & in ſecula) eundem eſſe dicat. At quomodo humana natura, quę mutationi obnoxia eſt & de non eſſe, ad eſſe & viuere, vt cætera, euecta eſt, immutabilitatem, & in identitate ſtabilitatem obtinere dici poteſt? Aberrauítne ergo à veritatis ſcopo Scriptura ſacra, dum eum, qui heri non erat, prius extitiſſe cõmemorat? Abſit procul, vt tale quippiã equidem dicã, aut ſuſpicer (Chriſtus) enim (Ieſus, idem eſt heri, & hodie, & in ſecula) aut vt Verbum, tametſi caro factum eſt, antiquiſſimum, & immutabile eſſe, prædicare dubitem; maximè vero cùm illud ipſum, etiam poſt vnionem cum propria carne, ſe heri & iam antè extitiſſe, apertè profiteri, audiam: Etenim cùm inſanus Iudæus contra Chriſtum inſaniret, repulſiſque fide lapidibus eundem obruere adoriretur (nam cùm hominem noſtri ſimilem cerneret, indignabatur, quòd ętatẽ humana maiorem

Heb. 13.

Verbum idẽ eſt heri ac hodie, ante & poſt incarnationem.

Nomẽ hoc Ieſus Verbo poſt incarnationẽ acceſſit.

torem ſibi arrogaret) talc; vt Deus, de ſe teſtimonium dixit: (Amen amen dico vobis, priuſquàm Abraham fieret, ego ſum.) Ad hæc contra illi: (Quinquaginta annos nódum habes, & Abraham vidiſti?) Ioannes quoque ita ait: (Hic eſt, de quo dixi vobis, poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat.) At quomodo, cùm Emmanuelem & virum agnoſcat, & virum nominet, illum priorem & aote ſe factum prædicat, cùm tamen & tardiùs & poſt ipſum natus eſſet? Sed gloria fortè ac dignitate Ioanne maiorem prioremque extitiſſe dicet quiſpiam. Verùm quãtum ego intelligo, oratione non admodũ prolixa oſtendi poteſt, eiuſmodi expoſitionem, neque ſynceram eſſe, neque ſatis quoque eruditam: Nam ſi priorẽ eſſe, idem eſſe ſtatuerimus, quod in gloria portiorem eſſe; eadem omnino ratione poſteriorem eſſe idem erit, quod gloria & maieſtate inferiorẽ; atque ita Chriſtum Ioanne inferiorẽ (ô rem maximè abſurdam) cõcedere compellemur: Ait enim: (Poſt me venit vir.) Sanè ſi rectè, quod in Pſalmis de eo ſcriptum legitur, expenderimus, rem lõgè aliter habere arbitrabimur: (Quis,) inquit, (in nubibus æquabitur Domino; ſimilis erit Domino in filijs Dei?) Summa igitur antiquitas Verbo tãquam Deo ſecundùm naturam, etiamſi carni vnitũ ſit, propriæq; naturæ bona cũ corpore, quod aſſumpſit, cõmuoicare conſueuerit, attribuenda eſt.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Si id eſt, priorẽ eſſe, quod digniorem, idem quoq; erit poſteriorẽ eſſe, quod indigniorem.

Pſal 88.

Quòd iſtuc autem ita ſe habeat, recteque dictũ ſit, id ex alijs quoque teſtimonijs, ſi modò libuerit, facilè didiceris: Dicit namque alicubi Deus per quoſdam ſanctorum Prophetarum, de Chriſto ex ſemine Dauid ſecuodùm carnẽ orto: (Et tu Bethlehem domus Ephrata paruula es io millib⁹ Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. (De filijs Iſrael, ſacratiſſimus Paulus ita ſcribit: (Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem mãducauerunt; & omnes eũdem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpiritali, cõſequente eos Petra: Petra autem erat Chriſtus:) En ſummam illam antiquitatem, quæ io Verbum propriè conuenit, ſecundùm œconomicã vnionem hic Chriſto Ieſu aſſignatam eſſe: Euidenter enim exponit, Bethlehemitam illum, qui ex muliere natus eſt homo, ab initio ſeculi exitum habere: Io principio enim, & ante omnia ſecula erat incarnatum Verbum; ipſumq; erat petra illa, quę Iſraeliticũ populum ſitientem inſperatis ioexpectatiſque aquæ fluentis inebriauit; etiamſi in nouiſſimis ſeculi temporibus ſecundùm carnem humanamq́ue naturam progenitum, & à Deo Patre, vt legatione in mundo hoc fungeretur, iounctũ ſit: Neque enim aliõde hoc nomen Chriſti ſortitum eſt, quàm ab vna hac vnctione & functione. Atqui Chriſtus ſecundùm beatum Paulum erat illa Petra. Confirmat hanc rurſum ſententiam & ſapiens Ioannes quoque; ſiquidem naturas in

Michææ 5. Chrſ antiquiſſimus, imò abſolutè æternus.

1. Cor. 10.

Bethlehemita Chriſtus eiuſdẽ æta'is cum verbo.

Chriſtus à ſoicſi vnctione hoc nomẽ traxit.

vnum quodam modo cogens, proprietatemq; vim, quæ vtrique adiacent, in vnionem redigẽs ita ſcribit: (Quod fuit ab ioitio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtrę contrectauerunt de verbo vitæ; & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternã quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.) Ecce diſerte affirmat, eum, qui fuit ab initio, & viſum eſſe, & palpabilem factum eſſe: Etenim Thomas, poſteaquàm manus in latus, & digitos io clauorum foramina intuliſſet, ſtatim exclamauit: (Dominus meus, & Deus meus.) Quin eximius quoque Euangeliſta Lucas, ſanctos Apoſtolos Verbi ſpectatores, eiuſdemque miniſtros extitiſſe ait: Nam qui corporis expers erat, factus eſt ſpectabilis; & qui tangi non poterat, terrena carne, non tanquam extraneo amictu, ſed tanquam proprio templo ſeſe induens, factus eſt palpabilis, cum qua iam inde quoque ab initio, vti Deus & Domious cognitus fuit: Meminimus enim, ſacratiſſimũ Paulum alicubi ita ſcripſiſſe: (Nemo ooſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur: Siue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus: In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, reſurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur.

1. Ioan. 1.

Chriſtus ſe ſus fuit ab initio.

Ioan. 20.

Inaſpectabilis aſſumpta carne factus eſt ſpectabilis.

Rom. 14.

Chriſtus viuorum & mortuorũ Dominus.

Verè itaque decebat, vt viuorum mortuorumque dominaretur, vt qui nullius alterius, ſed huius ſolius cauſa, & mortuus eſſet & reuixiſſet. At quem alium, quæſo mortem ſubijſſe, iterumque in vitam redijſſe putabimus, quàm Filium? Nullum vtique alium neque id vllus, opinor, inficias iuerit. Quid igitur dicemus? Nunquid Dei Patris Verbum morti corruptionique obnoxium eſſe; an potiùs omni morte omnique corruptione, quandoquidem vita eſt, præſtantius eſſe? Atqui vt vita eſt, morte ſuperiùs eſſe, quis nõ videt? Quomodo igitur ſecundùm Scripturas, inter mortuos liberum extitit? Sanè licet Verbum per ſe mori nequaquam valeat; attamen caroe illius intermoriente, ipſum quoque mortem perpeſſum rectè perhibetur. Igitur, qui ſecuodùm carnis legem humanamq́ue naturam mortuus eſt, & reſurrexit; idem ille non abſque carne, imò verò cum carne, & in carne imperij gloriã obtinuit: Plaoumq́ue fecit, mortem quidem naturæ humanæ affectionem eſſe; à mortuis autem ſe denuo excitare, Diuinæ virtutis opus eſt. Quo factum eſt, vt per vtrunque cognoſcatur, & nobis ſimilis, vt homo, & nobis rurſum ſuperior, vt Deus vniuerſorumq́ue Dominus, qui etiam ante aſſumptam carnem, vnà cum Patre ſuò regnabat. Atque talem illum eſſe, intelligebat Nathanael, cùm diceret: (Rabbi tu es filius Dei: Tu es Rex Iſrael.) Ipſe autem ad ſuos diſcipulos ita dicebat: (Vos vocatis me magiſter & Domine, & benedicitis: Sum etenim.) Et opere ipſo verbis ſuis fidem faciens, peccata remiſit poteſtatemq́ue cootra immundos ſpiritus Apoſtolis impertiuit; quò nimirum & illos eijciant, & omnem præterea ægritudinem,

Idem mori obnoxi⁹ & ſi morte liber.

Verbi carne intermoriente, ipſum recte mortuũ cenſetur.

Mors naturæ, reſurrectio Diuinæ virtutis opus eſt.

Ioan. 1.

Ioan. 13.

Chriſtus verbo, & exemplo ſe Deum ſe eſſe declarauit.

nem & lũgubrem in populo curent: In nomine enim Ieſu Chriſti Nazareni claud°, qui ad ſpecioſã portã ſedebat, ſanatus eſt: Pari modo Aeneas, cùm diutiſſimè ęgrotaſſet, cõualuit, & morbũ plenè immedicabilem euaſit; cùm magnus ille Petrus hac eũ oratione cõpellaret: (Aenea, ſanet te Dominus Ieſus.)

Actor. 3.

Actor. 9.

Vndecunque igitur ad veritatem cõpulſi, & quæ ſacris literis decreta ſunt, ſtudioſè cõplexi, & Patrũ nihilominùs ſententias æmulati, eũ, qui ex radice Ieſſe, qui ex ſemine Dauid, qui ex muliere ſecundùm carnẽ, qui nobiſcũ legi obnoxius, vt homo; ſupra nos autẽ, & ſupra legem, vt Deus; qui propter nos noſtræq; naturæ ſimilitudinem nobiſcum inter mortuos cenſus eſt; qui ſupra nos, denique per ſeipſum & viuificator & vita eſt, verum Dei filium eſſe credamus; neque humanitatẽ diuinitate ſpoliemus; neque Verbum rurſũ, poſt inexplicabilem illam & arcanam vnionem, humanitate exuamus; ſed vnum eundemq; Chriſtum, ex duabus rebus in vnum quoddam, quod ex vtroque, non ſecundùm naturarum conuerſionem, aut confuſionem, ſed excellentiſſima illa vnione admirabiliter conſtitutum eſt, confiteamur.

Chriſtus infra legẽ & ſupra legem; infra nos & ſupra nos eſt.

Naturæ in Chſo neq; mutatæ, neque inter ſe confuſæ ſunt.

Porrò autem quantum emolumẽti ij percepturi ſunt, qui ita ſentiunt, hoc diuinus ille Chriſti diſcipulus his ferè verbis declarat: (Qui,) inquit, (confeſſus fuerit, quòd Ieſus Filius Dei; in hoc Deus, & ipſe viciſſim in Deo manet.) Quòd autẽ Ieſus Chriſtus, qui ſecundùm carnẽ ex Dauid ortus eſt, ſit verus & naturalis Dei filius, quatenus Verbũ caro factũ, habitauit in nobis; iſtuc idẽ ille Ioannes eiuſmodi oratione explanat: (Scimus,) ait, (quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deũ, & ſimus in vero filio eius) Ieſu Chriſto; (hic eſt verus Deus, & vita æterna,) per quem, & cum quo, Deo & Patri ſit gloria, cũ ſancto, & adorãdo, & viuifico Spiritu in ſecula. Amen.

Fides in Chſm Dei præſentiã emeretur. 1. Ioan. 1.

Tomi primi, caput V.

ALTER CYRILLI EPISCOPI Alexandrini de recta in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fide liber, religioſiſſimis Imperatricibus Eudociæ et Pulcheriæ, eiuſdemq; ſororibus inſcriptus.

ARGVMENTVM.

ET ſi liber hic eiuſdem ferè cùm proximè præcedente ſit ſcopi; argumentum tamẽ vtriuſque nõ eſt prorſus idem: Neque enim ex inſtituto hic impugnantur Manichæi, aut Cerinthiani, aut Apollinariſtæ, aut Eutychiani, aut cuiuſcunque alterius appellationis ſectarij; tametſi illorũ quoque doli & technæ hoc loco non penitùs diſſimulentur, ſed ipſa Catholica veritas cõtra Neſtorianos alioſq; cognatos errorum magiſtros planis Scripturarum ſententijs & verbis conſtituitur & confirmatur. Ad priuata autem declamationis huius membra quod ſpectat, illa nõ ſũt admodũ multa, neque à ſe inuicem admodũ quoque diuulſa; ſunt hæc tamen aliqua. Poſt exordiũ & Symboli expoſitionem Deiparæ vocẽ Patribus familiarẽ extitiſſe oſtendit; mox Verbi incarnationẽ ad humanæ naturæ inſtaurationẽ potiſſimùm ſpectaſſe exponit; hinc Chriſtum vitam ſimul ac viuificũ, nec non & propitiatorẽ quoque fuiſſe & eſſe demonſtrat. Poſtremò mortem eiuſdem mũdo ſalutarem extitiſſe, pluribus declarat. De Eudocia porrò & Pulcheria, eiuſdemq; ſororibus; quibus hic cõmentarius inſcribitur, conſule inter alios Nicephori Calliſti hiſtoriã; de his quidẽ lib. 14. c. 2. de illa verò c. 23. eiuſdẽ libri.

CYRILLVS ALEXANDRIÆ Epiſcopus religioſiſſimis Reginis.

SANE, vos ſacras caſtiſſimaſq; Chriſti omniũ noſtrũ Seruatoris ſponſas (religioſiſſimę ac Deo dilectiſſimæ Imperatrices) orbis terrarum ornamentũ, ſanctiſſimarũq; Eccleſiarũ decus optimo iure quiſpiã appellarit: In quibus nimirum omne virtutum genus, omniſq; ornatus diuinæ maieſtatis oculis gratus acceptuſq; mirificè ſplẽdet. Neque his opibus contentæ, omnem quoque curam omneque ſtudium adhibetis, quò fide recta, nullamque in partem vacillante excellatis; memores haud dubiè illius, quod ſapientiſſimus myſteriorum Chriſti diſpenſator, Gẽtiumque doctor Paulus alicubi ſcribit: (Itaque fratres mei dilecti) ait (ſtabiles eſtote & immobiles, abundãtes in opere Domini ſemper:) Quãdoquidem vbi fides recta & inculpata, cum bonarum actionum honeſtate coniungitur, æquabilique niſu & curſu cum illis contendit; ibi omnis boni perfectio ſanctificationiſque integritas comperitur. Quapropter nos glorię & celebritati veſtræ parẽ orationis dignitatem afferre non poſſe, ingenuè fatemur. Vnde & venia quoque digni meritò cenſebimur, ſi ea laudare veriti ſumus, quorũ excellentiam nos aſſequi poſſe, nõ putamus. Ac ſi quidẽ id, quod præſtare deſideramus, cum laude præſtandi facultatem haberemus, iure profectò accuſaremur, ſi de infirmitatę noſtra anxiè nimis cogitantes, cunctantiùs ageremus; neque ignauiæ crimen liceret effugere, vtpotè qui ſilentio vtẽtes, ijs, quos ob virtutem meritis laudum præconijs exornare debueramus, moleſtiã potiùs triſtitiamq; pareremus. Cæterùm quando iam antea de imbecillitate noſtra in dicendo, timoreque conqueſti confeſſique ſumus, noſque oneri tanto impares declarauimus; vos magis ſilentij huius culpã ſuſtinebitis, quæ illuſtres adeò adeoque conſpicuę eſtis, vt veſtræ virtutes ac rectè facta omnium oratorum eloquentiam longè vincant: Nam etſi regium veſtrum genus, iam inde ab exordio lõga temporum ſerie hucuſque eſt propagatum, & vlteriùs, vt credimus, impoſterũ adhuc propagabitur; nõ ob id tamẽ Chriſti regnũ capeſſere, & ea, quę illi grata ſunt, facere & ſentire omittitis; partim quidẽ præclaris actionibus inculpataq; fide, vt paulò antè dicebamus, præſtantes

Orbis ornamẽtum & Eccleſiarum decus Pulcheria & Eudocia.

Excellentiſſimæ Reginarũ virtutes recta in Deũ fide perfecta.

1. Cor. 15.

Fides recta cum bonorum actionum honeſtate cõiuncta omnis boni perfectionẽ adducit.

Omnis oratio laude excellẽtiaque Imperatricum inferior.

Pulcheria cum ſororibus perpetuo virginitatis voto obſtricta. leg. Niceph. lib. 14. ca. 2. Têpla & Monaſteria excitat Pulcheria Niceph. lib. 14. c. 2.

partim rurſum cùm veſtras, tum Principum quoque veſtrorum aulas virginitatis gloria condecorantes; partim denique ſumptuoſiſſima templa Chriſto Domino excitantes: Nã & hoc quuque pietatis ſtudium inter cætera ille ſanctis veſtris animis impertitus eſt.

Phil. Celebris apud omnes Pulcheriæ & ſororum fama.

Igitur, vt ex ſacris literis aliquid quoqne depromam: (Gaudete in Dño ſemper, iterum dico gaudete: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus:) Imò verò iam dudum illa apud omnes ciuitatũ & regionũ omniũ homines diuulgata percrebuit; neque ſecus ferè atque tabella quædã depictã in ſe pietatis in Chriſtum vetuſtatẽ gerens, lateq; reſplendens, omnium admirationẽ excitauit. Ratus ſum autẽ, nonnullum operæ pretium me facturum, ſi vobis verè ſanctis Chriſti ſponſis (quanquam ad quoduis opus bonum abundè inſtructæ videamini) libellum hunc non ita pridẽ à me elaboratum, velut ſpiritale quoddam Xenium nuncuparem: Qui quidem nõ contemnendum, vt opinor, lectoribus allaturus eſt vtilitatis fructum: Siquidem eos, qui rectè ſapere dedidicerũt, cuiuſmodi ſunt, qui ab omnium Seruatore per impoſturã auerſi ſunt, in viam reducet, & ad veram ſapientiam inſtituet; cæteros verò, qui rectũ animi ſenſum habent, & in veritatis doctrina enutriti ſunt, varijs argumentorum & ſententiarum inuentis, diuinarumq; Scripturarum demõſtrationibus in fide corroborabit: Hinc etenim & Emanuelem verum ac naturalẽ Deũ, & Virginem rurſum, quæ eum peperit, verã per ipſum Deiparam eſſe planum fiet. Si qui autẽ ſunt, qui iſtuc ſentire & profiteri verentur, hi profundum illud pietatis myſterium, vt oportebat, nequaquam expendunt. Pernecеſſarium autem iudicaui ea paucis hoc loco repetere, quæ Apoſtoli & Euãgeliſtę de Chriſto omnium Dño tradiderunt; tũ ea quoque non præterire, quæ in cæteris ſanctę Scripturæ libris, ea ipſa de re exponuntur, ſed neque alia quoque quæ ad cõſtituendam veritatem quocunque modo facere videbuntur.

Orthodoxũ Patrũ ſcripta orthodoxos in orthodoxa fide confirmant; ab hæreticis deceptos ad ſanam mẽtem reuocant.

Catholica veritas ex Scripturis & Patrib⁹ conſtituenda & cõfirmanda.

Credimus igitur in vnum Deum, Patrem omnipotentẽ, aſpectabiliũ & inaſpectabiliũ omnium conditorẽ: Et in vnum Dñm Ieſum Chriſtum Filium eius, ante omne ſeculum & tẽpus ex ipſo naturaliter genitum: Nã quod ad tempus attinet, æquè principij expers & æternus eſt, atque is, qui illum genuit: Eadem quoque poteſtate & gloria cum illo eſt, per omnia denique & in omnibus eidẽ æqualis: (Figura nanque & ſplendor ſubſtantiæ illius eſt.) Credimus nihilominùs & in ſanctum quoque Spiritũ, quem à Diuina natura alienum minimè reputamus: Siquidem naturaliter à Patre per Filium in creaturã dimanat: Ad huncenim modum ſancta illa adorãdaq; Trinitas vna in eſſentia, par in gloria & maieſtate cognoſcitur: Aſſerimus tandẽ ipſum vnigenitũ Dei Verbum arcano inexplicabilique modo ex Dei & Patris ſubſtãtia genitũ, quod ſecula condidit, per quod & in quo cõſiſtunt omnia, quod verum lumen naturaq; omnia viuificans eſt (vita eſt enim, vtpotè ex paterna vita procedens) nouiſſimis ſeculi tẽporibus, Patre pro ſua benignitate ita volente, quò nimirũ genus humanũ, quod in maledictiunẽ prolapſum fuerat, & per peccatũ in mortẽ & corruptionẽ pceps abierat, reſtitueret Abrahę ſemen apprehẽdiſſe; carni quoque & ſanguini, ſm Scripturas, communicaſſe, hoc eſt, hominem factum eſſe: Quandoquidẽ carne aſſumpta, eademq; propria ſibi reddita, è ſacra Deiparente ſecundùm carnem natum eſt.

Filius æquè temporalis principij expers, ac Pater.

Heb. 1.

Spiritus ſanctus à Patre per Filium dimanat in creaturã.

Verbum ex paterna ſubſtantiã genitũ carne noſtra aſſumpta denuo naſcitur ex Virgine.

At quamuis Verbum noſtræ naturæ ſimilitudinem ſumpſerit, ſeruilemq; formam diſpẽſatione induerit; perſeuerauit nihilominùs in ea maieſtate & Diuinitate, quæ ſm naturam in ipſum conuenit: Neque enim deſijt Deus eſſe, etiamſi factũ eſt caro, hoc eſt, noſtri per omnia ſimilis, & homo: Nã cùm vt Deus nulli ſm naturam obnoxium ſit mutationi, manſit id, quod erat, eſt ſemperq; erit. Cæterùm ſimulatque ad humanæ naturæ leges ſemel deſcendit (ſiquidem ſua ſponte ſe exinaniuit) non potuit ex muliere quoque nõ naſci: Nec ob id tamen Diuina illius natura aliquod exiſtendi principiũ tum demũ ſumpſit, cùm illud ſm carnem natum apparuit? Nam Verbum etiam tum, cùm ex muliere ortũ eſt, naturaliter & verè ex Deo natum, ſubſiſtebat & erat; quemadmodum etiã nunc, vt modò aiebam ex eodem ſubſiſtit & eſt: Quoniã verò is, qui ex ſacra Virgine natus eſt, nõ homo ſimpliciter, vt nos, ſed ipſum Dei Verbum incarnatum eſt, quod corpus ex ipſa ſumptum proprium ſibi fecit, hinc eſt, quod ſecundùm carnem natum dicitur, carnis nimirum natiuitatem in ſe quaſi propriam transferens.

Verbum gloriam & maieſtatẽ ſuam propter incarnationem non amiſit.

Qu... Verbũ ſecũdum carnem natũ dicatur.

Illi autem, qui ſacrã Virginem Deiparam eſſe imperitè negant, huc neceſſariò adigunt, vt duos Dei Filios cõſtituant: Nã ſi ſacra Virgo Deum incarnatum ſecundùm carnem non peperit, vel inuiti concedant, oportet hominẽ tantùm vulgarẽ nobiſq; nihilo excellentiorẽ in lucem edidiſſe. Quòd ſi res ita habet; qua, obſecro, ratione, (omne genu illi incuruat, omniſq; lingua cõfitetur, ꝙ Dñs noſter Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei Patris?) Quomodo Angeli & ſacer ille cœleſtiũ Virtutum cœtus illum adoret? Nũquid hominẽ cõmunem & nos & vniuerſum cęlũ hactenus percolimus? Abſit: Adoramus enim Emanuelem, tãquam verũ & naturalẽ Deum. Atqui nulla ratione adorari poteſt, niſi credamus ipſũ Dei Patris Verbum, quod ab vniuerſa creatura adorat, ſm Scripturas, carnẽ factum eſſe: Non ꝙ in carnẽ demutatum tranſierit; ſed ꝙ ex ipſa ſacra Virgine carnẽ ſuſceperit, humanamq;, vt antè expoſitum eſt, natiuitatẽ, perinde ac nos, ſubiuerit; quo nimirũ homo noſtri cauſa factum, more quidẽ aliorum hominũ mortem pateretur, proculcato autem mortis imperio, Diuina vi rurſum exuſcitaretur: Hoc enim

Qui Virginem Deiparã negant, duos Chriſtos & Filios ſomniant.

Phil. 2.

Heb. 1.

Chriſtus citra ſacrilegiũ adorari nõ poteſt, niſi Verbũ incarnatũ & natus.

modo

modo factũ eſt, vt nos quoqoe per Chriſtum vincere, peccatoq; debellato ac poſita corruptione, mortẽ effugere poſſemus, lætiiaq; in Chriſto pleni diceremos: (Vbi eſt mors, victoria tua? Vbi eſt ſtimulus tuus, inferne?) Vti enim in Adam deuicti ſumus omnes; ita rurſum per Chriſtũ & in Chriſto deuicimns oẽs.

In Chriſto & per Chriſtum corruptionem & mortẽ debellamus. Cor 15. Rom. 5.

Quòd ſi vulgaris tantùm homo eſſet Emmanuel, quo modo mors illius humanæ oaturæ opem tuliſſet? Enimuero non pauci ſanctorum Prophetarum mortem obierunt, vt laudatiſſimus ille Abrahã, Iſaac, Iacob, Moyſes, Samuel, reliquique deinceps, qui omnes eximia vitæ ſanctimonia claruerunt; verumtamen mors illorũ generi humano nihil omnino contulit. At verò mors Chriſti certã ſalutem præſtitit; ſiquidẽ propriam pro nobis carnem obtulit, mortique ſemetipſum noſtri cauſa cõtradẽs, omnes ex mortis laqueis exemit: Vnus enim pro omnibus moriẽs abundè ſat erat; vt qui plurimũ cæteris omnibus dignitate præſtaret: Nã & Dei Patris Verbum erat, & natura Deus erat; & corpus, quod pro nobis in odorem ſuauitatis Deo & Patri offerebat, illius propriũ erat. Impium eſt ergo lõgeq; abſurdiſſimum, vnum Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum in duos Filios diuellere; maximè cùm ſapientiſſimus Paulus huic ſentẽtiæ diſertè reclamet: Ait enim: (Vnus eſt Dominus, vna fides, vnũ Baptiſma.) Iã ſi vnus duntaxat eſt Dñs, quem illi in duos filios diſtrahunt; vtri, quæſo, ex illis dominationis gloriã aſſignabimus? An non Dei Patris Verbo? In hunc nanque cùm vniuerſorum Dñs re ipſa ſit, & dominatus nomen, & res ipſa quoque multò maximè cõuenit. Cedò aotem, quo interim loco alterum illum habebimus? Nam cùm hic priori illi, vtpotè infinitis partibus excellior, iure meritoque ceſſurus ſit, neceſſũ eſt, vt dominationis titulum prorſus amittat. Atqui dominationis gloria, vt & illi ipſi quoque non inuitè concedunt, è muliere prognato rectè tribuitur. Cùm igitur ſacrarũ literarum teſtimonio, vnus tantùm ſit Dominus; ſi dominationis vocabulum nudo homini impertimur; quomodo Dei Patris Verbũ dominationis appellatione cohoneſtabim⁹? Quomodo rurſum vna erit fides, & vnum itẽ Baptiſma? Nam ſi plures ſunt Filij Dei, vt illi opinantur, in quem, obſecro, ex illis credidimus? Sanè cùm vnicum ſit Baptiſma, inſcitię illorum eſſe reſpondere, in eum nos credere, in cuius nomine baptizati ſumus.

Vulgaris hominis mors, genꝰ humanum ſanare non poterat.

Nullius ſãcti mors mortẽ expugnare poterat. Chrĩ mors ſalutẽ mũdo retulit. Mors Chrĩ excedebat vniuerſum debitum a nobis contractum. Impium eſt, vnum Chriſtũ in duos diuellere. Epheſ. 4. In maxima difficultates ſe coniiciunt, qui duos Filios ponunt.

Intelligit prudentia veſtra perſpicuè, iſtanam haoc doctrinam in magnam abſurditatem inclinare; imò verò in extremam impietatem præcipitem ferri. Exiſtimo autem vos, qui Diuinum illud Chriſti myſteriũ accuratiùs expenditis, perſpicaci mẽtis oculo facillimè illos internoſcere, qui impoſturam moliuntur, orationiq; ſuæ pietatis perſonã inducũt, cùm quouis interim venenato iaculo magis feriant: Nã ſi quod res ipſa eſt, palàm dicere licet, Dominũ, qui eos redemit, hoc eſt, Chriſtom neutiquam obſcurè inficiãtur. Veruntamen piorum ob hãc rem offenſionem, zelumq; æmulatione dignom metuentes, eũ, qui ex ſacra Virgine natus eſt, & Deũ, & Dominum, & Dei Filiom eſſe profitẽtur. Quòd ſi qui ex rudioribus illorum ſermones fortè hauriunt, recta mox, vt probabile eſt, & conuenienoa, & quæ à veritate nõ diſſentiant, illos loqui arbitrantur. Verùm qui dicta illorũ exactiùs perſcrutantur, & iuſtis ponderibus examinant, nihil oon fucatum ac perplexum cõperiunt: Sunt enim Dij multi, & Dñi multi & in cœlo & in terra; quemadmodum Diuus Paulus ſcriptũ nobis reliquit: (Nobis tamẽ vnus eſt Deus Pater, ex quo omnia, & oos in illum; & vnus Dñs noſter Ieſus Chriſtus, per quẽ omnia, & nos per ipſum.) Cæterùm cùm Dei Patris Verbũ humana forma indutum, Ieſum Chriſtum nominamus; dignitatẽ hanc non muneri datam aut fortuitò ei obtigiſſe ſignificamus; ſed quod ſemper creditũ eſt eſſe, hoc ipſum ſecundùm veritatẽ eſſe indicamus: Nã cùm extra carnẽ ſuapte natura Deus eſſet, poſteaquàm carnem induit, Deus eſſe non deſtitit. Rurſum cùm ante aſſumptã carnem naturalis Dei Filius eſſet, quando caro iam factũ eſt, Filij rationẽ non amiſit. Tandem cùm vniuerſorũ Dñs antè exiſteret, poſteaquàm humana natura quaſi trabea ornatum prodijt, ab eo ordine & dignitate nõ excidit. Igitur ſi eum, qui ex ſacra Virgine prodijt, hoc eſt, naturale Dei Patris Verbũ carni vnitum, verum Deum eſſe agnoſcũt, cur eandem Virginem veram eſſe [illegible] apertè fateri nolunt? Verùm ipſis propoſitum nõ eſt, re ipſa & ex animo profiteri Virginis Filium, Deum ac Dñm, eademque cum Patre auctoritate præditũ eſſe, ſed verbis tantùm hoc ipſum ſimolare: Exiſtimant enim, homini ad noſtrã ſimilitudinem ex ſancta Virgine prognato, cùm filiationis, tũ dominationis quoque gloriam per modum cuiuſdam gratiæ, & quoddam velut auctarium obueniſſe.

Mira hæreticorũ ars in tegenda falſitate, e uertẽdiſq; ſimpliciorũ animis. Hæretici homonymis fucũ faciunt.

Multi Dij, & Domini & Filij. 1. Cor. 8.

Hæretici quò faciliꝰ imponant, cũ Catholicis ſentire ſeſe ſimulant.

Porrò aotem vocem hanc [illegible] veteribus Patribus, quorũ ſanctimoniam & fidei integritatem, vt vno verbo dicam, totus terrãrum orbis maiorem in modũ hucuſq; admiratur, perq̃ familiarẽ fuiſſe, paucis hoc loco oſtendẽdum eſſe exiſtimaui. Ne aotẽ citra delectũ ac temere, quicquid in mentẽ venerit, effutire videar, argumẽtis ex libris, quos illi ad Eccleſiæ vtilitatẽ compoſuere, petitis, atque huc in mediũ allatis, orationis meæ veritatẽ confirmare ſtudebo. Igitur beatiſſimus ille, ac ꝓpter pietatis opinionẽ apud omnes celeberrimus, Athanaſius, qui ſuperioribus tẽporibus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopatum tenuit, libro de Chriſto incarnato, huiuſcemodi verbis diſſerit: Agnoſcimus illũ Dei Filium, & Deũ eſſe, ſecundùm Spiritum; Filium autem hominis ſecundùm carnem; non duas naturas vnum Filium; vnam adorãdam, alteram oon

Vox [illegible] familiaris veteribus.

Cyrillus ſentẽtiam ſuam ex veterum Patrũ doctrina corroborat.

adorandam; ſed vnam naturam Diuini Verbi incarnatam, quæ ſimul cum ſua carne vna adoratione adoratur; neque duos rurſum filios, alterum verum adorandumque, nempe Filium Dei; alterum, neque adorandum, neque verum, ſed per gratiam, perinde ac cæteri homines, in Filium cooptatum, videlicet hominem ex Maria ortum: Verum vnum, vt dixi, Filium Dei, illum ipſum nimirum, & nõ alium, qui ex Deo eſt: Qui nouiſſimis diebus ſecundùm carnem ex Maria natus eſt; quemadmodum Angelus Deiparæ Mariæ: (Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?) ſciſcitãti expoſuit: Ait namque: (Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.) Is igitur, quem Virgo peperit, eſt verus naturaliſque Dei Filius, non precario, vel ex gratia, neque ſecũdùm carnem tantùm, quam ſumpſit ex Maria, vt homo; ſed ſecundùm ſpiritum, vt Filius Dei, & Deus ipſe: Qui quidem ſecundùm carnẽ humanæ naturæ conueniẽtia paſſus eſt: Scriptũ eſt enim: (Chriſto pro nobis in carne paſſo;) rurſum: (Qui etiam proprio Filio non pepercit, ſed pro omnibus nobis tradidit illũ;) nihilominus ſecundùm Diuinam naturam impatibilis ac immutabilis vſque permanſit; iuxta illud Prophetæ ꝑnuntiatum: (Ego Deus, & non mutor.) Mortuus eſt ſanè ſecundùm carnẽ noſtra morte, noſtrorumque peccatorum cauſa; quo nimirum per mortem noſtri gratia ſuſceptã, mortem aboleret. Hinc Apoſtolus: (Abſorpta eſt mors in victoria; vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt ſtimulus tuus inferne?) Iterũ: (Chriſtus mortuus eſt ꝑ peccatis noſtris ſecundùm Scripturas.) At verò ſecundùm Diuinitatem immortalis, omniq́ue interitu ſuperior erat, vt qui impatibilis Patris virtus eſſet, morteq́; iuxta Petri ſententiã, teneri nullo modo poſſet. Deinde alijs quibuſdam interiectis, hæc ſubiungit: Si quis autem aliud ex Diuinis literis docuerit, & alium Dei Filium, aliũ rurſus illũ, qui ex Maria progenitus eſt, profeſſus fuerit, tanquam duo ſint filij; alter Dei ſecundùm naturã, ille videlicet, qui ex Deo natus; alter eiuſdem rurſum ſecundùm adoptionis gratiam, homo nimirum, qui ex Maria extitit. Aut ſi Domini noſtri carnem, non ex Deipara Virgine Maria ſumptã, ſed cœlitus dilapſam prædicauerit; aut Diuinitatem in carnem verſam, aut confuſam, aut mutatam; aut Domini Diuinitatem patibilem; aut eiuſdem Domini noſtri carnem, veluti nudi hominis, minimè adorandam dixerit, hunc anathemate plectit sãcta & Catholica Eccleſia ab Apoſtolo perſuaſa inductaque. Scribit is autem in hunc modum: (Si quis vobis Euangelizauerit, præter id, quod accepiſtis, anathema ſit.) Hucusque beatus Athanaſius.

Athanaſius naturæ nomen latius vſurpat, quàm communiter in ſcholis vſurpari ſolet: Certũ eſt enim, duas naturas in Chriſto extitiſſe; quare certũ eſt, Verbi naturã incarnatã non fuiſſe, ſed perſonam.

Luc. 1.

1. Pet. 4.

Rom. 8.

Mala. 3.

Cur Chriſtus mortuus.

1. Co. 15.

Impatibilis Patris virtus Chriſtus.

Actor. 2.

Athanaſio nõ duo ſũt Filij, ſed vnus.

Athanaſius compẽdio refellit veterum cõtra Chriſtũ errores.

Gal. 1.

Exiſtimo autem, & aliorũ quoque ſanctorum Epiſcoporũ ſententias, quibus idẽ docere propoſitum eſt, neutiquam hic omittẽdas eſſe. Alius igitur hunc in modum concionat: Hodie Chriſtus Dominus pro ſua benignitate homo natus eſt: Nã ex Deo, iam pridem antè natus erat; addit his rurſum: Verbum humani generis amore incitatũ, cùm ſuapte natura exinanitionis capax nõ eſſet, ſeruili forma ſuſcepta, ſemetipsũ exinaniuit deiecitq́;: Qui carnis commercium ignorabat, tui cauſa carne induitur: (Verbũ enim caro factũ eſt:) Qui ob naturã corporis expertem ſub tactũ non veniebat, palpabilis efficitur: Qui principiũ neſciebat, ſecundum corpus initiũ ſortitur: Qui abſolutè perfectus erat, incremẽta ſumit: Qui cõuerti non poteſt, ad meliora ꝓgreſſus facit: Qui diues, in diuerſorio gignit: Qui cœlũ nubibus tegit, faſcijs inuoluitur: Qui Rex erat, in præſepio deponitur: Quem heſterno die pro noſtra ſalute, immaculato puerperio Maria Virgo mater effudit, Maria, inquam, genitrix vitæ, mater pulchritudinis, magnificentiæ luciſq́; parẽs; Veritas cognita eſt, gratia venit, ita apparuit, Dei Verbũ, Deique Filius propter nos incarnatus eſt, quò nimirũ mortales, à morte ad vitam æternã denuo reuocaret: Vniuerſorũ opifex, qui ante omnem creaturam, tam aſpectabilem, quàm inaſpectabilem ſoli Patri & Spiritui ſancto coexiſtebat immortalis, ecce is citra vllũ peccatũ, vllamq́; cuiuſpiã hominis, aut viri operã, hodie nobis ex Virgine naſcitur; & infrà: Quòd ſi is, qui Deus ſecũdũ naturã eſt, vtpotè vnigenitus Dei Filius, ſeruili forma indutus, ſacræq́; Virginis primogenitus appellari nõ dedignatus, ſemetipſum redemptionem pro omnibus tradidit; clarè patet, in quantã impietatem prolabãtur Arriani, qui Deiparam Mariam ijs ſacrificijs, quæ pro puerperis ex lege offerri mos erat, opus habuiſſe aſſerunt. Addit rurſum: Loco Solis incircumſcriptæ iuſtitiæ Solem cõplexa fuit. Neque hic quæſieris, quomodo hoc factum ſit, aut fieri potuerit: Vbi enim Deus vult, ibi naturæ ordo cedit. Voluit autem, & potuit, & deſcendit: Quæq́; in Deum cõueniebant, ſeruauit omnia. Hodie qui erat, gignitur; & rurſum qui erat, fit id, quod nõ erat: Nam cùm Deus eſſet, fit homo; ab ea tamen, quã habebat, Deitate non excidit; nec cũ Deitatis iactura factus eſt homo; neque rurſũ per ſuccedentia incrementa ex hoĩe factus eſt Deus; ſed Verbũ, natura propria ob ſui impatibilitatẽ manente indemutata, factum eſt caro. Adiungit demum: Qui in ſolio ſublimi præcelſoq́; cõſidebat, is in ſtabulo naſcit: Qui impalpabilis, ſimplex ac incorporeus erat, humanis manibus cõtrectatur. Qui peccatorũ vincula diſrumpit, faſcijs conſtringitur: Quandoquidem Verbum, quod ſupernè arcana quadam inexplicabiliq́ue ac incomprehenſa ratione ex Deo Patre ab omni æternitate naſcitur, id ipſum infernè ex Virgine Maria in tempore generatur, quò hi nimirum, qui iam antè

Verbũ ſecundum ſe nullius exinanitionis capax.

Ioan. 1.

Oppoſita prædicata Chriſto verè tribuuntur.

ζωτῆρος. καλλονῆς μεγαλοπρέπειας. φωτοφόρου.

Maria non egebat legalibus ſacrificijs aut expiationibus.

Vbi Deus vult, ibi naturæ ordo cedit.

Cur Verbũ ab æterno natum ſupernè, renaſcatur infernè.

nati erant infernè, ex Deo renaſcantur denuo ſupernè.

Verbi incarnatio ad humanæ naturæ inſtaurationē facta.

Credimus autem hæc, quod quidem ad Saluatoris noſtri diſpenſationem ſecundùm carnem attinet, incarnationē Dei verbo immutabili conuertibiliq; permanente, ad humanæ naturæ inſtaurationem factam eſſe: Nam cùm illud ſecundùm æternam ex Deo Patre originē, verus Dei Filius eſſet, ſecundùm eā, quæ eſt ex Virgine, factum eſt filius hominis: Eſtque vnus & idem ſecundùm Diuinitatem Filius perfectus, & Patri conſubſtantialis: Et idem rurſum ſecūdùm generationem ex Virgine perfectus homo, eiuſdem cū cæteris hominibus eſſentiæ ſecundùm carnem. Si quis autem dixerit, Chriſti corpus è cœlo deportatum eſſe, aut carnem, quam habet, Deo homouſiam eſſe, anathema ſit. Si quis negauerit Domini carnē ex ſacra Virgine ſumptam eſſe, aut hominibus conſubſtantialem eſſe, anathema ſit. Si quis dixerit, Dominū ac Saluatorem noſtrū, qui ex Spiritu ſancto ex Maria Virgine ſecundùm carnem natus eſt, anima, aut mente, aut ratione, aut ſenſu deſtitutum eſſe, anathema ſit. Si quis Dominum ac Saluatorem noſtrum in duos diuellit, & alterum quidem, nempe Verbum Dei Filium appellat, alterum verò hominem aſſumptū vocat, neque confitetur vnum & eundem, anathema ſit. Cæterùm ne is, qui apparuit, ſolo verbo, ſed virtute quoque verus Deus eſſe crederetur, ipſe operum magnificētia certiſſimū Diuinitatis ſuæ indicium fecit. Perfectus itaque Deus cùm eſſet, factus eſt perfectus quoque homo; neque quicquam omnino, quod humanę naturę cognatum eſſet, præter vnam impiam malitiam, reliquit: Nam etſi infans; Emmanuel tamen eſſe agnoſcebatur: Cōſtat namque, Magos, qui ad illum venerunt, eum ipſum, qui apparuerat, vt Deum adoraſſe, nec non adorandum eſſe, opere ipſo teſtatum feciſſe. Sic quoque licet ſecundùm carnem in crucem ageretur; Solis tamen radios reprimebat, varioq; miraculo Diuinitatem ſuam orbi terrarum patefaciebat. Nuſquam autē, aut ſeipſum diuiſiſſe, aut in duos Saluatores diſſecuiſſe comperitur. Quin eiuſmodi potiùs ſermone diſcipulos ſuos compellaſſe legitur: (Nolite vocari Rabbi: Vnus eſt enim magiſter veſter Chriſtus;) Neque enim quādo Apoſtolis iſthuc imperabat; Diuinitatem ſuam à corpore, quod cernebatur, ſeiūgebat; neque rurſum, cum ſe Chriſtum eſſe teſtabatur, ſe ab animo & corpore diuellebat, ſed ſimul vtrunque, hoc eſt, Deus & homo erat: Seruus quippe erat, qui cernebatur; Dominus verò, qui intelligebatur. Deitatis celſitudinē humili incarnationis ſenſu occultabat; contra verò corporis, quod videbatur, humilitatem efficaci Deitatis operatione euehat.

Caro Chriſti, noſtra conſubſtantialis. Neq; Chriſti caro cœlo allata eſt, neque Verbo homouſia eſt: Eſt autem noſtræ homouſia & ex Virgine ſumpta.

Anathema dicēti Chriſti humanitatē anima, vel mente, vel ſenſu deſtitutam fuiſſe.

Anathema diuidenti Chriſtū in Verbum & hominem per ſe poſitum.

Verbum, quæ ſūt hominis, omnia aſſumpſit præter peccatum.

Magi donis & geſtibus, Chriſtū Deum eſſe, declararunt.

Matth. 23.

Chriſtus à corpore humanitatem hominem, & ſignis vero & miraculis verum ſe Deū eſſe oſtēdebat.

Non fuerit autem difficile admodum, alia eiuſmodi præclara teſtimonia non pauca his adijcere; quæ tamen prætereo, cùm ſcriptum eſſe non ignorem: (Da ſapiēti occaſionem, & addetur ei ſapiētia; doce iuſtum, & feſtinabit ſuſcipere.) Hoc vnum interim non prætermiſerim, optimos ac ſapientiſſimos quosq; Patres, quotquot ante nos extiterunt, ad vnum omnes ſacrā Virginem Deiparam appellare, Deique Verbum, etiamſi principij expers ſit, & ante omne æuum tempusq; ex Patre natū, carni ſecundùm naturam vnitum eſſe, nec nō in vtero Virgineo latuiſſe, ac inde ſecundùm carnem prodijſſe, atteſtari, rationibusq; & argumentis firmiſſimis hoc ipſum confirmare. Quoniam verò dubium non eſt, mētem prolixa auctoritatum ſententiarumq; recitatione obtundi, remiſſioremq; fieri, malis autem breui quodam compēdio dogmatū de Chriſto venuſtatē dilucidè perſpicueq; ob oculos propoſitam cernere; ideo ipſas, vt ſic loquar, ſententiarū medullas ex Diuinis noui Teſtamenti Scripturis collectas, ad veſtrā in Deum pietatem mittendas exiſtimaui: Quò nimirū breuiter ac ſigillatim haſce euoluentes, veſtrā inprimis mētem etiamnunc cohoneſtare, ac ipſa deinde veritate illuſtrata cōfirmataque, alijs, quibuſcunque viſum fuerit, adiumento eſſe, nec nō Apoſtolicis præconijs, perinde ac ſertis quibuſdā, capita veſtra redimire poſſitis: Quandoquidē copioſa merces ea de cauſa reddi conſueuit: Scriptum eſt enim: (Qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore vię ſuę, ſaluabit animā eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.) Portò autem, cùm in eiuſmodi ſententijs adducendis, vel earundē quoque concluſionibus, ſubinde dicturi ſumus: Deus igitur eſt Chriſtus; aut vnus ergo Filius & Dn̄s eſt Chriſtus; nō eo ſenſu dicturi id ſumus, aut dicimus, quo illi; quaſi nimirū Emmanuel ſecundùm gratiam tātùm Deus, aut Filius, aut Dn̄s ſit nominatus; aut per aſſiduos progreſſus & incrementa, perinde ac vnusquiſpiam è medio grege, noſtriq; ſimilis homo ſanctificatus, ad illud gloriæ culmē conſcenderit. Verùm vnum hoc inſtituimus & dicimus, nempe Verbum, cùm Deus eſſet, ad exinanitionem ſeruilemq; formā ſe demiſiſſe ac deſcendiſſe; ita tamen, vt verus nihilominùs Deus, ſolusque ſecundùm naturam vniuerſorum Dominus permanſerit veraq; rationis Filius: Cui & nos quoque per gratiā ipſius cōformamur, & adoptationis gloriam conſcendimus.

Prou. 9.

Veteres Patres Virginem matrē vnanimi ſententia Deiparam appellant.

Multitudo mentē obtundit.

Corda ſententiarum colligit auctor.

Iacob. 5.

Diſcendū, vt alios doceas.

Per gratiā Chriſto cōformamur.

Cæterùm nomen hoc Chriſtus quidam, neſcio quomodo, primo quidem Dei Patris Verbo ſeorſum ac per ſe, hoc eſt, vt extra carnē poſitum, mente concipitur, cōuenire aſſerunt; mox verò in illum quoque illud cōpetere contendunt, qui ex ſacra Virgine natus eſt, prout hic quoq; per ſe ſeparatim exiſtere cōſiderat; poſtremò ambobus ſimul perinde ac vni cōgruere tradunt; ratione nimirū coniunctionis, qua vtraq; perſona, vt ipſis placet, in vnā quodāmodo hypoſtaſin cōtrahitur (Nā veræ illius naturaliſq; vnionis, etiamſi vnam

Præpoſtera nominis Chriſti vſurpatio.

Hæretici vera illa naturali, naturarum inter ſe vnione relicta, ad perſonarũ coniũctionem cõfugiunt.

hanc myſterij huius viam planá, & ab omni errore tutam propoſitam habeár, nulla apud illos habeár ratio.) Quare hæc illorum commentatio non eſt ſyncera, ſed atri veneni impoſturæque plena: Nam etſi diuina Scriptura Chriſtum nominás, omnia illi diuina ſimpliciter tribuat (Nouit eoim, nouit inquam illa, Dei Verbum in humana forma apparuiſſe, & carnem factum eſſe) illorum tamen inſtitutũ & ſcopos, qui diuerſa ab his ſentiunt, eſt perſuadere, eum, qui ex muliete natus eſt, hominem eſſe vnom quempiam, qui ob ſuæ perſonæ cum Dei Verbo cõnexionem inſigni prædeſtinatione electus ſit; quique ſenſim, & per incrementa, vt dixi, & tanquam per propriam, hoc eſt, humanam virtutem ad eam tãdem dignitatem peruenerit, vt Diuinis honoribus potiretur.

Neſtoriani Mariæ filiũ non Deum natum, ſed propter illuſtres virtutes Deũ factum volunt.

Hi igitur nomen hoc Chriſtus ſoli Verbo, quod ex Deo Patre ortum eſt, vt ſeorſim, ac per ſe ſubſiſtere conſideratur, propriè cõuenire aſſerunt. Nos autem ita ſentire, aut loqoi nequaquam didicimus: Quandoqoidem tũc primùm Verbum Ieſo Chriſti appellationẽ ſortitum dicimus, cùm factũ eſt caro: Siquidẽ ob id Chriſtus vocatur, quia exultationis oleo, hoc eſt, Spirituſancto à Deo Patre iniũctum eſt. Quòd autem inunctio illa aſſumptę humanitatis ratione illi conoeniat, id apud rectè ſentientes in quæſtionem non venit: Nam ſi Dei Verbum Deus eſt, nolla vtique vnctione indiget. Nec vllus vnquam docuit, Dei Verbom Spiritu ſuo inunctum, aut ſanctificatum eſſe; quaſi is ſecũdùm naturam ab illo ſit diuerſus, vtpotè eo ſuperior & excellentior: (Minus) namque ſine vlla cootradictione (à meliori ſemper benedicitur.) Quia ergo ſanctificatio & inunctio humanæ oaturæ partibus congruunt, fit neceſſariò, vt Dei Verbum ooo tum Chriſti oomioe donatum ſit, cùm etiamnum nudum, hoc eſt, nondum incarnatum eſſet; ſed tunc demum, cùm more noſtro factum eſt homo: Tũc enim ſecundùm naturam humanam inunctũ eſt. Quam ob rem nomen hoc Chriſtus, nulla ratione priùs in Dei Patris Verbum conueniebat, quàm humano more atque modo geoitum eſſet. Quòd ſi abſolutè alicubi Chriſtus nominatur, mox illud incarnatum intelligas, etiamſi vnitæ carnis nolla mentio fiat, aut peracta iam incarnatione eiuſmodi ſermonẽ audias. Porrò autem arbitrari, vocem hanc Chriſtus ſeorſim huic, & ſeorſim rurſus illi coouenire, iſthuc, inqoam, ſentire, vel loqui ſtultum eſt omnino, imò verò impiũ & profanum: Vnus eſt enim Dominos Ieſus Chriſtus, nõ diuiſus, neque diſſectus; quemadmodum ſapientiſſimus Paulus, qui Chriſtum in ſe diuinum hoc myſterium recludentem habebat, manifeſtè docet. Verùm ad capita ordine hic iam ſequentia animum adiungẽtes, orationem meam rectam & ad veritatis oormam accommodatam comperietis. Cõſentaneum eſt autem, opinor, vt illud quoque hoc loco proteſter; puta Dei Patris Verbum æquè perfectum ſuiſq; numeris abſolotum eſſe in humanitate, & ſecundùm humanitatis rationem, atque perfectũ eſt in Diuinitate: Tum corpus quoque, quod aſſumpſit, non inanime eſſe, ſed anima intelligente perfectũ & informatum. Vniuerſarum rerum opiſex aoctorq; Deus (ſanctæ Chriſti Sponſæ) qui ſe diligentibus cęleſtia bona impertitur, beatas animas veſtras ſuis donis impleat, quò in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti conſurgentes, vitam glorioſam probatamque, & omni emulatione dignam tranſigatis.

Error eſt, ſoli per ſe Verbo Chriſti nomen tribuere.

Verbũ poſt aſſumpta carnem appellatũ eſt Chriſtus.

Heb 7.

Dei Verbũ ſecundum ſe nullius vnctionis capax eſt, atque ideo ſecundum ſe Chriſtus dici nõ poteſt.

Profanum & impium eſt nomen hoc Chriſti ſeorsũ Verbo & ſeorſum rurſũ homini attribuere.

Verbum æquè perfectum eſt in vtraque natura.

Corpus Chriſti animæ rationis compote perfectũ.

Quòd Chriſtus ſit Deus, vnioòe templi ad Deum Verbum aſſumpti, & ab eo in ſuã gloriam euecti, ſententiæ cùm ex Catholicis & Apoſtolicis, tum Euágelicis quoque ſcriptis excerptæ.

Quòd Chriſtus ſit vita, & viuificator, argumenta ex Apoſtoli Pauli aliorumq; Apoſtolorum literis petita.

Quòd fides ſit in Chriſtum, vt in Deum, ex Catholicis & Euangelicis.

Quòd Chriſtus ſit vita & propitiatorium, explanationes variæ.

Quòd Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit, ex Apoſtolis & Euágelijs annotationes.

QVOD CHRISTVS SIT DEVS, vnione templi ad Deum Verbum aſſumpti, & ab eo in ſuam gloriam euecti.

EX EA, QVÆ EST AD ROMANOS.

PAVLVS ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangeliũ Dei, quod antè promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis ſaoctis de filio ſuo; qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnẽ, qui prędeſtinatus eſt Filius Dei io virtute, ſecundùm Spiritũ ſãctificationis ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri.) Igitur ſi prædicatio de Chriſto eſt Euangelium Dei, quomodo Chriſtus oon eſt Deus? Rurſum ſi omnes omnino Prophetæ ad ipſum quaſi ad ſcopum collimant; Diuinæque Scripturæ illum ipſum, qui ex ſemine Dauid ortus eſt, quanquam propter incarnationis myſterium ſecũdùm ſanctificationis Spiritum prædeſtinatus dicatur, Filiũ Dei prædicant, quo pacto non eſt verus filius? maximè verò, cùm per reſurrectiooem ex mortis euidens ſuæ Diuinitatis teſtimonium habeat? Neque enim in vitam reſuſcitatus eſt, vt vnus quiſpiam homo noſtri ſimilis, ſed tanquam morte ſuperior, quatenus nimirum vita eſt & Deus.

Rom. 1.

Si Euangelium Chriſti eſt Euangeliũ Dei, ſi Prophetæ & Scripturæ Filium Dei appellant, ſi ſua ſe virtute ex morte Chriſtus excitat, quis Deum verũ eſſe negare audeat?

De his qui Creatoris loco creaturam adorant, ita loquitur: (Quia cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorũ

Rom. 1.

Dicentes

Dicentes enim, ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.) Scribit idem Paulus alibi iis, qui ex Gentibus vocati fuerunt, hoc eſt, nobis, hoc modo: (Nunc autem cùm cognoueritis Deū, imò cogniti ſitis à Deo.) Quem, obſecro, aliū per fidem cognouerunt, niſi ipſum prorſus Ieſum Chriſtum? Quare ſi illum vt Deum cognoſcimus, & vt Deum debito honore proſequimur, verè illuminati ſumus: Sin autem illius gloriam permutamus, meritò nos ipſi quoque in noſtris cogitationibus fatui deprehendimur: Nam ſi verè in illum credimus, vti que tamquam in Deum, in illum credimus: Alioqui enim modis omnibus ſemperque ſateri oporteret, nos etiamnum priſci erroris laqueis irretitos teneri; vtpote in communem hominem credentes. At non ita res habet.

Gal. 4.

Si Chriſtus quem adoramus, De' non eſt idololatriæ vitio etiamnum obſtricti tenemus.

Rom. 1.

Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobū ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt.) Si Chriſtum agnoſcimus vt Deum, gloriam illius nequaquam per contemptum inficiabimur, vulgarem tantummodo hominem illum eſſe dictitantes: Sin autem inſcitia excæcati iſthuc facere veriti non fuerimus, ſimul cum alijs in reprobum ſenſum præcipites ruamus, neceſſe eſt omnino.

Reprobus eſt, qui Diuinum honorē Chriſto deferre abnuit.

Rom. 2.

Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius.) Docet hic beatus Paulus, nos omnes ante tribunal Chriſti manifeſtari oportere, quò vnuſquiſque referat, quæ in corpore geſſit, ſiuè bonum ſiue malum. Dixit item alius ex ſanctis Apoſtolis: (Vnus eſt legiſlator & Iudex.) Canit & ipſe Dauid quoque: (Quoniam Deus iudex eſt.) Cùm igitur ſententiam, quam Chriſtus pro Diuino tribunal ſedens (ſiſtemur enim ante tribunal illius, non tamquam hominis noſtri ſimilis, ſed tamquam Dei, & Iudicis & legiſlatoris) de quolibet laturus eſt, iuſtum Dei iudicium Apoſtolus appellet, quomodo Chriſtus non eſt Deus? (Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & Prophetis. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in eum.) Sine lege iuſtitiam (quam à ſanctis quoq; Prophetis teſtimonium habuiſſe aſſerit) eam hoc loco definit, quæ eſt per fidem in Chriſtum Ieſum: At enim, quanam, quæſo, ratione is Deus cenſendus non eſt, qui credentes illum verum Deum eſſe iuſtificat? Cùm, inquā, huc fides, tamquam ad ſcopū tendat, & ſacri præterea Vates fidei, quę eſt in Chriſtum Ieſum, teſtimonium perhibeant; quis propter humanam naturam, hoc eſt, Verbi incarnationem, illius Diuinitatem inficiari audeat?

Iacob. 4.
Pſal. 47.

Chriſtus eſt Deus; quia Apoſtolus illius ſententiā, iuſtum Dei iudiciū appellat.

Rom. 3.

Chriſtus eos iudicat, qui credūt in illum: Solius autē Dei eſt, iuſtificare.

Rom. 3.

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.) Si peccati labe contaminari poſſe, Diuinæ maieſtati impares nos reddit (in Deum namque peccatum non cadit; de Chriſto autem eſt in ſacris literis, quòd peccatum nō fecerit: Nos autem ea de cauſa à Diuina gloria abſumus, quia abſque delicto non viuimus;) cui dubiū eſſe poteſt, quin Verbum, quod peccatum nullum fecit, etiamſi carnis expers non eſſet, verus ſit Deus?

1. Pet. 2.

Chriſtus peccato conſtringi non poterat: At ἀναμαρτησία ſolius Dei proprium eſt.

Rom. 3.
Exod. 20.

Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: Sed legem ſtatuimus.) Lex Moſaica, Deum vnum adorandum eſſe, docebat: Ait enim: (Dominus Deus tuus Iſrael, Deus vnus eſt; & ipſe quoq; Deus eoſdem hac oratione compellabat: (Non erunt tibi Dij alij præter me.) Nunquid igitur fides, quæ eſt in Chriſtū, eos, qui per eam vocati ſunt, eo tranſtulit, adeoq; dementauit, vt vnum ſecūdùm naturam Deū non adorent? Legémne ergo, dum Chriſtum adoramus, deſtruimus, vt qui vnum naturalē Deum non adoremus? Abſit, inquit ille; ſed legem ſtatuimus: Adiungimus enim nos Chriſto tamquam vero Deo, ne fortè violatæ legis inſimulemur, ſed commendemur, vt, qui legem per fidem conſtituamus.

Qui Chriſtum adorant, legem de vnoDeo adorando latam non euertunt, ſed ſtatuūt.

Rom. 4.

Et de Abrahā ſcribit: (Poſuit te ante Deū, cui credidiſti, qui viuificat mortuos, & vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt.) Cū igitur mortuos per propriam virtutem vitæ reſtituere poſſe, in nullum alium conueniat, niſi in ſolum naturalem Deum, Chriſtuſque propriæ carnis contactu eos viuificet, ac ex mortuis excitet, qui morte aſſumpti fuerant, quomodo non eſt verus Deus; maximè verò cùm alios quoque ipſe ea poteſtate donarit, vt in nomine ipſius vita functos in lucem reuocare poſſent?

Mortuum propria vi excitare, ſolius Dei opus eſt. At Chriſtus id præſtabat.

Rom. 7.

Itaque fratres mei, & vos mortificati eſtis legi, per corpus Chriſti, vt ſitis alterius, qui ex morte reſurrexit, vt fructificetis Deo.) Mortificamur legi, quando ab illius ſeruitute & cultu deſiſtimus; euadimus autem, alteri, hoc eſt, Chriſto, qui ex mortuis reſurrexit, obnoxii, dum, vt fructificemus Deo, oraculis euangelicis ab ipſo editis morem gerere enixè tendimus. At verò ſumma, & quaſi caput Euangelicorum præceptorum eſt fides in ipſum: Hic enim noſter eſt fructus, quem Chriſto tamquam Deo, offerimus. Quamuis ergo Verbum carne ſe induerit; is nihilominùs, qui ex mortuis reſurrexit, Deus exiſtit.

Legis ſeruituti defungi, eſt legi mori, & vice verſa.

Summa & quaſi caput Euangelii eſt fides in Chriſtum.

Rom. 8.

Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in Spiritu, ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Siquis autem Chriſti Spiritum nō habet, hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt, propter peccatum; Spiritus verò viuit propter iuſtificationem. Quod ſi Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum ex mortuis, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.) Et hic Chriſti Spiritus, Dei Spiritus eſſe disertè aſſeritur: At

ſi

ſi Chriſtus per ſe, & ſecundùm ſe, aliud nihil eſt propriè, quàm homo, Verbum Dei vt hoſpitem ſolom in ſe habeus, quomodo Diuinus ille Spiritus eſſe dicitur? Eſt autem hic Spiritus illi peculiaris planeq; eidem proprius Deus eſt ergo, nec aliter res habet: Nec enim Verbũ Dei in homine inhabitauit; ſed Diuinitate integrè retenta, homo factum eſt, atq; hac ratiooe, qui Patris Spiritus, Chriſti quoq; Spiritus exiſtat, intelligi poteſt.

Spiritus Diuinus Chriſto propri⁹.

Verbum non habitauit in homine, ſed homo factum eſt.

Rom. 8.

Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei: Non enim accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore; ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamam⁹: Abba Pater;) & alio rurſum loco beatus Paulus: (Quoniam,) inquit, (eſtis filii Dei miſit Deus Spiritum Filii ſni in corda veſtra clamantem: Abba Pater.) Si igitur per Filij Spiritum fiduciam nacti, Patrẽ vocare audemus Deum, tamquam qui naturalis veriqoe filii Spiritu ſimus locupleti; quo modo Chriſtus non eſt Deus? Non quidem quatenus accipitur, vt homo tantùm noſtri ſimilis; ſed vt Verbum factum eſt caro; neque ſecus, ac nos carnis & ſanguinis particeps effectum eſſe.

Galat. 4.

Filii Spiritu animati & locupletati, Patrem appellam⁹ Deum.

Rom. 8.

Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tributio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?) Lex Moſaica inter cætera dictabat, grauiterque præcipiebat: (Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.) Cùm igitur dilectionem, quæ in Deum maximè conuenit, cuiuſmodi ea eſt, quæ ex tota ſupremaque fortitudine orta ad ipſam vſque animam & ſanguinem pertingit, ipſi Chriſto exhibeamus; quis dicere audeat, Chriſtum non eſſe Deum? Neque enim credibile eſt, ſanctorum iudicium vllo modo à veritatis ſcopo aberraſſe?

Deut. 6.

Eadem prorſus dilectione Chriſtum complecti obſtringimur, qua Deum Patrem; per ergo vtriuſque eſt notio.

Rom. 8.

Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neq; fortitudo, oeque altitudo, neque profundũ, neque creatura alia, poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.) Iam ſi nihil omnino à charitate Dei ſeiungere nos poteſt; exigitur hæc autem à nobis in Chriſto Ieſu; cui obſcurum eſſe poteſt, quin Chriſtus ſit Deus? Siquidem ipſum amantes, vniuerſorum Deum diligimus. Chriſtum autem dum oomioo, incarnatum Dei Verbum intelligo.

Qui Chriſtum nominat, incarnatum Dei Verbum inſinuat.

Rom. 14.

Omnes ſtabimos ante tribunal Chriſti:) Omnes, inquit, ſiſtemur Chriſto: Sedebit hic enim ſuper thronum gloriç ſuæ, quò terrarũ orbem iudicet in iuſtitia. Cùm ergo Dauid Deum Iudicem vocet, conſequitur omnino, Chriſtum eſſe Deum.

Dei eſt orbem terrarum iudicare.

Rom. 15.

Audaciùs autem ſcripſi vobis, fratres, ex parte, tamquam in memoriam vos reducens; propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Ieſu Chriſti in Gentibus; ſanctificans Euangelium Dei, vt oblatio Gentium accepta & ſanctificata in Spirituſancto.) Sanè quibus ſacri miniſterii prouincia concredita eſt, ij ſoli Deo miniſtrant: Neqoe enim hominibus aſſiſtunt Sacerdotes, ſed Deo. Cũ hanc igitur gratiam ſibi à Deo donatam profiteatur Apoſtolus, vt ſit miniſter Ieſu Chriſti, Chriſtiq; Euangelium inter Gentes adminiſtret, & Chriſtum tandem annuntians, Dei Euangelium ſe illis prædicare diſertè affimet, quò nimirum tamquam Spiritu iam ſanctificatæ & ipſæ quoque admittaotur, quis Chriſti Diuinitatem iu quæſtionẽ vocare audeat?

Soli Deo aſtant Sacerdotes.

Paulus miniſter Chriſti in Euangelio Dei.

Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum: Non enim audeo aliquid loqui eorũ, quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiam Gentium, verbo & factis, in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spirituſſancti; ita vt ab Hieruſalem per circuitum vſqoe ad Illyricum repleuerim Euangelium Chriſti.) En dum in Chriſto gloriatur; in his, quæ Dei ſunt gloriari ſe dicit. Quòd autem virtute Spiritus per Apoſtolos, aut alios quoſcunque Sanctos prodigia & ſigna edere, opus ſit humanis viribus maius, id in dubium arceſſere non licet. Iam quomodo is Deus non eſt, coius Spirituſſanctus proprius eſt; quiq; per Sanctorum manos, vt quilibet ooſtrum per propriam virrutem operari poteſt?

Rom. 15.

Humanç naturç vires excedit ſigna per alterum edere.

Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti.) Et alio quodam loco ad Timotheum ſcribens, ita ait: (Vt ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari.) Quòd ſi Eccleſias Chriſti eſſe cognoſcit, idque teſtatum facit, citra vllam controuerſiam, Chriſtus Deus erit.

Rom. 16.

1. Timot. 3.

Eccleſiæ Dei & Chriſti ſunt.

Rom. 16.

Deus autem pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter;) Cùm pax dicatur eſſe Dei, Chriſtus autem ad ſanctos Apoſtolos alicubi ita iquiat: (Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis;) qoomodo is, quæſo, qui pacem veluti proprium bonũ dignis impertiri ſolitus eſt, verus Deus non eſt.

Pacis auctor & largitor Deus.

Ioan. 14.

EX PRIORE AD CORINTHIOS.

1. Corint. 1.

Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatem Dei, & Soſthenes frater Eccleſiæ Dei.) Obſerua hic; Romanos alloquens: (Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti,) dicit; nunc verò Corinthiis ſcribens, Eccleſiam Dei eſſe aſſerit: (Hoc autem dico, quòd vnuſquiſq; veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autẽ Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro oobis, aut in oomine Pauli baptizati eſtis?) Si ergo Chriſtus non eſt diuiſus, omnia & omnes illius ſoot. Et ſi is noſtri cauſa crucifixus eſt, & nos in nomine ipſius baptizati ſumus, omnes vtique illius debitores effecti ſumus. Sumus autem illi obnoxii, non tamqoam homini noſtri ſimilis, ſed tamquã Deo. Nobis ergo Chriſtus eſt Deus,

Oẽs multis nominibus Chriſto obnoxij ſum⁹.

Quoniam

1. Corint. 1. Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci
» ſapientiam quærunt, nos autem prædicamus
» Chriſtum crucifixum; Iudæis quidem ſcãda-
» lum, Gentibus autem ſtultitiam.) An non qui
uis, obſecro, fateri debet, Euangelicam præ-
dicationem omnes, quotquot per orbẽ ſparſi
ſunt, paſſim ad veram Dei cognitionem inui-
tare? At qua tandem ratione iſtuc alicui am-
biguum eſſe queat? At cuiuſmodi, quæſo,
Chriſtum crucifixum ſacri Doctores prædica
bant? Nunquid ſolum hominem noſtri ſimi-
lem, qui mortem in cruce pertuliſſet, ita vt
iam in ſolum hominem fides à terrarum or-
be exigatur? Abſit: Credimus enim in Deum
viuum & verum. Chriſtum proinde crucifi-
xum Deum eſſe notat, mundoque, quòd in il-
lum credens, non erret, intrepide anonuntiat.

Euangelij prædicatio ad veram Dei cognitionem inuitat.

Fides in Chriſtum tamquam in Deum exigitur.

1. Cor. 2. Et ego cùm veniſſem ad vos fratres, veni
» non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ,
» anuncians vobis teſtimonium Chriſti: Non
» enim iudicaui, me ſcire aliquid inter vos, niſi
» Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum.) Ecce
hic cum Dei teſtimonium mundo ſe annun-
tiaſſe liquidò exponat; mox tamen ad Chri-
ſtum Ieſum, & eum crucifixum orationem
ſuam detorquet. Deus igitur eſt Chriſtus Ie-
ſus, qui crucis ſupplicium noſtri cauſa ſuſti-
nuit: Cuius quoque teſtimonium mundo per
ſanctos Apoſtolos annuntiatum eſt, non ſer-
monis eminentia, mundanæúe ſapientiæ fa-
ſtu, ſed Spiritus virtute & oſtenſione.

Paulus annũciat Chriſtum crucifixum, non mundanæ ſapientiæ faſtu, ſed virtutis oſtenſione.

2. Corin. 2. Sapientiam autem loquimur inter perfe-
» ctos: Sapientiam verò non huius ſeculi, neq;
» Principum huius ſeculi, qui deſtruuntur; ſed
» loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ
» abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus an-
» te ſecula in gloriam noſtram; quam nemo
» Principum huius ſæculi cognouit: Si enim co
gnouiſſent, nunquam Dominum gloriæ cru
cifixiſſent.) Si Chriſti myſterium, quod mũ-
do annuntiatum eſt Dei ſapientia eſt; neque
tamen Chriſtus, in quem fides exigitur, vt ma
lè, neſcio, quo modo, quibuſdam perſuaſum
eſt, verus Deus eſt: Quomodo Sacramentum
hoc ſublime & ſapiens eſt. Imò verò ſi homi-
nes à vera Dei cognitione abducit, & ab orbe
terrarum, vt homini Diuinum cultum im-
pertiatur, exigit; quomodo vanum & ſtultum
non eſt? Verùm non ita res habet: Profundum
enim & ſapiens myſterium eſt; quippe quod
in errorem abductos, ad Deum rurſum addu
cat. Iure igitur meritoque & Deus appellat
Chriſtus, & gloriæ Dominus crucifixus per-
hibetur.

Chriſti myſterium Dei ſapientia eſt.

1. Corin. 3. Secundùm gratiam Dei, quę data eſt mihi,
» vt ſapiens architectus fundamentum poſui,
» alius autem ſuperædificat; vnuſquiſque autẽ
» videat, quomodo ſuper ædificet: Fundamen-
» tum enim aliud nemo poteſt ponere præter
» id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.
Si Chriſto perinde ac fundamento cuipiam
innitimur, & per fidem ſuper eum conſtrui-
mur & ipſe omnium eſt ſalus; q̃ fieri poteſt,
vt verus Deus non ſit? maximè verò, cùm in
eo conſiſtant omnia, fideſque noſtra de ipſo
ſit, non ſicut de homine quopiam noſtri ſimi
li: Siquidem creaturam non adoramus, ſed
eum, qui veritate & natura Deus eſt.

Chriſto per fidẽ vt fundamento ſpiritalis vi ta innitimur.

Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiri- 1. Corint. 3.
tus Dei habitat in vobis? Si quis autem tem- »
plum Dei violauerit, diſperdet illum Deus: »
Templum enim Dei ſanctum eſt; quod eſtis »
vos.) Quòd ſi Chriſti Spiritum ſuſcipientes,
templum Dei nominamur; quomodo verus
Deus cenſendus non eſt, per quem templum
Dei conſtituimur?

Per Chriſti Spiritum, templum Dei efficimur.

Itaque nolite ante tempus iudicare; quo- 1. Corint. 4.
adúſque veniat Dominus, qui & illuminabit »
abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit con- »
ſilia cordium; & tunc laus erit vnicuique à »
Deo.) Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum
olim è cœlis deſcenſurum expectamus, cui
occulta iudicaturo, cordiumque conſilia pa-
tefacturo ſiſtemur omnes. Quòd is autem iu-
ſtos ſit commendaturus, vel inde perſpicere
edocemur, quòd ad illos, qui dextra illi aſſi-
ſtent, ita dicturus ſit: (Venite benedicti Patris
mei, poſſidere paratum vobis regnum à con-
ſtitutione mundi.) Cùm igitur Chriſto lau-
dante, ſuam vnicuique à Deo laudem tribuiũ
iri, diſertè prædicet; quomodo Chriſtum,
Deum eſſe non manifeſtò apparet?

Omnes Chriſto ſiſte mur iudicadi.

Math. 25. Chriſto laudante, ſua cuiq; laus à Deo obtigit.

An neſcitis, quoniam membra veſtra tem- 1. Corint. 6.
plum ſunt Spiritusſancti, qui in vobis eſt, quẽ »
habetis à Deo; & non eſtis veſtri? Empti enim »
eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deũ »
in corpore veſtro.) Si Spiritu Chriſti accc-
pto, facti ſumus filii Dei, redempti ſanguine
illius, ita vt iam non vlttà in noſtra ipſorum
poteſtate ſimus, neque nobis ipſis iam am-
pliùs viuamus, ſed illius ſimus, illique viua-
mus, qui nos mercatus eſt; quomodo perſpi-
cuum non eſt, Chriſtum, per quem templa
Dei efficimur, cuique periode ac Deo ſerui-
mus, verum eſſe Deum?

Per Chriſti Spiritum, filii Dei, eiuſdemq; Chriſti templa efficimur.

De eſcis autem, quæ idolis immolantur, 1. Corint. 8.
ſcimus, quia nihil eſt idolum in mundo, & »
quòd nullus eſt Deus, niſi vnus: Nam etſi »
ſunt, qui dicantur Dij, ſiue in cœlo, ſiue in ter »
ra (ſiquidem ſunt Dij multi & Domini mul »
ti) nobis tamen vnus eſt Deus Pater, ex quo »
omnia, & nos in illum; & vnus Dominus, Ie- »
ſus Chriſtus, per quẽ omnia, & nos per ipſum. »
Si vnus ſolus eſt Deus, & alius præter illum
nullus; aſſumitur autem in vnam Deitatis na-
turam & vnus ille Ieſus Chriſtus quoq;, per
quem ſubſiſtunt omnia; Deus vtiq; erit Chri
ſtus: Vt qui etiam tum, cùm ex muliere ortus,
appellatus eſt Ieſus Chriſtus, immotè in Pa-
tris conſubſtantialitate ſubſiſteret. Id etiam
animaduertere hic licet, nempe quòd omnia
per vnum illum, quem Ieſum Chriſtum ipſe
vocat, tamquam per vnum Filium ſecundùm
diſpenſatoriam vnionẽ condita eſſe affirmet.

Omnia per vnum Chriſtum condita & inſtaurata.

Factus (inquit) ſum iis, qui ſine lege erãt, 1. Corin. 9.
tamquam ſine lege eſſem; cùm ſine lege Dei
non

Chriſti & Dei lux vna.

non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti.) Si Chriſti legem habens, Dei legem habet, quomodo Chriſtus non eſt Deus.

1. Corin. 10. Chriſti & Dei Eccleſia.

Sine offenſione eſtote Iudæis & Gentibus, Eccleſiæ Dei:) Aduerte hic rurſum, quòd cū Eccleſiam, quam Dei hoc loco appellat, Chriſti eſſe intelligat.

1. Cor. 11. Luc. 3.

Volo autem vos ſcire, quòd omnis viri caput Chriſtus eſt; caput autem mulieris vir; caput verò Chriſti Deus.) Beatus Lucas dum Chriſti Genealogiam texit, à Ioſeph exorſus, paulatim ad Adam vſque aſcendit, ac tandem infert: (Qui fuit Dei;) ipſum nimirum pro creatorem Deum principii loco homini aſſignans. Pari itaque modo omnis viri caput Chriſtum definimus: Per ipſum enim conditus, & ad ortum euectus eſt: Non quòd Dei filius creationis illius inſtrumentum, vel miniſter extiterit; ſed quòd tamquàm naturalis rerum opifex Diuina virtute illum produxerit. (Caput autem mulieris eſt vir:) Quandoquidem ex carne illius ſumpta eſt, ipſumq; tamquàm quoddam ſui initium ſortita eſt, (Caput) itidem (Chriſti Deus eſt:) Siquidem naturaliter ex ipſo eſt: Verbum namque ex Deo & Patre ortum eſt. Iam qua ratione Chriſtus, cuius caput ſecundùm naturam cōſtituitur Deus Pater, non erit Deus? Cùm autem Chriſtum, qui in humana natura apparuit, appello, Dei Patris Verbum intelligo.

Qua ratione Chriſtus Caput viri, & vir rurſū caput mulieris, & Deus tandem caput Chriſti.

1. Cor. 12.

Ideo notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſu; & nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones verò gratiarū ſunt, idem autem Spiritus; & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus; & diuiſiones operationem ſunt; idem verò Deus, qui omnia in omnibus.) Sanè ſi aliud nihil eſt dicere, Chriſtum non eſſe verum & naturalem Deum, q̄ dicere anathema Ieſum, qui illum re ipſa Ieſum eſſe inficiantur, illi vtique in Spiritu ſancto iſthuc neutiquam faciunt. Rurſum ſi gratiarum diuiſiones interdum Spiritum, nonnunquam verò eundem Dominum, aliquando autem eundem Deum operari profitetur, Chriſtum ergo Deum eſſe non ignorat; vt q haud ſecus per Spiritum operetur ac Deus; quiq; cœleſtia dona, quibuſcunque & quomodocunque voluerit, tamquá natura Deus non abſque auctoritate diſtribuat. Quòd autem Chriſtus in virtute Spiritus ſancti operetur, id Paulus de eo loquens, eiuſmodi oratione deinceps explanat.

Qui Chriſti Diuinitatē inficiantur Ieſum anathema dicunt.

1. Cor. 12.

Quoſdam (inquit) poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum:) Quamuis enim Deus iſthuc efficere perhibeatur; Chriſtus tamen eſt, qui operatur: Quando quidem is qui eſt, qui Apoſtolos in Eccleſia collocauit, quiq; Doctores in eadem inſtituit: Quibus quoque, vt virtutes operarentur, vim impertiuit: Dedit namque ſanctis Apoſtolis poteſtatem, vt omne morborum ægritudinumque genus in populo graſſantium curarent.

Quæ Deo tribuuntur, ea non ſine auctoritate exercet Chriſtus.

1. Cor. 16.

Salutatio, mea manu Pauli: Si qs non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema, maranatha.) Ecquem, obſecro, Dominum hoc loco vocat? In confeſſo eſt enim, tā ipſum Filium, quàm Spiritum quoq; ſanctū Dominum vocari, & Dominum eſſe: Scriptū eſt enim: Spiritus Dominus eſt. Sanè beati Pauli mens in ipſum Ieſum hic fertur: Ait namque: Vnus eſt Dominus Ieſus Chriſtus. Itaque anathemate percutit omnem omnino hominem, qui illum non diligit. Is autem Chriſtum non diligit, qui neque natura, neque veritate Dei Filium eſſe agnoſcit; ſed à Dei Verbo ſeiungit, ac veluti in ſecundùm ordinem reiicit. Atque ita dum vnum Dominū Ieſum Chriſtum in duos diuidit, diſpenſationis myſterium atroci iniuria afficit.

Anathemate omnem omnino hominē Apoſtolus ferit, qui Chriſtū diuidit.

EX POSTERIORI AD CORINTHIOS.

2. Corin. 2.

Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco; quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, in iis, qui ſalui fiunt, & iis, qui pereunt.) Quòd ſi Chriſtus paternæ cogitationis bonus odor eſt, quomodo Deus non eſt? Haud temere namque in humana natura Diuinæ naturæ fragrantiam comperit quiſpiam; ſed quemadmodum humanitatis odor, planè hominem; ita Diuinitatis odor, Deum indicat. Iam ſi Chriſtus bonus Patris odor appellatur, vereque eſt; quomodo Deus non eſt, etiam ſi illud ipſum Dei Patris Verbum diſpenſationis homo factū eſt?

Paternæ cognitionis bonus odor Chriſtus.

2. Corin. 3.

Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati, quòd Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis & ſcripta, non atramento, ſed Spiritu Dei; non in tabulis cordis carnalibus.) Deus per quendam ex Prophetis alicubi ſic loquitur: (Poſt illos dies, dicit Dominus, dabo leges meas in mentem eorum, & in corda eorum inſcribam eos.) Facti proinde ſumus epiſtola Chriſti, qui legis ſuæ decreta, non atramento, ſed viuentis Dei Spiritu in nobis deſcribit. Atque hoc ipſum non per modum miniſterii, ſed per propriā vim, propriamque, vt ita dicam, efficacitatem: Siquidem Spiritus ipſi proprius eſt. At quo ergo modo is Deus non eſt, qui diuinæ notitiæ rationes proprio Spiritu mētibus noſtris inſculpere poteſt? De Iudæis ſubiungit.

Hiere. 31.

Chriſtus legis decreta viuētis Deī Spiritu in nobis deſcribit.

Sed obtuſi ſunt ſenſus eorum: Vſque enim in hodiernum diem, idipſum velamen in lectione veteris Teſtamenti manet non reuelatum (quod Chriſto euacuatur) ſed vſque in hodiernum diem, cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cùm autem conuerſi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autē Spiritus eſt. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas eſt.) Qđ

[Legis & Prophetarũ finis Chriſtus.]

ſi legis & Prophetarũ finis eſt Chriſtus, neq; velamen, quod veteris Teſtamẽti lectioni cohæret, tollitur, niſi per ſolum Chriſtum. Quo modo, obſecro, rationi conſentaneum exiſtimari poteſt, illum nudum eſſe hominem, qui ſola filiationis appellatiõe ſit honoratus? An non hac opinione fieret, vt fides noſtra non collimaret in Deum, tamquam in finem, ſed tamquam in hominem noſtri ſimilẽ? Eo autẽ quid aut dici, aut cogitari queat abſurdius?

[2. Corin. 4.]

Quòd ſi etiam opertum eſt Euangeliũ noſtrum, in ijs, qui pereunt eſt opertum; in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.) Iam ſi, vt quidam ſentiunt, Chriſtus eſt homo cõmunis, ſola perſonali vnione cum Dei Verbo ſocietatem habens (ad hunc enim modo loquuntur illi) quomodo in illis, qui pereunt, Euangelium illius abſconditum eſt? Gentes enim non Deum, ſed hominem noſtri ſimilẽ eſſe perſuaſum habent. Quomodo item occæcati ſunt à Satana, qui de homine ſentiunt, quòd homo eſt? Qualis præterea illuminatio in Chriſti Euangelio eſt, ſi ipſe Deus non eſt, neque vt Deus glorificatur? Qui denique imago Dei eſt, ſi ea ſolùm attingit, quæ humanæ ſunt naturæ; neque id re ipſa obtinet, vt filius & Deus ſit, filiusq; & Deus habeatur?

[Si Chriſtus Deus non eſt, Euangelium illius abſconditũ non eſt.]

[2. Cor. 5.]

Et ideo contendimus, ſiue abſentes, ſiue p̃ſentes placere illi: Omnes enim cosmaniſeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, vt geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.) Si in vnum hoc ſancti incumbunt omnes, vt Deo placeant, repudiatoque morta lif auore eiuſmodi nos Chriſto probare enixè contendimus; quomodo Chriſtum Deum eſſe, planum non eſt? Rurſum ſi ille terrarum orbem iudicaturus eſt olim (nec enim alius & alius eſt legislator & Iudex, ſed vnus & idem) vel hac quoque de cauſa perſpicuum euadit, Verbum, tametſi incarnatũ, Deum eſſe cenſendum.

[Vnicum ſanctis ſtudium placere Chriſto & Deo.]

[Iacob. 4. Idem legiſlator & Iudex.]

[2. Cor. 5.]

Charitas enim Chriſti vrget nos æſtimantes hoc; quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus; vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.) Si omnes vnum in ipſo ſumus, ipſique viuere peroptamus, vitam noſtram vna hac demum ratione honeſtam fore rati, ſi Chriſti obſecundemus volũtati illique viuamus; quomodo is Deus habẽdus non eſt, cui & obnoxii ſumus, & viuere ſtudemus, tãquam illi, qui noſtri cauſa mortem oppetierit, ſuoque ſanguine profuſo nos omnes liberauerit?

[Gloria noſtra viuere Chriſto, eiusque voluntati obſecundare.]

[2. Cor. 5.]

Pro Chriſto ergo legatione fungimus, tamquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.) Obſerua hic, quòd Chriſti nomine legatione fungantur Apoſtoli; quodque per ſe nos à Deo admoneri aſſerant. Deinde rurſum: (Obſecramus,) inquit, (pro Chriſto, reconciliamini Deo.) Deus itaque eſt Chriſtus, quippe cui reconciliati, Deo reconciliati cenſemur.

[Chriſto reconciliati, Deo reconciliati cenſemur.]

[2. Cor. 6.]

Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros.) Qui hic Dei miniſtri dicuntur, hi alibi Chriſti miniſtri appellantur.

[Leuit. 26.]

Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.) Si viua Dei templa ſumus, veluti inhabitante in nobis Spiritu, qui & Chriſti quoque Spiritus eſſe dicitur (ait enim Apoſtolus: (Si quis Chriſti Spiritum non habet, hic nõ eius) quomodo Chriſtus non eſt Deus? addit:

[Viua Dei templa ſumus, ſi Chriſti Spiritus habitat in nobis.]

[Rom. 8.]

[2. Cor. 10.]

Conſilia deſtruentes & omnem altitudinẽ extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.) At quomodo omnem altitudinem aduerſus Dei ſcientiam ſe extollentem demoliemur? Aut qua tandẽ ratione omnem intellectum in Chriſti obſequium captinum ducemus? Sanè Verbum ſponte ſe exinaniuit, Patri vſque ad mortem factum obediens. Quando igitur ex iis, quæ propter carnem humanæq; naturæ infirmitatem diſpenſatoriè ab eo dicta, vel facta ſunt, quidam aduerſus Filii ſciẽtiam ſeſe erigentes, eum, qui humana forma ſe induit, Deum verum naturalemq; Dei Filium eſſe inficiabuntur, tunc demum omnem altitudinem ſe efferentem comprimemus; ſi eorum, qui iſthæc ſapere pertinaci animi ſtudio decreuerint, opinationes euertemus, omnemq; intellectum ad obedientiæ diſpenſationem conuertemus: Oportebat enim filiũ, qui in humanæ naturæ mẽſura ſtatuq; apparuerat, q̃ humanæ naturæ propria ſunt, non auerſari.

[Philip. 2.]

[Quomodo euertatur omnis altitudo extollens ſe aduerſus ſciẽtiam Dei, aurea regula Cyrilli.]

EPISTOLA AD GALATAS.

[Galat. 2.]

Ego enim per legẽ legi mortuus ſum, vt Deo viuã. Chriſto crucifixus ſum cruci. Viuo autẽ, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Quòd autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei, q dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me:) Quid D. Paulus hoc loco moneat, diligenter expendẽdũ eſt. Lex, quã Deus Prophetarũ ore promulgauerat, eiuſmodi erat: (Iuſtus antẽ ex fide viuet.) Erat, & per Moyſen quoq; lex lata. Ait ergo: Fidei legem complexus, legi Moſaicæ mortuus ſum, hoc eſt, q̃ veteribus per vmbras & figuras præfinita erant, ea amplius nõ præſto: Hoc ipſum enim eſt legi Moſaicæ mori: Quò nimirum fidei, quæ in Chriſtum eſt, adhærentes, Deo viuamus. Cùm igitur iuſtificationem, quæ per Chriſtum contigit, potiorem ducentes, legi Moſaicæ emoriamur; qua ratione Chriſtus, per quem lex, tamquam fide infirmior, euacuatur, non erit Deus? Quòd ſi verò Chriſtus homo tantùm erat, quomodo fides in ipſum ipſa lege ſuperior euaſit?

[Abac. 2.]

[Legi Moyſi mori, eſt vmbris veritatem anteponere.]

Galat. 3.

Lex Moſaica neque Spiritum, neque ſignorū gratiam præſtabat, vtrumque autem præſtat fides.

Qui ergo tribuit vobis Spiritū,& operatur virtutes in vobis; ex operibus legis,an ex auditu fidei?) Si lex Moſaica, tametſi Dei lex eſſet,& ab Angelis promulgata eſſet,non ſubminiſtrat Spiritum ſanctū, neque vlli eā impertitur vim,vt miracula perpetrare queat; per fidem autem,quæ eſt in Chriſtū, aſſequimur vtrunque,quomodo fides antiqua lege non eſt præſtantior? Rurſum ſi homo erat Chriſtus,nulla ex parte noſtri diſſimilis; qui fieri potuit,vt fides in ipſum Diuinam legem aboleuerit? Qui item per fidem, maioribus bonis perfruimur,quàm qui per id tempus vixere,quo lex ſuam adhuc vim obtinebat?

Gal. 3.

Priùs autem,quàm venerit fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat.Itaque lex Pædagogus noſter fuit in Chriſto Pædagogo: Omnes enim filii Dei eſtis per fidem,quæ eſt in Chriſto Ieſu.)

Lex Pædagogus ad Chriſtum.

Si lex Pedagogus,veraq́; cognitionis Dei magiſtra erat,haud ad alium nos dirigens,quàm ad Chriſtū, quomodo Chriſtus non eſt De⁹? Rurſum ſi lex per fidē,quæ eſt in ipſum, aboletur, eandemq́; à Pædagogiæ munere abſoluit fides,tamquam quæ inſtitutos ad ſummū iam bonum euexerit; ſummū autem bonum nō eſt aliud,quàm perfecta veritatis Diuinæque notitiæ ſcientia,cui ambiguū eſſe poteſt, quin Deus ſit Chriſtus? Baptizati autem in Patrem,& Filium,& Spiritum ſanctum quomodo in Chriſtum baptizati dicimur, ſi quidem Chriſtus non eſt verus filius? Nec enim multi ſecundùm naturam ſunt filii, ſed vnus tātùm? Atqui in ipſum baptizati ſumus, De⁹ igitur eſt,vtpote ipſum Verbum incarnatum.

Summum hominis bonum Dei notitia.

Gal. 4.

Sed nunc quidem ignorantes Deum, iis, q natura non ſunt Dii, ſeruiebatis? nunc autē cùm cognoueritis Deum, imò cogniti ſitis à Deo,quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa?) Si Chriſtum profitētes, Deum cognouimus, nosq́; viciſſim à Deo cognitos eſſe non ignoramus (uoti enim ipſi ſumus) quomodo Chriſtus non eſt Deus?

Chriſtum profitens, Deum cognoſcit.

Gal. 6.

Mihi autem abſit gloriari,niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti;per quem mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo.) Beatus Dauid canit: (Exultabo in Deo ſalutari meo.)

Pſalm. 95.

Vtique ſapiens & ſancto viro conueniens dictum: Non enim in homine glorari aliquando nobis fas eſt,ſed in Deo vero. Quomodo ergo Paulus in cruce Domini gloriari ſe prædicat,cùm in Deo potius id fieri oportuerat? Nam hic aliorum ſanctorum ſcopus ſemper extitit. Atqui etiam Paulus Diuino Spiritu non carebat; & tamen in Chriſti morte gloriari non dubitat.Notat ergo,verum Deum eſſe,etiamſi noſtri cauſa in carne mortem perpeſſus foret.

In Chriſtū crucifixum gloriari, eſt in Deum verum gloriari.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Epheſ. 1.

Secundùm operationē potentiæ virtutis eius) (eſt hic ſermo de Deo & Patre) (quam operatus eſt in Chriſto,ſuſcitans illum à mortuis,& conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus,ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem,& Virtutem,& Dominationem,& omne nomen, quod nominatur, non ſolùm in hoc ſeculo; ſed etiam in futuro.) En illum ipſum, quem ex mortuis exuſcitarat, conſtituit Pater ad dexteram ſuam ſupra omnem Principatum,& Poteſtatem,& Virtutem,& omne nomen,quod nominatur. Nunquid ergo homo noſtri ſimilis naturæ omniū ſupremæ dextera aſſidet? omnino; neque iſthuc in quæſtionem vocare licet. At non homo tantùm,ſed homo Deus: Verbum nanque Patri, prout ab eo procedit,homouſion, natura humana diſpenſatoriè aſſumpta, factum eſt homo. Quare effectum eſt, vt in vno eodemque ſimul Deus exiſteret & homo Diuina gloria redimitus.

Chriſti ad dexteram virtutis Dei ſeſſio, euidens Diuinitatis illius argumētum extitit.

Epheſ. 2.

Propter quod memores eſtote, q aliquando vos eratis Gentes in carne,qui dicebamini præputium, ab ea, quæ dicitur circumciſio in carne manufacta; quòd eratis illo in tempore ſine Chriſto,alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpē non habentes,& ſine Deo in hoc mundo.) Si Gentes Chriſtum non habentes, in impietate ſecundùm hunc mundū perſeuerabant; poſtquàm autem ipſum habere cœperunt, abſque Deo nō fuerunt,qd ita Chriſtus nō eſt Deus?

Gētes Chriſti cognitione deſtitutæ,in impietate perſeuerabant.

Epheſ. 3.

Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti: Ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur,vt det vobis ſm diuitias gloriæ ſuæ virtutem corroborari per Spiritum eius in interiori homine,Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris.) Nomē hoc Chriſtus Ieſus,vt ſæpiſſime iā antè monuimus,vbiq; Dei Patris Verbum humana forma indutū ſignificat. Si ergo Chriſtus poſtquā Verbum, quod ipſum quoq; per diuinum Spiritum in nobis inhabitat,carnem ſemel aſſumpſit) non eſt Deus; quomodo per fidem in cordibus noſtris inhabitare dicitur? Rurſum ſi communis homo eſt Chriſtus, & Filius ab eo diuerſus, qui natura Filius eſt, & ſolus ex Deo natus eſt; quis,quæſo,eſt ille,qui habitat in nobis? Aut quomodo in hominibus inhabitat per fidem? maximè verò cùm Ioannes de eo dilucidè dicat: (In hoc cognoſcim⁹,q in eo manemus,& ipſe in nobis eſt, quoniā de Spiritu ſuo dedit nobis.

Nomen hoc Chriſtus vbique Verbum incarnatum denotat.

Si Chriſtus Deus non eſſet, cordibus noſtris inhabitare non poſſet.

Ioan. 4.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

Cap. 3.

Quæ mihi fuerūt lucra (de gloriationibus in lege loquitur) hæc arbitratus ſum, propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo, omnia detrimētum eſſe, propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Dni mei, propter quem omnia detrimētum feci, & arbitror vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifaciam.) Cur ambo, propter eximiam Chriſti Ieſu ſciētiam, oīa, quæ legis ſunt,detrimentorum & quiſquiliarum

loco

Lex vetus æque prædicabat verũ Deum ac noua.

loco duxit? cùm lex Moſaica priſcis illis hominibus verum naturalemque Deum prædicauerit, non ſecus ac nouæ legis Doctores Ieſum Chriſtum nunc hominibus annuntiant? Sanè ſi tantùm communis, noſtrique ſimilis homo eſſet, cum Verbo, quod ex Deo procedit, hypoſtatica vnione non coniunctus, vt eidem coniunctus creditur; non video, qua ratione fides in ipſum, fidem, quæ ex lege eſt, excelleret.

Cap.1.

EX EPISTOLA AD Coloſſenſes.

„ Gaudeo nunc (inquit) in paſſionibus
„ meis pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt
„ paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpo-
„ re eius, quod eſt Eccleſia, cuius factus ſum
„ ego miniſter, ſecundùm diſpenſationem
„ Dei, quæ data eſt mihi in vobis, vt impleam
„ Verbum Dei; myſterium, quod abſcondi-
„ tum fuit à ſeculis & generationibus; nunc au
„ tem manifeſtum eſt Sanctis eius, quibus vo-
„ luit Deus notas facere diuitias gloriæ Sacra-
„ menti huius in Gentibus, quod eſt Chriſtus,
„ in vobis ſpes gloriæ, quem nos annuntia-
„ mus.) Quomodo abditum eſt myſterium, aut Dei Verbum ſibi conſtat, aut cuiuſmodi tandem gloriæ opes ſuppetunt Chriſto, ſi quidem vulgaris tantùm noſtrique ſimilis homo exiſtit? Neque enim grande, aut magni alicuius ponderis myſterium hic latet, ſi Chriſto non cohæremus tamquam Deo, certoque quod perſuaſum habemus, Dei Verbum, quod in forma & æqualitate Patris eſt, hominem factum ad vltroneam exinanitionem ſe demiſiſſe, manens interim hoc ipſum, quod erat: Ad hunc enim modum myſterium hoc acceptum ingentes magnificentiæ & gloriæ diuitias offert.

Nulla eſt gloria Chriſto, ſi vulgaris tantùm homo exiſtat.

Coloſ.2.

„ Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtum Do-
„ minum noſtrum, in ipſo ambulate, radica-
„ ti & ſuperædificati in ipſo, & confirmati.) Quo modo nos Chriſtum ſuſceperimus, id ſacer Ioannes eiuſmodi oratione breuiter explicat: (Et Verbum (inquit) caro factum eſt.) Veruntamen licet caro factum eſt; per hoc tamen Verbum eſſe non deſijt: Nam etiam in eo ſtatu pari cum Patre auctoritate pollet; & qui crucis ſupplicium pertulit, Dominus gloriæ appellatur.

Ioan.1. Verbum propter aſſumptam carnē Verbũ eſſe non deſijt.

Coloſ.4.

Orationi iuſtate, vigilantes in ea in gra-
„ tiarum actione: Orantes ſimul & pro uobis,
„ vt Deus aperiat oſtium ſermonis ad loquen-
„ dum myſterium Chriſti (propter quod etiã
„ vinctus ſum) vt manifeſtem illud, ita, vt
„ oportet me loqui.) Sanè ſi Chriſtus Deus non eſſet, ſed homo tantùm Diuinæ gratiæ munere donatus, myſterium de ipſo non admodum profundum foret. Quo igitur oſtio patefacto opus erat, vt illud manifeſtaretur, commodeque, vt oportebat, proponeretur? Siquidem non eſt res magna, aut ardua de homine, vt natura homo eſt, verba facere. Si autem Verbum Dei homo factum prædicetur, iam omnino opus erit præſidio Dei, qui oſtium referet, conuenientemque myſterij huius explicationem largiatur.

Non eſt res ardua de homine, verba tantum eſt, verba facere.

EX EPISTOLA AD Hebræos.

Cùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.) Naturale Dei Patris Verbum Vnigenitus appellatur; quandoquidem ſolum ex ſolo Patre genitum eſt. Primogeniti autem nomen tum demum obtinuit, quando homo & mundi pars effectum, in hunc terrarum orbem ingreſſum eſt. Veruntamen hac quoque ratione a ſanctis Angelis adoratur. Iam cùm adoratio ſoli Deo debeatur, & ad illum ſolum referatur; quis Chriſtum Deum eſſe ambigat, vt qui etiam in cœlo adoretur?

Deut. Pſal.46.

Cur idem Chriſtus vnigenitus ſimul & primogenit.

Verbum incarnatũ ab Angelis adoratur.

Et ad Angelos quidem dicit: (Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.) Ad filium autem: (Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi: Virga æquita-
tis, virga regni tui: Dilexiſti iuſtitiam, & „
odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, „
Deus tuus oleo exultationis præ particibus „
tuis.) Si Angelorum Conditor eſt, ſi Thro- „
num obtinet ſempiternum, ſi iuſtitiam dilexit, & iniquitatem odio habuit, eaque de cauſa exultationis oleo à Deo Patre inunctus fuit; quid ſtatuere aut cogitare nos par eſt, dum in eiuſmodi de ipſo ſententias fortè inciderimus? Nam ſi cœleſtes ſpiritus ſuos facit miniſtros, Thronumque poſſidet Deitatis; quomodo oleo exultationis delibutus aſſeritur? Sanè Angelos creat vt Deus, inungitur autem vt homo; ita, vt ipſa quidem vnctio non ad Diuinam naturam, ſed ad diſpenſationis ſapientiam referatur: Eſt itaque Chriſtus Deus & homo: Deus quidem natura, homo verò noſtri ſimilis diſpenſatione; quando nimirum ſecundùm carnem ex muliere natus eſt.

Exod.c.10. Pſal 90. Pſal.44.

Chriſtus cõdidit Angelos vt Deus, inungitur autem Spũ ſancto vt homo.

Videte, ne fortè ſit in aliquo veſtrûm cor malum incredulitatis, diſcedendi à Deo viuo.) Si Chriſtum abnegantes, a Deo vero deſciſcimus; in fide verò, quæ in ipſum eſt, perſiſtentes, defectionis crimine nullatenus obligamur; quomodo Chriſtus non eſt Deus?

Cap.3.

Qui Chriſtum abnegant, a Deo viuo, & vero aberrant.

Si enim ſanguis hircorum & taurorum; & cinis vitulę aſperſus, inquinatos sãctificat, ad „
emũdationē carnis; quãtò magis sãguis Chri „
ſti, qui per Spiritũ ſanctũ ſemetipſum obtulit „
immaculatũ Deo, emũdabit cõſcientiã noſtrã „
ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo „
viuenti?) Si Chriſtus verus non eſt, quam, „
quæſo, vtilitatem illius ſanguis homini potuit adferre? aut quomodo conſcientias noſtras ab operibus mortuis potuit expiare?

Cap.9.

Quid enim vulgaris hominis ſanguis virtutis, aut efficacitatis habet, quod non etiam ſanguis hircorum? Nihil omnino: Hoc ſolum namque inter hunc & illum intereſt, quòd hic ſit animantis bruti, ille verò animantis ratione præditi. Verùm quia non purus quiſpiam homo, ſed naturalis Dei Filius carnem aſſumpſit, ſanguinemque ſuum pro omnibus profudit, factum eſt, vt credentes in ipſum valuerit emundare, denuoque ex mortuis operibus liberatos, Diuino cultui mancipare Deoque offerre.

Inter hirci & puri hois ſanguinem quantum ad expiandi vim attinet, perpauũ intereſt.

Cap. 10.

(Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur. Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.) Si Diuinæ legi contumeliam faciens, eandemue reijciens, non pari cum eo tenetur crimine, qui in hominem peccauerit, ſed longè grauiori (ſiquidem qui legem violaſſet, mortis ſupplicio mulctabatur; qui autem in hominem deliquerat; veniam interdum conſequebatur) quomodo igitur maiori pœna dignus cenſetur, qui Chriſti ſanguinem pollutum duxerit, eo, qui in Moſaicam legem peccatum admiſerat? Atqui grauiorem citra vllam controuerſiam promeremur. Cur ita? qui Chriſti ſanguis non vulgaris cõmuniſue hominis ſanguis eſt, ſed Dei, Verbum enim, quod carne ſe induit, Deus eſt.

Non pari mulctãtur ſupplicio, q in Deum & hominẽ cõmittunt.

Grauius delinquũt, q Chriſti, q̃ q Moyſi lege violant.

Cap. 12.

(Videte, ne recuſetis loquentẽ: Si enim illi non effugerunt recuſantes eum, qui ſuper terram loquebatur; multò magis nos, qui de cęlo loquentẽ nobis auertimus. Cuius vox mouit terram tunc; nunc autem repromittit Deus, dicens: Adhuc ſemel & ego moueho non ſolùm terram, ſed & cœlum.) Quis ille, quæſo, quem eùm in terrenis loquentem Iudæorum maiores aſpernarentur, graue ſibi periculum acciuerunt? an non clarum eſt, Moyſen hunc extitiſſe? At Chriſtus non de terra, ſed de cęlo eſt: Nam Verbum, quod de ſupernis eſt, & ex parte ortum eſt, homo ſimul & Deus erat. Grauius proinde ſupplicium debetur his, qui ipſum auerſantur, quàm qui Moyſen; nec iniuria: Quandoquidem vt Ioannes monet: (Qui de terra eſt, de terra loquitur,) hoc eſt, terrena & humana: (Qui autem de ſupernis venit, ſuper omnes eſt:) Hunc autem Chriſtum eſſe & fuiſſe, quæſtionem nullam habet,

Agg. 2.

Chriſtus nõ de terra ſed de cęlo eſt. Moyſes aũt de terra erat.

Ioan. 3.

Cap. 13.

(Chriſtus Ieſus heri & hodie, ipſe & in ſecula.) Verbũ, quod ex Deo gignitur, tunc demum Ieſu Chriſti appellationem ſortitum cõperimus, cùm ex muliere factũ eſt homo. Sed quomodo idem eſt heri & hodie & in ſecula? Non alia vtique ratione, quàm carnis, quam aſſumpſit, cum Dei Verbo cõiunctione, eiuſdemque ad vnum Filiũ reuelatione: Hac namque conſideratione, etiamſi, vt carne indutũ eſt, animo concipiatur, ſuam nihilominùs naturalem ſtabilitatẽ integram ſemper retinet.

Quomodo Chriſt⁹ heri & hodie & in ſecula ſemp idem.

EX PRIORI AD TIMOTHEVM.

Cap. 1.

(Paulus Apoſtolus IESV CHRISTI, ſecundùm imperium Dei, Saluatoris noſtri, & Chriſti IESV ſpei noſtræ Timotheo dilecto filio in fide.) Nomen hoc Saluator nulli alteri æquè, verè proprieque conuenit, ac vero naturalique Deo. Vnde Doctor noſter id nominis nunc quoque illi imponit. Atqui IESVS Chriſtus & Dominus & Saluator noſter eſt: Vocatus eſt enim Ieſus, nominiſque vim ac ſignificationem beatus Angelus exponens, ita ait: (Vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ.) Deus igitur eſt Chriſtus: Nã, iuxta Diuini Pauli doctrinã, (ipſe eſt Saluator oium hominũ.)

Saluatoris nomẽ Deo proprium.

Matth. 1.

EX EPISTOLA AD TITVM.

Cap. 2.

Apparuit gratia Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes omnem impietatem, & ſecularia deſideria ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectãtes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum ꝓ nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorem bonorum operũ.) Qualis, quæſo, gratia, aut cuius nam Dei gratia apparuit nobis, quæ omnibus hominibus ſalutaris exiuiſſe hoc loco prædicatur? Planum eſt, quòd illius Dei & Domini, qui, iuxta beatum Dauid, (apparuit, & illuxit nobis, cuiusq; glorioſam manifeſtationẽ de cœlis expectamus.) Magnus hic Deus, eſt ipſe Saluator noſter Ieſus Chriſtus, qui obtulit ſemetipſum pro nobis, quò ab omni peccato abſolutos germanos ſibi conſtituat adoratores. Cùm ergo beatus Paulus Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum magnum Deum prędicet, quis Emmanuelem verum Deum eſſe inficiari audeat?

Pſal. 117.

Paulo magnus Deus Chriſtus.

Quòd Chriſtus ſit Deus.

EX CANONICA EPISTOLA Iacobi.

Cap. 1.

Nolite errare, fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum.) Omne (inquit) datum optimum: Sanè bonum munus eſt Spiritusſanctus, patrandorumque miraculorum facultas per ipſum impertita. Cùm ergò Chriſtus Spiritumſanctũ Sanctis impertiatur, poteſtatemque vt Diuina miracula edant, iiſdemque largiatur; quomodo non eſt verus Deus?

Bonũ donũ eſt Spiritusſanct⁹, quẽ Chriſt⁹ impertit.

Subditi igitur eſtote Deo; reſiſtite autem Diabolo. Tollite iugum meum ſuper vos.) Cùm ij, qui Chriſti iugum in ſe tollunt, non alteri cuipiam ſubijciantur, quàm Deo; quomodo Chriſtus non eſt Deus?

Cap. 4. Matth. 11.

Qui Chri iugum ſuſcipiũt, Deo ſe ſubijciũt.

EX

EX PRIORI EPISTOLA PETRI.

1\. Pet. 1.

Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, Bithyniæ, ſecundùm præſcientiam Dei Patris, in ſanctificationem Spiritus, inobediẽtiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, gratia vobis & pax multipliciter.) Ecce ſecundùm Dei Patris præſcientiam Ieſu Chriſti Apoſtolum ſe nominat, ſuiq; Apoſtolatus rationem ediſſerens, ipſum in Spiritus ſanctificationem, in obedientiam, in ſanguinis Ieſu Chriſti aſperſionem perfectum eſſe prædicat. Cùm igitur, qui in ipſum credunt, ſanctificationis Spiritũ conſequantur (aſpergit enim ſuo nos ſanguine ad emundationẽ) qua tãdem ratione is Deus haberi non debet, qui proprio Spiritu ſanctificat, ſuoque ſanguine credentes in ipſum emũdat? Erat enim Deus in carne.

Chriſt⁹ ſuo ſanguine emundat, ſuoq; Spiritu ſanctificat.

Eodem capite.

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuã, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem, conſeruatam in cœlis.) Si Deus nos genuit in ſpem viuam & ſtabilem, effecitq; hoc ipſum Ieſus Chriſtus per ſuam ex mortuis reſurrectionem, qui fieri queat, vt Deus non ſit?

Chriſtus ꝑ ſuã ex mortuis reſurrectionem regenerauit nos in ſpẽ viuam.

Eodem capite.

De qua (inquit) ſalute inquiſiuerunt, & ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia ꝓphetauerunt, ſcrutantes, in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti.) En hic ruſum cùm Diuinitas, tùm ſanctus Spiritus quoque attribuuntur Chriſto. Deus igitur eſt, vt qui proprium habeat Spiritum ſanctum,

Chriſto Diuinitas & Spiritusſancti proprietas tribuũtur.

Cap. 2.

EX POSTERIORI EPISTOLA Petri.

Fuerunt autem & Pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eũ, qui emit eos, Dominum negãt.) Haud aliquo corruptibili pretio, auro, vel argento redẽpti ſumus, ſed pretioſo Chriſti ſanguine. Quare licet Deo viuo & vero ſeruiamus; redimenti tamen obſtricti hæremus. Cùm Chriſto igitur Domini titulum aſſignemus, ipſumq; verum Dominum eſſe non ignoremus, cur Deũ eſſe inficias ibimus?

Chrs & Dominus & Deus ex æquo eſt.

Cap. 5.

EX EPISTOLA IOANNIS.

Et ſcimus, qm̃ Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deũ, & ſimus in vero Filio eius.) Hic eſt verus Deus, & vita æterna, Dei Patris Verbum, ꝓut ſ̃m ſe nudè, & quaſi a Patre ſecretũ cõſideratᷣ, nõ appellatᷣ Chriſtus; Chriſti aũt Ieſu nomen tunc demũ ſortitũ eſt, cùm homo factum eſt. Cùm ipſe igitur verus ſit Deus, & vita æterna, quis ſecus ſentientes ferre queat?

Chriſtus eſt Dei Filius & verus Deus.

EX EPISTOLA IVDÆ.

Omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis, de cõi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis, deprecãs ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Domini noſtri gratiam transferentes in luxuriã, & ſolũ dñatorem, & Dñm Ieſum Chr̃m negantes.) Cùm incarnationis doctrinã vniuersè admittamus, quo modo, q ſemel crediderunt, Dñm nr̃m Ieſum Chriſtũ negare dicuntur? Sanè ſi alium Dei Patris Verbũ filiũ eſſe dixerimus; alium ruſus eũ, qui natus eſt ex muliere, vnum eſſe Dñm disertè inficiamur: Vnus.n. Dñs Ieſus Chriſt⁹, ſ̃m diſpenſatoriam cũ Dei Patris Verbo vnionem, humanitate illius ad Deitatis gloriam euecta. Vnus proinde eſt Chriſtus & filius, vnusque, vt ſemel dicam, huius vniuerſi Dominus.

Chr̃m Dominum negant, qui illum in aliũ & aliũ filiũ ſecant.

Commodè hæc accipiũtur, neq; n. humanitas ad Deitatis gloriã euecta eſt, ſed homo.

EX EVANGELIO MATTHÆI.

Cap. 1.

Hæc autem eo cogitãte, ecce Angelus Dñi apparuit in ſomnis ei, dicens: Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuam: Quod.n. in ea natũ eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet aũt filiũ, & vocabis nomen eius Ieſum: Ipſum.n. ſaluum faciet populũ ſuũ a peccatis eorũ.) Duo ſimul hoc loco ponit, quæ in Diuinã tm̃ naturã quadrãt, nõ etiã in humanã: Aſſerit namq; illum, qui ex Maria ortus eſt, eos oẽs, qui ſalutẽ ꝑ ipſum cõſequunt, populũ peculiarẽ habere, tũ ipſis eiſdẽ ruſum peccata ignoſcere. A qui Dei ſunt vniuerſa, ipſiusque ſolius eſt, peccatorum laqueis irretitos expedire. Is igitᷣ, qui ex ſacra Virgine natus eſt, Deus eſt, cuius nos peculiaris populus ſum⁹, quiq; è peccatorum vinculis pro ſua poteſtate nos eximit ac liberat.

Peccata cõdonare, peculiaremq; populũ poſſidere, ſoli⁹ Dei ꝓpriũ eſt.

Cap. 2.

Cùm ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ:) In Bethlehẽ Iudææ natus eſt, q ex Ieſſæa radice ortus eſt: Vñ Deus Pr̃ ꝑ quẽdã è ſacris vatib⁹ ita ait: (Et tu Bethlehẽ dom⁹ Ephrata nequaquã minima es, vt ſis in millib⁹ Iuda: Ex te.n. egredietᷣ, q regat populũ meũ Iſraël; & egreſſus eius ab initio à dieb⁹ æternitatis.) Quomodo Bethlehemita ille ab initio ſeculi egreſſus, hoc eſt, ſubſtantiæ principiũ ſortitus dr̃, cùm tñ in nouiſſimis ſeculi tpibus iſtic natũ eſſe cõſtet? Deus igitᷣ Chr̃s, ipſiusq; Diuini verbi antiqtas ĩ illũ cõuenit: Nã etſi ex muliere hõ naſci dignatus eſſet; Deus tñ erat.

Michææ 5.

Bethlehemita Chr̃s egreſſus æternus.

Cap. 3.

Ego (inquit) baptizo vos in aqua in pœnitẽtiam. Qui aũt poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare. Ipſe vos baptizabit in Spirituſancto & igne. Cuius ventilabrum in manu ſua eſt, & permundabit aream ſuam.) Haudquaquã humanæ naturę opus eſt, in Spirituſancto baptizare: Sed neq; ſpiritalem quoque aream,

Spiritalis Dei areahu manũ gen⁹.

hoc eſt, homines ætatem in terra agentes, hominis cuiuſpiam propriam eſſe facilè conceſſerimus: Eiuſmodi enim oĩa ſolius Dei ſunt; ipſiq; ſoli congruit, illos, qui credunt, in Spiritu ſancto baptizare. Atqui Chriſtus, qui ſm carnem incarnationiſve menſuram poſt Ioãnem veniebat, potenter iſthæc præſtabat; idẽque ſuam quoque aream permundaturus eſt olim. Verus itaq; Deus eſt Chriſtus.

Spiritu ſancto baptizare, non hominis, ſed Dei op' eſt.

Cap. 8.

Et ecce leproſus veniens, adorabat eum dicens: Dñe ſi vis, potes me mundare. Et extendens Ieſus manum tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et cõfeſtim mũdata eſt lepra eius.) Opus Diuinum moliri, non eſt vitium humanarum: Conuenit id autem in Principem omnium naturam, hoc eſt, Diuinam: Atqui Chrs eiuſmodi opera molitur; non eſt ergo nudus tantùm homo; quemadmodum nos, ſed Deus humanam naturam indutus. Quod de leproſo mundato hic dicitur, hoc de ſocro Petri, de ventis item & mari, deque vndis, quas increpare viſus eſt, dictum accipiatur. Quare diuini quoque illis diſcipuli animaduertentes, illum & mari & ventis imperaſſe, admirabũdi aiebant: Ecqualis nam hic æſt? Intelligebant enim, eiuſmodi opera patrare poſſe, rem eſſe, quæ omni hominis facultatem multis partib' ſuperaret. Chriſtus itaque, & Deus, & homo ſimul erat.

Diuinũ op' moliri, op' eſt non cuiuſuis, ſed Principis naturæ.

Matth. 8.

Dæmones rogabant eum, dicẽtes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum: & ait illis: Ite.) Omnibus prouidere, cunctaque conſeruare, ad quem, obſecro, ſpectat, niſi ad eum ſolum, qui ſm naturam Deus eſt? Hinc & Saluator quoq;: (Nonne, inquit, duo paſſeres aſſe væneunt, & vnus ex illis non cadit ſup terram, ſine Patre veſtro? Veſtri aũt & capilli omnes numerati ſunt.) En tantam rerum omnium prouidentiam habebat Chriſtus, vt abſque illius permiſſu, ne in porcorum quidem gregem poteſtatem exercere: immundis ſpiritibus integrum eſſet. At rogatus permiſit tandem, non tam vt illorum libidini morem gereret, q̃ vt nobis ſe omnibus tãquam Deũ ꝓuidere & præſidere, perſuaderet. Et quomodo tandem ille Deus non eſt, qui poteſtatem habet, quam in ſolum Deum cadere certum eſt; quique in omnia imperium ſortitus eſt? Tollit enim & conſeruat, quæ per ipſum condita ſunt, tanquam propria.

Omnia gubernare & cõſeruare, ſolius Dei eſt.

Matth. 10.

Nihil poſſunt dæmones, ne in porcos quidem, Chro inuito.

Chriſtus omnib' ꝓuidet ac pſidet.

Cap. 9.

Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa; operarij aũt pauci. Rogate ergo Dñm meſſis, vt eijciat operarios in vineam ſuam. Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorũ, vt eijcerent eos; & curarent omnem languorem & infirmitatem.) Nôrat, vniuerſorum Deũ, meſſis eſſe Dñm: Eius namque vtrumque eſt, & ipſa ſpiritalis area, hoc eſt, humanũ genus; & ipſa rurſum meſſis. Sed aduerte, cùm meſſis Dominum obſecrandum eſſe monuiſſet, mox ſeipſum eiuſmodi Dominum eſſe euidẽti argumento declarans, emiſit operarios, hoc

Cap. 10.

Areę & meſſis Domin' Chriſtus.

eſt, ſanctos Apoſtolos, quibus vt Deus poteſtatem contra immundos ſpiritus eſt impertitus: Neque enim humanæ naturæ facultatis eſt, Spiritusſancti vim, aut operationem alicui imperturi. Cùm eam ergo Dei Verbum, tametſi caro factum, hoc eſt, Chriſtus impertiat, quomodo Deus nõ eſt natura & veritate?

Chrs miſit Apoſtolos in meſſem & vineam ſpiritalem

Cap. 10.

Omnis ergo, qui me confitebitur corã hominibus, cõfitebor & eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Qui autem negauerit me corã hominibus, negabo & ego illum coram Patre meo, qui in cœlis eſt.) Non pauci ſanctorum ad Martyrij gloriam euocati, Chriſtumq; intrepidè confeſſi tormẽtis & morte abſumpti ſunt. Quæro aũt, num ob id martyricam coronam adepti ſint, quòd Chriſtum communem hominem eſſe conſtanter affirmarent? an ob id veriùs, quòd ſua eum confeſſione tanquam verum Deum venerarentur? Res eſt clara: Cõſtat enim, ad vnum omnes à martyrij gloria excidiſſe, Chriſtumque in die iudicij illos viciſſim abnegare comperturos eſſe, qui illum Deũ eſſe inficiati ſunt. Iam quo modo Deus is cenſendus non eſt, qui martyrij gloria eos afficit, qui, ipſum Deum eſſe, verè cõfitentur?

Diuinitatis Chri cõfeſſio martyres efficit.

Cap. 11.

(Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos.) Si Emmanuel verus Deus, vniuerſorumque Dominus nõ eſt, (ſoli enim Deo ſeruiunt omnia) cur ſuũ ille iugũ nobis imponit? Iugum & ipſa quoque lex appellata eſt. Verùm Chriſtus propriũ nobis iugum imponit, noſque obnoxios ſibi reddit, tametſi Patri ſubmittat omnia: Deus igitur eſt. Vnde vt omnia illi ſubiecta ſint, par eſt.

Soli Deo ſeruiunt oia.

Iugũ Chri eſt Chriſti lex.

Cap. 12.

(An non legiſtis in lege, quia Sabbathis ſacerdotes in templo Sabbathum violant? Et ſine crimine ſunt? Dico autẽ vobis, quia maior templo hic eſt.) Si Sacerdotes, qui Sabbathum profanant, ob id culpa vacant, quòd diuino cultui incumbant; quomodo cultus, qui Chriſto impenditur, miniſterio, quod Sacerdotes in templo obibant, præſtantior cenſetur? Atqui apertum eſt, eos, qui ſub lege viuebant in figura, & vmbra, & quaſi ad ſuper cœleſtium exemplum Deo miniſtraſſe. Iam ſi diuini illi Diſcipuli Chriſti ſectatores, ipſiq; miniſtrantes, ampliori honore & gloria potiti ſunt: Rurſum ſi miniſterium, quod Chriſto exhibetur, legali cultui multum antecellit, quomodo in ſobrij cuiuſquam cogitationem cadere poteſt, Chriſtum non eſſe verum Deum?

Nobilius eſt noui teſtamẽti miniſteriũ, legali cultu

Cap. 12.

(Etſi ego in Beelzebub eijcio Dæmones, filij veſtri in quo eijciunt? ideo ipſi iudices veſtri erunt.) Si in Chriſti nomine à Dæmonio vexatos diſcipuli curabant, (inuocabant enim nomen Ieſu Nazareni quomodo de vera illius Diuinitate ambigere fas eſt? Neque enim vlla omnino gloria, aut potentia humana ſat fuerit ad debellandum Satanam.

Satanæ vis maior quã ſit virtus humana.

Cap. 13.

Sicut ergo colligũtur zizania, & igni cõburuntur; ita erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent

de regno eius omnia ſcandala & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminũ ignis.) De Deo legimus: (Benedicite Domino, omnes Angeli eius:) Neque enim Angelus Angeli peculiũ eſt, ſed Dei ſunt omnia. Cùm ergo de filio hominis dicatur, quòd miſſurus ſit Angelos ſuos; Angeloſque & ſpiritus illos ſupremus, tanquam proprios miniſtros pleno iure poſſideat, euidens fit, illũ eſſe Deum.

Pſal. 102. Angeli Chriſtum ſuum eſſe Dominum agnoſcunt illiq; ad nutum ſeruiunt.

Cap. 16.

(Interrogabat diſcipulos ſuos: Quẽ dicunt homines eſſe filiũ hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autẽ Heliam, alij verò Hieremiam, aut vnũ ex Prophetis. Dixit illis Ieſus. Vos autẽ quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus ex Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cœlis.) Si Chriſtus cõis vulgariſue tantùm homo eſt, cur Petrus ſua confeſſione tantã excitauit admirationẽ? Q̃uo diuinitus perhibetur edoctus? Aut quanam ſuprena opus erat illi illuminatione, vt illud Chriſti myſterium caperet, aut panderet? Verùm quia Deum eſſe agnouit, viuentiſque Dei Filium eſſe prædicauit, ideo admirationi fuit: Neq; tamen duos confeſſus eſt filios, ſed vnum duntaxat.

Petrus admirationẽ excitauit, non quòd hoĩs, ſed ꝙ Dei Filium eſſe Chrm̃ ꝓfiteretur.

(Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſuis, cum Angelis ſuis.) En iterum cœleſtes Spiritus ſuos Angelos vocat; etiamſi hominis ſe filium eſſe non neget.

Hoĩs filius Angelos poſſidet, & Angelis imperat.

Cap. 17.

(Et cùm veniſſent Capharnaũ, acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerũt ei? Magiſter veſter nõ ſoluit didrachma? ait: Etiam, & cùm intraſſet in domũ, præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi videmur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum, à filijs ſuis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij.) Quomodo liberum, hoc eſt, à legis vinculo, tributique penſione immunem; nec nõ verumfilium ſe prædicat; ſi carnis & ſanguis ſecundùm hypoſtaticam vnionem particeps effectus, non eſt Deus? At dependit nihilominus didrachma tanquam legi obnoxius, cùm tñ vt filius, lege maior eſſet. Verùm vt homo eſt, nõ ſupra legẽ, ſed legi ſubiectus eſt: Nemo enim naturalẽ libertatẽ illi tribuat, niſi vt Deũ humana forma indutũ animo eũdẽ cõcipiat.

Chrs̃ diuerſa ratione ſupra legẽ, & ſub lege erat.

Matth. 21.

Chriſto omniũ noſtrũm ſeruatore Hieroſolymã aſcendente, pueri præeuntes, laudumque prçconia depromentes, (Oſanna filio Dauid, clamabant.) At hæc doxologia in ſolum Deum quadrat. Indignati autem Phariſæi in medium prorumpunt: (Audis, inquiunt, quid iſti dicunt? Ieſus autẽ dixit eis: Vtique: nunquã legiſtis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem?) Sed beatũ Dauid hoc loco audire operæpretium eſt, ait autẽ: (Domine Dñs noſter, q̃ admirabile eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra: Quoniam eleuata eſt magnificẽtia tua ſuper cœlos.) Ex ore infantiũ & lactentiũ pfeciſti laudẽ:) Pueri namq; magna exultatione acclamantes, aiebant: (Hoſanna filio Dauid.) Is porrò, cuius elogiũ decantabant, eiuſmodi laudem & acclamationem neutiquã repudiabat. Atqui beatus Dauid eam doxologiam non communi alicui homini tribuebat, ſed omnium Domino: Illius enim ſolius nomen vniuerſa terra demiratur, eiuſdemque magnificentia ſuper omnes cœlos tollitur. Quomodo ergo Chriſtus Dauidis ſecundùm carnem filius non eſt Deus?

Pſal. 7.

Hebræorũ pueri Chriſti diuinitatem qrt ſecretum diuini Spiritus illapsũ agnouerũt.

Cap. 25.

Cùm autem venerit filius homini in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo; tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.) Nũquid Chriſtus vt homo quiſpiam noſtri ſimilis pro tribunali ſedebit? aſtantibuſque omnibus vndequaq; ipſi Angelis orbem iudicabit? Qui iſtuc, obſecro, rationi eſt conſentaneum? An non ſcriptum eſt: Vnus eſt legiſlator, & iudex? Deus igitur eſt Chriſtus, qui pari cum Deo gloria pollens, thronumque iudiciarium obtinens, ac Angelos circunquaque aſtantes habens, in iuſtitia terrarum orbem iudicabit.

Orbem terrarum in iuſtitia & æquitate iudicare ſolius ſummi illius ſupremique legiſlatoris proprium eſt.

Iacob. 4.

Cap. 26.

Et Princeps Sacerdotum ait illi: Adiuro per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus Filius Dei viui: Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti. Veruntamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis ſedentem à dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.) Quomodo filius hominis à dexteris virtutis Dei ſedet? Planum eſt, Dei Verbum ita factum eſſe hominis filiũ, vt tamen Deus eſſe non deſierit: Manſit enim, quod erat. Hac igitur ratione generanti aſſidere, & in Diuinitatis gloria & maieſtate conſpicuum cerni dicitur, etiamſi factum ſit caro.

Quo ſenſu filius hominis à dextris virtutis Dei ſedere dicatur.

Cap. 27.

Ieſus autem exclamans voce magna, emiſit Spiritum. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſq; deorſum; & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt; & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, quæ dormierant, ſurrexerunt) Si Chriſtus communis erat homo; cur illo animam expirante, in ipſis elementis tanta accidit conturbatio? Sol enim, retractis radijs, diei tenebras effudit; terra ad hæc Dominum ſuum Iudæorum contumelijs indigniſſimè affectum conſpicata, diſrupta eſt; & ipſe tandem Infernus Sanctorum animas emittere compulſus eſt. Et cuiuſnam omnia hæc gratia fiebant? nonne Dei? Deus enim erat in carne, quo tam contumelioſè tractato, ipſa quoque creatura quodammodo ita & indignatione efferebatur.

Prodigia quæ Chriſto moriente acciderunt, ipſum verum Deum eſſe apertè teſtabantur.

Creatura Chriſto animam expirante commota.

EX EVANGELIO IOANNIS.

Cap. 2.

Ieſus autẽ nõ credebat ſemetipſum eis, eo ꝙ ipſe noſſet omnes, & quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine:) (De Deo ſcriptum extat.) Qui finxit ſigillatim corda eorum:) (Et ipſe alibi ait.) (Non celabitur à me omninò quicquam.) Si ergo Chriſtus omnia intelligit: & omnia, quæ ſunt in homine exactè nouit, vtpotè ſcrutans eorum corda & renes, quomodo non eſt Deus?

Pſal. 32.

Hier. 17.

Omnia, quæ ſunt in homine, exactè noſſe, Dei proprium eſt.

Ioan. 4.

Vos adoratis, quod neſcitis; nos adoramus, quod ſcimus, quoniã ſalus ex Iudæis eſt.) Audis, ſalutem ex Iudæis eſſe aſſerentem: atqui ſalutem præſtare ſolius Dei eſſe, demonſtratum eſt iam antè: Saluauit enim nos, non Princeps, non Angelus quiſpiam, ſed Dominus ipſe ſecundùm ſcripturas. At Chriſtus, qui ſecundùm carnem ex Iudæis natus eſt, Ieſu nomenclaturam ſortitus eſt. Ieſu autem nomen interpretatum ſalutem ſonat. Ipſe itaque Chriſtus eſt ſalus illa, quæ ex Iudæis profecta eſt. Quamobrem licet Verbum caro factum ſit, & ſemen Abrahæ apprehenderit: Deus nihilominùs cum aſſumpta carne permanſit.

Saluare, & a peccatis liberare ſolius Dei eſt.

Chriſtus eſt ſalus illa, quæ ex Iudæis eſt.

Cap. 14.

(Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horũ faciet; quia ego vado ad Patrem, & quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.) Ad Patrem ſe abire denuntiat, cùm tamen natura Filius ſit, ſolusque omnia impleat. Abſcedit itaque ſecundùm humanam naturam. At verò licet vt homo in cœlum aſſumptus ſit: vt Deus tamen ſupplicum vota ſe auditurum promittit, modò tamen in nomine Filius ſupplicauerint. Iã cui, quæſo, veriùs conuenit ſanctorum poſtulatis ſatisfacere, eorumque votis ac deſiderijs reſpondere: quàm ſoli, vero ac natiuo Deo?

Ad cœlos aſcendit, qui omnia implet.

Sanctorum vota & deſideria audire peculiare eſt Deo.

Cap. 15.

(Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, vt, quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.) En pari ſe cum Deo & Patre poteſtate pollere, pariàque eidem præſtare, poſſe nuſquam non inculcat. Dixerat enim: (Quodcunque petieritis in nomine meo, faciam:) nunc autem ait: (Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis) Nunquid ergo ſeorſum, & quaſi priuatim aliqua dilargitur Pater abſque Filio? aut Filius rurſum ſeorſum ſigillatimque pertitur nonnulla abſque Patre, ita vt à duobus Dijs præſtentur, quæ ſancti efflagitant? Abſit, abſit: Vnus enim eſt Deus Pater, & vnus item Dominus Ieſus Chriſtus: Diſtribuit nãque Pater ſua dona per Filium in Spirituſancto. Veruntamen & quaſi demiſſa poſtulatio fit per Ieſum Chriſtum. Porrò Domini Ieſu nomine accipimus & deſignamus Verbum hominem factum.

Chriſtus pari ſecum Patre poteſtate præditũ demõſtrat. Nihil dilargitur Pater abſq; Filio, neq; Filius abſq; Patre. Pater diſtribuit ſua dona per filiũ in Spirituſancto.

Cap. 16.

(In illo die me nõ interrogabitis quicquã: Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis; vſq; modò non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis: vt gaudium veſtrum ſit plenũ.) Hæc eandem penè ſententiam cum ſuperioribus habent: ſicut illa quoque, quæ mox conſequuntur: Ait namque: (In illo die, in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia ego à Patre exiui.)

Cap. 16.

Cap. 17.

(Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolũ Deum verum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtũ.) Si cum ſolius verique Dei cognitione Ieſu Chriſti cognitionem neceſſariò coniunctam conſociatamque eſſe oportet, & hoc ipſum æternam vitam conciliat: cui obſcurũ eſſe poteſt, Chriſtum verum eſſe Deum? Verbum ſanè caro factum eſt: ſed manſit interim Verbũ.

Vita æterna in vera huius Dei cognitione poſita.

Cap. 17.

Vt credat mundus, quia tu miſiſti. Et ego claritatem, quam dediſti mihi dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnũ.) Perſpicaci mentis oculo in rem propoſitam intendentes, quænã in ipſo abſtruſa lateant, diligenter exploremus. Qualem ita gloriã Filius à Patre accepiſſe ſe narrat, quam nobis deinde cõmunem fecerit? Sanè ipſe ab hac quæſtione nos liberat, dum ait: (Vt vnum ſint, ſicut & nos vnũ ſumus:) Nam etſi Dei Patris Verbum ſecundùm propriam hypoſtaſim alius à Patre eſſe dignoſcatur: naturali tamen identitate vnum & planè & idem eſt cum illo. At quo pacto Verbum illud vnum quoque nobiſcum factũ eſt? Ad eundem omnino modum, puta ſecundùm eſſentialem & naturalem identitatem.

Quo ſenſu vnũ efficiamur cum filio.

At cùm Diuina natura tantò à creatura diſtet interuallo, vt ſecundùm eſſentiam cũ ea coire nequaquam valeat: ecquo, inquis, modo ſecũdùm naturam vnũ ille factus eſt nobiſcum, qui omnem omnino creaturam excellit? Verbum factũ eſt homo, vt quemadmodũ, quod quidem ad Deitatis naturam ſpectat, vnum & idem eſt cum Patre: ità ſecundùm naturæ humanæ habitudinem ſit vnũ quoq; nobiſcum. Hac ergo ratione & nos quoque in vnitatem cum Deo redigimur.

Chriſtus eſt vnum nobiſcum, & vnum rurſum cũ Patre naturæ identitate.

Cap. 20.

(Cùm ergo ſero eſſet die illo, vna Sabbathorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati, propter metũ Iudæorũ: venit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.) Non immeritò dubitauerit hic quiſpiã ac dixerit: Si Verbum poſt reſurrectionẽ perinde ac ante venerandã crucẽ corporeũ erat, quõ cõcluſis foribus in medio diſcipulorũ ex inſperato apparuit? Ad hoc rñdemus, Diuina virtute factũ id eſſe. Par eſt autẽ, vt Pauli dictũ hoc loco in mentẽ reuocemus: ait is verò: (Itaque nos ex hoc neminẽ nouimus ſm carnẽ: etſi cognouimus ſm carnẽ Chriſtũ: ſed nunc nõ nouimus.) Sanè poſt reſurrectionẽ ex mortuis, diſpenſationis myſterio, pp qđ carnẽ ſalubriter aſſumpſerat: iã perfectò, Diuina virtute & poteſtate vtebatur familiariùs, q̃ naturę humanæ infirmitate, vt qui iã veluti opportuno tpe, per ea potiùs, quàm per exanimationis cõditiones agnoſci voluerit.

Diuina virtute Chriſtus per clauſũ oſtiũ ſe immiſit.

2. Cor. 5.

Poſt reſurrectionẽ Chriſtus Dñs Diuina virtute vtebatur familiariùs quã carnis infirmitate.

Cap. 20.

(Et cùm hæc dixiſſet, inſufflauit, & dixit: Accipite ſpiritum ſanctum: quorũ remiſeritis peccata, remittũtur eis: & quorũ retinueritis, retenta ſunt.) Quicquid hic factũ memorat', hoc totũ Diuinũ magnaque cõſideratione dignũ eſt: Primò namq; nõ erat humanæ naturæ opus, p exufflationẽ Apoſtolis Spiritũ ſanctũ infundere. Deindè maius quiddam ſublimiusq; eſt, q̃ qđ in creaturã cadat, tantã illis pote-

Per exufflationem Spiritũſanctũ.

impertiri, nõ eſt opus humanę naturæ, multo verò minùs peccata cõdonare, vel retinere.

poteſtatẽ, & vim potuiſſe impetiri, vt quorũ vellẽt peccata retinere, & quorũ rurſus viſum eſſet, relaxare poſſent. At cur corporeo flatu impertit Spiritumſanctũ? ideo nimirũ, vt carnem a Verbo non alienam, ſed propriam illius extitiſſe intelligamus. Adde externam illam per carnis miniſterium exufflationem in his, qui, vt Spiritusſancti participes fierent idonei erant, Diuinæ quoque virtutis opus declaraſſe.

EX EVANGELIO LVCÆ.

Cap. 1.

Angelus Dei Zachariæ de ſancto Baptiſta
» hæc exponit: Et erit gaudium tibi, & exulta-
» tio, & multi in natiuitate eius gaudebũt: Erit
» enim magnus coram Domino, & vinum &
» ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebi-
» tur adhuc ex vtero matris ſuæ, & multos filio-
» rum Iſrael cõuertet ad Dominũ Deũ ipſorũ.)

Ioan. 1. Luc. 3.

Rurſum cum Iudæi ex ipſo eodem Ioanne ſciſcitarentur: (Tu quis es? Reſpondit ille: Ego
» vox clamantis in deſerto, parate viam Domi-
» ni, rectas facite ſemitas eius.) Tandem ipſe-

Angel², Zacharias, & Ioannes Baptiſta diſertis verbis teſtimonium perhibent Diuinitati Chriſti.

met Zacharias de proprio filio vaticinans, ita fatur: Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis: Præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius: Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem peccatorum eorum:) Ille nanq; Chriſtum anteibat, eiuſdemque factus præcurſor, vt viam illi præpararent, annuntiabat; & Propheticum nihilominùs oraculum de illo edens, ad eũ, qui iuſtificare pôt peccatis obnoxios, hoc eſt, Deũ cõuertebat. Et adhuc dubitamus, fueritne Deus Chriſtus?

Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabi
» tur: Et dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid
» Patris eius. Et regnabit in domo Iacob in ęter
» num, & regni eius non erit finis.) Nunquid
» hominis noſtri ſimilis imperio ꝑpetuò citra vllam interruptionem prememur, aut Imperatori potiùs Deo in Chriſto & per Chriſtũ ſubditi erimus? Aſſumitur hic autem ad iſtuc

Pater per filium regnũ obtinet.

munus non tamquam extraneus quiſpiam Mediator, aut filius; ſed tamquam verus filius; per quem Deus Pater in omnes omnino regnum obtinet. Quòd ſi ita res habet, Deus ergo eſt Chriſtus.

Cap. 1.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomo-
» do fiet iſtud, qm̃ virum non cognoſco? Et re-
» ſpondens Angelus dixit illi: Spiritusſanctus
» ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obũbra-
» bit tibi; ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctũ,
» vocabitur Filius Dei.) Nũquid is, qui arcana inexplicabiliq; Spiritusſancti operatione ex ſacra Virgine formatus & natus eſt, ſola appellatione filius erat? an verus potiùs naturaliſque Dei filius, & Deus creditus eſt? Verbũ

QuiSpiritu ſancti operatione ex Virgine natus eſt, non ſolo nomine Dei, fili² eſt, ſed re & nõie ſimul.

proinde ſecundùm hypoſtaſin carnem factũ, hoc eſt, carnem per Spiritumſanctum ex ſacra Virgine ſumpſiſſe, eamque ꝓpriam ſibi feciſſe cogitetur: Hac nanque rõne, qui verus Deus ſit, haud difficulter deprehendetur.

Cap. 1.

Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Ma-
riæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius, »
& repleta eſt Spiritusſãcto Elizabeth, & excla- »
mauit voce magna, & dixit: Bñdicta tu inter »
mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et »
vnde hoc mihi, vt veniat mater Dñi mei ad »
me?) Interna Dei energia & vi Prophetiæ do- »

Prophetia eſt donum Dei.

nũ obtingere alicui poteſt, ſecus nequaquã. Cùm igitur ſalutatio ſacræ Virginis Marię, Ieſum per id tempus in vtero adhuc geſtantis, Ioannẽ maternis viſceribus adhuc incluſum

Ioãnes Prophetæ munus obijt, intra matris viſcera adhuc hæres.

ad Prophetiam promouerit, quomodo Chriſtus non eſt Deus, qui intra virginea clauſtra etiamnum latitans, vi quadam Diuina ad ꝓphetiæ gratiam Baptiſtam euexit?

Cap. 2.

Nunc dimittis ſeruum tuum Dñe, ſecun-
dùm verbum tuum in pace: Quia viderũt ocu »
li mei ſalutare tuum: Quod paraſti ante faciẽ »
oĩum populorum, Lumen ad reuelationem »
Gẽtium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.) Simeõ »

Simeon iuſtus agnonit, Mariæ filium eſſe verum naturalemq; Deum.

Ieſum inter vlnas cõplexus, eiuſmodi de ipſo eulogia depromebat. At quomodo ſalutare eſt? aut quo pacto Lumen ad reuelationẽ Gẽtium eſt, ſi vnus & ſolus verus Filius & Deus non eſt? Qui quidem ſecundùm Diuinam naturam natus eſt ex Patre, tanquam Verbum, ſecũdùm carnem autem ortus eſt ex Virgine, vt homo. Quæ rurſum reuelatio facta eſt Gẽtibus, ſi de ipſo non cognouerunt, quia Deus eſt, quodq́ue Diuinum cultum illi impendentes, in ea crimina non incidant, in quæ illi incidere ſolẽt, qui alteri Deo, quàm vni illi, qui natura & veritate Deus eſt, ſeruiunt?

Cap. 5.

Vt cognouit aũt Ieſus cogitationes eorũ, re
ſpondẽs dixit ad illos: Quid cogitatis in cor- »
dibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere; Dimit- »
tunt tibi peccata tua, an dicere: Surge ambu- »
la? Vt aũt ſciatis, quia filius hoĩs poteſtatẽ ha- »
bet in terra dimittendi peccata: tũc ait paraly »
tico: Tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, & va »
de in domũ tuã.) Si ſolus vniuerſorum Dñs a »

Solus Deus peccata per ſe expiat.

delictis nos expiat, nec in vllũ alium iſtuc cõuenit, & Chriſtus non abſque Diuina authoritate hoc ipſum præſtat, qui fieri pôt, vt Deus nõ exiſtat? Nã etſi Verbum, quod ſ̃m carnem ex muliere natum eſt, filij hoĩs appellatione deſignetur: nihilominùs tamen Deus eſt.

Cap. 7.

In ipſa hora aũt multos curauit à languori
bus ſuis, & plagis, & ſpiritibus malis: & cæcis »
multis donauit viſum. Et reſpondens dixit il- »
lis: Euntes renuntiate Ioanni, quæ audiſtis & »
vidiſtis, quia cæci vident, claudi ambulant, le- »
proſi mundant, ſurdi audiunt, mortui reſur- »
gunt, pauperes euangelizant, & beatus, quicũ- »
cunque nõ fuerit ſcandalizatus in me.) Factis »

Prophetæ Chriſtũ admirabiliũ operum patratorẽ fore ꝓdixerãt. Eſa. 35.

Diuinorũ planeq; admirabiliũ operũ patratorẽ Chriſtus ſe eſſe demõſtrãs, q̃ per Prophetæ vocem quondam de ſe prædicta fuerãt, in memoriam reducit: Dixerat enim Eſaias: (Cõfortamini, manus remiſſæ & genua ſoluta.)

Cap. 40.

Mox verò quaſi digito ꝓtenſáve manu Em- »
manuelẽ oſtendens, ita ait: (Ecce Deus noſter:
ecce Dñs cum fortitudine veniet, & brachium

cum

Cap. 25. cum dominatione.) Dicit idem & alio quoque loco: (Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient; tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & expedita erit lingua balbutientiũ.)

Cap. 26. Addit præterea: (Tunc ſurgent mortui, & reſurgent, qui in monumentis ſunt: Nam ros, qui à te, ipſis ſanitas eſt.)

Cap. 61. (Rurſum idem in perſona Chriſti, ita ait;) (Spiritus Domini ſuper me, cuius cauſa vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, & prædicare captiuis remiſſionem, & cęcis viſus apertionem.) Cùm ergo prophetarum oracula tanquam fidei, quæ ipſi debetur, argumentum probationemq́ue abducat, ipſiq́ue Prophetæ, Deum illum eſſe, liberè prædicent, quis his contraria aſſerere audeat?

Prophetæ Chriſtum Deum fore prędixerant.

Luc. 8. Cùm diſcipuli tempeſtate in ſtagno iactarentur accedentes ſuſcitârunt eum dicentes: (Præceptor perimus. At ille ſurgens increpauit ventum, & tempeſtatem aquæ, & ceſſauit, & facta eſt tranquillitas.) Dauidica voce eiuſmodi oraculum de Chriſto editum erat:

Pſal. 88. (Tu dominaris poteſtati maris, & motum fluctuum eius tu mitigas, Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundaſti.) Cùm in illum igitur, qui maria ſedeat, omnium rerum Dominum eſſe, proprios cœlos poſſidere, orbem terrarum eiuſdemq́; plenitudinem poſſe fundare, propriè conueniat; quis Chriſtum, qui cum autoritate maribus & ventis imperat, verum Deum eſſe ambigere queat.

Cui mare & venti ad nutum obediunt, is Diuinitatis expers eſſe nequit; at Chriſto hæc omnia ad nutum obtemperant.

Cap. 8. (Rogauit illũ vir, à quo Dæmonia exierãt, vt cum eo eſſet. Dimiſit autem Ieſus, dicens: Redi in domum tuam, & narra, quanta tibi fecerit Deus. Et abijt per vniuerſam ciuitatem prædicans, quanta illi feciſſet Ieſus.) In Geraſinorum regione curauit Ieſus immaniſſimè a Dæmonio vexatum, qui etiam, vt vitam ſibi cum eo agere deinceps liceret, obnixè efflagitabat. At verò quamuis eum ſanâſſet, ſpiritusq́ue eieciſſet; iubet tamen, vt domum ſuam repetat, quantáque ſibi feciſſet Deus enarret. Operabatur itaque Chriſtus tanquam verus Deus: Neutiquam enim dicere fas eſt, Prophetarum, aut ſanctorum Apoſtolorum more Diuinę gratiæ inſtrumentum extitiſſe: Ipſe nanque propria hoc eſt, Diuina virtute Satanam conterebat. Quin & illius quoque nomine Dæmonia ſanctis Apoſtolis ſubijciebantur. Atq; hoc ipſum ne illi ipſi quidem diffitebantur.

Chriſtus non edebat miracula more Prophetarum aut Apoſtolorum, ſed propria virtute.

Luc. 10.

Cap. 8. De Principis Synagogæ filia aiebat Chriſtus: (Nolite flete: Non eſt mortua puella, ſed dormit.) Nunquid igitur mentitus eſt? abſit: Verum enim dixit. Modum autem huius exponit Paulus his verbis: (Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum:) Siquidem quicunque aliquando victuri ſunt, illi Deo viuunt. Mortui proinde, hominibus mortui ſunt, verùm naturæ illi viuificæ, hoc eſt, Diuinæ minimè. Verax itaque eſt, dum vt Deus de puella: (Non eſt mortua ſed dormit;) enuntiat.

Mortui, hominibus mortui ſunt, non Deo: Deo enim viuũt omnia, quę quãdoque, victura ſunt.

Cap. 22. Idem cum Apoſtolis ſermonem conferens, ita aiebat: (Quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Ego autẽ in medio veſtri ſum, tanquam qui miniſtrat.) Obſerua hic, quod ad id attinet, quod in Deitatem, Dominicæq́ue gloriæ maieſtatem conuenit, in miniſtrorum ordine cenſeri, tantùm non auerſatur recuſatq́ue. Veruntamen propter humanam naturam miniſterium honorat: (Ait enim: Ego in medio veſtri ſum, tanquam qui miniſtrat.) Etſi ergo inter miniſteria vltro ſeſe dimiſerit; attamen vt Dominus vniuerſæq́ue creaturæ famulatu honoratus, vt Deus ipſe eſt, qui recumbit.

Chriſtus miniſtrat, vt homo; recumbit vt vniuerſorũ Dominus.

Cap. 22. Ieſus igitur ait illis (nempe Sacerdotũ Principibus, ab illo, Chriſtúſne eſſet, ſciſcitãtibus:) Si vobis dixero, non credetis mihi: Si autem interrogauero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris Dei.) Si filius hominis ſedet a dextris Dei; quo modo Chriſtus ſummo illo throno decoratus eademq́ue cum Patre autoritate præditus, non eſt Deus? Neq; enim cum vero naturalique Deo productitia natura conſidêre aliquando poteſt. Conſidet autem cum eo filius hominis. Deus ergo eſt, Deo nimirum Verbo ſecundùm vnionis diſpenſationem incarnato.

Sedere ad dexteram virtutis Dei nõ eſt puri hominis.

Quod Chriſtus eſt vita & viuificus.

EX PRIORI AD CORINTHIOS.

cap. 10. Vt prudentibus loquor; vos ipſi iudicate, quod dico Calix benedictionis, cui benedicimus, nõ nne cõmunicatio ſãguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, omnes quidem de vno pane, & de vno calice participamus.) Si Chriſti caro hominis tantùm caro foret, quod quidem ad propriam naturam illius ſpectat, nequaquam viuificaret. Sed neq; vulgaris quoque hominis ſanguis vllam omnino per ſe, & ſecundùm ſe viuificẽdi vim habet. Atqui cùm ſoli Deo conueniat vitam illi impertiri, quod vitæ ſpiritu deſtituitur, corpus autem Chriſti, & pretioſus illius ſanguis viuificent; cui dubiũ eſſe poteſt, quin Deus ſit Chriſtus? Hinc nanque corpus illius habet, vt ſit viuificum. Quòd ſi vt homo per ſe, ac ſeorſum mente concipiatur, qui ſola Chriſti appellatione decoratus ſit, nudamq́ue Filij perſonam ſuſtineat; quomodo corpus illius poſſet eſſe viuificum? Planum eſt ergo, vnde Chriſti corpus habeat, vt viuificare valeat.

Chriſti corpus & ſanguis viuifica ſunt. At id nõ ex ſe, ſed vt Verbo vnita ſunt.

Chriſti caro vim viuificandi trahit ex Verbo, cui hypoſtaticè vnitur.

Cap. 15. Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem; nouiſſimus Adam in Spiritum viuificantem;) (rurſum:) Primus homo de terra terrenus, ſecũdus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginem

ginem terreni, portemus & imaginē cęleſtis. Hoc autem dico fratres, quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt; neque corruptio incorruptelam poſſidebit.) Subiungit reliqua: (Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.) Primus homo factus eſt in animã viuentem: Egebat enim tanquam figmentum Dei viuificantis gratia. At vero nouiſſimus Adam, hoc eſt, Chriſtus, quòd vt Deus, vita externa non indigeret, factus eſt Spiritus, qui vitam in nos transfundit. Atqui viuificandi facultas propria eſt Diuinæ naturæ poſſeſſio. Et primus quidem homo de terra erat terrenus; ſecundus autem, licet ex muliere ortum traheret, de cœlo venerat: Quamuis enim Verbum, quod de ſupernis, hoc eſt, de cœlo eſt, & ex Deo Patre natum eſt, homo factum ſit; nihilò tamen ſecius de cœlo fuit. Rurſum vt nunc, dum corruptionis & mortis vinculis adhuc conſtringimur, terreni imaginem geſtamus; ita olim incorruptionem iam induti cœleſtis imaginem portabimus. Atqui incorruptio bonum eſt naturalis Diuinitatis proprium. Cæterùm mortui tum demum immutati ſunt, incorruptibileque induit incorruptionem, cùm vnigenitus humano more natus, mortalitatem tranſtulit in immortalitatem; & corruptionem primùm transformauit incorruptionē in ſemetipſo: Hac enim ratione nobis ipſis quoque via ad vitam patefacta eſt.

Viuificãdi facultas ꝓpria Diuinæ naturæ poſſeſſio.

Verbũ vtcunque homo factum ſemper è ſupernis eſt.

Incorruptio bonũ eſt diuinitatis ꝓpriũ.

EX POSTERIORI AD Corinthios.

Cap. 1.

(Sed ipſi in nobis ipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos.) Si mortuorum exuſcitatio in eum, qui natura Deus eſt, maximè conuenit, propterea quòd ſolus ſic vita ſit & viuificus; Chriſtus autem reſurrectionem, & vitam dedertè ſe ſe appellet, eundemque mortuos exuſcitaſſe, certò conſtet; quis, & verum Deum, & vitam ſecundùm naturam eſſe, ambigat?

Chriſtus vita, reſurrectio Deus.

EX EPISTOLA Ad HEBRÆOS.

Cap. 2.

(Quia ergo pueri communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit iiſdem, vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt, Diabolum.) Æquè ac nos, qui inter filios Dei cenſemur, carnis & ſanguinis Dei Verbum particeps factum eſt; quo nimirum proprium corpus in mortem contradens, ipſum denuo tanquam qui ſuapte natura vita & Deus exiſtat, vitæ reſtituat. Nam quo modo mortis imperium deſtructum eſt, ſi corpus, quod vitæ naturæ, hoc eſt, Verbi Dei proprium erat, in mortem prolapſum, iterum exuſcitatum non eſt?

Mors morte deſtructa eſt.

Quòd Ieſus Chriſtus vnus ſit Filius & Dominus.

EX PRIMA CATHOLICA Ioannis.

Cap. 1. Vita.

(Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus & manus noſtræ cõtrectauerunt, de Verbo vitæ, & manifeſtata eſt, & vidimus & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam; quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.) En illum, qui fuit ab initio, vitaque æterna, hoc eſt, Dei Patris Verbum, oculis ſe vidiſſe, manibusque contrectaſſe teſtatur: Cùm tamen Verbum, quod ex Patre procedit, ſua natura aſpectum fugiat, tangique nequeat: Siquidē quod corpore vacat, id ſub tactionem non cadit. Verbum itaque incarnatum oculis vidiſſe, & manibus contrectaſſe ſignificat. Quare licet Verbum caro factum eſt; vnus tamen eſt Filius, vnus Deus, vnus Ieſus.

Qui fuit ab initio & inaſpectabilis, homo factus ſit aſpectabilis.

Corporis expers ſub tactionem non cadit.

Quòd fides tendat in Chriſtum, tanquam in Deum.

EX PRIORI EPISTOLA PETRI.

Cap. 1.

(Qui per ipſum fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo.) Atqui Chriſtus paſſim, vt fidei obiectũ per ſanctos Apoſtolos annuntiatur; imò ipſemet alicubi ita ait: (Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.) Cùm ergo fides in Deũ feratur, & Chriſtus: In me credite; dicat; quomodo planum non eſt, ipſum eſſe Deum;

Ioan. 6. Fidei obiectum Chriſtus Deus. Merces fidei in Chriſtum vita æterna.

EX PRIMA EPISTOLA Ioannis.

Cap. 3. Exigitur fides in Chriſtum, vt in Deũ verũ, & viuum.

(Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine Filij eius Ieſu Chriſti.) Si à Dei Patris voluntate alienum non eſt, vt in nomine Filij eius Ieſu Chriſti credamus; ſi fides rurſum, quæ à nobis exigitur, depoſcit, vt in eum credamus, non tanquam in hominem nudum noſtrique ſimilem, ſed tanquam in Deum viuum & verum; euidens profectò euadit, Chriſtum eſſe Deum.

4. Cap. 4.

(In hoc cognoſcitur Spiritus Dei. Omnis Spiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtũ in carnem veniſſe, ex Deo eſt: Et omnis Spiritus, qui ſoluit Ieſum; ex Deo nõ eſt; & hic eſt Antichriſtus, de quo audiuiſtis, quoniã venit, & nunc in mundo eſt.) Confitemurne ergo, Chriſtum Ieſum veluti hominē quempiam noſtri ſimilem? an potiùs Dei Verbũ factũ eſſe carnē? Nõ quòd Diuinitatem exuerit, aut repudiarit: (Conſtanter enim manſit, quod erat) ſed quòd humanam naturam aſſumpſerit;

at iſtuc

at iſtuc extra controuerſiam eſt. Quisquis igitur Chriſtum Diuinitatem illius inficiatus, diuidit, eiusdemque gloriam & maieſtatem diminuit. hic Antichriſti ſpiritum hauſiſſe aperte conuincitur.

Qui Chriſtum diuidit, Antichriſti ſpiritum hauſit.

Et oos vidimus & teſtificamur, quoniam Pater miſit Filium ſoum, Saluatorem mundi. Quisquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet: & ipſe in Deo.) Vnigenitũ Dei filium, hoc eſt, Verbum, quod naturaliter ex Deo procedit, à Deo, & Patre miſſum agnoſcimus: Id ipſum autem tum demum Ieſum appellatum fuiſſe aſſeueramos, cùm diſpenſatoriè ſecundùm carnem ex muliere naſci dedignatum noo eſt. Dei itaq; Verbum homo factum eſt. Et ſi quis illud ita affectum profitetur; is Deum in ſe manentem habet, & ipſe viciſſim in Deo manet: Recordabitur enim illius, ac veluò ſocietate quadam cõiunctum inter familiares numerabit: At qui ipſum Dei Patris verbum in humanam naturam ſe demiſiſſe non confitetur; ille neque Deum obtinere, neq; per ſpiritalis familiaritatis modum vlla ratione in ipſo conſiſtere poterit.

1. Cap. 4.

(Verbum eſt Ieſus appellatum, poſteaquàm homo factum eſt.

In Deo manere nõ poteſt, qui Verbum incarnatũ negat.

Omois, qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo oatus eſt.) Qui igitur id non credit, is inter Dei filios haberi nequit: Nam ſi iis omnibus, qui Filium recipiunt, poteſtatem facit filios Dei fieri, vt Euangeliſta teſtatur; conſequens fit, ſi, qui illum non recipiont, eos inter Dei filios cenſeri non poſſe, vt qui eum, per quem hoc ipſum eſſe licebat, non agnoſcant.

1. Cap. 5.

Qui Chriſtum nõ recipiunt inter Dei filios cenſeri non poſſunt.

Ioan. 1.

Quis eſt, qoi vincit mundum, niſi qui credit, quooiam Ieſus eſt Filius Dei? Hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſt⁹; non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine. Et Spiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas: Quoniam tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cœlo: Pater, Verbum & Spiritusſanctus; & hi tres vnum ſunt. Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra: Spiritus, aqua & ſanguis; & hi tres vnum ſunt.) Mundum itaque vincit, qui credit, Ieſum eſſe Filium Dei. Porrò aotem quiſnam Ieſus ille ſit, id diſcipulus illius eiuſmodi verbis oobis exponit: Ipſe eſt (ioqoit) qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſos Chriſtus.) Vtrunque aſſerit in ſanguine, nimirom, venire, & Spiritu; & tres rurſum vnum eſſe. Verbum itaqoe factum eſt caro; qood, vt Spiritu nos ſanctificat, ita ſanguine nos expiat, & aqoa munda nos abluit. Vnus proinde omnino eſt Filius, cuius & Spiritum, & aquam & ſanguinem proprium eſſe dicimus.

Cap. 5.

Chriſtus venit per aquam & ſanguinem & Spiritũ; & quidem Spiritu nos ſanctificat, ſanguine expiat, aqua abluit.

Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: Quoniam hoc eſt teſtimooium, quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de Filio ſuo. Qui credit in Filium; habet teſtimonium Dei in ſe. Qoi non credit Filio, mendacem facit eum; quia non credit in teſtimonium, quod Deus teſtificatus eſt de Filio ſuo.) Et Spiritu & voce Pater filio teſtimonium perhibuit: Nam verum illum eſſe Filiũ, hoc ipſo teſtatum nobis fecit, quòd hoc illi impertitus eſt, quo ex ſe Spiritumſanctum, patrandorumque miraculorum vim Sanctis dilargiri poſſet. Atque huc vtique tendebat, quãdo: (Ille me clarificabit;) aiebat. Quin & alio quoq; modo teſtimonium eidem perhibuit: Siquidem in Iordane eioſmodi elogio illum clarificauit: (Hic (ait) eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.) Qoicunque igitur diuiſione inducta eum, qui ex muliere oatus eſt, verum Dei Filiom eſſe negant; (Filij autem nomen illi ſoli nudoque Dei Verbo aſſignant) ij omnes Patrem mendacem faciunt; vt qui Verbum incarnatum eſſe euidenter oſtenderit in Iordane. Quo etiam tempore Spiritus, & quòd Deus eſſet, & quòd verus Filius eſſet, diſertè teſtatus eſt.

1. Cap. 5.

Pater & voce & Spiritu Filio teſtimonium perhibuit.

Ioan. 16.

Matth. 3. 17.

Patrem & Spiritum ſanctum mendaces faciunt, qui Chriſtũ verum Deum eſſe inficiantur.

Quòd Chriſtus ſit vita.

EX EVANGELIO MATTHÆI.

De Archiſynagogæ filia ſcriptum extat, quòd turba eiecta, ingreſſus Ieſus, tenuerit manum puellæ, eandemq́oe exuſcitârit. Cur, quæſo, dum poellæ vitam reſtituit, nõ fuit contentos verbo, vt in Lazari exuſcitatione, ſed manum præterea illius apprehendit? nempe, vt oſtenderet, corpus ſnom viuificum eſſe: Erat enim corpus vitæ. Quam ob rem vnio Verbi cum carne naturalis & vera, non ſecundùm ſolam perſonarum coitionem, vel nudom fauorem, aut ſimplicem voluntatum concordiam, aut aliam eiuſmodi coniunctìonem, vt quidam imperitè ougantur.

Cap. 9.

Ioan 11.

Contactus corporis Chriſti viuificus erat; & quare.

Vnio Verbi cum carne, vera & naturalis extitit.

EX EVANGELIO IOANNIS.

Operamini non cibum, qui perit, ſed qui manet in vitam æternam; quem Filius hominis dabit vobis: Hunc enim Pater ſignauit Deus.) Cibum nobis impertitus eſt Filius hominis manentem in vitam æteruam; nimirũ ſuam carnem: Eſt enim ea viuifica. Iam qoomodo is Deus oon eſt, qui per propriam carnem viuificare poteſt, quique Deo & Patri per omnia æqualis eſt? Hoc enim, niſi fallor, inſinuat, dum à Deo obſignatum ſe pronuntiat: Etenim obſignationis vocabulum expreſſam vtriuſque ſimilitodinem indicat: Quemadmodum enim, ſi quis aureum, aut alterius cuiusuis materiæ ſigillum ceræ impreſſerit, totam omoino ſigilli illius effigiem indocit: Ita Deus Pater quoque expreſſam, conſpicuam, eſſenoialemq́ue naturæ ſuæ figuram in Filio habet. Atqoe iſtuc eſt, quod ſe à Patre obſignatum affirmet.

Cap. 6.

Filius impertit nobis ſuam carnem in cibum.

Caro Chriſti viuifica.

Obſignationis vox ſummam Patris & Filij ſimilitudinem indicat.

EX EVANGELIO LVCAE.

Exuſcitauit Chriſtus Lazarum, tum Archi-

Ioan. 11.

ſynagogæ

ſynagogæ quoq; filiam & vidnæ filium. Quis ergo neget, quin vita ſecundùm naturam exiſtat, vt qui non tantùm verbo, ſed ſuæ quoque manus conttactu mortem perterrefaciat. Erat enim conſentaneum, imò verò omnino neceſſarium, vt corpus illius eſset viuificum, qui vita erat ſecundùm naturam.

Math. 5. Luc. 7.

Chriſtus & voce & tactione mortuos excuſcitat.

Quòd CHRISTVS per fidem ſit propitiatio,

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap. 3.

Quem (de Chriſto ſermo eſt) propoſuit Deus propitiatoeem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter eemiſſionem præcedentium delictorum, in ſuſtentatione Dei. ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempote; vt ipſe iuſtus, & iuſtificans eũ qui eſt ex fide Ieſu Chriſti.) Si talia ratione illos expiare non poterat Chriſtus, qui peccato, & maledictioni, & mortis ſupplicio obnoxij tenebantur, niſi ſanguinem ſuum in præcedẽtium peccatorum remiſſionem profunderet; quo modo vt Verbum caro fieret, neceſsarium non erat? nempe, quò proprio, hoc eſt, ſuæ ipſius carnis ſanguine omnes, qui in ipſum crediturí erant, iuſtificaret?

Chriſtus ſanguine proprio peccata noſtra expiauit.

Oportuit Chriſtum incarnari.

Quòd per Chriſti ſanguinem redempti, Deoq́ue reconciliati ſumus.

EX PRIORI AD CORINTHIOS.

Cap. 1.

Ex ipſo autem vos eſtis in Cheiſto Ieſn, q fa ctus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio, & redemptio, vt(que madmodum ſcriptũ eſt) qni gloriatur, in Domino glorietur.) In Chriſto itaque, & per Chriſtum redempti, & ſanctificati, & ſapientes facti ſumus. (Omne autem datum optimum, & omne donum perfectum „de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, hoc eſt Deo. Cùm ergo Chriſtus ſapientiam, & ſanctificationem, & eedemptionem nobis impertiatur; quomodo non eſt Deus?

Per Chriſtũ redempti, ſanctificati, & ſapientes facti ſumus.

Iacob. 1.

Quòd per Chriſti ſanguinem redempti ſumus.

EX EPISTOLA PETRI PRIMA.

Cap. 1.

Scientes, quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis; ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati: Redempti enim ſumus, Chriſti proprium pro nobis corpus impendente, At ſi vt homo vulgaris mente concipiatur; quomodo illius corpus vitæ omnium æſtimationem ac dignitatem exæquat? Si autem Deus erat carne indutus, qui vndequaque dignisſimus eſt; ſanè cumulatiſſimum per illius ſanguinem pretium pro totius mundi ſalute impenſum eſt.

Chriſti vita plurimum, mortalium omnium vitæ præſtabat.

Chriſtus cumulatiſſimè pro totius mundi peccatis ſatisfecit.

Quòd Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap. 5.

Commendat charitatem ſuam Dens in nobis; quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum; rurſum: Si enim, cùm inimici eſſemus, reconciliati ſnmus Deo per mortem filij eius; multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.) Si mundus propter præcedentium delictorum condonationem, quæ Deus tolerauerat, aliter quàm per Chriſti ſanguinẽ & mortem, Diuina diſpenſatione ſalutaritee ſuſceptam, ſaluari nequibat, per Chriſtum autem ſalutem conſequemur; quomodo incaenationis modus, Dei Patris Verbo neceſſarius non erat? quò illos nimirum, qui in ipſum crederent, per ſanguinem ſuum iuſtificaret, Patriq́ne per corporis ſui mortem reconciliaret: Atque ita tandẽ omnes ſimul cum ipſo vitam adipiſceremue.

Neceſſarium erat mũdo incarnationis myſterium.

Cap. 6.

An ignoratis fratres, quia quicunque baptizau ſumus in Chriſto Ieſu, in mortem ipſius baptizati ſumus: Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem; vt qnomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.) Si eos, qui paſſim in teeris degũt, Chriſto p̃ Baptiſmũ in mortẽ cõſepeliri omnino neceſſum eſt; vt quemadmodum ille ex mortuis reſurrexit, ita & nos quoque in nouitate vitæ ambulemus, tanquam ſimul cum eo, qui noſtri cauſa mortuus, & a mortuis rurſum excitatus eſt, mortui & excitati; profectò non abſque ſumma vtilitate ac neceſſitate Verbum incarnationis myſterium patrauit, carniq́ue & ſanguini communicauit; quò videlicet ſimul cum illo, qui ſecundùm carnem mortuus & reſuſcitatus eſt, & nos quoque moriamur & reſurgamus.

Chriſtũ ſalutis noſtræ cauſa pati reſurgere operæpretium erat magnum.

Cap. 6.

Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. In eundem ſenſum & iſthuc quoq; exponas: Quoniam quidem per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.) Chriſtus ſecundus Adam appellatus eſt. Vt autem peimus Adam nos deiecit in mortem & corruptionem; ita ſecundus Adam nos prouexit ad vitam; non vt homo communis noſtri

1. Cor. 15.

Vt primus Adam generat ad mortẽ; ita ſecundus ad vitam.

cauſa

cauſa mortem perpeſſus, ne illo mortui maneamus, ſed vt Deus incarnatus: Per carnem namque paſſus eſt vt homo; vt dum propriũ templum Diuina virtute exuſcitat, & nos ſimul quoque cum illo exuſcitemur.

Cap. 3.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

Deut. 21.

Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui pendet in ligno) vt in Gentibus benedictio fieret Abrahæ in Chriſto Ieſu; vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.) Iam vel hinc perſpicias licet, Chriſti mortem mundo ſalutatem extitiſſe: Nam maledictum noſtri cauſa factus, crucem ſuſtinuit, nec non ex ligno pependit, quò mundo peccatis expiato, Abrahæ benedictio per eiuſdem Chriſti ſanguinem Gentibus obtingeret, hoc eſt, vt Gentes, iuxta promiſſionem Abrahæ factam per fidem iuſtificarentur, noſque per fidem Spiritum promiſſum obtineremus. Cùm igitur Chriſti mors legis maledictionem è medio ſuſtulerit & Gentibus rurſum Abrahæ benedictionem, hoc eſt, gratiam per fidem pepererit, & tandem Spiritusſancti gratiæ participes nos reddiderit; neutiquam exiſtimare debemus, mortem illius vulgatis cuiuſpiam hominis mortem extitiſſe. Quin id potiùs ſtatuere nos decet, nempe Verbum incarnatum mortem in carne pro mundo pertuliſſe, eiuſque perpeſſionem ad omnem hominum redemptionem abunde ſat fuiſſe.

Crux Chri legis maledicto ablato benedictioné nobis attulit.

Mors Chri ad omniũ hominum ſalutẽ abũde ſat erat.

Cap. 2.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti: Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua; legem mandatorum in decretis euacuãs.) Quòd ſi eos, qui procul aberant, ob id nimirum, quòd paſſim per mandatum errabundi diuagarentur, ætatemque in impietate agerent, ſanguis Chriſti propè adduxit; quomodo Verbi incarnatio, quæ & diſperſa in vnum collegit; & longè aberrantes Deo reconciliauit, & duos populos in vnum nouum hominem per carnem illius redegit, generi humano non erat neceſſaria? Exhibitus eſt hic enim in eorum liberationem, qui peccatis abſtricti tenebantur, omniaque per ipſum Deo & Patri inſtaurata ſunt. Lex præterea vetus, quod fides in Chriſtum multò illa ſit excellentior, per eundem quoque abolita eſt. At quo modo lex fidei cedit, ſi in Chriſtum tanquam in verum Deum non credimus?

Chri ſãguis duos populos in vnũ redegit, eoſque q. procul aberant, prope adduxit.

Omnia per Chriſti ſanguinem inſtaurata, & innouata ſunt.

Cap. 10.

EX EPISTOLA AD HEBRAEOS.

Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti; corpus autem aptaſti mihi; holocauſtomata, & pro peccato, tibi nó placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio; in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.) Chriſti itaq; perpeſſio mundo ſalutem peperit. Verùm operæ pretium eſt cognoſcere, ecquiſnam ille ſit, qui in mundum ingreditur: Quandoquidem modis omnibus hunc extra mundum quandoq; extitiſſe oportuit. Quomodo ergo, qui extra mundum agebat, ingreſſus eſt in ipſum? Sanè licet Vnigenitus ſuapte natura vniuerſam mundanã hanc machinam excedat vt Deus; in mundum tamẽ tanquã par illius rectè ingreſſus dicitur, quãdo homo factus eſt: In hac enim forma ſacrificio pro nobis oblato, ſponteq; ſemetipſo contradito, ab interitu terrarũ orbẽ vindicauit.

Qui in mũdo erat, in mundũ ingreditur p naturæ noſtræ ſuſceptionem.

Cap. 13.

Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.) Quo pacto, quæſo, promiſcui hominis ſanguis ſanctos nos aliquando efficeret? At Chriſti ſanguis ſanctificauit nos. Diuinus eſt itaq;, nó ſimpliciter humanus: Deus enim erat in carne, ꝓprio nos ſanguine emundans.

Cõis hominis ſanguis neminem ſanctificat.

EX EPISTOLA AD TIMOTHEVM.

1. Tim. 2.

Vnus enim eſt Deus, vnus & mediator Dei & hominum, Ieſus Chriſtus, qui redemptionem dedit ſeipſum pro omnibus.) Salutaris citra controuerſiã Chriſti mors vniuerſo mundo extitit: Attamen ſi Chriſtus ſuapte natura Deus non eſt, quomodo ipſe ſolus toti mundo liberando ſat eſſe potuit? At, qui ſolus ſuper omnes eſt, omnium cauſa mortem perpeſſus, ſolus pro omnibus ſatisfecit, Deus itaque eſt, qui propria carnis morte, mortem à mundo profugauit.

Chriſtus toti mundo liberãdo ſat eſſe nõ potuit, ſi Deus non fuit; at toti abũde ſat fuit.

EX CATHOLICA PETRI.

1. Pet. 3.

Quia Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem Spiritu. In quo & his, qui in carcere erant Spiritibus veniens prædicauit; qui increduli fuerant aliquando.) Multi ex ſanctis Prophetis interempti ſunt; at nemo illorum omnium, aut peccatorum noſtrorum cauſa oppetijſſe, aut ſua nos morte Deo obtuliſſe, aut ſpiritibus, qui in carcere detinebantur, prædicaſſe dictus eſt; præſtitit hoc antè Chriſtus: Per ipſum quoque, & in ipſo redempti ſumus, ipſiuſque mors terrarum orbi ſalutem attulit. Mortem itaque pro nobis ſubijt, non vt homo quiſpiam noſtri ſimilis, ſed vt Deus carne indutus, qui corpus ſuum pro mortalium omnium vita obtulit.

Nemo ſanctorum omniũ, noſtri cauſa mortem oppetijt, aut ſua nos morte Deo reconciliauit.

1. Cap. 4.

Chriſto igitur paſſo in carne.) Cùm Chrs ſit verus Deus, rectè ſapienterque diſcipulus carne illum paſſum affirmat: Hac enim oratione naturã illam immenſam, in quam nulla perpeſſio cadit, ab omni perpeſſione eximit.

Dei Verbum non in ſeipſo, ſed in ſua carne paſſum eſt.

Sua

Sua igitur carne paſſus eſt: Nam Dei Verbum ſecundùm ſe nullius perpeſſionis capax eſt. Chriſtus proinde Deus eſt, qui quidem, ſecũdùm Diuinam naturam, pati minimè poteſt, ſecundùm humanam autem poteſt.

EX EVANGELIO IOANNIS.

Cap. 12.

Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primùm; ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia hęc fuerãt ſcripta de eo;) & infrà: (Ieſus autem reſpondit, dicens: Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, niſi granũ frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructũ adfert.) Nulli dubium eſt, vniuerſum mundũ, Emmanuele mortẽ illius cauſa ſuſtinente, ſeruatum eſſe. At iure interim quæri poteſt, quomodo gloriam per mortem cõſecutus fuerit, cùm ea res apertæ cuiuſdam infirmitatis eſſe videatur. Vnde etiam contempta ignominia ad mortem vſque obediens fuiſſe legitur. Dices forſan, illum per reſurrectionem glorificatum eſſe: Rectè, inquam: Vera enim eſt hæc doctrina; ſed Diuinane virtute renixit, an humana? Arbitror equidẽ, Diuina. Cùm ipſum ergo Dei Verbum carne paſſum dicitur, nullo pudore ſuffundamur: Gloriam enim eamque Deo conuenientiſſimam rei exitus ſortitur.

Heb. 12. Philip. 2.

Gloria Chriſti emicuit, nõ in morte, ſed in reſurrectione

Quòd Ieſus Chriſtus vnus ſit Dei Filius & Dominus.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap. 7. 8.

Igitur ego ipſe mente ſeruio lege Dei, carne autẽ legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecũdùm carnẽ ambulant: Lex enim Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis: Nã quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus Filiũ ſuum mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui nõ ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundùm ſpiritum.) Depugnant, aperto inter ſe Marte, caro & ſpiritus, hoc eſt, prudentia carnis inſitarumque nobis illecebrarum ſenſus, & ſpiritalis vitæ facultas: Nã etſi Diuina lex ad boni cupiditatem nos inuitet allectetque; carnis tñ concupiſcentia ad cõtrarium nos ſemper vrget. At hæc rixa per Chriſtum nunc demũ dirempta eſt: Quandoquidem peccati lege per illum labefactata, lex ſpiritus regnũ obtinet. Qua iſthuc autem de cauſa? (Miſit Deus Filiũ ſuum in ſimilitudinẽ carnis peccati, vt peccatum condemnet in carne.) Qui ergo fieri poteſt, vt Verbi incarnatio nõ ſummam mundo vtilitatem attulerit: Per hanc namq; peccatũ, quod in carne noſtra graſſabatur, condemnatum eſt. Quòd ſi Verbum caro factũ non eſſet, res noſtræ omnino proſtratæ inemendatæq; manſiſſent; atq; adeò lege peccati impulſi morem geſſiſſemus carni, nullo in nobis impetũ illius retundente, aut refrenante. Neceſſariam proinde extitiſſe dicimus hypoſtaticã carnis cum Verbo vnionem. Perſonarum autẽ inter ſe copulam, vt & ſolam quoq; voluntatum cõcordiam, & aliam qualemcunq; ſimplicẽ coitionẽ, quã quidã ſtatuunt, meritò reiicimus.

Perpetua & quidem naturalis inter carnem & ſpũm pugna.

Carnis & ſpiritus pugna p Chriſtũ dirępta.

Cap. 8.

Si Verbum caro factũ non eſſet, res noſtræ perpetuo inemendatæ manſiſſent.

Nõn perſonarum, ſed naturarum inter ſe facta eſt Vnio

Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiã proprio Filio nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quo modo non etiam cum illo omnia nobis donabit?) Si Deus Pater propriũ Filiũ illum ipſum nimirum, qui ex propria illius ſubſtantia ortus eſt, pro nobis donauit; ergo corpus, quod mortem ſuſtinuit, proprium illius erat, qui ſecundùm carnem paſſus eſt (nã ſecundùm Diuinitatis naturã pati nõ poterat) aliàs enim, qui ſecundùm ſe pati nequit, diſpenſatoriè mortem perpeſſus dici nõ poteſt. Proinde qui vnum in duos diſpertiunt, aperto impietatis crimine ſeſe conſtringunt: Quãdoquidẽ ſi is, qui paſſus eſt, eſſet homo per ſe, & ſecundùm ſe diuiſim, & nõ ipſummet Dei Verbum carnis trabea indutum; Pater proprium pro nobis Filium nequaquam dediſſet.

Cap. 8. Pater illum ipſum Filiũ nobis donauit, quẽ ex ſua propria ſubſtantia genuit.

Impij ſunt omnes, qui Chriſtum diuidunt.

Quis accuſabit aduersùs electos Dei? Deus, qui iuſtificat. Quis eſt, qui condemnet? Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt; imò qui & reſurrexit; qui & eſt ad dexteram Dei; qui etiam interpellat pro nobis.) Si Chriſtus per fidem iuſtificat, ſolus autem Deus eſt, qui iuſtitiæ donum præſtat; conſequens fit, incarnatum Verbum verum eſſe Deum. Rurſum ſi idem illud Verbum, tametſi mortuum & reſuſcitatum, ad dexteram Patris ſedet, eademque cum illo gloria & maieſtate pollet; corpus itaq; aſſumptum illius proprium erat: Nam etſi factum eſt caro; haud ſecus tamen in ſuſcepta carne cum Patre regni ſolium obtinet, ac verus naturaliſque Filius.

Cap. 8.

Chrs iuſtificare nõ poteſt, & Deus non eſſe.

Non poteſt homo pati cũ Deo poteſtate pollere, & Deus non eſſe.

Quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis aſcendit in cęlum? id eſt, Chriſtũ deducere. Aut quis deſcendit in Abyſſum? hoc eſt, Chriſtum à mortuis reuocare. Propè eſt Verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc eſt Verbum fidei, quod prædicamus: Quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quòd Deus ſuſcitauit illum à mortuis, ſaluus eris: Corde enim creditur ad iuſtitiam; ore autem fit confeſſio ad ſalutem.) Si ſecundùm quorundam opinationem Chriſtus eſt homo tantùm deifer, ſola perſonali copula Dei Verbo coniunctus; qui fieri poteſt, vt in illum tanquam in Dominum credentes, eiuſdemque ex mortuis reſurrectionem profitentes, eiuſmodi fide iuſtificemur: Fides enim iuſtificans in Deum tantùm fertur. Neceſſarium eſt ergo, vt Dei Verbum ſecundùm hypoſtaſin humanæ naturæ vnitum profiteantur:

Cap. 10.

Non poſſumus fide in Chrm ferri, & de illius Diuinitate ambigere.

Verbũ vnitũ eſt carni ſecundum hypoſtaſin.

Ad hunc enim modnm vnum Chriſtum, tanqnam naturalem Dominum confitentes, veluti in Deum credentes, iuſtificationis beneficium conſequimur.

Cap. 14.

Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur: Siue enim viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus: In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt viuorum ſimul & mortuorum dominetur.) Idem Apoſtolus alibi illos, qui ex Gentibus conuer ſi fuerant, ita alloquitnr: (Nunc autem cùm cognouetitis Deum, imò cogniti ſitis à Deo; quomodo iterum conuertimini ad infirma & egena elementa mundi, quibus denuo ſeruire vultis?)

Gal. 4.

Per fidẽ in Chriſtũ ab egenis veteris legis elementis liberamur & in Dei viui ſeruitium trãſferimur.

Per fidem ergo in Chriſtum ab elementorũ ſeruitute liberati, in Dei viui & veri ſeruitiũ tranſlati ſumus. Quòd ſi Chriſtus mortuus eſt, vt viuorum & mortuorum ex æquo dominetur; ipſiſque tanquam viuo & vero Deo viuamus; quomodo neceſſarium non erat, vt Verbum cũ carne verè vniretur? In Ipſa namque mortem perpeſſum, cùm in viuos, tum in mortuos quoque imperium obtinuit.

EX PRIORI AD CORINTHIOS.

Cap. 10.

Bibebant enim de ſpiritali cõſequente eos petra, petra autẽ erat Chriſtus.) Nomen Chriſti tunc demum inditum eſt Emmanueli, quãdo ex ſacra Virgine originem duxit. Quomodo ergo petra eſſe poterat, quæ populũ Iſraeliticum in de ſerto potarat? Scripturam ſacram vnum duntaxat Filium vnumque Chriſtum agnoſcere, extra quæſtionem eſt. Verbũ itaque, poſteaquàm carnem ſuſcepit, ſpiritalis Petra effectum eſt; interim propter diſpenſationis nouitatem, propriæ naturæ antiquitatem non abiecit.

Nouitas carnis, Diuinitatis antiquitatem nõ ſuſtulit.

EX POSTERIORI AD Corinthios.

Cap. 5.

Itaque nos ex hoc neminem nouimus, ſecundùm carnem, Et ſi ſecundùm carnem cognouimus Chriſtum; ſed nunc iam non nouimus.) Quid eſt, obſecro, quod Paulns hic ait? Nunquid Chriſtum poſt reſurrectionem inficiatur? Nonne illum ſecũdùm carnem reſuſcitatum, cumque eadem illa carne in cœlum profectum norat? Ecquis iſtuc illũ ignoraſſe dicere audeat? Qualem namque in cœlum aſcendiſſe, ac olim inde rurſum venturũ ſciebat, talem & in illo qnoque exiſtere neutiquam ignorabat. Quomodo igitur Filium ſecundùm carnem ſe noſſe negat? Quoniam ſimulatqne ex mortuis reuixerat, ſatius erat, ex Diuina eminentia illum & noſſe & profiteri, quàm ex carnis infirmitate: Etenim diſpenſationis myſterio, nec dum expleto, ſecũdùm carnem prædicabatur, quò nimirum Vnigenitus caro factus crederetur: At verò Sacramẽtò hoc iam conſummato, præſtabat ex Diuinitate illum agnoſcere & profiteri, quàm ex carnis humilitate & exinanitione. Vnus itaque eſt Chriſtus & Filius & Dominus.

Quo ſenſu Paul⁹ Chriſtum exuſcitatum ſecundum carnem amplius nõ cognouerit.

Cap. 8.

Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis.) Si Chriſtus eſt tantùm homo; ſecundùm veram autem cum Dei Verbo vnionem, non opulentus vt Deus, quomodo factus eſt egenus? Quales tandem ſunt opes naturæ humanæ. An non omni homini dicitur: (Quid habes, quod non accepiſti? Verùm hic cùm diues eſſet, vtpote Deus, factus eſt egenus:) Siquidem Verbum paternum, quod verè diues erat, humanæ naturæ humilitatem diſpenſatoriè veluti propriam in ſe transſerens, factũ eſt inops. Vnus ergo eſt CHRISTVS & filius, qui quidem diues eſt vt Deus, pauper verò eſt, quia, vt nos per ſe locupletaret, homo factus eſt.

Omnis homo ſuapte natura miſer & inops. 1. Cor. 4.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui ſuſcitauit eum à mortuis.) An non Deum incarnatum, vnumque vtrobique Filium & Dominum, Diuinorùm myſteriorum inter pres, per hæc nobis inſinuat? Quid planiùs enim dici poteſt, quàm ſe non ab homine, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum miſſum eſſe? Quid ergo? Nunquid illum, quem vniuerſo orbi anuuntiarat, hominem eſſe ignorabat? Nequaquam; norat vtique hominem eſſe, at nõ hominem ſolum; ſed Dei Verbum hominem factum: Neque Deum rurſum in homine cognitum, ſed, ſalua per omnia Deitate, hominem re ipſa effectum. Cùm ergo ſe non ab homine, ſed per Ieſum Chriſtum miſſum dicat, quis dubitet, quin Chriſtum Ieſum verum Deum eſſe ſtatuat? Quanquam illum perinde ac nos carni communicaſſe, certò ſciat. At maluit interim illum per diuinam illius ſuper omnes excellentiam, quàm per exinanitionis menſuram exprimere.

Apoſtolus Paulus ſe a Ieſu Chſo ad Apoſtolatus mun⁹ vocatũ norat, eũdẽq; hoĩem eſſe non ignorabat, & tã nõ ab hoĩe, neque p homĩnẽ ſevocatũ affirmat; Chrm ergo Deũ eẽ, certo ſciebat.

Cap. 4.

Cùm eſſemus paruuli, ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis; miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus.) Qnem, quæſo, Deus Pater ex muliere ortum, legique ſubiectum miſit? An non congruè reſpondetur, digneque cogitatur, cum miſiſſe, qui ita ex muliere ortus, legique factus eſt obnoxius, vt id tamen eſſe non deſineret, quod ante carnem & ſanguinem ſuſceptum erat? Res plana eſt: Etenim Dei Patris Verbum ſecundùm carnem natũ eſt ex muliere: Ille rurſum, qui, vt Deus, legis erat Dominus, factus eſt legi ſubiectus, quo illorum fratrem ſe declararet, qui legis vinculo tenebantur adſtricti: Hac vna namque ratione in filios cooptati ſumus: Certum eſt enim,

Si Dei Verbũ ex muliere natũ nõ eẽt, nos illi⁹ fratres euadere nõ potuiſſem⁹, quia ſecundum naturam Deus & filius exiſtit.

enim, ſi is legi obnoxius factos ooo eſſet, aut ortum ex muliere non traxiſſet, nos illius fratres euadere non potuiſſe, qui ſecundùm naturam Deus & Dñs eſt. Quia verò vtrunque effectus eſt, nos quoque per ipſum, hac tanta re potiti ſumus: Atq; huius euidentẽ demõſtrationem habent, quæ beatus Apoſtolus ſtatim ibi adiungit: Ait eoim:) Quoniam autẽ eſtis filij, miſit Deos Spiritum Filij ſui in corda veſtra, clamãtẽ: Abba Pater.) Iá quomodo illius Spiritus, qui ex moliere natus eſt, & ſub lege factus eſt, & Filij Spiritus, & ſanct⁹ Spũs eſt; ſi Chriſtus Deus, & vnus, & Filius non eſt?

Per Verbi incarnationem conſecuti ſumus adoptionẽ, Verbiq; cognationem. Cap. 4.

Spiritus ſanctus eſt Filij Spiritus.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Cap. 4.

Vnus Dominus, vna fides, vnũ Baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus oobis. Vnicuiqoe aotẽ noſtrûm data eſt gratia ſecúdùm menſuram donationis Chriſti; propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quòd aũt aſcendit, quid eſt, niſi quia deſcendit, primùm ad inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia). En quanta rurſum claritate & euidentia, quantaque ſapientia & energia Apoſtolicus ſermo hoc loco oſtendat, Verbo per diſpenſatoriam voionem cum humana natura coeunte, vnum tantùm abſolotũ eſſe Chriſtum, vnum cooſtitutum eſſe Dominum; atque adeò vnum eſſe ſolum, verum naturalemque Filium, ex vtroq; quaſi conflatum; neq; hoc non optimè: Nam niſi vnus tantùm ſtatuatur Filius; quomodo vnus erit Dominus? aut vna fides, aut vnom bapoiſma? Si enim duo ſont Filij, duo neceſſariò erunt Domioi, & duplex rurſum fides; & duplex tandem Baptiſma. Quòd ſi ita res habet, in vtrum horum, quæſo, credidimus, aut in vtriusnam nomine baptizao ſumus? Atqui vnos tantùm eſt Dominus, vna fides, vnum Baptiſma. Perſpicuum fit ergo, vnum ſoſum eſſe Filium, etiamſi Vnigenitus humanam originem, perinde ac oos, expertus ſit. Rurſum ecquiſnam ille eſt, qui vel in altum aſcendit, vel ad inferiores terræ deſcendit? Haud alius ſanè quiſpiam, quàm ille ipſe Voigenitus: Hic enim ſecundùm humanam naturam deſcendit, ſeſeque ad exioanitionem demiſit, ac humiliauit, factus obediens vſq; ad mortem. Aſcendit autem caroe indutus ſoper omnes cœlos, vt impleat omnia.

Ex duabus naturis vn⁹ conſtitutus eſt Chriſt⁹, vnus ſolùm Dominus.

Si duo ſunt Filij, duo erunt Dñi, eondemq; Baptiſmi.

Si nõ vn⁹ eſt Filius, aut Chrs, aut Dñs, neque vna quoq; erit fides, nec vnum Baptiſma.

EX EPISTOLA AD Philippenſes.

Cap. 2.

Hoc eoim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm io forma Dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualẽ Deo; ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens; in ſimilitudinem hominum factus, & habitu iouentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum; & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omoe nomen, vt in nomine Ieſo, omoe genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Et omois lingua confiteatur, quia Domious Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei Patris.) Audis hic, quomodo Verbum, quod in Dei forma exiſtebat, & Deus erat, neuóquam rapinam arbitratum dicat, æquiparare ſe Deo. Verùm enimuerò licet naturalem cum Deo Patre æqualitatem obtineret; attamen ſerui forma, hoc eſt, hominis natura ſuſcepta ſemetipſum exinaoiuit, ſpecieque noſtra ac ſimilitudine arrepta, ſeipſum humiliauit. Poſteaquàm verò crucem ſuſtinuit, rurſum exaltatum dicit, datumq; illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ita vt omoe genu ipſi iam incuruetur, omniſq; lingua eundem confiteatur. Sed qua, quæſo, ratione, qui in forma & qualitate Dei exiſtebat ad exinanitionem ſe demiſiſſe, iterumq; exaltatus perhibetur? An non euidentiſſimum hoc Chriſti Sacramentum eſt? Enimuerò cùm ſecundùm naturam Deus eſſet, factus homo noſtri ſimilis, io humilitatem abiectionemque deſcendit: Rurſum autem cum carne & in carne ad gloriam ſuam redijt. Ceterùm ipſa exaltatio ooo conuenit in Verbi naturam, ſed in ipſam carnis diſpenſationem. Vnus eſt itaque Chriſtus Deus in natura humana, & cum narura humana, id ipſum, quod antè erat, vſque permanens.

Incarnatũ Dei Verbũ Patri p oĩa, & in omnibus æquale p crucẽ & morte humiliatũ, at reſurrectionem verò & ad cœlos aſſumtionem denuo exaltatum eſt.

EX PRIORI AD Coloſſenſes.

Cap. 1.

Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Saoctorum, in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum Filij dilectionis ſuæ; in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum: Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: Quoniam io ipſo condita ſunt vniuerſa, io cœlis & in terris; viſibilia & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominatiooes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt ante omnes, & omoia in ipſo cooſtant, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnib⁹ ipſe primatũ tenẽs: Quia in ipſo cõplacuit omnẽ plenitudinẽ Diuinitatis inhabitare, & p eũ recõciliare oĩa io ipſo, pacificans per ſanguioẽ crucis eius, ſiue quæ io terris, ſiue quę in cœlis ſunt.) Ecce hic illũ rurſum ioaſpectabilis Dei imaginẽ appellat; Thronóſq; Principatus & Dñatiooes cõdidiſſe, omniaque in ipſo, & per ipſum cõſtituta eſſe, apertè affirmat; tũ corporis qoouque Eccleſię caput, primogenitũq; ex mortuis eũdeio prędicat. Ec quis amabô, imago Dei, vni-

Eccleſiaſtici corporis caput Chriſt⁹, idemq; mortuorũ primogenitus.

Omnia per Chriſtũ cõdita, cõſtituta, & inſtaurata.

Verbum in ſua, non in alterius carne mortem oppetijt & reſurrexit.

uerſorumq́ue conditor eſt, niſi ipſemet Vnigenitus Dei Filius? qui vnus quoque factus eſt mortuorum primogenitus; quippe qui in ſua ipſius & non in alierius cuiuſpiam carne mortem oppetiji. Quare vnus eſt Chriſtus Deus ſimul & homo.

EX EPISTOLA AD HEBRÆOS.

Chřs naturalis rerum omniũ Dominus; idẽ & hæres quoq; eſt.

Pſalm. 2.

Multifariàm multiſq́ue modis olim Deus loquẽs Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula.) Vnigenitum Dei Verbum vnà cum Deo Patre naturalem rerum omnium Dominum eſſe, hactenus citra controuerſiam creditum eſt. At quia caro factum eſt, hæredis quoque appellationem ſortitum eſt: Dictum eſt namque ad illud, tanquam ad hominem noſtri cauſa noſtri ſimilem effectum: (Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam.) Veruntamen per ipſum, tanquam per Deum, propter humanam naturam hæredis vocabulo appellatum, ipſa quoque ſecula condita dicuntur. Quæ ſanè res non alio ſpectat, quàm ad Verbi antiquitatẽ, hoc eſt, ſimplicem eiuſdem æternitatem. Vnus itaque eſt Chriſtus, & Filius; idem Deus ſimul & homo.)

Cap. 1.
Verbum incarnatũ ſuo ſanguine peccata nr̃a expiat, omniq; creaturæ, etiam vt homo eſt, plurimum præſtat.

Qui cùm ſit ſplendor glorię, & figura ſubſtantiæ eius, portanſq́ue omnia Verbo virtutis ſuæ, & purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis; tantò melior Angelis effectus, quantò differentius nomen præ illis hæreditauit.) Qua, quæſo, ratione, ſplendor ille glorię, paternæq́; ſubſtantiæ character, hoc eſt, Vnigenitus Dei Filius, qui naturaliter ex illo procedit, peccatorum expiationem faciens (dubium autem nullum eſt, quin per proprium ſanguinem) ad Patris dexteram conſidere, ipſiſq́; Angelis excellentior factus prædicatur? An non ſecundùm naturam Diuinitatiſque eminentiam longè excellit omnia? Sanè idem omnino, vt Deus, paternæq́; ſubſtantiæ figura & ſplendor inaſpectabilem illam creaturam longè excellit; vt ſimul autem homo eſt, ſanguine ſuo peccata noſtra expiat. Vnus itaque eſt Filius & Dominus.

Cap. 2.
Chřs ſanctificat, & ſanctificat, ſed diuerſa ratione.
Suapte natura ſanctũ ſanctificatione nõ indiget; p gratiam autẽ ſanctũ, ſuã ſanctimoniã in alios transfundere non põt.

Qui ſanctificat & qui ſanctificantur ex vno omnes, propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare; dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis.) Quod ſnapte natura ſanctum eſt, id non ſanctificatur: Quandoquidẽ ſanctificatione nulla indiget. Quod autem, participatione quadam, ab alijs ſanctificationem conſecutum eſt, id alios ſanctificare non poteſt. Quæritur ergo, quomodo idem ſanctificet, viciſſimq́; ſanctificetur. Haud dubiè Verbum incarnatum, vt Deus ſanctificat, vt quod ſanctificandi vim, tanquã quandam naturæ proprietatem óbtineat. At verò ſecundùm humanam naturam, perinde ac vnus ex nobis ſanctificatur. Vnus igitur eſt Chriſtus, & Dominus, & Filius, ſanctificans quidem vt Deus, ſanctificationem autem patiens vt hominum vnus quilibet.

Cap. 8.
Omnis Sacerdos aſſumitur, vt ſacrificium offerat non ſibi, ſed Deo.
Nullus ſacrificus eiuſdẽ ordinis cum eo, cui ſacrificat.
Chřs preces nr̃as offert Deo.

Capitulum autem ſuper ea, quæ dicuntur, talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis, Sanctorum miniſter, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo.) Si inxta Pauli doctrinã omnis omnino Sacerdos, ad offerendũ dona & ſacrificia aſſumitur: Neque ſibi litant, qui ad Sacerdotij functionẽ ſeliguntur, ſed Deo, cui ab vniuerſa creatura cultus veneratioq́ue debetur. Neque eiuſdem cum eo ſunt ordinis, cui offerunt: Neque gloriam tandem, quæ in ipſum locum conuenit, cui offerunt, aliquando ſortiuntur: Ecquo ergo modo Chriſtus, qui dexterâ Dei aſſidet thronumq́ue maieſtatis in cœlis obtinet, aut Pontifex noſter effectus eſt? Aut Sanctorum, ſuperniq́ue, ac veri illius tabernaculi Sacerdos conſtitutus, cùm Patri, tum ſibi ipſi quoque omnium noſtrorũ preces cultuſq́ue offerre ſolitus eſt? Vnus eſt Chriſtus & Filius, qui quidem, vt Deus eſt, in Diuinitatis ſuæ throno conſidet; vt verò diuina diſpenſatione humanæ naturæ particeps effectus eſt, miniſtri Pontificiſq́ue locum nomenq́ue ſortitus eſt.

Cap. 12.
Suprema natura in perpetuis delicijs verſatur.

Ideoque & nos tantam habentes impoſitã nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiã curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & cõſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet.) Si Chriſtus eſt tãtùm homo, & non Deus noſtra carne verè indutus, quodnam gaudium ipſi propoſitum contempſit? aut quo modo ad Diuinæ maieſtatis dexterã conſedit? Atqui gaudium erat illi propoſitũ: Siquidem ſuprema illa natura in perpetuis delicijs vſque verſatur? Corpore, quod crucifigi poterat, aſſumpto, crucem ſuſtinuit, cruciſq́; ſupplicium perpeſſus, Deo & Patri dextera aſſedit. Vnus proinde eſt Dominus Ieſus Chriſtus, crucifixus quidem vt homo, cum Patre verò regnans, vt Deus.

EX EVANGELIO MATTHAEI.

Cap. 11.
Teſtimoniũ Patris de Filio certiſſimum.
Matth. 3.

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo; & nemo nouit Filium, niſi Pater; neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.) Si nemo Filium nouit, niſi ſolus Pater; quomodo ſunt, qui Patris teſtimonium veluti infirmum repudiant? Oſtendit is autem Filium ſuum in Iordane hac oratione: (Hic (inquit) eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.) Atqui non nudum Verbum ob oculos nobis poſuit, ſed incarnatum. Neque rurſum dixit: In hoc eſt Filius meus dilectus; ſed hic, quem coràm cernitis, eſt Filius meus. Vnus itaque eſt Dominus & Filius.

EX EVANGELIO IOANNIS.

Cap.1.

Erat lox vera, quę illominat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mondus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt.) Ecce accuratè de Diuinis diſſerens, illum, qui omnem hominē in hunc mundum venientem, vera luce perfundit, quiq́; mundi huius machinam condidit, in propria veniſſe p̄dicat. Venit aūt Vnigenitus ad proprios, & præcipuè ad Iſraelitici sāguinis homines, ſimulatq; carne ſumpta factus eſt homo. Cùm ergo ipſe ſit lux illa vera, per quem omnia ſunt condita, cumq́; idē ille carne indutus venerit in propria; quomodo conſequens non eſt, vt vnum Chriſtum & Filium coofiteamur.

Verbū, qd mundū cōdidit, & oīa ſua luce pfundit, venit in propria, cū factū eſt hō.

Cap.1.

Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius; gloriam quaſi Vnigeniti a Patre) plenum gratia & veritate.) Si Verbum factum eſt caro, carniq́; & ſanguini æquè ac nos cōmunicauit, ac ſemē Abrahę apprehendit, quò nimirum per omnia fratribus ſuis aſſimularet; quis dubitet, qoin id planè permanſerit, quod erat, etiamſi caro factū fuerit? Siquidem nulla in Verbi naturam cadere poteſt mutatio. Dicis: Si frater noſter appellatum eſt, quo modo Vnigeniti gloria præditum fuit? Sanè licet factum ſit caro, Deus tamen eſſe non deſijt: Vnigenitus p̄inde eſt, vt Deus; primogenitus verò vt homo.

In Dei Verbum nulla cadit mutatio; nec cadere pōt.

Cap.1.

Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat, dicens: Hic erat, quem dixi, qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos oēs accepimus.) Ioannes de Chr̄o, quē prædicabat, ait: Qui poſt me venit, hoc eſt, poſt me in lucē p̄dit, is prior me eſt, hoc eſt, dignitate & gloria me præſtat. Sed & ipſa quoq; ſubſiſtendi rōne, vt De⁹ me anteuertit. Quomodo idē ergo Ioanne prior, & poſterior ſm̄ tempus extitit? Quia Verbum Deus erat, & factum eſt caro. Prius proinde erat vt Verbum, poſterius verò vt homo. Et quamuis omnes Sancti de illios plenitudine hauſerint; ſola tn̄ Diuinitas iuxta Eſaiæ vocem abſolotè plena eſt: In ipſam nāque ſolam conuenit, ſua ipſius plenitudine aliorum inopiæ ſubuenire. Præſtitit hoc ipſum autem Chriſtus. Incaroatum itaque Dei Verbum vnus eſt Dominus & Filius; idemq́; Deus ſimul & homo. Eiuſdem penè ſententiæ eſt, quod mox ſubiungitur: (Hic eſt (inquit) de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, qui prior me erat.) En licet virū vocet, & poſt ſe venturum prædicet; ſecundùm Diuinitatem tamen ſe priorem affirmat: (In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum.)

Chriſtus Ioanne prior, non ſolum ex dignitate, ſed ſubſiſtendi quoque ſtatione, vt Deus eſt.

Sola Diuinitas abſolutè plena eſt.

Cap.1.

Et teſtimonium perhibuit Ioannes, dicēs: Quia vidi Spiritum deſcendentem, quaſi columbam de cęlo, & manſit ſuper eum. Et ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spirituſancto: Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei.) En vtrunq; clarè euidenterq́; aſſertum hic habes; nempe Dn̄m Ieſum Chriſtum, propter carnis quidem œconomiam, perinde ac vnū ex nobis Spirituſancto potiri (Siquidem cùm diues eſſet, noſtri cauſa factus eſt egenus.) Tū eundem rurſum tanquā Deū in Spirituſancto Baptiſma conferre. At in quem, obſecro, conuenire queat, Spiritusſancti gratiam impertiri, niſi in verum & naturalem Deum? Vnus ergo eſt Chriſtus, vnus Filius. Pergit porrò Euangeliſta teſtificari.

Chriſt⁹ accepit Spirituſanctum vt homo, confert autem eundem, vt Deus. 2.Cor.8.

Cap.1.

Et ego (inquit) vidi, & teſtimoniū p̄hibui, quia hic eſt Filius Dei.) Ecquiſnam hic erat? Ille ipſe vòque, quem quidem vt hominem Spiritumſanctum viderat ſuſcepiſſe; vt Deū verò, in Spirituſancto baptizare didicerat.

Vnde Ioannes cognouerit, Chriſtum Deū eſſe.

Cap.1.

Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomō, ſi dixero vobis cęleſtia, creditis? Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cęlo.) Atqui ſacra illa caro ex muliere nata eſt? Erat ſanè; at caro interim Verbi, quod de cœlo deſcenderat, & filios hominis factum fuerat, propria cenſebatur. Vnus eſt igitur Chriſtus & Filius: Qui ita quidem, quæ carnis ſunt, p̄pria ſuſcepit, vt ab omni tamen peccato ſemper immunis perſtiterit.

Corp⁹ Verbi p̄prium erat.

Chriſtus ab omni ſemp peccato immunis perſtitit.

Cap.1.

Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis; vt omnis, qui credit in eum, non pereat; ſed habeat vitam æternam.) Serpentes in deſerto morſibus filios Iſrael infeſtabant. Mox vniuerſorum Dominus Moyſi præcipit, vt æneum ſerpentem ſublimè ſuſpendat: Fore enim, vt ſi quem fortè anguis morderet, isq́; in erectum illum anguem oculos conijceret, mortem euaderet. Ecquid iſthuc ænigma ſibi vult? Cur ſublatum ſerpentem conſpicatus vita donatur? Vnigenitū Dei Verbum, quod ſuapte natura vita eſt, nobis ſimile, hoc eſt, homo factum eſt. (Eſt autem homo res quædā noxia, ſerpenti non abſimilis.) At verò licet vt homo nobis aſſimilatus ſit; ſi quis tn̄ in illum aſpexerit, morte ſuperior euadit. Sed quid aliud, obſecro, eſt illum intueri, quàm incarnationis illius myſterium exacto accuratoque animi iudicio expendere? Hac namque conſideraoone, & malorum, hoc eſt, hominum ſimilitudinem obtinere, & viuificus rurſum, ſerpentinorumque morſuum, curator & profligator eſſe, deprehenditur, vt Deus. Vnus itaque eſt Dominus, & vnus Filius, qui quidem vt Deus eſt, viuificus eſt: Secundùm carnis verò œconomiam, in malorum ſpecie ſpectabilis eſt.

Numer.21.

Erecti ſerpentis conſpectus, vita donat veneno infectos.

Homo eſt animal noxium ſerpēti non abſimilis.

Chriſt⁹ ſerpentis ſpeciem p̄tulit, ſed veneno caruit.

Cap.12.

Pueri (inquit) Hebræorum acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiàm ei, & clamabant: Hoſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael.) Qua-

lem, quæſo, Diuinæ literę in nomine Domini venturum prædixêre? Nam ſi eum, qui ex ſacra Virgine ortus eſt, hominem abſolutè, Dei Verbo ſecundùm hypoſtaſin, non vnitum, dixerint; profectò dominationis nomen commune ipſi cum cæteris erit; neque quicquam hac ratione, quod ſit eximium, Chriſto attribuetur. Si verò Vnigenitus tanquam vetus Dominus venturus prænunciatus eſt, vt reuera prænunciatus eſt; venit autem in hunc mundum non abſque carne: Vnus ergo omnino natura & veritate Chriſtus & Filius erit.

Propheta Verbum in mundū venturum prædixerāt, ſed non abſque carne.

Cap.17. Et pro eis ergo ſanctifico me ipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.) Seipſum ſanctificat Chriſtus. Sed nunquid vt homo, an verò vt Deus, Spiritumſanctum tanquam proprium ſpeculum ſecundùm naturam obtinens? certè vt Deus. Nullo itaque mortalium ſeipſum ſanctificante, ſolus Chriſtus ſemetipſum ſanctificat. Vnus eſt ergo Dominus & Filius; ſanctificatus quidem vt homo, ſuum verò ipſius templum Spirituſancto ſanctificans, vt Deus.

Nullus mortalium ſeipſū ſanctificat, Chrs ſe ipſum ſanctificat.

Cap.20. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorū ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei; & vt credentes vitā habeatis in nomine eius.) Qui ex ſacra Virgine natus eſt Emmanuel, is voce Euangelica appellatus eſt Ieſus. Cùm ipſe ergo, & non alius quiſpiam ſit Dei Filius; & qui in illum credit, in nomine eiuſdem vitā æternam conſequatur; quomodo non inſaniunt, qui diuiſione inducta, alium Dei Patris Verbum; alium rurſum illum, qui ex ſacra Virgine ortum ducit, Filium eſſe aſſerunt. Patet hic enim, Euangeliſtam vnum ſolum Ieſum Chriſtum, hoc eſt, Dei Patris Verbum, carnis & ſanguinis æquè ac nos ſecundùm Scripturas particeps effectum, ex vtroque conſtitutum agnoſcere & prædicare, & id quidem admodum diſertè.

Inſaniunt, qui vnum Dei Filium in duos diuidunt.

EX EVANGELIO LVCÆ.

Cap.2. Et factum eſt, cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies, vt pareret, & peperit filium ſuū primogenitum, & pannis illum inuoluit, & reclinauit in præſepio, quia non erat illi locus in diuerſorio.) Vnum & ſolū Filium peperit ſancta Virgo, nempe Emmanuelem, cur igitur Filium illius primogenitum appellat? Neque enim vlli alij poſt illum ex ipſa nati ſunt: Perpetuò namque illa Virginitatem conſeruauit. Sanè quantum ex diuina Scriptura coniici poteſt, Vnigenitum Dei Verbum ob id primogenitus appellatum eſt, quia carni & ſanguini, cæteriſque humanis æquè ac nos communicans, inter multos fratres primatum ſortitū eſt: Cum hoc ipſo tamen, & à ſupernis illis ſpiritibus, & à nobis ipſis quoque adoratur & vt Deus colitur.

Mater Virgo perpetuā Deo virginitatem conſeruauit.

Cur Vnigenitus appellatus ſit primogenitus.

Luc.2. Et dixit mater eius ad illum: Fili qui feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quęrebamus te; & ait ad illos. Quid eſt, quòd me quærebatis? Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? En quo modo cœleſtem Patrem, ſuum ipſius proprium Patrem nominet? At ſi quidem ſeorſum ac per ſe homo erat, eiuſmodi nos ſumus & aliud nihil; cur non hac potiùs oratione vſus eſt: (Neſcitis, quòd in his, quę cōmunis omniū Patris ſunt oportet me eſſe?) Verùm illū vt propriū ſibi vendicat, cur ita? Quia ſolus ſecundùm Diuinam naturam ex ipſo natus eſt. Eundem nihilominus & homo iam factus, proprium adhuc naturalemque retinet.

Alia Chri aliaratione noſter Pater eſt Deus.

Cap.5. Et factum eſt, dum eſſet in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Ieſum, & procidens in faciem ſuam, rogauit eū, dicens: Domine ſi vis, potes me mūdare. Et extendens manum, tetigit eum, dicens: Volo: Mundare.) Miraris hic Chriſtum diuina ſimul ac corporea virtute operantem: Siquidem ipſum velle erat quidem Diuinum; ipſa verò manus protenſio arguebat quiddam humanum. Vnus itaque ex vtroque conſtat filius: Nam etſi Verbum fuerit incarnatum; nihilò tamen ſecius cum propria carne, quæ & ipſa quoque ab illo operandi vim mutuabatur, tanquam Deus præpotenter operabatur.

Chrs diuina ſimul & humana virtute agens ſanabat.

Chriſti humanitas patrandis miraculis efficax.

Cap.20. Dicit autem ad illos: Quomodo dicunt Chriſtum eſſe filium Dauid? Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Dauid ergo Dominum illū vocat, quomodo Filius eius eſt?) Audis, quo pacto Chriſtus, (tametſi ex ſemine Dauid ſecundùm carnem originem trahat) hoc loco Deum, & Filium, & Dominū ſecundùm naturam de eſſe oſtendat. Sed dicunt illi: Si Dauidis filius eſt, cur Dauid Dominum illum appellat? Neque ortum hic ex Dauidis ſemine refutat; neq; ſeipſum rurſum ſecundùm naturam Dominū eſſe negat. Verùm licet vnum ex vtroque Filium conſtare ſignificatum velit; vtrunque tamen verè adeſſe demonſtrat. Vnus itaque eſt Chriſtus & verus Filius.

Pſal.109.

Chrs Dauidis Filius & Dñs eſt.

Quòd fides in Chriſtum tanquam in Deum tendat.

EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap.1. Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum ab obediendū fidei in omnibus Gentibus pro nomine ipſius; in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti.) Vocatæ ſunt Gentes per fidem. Qui autem per ſanctos Apoſtolos illis annunciabatur, Chriſtus erat. Ab ijs verò, qui fidei myſterijs initiabantur, fides exigebatur in Chriſtum, non tanquam in hominē, ſed tanquā in Deū: Neq; enim dicere fas eſt, Gentes, quæ fidē in Chriſtum complectebantur,

Fides exigebatur à Gentib. in Chriſtū tāquā in Deū.

tur, ex vno errore in alterum tranſijſſe. Verùm à falſi nominis Dijs abductas, ad Deum viuũ conuerſas eſſe. Cùm illi ergo ad nbediendum fidei pro Chriſti nomine Apoſtolatum ſe ſuſcepiſſe profiteantur; qnnmodn Chriſtus non eſt Deus, aut fides non habetur in illum, tanquam in Deum?

Cap. 1.

Teſtis eſt mihi Deus, cui ſeruio in Spiritu meo, in Euãgelio filij eius, ꝙ ſine intermiſſione memoriã veſtrî facio ſemp in nrationibus meis.) Qui Chr̃o ſeruiunt, nõ ſeruiunt illi tanquam alteri Deo; ſed tanquam Deo vero. Vnde & illius quoq; Euãgelium eſſe perhibetur: Annuncietur enim modo vt Deus, perinde ac Pater, qui Deus eſt natura, principatumq́ue in nmnes obtinet. Deus igitur eſt Chriſtus, per quem, & in quo ipſe quoque Pater, vt Deus annunciatur, cultuq́ue & veneratione ab omnibus afficimr.

Qui Chriſto ſeruiũt, vero Deo ſeruiunt.

Cap. 5.

Iuſtificati ergo fide, pacem habeamus ad Deum, per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, ꝑ quem habemus acceſſum per fidem in gratiã iſtam, in qua ſtamus & glnriamur, in ſpe gloriæ filinrum Dei.) Si in Deũ credẽtes, verè iuſtificamur, fidéque in Chriſtum Ieſum tendimus, ac per illum ad Patrem tandem peruenimus (Chriſto nanque nns excitante, Deo Patri coniungimur) qunmndo Deus non eſt, etiamſi iuxta Scripturas ex ſemine Dauid ſecundùm carnem factus eſt?

Ad Chriſtũ per fidem; per hunc autem ad Patrem peruenimus.

Cap. 9.

Sicut ſcriptũ eſt: Ecce (inquit) pnnn in Sion lapidem offenſionis & petram ſcandali; & omnis, qui credit in eum nnn confundetur.) Iuſtus Simeon cùm diuinũ illum infantulum inter vulnas ſuſcepiſſet, ita Deum affatus eſt: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundùm Verbũ tuũ in pace: Quia viderunt oculi mei ſalutàre tuũ: Qnod paràſti ante faciẽ nmnium populnrũ. Lumen ad reuelationẽ) &c. Subiũgit deinde: (Ecce hic poſitus eſt in ruinã & reſurrectinnem multorũ in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur.) Idẽ ergn vtrũq; eſt, & lapis nffenſionis, & petra ſcandali. Et quidem nonnulli prnpter infidelitatem in ipſum impegerunt, & cõtriti ſunt; reliqui verò, qui nimirum fidem in illum complexi ſunt, confuſinnem euaſerunt. Nunquid in illum ergn, tanquam in hominem credimus, an verò tanquam in Deum? Vrq́ue tanqnam in Deum. Deus itaqne eſt Chriſtus: De ipſo enim iuſtus Simeon adductas paulò antè voces contra Iudæos de prnmebat.

Luc. 2.

Chriſtus lapis offenſionis, & petra ſcandali.

Cap. 10.

Ignorãtes enim iuſtitiã Dei & ſuã ſtatuere quærentes, iuſtitię Dei non ſunt ſubiecti: Finis enim legis Chriſt⁹ ad inſtitiã omni credẽti: Si Chriſtus finis legis eſt, idemq; eſt iuſtorum iuſtitia per fidẽ in ipſum, iuſtificandiq; facultas in ſnlum Deum conueniat, tanquam quiddam ipſi peculiare, quonam modn Chriſtus non eſt Deus?

Finis legis Chriſtus.

Cap. 10.

Quæ aũt ex fide eſt inſtitia ſic dicit: Ne dixeris ĩ corde tuo: Quis aſcẽdet in cœlum? id eſt, Chriſtũ deducere. Aut quis aſcẽdet ĩ abyſſum? hoc eſt, Chriſtũ à mortuis reuocare. Sed quid dicit Scriptura? Prnpè eſt Verbũ in nre tuo, & in corde tuo, hoc eſt, Verbũ fidei, quod prædicamus: Quia ſi confitearis in ore tuo Dñm Ieſum, & in corde tuo credideris, qnòd Deus ſuſcitauit illũ à mortuis, ſaluus eris: Corde enim creditur ad iuſtitiam; ore autem fit confeſſin ad ſalutem: Dicit enim ſcriptura: Omnis, qui credit in illũ nõ confundetur.) Si Chriſti perſona vniuerſæ fidei noſtræ terminus præfigitur; mnrtemq́ue illius & reſurrectinnem confitentes, veluti in Deum credentes, inſtificamur; quis dicere audeat, ipſum Deitatis exortem eſſe? Ipſe ſiquidem eſt ſumma & caput ſalutis omnium; nſtiumq́ue & fidei via, einſdẽ eſt cõfeſſin: Per ipſum nanq; & in ipſo; ipſe quoq; Pater à nobis dignnſcitur.

Eſa. 28.

Chriſtus ſumma & caput ſalutis omniũ & fidei oſtium & via ad patrem.

Cap. 16.

Ei autem, qui potens eſt, confirmare vns iuxta Euangelinm meum, & prædicationem Ieſu Chr̃i, ſecnndùm reuelationem myſterii tẽporibus ęterni[s] taciti (quod nunc patefactum eſt per ſcripturas Prnphetarum, ſ̃m pręcepiũ æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis Gentibus cogniti, ſoli ſapienti Den per Ieſum Chriſtum; cui honnr & glnria in ſecula ſeculorum, Amen.) En hîc diſertè affirmat, Euãgelium eiuſdemq́; prædicatinnẽ ad ipſum Chriſtum pertinuiſſe; tum occultum illud de ipſo eodem myſterium æternis temporibus tacitnm, nunc demum ad fidei nbeditinnem patefactum prædicat: Nam Gentes falſorum Deorum cultu liberatę, verumq́; veri naturaliſq́; Dei notitiam adeptæ ad Deum ſunt conuerſę. Quòd ſi per Ieſum Chriſtum Deus palàm eſt agnitus; quomodn Chriſti myſterium nñ eſt magnum? Quòd ſi is verò animo concipiatur, vt hnmn quiſpiam nulla ex parte noſtri diſſimilis, & nnn vt Deus hnmo factus; haud magnæ ſanè ſapientiæ Sacramentum illud fuerit.

Quomodo myſterium Chriſti æternis temporibus tacitum orbi ſit patefactũ. Nullum eſt Chriſti myſterium, ſi is homo tantum eſt noſtri ſimilis.

Cap. 15.

Dico) (enim) (Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circũciſionis, propter veritatem Dei ad confirmandas prnmiſſiones Patrum: Gentes verò ſup miſericordia hnnorare Deũ:) (Scriptum eſt enim:) (Credidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Dictũ eſt rurſum ad illũ: In te benedicẽtur omnes tribus terrę) (id qund Paulus hac nobis ſentẽtia exponit:) Nõ enim per legẽ, (aut) (ꝓmiſſio Abrahæ, aut ſemini eius, ſed per iuſtitiam fidei;) (rurſum:) (Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cũ fideli Abraham.) Si Dei ergo promiſſinnes ꝑ fidẽ pr̃ibus obuenerunt, Chr̃s verò miniſter fact⁹ eſt, hoc eſt, Mediator ad firmãdas promiſſiones Patribus à Deo factas, nẽpe iuſtificatinnẽ, per fidem obtinetur (factus eſt aũt Mediator, nõ vt alteri fidẽ cõciliaret, ſed vt ſibi ipſi, aut ẽt Patri per ſeipſum) cui dubiũ eſſe põt, quin verus ſecũdùm naturã Deus exiſtat? Deniq; vt beatus Abrahã iuſtificatus eſt in Deũ credẽs; ita Gentes quoque iuſtificatione potientur in ipſo, ſi veſtigijs illius innixæ in Deum, hoc eſt, in Chriſtum crediderint.

Rom. 4. Gen. 15. Iacob. 2. Galat. 3.

Quomodo Chriſtus factus ſit Mediator per fidem.

EX

EX PRIORI AD CORINTHIOS.

1. Cor. 6.

Et hæc quidem fuiſtis,ſed abluti eſtis, ſed
» ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis in nomi-
» ne Dñi noſtri Ieſu Chriſti.) Cùm fide Chri-
ſtum vt Deum veneremur, eiuſdẽq; Spiritu
locupletemur,quomodo oon erit Deus?

Chriſtum vt Deum veneramur

EX POSTERIORI AD Corinthios.

Cap. 11.

Nam ſi is,qui venit,alium Ieſum prędicat, quem non prædicauimus; aut alium Spiritũ accipitis,quem non accepiſtis;aut aliud Euãgelium,quod non recepiſtis, rectè pateremini.) Ante Dei Verbum incarnatum, nullus compertus eſt,qui aot Ieſum,aot Chriſtum illud nominaret;niſi quiſpiam forſan fututorũ præſcius olim,cùm nimirum carò factum eſſet,hoc nomine appellatum iri prædixerit. Nomen hoc itaq; Ieſus, ſimulatq; factum eſt caro, nouum impoſitum eſt illi. At verò ſi Deus eſt,& vt Deus orbi annũtiatur, & vnus nihilominus eſt (neq; enim eſt alius præter illum,q annũtiari poſſit bene res habet: Deo enim ſeruire inuenimur. Quòd ſi verò ſolæ humanæ naturæ conditiones in illum conueniunt;nec aliam ab cauſam, quàm propter nudam illam ſimplicemq́; cum Diuina perſona ſocietatem colitur;inanis profectò eſt fidei noſtræ ratio;vt quæ non Deo nos coniungat,ſed homini.Atqui hæc doctrina eſt planè impia. Poſt Dei itaque Verbom incarnatum & Deus & Filius eſt Chriſtus.

Nullus ſanctorum Verbum appellauit Ieſum Chriſtum ante incarnationem.

Nullas noſtra fides eſſet,ſi Verbũ humanæ naturæ perſonaliter vnitum non eſſet.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

Cap. 1.

Mitor,φ ſic tam citò transferimini ab eo,
» qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud
» Euangelium,quod non eſt aliud; niſi ſunt ali-
» qui,qui vos perturbant,& conuertere volunt
» Euangelium Chriſti.Sed licet nos, aut Ange-
» lus de cœlo euangelizet vobis, præterquam
» quod euangelizauimus,anathema ſit.) Si vnũ
tm̃ eſt Euangelium, in vniuerſo terrarum orbe per ſacros myſteriorum Doctores deprædicatũ,hoc autem eſt fides in Chriſtum; quo modo hic non eſt verus Deus? Negari enim nullo modo poteſt,ab antiquo errore,ad veri naturaliſq́; Dei agnitionem translatos nos eſſe. Tanta autem eſt beati Pauli hoc loco fiducia,vt ipſos etiam Angelos anathemati ſubiicere non dubitet,ſi qui fortè Chriſti Euangelium peruerrere tentauerint.

Euangeliũ orbi annunciatum, eſt fides ĩ Chriſtum.

Cap. 1.

Cùm autem placuit illi,qui me ſegregauit ex vtero matris meæ,& vocauit per gratiam, vt reuelaret Filium ſuum per me,vt euangeli
» zarem illum in Gentibus, continuò non ac-
» quieui carni & ſanguini;neq; veni Hieroſoly
» mam ad anteceſſores meos Apoſtolos. Sanè
qui Deo autore diuinorum myſteriorum doctrinam, omniumq́; ſcitu neceſſariorũ reuelationẽ hauſerat; is humana iſtitutione neutiquam indigebat. Verùm iſtuc interim aduerſarios interrogauerim,qoalem nam cœleſtis Pater beato Paulo patefecerit? qualemue Gentibus annuntiandum mandauerit? Nunquid Dei Verbum carni non vnitum,aut Vnigenitum hominem ſecundùm Diuinam prouidentiam non ſactum? Abſit,vt hæc ita ſe habeant: Annuntiauit enim eundem Deum ſimul & hominem;vnum itidem Filium & Dominum Ieſum Chriſtum.

Paulus diuinitus edoctus.

Paulus in Schola Dei myſterium Chri edoctus.

Cap. 2.

Scientes autem, quòd noo ioſtificatur ho-
» mo ex opcribus legis,niſi per fidem Ieſu Chri
» ſti: Et nos in Chriſto credidimus, vt iuſtifice-
» mut ex fide Chriſti,& non ex operibus legis.)
Si in Deum credere, iuſtificationis mercede penſatur (hac enim via Maiores noſtri iuſtificationis beneficium adepti ſunt: Scriptum eſt nãq;: Credidit Abrahã Deo,& reputata eſt ei fides ad iuſtitiã) quõ Emmanuel nõ eſt Deus? Siquidẽ in ipſum credẽtes, verè iuſtificamur.

In Chriſtũ credentes, iuſtificationis gratiam conſequuntur.

Rom. 4.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Cap. 1.

In qoo & vos cùm audiſſetis Verbum veri-
» tatis,) Euangelium ſalutis veſtræ) in quo &
» credentes ſignati eſtis Spiritu ꝓmiſſionis ſan-
» cto,qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in re-
» demptionem acquiſitionis in laudem gloriæ
» ipſius.) Plura ſimul hic proponũtur, ex quib⁹
colligere licet, Chriſtum verum eſſe Deum; atque adeò mortalium fidem in ipſum nõ ferri,tanquam in hominem noſtri ſimilem; ſed tanquam in vnum Dominum, & Filium,& Deũ: Primò namque ipſe ſalutis noſtræ Euangelium eſſe prędicatur,in quem proinde fides noſtra tendat tanquam in Deum. Subiungitur mox fidei quoq; præmium, puta promiſſionis ſpiritus, qui noſtræ hæreditatis arrabo eſt. Deniq; ad laudem gloriæ Chriſti redempti perhibemur. Redemit autem nos non vt vulgaris homo, ſed vt Deus noſtri cauſa incarnatus: Ad hunc enim modum in laudem gloriæ illius cedimus.

Salutis noſtræ Euangeliũ Chrs.

Præmium fidei ĩ Chriſtum Spiritus ſanctus, hæreditatis noſtræ pignus.

Cap. 3.

Huius rei gratia ego Paulus vinctus Ieſu
» Chriſti, pro nobis Gentibus, ſi tamen audi-
» ſtis diſpenſationẽ gratiæ Dei,quæ data eſt mi
» hi in vobis: Quoniam ſecundùm reuelationẽ
» notum mihi factum eſt Sacramentũ,ſicut ſu-
» prà ſcripſi in breui; prout poteſtis legentes
» intelligere prudentiã meã in myſterio Chri-
» ſti.) Qua prudentia, quaue Diuina opus erat patefactione ad myſterium hoc Chriſti perſpiciendum,ſi quidẽ per ſe tantùm homo eſt, à Dei Verbo omnino ſeiunctus, id ſolum honoris ſortitus, quòd cum Diuini Verbi perſona familiariter conſociatus cohæret? Quid enim abſtruſum habet,aut quę difficultas eſt, de vulgari quopiã, noſtriq; ſimili homine intelligere, φ ſit homo? At verò profundũ planeque magnum eſt hoc Sacramentũ, ſi Deus Verbum nobis ſimile factũ ponatur. Cùm igitur eximia mentis intelligentia ornati, Diuinaque reuelatione illuſtrati myſteriũ Chriſti

Myſterium Chri nulla egebat prudentia, aut Diuina patefactione, ſi is nudus tantùm homo erat.

veluti

veluti Diuinum quoddam ſecretum nobis tradiderint, fidemque in illum tamquam in Deũ tendere apertè docuerint, quomodo Chriſtus non eſt Deus? Cognata ſunt hiſce & iſthæc
Cap.3. quoque: (Mihi autem omnium ſanctorum
» minimo data eſt gratia hæc, in Gentibus euã
» gelizare inueſtigabiles diuitias Chri, & illu-
» minare omnes, quæ ſit diſpenſatio Sacramen
» ti abſcõditi, ſeculis in Deo, qui omnia creauit.
Cap.5. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſt°
» dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro
» ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam laua-
» cro aquæ in verbo vitæ.) Ecquid aliud obſecro, Verbum eſt, per quod corpore aqua mundà abluto expiamur, quàm illud ipſum, de
Rom.10. Verbũ fidei purificat corda. quo beatus Paulus alio loco ita ſcribit: (Hoc eſt Verbum fidei, quod prædicamus: Quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum ſuſcitauit a mortuis, ſaluus eris: Corde enim creditur ad iuſtitiam; ore autem fit confeſſio ad ſalutem; Si itaque Chriſtum profitentes per fidem ſaluamur, Verbumq; fidei de illo prædicatũ cõplexi, purgamur & ſanctificamur; quomodo is verus Deus non eſt?

EX EPISTOLA AD Philippenſes.

Cap.1. Quid enim? (inquit) Dnm omni modo, ſi-
» ue per occaſionem, ſiue per veritatem Chrs
» annuntietur?) Nunquid vt homo Diuina gratia
Mōd° Chriſtum per fidem colens ad Dei agnitionem adductus. ornatus mundo annuntiatur? Atqui mundus Chriſtum per fidem colens, ad Dei agnitionẽ adductus eſt. Quomodo is ergo Deus non eſt, qui in Diuinæ maieſtatis gloria exiſtere hactenus prædicatus eſt?
Cap.1. Collaborantes fidei Euangelij: Et in nullo
» terreamini ab aduerſarijs, quę illis cauſa pdi-
» tionis eſt, vobis autem ſalutis, & hoc a Deo;
» quia vobis donatum eſt pro Chro, non ſolùm
» vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patia-
» mini.) Si in Chriſtum credentes in gr̃ę cõio-
In Chriſtũ credẽtes in gratiæ communionem recipiũtur. nem recipimur; neq; per hoc in errorem abducimur, ſed in eius potiùs cognitionem adducimur, qui verus ſecundùm naturam Deus eſt; quo modo, Chriſtum Deũ eſſe, ambigere quis queat?)

EX PRIORI AD TIMOTHEVM.

Cap.1. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus,
» quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum,
» peccatores ſaluos facere, quorum primus
» ſum ego. Sed ideo miſericordiam conſecu-
» tus ſum, vt in me primo oſtenderet Chri-
» ſtus Ieſus omnem patientiam, ad informa-
» tionem eorum, qui credituri ſunt illi in vi-
» tam æternam.) Si Chriſtus Ieſus peccatores ſaluat, patienterque delinquentium mores tolerat, illum pœnitentiam expectans, Si tota fides noſtra ipſum fertur, & per fidem denique, quæ eſt in ipſum, vitam æternam adipiſcimur, quomodo non eſt Deus? Quandoquidem mundum, hoc eſt, eos, qui in
mundo hoc degunt poſſe ſaluare, æquo ad hæc animo peccatores ferre, vitam poſtremò impertiri ſpiritali vita deſtitutis, id meritò in ſolum Deum conuenire creditur. Mundũ ſeruare, peccatores patienter ferre ſpiritalemque vitam iiſdẽ impertiri, opus eſt ſolius Dei ꝓprium.
1.Tim.3. Manifeſtè magnum eſt pietatis Sacramen-
» tum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſti-
» ficatum eſt in Spiritu, apparuit Angelis, prę-
» dicatum eſt Gentibus, creditum eſt in mun-
» do, aſſumptum eſt in gloria.) Quis is, quæſo, eſt, qui in carne manifeſtatus eſt? An nõ modis omnibus perſpicuum eſt, non alium eſſe, quàm ipſummet Deum Verbum? Hinc namque magnum illud pietatis myſterium perſpicitur. Hic autem ab Angelis viſus eſt, cùm in cœlum ſuſceptus eſt: Prædicatus porrò Gentibus eſt per ſanctos Apoſtolos: Creditus autem eſt in mundo. Sed nunquid iſthuc vt homo abſolutè noſtri ſimilis? Nequaquam; verùm vt Deus homo factus, noſtroque ſimilem ortum ſortitus. Aſſumptus tandem eſt in gloriam; quò Patrem dicentem audiat: (Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Quomodo Chrs ab Angelis viſus, & mundo annuntiat° & quando. Pſal.109.

EX EPISTOLA AD Titum.

Fidelis ſermo eſt, & de his volo te confir-
mare, vt curent bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo.) Nunquid qui in Deum credunt, in Chriſtum non credunt? Atqui beatus Ioãnes hæc de illo diſertè exponit: (Quotquot (inquit) receperunt eum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.) Subſcribit his & ipſe beatus Paulus quoque: Ait enim: (Scientes, quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, per fidem Ieſu Chriſti. Et nos in Chriſto Ieſu credidimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti.) Cùm igitur, qui in Chriſtum credunt, in Deum credere perhibeantur; quomodo Chriſtus non eſt verus Deus? Cap.3. Qui in Deũ credunt, in Chrm quoque credũt, & vice verſa. Cap.1. Gal.2.

EX EVANGELIO IOANNIS.

Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his q credũt in noĩe ei°.) Cap.1.
Duo, q̃ in Deũ quadrãt, cõiũctim hic ponit; alterũ ꝙ nõ alia rõne Chrm cõplectamur, q̃ ꝙ fide in illũ tẽdimus, hoc ꝓnuntiatũ declarat, dũ ait: (His qui credũt in noĩe eius.) Credimus aũt in noĩe eius, nõ vulgarẽ noſtrique ſimilem hoĩem rati, ſed Deũ incarnatũ; alterum rurſum, ꝙ poteſtatem facit filios Dei fieri: Neque enim humanarum virium eſt impertiri alicui, vt Filius Dei efficiatur, ſed Diuinæ naturæ opus, quiddamq; vniuerſa creatura ſublimius. Cùm fides ergo in ipſum Chriſtum tendat, idemque adoptionis gratiam præſtet, quomodo non eſt Deus? Non eſt humanarum viriũ opus, Filium Dei efficere.

Hoc

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eũ diſcipuli eius.) Signo patrato, Chriſtiq́; gloria manifeſtata, in quem, quæſo, beati illi diſcipuli crediderunt? nunquid in hominem ſimpliciter ſanctum: Atqui ante ſignum editum illum ſequebantur, neque ſecus ac virum ſanctum admirabantur & venerabantur. Ex ſigno itaq; vim poteſtatemq́; humana maiorem illi adeſſe animaduerterunt. Quare in illum tanquàm in Deum crediderunt. Conſtat, permultos ſanctos multa ſtupenda miracula edidiſſe, propter quæ etiã in magna admiratione erant; at nullus interim repertus eſt, qui in illos crederet. Eiuſdẽ penè ſententiæ eſt & illud quoque: (Cùm autem eſſet Hieroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius, quæ faciebat.

Apoſtoli ſigno in Canæ Galilææ patrato crediderunt in Chriſtum tanquam in Deum.

Nullus vnquã ſapiẽs in ſanctos credidit, propter miracula, quæ edebant.

Cap. 2.
Cap. 3.

Non enim miſit Deus filium ſuum in mũdum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus eſt: Quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.) Si via ad ſalutem eſt fides in Filiũ, quomodo in ipſum credimus? aut quomodo in ipſum credentes condemnationis ſententiã euadimus? Nunquid illum fide vt hominem complectimur? Nec quicquam omnino niſi humanum de illo concipimus? Aut quo pacto, ſi hoc fecerimus, Diuinum cultum homini impendiſſe non arguemur? Fidene ergo in illum ferimur tãquam in Deum? Sanè. Quis illum ergo, cuius fides terrarum orbem iuſtificat, verum Deum eſſe, inficiari audeat?

Via ad ſalutem, fides in Filium.

Cap. 4.

Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit illi Ieſus; Filius tuus viuit. Et credidit ipſe, & domus eius tota.) Reuocat Reguli filium à mortis veſtibulo Chriſtus, affatusq́; patrem: (Vade) (inquit) filius tuus viuit. Credidit mox ille & tota familia cum illo.) Sed nunquid ob inſignem hanc adeoque Diuinã potentiam Regulus in illum credidit tanquã in hominem; an verò verum naturalemque Deum eſſe agnouit, qui ſolus quoſcunque viſum eſſet, vel ſolo verbo vitę reſtituere poſſet? Sed obſcurum non eſt, haud aliter in eum credidiſſe, quàm in verum Deum.

Regulus Chriſtum Deum eſſe agnouit.

Chriſtus quoſcunq; voluit, ſolo verbo vitæ reſtituere potuit.

Cap. 5.

Amen amen dico vobis, quia qui Verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam ęternam.) (Deus Pater Filium ſuum miſit de cęlis,) (vt omnis, qui credit in illum, nõ pereat, ſed habeat vitam æternam.) Cur hic ergo ęterna vita ijs promittitur, q credũt ei, q miſerat illum? In quem tandem fertur fides? Nunquid in Patrem & Chriſtum tanquam in duos Deos credere nos oportet? Abſit: Credimus enim in vtrunque tanquam in vnum verum Deum. Quam ob rem ſi quis credit in Chriſtum, credit idem in Deum Patrem quoque: Et contrà, ſi qui in Deum Patrem credunt, ijdem & in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum quoque credunt.

Ioan. 3.

Qui credũt in Patrem, credunt in Filium, & vice verſa.

Cap. 6.

Reſpondit Ieſus, & dixit illis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille.) Si Dei voluntatem perficimus, cùm in Chriſtum credimus, (hũc enim Pater verè miſit in mundum, quando noſtri ſimilis factus eſt homo) quo modo non eſt verus Deus? Neq; enim, in ſimplicem hominem credere, Dei opus dici poteſt.

Opus Dei & Deo gratum eſt credere in Chriſtum.

In ſolum hominem credere, nõ eſt Dei opus.

Cap. 12.

Ieſus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me. Et qui videt me, videt eum, qui miſit me.) (Et paucis interiectis:) (Quia ego ex me ipſo non ſum locutus; ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.) (Cùm ergo dicat:) (Qui videt me, videt eum, qui miſit me:) (Etſi vt homo paterno mandato obſtrictum ſe prædicet, fidemque, quæ in illum eſt, ad Patrem mittentem referat) quis illum verum Deum eſſe negare audeat? Cognatum huic eſt & illud quoq; (Creditis in Deum, & in me credite.

Qui credit in miſſum & in mittentem quoq; credit, cùm vnum ſit vterque.

Ioan. 14.

EX EVANGELIO LVCÆ.

Cap. 18.

Veruntamẽ filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? Quando) Chriſtus è cœlo olim eſt venturus, cuiuſmodi, quæſo, fidem à nobis exiget? Si enim homo tantum noſtri ſimilis credi haberiq; vult, quis illi credere abnuat? Iudæi illi inſultantes aiebant: (Quia tu homo cùm ſis, facis te ipſum Deũ.) Græci quoque crucem mortemque eiuſdem audientes, id, quod dicebatur, tanquam de communi quopiam noſtræ conditiones homine dictum accipiebant. Ecqualem ergo fidem depoſcit? Illam ipſam nimirum, quam Diuini illi præcones, qui & miniſtri, & ſpectatores Verbi extiterunt, orbi annuntiarunt. Ioannes igitur ait: (Et Verbum caro factum eſt.) Factum eſt ſanè caro, ſed ita iſthuc, vt tamen eſſe non deſtiterit. Iſtiuſmodi itaque eſt fides, quam ille olim à nobis.

Ioan. 10.

Chriſtus ad iudicium venturus, talem exiget fidem, qualem prædicarũt Apoſtoli.

Cap. 1.

Tomi primi, caput VI.

ALTER EIVSDEM CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini, de recta in Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum fide, commentarius, ad eaſdem illas pietatis & religionis ſtudioſiſſimas Reginas perſcriptus.

ARGVMENTVM.

ET hic quoque commentarius, ſiue orationis ſcopum, ſiue diſputationis filum ſpectes, ſuperioribus non admodum diſſimilis eſt: Hoc tamen inter cætera intercedit, quod ibi Catholica veritas planis Scripturarum verbis conſtituatur; hic verò obſcura quædam Scripturæ loca, quæ aſſertæ veritati prima facie nonnihil aduerſari videri poterant, diſcutiuntur, & ad ὀρθοδοξίας normam exponantur. Diſtribuit autem totam hanc de Chriſto diſputationem auctor in ſex partes. In prima agit de vtriuſque naturæ veri-

veritate, ex Scripturis prolixè oſtendens, vnum Chriſtum ſimul vtrumque eſſe, puta Deum verum, & verum rurſus hominem In ſecunda diſſerit de Chriſti obedientia. In tertia de eiuſdem Sacerdotio & ſanctificatione. In quarta de Filij Dei exaltatione & glorificatione. In quinta de eiuſdem ex mortuis reſurrectione, deque Patris virtute, qua vitæ reſtitutus prædicatur. In poſtrema de nominis Chriſti ratione.

CYRILLVS EPISCOPVS Alexandriæ, religioſiſſimus Reginis,

Eſa. 40.

EOs, qui Diuinum illud cœleſteque prædicandi munus adminiſtrant, vniuerſorum Deus per Eſaiæ Prophetæ vocem eiuſmodi oratione affatur: (Super montem excelſum aſcende tu, qui Euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui Euangelizas Hieruſalem: Exalta, noli timere.) Etenim qui in Sacerdotum ordinem aſciti, eam ſortiti ſunt prouinciam, vt Chriſti omnium noſtrum Seruatoris myſteria diſſerant, populoque proponant, illi ſenſum nequaquam abiectum, humíue repentem, aut ignauia victum, aut metu fractum obtinere debent: Sed ſublimè velut incedentem, & quaſi in monte collocatum; quò nimirum ad eum modum comparati eximiam illam verorum dogmatum venuſtatem rimari ac introſpicere, verbaque intrepidè facere valeant; quantumuis ex iis, qui ſacris informantur, nonnulli inſtar equorum inſolentium, qui infrenari non poſſunt, duros & intractabiles ſe præbeant. De quibus beatus Dauid ſummum illum rerum omnium opificem interpellans, alicubi ita ſcribit: (In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, ne approximent ad te.

Cuiuſmodi eſſe debeant diuini Verbi ſermones.

Pſal. 31.

Etiam præfractis Verbi pabulũ ſubtrahendum non eſt.

Quòd ſi tali animo præditis nihilominus concionari oportet; quomodo obſurdum nõ fuerit apud vos ſilere, piiſque veſtris auribus ſacrarum literarum notitiam, veluti dulcem quendam viuificumque laticem nolle ſubinde inſtillare? Quos quidem Scripturarum latices Deus per Eſaiæ Prophetæ vocem quõdam locutus, eiuſmodi verbis nobis promittit: (Haurietis) (inquit) (cum gaudio aquas de fontibus ſaluatoris: Salutares autem fontes appellamus ſanctos Apoſtolos, Prophetas & Euangeliſtas: Hi enim ſalutari, cœliusque haucta doctrina mundum hunc irrigant, Spiritusque ſancto imbuti, totum hunc orbem lætificant. In quorum proinde profunda ſenſa mentis oculos conijcientes, abditam veritatis lucem inuenimus, inuentamque in alios transfundimus. Quemadmodum ergo Agricolæ fragrantiſſimos quoſque flores opportuno tempore ex agris decerpunt, decerptoſque ac ſcitè in calathis cõpoſitos dominis ſuis offerunt; quos illi mox beneuolè gratoque animo complectuntur,

Cap. 12.

Salutaris fontes Apoſtoli, Prophetæ & Euangeliſtæ.

Mos ruſticorum erga ſuos dominos.

eorundemque decore & venuſtate mirificè afficiuntur: Ita nos, qui docendi munus ſuſcepimus, ex diuina Scriptura veluti ex agro quopiam non florum citò marceſcentium decorem ſpectandum exhibemus, ſed ſermonum doctrinæque, quæ per Spiritumſanctum pietatis in Chriſtum immarceſſibilem venuſtatem continet, magnaque ſuauitate & vbertate illius myſterium redolet, fragrantiam; Scriptum eſt enim: (Chriſti bonus odor ſumus Deo.)

Diuina Scriptura ſenſuum venuſtate & varietate fœcundi agri ſpeciẽ præ ſe fert.

2. Cor. 2.

Præſtò proinde ſum, Reginæ pietatis amãtiſſimæ, librum, quem de recta & inculpata in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fide conſcripſi, vobis allaturus: Decet enim vos ſanctimoniæ & pietati apprimè addictas, & in ſummum Regni faſtigium euectas, charitate quoque, quæ eſt in Chriſtum, quaſi corona quadam redimiri: Hæc enim ſi venerandis veſtris verticibus adtabitur, vt iam ſanè aptata eſt, vniuerſorum Dominus immortali gloria olim vos condecorabit. Quamuis autem accuratam ſyncetamque Diuinorum myſteriorum ſcientiam hauſeritis; attamen quò Chriſti myſterium ampliori adhuc lumine vobis ſplendeat, oratiunculam compoſui, in qua per ſingulas ferè ſententias planũ facio, quòd ſicut vnus eſt Pater, ex quo omnia, ita vnum quoque eſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem omnia, & vnum omnino Spiritum ſanctum, in quo omnia: Qui autem vnum Chriſtum, & Dominum, & Filium, in duos Filios diuellunt, illos nos rectè ſapere edocti, neutiquam ſuſtinemus, neque ſuſtinebimus: Neque enim alius eſt Filius, qui ante omnia ſecula ex Dei Patris ſubſtantia genitus eſt; & alius rurſum, qui nouiſſimis temporibus ex muliere natus, & legi obnoxius factus eſt; ſed vnus idemque tam ante incarnationem, hoc eſt, veram illam Verbi cum humana carne coniunctionem, quàm poſt eandem: Quandoquidem Filius, qui naturaliter ex Deo Patre procedit, corpore animato humanoque ſpiritu & mente perfecto, ex Deipara Virgine Maria aſſumpto, natus eſt ſecundùm carnem, nullo autem modo verſus eſt in carnem; abſit: Tantùm enim illam aſſumpſit, & ita aſſumpſit, vt Diuinitatem ſuam nulla ex parte læſerit: Manſit namque & hoc quoque modo affectus vniuerſorum Dominus. Et hæc quidem ſentire edocti ſumus.

Pulcheria & Eudocia Reginæ pietati addictæ.

Perpulchrũ ornamentũ charitas.

Vnus Pater, vnus Fili⁹, vnus Spiritusſanctus.

Verbum ex matre Virgine natum ſecundùm carnem, nõ verſum in carnem.

Quoniam verò ſanctorum Patrum ſermones, eorundemque ſanctiones ſapienter nos impellunt, vt magno ſtudio diligenterque obſeruemus, quid diuinæ Scripturæ quàm maximè conſentaneum ſit, ſubtilique ſenſu ad ea, quæ de Chriſto expoſita ſunt, allato, veritatem in diuinis literis abditam contemplemur, omnem interim cogitationem, omnemque altitudinem contra Dei ſcientiam ſe extollentem interimentes; nec non omnem intellectum ab obſequium Chriſti captiuum ducentes, illud hic ponimus, quod vno conſenſu

Quod in Chr̃m conueniat, ex diuinis literis hauriendum.

2. Cor. 10.

Vnum eſt, in quo orthodoxi cõueniũt oẽs.

Philip. 2.

ſenſu

ſenſu fatentur omnes; nempe naturale Dei Patris Verbum, quod in eiuſdem Dei forma & æqualitate exiſtit, non rapinam arbitratum æquare ſe Deo, ſed forma Dei accepta, ſemetipſum exinaniuiſſe ac in ſimilitudinem hominum factum, in humanoque habitu inuentum ſe humiliaſſe, ac ad mortem tandem vſque obediens factum, crucis mortem ſubijſſe.

Cæterùm, qui eorum vim, quæ de Christo ſcripta extant, rectè dijudicare vult, eum pectus optimis ſententijs inſtructum habere oportet, quò nimirum in vno eodemque Deum ſimul & hominem exiſtere, vnumque illum Deitatem citra vllam omnino fictionem aut mutationem obtinere, perſpicere valeat: Eſt enim Verbi natura immutabilis.

Idē ſimul Deus & hō citra vllam Deitatis mutationē.

Verùm enimuerò etſi iſtuc ſit; exinanitionis tamen conditiones non refutat; neque, qui diſpenſatoria quadam ratione vltroneam noſtri cauſa humiliationem ſuſtinuit, propriæ carnis rationes detrectat. Oportet itaque illum & diuinitatis auctoritate conſpicuum videri; & noſtræ rurſum humilitatis conditione, propter aſſumptam humanitatem nō prorſus alienum eſſe arbitrari: Hoc enim diſpenſationis ratio poſtulat: Si enim Deus Verbum factum eſt caro, hoc eſt, homo, iuxta illud: (Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem;) neminem iure turbare debet, ſi qua non nunquam humilia diuinæ literæ de illo prodant. Cœleſtem illius gloriam & maieſtatem ex Diuina ſupremaque eiuſdem virtute & excellentia ſpectemus potiùs, quàm ab huiuſcemodi abiectis humanæ naturæ modulis.

Ioel. 2. Chriſtus ex diuinis ſpectandus potius, q̃ ab humanis.

Igitur, quæ ſimpliciorum animos præ cæteris turbare poſſe videntur, ea, perſpicuitate quanta fieri poterit maxima vſus, pro viribus explanare conabor, maioris lucis cauſa idonea ſolutione vnicuique dicto appoſita, Deo præſertim vitam noſtram in hoc etiam curriculo moderante: (Dat enim ille Verbum euangelizantibus virtute multa;) quemadmodum diuinus Pſaltes canit. Porrò autem in eo commentario, quem ad ſacras virgines exarauimus, illa maiorem in partem edifſeruimus, quæ magis obuia, intellectuque faciliora videbantur. In hoc præſenti verò in obſcuriorum explicatione plurimùm verſabimur: Par eſt enim, vt religioſa veſtra maieſtas, & hæc ſciat, & illa quoque non ignoret, quò vtrotumque perfecta cognitio veluti lumen quoddam ſanctiſſimis veſtris mentibus inhabitet. Propoſitum eſt autem ita ſingula interpretari, vt ſummam vbique breuitatem conſectemur. Cæterùm diſputationis huius exordium ab ijs præcipuè, quæ ad Verbi exinanitionem pertinent, facere lubet; vno hoc interim præmiſſo, cùm Ieſus Chriſtus nominatur, non alium, quàm Verbum incarnatum hominemve factum eo nomine deſignari.

Pſalm 82. Prior Commentarius ad Pulcheriam eiuſdēque ſorores vt hinc colligere licet, ptinuit verius, quàm ad Eudociā Imperatricem. Perfecta cognitio faciliam & difficilium notiam cōplectitur.

Volo autem vos ſcire, quòd omnes viri caput Chriſtus eſt; caput autem mulieris vir; caput verò Chriſti Deus. Primus homo,) hoc eſt, Adam, (de terrena terrenus;) hoc eſt Chriſtus, (de cœlo cœleſtis. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginē cœleſtis, ſicut ſcriptum eſt.) Primum igitur generis noſtri caput, hoc eſt, primordium Adam, de terra terrenus erat. Quoniam verò Chriſtus ſecundi Adami cognomentum ſortitus eſt; eorum caput, hoc eſt, principium, qui ſanctificationis Spiritu ad incorruptionem ſecundùm illius imaginem per ipſum reformantur, conſtitutus eſt. Eſt itaq; noſtrū ille principium, hoc eſt caput, quaten' homo eſt; habet nihilominùs & ipſe quoque caput, vt natura Deus eſt, nempe cœleſtem Patrem (ex eo namque Verbum naturaliter genitum eſt.) Quòd autem idem ſit caput, quod initiū vel vnum hoc fluctuantium animos hic ſedare queat, quòd vir mulieris caput eſſe perhibeatur: Ex eo enim ſumpta eſt illa: Vnus itaque eſt Chriſtus, & Filius, & Dominus, qui quidem vt Deus caput habet cœleſtem Patrē; noſtrum verò caput, propter aſſumptæ carnis cognitionem, effectus eſt.

1. Cor. 11. 1. Cor. 15. Chrs caput eorum, qui per Spiritū reformant. Chrs principiū de principio. Idē caput, quod principium.

Scitis enim gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti; quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis.) Obſerua hic clarè, & Diuinæ immortaliſq; naturæ eminentiam, & humilem rurſum humanæ naturæ conditionem; nec nō Vnigenitum vltro ad hanc ſe demiſiſſe perpēde. Porrò autem vt Diuinitatis opes omnem orationis vim & copiam longè ſuperant; ita humana natura admodum inops & egena eſt; quippe cui omnia, quicquid tandem in bonis habet, cœlitus à Deo impenſa ſint. Et ante omnia illud eſſe ipſum, quo ſubſiſtit: Nam cùm aliquando non eſſet, ad ſubſiſtentiam a Deo euocata eſt. Qui ergo diues erat vt Deus, is ſponte egenus, noſtrique ſimilis factus eſt, quò humana natura in illo exiſtens, ad excellentiæ illius faſtigium euecta, paupertatis confuſionem exuere poſſet: (Conreſuſcitauit enim, & conſidere nos fecit Deus Pater, in cœleſtibus in Chriſto Ieſu;) vt ſcriptū eſt. Atqui nequaquam huc euecti eſſemus, niſi diues vt Deus, pauperem atque inopem noſtram naturam induiſſet: Neq; enim homo, cùm ſuapte natura pauper ſit, inops fieri rectè dicitur; hoc autem illi conuenientiſſimè vſu veniſſe aſſeritur, qui citra omnem controuerſiam diues eſt, hoc eſt, Dei Patris Verbo; poſteaquàm homo noſtri ſimilis factum eſt. Vnus itaque eſt Chriſtus & Filius.

2. Cor. 8. Pauper humana natura, diues diuina. Homo nihil prorſus habet, quod dono non accepit. Epheſ. 2. Homo ſuapte natura inops & miſer.

Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictū; quia ſcriptū eſt: Maledictus omnis, qui pendet in ligno.) Lex eos maledictioni obnoxios decernebat, qui ꝓpter peccatū, aut prævaricationē è ligno pēdebāt. At verò peccati neſcius, hoc eſt, Chrs, iniqua ſentētia in ſe excepta, crucis ſupplicium

Gal. 3.

ſubijt,

Pretium, quod Chriſtus pro mundi ſalute dependit, mundi æſtimationem multis partibus excellit.

Purus homo pro mundi peccatis ad iuſtum ſatisfacere non poterat.

ſubijt, eaque pertulit, quæ maledicto obſtrictis iure debebantur; vt, qui vniuerſorum pretium exæquabat, vniuerſorum cauſa mortem perpeſſus, vniuerſos ab inobedientiæ crimine exolueret, mundumque hunc inferiorem ſuo ſanguine ſeruaret. Cęterùm pretium pro vniuerſorum peccatis nequaquã ſat magnum fuiſſet, ſi purus homo tantùm extitiſſet. Quòd ſi verò Deus incarnatus, propriaque in carne mortem perpeſſus mente concipiatur, vniuerſa creatura modicum quid erit ipſi comparata, atque adeò ad humani generis liberationem vnius carnis mors abunde ſat fuerit: Propria enim erat Verbi, quod ex Deo natum eſt.

Heb. 2.

Chriſtus prout paſſibilis homo ab Angelis ſuperatus.

Heb. 1.

Eum autem, qui modico, quàm Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus guſtare mortẽ.) (Diuinus Paulus hæc rurſum de omnium noſtrũ Seruatore commemorat:) (Cùm primogenitum inducit in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.) (Iterum:) (Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia Verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis; tantò Angelis melior effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit: Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te?) Quando ergo Vnigenitus factus eſt primogenitus, & vnus è multis fratribus, tunc & in terrarum quoque orbem inductus dicitur: (Nam ſecundùm propriam naturam extra omnem Dei creaturã degebat.) Tunc & ab Angelis quoque ſuperatus aſſeritur, etiam ſi præſtantius, quàm illi, nomen ſit ſortitus: Siquidem vox hæc Angelus miniſterij notionem præ ſe fert, ſeruilemque conditionem inſinuat: (Mittuntur namque in miniſterium propter eos, qui ſalutis hæreditatem conſequuntur.) At verò Filius eum denotat, qui ſubſiſtentem ex Patre ſubſtantiam naturamque habet: Credimus illum namque verè ac naturaliter ex Patre ortum eſſe.

Angeli vocabulum miniſterij notionem præ ſe fert.

Chriſtus ab Angelis adoratur, etiam in ea forma, ſecũdum quam ipſis minor eſt.

At quomodo is (inquit) Angelis minor euaſit, qui ab illis adoratur, vnaque cum Patre regni ſolium obtinet? In promptu eſt reſponſio: Nam corpore, quod mori poſſet, aſſumpto, ad humanæ naturæ infirmitates ſeipſum demiſit, in eoque veluti proprio ſpontaneam mortem ſuſtinuit. Ob eam porrò mortem & perpeſſionem, ſummæ glorię coronam promeruit; quippe qui illa, vtpotè vita & incorruptio exiſtens, & mortem aboleuerit, & corruptionem nullarum virium eſſe declarauerit. Cùm Ieſum ergo nominat, & ab Angelis ſuperatum prædicat, non nudum nos hominem, ſeorſumque ac per ſe poſitum mẽte concipere oportet, ſed ipſummet Vnigenitum, propter incarnationis ordinem potiores partes Angelis deferentem: Nam qui ex-

Quo ſenſu Chriſtus Angelorũ excellentię cedere dicatur.

Angeli carnis & mortis æquè expertes.

cellentiæ illorum cedere prædicatur, is verè homo factus dignoſcitur. Illa autem ſanctorum Angelorum eminentia in hoc præcipuè poſita eſt, & quòd à carne ſunt immunes, & quòd morte exiſtunt ſuperiores; vtriſque autem propter voluntariam exinanitionem ſubiectus fuit Filius. Verùm enimuerò qui propter humanæ naturæ conditionem paululum ab Angelis minoratus dicitur, is in Deitatis excellentia poſitus, ab illis adoratur conſidetque in ijs maieſtatis Thronis, quos illi venerabundi vndiquaque cingunt, indeſeſſo laudum præconio illum extollentes, ac Virtutum Dominum appellantes.

Hebr. 2.

Quia ergo pueri communicauerunt carni & ſanguini; & ipſe ſimiliter participauit ijsdem; vt per mortem deſtrueret eum, qui mortis habebat imperium, hoc eſt, Diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti.) Pueros hoc loco nos appellat, qui in terris vitam degimus; iuxta illud Pſalmiſtæ, in perſona Dei decantatum: (Ego) (inquit) (dixi: Dij eſtis, & filij excelſi omnes:) Nam ad Dei voluntatem manſuetudinemq; naturaliter ipſi inſitam quod attinet, ad vnum omnes eſſemus filij; neque quiſquam omnium ab illius familiaritate & amicitia alienus foret. Verùm quod mentem cupiditatibus & corporis perturbationibus vltro ſubmittamus, fit, atteſtante Dauide, (vt veluti homines moriamur, & ſicut vnus de Principibus cadamus.) Sed quomodo carni & ſanguini communicauimus? Nonne anima humana diuerſam à carne ſortita eſt naturam? Eſt ſanè: Verùm Phyſica compoſitione carni vnita, vnum & illud quidem ratione præditum animal abſoluit, hoc eſt, hominem. Ad eum itaque modum & Dei Verbum quoque, non inanimæ, vt quidam opinati ſunt, ſed animatæ carni modo, quem humana mens non capit, ſeipſum vniens, ortumque ex muliere ducens, carni & ſanguini perinde ac vnus ex nobis communicauit. Atque ita vnus duntaxat eſt Dominus Ieſus Chriſtus: Nam etſi Dei Verbum humanam naturam ſibi aſciuerit; nihilò tamen ſecius id, quod erat, permanſit. Quòd ſi mortis imperium vt vita & Deus aboleuit, neceſſarium eſt, vt corpus, quod mortem pertulit, ipſius proprium extiterit; quò nimirum idem ille ex mortuis ad vitam rediens, corruptionem è medio ſuſtulit, ac incorruptioniſque beneficiorũ in totum genus noſtrum tranſmiſiſſe dici queat: (Sicut enim in Adam omnes morimur; ita omnes olim in Chriſto viuificabimur: Nam vt per hominem mors, ita per hominem rurſum eſt reſurrectio mortuorum. Verùm quòd mortem vi propria proterere res eſſet humanæ naturæ facultatem excedens, propterea Dei Verbum, vnione, hoc eſt, cum carne & ſanguine communicatione, homo nobis ſimilis

Pſalm. 81.

Omnes homines ſunt filij Dei, niſi per ipſos ſteterit.

Pſal. 8.

Modº, quo carni & ſanguini communicamº.

Si mors mortem aboleuit, corpus, quo mortem ſubijt, Verbi proprium fuerit, oportuit.

Mortui imperium debellare natura humana per ſe non potuit.

milis effectum eſt;ita id tamen, vt morti non ſuccumberet: Manſit enim Deus, etiam ſi carne ſe induiſſet.

Heb. 2.

Nuſquam enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehēdit. Vnde debuit per omnia fratribus aſſimulari, vt miſericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi: In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari.) Dei Verbum Abrahæ ſemen apprehendiſſe, aſſerimus: Nam ſecundùm carnem ex Iudæis ortum eſt, & fratribus per omnia aſſimulatum eſt; hoc eſt, ſeruili forma iuxta Apoſtoli doctrinam ſumpta, aliorum hominum more naſci dedignatum non eſt. Hac ipſa quoque de cauſa, & Filius hominis appellatum eſt; & eorum, qui ex ſemine Abrahæ prodierant, hoc eſt, carni & ſanguini communicarant, frater effectū eſt. Ecquænam horum omnium, vel occaſio, vel cauſa extitit? Non alia profectò, quàm vt miſericors fidelisque Pontifex in ijs, quæ ſunt ad Deū, nobis fieret: Chriſtus namque Pontificem ſupra modum benignum & miſericordem ſe nobis exhibuit: Etenim, cum vetus lex peccatis obſtrictos ſimpliciter condemnet, grauiſſimaque pœna illos, qui Dei mandatum fortè violaſſent, plectendos decernat: (Irritam enim quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus morit.) Chriſtus per fidem iuſtificat, eosq;, qui ob veterem culpam infirmati fuerant, erigit ac recreat. Factus eſt itaque miſericors Pontifex, vtpote legalem illam ſeueritatem diutius tantùm valere non ſinens.

Præcipua incarnationis cauſa, Dei benignitas & miſericordia.

Heb. 10.

Chriſtus dignus, cuius promiſſionibus fides habeatur.

Heb. 7.

Eſt nihilominùs & fidelis quoque Pontifex: Quoniam perpetuus, ac conſtans, digniſſimusque, cuius promiſſis fides habeatur: De legalibus autem Sacerdotibus, longè aliter, Apoſtolo teſte, res habet: (Et alij) (inquit is) (plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere. Hic aūt, eò, quòd manet in æternum, ſempiternum habet Sacerdotiū. Vnde & ſaluare in perpetuū poteſt accedentes per ipſum ad Deum; ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.) Obſerua hic, quomodo non ad eorum, qui peccatis ſe obſtrinxerant, condemnationem Pontifex factus ſit, ſed ad delictorum eorundem expiationem ac propitiationem. Sed qualis, quæſo, cùm tentationis, tum ſacrificij quoque illius modus extitit? Ait namq;: (In quo paſſus eſt & ipſe & tantus, potens eſt ijs, qui tentantur, auxiliari?) Sanè tentatus perſtitit, quia crucis ſupplicium patienter ſuſtinuit. At verò Filius Deo & patri impollutum ſemetipſum obtulit; nempe quò per propriam carnem opem illis ferre poſſet, qui cum moleſtiis & tentationibus perpetuò conflictantur: (Vna enim oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos.) Ipſe proinde ſecundùm humanam naturam factus eſt Pontifex; quanquam, vt Deus eſt, ab omnibus illi ſacrificetur. Ipſe eſt, qui ſecundùm carnem factus eſt victima. Ipſe idem rurſum eſt, qui ſecundùm Diuinitatis auctoritatem peccatis noſtris propitius ac clemens eſt. Vnus eſt ergo Dominus Ieſus Chriſtus.

Chriſti Sacerdotium æternum.

Chriſtus Pontifex factus ad ſaluandum, non ad condemnandum.

Cuiuſmodi tentationis Chriſti modus extiterit.

Cap. 10.

Chriſtus

Pontifex factus ſecundùm aſſumptam naturam.

Ioan. 4.

Vos adoratis, quod neſcitis; nos adoram', quod ſcimus; quia ſalus ex Iudæis eſt.) Obiecerit fortaſſis hic quiſpiam, alterum adorare in ſupremam illam Diuinamque Verbi naturam minimè conuenire. Si ergo Chriſtus verus Deus eſt, quomodo inter eos cenſetur; quos adorare oportet? Quid, quæſo, ad iſtuc reſpondebimus? Si enim Dei Patris Verbum cum nuda ſolaque Diuinitate in mundum veniſſe creditur, perabſurdè alterum adorare, vel adoraſſe quandoque aſſeritur: Ipſum namque adoratur verius quàm alium quemcunque adorat. Quòd ſi verò formæ, quam ſuſceperat, humilitatem adorantisque naturæ conditionis non auerſatum, hominis Filius appellatum eſt; iam ſanè adoratio diſpenſationis ordini exinanitionisque conditioni congruet: Verbi autem naturæ ſeorſum per ſe conſideratæ nequaquam: Nam niſi hoc ſtatuatur, quomodo ſalus ex Iudæis eſſe intelligi poteſt? Neque enim dicere fas eſt, Verbum, ſecundùm quod per ſe conſideratur, ex Iudæis eſſe. Eſt autem ex illis quatenus eorum, qui carne & ſanguine conſtant, frater effectum eſt, Abrahæque ſemini coniūctum eſt. Vnus itaque eſt Chriſtus, qui quidē vt homo adorat; vt autem Deus, ab vniuerſa creatura adoratur.

Non conuenit in Deū vt Deus eſt alterum adorare.

Verbum incarnatū adorat & adoratur, hoc vt [illegible], illud vt homo.

Verbum eſt ex Iudæis, ſed non ſ[illegible]dum ſe.

Ioan. 7.

Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum, qui miſit me.) Si Diuinitatis natura omnia implet; vbi, quæſo, Dei Verbum non exiſtit? Qua igitur ratione mittitur à Patre? Aut quo rurſum modo ad eum reuertitur? Mittitur itaque ſecundùm humanam naturam, quò captiuis annunciet relaxationem, & cæcis viſionem: (Hoc enim Apoſtolatus illius ratio & modus exigebat.) Sed & idem quoque vadit ad Deum Patrem; verùm iſtuc non pari omnino modo: Vadit enim eò ex corpore ad cœlum quodam modo rediens, qui nimirum paterno vultui, pro nobis, vt ſcriptum eſt, ſeſe exhibeat. Quòd ſi quis miſſionis vocabulum de ipſo quoque Verbo dictum accipiat, neminem id turbet: Siquidem Diuinæ Scripturæ mos eſt iſtiuſcemodi locutionibus nonnunquam vti: Non quòd Diuinā illam cœleſtemque naturam, aut loco circūſcribere, aut ſpatio intercludere velit: (Nouit enim illam corporis expertem, omnique termino & loco etiam imaginatio ſuperiorē eſſe) ſed quòd eiuſmodi humanis vocibus ea nobis manifeſtare contendat, quæ mētis altioris qui noſtræ captū excedunt: Nā & ipſe quoq; Saluator Paracletum ſeſe ad nos miſſurū promittit,

Diuinitatis natura late omnia implet.

Ob intellectus noſtri imbecillitatem res Diuinæ corporeis ſimilitudinib' adumbrantur.

Cap. 1. Ioan. 8.

mittit, cùm tamen Spiritus Domini omnia impleat; iuxta illud: (Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.

Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.) Iudaicæ inſaniæ, qua in Chriſtum efferebantur, cauſas diuus Ioannes exponens, ita ſcribit: (Propterea Iudæi perſequebantur Ieſum, quia non ſolùm ſoluebat Sabbathum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem faciens ſe Deo.) Alibi eoſdem iſthæc impiè euomentes inducit: (De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia; & quia tu homo cùm ſis, facis te Deum.) Opinionem de eo conceperant illo prorſus indignam: Quandoquidem purum tantùm vulgaremque hominem eſſe perſuaſum habebant; ignari, Deum Verbum ſemen Abrahæ apprehendiſſe, carnique & ſanguini perinde ac nos communicaſſe. Quamuis ob id Deus eſſe non deſijſſet; ſiquidem ſecundùm naturam immutabilis, perpetuoque ſibi ſimilis eſt. Ait ergo: (Cùm ergo exaltaueritis filium hominis, tunc agnoſcetis, quia ego ſum:) Quamuis enim ſecundùm humanam naturam crucis ſupplicium pertulit; Diuina tamen virtute denuo reſurrexit. Propter reſurrectionem autem, & verus Deus, & verus rurſum Dei Filius creditus eſt. Quòd ſi verò eũ non alterum exuſcitaſſe, ſed ſe ipſum reſurrexiſſe credimus; corpus vtique, quod mortem diſpenſatoriè perpeſſum eſt, proprium illius extitiſſe, ſtatuamus oportet. Quò hac nimirũ ratione & ipſe quoq; licet ſuapte natura immortalis ſit vt Deus, reſurrexiſſe verè dici queat: Vnius enim eiuſdemque Chriſti & Filij mortem annunciantes, & reſurrectionẽ profitentes, iuſtificamur per fidem. Vnus igitur idemque & ſolus Chriſtus Ieſus, qui vt homo ſecundùm carnem mortuus eſt; vt Deus autem & vita à mortuis reſurrexit.

Iudæi nihil ſupra hominem de Chriſto cõcipiunt.

Chriſtus propter ſuã ex mortuis reſurrectionem verus Deus creditus eſt.

Moritur Chriſtus vt homo, reſurgit vt De⁹.

Ioan. 10.

Circumdederunt eum ergo Iudæi, & dicebant ei: Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm? Reſpondit illis Ieſus: Loquor vobis, & non creditis: Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.) Ecquid hic, quęſo, dicunt, qui vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in duos filios totidemque Chriſtos diuellunt? De vtro Iudæi aiebant: (Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm?) vter rurſum illorum prædicabat: (Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, illa teſtimonium perhibent de me? Vtrius tandem Patrem Deum eſſe ſtatuemus? Eiuſne, qui ex muliere ortum ducit, vt ſeorſum per ſe animo concipitur? an verò ipſius Vnigeniti? Atqui Diuina opera vi propria patrare res eſt, quæ humanæ naturæ vires einſdemque facultatem longè multumque vincit. Quia ergo Chriſtus eadem, quæ Pater, opera perficiebat, vtique nõ erat purus homo, ſed Deus carne & ſanguine veſtitus: Hoc ita tamen, vt nihilominùs maneret, quod erat. Ad hunc ergo modum affe-

Diuina opera patrare res eſt, quæ humanæ naturæ vires plurimum excedit.

ctus, paria cum ſuo genitore præſtabat, myſterijque huius ratio ita explicata, reprehenſione apud ſanæ mentis homines vacat.

Luc. 2.

Puer autem creſcebat, & cõfortabatur, plenus ſapientia, & gratia Dei erat cum illo;) & infrà: (Ieſus proficiebat ſapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines.) Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, vnum omnino eſſe, compertum habentes, humanaque ac Diuina ex æquo nihilominus eidem tribuentes, exinanitioni quidem verè conuenire aſſerimus, cùm corporei incrementi ſusceptionẽ; tum corpulentarum quoque partium conſolidationem & confirmationem; tum hoc ipſum deniq;, quod ſapientia paulatim impleri ac perfici prędicatur: Quandoquidem vnà cum incremento, quod corporis ſtaturæ congruebat, ſapientia illius quotidie magis magiſque foris ſeſe prodebat. Et hæc quidem, vt dixi, carnis diſpenſationi humanæque naturæ conditioni competebant. At verò perpetuam conſtantemque perfectionem obtinere, nec non Patris eſſe ſapientiam, id in ipſius verbi naturam quadrat. Tam ea igitur illius ſunt, quæ ad exinanitionem pertinent, quàm ea rurſum, quæ ad Diuinæ naturæ excellentiam ſpectant: Etenim ratio moduſque diſpenſationis cum carne eundem, & nobis ſimilem, & nobis rurſum ſuperiorẽ agnoſcit: Quemadmodum enim nullius non creaturæ conditionem multis partibus excellit vt De⁹; ita vt homo ſemetipſo quodam modo minor exiſtit: Quorſum enim humiliatio, in quam vltro ſe demiſit, attineret, ſi quæ humanæ naturæ ſunt propria, repudiaret? Itaque quæ in carnem conueniunt, cuiuſmodi ſunt eſurire, ſitire, itineris labore frangi, aliaque ſimilia pati, ea omnia vnà cum carne ſibi aſciuit, propriaque fecit. Cùm igitur audis: (Puer autem creſcebat, & confortabatur, plenus ſapientia;) diſpenſationis cum carne myſteriũ in cauſæ patrocinium accerſe. Quòd autem Deus erat in carne, id Euangeliſta hac ratione confirmat: Quoniam (inquit) (Gratia Dei erat in illo.) Nec enim Diuinam gratiã habere dicitur, quaſi ab alio Deo illam mutuatus fuerit, ſed quòd, cùm puer eſſet, eiuſmodi gratia ordinatus erat, quæ Deum decebat: Quandoquidem Deus Verbum erat, & eſt; etiamſi in carne apparuerit, nobiſque ſimilis effectus ſit. Nihil proinde abſurdi, aut à ratione alienum aſſeritur, dum gratiam habere, vel gratia apud Deum & homines proficere aſſeritur: Nam ipſe quoque Pater, tam ipſam carnis diſpenſationem, quàm ipſum quoque Filium, quæ carnis ſunt propria, propter vtilitatem, myſterijque conuenientiam ſibi aſciſcentem, publico teſtimonio comprobaſſe legitur.

Quo modo Ieſus creſcebat ſapientia & gratia

Chriſtus ſumit incrementa ſecũdum naturæ aſſumptæ qualitatem

Humana & Diuina ex æquo in Chriſtum conueniũt.

Chriſtus ſemetipſo quodam modo minor.

Chriſtus gratiam, qua ornat⁹ erat, non ab alio petebat, ſed à ſemetipſo.

Matth. 24.

De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, neque Filius, niſi ſolus Pater.) Si Chriſtum hominem (obijciunt illi) & Dei Verbum vnum prorſus eundemque

Filium eſſe certo ſtatuitis, quomodo is conſummationis diem ignorauit? Reſpōdemus, Diuinorum ſecretorum ignorationē, neque probosam eſſe creaturæ, neque eidem quoque inuſitatam: Scriptum eſt enim: (Quis nouit ſenſum Domini? Si ergo Filius, pro. vt homo factus, vt ab Angelorum perfectione nonnihil defeciſſe prædicatur, (nam vt Deus, vniuerſę creaturę præſtat) quid mirum eſt, ſi æquè atq; Angeli, Dei ſecreta ignorare perhibetur? Nam ad ſe abſolutè quod attinet, cùm is Dei Patris ſapiētia & virtus ſit, non poteſt ea neſcire, quæ in ipſo abdita latent: Si enim ſpiritus omnia etiam profunda Dei ſcrutatur, & ille Spiritus eſt, & erat; quomodo id neſciret, quod illius Spiritus exactè callebat? Quare licet vt homo aliquid neſciuiſſe dicatur, vt Deus tamen, omnia norat. Et ſi ergo, vt homo ignorationem præ ſe ferret, dum de Lazaro: (Vbi poſuiſti eum, percunctaretur; mox tamen, dum potenti virtute ex mortuis illum exuſcitat, Deum ſe eſſe, apertè declarat. Piè proinde prudenterque obſeruemus, quòd humana quidem largiatur incarnationis diſpenſationi, Diuina vero Patris Verbo nobis aſſimulato.

Non eſt probroſum homini, ſi aliqua neſciat. Eſa. 40. Chriſtus vt homo quædam neſcire dicitur. Ioan. 11.

Clamauit Ieſus voce magna, dicens: Deus meus, Deus meus, vt qd me dereliquiſti? Nūquid ipſum quoque Verbum, quod ex Deo Patre natum eſt, Diuino auxilio aliquando indiguiſſe dicemus? At quid eo dici poteſt ſtultius? An nō vnà cū Deo Patre vniuerſorū Dn̄s eſt, ſuoq; Spiritu cęlum firmat, ac Virtutum Dominus appellatur, & eſt hoc ipſum verè? Nunquid tantus hic ergo aduerſus Iudæorum inſidias clanguit? nunquid crucifigentium manus debellare non potuit? Atqui Eſaias Propheta ad omnes gentes ita ait: (Quaſi ſitulæ ſtilla, & quaſi momentum ſtateræ ſunt, ecce inſulę quaſi puteus exiguus. Cui ergo ſimilem feciſti Deum, aut quā imaginem ponetis ei?) Meminiſſe hoc loco oportet, Iudaicæ Synagogæ adminiſtros cum militum cohorte, duce proditore, irruiſſe in Ieſum: Quibus, vt eum comprehenderent, quærentibus occurrit ille, dicens: (Quē quęritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Et abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iam quomodo infirmus effectus dici poteſt, qui vel ſola voce inſultantium vim frangere valuit. Ecquid ergo ſibi vult, quod ait:) Deus meus, Deus meus, vt qd dereliquiſti me? Dicimus igitur, cùm primus parens nr̄ Adam mandatum, quod acceperat, proculcaſſet, Diuinamque legem neglectui habuiſſet, humanam naturam fuiſſe quodammodo derelictam, execrabilemque & morti obnoxiam effectam: At ſimulatque Vnigenitus Dei, id quod prolapſum erat, in incorruptionem inſtauraturus, aduenit, ſemineque Abrahæ appreheſo, fratribus ſuis aſſimulatus fuit, tunc vnà cum antiquo illo maledicto, inductaque

Matth. 27. Qui omnia excellit, & omnibus imperat, nō timuit mortem. Cap. 40. Mundus Dei magnitudini comparatus, nihil eſt. Ioan. 18. Quo pertinet hæc Chriſti crucifixi oratio: Deus meus, vt qd dereliquiſti me.

corruptione deſertionē quā humana natura in ſuo principio perpeſſa fuerat, conquieſcere oportuit. Ex derelictorum itaque numero vnus hactenus exiſtens, quatenus haud ſecus ac nos carni & ſanguini communicarat, clamauit: (Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quæ ſanè vox erat euertentis illam, quæ nobis acciderat, derelictionem, Patremque per ſemetipſum propitium nobis reddentis, nec non ad beneuolentiam erga nos, tanquā erga ſeipſum, & primum prouocantis: Quandoquidem Chriſtus omnium bonorum largitor & auctor nobis exiſtit. Vnde etiā ſi quippiam ſecundùm humanam naturam à Patre, vel accipere, vel accepiſſe dicitur, hoc ipſum totum in noſtram erogat, cùm ipſe, vt Deus plenùs, nullius omnino boni indigeat.

Chriſtus in cruce derelictorū perſonā ſuſcepit. Quicquid Chriſtus à Patre ſecundum naturam aſſumptam ſuſcepit, hoc nobis ſuſcepit. Phil. 2.

Hoc enim ſentite in vobis, quod & ī Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe ęqualem Deo; ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiēs, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortē aūt crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine IESV omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus eſt ī gloria Dei Patris.) En dilucidè hoc loco exponitᷣ Dei Verbū, q in forma & ęqualitate Patris erat, non rapinā arbitratum æquiparare ſe Deo; ſed ſeruili forma ſuſcepta, vltro ſe exinaniuiſſe, hominumque ſimilitudinem ſubijſſe. Addit præterea ſeipſum humiliaſſe, obedientiamq; ad mortem vſque præſtitiſſe, mortem autem crucis. Si vnum ergo & ſolum Chriſtum & Dn̄m in duos Chriſtos & Filios, vt quibuſdam placet, diuelli oportet; ex conſequenti Dei Verbum hominem ex muliere ortum propriæ maieſtatis ęqualitate decoraſſe, eiuſdemque iuxta autoritatis rationem, nominiſque communionem, ſibi quaſi alterum, hoc eſt, à ſe diuerſum Filium adiunxiſſe, ſtatuere neceſſum erit. Iam ſi ita res habet; quis ille ergo eſt qui ſemetipſum exinaniuit? aut qua tandem ratione exinanitionem ſubijt? Nam ſi, vt illi ſtatuunt, homo, qui ex muliere prodijt, per ſe ſeorſum animo conceptus, iſtuc perpeſſus eſt; quomodo, aut qua ratione in exinanitionem deiectus eſt? Rurſum quomodo is in humilitatem deſcendit, qui tanta cum Dei Verbo ſocietate & affinitate coniunctus eſt, vt paris cum illo dignitatis & authoritatis eſſe cenſeatur? Quòd ſi verò exinanitio illa de Dei Verbo tanquam de altero Filio prædicetur; quomodo is exinanitus eſt, qui alterum, vt illi aiunt, honore affecit, proprijſque titulis & dignitatibus exornauit? Quomodo ille humiliatus dici poteſt qui propriæ ſuæ gloriæ faſtigium alteri ſibi ſociato impertitus eſt? Nā ſi eū humiliari, vel

Ex Apoſtolo validiſſimè eorum euertitur opinatio, qui vnam Chriſtum & filium in duos ſecernunt. Si alterum honorare

exinani-

est ſeipſum ſubmittere, conſeqnẽs ſit alterum conuitiis proſcindere eſſeſeipſum exaltare. Ipſa plenitudo ſe exinaniuit, & ipſa rurſum altitudo ſe humiliauit.

exinaniti ſtatuatur, qui alterum gloria afficit, conſequens fiet (quod abſurdiſſimum eſt) illum exaltationem promereri, qui alteri iniuriam, vel contumeliam intulit.

Quam ob rem vera & neceſſaria ratio ſuadet, & tantùm non compellit, vt ipſam plenitudinem exinanitionẽ paſſam; illud rurſum, quod ſuapte natura ſeruum non eſt, imò vero omni ſeruitutis conditione ſuperius eſt, ſeruili forma ſe veſtiiſſe; hoc eſt, illud hominum ſimilitudinem ſubiiſſe, quod pluſquàm homo feret, hominis ſimilitudinem ſecundũ naturam non habebat; ipſam denique altitudinem ſe humiliaſſe exiſtimemus & prædicemus. Ipſum itaque Dei Verbum ſecundùm naturam humanam ſpõte ad iſthæc propter nos ſeſe demiſiſſe, & in propriæ nihilominùs excellentiæ culmine ſecundùm Diuinam naturam permanſiſſe credimus. Atque ita plenum fit, qui Dominus ſit exaltatus, nomenque, quod eſt ſuper omne nomen adeptus, nec non ab omnibus cultus, paremque cum Deo Patre gloriam ſortitus dicatur: Nam etſi in Patris eminentia & inexplicabili maieſtate conſtitutus eſſet, vbi primùm tamen ad exinanitionem ſe demiſit, ſeruilique forma ſe induit, humiliatus prædicatur; ſed ita, vt naturæ ſibi vnitæ, hoc eſt humanæ, paupertatẽ tranſcendens, à propriæ naturæ diuitiis nequaquam deficeret: Ad eum igitur modum ſecundùm naturam humanam id accepiſſe dicitur, quod perpetuo conſtanterque in ſe ipſo poſſidet, nempe Deum & vniuerſorum Dominum eſſe. Denique ſi Patri honorificum eſt Filium habere, qui in omnes & omnia dominium obtineat; cui dubium eſſe poteſt, quin illi, etiam poſt ſerui formam acceptam, libertatem ſupernaturalemque poteſtatis & dominationis in omnes dignitatem integram aſſeruarit?

Pater filio propter incarnationẽ nihil ademit, quod antea poſſidebat.

Gratias agimus Deo Patri, qui dignos fecit in partem ſortis ſanctorum, in lumine: Qui eripuit nos è poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ; in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum; qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: Quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt; & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit ipſe in omnibus primatum tenens; quia in ipſo complacuit, omnem plenitudinem Diuinitatis inhabitare, & per eum omnia reconciliare in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.) Docetur hic Dei Verbum, hoc eſt, Filium naturaliter ex illo natum, inaſpectabilis Dei imaginem eſſe. Ad hæc omnia, ſiue ſub ſenſum cadant, ſiue ſenſu ſuperiora exiſtant, ſiue in cœlis triumphent, ſiue in terris ætatem adhuc agant, ortum ex illo traxiſſe; ipſum præterea omnia antecedere (In principio enim erat Verbum) ſeculorumque conditorem eſſe ſubſtantiam poſtremò nulla temporis menſura interclusam obtinere: Eiuſmodi autem bonis ſecundùm propriam naturam cumulatum primogenitũ ex mortuis, & caput Eccleſiæ à Deo Patre inſtitutum eſſe affirmat. Iam quo modo, qui Dei Patris Verbum eſt ſemperque fuit, per quem omnia conſtant, primogenitus ex mortuis, dormientiumq; primitiæ appellatur, ſi corpus, quod aſſumpſit, verè illius proprium non erat? quò nimirum illo mortem ſubeunte, & ipſe quoque mortem ſubiiſſe intelligatur: Neq; enim citra iuſtam cauſam id illi accidiſſe dicitur, quod corpori, quod mortẽ ſuſtinuit, illiuſq; proprium erat, accidiſſe nouimus. Ad hunc itaque modum, etiamſi ſecundùm naturam immortalis, & vita per eſſentiam exiſtat, mortuorum primogenitus eſſe cognoſcitur. Sed quando, quæſo, inſtitutus eſt caput Eccleſiæ? Tunc vtique cùm ſemetipſo ad exinanitionẽ demiſſo, noſtri cauſa mortem ſecundùm naturam humanam oppetiit, eſto vt Deus mortis omnino ignarus foret.

Col. 1.

Inaſpectabilis Dei imago filius.

Verbum primogenitus mortuorum dici nõ poteſt, ſi verè incarnatum nõ eſt. Quo modo Chriſtus caput Eccleſiæ, & primogenitus mortuorum.

Cæterum quòd beatus Paulus omnem Diuinitatis plenitudinem corporaliter in ipſo inhabitaſſe aſſerat, non deerunt fortaſſis, qui hic ita obiiciant: En hominem ex muliere ortum, Chriſtum alterum per ſe & ſecundùm ſe extitiſſe indicat, in quo Verbum, hoc eſt, Spiritus Diuinitatiſque plenitudo, tamquam aliter quidam Chriſtus ſeorſum ab altero illo corporaliter inhabitarit? Ad hæc ſanè reſpondemus, Paulum Dei Spiritu afflatum, nequaquam duos agnouiſſe Chriſtos, ſed vnum vbique annunciaſſe; ſicut & vnum quoque Patrem, & vnum Spiritum ſanctum. (Nobis) (inquit ille) (vnus eſt Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipſum; & vnus Dominus Ieſus Chriſtus: per quem omnia, & nos per ipſum.) Sed agendum verborum hic propoſitorum vim ad æquam trutinam expendamus. Filium æternum, in quo omnia, & per quem omnia, inaſpectabilis Dei imaginem, vniuerſorumque conditorem, ac primogenitum inter mortuos, Eccleſiæ caput propoſitum prædicat. Quia ergo Dei Verbum ſuapte natura mortis expers eſt, non poſſumus illud vera perfectaque vnione cum humana natura coniunctum fuiſſe non aſſerere, adeoque vnum Chriſtum, qui idem Deus ſimul ſit & homo, nobis non proponere. At in quo igitur, inquis, omnis Diuinitatis plenitudo habitauit corporaliter? Sanè arbitrari in Verbi ſeorſum per ſe conſiderati naturam hoc accidiſſe, omnino perabſurdum fuerit: Perinde namque iſtuc eſſet, ac ſi vnigenitum in ſemetipſo habitaſſe diceremus. Credentes itaque, Verbum carnem factum,

Antichriſtianorum obiectio.

Quomodo plenitudo Diuinitatis corporaliter habitarit in Chriſto.

1. Cor. 8. Paulus nunquam plures Chriſtos aut filios annuntiauit.

Dei Verbũ mortuum dici verè non poteſt, ſi humanæ naturæ naturaliter vnitũ non eſt.

Abſurdum eſt dicere vel cogitare, Verbum in ſeipſo habitaſſe corporaliter.

factum, non per aliquam ſui tranſmutationẽ, aut verſionem, ſed per veram templi proprii, hoc eſt, corporis anima humana perfecti vnionem, inter nos habitaſſe; pie rectéque aſſeueramus, dum magnus ille Paulus, omnem Diuinitatis plenitudinem in ipſo inhabitaſſe ſcribit, non quidem per doni alicui⁹ participationem, aut habitudinem aut gratiæ communicatione, ſed corporaliter, hoc eſt, eſſentialiter, per inhabitationem illam aliud nihil inſinuare voluiſſe, q̃ veram naturaléque Verbi cum ſacra carne vnionem. Quemadmodum, licet hominis Spiritus in ipſo habitare dicatur, non alius tamen, aut diuerſus ab illo iudicatur. Fit enim vt orationis ſchemate de vna perſona duplicis quandoque perſonæ ratio nobis offeratur; neque ob id, tamen veritas vlla ex parte læditur, vt cùm, exẽpli cauſa, diuina Scriptura de Deo prædicat: (Qui finxit hominis in ipſo; atqui ſpiritum hominis in ipſo formatum ab ipſo homine alienum non eſſe, omnibus perſpicuum eſt. Huc & illud quoque beati Dauid tendit: (Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.) Ecquia; quæſo, erat, qui corde ſuo exercebatur, propriumq́ue ſpiritum ſcopebat? Oportet itaque locutionum formulas non vſque adeò anxiè excutere; ſed ipſas rerum naturas potiùs contemplari, earumq́ue ductu ad ipſam veritatem contendere.

Idem eſt corporaliter I aliquo habitare, quod eſſentialiter.

Perinde all quando loquimur de Diuina perſona, atque de duabus.

Pſal. 76.

DE CHRISTI OBEDIENTIA.

Rom. 5.

Igitur ſicut per vnius delictum in omnes
» homines in cõdemnationem; ſic & per vnı⁹
» iuſtitiam, in omnes hoĩes in iuſtificationem
» uitę: Sicut enim per inobedientiam vnius ho
» minis peccatores cõſtituti ſunt multi; ita & p
» vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi.)

Cùm humana natura ob protoplaſti inobedientiam maledicto mortiſq; ſententiæ obſtricta hæreret, oportuit ad inculpatam illam obedientiæ demonſtrationem, quę initio pręſtabatur, denuo illam reduci. Atqui iſtuc humanæ naturę facultates multis partibus excedebat: Neq; enim vllus mortalium omnium à peccato immunis erat: Nam cùm ea ſemel in noxam errorémque incidiſſet inteſtinisque infirmitatibus victa proſtrataque iaceret, & intra propriam carnem malitiæ ſenſum foueret, ac infrænam tandem peccati legem intra ſua viſcera perpetuò geſtaret; quomodo omnem omnino lapſum euaderet? Nã
» ſapiẽtia carnis (vt inquit ille) inimica eſt Deo: Legi enim Dei non eſt ſubiecta: Neque enim poteſt.) Itaq; Deus Pater mira quadã dexteritate omnia per Chriſtum inſtauraturus, humaneq; naturæ reditum, ac quaſi regreſſum ad id, quod aliqñ fuerat, nõ abſq; magna quadam animi lenitate conciliaturus, miſit Filiũ ſuum factum ex muliere, quò nimirum corpore noſtro ſimili tanquam proprio aſſumpto, homo o ĩs peccati ignarus in terris appareret, talique ſchemate indutus, ac Deo Patri per omnia obſecutus, humanam naturam in ſemetipſo iuſtificaret, mortiſque vinculis exẽptam, nec nõ innocentiæ ſtola ornatam Deo Patri offerret; Etenim perabſurdum fuerit per inobedientiam prioris Adæ ad mortem & corruptionem præcipitantis, damnationis hæredes conſtitutos nos eſſe; iuſtitiæ verò poſterioris per conſummatam illam obedientiã in vitam reducentis, exortes nos manere. Cũ itaque Diuina Scriptura multos per vnius obedientiam iuſtificatos aſſerit, non ſimplicem aliquem, noſtræque conditionis hominẽ ad hoc aſſumptum cogitare debemus; ſed ipſummet vnigenitum hominem factum, qui obedientiam numeris omnibus abſolutam, Patri pro omnibus præſtitit: Is enim ſolus inter omnes repertus eſt, qui atteſtante Scriptu-

Oportuit naturam humanam ad priſtinã obedientiæ ſtatum reducere.

Naturæ lapſæ perdifficile eſt omnẽ lapſum perpetuò vitare.

Rom. 8.

Non minus potuit Chriſti obedientia, quam Adami rebellio, imo multo pl⁹.

ra, (peccatum non fecit, neque dolus inuen- »
tus eſt in ore eius. »

1. Pet. 2.

Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum
» fuiſſe circuncifionis, propter veritatem Dei
» ad confirmandas promiſſiones Patrum: Gen-
» tes autem ſuper miſericordia honorare Deũ.)

Rom. 15.

Promiſſiones Patribus factas ad Iudæos pertinere, prædicat diuinus Paulus. At Prophetæ Chriſtum Gentium expectationem fore iam dudum antè prædixerant. Itaq; Dominus noſter Ieſus Chriſtus Patris ſpiritui ſeſe conformans, circumciſionis, hoc eſt, Iudæorum miniſter factus eſt ad promiſſionum, quæ Patribus factæ querant, corroboratione. Sed & Gentibus quoque viuifica; & ſpiritalis benedictio obtigit, quò & ipſæ quoque per fidem vocatæ, ac miſericordiam conſecutæ, Deum glorificent: Dictum eſt enim: (Iuſtus ex fide viuet:) Verùm enimuerò licet ſecundùm humanam naturam factus ſit miniſter; attamen tam ijs, qui circumciſione ſunt, hoc eſt, Iudæis, quàm cæteris quoque, qui ex Gentibus conuertuntur, aut olim conuerſi ſunt, annunciatur vt Deus: Vtrique enim in Chriſtum nõ tanquam in purum, noſtræq; ſortis hominẽ, ſed tanquam in Deum credẽtes, neq; Dei Verbum extra carnem, hoc eſt, humanam naturam poſitum profitentes, ſed incarnatum, vereq; hominem factum adorantes vocati ſunt ad vitam.

Promiſſiones Patrib⁹ factæ ad Iudæos præcipue pertinebant.

Aba. 2.

Vt Chriſtus Iudæis & Gentibus fuit promiſſus, ita vtriſque ſalus exhibitus.

Verbum autem fidei, quod prędicamus, inquiebat Apoſtolus, hoc eſt: Quia ſi confitea-
» ris in ore tuo Dominum Ieſum; & in corde
» tuo credideris, quòd Deus illum ſuſcitauit à
» mortuis, ſaluus eris.) Iam cùm Deus ſuapte natura ſit immortalis, ſi incarnationis doctrinam non admittimus, corpuſq́ue, quod mori poſſet, aſſumpſiſſe, ſibique proprium feciſſe inficiamur, quomodo ex mortuis reſurrexiſſe rectè dicere poterimus? In humano itaque corpore, quod aſſumpſerat, mortem ſuſtinuit; Diuina autem virtute, tanquam vita & incorruptio exiſtens, ex mortuis denuo reſurrexit.

Roma. 10.

Chriſtus ſecundum humanam naturam mortuus, ſecundum Diuinam e mortuis exſuſcitatus.

(Nam

2. Cor. 10.

(Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt; ſed potentia Deo, ad deſtructionẽ munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollẽtem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnẽ intellectum in obſequium Chriſti.) Bellũ, quod ſancti gerunt, non eſt craſſum, aut corporale; ſed ſubtile & ſpiritale: Illi namque nõ arma carnalia vibrantes, neque lancearum cuſpidibus, aut telorum iactibus vtentes, cõmendari ſolent; verùm ſpiritaliter intrepideque ijs frontem obiectãtes, qui Diuinorum dogmatum rectitudinem adulterare, hominumque mẽtes ad ſua placita temerario auſu abducere ſtudent. Non igitur carnalia, aut infirma ſunt ſanctorum arma, ſed in Deo, & pro Deo valida: Enimuerò hominum commẽta, quæ in abſurdum aliquem ſenſum abſtrahũt, demoliuntur; neque minori ſtudio ea è medio tollere nituntur, quàm exitiales quoſdã barbaros, qui regiæ maieſtati apertũ bellum indicunt. Quòd ſi quiſpiam ex illorum grege, qui iniquitatem contra Deum loqui ſolent, cornua in altum ſuſtulerit, eũ illi rectæ fidei ſententijs retortum, ad veritatis doctrinam mox traducunt, ac tantùm non compellunt. Opus itaque ſanctorũ induſtria verè dignũ Deoque cum primus gratum fuerit, ea ad diſpenſationis cum carne rationem transferre, quæ cum Chriſti gloria non ſatis conuenire videntur: Nam cùm Dei Verbum, & Deus eſſet, & in paterna forma & æqualitate exiſteret, ſeipſum ad exinanitionẽ dimiſit, Patriq; ad mortem vſque obedientiam præſtitit. Omnem proinde cõtrarium intellectum cõmodè euertere, & quaſi captiuum in Chriſti obſequium trahere oportet. Quòd ſi quid verò humanam infirmitatem ſapiens, humanæve naturæ humilitati conueniens dé eo dicatur, id Verbi naturæ, ſi hominem noſtri ſimilem factũ credamus, nullam omnino notã aſperget: Etenim licet humanam naturam aſſumpſerit, eaque ratione Patri ad mortem vſque ſecundùm carnem obtemperauerit; nullam tamen Diuinitatis ſuæ iacturam fecit: Manſit enim Deus, vt erat.

Quiuſmodi ſanctorũ bellum.

Sanctorum arma pro Deo & in Deo valida.

Quæ cum Verbi gloria pugnare videtur, ea ad carnis œconomiã referre oportet.

Heb. 3.

(Vnde fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum; Qui fidelis eſt ei, qui præfecit illum; ſicut & Moyſes in omni domo eius: Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus; quantò ampliorem honorem habet domo, qui fabricauit illam: Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo; qui autẽ omnia creauit, Deus eſt. Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in teſtimonium eorũ, quæ erant dicenda: Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos.) Confeſſionis noſtræ Apoſtolus & Pontifex, à Deo Patre inſtitutus eſt Ieſus, hoc eſt, Verbum incarnatum: Tunc enim, cùm nimirum homo factum eſt, Ieſu nomine per Angelum appellatum eſt. Sunt ſanè Sacerdotij & Apoſtolatus nomen & res perexigua, ſi Verbi naturæ attribuantur: Veruntamen humanæ naturæ modulo nõ omnino incõgruè adaptantur: (Nam Filius) vt ipſe alicubi teſtatur (non venerat miniſtrari, ſed miniſtrare, & animã ſuam redemptionem dare pro multis.) Quòd igitur creaturarum omnium obſequio iure meritoq; potiatur, hoc inde habet, quia Deus & Dominus eſt, totumque, quod ortum quouis modo ſortitum eſt, pedibus illius ſubſtratum eſt. Quod autem miniſtrat, hoc naturæ humanæ eſt. Neque hoc, ſi diſpenſationis cũ carne rationem ſpectes, vlla ex parte illũ dedecet, vt quo ſe totũ ad humana demiſiſſet, cõſtet. Vide iam quomodo ſecundùm humanam naturam Sacerdotij munus obeat, Mediatorque inter Deum & hominem exiſtat. (Cuiuſuis enim Sacerdotis eſt intercedere.) Veruntamen ſacrificij ritum non obijt ſeruiliter Sacerdotũ more: Neque enim ille ſacrificij expers eſt, vt alij Sacerdotes; vt qui ſibi ipſi quoque ſacrificet, & per ſeipsũ, & in ſeipſo Deo Patri. Offert autẽ inter cætera & noſtram quoque confeſſionem, hoc eſt, fidem, quam rite facere cõſueuimus, dicentes. Credimus in Deum Patrem omnipotentem; & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium eius; & in Spiritum ſanctum. Itaque Sacerdotio fungi dicitur ſecundùm naturã humanam; ſacrificio autem potiri, ſecundùm Diuinam: Eſt enim idem Deus ſimul & homo. Appellatus eſt autem fidelis, propterea quòd ſemper ſaluare queat eos, qui per ipſum ad Deum accedunt. Quin & ipſe quoque Pater fidelis vocabulo interdũ exprimitur. Quanto autem interuallo miniſterium illius cũ Moſaico collatum excedat, quatenus hic Deus ſimul & homo exiſtit, perfacili negotio id quiuis intelliget, ſi ſecum reputet, illum quidem veluti fidelem famulum in domo verſatum eſſe, hũc verò, hoc eſt, Emmanuelem, toti domui tanquam Dominum præpoſitum fuiſſe; imò verò ipſius domus architectum, cõditoremque extitiſſe, cuius quidẽ domus nos ſumus. Maximum autem diſcrimen intercedit inter conditum & conditorem, inter eũ rurſum, qui ſuapte natura Dominus eſt, & eum, qui verè ſeruus & ſubditus eſt.

Verbi ſecũdùm ſe abſolutè accepti, non eſt miniſtrare, aut ſacerdotio fungi.

Matth. 20.

Oĩa Chriſti pedib. ſubſtrata ſunt.

Chriſtus non offert alio. ſ. Sacerdotum more.

Chriſtus offert Patri noſtrã confeſſionem.

Cur Chriſtus Pontifex fidelis.

Chriſti miniſterium à Moſaico admodum diuerſum.

(Quia deſcendi de cœlo, nõ vt faciam voluntatem meã, ſed voluntatem eius, qui miſit me, Patris; vt omne quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.) Cælitus ſe veniſſe, indeq; à Deo Patre ſe miſſum aſſerit, etiamſi abſolutè impleat omnia; illud omnibus, niſi fallor, demonſtrare, planumque facere volens, nempe Deum diſpenſatoria ratione, in humanã naturã propter nos ſe demiſiſſe; non quòd per hoc Deus eſſe deſiſteret, ſed quòd id aſſumeret, quod ſuapte natura non erat: Vt corpore, quod aſſumpſerat, propriumque ſibi fecerat, morti ad tempus contradito, nullum ex illis,

Ioan. 6.

Cœlitus venit, qui implet oĩa.

Quo ſenſu Verbũ cœlo deſcẽdiſſe dicat.

quos

quos dono acceperat, deperderet; ſed omnes ſeruaret, ac in nouiſſimo die ex mortuis exuſcitaret. Cùm autem non ſuam, ſed ſui ſe Patris voluntatem perficere addit, Iudæorum veſaniam ex obliquo perſtringit, vt qui ſuam ſemper voluntatem conſtituere ſatagentes, diuinaſque leges floccifacientes, de Domini ſui placitis perficiendis, nihil quicquam pēſi haberent. Dum, inquam, ſuū hoc loco promptum obſequendi ſtudium palàm commendat, illorum rebellionem neutiquam obſcurè incuſat. Quin & alibi quoque eo nomine illos inſimulat, quòd odio, infectatione iniquoque iudicio ex inſtituto contra ſe deſequirent: (Vos) inquit (ſecundùm carnem iudicatis; ego non iudico quenquam. Et ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum; ſed ego & qui miſit me, Pater.) Loquitur autem iſthęc ſecundùm carnis diſpenſationem.

Ioan. 7.

Iudæi legē flocci faciebant.

Ioan. 8.

Sed agè nunc alterum illud quoque, quod ſubiungit, expēdamus. E cœlo igitur vt Deus dilapſus, illos omnes à Patre ſibi donatos affirmat, qui fidem in illum haberent; nō quidem vt illos perdat, ſed vt in nouiſſimo die ad vitam exuſcitet. Sed quo modo exuſcitat? non aliò ſanè, quàm per ſuam ex mortuis reſurrectionem: Proprio nanque templo vitæ reſtituto, mortiſq; imperio per propriæ carnis internitionem demolito, humanæ naturæ ad reſurrectionem, nec non ad obtinendā contra corruptionem victoriam viam muniit. Verbi itaque Dei, quod è cœlo deſcendit, id proprium eſt, per quod primogenitus ex mortuis factum eſt; quò illud nimirū, quod ipſi donatum eſt, vnà cum illo exuſcitatum, propter protoplaſti inobedientiam, ſalutem & vitam æternam obtineat. Cæterùm vt homo factum eſt, eos dono ſibi obtigiſſe dicit, qui fidem ipſi præſtāt. Nam vt Deus eſt, omnia, quæ Patris ſunt, hæreditario iure poſſidet. Quia enim carni & ſanguini, vt aliàs quoque monui, communicauit; accidit vt donationis quoque nomen hic locum haberet. Credimus nihilominùs & hoc quoque modo affectum in illud, tāquam in verū Deum: Nam qui ante ſuſceptam carnem nobis imperabat; is etiam nūc carne indutus regnum in nos obtinet. Imò verò vbi primùm Verbū homo noſtri ſimilis factum eſt, vt principatū in nos gereret, neceſſaria quadam ratione ſtatim inauguratum eſt: (Dominus) inquit (dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam.) Quamuis ergo vt Deus omnibus nominetur; tamen ſecundùm humanam naturam, quæ ſua alioquin erant, accepiſſe dicitur.

Chriſtus eos omnes dono accepit, qui in illum credunt.

Chriſtus ſua reſurrectione, noſtræ reſurrectionis cauſa.

Verbi id propriū eſt, per qđ primogenitus ex mortuis factus eſt.

Pſalm. 2.

Verbum, quæ ſua alioqui erāt ſecundum humanam naturā accipere dicitur.

DE CHRISTI SANCTIFICAtione, eiuſdemque Sacerdotio.

Heb. 2.

(Decebat enim eū, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummari. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annunciabo nomen tuū fratribus meis, & in medio Eccleſiæ laudabo te.) Rudiores, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, in duos Chriſtos, totidemque Filios ſuos more diuidunt arbitrātur fortaſſis, hominem ex muliere natum, ſeorſum per ſe, hoc eſt, à Dei Patris Verbo ſeiūctum, per crucem hic cōſummatum prædicari; eundemq; ſalutis noſtræ auctorem hoc loco appellari, cōſummatum autem, & cruci veluti alterum quempiam à ſe, ab ipſo Verbo obiectum eſſe: Nam illud, propter quem, & per quem omnia, propriè in illud quadrare, hoc inquiunt illi, ex beato Euangeliſta euidenter colligi poteſt: Ait enim: (Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.) Decuit igitur, vt aſſerunt illi, vt, Dei Verbum, per quod omnia, & propter quod omnia, illū, qui multos filios in gloriam adducturus erat, nempe ſalutis illorum principem, hoc eſt, hominē purum ex ſacra Virgine ortum, per afflictionem perfectum cōſummatumq; redderet: Quòd autem hic eorum ſermo amentia impietateq; ſcateat, iſthuc, quanta à me fieri poterit perſpicuitate, nunc oſtendere conabor.

Pſal. 21.

Nugantur planeque ineptiunt, qui crucifixum, quaſi alterum ab illo à Verbo ſeiungunt.

Ioan. 1.

Inprimis itaque ἰδίως illud per quem de ipſo quoque Patre enunciatum interdū comperitur: (Fidelis Deus) ſcribit Beatus Paulus) per quem vocati eſtis in ſocietatē filij eius.) Ad illos rurſum, qui per fidem ad libertatis dignitatem euocati fuerant, ita ait: (Itaque iā non es ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius, & heres per Deum.) Cùm ergo Diuina Scriptura promiſcuè hanc phraſin vſurpet; neque Filio ſolum illud, per quē tribuat, ſed ipſi quoque Patri; nihil eſt, quòd Filij tantùm perſonæ illud nos admetiri neceſſariò cōpellat. Cùm itaque hæc ita ſe habeant (miſſa impræſentiarum, cùm huius, tum illius quoque perſona) Scripturarū auctoritati innixi, ſermonemq; incarnati Vnigeniti myſterio congruentem ſtudioſè conſectati fatemur, Patrem Filium hominem factum per paſſionem cōſummaſſe: Quandoquidem is, Deo Patre ſic volente, ignominia contēpta crucem ſuſtinuit, quò & nos quoque veſtigijs illius inſiſtentes animaret, credulosque illi redderet; qui alicubi ita dicit: (Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autē non occidere poſſunt:) Nam quòd afflictionem in mundo, perſecutionemque ab hoſtibus perpeſſuri eſſent, & grauia nihilo ſecius pro veritatis dogmate certamina ſubituri, & virtute denique ſtadiū nō abſque magno ſudore & moleſtijs decurſuri, noluit eos metu frangi, ſed per ea, quæ ipſe perpeſſurus erat, animari, id certò, quod ſcriptum extat, ſibi perſuaſum habentes, puta: (Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum; neque ſeruus ſuper dominum ſuum. Sufficit diſcipu-

Illud Apoſtoli, per quem non ſoli Verbo tribuitur, ſed Patri & Filio promiſcuè.

1. Cor. 1.

Gal. 4.

Patrem Filiū cōſummauit per paſſionem, & quare.

Matth. 10.

Chriſtus Apoſtolos & omnes Sāctos per mortem & paſſionem ſuā ad crucem voluit animare.

Matth. 10.

„ diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo,
„ ſicut dominus eius. Si me perſecuti ſunt, &
„ vos perſequentur.)

Scopus itaque vnigenito Dei Filio præpo-
ſitus, fuit io carne ſua pto nobis pati. Cuius
quidem præpoſiti cauſam Diuus Paulus ali-

Heb. 2. Cur Vnigenitus voluerit pati.

„ cubi his verbis explanat: (Quia) inquit pue-
ri communicauerunt carni & ſanguini, &
ipſe ſimiliter participauit eiſdẽ, vt per mor-
„ tem deſtrueret eum, qui habebat mortis im-
„ perium, id eſt. Diabolum, & liberaret eos, qui
„ per totam vitam timore mortis obnoxij erant
„ ſeruituti.) Cùm ergo mortis demolitio hu-

Homo mortis vim per ſe eneruare nõ poterat. Mors vitæ inſultãs regnum amiſit.

manæ naturæ facultatem ſuperaret (nã per
vetus maledictum ad eam adducta erat cala-
mitatem, vt neceſſariò mortis imperio obno-
xia teneretur) oportuit vt viuificum Dei Ver-
bũ natura mortu obſtricta, hoc eſt, noſtra hu-
mana ſeſe indueret; quò mors efferatę cuiuſ-
dam belluæ inſtar propriam illius carnem
adorſa, à tyrannide, quam in nos exercebat,
velut à Deo iam debellatam in poſterum de-

Christus perficiſ ſecũdum carnem, perficit autem ſecundùm Diuinitatem.

ſiſteret: Ipſe itaque eſt, qui quidem propter
nos ſecundùm carnem, hoc eſt, humanã na-
turam perficitur; ſecundùm diuinam verò
virtutem (eò nimirum, quòd mortis impetũ
perfregerit) nos perficit conſummatque: Re-
ſtituit enim humanæ naturæ eam integrita-
tem & incorruptioonem, quam io ortus ſui

Sap. 2. Mors opus Diaboli.

„ primordio obtioebat: (Deus enim mortem
noo fecit, neque lætatur in perditione viuo-
„ rum: Creauit enim vt eſſent omnia, & ſana-
„ biles fecit nationes orbis terrarum, & nõ eſt
„ in illis medicamentum perditionis, nec infe-
„ rorum regnum in terra. Sed diaboli inuidia
„ mors intrauit in mundum.) Ad hunc itaque
„ modum nos perficiens ad cœleſtem Patrem

Ioan. 17. Patris gloria, Filij victoria.

aiebat: (Ego te clarificaui ſuper terram, opus
conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam.)
Ea nãque vera eſt Dei Patris gloria, quòd per
Filium ſuum demolitus eſt mortem. Per cru-
cem proinde ipſi quidem conſummatio, no-
bis verò innouatio, eiusque quod deerat, ex-
pletio obtigit: Per Chriſtũ enim, & in Chri-
ſto noua creatura effecti ſumus:

Quòd autem non nudum tantùm vulga-
remque hominem à Verbo ſeiunctum, noſtri
cauſa conſummatũ dicat, ſed ipſummet Vni-
genitum humana forma indutũ, id magnus

Heb. 2.

„ Paulus hac rurſum oratione cõfirmat: (Qui)
„ inquit (ſanctificat, & qui ſanctificãtur, ex vno
„ omnes. Propter quam cauſam non confundi-
„ tur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo no-
„ men tuum fratribus meis.) Hic operæ pretiũ
eſt cognoſcere, ecquiſnam ille ſit, qui ſancti-
ficat; tum quinam illi rurſum, qui ſanctifi-
cantur; & quonam modo ex vno omnes, &

Ab eodem naturali principio orti quodã cognationis vinculo inter ſe conſociantur.

ex quo tandem illo. Sanctificat igitur Filius
ſecundùm naturam Sanctus exiſtens, vtpotè
Deus; ſanctificamur autẽ nos ab eo per Spi-
ritum ſanctum. At quomodo ex vno omnes?
Ex vno vtique omnes conditore & opifice.
Vnde & mutuam quoque fraternitatem ne-
ceſſariò hinc trahimus: Nam inter ortum &
ortum, quatenus orta ſunt, naturalis quædam
germanitas intercedit. Cæterùm cùm Filius
non ſit factitiæ naturę, neque vllam omnino
vt Deus fraternitatẽ cũ creatura inire queat;
qui fieri poteſt, vt omnes tam illi, qui ſancti-
ficãtur, quàm is quoque, qui ſanctificat, pro-
fluxerint ab vno? Sanè ad dilucidã propoſi-
tæ rei explanationem ad incarnationis œco-
nomiam ſpectare nos oportet: Cùm enim
Emmanuel nobis ſecundùm carnem aſſimu-
latus eſt; tunc & ipſe quoque perinde ac nos
ex vno eſſe verè dictus eſt, creaturarumque
frater iure appellatus eſt; vtpotè quandam
iam tum cum humana natura cognationem
ſortitus. Hac igitur ratione nec iniuria, fra-

Dei verbũ per incarnationem frater noſter effectꝰ eſt.

tres nos appellare neutiquam veritus eſt: Ni-
ſi enim his, qui per ipſum conditi ſunt, ſimi-
lis euaſiſſet (quãquam per hoc, id quod erat,
non amiſerit) nequaquã, vt mihi perſuadeo,
fratris nomine ſe cõpellari paſſus eſſet. Tunc
autẽ tãquàm iam vnus ex nobis, & ipſe quo-
que eum, quem laudant Seraphin, & vniuer-
ſa creatura adorat, inculpatè vnà nobiſcum
laudauerit & adorauerit.

(Et manifeſtè magnum eſt pietatis Sacra- 1. Timo. 3.
mẽtum, quod manifeſtatum eſt in carne, iu- „
ſtificatum eſt in Spiritu, apparuit Angelis, „
prædicatum eſt Gentibus, creditũ eſt in mun- „
do, aſſumptum eſt in gloria.) Si Deus Verbũ „
Deitatem non admittens, ſed io quibus erat
bonis, cõſtanter perſiſtens, homo factus præ-
dicatur, magnũ profectò pietatis myſterium
hic ſe offert. Si verò Chriſtus eſt homo tan-

Magnum pietatis myſteriũ offertur in Verbi incarnatione.

tùm communis, ſola dignitatis vel auctoritа-
tis ſocietate Deo cõiunctus (hoc enim indo-
cti quidam defendunt) quomodo manifeſta-
tus eſt in carne? An non omnibus perſpicuũ
eſt, nullum non hominem carne indutũ cer-
ni? nec alio modo à quoquam poſſe videri?
Qua ergo ratione à ſanctis Angelis viſus di-
citur? Nónne Angeli nos ipſos cõſpicantur?
Quid igitur in Chriſto, aut nouum, aut inu-
ſitatum, aut admiratione dignum eſt, ſi ſolæ
naturæ noſtræ ſimilitudinem gerens, à qui-
buſdam Angelis viſus eſt? Qualis rurſũ Gen-
tibus annuntiatus, aut qualis tandem à mun-

Apoſtoli Chriſti Diuinitatem mundo annũciarũt.

di huius inquilinis creditus eſt? Nã ſi diſci-
puli illum mundo annuntiarunt, vt purum
aliquem noſtræ conditionis hominem, & nõ
vt Deum hominem factum, taliſque ab ijs,
qui in mundo degunt, habitus eſt; ad vnum
oẽs anthropolatriæ crimine rei tenebimur,
creaturamque Creatoris loco adorare apertè
conuincemur; idque illius impulſi qui natu-
ra & veritate vniuerſorũ Deus & Dominus
eſt: Conſtat enim magiſtros, qui hæc doce-
rent, ad nos miſiſſe: Quòd ſi verò Chriſtus ex
mortuis exuſcitatus, ſanctos Apoſtolos his
verbis affatur: (Euntes, docete omnes Gẽtes, Matth. 28.
baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & „
Spiritusſancti,) noſque in illum credimus, „
ac mortẽ eiuſdem annuntiantes, reſurrectio- „

nemque

Baptizamur i Chriſtum, tanquam in Deum.

oemq́ue profitentes baptizati ſomus; & iſtuc de more ſactitantes, nunquā hactenus, quòd hominem colamus, inſimolati fuimus; quis dubinm babere poteſt, Chriſtum nō eſſe purum hominem, nuda tantùm ſimpliciq́ue cū Dei Verbo connexione hooorat ū, verùm naturali ſecundùm diſpenſatoriam vnionem cum humana natura coitione, vnum eſſe Filinm & Dominum, atque ideo magnum pietatis Sacramentū eluxiſſe mundo? Deus itaque Verbū apparuit io caroe, inſtificatus eſt in Spiritu: Nullum enim peccatū Dominus noſter deſignauit. Viſus eſt & Angelis, vt qui natiuitatem eius ſecundùm carnē noo ignorātes, (Gloria io excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis;) concinnerint. Prædicatus eſt oihilominùs & Gētibus quoque, denique verum illum naturalemq́; Dei Patris Filium eſſe, qui manifeſtatus ſit io carne, creditum eſt ab his, qui mundum hunc incolunt.

Quomodo Chriſt' iuſtificatus i Spiritu. Luc. 2.

Ioan. 1.

(Et teſtimonium perhibuit Ioannes dicēs: Qoia vidi Spiritum deſcendeotem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum; & ego oeſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt, qoi baptizat in Spiritusſancto. Et ego vidi & teſtimoniū perhibui, quia hic eſt Filius Dei.) Cùm vnū dnotaxat Emmanuelem aſſignet, neque eos, qui vnicū Chriſtum in duos diuellunt, ferat; quid nos hic cogitare par eſt, cùm Spiritum ſaoctum è cęlo ſuper illum deſcendiſſe, nec oon ſuper eundem manſiſſe audimus? Suſpicabimúrne, Dei Patris Verbū Spiritusſancti participatione indiguiſſe? At quid hoc, aut imaginari, aut dici queat abſurdius? Spiritus eoim æquè proprius eſt illius atque Patris: (Quooiam filij eſtis,) inquit beatus Paulus (miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra clamātem: Abba Pater.) Impium proinde fuerit, vel ſolum cogitare, ipſum Dei Patris Verbum Spiritusſancti communicatiooe quandoque eguiſſe; fatuum verò, in rem vſque adeò planam & euidentem curioſiùs velle inquirere. At quomodo ergo Spiritusſanctus ſuper illū deſcendit? aot Spiritum ille ſanctum ſúſcepit? Suſcepit ſanè, & quidem citra vllā omnino notā ſuſcepit humanam naturam, exigente id incaroationis diſpenſatione, neceſſariaque diſpenſationis cum carne ratiooe. Suſcepit autem nobis veriùs, quàm ſibi; quo nimirum, poſteaquam ab hominibus, eò quòd illorum mens à iuuētute ad malitiam prona ſemper intentaq́; eſſet, ſemel auolarat, nunc in Chriſtum velut in alterum geoeris noſtri principium deſcendens, ſedemq́ue capiens iterum in nobis, tanquam rectè iam operantibus, & vitam à peccato omoiq́; crimine immunem in ipſo ducentibus, cōquieſcat. Verùm enimuerò licèt vt homo Spiritumſanctum ꝓpter nos ſuſcipiat; vt Deus tamen eundem impertiri ſolet. (Super quem) inquit idem ille (videris Spiritumſanctum deſcēdentem & maneotē, hic eſt, qui baptizat in Spiritusſancto.) Baptizare autem in Spiritusancto opus Diuinum exiſtit. Atqui Dominus noſter Ieſus Chriſtus his, qui baptizantur, Spiritum Patris haud aliter atque proprium impertit. Atque huc tendit Diuus Paulus, dum inter cætera ita ſcribit: (Qoi in caroe ſuot, Deo placere ooo poſſuot. Vos autem in carne oon eſtis, ſed in Spiritu; ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis; ſi quis autem Spiritum Chriſti non babet, hic ooo eſt eius.) Hunc itaque Dei Filium eſſe, apertè teſtatū fecit Ioannes.

Ioannes non fert illos, q Chriſtum diuidunt.

Verbum ſecundum ſe non eget Spiritus ſancti ope. Galat. 4.

Suſcepit Verbū ſpiritumſanctum ſecūdum carnē & quidem nobis verius, quàm ſibi.

Spiritusſanctus ꝓpter admiſſum peccatum nos deſeruerat.

Chriſtus ſuſcipit quidem Spiritum ſanctū vt homo; impertit vero eundem vt Deus. Ioan. 1.

Rom. 8.

At lubenter equidē hic illos percontarer, qui vnum Domioū ooſtrum Ieſum Chriſtū in duos filios diuellunt (nam vonm tantum Pater demonſtrauit; & de vno ſolùm: (Hic eſt Filius Dei,) beatus Euangeliſta retulit) de vtrooam illorum, quod allegatum eſt, accipi debeat? Nam ſi ſermo eſt de Vnigenito Dei Patris Verbo ſeorsū per ſe ſumpto, quomodo illud Spiritum ſuſcipit? An non & Deus eſt natura, & ipſum Spiritum proprium poſſidet? Quòd ſi verò bominem ex muliere ortū ſeorſum ac per ſe poſitum Spiritusſancto eguiſſe dixerint, quomodo hic rursū io Spiritusſancto baptizat? Quandoquidem Spiritusſancti gratiam accedentibus poſſe dilargiri, id verò naturæ eſt omniū ſupremæ ac pręſtantiſſimæ. Quòd ſi vnus idemq́ue ſimul dat & recipit, manifeſtum eſt, id inde prouenire, quia ſecuodùm incarnationis œconomiā idē ſimul verus homo & verus rursū oaturaliſq́; Deus eſt. Accipit igitur vt bomo, non tam ſibi illum impetrans, quàm toti generi humano per ſeipſum & io ſeipſo primo. Ex propria verò vi & oatura nō iodignis dooat, vt Deus eſt. Poterant alia quoque io eandem ſententiam non pauca adferri; ſed ſuperuacaneum iudicauimus, idē ſæpius inculcare: Maximè verò cùm ingenioſioribus ad ſimilium locorum cognitionē, vel vnius explanatio ſat eſſe poſſit. Quamobrem quotieſcuoque Chriſtus vel ſanctificare, vel Spiritumſaoctū accipere dicitur, ſemper iſtuc ad hunc modum intelligendum eſt: Equidem cùm in ea iocidimus, quæ de Chriſti maieſtate ſacrarum literarum auctoritas rectè tradidit, multò ſatius eſſe duco, cum ſomma pietate & reuerentia eandem complecti, quàm temeritatis arrogantia præcipitem abire.

Illud Euangeliſtæ: Hic eſt Filius meus, neq; ad ſolum Deum Verbum, neq; ad ſolū hominem poteſt referri, ſed ad Deū & hominē ſimul.

Cùm de Chriſti œconomia diſputaſ, magna op' eſt cautione.

Ieſus autē plenus Spiritusſancto, regreſſus eſt à Iordane, & agebatur in Spiritu io deſertum diebus quadraginta, & tentabatur à Diabolo; & nihil manducauit in diebus illis. Et conſummatis illis, poſtea eſuriit.) Decebat ſanè, vt ille noſtri cauſa Satanæ ſe obiectaret, partamq́ue iam olim palmam ipſi denuo eriperet, qui ea de cauſa in voluntariam exinanitionem ſeſe demiſerat, vt ſuæ nos plenitudinis participes efficeret, fractoſque & debilitatos quondam in Adamo, ſpiritale quod-

Luc. 4.

Decuit vt is, qui hominem per fraudē vicerat, per hominem rurſum victus ſuccūberet.

dam

dam robur adeptos oſtenderet: Quandoquidem tam corporum, quàm animorum ægritudines, protoplaſti ſcelere in hominum naturam inuectæ, per Chriſtum è medio ſunt ſublatæ: Sicut enim huius obedientia iuſti conſtituimur multi (etiãſi propter illius inobedientiam iuſtam condemnationis ſententiã excepiſſemus) ita rurſum ſpiritali robore per Chriſtum nobis allato, à veterum morborum detrimentis liberamur: Et qui per Adam victi concideramus, per Chriſtum victoriam obtinuimus. Obijcitur itaque hoſti pro nobis vt homo; vincit autem vt Deus.

Chriſtus vir exhauſit, quã ſerpens ꝑ Adamum inſudeuit.

Tentatur rurſum, Satana perinde illi inſultante ac vni ex nobis certoque ſibi pollicente fore, vt carnis imbecillitas ad illum proſternendum ſociã ſeſe adiungeret; verùm is pudefactus abſceſſit, cùm natura humana nouo quodam modo illum in Chriſto vincens, legẽm peccati, quæ pridem in membris carnalibus graſſabatur, extinctam mortificatamq; ſeſe habere oſtenderet: Abolita eſt enim lex hæc in Chriſto. Porrò autem, cùm, quantum ſat erat, iã ieiunaſſet, diuinaq; virtute abſque cibo & potu incorruptam carnẽ conſeruaſſet; vix tandem, quæ propria illius ſunt, pati eam ſiuit: Eſurijſſe enim dicitur. Sed quam ob cauſam, quæſo, eſurijt? Ob eam nimirum, quo aptè per vtrunque Deum ſimul & hominem ſe eſſe declararet: Vnus igitur idemque & ſupra nos eſt, & ſecũdùm nos eſt; hoc quidem ſecundùm humanam, illud verò ſecundùm diuinam naturam.

Satanas Chriſto temerè inſultans, proſtratus.

Vnus & idẽ & iuxta nos eſt, & ſupra nos eſt.

Virtute autem Spiritus in deſertũ agi dicitur, non quòd vi aliqua eò abreptus, abductùsue ſit, ſed quòd vitam ad tempus ibi traduxerit, moratusque ſit. Quemadmodum nos quoque dicere interdum conſueuimus, hunc vel illum probè ſeipſum aſſequi, hoc eſt, inculpatam vitam exigere. Verſabatur igitur in deſerto, hoc eſt, vitam iſtic agitabat, non quidem humanam aut corpoream (nam abſque cibo & potu, rebus vtrique humano corpori neceſſarijs ibi degebat) ſed Spiritus virtute armatus, ſupra humanæ naturæ cõditionem in continuo ieiunio ibidem perſiſtebat. Cæterùm accuratè, quod hic traditur, obſeruandũ: Eſt enim eiuſmodi, in quo ſalubris quædam doctrinæ vis lateat: Non enim ante ſanctum Baptiſma ſuſceptum tentabatur; ſed neque Spiritu quoque in deſertum agebat. Ecquid, quæſo, res iſthæc nobis adumbrabat? Non aliud vtique, quàm perdifficile eſſe, imò verò fieri vix poſſe, vt ij, qui Baptiſmi gratia necdum potiti ſunt, grauiſſimis tentantis Satanę inſultibus viriliter obſiſtant, aut ſpiritalis vitæ rationem inire queant: Tempus autem obtinendæ tam illuſtri victoriæ poſt ſacrum Baptiſma opportunius erat: Quandoquidem hac via Spiritus ſancti participatione firmamur, cumque in modũ ad ſpiritale robur communimur, vt Satanæ inſidijs facilè capi nequeamus, ſed Spiritus virtute verè

Quomodo Chriſtus in deſertum ductus.

Chriſtus in deſerto nõ agebat vitam humanã aut corporeã, ſed cœleſtem & ſpiritalem.

Citra Baptiſmi gratiam, Satanæ reſiſtere difficillimum.

corroborari vacuitatemque à mundi huius tumultuationibus tanquam deſertum quoddam adepti, ætatem quietè & placidè tranſigamus. Quamobrẽ licet cunctipotentis Dei Verbo parum omnino ſit Satanam deuiciſſe; nobis tamen permagnum quoddã videri debet, quòd humanitatis ſuæ potentia victoriã aduerſus illum obtinuerit; ſicut & illud quoque, quod per eandem ad incorruptionẽ nos inſtaurauit: Sicut enim per reſurrectionem illius omni corruptione ſuperiores euaſim᷑; ita victoria contra tentantem Satanam per illum obtenta, nos quoque victores reddit.

Non multũ eſt Dei Verbũ Satanã viciſſe, ſed multũ eſt humanæ naturæ viribus viciſſe.

(Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Ieſum Filiũ Dei, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem: Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus: Tẽtatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.) Exigitur à nobis rectæ fidei confeſſio, nempe vt credamus in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium eius & in Spiritum ſanctum: Huius autem fidei confeſſioni inhęrere nos oportere, diuus Paulus admonet paſſim. Quoniam verò certò cõſtat, vnum duntaxat eſſe Dei Patris Filium, nempe Chriſtum Ieſum, qui & noſtis infirmitatibus condolere poteſt, & per omnia ſecundùm ſimilitudinem abſque peccato tentatus eſt; quis tandem magnus ille Pontifex noſter eſt, ſi hic non eſt? Neque ita tamen Pontificio munere fungitur, vt aliorũ Sacerdotum more externũ, hoc eſt, à ſe alienum ſacrificium offerat: Ipſe enim eſt Agnus ille immolatitius; ipſe fragrantiſſima illa hoſtia & ſpiritale holocauſtoma; ipſe turtur ille gemebundus & ſimplex columba; ipſe panis viuus & thuribulum aureum: (Chriſti enim bonus odor ſumus;) vt ſacris literis proditũ eſt. Porrò Apoſtolicæ ſententiæ profunditatem hic tu mihi diligenter obſerua. Ait autem: (Non habemus Pontificem, qui nõ poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.) Nunquid ſi Dei Verbum homo factum non fuiſſet, humanæ naturę infirmitatem, tanquã rerum Conditor exactè exploratam non habuiſſet? Habuiſſet vtique: (Ipſe enim) vt ſcriptum eſt (figmentum noſtrum nouit.) Verùm enimuerò vt maximè noſſet; nondum tamẽ (vt aliquid interim humanum nobis de eo depromere liceat) nondum, inquam, noſtros morbos certa experientia cognouerat. At verò poſteaquàm carnem noſtram induit, omnia expertuſque, perque omnia tentatus eſt: Neque tamen dicimus, antea quicquam omnino eorum omnium ignoraſſe; ſed ſcientiæ diuinæ, quam obtinebat, eam quoque notitiam, quam adfert experientia, acceſſiſſe. Itaque Dei Verbum noſtram vicem doluit, noſtrique miſertum eſt; non quòd eam ſympathiam ex ipſa demum tẽtatione vel experientia aſſumpſerit (erat enim ſibi antè ſuapte natura

Heb. 4.

Cuiuſmodi fides, quæ à nobis exigitur.

Chriſti oblatio diſſimilis legalium Sacerdotũ ſacrificijs.

2. Cor. 2.

Heb. 4.

Chriſtus infirmitatẽ noſtrã experiẽtia didicit.

Pſal. 102.

Chriſtus experimentalẽ notitiã acciebat.

tura

tura miſericors vt Deus) ſed quia poſteaq̃ hoc ipſum,quod erat,conſtanter manens, factum eſt etiam homo noſtri ſimilis, ea aptè etiam de illo affirmantur, quæ in naturã humanam eõueniunt. Dicitur & ipſos quoque cœlos penetraſſe, idq́ue non ſolùm ſecũdum naturam incorpoream, hoc eſt, diuinam, verùm etiam ſecundum corpoream: Nam, vt ſapientiſſimus Paulus alicubi monet, (aſcendit, vt compareat nũc vultui Dei pro nobis.) Quin & hoc quoque ſenſu cęlos tranſmiſiſſe rectè dicitur, quòd beatorum Angelorũ gloriam longo poſt ſe interuallo reliquiſſe certò dignoſcatur: (Quandoquidem, vt Deus eſt, ſuper omnem Principatum & Poteſtatem & Dominationẽ eſt, & omne nomen, quod nominatur, non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro:) Nam vt Filius eandem cum Patre ſuo gloriam & poteſtatẽ obtinet, etiamſi diſpenſatoriè noſtri ſimilis factus ſit.

Chriſtus bifariã cœlos penetrauit.

Heb. 9.

Chriſtus Angelorũ gloriã longo interuallo, poſt ſe reliquit.

Epheſ. 1.

(Nec quiſquam ſumit ſibi honorẽ, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non clarificauit ſemetipſum, vt Pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eũ: Filius meus es tu, ego hodie genui te.) Qui ſeipſum vltrò ad exinanitionem demiſerat, is paternã vocationem ad vſitatam apprimeq́ue conuenientem Sacerdotij functionem ducentem opperitur: Conuenientem autem non ſuæ ipſius naturæ, ſed noſtræ, hoc eſt, humanæ; ſecundùm quam poſteaquàm ſemel ille nobis aſſimilatus eſt, quæ illius ſunt propria, tanquam vnus ex nobis patitur: Nullum interim ſecũdùm naturam propriam detrimentum accipiens; ſed diſpenſatione ſecundùm carnem ſcitè conuenienterq́; vtens: Vt id enim, quod erat, hoc eſt, Dominus ſecũdùm naturã permanſit; etiamſi ſeruilem formã ſubijſſet: Ita quantumuis innumeros in cœlo haberet, qui hymnos laudesq́ue, hoc eſt, ſpiritalia incruẽtaque ſacrificia illi offerent; nihilominùs; quæ humanæ naturæ conueniunt, eidemq́ue conſentanea ſunt, nuſquam non integrè cõſeruans, humanum quoque Sacerdotium nõ eſt aſpernatus. Vocatus eſt itaque vt Aaron, modo tamen diſſimili: Ille enim tanquã ſeruus inunctus eſt ad miniſterium; hic verò ſecundùm ordinem Melchiſedech aſſumptus, tanquam filius adminiſtrat Patri. Miniſterij porrò modum Diuus Paulus de Chriſto omnium noſtrum Seruatore ſcribens, hunc in modum exponit: (Qui nõ ſecundùm legem mandati carnalis factus eſt; ſed ſecũdùm virtutem vitæ diſſolubilis.) Eſt itaque Sacerdotij illius ritus ritu Aaronico multis partibus præſtantior: Nam etſi ille ad Sacerdotium aſcitus eſſet; attamen, vt modò aiebam, erat manebatq́ue ſeruus; hic verò in eo quoque ſtatu Dei Patris Filius erat; natura quidẽ ęternaque generatione Deus & Verbum, noſtræ verò conditionis homo ſecũdùm nouiſſimũ carnalemq́ue ortum. Vtrunque per τὸ hodie (quod præſentis temporis nota extitit) nobis adumbratum. Quamuis ergo Pater incarnatus non ſit; hactenus tamen carnalem natiuitatem ad ſe quoque pertinere iudicat, quatenus illum ſuum eſſe Filium, nõ ignorat, qui quidẽ ſecundùm Diuinam naturam ex ipſo, ſecũdùm humanã verò natus eſt ex muliere.

Hebr. 5.

Pſal. 2.

Chriſtus ad Sacerdotium aſcitus.

Angeli in cęlo incruẽta laudum ſacrificia offerunt Chriſto.

Diſſimile Chriſti & Aaron Sacerdotiũ.

Heb. 7.

τὸ hodie vtranque Chriſti natiuitatem adumbrat.

Chriſti ſecundum carnẽ ort⁹, ſuo quoque modo ad Patrem ſpectat.

(Qui in diebus carnis ſuę preces ſupplicationesq́ue ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cũ clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Et quidem cùm eſſet Filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam; & cõſummatus, factus eſt omnibus obtemperãtibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ; appellatus à Deo Pontifex ſecundùm ordinem Melchiſedech.) Sapientiſſimus Paulus ad eos, qui per fidẽ iuſtificati fuerant, ita ſcribit: (Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti.) Quin magnus quoque Petrus ille his cognata ſcribit: (Quæ,) inquit, eſt gratia, ſi peccãtes, & colophizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes, patienter ſuſtinetis, hęc eſt gratia apud Deum: In hoc enim vocati eſtis: Quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis, relinquẽs exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.) Scopus Vnigenito noſtram ſimilitudinẽ ſortito præfixus fuit, ſecundùm humanam naturam pati, ſuosq́; familiares edocere, qua ratione tentationum inſultibus obuiàm ire oporteat, qualesq́; illi eſſe debeant, qui diuinæ pietatis cauſa perſecutiones patiuntur, vel cum quibuſcunque animi corporisq́ue periculis conflictantur; tum præclarum quoque obedientię finem ob oculos ponere, quò & nos quoque ſtrenui prudentesq́; eorum, quæ ſecundùm carnis diſpẽſationem ille patrauit, imitatores inuenti, veſtigijsq́ue eiuſdem ſtudioſè inſiſtentes, vitam verè probatam tranſigamus. Per ea igitur, quæ ille vt homo fecit ac pertulit, oſtendere voluit illos, quibus propter charitatẽ erga Deum quippiam aduerſum perferre propoſitũ eſt, mentem obtinere debere integram inconcuſſamq́ue, pericula, quæ religionis nomine ſuſcipiuntur, vitæ loco habẽtes: Veruntamen nõ permittit virili robore præditos animas ſuas temere abijcere; aut quod agendum incumbit, per negligẽtiam omittere, aut ea, per quæ ſalus fortè obtingere poterat, fruſtra ab illis expectare, qui ex inſtituto obeſſe ſtudẽt. Hortatur autem, vt impigre precibus incumbant, Deoq́; ſine intermiſſione ſupplicent. Hęc docet, dum in diebus carnis ſuæ, qui ſeruare à morte illum poterat, preces & ſupplicationes offert.

Hebr. 5.

1. Cor. 4.

1. Pet. 2.

Quid Chriſtus ſua paſſione & morte docere nos voluerit.

In vitæ periculis cõſtitutos, ab ignauia & temeritate alienos eſſe oportet.

Cernis hic, quanta æqualitate & moderatione rem hanc temperarit: Nam ꝙ tentationibus audentiùs obuiàm iuerit, id manifeſtæ fortitudinis argumentum eſt: Rurſum ꝙ pauerit, ꝙ formidine cõtrahi viſus ſit, ꝙ preces reuerenter ad eũ fuderit, qui à morte ſaluare eũ poterat, id infirmitatis iudiciũ prę ſe tulit. Nefas ergo non eſt perſecutorem vitare, aut eundẽ formidare: Alioqui enim, cur ipſe ſan-

Chriſtus temperauit metum fortitudinis ſignificatione.

Perſecutorem formidare, & vitare licet.

ctis

Math. 10. Rom. 8.

ctis Apoſtolis iuſſiſſet. (Cùm vos perſequentur in vna ciuitate, fugite in aliã?) Cur item ſapiẽtiſſimus Paulus, qui disertè alicubi gloriatur: (Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? an pſecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? &c.) Damaſcenorum præfectũ fugiẽs è muro per ſportam paſſus eſſet ſeſe dimitti? Cùm igitur neceſſariũ eſſet, vt ipſemet Chriſtus ad quoduis bonũ opus docẽ ſe nobis præceptoremq́; exhiberet, valido clamore & ſupplicatione, tãquam vnus ex nobis ad Deũ acceſſit; à quo etiam tanquam verus naturalisq́; Filius, qui repulſam pati nõ poſſet, exauditus eſt: (Ego) inquit (ſciebam, quia ſemper me audis:) Vt enim noſtras preces Deo redderet acceptas, ipſe primus rẽ exorſus eſt, paternas aures hac ratione humanæ naturæ quodammodo aperiens dilatansque, & eorum votis, qui illius cauſa aliqñ periclitarentur, faciles prõptasq́; efficiẽs. Nos itaque in ipſo veluti in altero generis noſtri principio ſumus, qui valido cum clamore & lachrymis, tũ vt mortis imperium in nobis aboleatur, tum maximè vt vita naturæ noſtræ quondam donata denuo firmetur, integreque reſtituatur, enixè efflagitamus.

Actor. 17. Paulus fugit perſecutorem.

Ioan. 11. Christus orans nſas preces Patri acceptas reddidit.

Porrò autem, quòd obtemperãdi ſtudium præclara mercede penſetur, illuſtremq́; exitũ ſortiatur, hoc ex ipſo eodem rurſum Emmanuele diſcere licet: (Ex his) inquit (quæ paſſus eſt, didicit obedientiam;) quod perinde eſt ac ſi dicat: (Humiliauit ſemetipsũ factus obediens vſque ad mortẽ, mortem autẽ crucis.) Veruntamen Dei Verbum humanæ naturæ ſchemate indutum, non diu in ea abiectione & humilitate permanſit: Mox enim exaltatũ eſt, nomine, quod eſt ſuper omne nomen, accepto. Sanè quidem illuſtre nobis exemplum hic proponitur: Oſtenditur enim, obedientiam & glorioſam, & admiratione dignam, & bonorum omniũ cõciliatricem eſſe. Quod igitur Emmanuel, non ante incarnationem, ſed in diebus carnis ſuæ (Quando nimirum citra vllam notam, citraque omnem omnino diuinæ gloriæ ſuæ iniuriã facere id licebat; imò verò quando diſpenſatio cum carne fieri iſthuc quodammodo poſtulabat; alioqui enim quomodo vita mortem exterruiſſet, aut abſorbuiſſet?) tentatus impugnatusq́; valido cũ clamore & lachrymis orauit; id nobis ad exemplum, quod imitemur, propoſitum eſſe exiſtimare debemus, nõ in animi fracti argumentum: Nam cùm ipſe nos in periculis velit eſſe quàm animoſiſſimos, eorũq́; minas, qui corpus tantùm occidunt, contemnere iubeat; quomodo fieri queat, vt ille ꝓpter perpeſſiones ſeruilem in modũ fracto abiectoq́; animo fuerit? Quomodo is mortẽ à ſuo corpore arcere non potuiſſet, ſi voluiſſet, qui ab omnibus illa amolitur, quique ſola voce eos, qui in monumẽtis ſunt, olim ſe excitaturum promiſit, & re ipſa id ſe poſſe non ſemel declarauit? Acclamans enim Lazaro: (Veni foras;) & viduæ filio: (Adoleſcens, tibi dico ſurge;) vtrunque ſtatim in vitam reuocauit.

Phil. 2. Quomodo Chrſs didicerit obedientiã ex his, quæ paſſus eſt.

Christus cruce ſua promeruit nomen, qđ eſt ſup omne nomen. Obedientia bonorum omniũ conciliatrix.

Clamor & lachrymæ Christi in cruce in exemplũ & documentum nobis propoſita ſunt. Matth. 10.

Christus multis argumentis oſtendit, ſe mortẽ ſeruiliter non formidaſſe. Ioan. 11. Luc. 7.

Quòd ſi qui ſunt qui contra Scripturam ſtudio quodam prauè ſentientes, illum per ſe vulgarem tantùm hominẽ extitiſſe dicere audeant, qui ex ſacra Virgine ortus, cũ clamore valido & lachrymis preces & ſupplicationes obtulit illi, qui eũ à morte liberare poterat; næ ſi meritò quendam ex ſanctis Apoſtolis hæc ſibi occinentem audiuerint: (Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos animales, Spiritum nõ habentes.) Quæro autem ex illis, qui iſthæc tam abſona effutire non erubeſcunt; vtrùm Emmanuelem purum tantùm hominem eſſe omnino ſentiant, qui ob id vnum patrem cũ Dei Verbo dignitatem & auctoritatẽ ſortitus dicatur, quòd familiari quodam neceſſitudinis vinculo illi coniunctus ſit? Quòd ſi purum, nobisq́; per omnia ſimilem hominẽ tantùm eſſe dixerint, profectò aperto ἀνθρωπολατρείας crimine tenebũtur, quicunque illũ adorauerint: Scriptum eſt enim: (Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.) Quòd ſi verò non ad qualecunque, ſed ad veram cum Dei Verbo, & dignitatis & auctoritatis æqualitatem euectum reſpondeant; nec ob id tñ prohiberi, quò minus Patrẽ valido cum clamore & lachrymis adeat, illique, qui ſeruare poteſt, ſupplex fiat; nihil omnino obſtabit, quò minùs ipſius quoque Verbi conditionẽ, quamuis Deo Patri dignitate & auctoritate æquale ſit, eiuſmodi eſſe exiſtimemus. Quare & in illud quoque conueniet, mortẽ exhorreſcere periculum timere & fugere, in tentationibus plorare, alterius ope, vt ſeruetur, indigere, expreſſa denique tentatione obedientiam diſcere; atqui extremæ veſaniæ fuerit iſthæc ſentire, nedũ dicere: Eſt enim Dei Verbum omnipotens, morte ſuperius, maius denique, q̃ vt perpeſſio, aut vlla omnino humana formido in ipſum cadere valeat. Verùm licet ſua natura eiuſmodi ſit; noſtri tñ cauſa mortem ſuſtinuit. Itaque neque purus tantùm homo eſt, neque Verbum rurſum noſtræ carnis expers, ſed verbum noſtræ naturæ vnitum, ſecundùm ſe quidem impatibile, humana autem patiens ſecundùm carnem. Quæ igitur Emmanuel, vt homo pertulit, ea, vt paulò antè dicebamus, nobis in exemplum proponuntur, quò nimirum veſtigijs illius inſiſtamus, qui ſemel ſe offerens rem totam confecit. Sanè lex Pontifices infirmitati obnoxios inſtituebat, verùm iuriſiurandi ſanctio poſt legem edita, Filium vna oblatione in æternum conſummatum pronuntiat: Ea ipſa videlicet, qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctificator per proprium corpus in ſempiternum conſummauit: Obtulit enim ſeipſum pro nobis in odorem ſuauitatis Deo & Patri, perfecitque nos per fidem & ſpiritalem ſanctificationem, cùm legis antiquæ cultus nullum omnino ad perfectionem adduceret. Vnde & figuræ

Spiritu deſtituuntur, & animales ſunt, q ſegregant. Iud. ep.

Anthropolatriæ ſunt Chriſtiani omnes, ſi Chrs nõ eſt Deus. Matth. 4. Deut. 6.

In Dei Verbum ſecundùm ſe nulla paſſio, aut formido.

Nec tantũ homo, neq ſolum Verbũ eſt Emmanuel, ſed Verbũ incarnatũ.

Christus vna oblatione nos cõſummauit.

quoque ceſſarunt, & vmbratilis illa veteris Teſtamenti imperfectio è medio ſublata eſt. Succeſſit autem, & quidem neceſſariò ſucceſſit melioris ſpei introductio, per quá Chriſto, qui propter naturæ ſimilitudinem in Pótificum ordinẽ euectus eſt, pro nobis deprecante, Deo appropinquamus.

Figuræ & veteris Teſtamẽti vmbræ ceſſarunt.

2. Cor. 13.

Verumenimuerò cùm Paulus illum ex infirmitate crucifixum alicubi pronũtiet, quomodo, inquis, Lex Sacerdotes infirmitati obſtrictos ordinat, iuſiurandum verò poſt legẽ promulgatum, Filium, quaſi nulla in illũ infirmitas cadat, in ęternum conſummatũ perfectumq; affirmat? Abſolutè, ni fallor, illud perfectum dicitur, quod omni bonorum genere cumulatum eſt. Hæc autẽ abſoluta perfectio apud veteris legis Sacerdotes omnino inuſitata erat, vt qui non rarò in infirmitates inciderent. Sed quomodo idem omnino, & infirmitate maior creditur, vtpotè Filius numeris omnibus perfectus, & ex infirmitate rurſum crucifixus docetur? Vt crucem ſecundùm carnem ſuſtinet, meritò infirmus prædicatur; vt autem Deus eſt, quauis infirmitate ſuperior rectè aſſeritur: Scriptũ eſt enim: (Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma.) Quòd ſi qui ſunt, qui infirmitatis nomine id vnum hic inſinuare contendant, nẽpe quòd legales miniſtri non ſine peccatis vitam tranſigebant, non repugno; imò in hanc ſententiam libenter concedo. Legis proinde miniſtri, non vno, ſed pluribus ſacrificijs indigebat, vt quos quotidie tam pro ſuis, quàm pro populi ignorantijs offerre oportet; proptera nimirũ quòd ſubinde in alias & alias infirmitates prolaberentur, eoq; languore tenerẽtur, qui in multiplex peccatum abducit. Ille autem maior, quàm qui peccare poſſit, vtpote Deus, Pontifex noſter effectus, ac ſecundùm humanam naturã Sacerdos appellatus, Patri ſemetipſum, hoc eſt, non alienum, ſed ſuum proprium corpus obtulit & conſecrauit: Secũdùm naturam proinde diuinam in peccatum prolabi non poteſt; poteſt id autem natura quæuis productitia, vt quæ pro eſſentiæ ſuæ ratione mutationi ſubijciatur; ille autem eſt penitùs immutabilis. Deus itaque omni ex parte perfectus eſt, & nullo præſidio indiget, vt in ſua ſanctitate firmus perſiſtat: Status enim naturæ illius eiuſmodi eſt, vt delinquere nullo modo queat.

Abſolutè pfectũ nullius deeſt boni poſſeſſio.

Abſoluta pfectio veteribus incognita.

Idem Chriſtus diuerſa ratione validus & infirmus.

Math. 26.

Infirmitatis nomine vtrunque deſignatur & carnis imbecillitas, & peccandi propẽſitas.

Chriſtus nõ alienũ, ſed propriũ corpus Patri obtulit.

Sola Diuina natura ſecundùm ſe ἀναμάρτητος eſt.

Heb. 8.

(Capitulum autem ſuper ea, quæ dicũtur, talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis, Sanctorum miniſter & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo.) Vetus illud tabernaculum per ſapientiſſimum Moyſen in deſerto exædificatum eſt, idque ad formam in mõte illi demonſtratam. Et quidem veteris Teſtamenti Sacerdotibus erat illud aptiſſimum; at verò habitaculum Chriſto conueniens eſt ſuperna illa venuſtaque ciuitas, hoc eſt, cœlum, diuinum ſanè ſummumque tabernaculum, non arte humana inuentum, ſed ſanctum, & à Deo fabrefactum; in quod ille illatus eos, qui in illum credunt, ſanctificationemq; per Spiritum conſecuti ſunt, Deo & Patri offert: (Nemo) inquit (venit ad Patrẽ, niſi per me.) Iſtiuſmodi ergo illius eſt miniſteriũ, de quo hic agimus. Et quamuis res hæc noſtris, hoc eſt, humanis verbis exprimatur; eſt tamen admodum diuina. An non, obſecro, diuiniſſimum quiddam eſt credentes proprio Spiritu poſſe ſanctificare; miſericordiaque & gratia iuſtificatos, mundo emortuos, Spiritu viuificatos, vita tandem morumq; ſanctiſſimorum honeſtate conſpicuos Deo poſſe offerre, & tantum non conſecrare? Quòd autẽ (etiamſi miniſtrare dicatur) Patre neque minor ſit, neque gloriæ illius vlla ex parte cedat, id inde clarè conſtare poteſt, quòd diuinæ maieſtatis ſolium obtinere, atque adeò ipſi Patri dexteræ aſſidere perhibeatur: Si enim verum eſt, omnem omnino Sacerdotem cõſtitui, vt ſacrificium offerat; neque paris vnquam auctoritatis & gloriæ cum Deo, cui ſacrificat, cenſeri ſolet, quo pacto Chriſtus nouo modo ſacerdotio non fungitur, qui ita vt homo miniſtrat, vt tamẽ in diuinitatis ſolijs cõſideat? Quòd ſi quis improbus ſycophanta hominẽ ſecundùm ſolam auctoritatis ęqualitatẽ Deo coniunctum ad Patris dexterã conſidere cõtendat, is ſanè ſupremam illam ſanctæ Trinitatis maieſtatem, quę ipſi ſoli & ſummè competit, non vnius amplius rationis eſſe aſſeret, ſed Deum quendam recentem ouperue genitum, & quaſi quartam poſt ſanctam & homouſiam illam Triada diuinam hypoſtaſin introducet.

Heb. 8.

Chriſti tabernaculũ cœlum.

Sacrificiũ, quod Chriſ offert in cœlo, ſunt fideles.

Ioan. 6.

Diuiniſſimũ & auguſtiſſimũ Chriſti miniſterium.

Chriſti miniſterium Diuinæ illius gloriæ nihil præiudicat.

Non eiuſdẽ ſunt auctoritatis, qui offert, & cui ſacrificiũ offertur.

Heb. 9.

(Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius creationis; neque per ſanguinem hircorum & vitulorũ, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, ęterna redemptione inuenta.) Qua ratione Dominus noſter Ieſus Chriſtus per maius & perfectius tabernaculum ingreſſus Pontifex extiterit, verba modò recitata planũ nobis faciunt. Quòd autem ſacerdotij illius ritus legali Sacerdotio multis partibus præſtiterit, plurimumq; ea excelluerit, quæ tantùm in vmbra & figura cõtingebant (ipſe enim per ſe vera illa & impolluta hoſtia extitit) nemo, opinor, inficias iuerit. Obſerua hic autem præclarum illũ & admirabilem Pontificẽ noſtrum, qui in dextera throni maieſtatis Dei ſedet in cœleſtib⁹, per propriũ ſanguinẽ ſemel tãtùm in ſancta introijſſe, æternamq; redẽptionem inueniſſe. At quo modo is, qui vt Deus Deo Patri dextera aſſidet, propriũ ſanguinẽ habere rectè dici poteſt, ſi naturalẽ Dei Filiũ hominis quoque Filiũ extitiſſe, propriũq; ſanguinẽ pretium pro omnibus impendiſſe, & ęternam hac ratione mundo ſalutẽ peperiſſe certò perſuaſum non habuerimus? Neque enim temere dixerit

Chriſti Sacerdotium, eiuſdemq; oblationẽ legalium Sacerdotum miniſteriũ eorundẽq; victimas multis præſtitiſſe.

quiſpiam,

quiſpiã, opinor, decuiſſe, vt Emmanuel tanquàm pecus aliquod ſubinde mactaret; quippe cùm ad totum orbem liberandum vel ſemel ipſum morté ſubijſſe abunde ſar fuerit. Quòd ſi, vt nonnulli ſentiunt, purus per ſe tantùm homo erat, Deo qoidé ſecundùm dignitatis, vel auctoritatis æqualitatem cõiunctus, ſecundùm hypoſtaſin verò ab eodem ſeiunctus, & quaſi ſeorſum per ſe poſitus; profectò ſanguis, qui in mundi redemptionem impenſus eſt, non eſt illius, qui ad dextrã Dei Patris ſedet, ſed alterius cuiuſpiã, qui voluntate & ſeoreotia cum illo cõſpirat: Quemadmodum enim duo Priocipes eadé auctoritate præditi, non vnus, ſed duo ſunt homines; ita cuipiam dignitate parem eſſe, naturis interim & perſonis diſtinctis, non ſinit vnum, ſed dno eſſe: Et vnius rurſum ſanguis ita eſt huius, vt nullo modo ſir alterius. Ad verã itaque vnioné oõ ſat eſt hominé Deo auctoritatis, vel dignitatis æqualitate, copulatum eſſe.

..decui vt Emmanuel pecudis inſtar ſubinde mactaret.

Si Chriſtus purus homo, non is noſtri cauſa mortem oppetijt, q ad dexterã Dei ſedet.

Dignitatis paritas nõ arguit pſonarũ identitaté, ſed neque ſat quoque eſt ad conſtituendã hypoſtaticam vnionem.

Heb 9.

Eſa. vlt.

(Non enim in ſancta manufacta Ieſus introiuit, neque in exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei ꝓ nobis.) Cœlum (inquit Deus) mihi thronus eſt. Et ipſum quoque Filium in ſupernis ſpiritibus conquieſcere, cœlumq́; veluti ſanctũ quoddam tabernaculum obtinere, ac ibidem ſacrificare dicimus: Alio id tamen modo & ritu ac ij, qui corporaliter in terra ſacris operantur ſanguineq́; ſm legis præſcriptũ ad verorum expreſſionem litant. Sed qno, quæſo, modo vultui Dei nunc tandem pro nobis apparet? Nónne ille eſt rerum omnium opifex, & Dei Patris ſapientia, per quam procreata ſunt omnia? An nõ ſapientia de ſe ita concionatur: (Cùm eo erã cuncta cõpooens, & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tépore, & ludens in orbe terrarũ, & deliciæ meę eſſe cum filijs homioum.) Cùm ab initio igitur Pater illi adblandiretur, ex eoq́; oblectatiooé quotidie caperet, isque viciſſim voluptatem Patri adferret, quomodo nũc demum vultui Dei apparere dicitur? Sanè Verbum Dei nouo nunc modo apparet, non ampliùs carnis expers & purum ſicut in principio, ſed in ſorma & natura humaoa. Ad hunc itaque modũ pro nobis apparere, humanãq́; naturam, eſto illa propter Adami præuaricationé quandoque exoſa proſcriptaq́; fuerit, in conſpectu Dei Patris offerre traditur. Verbum proinde, vt homo factum eſt, oculis paternis velut io ſe ipſo primo nos ſiſtit, quò nimirum Patri cõmendatos nos reddat, veteribusq́; noxis expiatos, ad vitę nouitatem per Spiritu inſtauret, ac eorũ tandé ſocietate dignos efficiat, quos Pater in filios cooptauit.

Nõ eſt idé ſacrificãdi ritus Chriſti in cęlis, & Sacerdotum in terris.

Prouer. 8.

Aliter nũc vultui Dei apparet Verbum, aliter ante orbé conditum.

De eo, ꝙ Dñs noſter Ieſus Chriſtus gloriam accepiſſe ſcribitur.

Gal. 1.

(Paulus Apoſtolus non ab homioibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtũ & Deum Patrem, qui ſuſcitauit eũ ex mortuis.) Ad oſtendẽdum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum externa aduentitiaq́; gloria minimè indiguiſſe, ſat erat indicaſſe, ipſum æquè ac Deum Patré miniſtros, qui illũ deprædicarent, amandare ſolitum eſſe: Neque enim ſemetipſos, qni mittebantur, prędicabant, ſed Ieſum Chriſtum, idq́; in gloriam Dei Patris. Quia verò ſtudioſè ſacras literas ſectari nos oportet; neque ab earum decretis vel minimum diſcedere nobis licet, agedum paucis, quo modo Deus Pater Filium ſuũ gloria coronaſſe dicatur, planũ ſaciamus. Beatus Paulus de mundi huius Principibus quodam in loco ita ſcribit: (Si enim cognouiſſent, nuoquam Dominũ gloriæ crucifixiſſent.) Norat itaque, eum, qui crucis ſupplicium ſubierat, gloriæ Dñm eſſe. Iam quomodo Dñs gloriã à Patre accepit? Huius quęſtionis oodum diſpẽſationis ratio diſſoluit: Accepit enim gloriam vt homo: Pergit auté gloriæ Dominus eſſe, vt Deus. Et quidem diuinæ illius naturæ opes ex ijs operibus à nobis deprehẽduntur, quæ creaturæ facultatem exuperant; at verò humanæ egeſtatis conditio ex eo nobis fit palàm, quod aliunde quædam accepiſſe perhibeatur: (Cùm enim diues eſſet, propter nos factus eſt egenus.) Noſtras proinde cogitationes ad rectæ fidei oormã inſtituentes, & quæ de ipſo ſentire nos par eſt, congruè expẽdentes; ita illũ io noſtrã paupertaté ſe demiſiſſe ſtatuemus, vt tñ, tanquam Deũ nunquam diuité eſſe deſijſſe, certò nobis perſuadeamus.

Nõ ſe ipſos prædicabãt Apoſtoli, ſed Ieſum Chriſtum.

Nihil docẽdum, quod ſacris literis aduerſetur.

1. Cor. 2.

Paulus norat, crucifixum glorię Dominum eſſe.

2. Cor. 8.

Naturæ humanæ inopia, naturę diuinæ opulentiã Verbo nõ ademit.

Ioan. 3.

(Pater diligit Filiũ, & omnia dedit in mano eius.) Filius accepit vt homo, interim Pater à oullo eorum illum excludit, quæ in ſua ſuot poteſtate; ſed quò vna cũ illo omnibus dominetur, omnia Filio impertitur. Sed & ipſum quoque mortalium genus ſm ſe alioqui infrene, & ad rebellionem propenſum Diuinitatis ſceptris per illum ſubmittitur: Quandoquidem, vt ſapientiſſimus Paulus alicubi admonet, (Deus erat in Chriſto muodũ recoocilians ſibi.) Hic antem nequaquàm aſſerimus, id quod rudiores quidam faciuot, aliũ ab eo, quem ſacra Virgo io lucé edidit, Chriſtũ in Chriſto homine inhabitaſſe, mundũq́; ſibi recõciliaſſe: Sed ipſummet Deũ Patré p Chriſtũ, & in Chriſto muodũ ſibi recõciliauiſſe: Filius nãque poſt humanã naturã aſſũptã factus eſt mediator, & ad pacé obtioendã quodãmodo reconciliator; nõ iã alteri cuipiã à ſe diuerſo in propria perſona obediẽs, ſed Deo & Patri: Qñquidé Chriſto recõciliati, p ipſũ, & in ipſo, & Deo quoque omniũ Saluatori recõciliamur; hinc illud: (Venite ad me oẽs, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos.) Quòd ij auté, qui ad illum ſe adiungunt, non alteri cuipiã reconcilientur, quàm vero naturaliq́; Deo, illud idé ipſe his verbis perſpicuũ facit: (Qui) inquit (credit in me, credit in eum, qui miſit me;) rurſum: (Credite in Deum, & in me credite.

Pater omnia ſua cũ Filio cõmunia habet.

Omnia Pr ſibi ſubiecit per Filium.

2. Cor 5.

Verbum p humanam naturã factũ eſt mediator & reconciliator.

Matth. 11.

Deo vero reconciliantur, q Chriſto reconciliantur.

Ioan. 14.

» (Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, » vt Filius clarificet te, ſicut ei dediſti poteſta- » tem omnis carnis: Vt omne quod dediſti ei, » det eis vitam æternam.) Aduocatus & propitiator appellatur Filius: Ipſe enim hominibus cœleſtē Patrē beneuolum propitiumq; reddidit, atque adeò omnium bonorum nobis auctor fuit: Veruntameu inquiſitione dignū eſt, quanam ratione Pater glorificet Filium, & Filius viciſſim glorificet Patrem. Ait ergo aduenisſe horam, hoc eſt, tēpus, in quo ipſum pro totius mundi vita crucis ſupplicium ſubire oporteret. Par erat autem, vt Pater Filium morte humiliatū per reſurrectionem ex mortuis denuo glorificaret, ſibique homouſion & viuificum, & morte ſuperiorem, & naturam à corruptione alienam ſortitū euidenti teſtimonio demonſtraret. Quin ipſe quoque Pater hoc ipſo glorificatr, quòd Filium decore, gloria potētiaq; ſibi per omnia ſimilē habeat. Atque iſtuc liquidò oſtendit Filius, cùm mortis imperio demolito, ſuū ipſius tēplum à mortuis denuo exuſcitauit: Verùm enimuerò licet vt homo ius poteſtatemque in omnes accepiſſe perhibeatur; vt Deus tameu vniuerſis rerum naturis abſolutè dominabatur. Pater rurſum ijs, qui Filio dono obtigerunt, vitam æternam impertitur; at ille interim eſt illa ipſamet vita: (Ego) inquit ſum reſurrectio & vita.) Quare licet gloriam & regnum & ſuper omnes & omnia poteſtatem accepiſſe dicatur; hoc tamen non ad Diuinitatem, ſed ad incarnationis conditionem eſt referendum: Certum eſt enim, Filium, vt Deus eſt, & gloriæ Dominum & eadem cum Patre maieſtate præditum eſſe, neque, quod quidem ad Diuinitatis naturam ſpectat, Patris gloria & eminentia vlla ex parte inferiorem eſſe. Ad hunc itaque modum comparati, & pij erimus, & omni intellectu in Christi obſequium cōuerſo omnes cogitationes omnemque altitudinem contra Dei ſcientiā ſeſe extollentem facilè euertemus.

Cur Chriſtus aduocatus, & propitiator appelletur.

Filius per reſurrectionē ex mortuis glorificatus.

Gloria Filij redūdat in Patrem.

Ioan. 11.

Quicquid Chriſtus donatum eſſe accepit, hoc totum non ſibi, ſed nobis accepit: Eitq; hoc rurſum ad naturam ſuſceptam, non ad Diuinitatis ſubſtantiā referendū.

Actor. 2.

(Dextera igitur Dei exaltatus & promiſſio- » ne Spiritusſancti accepta à Patre, effudit hoc » donū, quod vos videtis & auditis: Non enim Dauid aſcendit in cœlum. Dicit autem ipſe: » Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris » meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum » pedum tuorum.) Vniuerſum incarnati Verbi myſteriū vtcunque ex his perſpicere licet: Etenim omnipotens illa dextera veraq; manus, Deus Verbum in Patris forma & æqualitate cùm eſſet, propter humanam naturam exinanitum & exaltatum prædicatur; non ꝙ in gloriam extraneam, hoc eſt in eam, quam olim naturaliter non poſſideret, euectum ſit, ſed ꝙ ad propriam naturaliterq; ſibi inſitam & quaſi ingeneratam denuo redierit. Homo itaque factū, exaltatum eſt ſecundùm humanam naturam: Nam ſecūdùm propriam ſublimiùs euadere non poterat. Quare quicquid de exinanitione dicitur, hoc totum ad aſſumptę naturę modulos referatur, oportet. Deus itaque homo factus, licet hoc ipſum ſolum, quod cernebatur, hoc eſt, purus homo eſſe putaretur, prædicatus eſt; tamen in Gentibus creditus eſt, in mundo honoratus eſt, vt verus Dei Patris Filius; deniq; ſumma gloria ſummaq; dignitate condecoratus eſt, vtpotè Deus eſſe creditus. Neque ea res inſolens illi fuit: Verà nanque in humana natura humilitatem; veram rurſum in exaltatione ſublimitatē ſummamq; gloriam agnoſcimus. Quoniam verò humanæ naturæ humanæq; conditionis omnia cœlitus & à Deo obuenerūt; ideo Filius, quanquam is ſecundùm ſe manus dextera & omnium opifex ſit, per Patris dexteram iure meritoq; exaltatus dicitur. Obſerua hic rurſum, Dnm noſtrū Ieſum Chriſtū, ſecundùm humanam quidem naturam, Spiritum accipere, ſecūdùm Diuinam verò hoc ipſo Patris promiſſa exſoluere, quòd Spiritumſanctum non tanquam ab ſe alienum, ſed tanquam ſibi proprium fidelibus immittit. Deus per quendam ex Prophetis alicubi ita ait: (Effundam de Spiritu meo ſuper om- » nem carnem.) Hanc autē promiſſionē Christus Dominus tum demū præſtitit, cùm proprium ſuum Spiritum, ad fidem vocatis immiſit. Atqui Spiritusſancti gratiā quibuſcunque lubitum fuerit impertiri, id in hominē nequaquam conuenit, ſed tantùm in verum naturalemque Deum. Quando igitur Filius Spiritumſanctum impertit, quod Dei Patris proprium eſt, efficit. Humanū proinde quiddam eſt, Spiritum ſuſcipere, Diuinum verò & ſupra hominē, ex propria plenitudine Spiritusſancti donum in alios effundere. Verbum itaque, quod in humana forma apparuit, Deus eſt. Vnde conſequitur, vt eiuſdē quoque cum Patre maieſtatis eſſe videatur.

Pſal. 109.

Idem Verbum humiliatur & exaltatur, at non in alienam, aut aliás in debitam gloriam.

Chriſtus aliud erat aliud eſſe videbatur.

1. Tim. 3. In Chriſto ſumma ſublimitas, & vera etiam humilitas.

Chriſtus Patris dextera, & omnium opifex.

Ioel. 2.

Impertiri Spiritū ſanctum Dei proprium eſt.

De eo, ꝙ Chriſtus per paternam virtutem reſurrexiſſe dicitur.

Diuus Paulus de Patriarcha Abrahamı ita ſcribit: (Non eſt autem ſcriptum tātùm pro- » pter ipſum, quia reputatum eſt illi ad iuſti- » tiam: Sed & propter nos, quibus reputabitur » credentibus in eū, qui ſuſcitauit Ieſum Chri- » ſtum Dominum noſtrum à mortuis: Qui tra- » ditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit » propter iuſtificationem noſtram.) Cùm vna dūtaxat Diuinitas exiſtat, meritò totius opus cenſetur, cuique tandem perſonæ adſcribatur: Deus Pater namque per Filium operatur in Spiritumſanctum. Quare ſicuti Pater viuificare dicitur, idipſum omnino per Filium in Spiritumſanctum prȩſtare intelligatur. Rurſum ſi Filius in his, quæ vita deſtituuntur, vitam efficere prædicatur, hoc ipſum abſque coeſſentialis Patris ſynergia efficere non putetur, vt qui illū, qui genuit, in ſe ipſo manētē ſemper habeat: (Ego) inquit (à me ipſo nō loquor: Pr, qui in me manet, ipſe facit opera.) »

Rom. 4.

Opera Trinitatis indiuiſa.

Pater viuificat, ſed nō abſque Filio & Spiritusſancto.

Ioan. 8.

Tandem

Tandē ſi Spiritus hoc vel illud operatur, omnino, vt vitæ Spiritus, operator: Atqui Deum Patrem & Filium, qui ex illo naſcitur, ſecundùm naturam vitā eſſe, certò noſcit. Quamuis ergo Pater Chriſtum ex mortuis exuſcitaſſe dicatur; Filium tamen circa proprij corporis exuſcitationem non otioſum extitiſſe ſtatuatur: Nam Iudæos hoc modo allocutus, legitur: (Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.) Cùm illud beatus Paulus docet, quòd & nobis quoque reputabitur ad iuſtitiam credentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum ex mortuis; non ſolùm in Deum Patrē credendū eſſe inſinuat, ſed etiam in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Quin & illud quoque obſeruandum hoc loco venit, nempe Vnigenitum hominē factum, mortem quidem ſecundùm carnem pertuliſſe; vitamen carnis, hoc eſt, humanitatis neutiquam reuixiſſe, ſed virtute Deitatis, (quæ viuificat mortuos, & vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt.) Ipſa itaque viuificatio vel exuſcitatio non ad ipſam corporis naturam, licet illud Verbo ex Deo genito proprium extiterit, ſed ad ſupremam illam virtutem, hoc eſt, ad eam naturam inte meritoque referenda eſt, quæ omnem excedit creaturam. Hoc totum tamen in perſona Dei Patris, ex quo prodit Filius, per omnia illi æqualis & ſimilis: Procedit autē per vtroſque & viuificus quoque Spiritus. Addit porrò, Chriſtum propter delicta noſtra traditum eſſe; propter noſtram autem iuſtificationem denuo exuſcitatum eſſe: Quemadmodū enim mortē noſtri cauſa in propria carne pertulit, atque ita mortis Imperium diſſoluit: Sic rurſum noſtri cauſa reuixit, culpiſque præuaricationis Adæ abolitis, iter nobis ad immortalitatem rurſum obtinuit: Iuſtificamur enī per Chriſtum antiquæ illius maledictionis vim demolientem, & per obedientiam modis omnibus perfectam naturam humanam ab antiquis criminibus liberantem: Peccatum namque illa in ipſo nullum admiſit, ſed Deo in ipſo gratiſſima extitit, etiamſi initio, vt antè quoque admonuimus, condemnationi obnoxia fuerit.

Pater exuſcitat Filiū ſed nō abſque Filio.

Ioan. 2.

Rom. 4.

Chriſtus virtute ex mortuis nō ſurrexit, ſed virtute Dei.

Rom. 4.

Spiritusſanctus procedit ex Patre & Filio ex æquo.

Natura humana in Chriſto Deo nunquā exoſa fuit.

An ignoratis, fratres, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in mortem ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in morte, vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.) Dominus noſter Ieſus Chriſtus morte infernoque deſpoliato ſpirituumque multitudine, quæ in ſubterraneis clauſtris detinebatur, inde liberata, tertia die reſuſcitatus reuixit, rediuiuuſque ſanctis Apoſtolis dixit: (Euntes, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti.) Cùm igitur vt in vno Patris nomine baptizamur; ita in vno quoque Filij noīe eiuſdemq; morte, & Spirituſancto abluamur; qui

Rom. 6.

Matt. vlt.

vnū Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum in duos Filios diuidunt, hominemque ſecundùm ſolam dignitatis vel auctoritatis æqualitatem Deo coniunctum fuiſſe contendunt, naturis interim perſoniſque diuiſim ſubſiſtentibus, ij nos doceant, in vtrius nam mortem baptizemur? Nam ſi in Diuini Verbi, vt per ſe ſeorſum animo concipitur, mortē baptizatos nos dicūt, mox incorruptibili naturæ corruptionem attribuunt, mortemque illi, qui ſuapte natura vita eſt, apertè decernunt. Si, inquam, in Verbi ſecundùm ſe ſeorſum ac nudè conſiderati mortem baptizatos nos dicunt, quomodo Dei Patris Verbum à vera Diuinitate non excludunt? Neque enim is mortis capax eſſe non poteſt, in cuius mortem baptizamur? Quod ſi verò per ſe ac propriè in illius mortem ablutos nos reſponderint, qui ex ſacra Virgine ortus, cognoſcitur; qui fieri poteſt, vt illum eiuſdem cum Patre & Spirituſancto ordinis & dignitatis eſſe, diſertè non profiteantur? At quis, quæſo, cui modò mens vigeat, manifeſtam doctrinæ huius abſurditatem non animaduertat? Neceſſariò itaque ſtatuendum eſt, Dei Verbū ſimile nobis euaſiſſe, mortemque in carne vltro ac libenter ſubijſſe: Hac enim ratione in mortem illius baptizati ſumus, cùm non niſi vnus tantùm ſit filius: Qui quidem ſecundùm Diuinitatis naturam pati nihil potuit, ſecundùm humanam autem potuit. Tandem quòd Chriſtus per reſurrectionem in vitæ nouitatem nos transformet, iſtuc in quæſtionem non cadit: Siſtit enim nos veluti ex mortuis viuentes, cùm ſibiipſi, tum Patri quoque cœleſti: Scriptum eſt namque: (Mortui quidem peccato, viuentes autem iuſtitiæ.)

Ex æquo baptizamur in trium perſonarū nomine.

Qui in Verbi mortem ſeorſum concepti baptizatos nos dicūt, immortalem morti ſubijciūt.

Mortale eſt in cuius mortē baptizamur.

In ſolius Dei nomine baptiſmus adminiſtratur.

Chriſtus per reſurrectionem ſuam in vitæ nouitatem nos transformat.

Rom. 8.

(Quòd ſi Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtū à mortuis, habitat in vobis; qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis viuificabit mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.) Etſi vnigenitum Dei Verbum ſecundùm naturam vita eſt; attamen quòd corpus morti obnoxiū induerit: (gratia Dei ꝓ omnibus guſtauit mortem;) verū Diuina virtute nixum, ad vitā denuo redijt; (quatenus impoſſibile erat morte illum teneri.) Ob has itaque aliaſq;, quas addere adhuc licebat, rationes, à Patre è mortuis exuſcitatus dicitur, Iam verò accuratè, ſi videtur, ea pendamus, quomodo Patrē mortalia noſtra corpora per Spiritum ſuum, qui habitat in nobis, viuificaturum prædicet? Viuificabit vtique, neque de huius rei veritate dubitare licet; verumtamen idem ille viuificus ſpiritus, Chriſti quoque ſpiritus eſt: (Vos) inquit (non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Chriſti Spiritum non habet, is non eſt eius.) Et rurſum de ſanctis Apoſtolis alicubi ita ſcribitur: (Cùm veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bythiniam, & non permiſit eos Spiritus Ieſus.)

Hebr. 2.

Verbū corpore mortem obijt, Diuina virtute denuo reuixit.

Actor. 2.

Quo modo corpora noſtra viuificentur, ꝑ inhabitātē Spiritū.

Rom. 8.

Qui Patris, idem & Filij quoque Spiritus eſt.

Actor. 16.

Filius vnà cum Patre & ſpiritu ſancto ſuū téplū exuſcitauit.

Cùm Spiritus ergo ipſius quoque exuſcitati proprius ſit, quantumuis Deus Pater in ſpiritu nos viuificare dicatur; quis ambigat, reſurrectionem in humanam naturam ad eum modum cecidiſſe, vt eam tamen Deus Verbũ vnà cum Patre ex quo naturaliter procedit, pertraxerit, cuius viuificus ille Spiritus proprius quoque exiſtit?

2. Cor. 13.

(An experimentum quæritis eius, qui in
» me loquitur Chriſtus, qui in vobis non infir-
» matur, ſed potens eſt in vobis: Nam etſi cruci-
» fixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute
» Dei: Nam & nos infirmi ſumus in illo, ſed vi-
» uemus cum eo ex virtute Dei in vobis.) Nonnulli oſtenſionem de Dño noſtro Ieſu Chriſto ex quorũdam ſermonibus paſſi in eiuſmodi cogitationes præcipites abierant. Si verus Deus erat, naturaliſque omnipotẽtis Dei Filius, cur homicidarum manus non effugit? cur

Mirantur Gẽtes, quo modo virtus paſſa ſit infirmitatem.

probroſiſſimam in cruce mortẽ pertulit? Intelligi enim vix poteſt, quomodo & Deus extiterit, & crucifigentium tamen manibus nõ ceſſerit, noſtriſque infirmitatibus obſtrictus fuerit? Ad huiuſmodi autẽ cogitationes beatus Paulus ita reſpondet: Si volueritis apud animos veſtros ſeriò conſiderare, quiſnam & qualis ſit, qui in me loquitur, ea ſedulò, reputátes, q̃ ad humanã naturã ſpectant, idoneam

Apoſtolus Chriſti virtutẽ ex ſe ipſo oſtendit.

mox nodi huius ſolutionem reperietis: Non enim infirmus fuit, ſed per Spiritum ſuum præpotentem in nobis virtutem efficacitatẽq; oſtendit; talem nimirum, vt citra omnem difficultatem quas vis irruentium tentationum impetus propulſare, cunctiſq; afflictionum inſultibus animoſè obſiſtere hoc ſit. Quid ergo? Dicet aliquis, ô Paule, an nõ infirmitatis indicium fuit crucem ſuſtinere? Iſtane verò ea res Diuinæ virtutis argumẽtum extitit? Minimè gentium (inquit). Agnoſce enim, illum carne infirmatum eſſe: Agnoſco nihilo ſecius Diuina virtute denuo reuixiſſe: Nam natura Deus erat. Cur igitur, aut quomodo infir-

Quomodo Chriſtus infirmatus fuerit.

matus eſt? Vtique proprium corpus mortem noſtri cauſa degustare ſinens, (quò nimirum eum per mortem deſtrueret, qui mortis habe-

Hebr. 2.

» bat imperiũ, hoc eſt, Diabolum; & liberaret
» eos, qui timore mortis per totã vitã obnoxij
» erant ſeruituti.) Cùm igitur modica ſecundùm carnem infirmitas his ſalutis cauſa extiterit, qui in hac vita degunt, quo modo nõ oppido decebat, vt eã infirmitatem ſubiret, quò morte per illam abolita, proprioq; tẽplo iterũ viuificato omnibus venerationi & admirationi foret? Hoc tamen non per carnis infirmitatem, ſed per virtutem Diuinam præſtitit: Eſt enim ille Patris virtus, & reſurrectio & vita. Viuit itaque ſemper; viuens namque eſt.

Chriſtus Patris virtus.

Cum Chriſto æterna vita perfruemur, ſi vnà cũ illo hic fuerimus infirmati.

Neque dubitandũ eſt, quin nos quoque olim vita cum illo fruituri ſimus, ſi nunc ſimul cũ illo infirmitate iactati ſuſtinuerimus. Et quãuis interea loci mortis legibus teneamur obnoxij; certa tamen æternæ vitæ ſpe ſuſtentamur. Reuixit itaque ex mortuis, naturæ noſtræ iter ad vitam muniens: Appellatus eſt enim primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientium.

Ioan. 12.

(Nunc anima mea turbata eſt. Et quid di-
» cam? Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed pro-
» pter hoc veni in hanc horam. Pater clarifica
nomen tuum.) Et alio loco rurſum: (Et cœ- *Matth. 23.*
» pit contriſtari & mœſtus eſſe, & dixit: Triſtis
» eſt anima mea vſque ad mortem;) rurſum:

Luc. 23.

(Et clamans voce magna Ieſus, ait: Pater, in manus tuas commendo Spiritũ meum.) Qui Apollinarij opinionem ſequuntur eiuſdẽque ſententiæ ſubſcribunt, hi templum Deo vnitum, inanime rationeque deſtitutũ fuiſſe contendunt: Sed quid illi, obſecro, reſpondere poſſunt, cùm ſanctos Euangeliſtas iſtiuſcemodi de omnium noſtrum Saluatore literis prodidiſſe legunt? Nam cuius, quæſo, triſtitiæ, aut eorum omnium, quæ metum arguunt, ſumma illa diuinæq; Verbi natura tandem capax eſſe queat? maior eſt enim, quàm quæ iſtiuſcemodi rebus vlla ex parte affici, aut vllis omnino humanis perturbationibus commoueri valeat. At verò in corpus ſenſus mentiſque expers triſtitiæ doloriſue ſenſus cadere non poteſt; ſed neque moleſtiam vllã, aut vllum omnino mœrorem ex imminentium incommodorũ prouiſione concipiet aliquando. Eiuſmodi autẽ dum, quæ præſentia ſunt, & adhuc futura trahuntur, nempe pertractat, anima rationis & intelligentiæ compos pati ſolet; id quod omnes fatentur: Quomodo itaq; Emmanuel ait: Nunc anima mea turbata eſt? Quo modo idem tędere ac moleſtus eſſe cœpit? Aut qualemtandem Spiritum in manus Patris commendauit? Res enim illa à Diuinitate eſt prorſus aliena; ſicut etiam à carne ſola inanima. Perſpicuum eſt ergo, vnigenitum, corpore aſſumpto, non quidem illo inanimi, aut mente deſtituto, ſed anima rationale prædita, eademque perfecta, hoc eſt, omnia quæ ad illius rationem pertinent ſortita, viuificato & informato hominem factũ eſſe. Et quemadmodũ omnia, quæ corporis ſunt, propria ſibi aſciuit; ita nihil eorum omnium quoque, quæ ad animam ſpectant, reliquit: Neceſſe enim fuit, vt in omnibus, ſiue ea ad animam, ſiue ad corpus pertinerent, nobis aſſimularetur. Quam ob rem vt nonnunquam propriæ carni ea pati permittebat, quę carnis ſunt propria; ita rurſum, quin anima quoque proprijs ſuis afflictionibus interdũ duceretur, non prohibebat. Deniq; licet natura Deus eſſet, omniq; creatura ſuperior; quæ tamẽ exinanitionis erant, ea in perpetuo accuratè obſeruabat. Porrò autem ſpiritum ſuũ, hoc eſt, animam ſibi vnitam Deo & Patri commendat, quò nouo rurſum beneficio per hoc nos cumulet: Quondam nãque humanæ animæ corporis exutæ ad ſubterraneos carceres demittebantur, mortis receptacula iſtuc implerent; at verò poſteaquàm Chriſtus ſpiritum ſuum in manus Patris commendauit, etiam

Apollinariſtæ Chriſtũ humanam naturã habuiſſe, ceterũ diſſertas ſcripturas negant.

In Dei Verbum non cadit metus, aut perturbatio ſecundum ſe vlla.

Corpus mortuum non eſt capax doloris.

Nihil ſoli carni aut Diuinitati cũ metu, metuſve cauſa.

Chriſtus ea omnia aſſumpſit, quę ad animæ & corporis integritatem pertinent.

Cur Chriſtus Spiritum ſuum commendarit Patri.

hanc

hanc viam in aliam quandam meliorem no-bis demutauit: Nec enim nunc deſcendimus ad inferos, ſed ducem noſtrum ponè ſubſequimur animiſque noſtris illi veluti fido conditori commiſſis, tantiſper bona ſpe viuimus, quoad Chriſtus vniuerſos tandem ad vitam reuocabit.

Ioan. 6.

Sicut me miſit viuens Pater, & ego viuo
» propter Patrem; & qui manducat me, & ip-
» ſe viuet propter me.) Lubenter hic eos ego interrogarem, qui vnum Chriſtum in duos diuidunt; vtrum ille ſit, qui à Patre miſſus, propter Patrem viuit, viuendoque viuificat: Nam ſi illius Verbum nudè per ſe poſitum miſſum dicunt, quomodo, quæſo, illud à nobis, vt viuamus per illud, manducatur? Nam Diuinitas ſuapte natura corpore penitùs vacat. Si autem hominē tantùm, per ſe ſeorſum conceptum miſſum aſſeuerant, quomodo viuificādi vim ex eo habet, quia vitam ex Patre obtinet? An non omnes, quotquot in terris degimus, Deo & Patre nos viuificante vitam agitamus? An non omnes in ipſo viuimus, mouemur & ſumus? Cùm ergo omnes per Patrem viuamus, quomodo vnius tantùm hominis corpus ea de cauſa viuificum prædicatur? Cur noſtra quoque corpora eandē poteſtatem adepta minimè ſunt? Siquidem omnes per Patrem viuimus & ſumus. Ecquid ergo ad hæc dicemus? Dei Verbū, quod in humana forma apparuit, Apoſtolus eſt appellatum: (Miſſum eſt enim ad prædicandum captiuis remiſſionem, & cæcis viſum.) Viuit autem propter Patrem, quia ex viuēte Patre genitum eſt: Oportuit enim modis omnibus vitam eſſe ſecundùm naturam eum, qui erat ex viuente. Oportuit, inquam, Filium vitam eſſe, quia ex viuēte Deo Patre ortū ducebat? Quoniam verò corpus ex ſacra Virgine ſumptum ſibi aſciuit, facit illud viuificum; & id quidem admodum cōgruè: Eſt enim corpus vitæ omnia viuificantis. Fas itaque non eſt vnum Filium, & Chriſtum, & Dominum in duos Filios diſpertire? Siquidem idē ipſe in vita eſt, quoniam ex vita viuentéque Patre natus eſt; & per proprium corpus rurſum viuificus eſt, vtpote Deus homo ſimilis nobis effectus.

Verbum ſecūdum ſe manducari nequit.

Actor. 17. Omnes in Deo & per Deum viuimus, mouemur & ſumus.

Eſa. 61. Verbū incarnatum Apoſtolus appellatū, & quare.

Corpus Chriſti viuificum, quia eſſentialis vitæ proprium.

Ioan. 5.

Sicut enim Pater vitam habet in ſemetip-
» ſo; ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetip-
» ſo: Et poteſtatē dedit ei iudicium facere, quia
» filius hominis eſt.) At quomodo quærat hic quiſpiam: Pater vitam habet in ſemetipſo? Nunquid aliunde acceptam, vel vndecunque aduentitiam? Nequaquam: Iſtuc nanque docere, vel opinari, quid eſſet aliud, niſi apertum delirium? Imo verò quid niſi manifeſtum inexplicabilis illis naturæ repudium? Primò nanque ſi vita, quam habet, ab ipſo aliena foret, vniuerſorum Deus non eſſet natura quædam ſimplex, ſed compoſita. Ad hæc ſi vitam aliunde accepiſſe ſtatueretur, is vtique, qui vitam non habenti impertiret, citra omnem controuerſiam multis illo maior, multiſque partibus, bonis omnibus illo cumulatior foret. Denique exiſtimare, iſthæc ita habere, hoc eſt, imaginari, Deum Patrem vitam aliūde, & quaſi aduentitiam obtinere, iſtuc vt dixi, aliud nihil eſſet, quàm abſurdiſſimè delirare. Habet itaque Pater vitam in ſemetipſo non aſcititiam, vel aduentitiam, ſed naturaliter, quaſi ſubſtantialem fructum in ſeipſo exiſtentem. Atque ad eundem modum, & Filio quoque vitam in ſemetipſo habere dediſſe, rectè, vt arbitror, aſſeritur. Habet ergo & Filius quoque, prout ſuapte natura Deus eſt, vitam ex ſeipſo naturaliterque in ſeipſo ſubſiſtentem. At verò qua homo eſt, vnà cum iudicandi poteſtate illam accepiſſe dicitur; eſto vt Deus omnium iudex exiſtat. Portò autem quæ ſuſcipiendi extiterit ratio, id ipſe inſinuat, dum addit: Quia filius hominis eſt: Non enim proprium eſt homini vitam intrinſecè à ſemetipſo petere poſſe; ſed quia corpus Verbo vnigenitum viuentis Verbi factum eſt proprium, propterea & id quidem admodum conuenienter, Filius vitam accepiſſe dicitur; tanquam viuificam ipſius verbi actionem, intercedente corpore, ſortitus. Quin & Verbum quoque, eò quòd corpus aſſumptum, factum eſt ſibi proprium, hoc ipſum nempe vitam accepiſſe, quaſi proprium quiddam in ſe transfert.

Pater habet vitam in ſe, ſed non aliunde mutuatam.

Si Deus aliunde acciperet vitam, non eſſet natura ſimplex, nec ſummum ens, nec ſummum bonum.

Vita Deo fructꝰ ſubſtantialis.

Filius habet vitam in ſemetipſo, ſi vt Deus aliūde autem acceptam, vt homo.

Verbū ratione corporis vitā accepiſſe dicitur.

Quòd Chriſtus verus ſit Deus, etiamſi filius hominis appelletur.

Luc. 18.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus alicubi ita
» ait: (Verumtamen filius hominis veniēs, putas, inueniet fidem in terra? Agedum verborum horum ſenſum ad libellam expendentes, videamus, ecqualemnam fidem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, olim è cęlo reuerſurus exiget? Nam ſi homo tantùm nulla re cæteris præſtans à nobis vult credi, non etiam Deus, aut verus Dei Filius; neminem dubitare arbitror, talem fidem, æſtimationem, vel opinionem eadem facilitate apud Paganos & Iudæos compertum, qua apud nos: Quandoquidem idololatræ, cæterique, qui res conditas in ipſius conditoris loco venerantur, crucem & mortem, quam noſtri cauſa pertulit, audientes, in inſanum mox cachinnum ſoluuntur miſeri. Et ſi quiſpiam Deum illum nominauerit, indignabundi confeſtim reſiliunt, apertamque rem illam anthropolatriam eſſe definiūt. Iudæi quoque in Chriſtum inſurgentes palàm obiectare non dubitant: (De bono opere non lapidamus te, ſed
» de blaſphemia; & quia homo cùm ſis, facis
» teipſum Deū.) Cùm eiuſmodi ergo fidē exacturus nō ſit, cuiuſmodi in errātibus paganis & idololatris ineſt, ſed cuiuſmodi in nobis exſtit, qui rectè ſapere conſueuimus veritatis ſtudioſos intrepidè fateri oportet, cum,

Chriſtus olim ad iudicium rediturus fidem in ſe tanquam in Deum exacturus eſt.

Pagani Chriſti crucem idēt eiuſdemque diuinitatē negant.

Ioan. 10.

qui

Oportet Chriſtianos aliter erga Chriſtum affectos eſſe, ac Iudæi, aut Pagani.

qui noſtri cauſa filius hominis factus eſt, Deum eſſe ſecundùm naturam; ne videlicet in errantium crimina vltro nos abijcientes, per inſcitiam illis ſimilia ſapere, atque adeò vilia quædam de Chriſto perinde ac illi imaginari deprehendamur.

Ioan. 5.

Neque enim Pater) (ait rurſum Chriſtus) (iudicat quenquam; ſed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem;) (& infrà:) Sicut enim Pater vitã habet in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo; & poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt.) (Canit alicubi beatus Dauid:) (Dominus iudex eſt;) Quin & quidam quoque Chriſti diſcipulus, vnum iudicem, vnumque legislatorem eſſe, ſcribit. Atqui iudicandi autoritas in nullum alium conuenit, ſed nec conuenire quoque poteſt, niſi in eum ſolum, qui eſt omnium Dominus, hoc eſt, in Deũ. Quomodo ergo filio hominis iudicium tradidit? Nam ſi eam illi poteſtatem fecit, tanquam vni nobis ſimili, quomodo veraxerit, dum ait: (Gloriam meam alteri non dabo?) Ad Dei enim gloriam pertinet, iudicium exercere. Si autem iudiciariam poteſtatem Filio ita communicauit, vt ipſe tamen propter ſubſtantiæ identitatem iudicandi ius non amiſerit; & ille nihilominus, qui accepit, filius ſit hominis; quo modo omnibus manifeſtum non ſit, Verbum propter ineffabilem illam ex Deo Patre generationem, Deum eſſe; idẽque rurſum propterea quòd carni vnitum, perindeque ac nos ex muliere natum eſt, hominis filium eſſe? Cùm ergo Iudæis dicit: (Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum;) (rurſum:) (Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet filium hominis.) (Aut cum de ſe ipſo ita ait:) (filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis.) (Et iterum:) (Quem dicunt homines eſſe filium hominis?) Denique vt verbo abſoluam, quotieſcunque in Diuinis literis homo appellatur, non hominem ſeorſum per ſe, Verbo quod ex Deo eſt, ſecluſo, mente concipere debemus, ſed Dei Verbum diſpenſatoriè propter nos filium hominis effectum, Diuinitate interim nulla ex parte amiſſa, aut labefactata: Vnus enim eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Et quia vnus tantùm eſt, non poteſt ſumma cum impietate, coniunctum non eſſe, poteſt indiuulſam illã inſeparabilemque vnionem, quæ omnino & mentis & rationis captum excedit plurimũ, vnum in duos Chriſtos, aut filios diuidere. Cæterùm ſi cui animus eſſet omnia, quæ de Chriſto literis conſignata extant, diligentiùs examinare, illi vtique haud difficile foret plures adhuc alias ſententias hiſce adiũgere, ſed ſcriptum nominis: (Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit.) Vniuerſorum Deus mentes veſtras & religioſiſſimæ Imperatrices, per Spiritum ſanctum ita dirigat, quò in recto ſenſu perſeueretis: Et enim Chriſtus Dominus ita vos comparatas, hoc eſt, firma ac ſtabili minimeque fucata fide ornatas oſtendens, cœleſtibus bonis affatim aliquando locupletabit, longeque beatiſſimas efficiet: Omnis namque ſpes noſtra in Chriſto ſita eſt, per quem, & cum quo Patri cum Spiritu ſancto ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſal. 7. 46. 74. — *Iac. 4.* — *Iudiciaria poteſtas in ſolũ Deum conuenit.* — *Eſa. 48.* — *Ad Dei gloriam pertinet iudicium exercere.* — *Ioan. 8.* — *Ioan. 3.* — *Matth. 16.* — *Cùm ſola humanitas Chriſti in ſcripturis non excluditur illius diuinitas, & vice verſa.* — *Omnis ſpes noſtra in Chriſto defixa.*

¶Tomi primi, caput VII.

EXEMPLVM SACRAE, QVAM religioſiſſimus Princeps Theodoſius ad Cyrillum Alexandriæ Epiſcopum miſit.

ARGVMENTVM.

Epiſtola hæc complectitur grauiſſimam Cyrilli accuſationem. Inſimulatur de ſeditione, de temeritate, de arrogãtia, de curioſitate, deque alijs id genus non paucis. Sacerdote planè indignis. Grani hoie criminationi grauiſſima ſubiungitur comminatio, niſi cæteris omnibus poſthabitis, ad Synodum, quam Imp. Theodoſius Epheſi ad feſtum Pentecoſtes indixerat, ſeſe conferat, ibidemque de dictis factisque ſuis rationem coràm reddat. Cæterùm ſcribendi materiam, iniuſtæque accuſationis huius occaſionem ſubminiſtrauit Neſtorius: Nam cùm Cyrillus illius in Chriſtum blaſphemias acerrimè impeteret, eaſdemque apud Eccleſiarum Præſules grauiter exaggeraret, veritus ille, ne orbis odium in ſe concitaret, Theodoſium adijt, omneque mutarum turbarum culpam & cauſam à ſe callidè in vnum Cyrillum tranſtulit. Falſaque accuſatione hanc ſe ab Imperatore vehementiſſimè contra Cyrillum incenſo extorſit. Lege Nicephorum lib. 14. cap. 33.

Imperatores, Cæſares, Theodoſius, & Valentinianus, Victores, Triumphatores, Maximi, ſemper Auguſti, Cyrillo Epiſcopo, S. D.

PIETATE quidem nihil nobis eſt antiquius; propter quam ſi qui fortè incautiùs deliquerunt, venia dignos cenſemus. At parum interim laudabile eſt illos ea indigere, qui propter ſummam religionem, plurimum à nobis commendari, maximiſque honoribus cumulari debuerant. Oportet autem Sacerdotes cùm morum ſuauitate: fideique integritate in primis ornatos eſſe; tum maximum animi candorem ac ſynceritatem per omnem vitæ rurſum præ ſe ferre; ac certù denique ſecum ſtatuere, vnius cuiuſque rei naturam, potiſſimum verò incorruptæ pietatis doctrinam ſedulo inueſtigandi ſtudio faciliùs, quàm pertinaci animorum contentione inueniri: Etenim iam inde à primis vſque temporibus non imperantus

rantis cuiuſpiam, aut certè imperium vſurpantis interminationes, aut proteruiæ, ſed ſanctorum Patrum, ſacrarumque Synodorum decreta eam nobis conſtituerunt: Nam religionem prudētia & conſilio magis, quàm cuiuſquam imperio firmari, nulli, opinor, dubium eſſe poteſt.

Synodorū & Patrum autoritas in cōſtitu- da religionis doctrina.

Nunc igitur tua pietas exponat, quid ita nobis, quibus religionem tantopere curæ eſſe non ignorabas, contemptis, Sacerdotibusq́; quotquot circumquaque degunt (quos vtique in vnum locum coactos natam de religione controuerſiam diſcuttere dirimereque par erat) deſpectis, haſce turbas diſcordiasque inter Eccleſias concitaris? Quaſi verò impetus temerarij pietatis doctrinam magis, quàm ſedula diligensque veritatis inquiſitio decere videantur; pluſque apud nos valeat verſutia & audacia, quàm cura aut induſtria; aut aliud quippiam huiuſmodi magis nos, quàm animi candor ac ſimplicitas oblectet. Quamuis ergo honorem non vſq; adeò magnum inde ad nos acceſſurum exiſtimemus, ſi à tua pietate obſeruemur; nec omnia rurſum turbatum iri, ſi quod hic indignationis exemplum in te velimus edere; attamen hoc tempore magis nobis curæ eſt, vt ſancta pax exoptataque tranquillitas Eccleſijs reſtituatur, quàm vt priuatas noſtras iniurias proſequamur. Scito interim, magnam abs te rerum perturbationem excitatam eſſe. Neque mirum eſt ſanè, eum, qui modum exceſſit, ijs conatus ſuos nō definiuiſſe, quæ ad Eccleſias & Sacerdotes ſpectant, ſed vltrà progreſſum, de nobis ipſis quoque quiddam pietate noſtra prorſus indignum credidiſſe: Nam niſi aliquod inter nos de religione diſſidium ortum eſſe perſuaſum habuiſſes, aut certè aliquid eiuſmodi ex literis tuis oriturum ſperaſſes; cur obſecro alia primatim ad nos, alia rurſum ad Eudociam religioſiſſimam coniugem meam, alia tandem ad Pulcheriam ſororem meam Auguſtam, eandemque pietatis ſtudioſiſſimam, perſcripſiſſes? Quod profectò diſſidium ſi inter nos fortè natum fuiſſet, noſque ad eum modum affectos eſſe contigiſſet; omnino tamen vituperationem effugere non poterat, eum, qui tanto locorum interuallo à nobis disiungitur, curioſiùs in res noſtras inquirere: Si id autem inter nos non extitit, conari vt exiſtat, id verò cuiuſuis potiùs, q̄ Sacerdotis fuerit; Quid.n. indignius, q̄ vno impetu, vnoque animi conatu Eccleſiaſtica & Regia omnia velle confundere, ac à ſe inuicem dinellere? quaſi verò alia omnis deſit occaſio ex qua laudem & gloriam aucupere.

Religio cōſilio firmatur magis, quàm imperio.

Non decet Epiſcopū ſacra profanaque oīa cōfundere.

Ne igitur clàm te ſit, quonam in ſtatu res noſtræ verſentur, noris, Eccleſias & Regnum noſtrum coniuncta eſſe, noſtraque accedente auctoritate & imperio, & Chriſti Seruatoris noſtri aſpirante prouidentia, magis ſubinde inter ſe coitura eſſe; tum tibi quoque à nobis ignotum eſſe, ne hinc capta occaſione iure conqueri ac dicere queas, te ob pietatis doctrinam in reprehenſionem incidere. Quā quidem pietatis doctrinam in ſacra Synodo in vtranque partem ventilatam eatenus obtinere volumus quatenus æquitati & rationi conſentaneum eſſe iudicabitur. At verò ſiue illi veniam impetraturi ſunt, qui à Patribus victi diſcedent, ſiue non; nos ſanè ciuitates ſimul & Eccleſias conturbari nequaquam ſinemus; ſed nec eam quoque doctrinam indiſcuſſam manere patiemur, cui diiudicandæ eos præfici oportet, qui Sacerdotijs vbiuis Gentium præſident; per quos & nos quoque in veritatis ſententia ſtabilimur, magis magiſque identidem ſtabiliemur. Omnino autem nemo, qui vel aliqua ex parte ad rempublicam pertinet, qualicunque fiducia fretus, inconſultius quippiam in hoc negotio tentet, aut impedire ſtudeat: Alioqui enim certam condemnationis ſententiam neutiquam euadet: Quandoquidem noſtra maieſtate eos, qui promptè alacriterque ad eiuſmodi inquiſitionem aduolare non cunctabuntur, merita laude proſequente; cæteroſque, qui imperare fortè mallent, quàm in medium conſulere, aut aliorum de eiuſmodi rebus conſilium audire, coercere, nulli omnino, vt maximè velit integrum iſtuc erit. Quam ob rem & tuā quoque reuerētiā ad tēpus, quod alijs literis ad vniuerſos metropolitanos Epiſcopos miſſis ediſſimus præſtò adeſſe oportebit. Neque priùs noſtram amicitiam te recuperaturum confidas, quàm omni turbatione & animorum ægritudine ſedata, ad propoſitarum quæſtionum diſcuſſionem vltro accurretis: Hac nanque ratione, quæ pro tuenda opinione acerbè inconſulteque abs te iam admiſſa ſunt, neque priuato dolore perculſus, neque alicui præter decorum infeſtus, admiſiſſe videberis; & quæ adhuc reliqua ſunt, legitimè tantigere velle cenſeberis. Quòd ſi quid autem ſecus viſum fuerit, id nequaquam ſuſtinebimus. Vale.

Veritatis doctrina in Synodis diligenter ventilanda & conſtituenda.

Sacerdotū, non Principum eſt in veritatis dogmata inquirere eaque de eis ſtatuere in Synodis coire.

Grauis cōminatio in eos, qui Synodi progreſſum quouis modo impedire tentauerint.

Euocatur Cyrillus ad Synodum.

Metropolitanis Theodoſium ad Epheſinū Concilium euocati.

Tomi primi, caput VIII.

EPISTOLA CYRILLI AD eos perſcripta, quorum literis notatus fuerat, quòd ſolo vulgi rumore perſuaſus, impiam Neſtorij doctrinam in peius ſubinde ſerpere, non ſiluiſſet.

ARGVMENTVM.

Variæ Conſtantinopoli ſententiæ, varia vt in factionibus fieri ſolet, obtinebant iudicia; alijs Neſtorium, alijs Cyrillum accuſantibus: Hunc quidam quòd importunè iniuſteque in Neſtorium inquireret, eiuſdemque doctrinam & lapſus acriùs quàm

quàm par eſſet, exaggeraret; præſertim quòd Chriſtiani pectoris ſit potius prælatorum næuos modeſtè tegere, quàm hoſtiliter eoſdem inſectari: Illum verò quod à maiorum traditione & fide deſciſceret, ac noua quædam dogmata non abſque graui multorum offenſione in vulgus ſpargeret. Priorum querimoniæ occurrit hac epiſtola Cyrillus, oſtendens, quæ à Neſturio eiuſdemque ſectatoribus profecta erant, ac ſubinde adhuc proficiſcebantur, eiuſmodi eſſe, quæ ſalua conſcientia diſsimulari non poſſent; atque adeò illum, qui impia hæc promulgabat reprehendendum eſſe potius, quàm eos, qui huiuſcemodi impietates refutarent, orthodoxamque veritatem propugnarent.

Epiſtola Cyrilli ad ſolitarios, Neſtorio excuſa.

QVANDOQVIDEM pietas veſtra ad me ſcribit, religioſiſſimum Neſtorium magnâ ex ijs literis cœpiſſe moleſtiam, quas ad ſolitarios cõſcripſeram, illos reuocare ſtudens, qui ex diſſeminatis rumoribus iſtis nõ leuiter offenſi videbantur; fateri cogor, hoc quicquam eſt ægritudinis, non tam ex me, quàm ex illo ortum eſſe: Nam ego hominibus propter illius exegeſes maiorem in modum offenſis, rectæ fidei doctrinam expoſui; ille verò in Catholica Orthodoxorumque Eccleſia Epiſcopum Dorotheum Calum vulgò appellatum apertè dicentem tulit: Si quis Mariam Deiparam eſſe dixerit, anathema ſit. Neque ſolùm conticuit, cùm hæc illum loquentem audiret; verùm eundem quoque ipſum ad myſticam communionem mox admiſit, myſteriorumque participem effecit. En igitur ipſo præſidente, vel ab ipſo veriùs ſententiam proferente, anathemate ferimur: (Neque enim Dorotheus, inſcio Neſtorio, iſthæc in Eccleſia efficiebat.) Cùm ergo nos ipſi, qui euamnum in vita manemus, cæterique terrarum orbis Epiſcopi, tum Patres quoque noſtri, qui hinc iam olim ad Deum profecti ſunt, anathemate ab illo percuſſi ſimus; quid vetabat, & nos quoque vocibus illius contraria ſcribere ac dicere: Anathema, ſi quis Mariam Deiparam eſſe negauerit. Verùm id hactenus propter illum facere nolui, ne ſint, qui Epiſcopum Alexandrinum, Ægyptiamúe Synodum anathematis ſententiam in Neſtorium tuliſſe dicant. Quòd ſi verò pijſſimi Orientis & Occidentis Epiſcopi intellexerint, ſe omnes ab illo anathemate plexos eſſe: (Omnes namque Sanctam Mariam Deiparam eſſe profitentur) quo id tandem animo accepturos putabimus? An non omnes ægerrimè iſthuc patientur, non tam propter ſe ipſos, quàm propter ſanctos Patres, in quorum monumentis ſacram Virginem Mariã paſſim Deiparam appellatam comperimus? Sanè niſi oneroſum fore viſum eſſet, non pauca diuerſorum Patrum volumina miſiſſem, in quibus non ſemel, ſed frequentiſſimè vocem hanc poſitam oſtendas, qua ſacram Virginem Deiparam eſſe confitentur. Vale.

Dorotheus Calus Neſtorianus. Dorothei Cali in Chriſtum blaſphemia.

Neſtorius Dorothei Cali impietatem diſſimulat, imò verò facto ipſo comprobat.

Execrabiles, qui Virginem matrem Deiparam eſſe negant.

Totus Oriens & Occidens Mariam Deiparam profitetur.

Veteres paſſim Mariã Deiparam vocant.

Tomi primi, caput IX.

ALIA EIVSDEM CYRILLI epiſtola ad quendam Neſtorij ſectatorem.

ARGVMENTVM.

EPiſtola hæc eiuſdem penè eſt argumenti cum proxima præcedente. Docet, Neſtorii exegeſes eiuſdemque in fide errores, Eccleſias omnes maiorẽ in modum perturbaſſe. Oſtendit, quantum periculum impendeat paſtoribus, ſi vel ipſi praua doceant, vel ab aliis praue docta pro virili non refutent. Monet, priuatas quidem iniurias diſſimulari poſſe, & ſe quoque diſſimulare velle; fidei veru nequaquam. Teſtatur tandem, quæcunque ſcripſit, ea non Neſtorii odio ſcripſiſſe, vt cui optimè conſultum velit, ſed tantum religionis amore & ſtudio.

NOVI dilectionis tuæ ſynceritatem; neque pietatis ſtudium ignoro. Et ſi quidem ad aliquem morum meorũ ignarum ſcriberem, pluribus ſanè verbis perſuadere conarer, me pacis quidem perſtudioſum, à litibus verò & rixis alienum eſſe prorſus, denique talem, q omnes amare & ab omnibus viciſsim amari peroptem. Sed quia ad eum ſcribo, cui ſtudia mea comperta ſunt, breuiter vnum id ſolum moneo; nempe ſi rerum, aut pecuniarum iactura fratris ægritudinem ſanare liceret, me eam iacturam ſubiturum eſſe promptiſſimè, ne quid charitate prius habere viderer. At quia fidei negotium agitur, & offenſionem paſſæ ſunt, vt ſemel dicam; omnes quotquot per Romanum Imperium ſparſæ ſunt Eccleſiæ: (Nemo enim eſt, ex quacunque demum ciuitate, aut regione aduenerit, qui non quærat: Ecquinam ſunt hi rumores? ecquæ noua hæc doctrina Eccleſijs ingeritur?) diſſimulare non valeo. At quod interim nos remedium hiſce malis adhibebimus, quibus diuinorum myſteriorum doctrina à Deo concredita eſt? quos initiati iure accuſare poterunt, ac dicere, eam ſe fidem tenuiſſe, quam à nobis edocti fuerant. Quare ſi bona fide munus id obiuerimus, publicè laudati, dignam mercedem aſſequemur; ſin autem aliter, hoc eſt, peruerſe, quæ nobis flammæ ad ſupplicium ſat eſſe poterunt? Audiemus enim illud: (Terram meam perdidiſti, & populum meum occidiſti, ſicut ſcriptum eſt. Sanè è laicis quilibet de ſua duntaxat vita rationem redditurus eſt; nos verò, quorum humeris Sacerdotij onus incumbit, non pro nobis tantùm rationem reddituri ſumus, ſed pro omnibus Chriſti fidelibus. Me igitur nulla neque iniuria, neque con-

Maioris ducenda ægritudo amici quam pecuniæ iactura.

Omnes Eccleſiæ ob Neſtorii impietatem turbatæ.

Grauiſſima ſupplicia parata prauis Doctoribus.

Priuati pro ſe tantùm, paſtores pro ſe ſuaque fidei commiſſis rationẽ reddituri ſunt.

contumelia, neque conuitia mouent; etiamſi quàm plurima, & immerenti, & à quibus id minimè expectabam, hactenus ſint illata. Sed iſthæc omnia obliuione voluntaria conterantur: Deus enim iſtiuſmodi nugatores olim iudicaturus eſt. Tantùm fides integra & ſalua ſit, & charus amicus ero: Neque vlli concedam, vt religioſiſſimum Epiſcopum Neſtorium ardentiùs amet, quàm ego: Quem etiam (Deum teſtor) in Chriſto peropto apud omnes bene audire, notamque ob ea, quæ pridem admiſit, contractam eluere, palamque facere, calumniam eſſe meram, non veritatem, quæ de ſua perfidia à nonnullis inuulgata ſont. Nam ſi Chriſti mandato ad inimicorum dilectionem vrgemur; quomodo conſentaneum non eſt, vt amicos & conſacerdotes omni beneuolentiæ ſtudio complectamur? Quòd ſi verò exoriantur, qui fidem demoliri latagant; quomodo noſtras ipſorum animas vltro non offeremus. Profectò licet ipſa quoque mors capiti noſtro impendeat, nulla in nobis erit cunctatio: Nam ſi pro gloria Dei veritatis prædicare formidauerimus, ne videlicet in aliquam moleſtiam incidamus; qua, quæſo, fronte ſanctorum Martyrum certamina & triumphos, apud populum laudibus euehemus? Quippe quos vno hoc nomine præcipuè decantamus, quòd hoc, quod iam dictum eſt, magna animi conſtantia præſtiterunt, hoc eſt, ad mortem vſque pro veritate dimicauerunt.

Cyrillus non ſuam iniuriam, ſed fidei integritatem vindicatã cupit.

Chriſti mãdatũ ad inimicorum dilectionẽ nos vrget.

Vaſa fidei cauſa illiſtrepidè ꝓfunda.

Indignè ſctõrũ Martyrum triũphos decantant, qui ꝓpter metũ fidem violatã ſinunt.

Tomi primi, caput X.

EIVSDEM CYRILLI EPISTOLA ad Clericos Conſtantinopolitanos, religionis cauſa, mutuis diſsidijs interſe conflictantes.

ARGVMENTVM.

IN Eccleſia & Vrbe Conſtantinopolitana, odijs, diſsidijs ac turbis æſtuabant omnia; multis hanc Neſtorij, qui fidei ſynceritatem fœdè contaminabat, partes ſectantibus; non paucis rurſum inde cum Cyrillo, qui orthodoxiam maiorumque traditionẽ ſtrenuè contra Neſtorianos propugnabat, facientibus. Ad hos autem hæc præſens ſcribitur epiſtola: Et primo quidem auctor illorum literis reſpondit, vbi obiter quoque oſtendit, Nicænam Synodum voculam hanc Deiparæ, ita reticuiſſe, vt rem tamen dilucidè expoſuerit. Mox aduerſariorum impoſturam earundemque impietatem aperit, maximè verò Neſtorij, cuius quoque nonnullas arrogantes planeque impias ſententias depromit, iniquaſque eiuſdem contra ſe machinationes exponit. Poſtremò quid facto ſit opus, quidque ab illis fieri velit, præſcribit.

COmmentario, quem miſiſtis, perlecto, cõperi Anaſtaſium presbyterorum pacis & amicitiæ ſtudium ſimulaſſe, ac inter cætera dixiſſe: Hoc ipſum, quod is (nempe Cyrillus) ad ſolitarios ſcripſit, & nos quoq; ſentimus; mox tamen ad proprium ſuum ſcopũ reſpectantem, hæc de me ſubdidiſſe: Nam ille quoque ſacram Synodum vocis huius (Deiparæ) nullam vſque mentionem feciſſe agnoſcit. Ego verò ad hunc modũ ſcripſi: Quamuis Synodus voculæ huius (Deiparæ) nõ meminerit, non ideo tamen officio rectè functa non fuit: Per id enim tempus nihil eiuſmodi in controuerſiam adducebatur: Quare quæ tum ambigua non habebantur, ea in mediũ proferre nullum operæ pretium erat. Quanquam ſi ſententiarum vim expendere lubeat, ſacram Virginem Deiparam eſſe, nequaquam diſſimilarer: Quandoquidem illum ipſum, qui ex Deo Patre natus eſt, per quem facta ſunt omnia, incarnatum & hominem factum mortem iter perpeſſum, & ex mortuis denuo reſuſcitatum, ad cœlos aſſumptum, viuorum denique ac mortuorum iudicem olim venturum eſſe, aſſerit. Atqui naturale Dei Verbum ſecundum ſe, neque mortuorum eſt, neque lancea in latere omnino percuſſum eſt: Nam quale, dic mihi, latus habere id poteſt, quod corporis expers eſt? At quomodo vita ipſa mortua eſt? At quia Verbũ carni ſe vniuit, factum eſt, vt ipſa carne patiente tanquam proprio corpore cruciatum ſubeunte, ipſum quoque corporis perpeſſionem veluti propriam in ſe transferret. Falluntur proinde ac decipiunt ſemetipſos, qui iſtiuſcemodi dicunt.

Anaſtaſius Neſtorianꝰ amicitiam & orthodoxiam ſimulat.

Synodi ea ſolum ex inſtituto determinare ſolent quæ pro tempore controuerſantur.

Synodus Nicæna Virginem matrẽ Deiparam deſinit, etſi vocis huius non meminerit.

Verbum ꝑ ſe mori aut pati non poteſt

Verbum proprii corporis ꝑpeſſiones in ſe transfert.

Porrò autem quòd impoſturam faciant, virusque in pectore ſuo reconditum gerant, vel hinc colligere licet, quòd ad Bophã Martyrium Diaconum, qui Eccleſiaſticorum negotiorum adminiſtrationi præfectus eſt, duas chartulas miſerunt, alteram à Photio aut alio eius farinæ homine, contra commentarium, quem ad Monachos ſcripſeram, compoſitam; alteram formam quaternionis, cum noua planè & abſurda inſcriptione, ad hunc modum: Aduerſus eos, qui propter hypoſtaſeon coniunctionem, aut Vnigeniti Deitatem perimunt, aut humanitatem Deificant. At verò proœmium hæreticorum conuitia, tanquam petulantiùs facta inſectatur, omnemque conatum adhibet, vt corpus hoc ipſum eſſe, quod paſſum ſit, oſtendat, non autem Dei Verbum: Quaſi verò ſint, qui impatibile Dei Verbum pati poſſe, vnquam dixerint. Verùm nemo eò inſaniæ prolapſus eſt, vt eius eiuſmodi quippiã effutiat. Verùm, vt ſæpe iam monuimus, ſacra Synodus ipſum Dei Verbum, per quod omnia condita ſunt, paſſum

Hæretici virus ſuum callidè, ne deprehendantur, tegunt.

Hæretici ꝓ hære orthodoxos ſe tentur, quod nemo inficiatur.

Vt corpore patiente, homo vel anima eius pati dicit, ita quæ humanitatis ſunt, in Verbum rectè transferuntur.

paſſum affirmat; paſſum autem carne ſecundùm Scripturas: Corpore namque illius patiente, rectè & ipſum quoque pati dicitur. Quemadmodum & hominis cuiuſuis anima, nullam, quod quidem ad propriam naturam attinet, paſſionem admittit; & tamen corpore, quod informat, patiente, haud ineptè, & ipſa quoque pati aſſeritur. Sed quia ſcopus illis præfixus eſt, duos Chriſtos eoſdemque Filios conſtituere, alterum quidem per ſe hominem alterum verò per ſe Deum, ſolamque perſonarum inter ſe cõiũctionem admittere, hinc eſt, quòd verſutijs agãt, & excuſationes in peccatis, vt ſcriptum eſt, quærant. Proinde ſi quã do in illos incideritis, ita dicite: Perperam agitis, dum nonnullos, veſtris adulationibus applauſibusque delinitos, improbitatis veſtræ inſtrumenta facitis, nec non, vt Epiſcopo noſtro obloquantur, ſubornatis. Verùm non eſt hæc ægritudinis cauſa; imò Epiſcopus noſter nihil quicquam offenſus eſt illi, qui iſtic agit. Malè autem habet vniuerſos, cùm Orientis tum Occidentis quoq; Epiſcopos, quòd doctrinam de Chriſto nequaquã ſynceram, ſed peruerſam paſſim proſeminat. At cuius demonſtrationem publicamque redargutionẽ vnum hoc ſat eſt, ꝙ eiuſmodi in illis exegeſibus legantur, cuiuſmodi à nemine vnquam in Eccleſijs dicta comperiuntur: Sic autem habent. Neſtorius.

Nestoriano rum ſtudiũ in duos Chr̃os ferr, & quo hoc obtineatur verſutiis agunt.

Doctrina Neſtorij noua, atque adeo, vel hoc ſolo nomine de integritate ſuſpecta.

Populi erga me ſtudium non vulgi acclamationibus, ſed dogmatũ deſiderio metior; maximè cum de Domini noſtri Diuinitate & humanitate mentio incidit; & paucis interiectis rurſum: Animaduerto, plebem noſtram præclaros cùm in religione, tum in pietatis quoq; feruore progreſsus feciſſe; ſed magna interim Diuinæ notitiæ ignoratione teneri video: Neque tamen id ipſi populo vitio vertendum exiſtimo, ſed, vt modeſtè loquar, Doctoribus, quibus tantùm non ſuppetit otij, vt quippiam accuratius de dogmatibus vobis proponant. Quod hoc ſupercilium? quæ hęc oratio? Nunquid, qui illum anteceſſerunt, doctrinæ fidei operam nõn dederunt? Nunquid eloquentior eſt Ioanne Chryſoſtomo? Nunquid ſapientior eſt forſan beato Attico? Imò verò cur ingenuè non agnoſcit, doctrinam ſe inuexiſſe peregrinam planeque inuſitatam, talem denique, quæ præ ſua abſurditate Maioribus noſtris in nullis vnquã Eccleſijs aut fidelium cœtibus, vel cognita fuit, vel approbata. Mihi itaque nullum de hiſce controuerſijs cum eo ſit commercium aut concertatio; Id potiùs eueniat, vt ad ſanam mentem redeat rectamque fidem agnoſcat; hoc ſi impetrauero, quæ in me commiſit, vel procaciter irritando, vel infeſtos hoſtes aduersùm me inſtigando, ea veniam apud Deum haud difficulter promerebuntur. Nihil autem mirum eſt, ſi ciuitates illius feces Chæremon, Victor Sophronas, & Flauiani fermento imbutus Pedacyllion ſuis nos maledictis inſectentur:

Populus Conſtantinopolitanus pietati deditus.

Chryſoſtomus eloquens: Sapiens Atticus.

Neſtorius populi feces in Cyrillum concitat.

Cyrilli hoſtes à Neſtorio ſubornati Chæremon, Victor, Sophronas, &c.

Semper hi enim, cùm in ſeipſos tum in cæteros quoque improbi extiterunt. Norit autem qui hoſce aduersùm nos armauit, nos neque longam peregrinationem formidare, neque publicum iudicium, ſi qua opportunitas tulerit, detrectare: Viſu namque interdum venire ſolet, vt vel exiguarum planeq; leuium rerum occaſione Seruatoris noſtri prouidentia Concilium cogat; quò nimirum Eccleſiam ſuam, quæ illibatam ſemper inconfuſamque ac illuſtrem fidem colit, à ſordibus repurget: Neque tamen miſer ille, rerum noſtrarum iudicem fore ſe ſperet, atque iſtuc in Amphitione, etiamſi fortè graues quiddam viri defuturi non ſint, qui illius ſtudio inſtigati ad iſtud nos vrgeant: Nam Deo nobis bene propitio, neutiquam eo nos transferri patiemur, maledicti illius reſponſuri: Num igitur pacem detrectamus? Minimè gentium: Eam enim capeamus, modò tamen rectè fidei edatur confeſſio, deſinantque talia in medium proferre, quæ veluti peregrina lethiferum, hoc malum nobis aſciſcunt. Cæterùm blaſphemus ac maledicus illius quaternio, quem miſerunt, tantum in ſe continet peruerſitatis, vt ipſum quoque lectorem lue inficiat.

Neſtorius potentes patronos contra Cyrillum cõparat locoq; dirimendarum controuerſiarũ Cyrillo incommodè deſignat.

Quoniam verò inter cætera cauillatur, ſacram Synodum vocem Scripturæ inuſitatam deprompſiſſe, dum ſacram Virginem Theotocon nominauit; interrogetur & ipſe viciſſim cum ſuis, vbinam Chriſtotocon, aut Theodochon vſque ſcriptum compererint: In alia namque & hoc quoque ad Verbum interſerit: De Virgine Theodocho non diſputamus, quaſi ipſi aliquid cum Deo commune fuerit; prorſus quid dicat, aut quid affirmet, non intelligens: Si enim Deum non peperit, neque Chriſtum Deum in vtero habuit, quo pacto Theodochos dici poteſt? Quin & ipſum quoque Patrem alicubi Theotocon appellat. Vbi autem omnes aſce voces legerit, diuinare omnino non valeo. Cæteræ porrò maculæ, quæ non paucæ numero ex illius enarrationibus colliguntur, niſi reſipiſcentia aliqua mox conſecuta fuerit, in aliud tempus aſſeruabuntur. Libellum ſupplicem veſtra opera ad me miſſum, quaſi is citra noſtram ſententiam Imperatori porrigi non debuerit, accepi & legi: Verùm quòd prolixè in eum incurrat, qui iſtic agit, ſiue fratris ſiue alio quocunque nomine cenſeatur, hactenus ſuppreſſi, ne aduersùm nos inſurgens, ſe per nos hæreſeos apud Imperatorem delatum cauilletur. Interea proteſtati ſumus fore, vt, inimicitiarum cauſa, poſthac iudicium illius detractemus, præſentemque controuerſiam, ſi omninò importuni eſſe perrexerint, aliud forum transferamus. Cùm itaque libellum perlegeritis, ſi quã neceſſitas popoſcerit, tradite; & ſi eum in hiſce inſidijs perſeuerantem, & nihil non aduersùm

Mos hæreticorum vrgere Scripturas. Synodum Ægyptiacam inſinuat. Chriſtipara. Deicapa.

Neſtorius Virgini matri nihil cũ Deo vult eſſe cõmune Idem nouis peregrinisque vocabulis vtitur.

Alludit ad cõteſtationis ſchedã Conſtantinopoli publicè contra Neſtorium propoſitam.

Neſtorius totus in hoc eſt, vt Cyrillum euertat.

nos

nos molientem animaduerteritis, diligenter perſcribite: Eligam enim viros pios ac prudentes, cùm Epiſcopos tum Monachos quoque, quos etiam primo quoque tempore ad vos mittam: (Neque enim oculis meis (vt ſcriptum eſt) ſomnum dabo, neque palpebris meis dormitationem, neque requiem temporibus meis,) donec certamine hoc omnium ſalutis cauſa perfunctus fuero. Qua re cùm meam nunc ſententiam didiceritis, viri eſtote: Quàmprimum enim parabuntur à me literæ, & quales oportet, & ad quos oportet: Statui enim propter Chriſti fidem quemuis laborem ſubire, quæuis quoque perferre tormenta, etiam ea, quæ inter ſupplicia cenſetur grauiſſima, donec tandem mortem hac de cauſa ſuſceptam mihi iucundam pertulero.

Pſalm. 131.

Inuictus pro fidei certamine Cyrilli animus.

Tomi primi caput XI.

CONTESTATIO CONSTANtinopoli publicè propoſita: qua Catholicus ciuitatis illius Clerus palam oſtendit, Neſtorium eiuſdem eſſe ſententiæ cum Paulo Samoſateno, ante centum ſexaginta annos ab orthodoxis Epiſcopis anathemate condemnato.

ARGVMENTVM.

VT ex epiſtola, quæ hanc conteſtationem proximè antecedit, colligere licet, Clerici Conſtantinopolitani, qui cum Neſtorio non faciebant; imò verò apertè illi aduerſabantur, partim ex illius homilijs & concionibus, partim quoque ex eiuſdem ſcriptis & exegeſibus collegerant capita quædam Catholicæ fidei diſſentanea, quæ miſerunt Alexandriam ad Cyrillum, acrem ſanè Neſtorij Antagoniſtam, vt ipſe illa examinaret, examinataque refutaret. Cyrillus legit, & ad tempus ſuppreſſit, ſperans, Neſtorium quandoque ad ſanam mentem rediturum. Verùm quòd quorundam nobilium potentia fretus, magis magiſque ſubinde, & contra fidem, & contra Cyrillum quoque fureret, remiſit hæc capita Conſtantinopolim, ſuaque auctoritate interpoſita publicè contra Neſtorium affigi permiſit: Verumenimuerò, licet Neſtorij ſenſus ex his ſit manifeſtus; non omnia tamen, quæ his affiguntur, tanquam hæretica, ſunt etiam talia: Certum eſt enim, Mariam non peperiſſe diuinitatem, neque Verbum rurſum ex ea natum eſſe ſecundùm Diuinitatem. Mitto alia, quæ ex Pauli & Neſtorij contentione ſunt hic plana.

QVICVNQVE ſchedam hanc accepturi ſunt, eos per ſacroſanctam Trinitatem adiuro; obteſtorque, vt eandem Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoribus, nec non & Laicis quoque Conſtantinopoli habitantibus oſtendant, eiuſdemque, ſi fieri poteſt, exemplum ad euidentem Hæretici Neſtorij reprehenſionem ijſdem impertiantur: Vt qui eadem prorſus, quæ Paulus Samoſatenus ante centum ſexaginta annos à Catholicis Epiſcopis anathemate condemnatus, docere ac ſapere apertè conuincatur. Quæ autem ab vtroque dicta doctaque comperiuntur, ea ad hunc modum ſe habent. Paulus Samoſatenus ait: Maria Verbum non peperit. Neſtorius ab huius ſenſu non recedens: Heus tu (inquit) bone vir, Maria Diuinitatem non edidit. Addit Paulus: Neque enim erat ante ſecula. Neſtorius ait: Diuinitati, quæ tempora condidit, matrem temporaneam aſſignant. Rurſum Paulus: Maria Verbum ſuſcepit; neque hoc illam ætate anteceſſit. Neſtorius ait: Qui fieri queat, vt Maria ex ſe genuerit ſeniorem ſe? Paulus ait: Maria edidit hominem nulla in partem nobis diſſimilem. Neſtorius dicit: Qui ex Virgine natus eſt, tantùm homo eſt. Paulus ait: Atqui per omnia nobis præſtantior eſt: Nam iuxta Scripturas de Spirituſancto eſt, diuinoque decreto, vberrima gratia donatus eſt. Neſtorius ait: (Vidi Spiritumſanctum deſcendentem quaſi columbam, manentem ſuper illum, nec non aſcenſionis vim illi impertientem: Quandoquidem præcipiens Apoſtolis, quos elegerat, per Spiritumſanctum aſſumptus eſt.) Hic igitur ille eſt, qui hanc tantam gratiam Chriſto impertitus eſt. Paulus ait: Quare, qui genere ex Dauid ducto iniunctus eſt, à ſapientia alienus cenſendus non eſt; neque tantam ſapientiam in alio quopiam, quanta in ipſo, extitiſſe putandum eſt. Sanè fuit illa ampla in Prophetis, vberior amplior que in Moyſe, & alijs nonnullis; at verò in Chriſto, tamquam in quodam Dei templo, ampliſſima extitit. Idem in alio loco aliũ docet eſſe Ieſum Chriſtum, alium rurſum Deum Verbum. Neſtorius ait: Fieri nequit, eum, qui ante omnia ſecula natus eſt ſemel, denuo naſci, idque ſecundùm Diuinitatem. En manifeſtus legis tranſgreſſor deprehenditur Neſtorius, vt qui eum, qui ex Patre genitus eſt, ex ſacra Virgine naſci potuiſſe disertè neget. En Paulo Samoſateno, qui alium aſſerit eſſe Verbum, & alium rurſum Ieſum Chriſtum; neque vnum aliquem eſſe vtrunque, vt orthodoxa profitetur Eccleſia, planiſſimè aſtipulatur.

Accipe proinde, ô ſanctæ fidei ſectator, partem quoque doctrinæ Eccleſiæ Antiochenæ, quam hic tibi aſſignamus: Ex ea enim Chriſtianum nomen primùm ad nos defluxit. Illa ergo non alium & alium filiũ agnoſcit, ſemperque agnouit, ſed vnum eũdemque: Eum nimirum, qui quidem ante omnia ſecula ex Deo & Patre, Patri conſubſtantialis genitus eſt; imperante verò Auguſto Cæſare ex Maria Virgine natus eſt: Nam inter cætera ita concionatur: (Deum verum de Deo vero, conſubſtantialem Patri, per quem ſecula conſtituta, & omnia facta ſunt: Qui propter nos homines,

Neſtorij cũ prauo Pauli Samoſateni doctrina facit.

Vera eſt hęc Neſtorij ſententia, niſi forſan abſtractũ concreti loco per fraudẽ vſurparit.

Ioan. 1.

Actor. 1.

Paulo & Neſtorio Chriſtus purus homo eſt; at cæteris omnibus multis partibus præſtantior.

Inſignis Propheta Moyſes.

Et hoc quoque in partem verum eſt, licet in alio tẽdat.

Ad hoc Antiochenum Symbolum alibi quoq; alluditur.

„ mines,& propter noſtram ſalutem deſcẽdit, & ſub Pontio Pilato crucifixus eſt.) Et reliqua,quæ ordine in illo Symbolo conſequuntur Subſcribit his Euſthatius quoque Antiochenæ Eccleſiæ quondam Epiſcopus,qui fuit è numero trecentorum duodeuiginti Epiſcoporum,qui quondam in magna illa & ſancta Nicæna Synodo conuenerant. Scribit is autem in hunc modum: Non ſolum homo eſt, ſed Deus quoque; qnemadmodum Propheta Hieremias teſtatum facit: (Hic) (inquit) (Deus noſter eſt, nec æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ & tradidit eam Iacob puero ſuo; & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, niſi tum demum, cùm ex ſacra Virgine natus, ſimul cum ipſis adoleuit,ſimul incrementa, ſimul cibum, ſimul potum ſumpſit, ſimul denique reliqua omnia humana exercuit. Si quis ergo dicere auſus fuerit, alium eſſe Filiũ vnigenitum ante omnia ſecula, ex Deo & Patre natum: & alium rurſum, qui genitus eſt ex Virgine Maria, & non vnum eundemque Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, anathema ſit.

Euſthatius Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopus.

En hic rurſu Baruch Hieremiæ nomine citatur. Baruch. 3.

Anathema illis, qui alium matris Virginis, alium Dei Patris Filium eſſe dicunt.

Tomi primi, caput XII.

RELIGIOSISSIMO DEIQVE amantiſſimo comminiſtro Neſtorio, Cyrillus in Domino S. D.

ARGVMENTVM.

HÆC eſt altera Cyrilli Parænetica prius ad Neſtorium perſcripta,quàm vlla omnino,aut Alexandriæ,aut Romæ, aut Epheſi Synodus aduerſus illum fuiſſet coacta. (Siquidem tribus hiſce in locis hæreſis illius Synodaliter condemnata eſt.) Eſt tota ferè dogmatica & grauiſſima, quæ proinde non in Epheſina & Chalcedonenſi Synodo tantùm lecta eſt plurimumque ab omnibus commendata; verùm etiã in Conſtantinopolitana quinta. Inimò grauiter de illorum ſcelere conqueritur,qui citra vllum illius meritum, atrociſſimis conuitiis famam eius apud proceres Conſtantinopolitanos proſcindebant; mox ad ſcopum ſibi propoſitum ſtilum conuertens, Neſtorium paternè hortatur,vt multitudinis dolori, quem peruerſa doctrina pepererat, per ſanam doctrinam, quam ex Patrum ſcriptis petendam docet,tempeſtiuè medeatur. Poſtremò capita quædam ex Synodo Nicæna repetens,quid de vniuerſa Chriſti œconomia tenere,publiceque docere debeat, luculenta oratione explicat.

INTELLIGO, quoſdam meæ apud tuam pietatem exiſtimationi detrahere, multaq; temere contra me effutire, idque cùm alias crebrò, tum maximè quando magiſtratus coguntur. Arbitrantur fortaſſis, nonnullam hac ratione oblationem auribus tuis adſerre ſe poſſe; homines nulla vnquam iniuria à me affecti, ſed ſalubriter amiceque tantùm admoniti. Iactant autem voces in me inſania plenas: Hic quidem, quòd cæcos egenosq; per iniuriam oppreſſerim;alius, quòd ferrum in matrem ſtrinxerim; nonnulli,quòd ancillæ præſidio aurum alienum abſtulerim; quidam denique quòd eiuſmodi improbitatis ſuſpicione laborauerim ſemper, cuiuſmodi ne infeſtiſſimos quidem hoſtes laborare optauerit quiſpiam. Verùm iſtos, & ſi qui eius farinæ ſunt alij,non multum moror, ne ſupra magiſtrum & dominum, vel etiam ſupra maiores meos tenuitatis meæ menſuram extendere videar: Fieri enim vix poteſt, quamcunque demum vitæ rationem inieris, vt prauorum maledicorumque hominum dentes euadas. Sed illi quidem maledicentiæ & acerbitatis os plenum habentes,coram omnium iudice cauſam olim dicturi ſunt: Ego verò ad id denuo reuerſus, quod me potiſſimum decere exiſtimo, te veluti fratrem in Domino etiamnum admonere non grauabor, vt doctrinæ ſermonem, fideique ſententiam cũ omni cautione populo proponas;cogitesque ſeriò, ſi vehementer illi Deum irritant, qui è puſillorum numero, vel vnum tantùm in Chriſtum credentem offendunt; quanta diligentia, quantaque dexteritate opus ſit, ſi tota quæpiam multitudo grauiùs offenſa ſit, vt ſcandalis commodum præciſis, ſanum fidei ſenſum ſermonemque veritatis ſtudioſis adferamus. Ad hoc autem præſtandum plurimum contulerit, ſi in Sanctorum Patrum ſcripta fortè incidentes, quàm maximi illas facere ſtudeamus;iterumque atque iterum,an ad præſcriptam ab illis fidei formã viuamus, explorantes; omneſque noſtras cogitationes rectis illorum inculpatiſque ſentenijs ſcitè conformare ſatagenter.

Cyrillus in odium rapit apud magiſtrat' Conſtantinopolitanos.

Horrẽda ſugittia Cyrillo a Neſtorij æmulis publicè impoſita.

Prauorum morſus euadere perdifficile. Pſalm. 13.

Ingenti op' dexteritate & ſtudio, vt fidei doctrinam comodè pponas, vel incõmodè, hoc eſt, prauè, ppoſitam commodè ex auditoris animis iterum euellas.

Oẽs de religione quæſtionem ad veterem ex pẽdere oportet.

Sacra itaque & magna illa Synodus tradit, vnigenitum Dei filium, naturaliter ex Deo Patre natum, Deum vtique verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem Pater omnia condidit, cœlo deſcendiſſe, incarnatum, hominem ſactum, & paſſum eſſe, tertia quoque die reſurrexiſſe, & ad cœlos aſcendiſſe. Huius doctrinæ, horumque dogmatum ſententiæ, nos quoque inſiſtere oportet; ſedulò animo pertractantes,ecquidnam ſit, Dei Verbum incarnatum, ac hominem factum eſſe: Neque enim dicimus, Verbi naturam per ſui mutationem carnem eſſe factam; ſed neque in totum quoque hominem ex anima & corpore conſtitutum tranſformatam eſſe. Aſſerimus autem, Verbum, dum carnem anima ratione prædita perfectam, inexplicabili incomprehenſoque modo, non ſecundum voluntatem, ſententiarumque conſenſionem, neque rurſum per humanæ perſonæ aſſumptionem, ſed ſecundùm hypoſtaſin ſibi vnit, & hominem factum, & hominis filium appel-

Synodi Nicænæ de Chri œconomia ſententia.

Inſiſtendũ Nicænæ Synodi definitioni.

Verbum ꝑpter incarnationẽ neque mutatum,neque in carnem verſum.

Vnio Verbi cum carne, citra vllam naturarum corruptionem, aut confuſionẽ accidit.

appellatum eſſe. Et quamuis naturæ ſint diuerſæ; vera tamen vnione coeuntes, vnum nobis Chriſtum & Filium effecerunt: Nõ quòd naturarum differentia propter vnionem ſublata ſit; verùm quod Diuinitas & humanitas ſecreta quadam ineffabilique coniunctione in vna perſona, vnum nobis Ieſum Chriſtum & Filium conſtituerint. Ad hunc itaq; modum, qui ante omne ſeculum ſubſiſtit, & ex Patre ortus fuit, ſecundùm carnem ex muliere natus dicitur: Non quòd Diuina illius natura aliquod exiſtentiæ ſuæ initium ex ſacra Virgine ſumpſerit, aut quòd poſt primam ex Patre, altera rurſum propter ſe ipſam generatione indiguerit. (Stultum eſt enim planeque ineptum aſſerere, eum, qui ante omnia ſecula Patri coæternus ſubſiſtit, altera denuo, quò ſubſiſtere queat, generatione indiguiſſe.) Sed quòd propter nos, & propter noſtram ſalutẽ humana natura ſecundùm hypoſtaſin ſibi vnita, ex muliere naſci voluerit. Atque hinc, eſt, quòd ſecundùm carnem natus prædicetur: Non enim primò vulgaris quiſpiam homo ex Virgine ortus eſt, in quam Dei verbum deinde ſeſe demiſerit, ſed in ipſo vtero carni vnitum, ſecundùm carnem progenitum dicitur, quaſi ſuæ carnis generationem ſibi vt propriam vendicans. Ad eundem modum illud quoque paſſum & reſuſcitatum dicitur; non quòd Dei Verbum, aut plagas, aut clauorum fixuras, aut alia id genus incommoda in propriam naturam exceperit: (Nam vt Diuinum nomen corporis expers eſt, ita perpeti quoque nihil poteſt) ſed quia corpus, quod ſibi aſciuerat, iſthæc expertum fuerat; eamob rem & ipſum quoque noſtri cauſa iſtiuſce modi perpeſſum aſſeritur: Impatibile enim Verbum in corpore patibili exiſtebat. Idem & de eiuſdem quoque morte ſentiendum & ſtatuendum eſt: Siquidem Dei Verbum ſuapte natura & immortale, & à corruptione alienum, & vita rurſum, & viuificans eſt. Verùm quia ſuum ipſius corpus gratuito Dei munere mortem, atteſtante Paulo, omnium cauſa deguſtauit, fit vt ipſum quoque mortem propter nos perpeſſum dicatur. Non quòd ipſum, quodquidem ad propriam naturam attinet, mortem exceperit aliquando. (Inſania nanque mera eſſet, iſthuc vel dicere vel cogitare:) Sed quia caro illius mortem, vt modò aiebam, deguſtauit.

Diuina natura nullũ exiſtentiæ initium ex D. Virgine ſumpſit.

Quæcunque conueniũt carni, ea omnia trãſferuntur in Verbũ ꝓp hypoſtaticã illam naturarum vnionem.

Impatibile Verbum in patibili corpore erat.

Heb. 2.

Qua ratione Verbum mortuum aut paſſum aut exuſcitatum dicatur.

Pari modo, quia caro illius reſurrexit, & ipſi quoque reſurrectio tribuitur; non quod ipſum ceciderit in corruptionem, abſit; ſed quia corpus illius exuſcitatum eſt. Ita ergo vnum Chriſtum & Dominum confitemur, neq; hominem vnà cum Verbo adorandum dicimus, ne illud (cum Verbo) aliquam diuiſionis imaginationem, meriti obijciat: Neque enim duos, ſed vnum eundemque adoramus. Quandoquidem corpus non eſt alienum à Verbo, ſed ipſius Verbi propriũ. Vnde & vna quoque cum illo Patri aſſidet; non quòd duo Filij Patri aſſideant: Aſſidet enim vnus tantùm, efficiente hoc coniunctione, quam cum propria carne ſortitur; ſed quòd in vno duplex natura exiſtat. Quod ſi eam ſecundùm hypoſtaſin vnionem tanquam incomprehenſibilem indecentemque repudiauerimus, eò impietatis neceſſariò prolabemur, admiſſa diuiſione, duos filios conſtituere cogamur; alterum per ſe hominem ſola filij appellatione cohoneſtatum; alterum rurſum per ſe ac ſeorſum Dei Verbum, quod & nomen, & rem quoque Filij naturaliter obtineat. Nulla itaque ratione vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in duos filios diuellere fas eſt: Nam ſi id ſemel in animum induceremus, multum ſanè rectę fidei doctrinæ officeremus: Quemadmodum etiam, ſi perſonarum Vnionem cum quibuſdam prædicaremus: Non enim Scriptura dicit, Verbũ hominis perſonam ſibi aſſociaſſe, ſed carnem factum eſſe. Quòd autem Verbum caro factũ perhibetur, id aliud nihil eſt, quàm quòd perinde ac nos carni & ſanguini communicauit, noſtroque corpore ſibi adiuncto ex muliere prodierit, Deitate interim, aut ex Patre natiuitate, non abiecta: Manſit enim in ipſa quoque carnis aſſumptione, quod prius erat, hoc eſt, Deus. Hoc exactioris fidei doctrina nuſquam non prædicat; hoc ſanctos Patres ſenſiſſe, eaque de cauſa ſacram Virginem Theotocon appellare, minimè dubitaſſe conſtat: Non quòd Verbi natura, ipſiuſue Diuinitas ortus ſui principium ex ſancta Virgine ſumpſerit; ſed quòd ſacrum illud corpus anima intelligente perfectum ex ea traxerit: Huic enim Dei Verbum ſecundùm hypoſtaſin vnitum, ſecundùm carnem natum dicitur: Atque hæc quidem in præſentia ex charitate, quæ eſt in Chriſtum, ſcribenda exiſtimaui, obſecrans te, vt fratrem, & coram Chriſto, ſanctiſque Angelis eius obteſtans, vt hæc nobiſcum & ſentias & doceas, quò Eccleſiarum pax conſeruetur, dilectionis quoque & concordiæ vinculum inter Sacerdotes indiſſolubile permaneat.

Non rectè dicitur, homo cũ Verbo adorari.

Qui vnionẽ hypoſtaticam repudiant, neceſſario duos filios cõſtituunt.

Qui perſonarũ vnionem cõfingunt, fidem euertunt.

Ioan. 1.

Quid ſit, Verbum carnem factum eſſe.

Qua ratione moti veteres, Virginem matrẽ Deiparam appellarint.

Tomi primi, caput XIII.

NESTORII AD CYRILLVM Papam Alexandrinum epiſtola, quæ in ſacra Synodo recitata, ab omnibus tanquam hæretica exploſa eſt.

ARGVMENTVM.

HISCE Neſtorius obuiàm it proximæ parænetica, rem totam conuitijs blaſphemijs ac ſtrophis agens: Modò namq; fingit Catholicum, modò rurſum apertum prodit hęreticum, paucis ea arte tota hac epiſtola diſputat, vt opus ſit attentione, qui technas illius ſigillatim aſſequi volet. Cæterùm quò plauſibiliorem Antagoniſtam agat, quæ propter naturarum coitionem, & ἰδιωμάτων κοινωνίαν perſonæ à Cyrillo cæteriſque Catholicis tribuuntur, ea ille omnia per meram Sycophantiam à perſona transfert ad

naturam: Hanc neque natam, neque mortem perpeſſam, neque reſuſcitatam, neque ad cœlos euectã magna contentione probat; quaſi verò Cyrillus, aut vllus alius ſcriptor orthodoxus oppoſitum ſentiat, aut doceat. Sed hæ ſunt hæreticorum artes, ea videlicet ſceleratiſſimè impingere Catholicis, quæ nunquam ſomniarunt. Fuit hæc Neſtorij antigrapha in Synodo Epheſina lecta, & ab omnibus vt hæretica, & in Chriſtum apertè blaſphema exſibilata.

RELIGIOSISSIMO pijſſimoque comminiſtro Cyrillo, Neſtorius in Domino S. D.

Virulentum orationis exordium.

ADMIRABILIVM literarum tuarum contumelias, quas in me exprompſiſti, tanquam medica quadam manſuetudine dignas, quibusque te ipſa olim reſponderi queat, miſſas facio. Quæ autem ſine magno periculo tacitus præterire non poſſum, ea, ne obſcura indigeſtaque prolixitate contra verboſitatem tuam decertans, faſtidium generem, quanta fieri poterit orationis breuitate, ediſſeram. A ſapientiſſimis autem dilectionis tuæ vocibus principium ſumam, quas ad verbum quoque in medium adferam. Ecquænam ſunt igitur præclaræ illæ eruditarum literarum tuarum voces? Sacra (inquis) & magna illa Synodus tradidit; Vnigenitum Dei Filium ex Deo & Patre naturaliter genitum; Deum vtique verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia Pater condidit, deſcendiſſe, & incarnatum, & hominem factum, & paſſum eſſe, & reſurrexiſſe. Hæc tua pietatis ſunt verba, neque tua eſſe fortaſſis ignoras. Proinde & tu quoque a nobis fraternam de pietate admonitionem audias: Et eam quidem, qua eximius ille Paulus ad dilectum ſuum Timotheum, non abſque graui obteſtatione, alicubi vtitur: (Attende (inquit) lectioni & exhortationi & doctrinæ: Hoc enim faciens & teipſum ſaluum facies, & eos, qui te audiunt.) Quid, obſecro, illud, (attende,) ſibi vult? Hoc nimirum, quòd Sanctorum illorum traditionem obiter tantùm mollique brachio legens, inſcitiam venia dignam hauſeris: Arbitratus es enim, Verbum Patri coæternum patibile ab illis traditum eſſe. Penitiùs, ſi ita videtur, illorum dicta introſpice, & plano mox ſenſu comperies, Diuinum illum Patrum chorum nuſquam docuiſſe, homouſiam Diuinitatem patibilem eſſe; aut, quæ Patri coæua eſt, recens natam eſſe; aut, quæ templum ſolutum exuſcitauit, exuſcitatam eſſe. Quòd ſi ad fraternam medicinam patientes aures attuleris, ſanctorum Patrum verbis in medium allatis, ea Sycophantia, quæ & Patribus & diuinis quoque Scripturis euidenter aduerſatur, te liberabo; aiunt ergo: (Credimus in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium eius vnigenitum.) Obſerua hic, quomodò Dominum, Ieſum Chriſtum, Vnigenitum, nomina vtique, quæ humanæ Diuinæque naturæ ex æquo conueniunt, perinde ac fundamenta quædam ſubſternentes, incarnationis, mortis & reſurrectionis traditionem illico ſubiungant ſuperſtruantque; nempè quò communibus quibuſdam nominibus vtranque naturam ſignificantibus propoſitis; neque ea, quæ filiationis & proprietatis ſunt, ſcindantur; neque ea rurſum, quæ naturarum ſunt, propter filiationis ſingularitatem in confuſionis periculum adducantur. Qua quidem in re Pauli auctoritatem ſecuti ſunt: Hic enim Diuinæ incarnationis facta mentione eaque mox ſubiuncturus, quæ paſſionis erant, primum τὸ Chriſtus, nomen, vt paulò antè dicebam, vtrique naturæ commune ponit; ac doctrinam ſtatim vtrique ex æquo congruentem ſubnectit; ecquid ergo dicit? (Hoc (inquit) ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe æqualem Deo,) (ſingula enim perſequi non attinet) (factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis:) Quia enim mortis facturus erat mentionem, ne quis hinc Deum Verbum patibile eſſe colligeret, & ſubiungit nomen hoc Chriſtus, quod vtranque naturam, patibilem, inquam, & impatibilem in vnica perſona denotat. Quò idem nimirum Chriſtus patibilis ſimul & impatibilis citra fidei diſcrimen concipi queat. Illud quidem ſecundùm humanam naturam; hoc verò ſecundùm Diuinam. Pòrrò autem cùm multa hac de re diſſerere valeam, & maximè, quòd ſancti illi Patres de Chriſti œconomia verba facientes, non generationis, ſed incarnationis tantùm meminerint, ipſam orationis breuitatem, quam ſtatim in exordio promiſeram, ſermonis habenas adducere & ad alterum dilectionis tuæ caput feſtinare ſentio.

Neſtori⁹ Cirilli prolixitatem & obſcuritatem notat.

1. Tim. 4.

Neſtorius Cyrillũ inſcitiæ ſimul & ignauiæ notat.

Quæ Cyrillus Catholicè perſonæ tribuerat, ea Neſtori⁹ per meram Sycophantiã trãsfert ad naturã.

Promittit Neſtori⁹ Cyrillo mẽtis ſanitatẽ, ſi pareat, ſcilicet.

Duplicia ſecundum Neſtoriũ Chriſti ſunt noĩa, alia Verbo tantùm cõueniũt, alia Verbo & homini ſimul.

Philip. 2.

Si deliria Neſtorij ſomnia omnia ſunt patibilitas nũquã tribuit Verbo, ſed ſemper Chriſto, vel Ieſu, vel Dño, q̃ nola ſecundum illius doctrinam vtrãq; naturã denotant.

In eo autem non iniuria te laudo, quòd diſtinctionem naturarum, ſecundùm Diuinitatis & humanitatis rationem harumque in vna duntaxat perſona coniunctionem prędicas; quodque Deum Verbum altero illo, qui videlicet ex muliere eſt, ortu minimè indiguiſſe affirmas, & quòd Diuinitatem tandem pati non potuiſſe, diſſertè pronuntias. Hæc enim omnia, & vera, & orthodoxa, & vanis omnium hæreticorum circa Domini naturas opinationibus, quàm maximè aduerſa ſunt. At verò vtrum reliqua occultam aliquam & incomprehenſibilem ſapientiam legentium auribus inſerant, id tuæ ſolertiæ fuerit dijudicare: Mihi ſanè cum antecedentibus adeò non cohærere videntur, vt ea omnino quoque euertere exiſtimem: Etenim quem antea neque patibilem, neque ſecundæ generationis capacem autumaueras, hunc ipſum rurſum patibilem, nuperque, neſcio quomodò, productum aſſeueras. Quaſi verò

Neſtorius duas naturas in vna Verbi perſona conſiteri nõ ſpugnat, & tñ quid dicat, neſciens verbum natũ aut paſſum negat.

Neſtorius Cyrillum ἀντιλογίας inſimulat.

verò quæ in Dei Verbum naturaliter conueniunt, ea templi, hoc eſt, corporis coniunctione penitùs abolita ſint; aut parui apud homines fieri debeat, templum illud nullo vnquã peccato contaminatum, Diuinæq; naturæ indiſſolubili nexu colligatum, peccatorum noſtrorũ cauſa & natũ & mortuũ eſſe; aut deniq; Dño Iudæos eiuſmodi oratione complectẽti:

Ioan. 2.

(Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud;) fidem habere non oporteat. Ecce non dicit, ſoluite Diuinitatem meam, & intra triduum exuſcitabo illam, ſed (ſoluite tẽplum hoc &c. Rurſum excurrere nonnihil hic cupiens, ſponſionis meæ memoria impedior. Dicendum eſt nihilominùs aliquid, verùm id tamen, vt a conſtituta mihi breuitate non recedam.

Vbicunque igitur Diuinæ Scripturæ Dñicæ diſpenſationis mentionem faciunt, cùm incarnationem, tum ipſam quoque mortem & paſſionem non Diuinæ; ſed humanæ Chriſti naturæ ſemper tribuunt, Quapropter ſi rem diligentiùs conſideremus, ſacra Virgo non Deipara, ſed Chriſti para appellanda erit.

Θεοτόκος. Χριστοτόκος. Matth. 1. Si impio Neſtorio fides eſt, Virgo mater non Theotocos, ſed Chriſtotocos appellãda eſt.

Audi quomodo Euangelia iſtuc proclament: (Liber (inquiunt) generationis Ieſu Chriſti, Filij Dauid, Filij Abraham:) Atqui perſpicuum eſt, Deum Verbum non extitiſſe Dauidis filium. Accipe, ſi placet, aliud hic teſtimonium: (Iacob (ait) genuit Ioſeph virũ Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chrs.)

Matth. 1. Ibidem.

Perpende rurſum aliam Euangelij vocem, veritatem hanc disertè confirmantem: Chriſti (inquit) generatio ſic erat, cùm eſſet deſponſata mater eius Maria, Ioſeph, inuenta eſt habens in vtero de Spirituſancto.) Quis autem ita deſipiat, vt Vnigeniti Diuinitatem Spirituſſancti creaturam eſſe credat? Adde his illud quoque:

Ioan. 2.

(Erat mater Ieſu ibi; rurſum: Cum Maria matre Ieſu; & illud: Quod in ea natũ eſt, de Spirituſancto eſt; & illud: Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum; & illud: De Filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnem;) & illud rurſum de eiuſdẽ paſſione: (Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato cõdẽnauit peccatum;) & illud iterum: (Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris;) & rurſum: (Chriſto carne paſſo.) Denique: (hoc eſt,) nõ mea Diuinitas, ſed (corpus meum, quod pro vobis frangitur.)

Matth. 1. & 2. Rom. 1. Rom. 8. 1. Cor. 15. 1. Pet. 3. Luc. 22.

Sunt aliæ innumeræ ſententiæ, quæ, Diuinitatem neque nuper natã, neq; corporeæ perpeſſionis capacem eſſe, mortaliũ generi teſtatum faciunt, ſed ipſam carnẽ, quæ Diuinæ coniuncta eſt naturæ. Quare & ipſe quoque Chriſtus, Dauidis Dominum & filiũ ſe nominat:

Matth. 22.

(Quid (inquit) vobis videtur de Chro; cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid; ait illis: Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dñm, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis.)

Pſal. 109.

Eſt itaque Filius Dauid ſecundùm carnem; ſecundùm Diuinitatem verò eiuſdem Dominus eſt.

Rectum proinde Euangelicęq; traditioni conſentaneũ eſt, vt Chriſti corpus Diuinitatis templum eſſe confiteamur; illudq; nexu vſq; adeò ſublimi, Diuinoq; & admirabili ipſi coniunctum eſſe ſtatuamus, vti Diuina natura ea ſibi vendicet, quæ corporis alioq ſunt propria. Verùm propter eam, ſiue communicationis ſiue approſpiationis notionem, natiuitatem, paſſionem, mortem cæteraſq; carnis proprietates Diuino Verbo adſcribere, id demum, mi frater, mentis eſt paganorum more verè errantis, aut certè inſani Appollinarij, & Arij aliorumque hæreticorum morbo, aut alio etiam grauiori laborantis:

Neſtori⁹ Cyrillo Paganiſmum, Arianiſmũ & Apollinariſmũ impingit.

Nam qui appropriationis vocabulum ita detorquent, illos Deum Verbum lactationis participem, & ſuccedanei incrementi capacem, & ob formidinem paſſionis tempore declaratam, Angelici præſidij indigum extitiſſe, fateri oportet.

Neſtorius nefas ducit aſſerere, Verbũ quippiam humanũ ꝑpeſſum eſſe.

Mitto hic facio circumciſionem, ſacrificium, ſudorem, famem aliaque eiuſmodi, quæ carni cohæſerunt noſtrique cauſa eidem acciderunt. Quòd ſi verò hæc, eadem Diuinitati adſcribere lubeat, & falſa erunt, & nobis veluti Sycophantis iuſtæ damnationis cauſam adferent. Huiuſmodi ſunt ſanctorũm Patrum traditiones; tales ſunt ſanctarum Scripturarum denuntiationes. Ad hunc modum de Diuinæ clementiæ & poteſtatis opibus Theologus diſceptet: (Hæc (inquit Paulus ad oẽs) meditare; in his eſto, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.)

1. Tim. 4.

Quòd verò eorum, qui offenſi ſunt, curam amplecteris, rectè facis, & gratias habeo aiæ tuæ, ſedulò, quæ Dei ſunt, meditãti, anxiamq; rerum noſtrarum curam gerenti. Interim a Clericis, qui eiuſdem tecum ſunt ſententiæ, quique hoc loco, q Manichæorum hæreſi infecti eſſent, a ſacra Synodo exauthorati fuerant, deluſum te ſcias:

Neſtorius Clericos, quos Cyrillus fecerunt loco mouet.

Nam res Eccleſiaſticæ quotidie apud nos creſcunt & augentur; & quæ ad populum ſpectant, eos Dei beneficio ſortiuntur ſucceſſus, vt qui multitudinem fortè intuentur, non poſſint cum Propheta non exclamare: (Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientis.)

Eſa. 11. Neſtori⁹ arroganter de Eccleſiæ ſuæ incremento gloriatur.

Ad Imperatores porrò quod attinet, illi propter dogmatis illuſtrationem, in ſumma lætitia vitã agũt. Et vt verbo concludam, contra omnes hæreſes cum Deo, rectaqne Eccleſiæ doctrina pugnantes, vocem illam apud nos quotidie ad effectum deduci comperias: (Promouit interim Dauid & confortabat; domus aũt Saulis magis magiſq; attenuabatur.)

2. Reg. 3.

Hæc fraterno affectu fratri à nobis ſint expoſita. Si quis aũt voluerit eſſe cõtentioſus hic Beatum Paulum per nos clamantem intelliget: (Si quis (inqt) videtur contentioſus; nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.) Vniuerſam, quæ tecum eſt, fratrum ſocietatem, ego, quique mecum degunt, plurimum ſaluere iubemus. Semper incolumis ꝓ nobis Deo ſupplices obſeruandiſſimè & piiſſimè.

Tomi primi, caput XIIII.

EXEMPLVM EPISTOLÆ Cyrilli Epiſcopi Alexandrini ad Neſtorium de excommunicatione.

ARGVMENTVM.

LITERIS Neſtorii Alexandriam perlatis, cōpertoque nullum amplius admonitioni locum eſſe reliquum, ne gliſcentibus paulatim malis maior aliqua calamitas Eccleſiam opprimeret, Cyrillus aſcitis vicinis quibuſdam Epiſcopis in vrbe Alexandrina prouincialem Synodum coegit, literiſque vtriuſque propoſitis, quanto in diſcrimine fides Catholica, atque adeò vniuerſa Eccleſia verſetur, prolixè oſtendit. Synodus diſcuſſis Neſtorii epiſtolis & exegeſibus, animaduerſoque, quo ille tenderet, hæreticum pronunciat. Abſoluta Synodo, Cyrillus ad veteris quidem Romæ Epiſcopum Cœleſtinum mittit Synodi decreta, literarumque & exegeſium Neſtorii exempla; ad Neſtorium autem ſcribit hanc tertiam parænecticam, vtrunque autem ex Synodi confeſſione & voluntate. Parænecticæ huius ſummam duodecim capitibus cōprehenſam ſubiecit epiſtolæ fini: Nam quicquid hic fusè, & alibi quoque de vniuerſa Chriſti œconomia diſputat, hoc totum ſummariè duodecim illis capitibus, quæ alias anathematiſmi appellantur, complectitur. Eſt autem parænetica hæc, quæ legatur nobilique huic operi inſeratur, digniſsima.

Cyrillus & Synodus ex Ægypti prouincia Alexandriæ congregata, Neſtorio religioſiſſimo pijſſimoque ſactorum comminiſtro in Domino S.

Matth. 10.
Neſtorius ſupra Chriſtum diligi poſtulat.

CVM Saluator noſter diſertè pronunciet: (Qui amat Patrem aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam pluſquam me, non eſt me dignus:) Quid nobis fiet, à quibus tua pietas ſupra Chriſtum omnium conſeruatorum diligi poſtulat? Quis in die iudicij nobis patrocinabitur? aut qualem tum excuſationem inueniemus, qui tanto tempore ſilentio vtentes, tua illa maledicta, quibus in illum inuaſiſti, diſſimulauimus? Quòd ſi dum hæc ſentis & doces, teipſum tantummodo læderes, fortaſſis minor nos ſolicitudo teneret; at quia totā Eccleſiam grauiter offendiſti, ac non iis modò, qui Conſtantinopoli verſantur, nouæ inſolitæque hæreſeos fermentum, ſed omnibus vbiuis locorum degentibus obieciſti: (Circūferuntur enim paſſim tuarum exegeſeon libelli) quæ, obſecro, oratio ſilentio noſtro defendendo ſatis idonea reperietur? aut quomodo ſermonis Chriſti memores eſſe non poterimus? (Nolite) (inquit) (arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: Veni enim ſeparare hominem aduerſus Patrē ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam.) Certè ſi fides violatur, omnis omnino erga parētes reuerentia, tamquam inanis & periculoſa valeat. Faceſſat lex illa amoris erga liberos & fratres; quia mori vtique ſatius eſt piis, quàm viuere, quò meliorem, vt ſcriptum eſt, inueniant reſurrectionem.

Neſtorius maledicus in Chriſtū.

Neſtorius orbem & vrbem ſuis exegeſibus turbat.

Matth. 10.

Nulla amicitia, aut gratia aut cognatio ſi dei veritati un'eferenda. Satius mori, quā læſa fide viuere.

Heb. 11.

Ecce igitur vnà cum ſacra Synodo, quæ in magna Romanorum ciuitate, piiſſimo Epiſcopo, fratre ac comminiſtro noſtro Cœleſtino præſidente conuenit, iam tertio his te literis conteſtamur & obteſtamur, vt conſilium noſtrum ſecutus, ſtolidis illis abſurdiſque dogmatis, quæ foues, publiceque doces, quàm primùm nuntium mittas, fidemque rectam, & iam inde ab initio per ſacros Apoſtolos & Euangeliſtas, qui Verbi ſpectatores & miniſtri fuerunt, ſanctis Eccleſijs traditam reuerēter ſuſcipias. Quod ſanè, niſi iuxta tempus in literis Cœleſtini ſacratiſſimi reuerendiſſimique Romanorum Epiſcopi expreſſum præſtiteris, certò ſcias, nullam tibi deinceps cum Epiſcopis & Sacerdotibus Dei conſuetudinē, nullum ſermonē, nullum denique inter eos locum futurum eſſe: nec enim æquum eſt, vt nos Eccleſias turbatas, populos offenſos, fidē rectam labefactatam, gregem Chriſti miſerè abs te diſſipatum; qui illum, ſiquidem perinde ac nos rectæ fidei doctrinam ſectari, ſanctorumque Patrum pietatem æmulari libuiſſet, conſeruare alioqui debuerat, diutius negligamus: Illud quoque latere te nolumus, nempe nos promiſcuè cum omnibus, tum Clericis, tum laicis quoque, quos tu propter fidem excommunicaſti, vel ordine mouiſti, communicare: Haud enim par erat, eos, qui rectam fidem tenere comperti ſunt, ob iniquam tuam ſententiam detrimentum aliqđ pati: Ob id nimirum, quòd rectè ſentientes tuæ doctrinæ aſſentiri noluerunt: Nam & huius quoq; exauctorationis ac diſſenſionis in epiſtola, quam ad Cœleſtinum Romanorum Epiſcopum ſcripſiſti, fit mentio. Cæterùm minimè ſat eſſe putamus, ſi reuerentia tua fidei Symbolum, quod à ſacra & magna illa Synodo, quæ per Spiritumſanctum in vrbe Nicæa quondam conuenit expoſitū eſt, nobis cum confiteatur; Nam etſi voce tenus illud profiteri videare; attamen neq; rectè intelligis, neq; ſyncerè quoque, ſed peruersè planè præpoſtereque interpretaris. Verùm præter hoc operæ pretium quoque fuerit, vt ea omnia ſcriptis execreris & anathematizes publiceque abiures, quæ ſceleſtè & profanè hactenus ſenſiſti aliosque docuiſti; & ea rurſum poſt hac te ſenſurum & docturū ſanctè polliceare, quæ & nos & cæteri omnes, quotquot, vel in Oriente, vel in Occidente viuunt Epiſcopi, Doctores ac populorum Duces. Ad epiſtolas porrò quod attinet, quas Alexandrina Eccleſia ad te miſit, eas tùm à ſacra Romana Synodo, tum à nobis omnibus quoque, ab omni errore & vitio immunes iudicatas eſſe ſcias. Hiſce autem literis noſtris vtraque ſubiunximus, & ea, quæ te oportet ſapere & docere; & ea rurſum, à qui-

bus

1. Ioan. 1.

Synodus Romana contra Neſtorium celebrata.

Sententiæ in Neſtoriū Romæ latæ inſinuatio.

Neſtorius gregem ſidei ſuæ cōmiſſum diſſipat.

Contemnitur Neſtorii excommunicatio, tamquam iniuſta.

Neſtorius ſcribit ad Romanū Pontificem Cœleſtinū.

Neſtorius receptSym bolum Nicænum, ſed ad ſuum ſenſū accōmodatum, hoc eſt, ſiniſtra interpretatione deprauatū.

Prahnitur Neſtorio modus ea abiurandi, & reuocandi, quæ praue docuerat.

Epiſtolæ Eccleſiæ Alexandrinæ, Romæ approbatæ.

bus te conuenit abſtinere. Porrò autem Catholicæ Apoſtolicæq́ue Eccleſiæ fides, in qua vniuerſi Orientis & Occidentis Orthodoxi Epiſcopi conſentiunt, huiuſmodi eſt:

Orthodoxæ fidei Symbolum.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium Creatorem: Et in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium eius Vnigenitum ex Patre, hoc eſt, ex Patris ſubſtantia natum; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, per quem fecit & ſecula: Conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt & quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, & paſſus eſt, & tertia die reſurrexit. Aſcendit ad cælos, venturus eſt iudicare viuos & mortuos: Et in Spiritum ſanctum. Qui autem dicunt: Erat aliquando, cùm non eſſet, & priuſquàm naſceretur, omnino non erat; vel quòd ex non exiſtentibus, aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia factus eſt: Aut qui Filium Dei mutationi, aut alterationi obnoxium aſſerunt, hos omnes Catholica & Apoſtolica anathematizat Eccleſia. Sanctorum autem Patrū confeſſiones, quas ſancto in ipſis loquente Spiritu ediderunt, ſectantes; ſcopumq́ue ac ſenſum, quem illi tenuerunt, ſtudioſè vbique obſeruantes; & regia quaſi via incedentes, ipſum Vnigenitum Dei Verbum ex Patris ſubſtantia natum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia, & quæ in cęlo, & quæ in terris facta conſiſtunt, ſalutis noſtræ cauſa deſcendiſſe, ſeque ad exinanitionē demiſſo, incarnatum, & hominem factū, hoc eſt, carne ex ſacra Virgine ſumpta, eademq́ue ſibi appropriata, in vtero more noſtro genitum, hominemq́ue ex muliere in lucem editū dicimus: Id interim, quod ſuapte natura erat, non abijciens; ſed hoc ipſum, quod erat, hoc eſt, verus naturaliſq́ue Deus, licet carnem & ſanguinem aſſumpſiſſet, conſtanter manens: Neque carnem in Diuinitatis naturā verſam; nec cōtrà rurſum ineffabilem illam naturam in carnis ſubſtantiā tranſmutatam aſſeritnus: Eſt enim Deus indemutabilis, nulliq́ue alterationi obnoxius, ſemper idem ſuiq́; ſimilis, vt ſcriptū eſt, manens: Etenim cùm iam aſpectabilis factus eſſet, infantumq́; more faſcijs adhuc inuolueretur, ac in Virginis matris gremio etiamnum foueretur, omnem implebat creaturam, pariq́ue cū Patre poteſtate regnabat: Siquidem Diuinitas quantitatis & molis expers eſt, nec vllis limitibus circumſcribitur.

Sanctorum Patrum doctrinæ & veſtigiis inſiſtendum.

Verbū vnigenitū citra vllā ſui mutationē incarnatum.

Nec caro in Deum, nec Deus rurſū in carnem tranſmutatus eſt.

Diuinitas molis & quantitatis expers.

Quamuis autem Verbum carni ſecundùm hypoſtaſin vnitum fateamur; vnum tamen Filium, ac Dominum Ieſum Chriſtum adoramus: Neque Deum & hominem ſecamus, aut in partes diuellimus, quaſi dignitatis tantùm & auctoritatis communicatione inter ſe conſocientur: (Hoc enim dicere, nihil aliud eſſet, quàm inanem quandam vocum nouitatem ineptè profundere.) Neque duos conſtituimus Chriſtos; alterum per ſe ac ſeorſum Dei Patris Verbum; alterum illum rurſus ſeorſum, qui ex muliere natus eſt; ſed vnū duntaxat Chriſtum agnoſcimus, Dei videlicet Patris Verbum cum carne, quam propria ſibi aſciuit: Ex eo enim tempore, etiam ſi ijs, qui, vt recipiant, non indigni videntur, Spiritumſanctum impertiatur, æquè ac vnus ex nobis ſecundùm humanam naturam inungi dicitur: Verùm iſthuc, vt beatus Euangeliſta Ioannes teſtatur, non ad menſuram. Sed neque Dei Verbum in ſacræ Virginis filio veluti in communi quodam homine inhabitaſſe dicere quoque fas eſt; ne hac videlicet ratione Chriſtus Deifer homo eſſe intelligatur: Nam licet Verbum in nobis habitarit, omnemq́ue Diuinitatis plenitudinem corporaliter in Chriſto inhabitare, literis alicubi proditum ſit; attamen non ita in illo habitauit, vt in ſanctis inhabitare dicitur: Habitauit autem hactenus in illo, quatenus caro factum eſt, talemq́ue ferè carni, ſecundùm naturam vnitum, non etiam in carnem verſum, in ea habitationem conſtituerit, qualem in ſuo corpore hominis anima efficere conſueuit.

Chriſtus non eſt diuiſus, aut geminus, ſed vnus & indiuiſus.

Non alius, qui ex Deo Patre, & q. ex matre Virgine, ſed vnus & idē.

Dei Verbū non inhabitauit in Virginis Filio.

Ioan. 1.

Quomodo plenitudo Diuinitatis inhabitarit in Chriſto corporaliter.

Vnus itaque eſt Chriſtus, & Filius, & Dominus abſolutè; non ita, quaſi homo eam tantùm cum Deo coniunctionē ſortitus ſit, quæ in ſola dignitatis, vel auctoritatis vnitate, hoc eſt, æqualitate poſita ſit: Non enim honoris æqualitas naturas vnit; alioqui Petrus & Ioannes, qui paris dignitatis extiterunt; (ambo namque fuerunt Apoſtoli, ambo Sancti, ambo Diſcipuli) vnus eſſent, non duo: Nec rurſum appoſitione, vel quadam quoque contignatione, aut conglutinatione eam vnitatem metimur: Ea enim ad naturalem vnionem conſtituendam ſat eſſe nequit: Neque ſecundùm habitus participationem, quomodo nos Domino cohæremus, vnuſq́ue, vt ſcriptum eſt, cum eo Spiritus efficimur. Imò verò τὸ συναφείας, hoc eſt, coagmentationis, connexionis, vel contiguationis vocabulum tamquā ad vnionem hanc exprimendam minùs idoneum non iniuria hic repudiamus. Sed neque Dei Patris Verbum Chriſti Deū, aut Dominum nominamus: Ne vnum rurſus Chriſtum, & Filium, & Dominum in duos apertè diuellentes, in blaſphemiæ crimen, (vtpotè Deum ipſum, ſui ipſius Dominum conſtituētes) incidamus: Verbum enim Dei, vt ſæpe iam admonuimus, carni ſecundùm hypoſtaſin vnitum, & Deus eſt, & creaturarum omnium Dominus eſt: ſui autem ipſius, neque Dominus, neque ſeruus eſt: Ita enim ſapere, aut dicere aliud nihil foret, quàm impiè deſipere. Verum enimuero, licet Dei Verbum Deus ſit, & ex paterna ſubſtantia genitum ſit, atque ideo Deum Patrem ſuum appellet; non ignoramus tamen, cum hoc ipſo quòd Deus eſt, hominem quoque factum eſſe, proindeq́ue ſecundùm legem humanæ naturæ congruentem Deo ſubiectū eſſe.

Habitauit Diuinitas eo ferè modo in Chriſto, quo anima in corpore.

Petrus & Ioannes paris dignitatis extiterunt.

Sola συνάφεια ad naturalē vnionē nō ſuffecit.

Synaphiæ vox incarnationis myſterio ſuſpecta.

Chriſtus ſui neq; Dominus, neq; ſeruus.

Verbum ſecundum carnẽ Deo & legi ſubiectum eſt.

eſſe. Interim vt ſui ipſius, vel Deus, vel Dominus ſit, id fieri nulla ratione poteſt. Vt homo igitur, & ad exinanitionis conditionem quod ſpectat, æquè ac nos Deo ſe ſubditum fatetur. Ad hunc quoque modum ſub legem factum prędicatur, etiamſi illud vt Deus legẽ tulerit ac promulgarit.

Errant, qui propter inaſpectabilẽ aſpectabilẽ adorant, vt & illi quoque, qui aſſumptum propter aſſumentem Deum vocant, vtrique enim eum, qui vnus eſt, in partes diuellunt.

Auerſamur eos quoque, qui de Chriſto ad hunc modum loquuntur: Propter eum, qui induit, indutum veneror; & propter inaſpectabilem adoro. Præterea & hoc quoque non abſque horrore auditur: Aſſumptus propter aſſumentem appellatur Deus: Qui enim hoc modo loquuntur, vnum rurſum Chriſtum in duos diuidũt, & hominem per ſe ſeorſum, & Deum ſimiliter per ſe ſeorſum collocant, veramque vnionem hac ratione apertiſſimè inficiantur: Secundùm hanc enim alter veluti ſimul cum altero non adoratur, neq; ſimul cum altero Deus nuncupatur. Sed vnus idẽque Chriſtus Ieſus, vnigenitusque Dei Filius animo concipitur; qui vna adoratione ſimul cum ſua carne colitur.

Verbum vna cum ſua carne vna adoratione colitur.

Confitemur etiam, vnigenitum Dei Filium ex Patre natũ, etiãſi ſecundùm propriam naturam patibilis non ſit, noſtri tamen cauſa mortem in carne ſecũdùm ſcripturas perpeſſum eſſe, propriasque carnis afflictiones, quas nimirum in crucifixo corpore pertulit, citra vllam ſui perpeſſionem ſibi: (Gratia enim Dei mortem pro omnibus guſtauit:) Nam etſi ſecundùm naturã, & vita, & mortuorum reſurrectio exiſteret; proprium tamen corpus vltro in mortem obtulit. Etenim quò vi quadam arcana & admirabili, in propria veluti in principe carne morte proculcata, primogenitus ex mortuis, dormientiumque primitiæ fieret, iterque humanæ naturæ ac reditum ad incorruptionẽ muniret, mortem pro omnibus, vt modò aiebam, Dei gratia deguſtauit, & poſt triduum vitæ reſtitutus, infernum deſpoliauit. Quam ob rem licet mortuorum reſurrectio per hominem facta dicatur; hominem tamen illum ſimul Dei Verbum extitiſſe cogitemus oportet; qui mortis imperio deſtructo, olim tamquam verus Dominus & Filius in Patris gloria venturus eſt, orbemque terrarum in iuſtitia, vt ſcriptum eſt, iudicaturus.

Heb. 2.

Principis carnis mors mortem debellauit.

Chriſtus ſua morte muniuit nobis viã ad vitam.

Homo, per quem mortuorum reſurrectio facta narratur, Deus erat.

Quin illud quoque non poſſum hoc loco non adijcere, nempe dum vnigeniti Filij Dei, hoc eſt, Ieſu Chriſti mortem, & ex mortuis reſurrectionem annunciamus, eiuſdemque in cœlum aſſumptionem profitemur, incruentum in Eccleſia Dei cultum nos obire, myſticasque benedictiones adire, eaque ratione ſanctificari; vtpote ſacrę carnis, & pretioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum Seruatoris participes effecti: Neque enim illam vt carnẽ communem ſuſcipimus, abſit hoc; neque rurſum tamquam viri cuiuſpiam ſanctificati, aut dignitatis tantùm æqualitate Verbo conſociati, aut Diuinam inhabitationem ſortiti, ſed tanquam verè viuificam, ipſiusque Verbi propriam: Nam cùm vita ſit & Deus ſecundùm naturam, ſimulatque vnum quiddam cum ipſa ſua carne effectum eſt, mox viuificandi virtutem illi contulit. Quamuis ergo ad nos dicat: (Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem &c.) neutiquam tamen illam communem, hoc eſt, hominis cuiuſpiam noſtræ conditionis carnem eſſe exiſtimare debemus: (Quomodo enim hominis caro ſecundùm ſuam ipſius naturam viuifica eſſe queat?) Sed verè illius propriam, qui noſtri cauſa filius hominis, & factus, & appellatus eſt.

Incruentũ ſacrificiũ, quo debẽt Sacerdotes in eccleſia ſanctificat. Chriſti caro, quæ in Sacramento exhibetur, non eſt caro communis, ſed viuifica, vtpote Verbi propria.

Ioan. 6.

Communis hominis caro viuificare nõ poteſt.

Porrò autem voces, quibus Saluator noſter de ſe loquens, paſſim in Euangelijs vtitur, illas duabus ſubſiſtentijs, aut perſonis nequaquam tribuimus: Nam etſi ex duabus rebus, ijſque diuerſis in vnitatem quandam inſeparabilẽ coaluerit; vnus tamen & ſolus eſt Chriſtus, non etiam geminus. Quemadmodùm etiam homo, licet ex animo & corpore conſtituatur, non duo tamen, ſed vnus tantùm ex vtraque parte concretus eſt. Vnde recto animi ſenſu vtentes, vtraſque hoc eſt, Diuinas & & humanas ad vnã tantùm perſonam transferimus. Cùm ergo vt Deus de ſe ipſo ait: (Qui videt me, videt & Patrem meũ; rurſum: Ego & Pater vnum ſumus,) Diuinam ineffabilemque illius naturam concipimus, ſecundùm quam vnum eſt cum ſuo Patre, propter eandem, quam cum ipſo ſortitur, eſſentiam: Eſt enim imago, & character, & ſplendor gloriæ illius. Quando verò humanæ naturæ infirmitatem non aſpernatus; Iudæos hac oratione alloquitur: (Nunc quæritis me interficere hominem, qui veritatem dixi vobis;) æquè iterũ ac antè ipſum Dei Verbum, quod in æqualitate & ſimilitudine Patris conſiſtit, non nudum tamen, ſed humanæ naturæ conditionibus veſtitum agnoſcimus: Etenim ſi credere nos oportet, cùm ſuapte natura Deus eſſet, carnem, hoc eſt, hominem anima ratiocinante perfectum, effectum eſſe; quam, obſecro, excuſationem adferre poteſt is, quem ijs vocibus vti pudet, quas ille in humanam naturam conuenientes deprompſit? Nam ſi voces, quæ in hominem congruunt, refutaret, quis eum, vt homo noſtri ſimilis fieret, cogeret? Cùm ergo noſtri cauſa ſemetipſum in voluntariam exinanitionem demiſerit, nulla apparet cauſa, cur ſermones huic exinanitioni conſentaneos repudiare debuerit. Omnes proinde voces, quæ in Euangelijs leguntur, vni tantùm perſonæ, vnique Dei Verbi incarnati hypoſtaſi tribuamus neceſſum eſt: (Eſt namque vnus tantùm Dominus Ieſus Chriſtus ſecundùm Scripturas.)

Tũ humana q̃ Diuina, quæ Scripturę Chriſto paſſim tribuunt, ad vnam duntaxat hypoſtaſin ſpectant.

Ioan. 14.

Vota, quæ Chriſto tribuuntur, aliæ diuinã, aliæ humanam ipſius naturam produnt.

Ioan. 8.

Qui Chrm hoiem eſſe agnoſcit, nõ pot is ſalua fide ea ab illo ſermone re, quæ hoia ſunt, d'gna.

1. Cor. 8.

Ruſum licet Apoſtolus, noſtræque confeſſionis Pontifex appellatur, tanquam qui fidei confeſſionem, quam ipſi, & per ipſum Deo Patri, & ſancto quoque Spiritui litamus, Deo Patri offerat; hoc tamen non

Heb. 3.

Cur Chrſtus Pontifex appellatur.

obſtat.

Chriſti Pontificat⁹, non præiudicat illius diuinitati.

obſtat, quò minùs ipſum naturalem & vnigenitum Dei Patris filium eſſe prædicemus: Neque enim Sacerdotij nomen, aut rem homini ab ipſo diuerſo adſcribimus: Quandoquidem vnus hic, dum Deo & Patri in odoré ſuauitatis ſe ipſum offert, Dei & hominum mediator & pacificator effectus eſt. Atque huc tendit, dum ait: (Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Holocautomata, & propeccato nó tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio (in capite libri ſcriptum eſt de me) vt faciam voluntatem tuam Deus:)

1. Tim. 3. Epheſ 5. Hebr. 10. Pſal. 39.

Chſs nō ſui ſed nři cauſa, in mortē ſe obtulit. Rom 3. Naturā circumferim⁹ peccati mortis obnoxiā

Noſtri enim, non ſui cauſa corpus proprium in odorem ſuauitatis obtulit: Qua enim ille oblatione, aut ſacrificio pro ſeipſo indigeret, qui omni peccato, vt Deus, ſuperior exiſtebat? (Si enim omnes peccauerunt, & egent gloria Dei;) prout omnes ad lapſum propenſi ſumus, peccatique morbis naturam ſubiectam circumferimus, ipſe verò nequaquam (quare gloriam quoque illius non aſſequimur) cui dubinm eſſe poteſt, quin propter nos, & pro nobis verus ille agnus immolatus ſit? Quam ob rem, ſi quis dixerit non pro nobis ſolùm ſeipſum obtuliſſe, ſed ſimul etiam pro ſeipſo, ille impietatis crimen vitare nulla ratione poteſt: Conſtat enim, nihil vnquam deliquiſſe, nec vllum vnquam peccatum deſignaſſe. Qua igitur indigebat oblatione, cùm peccatum, cuius cauſa hoſtia iure meritoque offertur, nullum admiſiſſet?

Chſm peccatorem definiunt, qui illum ꝓ ſeipſo quoq; obtuliſſe aſſerunt.

Ioan. 14. Chſs ca eteragloria nō egebat.

Cæterùm cùm de Spirituſancto ait: Ille me clarificabit, niſi errare velimus, Chriſtum Dei Filiū velnti gloriæ, quæ aliunde proficiſcitur, indigum à Spirituſancto glorificatum nequaquam dicemus: Siquidem Spiritus illius, neque illo melior, neque illo rurſum ſublimior eſt. Verùm quòd ad Diuinitatis ſuæ ſignificationem ſuo ſubinde Spiritu in inſignium operum perpetratione vteretur, ob id ſe ab illo glorificari profitebatur. Perinde ac ſi quis noſtrum de ſua fortitudine, aut cuiuſuis rei ſcientia dicat: Mea me virtus aut ſcientia glorificabit: Nam etſi Spiritus in propria perſona ſubſiſtat, eatenusque in ſeipſo conſideretur, quatenus Spiritus eſt, & non filius; non eſt tamen ab eo alienus: Quandoquidem Spiritus veritatis nominatur, Chriſtus autem veritas eſt; ſed & perinde quoque ab illo, atque à Deo Patre procedit. Cùm itaque Domino noſtro ad cœlum aſſumpto Spirituſſanctus ſtupenda prodigia per ſanctorum Apoſtolorū manus ederet; tunc demum verè illum glorificauit: Creditum eſt enim (quòd Deus ſecūdùm naturam eſſet,) per Spiritum ſuum denuo illum operari. Propterea quoque Dominus aiebat: (Quoniam de meo accipiet, & annuntiabit vobis.) Hoc tamen non ita accipiendum eſt, quaſi Spirituſſanctus per quandam participationem ſapiens, aut potens ſit: Eſt enim ille numeris omnibus perfectus, nulliuſque penitùs indigus; verùm quia potentiæ & ſapientiæ Patris, hoc eſt, Filij Spiritus eſt, hinc & ipſe quoque reipſa potentia & ſapientia eſt.

Cur Chſus ſe per Spiritum glorificari profitebatur.

Spūſſanct⁹ ex æquo ꝓcedit a Patre & Filio.

Ioan. 14.

Quo ſenſu Spūs a filio accipere dicitur.

Virgo mater Deipara, & quo ſenſu illuc ſit.

Quia verò ſacra Virgo Deum carni ſecundùm hypoſtaſin vnitum corporaliter genuit; ob id illam quoque Deiparam appellamus; non quòd Dei Verbi natura ortus ſui initium ex carne traxerit. (Erat enim Verbum in principio, & Deus erat Verbum; & Verbum erat apud Deum;) & ipſum ſecula condidit, Patrique coæuum res omnes procreauit:) Sed quia humana natura ſecundùm hypoſtaſin ſibi vnita, corpoream, vt modò dicebamus, ex vtero natiuitatem expertum eſt: Non quòd propter naturam propriam temporali, ea videlicet, quæ in nouiſſimis ſeculi temporibus accidit, natiuitate neceſſariò indigeret; ſed quò noſtræ quoque ſubſtantiæ ortum ſua benedictione cumularet, maledictioque, quæ mortalia corpora noſtra in mortem præcipitabat, hoc ipſo in poſterum cōtra vniuerſum genus noſtrum ſæuire deſiſteret, quo illud carni vnitum ex muliere in lucem prodijſſet. Et illo tandem: (In dolore paries filios tuos, per ipſum labefactato;) id quod Prophetæ voce olim pronuntiatum fuerat, verum eſſe oſtenderet: (Abſorpſit mors præualens;) rurſum: (Abſtulit Deus omnem lachrymam ab omni facie.) Hac ipſa quoq; de cauſa Verbum vnà cum ſanctis Apoſtolis, ad nuptias in Cana Galilææ diſpenſatoriè vocatum, huc ſe contuliſſe, ſuaque benedictione eaſdem cohoneſtaſſe dicimus. Hæc tenere, hæc ſapere cùm à ſanctis Apoſtolis & Euangeliſtis, tum ab vniuerſa quoque ſacra & diuina Scriptura, tum ex veraci denique ſanctorum Patrum confeſſione edocti ſumus. His omnibus & te quoque ſubſcribere, & citra omnem fucum ac dolum vnà nobiſcum aſſentiri oportet. Quæ verò tua reuerentia anathematis execratione condemnare debet, ea noſtræ huic epiſtolæ in hunc modum hoc loco ſubijciuntur.

Ioan. 1.

Cur Dei filius carnem aſſumpſerit

Gen. 3.

Cur Chſus ad nuptias iuerit.

ANATHEMATISMVS.

Virgo mater Deū & ſe genuit.

Primus: Si quis Emmanuelem verum Deū, & ob id ſacram Virginem Theotocon eſſe nó confitetur. (Genuit enim illa incarnatum Dei Verbum ſecundùm carnem) anathema ſit.

Vnus cum ſua carne eſt Chriſt⁹.

Secundus: Si qui ſunt, qui Dei Patris Verbum carni ſecundùm hypoſtaſin vnitum, & vnum tantum vnà cum ſua carne Chriſtum eſſe; eundem nimirum Deum ſimul & hominem, non confitentur; anathema ſit.

Anathema illi, qui hypoſtaſes ſecernit in Chriſto.

Tertius: Si quis poſt vnionem hypoſtaſes in Chriſto diſtinguit; eaque duntaxat coniunctione eaſdem inter ſe nectit, quæ eſt ſecundùm dignitatem, vel auctoritatem, vel poteſtatem; & non ea potiùs, quæ eſt ſecundùm naturalem vnionem anathema ſit.

Quicquid in Scripturis, aut Patrum monumētis de Chriſto traditur, hoc totum ad vnam perſonā ſpectat.

Quartus: Si quis duabus perſonis, vel hypoſtaſibus eas voces attribuit, quæ in Euangelicis & Apoſtolicis ſcripturis paſſim occurrunt; quæve à ſanctis de Chriſto, aut ab ipſo quoque Chriſto de ſe ipſo dictæ ſunt; & alias

quidem

quidem homini ſeorſum à Dei Verbo conſiderato adſcribit; alias verò tanquam in Diuinam maieſtatem conuenientes ſoli Verbo, quod ex Deo Patre eſt, accommodat; anathema ſit.

Chrs nō eſt hō deifer, ſed verus Deus naturaliſq; Dei filius.

Quintus: Si quis dicere audet, Chriſtum non eſſe verum Deum, ſed hominem tantùm numine afflatum; vtpotè, vnum naturalemque Filium, quatenus nimirum Verbum caro factum carni & ſanguini perinde ac nos communicauit; anathema ſit.

Dei Verbū nō eſt Chri Dns, aut eiuſdē Deus

Sextus: Si quis Dei Patris Verbum, Chriſti Deum, vel Dominum eſſe dixerit; neque poſt Verbum ſecundùm Scripturas incarnatum, vnum eundemque Deum ſimul & hominem eſſe confeſſus fuerit; anathema ſit.

Chrs nō hō Diuini Verbi vi actus, aut illi⁹ gloria condecorat⁹ ſed homo Deus.

Septimus: Si quis Ieſum Chriſtum hominem tantum Diuini Verbi vi actum eſſe dixerit; aut illuſtrem illam Vnigeniti gloriam illi ipſi homini, veluti alteri cuipiam ab ipſo Verbo aduenisse commentus fuerit; anathema ſit.

Octauus: Si quis hominem aſſumptum, vnà cum ipſo Dei Verbo adorandum, vnà cū illo glorificandum, vnà cum illo tanquam alterum in altero exiſtentem Deum appellandum eſſe dicere auſus fuerit: (Hunc enim intellectum particula, cum, adiecta, perpetuò & neceſſariò offerre conſueuit) & non vna potiùs adoratione Emmanuelem honorat, vnamque hactenus illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum factum eſt caro; anathema ſit.

Chriſt⁹ vna adoratione colitur & honoratur.

Chrs Spūs ſancti virtute vſus, non vt aliena, ſed tāquam propria.

Nonus: Si quis vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum à Spirituſancto tanquam virtute abs ſe aliena glorificatum dixerit; efficaciamque, qua contra immundos Spiritus vteretur, & Diuina inter homines miracula operaretur, ab ipſo eodem accepiſſe prædicauerit, & non proprium naturalemque illius eſſe Spiritum, per quem diuina ſigna edidit; anathema ſit.

Decimus: Chriſtum Ieſum noſtræ confeſſionis Pontificem & Apoſtolum extitiſſe, eundemque ſemetipſum pro nobis in odorem ſuauitatis Deo & Patri obtuliſſe, Diuina Scriptura commemorat. Si quis ergo dixerit, Pontificem & Apoſtolum noſtrum, non eſſe ipſum Dei Verbum, poſteaquàm caro & homo nobis ſimilis factum eſt; ſed hominem illum, qui ex muliere natus eſt, quaſi alterum quempiam ab ipſo diuerſum: Aut ſi quis Chriſtum pro ſe ipſo quoque, & non ſolùm pro nobis ſacrificium obtuliſſe affirmauerint; (neque enim is oblatione opus habebat, qui nullum peccatum commiſerat;) anathema ſit.

Verbū īcarnatū eſt Pōtifex & Apoſtolus confeſſionis noſtræ.

Caro Chſi verè viuifica, Deique Verbo verè propria.

Vndecimus: Si quis ipſam Domini carnem viuificam, ipſiuſque Verbi, quod ex Patre eſt, propriam eſſe negauerit; ſed alterius cuiuſpiam ipſi Verbo ſecundùm dignitatem tātùm coniuncti, aut Diuinam tantùm inhabitationem ſortiti, eſſe dixerit; neque verè rurſum viuificam, vt modò meminimus, eò quòd Verbi, quod omnia viuificat, facta ſit propria, confeſſus fuerit; anathema ſit.

Dei Verbū ſecūdū carnem guſtauit mortē.

Duodecimus: Si quis inficiatur, Dei Verbum ſecundùm carnem paſſum, ſecundùm carnem crucifixum, mortemque ſecundùm carnem guſtaſſe, & primogenitum tandem ex mortuis factum eſſe, quatenus videlicet vita eſt, & viuificum vt Deus; anathema ſit.

Tomi primi caput XV.

EPISTOLA CYRILLI EPISCOpi, ad Clerum populumq; Conſtantinopolitanum.

ARGVMENTVM.

EXPLICAT epiſtola hac vnà cum Alexandrina Synodo Cyrillus, quo in ſtatu res ſint Neſtorianæ. Monet, vt ab illius conſortio, niſi primo quoque tempore ad ſanam mentem redeat, ſeſe abſtineant; tum vt pro ſocijs eos habeant, quos ille anathemati ſubiecerat, vel loco mouerat. Hinc quid veteres Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Antiſtites de Chriſti œconomia tradiderant, in memoriam reuocat, eorundemque traditionem & fidem ſeriò commendat. Epiſtolę initio tarditatem ſuam paucis excuſat.

DILECTISSIMIS AC DESIDEratiſſimis fratribus, Presbyteris, Diaconis, populoque Conſtantinopolitano, Cyrillus Epiſcopus, & Synodus Alexandrina in Domino ſalutem.

SERIVS & vix tandem eò deuenimus, quò initio venire oportebat; nempe vt cura communis omnium veſtrùm ſalutis ſuſcepta, à tumultibus illis, quos propter fidem hucuſque ſentire ac perpeti coacti eſtis, vos liberaremus. At totam interim triſtitiam, quam ex ea re plerique cepiſtis, nobis imputandam, haud ſanè exiſtimo: Quandoquidem præteritum tempus nō abſque luctu & lachrymis exegimus, quotidie expectantes, vt venerabilis Epiſcopus Neſtorius cùm conſilijs & admonitionibus Eccleſiaſticis, tum veſtrum quoque omnium increpationibus permotus, à peruerſis illis abſurdiſque dogmatis, quæ hucvſque profitetur, recederet; fidemque à ſanctis Apoſtolis & Euangelicis ſcriptoribus, nec nō ab vniuerſa Scriptura ſacra traditam; ſanctorumque Prophetarum vocibus & oraculis, ne quid detrimenti capiat, obſignatam, vnà nobiſcum veneratus complecteretur: Quia verò partim ex his, quæ publicè apud vos pro concione ꝓponere non ceſſat; partim rurſus ex editis ab illo exegeſibus; grauiter eū ſeductū; neq; vulgari quoq; pfidia & impietate irretitū cōperimus; ad eam neceſſitatem adigimur, vt Synodicis literis teſtatum illi facere cogamur, quòd niſi ociſſimè, hoc eſt, intra præfinitum à Cœleſtino

Expectatur Neſtorij emendatio, ſed fruſtra.

Neſtori⁹ ex ſuis dictis & ſcriptis hæreticus oſtenditur.

ſtino ſanctiſſimo Romanæ Eccleſię Epiſcopo dierum ſpatium doctrinæ ſuæ nouitatibus nuntium remittat, eaque, quæ apud vos docuit, ſuiſque libris, qui apud vos quoque cir cunferuntur, inſeruit, vel inſeri ſanè curauit, ſuo chirographo anathematizet, nullum nobiſcum conſortium, neque vllum in poſte rum inter Sacerdotes Dei locum habiturum eſſe, ſed ab omnium ſocietate prorſus alienum fore.

Sententia interminatoria cõtra Neſtoriam.

Nemo autem hanc qualemcunque cunctationem vitio nobis vertat; Neque enim grege tam numeroſo; imò verò omnibus, quotquot vbiuis gentium, verſantur populis & Eccleſijs perturbatis dormitauimus; ſed peritorum medicorum induſtriam hac in parte imitati ſumus: Hi enim morbos & vulnera in humano corpore naſcentia, non ſtatim igne, aut ferro atrociter curant, ſed vulnere leuioribus primò medicamentis de linito, tempus præſtollantur vſtioni & ſectioni opportunum. Quam ob rem viri eſtote in Chriſto, fideque, quam ſemel accepiſtis, conſtanter ſeruata, Chriſto vni, & ſoli, & verò Dei filio placere ſatagite; memores ſanctorum Patrum veſtrorum, qui ſanctè inculpateque ſacerdotio apud vos functi ſunt; quique etiãnum ſuperſtites, ſacram Virginem Dei param nominare nihil dubitarunt? Peperit enim illa Emmanuelem, qui verus eſt Deus: Verbum namque caro factum eſt;& quò eius nos fratres euaderemus, qui eſt ſuper omnẽ creaturam, ex muliere ſecundùm carnem natus eſt. Prædicabant autem illi apud nos non duos Chriſtos, ſed vnum tantùm: Eũdem nimirum Deum verum, & hominem rurſum ſecundùm carnem ex muliere ortum: Non hominem nudum, illa tantùm copula Deo coniunctum, quæ in ſola dignitatis, vel auctoritatis æqualitate cernitur. (Hæc enim frigida, & inutilia & anilia Neſtorij ſunt dogmata.) Addebant his, illum ipſum mortem noſtri cauſa ſecundùm carnem perpeſſum, mortiſque imperio Diuina virtute proculcato, ex mortuis denuo reſurrexiſſe, vniuerſorum tandem iudicem olim venturum eſſe. Hanc in vobis fidem identidem exuſcitantes, immaculatos & inculpatos vos vſque conſeruate, nullum prorſus commercium cum memorato Neſtorio habentes; nec auτes illi accommodantes; præſertim ſi vt cœpit, pro paſtore Lupus eſſe perexerit,& poſthanc noſtram admonitionem ad illum deſtinatam, peruerſa ſapere non deſtiterit; denique cum ijs clericis & popularibus quoque, qui propter rectam fidem ab illo excommunicati, vel gradu moti ſunt, nos liberè communicamus, iniuſtam illius ſententiam minimè approbantes, ſed eos potiùs, qui iſta ininſtè perpeſſi ſunt, commendantes, illud illis ſuccinentes: Beati eſtis, ſi propter Deũ probris afficimini; quoniam virtutum Dominus & Dei Spiritus ſuper vos cõquieſcit.

Medicorũ i curandis atrocibus morbis con ſuetudo.

Quid Conſtantinopolitani Epiſcopi ante Neſtorium de partu virginco, deq; incarnationis myſterio tenuerint.

Neſtorij dogmata anilia & frigida.

Cum Neſtorio nõ communicãdũ, niſi reſipiſcat.

Tomi primi caput XVI.

EPISTOLA COELESTINI, Ad Archiepiſcopum Cyrillum.

ARGVMENTVM.

MISERAT Cyrillus ad Vrbem Romanam, quæ ad Neſtorium preſcripſerat; tum illa quoque, quæ ipſe viciſsim ab illo receperat, quæque Alexandrina Synodus contra eundem niſi, reſipiſceret, decreuerat: Quorum omnium non abſque aliqua gratitudinis ſignificatione fit hoc loco mentio Porrò autem quantùm impios Neſtorij conatus, tota hac paſsim epiſtola Pontifex Cœleſtinus conuellit & execratur; tantùm orthodoxam Cyrilli doctrinã, incenſumque eiuſdem in religionе ſtudium extollit & admiratur. Cæterùm quòd Neſtorius non vulgaris quædam ouicula eſſet, (quę ipſa tamen iuxta Seruatoris præceptum non eſt negligenda, ſed ſtudioſè quærenda inuentaque, & humeris impoſita, ad ouile reducenda.) Sed plurimorum ouium paſtor mouet, modis omnibus dandam eſſe operam, vt è ſummo precipitio, ad quod euaſerat, abductus, in planam orthodoxiæ ſemitam denuo redeat. Addit nihilominus, ſi contempta medicina pro paſtore lupum ſeſe exhibere pergat, primo quoque tempore, puta intra decem dierum ſpatium amouendum, aliumque, qui & verbo & exemplo gregem paſcat, in amoti locum ſufficiendum eſſe. Tandem quò hæc omnia ordine & legitimè fiant, tanquam vniuerſalis Eccleſiæ paſtor, vices ſuas Patriarchę Alexandrino committit.

COELESTINVS DILECTO fratri Cyrillo. S. D.

LITERAS, quas ſanctitas tua per filium noſtrum Poſidoniũ ad noſtram mœſtitiam miſit, multa nos lætitia affecerunt; etſi interim gaudium, quod in illis offerebatur, viciſſitudine quadam cum dolore commutauerimus: Etenim dicta illius intuentes, anxiaque cogitatione pertractantes, qui prauis ſuis ſermonibus Conſtantinopolitanam Eccleſiam turbare nititur, non mediocriter animo ſauciati, diuerſis cogitationum ſtimulis agitamur; aſſiduè id vnum mente verſantes, quo pacto fideles, vt in ſuſcepta ſemel fide conſtanter retinenda perſeuerent, adiuuari poſſint: Contrà verò cum ad ea cogitationem noſtram conuertimus, quæ dilectio tua ſcribit, præſens remedium, quo peſtifer ille morbus, velut ſalutari quodam antidoto depelli poſſe videatur, ſeſe offert: Loquor autem de puri fontis ſcaturigine, quæ magna vbertate ex dilectionis tuæ doctrina promanat; per quam quoque omnis illa, fex malè currentis riuuli aufertur, omneſque ad certam veramque fidem inſtituuntur. Vt illum igitur notamus & incuſamus; ita tuam ſanctitatem veluti in proprijs literis præſentem in Domino amplectimur; quandoquidem vnum idemque nos de Chriſto Domino noſtro ſentimus: Neque mirum ſanè, prouidentiſſimum Chriſti Sacerdotem fidei amore ac ſtudio incenſum, tanta virtute decertare;

Cyrillus e Poſidoniũ Diaconum ad Cœleſtinũ ſcribit.

Miſerabilis Conſtantinopolitanæ Eccleſię ſtatus Cœleſtinũ affligit.

Cyrilli oſo potẽs ad retundendam falſitatẽ & veritatẽ confirmãdam.

decertare; tum vt abſurdæ antagoniſtarum temeritati obuiam eat; tum maximè quò curæ ſuæ concreditos eiuſmodi admonitionibus confirmare queat. Vt illa ergo nobis ſunt peracerba; ita hæc apprimè nobis ſunt dulcia. Rurſum vt illa ſunt lutulenta & immunda; ita hæc ſunt limpida & ſyncera: Equidem vehementer gaudeo, tantum vigilantiæ ſtudium reuerentiæ tuæ adeſſe cernens, vt præclara maiorum exempla iam ſuperaſſe videare? Nam & ipſi quoque acerrimi ſemper purioris dogmatis vindices extiterunt. Verè & aptè Euangelicum illud in te quadrare deprehenditur: (Bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis.) Verùm enimuero, vt tu bonus es paſtor, ita ille non quidem vt malus mercenarius, ſed vt ſæuus lupus meritò accuſatur: Neque enim ob id inſimulatur quòd proprias oues deſerat; ſed quòd eas ipſemet diſpergere ac lacerare non deſinat.

Magna inter Cyrilli & Neſtorij doctrinam diſſimilitudo. Theophil' Cyrilli auũculus acerrimus purioris dogmatis vindex.

Neſtori' nõ tam malus mercenari', quàm ſæu' lupus.

Quin & nos quoque, dilecte frater, nonnulla addituri eramus, niſi eadem omnia, quæ nos ſentimus ac tenemus, te itidem ſentire ac tenere perſpiceremus, & in fide tuenda fortiſſimum te Antagoniſtam eſſe exploratum haberemus: Nam quæcunque ſanctitas tua de hoc negotio præſcripſit & diſputauit, ea omnia Poſſidonius Diaconus ordine nobis expoſuit. Omnes ſermonum illius technas retexiſti, fidemque ad eum modum corroboraſti, vt corda in Chriſtum Deum noſtrum credentia in alteram partem abduci non facilè queant. Magnus ſanè hic noſtræ fidei triumphus eſt; quòd nimirum & noſtra tam validè probaueris, & his oppoſita per Diuinarum Scripturarum teſtimonia tam potenter expugnaueris. Ecquid tandem impiæ illius nouitatis amator faciet? Quam in partem ſe vertet? Qui dum proprijs affectibus ſeruire ſtudet, ſuique ipſius verius, quàm Chriſti ſectator eſſe mauult, populum fidei ſuæ concreditum occulto prædicationis ſuæ veneno perdere voluiſſe, clarè deprehenditur: Qui ſanè & legere, & animo quoque recondere debebat inanes quæſtiones, cuiuſmodi ſunt, quæ ad fidei quidem integritatem nihil conducunt, ad animarum verò exitium plurimum faciunt, vitandas eſſe potiùs, quàm ſtudioſè conſectandas. Interim noſtrarum partium eſt, vt illum in præcipitium proximè adductum, vel in ipſo veriùs præcipitio, vnde eum prolabi neceſſum eſt, iam conſtitutum, ſi qua ratione poterimus, à lapſu prohibeamus, ne, ſi opem non tulerimus, ad caſum impuliſſe videamur. Sanè Ieſus Chriſtus Dominus noſter, cuius generatio in quæſtionem adducitur, pro vna duntaxat oue laborandum eſſe oſtendit, dum eã, ne lupis diſcerpenda obiectaretur, proprijs humeris impoſitam reportare dedignatus non fuit. Iam qui pro vnius ouiculæ ſalute adeò enixè laborandum eſſe docuit, quanto pro ipſomet paſtore nos laborare cupit? Qui tamen paſtor & nominis & profeſſionis ſuæ oblitus, ſemetipſum in rapacem lupum transformauit, gregem, quem ſeruare debuerat, modis omnibus diſperdere connitens.

Cyrillus fortiſſimus fidei athleta.

Cyrillus technas Neſtorij aperuit.

Neſtori' populum fidei ſuæ cõmiſſum ſtudio it perdũ.

Curioſæ quæſtiones vitãdæ.

Quare quæſtiones cenſendæ ſint curioſæ.

Si vnius ouiculæ cauſa ſudandum eſt, quanto magis pro paſtoris ſalute elaborandũ eſt?

Hunc nos igitur ab ouilibus arcere oportet, niſi, vt optamus, ad bonam frugem ſe ſe receperit; ſi qua tamen huius rei ſpes adhuc reliqua eſt: Deſideramus enim, vt conuertatur & viuat, niſi concreditorum ſibi vitam iam dudum ipſe perdiderit. Quòd ſi verò in pertinacia ſua perſtiterit, aperta mox condemnationis ſententia in illum feretur: Etenim vulnus, quod non vnum aliquod membrum tantùm lædit; ſed vniuerſum Eccleſiæ corpus conſauciat, primo quoque tempore excindere oportet: Quid enim cum ijs agat, qui inter ſe conſentiunt, qui ſe ſolum, quæ optima ſunt, ſapere arbitratus, à noſtra fide diſſentit? Vniuerſi proinde, quos ille tanquam ſibi obſiſtentes à communione, vt putauit, ſemouit, in noſtra ſocietate ſe permanere intelligant; ſciant nihilominùs, eum ipſum communionem poſt hac nobiſcum habere non poſſe, ſi doctrinæ Apoſtolicæ porrò aduerſatus, peruerſam hanc viam contumaciter vrgere perrexerit. Quam ob rem noſtræ ſedis auctoritate aſcita, noſtraque vice, & loco cum poteſtate vſus, eiuſmodi non abſque exquiſita ſeueritate ſententiam exequêris; nempe, vt, niſi decem dierum interuallo ab huius noſtræ admonitionis die numerandorum, nefariam doctrinam ſuam conceptis verbis anathematizet, eamque de Chriſti Dei noſtri generatione fidem in poſterum confeſſurum ſe ſpondeat, quam & Romana, & tuæ ſanctitatis Eccleſia, & vniuerſa denique religio Chriſtiana prædicat, illico ſanctitas tua illi Eccleſiæ proſpiciat. Is verò modis omnibus ſe à noſtro corpore ſegregatum eſſe intelligat; vt qui omnem medentium curam aſpernatus, nec non inſtar peſtiferi morbi per vniuerſum Eccleſiæ corpus inſano modo graſſatus, tam ſeipſum, quàm cæteros omnes ſibi commiſſos in extremum exitium præcipitare ſtuduerit. Eadem hæc & ad ſanctos quoque fratres & Coepiſcopos noſtros, Ioannem, Rufum, Iuuenalem, & Flauianum perſcripſimus, quò noſtra, imò verò Diuina Chriſti Domini noſtri ſententia pluribus de eo ſit manifeſta.

Datæ 3. Id. Aug.
Theodoſio
XIII.

Vulnus corp' inficiẽs, tempeſtiuè curandum.

Hæretici ſe ſolos ſapere autumant.

Quos Neſtorius excommunicarat, eos Cœleſtinus Papa in integrũ reſtituit, ipſũque anathemati ſubijcit.

Cœleſtinus partes ſuas in cauſa Neſtoriana delegat Cyrillo.

Sententia Cœleſtini in Neſtorium lata.

Poſtrema hæc periodus in Ducali exemplari deſideratur.

Tomi primi, caput XVII.

EIVSDEM COELESTINI ad Neſtorium.

ARGVMENTVM.

ACCEPERAT Cęleſtinus publica fama partim; partim quoque ex literis tunc inde ad ſe miſſis, impia Neſtorianorum hæreſi in Conſtantinopolitana vrbe turbari & ardere omnia. Aſcitis itaque, quos ad manum habebat, Epiſcopis & ſacerdotibus, compertoque cùm ex ipſiuſmet Neſtorii literis; tum ex eiuſdem quoque exegeſibus, quas Antiocho illuſtri viro tradente paulò antè receperat, vera eſſe, quæ Cyrillus per Poſidonium expoſuerat, & publica quoque fama detulerat, pronunciat Patriarcham Conſtantinopolitanum hæreticum eſſe. Verùm ut iure conqueri poſſet, præcipitantiùs, quàm par erat, ſecum actum eſſe, præter illa, quæ ſcripſit ad Cyrillum, Ioannem Antiochenum, Clerum item & populum Conſtantinopolitanum, quę omnia collimant in eundem ſcopum; ſcribit hanc quoque ad totius mali architectum Neſtorium, quem hic de ſua impietate grauiſſimè ſanè obiurgat. Hortatur autem illum, non ſolum ad ſeriam reſipiſcentiam, eorumque, quos iniuſtè eiecerat, reſtitutionem, verum ad publicam quoq; illorum omnium, quæ prauè docuerat, paliuodiam. Addit porrò, niſi id faciat, & quidem tempeſtiuè, hoc eſt, intra decem dierum ſpatium facit, fore, vt omni prorſus ſacerdotali dignitate & poteſtate exutus, tanquam putridum membrum ab Eccleſiaſtico corpore ſtatim abſcindatur. Sub finem meminit literarum, quas eadem de re ad Cyrillum Clerumque & populum Conſtantinopolitanum ſcripſerat.

DILECTO FRATRI NESTORIO Cœleſtinus S.

Poſt Pelagii dogma profligatũ Eccleſia nonnihil interquieuit.

POST impium illud profanumque ſæpenumero condemnatum Pelagii ac Cœleſtij dogma ab vrbe ſemel pſcriptum, Catholica fides aliquot vitæ noſtræ diebus pacē obtinuit: Etenim vt primùm Oriens & Occidens cōcordi ſententia veluti telo quodam illos illorumque ſectatores ſemel percuſſit; e veſtigio ſanctæ memoriæ Atticus egregius ſanè orthodoxæ fidei Doctor, veruſque ea in re beati Ioannis ſucceſſor, ita eos communis omnium Regis cauſa eſt inſectatus, vt ne conſiſtendi quidem ſpatium eo in loco reliquum illis faceret. Poſt illius verò è vita deceſſum, non vulgaris cura nos tenuit, anxiè expectantes, vnum ne eundemque ille & muneris & fidei quoque ſucceſſorem ex æquo ſortiretur: Quandoquidem quæ pulchra ſunt, ea diuturnam moram non facilè ferunt: Plerunque enim vſu venire ſolet, vt oppoſita alternis ſe vicibus excipiant. Verùm poſt illius obitum ſanctus Siſinnius, qui & ipſe quoque paulò pòſt deſerturus nos erat, nobis obtigit; vir profectò, & vitæ ſanctimonia, & fidei ſimplicitate clarus eiusq; quam compererat, religionis præco inſignis. Legerat nimirum pia illa ſimplicitas & ſimplex pietas, magis timendum eſſe, quàm priuatæ intelligentię acumini innitendum; & alibi: In altiora curioſius inquirendum non eſſe. Et iterum: Si quis aliud prædicauerit, anathema ſit. Sed hoc quoque è mundi huius ærumnis ſublato, ſimul atque ſolicitudo noſtra tantum ſe intendiſſet, quantum Dominus ſinebat; nuntiorum mox iſthinc venientium narratio animam noſtram magna lætitia perfudit; quam paulò pòſt familiarium noſtrorum, qui tuæ ordinationi interfuerāt, relatio egregiè quoque confirmauit: Hi enim eiuſmodi teſtimonium tibi reddebant, cuiuſmodi illi dari conueniebat, qui aliunde in Epiſcopum allectus eſſet: In tanta enim exiſtimatione antea ætatem egeras, vt aliena quoque ciuitas te tuis inuideret. Nunc contrà verò tanta turpitudine te abominandum reddidiſti, vt tui ex aliorum calamitatibus, à quanta peſte liberati fuerint, facilè intelligant.

Ioannem Chryſoſtomum, qui ſucceſſit Nectario, excepit Atticus, ſed non proximè: intercesſit enim Arſacius, vir delirus, & ad munus Epiſcopale planè ineptus. Romanus Pontifex Cœleſtinus, anxius de Patriarcha Conſtantinopolitano. Oppoſita alternis ſe plerumq; excipiunt. Attico hæreticorum maximè verò Pelagianorum inſectatori acerrimo ſucceſſit Siſinnius. Eccle. 3. Galat. 1. Solicitudo Romani Pontificis ad omnes eccleſias ſe porrigit.

Neſtorius aliunde in eccleſiã Conſtantinopolitanã aſcitus, nẽpe ex Eccleſia & ciuitate Antiochena.

Non ita pridem literas tuas accepimus, qbus tā ſubitò rńderi non licuit: Erant enim priùs in Latinam linguam conuertendæ, id, quod propter vrgentem neceſſitatem, haud ſegniter, vt fieret, curauimus. Cæterùm per filium noſtrum Poſidonium Diaconum, à ſancto fratre & Coepiſcopo noſtro Cyrillo, Sacerdote ſanè probatiſſimo, eiuſmodi de te literas accepimus, quæ magna nos animi ægritudine afficiunt: Cernimus enim, præclarum illud teſtimonium olim tibi datum, in nihilum recidiſſe, tuaque honeſta illa initia malum rumorem conſecutum eſſe. Honeſta autem initia ideo appello, quia tantis illa apud nos laudum præconijs euehebantur, vt nos quoque in reſponſione ad fratrum relationem gaudium conceptum diſſimulare nequiuerimus. At nunc verò graues prædicti fratris noſtri de te querelas tuaſque epiſtolas, quæ Latinè redditę, manifeſtas blaſphemias prę ſe ferunt, animo pertractantes, illud Apoſtoli nobis depromendum video: (Vellem mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.) Imò verò iam dudum mutaui, niſi impietatis præco, à præcipitio, in quod abductus eſt, pedem quam primùm reuocauerit: Neceſſum eſt namque, vt, quemadmodum iubemur, malum à nobis abſcindamus. Legimus igitur epiſtolarum tuarum contextum; accepimus & tuos quoque libellos, tradente illos filio noſtro Antiocho viro apprimè illuſtri. Ex his re examinata, in graues errores prolapſus deprehenderis, veritatemque multis inuoluiſſe tenebris & omnia tandem, ſurſum deorſumque permiſcuiſſe conuinceris: Nam pleraque, quę confiteri debueras, inficiaris; alia rurſum, quę negata oportuerit, confiteris. At verò ex epiſtolis tuis apertam non tam in noſtram fidem, quàm in temetipſum ſen-

Neſtorius ad Romanum Pontificem græcus græca fide ſcribit. Neſtorius bene cœpta turpiter euertit. Conſtantinopolitan⁹ Clerus refert ad Pontificem Romanum, de Pontificis Conſtantinopolitani electione. Galat. 4. 1. Cor. 5. Exegeſes Neſtorii Antiochũ illuſtrem virum, Romano Pontifici exhibitæ. Neſtorius vt hæretici ingenium exprimat permiſcet vera falſis, obſcura illuſtribus.

Neſtorius aliter de Chriſto, docet, quàm orthodoxa fert fides.

ſententiā profers; vtpote longè aliter de Dei Verbo docere contendens, quàm communis omnium fides patitur.

Neſtorius ex ſuis ſcriptis hæreticus deprehenſus.

Vide ergo, in qualem de te ſententiam rapiamur: Perpenda, quales tuarum nouitatum extiterint fructus, ex quibus antea ignotus, euaſiſti manifeſtus; ex manifeſto autem adductus es in iudicium. Verè proinde cum Gentium doctore dicere poſſumus: (Nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus.) An non ea verba aptè in eam congruunt Eccleſiam, quæ vulgi rumorem, non iudicium de te ſecuta, probatos viros, quos intrà gremium ſuum fouebat, contempſit? Deluſa eſt ergo illorum opinatio, qui magna ſibi de te pollicebantur; ſed non prorſus temere: Quis enim lupum rapacem intra ouinam pellem latitare ſuſpicaretur? Apoſtoli vox eſt: (Oportet hæreſes eſſe, vt hi, qui probati ſunt, manifeſti fiant.) Arrige aures tuas, ſermoneſque, quos ille ad Timotheum & Titum ſcribens depromit, excipe: Ecquid enim ille aliud præcipit, quàm vt profanas vocum nouitates, quæ tantum ad impietatem faciunt, ſpinaſq; & tribulos ſemper generant, ſtudioſè euitent? Alibi Timotheum commonefeciſſe ſe indicat, vt Epheſi remanens, quibuſdam, ne quid aliter doceat, præcipiat. Hieremiæ Prophetæ verba, hic mihi nunc ob oculos obſeruantur: (Mirabilia (inquit ille) facta ſunt in terra; Prophetæ prophetabant mendacia; & Sacerdotes plaudebant manibus.) Dic, obſecro, iſthæcne velut ignota te prætereunt? an verò vt cognita aſpernaris? Si te tanquam ignota fugiunt, ne verearis, quod rectum eſt, diſcere; quemadmodum quod peruerſum eſt, & diſcere, & docere non es veritus. Sin autem veluti nota contemptui ducis, cogita tibi nullam excuſationem relictam eſſe, cùm concreditum tibi talentum abs te repoſcet ille, qui ſemper è ſacro illo fœnore lucrum à nobis expectat. Quòd ſi grauis illum ſupplicium manet, qui, quod acceperat, humo defoderat; quid futurum eſt illi, qui quod acceperat, integrū non reddit? Quare iterū, atq; iterū expende, quale quātumq; periculū tibi impendeat, ſi nihil horum, quæ accepiſti, reſtitueris? Túne Domino noſtro reſpondere poteris? (Quos dedi ſti mihi, cuſtodiui;) cùm te illius Eccleſiam tam terribiliter diſcindere & lacerare intelligamus. Qua, quæſo, conſcientia viuis, qui ab omnibus, qui in ipſa ciuitate degunt, propemodum deſereris? Quanquam eos, qui nunc te deſerunt, tunc ſecuritati ſuæ potiùs proſpexiſſe optarem, cùm tale ſibi præſidium aliunde aſciſcere inſtituebant.

Rom. 8.

Conſtantinopolitana Eccleſia vulgi rumorem, nō iudicium ſecuta, decepta.

1. Cor. 11

1. Timo. 6. Vocum nouarum fructus, impietas.

1. Timo. 1.

Hierem. 5.

Matth. 25. Deus à concredito talento ſemp. lucrum expectat.

Ioan. 17.

Neſtorius à ſuis Conſtantinopolitanis propter hæreſin deſert.

Neſtorij in Deum blaſphemi ſermones.

Quid ita ijs de rebus quæſtiones incœptare voluiſti, quas vel cogitare blaſphemia eſt? Vnde Epiſcopo in mentem venit, vt ea in vulgus ſpargeret, per quæ Virginei partus maieſtas & reuerentia grauiter conuellitur? Meritò ſanè blaſphemi in Deum ſermones priſcæ fidei ſynceritatem interturbare non debuerant. Quis vnquam anathemate non dignus exiſtimatus eſt, qui fidei quippiam appoſuiſſet; vel ea quippiam ſuſtuliſſet? Quæ enim plenè & planè nobis ab Apoſtolis tradita ſunt, ea augmentum, vel imminutionem non ſuſcipiunt. Legimus, in libris noſtris nihil addendum, nihil adimendum eſſe, maximoque ſe pœnæ debito obſtringere tam eos, qui mutilant, quam illos quoque, qui aſſuunt. Præparauimus igitur cauterium & ferrum; ſiquidem vulnera, quę tolerari alioqui non poſſunt, maturæ exſcindenda ſunt: Nouimus enim, magna vitia, citra magnam moleſtiam, facilè curari non ſolere. Cæterùm inter multa impiè abs te prædicata, quæ Catholica Eccleſia auerſatur, ſummopere deploramus, ea per te verba à Symbolo ſublata eſſe, quæ totam vitæ ſalutiſque ſpem nobis pollicentur. Hoc ipſum autem, quo animo feceris, id tuæ epiſtolæ non diſſimularunt. Quòd verò & tuæ ſint & abs te profectæ ſint, id extra omnem controuerſiam eſt. Quas ideo quoque nunquam ad noſtras veniſſe manus optaremus, ne tanti ſceleris iudices cogeremur: Omnium porrò diſceptationum tuarum rationes breui oratione comprehendi queunt. Explicaſti ſubinde te fuſius, & multis ſtrophis circumuagatus, tandem per diuerſos anfractus, ad impium animi tui ſcopum pertigiſti. Nouimus, quid ille cauerit, qui contentiones & verborum pugnas circa legem vitare iuſſit: Sunt enim (vt ait) ſtultę & inutiles. Iam quod ſtultum & inutile cenſetur, id ab omni vtilitate procul abeſſe dubium nullum eſt.

Fidei nihil, quod cum ea pugnet, addere fas eſt; nihil rurſum, quod de integritate illius exiſtat, adimere eidē licet.

Magna vulnera citra magnam moleſtiam non curantur.

Neſtorius mutilat fidei Symbolum.

Neſtorius ſtrophis & impoſturis agens.

1. Timo. 6. Tit. 3. Verborum pugnæ vitandæ.

Cùm itaque frater noſter Cyrillus alteris iam literis ad ſanam mentem te reuocare enixè, vt ſcribit, ſtuduerit; & poſt vnam & alterā illius admonitionem, etiam noſtra hæc, quā tertiam eſſe conſtat, increpatio acceſſerit; niſi nunc tandem, quæ peruerſè docuiſti, per te corrigantur, in eamque viam primo quoque tempore redieris, quam ſe Chriſtus eſſe palàm eſt profeſſus; in poſterum, & à noſtro conſortio, & ab omnium Chriſtianorum cœtu alienum te fore, nihil quicquam dubites. Improbè & præter omnem ſpem in eum arma ſuſcitaſti, qui te tanquam fidum & cordatum ſeruum familiæ præfici permiſit. Miſer, qui beatitudinis iſthiuſcemodi miniſterio promiſſę iacturam iam feceris: Adeò enim eſcam opportuno tempore nullam præbes, vt eos quoque veneno perimas, quos ille proprio ſanguine, propriaque morte conquiſiuit: Venena nanque ſub labijs tuis ea meritò appellamus, quæ amaritudine & execratione plena aduerſùs eum euomere non formidas, qui verè dulcis eſt. Quò ſolicitudo abijt paſtoralis? (Bonus paſtor eſt, qui ponit animā ſuā pro ouibus ſuis. Mercenarius eſt, qui eas relinquit ac lupis obijcit.) Quid tu autem paſtor hic agis? quādo tu ipſe lupi inſtar gregem diſperdis? In quas tandem caulas do-

Neſtorius ter admonitus contēnere ſęgit.

Grauis comminatio.

Seruus inſurgit in dominum.

Neſtorius pabuli loco venenum offert.

Ioan. 10. En paſtorē in munere oſtendit, Neſtorium rapacem lupum eſſe.

dñicus grex recipere ſe, queat, cùm intra ipſa quoq; Eccleſiæ ſepta vulneretur? Aut qualis cuſtodia ſatis tuta in poſterum cenſeri valeat, cùm te cuſtodis loco rapacem lupum experiantur? (Et alias) (inquit Dominus) (oues habeo, quæ nõ ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.) Dominus alias ſe adducturum promittit; tu autẽ, quas habes, perdidis. Quamuis interim obſcurum nõ ſit, cùm iſtuc vſu venit, non tam oues interire paſtoribus, quã paſtores ouibus. (Et vocem meã audiẽt.) Cur hoc? (vt vnum fiat ouile.) Ad illius ergo vocem vnum coit ouile; ad tuam autem grex, aut læditur, aut in fugam vertitur.

Ioan. 10.

Cũ paſtor vertitur in lupum, perit & ipſe vna cum ouibus, & noces paſtori.

Actor. 20.

Durum ſanè eſt & graue ad modũ, B. Pauli verba, quæ in Apoſtolorum actis leguntur, in te conuenire: (Ego) (inquit) (ſcio, quõ, poſt „ diſceſſum meum, intrabunt lupi rapaces, non „ parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgent vi- „ ri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos „ poſt ſe.) Hæc abs te alijs dici malebamus, q̃ „ tibi ab alijs. Docere enim, quæ dicimus, debueras, non diſcere: Nã quis ferat, Epiſcopũ docere, quomodo ipſum Chriſtianũ eſſe oporteat? Expende diligenter, quò deueneris, in quam hæreſim præceps abieris: In iudicium vocaris, coargueris, accuſaris; ecquid horum omnium Dei decet Sacerdotem? Duris dura debetur reſponſio. & dura rurſum vltio (ſi qua tamen ea dici poteſt vltio, cùm blaſphemiæ ſolis verbis vindicantur.) An forte arbitraris fore, vt nos tibi parcamus, qui tuæ ipſius animæ minimè parcis? omnibusque præteritis, præſentibus & futuris, ſalutis beneficium adimere eniteris? Neque enim benigni Domini mei hoſtes, tanquam fidus ſi, perſequi non poſſum, præſertim cùm & Propheta quoque iſtiuſcemodi perfecto odio ſe odiſſe fateatur, & alter rurſum ſe illis minimè parciturum eſſe interminetur. Ecquem hic, obſecro, obſeruabo? cui honorem deferam? cùm vnum hoc agi videam, vt omnis fiduciæ materies mihi adimatur. Ipſius Domini vox in ſacris Euangelijs expreſſa diſertè monet, non patrem, non matrem, non filios, nullam denique aliam neceſſitudinem, vel cognationem ipſi anteponere fas eſſe: Exiſtit enim non rarò talis pietas, ex qua aperta oritur impietas; cùm nimirum carnali affectione dominante, corporalis dilectio, propter quam non infrequenter quoſdã in pretio habemus, illi dilectioni anteſertur, quæ Deus eſt. Quando ergo eiuſmodi carnis affectio aduerſatur illi, qui eſt ipſamet charitas: tunc vtiq; omnis ea beneuolẽtia animo ejicienda eſt, quæ ſuũ queat auctorem olim ad iudicium trahere, ferendamq; cõtra ſe ſententiam prouocare. Expergiſcere tandem aliquando: Non enim dicendæ ſunt vigiliæ iſtæ, quas non cuſtodiæ, ſed rapinæ impendis; Malumus nanq; in eo, quod prædicas pietatique bellum ſuſcitas, dormire te potius, quàm vigilare. Quandoquidem longè nobis

Turpe Epiſcopum diſcere, quid Chriſtianũ hominem oporteat credere.

Doris dura debetur reſponſio & dura quoque vltio.

Hoſtes Chriſti odertit Sancti.

Pſal. 138.

Matth. 19.

Nihil proponendũ Chriſti dilectioni, ea iuſtæ re nemini.

Satius eſt paſtorem dormire, q̃ praua docere.

tolerabilius fuiſſet, ſi in vtranque autem ſterliſſes: Hac enim ratione ſi nullum acquiſiuiſſes, nullum quoque perdidiſſes; Eccleſia rurſum, vt de nullius animæ lucro gauiſa fuiſſet, ita de nullius quoque perditione doluiſſet. Sat illi erat, ſi talem ꝓprio ſpõſo reſtituiſſes, qualem ſuſceperas. At quid multis moror? Fruſtra quippiam per te ſuperſtructum requiro, in quo iuxta magni illius Architecti Pauli doctrinam, nullum fundamentum cerno.

Spiritalis vita & doctrina fundamentum orthodoxa fides.

Intelligo Clericos, qui & Catholicè ſentiunt, & communione noſtra potiuntur, maximam abs te iniuriã ſuſtinere adeò vt etiam ciuitate arceri perhibeantur. Gaudemus ſanè, confeſſionis præmium illis obtigiſſe; at dolemus interim, qui illos perſequitur, Epiſcopum eſſe. Beatus Paulus ex perſecutione demutatus eſt in Euangelij præconem; tu verò, ò ingentem impietatem, ex Euangelio præcone, conuerſus es in perſecutorẽ. Veteres hæreticos in mentem reuoca, qui & ipſi quoque eiuſmodi quæſtiones & controuerſias in Eccleſiam inuexerunt. Verùm quis vnquàm ex illis victor ab iſtiuſmodi certaminibus receſſit? Habes ciuitatis tuæ exemplum. Paulus Samoſatenus Eccleſiæ Antiochenę gubernacula quondam ſortitus, vt prædicandi ſemẽtem fecit, ita & meſſuit. Reliquos malorum inuentores, qui quondam Eccleſias obtinuerunt, ſimilis ſententiæ ſeueritas ſemper proſtrauit. Quin & illos ipſos quoque hæreticos, de quibus nos, tanq̃ cauſæ illorũ ignarus, interrogare voluiſti, vel uti q iniqua impiaque ꝓfitentur, iuſta vltio ꝓprijs ſedibus expulit: Quos non admodum quoque miramur pacatum apud vos ſtationem inueniſſe: Inciderunt enim in iſtic in impiã prædicationẽ, ad quã dũ ſuã exigerent, ab omni ſe crimine immunes facilè iudicarũt. At quia ſermonis occaſio hinc nos abripuit, diſſimulare id hic non poſſumus, quod iu magnã admiratione nos conijcit. Legimus q de Origenis vitio rectè ſentias, quodque naturam ipſam culpa obſtrictam non neges, & quod eum tandem exactũ debitum iuſtè exoluere doceas, qui à debitrice generatione ortũ trahit. Iã quid illis tecum negotij eſt, qui ideo dãnati ſunt, q iſthæc no inficiarentur? Sanè nunquam contraria citra ſuſpicionem inter ſe coeunt. Quam ob rem ſi tibi perinde ac nobis diſplicuiſſent, iã dudũ inde exacti forẽt; verùm vt hæc ſe habeat, cur iterũ in ea inquiris, q̃ iã olim cõtra illos acta decretaq; ſunt? Ignoras forſan, ab Attico Catholico per id tempus Epiſcopo commentarios de illorũ condẽnatione inde ad nos fuiſſe tranſmiſſos? Cur ſanctæ memoriæ. Siſinnius eadẽ retractari nõ quæſiuit? Ob id nimirum, quia iuſtè illos à prædeceſſore ſuo cõdemnatos intelligebat. Plorent miſeri, vt qui humana ſpe propemodum elapſi, ſolo pœnitentiæ præſidio amiſſam communionem recuperare valeant. Ecce cœpiſti diſcere, ſi quid antea, q ad illos pertinebat, ignorabas; verùm tuis

Neſtorii tyrannis in catholicos Clericos.

Paulus ex perſecutore in Euangelij præconem. Neſtorius cõtrà, ex Euangelij præcone, verſus in perſecutorem.

Paulus Samoſatenus.

Infœlix hæreticorum exitus.

De ijs hæreticis, hic ſermo, q̃ norũ fit mentio in epiſtola huius initio.

Pelagiani Epiſcopi cõparatione Neſtorii à crimine ſe immunes iudicant.

Neſtorii familiaritas cum Pelagianis de Pelagianiſmo illũ ſuſpectum reddit.

Atticus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ea quæ ad fidẽ pertinebat, ad Romani pontificis cognitionem detulit.

tuis potiùs Catholico feſtinatoque conſilio vulneribus mederi ſatage, quàm aliorum. Aptè hic tibi obijcere liceat: Medice, qui alijs curandis incumbis, teipſum cura: Ea enim morbi tui eſt conſtitutio, vt neque moram admittat, neque vllas inducias ferat.

Cyrilli fides, Romano Pontifice iudice, orthodoxa.

Pontificis Eccleſiæ Alexandrinæ fidem & probauimus ſemper & etiamoum probamus Et tu itidem, ſiquidem noſtra communione in poſterum potiri deſideras, per illum admonitus, eadem illa quæ nos, denuo ſapias, mi frater: Si qua, inquam, prudentia etiam nunc tibi reliqua eſt, iis omnibus execratis condemoatiſque, quæ hucuſque ſenſiſti, cooſeſtim eadem illa, quæ illum prædicare intelligis, & tu quoque noſtrę voluntati facturus ſatis prædicare ne cuncteris: Nos enim, etſi id parum decorum videatur, etiam Sacerdotes ſe corrigere patimur. At verò vt antea curæ nobis fuit, quòd eiuſmodi Sacerdotes ab errore ad vitam reduceremus; ita, ſi ſalutarem admonitionem aſpernari pergant, condemnatioois ſententiam aduersùs illos pronuntiare compellemur. Tu autem tunc demum noſtræ volũtati morem geſtum putabis, cùm & peruerſum tuum dogma ipſe condemnaueris, ipſamq́ue condemoatiooem multis veræ emendationis argumentis confirmaueris, & omnes illos iterum ad Eccleſias & reuocaueris, quos inde propter Chriſtum, qui illius caput exiſtit, excluſos fuiſſe certò conſtat. Reuocentur proinde omnes, &, vt id, quod iubemus, maturè fiat, eijciendum illum nihil omnino aobigas, qui eiecit: Etſi à ſocietatis noſtræ communione nunquam exciderint illi, in quos tu tam iniquus fuiſſe viſus es.

Monetur Neſtorius vt eadem ſapiat & doceat, quæ Cyrillus.

Turpe Sacerdoti pœna digna admittere.

Pontifex Romanus cum Patriarcha Conſtantinopolitano agit, tanquam cũ proprio ſubdito.

Eccleſia caput Chr.

Neſtorius porro eijciendus, niſi iniuſtè eiectos reſtituat.

Pontifex Cęleſtinus per literas Clerum populumque Conſtantinopolitanum edocet, quid de Neſtorio ſtatuere debeant.

Cæterùm ad Eccleſiæ Conſtantioopolitanæ Clerum, cæteroſque, qui iſtic Chriſti nomine inſigniti ſunt, literas, quales neceſſitas exigebat, perſcripſimus: Quò his nimirum inſtructi commonefactiq́ue (Si quidem in peruerſæ doctrinæ contumacia perſtiteris, neque illud ipſum, quod frater noſter Cyrillus nobiſcum docet, tu quoque docueris) intelligant à noſtro te cœtu excluſum eſſe: Tibi enim nulla deinceps ſocietas nobiſcum eſſe poterit. Diſcant nihilominùs & hoc exemplo præmunit, qua ratione animæ ſuæ maturo deliberatoq́ue conſilio proſpicere debeaot. Quam obrem hoc tibi perſuaſum habeas velim, niſi de Chriſto Deo noſtro ea tenueris & docueris, quæ, & Romana, & Alexandrina, & vniuerſa Eccleſia Catholica tenet, & docet, ſanctaque magnæ Conſtantinopolis Eccleſia, vſque ad tuum Epiſcopatum tenuit, & docuit; & perfidam illam nouitatem, quæ ea diuellere nititur, quæ ſacra Scriptura coniungit intra decem dies, poſt hanc admonitionem ad te perlatam enumerandos, aperta, ſcriptaq́ue confeſſione deteſtatus fueris ac repudiaueris, ab vniuerſa Eccleſiæ Catholicæ communiooe quamprimùm te expulſum proſcriptumq́ue iri; & hoc nos plane facere, in animum induxiſſe. Quam noſtri in te iudicij formulam, cum cæteris omnibus charitas & commentarijs, per filium ooſtrum Poſſidonium Diaconum, cuius ſupra meminimus, ad ſanctum Cyrillum memoratæ Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopum, qui ea ipſa quoque de re fuſiùs ad nos retulerat, tranſmiſimus, vt noſter hac in parte vicarius, efficiat, quò noſtrum decretum, & tibi, & reliquis quoque omnibus fratribus pateſiat: Nam cùm aliqua de re communi deliberatio ſuſcipitur, tunc omnes, quid actum, ſtatutumue ſit intelligere oportet. Data IIII. Id. Aug. Theodoſio XIII. & Valentiniano III.

Neſtorio decem dierum ſpatiũ præfinitur, intra quod ſi velit, impunè reſipiſcere queat.

Quorum omnium intereſt, omnes noſſe debent.

Lecta eſt hæc epiſtola in Synodo Epheſina, poſt exceptiones & depoſitiones, contra Neſtorii epiſtolam factas, quæ, vt aliæ nonnullæ, inter actorum quoque commentarios aelata eſt.

Tomi primi, caput XVIII.

COELESTINI PONTIFICIS *Romani, ad Clerum populumq́, Conſtantinopolitanum Epiſtola.*

ARGVMENTVM.

HÆC eſt epiſtola illa, cuius ſub fioem præcedentis fit mentio Eſt autem grauiſsima, paternique admonitionibus refertiſsima. Ab animi dolore, quem ex Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ calamitate hauſerat, ſumpto exordio, omnes cum Laicos tum Clero quoque adſcriptos, vt in maiorum fide & religione conſtanter perſeuerent, ſeriò admonet. Quantum ſuperioribus paſtoribus Chryſoſtomo, Attico & Siſinnio debeant, non ſiue magna illorum commendatione in memoriam reuocat. Neſtorii deliria atraque doctrinæ illius venena oratione recenſet, fontemque vnde hæc primò dimanarant, obiter indicat. Hinc ad Clerum Conſtantinopolitanum orationem deflectens, vt Neſtorij impietati viriliter obſiſtat, infirmoſque in Catholica fide paternè confirmet, hortatur. Quibus armis contra hoſtis inſultus vti debeat, explanat. Quo propter veritatem patiatur, beatum prædicat; Athanaſij & aliorum exempla ob oculos collocat; certam de aduerſario victoriam pollicetur, ſententiæ tandem in Neſtorium latæ tenorem explicat.

Cęleſtinus Epiſcopus, Preſbyteris, Diaconis, Clericis, Dei ſeruis, populoq́ue Catholico, dilectis fratribus Conſtantinopolitanis in Domino ſalutem.

Fideles Eccleſiæ corpus conſtituunt.

VERBA mihi ad eos facturo, qui Eccleſiam Dei conſtituunt, ab Apoſtoli oratione exordiri lubet, quò nimirum pij diſcipuli ab illius magiſtri dictis audiendi initiũ faciãt, qui illuſtris Gentiũ doctor extitit: (Præter illa) (inquit) (quæ extrinſecus ſunt, inſtãtia mea quotidiana, ſolicitudo oĩum Eccleſiarũ. Quis infirmat, & ego nõ infirmor?

Quis

Quis ſcandalizatur,& ego non vror?) Ita ergo & nos quoq; etiãſi procul abſimus,poſteaq̃

Pōtifex Romanus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ clade affligit. Omnes vbi que Eccleſiæ ad vnũ Chriſti thalamum ſpectant.

membra noſtra, quæ iſthic degunt, perverſa doctrina paſſim diſſipari intelleximus,paterna cura veſtri cauſa nos inflammante, igni vrimur alieno: Quanquam, quod quidem ad Eccleſias attinet, quæ omnes vbicunque tandem fuerint, ad vnum Chriſti thalamum referuntur,nihil à nobis remotum,nihil cenſeri debet alienum. Cùm igitur & vos quoq; in membrorum noſtrorum numero habeamini,iure meritoq́ue enixè conamur, ne pra-

Conſtantinopolitani Romanæ Eccleſiæ membrũ.

uè docentis ſtudium, acriſq́ue contentio fidem veſtram vbique terrarum celebratam, à veritatis tramite aliquãdo auertat: Neſtorius enim Epiſcopus (quẽadmodum literæ illius ad nos miſſæ,in quibus ſua manu ſubſcripſit; & ſancti fratres & Coepiſcopi noſtri Cyrilli narratio,per filium meum Poſidonium Diaconum ad me perlata,clariſſimè oſtendunt)

Neſtorius execranda de partu Virgineo ī vulgus propſeminat.

de partu Virgineo, deq́ue Verbi Dei Seruatoris noſtri Diuinitate, quaſi maieſtatis illi⁹, communiq; ſalutis omnium fœdè oblitus, & nefaria prædicat,& execranda alijs perſuadere ſtudet: Enimuerò perlectis omnibus maximam, planeq́ue deteſtandum impiè peruerſæque doctrinæ ſegetem deprehendimus:

Neſtorius Diuinam humanãq; naturam in Chriſto ita diuellit, vt vtrilibet ſuam propriam hypoſtaſin aſſignet.

Nam humanam Diuinamq́ue naturam à ſe inuicem in Chriſto diuellens, modò quidem illum purum tantùm hominem facit; modò rurſum, cùm ita videlicet ei viſum eſt, quædam rurſum cum Deo ſocietate eundem coniungit.

Verùm nos ſtolidas iſtiuſcemodi Prophetarum voces, vt Hieremiæ verbis vtamur, audire non poſſumus. Audiat is Ezechielem, & quidnam ipſi interminetur, ſtudioſè pertractet: (Erit) (inquit) (manus mea ſuper Pro-

Ezech. 13.

„ phetas, qui vident vana, & diuinant menda-
„ cium: In Concilio populi mei non erunt; &
„ in Scriptura domus Iſrael non ſcribentur;
„ neque in terram Iſrael ingredientur, eò quòd
„ deceperunt populum meum.) Quò cura illa paſtoralis ſacro gregi debita abiit? Quò Dominicorum ſeptorum prouidentia exceſ-

Neſtorii ſæuitia in Conſtantinopolitanos Catholicos.

ſit? Qualem, quæſo, vitæ ſpem grex in poſterum habebit, vbi ipſe paſtor ſeipſum lupum eſſe oſtendit? oueſque ad eum modum adoritur, vt quotidie quaſi furijs actus in eas graſſetur? Eo ipſo enim ore dilaniantur, quo impia doctrina inter illas vſque diſ-

Neſtorius eſcam inficientem, non reficiẽtem ſuis apponit.

pergitur; nec non vnde pabulum non reficiens, ſed inficiens depromitur. Beatus nihilominus meritò grex ille cenſendus eſt, cui hoc Dominus largitur, vt inter paſcua & paſcua diſcernere queat. Quare fides veſtra, ea ratione impiam illam diſceptationem auerſari debet, (id quod futurum equidem nihil ambigo,) quò certum apud vigilantiam veſtram inter alimentum & venenum diſcrimẽ conſtet. Ante omnia autem conſtanter in hiſce vobis perſiſtẽdum exiſtimo, quę ex priorũ paſtorum veſtrorum doctrina hauſiſtis; id

certò perſuaſum habentes, Sacerdotes hucuſque vobis obtigiſſe ſãctimonia & eruditione præſtantes; qui quidem à paternis traditionibus ne latum quidem culmum recedentes, ſumma cum pace & tranquillitate Eccleſiam Dei rexerunt: Nam vt à mortuis ini-

Ioannes Chryſoſtomus inſignis Eccleſiæ Conſtãtinopolitanæ paſtor.

tium faciamus, quid in mentes veſtras beatæ memoriæ Epiſcopi Ioannis eruditio non inſtillauit? cuius oratio Catholicam fidem ædificans confirmanſq́ue in totum terrarum orbem diffuſa eſt: Adeò enim ſuo, in docendo, muneri non defuit vnquam, vt etiamnum, vbicunque eum legi contingat, concionetur.

Mira Epiſcopi Attici in hæreticos ſeueritas fideiq́ conſtantia

Accuratam porrò illius ſapientiam excepit conſtantia & ſeueritas latè celebrata: Quãdoquidem ſanctæ memoriæ Epiſcopus Atticos, Chriſtianum populum ad anteceſſoris ſui exemplum gubernans, ſacrilegos hæreticorum furores acerrimè inſectabatur. Poſt eius verò deceſſum, fidei religioniſq́ue conſortem ac ſocium nacti ſumus celebris re-

Siſinnii in retinenda religione ſtudium.

cordationis Siſinnium, virum neutiquã ignarum, quanta ipſum gloria maneret, ſi Catholicæ fidei ornamenta ad ſua vſque tempora integrè incorrupteq́ue ſeruata & propagata, integra porrò impolluteq́ue ſeruare tuerique poſſet. Nouimus, quomodo huic neque columbæ ſimplicitatis, nec ſerpentis defuerit aſtutia. Plorauimus, dilecti fratres, tanquã pręſcij, fore, vt mox illius præſidio orba-

Neſtorius aliter ſentit,& loquitur de Chriſto, quam Chriſtus de ſeipſo.

remur: In hoc nanque quid ſpei poſitum ſit, hactenus cernere non valeo, vt qui ſecus de Deo noſtro loquatur & iudicet, quàm ille de ſe ipſo, aut Apoſtoli de illo tradiderunt: Adeò enim ille contritos non colligat, vt colligatos quoque conterat. Adeò prolapſos non erigit, vt erectos quoq; proſternere laboret. Adeò tandem diſiecta diſtortaq́ue in vnum non adducit, vt in vnum quoque reducta in diuerſa diſtrahat diuellatq́ue: Quamuis interim mentes Deo conſecratæ conteri non facilè queant; ſicut nec illi ipſi quoq;, qui cęleſti virtute & gratia ſulciuntur. Sed neq; ſacra turba quoq; facili negotio diſpergi ſolet. Ap-

Non facilè cadunt, quos diuina gratia ſuſtentat.

tè proinde charitati veſtræ (id quod ſine lachrymis ſcribere non poſſum) denuntiamus, dialecticum veſtrum aduerſus veritatem bellum ſuſcitaſſe, veteriſq́ue fidei integritati impias manus attuliſſe. Impugnat ille Apoſtolos, explodit Prophetas, ipſiuſmet Chriſti de ſe loquentis verba aſpernatur. Cuius, quęſo, religionis, at cuius tandem legis Epiſcopum

Neſtorius veteri nouoque Teſtamento, ex æquo abutitur.

ſeipſum profitetur, qui & veteri & nouo Teſtamento tam turpiter abutitur? Etenim ſpiritale & inaſpectabile ab aſpectabili forma ſecludit, neque veritatem intra nos verſatam eſſe admittit, & vt vno verbo abſoluam, ſecus de Chriſti Dei myſterio diſſerit, quàm fidei noſtræ ſanctimonia finit, quam omni cum veneratione complexi ſecutiq́ue ſunt, quicunque vnquam Catholicè diſſeruerunt: Nemo enim vnquam rectè in reli-

gione inſtitutus aliter de Chriſto ſenſit, ac ipſe de ſeipſo ſentiri voluit.

Paulus Samoſatenus Antiochenæ Eccleſię Antiſtes hæreticus.

Mouit olim ſacrilegam quæſtionem Paulus Samoſatenus, Eccleſiæ Antiochenæ quondam Antiſtes. Verùm hunc vnanimis & concors Catholicorum Sacerdotum ſententia ſede, quam ſceleratè obtinebat, mouit: Semper enim ii ſunt excindendi, qui, Chriſtiani populi animos conturbant, quique Euangelia ad proprium ſenſum detorquẽtes, fructũ, quem par erat, Deo referre non poſſunt.

Excindendi, qui Scripturas ad ſuum proprium ſenſum detorquent. Radix nouarum vocum ſuperbia.

Ea porrò vinea eſt excolenda, quæ Domini poſſeſſoriſque ſui ius poteſtatemque agnoſcit. Palam eſt autem, eiuſmodi ſermonum nouitatis non aliunde, quàm ab inanis gloriæ cupiditate proficiſci: Nam vbi primùm quidam acuti, perſpicaces prudenteſque videri volunt, ſtatim in id incumbunt, vt noui quippiam commententur; quò hac nimirum ratione apud ineruditas ſimpliceſque mentes momentaneam aliquam acuminis glorioſam conſequantur. Sed quis vnquam vera potitus eſt gloria, qui ſibiipſi ſapientis nomen arrogaret? Etenim Deus noſter mundi huius infirma elegit, vt per illa cõfundat fortia; & ſtultos rurſum, quò per hoſce confundat mundi huius ſapientes: Nam quis in mundi huius ſapientia gloriatur, niſi ille, qui ſe ex hoc mundo eſſe profitetur, quique eius ſe diſcipulum eſt inficiatur, qui de hoc mundo ſe non eſſe apertè alicubi profitetur? Vna hæc ſolida eſt gloria, vt, quemadmodum Apoſtolus ait: (Qui gloriatur, in Domino glorietur.) Hanc ſententiam in veſtrũ illum Epiſcopum, (ſi tamen veſtrum: Nam hactenus tãtùm veſter eſt, quatenus id, quod nos credimus, & ipſe quoque crediderit) appoſitè conuenire cernimus: Is enim hoc ipſo ſtultum ſe declarat, quòd ſe ſapientem autumat: Manifeſta nanque fatuitas eſt, illum ignorare, quem nos Dei ſapientiam & virtutem eſſe certò nouimus. At quiuis ea ſe neſcire oſtendit, quæ tanquam dubia in quęſtionẽ adducit.

Stulti, qui ſibiipſi ſapientis nomen arrogant.
1. Cor. 1.
Qui ꝓpriã gloriam quęrit, is non eſt Chriſti diſcipulus.
Ioan. 17.
1. Cor. 1.
Et quiuis ignorat, quę tanquam dubia in quęſtionem vocat.

Neſtorius animi vitiꝰ ſtrophis quibuſdam occultat.

Neque mirum ſanè veſtræ charitati videri debet, ſi à veritatis via hominem hunc aberraſſe cernat: Quandoquidem Chriſtum, qui via noſtra eſt, perdidit: Deprehendimus autem quadam obliqua diſceptatione interdũ ſeipſum prodere; nonnunquam rurſum occultis quibuſdam modis virus ſuum occultare: Et quamuis ſapientiſſimi Salomonis conſilium ſecuti, nullo reſponſo illius ſtultitiam retundere debuerimus, ne & ipſi quoque ſimiles illi, hoc eſt, ſtulti haberemur; attamen vt Apoſtolorum & Prophetarum doctrinam vna nobiſcum ſectetur, ſuadere nõomiſimus: Ne ſi fortè ſolus omnibus obſiſtat, ſolus ab omnibus exigatur. Veſtrarum verò partium eſt, perquàm ſtudioſè aduigilare, quò infeſti hoſtis ſermonibus viriliter reſiſtatis: Maior enim vobis cura incumbit, cùm ea intra Eccleſiam vobis proponantur, quæ cum Eccleſiæ

Qui ſolus omnibus obſiſtit, merito ſolus ab omnibꝰ exigitur.

veſtræ ſenſu pugnant. Agitent ferias, & à laboribus reſpirent, quos aduerſarius conſtitutus ad certamen prouocat: Murorumque præſidio, qui circa propugnacula diſperſi ſunt, ſeſe tutentur. At verò, qui intra mœnia oppugnantur, illis otiari non licet. Veruntamen in hoc inteſtino bello, domeſticaque pugna, fides ſit vobis pro murorum munimento: Hæc enim quaſi ſpiritalibus inſtructa telis, aduerſus perfidiam ſe ipſam in libertatẽ vindicat. Hanc ſtudioſè conſeruemus: Conſeruata namque vos viciſſim conſeruabit. Per hanc Deum noſtrum eſt firmamentum & refugium. Per hanc nos tempeſtate actos de manu peccatoris, omnique procella eripit; ſi tamen, vt æquum eſt, clamauerimus: (Domine ſalua nos, perimus.

Hoſte intra mœnia graſſante, feriari nefas.
Clypeꝰ noſter contra hoſtem fides orthodoxa.
Matt. 8.

Nunc ad vos Clerici, & quotquot Deo cõſecrati eſtis, noſtra ſe vertat oratio. At dicet hic fortè quiſpiam: Heus tu, ordinis rationẽ ſeruaſti non ſatis accuratè. Sanè propoſitum erat nobis ſeruato ordine primò ad vos verba facere. Verùm inflammatior eorum cura vicit, quos in communne ſalute potiri deſiderabamus: De vobis enim dubitare non debuimus, vt quos aliorum duces eſſe poſſe, firmiterque in fide perſiſtere certò perſuaſum haberemus. Sancti itaque Deoq; dilecti fratres, & Coepiſcopi noſtri Cyrilli relatio, quam ꝑ filium meum Poſidonium Diaconum ſuum ad me miſit, ea eiuſmodi aduerſus vos committi edocuit, cuiuſmodi aduerſum Eccleſiæ membra machinari ſolet ille, qui Chriſto illius capiti non parcit. Verùm hæc vos turbare non debent: Siquidem grauiores labores maior quoque gloria comitari ſolet: Præmii namque magnitudo, certaminis magnitudini quaſi ex æquo reſpondet, Legitis perinde ac nos, eum tandem corona donari, qui legitimè certauerit. Quare noſtra hæc hortatio, nõ infirmioribus & timidioribus ſolùm, ſed & viriliter quoq; pugnantibus neceſſaria videbatur; Imbecillioribus quidem, quò tentationes faciliùs tolerent; fortioribus verò, vt aduerſarijs ſuis animoſiùs reſiſtant: Quanquã haud vnquam Rex noſter prælio ſuperatur. Quæuis autem tentatio, eſt quædam Chriſtiani hominis probatio: Hæc enim, vt legimus, patientiam parit, ex illa verò enaſcitur ſpes, quæ, Scriptura atteſtante, nec confundit, nec decipit.

Iis primò ſubueniũ oportet, q periculoſiꝰ laborant.
Grauis Cõſtantinopoli in Clerũ ſæuit perſecutio.
Magnitudo præmii; laborum magnitudini reſpondet.
2. Tim. 2.
Tentatio probat hominem.

Quare dilecti fratres, quoniam conſolatio noſtra ex Deo eſt, cui corpora veſtra, hoc eſt, vos ipſos, tanquam hoſtias viuas. Vt Apoſtolus loquitur, offertis, ne frangamini reſiſtentes: Virtutem namque ille vobis ſuggeret, qui per Apoſtolum nos docens exigit, vt membra noſtra, in arma iuſtitiæ vertamus. Habetis exempla Sanctorùm: (Qui quondam lachrymis ſeminantes, nunc metunt cum exultatione.) Non amat Dominus noſter ſeruum, niſi varijs modis periculiſque probatum Chriſtiano-

Conſolatio noſtra ex Deo eſt.
Pſal. 125.
Chriſtianorum arma in ꝓpriua paſſim verſantur.

ſtiano-

ſtianorum animas nunquam non aliquæ difficultates, tanquam in palæſtra exercēt. Currite in via Domini, vt vos mutuò anteuertatis: Nolo enim, vt ab aduerſarijs patiamini vos comprehendi. Viriliter certate: Nam vt Paulus docet & experientia confirmat, oportet interdum iſthuc fieri; quippe cùm fidem & fortitudinem nihil probet, niſi conflictus occaſio. Citra conflictum autem gloriȩ corona non temere alicui obtingit: Præmia enim non dantur niſi laborantibus. Perfectionis proinde galeas de capitibus veſtris ne deponatis: Miles militiam Chriſto dignam profeſſus, fidei loricam ne abijciat. Noſtri contra nos prælium exuſcitarunt; ſi tamē illi noſtri dicendi ſunt, quos legibus amicitiæ violatis, vltro ad inimicorum caſtra deſciuiſſe cōſtat. Veſtri eſt numeris, firmis pedibus, in atrijs Hieruſalem conſiſtere. Volumus, greſſus veſtros perfectos eſſe, ne ſimili quandoque exēplo cuiuſpiam veſtigia commoueantur. Illi Diabolum cum improbo illo ſectentur, qui ſe factionis illius eſſe profitentur. Vos, qui filij Dei nominamini & eſtis, operibus profeſſionem veſtram oſtendite: Ex fructibus nanque vnuſquilibet, qualis ſit, agnoſci cōſueuit. Puſillanimium animos per conſolationem identidem erigite; & vnumquemque imbecilliorum ſuſcipite, ſuſceptumq́; confirmate. Nulla autem vos vnquam circumueniat impietas: Quin potiùs inter bonum & malum ſecundùm vniuſcuiuſque naturam & qualitatem diſcernite; & quæ peruerſa eſſe conſtat, ea repudiate; contrà verò, quæ recta sūt, ſapite: Nam ille, Salomone teſte, meritò Deo exoſus eſt, qui iuſtū pro iniuſto, aut è diuerſo iniuſtum pro iuſto recipit; nihil autem afflictio hęc, quæ ad tempus eſt, vos commoueat, ſed æternum præmium ob oculos vobis obuerſetur. Hymnographus noſter clamat; illuminationis illius ſpe fretū ſe vel exortum aduerſum ſe prælium non formidaturum.

Fidem & fortitudinē probat animi conflictus.

Non ſunt noſtri, qui ad inimicorū noſtrorū caſtra deſciſcunt.

Profeſſio cuiuſque oſtenditur ex cuiusq; opere.

Deo exoſus, qui iniuſtū ꝓ iuſto recipit; & cōtrà.

Pſal. 26.

Si certamen vobis cum Gētibus eſſet, maximæ vtique victoriæ loco duceretis, eos vos ſemel debellaſſe, quos nunquam nō infeſtos hoſtes experti fueratis. At qualis ea tandem cenſenda eſt victoria, cùm Sacerdos prædicādi munere deſerto Catholicos inſectatur? An non hic quaſi ex diametro cū Apoſtolo Paulo pugnat? Nam cùm Euangelium Domini noſtri aliquando perſecutus eſſet, tandem factus eſt eiuſdē prædicator. Deſtitutus eſt impius dialecticus Dei Spiritu; & hoc non immeritò, vt qui diuino Spiritu contraria ſenſerit. Rectè proinde, ſi tamen perſtiterit, ea illi verba obijciemus, quæ Sauli ab ipſo Samuele Sacerdote obiectabantur: (Reiecit te „ Dominus, ne regnes ſuper Iſrael.) Si ille regno factus eſt indignus, quòd in ijs tātùm rebus, quas patrarat, Dei mādatum neglexerat, quale huic ſupplicium ſat eſſe, queat qui ſemetipſum contra Domini diuinitatem extulit. Cæterùm veſtrarum nunc partiū eſt, vulnera ab illo inflicta curare; eorumq́; animis, qui verbis illius fortè ſauciati ſunt, mederi; firmisq́; greſſibus aduerſus illū niti, qui ſua oratione ſe lapſum eſſe ſatis indicat. Quòd ſi quid ille vobis moleſtiarum intulerit, æquo animo id ferte; molitur exilia & exauctorationes; ſed ille interim in ſuis mēbris iſthæc patitur, quem is naturâ humanā noſtri cauſa ſuſcepiſſe inficiatur. Nemo proinde lamētetur, quæcunque tandem cuicunque veſtrum fuerint irrogata, aut contra vos ab illo excogitata. Stephanus primus Chriſti martyr & patientiæ & perſeuerantiæ vobis ſit forma. Infidelium turba aduerſus illum fremebat; verùm ille, vt fidum Chriſti ſectatorem decebat, adeò quod cernebat, tacendo non diſſimulabat, vt inter medios quoque furibūdos, veræq́; religionis hoſtes cōſtitutos, & cœlos apertos, & filium hominis, propter quem illa patiebatur, ad dexterā Dei conſiſtentē, ſe videre, clara voce affirmare nihil dubitaret.

Mirabilis pugna, dū paſtor adoritur oues.

Neſtorius Dei Spiritu iure deſtitut⁹, quod Dei Spiritū impugnarit.

1. Reg 15.

Saul Domini præceptū neglexit & periit, qd Neſtorio fiet, q Dñi Diuinitati bellum indicit?

Stephanus inter medios furibūdos hoſtes conſtitutus Chſi gloriam clara voce profitetur.

Longum foret, ſi eos ſigillatim recenſere hic velim, qui vel morte vel confeſſione vitā ſibi compararunt. Vos, qui ab Eccleſia eiecti eſtis, perpulchrum noſtræ ferme ætatis exēplum beatæ memoriæ Athanaſij Alexandrinæ Eccleſię ſapientiſſimi Epiſcopi ob oculos propoſitum habetis: Nam quem non conſoletur inſignis illius tolerantia? Cui documento non ſit inuicta illa cōſtantia? Cui ſpem nō faciat deſideratiſſimus illius reditus? Expellitur, perſequente Arrio; Domino deducēte, non ſine gloria reuocatur. Pertulit carcerem, pertulit afflictiones. Nec mirum eſt, ſi vir Apoſtolicus einſcemodi ſuſtinuerit, per quæ Apoſtolus ſeipſum exercitatū eſſe gloriatur; eumq́; in ijs omnibus ſedulò ſit imitatus, qui de ſemetipſo teſtatur, tribulationes ſibi pergratas extitiſſe. Porrò autem licet perſecutionum procella inde illum eieciſſet; in noſtris tamen regionibus ſuo iure ſuoq; ſtatu redintegrato requie eſt potitus. In ea nimirum ſede ſuæ calamitatis refocillationem, communionisq́; & ſocietatis portum comperit, vnde omnibus ſemper Catholicis auxiliū prouenit. Veruntamen qui in grauiſſima perſecutione illuſtris Confeſſor euaſit, is in afflictionibus conſtitutus, moleſtiā non ſenſit. Nemo proinde Chriſtianorum exilium ad tempus à Neſtorio ſibi illatum deplorare debet; prȩſertim cùm nemo illorū omniū apud Deum in Eccleſia habeatur proſcriptus. Magis formidemus, ne qn̄que à viuorum regione, hoc eſt, ab ea patria, quā nobis obuenire exoptamus, excludamur. Illud noſtrum eſt regnum, illud continuum, illud ſempiternum; noſtrū non eſt, per quod tranſitus tantùm contingit. Illa verè noſtra cenſenda ſunt, quæ certiſſima ſpe nobis promiſſa ſunt; qualia atteſtante Apoſtolo: Ea ſunt vtique, (quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis „ aſcenderunt,) cæteraque omnia, (quæ Deus „ præparauit diligentibus ſe.)

Illuſtria Athanaſij ꝓ fide certamina.

Romana eccleſia omnium Catholicorū, inimſtęque oppreſſorū refugium.

Metuēdū, nè à viuorum regione proſcribamur.

1. Cor. 2
Eſa. 64

Verùm

Romana ſedes iudicat ſedem Conſtantinopolitanam, & de primarijs eiuſdem ſedis mẽbris. Declarantur cõmunionis ſocij, qui à Neſtorio fuerant excommunicati.

Verùm ne vel ad exiguum tẽpus illius ſententia valere putetur, qui iam dudum antè Diuinam ſentẽtiam in ſe prouocauit, noſtræ ſedis auctoritate palàm ſancitum eſt, nullum Epiſcopum, aut Clericum, aut cuiuſque nominis Chriſtianum, qui à Neſtorio eiuſue ſimilibus, poſteaquàm iſthæc docere cœpit, loco motus, aut à communione alienus videri fortè poterat, amotum aut excommunicatũ fuiſſe; ſed hos omnes in noſtra communione ſemper manſiſſe, & etiamnum in hanc vſque diem permanere: Siquidem nullum ille omnino depellere, locoue mouere poterat, qui iſtiuſcemodi pro concione proponẽs, ne ipſe quidem firmo ſatis tutoq; in loco inſiſtebat.

Cœleſtini admonitio omnes cõplectitur.

Præſens itaque hic noſter ſermo omnes in vniuerſum complectitur, quò nimirum ſtabiliores ſubinde animoſioresq; in Domino effecti, nõ ad diuerſa abducamini; quin mutuis potiùs infirmitatibus inter vos mederi enitamini: Cogimur nanque infirmiores, qui iſtic ſunt, vobis in præſentia cõmmendare, vbi ipſum medicum grauiter aduertimus laborare; cui nihilominus, ſi quid poſſum*, adhuc ſubuentũ cupimus. Porrò autem cùm ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum ſanctũ Cyrillum, per deſideratiſſimum Diaconum illius Poſidonium, cõgruum reſponſum mittere inſtitueremus, etiam ad vos ea perſcribenda & tranſmittenda exiſtimauimus, quæ ab ipſo eodem fratre meo ad illum, de quo loquimur, perſcripta fuerãt.

Communicant Cõſtãtinopolitano, quę à Cyrillo & Cœleſtino ad Neſtoriũ perſcripta fuerãt.

Quia verò in re tam ardua noſtra præſentia propemodum neceſſaria videbatur, neque tamẽ propter interiectum mare longiq́ue itineris interualla cõmodè ſatis id fieri queat, fratri noſtro Cyrillo munus noſtramq; perſonam impoſuimus, ne morbus propter moram longiorem latiùs ſerpat, ſuumq́; virus in plures diffundat.

Pontifex Romanus vices ſuas I cauſa Neſtoriana cõmittit Cyrillo.

Vos interea Apoſtolicos ſermones ob oculos habentes, in eadem ſententia eodemq́; ſenſu perfecti eſtote: Vt, quemadmodum legimus, ad finem vſque perſeuerantes, omnes ſalutem conſequi poſſimus. Ne autem clam vobis ſit, cuiuſmodi literas miſerim*, quidue in Neſtorium decreuerimus, formulam ſententiæ in ipſum latæ prouuntiateq́; huic epiſtolæ ſubnecti curauimus. Deus vos ſeruet incolumes, deſideratiſſimi fratres.

SENTENTIÆ FORMVLA.

Ecclesia Conſtantinopolitana ad Neſtoriũ vſq; Catholica.

Diſertè itaque agnoſce, hanc nobis de te ſententiam ſtare; nempe niſi ea de Chriſto Deo noſtro doceas & ſentias, quæ Romana & Alexandrina & vniuerſa ſentit & pręedicat Eccleſia & ſanctiſſima Conſtantinopolitanorum Eccleſia ad tuam vſque ætatem; heus tu vir optime, ſecundùm fidem in Nicæna Synodo expoſitam perpetuò ſenſit & prædicauit; Et perfidam illam execrandæ hæreſeos nouitatem, quæ venerandæ Diuinæque Scripturæ apertè aduerſatur, intra decem dies, eo ipſo etiam, quo huius admonitionis literæ ad tuam notitiam peruenerint, annumerato reieceris; dilucidoque ac publico ſcripto cõdemnaueris, ab vniuerſa Eccleſia alienum te eſſe, omnique poteſtate Eccleſiaſtica prorſus exutum fore.

Tomi primi, caput XIX.

EIVSDEM COELESTINI ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum.

ARGVMENTVM.

SERPENTE magis magisque ſubinde Neſtorianiſmo, metuenteque Romano Pontifice, ne in Antiochenam quoque Eccleſiam, vnde Neſtorius ad Conſtantinopolitanam ſedem aſcitus fuerat, paulatim irreperet. Scribit haſce ad Ioannem Patriarcham Antiochenum; & alias rurſum eiuſdem argumenti ad alios quoſdam Antiſtites. Imò in Conciaria editione, epiſtola hæc æquè inſcribitur, Iuuenali Hieroſolymitano, Ruſo Theſſalonicenſi, Flauiano Philippenſi, atque Ioanni Antiocheno. Proponit autem, angnem in ſinu, lupum in grege, hoſtem in vrbe fouere, rem eſſe diſcrimine plenam: Eiuſmodi autem quippiam vrbi Cõſtantinopolitanæ vſu veniſſe. Subiungit hinc errores, quos Neſtorius in regia ciuitate in vulgus diſſeminabat. Addit porrò, tantis per ſe illum omneſque illius aſſeclas excommunicaſſe, donec reſipiſcant: Tum omnes illos rurſum ſeſe reſtituiſſe, quos ille excommunicare vel exauctorare conatus fuerat. Hortatur tandem, vt fidem contra hæreticos ſtrenuè defendat, prauasq; opiniones, ſi quæ ſeſe inſinuauerint, ex ſubditorum animis eximat. Sub finem, ſententiam, quam in Neſtorium tulerat, eundem admonet.

DILECTO FRATRI IOANNI, Cœleſtinus. S.

OPTAREMVS, vt vna eſt Diuinitatis eſſentia, ita vnã quoque apud omnes omnino homines, vbicunque tandem locorum illi degant, rectæ fidei veritatem obtinere: Minor tamen doloris eſt ſenſus, minorque ſolicitudo, cùm priuati quidam à Dominico grege ſeipſos ſeiungentes, anguloſque & latebras cooſectantes, vel ſoli errant, vel paucis quibuſdam, vt occulto errori faueant, perſuadent. At verò, cùm ille, qui in ſacra Eccleſia Sacerdotis locum & nomen ſuſtinet, ipſius Chriſti populum prauo iniquoque conſilio à veritatis tramite abductum, per abrupta quædam præcipitem trahit, idq́ue in ampliſſima ciuitate, in quam propter regium faſtigium & præſentiam, ingens ex terrarum orbe multitudo confluere plerunque conſueuit; tunc ſanè luctus ſolicitudoq́ue iure meritoque duplicanda eſt, maiorique aduigilandum ſtudio, ne qua parte circũcurſantis lupi rapacitas præualeat: Minor namq; cura vigere ſolet, cùm hoſtis murum tantùm obſidet, quàm dum intra mœnia receptus, paſſim perbacchatur. Minùs itẽ interturbat lupus, dum ſeorſum ab ouibus oberrat, quàm dum intra gregem paſtoris locum

Minus periculũ cum priuati in fide errãt, quàm paſtores, aut publici magiſtratus.

Hæretici angulos & latebras q̃runt.

Inteſtinũ malum externo perniciosius.

cum

cum tenet: Siquidem bellum pluſquàm inteſtinum eſt, cùm intra Eccleſiam, hoc eſt, intra ipſam Dei domum, impietatis iacula contorquentur.

Quam ob rem cùm is, qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ clauũ tenere videtur, populo Chriſti ſanguine ſanctificato, quædam peruerſa, vtpotè non ſolùm honori & venerationi, quæ ſacro Virginis partui iure debetur, cõtraria, verùm cum ſalutis quoque noſtræ ſpe apertè pugnantia, ſubinde inſtillet; ſanè eſt, vnde viſcera noſtra conturbentur nõ parum. Rem autem ita habere, id nos didicimus, cùm ex mœrentium fidelium ſuggeſtione, tum ex libris quoque, quos ipſemet miſit, tum ex literis tandem (quod vtique argumẽtum eſt cæteris euidentius) quas idem ille auctoris ſui ſubſcriptione, (ne ab alijs veniſſe in dubium, vocari poſſit) munitas, vnà cum libris ad nos deſtinauit. Cùm itaque in tali negotio longa deliberatio, moroſaq; procraſtinatio minimè tuta videatur. (Nam tantum propemodum crimen fuerit, cunctãtiùs in eiuſmodi diſcrimine rem agere, quantum ſcelus eſt ſacrilega iſthæc prædicare) tã Epiſcopum Neſtorium, quàm cæteros omnes illius factionis aſſeclas, qui eiuſmodi errores proſeminant, tantiſper à noſtra communione reijcimus, donec peruerſitatem, quam docere exorſus eſt, conceptis verbis publicè cõdemnarit; eamq; de partu virgineo, hoc eſt, humani generis ſalute fidem ſeſe habere planum fecerit, quam iuxta Apoſtolicã doctrinam, Romana, & Alexandrina, & Catholica vbiuis gentium obtinet, veneratur & profitetur Eccleſia. Quòd ſi quis verò, vel ab ipſo Neſtorio, vel ab alijs Neſtorianæ doctrinę ſequacibus, ex quo talia effutire veritus nõ eſt, aut excommunicatus, aut ſacerdotij, aut clerici dignitate exutus eſt; hunc ipſum in noſtra communione conſtanter ſemper manſiſſe, & deinceps, quod ad eam rem attinet, manere certũ eſt: Nec enim fas eſt dicere, quempiam ex illis loco quãdoque fuiſſe motum: Quandoquidem neminem illius ſententia amouere poterat, qui ſeipſum dignum, qui loco moueretur, iam reddiderat.

Neſtorij dogma, virgineo partui, noſtræque ſaluti aduerſum.

Neſtorius ſuas exegeſes, vnà cũ literis ad Romanũ Põtificem mittit.

Graue ſacrilegium eſt fide periclitante ſegnius agere.

Neſtorius hæreticos ex proprijs literis & exegeſibus cõuictus Romę anathemati ſubijcitur.

Excommunicatus iure excõmunicare nequit.

Hæc, frater cumprimis venerande, ad tuã ſanctitatem perſcripſimus, vt in Domino cõfirmatus, Chriſtique lorica pectori tuo familiari, nec non Catholicæ Eccleſiæ ſcuto munitus, gregem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pro nobis, & natus, & mortem perpeſſus eſt, quique deuicta morte, recluſiſque ijs, qui ſub terris detinebãtur, noſtri cauſa tertia die reſurrexit, à praua illa infamique doctrina eximere queas. Qua de re ad Cyrillum quoque ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum, ſtrenuum ſanè Catholicæ fidei vindicem, perſcripſimus. Sciat nihilominùs ſanctitas tua, eiuſmodi à nobis, vel ab ipſo veriùs Chriſto Domino ac Deo noſtro per nos ſententiam in Neſtorium latam eſſe; videlicet quòd niſi intra decem dies poſt acceptam admonitionis noſtræ ſyngrapham enumerandos, ſacrilegam de Chriſti ortu doctrinã ſcripta confeſſione damnauerit, eamq; fidem in poſterum ſe ſectaturum promiſerit, quam & Romanorum & Alexandrinorum, & vniuerſa profitetur & ſeruat Eccleſia, certò fore, vt ab Epiſcoporũ Synodo exauctoretur, prprioque exino ſe læſum eſſe experiatur. Quò autem noſtra hęc decreta ſtudioſiùs perficiãtur, per filium noſtrum Poſidonium Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconum has noſtras literas, ad tuam dilectionem fideliter transferri curauimus. Deus te ſeruet incolumen, reuerendiſſime frater III. Id. Aug. Theodoſio XIII. Valentiniano III. Conſ.

Strenuus Catholicæ fidei vindex Cyrillus.

Romani Pontificis, Chriſti ſententia eſt.

Formula ſententiæ condemnatoriæ in Neſtorium latæ.

Tomi primi, caput XX.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI ad Ioannem Antiochenum, epiſtola.

ARGVMENTVM.

HAC epiſtola Cyrillus Ioannem Antiochenum de calamitoſiſſimo perturbatiſſimoque Eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ ſtatu primò certiorem facit. Mox quid ipſe cũ Neſtorio egerit, quoque animo is admonitiones illius exceperit, expouit. Addit, eundẽ Romani Pontificis aures præoccupare voluiſſe, eaq; de cauſa literas propria manu obſignatas ad illũ miſiſſe: Neque his contentum, ſuas quoque exegeſes adieciſſe. Verùm adeò nihil hiſce omnibus ſuã cauſam promouiſſe, vt apertus quoque hæreticus hinc ſit deprehenſus publiceque iudicatus. Admonet tandem, huic ſententię ſtandum eſſe ijs omnibus, qui ex Romanæ Eccleſiæ cõmunione excidere noluerint, id quod ipſe, & rectè, minimè tutum indicat.

DOMINO MEO, DILECTOQVE fratri, ac comminiſtro Ioanni Cyrillus in Domino. S.

PERTVRBATISSIMVM ſanctæ Eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ ſtatum, quaque ratione non pauci magna alioqui honeſtate & probitate conſpicui, grauem admodum propter nonnulla, quæ reuerendiſſimus Epiſcopus Neſtorius publicè pro concione propoſuit, in ipſa quoque fide, perturbationem perpeſſi ſint, atque adeò à conſuetis conuentibus prorſus ſe abſtinuerint, ex multis haud dubiè pietas tua cognouit. Conſulueram illi per literas, vt prauis illis peruerſiſque quæſtionibus miſſis, ſanctorum Patrum fidem ſectaretur. Verùm ratus, hæc me ex odio ſcripſiſſe, tantum abfuit, vt vllam omnino illius rationem habuerit, qui iſthæc ex charitate ad illius pietatem perſcripſerat, vt cùm eius eſſet mentis, taliaque in vulgus proſeminaſſet, in Romanorum quoque aures inſinuare ſe poſſe,

Perturbatiſſimus Eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ ſtatus.

Proceres Conſtantinopolitani à Neſtorij conſuetudine abſtinent.

Neſtorius Romani pontificis aures, per literas præoccupare ſtudet.

Nestorius apud Romanū Pontificem accuſat eos, quaſi impios, qui ſacram Virginē Mariam Θεοτόκον appellant.

poſſe, eaſdemq; præoccupare ſperarit: Etenim prolixa epiſtola abſurda quædam dogmata complexus, eaq; ad Dominum meum Cœleſtinum, pijſſimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum miſſa; inter cætera aduerſus illos, qui ab ipſo diſſentiunt, hæc quoque depromere non eſt veritus: Citra horrorem ſacram Virginem Dei genitricem appellant. Miſit præter hæc & quoſdam quoque ſuarū exegeſeon quaterniones; quos cùm pijſſimi Epiſcopi, qui in magna Romanorum vrbe comperti ſunt, legiſſent, multiſque confeſſibus conſultationibuſque vltro citroque habitis examinaſſent, illorum auctorem nō abſque indignatione exibilarunt; palàm aſſerentes, nouam illum, eamque non parum periculoſam, vtpotè à nullo veterum hæreticorum antea vnquam excogitatam hæreſin moliri.

Hi exegeſeon quaterniones, per Antiochum illuſtrem virū, cuius ſuprà facta eſt mentio, Romā perlati ſunt.

Romæ Synodus contra Neſtorium celebrata.

Cyrillus neceſſitate compulſus Romā ſcribit.

Quia ergo Neſtorius hæc illuc perſcripſerat, compulſus ſum & ego quoque, ea omnia, quæ inter me & illum interceſſerant, aperire, earumque literarum, quas ad illum dederam, quaſque viciſſim ab illo recepera͂, exempla per Poſidonium dilectum Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconum Romam mittere. (Is enim, qui eam legationem obiret, optimè idoneus viſus erat.) Porrò autem expoſitionibus illius, eiuſdemque epiſtolis, & ijs præcipuè, in quibus, quòd apertā ipſius ſubſcriptionem præ ſe ferrent, nullus tergiuerſandi, locus reliquus erat, palàm lectis, ſacra Romana Synodus diſertam ſtatim in illum ſententiam tulit. Qua de re & ad tuam quoque pietatem perſcripſit. Horum proinde decreto modis omnibus parendum eſt illis, qui à totius Occidentis communione excidere noluerint: Scripſerunt namque expoſitæ ſententiæ exempla, cùm ad Rufum piſſimum Theſſalonicæ Epiſcopum, tū ad alios quoque nonnullos religioſiſſimos Macedoniæ Epiſcopos, qui ab illius ſententia nō temere decedere ſolent. Scripſerunt nihiloſecius & ad Iuuenalem quoque pijſſimum Hieroſolymorum Epiſcopum. Iam tuæ pietatis fuerit, diligenter, quid in rem futurum ſit, expendere: Nos enim, quæ illi iudicauerunt, ſequi omnino conſtituimus: Veremur nanque, ne à tātorum virorum communione excidamus, qui non leui de cauſa indignantur; neque ob parui momenti res, hos motus excitarunt; eamque ſententiam tulerunt, ſed propter ipſam fidem, vniuerſaſq; orbis terrarum Eccleſias, & communem populi ædificationem. Saluta, quæ apud te eſt, fraternitatem; quæ mecum eſt in Domino, te ſalutat.

Neſtorius Romæ hæreſeos damnatus.

Romana Synod⁹ ſententiā, quā in Neſtorium tulerat, ad diuerſos Epiſcopos tranſmiſit.

Cyrillus à Romanæ Eccleſiæ ſētētia decedere nefas putat.

Tomi primi, caput XXI.

IOANNES EPISCOPVS Antiochenus ad ſanctiſſimum Cyrillum.

ARGVMENTVM.

HAC epiſtola tarditatem ſuam excuſat Ioannes Antiochenus. Tarditatis porrò huius cauſam ... transfert in itineris aſperitatem & longitudinē; in aduerſam Epiſcoporum valetudinem; in iumentorum mortem. Atpropediem nihiloſecius ſe adfuturum ſpondet, vt qui quinque tantùm dierum itinere abſit. Animi impetum, quo ad Cyrilli amplexus fertur, indicat: Se tandem ſuoſque omnes illius precibus commendat.

DOMINO MEO RELIGIOSISſimoque comminiſtro Cyrillo Ioannes in Chriſto. S. D.

Ioan. Antiochenus Cyrilli videndi, colloquendique cōmercij cupidus.

NON mediocriter me cruciat, poſteaquàm ſanctitas tua Epheſi preſtò eſſe cœpit, paucos hoſce dies etiamnū reliquos mihi fuiſſe: Etenim ſanctitatis tuæ deſiderium non minùs, quàm res ipſa, vt iter hoc quàm citiſſimè abſoluere cupiam, me ſtimulat. Tandem ergo poſt multas exantlatas itineris moleſtias, ſāctitudinis tuæ precibus adiutus, præ foribus vrgeo: Nā triginta totos dies (tot enim ſpatij intercapedo poſtulat) iter vſque facio, nihil quicquā quietis prorſus mihi indulgens. Multis interim religioſiſſimis Epiſcopis ob itineris inſolentiam & difficultatem grauiter afflictis; neque paucis quoque iumentis ob cōtinuum illum profectionis laborem extinctis. Tu igitur Deū preceris, obſecro, vt hoſce quinque, aut ſex itineris dies citra ægritudinē percurrere, ſacrumque ac ſanctum tuum caput nobis complecti & exoſculari liceat. Ioannes, Paulus, Macarius, cæterique, qui apud me ſunt, Deo chariſſimi Epiſcopi ſanctitatem tuam ſalutant. Ego quoque cum meis domeſticis vniuerſam, quæ tecum agit, fraternitatē plurimum ſaluto. Incolumis vale, & pro nobis orare perge Dn̄e pijſſime ac ſanctiſſime.

Antiochia Epheſo triginta dierū itinere ... abeſt.

Honorificè de Cyrillo ſcribit, & loquit Antiochenus.

Tomi primi, caput XXII.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini ad Acacium Beroenſem de Hæreſi Neſtoriana Schedion.

ARGVMENTVM.

QVID hac epiſtola contineatur, patet ferè ex præfixo lemmate: Exponit enim, quid Neſtorius Conſtantinopoli doceat, quid alios item docere impunè permittat. Oſtendit quàm acerbi exitiales que fructus ex eiuſmodi doctrina in populum dimanarint, & porrò dimanare pergant. Conqueritur de ſubornatis contra ſe præſtigiatoribus, & nihili hominibus, propter defenſam a ſe fidei veritatem. Inſinuat

tandem,

tandem, eiusmodi calumnias non omnino iniustè contra se desquire, ut qui Christi sanctorumque Patrum causam segniùs, quàm fortè par erat, ab hoste vindicare studuerit.

DOMINO MEO, FRATRIQVE dilecto, & comministro Acacio, Cyrillus in Domino. S.

Solamen afflicto habere fidũ, qui afflictionis suæ causam exponere queat.

QVI grani cum tristitia conflictantur, curisque cõfauciatum pectus habent, ij non paruæ cõsolationis loco ducere solent, si quibusdam pari animi sensu præditis ea exponere queant, propter quæ animo discruciantur. Quia ergo & mihi quoque hoc tempore tale quiddã vsu venit, arbitratus sum, causas, ob quas non iniustò, vt equidem existimo, dolore affectus sum, imò verò affitior, integritati tuæ patafaciendas esse. Non sat fuit reuerendissimo Nestorio, ea publicè pro concione proponere, quæ Ecclesiam grauissimè offenderent, fidemque in Christum omnium nostrum Saluatorem maiorem in modum læderent, ac tantùm nõ euerterent; sed porrò progressus Episcopum quendam Dorotheum palàm, cùm in Ecclesijs, tum in alijs quoque hominum cœtibus, temerario ausu effutire passus est: Si quis Mariã Deiparam esse dixerit, anathema sit. Eequid ergo in orthodoxorum Ecclesia cum sanctis Patribus anathema facti adoriemur? Comperio nãque, celebris memoriæ Episcopum Athanasium subinde illam in commentarijs suis Deiparam appellare; nec illũ modò lũ sed & beatos quoq; Patres nostros Theophilum, Basilium, Gregorium, Atticum, & alios præterea non paucos, qui per id tẽpus vixerunt, sanctos Episcopos. Denique nemo, opinor, ex orthodoxorũ numero illam Deiparam nominare facilè detrectauerit, nisi idẽ Emmanuelem verum Deum esse apertè inficiatus fuerit. Erunt itaque anathemate constricti sancti Patres, qui iam dudum antè ad Deum euolarunt, cæteriq; omnes, quotquot Christum Deum esse confessi, recta veritatis dogmata consectantur.

Causæ Cyrillianæ ægritudinis graues.

Dorotheus Episcopus Nestorio ꝑsente & cõsentiente, anathema illos facit, qui Virginẽ matrem Deiparam vocit: θεοτόκον.

Veteres Theologi Mariã Deiparam appellant.

Nemo beatam Virginem Deiparam esse negatur, nisi Christum purum hominẽ esse statuat.

Atque vtinam huiusce rei pernicies hisce finibus constitisset, neque plurium mortaliũ mentes prorsus peruertisset, aliasque & alias quotidie peruerteret: Intelligo enim, & quidem nõ sine lachrymis, alios quidem eò perfidiæ & inscitiæ prolapsos iam esse, vt Christum Deum esse disertè inficientur; alios verò ita Dei appellationem illi largiri, vt nihil tamẽ rectè de illo sentiant: Opinantur enim, non natura, sed benigna Dei voluntate & gratia perinde, ac vnum ex nobis ad id dignitatis euectum esse. An non isthæc lachrymis & gemitu iure sunt prosequẽda? Quorsum, quæso, attinebat subtilia illa & arcana in medium adducere? Quantò satius fuisset protritis moralibusq; expositionibus populum erudire, nisi cui forsan ea Diuinarum rerum cognitio & cautio suppetat, vt cum fructu sublimia proponere queat. Cæterùm quòd ijs, qui solitariam vitam per Ægyptũ & Alexandriam agunt, & huiusmodi expositionũ lectione parum conturbati fuerant, rectæ fidei sententiam exposuissem, in hostem infestum versus, quosdam præstigiatores, desperatæq; sortis homines in vnum coegit, eosq; vt mendacia in vulgus de me spargerent, subornauit; & adhuc subornare non desinit. Et fortè non iniuria id nobis incommodi accidit: Nam si zelum Dei habuissemus, seduliq; ne paternæ pietatis imitatores fuissemus, iustam iamdudum sanctamque cõdemnationis sententiam in eos tulissemus, qui Christo obgannire, & tam nos ipsos, qui in viuis adhuc degimus, quàm sanctos Patres, qui iam olim ad Deum commigrarunt, anathemate ferire ausi sunt. Qua quidem sententia, & ijs quoque, vt probabile sit, poteramus mederi, qui ex plebe fidei scandalum passi fuerãt. Saluta, quæ tecum est, fraternitatem; te, quæ mecum est, in Domino salutat.

Nestorianismus multos passim inficit.

Duæ Nestorianorũ de Christo opiniones.

Indigna Nestoriani de Christo nugantur.

Populus protritis ac moralibus sententijs instituendus, non intricatis aut subtilibus.

Non omniũ est de subtilibus publicè verba facere.

Nestorius in Cyrillũ armat præstigiatores.

Graue peccatum, eã dissimulare, quæ fidei, diuinore honori aduersãtur.

Tomi primi, caput XXIII.

ACACII BEROEAE EPISCOPI ad Cyrillum.

ARGVMENTVM.

EX Cyrillianis miserabilem Ecclesię Cõstantinopolitanę statum, quęq; de Christi œconomia cognitu necessaria sunt, breuiter se accepisse indicat. Hinc porrò accepta occasione, explicat, curiosa tutiùs mitti, quàm anxiè inquiri; tum quòd multis hęc inquisitio malè cesserit; tum quòd scripturarum & sapientum consilio aduersa sit. Rogat tandem, ut Nestorij vulneribus prudenter medeatur, ne qua forsan ex minùs opportuna correptione maior tẽpestas oriatur. Idem sub finẽ Ioannis Antiocheni quoque nomine efflagitat, quem maiorẽ quoque in modum commendat. Cõmendat & harum quoque latorem, sed id in alio genere.

DOMINO MEO PER OMNIA sanctissimo, Deoque dilectissimo Episcopo Cyrillo Acacius in Domino. S. D.

PIETATIS tuæ literas paulò antè ad nos perlatas, propter rumores & turbas in vrbe Constantinopolitana excitatas, infaustis lachrymis lamentisque plenas legi; quibus Christianæ fidei profunditas, quãtum sat est ijs, qui eiusdem participes extitere, breuiter exponitur: Nam quippiam de illa, veluti ab ipsis radicibus in medium adferre, istuc superuacaneum videri poterat: Quã enim vtilitatẽ insignis ille disputator Apollinaris Laodicenus in Ecclesiam attulit, dum veluti vnus è Principibus de recta fide aduersus fidei hostes depugnat? An non, dum suæ

Non sunt Diuina mysteria ad viuũ resecanda.

A radicib⁹ de re aliqua disserere.

Apollinaris, dum nimis ſubtiliter vult diſputare, cadit in errores.

ſuæ ſapientiæ nimiùm fidit, dumq́; ex inuijs planeq; impermeabilibus quoſdam meatus & quaſi vias in incótaminatam ſimplicemq́; Chriſti fidem introducere oititur, id conatu ſuo cóſequutus eſt, vt ab vniuerſa Catholica Eccleſia ioter ſchiſmaticos haberetur? An nó à quodam veterum Epiſcoporum, dum bene affectoſi, integroq́; ſenſu & mentis intelligétia præditos, oe curioſiùs, quæ humanum captum excedũt, perueſtigarent, reprimere vellet, ſapientiſſimè cordatiſſimeque dictum eſt quandoque. Quomodo, inquit, Pater Voigenitum genuerit, ſilentio honoretur? Et in ſermonis progreſſu addit: Huiuſce rei iouestigatio omnes propemodum cęleſtes virtutes, nedum homines hominúmue cogitationes excedit. Quomodo ergo neceſſaria coouenienſq; oon eſt illa ſacrarum Scripturarum admonitio? (Altiora te ne quęſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper; & io pluribus operibus eius oó fueris curioſus: Nó eſt enim tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis.) Illos autem, qui inquirunt qua ratione eos excuſent, qui iſthæc cognoſcere effari ve laborant, eiuſmodi quid paſſos aiebat, cuiuſmodi B. Paulioo Epiſcopo acciſſe traditur: Hic enim etſi tres hypoſtaſes palam dicere recuſaret; re tamen & virtute ab illorum ſententia & fide, qui iſtuc profitebantur, non recedebat. Sectabatur hic autem pijſſimos Orientis Epõs; propterea ꝙ Romanæ linguæ anguſtia perinde ac Græca phraſis tres hypoſtaſes dicere commodè oon ferat.

Cordatum cuiuſdam Epiſcopi dictum.

Eccleſ. 3. In ſubliniora & captũ noſtrum excedentia non temere inquirendũ.

Epiſcopus Paulinus tres in Diuinis hypoſtaſes eſſe, propter vocis homonymiam fateri non audebat.

Vocis nouitas & inſolentia comprimenda.

Verùm enimuerò oportet oos omnes, qui Eccleſiæ Dei vicem dolere eidemq́; compati didicimus, & poſſumus, nullum nó conatum ac ſtudium adhibere, quò vocẽ malè elapſam primo quoque tẽpore adobruamus, ne quam hinc occaſionem aucupentur illi, qui Dei Eccleſiam diuellere diſcindereq́ue parati ſunt. Quamobrem ſi quid tale in itio effluxit, quod multos meritò religioſos pioſq́ue homines áffligere cóturbareúe queat, tuam integritatem, omnibusq́; numeris abſolutam prudentiam, ſummopere niti decet, vt motum hunc continuò ſedet. Quanquam, vt aliàs quoque indicaui, plurimi cùm Clero aſcripti, tũ plebei quoque ex vrbe Cóſtantinopolitana Antiochiã & ad nos vſque profecti, à prædicto ſermone abhorrere non videantur: Aiunt enim, in ſenſu, nihil continere, quod vel Apoſtolicæ doctrioę aduerſetur, vel fidei à ſanctis Patribus io Nicæa ad homouſion conſtituendum congregatis definitæ, & vniuerſæ Eccleſiæ traditæ repugnet. Cùm præſens itaque tẽpus ad hoc prouocet, elabores, quęſo, quantùm prudentia & Sympathia valeas oſtendere, neque graueris elapſum per imprudentiã verbum, in eorũ, qui hauſerunt, & ob id fortè diuulſi ſunt, gratiam, per tuam ſanctitatem, tuiq́ue Sacerdotij auctoritatem ad eum modum comprimere; vt ea nunc præcipuè meditari molirique videaris, quæ Eccleſiam Catholicam grauiter hoc tempore agitatam & fluctibus peoè merſã, magis magiſq́; ſubinde ſedare, oec noo io altum euehere queant. Voce proinde Dominica vtens, ſpiritaleq́ue mare, quod modò turbatum cernitur, increpans, illud depromas: Tace, obmuteſce.

Si Attico Beroenſi Epiſcopo fides eſt, Neſtorius non tã mente, quam ſermone errabat.

Rogatur Cyrillus, vt amicè cum Neſtorio agat.

Marc. 4.

Pietatis tuæ epiſtolam, pijſſimo ſanctiſſimoque Ioanni Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopo, legi curaui, quam ille quoque ſumma attentione, oec paruo doloris ſenſu audiuit: Nam licet recès admodum ad Epiſcopatum venerit; eadem tamen vult & ſentit, quę oos ſenes; qui eos quoque Dei gratia munitus in muneribus certaminibusq́; Epiſcopo dignis progreſſus facit, vt præclarè de eo ſentiant magnificeque loquantur Orientis Epiſcopi omnes. Hinc tuam quoque, vt fertur, pietatẽ obnixè rogat, vt ſanctitas tua ea, qua pollet, prudentia vſa, verbum illud, quod non ſatis commodè excidit, ad eum modum tractet, vt tam per ea, quæ dictura eſt, quàm per ea rurſum, quæ factura eſt, occaſione ad hoc nunc prouocante, illud Apoſtolicũ eluceat: (Si ea) inquit (poteſtate voluero vti, quam dedit oobis Deus in ædificatiooem, & non in deſtructionem, non erubeſcam.) Cæterùm deſideratiſſimum hunc noſtrum tabellarium, qui iam inde à maioribus ſuis fidelis & Chriſtianus eſt, pro ea, quæ naturaliter tibi inſita eſt, benignitate ſuſcipere digneris. Et ſi qua in re operam tuam deſiderabit, tua, quæſo, prouidentia illi non deſis. Totam, quæ tecum eſt, fraternitatem, & ego, & qui mecum ſunt, plurimùm ſalutamus.

Acacio, cæteriſque Orientalibus Epiſcopis charus Ioānes Antiochenus.

Rogatur Cyrillus ne Neſtorij dicta plus æquo exagitet.

2. Cor. 10.

Commendatur Cyrillo Acacij tabellarius.

Tomi primi, caput XXIIII.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI ad Iuuenalem Hieroſolymorum Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

EST hæc epiſtola eiuſdem penè argumenti cum ea, quam ſcripſerat ad Acacium Beroëſium Antiſtitem: Scribit enim, Neſtorium præter omnem ſpem & rerum ordinem è paſtore euaſiſſe in ferum lupum; atque ideo nullius gratiæ, nulliuſque amicitiæ, aut beneuolentiæ habita ratione, virile contra illum certamen ſuſcipiendum eſſe: Quippe cùm ob Chriſti gloriam, fideique defenſionem, proprijs quoque parentibus nequaquam parcendum ſit. Quò autem faciliùs perſuadeat, addit, amicis literis & hortationibus cum illo actum eſſe; verùm adeò nihil hiice eſſe effectum, vt conuitia quoque pro beneuola admonitione retulerit. Repetit, Neſtorium ſuis lueris & exegeſibus Romanum Pontificem circumuenire voluiſſe; ſed fraude deprehenſa, hæreſeos ex proprijs ſcriptis conuictum publiceque condemnatum eſſe; eiusque condemnationis literas ex vrbe ad ſe miſſas eſſe, quas proinde vnà cum hiſce ad ſuam ſanctitatem tranſmittendas putarit. Sub finem, ternas literas ſcribendas eſſe monet; vnas ad Neſtorium, quò reuocetur; alteras ad populum, quò in fide confirmetur; poſtremas ad magiſtratum, quò fidem contra Neſtorij impetum tueatur.

DESI-

DESIDERATISSIMO FRATRI
ac Symmiſtæ, Domino meo Iuuenali,
Cyrillus Epiſcopus in Domino S.

Qui ſſunt, probiſſimi ſint oportet.

OPTASSEM ſanè, Reuerendiſſimum Epiſcopum Neſtoriũ, proborum virorum veſtigijs innixum, rectæ fidei doctrinã conſectari: Nã quis ſanæ mentis illos, qui Saluatoris gregi præfecti ſunt, quàm probiſſimos eſſe nõ exoptet? Quoniam

Rerum natura in Neſtorium interuerſa.

verò præter omnem ſpem rerum natura interuerſa eſt: (Siquidem quem ſyncerum paſtorem fore ſperabamus, hunc rectę fidei perſecutorem euaſiſſe comperimus) reliquũ eſt, vt illud Chriſti omnium noſtrûm Saluatoris

Matth. 10.

in mentem reuocemus: (Non veni (ait) pacẽ
„ mittere in terram, ſed gladium: Veni enim ſe-
„ parare hominẽ aduerſus patrẽ ſuum). Quod ſi abſq; omni crimine & noxa, imò verò ſumma cum laude bellum in parentes ſuſcipitur, quando id ad Chriſti gloriã facere dignoſcitur; quomodo modis omnibus neceſſarium non eſt, vt (licet ob fratris iacturam lachrymis perfundamur) Diuino zelo accingamur, illudq́ue tantùm non omnibus, qui terram incolunt, occinamus: (Si quis eſt Domini, iun-

Cum laude bellũ in parentes ſuſcipitur, quando Chriſti gloriæ aduerſantur.

Exod. 32.

„ gatur mihi?) Equidem amicè vnis iam aut alteris illum admonui, ne proprij iudicij ſenſum ſequi malit, quàm rectã, Apoſtolicamq́; & Eccleſijs iam olim traditam fidem; ratus fore, vt hac ratione ab expoſitionum ſuarum prauitate recederet. Verùm pharmacũ ægro animo propinatum nihil hactenus profuit, ſuggeſtumq́ue conſilium vi caruit. Imò verò tantùm abſfuit, vt veritatis dogmata complecti inſtituerit, vt literas quoq; ſua ipſius ſubſcriptione munitas ad me dederit; in quibus haud ſecus atque graui iniuria à me effectus ſtomachatur, aperteq́; ſacram Virginem Dei genitricem eſſe inficiatur. Quod, quæſo, quid aliud eſt, quàm manifeſtè dicere, Emmanuelẽ, ex quo tota ſalutis noſtræ fiducia pendet, nõ eſſe verum Deum?

Neſtori⁹ fraternam admonitionẽ vertit in ſauiam & criminationẽ.

Qui Virginem Deiparam, Chrm Deum eſſe inficiatur.

Neſtorius p literas Romanis ſeſe inſinuat.

Cæterùm Romanam Eccleſiam in ſuã ſententiam pertrahere ſe poſſe arbitratus, ſcripſit ad eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopum Cœleſtinũ, dominum, fratrem, & comminiſtrum meum longè pijſſimum Deoq́ue dilectiſſimum; ijsq́; literis dogmatum ſuorumq́ue peruerſitatem inſeruit. Miſit eodem & multas quoque exegeſes, ex quibus peruerſa ſentire apertè deprehenſus, iure meritoq́ue ab illo hæreſeos eſt cõdemnatus. Cùm igitur Reuerendiſſimus pijſſimusq́ue Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus Cœleſtinus comperta de illo ſcripſerit, ipſasq́ue literas ad me dederit; equidem illas viciſſim ad te mittendas exiſtimaui, quò nimirum pium quendam zelum, ad quẽ alioqui pietas tua ſuapte natura incenſa eſt, literis illis exuſcitem; quatenus vnanimi cõſenſione alacriq́ue contentione charitatem, quæ eſt in Chri-

Neſtorius hæreſeos Romæ condemnatur.

Cyrill⁹, quę acceperat à Romano Pontifice Cœleſtino, tranſmittit ad Iuuenalem Hieroſolymorum Antiſtitem.

ſto, conſeruemus, populoq́ue non paruis periculis obiecto ſalutem procuremus, ac Eccleſiam denique adeò conſpicuam illuſtremq́ue ſtabiliamus. Hoc autem conſequemur, ſi ſinguli cum ſingulis congruentes, ſecundùm præfinitam formulam, cùm ad ipſum, tum ad populum quoque ſcribamus: Nam ſi in rem id fecerimus, hoc eſt, ſi illum ab ijs, quæ hactenus ſentit, ad veritatem tranſtulerimus, lucrifaciemus fratrem, ſeruabimus & Eccleſiæ quoque Paſtorem: Sin verò conſilium hoc noſtrum fruſtra ſuſceptum fuerit, ſibijpſi, quodcunque tandem euenerit, adſcribens, laborũ ſuorum fructum ipſe manducabit. Oportebit autem literis ad Chriſtianiſſimũ pijſſimumq́ue Imperatorem, cæterosq́ue in Magiſtratu cõſtitutos miſſis, ijſdem perſuadere, hinc quidem ne pietati, quæ eſt in Chriſtum, vlla ratione hominem anteferant; inde verò, vt terrarum orbi, rectæ fidei ſtabilitatem cõcilient, ouesq́ue à malo paſtore liberent: Niſi is tamẽ ita comparatus ſit, vt omnium conſilijs obſequi velit. Saluta, quæ apud te eſt, fraternitatẽ; quæ apud nos eſt, te ſalutat.

Tentandus Neſtorij animus p literas iudicatur.

Rogandi Principes & magiſtrat⁹, vt fidei faueant, eiuſdemq́; cauſam ſuſcipiant.

Tomi primi, caput XXV.

SACRA IMPERATORIA ad Cyrillum.

ARGVMENTVM.

EVOCATVR his literis Cyrillus ad Oecumenicam Syoodum, quam ad [illegible]ſtum Pentecoſtes, qua die Spirituſſanctus in Apoſtolos deſcenderat, Impp. Theodoſios indixerat Epheſi, quæ Aſiæ metropolis eſt Commemorat ſuum perpetuum io conſeruanda religione retioeodaq́ue Eccleſiaſticorum pace & reipublicæ tranquillitate ſtudium. Iodicat, propter varias difficultates, quæ in vtraque repub. ſubinde emergebant, ſæpius iam Syoodum cogere voluiſſe: Verùm ne Epiſcopis moleſtiam adferret, hacteoos id diſtuliſſe: Nunc verò eas turbas & difficultates enatas eſſe, vt citra periculum res hæc differri diutius ooo queat: Quare literas ad omoes vbique metropolitanos miſsis Epheſi geoerale Concilium indixiſſe; ad quam proiode & ſuam quoque ſanctitatem ijs aſſumptis, qui ad dogmatum inquiſitiooem oeceſſarij viderentur, maturè ſeſe cooferre debere. Sub fioem, admonet, neque apud ſe, neque apud Deum quoqoe excuſatiooem habiturum, qui præfinito tempore in Epheſiorum ciuitate non comparuerit.

IMPERATORES CAESARES,
Theodoſius & Valentinianus victores,
triumphatores maximi, ſemper
Auguſti, Cyrillo Epiſcopo
Alexandrino.

REIPVBLICAE noſtræ cõſtitutio ea, quæ in Deũ eſt, pietate pręcipuè nititur; multaq; inter hanc & illã cognatio ac familiaritas intercedere ſolet: Nam & ex ſe inuicẽ pendent, & vtraq; ꝓſperis alte-

Reipublicæ baſis ac quaſi fundamẽtum pietas.

rius ſucceſſibus incrementa ſumit: Quandoquidem vt vera religio, iuſta actione perficitur; ita reſpublica vtriuſque ope nixa floreſcit. Cùm itaque Deus Opt. Max. Imperij habenas nobis tradiderit, ijſque, qui imperio noſtro parent, pietatis & iuſtę actionis quoddam quaſi vinculum nos eſſe voluerit, harum inter ſe ſocietatem, partim quidem priuata noſtra prouidētia freti, partim quoq; humano præſidio vſi, indiuulſam perpetuò hactenus conſeruare enixè contendimus; ad eumque modum promouendæ pietati propter reipub. ſalutem incumbimus, vt in omnibus ferè ſubditorum noſtrorum commodo intenti, vnum hoc perpetuò vrgeamus contendamusque ſedulò, vt piè religioſeque priuatim viuant omnes, & vt pios decet in repub. verſentur vniuerſi. Denique vtrique, quem par eſt, curam impendere non deſiſtimus: Fieri enim vix poteſt, vt qui alteri ſeriò inuigilant, alterius curam neglectui habeant. Antè omnia autem id operam damus, vt Eccleſiaſticus ſtatus eiuſmodi ſit, qui & Deum deceat, & temporibus noſtris quàm maximè congruat; idemque ex omnium concordia & conſenſione ſuam tranquillitatem obtineat; tum per Eccleſiaſticarum controuerſiarum pacem, à turbis & ſeditionibus liber exiſtat; tum demum vt pia religio ab omni omnino nota & reprehenſione immunis perſeueret, eorumque vita, qui vel inter Clericos cenſetur, vel magno quoque inter illos Sacerdotio funguntur, omni prorſus næuo & culpa vacet.

Religionis anima honeſta actio; repub. vita hæc & illa.

Theodoſij Imp. ſingulare in retinenda religione ſtudium.

Non poteſt rempub bene adminiſtrare, q reli gionem & pietatē negligit.

Quia verò intelligebamus, cùm per eos, qui Deum diligunt, pietatique addicti ſunt, tum per animos rurſum pietatis ſtudioſos iſthæc obtineri poſſe; ſæpenumero iam antè ob ea, quæ ſubinde accidunt, religioſam ſanctiſſimorum Epiſcoporum vndequaque in vnum coactorum Synodum neceſſariam iudicauimus. Hactenus tamen ne eorum pietati moleſtiam exhiberemus, cunctatiores hac in re fuimus. At nunc verò tam Eccleſiaſticarum, quàm, quæ hiſce cohærent, publicarum rerum controuerſia, eam vſque adeò vtilem ac neceſſariam declarat, vt refutari nullo modo queat. Quam ob rem ne illa, quæ ad præſentem rerū tantopere vtilium inquiſitionem ſpectant, ſi negligentiùs curētur, in peius incrementa ſumant (id quod à temporum noſtrorum pietate alienum eſſe decet) tua pietas, Deo bene propitio, operam dabit, vt ſacroſancto Paſchate, quod iam in foribus vrget, elapſo, ſub ſacræ Pentecoſtes diem ad Epheſiorū Aſiæ ciuitatem accurrat, nonnulloſque, quos nimirū idoneos iudicabit, ſanctiſſimos prouinciæ ſuæ Epiſcopos ſimul eodem ſecum adducat: Ita vt neq; neceſſarij ſanctiſſimis eiuſdem prouinciæ Eccleſijs deſint; neque ij rurſum, qui ad eam rem apti cenſebuntur, in ſacra Synodo deſiderentur.

Pij Chriſtoque addicti quibus per facilè à Deo obtinent.

Synodus Epheſina magnis & grauibus de cauſis neceſſaria.

Ad Synodū nō omnes, ne Epiſcopi quidem, cō uenire debent: Sed tā tum neceſſarij, & qui citra Eccleſię incōmodum abeſſe poſſunt.

De indicta autem ſanctiſſima Synodo noſtra Serenitas ad omnes omnino Deo dilectos Epiſcopos Metropolitanꝰ literas ſcripſit, quò nimirum hac tandem ratione turbæ, quæ ex multis diſſidijs & concertationibus hinc inde enatæ ſunt, rite ſecūdùm Eccleſiaſticos Canones conſopiantur; & illa præterea, quæ parum decenter hactenus admiſſa ſunt, corrigātur; & pietatis denique, quæ in Deum eſt, publicæque vtilitatis firmitati conſulatur. Cæterùm ante ſanctiſſimam coactam Synodum, communemq; eiuſdem, quæ de omnibus dabitur, ſententiam, nihil quicquā in vlla prorſus re priuatim à quoquam innouetur. Omnino autem perſuaſum habemus, neminem ex pijſſimis Deoque deuotiſſimis Epiſcopis fore, qui ſimulatque rerum Eccleſiaſticarum cauſa, atque adeò controuerſiarum totius orbis gratia noſtro hoc decreto ſanctiſſimam Synodum cogi intellexerit, non properè ſtudioſeque occurſurus, rebusque tantopere neceſſarijs, ac Deo vſque adeò gratis pro virili conſulturus ſit. Nos quoque harum rerū curæ ſedulò incumbentes, nullum impune abeſſe ſinemus: Nec vllam ille, vel apud Deum, vel apud nos quoq; habiturus eſt excuſationem, qui ſtatim impigrè ſecundùm præfinitū tempus ad deſtinatum locum præſto non fuerit. Enimuerò quicunque ad Sacerdotalem Synodum accitus, alacriter non accurrit; is ſanè conſcientiæ parum ſinceræ ſe eſſe oſtendit. Deus in multa tempora incolumem te conſeruet, ſanctiſſime pijſſimeque Pater. Datæ Conſtantinopoli tertio decimo Calendas Decembris; Conſulatu dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorum, Theodoſij quidem decimo tertio; Valentiniani verò tertio: Lectæ ſunt hæ publicè, & inter Concilij acta relatæ.

Cauſæ cur Synodi cogi, haberique debeant.

Ante abſolutam Synodum nihil innouādū.

Alacriter, q euocantur ad Synodū conuolare debent.

Ad cōmunē Synodū venire detrectās, malā ſe cauſam fouere demonſtrat.

Tomi primi, caput XXVI.

EPISTOLA CYRILLI, QVAM Rhodi ex itinere ad Clerum, populumq́, Alexandrinum miſit.

ARGVMENTVM.

EPISTOLA hæc, quam ante Concilium è Rhodo Alexandriam miſit, indicat, proſpera nauigatione integraque valetudine perpetuò vſum Rhodum vſque ſe perueniſſe. Hortatur, vt cætera, quæ etiamnum conficienda reſtabant, ardentibus precibus apud Deum Optim. Max. vrgeant promoueantque; tum vt ſe abſente vitæ honeſtati grauiter incūbant; tum denique, vt in oſculo ſancto ſe inuicem complectantur.

PRESBYTERIS, DIACONIS populoque Alexandrino, dilectis deſideratiſſimisque fratribus, Cyrillus in Domino S.

Felix Rhodū vſq; nauigatio Cyrillo obtigit.

GRATIA & benignitate Chriſti Seruatoris noſtri magnum illud latumque pelagus emẽſi, incolumes Rhodum peruenimus, ea ventorum lenitate proſperitateque vſque vſi, vt totam illam nauigationem citra omnem timorem, omneque vitę diſcrimen peregerimus. Quare Deum glorificantes, debitasque gratiarum actiones eidem perſoluentes, cum Propheta in haſce voces ꝓrupimus: (Tu dominaris poteſtati maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas.)

Pſal. 88.

Quia verò par erat, vt corpore abſentes, ſpiritu autem præſentes literis vos tamquam filios cõplecterer, non potui intermittere, quin iſthæc interea ad vos perſcriberem, præſentemque rerum mearum ſtatum vobis patefacerem: Fore enim confido, vt Deus veſtrûm omnium precibus prouocatus, cætera quoque, quæ etiamnum reliqua ſunt, clementer adijciat. Exhibete prohinde hoc præſertim tempore, veluti certum quendam dilectionis fructum, veſtras pro nobis preces: (Nam & ego quoque id facere non deſino) quò virtutum Dominus, qui nullum non bellum potẽter conterit, omnia, quæ huic cauſæ fortè interuenerint, ſuauiter componens, omnemq; tempeſtatem & turbam ſapienter mitigans, nos gaudentes, vobis gaudentibus, tamquam filijs denuo reſtituat: (Omnia enim) vt ſcriptum eſt (poteſt, & nihil eſt illi impoſſibile.) Honeſtati vobis ingenitę, veſtræque profeſſioni conſentaneæ ſedulò incumbite: Hoc enim apud omnes apprimè commendatos vos reddet; nempe ſi Patre veſtro abſente, per ſpiritum autem præſente, ingenuam laudabilemque vitæ conſuetudinem fueritis ſectati. Salutate vos inuicem in osculo ſancto. Qui mecum ſunt, vos ſalutant. Valere vos cupio in Domino dilectiſſimi & deſideratiſſimi fratres.

Deus precibus flexus quidvis præſtat.

Luc. 1.

Cyrillus abſens ſuis ſe commẽdat, vitęq; honeſtatem illis inculcat.

Tomi primi, caput XXVII.

ALTERA EIVSDEM Cyrilli ad eoſdem epiſtola.

ARGVMENTVM.

HAC epiſtola, quam ex Epheſiorum metropoli ad Clerum populumque Alexandrinum perſcripſit, ſignificat, commoda valetudine etiamnum ſeſe vti: Synodi tempus appetere: Spem adeſſe non vulgarem, fore, vt profligatis erroribus ſyncera doctrina vbique denuo refloreſcat. Addit, certamen contra eos ſuſceptum, qui non in hominem, ſed in Deum arma ſuſcitarunt. Promittit victoriã, quòd regnum Diaboli contra Deum obtinere non queat. Commendat ſe tandem cõmunibus omnium precibus.

CYRILLVS PRESBYTERIS, Diaconis, populoque Alexandrino dilectis deſideratiſſimisq; in Domino Salutem.

DESIDERANTI mihi veſtrã moderationem denuo compellare, tempus & locus commodam ſcribendi occaſionem mihi attulerunt. Per omniũ itaque veſtrûm preces in Epheſiorum metropoli agimus, commoda vtentes valetudine, inchoandæque Synodi tempus in horas expectantes. Confidimus autem, omnium ſeruatorem Chriſtum Eccleſias ſuas ab omnibus peruerſis doctrinis repurgaturum, rectamq; fidem omnibus palàm facturum; quò omnes vbique locorum agentes, mundi, inculpati, ſynceraque fide ornati puras manus ad preces leuare, illudque beati Dauidis iure dicere valeant: (Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in conſpectu tuo Domine. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.) Circumcurſat peruerſa illa peruigilq; beſtia Chriſti gloriæ inſidians; at nihil omnino poteſt, inani prorſus caſſaque illius feritate & malitia permanente. Inſidiatur autem non homini cuipiam vulgari, nobisve ſimili, ſicut noui iſti magiſtri arbitrantur; ſed Deo omnipotenti. Veruntamen audiat a quouis Chriſtum amante: (Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare:) Ferit enim miſer ſeipſum, vnaque cum filijs ſuis ad interitum ruit: Nam qui recta Eccleſiarum dogmata peruertunt, de forte illius ſunt, neque Dei iudicium euadere poſſunt. Orate igitur pro nobis, vt Dei omnium Seruatoris munere gaudentes, gaudentibus iterum reſtituamur: Omnia enim poteſt; & nihil omnino eſt, quod ipſe non queat. Salutate vos inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos, qui mecum ſunt, fratres. Valere vos in Domino exopto dilecti & deſideratiſſimi.

Spondet pacem Eccleſiæ Cyrill⁹.

Pſal. 140.

Diabolus Chri gloriæ inuidet.

Actor. 9.

Stimulo calces obiectat qui Chrum impugnat.

De Diaboli forte ſunt hęretici omnes.

Tomi primi, caput XXVIII.

BASILII DIACONI, Reliquorumq; Monachorum ad Theodoſiũ & Valentinianum Impp. ſupplicatio.

ARGVMENTVM.

MONET Baſilius Archimandrita, inter cætera Dei beneficia haud minimum iure optimo cẽſeri, Catholicæ veritatis cognitionem. Hanc porrò ab Apoſtolis, Euangeliſtis, ſanctisq; Patribus acceptam, lateque propagatã hæreticos olim turbaſſe, magnasq; ea de cauſa turbas in Eccleſia excitaſſe. Subiũgit hinc, Neſtoriũ hoc ipſo denuo eaſdẽ illas turbas inſtauraſſe, ꝙ Chriſtum Deum, ſacrã verò matrem Virginem Deiparam eſſe obſtinatè inficias eat. Exponit, quanta cum ipſi, tum cæteri quoque Catholici a Neſtorianis patiantur. Supplicat Imperatoriç Maieſtati, vt indicta œcumenica Synodo turbis hiſce ac furijs tandem aliquãdo finem imponat; interea verò temporis

Neſtorianorum immanitatem per publicos miniſtros compeſcat. Conteſtatur demum, ſi poſt has preces Eccleſiæ cauſa negligatur, ſe inſontem excuſatumque apod Deum futurum; vt qui Imperatoriam dignitatem officij ſui fideliter admoōere non omiſerit.

BASILII DIACONI ET Archimandritæ, reliquorumq́; Monachorum & Chriſtianorum, ſolitariam vitam degentiū, ad Theodoſium & Valentinianum Imp. Flauios, Chriſtianos Deo hominibusq́; charos, obteſtatio, ſupplexue libellus.

IMMENSA illa Dei Opt. Max. benignitas, & clementia, quæ mortalium genus ſuis donis & bonis nunquam cumulare deſinit, in omnibus & ſuper omnia conſpicua eſt. Porrò autem inter alia Dei beneficia non immeritò cenſenda eſt orthodoxa quoque veritatis cognitio: Quò nimirum explorata perſpectaque habeamus fidei in myſteria, iam inde ab initio a ſanctis Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, & Epiſcopis, conſpirantibus ad id quoque religioſiſſimis Principibus, Catholicæ Eccleſię tradita. Hauſimus autem hác fidei notitiam, primò quidem ab Apoſtolorum Principe Petro ſecundùm cognitionem, quàm diuinitus perceperat, hanc palàm confitente, poſteritatique tradente: (Tu es Chriſtus filius Dei viui:) Mox verò à Iacobo Hieroſolymorū Epiſcopo, Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta, reliquisq́; Euangeliſtis, Martyribus, Confeſſoribus, Epiſcopis; poſtremò autem ab omnibus Patribus, qui homouſiæ Triadi olim crediderunt, vel etiam nunc quoque credunt; puta ab Irenæo, Gregorio magno Neocæſaræ Epiſcopo; Synodo Antiochiæ contra Paulum Samoſatenum coacta, quæ centum octoginta numero Patres complexa illum propter ſuam impietatem, (negabat enim, Chriſtū verum eſſe Deum, verumq́; & naturalem Dei Patris Filium) exauctorauit: A ſacra & magna illa 318. Epiſcoporum Synodo, q̄ apud Nicæam quondam conuenit; eorumq́ue, qui Antiochiæ contra Paulum Samoſatenum cō uenerant, ſententiam ſuo quoque calculo confirmauit & approbauit: A Baſilio & Gregorio Epiſcopis & fratribus, Athanaſio Eccleſiæ Alexandriæ Epiſcopo, Ephrem Syro, Gregorio Epiſcopo, Ammone Epiſcopo, Vitaliano Epiſcopo, Amphilochio, Paulo, Antiocho, Euſtachio, Modio, Optimo, Leptorio, Ambroſio Mediolanenſium Epiſcopo, ab vniuerſa Synodo Africana, Ioanne, Seueriano, Attico Epiſcopo, Cyrillo Alexandriæ Epiſcopo, qui etiamnum ſuperſtes veſtræ pietatis legibus obſequitur. Denique nullus ſanctorum facilè enumerauerit omnes fideles, qui olim crediderunt, & etiamnum credunt, Chriſtum eſſe verum Deum, verumq́ue & naturalem Dei filium: Neque is enim, poſtea quàm noſtri cauſa homo factus eſt, id quod erat, hoc eſt, Deus eſſe deſijt: Semper enim (quemadmodum & veſtra quoque pietas non ignorat) quod erat, conſtanter manſit. Vnde & nos quoque credimus, & profitemur, & prædicamus, Deum Verbum, vnigenitumque Dei Filium, qui ſecula omnia antecedebat, propter ſuam erga nos benignitatem, immenſamq́ue bonitatem hominem perfectum, nobiſq́ue, peccato tantùm excepto, per omnia ſimilem effectum eſſe. Credimus, inquam, & prædicamus, Dei Verbum idipſum, quod erat, non amittens, modo, quem ſolus ipſe nouit, qui nihil neſcit, ex ſacra Virgine naſci voluiſſe & natum eſſe.

Inter cętera Dei beneficia veritatis cognitio integre meritoq́; cenſenda.

Apoſtolorū protoſtates Petrus, primusq́; diuinitatis Chriſti teſtis.

Matth. 16

Fides p Apoſtolos, & veteres Patres ad nos peruenit.

Irenæus. Gregorius Neocęſareēſis. Synod' Antiochena.

Synod' Antiochena p Synodū Nicęnam confirmata.

Baſilius. Gregorius Nyſſenus. Athanaſius Ephręm Syrus. Gregor. Nazian. Ammon. Vitalianus. Ambroſius. Optimus. Paulus.

Patres numerū oēm vincūt, qui crediderūt, & docuerunt, Chrm eſſe verum Deum. Amphilochius. Euſtachius. Modius. Leptorius. Ioannes. Seuerian'. Atticus. Cyrillus.

Ob hoc autem verum & illuſtre dogma in ſanctiſſima Dei Eccleſia ſyncerè hactenus prædicatum, Paulumq́ue hæreticum iure optimo ab eadem Eccleſia eiectum proſcriptumq́ue, ſeditiones & paſtorum tumultuationes iam olim acciderunt minimè paruæ. Quin & hoc ipſo quoque tempore quidam è reuerendiſſimorum Sacerdotum numero Neſtorium, qui Epiſcopatus huius ſedem, ſi tamen Epiſcopum vocare fas eſt, obtinere videtur; impiè paulizantem, (vt qui Chriſtum verum, naturalemq́ue Deum; ſacram vero Virginem Deiparam eſſe, obſtinata animi contentione negare pergat) in publico conſeſſu non infrequenter corripuerunt, & propter præfractam illius cōtumaciam ab eiuſdem communione palàm deſciuerunt, & in hodiernum vſque diem deſciſcunt. Alij clàculum ab illius conſortio ſe ſubduxerunt: Nonnulli ex pijſſimis religioſiſſimisq́ue Presbyteris, quòd oris hiſce maritimis a Pauliniana hæreſi malè repullulaſcente pacem in ſancta hac Eccleſia precati eſſent, à declamandi munere amoti ſunt. Vnde accidit, vt populus vſitatam, pridemq́ue receptam fidei doctrinam requirens, publicè aliquando inclamarit: Regulum habemus, Epiſcopum non habemus. Verùm hic populi conatus neutiquam manſit impunis: Pars namque illo ipſo temporis articulo comprehenſa, & in regia hac ciuitate ad tribunal abſtracta, tali immanitate diuerberata exceptaq́ue eſt, qualis ne apud barbaras quidem nationes quandoque vſitata fuit. Non deſuerunt, qui populo præſente & audiente in ſanctiſſima Eccleſia coràm illi reclamarent: Quamuis hoc ipſum quoque non citra grauiſſima incommoda, quæ ea de cauſa pertulerunt. Denique ſimplex quidam Monachus, zelo quodam vehementi inſtigatus, per mediam Eccleſiam progreſſus, impietatis præconem, quòd hæreticus eſſet, quòdque populi Synaxis haberetur, ab ingreſſu prohibuit. Sed hunc ille egregiè cęſum magnificis præſidibus tradidit, flagriſq́ue denuo diſſectum, publico præcone non abſque clamore præeunte, miſerando

Chriſti Diuinitas hic oppugnata, inde propagata, magnarū turbarū occaſio i Dei Eccleſia extitit.

Catholicorū alij clā, alij palam à Neſtorij cōmunione deſciſcunt.

Popul' Conſtantinopolitanus magna contentione receptam fidei doctrinam requirit.

Neſtorius p Epō Tyrannum agit.

Sæuitur in populum a Neſtorianis

Monachus Epiſcopum Neſtorium templi aditu phibet, ſed non impunè. Illuſtre Monachi cuiuſdam ſtratagema.

ſpectaculo

ſpectaculo in exilium expulit. Neque tragœdia hæc hiſce finibus conſtitit: Etenim quidam ex proſcripti contubernio poſt impiam illius concionem, certiſſimam, niſi Deus prohibuiſſet, in ipſamet ſacroſancta Dei Eccleſia cædem edituri erant.

Pernicies Neſtorianis in ipſa Eccleſia prępa rata.

Porrò autem quæ nos ab illo perpeſſi ſumus, ea omnem fidem, omnemque opinionem longè ſuperant: Etenim quò perfectè edoceremur, veraue ea eſſent, an falſa, quæ de eo acceperamus, in Epiſcopale palatium illius iuſſu hortatuque conſcendimus. Aliquoties autē in aliud & aliud tempur reiecti, vix tandem prodiens: Quæ, inquit, vultis, ea paucis exponite. Poſteaquàm verò ex nobis audiuit, quæ docuerat; puta ſacram Virginem nihil aliud peperiſſe, quàm hominem ſibi coeſſentialem, nihil rurſum ex carne naſci poſſe niſi carnem; ea rectæ fidei non ſatis conſentanea videri, quamprimùm decurionibus, vt nos à turba abreptos cædant, ſeriò mandat. Cæſi autem inde ad Eccleſiaſticum tribunal abducimur, ibidemque veluti nequã ſcelerati, ſummumque ſupplicium promeriti, denudamur, denudatique indignis modis vapulamus, iactamur, calcibusque impetimur. Quid multis? Eiuſmodi nos in Eccleſia iniuſtè ab iniuſtis perpeſſi ſumus, cuiuſmodi ne infimæ quidem ſortis homines in foro ciuili, nedum clerici; & Monachi & Archimandritæ experti ſunt aliquando. Cæterùm diu multumque in Epiſcopali conſiſtorio diuexati, rurſum fame tabeſcentes, inde ad ſupplicium Ergaſtulum abripimur, eoque in loco non modico tempore concluſi aſſeruamur. Neque illius furiæ his contentæ conquieuerunt; verùm per quandam impoſturam magnificentiſſimo celeberrimæ ciuitatis huius præfecto tradi nos curauit. Per hunc ergo ferro onuſti ad publicum reorum carcerem abſtrahimur; hinc iterum extracti, catenisque vt antè impediti, prætorio ſiſtimur. Cumque ibidem nullus planè, qui nos accuſaret, præſtò foret, ordine rurſum ad Eccleſiaſticum concilium reducimur; bicque reducti denuo ab illo in faciem cædimur. Denique compoſita oratione fraudem quandam, vt poſtea patuit, commentus (alium namque Filium animo occultabat) naturalem Dei Filium ex ſacra Virgine natum dixit; cumque in modum exceptos tandem dimiſit.

Neſtorius vix tandem Archimandritis ſe prodit.

Neſtorij iuſſu indignis modis excipiuntur monachi corũdemq; præfecti.

Mira Neſtorij in pios viros furia, mira in eoſdē inſania.

Neſtori⁹ de Dei filio ꝑ plene loquitur.

Quam ob rem iterum atque iterum immortalem, pijſſimamque fidem veſtram obteſtamur, ne orthodoxam Eccleſiam orthodoxi pijſſimique regni veſtri temporibus ab hæreticis adulteratam, in poſterum neglectui habeatis. Non expetimus, contumelias indignè nobis illatas vindicari, Deus nouit; deſideramus autem Chriſtianæ fidei fundamentum inconcuſſum immotumque perſiſtere: Veſtra proinde maieſtatis ſacram & Oecumenicam Synodum primo quoque tempore coire iubeat; quò hac præſente Chriſtus Dominus ſanctiſſimas Eccleſias denuo vniat, populumque ſuum iam diſperſum in vnum reducat, ac Sacerdotes ſynceræ fidei prædicatores, priuſquàm impia illa doctrina ſerpat latiùs, loco ſuo reſtituat: Quandoquidem Neſtorius comminationibus, inſectationibus, exilijs callidis prauiſque machinationibus, nihil non efficere molitur: Et quo ſuam inſaniam, ſuamque impietatem confirmatiorem reddat, quæcunque excogitari poſſunt, ſine diſcrimen aggreditur: Non Deum timet; nullum hominem veretur; nullum Epiſcopum veneratur; nullum Sacerdotem, aut clericum, aut ſanctum Monachum, aut religioſum laicum honorat; nullam pœnam iniquis decretam formidat; nullam denique ſententiam, aut legem in eos latam, qui in miniſterio ſuo iram Dei prouocant, curat; ſed ſuperbia elatus, pecunijsque, & perditorum quorundam hominum audacia fretus, in quoſuis deſæuit; neque, vt liberè, quod res eſt, dicamus, veſtræ quoque dominationi ſatis parcit.

Monachi ab Impp nõ vindictam, ſed fidei defenſionem expoſcunt. Archimandritæ & Monachi Imp. vt Oecumenicã Synodũ indicãt, obnixè rogant.

Neſtorius neque Deũ neq; vllum hominē curat.

Neſtorius pecunia & perditorum hominum fortitudine fretus, nihil non attētare audet.

Petimus proinde, ne quicquam deinceps in quempiam illi liceat, niſi primùm maculas, quas Orthodoxæ fidei aſperſit, eluat: Ne, quod obnixè ſtudet, hac penitùs diſſipata euerſaque, ſuam paulatim introducat: Animaduertit enim, quos alia ratione non poteſt, eos timore à fide auertere, ſe poſſe. Cæterùm quos ſuæ ſententiæ ſemel adiunxit, illos ita inflammat, vt verbera quoque, quibus lubitum fuerit, publice inferre audeant, palamque perſecutionis ſpeciem excitare non dubitent. Neque verò ſuorum popularium domeſticorumque clericorum opera eam ad rem tantùm vtitur; verùm quorundam quoque ab exteris parœcijs & diœceſibus aſcitorũ; quibus tamen ſecundùm Eccleſiaſticos Canones in alieno Epiſcopatu, vel Eccleſia degere non licet, ſed in ijs ſolùm locis & ciuitatibus, idque quietè, in quibus ordinati ſunt. Facit autem hæc omnia, quò motæ diuturnitate, tēporaneaque potentia nequitiam ſuam latiùs propagare, vobiſque commodiùs imponere queat: Quos ob id in miniſtros, & quaſi vicarios Deus Opt. Max. aſſumpſit, vti illius gloriã ſtrenuè propugnetis, qui illuſtri quoque honore vos cumulauit, & cumulat ſubinde, vobiſque cum omnibus ſanctis, qui munus ſuũ præclare obierunt, mercedem tempore ſuo reddet. Quibus olim & illud quoque dicturus eſt: (Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui.) Qui veri Chriſtiani ſunt, ij per opera, quantum Chriſtianæ doctrinæ tribuant, oſtendunt. At verò infideles & abiecti, qui ventri ſuo viuunt, & ad hunc ſcopum omnia ſua ſtudia referunt, illi, ſi quē Chriſtum Deum eſſe profiteri audierint, ilico diſſecantur. Et quemadmodum Iudæi, ſancto Stephano protomartyre, narrante: (Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei, aures

Neſtorius veræ fidei euerſionē molitur.

Quos ratione non põt, eos metu in ſuam ſententiam trahit Neſtorius.

Neſtorianæ factionis homines turbas excitãt publicè.

Neſtori⁹ exteros clericos ſibi aſciſcit.

Fas non eſt Clerico, in aliena ciuitate, aut diœceſi ætatem agere.

Miniſtri Dei Principes.

Matth. 25.

Verus Chriſtianiſmus operibus Chriſtiano homine dignis oſtenditur.

Frendēt hæretici audita Chr̄i Diuinitate. Actor. 7.

Hæretici ſuos iactant ſtultitiam.

ſuas continebant; ita & iſti quoque in Chriſtianos dentibus frendent, omnemq́ue furorem ſuum in illos explere laborant.

Rogamus proinde, vt magnificentiſſimi præfecti nouæ Romæ prouidentia ij omnes, qui aduerſus orthodoxos inſurgunt, iuſtitięque, quam iactant, ſchemate non paucis inſultant, tantiſper compeſcantur, donec ea omnia, quæ rectæ fidei aduerſantur, è medio faceſſant. Quòd ſi noſtram ſupplicationem pro nihilo putaueritis, vos coram immortali ſeculorum Rege, ſolo inaſpectabili & ſapiente, qui noſtræ ſalutis cauſa deſcendit, &, vt voluit, inter homines apparuit, & olim ad iudicandum viuos & mortuos redibit; cui etiam omne genu incuruatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; cui & omnis quoque lingua confitetur, innocentiæ noſtræ teſtes appellamus: Conſtat enim de Oecumenica Synodo cogenda, quæ & fidem munire, & quæ hic vel fracta, vel labefacta ſunt, corrigere & inſtaurare poſſet (neque enim per Dei gratiam, eiuſdemq́ue tutelam, quæ potenter in nobis operatur, inferorum portæ, quæ ſunt hæreticorum ora, aduerſus eam aliquando præualebunt, aut euertere illam poterunt) maieſtatem veſtram omni contentione & ſtudio nos rogâſſe, quò pace Eccleſiæ redintegrata preces conſuetas pro communi omnium ſalute, veſtrique Regni incolumitate placidè, & Catholicè, & concordi animorum conſenſione ad Deum tranſmittere liceat. Amen.

1. Tim. 1. Actor. 10. Philipp. 2.

Inferorum portæ hæreticorū ora. Matth. 17.

Tomi primi, caput XXIX.

EPISTOLA CYRILLI Epiſcopi Alexandrini, ad Cœleſtinum Epiſcopum Romanum.

ARGVMENTVM.

EST hęc epiſtola eiuſdem ferè notæ & argumenti, cum proximè præcedente. Exponit, cur, cum hactenus altum ſiluerit, nunc demum ſcribat. Tum qualemnam Epiſcopatus rationem Neſtorius ſtatim a creationis ſuæ exordio inierit; puta præpoſteram, & a maiorum moribus prorſus alienam. Hinc ſe ſemel atque iterum per literas cum eodem Neſtorio egiſſe, verùm nihil quicquam promouiſſe; imò verò magnam eam ob cauſam in illius indignationem incurriſſe. Addit, Epiſcopum quendam Dorotheum nomine, Neſtorio præſente & conſentiente, publicè pro concione anathema illis denuntiaſſe, qui Virginem matrem Deiparam appellarent. Ad eam autem vocem ingentem mox populi ſeceſſionem a Neſtorio factam, populumque & monaſteria omnia, & magnam præterea Senatus partem in ea defectione etiam nunc perſeuerare, Catholicosq́ue Doctores magna auiditate expectare. Monet, quid facto hic opus ſit, per literas indicandum eſſe, & quidem tempeſtiuè, propter pleroſque Orientales, qui a Neſtorij ſententia non multum abhorrere videantur. Sub finem, quę per Poſſidonium Diaconum ſuum ſcripta mittat, ordine explicat.

SANCTISSIMO DEOQVE amantiſſimo Patri Cœleſtino, Cyrillus in Domino S. D.

SI in rebus vſque adeò ſerijs ac neceſſarijs, vbi recta fides malè a quibuſdam deprauata diſtortaq́; periclitatur, citra notam ſilere; & cuncta, quæ hactenus mota agitataq́; ſunt, citra moroſitatis vitium, pietatem tuam cœlare licuiſſet, dixiſſem vtiq; mihi: Bona ac periculi expers res eſt ſilentium; & illud rurſum: Præſtat quietam vitam agere, quàm turbis operam dare. Quoniam verò Deus huice in rebus prudentiam a nobis exigit; longaq́ue Eccleſiarũ conſuetudo ſuadet, vt aſtiuſcemodi ſanctitati tuæ communicentur, non poſſum equidem, quod apertum eſt (nempe Satanam, peſſimam illam infrenemq́ue beſtiam, quæ ab impietatis ſtudio nunquam deſiſtit, in præſentia omnia miſcere, contraq́ue Dei Eccleſias magna vi inſanire; nec non in omnium vbique populorum, qui in rectę fidei ſemita ambulabant, ſubuerſionem ſtudioſè eniti) ad pietatem tuá non perſcribere. Sanè hactenus altum tacui: Neque enim quicquam omnino de illo, qui Conſtantinopolitanam Eccleſiam hoc tempore adminiſtrat, vel ad religionem tuam, vel ad vllum alium conſacerdotum noſtrorum ſcripſi; non ignorans, præcipitem celeritatem in eiuſmodi rebus cum vitio plerunque coniunctam eſſe ſolere. At quia nunc ad extremum propemodum malorum deuoniſſe videmur, operæ pretium exiſtimaui, rupto ſilentio, ordine omnia, quæ acciderunt, exponere.

Periculi expers res ſilentium.

Diuturna conſuetudo habet, vt fidei difficultates ad Romanū Pontificem deferantur.

Satanas oīa miſcere, ſubditusq́ue euertere conatur.

Periculoſa res temere alicui hæreſeos notam inurere.

Is igitur, cuius paulò antè mentionem feci, vbi primùm Epiſcopus creatꝰ eſt, cùm pijs exhortationibus domeſticos æquè ac peregrinos, quorum magna vis ex omnibus ciuitatibus & religionibus ad id loci confluere ſolet, inſtituere debuiſſet, ea ſtuduit effutire, quæ abſurda & rationi diſſentanea, & ab Apoſtolica & Euangelica fide, quam Maiores noſtri magna ſemper cõſtantia retinuerunt, nobiſq; perinde ac precioſam quandam margaritam tradiderunt, non parum diſcrepantia ſunt. Porrò aũt homilias, quas pro concionē nõ infrequenter habuit, & huc vſque habere non deſinit, tanquam euidens quoddam doctrinę illius argumentum ad tuam pietatem miſi. Fateor autem, in animo fuiſſe Synodicis literis illum commonefacere, nos cum eo communionē retinere nõ poſſe, qui talia docet, ac ſaperet; ratus tñ lapſis manũ porrigēdá, proſtratosq́; tãquá fratres erigendos eſſe, hoc ipſum in hodiernum vſque diem non feci: Attamen ne nihil hic agerem, hortatus ſum illum per literas, vt a peruerſa illa doctrina reſipiſceret reſiliretq́ue; ſed hactenus nihil quicquam promouimus. Imò verò poſteaquàm animad-

Conſtantinopoli magna exterorum hominum vis.

Neſtorius iam inde ab initio ea docebat, quæ fidei diſſentanea erāt.

Homiliæ Neſtorij opera Cyrilli Romā miſſæ.

Lapſis manus porrigē da proſtratiq́; denuo erigendi.

Cyrillus nequicquã Neſtorium ad reſipiſcẽtiam exſtimulat.

animaduertit, tantum abeſſe vt cum eo ſentiamus, vt ipſum quoque obiurgemus, & vt à ſuis commentis (dogmata enim non facilè vocauerim) abſcedat, admoneamus, nullam inſidiarum ſtruendarum viam non tentauit,

Neſtorius Cyrillo inſidias parat.

& hucuſque tentare non ceſſat. Cùm, inquã, fore ſperaremus, vt medicinam admitteret, hoc eſt, vt ab ijs, quæ contra Chriſtum docuerat, abſtineret, comperimus hac nos ſpe fruſtratos eſſe.

Dorotheus lingua promptus Neſtorianarum partium propugnator impudẽtiſſimus.

Porrò autem cùm is taliſmodi euaſiſſet, accidit inter cætera, vt Epiſcopus quidam Dorotheus nomine, Conſtantinopoli præſtò eſſet, eadem, quæ Neſtorius ſapiens & ſentiens, vir quæſtus cauſa adulationi impensè deditus, linguaque ad temeritatem vſque, vt ſcriptum eſt, promptus. Hic cùm in Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Synaxi, præſente Neſtorio, cathedram occupaſſet, magna ſublataque voce inclamare auſus eſt: Si quis Mariam Deiparam

Seditio per impiã Dorothei vocẽ excitata.

dixerit, anathema ſit. Mox ingẽs vniuerſi populi clamor & diſceſſio conſecuta eſt: Nolebant enim diutius cum eo communionem habere, qui tali mente talique ſenſu præditus eſſet. Quin & hoc ipſo quoque tempore plebs Conſtantinopolitana, leuibus quibuſdam vaniſque hominibus, qui ipſi adulãtur, duntaxat exceptis, à Synaxi abſtinet.

Vniuerſa penè Conſtantinopolis à Neſtorij communione ſe abſtinet.

Abſtinent ab eadem omnia penè monaſteria, eorumque Archimandritæ, Abſtinet & maior quoque pars Senatus, verita, ne ab illo, vel ab illis quoque, quos Antiochia diſcedens, inde ſecum abduxerat, qui & ipſi quoque quiduis peruerſum euomunt, aliquod in fide detrimentum accipiant.

Antiochenorum ſex Neſtorium ſecuta.

Quoniam verò homilijs illius in Ægyptum perlatis, leues quoſdam homines in errorem abductos, rectè ne ille ſentiret & loqueretur, an ſecus, anxiè inter ſe diſquirere cognoram; metuens, ne fortè morbi contagium ſimpliciorum mentes inuadẽs, altiores radices paulatim ageret, ad omnia Ægypti monaſteria Catholicam epiſtolam ſcripſi, nutantesque in recta fide confirmaui.

Neſtorij exegeſes Ægyptiimonachos inficiunt.

Hæc ea eſt, quæ in primo hoc tomo primũ locum obtinet.

Cuius quidem paræneticæ epiſtolæ exempla quædam hinc ad Conſtantinopolitanam vrbem, quorundam opera deportata, ibidemq; lecta, tanto permultis adiumento fuerunt, vt plurimi è magiſtratu eius rei cauſa per literas gratias mihi egerint. Verùm hoc ipſum Neſtorio quaſi nouum quoddam iræ contra me inſceptæ fomentum ſubminiſtrauit. Me itaque vt capitalem hoſtem impugnat, aliud planè nihil, de quo me incuſet, habens, quàm vnum hoc, quòd eadem, quæ ille, ſentire recuſo; eam.q;, quàm à Maioribus accepimus, nec non ex Diuinis Scripturis didicimus, fidem amplectendam eſſe, ſeriò perſuadens, nõ paucos ad ſanam mentem ſubinde reducam.

Parænetica Cyrilli ad Monachos Ægypti, Conſtantinopolitanis adiumẽto fuit.

Cyrillus ad fidem reducit, quos Neſtorius inde abduxerat.

Verùm floccifaciens, quæ is aduersùm me hactenus machinatur; Deoque, qui omnia poteſt, & nouit omnia, permittens, alteram rurſus Epiſtolam, quæ rectæ fidei expoſitionem breui compendio complecteretur, ad memoratum Neſtorium exaraui, ſeriò eundẽ admonens obteſtansque, vt ad modum quẽ epiſtola præfinit, ſapiat: Sed nihil omnino apud illum etiam tum effeci: Nam ad hoc vſque tempus eadem illa, quæ initio probarat, probare pergit; nec modum vllum peruerſa docendi facit.

Scribit alteram Cyrillus ad Neſtorium parænetică, ſed fruſtra id quoque.

Sciat nihilominùs & hoc quoque ſanctitas tua, nempe cõmenta illius Orientales Epiſcopos adeò non offendere, aut contriſtare, vt plerique omnes, & præcipuè Macedoniç Epiſcopi illis applaudere videantur.

Pleriſque Orientalibus Neſtorii commẽta probant.

Et quia hoc Neſtorius non ignorat, ſe omnibus ſapientiorem exiſtimat; ſe ſolum Diuinæ Scripturç ſcopum attigiſſe autumat; ſe ſolum Chriſti myſterium cognouiſſe ſomniat. At qui quomodo nõ magis ſecum reputat, cùm omnes per terrarum orbem ſparſi orthodoxi Epiſcopi & laici, Chriſtum Deum, Virginem verò, q̃ illũ genuit, Deiparam eſſe confitean tur; ſe ſolùm, qui iſthuc inficiatur, errare? Verùm faſtu tumens, inſidijsque ac ſedis potentia fretus effecturum ſe arbitratur, vt & nos ipſi & reliqui omnes ſuæ ſententiæ ſubſcribamus.

Neſtorius ſe ſolum ſapere, ſe ſolũ Scripturas intelligere autumat.

Neſtorius ſedis potentia fretus omnes ſibi addictos eſſe debere, exiſtimat.

Ecquid igitur faciemus? cùm neque illum vt reſipiſcat, neque vt ab eiuſmodi concionibus deſiſtat, inducere queamus? Populus Conſtantinopolitanus aſſiduò, magis magiſque corrumpitur, magnaq; animi ægritudine laborans, Catholicorum Doctorum præſidium quotidie expectat auidè.

Populus Conſtantinopolitan' Catholicos Doctores deſiderat.

Neque ſanè de rebus vulgaribus hic eſt ſermo; ſed neque ſilere quoque diutius tutum ſatis eſt: Si enim Chriſtus conuitijs appetitur, quomodo nos tacebimus? maximè verò cùm Paulus ſcribat: (Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: Si autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt.) Qui itaque Verbi miniſterium fideique cuſtodiam quaſi depoſitam ſuſcepimus; quid in die iudicij dicturi ſumus, ſi nunc contra iſthæc obticuerimus.

1. Cor. 9.

Non licet paſtoribus tacere, latrãte lupo.

At quamuis res ita habeat, non priùs tamen illius communionem confidenter deſerere auſi fuimus; quàm hæc ipſa pietati tuæ indicaremus. Digneris proinde, quid hic ſentias, declarare; quò liquido nobis conſtet, communicarene nos cum illo oporteat, an verò liberè eidem denunciare, neminem cũ eo communicare, qui eiuſmodi erroneam doctrinam fouet & prædicat. Porrò tuæ integritatis mens, ac ſuper hac re ſententia, non modò pijſſimis, Deoq; deuotiſſimis Macedoniç Epiſcopis, ſed totius quoque Orientis Antiſtitibus perſpicuè per literas exponi debet: Nam ſi quid illi eiuſmodi expetent, nullam nos anſam negligemus, vt omnes vno animo, in vna ſententia perſiſtant, rectæq; fidei, quæ iam impugnatur, opem ferant.

Exquiritur Romani Pontificis ſententia, cum Neſtorio ne communicare liceat, an ſecus.

Expetunt Romani Pontificis literæ, ad Macedoniç & Orientis Epiſcopos.

Ad Neſtorij autem conatum quod attinet, & magni illi, admirabileſque, & celebrati Patres noſtri, qui ſacram Virginem Deiparam eſſe dixerunt, & nos ipſi quoque, qui adhuc ſuperſtites ſumus, vnà cum ipſis anathemate percuſſi ſumus: Quamuis enim is ore ſuo id fa-

cere

cere noluerit, attamen ſedens & audiens aliũ, nempe ſuprà memoratum Dorotheum, vt hoc diceret, induxit ſubornauitque: Cui etiã confeſtim, vbi è cathedra deſcendiſſet, in Diuinorum myſteriorum celebratione communicauit. Quò autem ſanctitas tua tam quæ ille dicit & ſapit, quàm quæ beati & magni illi Patres noſtri tradiderunt, clarè perſpiciat; miſi tomos aliquot capitum quorundam pericopas continentes: Quos quoque, quantũ quidem per illos fieri potuit, qui Alexandriæ viuunt, Latinè reddi curaui. Tradidi & epiſtolas quoque à me ſcriptas Poſidonio, ſtudioſè illi iniungens, vt tuæ ſanctitati eas offerat.

Cyrillus vna cum Neſtorii homiliis & excegeſibus ſuiſque literis, maioris lucis cauſa, Patrum quoque ſnias ad Cœleſtinũ mittit.

Tomi primi, caput XXX.

EIVSDEM CYRILLI, SYNOdiq; cum eo coactæ, ad Monachos Conſtantinopolitanos epiſtola.

ARGVMENTVM.

EPiſtola hæc partim epœnetica, partim rurſum parænetica eſt. Laudat illorum zelum in retinenda & propugnanda orthodoxa fide; hortatur autem, vt in eodem propugnandæ fidei ſtudio porrò procedant. Interſerit, Neſtorii emendationem diu multumque fuiſſe expectatam, ſed fruſtra, vt qui quotidie ſeipſo deterior euadat. Addit tandem ternis literis, quibus illum admonuerat, acceſsiſſe alteras pontificias, quæ exauctorationẽ illi comminentur, niſi primo quoque tempore reſipiſcat.

Roligioſiſſimis pijſſimisq; Monaſteriorum Patribus, qui in magna Conſtantinopoli ætatem agunt: Cyrillus & ſancta Synodus Alexandrina in Domino S.

PIETATIS veſtræ zelum, quem pro Chriſto publicè in Orthodoxorum Eccleſia blaſphemiis appetito declaraſtis, plenè didicimus, ſummisque, vt æquũ erat, laudibus extulimus. Aut nos interim in lachrimis luctuque iacentes, Chriſtum vniuerſorum Saluatorem obteſtamur, vt vel nunc tãdem diſſipatis Diaboli laqueis, Eccleſiarum ſcandala præcidat, maledictisque gloriam illius inſectantes compeſcat. Quia verò longanimis eſt, pœnitentiæ tempus abunde ſatis Neſtorio hucuſque conceſſit, omnibus interea loci conticentibus votiſque ardentibus, vt profana illa vocum nouitate relicta, quæ recta ac decentia diuinisque Scripturis conſentanea ſunt, nobiſcum ſaperet; fidemque per ſanctos Apoſtolos & Euangeliſtas, qui germani myſteriorum Chriſti diſpenſatores extiterunt, mandatumque, vt Euãgelium illius vniuerſo terrarum orbi annuntiarent, habuerũt, iam inde ab initio traditam ſuſciperet, expectantibus. Atquia in ijſdem erroribus vſque perſeuerat, blaſphemiasque blaſphemijs cumulans, ad deteriora ſubinde gradum facit, & peregrina alienaque dogmata, quæ ſancta Dei Eccleſia nunquam agnouit neque agnoſcit, proponere non deſinit, omni ſeruatã æquitate grauati non ſumus, vel ternis literis illum commonefacere. Quibus illæ quoque accedunt, quæ iam vnà cum noſtris poſtremis à ſanctiſſimo pijſſimoque patre & Sylliturgo noſtro Cœleſtino magno vrbis Romanæ Epiſcopo miſſæ ſunt.

Monachi pro Chriſti honore zeloſi.

Expectatur Neſtorii emendatio, ſed incaſſum.

Ternis Cyrilli ad Neſtorium literis accedunt Cœleſtini Pontificis quoque, neque ob id tñ reſipiſcit aliquando. Sẽtẽtia interlocutoria in Neſtorium.

Summa autem admonitionis hæc eſt; ſiquidem reſipiſcere, & ea, quæ dixit, lachrymis diluere; ac dogmata nihilominùs, quæ falſa propoſuit, ſcripto anathemate condemnare; & rectam tandem inculpatamque Catholicæ Eccleſie fidem voluerit agnoſcere, fore vt veniam, ſi tamen eam petat, & quæ oportet, doceri ſe ſinat, promereatur. Sin verò ea facere recuſarit, ab Epiſcoporum cœtu, nec non à doctorea auctoritate ſe prorſus alienũ extorremque eſſe intelligat: Neque enim tutum eſt ſatis, lupum Chriſti gregibus infeſtũ ſub paſtoris ſpecie admittere. Viri itaque eſtote, &, vt ſeruos Dei decet, animarum veſtrarum curam ſuſcipite; tum pro Chriſti gloria, & vt fides, quæ in ipſum eſt, recta & ſyncera vbique locorum annuntietur, nihil non tentate: Iſtuc enim vos, & à futuris periculis liberabit, & coram diuino tribunali corona dignos efficiet, Chriſto omnium noſtrum Saluatore propter veſtram erga illum dilectionem omnia iſthæc approbante & remunerante. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos fratres, qui mecum ſunt. Opto vos in Chriſto valere, dilecti & deſideratiſſimi fratres.

Non eſt tutum ſatis, lupum paſtoris loco admittere. Pro fide & Chriſti gloria certandũ obeũdũ.

Defenſæ fidei merces, corona gloriæ.

Tomi primi, caput XXXI.

IOANNIS EPISCOPI Antiocheni ad Neſtorium.

ARGVMENTVM.

INDICAT varias hinc inde de ſua pietate literas accepiſſe. Hortatur, vt illarum antigrapha poſitis affectibus, ſyncerisque conſultoribus adhibitis, ſtudioſè legat, quaque illa inclinent, ſequacem ſe præbeat: Tum vt libera voce id exprimat, quod mente fideliter tenet, ne turbæ natæ, quotidie magis magisque adoleſcant, Catholicamque Eccleſiam diuexent. Proponit exemplum Epiſcopi Theodori, qui ad ſedandam populi tumultuationem, vocem quæ parum commodè exciderat, publicè retractauit. Denique tota epiſtola totus in hoc eſt, vt matrem Virginem Deiparam eſſe, Deiparæque nomine appellandam eſſe Neſtorio perſuadeat.

DOMI-

DOMINO MEO PIISSIMO SANctiſſimoque Epiſcopo Neſtorio, Ioannes in Domino S.

Ioãnes Antiochenus ſuã de Neſtorio ſentẽtiam ꝑ Comitem Irenæum aperit.

MEAm de tua pietate ſententiã, per Dominnm meum, magnificumque per omnia Comitẽ Irenæum ſyncere abſque vllo prorſus fuco dilectioni tuæ patefeci. Et quoniam vera expurgatione vſus, omni, vt arbitror, ſuſpicione apud te vaco, liberè candideque ſynceritati tuæ in poſterum conſilium dare inſtitui. Poteris autem ex ijs, quæ ſuaſurus ſum, noſtri erga te candoris nõ leue argumentum ſumere, ſimulque quantæ ea charitas, quæ ſecundùm Deum eſt, curæ nobis ſit, perſpicere. Quam ſanè charitatem, qui conſectantur, illi Diuinis legibus obtemperant; qui verò, ea neglecta, impoſturis ſtudent, ij ſuis ſe telis priùs cõficiunt, quàm eos, quos adoriuntur. Hæc itaque opportunè, vt exiſtimo, præfatus, te etiam atque etiam rogo, vt me conſultorem haud malum tibi futurum beneuolè admittas: Neque ſi quid vtile aut Diuinæ charitati cognatũ in dictis meis occurrerit, idipſum reſpuas.

Diuinæ dilectionis argumentum impletio legis.

Et quidem oportebat, vti de rebus minimè iniucundis inter nos cõferremus. Verùm quia peccata noſtra perturbationibus Eccleſiaſticis ingens oſtium patefecerunt, ideo ea charitati tuæ explanare cogor, quæ nuperrimè ex Romana & Alexandrina vrbe ad me perſcripta ſunt: Etenim Clerici Alexandrini diuerſas de tua pietate literas magno ad nos ſtudio pertulerunt; vnas quidem pijſſimi Epiſcopi Cœleſtini; reliquas omnes ſanctiſſimi Epiſcopi Cyrilli. Harum autem antigrapha mittens, charitatem obnixè tuam rogatam cupio, vt ita eas legat, ne qua hinc animi perturbatio conſurgat: Ex qua contentiones minimè leues ſeditionesq; admodũ noxiæ ſæpenumero exoriuntur. Sed neque rem hanc tantã parui quoque ducas aut contemnas: Diabolus namque res initio minùs rectè habentes per ſuperbiã nouit amplificare, in eamque magnitudinem paulatim euehere, vt poſtea omnem curam omnemque medicinam reſpuant. Quare beneuolum ac ſtudioſum affectum ad illarum literarum lectionẽ adferas, viros quoque nonnullos cordatos ad propoſitarum rerum conſiderationem ſocios tibi adiungas, illiſque nõ quæ grata, ſed quę vtilia ſunt eſſandi poteſtatem facias: Omnino enim ſi arbitri plures minimeque fucati ac liberam, quod ſentiunt, dicendi facultatem nacti, præſentis negotij diſquiſitioni adhibeantur, facilimè illud ea deliberatione conſequemur, vt id, quod nunc fortè nonnihil perplexum & durum cenſetur, mox leue & facile cenſeatur.

Peccata turbis oſtiũ patefaciunt.

Vanæ literę de Neſtorio ad Ioannẽ Antiochenũ ꝑlatæ.

Animi perturbatio generat cõtentionem, hęc ſeditionẽ, & alia incõmoda.

Diabol' ex parua ſcintilla, q̃ ſua aſtutia eſt, magnũ incẽdiũ excitare nouit.

Cuiuſmodi in rebus arduis, maximè verò in proprijs cõſultores adhiberi conueniat.

Enimuerò licet dominus meus Cœleſtinus Deo deuotiſſimus Epiſcopus, decem tantùm dierum interuallum, terminum vſque reſponſioni præfinitum valdè anguſtum, literis ſuis expreſſerit; tamen res ea eiuſmodi eſt, vt non dico decem diebus, ſed vno, imò verò paucis horis tota confici poſſe videatur: Nam quid facilius eſt, quàm nomine commodo, multiſque ſanctis Patribus vſitato, & vero nihilominùs ſalutarique ex Virgine ortui per congruo in Chriſti omnium noſtrum Regis diſpenſatione vti? Cùm hoc ergo neque graue, neque periculoſum ſit, æquum non eſt, vt ſanctitas tua refutet. Neque id nunc apud ſe cogitet: Turpe eſt, ſi pugnantia docere videar: Si enim mens tua eadem ſapit & ſentit, quæ ſancti Patres, Eccleſiæque Doctores ſentiunt & ſapiunt (nam hoc, Domine mi, & ex multis, & ex communibus amicis de te accepimus) quorſum vereris piũ animi tui ſenſum conuenienti voce publicare? Præſertim cùm tot tantæque tumultuationes ac diſceptationes ex te natæ, ob oculos iam verſentur? Eas namque, mihi crede Deo dilecte, cùm apud finitimos, tum apud longè quoque poſitos turbas concitaſti, quæ ingentem ex inſperato Eccleſijs tempeſtatem pepererе: Conſtat enim, fideles circumquaque degentes, huius quæſtionis & controuerſiæ cauſa inter ſe conflictari, quotidieque à ſe inuicem diuelli. Verum eſſe, quod dicimus, ex ipſiſmet rebus haud difficulter perſpicere licet: Nam & Occidens, & Ægyptus, & ipſa quoque Macedonia ab ea vnione ſeſe abrumpere decreuerunt, quam ſingularis Dei beneficentia, per multos ſanctorum Patrum celebriumque Epiſcoporum, & præcipuè per ſanctiſſimi magnique illius Patris noſtri Acacij ſudores moleſtiaſque communi Eccleſiæ vtilitati impertinit. Quis, quæſo, reprehendat, ſi ea, quæ ſentis, liberè expones? Imò verò quis laudibus non efferat, ſi nomen, cuius ſenſum pietas tua, vt cognouimus, poſſidet, propter publicam quietem communemque orbis pacem, aliquando amplecti animum inducas? Quod ſi ita viſum eſt, perpulchrum & ad præſentem controuerſiam peropportunum exemplum tibi hoc loco in mentem reducam, cuius te quoque meminiſſe velim: Temporis enim ex quo illud apud nos accidit, adeò multum non interceſſit, vt iam animo excidere potuerit. Memoria haud dubiè tenes, cùm beato Theodoro in expoſitione quadam excidiſſet quiddam, quod tibi imprimis, cui per id tempus cæteris liberiùs agere licebat, tum cæteris quoque omnibus, ad quorum aures peruenerat, neque rectè, neque ſatis quoque Catholicè dictum videbatur; quo pacto ille, poſteaquàm damnum turbamque, quæ exiguus admodum lapſus pepererat, conſideraſſet; expendiſſetque, nihilò ſecius eiuſmodi tumultuationes ſectas, diſſidiaq; generare poſſe: (Solent namque homines talis modi arrepta occaſione vltro citroque tumultuari, atq; à ſe mutuò ſeiungi) cogitaſſet præterea, paruã offenſionis ſcintillam magnum ſæpe fomitẽ

Neſtori' ne ſecum pugnare videatur, mentẽ ſuam cõmoda voce declarare recuſat.

Multæ turbæ ob vnam dũtaxat voculã in Eccleſia natæ.

Occidens, Aegypt' & Macedonia a Neſtorij cõmunione deſciſcunt.

Memorabile exemplũ Epiſcopi Theodori.

Ejus Theodorus lingua non ſine populi offenſione lapſus.

discordijs

Parua offensionis scintilla, magnum sæpe discordiis fomitem subministrat.

diſcordijs ſubminiſtrare: (Quod etiam nunc apud nos vſu veniſſe cernimus) ac commoda tandem opportunæ correctionis ſecũ reputaſſet; nõ poſt multos dies generosè in medium progreſſus, id, quod à ſe non ſatis commodè dictum fuerat, in gratiam Eccleſiæ, nihil quicquã veritus, correxerit; factaq; emẽdatione omnem mox calumniam aduerſum ſe excitatam penitus extinxerit. Et quamuis nemo neſciret, quod ab illo dictum erat, minus rectè ſyncereque dictum fuiſſe; attamen quòd promptè id retractaret, quod dixerat, hominem ſtatim complexi ſunt omnes.

Theodorus Epiſcopus commodè corrigens, quod incõmodè exciderat, omnem cõtra ſe obortam tempeſtatẽ mox ſedat.

Equidem non ad probroſam aliquam orationis correctionem, neque ad puerilem palinodiam, vt ſic loquar, pietatem tuam innito: Sed quia multi, vt intelligo, non infrequẽter ex te audiuerunt, quòd ipſam ſolam vocẽ, non piam quoque ipſius vocis notionẽ auerſeris; omnino perſuaſum habeo, ſi qui celebrioris famæ Eccleſiaſtici auctores tibi fuerint, vt ipſo quoque nomine admiſſo, ſacram Virginem Mariam Deiparam appelles, te iſthuc neutiquàm recuſaturum eſſe. Quam ob rem te iterum atque iterum moueo hortorque, vt libera id voce depromas, quod citra errorem ſapere certò dignoſceris. Age, inquam, rei, quam rectè tenes, nomen, quod à multis ſæpe Patribus vſurpatum ſcriptum ac pronunciatum eſt, adiungere ne graueris. Neque vocabulum, quod piam rectamq; notionem in animo gignit, refutare pergas: Etenim nomen hoc θεοτόκος nullus vnquam Eccleſiaſticorum Doctorum repudiauit. Qui autem illo ſubinde vſi ſunt, & multi reperiũtur, & apprimè celebres. Quod ſi qui ſunt, q illud non vſurparunt, illi nunquam erroris alicuius eos inſimularunt, qui illo fortè vſi fuiſſent. Sane dum ſuperuacanea quadam ad vanas hæreticorum opiniones ſolùm ſpectante curioſitate incitati nomen, cuius ſententiam rectè tenemus, pertinaciter reſpuimus, aliud nihil, vt videtur, facimus, quàm quòd fratrum noſtrorum conſcientias, & temere & abſque vlla vtilitate grauiter offendimus, planeque contemnimus: Etenim ſi id, quod nominis ſignificatione offertur, non recipimus, reſtat, vt in grauiſſimum errorem prolabamur: Imò verò vt circa inexplicabilẽ illam Vnigeniti Filii Dei œconomiam periculoſiſſimè verſemur: Quandoquidem nomine hoc ſublato, vel huius potius nominis notione repudiata, ſequitur, mox illum non eſſe Deum, qui admirabilem illam diſpenſationẽ noſtræ ſalutis cauſa ſuſcepit; tum Dei Verbum, neque ſe exinaniuiſſe, neq; in ſerui formam ſeſe dimittens, ineffabilem quandam benignitatis magnitudinem humano generi exhibuiſſe: Hanc enim Dei erga nos clementiam Diuinæ, Scripturæ hinc præcipuè conſtituunt, quòd vnicum illum ſempiternumq; Dei Filium ante omnia ſecula natum, impatibili modo ex ſacra quoque Virgine ortũ oſtẽdunt: Huc namque diuinus tendit Apoſtolus, dum ita ait: (Miſit Deus Filium ſuum factũ ex muliere.) Clarè hic oſtendit, non alium, ſed ipſummet Dei Vnigenitum admirabili ortu ex Virgine in lucem prodijſſe. Quod ſi Virgo à ſanctis Patribus, propter hanc generationem Deipara nominatur, vt verè hoc nomine ab illis nominatur, neſcio, quorſum attinuerit, vt quæſtionem hanc nequaquam neceſſariam (bona venia tua dictum ſit) & contra illos ipſos, & cõtra Eccleſiaſticam pacem quoque, vt vides, agitandã ſuſceperimus. Etenim nulli nos periculo exponimus, ſi ea ſentimus & loquimur, quę Doctores in Eccleſia Dei celeberrimos ſenſiſſe & docuiſſe certò nouimus. Superuacaneum autem cenſeo, illorum nomina hoc loco percenſere: Noſti enim illos æquè ac nos, vt qui haud ſecus ac nos omnes, quòd diſcipulus illorum aliquando extiteris, glorieris.

Neſtorius non rem voce deſignatam, ſed ipſam θεοτόκος vocem auerſari ſe profitetur.

Nullus Orthodoxorũ ſcriptorum nomen hoc θεοτόκος repudiauit vnquam.

Qui Deiparæ nomen reiiciunt, totum incarnationis myſterium euertunt.

Dei erga nos clemẽtiam hoc maximè declarat, q ſalutis noſtræ cauſa, Vnigenitũ ſuũ in mũdum deſtinat.

Gala. 4.

Tutò incedimus, dũ veterum Doctorum veſtigia ponè legim^9.

Hoc noſtrum, quæſo, conſilium admitte; hæc per nos rogatus exequâre, nullum diſſidijs locum, nullum gliſcenti nouitati fomentum ſuppedites. Cogita, ſi priuſquàm vllæ omnino literæ miſſæ forent, multi cõtra nos extitere infrenes, peneque intolerabiles, quales nunc futuri ſint, tãta ex allatis literis ſubminiſtrata fiducia; qualique in poſterum aduerſus nos audacia ſint vſuri? Hæc ego complures religioſiſſimos, tuæque pietatis ſtudioſiſſimos Epiſcopos apud me habens, quos ẽt tunc præſtò eſſe contigit, cùm infauſtæ illæ literæ adfertẽtur, ſcribere volui; ratus, ingenui amici officium, illudque à promiſſione mea non alienũ me præſtiturum, ſi fraterno quodam conſilio, exiſtimationem tuam grauiter hoc tempore laborantem, nonnihil ſubleuarem. Quocirca pietatem tuam rogo obteſtorque, vt ea, quæ ob ſanctæ Eccleſiæ trãquillitatem cum Dei timore, veraq; erga te charitate expoſui, placido animo ſuſcipias: Nam non ſolus hæc dictaui, ſed, vt modò aiebam; præſentibus multis Epiſcopis, videlicet Domino meo Archelao Epiſcopo pijſſimo, Apringio, Theodorito, Helade, Meletio & Macario, qui per Dei gratiam Eccleſiæ Laodicænæ præfectus eſt nuperrimè. Qui omnes & in fidei doctrina inſtructiſſimi, & tui ſtudioſiſſimi, vnà mecum, Domine mi, te rogant, vt animo facili, literarum illarum turbinis inſtar ruẽtium impetum ſiſtas. Quæ, ſi quidem obſtinati reſtiterimus, moleſtiã adferent non modicam: Sin autem obſecuti fuerimus, neq; turbare, neque alia ex parte confundere nos poterunt. Hæc tua periode ac propria cordi habentes, monere voluimus: Iam tuum eſt, æquo beneuoloq; animo monita noſtra complecti: Niſi forſan minùs noſtri amans ita cõparatus ſis, vt cum tui & Reipub. Chriſtianæ dãno obſtinatè iſthæc aſpernari decreueris. Obſecro, vt quãprimùm quod viſum fuerit, imò verò non quod viſum fuerit, ſed quod vtile fuerit, reſcribas.

Neſtorii exiſtimatio, grauiter apud omnes laborat.

Ioã. Antiochen. vnà cum ſex aliis Epiſcopis, Neſtorium ad reſipiſcendũ inuitat.

Rogatur Neſtorius, vt id quod vtile, nõ id quod viſum fuerit, reſcribat.

Tomi primi, caput XXXII.

SACRA PER CANDIDIANVM Comitem Palatinum ἱνατῆϛ *cauſa, ad ſacram Synodum miſſa.*

ARGVMENTVM.

PRÆSENS hæc ſacra non ea de cauſa, per Candidianum Comitem Epheſum mittitur, vt aliquã tractationis rationem, vel definitionis legem Synodo præſcribat Imperator: (Fatetur hic enim ingenuè, fidei quæſtionem non ad prophanos, aut laicos pertinere, ſed ad ſolos Epiſcopos:) Sed quo impedimenta, quæ felicem illius ſucceſſum impedire fortè poterãt, per adminiſtrum ſuum commodè ſubmoueat. Quare ſeuere mandat, vt ſeculares & monachos, cæteroſque, qui curioſitatis cauſa eò iam confluxerant, vel poſtea quoque eodem venturi erant, ciuitate pellat: Tum ne priuatis Epiſcoporum odiis & contentionibus, quæ veritatis inquiſitionem vehementer præpedire ſolent, locum vllum concedat. Hinc vt neminẽ ante fidei controuerſias accuratè diſcuſſas ac definitas à Concilio abire permittat. Poſtremò vt omnes pecuniarias, cæterasque forenſes controuerſias à Cõcilio & Epheſo ad Regiam ciuitatem auocet. Sub finẽ indicat, Irenæum Comitem Neſtorio adiunctum, nõ vt negotiis Synodi ſeſe immiſceat, ſed vt amicitiæ debitum eidem Neſtorio perſoluat. Cæterùm Sacra hęc Synodo ſuo tempore non fuit exhibita, ſed Candidiani Neſtorii partes fouentis ſtudio, vſque ad damnationis ſententiam ſuppreſſa. Tũc autem, quo omnia, quæcunque contra Neſtorium decreta fuerant, euerterentur, in medium eſt prolata.

IMPERATORES CÆSARES, Theodoſius & Valentinianus, Victores, Triumphatores maximi, ſemperq; Augusti, Synodo. S. D.

Impp. religionis negotium anxiè curãt.

CVM magnam omnium, quæ è Repub. ſunt, curam habeamus, tum verò maximam illorũ, quæ ad pietatem religionemq; conſeruandam pertinere arbitramur: Per ea nãque cætera quoque bona hominibus ſuppeditantur. Scripſimus proinde, non ita multò ante de pietatis veſtrę Synodo apud Epheſiorum Metropolim congenda, eaque Sacræ noſtræ inſeruimus, quæ inſtitutę rei quàm maximè conuenire cẽſebamus. Quia verò ordinis quietiſque, quam ſacræ veſtrę Synodi conſultationis iure depoſcunt, decentem quoq; curam adhibitam oportuit; ne hanc quoq; partem, quò vndiq; tranquillitas adeſſet, prætermittendam exiſtimauimus. Non arbitramur autem, pietatem veſtram, vt aliis pacem conciliet, alterius cuiuſpiam extrinſecæ opis egere: Siquidem ad noſtrum erga religionem ſtudium, ſingularemque prouidentiam pertineret & hanc quoque non negligere.

Principis Theodoſij ſtudio, ea impigre curantur, quæ ad Synodi tranquillitatem faciunt.

Igitur Candidianum præclariſſimum religioſorum domeſticorum Comitem, ad ſacrã veſtram Synodum abire iuſſimus: ſed ea lege & conditione, vt cum quæſtionibus & controuerſijs, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quicquã commune habeat: (Nefas eſt, enim, qui ſanctiſſimorum Epiſcoporũ catalogo adſcriptus nõ eſt, illum Eccleſiaſticis negotijs & cõſultationibus ſeſe immiſcere) verum vt monachos, & ſeculares, ad cæteros deniq; omnes, qui huius ſpectaculi cauſa, vel eò nũc confluxerunt, vel in poſterũ fortè confluent, ab eadẽ illa ciuitate modis omnibus ſubmoueat. (Quandoquidẽ nõ licet illos, qui omnino neceſſarij nõ ſunt, ſacrorum dogmatũ examen aliquo tumultu impedire; & ijs, quæ cũ tranquillitate à veſtra ſanctitate cõſtitui definirique debent, obſtaculum aliquod adſerre.) Tum rurſum vt diligenter proſpiciat, ne qua grauior diſſenſio ex mutuo repugnãdi ſtudio coorta, & ſæuæ tempeſtatis inſtar debacchata, ſanctiſſimæ Synodi veſtræ conſultationem, exactioremq; veritatis, indagationem quouis modo obturbet: Tum deniq;, quò operã det ſedulã, vt omnibus & ſingulis, quæ dicuntur, rite perceptis, ſinguli inoffensè, quod viſum fuerit, in mediũ proponere, vel ab alijs ꝓpoſitum, ſi opus id fuerit, refutare queant: Quò ea tandẽ ratione, vbi per ſingulas propoſitiones, exceptioneſq; inquiſitio, citra vllã omnino turbã contentionemq; habita fuerit, quod omnibus placitũ, probatumq; erit, cõi veſtræ ſanctitatis ſententia cõſtituatur decernaturq;.

Nefas eſt alios, quàm Epos & Sacerdotes Eccleſiaſtica negotia tractare, aut ſententiam in Concilio dicere. Monachi & ſeculares à Cõcilijs ſemouendi; tum cęterã quoq; nẽs, q eĩ ad rẽ cẽſentui, minimè neceſſarij.

Quod munus ſecularium in Cõcilio.

Pulcherrima ἐντάξια Synodo Epheſinæ ab Imp. Theodoſio præſcripta.

Non id decernendum a Concilio vel in Cõcilio, qđ vni aut alteri viſum eſt: Sed quod omnibus, vel pluribus probatũ fuerit.

Ante omnia autẽ ſeuerè eidẽ magnificentiſſimo Candidiano mandatum eſt, vt q̃ ſtudioſiſſimè obſeruet, ne quẽ ex ſanctiſſima veſtra Synodo, aut reditũ molientem, aut iter ad exercitum noſtrum affectantem, aut ad alium quemcunq; locum abſcedere cupientẽ, priùs inde abire permittat, q̃ diligenti adhibita diſcuſſione, ea omnia decreta definitaque fuerint, quæ in diſquiſitionẽ venerant. Hinc ne vllã omnino, aut Eccleſiaſticã, aut aliam quãcunq; controuerſiã vndecunq; natam, vel motam, quæ ad propoſitã ſancti dogmatis conſiderationem non pertineat, antè moueri ſinat, quàm eorũ omnium, quæ nunc in quæſtionẽ vocata ſunt, ambiguitate ſoluta, ea, quæ ad veritatis inueſtigationẽ faciunt, exactiſſimo iudicio diſcutiantur, finemque orthodoxæ religioni congruum ſortiantur. Quin & huius quoq; admonita ſit veſtra pietas, nempe ſerenitati noſtræ viſum eſſe, vt nulla omnino in ſacra veſtra Synodo, aut etiã in publico Epheſiorũ iudicio pecuniaria aut criminalis cauſa, aduerſùs aliquẽ agitetur. Quòd ſi quid eiuſmodi extiterit, cuipiamve vſu venerit, huius integram cognitionẽ magnæ huic noſtræ ciuitati reſeruatam volumus. Denique nec id quoq; vobis clam ſit, videlicet, magnificentiſſimum Comitem Irenæum, neq; ſanctiſſimæ veſtræ Synodi conſilijs, neq; his, quæ eximio legato noſtro Cãdidiano à nobis demandata ſunt, vllatenus cõmunicare debere: Vt qui ſolius amicitiæ cauſa cũ ſanctiſſimo pijſſimoq; celeberrimæ ciuitatis huius Epiſcopo Neſtorio Epheſum profectus ſit.

Nullũ Epiſcoporum Impp. ante Cõcilij definitionem a Cõcilio abire ſinunt.

Impp nullã in Concilio ciuilem, aut criminalem cauſam tractari patiũtur.

Comes Irenęus in gratiam Neſtorij Epheſinã Synodũ adit.

TOMI PRIMI, MAGNI CONCILII EPHESINI FINIS.

ACTO-

ACTORVM CONCILII EPHESINI.

Tomus Secundus.

Hoc ſegmento ea ex inſtituto tractantur & explicantur, quæ ad primariam indictæ Synodi cauſam ſpectant. Et quamuis, vt ex Theodoſiana Sacra conſtat, non omnino vna & ſimplex extiterit, omnia tamen directè vel obliquè in vnum ſcopum, puta in Neſtorij exauctorationem, eiuſdemq́; cacodoxiæ & hæreſeos condemnationem collimant.

Tomi Secundi, Caput I.

ARGVMENTVM.

POSTEAQVAM a feſto Pentecoſtes, quo tempore iuxta Imperatoriam ſanctionem, Patres nõs Epheſi adeſſe oportebat, ſedecim plus minꝰ dies fluxiſſet; neque tamẽ Antiochenꝰ Antiſtes Ioã. vſquam adhuc compareret, quòd multi Epiſcopi morbis, alijsq; miſerijs preſſi moram ægerrimè ferrent, de communi ſententia placuit Synodi initiũ facere. Die itaque primo, qui, vt quibuſdam placet, fuit vigeſimus Iunij, conuenerunt, ſuoq; ordine & loco conſiderunt ij omnes, qui primo hoc capite recẽſentur: Inter quos, ſi Nicephoro fides eſt, fuit & Neſtorius quoque. Verùm cum multi ſententijs ſuis Diuinitatem Chriſto tribuerent; vnumq; & eundem eſſe Filium, ex Patre quidem ante ſecula genitum, extremis autem temporibus ex perpetua Virgine hominem factum; neque alium atque alium, ſed vnum & eundem; atque ideo Virginem matrem verè & propriè θεοτόκον dicendam eſſe aſſererent; exurgens ille: Ego, inquit, bimenſtrem aliquem, & trimeſtrem Deũ non dixerim. Proinde purus ſum ſanguinis veſtri, poſtea ad vos non veniam. Cæterùm omnibus, qui præſtò illic erant, Epiſcopis conſidentibus, Petrus Alexandrinus Notariorum primicerius aſſurrexit; eaque, quæ inter Cyrillum, Neſtorium & Cœleſtinum Romanæ Eccleſiæ Pontificem interceſſerant, paucis expoſuit; ſed nullum iis tum reſponſum tulit. Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopi iuſſu Auguſtalis ad omnes Metropolitanos miſſa legitur. Memnon Epheſiorum Antiſtes quot dies poſt indictã ab Imp. Synodum lapſi eſſent, rogatus, ſedecim præteriſſe, reſpondet. Cyrillus plus ſatis expectatum eſſe ratus, vt negotium, propter quod conuocati erant, ſtatim capeſſant, ſerio hortatur. Et hęc quidẽ primo capite tractantur.

Nicephor. lib. 4. c. 34.

Poſt cõſulatũ dñorũ noſtrorũ, Flauij quidẽ Theodoſij tertiũdecimum, Valẽtiniani verò tertiũ, decimo Calẽdas Iunias, ex pijſſimorũ Chriſtianiſſimorumq́; Imperatorum decreto in Epheſiorum Metropoli coacta eſt Synodus: Conſidentibus autem in ſanctiſſima Eccleſia, quæ appellatur Maria, ſanctiſſimis Deoq́; dilectiſſimis Epiſcopis:

Cyrillo Alexandriæ, qui & Cœleſtini quoq; ſanctiſſimi ſacratiſſimiq; Romanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi locum obtinebat.
Iuuenali Hieroſolymorum.
Memnone Epheſiorum.
Flauiano Philippenſiũ, qui Rufi quoq; pijſſimi Theſſalonicẽſiũ Epi perſonã gerebat.
Theodoto Ancyræ primæ Galatiæ.
Firmo Cæſareæ Cappadociæ.
Acacio Melitenæ Armeniæ.
Iconio Gortynæ Cretæ.
Perigene Corinthi Helladis.
Cyro Aphrodiſiadis Cariæ.
Valeriano Iconij.
Hellanico Rhodi.
Heſychio Parij.
Dynato Nicopolis veteris Epiri.
Euchario Dorrhacij nouæ Epiri.
Perrhebio Pharmali.
Eudoxio Chomatis Lyciæ.
Siluano Chæretaporum Phrygiæ.
Amphilochio Sidæ Pamphyliæ.
Epiphanio Cratiæ Hoooriadis.
Gregorio Ceraſuntis Ponti Polemoniaci.
Prothymio Comanæ.
Palladio Amaſiæ Helleſponti.
Senecione Codrorum.
Acacio Arcæ.
Docimaſio Maroniæ Thraciæ.
Ioanne Præconeſi.
Daniele Coloniæ ſecundæ Cappadociæ.
Romano Rhaphiæ.
Pauliano Maiumæ Gazæ.
Paulo Anthedonis.
Ioanne alias Æano Sycamazonis.
Theodoro Chadarorum.
Fido Ioppe.
Letoio Libyadis.
Ampela aliàs Abdela Heluſæ.
Theodoro Arbelorum, aliàs Aribditæ.
Petro Parembolæ.
Ioanne Auguſtopolis.

Saida

Saida Phænis.
Rufino Thaborum.
Anyſio Thebarum.
Calliſtrate aliàs Halicrate Naupacti.
Domino Opuntis.
Nicio Megarorum.
Agathocle Coloniæ.
Felice Apolloniæ & Belliadæ.
Theodoro Dodonæ.
Anderio Cherroneſi Cretæ.
Paulo Lappæ, aliàs Lampæ.
Zenobio Cnoſi.
Luciano Toperi Thraciæ.
Eunepio Maximianopolis.
Secundiano Lamiæ.
Dione Thebarum Theſſaliæ.
Theodoro Echinei.
Martyrio Heliſtrorum.
Thoma Derbæ aliàs Zerbę.
Athanaſio Paroſithi.
Themiſtio Iaſi.
Aphtoneto Heracleæ.
Phileto Amazonis.
Apella Cibyrrhę.
Spudaſio Caramorum.
Archelao Myndi.
Phania Harpaſorum.
Promachio Alindorum.
Philippo Pergamorum Aſiæ.
Maximo Cumæ.
Dorotheo Myrrhinæ.
Maximo Aſsi.
Euporo Hypeporum.
Alexandro Arcadiopolis.
Eutiche Theodoſiopolis.
Rhodone Palæopolis.
Eutropio Euazorum.
Aphobio Coloę.
Neſtorio Sionio.
Heracleone Trallium.
Theodoto Myſæ.
Theodoro Anineti.
Timotheo Briulorum.
Theodoſio Maſtaurorum.
Tychico Chytrorum.
Euſebio Clazomenorum.
Euthalio Colophonis.
Modeſto Arneorum.
Theodoſio Prienæ.
Euſebio Magneſiæ Sipyli.
Sapricio Paphi Cypri.
Rhegino Cathaniæ aliàs Conſtantiæ.
Euagrio Solorum, aliàs Solonorum.
Cæſario Chorepiſcopo.
Trebauiano Aſpendi Pamphyliæ.
Nunechio Sylgæ,
Solone Carallıæ.
Acacio Cotennorum.
Niſio Corybraſsi.
Mantidiano Coraciſiorum.
Nectario Synenſi.
Eutropio Etennorum.
Tauriano Lyrbæ.

Euſebio Aſponorum Galatiæ.
Philumeno Cumæ & Strategij.
Euſebio Heracleæ Honoriadis.
Paralio Andraporum Hellenoponti.
Siluano Cerataporum.
Hermogene Riuocurorum.
Euoptio Ptolemaidis Pentapolis.
Euſebio Peluſij.
Eulogio Terenuthidis.
Adelphio Onupheos.
Paulo Phraunenſi.
Phœbammône Copti.
Theopempto Cabaſi.
Macario Meteleos, aliâs Meleos.
Adelphio Saenſi.
Macedonio Zoenſi.
Marino Heliopolis.
Metrodoro Leontorum.
Macario Antei.
Pabiſco Apollônis.
Petro Oxyrinchi.
Strategio Atribidis.
Athanaſio Paralli.
Syluano Coprithidis.
Ioanne Hepheſti.
Ariſtobuli Thmoenſi.
Theône Sethroite.
Lampetio Caſsij.
Cyro Achæorum.
Publio Olbiæ.
Samuele Dyſthenſi.
Zenobio Barchæ.
Zenone Teuchirorum, aliâs Teucrorum.
Daniele Darnenſi, aliâs Dardanorum.
Sopatro Septiamicæ.
Euſebio Nicopolis, aliàs Nilopolis.
Heraclide Heracleiæ.
Chryſaorio Aphroditæ.
Andrea Hermopolis.
Sabino Panos.
Abraham Oſtracenæ.
Hierace Aphnæi.
Alypio Selæ.
Alexandro Cleopatridis.
Iſaac Tauæ.
Ammone Botorum.
Heraclide Thyneos.
Iſaac Elæarchiæ.
Heraclide Tamiathidis.
Theôna Pſinchi.
Ammonio Panepheſi.
Beſula aliàs Meſula Diacono Carthaginis.

His, inquam, in ſacra Oecumenica Synodo conſidentibus, Petrus Presbyter Alexandrinus, & Notariorũ primicerius dixit: Cùm religioſisſimus Neſtorius ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus nuper eſſet creatus, dieſque ab illius creatione fluxiſſent non admodum multi, mox nonnullæ illius exegeſes ex vrbe Conſtantinopolitana à quibuſdam allatæ ſunt, quæ eiuſmodi erant, vt & lectorem perturbarent, & nõ exiguum in ſancta Eccleſia tumultũ concitarent. Hoc au-

Neſtorius mox à creationis ſuæ initio turbas excitat.

Oooo tem

Cyrillus parænetici ſ cũ Neſtorio agit. Neſtorius amicè admonentem non ſuſtinet. Neſtorius ſuas exegeſes, Romã mittit.

tem cùm Cyrillus pijſsimus Alexandrinorũ Epiſcopus reſciuiſſet, confeſtim vnam ac alteram item epiſtolã ſuaſionis & exhortationis plenam ad illum exarauit. Ad quas ille reſpondens, abnuit omnia, apertoque marte paræneticis ad ſe miſsis repugnat. Porrò cùm religioſiſſimus Epiſcopus Cyrillus didiciſſet, non literas tantùm, ſed ſuarum quoque exegeſium libellos Romam miſiſſe; & ipſe quoque Poſidonium Diaconum ſuum ad Cœleſtinum pijſsimum Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum cum literis, & eiuſmodi mandato miſit: Si literas & expoſitionum illius codices redditos compereris, & tu quoque meas literas redde. Sin autem, ne reddas, ſed huc referas. Poſidonius ergo eùm comperiſſet, tam epiſtolas, quàm exegeſes illius Cœleſtino fuiſſe exhibitas, compulſus eſt ipſe quoque, quas ferebat exhibere. Cœleſtinus porrò ea, quæ oportebat, perſpicuè reſcripſit. Cùm igitur regio diuinoque nutu ſacra veſtra Synodus concordi animorum cõſenſu in hunc locum coierit, non potuimus nõ indicare, nos eiuſmodi Epiſtolas præ manibus habere, paratosque, ſi veſtræ pietati ita viſum fuerit, eaſdem recitare.

Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus dixit: Legatur piũ pijſsimorũ Chriſtianiſsimorũq; Impp. noſtrorum edictum ad omnes omnino Metropolitanos deſtinatum; rebuſque, quas nũc tractare incepturus, velut fax quędam prȩluceat: Quod mox per Petrum reuerendiſsimũ Alexandrinæ Eccleſiæ Presbyterum prolatum, & in hunc modum lectũ eſt.

Prælegitur Synodo ſacra Auguſtalis.

Imperatores, Cæſares Theodoſius & Valentinianus victores, Triumphatores, maximi, venerandi, ſemper Auguſti Cyrillo Epiſcopo. Reipublicæ noſtræ cõſtitutio ea, quæ in Deum eſt, pietate præcipuè nititur &c.

Firmus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus dixit: Reuerendiſsimus ſanctiſsimuſque Epheſinę ciuitatis Epiſcopus Memnon nobis exponat, quot elapſi iam ſint dies poſt noſtrũ in hanc ciuitatem aduentum.

Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus dixit: Sacra & magna hæc Synodus ſatis ſuperq; hactenus cũctata Deo dilectiſſimorum Epiſcoporum, qui venturi ſperabantur, aduentum expectauit. Quia ergo multi ex Epiſcopis in aduerſam valetudinem inciderunt; tempus monet, vt decretis facturi ſatis, de his, quę ad fidem ſtatuendã pertinent, in orbis terrarum vtilitatem tandem aliquando diſſerere incipiamus. Proinde chartulæ illæ, quæ ad præſens inſtitutũ faciunt, ordine recitentur; maximè verò cùm alterũ iam pijſsimorũ Chriſtianiſſimorumque Impp. noſtrorum decretum per Candidianũ, magnificũ illuſtremq; deuotorum domeſticorum Comitem prælectum ſeuerè iubeat, vt quæ ad fidei quæſtionem ſpectant, diſcutiantur ac citra omnem cunctationem definiantur.

Epiſcopi complures moriũtur, & cũ morbis conflictant Epheſi.

Vrget Imp. per alias literas controuerſarũ quæſtionũ deciſionẽ.

Tomi ſecundi, caput II.

ARGVMENTVM.

QVAESITVM fuerat ſuperiori capite, eane publicè legenda viderentur, quæ Cyrillus & Neſtorius ad ſe inuicem perſcripſerant; hoc autem reſpondetur, ſchedia eiuſmodi ſuo quidem tempori reſeruari poſſe, & reſeruari quoque debere, nunc verò dandam eſſe operam, vt communi conſeſſui præſtò ſit Neſtorius. Mittitur hic ergo vna, & altera, & tertia quoque ſolennis ad illum legatio, ſed incaſſũ: Siquidem primis Cõcilij legatis nihil quicquam abſolutè reſpondet. Porrò ijs, qui ſecundò non abſque paranagnoſticis ad illũ abierant, cùm diu multumq; cunctati eſſent, nullum ipſe verbum facere dignatus eſt: Ne tamen contemnere videretur, per Tribunum Florentium, cùm omnes Epiſcopi conueniſſent, tum ſe quoque venturum, renuntiat. Similem fortunam experti ſunt, qui tertiò ad eundem deſtinati fuerant: Nam cùm à ſummo mane vſque ad veſperã præ foribus expectaſſent, multaſque interea ab illius ſatellitio cõtumelias in ſe detortas excepiſſent, neque admiſſi ſunt, neque vllum omnino verbum ab illo extorquere potuerunt. Imò verò milites qui ad ædes illius excubabant, ea de cauſa domus illius veſtibulo ſeſe adhibitos diſertè profeſſi ſunt, ne vllum omnino à Synodo miſſum ad Neſtorium ingredi paterentur. Hac igitur à militibus reſponſione accepta re infecta, ad Patrum conſeſſum reuerſi ſunt.

Theodotus Ancyrorum Epiſcopus dixit: Schedarum lectio ſuo tempore ſeruetur; nũc verò curãdum eſt, vt pijſsimus Neſtorius Synodicis actis præſtò ſit; quò ea nimirũ, quæ ad religionem pertinent, communi omnium ſententia & conſenſu conſtituantur.

Quæ religionis ſũt, communi omnium cõſenſu cõſtitui debent.

Hermogenes Rinocurorum Epiſcopus dixit: Heſterno die à veſtra pietate amãdati ſumus, vt religioſiſsimum Neſtorium, ne à Synodi cõſenſu abeſſe vellet moneremus, etſi ille interim, quis dies ſacræ huic Synodo celebrandæ dictus eſſet, non ignoraret. Reſpondit autem: Mecum deliberabo, & ſi quidem venire me oportuerit, veniam.

Hermogenes Epiſcopus Neſtoriũ fruſtra ad Synodũ inuitat.

Athanaſius Epiſcopus Paraliæ dixit: Heri à veſtra pietate, ad religioſiſsimum Epiſcopum Neſtorium miſsi ſumus, eũdem, vt ſacræ huius Synodi cœtui præſtò eſſet, monituri. Cõuenimus hominem, deque re præſenti certiorem fecimus. Ille verò ſe rem conſideraturum ac ſi illi neceſſarium videretur, vtique ſe affuturum ſpopondit.

Petrus Parembolorum Epiſcopus: Miſsi à veſtra pietate ad reuerendiſsimum Epiſcopũ Neſtorium, hac ipſa luce ſacram Synodum ſeſsionem habituram, indicauimus; qui reſpondit: Cogitabo, & ſi quidem opus fuerit, veſtro me cętui adiungam. Simul ſex quoque aut ſeptem alios reuerẽdiſsimos Epiſcopos, qui ibidem aderant, eadem de re commonefecimus: Qui ipſi itidem: Deliberabimus, & ſi quidem ita viſum fuerit, craſtina die accedemus; dixerunt.

Athanaſius Paraliæ, Petrus Parẽbolorum, & Paulus Lãpæ Epiſ. ad Neſtorium à Synodo legati.

Paulus Epiſcopus Lampæ dixit: Sacra ac beata veſtra Synodo hortante, ad Reuerendiſsimum Neſtorium acceſsimus; eundemque vt hodierna die, ad ſacram ac beatam

veſtram

veſtram Synodum ſeſe adiungeret, vnaq; nobiſcum conſideret, admonuimus. Ille autē: Si, inquit, mihi placuerit, ad id tēpus adero. Neque illum ſolū admonuimus, ſed & quoſdā quoque alios reuerendiſſimos Epiſcopos, quos apud illum offendimus. Erant autem cum illo plus minus ſex aut ſeptem.

Flauianus Philippenſium Epiſcopus dixit: Abeant rurſū alij nonnulli ex religioſiſſimis Epiſcopis, qui illum denuo adeſſe, nec nō ad ſacram hanc Synodum accedere moneant. Et deſignati ſūt à ſacra Synodo Theodulus Eluſæ Palæſtinæ, Anderius Cherſoneſi Cretæ, Theopemptus Cabaſorum Ægypti Epiſcopi, & Epaphroditus Hellanici pijſſimi Rhodiorum ciuitatis Epiſcopi lector & notarius. Syngrapha autem, quem à ſacra Synodo ad religioſiſſimū Epiſcopum Neſtorium ijdem deportabant, eius ſententiæ erat.

Citatus Neſtorius ſcripto & viuæ vocis oraculo ſecundò.

Oportebat quidem pietatem tuam per religioſiſſimos pijſſimosq; Epiſcopos, vti ad ſacram Synodum in ſancta & Catholica Eccleſia hac ipſa luce congregatam veniret, heſterno die admonitam, nullatenus defuiſſe. Quoniam verò ſanctitas tua in coacta Synodo deſiderata eſt, per Theopemptum, Anderium, & Theodulum, religioſiſſimos ſanctiſſimosq; Epiſcopos, & Epaphroditum lectorem, et Rodiorum ciuitatis notarium, te denuo rogare cogimur, vt te nobis adiungas; neque vlla ratione ab earum rerum tractatione, quæ iam præ manibus ſunt, diutius abeſſe pergas. Præſertim cum religioſiſſimi, Deoq; addictiſſimi Imperatores noſtri, vt cæteris omnibus poſthabitis ad fidem confirmandam ſummo ſtudio incumbamus, tantopere nos vrgeant.

Sententia literarum Synodi ad Neſtoriū.

His porrò reuerſis, Petrus Presbyter Alexandrinus, & Notariorum primicerius dixit: Quandoquidem religioſiſſimi pijſſimiq; Epiſcopi, qui à ſacra Synodo ad Neſtorium miſſi fuerant, redierunt, poſtulamus, vti coram exponant, ecquam nam reſponſionem ab illo tulerint.

Theopemptus Cabaſorum Epiſcopus dixit: A ſacra & magna hac Synodo ad religioſiſſimum Epiſcopum miſſi, ad domicilium illius venimus. Viſa autem non parua militum fuſtibus inſtructorum multitudine, noſtrū aduentum indicari rogauimus: Illi autem, ne id fieret, impediebant, dicebant ſeorſim nonnihil quieſcere, ſeque, ne quempiam omnino conueniendi ſui cauſa intromitterent, iuſſos eſſe. Cùm verò aſſereremus fieri nō poſſe, vt nullo ablato reſponſo, recederemus, quod ſacra Synodus publico ſcripto illum citaret, ſuoque conuentui modis omnibus adeſſe cuperet; quidam ex illius clericis egreſſi, idem, quod paulò antè milites, reſponderunt. At verò vbi perſtamus, reſponſum vrgentes, Florētius deuotus tribunus, qui cum Candidiano magnificentiſſimo illuſtriſsimoq; deuotorum domeſticorum comite vnà venerat, in medium prodiens, tanquam qui reſponſum aliquod allaturus ſit, expectare nos iubet: Paremus non grauatim. Tandem vnà cum quodam Neſtorij clerico foras egreſſus, ita nos affatur: Mihi quidem Neſtorium videre non licuit; per alios tamen ſignificauit, cùm omnes Epiſcopi ſimul cōueniſſent, tum ſe quoque adfuturum. Atque hoc ipſum veſtræ pietati renuntiatum voluit. Nos autē cùm illius, tum reliquorum omniū, qui aderant, fidem teſtati, receſsimus.

Neſtorius domū ſuā, ne vlli ad ſe pateat aditus militibus obſidet.

Neſtorius Cōcilij legatis per Florētium renunciat, ſe Synodo adfuturū, vbi cæteri omnes Epi venerint.

Theodulus Eluſæ Epiſcopus dixit: Ego quoque eadem audiui eademque refero.

Anderius Cherſoneſi Cretæ Epiſcopus dixit: Ecce ego quoque, qui ſacræ Synodi iuſſu iſtuc præſtò fui, ea, quæ religioſiſsimi Epiſcopi collegæ mei audiuerunt, & accuratè retulerunt, audiui, & memini.

Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit; Nihil ex ijs omnibus, quæ ad Eccleſiaſticum ordinem pertinent, prætermitti par eſt. Cùm ergo planum ſit, pijſsimum Neſtorium, & heri & hodie denuo vocatum, non comparuiſſe, age dum tertia rurſum citatione accerſatur. Religioſiſsimi proinde ſacrorum miniſtri Anyſius Thebarum Helladis, Domnus eiuſdē Helladis, Ioannes Epheſti Auguſtamnicæ, & Daniel Darnenſis Lybiæ Epiſcopi, eodem rurſum ſe conferant, vt accedat, tertiò commonefaciant. Et abiuerunt, ductis ſecum Anyſio notario & lectore & Firmo Cappadociæ Epiſcopo; porrò quod hi Anagnoſticum ſecum detulerunt, ita ſonabat:

Citaſ Neſtorius tertio ad Synodū, nec adhuc parere in animum inducit.

Sacra Synodus Canonibus obtemperans, teq; leni patientiáq; animo hactenus ferens, en tertiò ad ſuum conſeſſum te inuitat. Digneris itaque vel nunc tandem huic te adiungere, eorumq; dogmatum, quæ hæreticè pro concione diſſeminaſſe diceris, in communem totius Eccleſiæ vtilitatem rationem reddere. Quòd niſi coram de omnibus, ſiue ea ſcripto contra te allata fuerint, ſiue citra ſcriptum te expurgaueris, ſanctiſſimā Synodum neceſſitate compulſam, iuxta ſanctorum Patrum ſanctiones ſententiam aduersùs te pronuntiaturam eſſe nihil quicquam dubites.

Denuntiatur Neſtorio, niſi veniat & ſe purget, fore vt cōdēnationis ſētentiam in ſeſe excipiat.

Poſteaquàm verò & hi quoque reuertiſſent, Petrus presbyter Alexandrinus, & Notariorum primicerius dixit: Quòniā & hac quoque vice religioſiſsimi Epiſcopi huc redierunt, petimus, vt, quale reſponſum conſecuti ſint, nobis aperiatur.

Rogantur Synodi legati de reſponſo, qđ à Neſtorio tulerant.

Ioannes Hepheſti Epiſcopus dixit: Miſſi à ſacra Deoque dilecta hac Synodo, quò pijſſimum Epiſcopū Neſtorium tertiò inuitaremus, & vt vel nunc tandem ſacræ huic Synodo ſeſe adiungēs, fidei doctrinam vnà nobiſcum diſcuteret, eundem admoneremus, pro eo ac veſtra ſanctitas nobis præceperat, rectà ad illius hoſpitium nos contulimus. Cæterùm cum veſtibulo appropinquaremus, ecce tibi non paruam militum fuſtibus armatorum manum intra ipſum veſtibulum offendimus. Rogamus, vt ad ædium, quibus Neſtorius vtebatur, ianuam nos admittant, vel ſaltem vt ipſi illum, nos cum tertia

Neſtorius domus ſuæ veſtibulū armato milite obſidet.

iam citatione adeſſe, certiorem faciant, à ſacra Synodo ad vnum hoc deſtinatos, vt ſuam pietatem blandè omnique cum manſuetudine inuitemus. Verùm diu multumq; præſtolati, ne ſub vmbra quidē ab illius ſatellitibus conſiſtere permiſſi ſumus. Imò verò inſolenter impudenterque huc illucque nos impellentes, vix tantillum loci cócedebant, vbi pedem quietè figeremus. Sed neque vllo quoque humano beneuoloque reſponſo nos dignabantur. Porrò autem cùm multas horas fruſtra expectaſſemus, illud ſubinde repetentes: Quatuor tantùm Epiſcopi preſtò ſumus, nullo conuitiandi ſtudio incitati; neque ob id miſſi, vt quippiam contumelioſum aut inhoneſtum deſignemus, ſed vt ſecundùm iuris ordinem, etiam nunc tertiò illum, vti ad ſacram hanc Eccleſiam properans, ſacræ Synodo interſit, amicè admoneamus; tandem milites per quoſdam ſignificant, aliud nullū reſponſum nos eſſe ablaturos, etiamſi ad veſperā vſque in domus veſtibulo operiremur. Addunt & hoc quoque, nempe ea de cauſa veſtibulo ſe cuſtodes adhibitos, illudq; à Neſtorio in mandatis accepiſſe, ne vllum omnino, qui à Synodo miſſus eſſet, ad ipſum ingredi permittant.

Magna ſatellitū Neſtorij in legatos concilij inſolētia & impudētia.

Neſtorius nullū à Synodo miſſum ad ſe intromittit.

Anyſius Thebanorum Epiſcopus dixit: Quæ ſāctiſſimus frater & cōminiſter noſter Ioannes expoſuit, ea vera ſunt; ſiquidem multo temporis ſpatio in pijſſimi Neſtorij veſtibulo conſiſtentes hæc vidimus & audiuimus.

Domnus Opuntis Helladis Epiſcopus dixit: Quæ ſanctiſſimi Deoque dilectiſſimi fratres & Symmyſtæ noſtri, Ioannes & Anyſius expoſuerunt, hæc ego etiam vidi, & audiui.

Daniel Darnenſium Epiſcopus dixit: Quæ expoſuerunt pijſſimi Epiſcopi, hæc & ego quoque audiui, & vera ſunt.

Tomi ſecundi, caput III.

ARGVMENTVM.

POSTEAQVAM Neſtorius tertiò legitimè citatus, neque accedit, neque vllam omnino acceſſus ſui ſpem facit; viſum eſt Synodi Patribus rem ipſam, propter quam præcipuè conuenerant, adoriri. Porrò autem ne deeſſet, ad quod ea omnia, quæ de fide tractaturi, aut definituri erant, tāquam ad certam quandam regulam & amuſſim exigerent, toti tractationi Nicænum Symbolū præmittunt. Huic tanquā quiddam cognatum parænéticam Cyrilli ad Neſtoriū mox ſubiungunt, rogantq; vt ſinguli ſuam de ea epiſtola ſententiam in medium adferant; ad vnū omnes Catholicam, omnique ex parte Nicæno Symbolo cōſentaneum reſpondent: Eoſque proinde, qui ſecus ac illa ſentiunt, vel prædicant, iure meritoque inter hæreticos habendos eſſe. Eſt autem hoc loco videre miram quādam varietatem in eundem ſemper ſcopum collimantem: Nam cùm omnes & ſinguli Concilij Patres ſuam de ea parænetica ſententiam promant, omneſque cum fide Nicæna conſpirare diſertè pronuntient, vix vllus tamē in orationis ratione & modo cum altero conſentit.

Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus dixit: Quamuis Eccleſiaſticæ ſāctiones ſat eſſe ſtatuant, ſi rei ad diluenda obiecta crimina tertiò citentur; nos tamen ex quadam benignitate religioſiſſimum Neſtorium quarta citatione admonere & prouocare parati eramus. Verùm quòd Satellitū turmis ædes ſuas vndiq; obſeſſas habeat, quodq; nemini, vt Epiſcopi inde redeuntes teſtati ſunt, aditum ad ſe patefaciat, perſpicuum euadit, conſcientia nequaquam pura ſacræ huius Synodi cōſpectum detrectare. Proinde quæ iam præ manibus ſunt, & ad rectam piamque fidem noſtram corroborandam cōferunt, ea capeſſantur riteque ſecundùm canonicas ſanctiones conſtituantur. Inprimis autem fides, quam trecēti decem & octo Patres, & Epiſcopi Nicææ quondam coacti expoſuerunt, recitetur; quò ſententijs ad fidei doctrinā ſpectantibus cū ea expoſitione collatis, conſentientes quidem cōfirmentur, diſſentientes autē eijciantur. Et lectum eſt fidei Symbolum.

Canones ſat habent, ſi reum ad diluenda obiecta crimina tertiò citent.

Doctrina fidei ad Symbolum Nicænū tanquam ad amuſſim exigenda.

NICÆNA SYNODVS hanc fidem expoſuit.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium Creatorem: Et in vnum Dominū noſtrum Ieſum Chriſtū, Filium Dei Vnigenitum ex Patre, hoc eſt, ex Dei ſubſtantia natum: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt & quæ in cœlo & quæ in terra ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, & paſſus eſt, & die tertia reſurrexit: Aſcendit ad cœlos, & venturus eſt ad iudicādū viuos et mortuos: Et in Spiritūſanctū etc. Qui autem dicunt: Erat aliquando, cū nondum eſſet, & priuſquàm naſceretur, nondum erat; & quòd factus eſt ex non exiſtentibus, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia: Aut qui filium Dei viciſſitudini obnoxium, aut mutabilem eſſe affirmāt, eos Catholica & Apoſtolica Eccleſia anathemati ſubiecit.

Symbolum Nicænum.

Symbolo hoc recitato, Petrus Alexandriæ Presbyter, & Notariorum primicerius dixit: Eſt in manibus noſtris Cyrilli ſāctiſſimi pijſſimique Epiſcopi epiſtola, quam illa perſuaſoria exhortatoriaque doctrina refertam, ad reuerēdiſſimum Epiſcopum Neſtorium, tanquam minùs rectè ſentientē perſcripſit; hanc ſi veſtra ſanctitas iuſſerit, legam.

Acacius Melitenſium Epiſcopus dixit: Quādoquidem religioſiſſimus Petrus, qui ſermonis exordium fecit, quædam à pijſſimo ſanctiſſimoque Epiſcopo Cyrillo ad religioſiſſimum Neſtorium tanquam prauam doctrinā proſeminantem perſcripta eſſe indicauit, cōſentaneum eſt, vt illa quoque legantur; & lecta ſunt. *Hæc autem epiſtola ſuprà ponitur, cuius initium eſt huiuſmodi:* Intelligo quoſdam meæ apud tuā pietatem exiſtimationi detrahere, multaque temere contra me effutire &c.

Recitatur Cyrilli Parænetica ad Neſtorium in Synodo.

Tom. 1. cap. 12.

Lecta

Lecta autem hac epiſtola, Cyrillus Alexandrinus dixit: Audiuit ſancta & magna hæc Synodus, quæ ad religioſiſſimum Neſtorium ſcripſi, ea rectæ fidei congruere: Certò namque perſuaſum habeo, nullam me in partem ab orthodoxæ fidei doctrina deflexiſſe, aut à Symbolo per ſacram & magnã illam Synodum Nicææ olim coactã tradito declinaſſe. Quare ſanctitatem veſtram rogatam cupio, vt coràm exponat, rectène & inculpatè, ſacroque illi Concilio cõuenienter iſthæc ſcripſerim, an ſecus.

Cyrillus exquirit patrum ſentẽtiã de ſua parænetica.

Iuuenalis Hieroſolymorũ Epiſcopus.

Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus dixit: Sacrum fidei Symbolum Nicææ quondam editum, & paulò antè hic recitatum, & ſanctiſſimi ſacratiſſimiq; Archiepiſcopi Cyrilli epiſtolam, cæteraque omnia, à ſacra illa Synodo expoſita, per omnia ſibi conſentanea, ac inter ſe cõſentientia comperio. Quocirca pijs hiſce dogmatis aſſentior & ſubſcribo.

Firmus Cæſareæ.

Firmus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus dixit: Quæ compendio quodam ſummatimq; ac breuiter per ſacram Synodum Nicænam expoſita fuerant, ea dum pietas tua ſubtiliùs commodiusque explanat, fidei ſententiam accuratiorem luculentioremque nobis reddidit. Cùm ergo in prædictis nihil ſit ambiguum, nihil diſſentaneum, ſed omnia cùm ſibi ipſi, tum conſtitutæ fidei ſint conſona, eaq; integritate & conſtantia decurrant ſingula, vt nullam penitùs nouitatem afferant, ego quoque qui eandem fidei ſententiam à ſanctis Epiſcopis & Patribus meis ſuſcepi, hiſce calculum meum adijcio.

Memnon Epheſiorũ.

Memnon Metropolitanus Epheſiorum Epiſcopus dixit: Sanctiſſimi, pijſſimique Patris, & Archiepiſcopi Cyrilli epiſtola, modò lecta, fidei in Nicæa ciuitate à trecentis decem & octo Patribus expoſita, prorſus cõſonat. Cui proinde & nos quoque, quòd nihil mutilũ, nihilque diſtortum aut diſcrepans cõtineat, ſubſcripſimus & aſſentimur.

Theodotus Ancyræ.

Theodotus Ancyræ Epiſcopus dixit: Sacræ fidei expoſitionẽ à trecentis & duodeuiginti ſanctis Patribus, qui Nicææ cõuenerant, editam, admirabilem, rectamque & apptimè piam extitiſſe, id religioſiſſimi Patris, pijſſimique Epiſcopi Cyrilli epiſtola admodum euidenter & luculenter oſtendit. Quæ vno hoc ſolum ab ea fidei expoſitione diſſentit, quòd ea tractet hæc fuſiùs, quæ illa diſſeruerat anguſtiùs: Quare cognita epiſtolę & 318. ſanctorum Patrum concordia, vt illis annuimus & per omnia aſtipulamur, ita etiam patri noſtro Cyrillo, qui illorum dicta planius per hanc epiſtolam expoſuit. Hæc, inquam, nos credimus, quæ illi expoſuerunt, & quæ memorati ſanctiſſimi Epiſcopi Cyrilli epiſtola diſertè explanauit.

Flauianus Philipporum.

Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit: Lecta fide à trecentis decem & octo Patribus in Nicęa ciuitate, in qua congregati erãt, quondam expoſita, recitatâque Cyrilli ſanctiſſimi Patris ac Epiſcopi epiſtola, de fide ad religioſiſſimum Neſtorium perſcripta; comperimus, illam fidei Nicænę euidenter luculenterque cõſentire, multumq; lucis ad hauriẽdam germanam eorum, quæ ibi diſputata ſunt, ſententiam adferre. Quare & ipſe quoque pijſſimi patris, ſanctiſſimique conſacerdotis Cyrilli epiſtolæ per omnia aſſentior; vt quæ à rectæ fidei regula nuſquam diſcedat, ſed tam apoſtolicæ doctrinæ, quàm fidei à ſanctis & orthodoxis patribus in Nicęa ciuitate expoſitæ vbique conſonet.

Ruffus Theſſalonicenſium. Epiſcopi Illyrici.

His & Ruffum quoque Theſſalonicenſiũ Metropolitanum ſubſcribere nihil ambigo: Nam cùm per aduerſam valetudinẽ ipſi huc venire integrum non eſſet, mihi ad ſacram & magnam hanc Synodum proficiſcenti, vt locum ipſius tenerem, mandauit. Quin omnes quoque Illyrici Epiſcopos in meam ſententiam concedere, nihilque de iam lectis hæſitare, certò perſuaſum habeo.

Acacius Melitenæ.

Acacius ciuitatis Melitenæ Epiſcopus dixit: Cùm ſanctiſſimi pijſſimiq; Epiſcopi Cyrilli epiſtolam omni pietate refertam, nullamque in partem à 318. ſanctorum Nicænorũ Patrum expoſitione diſcrepantem videam, ſententiam illius obuijs vlnis complector. Eademque Eccleſiam iam inde ab initio ſapuiſſe, eademque ſenſiſſe, cùm ex ſanctorum Patrum monumentis, tum ex diuinis quoque Scripturis, tum ab ipſa denique fidei traditione edoctus, certiſſimè ſcio.

Iconius Gortynæ.

Iconius Metropolis Gortynæ Epiſcopus dixit: Fidei ſanctiſſimorumque Nicęnorũ Patrum expoſitione recitata, lecta rurſum & recitata epiſtola Cyrilli, patris ac Epiſcopi ſanctiſſimi, cognitoque huius ſententiam cũ illius expoſitione aptè cõgruere, vtrique aſſentior, & ſubſcribo, eandemque, quam illi, ſententiam ſequor, In nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Qui autem ſecus ſapiunt, eos ſanctã Synodũ explodere neutiquã dubito.

Hellanicus Rhodiorum.

Hellanicus Rhodiorũ Metropolis Epiſcopus dixit: Orthodoxæ fidei expoſitionem in Nicęa ciuitate editam, ſanctiſſimiq; & pijſſimi Epiſcopi Cyrilli epiſtolã ab ea haudquaquã diſſentientem complector; & hanc veram rectamque fidem cõſtanter confiteor. Illis autem, qui huic cõtraria ſapiunt, ipſe Deus ſeſe opponet; Anathema ſit illi, qui ſacram Virginem Deiparam eſſe inficiatur.

Palladius Amaſeiæ.

Palladius Amaſeiæ Epiſcopus dixit; Sãctiſſimi, Deoque addictiſſimi patris noſtri Cyrilli epiſtola iam ibic recitata, fidei à ſanctis Patribus Nicænis expoſitæ prorſus conſentit. Cùm igitur rectè habeat, ſanctorumque Nicęnorum Patrum expoſitioni per omnia, vt modò aiebam, conſentanea videatur, eam veneror, eidemque aſſentior, & quod tam ipſa, quàm ſancti Patres Nicęni decreuerunt, ego quoque decerno.

r' Aphrodiſiadis.

Cyrus ciuitatis Aphrodiſiadis, prouinciæ Cariæ Epiſcopus dixit: Cùm ſanctiſſimi pijſſimique Epiſcopi Cyrilli epiſtolam, quam ad religioſiſſimum Neſtorium perſcripſit, fidei à ſáctiſſimis Patribus, in Nicęa ciuitate quõdam congregatis expoſitæ conſonum, eundemque ad ſcopum collimantem conſpiciã, & ego eadem cum Patribus, qui ante me ſententias dixerunt, ſentio.

Perigenes Corinthiorum.

Perigenes Corinthiorum Epiſcopus dixit: Idẽ planè de fide à Cyrillo ſanctiſſimo ſacratiſſimoque Epiſcopo noſtro rectè nunc expoſita meum iudicium eſt, quod de fidei Symbolo, à ſanctiſſimis ſacratiſſimiſq; Patribus Niceæ quondam edito. Patrum proinde ſanctiones ab initio traditas, & ad præſens vſque tẽpus integrè apud nos cõſeruatas, citra vllam hęſitationẽ in poſterum quoque cuſtodire deſidero.

Amphilochius Sydæ.

Amphilochius Sydæ Epiſcopus dixit: Archiepiſcopi Cyrilli longè pijſſimi atque ſanctiſſimi epiſtolam, traditionem Apoſtolicam ad amuſſim exprimentem & retinẽtem, fideiq; à ſanctis Patribus Nicænis traditæ aptè congruentem, magna cum veneratione ſuſcipio, dogmatumq; pietatem meo etiam ſuffragio confirmo.

Prothymi' Comanæ.

Prothymius Comanæ ciuitatis Epiſcopus: Cùm fidei expoſitionem, per ſanctiſſimi Epiſcopi ad Patris noſtri Cyrilli epiſtolam nobis propoſitam ac relectam, ſolis nudiſq; tãtùm vocibus à fide per 318. Patres edita diſcrepare videam: (Nec enim vlla omnino in re, illa plus habet, aut ab illa deficit:) Profiteor in ea me fide baptizatum eſſe, & adoleuiſſe: Ordinatum rurſum, & Sacerdotij dignitate ornatum eſſe. In ea mori, eamque in reſurrectione Chriſto Domino cõſeruare percupio.

Ioannes Praconeſi.

Ioannes Praconeſi Epiſcopus dixit: Quæ religioſiſſimus Prothymius Epiſcopus depoſuit, eadem & ego quoque depono, nec aliter credo.

Conſtãtius Phrygiæ.

Conſtantius Phrygiæ Pacatianæ Epiſcopus dixit: Eadem ego quoque depono, atque ita credo.

Valerian' Iconij.

Valerianus Iconij Epiſcopus dixit: Diuerſis dictionibus, vnum eundemque fidei canonẽ traditum comperimus, prout vtraque ab vno quoque eodemq; Spiritu dictata ſunt. Cùm itaque ſanctiſſimi pijſſimique Patris noſtri Cyrilli epiſtolam ijs, quæ orthodoxè abſoluteque à ſacra Synodo Nicæna dicta editaque ſunt, conſonam cõſentientemque perſpiciamus, non poſſumus huic nos quoque non ſubſcribere & aſſentiri, maximè verò, cùm eã epiſtolam ſanctorum Patrum fidem non ſecus atque pretioſum quoddam vnguentum, non abſque ſuaui fragrantia ſpirare deprehendamus.

Theodul' Eluſæ.

Theodulus Eluſæ Epiſcopus dixit: Sacroſanctam ſacræ & magnæ huius Synodi fidem, ſanctiſſimique & pijſſimi Archiepiſcopi Cyrilli epiſtolam, & fidei Symbolum in ciuitate Nicæa quondam à 318. ſanctiſſimiſq; Patribus noſtris compoſitum pari affectione complector.

Fidus Ioppæ.

Fidus Ioppæ Epiſcopus dixit: Trecẽtorum decem & octo ſanctorum Patrum Nicæę cõgregatorum fidem veneror. Veneror nihiloſecius, & admiror epiſtolam quoque Cyrilli Epiſcopi, quod quidem ad fidem attinet, ſanctiſsimi & pijſsimi modò recitatam: Vt quæ Spirituſancto dictante exarata, cum Patrum fide omni ex parte cõſentiat. Neque dubium vllum mihi eſt, quicunque in hac ipſa Spirituſſancti fide nõ perſeuerauerit, eum à ſacra & Catholica Eccleſia alienum fore.

Paulinus Maumæ.

Paulinus Meumæ primę Paleſtinæ Epiſcopus dixit: Patrum fidem, quam à trecentis duodeviginti Epiſcopis olim Niceæ congregatis didicimus, ipſam eandem, & à religioſiſsimo quoque Epiſcopo Cyrillo deſcriptam agnoſcimus. Quare non ſecus, quæ ab illo dictata ſunt, ac certa Spiritus ſancti oracula ſectamur & exoſculamur.

Daniel Coloniæ.

Daniel Coloniæ Cappadociæ Epiſcopus dixit: Ipſa verba ipſaſque propemodum ſyllabas in ſanctorum Patrum Nicænorũ expoſitione comprehenſas, promulgataſq; ab illis dogmatũ ſententias, in Cyrilli ſanctiſsimi ſacratiſsimique Patris noſtri epiſtola, veluti paternas quaſdam imagines agnoſcens, neque hãc ipſam doctrinã à ſanctis Patribus in Eccleſia mihi tradita ſeminatam, radicatamque & creditam ignorans, ingenuè fateor, ſacratiſsimi Epiſcopi Cyrilli epiſtolam ſanctorũ Patrum expoſitioni per omnia cõformem eſſe. Et hæc ſententia non mea ſolùm, ſed Eccleſię quoque mihi ſubiectæ, in nomine homouſię Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti.

Anyſius Thebanorum.

Anyſius Thebanorum Epiſcopus dixit: Vt communium ſanctorum Epiſcoporum præſentiæ coniungor; ita à cõmuni quoque eorundem ſententia diſcrepare nõ debeo. Quare cùm Cyrilli ſáctiſsimi ſacratiſſimiq; Epiſcopi doctrinam rectam eſſe intelligam; neque ſanctorum Patrum Nicænorum expoſitionis, vlla ex parte diſsimilem, aut diſſentaneam eſſe animaduertam, equidem non grauatim ei ſubſcribo.

Callicrates Naupacti.

Callicrates Naupacti Epiſcopus dixit: Cùm epiſtola à Cyrillo ſanctiſsimo Patre & Epiſcopo noſtro ędita à ſanctorum beatorumq; Patrum, qui in ſacra & beata Synodo Nicæna quondam conuenerunt, decretis & expoſitionibus non diſſentiat, non poſſum equidẽ in illius ſententiam non ire.

Domnus Opuntianæ.

Domnus ciuitatis Opuntinæ Epiſcopus dixit: Si quid ijs, qui fidem noſtram exactè non callent, ſecus opinati ſunt, malè opinati ſunt. Nos verò quæ ſanctiſsimus Epiſcopus Cyrillus definiuit, & rectè habere, & 318. Patrum Synodo Nicææ olim congregatæ coo-

conſentanea agnoſcimus & prædicamus. Atque ideo vt vtraque ſuſcipiantur & obſeruentur, æquum iudicamus. Quod reſtat, credo in Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, optoque in ea fide & doctrina & viuere & extremum ſpiritum edere.

Niceas Megarenſium.

Niceas Megarenſium Epiſcopus dixit: Vt vnum idemque ſentientes huc conuenimus; ita vnū idē q; affirmare quoq; didicimus. Cū ergo quæ à ſanctiſſimo Epiſcopo Cyrillo, & à ſanctis Patribus Nicenis expoſita & definita ſunt, inter ſe conſentiant; conſentimus & nos quoque iiſdem. Nec de iis, quæ vel nunc quoque rectè definita videntur, quicquam omnino ambigimus.

Romanus Rhaphiæ.

Romanus Rhaphiæ Epiſcopus dixit: Et ego quoq; Cyrilliana iis cōſona iudico, quæ à trecentis decem & octo ſanctis Patribus Niceæ quondam coactis decreta ſunt. Quare ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi Cyrilli epiſtolæ, quòd cum fide à ſanctis Patribus expoſita conſpiret, equidem aſſentire non dubito.

Gregorius Ceſarienſis.

Gregorius Epiſcopus Ceſarienſis dixit: Sanctiſſimi piiſſimique Archiepiſcopi Cyrilli Epiſtolæ, ſacræ Niceæ Synodi fides conſentanea docet. Cùm ea ergo ab Eccleſiaſtica fide nihil penitùs diſcedat, coràm hic conſtitutus, in hac fide lubenter acquieſco, huic aſſentior, & ſubſcribo. Neque id pro me tantùm, verùm etiam pro piiſſimo Eluſii Neocæſareæ Metropolitano; ſiquidem hoc in mandatis ab illo accepi.

Metropolitanus Eluſii.

Nunechius Pergæ.

Numechius Pergæ Pamphyliæ Epiſcopus dixit: Cùm epiſtola patris noſtri Cyrilli, ſanctiſſimi piiſſimique Archiepiſcopi modò nobis lecta, cum fide in ciuitate Nicea à ſanctis Patribus edita per omnia conſentiat, hanc equidem approbo, neque aliter ac ipſa profitetur credo. Quin etiam ætatem in hac præclara fide tranſigens, eamque vitæ finem vſque conſtanter, vt deſidero, retinens, cum fiducia Chriſti tribunal adibo.

Solon Caraliæ.

Solon Caraliæ Pamphiliæ Epiſcopus dixit: Vt Chriſtiana fides, quam Cyrillus ſanctiſſimus piiſſimusque Epiſcopus tradidit, & tradit, ſacræ & magnæ illi Synodo Nicenæ per omnia conformis & conſona eſt; ita equidem credens baptiſmo initiatus ſum, & adhuc ita credo, eamque fidem ad ſupremum vſque halitum retinere peropto.

Acacius Cotennorum.

Acacius Cotemorum Pamphyliæ Epiſcopus dixit: Cùm Patris noſtri Cyrilli Archiepiſcopi ſanctiſſimi epiſtolam, à fide ſanctorum Patrum, qui Niceę conuenerant, atque adeò ab ipſa orthodoxa fide, ne latum quidem vnguem diſcrepare videam, profiteor & ego quoque, nec aliter me ſentire, ne ſecus me credere.

Tarianus Lyrbæ.

Tarianus Lyrbæ Pamphyliæ Epiſcopus dixit: Et ego eadem ſtatuo: Et vt ſanctorum Patrum ac Epiſcoporum noſtrorum dogmata, ita piiſſimi, Deoque addictiſſimi Cyrilli epiſtolam approbo.

Nectarius Senenniorum.

Nectarius Senenniorum Pamphyliæ Epiſcopus dixit: Confeſſionem editam, ratam habeo: Neque minorem fidem Cyrilli religioſiſſimi piiſſimique Epiſcopi epiſtolæ, quàm ſanctorum Patrum ac Epiſcoporum noſtrorum dogmatibus adiungo.

Matidianus Coracifiorum.

Matidianus Coracifiorum Pamphyliæ Epiſcopus dixit: Confeſſioni de recta & ſana fide à Patribus hic nunc præſentibus editæ, aſſentior: Aſtipulor & eorum quoque ſententiæ, qui olim non abſque Diuino numine in ciuitate Nicea fidei formulam tradiderunt, nihil dubitans, vnam hanc Apoſtolicam eſſe. In qua proinde viuere quamque ad ſupremum vſque vitæ ſpiritum integram retinere deſidero.

Neſius Coribraſſi.

Neſius Coribraſſi Pamphyliæ Epiſcopus dixit: Sancta fides à ſanctis & beatis Patribus Niceæ quondam collectis expoſita; & epiſtola ſanctiſſimi piiſſimique Epiſcopi Cyrilli hodierno die recitata, pulchrè conſpirant. Quare donec animam exhalauero, fidem hanc ſeruare percupio.

Epiphanius Cratiæ.

Epiphanius Cratiæ Epiſcopus dixit. Et ego quoque ſanctorum Patrum & Epiſcoporum noſtrorum dogmatis, & epiſtolæ, quam piiſſimus Archiepiſcopus Cyrillus ad Neſtorium ſcripſit, aſſentior, & quoad vixero, in iis perſeuerare cupio.

Euſebius Heracleæ.

Euſebius Heraclea Honoriadis prouinciæ Epiſcopus dixit: Sanctiſſimi ſacratiſſimique Patris noſtro Cyrilli epiſtolæ fidei trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, qui Niceæ quondam conuenerant, æmulæ; eandemque ad amuſſim exprimenti planè aſſentior, meamque omnem vitam in ea fide traducere vehementer deſidero.

Siluanus Cerataporum.

Syluanus Cerataporum Phrygiæ Pacatianæ Epiſcopus dixit: Etſi ſacri Baptiſmatis gratiam tardiùs conſecutus ſum; in ea tamen fide, quæ à 318. ſanctis Patribus & Epiſcopis Niceæ quondam congregatis edita eſt, & nunc per Epiſcopi Cyrilli epiſtolam, fuſiùs quidem, Nicenæ tamen fidei conſentaneè explanata eſt, baptizatus ſum. In hanc rurſum & ipſe quoque permultos ſalutari lauacro expiaui. Hanc denique immaculatam, vſque ad reſurrectionis diem conſeruare, Chriſtoque præſentare exopto.

Eutropius Etenorum.

Eutropius Etenorum Pamphyliæ Epiſcopus dixit: Cùm Cyrilli ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi epiſtola hodierna die recitata, iis omnibus, quæ 318. ſancti Patres Niceæ congregati, expoſuerunt ac definierunt quam ſimillima ſit: Ego quoque huic aſſentior ſubſcriboque, & in hac confeſſione Chriſto Domino olim ſiſti percupio.

Secundianus Lamię.

Secundianus Lamiæ prouinciæ Theſſaliæ Epiſcopus dixit: Id credidi, & etiamnum credo: Id rurſum ſenſi, & huc uſque ſentio, quòd à 318. ſanctis & beatis Patribus & Epiſcopis Niceæ coactis expoſitum ac definitum eſt. Cui expoſitioni & definitioni ſanctiſſimi

Deoque

Deoque addictiſſimi Patris & Epiſcopi noſtri Cyrilli epiſtola modò prælecta penitùs conſentanea eſt.

Theodorus Echinei. *Theodorus Echinei prouinciæ Theſſaliæ Epiſcopus* dixit: Hæc eadem & ego quoque ſentio; eiſdemque ſubſcribo.

Rufinus Thaborũ. *Rufinus Thaborum Epiſcopus* dixit: Quæ ſanctiſſimi Patres noſtri Niceæ congregati tenuerunt & crediderunt, hæc ego quoque credo & teneo. Cyrilli præterea ſanctiſſimi ſacratiſſimique ac Deo deuotiſſimi Patris & Epiſcopi epiſtolæ, quod nihil niſi iuſtum rectumque contineat, neque expoſitæ fidei aliqua ex parte repugnet, meum ſuffragium do.

Theodorus Arbelorũ. *Theodorus Arbelorum Epiſcopus* dixit: Et ego quoque eadem iudico, & ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi Cyrilli epiſtolam, vt quæ rectam orthodoxamque fidem complexa ſit, meo calculo approbo.

Paulus Anthedonis. *Paulus Anthedonis Epiſcopus* dixit: Et ego epiſtolæ ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi Cyrilli, quòd fidei ſanctorum Patrum, qui Niceæ quondam conuenerant, neutiquam refragetur, non grauatim aſtipulor.

Letoius Libyadis. *Letoius Libyadis Epiſcopus* dixit: Quod ſancti Patres noſtri Niceni conſtituerunt (nam fidem Orthodoxæ fidei regulæ conuenienter expoſuerunt) hoc & ego quoque credo. Sed & Cyrilli quoque ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi epiſtolæ plurimum tribuo.

Petrus Parẽbulorum. *Petrus Parembulorum Epiſcopus* dixit: Ego item huic ſententiæ me ſocium adſcribo, epiſtolamque Cyrilli ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi, vt qui rectam piamque doctrinam contineat, laudo ac probo.

Ioannes Auguſtopolis. *Ioannes Auguſtopolis Epiſcopus* dixit: Iuxta fidei regulam à ſanctis Patribus nobis traditam, equidem credo; ſubſcriboque epiſtolæ Cyrilli ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi, vt quæ doctrinam ab hac fide neutiquam declinantem comprehendat.

Saidas Phœnis. *Saidas Phœnis Epiſcopus* dixit: Cùm ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi Cyrilli epiſtola, Orthodoxè fidei conſona doceat, non poſſum eam non multum commendare.

Theodorus Gadarorũ. *Theodorus Gadarorum Epiſcopus* dixit. Quandoquidem epiſtola Cyrilli ſanctiſſimi ſacratiſſimique hac luce prælecta, doctrinam rectam piamque & fidei à ſanctis Patribus Niceæ congregatis expoſitæ conſonam complectitur, in illius ſententiam ego quoque concedo.

Ioannes Sycamazonis. *Ioannes*, alias Æanus, *Sycamazonis Epiſcopus* dixit: Pari modo & ego ſanctiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi Cyrilli epiſtolæ ſubſcribo, quippe quæ fidem Orthodoxam, à ſanctis Patribus noſtris traditam, exactè aſſecuta ſit.

Theodoſius Maſtaurorum. *Theodoſius Maſtaurorum Aſiæ Epiſcopus* dixit: Cùm fidem, quam 318. ſancti Patres Niceæ quondam expoſuerunt, iam inde ab initio ad præſentem vſque diem fideliter ſemper complexus ſim, Cyrilli ſanctiſſimi ſacratiſſimique epiſtolam ad religioſiſſimum Epiſcopum Neſtorium perſcriptam, ab illa nequaquam recedere, apertè deprehendam, & huic quoque, vtpote doctrinæ Patrum, ad animarum vtilitatem comparatæ conformi adhæreo ſubſcriboque.

Alexander Arcadiopolis. *Alexander Arcadiopolis Aſiæ Epiſcopus* dixit: Sanctiſſimi Deique amantiſſimi Epiſcopi Cyrilli epiſtolę, fidei 318. ſanctorum Patrum Nicænorum conſona conſentaneaque docenti fidem habui & habeo, atque in hac fidei ſententia perſeuerare etiam atque etiam cupio.

Maximus Cumarum. *Maximus Cumarum Aſiæ Epiſcopus* dixit: Sanctiſſimi pijſſimique Patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolę, quod à recta fide, quam ſancti Patres Nicęni ediderunt, nequaquam diſcrepet, aſſentior ſubſcriboque: Et hanc fidem Orthodoxam eſſe confiteor.

Theoſebius Prienæ. *Theoſebius Prienæ Epiſcopus* dixit: Fidei Symbolum à 318. Patribus editum, recipio, illudque ſanctis Eccleſijs hactenus trado. Quin & Cyrilli quoque ſanctiſſimi ſacratiſſimiq; Epi Epiſtolam, quã ad religioſiſſimum Neſtorium dedit, tanquam fidei apud Nicęam expoſitę conſentaneam admitto.

Eutropius Euazorũ. *Eutropius Euazorum Epiſcopus* dixit: Iuxta ſanctorum Nicęnorum Patrum fidem, Cyrilli quoque pijſſimi Epiſcopi epiſtolę, quòd cum illorum Patrum fide minimè pugnet, conſentio, eidemque credidi & credo.

Euthalius Colophonis. *Euthalius Colophonis Aſiæ Epiſcopus* dixit: Sanctę fidei ſanctorum Patrum, qui olim Nicęę conuenerunt, & ſacratiſſimi pijſſimique Epiſcopi Cyrilli epiſtolę, quam ad religioſiſſimum Neſtorium deſtinauit, propterea quòd cum Nicęno Symbolo conſpiret aſtipulor ſubſcriboque, ac iuxta huius traditionem credo.

Docimaſius Maroniæ. *Docimaſius Maroniæ Epiſcopus* dixit: Cùm literas ſanctiſſimi ſacratiſſimique Patris noſtri Cyrilli fidei piè Chriſtianeque à ſanctis Patribus in Nicea ciuitate quondam expoſitę conſentaneas eſſe videam, idemque ſentiam, non poſſum his non aſſentiri, ardenterque, vt eam ipſam fidem ad mortem vſque integram conſeruem deſiderare.

Lucianus Toperi. *Lucianus Toperi Epiſcopus* dixit: Epiſtolę pijſſimi ſanctiſſimique Patris noſtri ad religioſiſſimum Neſtorium exaratę, & coràm hic paulò antè recitatę, eiuſdemque doctrinę per omnia ſuffragor. Et quoniam expoſitioni ſacrę Synodi in Nicęnorum Metropoli quondam congregatę, vndiquaque conſonam comperio, hanc illius fidem ad mortem vſque retinere percupio.

Ennepius Maximianopolis. *Ennepius Maximianopolis Epiſcopus* dixit: Cùm epiſtolam ſanctiſsimi ſacratiſsimique

Patris

Patris & Epiſcopi noſtri Cyrilli ad religioſiſſimum Neſtorium præſcriptam, fidei à ſanctiſſimis Patribus in Nicænorum Metropoli olim congregatis expoſitæ, concordem conſentientemque deprehendam, equidem huic repugnare non valeo; quin potiùs in hac me fide oblecto, inconcuſſamque ad finem vſque ſeruare ſtatuo contendoque.

Stephanus Dij.

Stephanus Dij Epiſcopus dixit: Epiſtolam ſanctiſſimi ac ter beati Patris noſtri ac Epiſcopi Cyrilli, cum fide per 318. ſanctos Patres & Epiſcopo, q. Niceæ olim coierunt, expoſitæ conuenire, dum legeretur, audiuimus. Quare & ego quoque illi aſſentior eidemque credo.

Modeſtus Aneatarũ.

Modeſtus Aneatarum ciuitatis Phrygiæ Epiſcopus dixit: Et ego quoque fidei à 318. ſanctis Patribus & Epiſcopis Nicænis explanatę, inhęreo inſiſtoque. Quin & epiſtolæ quoque ſanctiſsimi Patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli ad reuerendiſsimum Epiſcopum Neſtorium exaratæ, & iam nunc recitatæ, quod fidei à prædictis Patribus expoſitæ, nequaquam repugnet, penitus aſſentior.

Aphobius Coloæ.

Aphobius Coloæ Epiſcopus dixit: Epiſtolæ ſanctiſsimi Deique amantiſsimi Epiſcopi Cyrilli modo relectæ, quod à fide per 318. ſanctos Patres, qui Niceæ conuenerant, explanatâ haudquaquam diſcrepet, aſſentior, credoque.

Maximus Aſi.

Maximus Aſi ciuitatis Aſiæ Epiſcopus dixit: Quemadmodum ſanctiſsimus Deique amantiſsimus Epiſcopus noſter Cyrillus docuit; ita & ego credo concordanterque in hac fide perſeuero.

Dorotheus Myrthinæ.

Dorotheus Myrthinæ ciuitatis Epiſcopus dixit: Epiſtolæ Cyrilli longè ſacratiſsimi pijſſimique Epiſcopi & Patres noſtri iam recitatæ, quod à 318. ſanctorum Patrum fide nullam in partem diſcrepet, credo, & quod illa ſenſit, hoc ego quoque ſentio & teneo.

Eucharius Doracij.

Eucharius Doracij Epiſcopus dixit: Cyrilli ſanctiſsimi Deoque dilectiſsimi Epiſcopi epiſtolam ad religioſiſsimũ Epiſcopum Neſtorium confectam, iuſta trutina examinans, fidei à ſanctiſsimis Patribus noſtris Niceæ quondam congregatis explanatæ ad amuſſim reſpondere comperio. Quare & ego quoque ſic teneo ac credo; ad eundemque modum comparatus in Domino viuere & mori exopto.

Theodorus Aninyſiæ.

Theodorus Epiſcopus Aninyſiæ dixit: Atqui etiam ego ſanctorum Patrum ſententię de fide in Nicęa ciuitate olim expoſitæ, nec non & epiſtolæ à Cyrillo Deo deuotiſsimo Epiſcopo ad religioſiſsimum Epiſcopum exaratę, aſtipulor.

Eudoxius Chomatis.

Eudoxius Chomatis ciuitatis Lyciæ Epiſcopus dixit: Quę ſanctiſsimus ſacratiſsimusque Pater & Epiſcopus noſter Cyrillus ad reuerendiſsimum Neſtorium pręſcripſit, ea, quòd fidei à ſanctis Patribus Nicęnis explanatę minimè refragentur, cum omni admiratione & veneratione ſuſcipio; fateorque ac depono, hoc ipſum me ſentire, quod ſancti Patres noſtri expoſuerunt.

Philippus Pergami.

Philippus Pergami Epiſcopus dixit: Cùm fidei à 318. ſanctis Patribus Nicænis expoſitæ; tum canonibus quoque & ſanctionibus, quas illi ipſi edidere; tũ ſanctiſsimi denique Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolæ, quæ cum ijſdem Canonibus per omnia conſentit, aſtipulor; atque ad hunc modum ſentio & credo.

Euſebius Magneſiæ.

Euſebius Magneſiæ ciuitatis Aſiæ Epiſcopus dixit: Fidem à 318. ſanctis Patribus noſtris expoſitam amplector; Cyrilli quoque ſanctiſsimi patris & Archiepiſcopi noſtri epiſtolæ, quæ Nicænæ fidei vndiquaque concinit, aſſentior, idemque planè decerno.

Eutychius Erthrorũ.

Eutychius Erthrorum ciuitatis Aſiæ Epiſcopus dixit: Sanctorum Patrum oraculis perſuaſus, diuerſarumque prouinciarum Metropolitanorum, qui, & fidei à 318. ſanctis Patribus Nicænis expoſitæ, & epiſtolæ nihilominus, quàm ſanctiſsimus Epiſcopus Cyrillus ad reuerendiſsimum Neſtorium dedit, aſſenſerunt, demonſtrationibus inductus; & ego quoque eadem confiteor & credo.

Donatus Nicopolis.

Donatus, aliàs Dynatus, Nicopolis, veteris Epiri Epiſcopus, dixit: Cùm epiſtolam, quam ſanctiſsimus pijſsimuſque Symmiſta noſter Cyrillus ad reuerendiſsimum Neſtorium pridem exarauit, hodiernaque die in ſacra hac & magna Synodo relegi curauit, ſanctorum Patrum Nicææ coeuntium, Orthodoxamque fidem exponentium ſententię fideique conſonam conſentiamque audiam inueniamque, ipſum epiſtolæ contextum, Orthodoxamque fidem in illa incluſam, omni acceptatione dignam arbitror. Quare quæ Dynatus Metropolis meæ Epiſcopus ſenſit affirmauitque, ego quoque ſentio & affirmo.

Dynatus iſte alius eſt.

Heracleo Trallium.

Heracleo Trallium Epiſcopus dixit: Sanctorum Patrum veſtigii inſiſto, explanationique 318. Epiſcoporum, qui in Nicea Synodo Orthodoxæ fidei præcones extiterunt, conſtanter inhæreo. Porrò autem in ſacra hac Synodo ſanctiſsimum, Deoque deuotiſſimum Epiſcopum & Patrem noſtrum Cyrillum eadem illa per epiſtolam prædicantem & illuſtrantem audiens, non poſſum his, quę 318. Patrum ſententiæ conſentanea docet, non aſtipulari; optoque in hac fide vſque perſeuerare, & veſtris precibus adiutus vita defungi.

Paralius Antraporum.

Paralius ciuitatis Antraporum Epiſcopus dixit: Fidem, quam à 318. ſanctis Patribus in Nicæna ciuitate quondam coactis traditam, vnà cum lacte hauſi, etiamnum teneo & comprobo. At quia ea, quæ ſanctiſsimus Deoque amantiſsimus Pater noſter Cyrillus fuſiore quadam explanatione per epiſtolam paulò antè nobis propoſuit, huic ipſi Patrum

Sym-

Symbolo per omnia conformia & conſona comperiuntur; equidem & huic quoque aſſentior, & in ea fide huius vitæ curriculum abſoluere deſidero.

Archelaus Mendi.

Archelaus Mendi ciuitatis Cariæ Epiſcopus dixit: Deo deuotiſsimi pijſsimiq́ue Patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtola fidei piè ſalubriterq́ue à ſanctis Deoq́ue deditiſſimus Patribus & Epiſcopis apud Nicæam olim cõgregatis expoſitæ, vndiquaque reſpondet; itaque quod ipſa credit & p̃dicat, hoc me quoque credere & tenere profiteor, & porrò credere exopto.

Apellas Cibyrrhæ.

Apellas Cibyrrhæ Cariæ Epiſcopus dixit: Ego quoque eadem affirmo, ijſdemq́ue ſubſcribo.

Thomas Derbis.

Thomas Derbæ Lycaoniæ Epiſcopus dixit: Quin & ipſe quoque cùm Patrum fidem, tum ſanctiſsimi quoque pijſſimiq́ue Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolam ſuſcipio, idemq́ue, quod illa, teneo & credo.

Themiſti° Laſi.

Themiſtius Laſi Cariæ Epiſcopus dixit: Iuxta ſanam 318. ſanctorum Patrum Nicænorum fidem, illiq́ue conſonam concordemq́ue pijſſimi Patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolam paulò ante hic recitatam, equidem credo, eademq́ue pono affirmoq́ue.

Spudaſius Ceramorũ.

Spudaſius Ceramorum prouinciæ Cariæ Epiſcopus dixit: In ſanctorum Nicęnorum Patrũ fide hactenus vixi, & quod reliquum eſt vitæ in ea tranſigere peropto. Pari modo & epiſtolam quoque, quam ſanctiſsimus Archiepiſcopus & Pater noſter Cyrillus ad pijſsimum Neſtorium conſcripſit, recipio amplectorq́ue; vt quæ nulla ex parte à Symbolo Niceno diſcrepare comperiatur. Quam ob rem vtrique horum adſtipulor, vtrique aſſentior.

Aphthonetus Heraclææ.

Aphthonetus Heraclææ Cariæ Epiſcopus dixit: Sanctiſsimi Deoq́ue deuotiſsimi Patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtola, haud aliud ſanè eſt, quàm quædam baſis & explanatio fidei, quam ſanctiſsimi Patres Nicęni tradiderunt. Quapropter ſecundùm vtriuſque traditionem me credere profiteor, & in poſterum credere percupio.

Philetus Amazonis.

Philetus Amazonis Cariæ Epiſcopus dixit: Iuxta cœleſtem & præclaram illam fidem, quam 318. ſanctiſſimi Deoq́ue chariſſimi Epiſcopi Nicęæ coacti nobis expoſuerunt, & hanc ſanctiſſimi Archiepiſcopi & Patris noſtri Cyrilli epiſtolam, ad Nicææ expoſitionis amuſſim exaratam credo & pono, eiuſdemq́ue pietati ſubſcribo.

Phanias Harpaſorũ.

Phanias Harpaſorum ciuitatis Cariæ Epiſcopus dixit: Secundùm cœleſtis fidei explanationem à 318. ſanctis Patribus in ciuitate Nicææ congregatis editam; nec non iuxta Cyrilli communis Patris noſtri ſanctiſſimi ac Deo deuotiſſimi Epiſcopi epiſtolã, ad religioſiſſimum Neſtorium pridem miſſam, nobiſque non multò antè prælectam idem, cum cæteris reſpondeo, quæq́ue ipſa docet, ea me quoque tenere non diffiteor; quippe quæ à ſanctorum Patrum fide ne latum vnguem recedere videbatur.

Promachi° Alindorũ.

Promachius Epiſcopus Alindorum Cariæ dixit: Cùm ipſe quoque non ignorem ſanctiſſimi piiſſimiq́ue Patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolam, fidei, quam ſanctiſſimi Deoq́ue deuotiſſimi Patres & Epiſcopi noſtri, olim Nicææ coacti expoſuerunt, neutiquam eſſe diſſentaneam, ſecundùm illius doctrinam ac ſententiam, credo, ſentio, ſtatuo.

Suidas Phænis.

Suidas Phænis veteris Palæſtinæ Epiſcopus dixit: Cùm iis, quæ 318. ſancti ſacræ Synodi Nicenæ Patres ſanxerunt, tum iis rurſum, quæ ſanctiſſimi piiſſimiq́ue Cyrilli literis declarata fuerunt; tum iis tandem, quæ ſanctiſſimus pijſſimuſq́ue noſter Iuuenalis ſanctorum Patrum expoſitioni conſentanea depoſuit, aſſentior ſubſcriboque.

Ioannes Hephæſti.

Ioannes Hephæſti Epiſcopus dixit: Cùm fides per ſacram ſanctorum Patrum Synodum in Nicæna ciuitate quondam coactam, explanata, ſanctiſſimiq; ac Deo deditiſſimi Patris ac Epiſcopi noſtri Cyrilli epiſtola ad religioſiſſimum Neſtorium perſcripta, eandem ſententiam contineant, eandemq́ue diuerſis licet ſyllabis & dictionibus fidem profiteãtur; equidem vtrique ſubſcribo idemq́ue cum illis ſentio; & ſanctæ Trinitatis gratia munitus ætatem in illis tranſigere exopto.

Athanaſi° Paraliorũ.

Athanaſius Paraliorum Epiſcopus dixit: Et ego quoque eadem pono affirmoq́ue, & cum recta fide Archiepiſcopi noſtri Cyrilli conſentio.

Senecio Codriæ.

Senecio Epiſcopus Codriæ dixit: Iuxta fidem à 318. ſanctis Patribus noſtris Spirituſancto afflatis in ciuitate Nicæna definitam; tum iuxta epiſtolam quoque ſanctiſſimi Deoq; deuotiſſimi Epiſcopi Cyrilli modò hic recitatã credo & ſubſcribo.

Euſebius Aſponorũ.

Euſebius Aſponorum ciuitatis Ancyræ Epiſcopus dixit: Cùm non ignorem: inter fidem per piiſſimi Deoq́ue dilectiſsimi Patris noſtri Cyrilli epiſtolam explanatam, & fidem Nicææ quondam à ſanctis Patribus editam, ſummam concordiam, ſummamq́ue conſenſionem intercedere, vtranque recipio, approbo & teneo, eademq́ue cum illis credo, ſentio & doceo.

Theon Athroitæ.

Theon Epiſcopus Athroitæ dixit: Sanctiſsimi Epiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolæ, quòd fidei à ſanctis Patribus olim Nicææ congregatis expoſitæ conſona doceat, ſubſcribo.

Daniel Darnenſium.

Daniel Darnenſium Epiſcopus dixit: Sanctiſſimi Deoq́ue deuotiſsimi Patris noſtri Cyrilli epiſtolæ iam recitatæ, fideiq́ue ſanctorum Patrum Nicænorum æmulæ & ſequaci aſſentior.

Macarius Pautei.

Macarius ciuitatis Pautei Epiſcopus dixit: Quando eandem Spirituſſancti gratiam in fidei Symbolo à ſanctiſsimi Nicænis Patribus expoſito, & in ſanctiſsimi ſacratiſsimiq́ue Archiepiſcopi Cyrilli epiſtola comperio,

rio, ſuſcipio & veneror vtrunque, optoque in ea fide, quæ mortalium genus regit & conſeruat, vſque permanere.

Sopater Septimiacæ.

Sopater Septimiacę Epiſcopus dixit: Prolixo elaboratoque ſermone, egregia ſanctorum Patrum facinora recenſere, non eſt meæ facultatis; ſed alterius cuiuſpiam ampliori, quàm ego ſum, eruditione cumulati. Cæterùm cùm epiſtola ſanctiſſimi Deoque deuotiſsimi Patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli ad Neſtorium perſcripta, & coràm hic recitata, doctrinam Synodo 318. Patrum apud Nicæam quondam celebratę conſonam contineat, nullam cauſam video, cur id credere & recipere non debeam, quod ſanctos Patres noſtros credidiſſe & recepiſſe ſcio.

Samuel Dyſthenſis Pentapolis.

Samuel Diſthenſis Pentapolis Epiſcopus dixit: Nihil à ſanctis Patribus, qui apud Nicæam quondam conuenere, diuerſum credo. Auditaque ſanctiſsimi Patris & Archiepiſcopi Cyrilli epiſtola, illius ſententiam & fidem admitto.

Strategius Athrigetarum.

Strategius Athrigetarum prouincia Auguſtamnicæ Epiſcopus dixit: Quandoquidem epiſtola ſanctiſsimi pijſsimique Archiepiſcopi Cyrilli olim ad reuerendiſsimum Neſtorium perſcripta, & modò relecta, ea complectitur & profitetur, quæ cum fide & doctrina ſanctorum Patrum noſtrorum olim Nicæę congregatorum per omnia conſentiunt: Neceſſariò, quod illa profitetur & ſentit & credit, ego quoque credo, ſentio & profiteor, credidique & ſenſi ſemper. Atque in hac ſanctæ Trinitatis ſacræque huius Synodi fide conſtanter permanere exopto.

Euſebius Nilopolis.

Euſebius Nilopolis prouincię Arcadiæ Epiſcopus dixit: Epiſtolam Cyrilli, vtpote fidei ſanctorum Patrum conſonam recipio, & iuxta illius ſententiam credo.

Marinus Heliopolis.

Marinus Heliopolis prouincię Auguſtamnicę Epiſcopus dixit: Epiſtolam ſanctiſsimi Archiepiſcopi noſtri Cyrilli amplector, vt quæ & vera doceat & ſanctorum Patrum Nicænorum fidei nulla in parte repugnet.

Paulus Phrauonenſium.

Paulus Phrauonenſium Epiſcopus dixit: Vnam duntaxat illuſtrem fidem agnoſco & teneo; quæ olim quidem per ſanctos Patres apud Nicæam congregatos, expoſita eſt; nunc verò per hanc magnam concordemque Synodum, & ſanctiſsimi Patris noſtri Cyrilli epiſtolam fuſiùs illuſtriusque prædicata eſt. Huic vni quidem adhæreo; per hanc, quam Chriſto ſemel profeſſus ſum, ſalutem me obtenturum confido.

Metrodorus Leontorum.

Metrodorus Leontorum Epiſcopus dixit: Quoniam quidem ſancta fides à ſanctis Patribus, qui in ciuitate Nicæa ſuperioribus temporibus conuenerunt, expoſita & explanata; & Epiſtola ſanctiſsimi pijſsimique Patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli, pridem ad religioſiſsimum Neſtorium perſcripta, & paulò antè hic relecta, diuerſis dictionibus vnam eandemque fidei ſententiam amplectuntur, adigor & ego quoque huic ſubſcribere. Et ſancti Spiritus gratia eadem credo, profiteor ac teneo.

Theopemptus Cabaſſum.

Theopemptus Cabaſorum Epiſcopus dixit: Superuacaneũ cẽſeo ab Ægypti Epiſcopis fidei rationem exigere: Nulli enim dubium eſt fidem à ſanctiſsimo ſacratiſsimoque Archiepiſcopo & patre noſtro Cyrillo expoſitam, quam ſequimur & amplexamur, ſanctorum Patrum fidei modis omnibus concordare.

Heraclides Heracleenſium.

Heraclides Heracleenſium Arcadię Epiſcopus dixit: Cùm ſanctorum Patrum noſtrorum olim apud Nicæam coactorum fides, & ſanctiſsimi Deoque amantiſsimi Archiepiſcopi & Pr̃is noſtri Cyrilli epiſtola, vnã eandem fidem concordi conſenſu profiteantur, & prædicent; ego quoque, qui in ea ipſa fide natus & educatus ſum, per ſanctæ Trinitatis gratiam ſemper in eadem hac fidei ſententia perſeuerare deſidero.

Sabinus Panis.

Sabinus Panis prouincię Thebaidis Epiſcopus dixit: Poſteaquam ſanctorum Patrum fides in ciuitate Nicæa olim expoſita & prædicata, & religioſiſsimi Deoque deuotiſsimi Patris noſtri Cyrilli epiſtola, vnam eandemque fidei doctrinam continent; ſanctæ Trinitatis gratia nixus, non poſſum equidem huic non ſubſcribere.

Heraclius Tamiſthenſium.

Heraclius Tamiſthenſium Epiſcopus dixit: Cùm inter ſanctiſsimi reuerendiſsimique Archiepiſcopi & Patris noſtri Cyrilli epiſtolam, & fidem à ſanctis Patribus Nicææ olim expoſitam nulla omnino differentia ſit: Per Chriſti gratiam ego quoque neutiquam inuitus huic aſſentior.

Eutychius Theodoſiopolis.

Eutychius Theodoſiopolis Aſiæ Epiſcopus dixit: Ex ſanctiſsimi Deoque deuotiſsimi Archiepiſcopi Cyrilli epiſtola, ad pijſsimum Epiſcopum Neſtorium miſſa & paulò antè in hoc conſeſſu recitata, nihil alienum ab ea fide accepimus, quam ab ineunte ætate imbibimus. Quia ergo fidei à 318. Patribus Nicænis editæ, vndiquaque conſona comperitur, ego quoque, quod ſancti Patres in magna hac Synodo expoſuerunt, complector ac teneo.

Iſaac Eliarchiæ.

Iſaac Eliarchię Epiſcopus dixit: In ſanctorum Patrum Symbolo, & ſanctiſsimi Archiepiſcopi Cyrilli epiſtola eundem fidei ſenſum atque conſenſum agnoſco; cui proinde per gratiam Dei ego quoque ſubſcribere neceſſe habeo.

Adelphus Saenſium.

Adelphus Saenſium Epiſcopus dixit: Cùm ſanctorum Patrum fides, quondam apud Nicæam explanata, & Cyrilli Epiſcopi pijſſimi epiſtola, vnam eandemque fidei doctrinam profiteantur, per ſanctæ Trinitatis gratiam, ego quoque huic refragari nec valeo, nec debeo.

Rhodion Palæopolitanus.

Rhodiũ veteris ciuitatis Aſię Epiſcop⁹ dixit:

Quando

Quando Cyrilli Epiſcopi ſanctiſsimi epiſtola, à ſanctorum Patrum Nicænorum doctrina nihil omnino diſcrepat, ego ipſe quoque, hoc eſt, ſecundùm fidem ab illis expoſitam credere me affirmo.

Neſtorius Sionis.

Neſtorius Sionis prouinciæ Aſiæ Epiſcopus dixit: Orthodoxam ſanctorum Nicænorum Patrum expoſitionem complectens, quodq; illi profeſſi ſunt, firmiter tenens; & Deo deuotiſſimi Epiſcopi Cyrilli epiſtolam, ab illorum doctrina minimè recedere deprehendens; ei quoque non ſecus, atque ſanctorum Patrum expoſitioni aſtipulor; & quod vitæ temporis etiamnum mihi reliquum eſt, hoc per Chriſti gratiam in hac ipſa fide tranſigere, vehementer cupio.

Anderius Cherrhonenſ.

Anderius ciuitatis Cherrhonenſi prouinciæ Cretæ Epiſcopus dixit: Cùm ſanctorũ Patrũ fides, qui apud Nicæam aliquando conuenerunt, perinde ac pretioſum quoddam vnguẽtum gratum odorem hucuſque ſpirat; nunc eadem ſanè per Cyrilli ſanctiſſimi Epiſcopi epiſtolam maiori fragrantia nos afficit. Quare & ego eundem fidei ſenſum, eandemq́ue mentem obtinens, huic quoque ſubſcribo & ita credo; & in hac vita perpetuò perſeuerare deſidero.

Zenobius Cnoſi.

Zenobius ciuitatis Cnoſi prouinciæ Cretæ Epiſcopus dixit: Cùm Orthodoxa ſanctorum Nicænorum Patrum fides nulli non ſit manifeſta; & certò nihilominus conſtet, ſanctiſſimi Epiſcopi Cyrilli epiſtolam cum iis exactè congruere, qui fidem per id tempus expoſuerunt, equidem perlubenter huic aſtipulor ſubſcriboque; & in hac fide vſque perſeuerare concupiſco.

Macarius Metelitarum.

Macarius Metelitarum Aegypti Epiſcopus dixit: Quia Cyrilli Archiepiſcopi noſtri ſanctiſſimi epiſtola fidei per Spiritum ſanctum à ſanctis Patribus apud Nicæam expoſitæ neutiquam repugnat, illiusq́ue doctrina à fide ſanctiſſimæ Dei Eccleſiæ à ſanctiſſimis Patribus tradita nihil diſſentit; ſed eidem per omnia, vt modò aiebam, conſentit; ego quoq; huic fidei accedo.

Lampetius Caſſij.

Lampetius Caſij prouinciæ Auguſtamnicæ Epiſcopus dixit: Epiſtolæ beatiſſimi patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli iam recitatæ aſtipulor, vt quæ Synodo Nicenæ, & fidei à ſanctis Patribus expoſitæ per omnia concinat.

Macedonius Zoenſium.

Macedonius Zoenſium Epiſcopus dixit: Iuxta fidem ſacræ Synodi Nicænæ per ſanctos Patres noſtros hodierno die recitatam, & per ſanctiſſimum Archiepiſcopum noſtrum Cyrillum idem ſentientem confirmatam & illuſtratam, ego quoque credo; huic ego fidei adhæreo, hanc, dum vixero, docebo, in hac me educatum eſſe ſcio.

Ammon Buli.

Ammon Buli Epiſcopus dixit: Sacræ Synodo apud Nicænam ciuitatem à ſanctis Patribus olim celebratæ aſſentior: Aſtipulor etiam ſanctiſſimi Epiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolæ, ſperoq́ue ad vltimum vſque vitæ meæ diem hanc me fidem ſeruaturum eſſe.

Ammonius Panephiſi.

Ammonius Panephesi Auguſtamnicæ prouinciæ Epiſcopus dixit: Fidei 318. Epiſcoporum inſiſto aſſentiorq́ue Cyrilli quoque Epiſcopi ſanctiſſimi epiſtolæ, quòd à ſanctorum Patrum doctrina minimè diſſentiat, ſubſcribo; ſic equidem credo; in hac fide decedere cupio.

Alypius Sellæ.

Alypius Sellæ prouinciæ Auguſtamnicæ Epiſcopus dixit: Sanctiſſimi patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolam, quam ad religioſiſſimum Neſtorium perſcripſit, audiui. Cùm ergo fides à ſanctis Patribus apud Nicæam quondam coactis expoſita huic per omnia conſentiat, ego quoque ita credo; huic orthodoxæ fidei inhæreo, cumq́ue in modũ comparatus ex hac vita migrare, Chriſtique tribunali ſiſti percupio.

Perrebius Saltarum.

Perrebius Theſſalonicarum Saltarum Epiſcopus dixit: Fidei Symbolum per ſanctos Patres apud Nicæam editum, vt ſtabilem immotamq́ue legem complector. Complector etiam Cyrilli ſanctiſſimi Epiſcopi epiſtolam tanquam fidam fidei Nicænæ interpretem; nec aliter, quàm ſancti Patres, qui ante me dixerunt, depoſuere, credo.

Philumenus Cinnæ.

Philumenus ciuitatis Cinnæ prouinciæ Galatiæ Epiſcopus dixit: Cùm ſanctiſſimi Deoq; deuotiſſimi Epiſcopi Cyrilli Epiſtolam fidei 318. ſanctis Patribus Niceæ congregatis expoſitæ concordem conſonamq́ue deprehendam, ego quoque vtriſque ſubſcribo; nec diuerſum ab eo, quod ſancti Patres expoſuerunt, & Archiepiſcopi Cyrilli epiſtola continet, credo.

Hermogenes Rhinocurorum.

Hermogenes Rhinocurorum Epiſcopus dixit: Vnus & idem eſt Spiritus, qui Patres Nicænos olim de fide inſtituit, & qui ſanctiſſimi ſacratiſſimiq́ue patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli animam & linguam mouit, dum per epiſtolam ea emendare ſtudet, quæ à religioſiſſimo Neſtorio publicè pro concione minus rectè dicta fuerant. Quamobrem vtriuſque conſenſionem admirans, ſanctorumq́ue Patrum ſententiæ accedens, eadem cum ſacra Synodo pono affirmoque.

Euoptius Ptolemaidis.

Euoptius Ptolemaidis Pentapoleos Epiſcopus dixit: Maiorem in modum admiror, ſummam illam, inter ſanctiſſimi pijſſimiq́ue patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolam, quam, dum reuerendiſſimum Neſtorium, ab erronea prauaque doctrina, ad rectam viam transferre nititur, ad illum perſcripſit, & Symbolum per ſanctiſſimos Patres noſtros in Nicæa ciuitate congregatos editum, concordiam conſenſionemq́ue. Cùm ergo illa nihil differre deprehendam, ego quoque cum vniuerſa hac Synodo rectè huic fidei annuo.

Phi-

Phœbamō Coptarum. *Phœbamon Coptarum Thebiadis Epiſcopus* dixit: Quoniam quidem, epiſtola ſanctis patris noſtri Cyrilli iam recitata, doctrinæ ad orthodoxorū correctionem, hęreticorū verò euerſionem a Sacra Synodo Nicæna tradita, ita conſentit, vt in nullo prorſus articulo ab illa diſſentiat, ego quoque ita credo, & ita depono.

Zeno Curię *Zeno Curiæ ciuitatis Cypri Epiſcopus* dixit: Cùm ea, quæ ſancti Patres, apud Nicæam congregati decreuerunt; & ea rurſum, quæ ſanctiſſimus Archiepiſcopus & pater noſter Cyrillus ſcripſit, minimè inter ſe pugnent, nos quoque eiſdem aſſentimur, eandemque cum illis fidem profitemur.

Martyrius Illuſtrorum. *Martyrius Illuſtrorum Epiſcopus* dixit: Iam inde a maioribus in ſacris Nicænæ Synodi ſanctionibus educatis, ad finem vſque eaſdē ſeruare certa nobis ſtat ſententia. Cæterum cùm epiſtolam ſanctiſſimi Archiepiſcopi noſtri Cyrilli modò lectam auditamque ſacris Canonibus minimè refragari deprehendamus; certa ſpe ducimur, fore, vt populus nobis concreditus integer ad finem vſque in ſuſcepta ſemel fide conſtet ac perſeueret.

Heſychius Parij. *Heſychius Parij Epiſcopus* dixit: Quanquā ſolus ex prouincia mea præſtò ſim, idque rogatus; eius tamen fidei me eſſe profiteor, quam ſanctiſſimi Patres noſtri in Nicæa congregati nobis tradiderunt; quamque ſanctiſſimus Epiſcopus Cyrillus epiſtola ad religioſiſſimum Neſtorium perſcripta egregiè confirmauit conſtituitque.

Helladius Andramyſij. *Helladius Adramitij Epiſcopus* dixit: Iuxta 318. ſanctiſſimorum Deique amantiſſimorū Patrum noſtrorum expoſitionem, & ſanctiſſimi pijſſimique Archiepiſcopi & patris noſtri Cyrilli, epiſtolam credo, & vt hanc fidē ſeruem, enitar ſedulò.

Dion Thebarum. *Dion ciuitatis Thebarum Epiſcopus* dixit: Sanctorum Nicænorum Patrum fide imbutus, eam profiteor. Interim verò Cyrillum ſanctiſſimum patrem, & Archiepiſcopum, & Syllitургium noſtrum epiſtola ad Neſtoriū exarata, eodem quoque ſenſu fidem expoſuiſſe & extuliſſe non ignoro.

Andreas Thermopolis. *Andreas Thermopolis Thebaidis Epiſcopus* dixit: Secundùm ea, quæ de recta ſalutariq́; fide à 318. ſanctiſſimis Patribus, & Epiſcopis in Nicæa ciuitate quondam congregatis decreta ſunt; & ſanctiſſimi ſacratiſſimique patris & Archiepiſcopi noſtri Cyrilli epiſtolam, antè quidem ad reuerendiſſimum Neſtorium miſſam, nunc verò recitatam; vt quæ priſcis Nicęnorum Patrum ſanctionibus per omnia conſentiat, & credo, & orthodoxam fidem extollo. Cæteri omnes Epiſcopi, qui ſuo ordine & loco ſuprà memorati ſunt, eadem depoſuerunt, & ita ſe credere profeſſi ſunt, ſicut Patres expoſuerunt, & epiſtola ſanctiſſimi Archiepiſcopi Cyrilli ad Neſtorium perſcripta docuit.

Tomi ſecundi, caput IIII.

ARGVMENTVM.

POST parænеticam Cyrilli lectam, publicè recitata eſt, & Neſtorij Antigrapha quoque: Porrò autem vt rogatum eſt, num illa itidem, vt Cyrilliana, cum fide Nicena conueniret, ab vniuerſa Synodo conclamatum eſt, neque cum Symbolo Nicææ edito, neque cum Cyrilli parænitica vlla ex parte cōuenire. Vt ergo ſuperiori capite ſinguli Patres, alia atque alia orationis forma Cyrilli epiſtolam vt orthodoxam, Nicænæque fidei conſonam certatim approbabant; ita præſenti hoc Neſtorij Antigrapham vario orationis ſchemate ſpuriam hæreticamque proclamant. Atque ideo vno ore omnes cùm ipſum Neſtorium epiſtolæ huius auctorem, tum reliquos omnes, qui quouis modo cum illo faciunt, anathematizant, dirisque deuouent.

Palladius Amaſeæ Epiſcopus dixit: Conuenit, vt & religioſiſſimi Neſtorij epiſtola, cuius religioſiſſimus Petrus Alexandrinus initio mentionem fecit, quoque legatur: Quô hinc intelligamus num & illa quoque ſanctorum Patrum Nicænorum expoſitioni cōſentiat. Recitata eſt ad eum modum, quo ſuprà præmittitur. Tom. 1. c. 13.

Religioſiſſimo pijſſimoq́; comminiſtro Cyrillo, Neſtorius in Domino ſalutem dicit: Admirabilium literarum tuarum contumelias, quas in me exprompſiſti, tanquam medica quadam manſuetudine dignas miſſas facio, & quæ ſequuntur.

Cæterùm epiſtola hac lecta, Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ dixit: Ecquid ſancta & magna hæc Synodus de epiſtola modò recitata iudicat? nunquid hæc ipſa quoque fidei, a ſancta Nicænorum Patrum Synodo expoſita, conſentanea eſt, ad verò ſecus?

Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus dixit: Nequaquam fidei, quam Patres Nicæni explanàrunt, conſentit. Atque ideo eos omnes anathematizo, qui ita credunt: Etenim omnia hæc ab orthodoxa fide ſunt quàm maximè aliena. Iuuenalis Hieroſolymorum.

Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit: Omnia, quæ epiſtola hæc complectitur, cum fide Nicæna apertè pugnant; ſuntque eidem quàm maximè diſſimilia. Quare omne credunt, a recta fide alienos eſſe indicamus. Flauianus Philipporū.

Phirmus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus dixit: In præmio pietatis ſpeciem habet; at verò in ſermonis progreſſu nulla ratione animi virus diſſimulare ampliùs valens; depoſita perſona diſertè, quod ſentit, eloquitur, & a ſancta 318. ſanctorum Patrum fide diſſentit, & cum ſanctiſſimi rurſum pijſſimique Epiſcopi Cyrilli epiſtola ex diametro certat. Phirm⁹ Cæſareæ.

Valerianus Epiſcopus Iconij dixit: Neſtorianę epiſtolę diuerſitas eſt manifeſta: Neq; enī Valerianus Iconij.

ſolùm cum ſanctorum Patrum Nicænorum fide, ſanctiſsimi piiſsimiq; ne Cyrilli Epiſcopi epiſtola, ſed ſecum ipſa quoq; manifeſte pugnat.

Iconius Cortynæ. *Iconius Cortynæ ciuitatis Epiſcopus* dixit: Religioſiſsimi Epiſcopi Neſtorij epiſtola iam recitata, nihil omnino, neque cum ſanctorum Patrum, qui olim Nicææ conuenerant, expoſitione, neque cum patris noſtri Cyrilli epiſtola conuenit. Quam ob rem miſſam hanc faciens, eosq́ue, qui ita credunt, anathematizãs, ſanctorum Nicænorum Patrum fidei & Cyrilli Epiſcopi ſanctiſsimi epiſtolæ ſubſcribo.

Allanicus Rhodi. *Allanicus Rhodi Epiſcopus* dixit: Iam antè indicaui, me orthodoxæ fidei expoſitionem, à 318. ſanctis Patribus in Nicæa ciuitate editam, ſequi; ſacramq́ue Virginem Mariam Deiparam profiteri: Quocirca anathema ſit omnibus, qui ita non credunt.

Acacius Melitenæ. *Acacius ciuitatis Melitenæ Epiſcopus* dixit: Epiſtola religioſiſsimi Neſtorij iam lecta, diſertè oſtendit timore minimè vano impeditum, ac ſacram hanc & magnam Synodum venire detrectaſſe: Conſentaneum namque erat, eum, qui malè ſibi conſcius erat diuinasque ſcripturas deprauauerat, & ſanctorum quoque Patrum dogmata adulterauerat, ea formidine fuiſſe correptum, vt domum ſuam militum multitudine muniendã eſſe exiſtimaret: Etenim epiſtola illius, quæ paulò antè recitata eſt, apertè indicat, quòd vocibus ſententijsq́ue, quas de vnigenito Dei Filio 318. ſancti Patres & Epiſcopi Symbolo inſeruerunt, ablatis; ſingulisq́ue, quę ad ſalutaris illius diſpoſitionis myſterium pertinent, ſoli carni tributis; ſolum per ſe Dei templum natiuitatem & mortem ſuſtinuiſſe prædicarit. Quin & ipſi quoque diuinæ Scripturæ mendacium imponere non dubitauit: Perinde enim loquitur, ac ſi ipſa natiuitatẽ & paſsionem æquè tribuat diuinitati atque humanitati. Apertum ad hæc aduersùs ſanctiſsimi Epiſcopi Cyrilli literas ſycophantã egit: Neq; enim Cyrillus, neque alius quiſpiã piè & Catholicè ſentiens, Deum ſecundum ſe, vel ipſam diuinam naturam perpeſsioni obnoxiam eſſe, aut cogitare aut docere auſus fuit, & tamen hanc ſententiam Cyrillianis literis ille affingit. Denique vnionem Dei, cum carne ſolo nomine agnoſcere, re ipſa aũt eandem prorſus negare vbique apertè deprehenditur. Cęterùm quòd doctrina admodum peregrina vtatur, vel hoc argumento clarè cõſtat, quòd fidei dogma iam demum opera ſua illuſtratum eſſe affirmare audet. His omnibus ergò, quòd à veritate quàm longiſsimè diſtent, multamq́ue impietatem in ſeſe contineant, reiectis; ab illorum, qui talia proloquuntur, communione alienum me eſſe pronuntio.

Neſtorius hoc ipſo hæreticum ſe ſe oſtendit, quod fidei dogma, vt ait, obſcurum per ſe illuſtratũ garrit.

Memnon Epheſiorũ. *Memnon Epheſiorum Epiſcopus* dixit: Epiſtola iam lecta non calumniæ tantùm, ſed fœdæ quoque blaſphemiæ labiæ contaminata eſt. Quam ob rem fidei à trecentis duodeuiginti ſanctis Patribus apud Nicæam quondam expoſitæ aduerſatur, vt quæ maximè.

Theodotus Ancyræ. *Theodotus Ancyræ Epiſcopus* dixit: Nulla in re, reuerendiſſimi Epiſcopi Neſtorij epiſtolam cum ſanctorum Patrum expoſitione congruere deprehendimus. Quare vt illorum explanationi aſſentimur; ita Neſtorianam epiſtolam ab orthodoxa fide alienam eſſe decernimus. Illos autem, qui eiuſmodi ſenſu imbuti ſunt, ab orthodoxa fide extraneos cenſemus.

Palladius Amaſiæ. *Palladius ciuitatis Amaſiæ Epiſcopus* dixit: Equidem propter blaſphemiam Neſtorianis literis incluſam, aures obturo, nimioque dolore correptus, ita obrigeo, vt vocem edere vix poſſim. Nec quicquàm dubito, vniuerſam hanc ſanctam Deoq́ue deuotam Synodũ idem de lecta paulò antè epiſtola ſentire. Vnũ hoc tantùm hic dixerim, nempe epiſtolam illam ab orthodoxa ſanctorum Patrum expoſitione toto cœlo diſtare.

Dynatus veteris Epiri. *Dynatus veteris Epiri Epiſcopus* dixit: Religioſiſſimi Epiſcopi Neſtorij epiſtola modò recitata, nullam neque veritatis doctrinã habet, neq; fidei Symbolo per ſanctos Patres, apud Nicæam edito conſonat, neque Eccleſiaſticæ traditioni cohæret. Ea propter ſi quis alius ita crediderit, is Catholicæ Eccleſiæ fidem minimè ſectatur.

Prothymius Conaæ. *Prothymius Conaæ Epiſcopus* dixit: His, quæ ſanctitas tua literis expoſuit, fidem habeo. Illos verò, qui ſacram Virginem Deiparam appellare detrectant, equidem anathematizo.

Gregorius Ceraſuntis. *Gregorius Ceraſuntis Epiſcopus* dixit: Quæ religioſiſſimus Neſtorius ad ſanctiſſimum Epiſcopum Cyrillum perſcripſit, ea cũ pia 318. ſanctorum Epiſcoporum religione pugnant, vt quæ maximè. Illius proinde dogmati neutiquam aſſentior; aſſentior autẽ memorati Archiepiſcopi noſtri Cyrilli prædictorumque Patrum doctrinæ.

Romanus Rhaphiæ. *Romanus Rhaphiæ Epiſcopus* dixit: Fidem adulterinam, & à ſanctorum Patrum ſententia alienam expoſuit religioſiſſimus Neſtorius. Quare iuxta Apoſtoli vocẽ illam anathematizamus; ait enim: *Si quis vobis euangelizauerit; præter id, quod accepiſtis anathema ſit.* Galat. 1.

Theodulus Eluſę. *Theodulus Eluſæ Epiſcopus* dixit: Epiſtolam, quam reuerendiſſimus Epiſcopus Neſtorius ad Cyrillum Epiſcopum ſanctiſſimũ exarauit, auerſor repudioque? Eſt enim iniqua & contra Eccleſiaſticas ſanctiones exarata. Fidem verò Nicænam ſtabilem duco, illique adhæreo.

Hermogenes Rhinocurorum. *Hermogenes Rhinocurorum Epiſcopus* dixit: Religioſiſſimi Neſtorij doctrina, cùm à fide Orthodoxa, tum à ſanctorum Patrum expoſitione, tum ab ijs etiam, quæ ſanctiſſimus Cyrillus ſanctorum Patrum ſenſui conſentientia edidir, omnino aliena exiſtit.

Euoptius

Euoptius Ptolemaidis.

Euoptius Ptolemaidis Epiſcopus dixit: Quemadmodum qui Principum numiſmata adulterant, iuxta ciuilium legum ſanctiones extremis ſupplicijs ſubijciuntur; ita quoque religioſiſſimus Neſtorius, qui fidei dogmata adulterare veritus nõ eſt, cum apud Deum, tum apud homines quoque, quauis pœna dignus eſt. Quia ergo illius dogmata Catholicæ Eccleſiæ refragantur, & ad illorum perniciem & peſtem natu ſunt, qui illum ſectantur; ego ab illius communione, cæterorumque omnium, qui ab illo faciunt, quàm alieniſſimus eſſe cupio.

Extremo ſupplicio.

Fidus Ioppe. 2. Cor. 6.

Fidus Ioppę Epiſcopus dixit: *Quę ſocietas lucis ad tenebras? quę autem conuentio Chriſto ad Belial?* Magno enim reuerendiſſimi Neſtorij epiſtola paulò antè hic recitata interuallo, à veritate diſtat; ad prauam autem Pauli Samoſateni opinationem plurimum accedit. Nullus proinde mortalium iam recipere debet, vt quæ manifeſtas blaſphemias comprehendat.

Thodorus Arbelorũ.

Theodorus Arbelorum Epiſcopus dixit: Neque recta, neque fidei orthodoxæ, aut ſanctorum Patrem Nicęnorum expoſitioni conſona reuerendiſſimi Meſtorij epiſtola complectitur; ſed ea quę ab his abſunt quàm longiſſimè. Hinc & ego illum, qui eiuſmodi opinatur, anathematis reum pronuntiare audeo.

Theodorus Gadarorũ.

Theodorus Gadarorum Epiſcopus dixit: Et ego qnoque venerabilem Neſtorium anathematizo, vt qui, quemadmodum ex epiſtola illius iam lecta perſpicuè cognoſcere licet, ſanctorum Patrum Nicęnorum doctrinam, vt oportebat, non recipiat.

Rufinus Taborum.

Rufinus Taborum Epiſcopus dixit: Religioſiſſimi Neſtorij epiſtola, quam modò audiuimus, auctorem ſuum ab Orthodoxa ſanctorum Nicęnorum Patrum expoſitione diuerſa ſentire, apertè declarat. Quare & illum anathematizo, & omnibus illius blaſphemijs abſurdiſque explicationibus nuntium mitto.

Paulianus Mæumę.

Paulianus Mæumæ Epiſcopus dixit: Ego ſimiliter illum anathematizo: Nam quòd pręposterè ſapiat, id illius epiſtola euidenter demonſtrat.

Ioannes Sycamazonis.

Ioannes Sycamazonis Epiſcopus dixit: Non vulgari aut ſimplici modo religioſiſſimi Neſtorij ſententia per epiſtolam illius ſeſe aperit; quandoquidem quòd ſenſum ille Orthodoxæ fidei planè contrarium hauſerit, id minimè obſcurè oſtendit; quare ego quoque diris illum deuoueo.

Petrus Parẽbulorum.

Petrus Parembulorum Epiſcopus dixit: Cùm illos, qui Deo adhærere ſtudent, fidem Orthodoxam, ſanctorumque Patrum, qui in Nicęa ciuitate aliquando cõuenerunt, expoſitionem ſectari oporteat, & religioſiſſimus Neſtorius neutri ſatis conſentiat, ego quoq; propter epiſtolam illius anathematis loco illum habeo.

Ioannes Auguſtopolis.

Ioannes Auguſtopolis Epiſcopus dixit: Quoniam quidem religioſiſsimus Neſtorius ex epiſtola, quam paulò antè audiuimus, Catholicæ fidei contraria ſapere, clarè deprehenſus eſt; ego etiam illum anathematizo.

Paulus Anthedonis.

Paulus Anthedonis Epiſcopus dixit: Non decet homines apprimè Chriſtianos ijs ſeſe adiungere, qui prauè, non rectè ſentire cognoſcuntur. Cùm ergo religioſiſsimus Neſtorius non pauca, quę à fide ſanctorumque Patrum, qui apud Nicæam aliquando coierunt, expoſitione aliena ſunt, tenere ex epiſtola ſua conuincatur; ego quoque eundem deteſtor, anathematizoque.

Saidas Phęnis.

Saidas Phęnis Epiſcopus dixit: Et ego eundem, neq; rectè ſentientem, neq; fidei ſanctorum Patrum Nicęnorum aſſentientem anathematis execratione deuincio: Siquidem epiſtolæ illius lectio, quæ illius ſententiaque ſit, ſatis ſuperque nobis aperit.

Euſebius Peluſij.

Euſebius Peluſij Epiſcopus dixit: Quæcunque in epiſtolam Neſtorij iam lectam congeſta ſunt, ea omnia à fide Nicæna, per ſanctos Patres olim expoſita extranea ſunt. Vnde & hæc ipſa, & omnes præterea, qui talia ſapiunt, anathematizo.

Macarius Autei.

Macarius Autei Epiſcopus dixit: Pleraque omnia, quę reuerendiſsimi Neſtorij epiſtolę inſerta comperiuntur, fidei, quam ſancti Patres in Nicæa ciuitate olim expoſuerunt, àdmodum diſſona ſunt. Atque ideo ijs omnibus, qui eo ſenſu præditi ſunt, anathema denuntio, vt qui extra Orthodoxam fidem conſtituti ſint.

Phœbemõ Epiſcopus.

Phębemon Epiſcopus dixit: Reuerendiſsimi Epiſcopi Neſtorij epiſtola cum fide per ſanctos Patres Nicęnos quondam explanata, nequaquam conuenit. Ea propter omnes, qui ita credunt, à Deo & Eccleſiæ communione alienos eſſe iudico.

Theopẽpt⁹ Cabaſorũ.

Theopemptus Cabaſorum Epiſcopus dixit: Ex lecta iam epiſtola planum eſt, religioſiſsimum Neſtorium ea ſapere, quæ à ſanctorum Patrum fide ſunt quàm remotiſsima; quare equidem tam ipſum, quàm reliquos omnes, qui cum illo faciunt, anathematizo.

Ariſtobul⁹ Tmoenſiũ.

Ariſtobulus Tmoenſium Epiſcopus dixit: Ex epiſtola iam audita, reuerendiſsimum Neſtorium rectę fidei cõtra ſapere agnoſcimus; eaque de cauſa illum anathematis reum cenſeo.

Amphilochius Sidę.

Amphilochius Sidę Epiſcopus dixit: Monſtroſitas dogmatumque impuritas, quæ in religioſiſsimi Neſtorij epiſtola cernuntur, non ſolùm piorum aures grauiter offendunt, ſed ipſum quoque rectæ fidei capitalem hoſtem eſſe oſtendunt.

Generalis omnium exclamatio.

Omnes Epiſcopi ſimul exclamauerunt: Quicunq; Neſtorium non anathematizat, anathema ſit. Hũc recta fides anathematizat, hũc ſancta Synodus anathematizat: Quicunque cum Neſtorio communicat anathema ſit.

Omnes Neſtorij epiſtolam & dogmata anathematizamus. Omnes hæreticum Neſtoriũ anathematizamus. Oẽs, qui cum Neſtorio commercium habent, anathematizamus. Totus terrarum orbis impiam Neſtorij religionem anathematizat. Quicunque hunc non anathematizat, ſit anathema. Hunc recta fides anathematizat. Hunc ſacra Synodus anathematizat. Qui Neſtorio communicat, anathema ſit.

Tomi ſecundi, caput V.

ARGVMENTVM.

HOC caput duobus proximè præcendentibus eſt plane affine: Nam vt in penultimo lecta & approbata eſt altera Cyrilli ad Neſtorium parænetica, in vltimo verò eiuſdem Neſtorij antigrapha hæreſis dãnata; ita hic iubente Synodo legitur Cœleſtini Pontificis maximi, & Synodi rurſum Aegyptiacæ ad eundem Neſtorium admonitoria. Hoc tamen inter has & illas intercedit, quòd hic non referantur illæ acclamationes ſingulorumque dijudicationes, quæ ibi. Dubium tamen nullum eſt, & hic quoque interueniſſe, cùm vtraque epiſtola hæc multis partibus ſit grauior duabus præcedentibus.

Sinodus dixit: Sanctiſſimi Romani Archiepiſcopi ſcripta legantur. Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus dixit: Reuerendiſſimi ſanctiſſimique Cœleſtini, Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi literæ, quas de fide ad Neſtorium perſcripſit, recitentur. Petrus Eccleſiæ Alexandrinæ presbyter & Notariorum primicerius legit.

EPISTOLAE COELESTINI, vrbis Romanæ Epiſcopi exegeſis.

DILECTO FRATRI NESTORIO, COELESTINVS.

Poſt impium illud profanumque Pelagij ac Cœleſtij dogma, ac ſæpe numero condemnatum, ab Vrbe proſcriptum, Catholica fides aliquot vitæ noſtræ diebus pacem obtinuit, & reliqua. Lecta eſt tota, prout ſuprà poſita eſt. Tom.1.c.17.

Petrus Presbyter Alexandrinus & Notariorum primicerius dixit: His, quæ modò audiuiſtis, ſanctitas quoque pijſſimi Epiſcopi Cyrilli cognata ſcripſit, quæ in manibus habemus, & ſi pietas veſtra iuſſerit, non grauatim recitabimus.

Flauianus Philippenſium Epiſcopus dixit: Legantur iſthæc quoque; lectaque in actorum commentarios referantur. Petrus Eccleſiæ Alexandrinæ Preſbyter & Notariorum primicerius legit.

CYRILLVS ET SYNODVS Ex Aegypti prouincia Alexandriæ congregata, Neſtorio religioſiſſimo pijſſimoq́, ſacrorum comminiſtro in Domino ſalutem.

Cùm Saluator noſter diſertè pronuntiet: *Qui amat Patrem aut matrem plusquàm me, non eſt me dignus*, & reliqua. Lecta eſt, prout ſuprà habetur. Tom.1.c.14.

Tomi ſecundi, caput VI.

ARGVMENTVM.

QVAE hic tractantur, ea non multum ab ijs diſſident, quę capite ab hinc tertio explicata ſunt: Etenim vt ibi examinabantur Neſtorij ſcripta; ita hoc loco diſcutiuntur eiuſdem dicta: ſiſtuntur hic enim quatuor Epiſcopi, qui auctoritate Concilij ad ſacra Euangelia adiurantur, vt candidè ea coram exponant, quæ Epheſi a Neſtorio audierant. Ex his autem Daniel & Theopemptus, qui Cœleſtini Pontificis Romani & Synodi Aegyptiacę literas ad illum detulerant, adeò nihil omnino earum admonitione effectum referunt, vt profaniora quoque in illorum præſentia euomuerit, quam antea vnquam. Acacius verò & Theodotus, qui amicitię cauſa priuatim illum conuenerant, & ad ſanum Eccleſiæ ſenſum reducere conati fuerant, primo quidem congreſſu aliquam reſipiſcentiæ ſpem feciſſe; poſtea verò quaſi pœnitudine ductum, ea omnia, quæ ſcriptis ſuis interuerat, impudenti ore confirmaſſe edocent. Addunt, Non ſolùm Neſtorium virus ſuum impudenter prodidiſſe, ſed quoſdam quoque alios, qui vnà cum ipſo verſabantur.

Petrus Alexandriæ presbyter & Notariorum primicerius dixit: Non ea ſolùm, quæ Cœleſtinus ſanctiſſ. ſacratiſſimusq́ue Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus ad reuerendiſſimum Neſtorium ſcripſerat, miſſa eidemq́ue reddita ſunt; verùm ea etiam, quæ pijſſimus ſacratiſſimusq́ue Alexandriæ Eccleſiæ Epiſcopus Cyrillus, & vniuerſa Ægypti Synodus per Theopemptum & Danielem, Potamonem & Macarium ad eundem deſtinauerant. Quamobrem rogo, vt Theopemptus & Daniel religioſiſſimi Epiſcopi & comminiſtri noſtri, qui hic præſtò ſunt, ea de re interrogentur. Literæ Cyrilli & Cœleſtini per quatuor Epiſcopos ad Neſtorium miſſæ.

Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit: Theopemptus & Daniel religioſiſſimi Conſacerdotes coràm hic nobis exponãt, an eiuſmodi epiſtolas reddiderint. Theopẽpt⁹ & Daniel Epiſcopi, Cyrilli & Cęleſtini literas publice reddunt Neſtorio.

Theopemptus Cabaſorum Epiſcopus dixit: Die Dominica Synaxi iam peracta, ad Epiſcopalem Baſilicam aſcẽdimus; ibidemq́; toto præſente Clero, multisq́; Proceribus aſtantibus, literas, de quibus hic ſermo eſt, Neſtorio tradidimus. Eadẽ prorſus & Daniel quoque Darnenſium Epiſcopus affirmauit.

Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit: Dic, quæſo, literisne ab eo factum ſit ſatis.

Daniel Darnẽſiũ Epiſcopus dixit: Tũc nihil nobis reſpondit; indicauit aũt, vt poſtero die

priuatim

priuatim illum conueniremus. Porrò ſequenti luce redeuntibus aditum intercluſit, neque vllo nos reſponſio dignatus fuit.

> Neſtorius pſummi Pōtificis literas amicè admonit⁹, peius inſanit, quam vnquam antè.

Theopemptus Cabaſorum Epiſcopus dixit: Literis, de quibus proximè dictum eſt, acceptis, vt poſtridie illius diei reuerteremur, ſermonemque ſeorſum cum eo miſceremus, præcepit. Abiuimus ergo; at poſtero die reuerſos non admiſit; adeoque vt literis faceret ſatis, nihil penſi habuit, vt publicè pro concione eadem, quę antè, & his quoque deteriora depromplerit: Neque enim ſolùm ante redditas literas peruerſa effutiebat, ſed etiam poſtea. Imò verò tunc multa peruerſiora effutire cœpit, & vſque hodie effutire non deſinit.

> Acacius & Theodot⁹ Neſtorium priuatim cōuenerūt, ſed nō abſque periculo.

> Adiurant Acacius & Theodotus per ſancta Euangelia, vt ea edicant publicè, quę paulò ante ex Neſtorio hauſerant.

Fidus Joppæ Epiſcopus dixit: In ſuáne Neſtorius doctrina etiamnum ad pręſens vſque tempus perſiſtat; id piiſsimi Epiſcopi Acacius & Dominus Theodotus, qui coram adſunt, & non abſque quorundam ſuorum periculo cum eo diſſeruerunt, optimè nobis explicare poterunt. Hos proinde obnixè rogamus, & per ſacroſancta Euangelia coram hic propoſita obteſtamur & adiuramus, vt in præſentium actorum fidem & confirmationem nobis exponant; ecquidnam ante hoc proximum triduum ex Neſtorio audiuerint.

> Res oīum maxima Catholica fides.

> Acacius & Theodotus de dicenda veritate, denuo adiurantur p Cyrillum.

> Pietas amicitiæ anteponenda.

Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus dixit: Quandoquidem non de vulgari, ſed de re omniū maxima hic agitur, puta de recta in Chriſtū fide, conſentaneum eſt, vt reuerendiſsimi Deoque deditiſsimi Epiſcopi Theodotus & Acacius iuxta Fidi ſanctiſſimi Epī obteſtationē, obla tāq; iuriſiurandi religionē, quemadmodum ſanctos & veraces decet, ea candidè ſyncereque nobis aperiant, quæ cum Neſtorio in hac Epheſiorum ciuitate de orthodoxa fide diſputantes, ex illius ore audiuerunt.

Theodotus Ancyræ Epiſcopus dixit: Equidē amici cauſa grauiter affligor; nihilominùs amicitia pietati cedat, oportet. Adigor proinde, idque non magna abſque animi mei triſtitia, vt eorum, de quibus interrogor, veritatem exponam; etſi interim noſtrum hoc teſtimonium non magnopere deſiderari exiſtimem: Nam cuius ille ſententiæ ſit, ex literis, quas ad ſanctitatem tuam dedit, ſatis apertum eſt: Siquidem humana, quæ ibi de Verbo, hoc eſt, Vnigenito, tanquam illo digna prædicari poſſe negauit, eadem & hic quoque inficiari non erubuit: Etenim vt lactationem ex Virgine, generationem, aliaque eiuſmodi de Deo dici non poſſe in epiſtola contendit; ita hoc in loco diſſerens, Deum bimeſtrem, aut trimeſtrem appellare nefas eſſe ſubinde repetiuit. Atque hoc non ſolùm nos ex eo intelleximus, cùm paucis ante diebus in hac Epheſiorum ciuitate contra nos diſceptaret, ſed alii præterea non pauci.

> Neſtorius Verbo Vnigenito adimit omnia humana & dicto & ſcripto.

> Fide & in Deum pie-

Acacius Meliteng Epiſcopus dixit: Fide, & pietate erga Deū in mediū propoſitis, oīs priuata affectio faceſſat neceſſum eſt. Quam ob rem licet dominum meū Neſtorium præ cæteris ardenti quodam amore proſecutus ſum ſemper, eiuſque ſeruandi cauſa nullum non lapidem mouerim: Nunc tamen neceſſitas hortatur, vt, quę ab ipſo prolata mihi cōſtant, ea vera narratione hic explanem, ne, ſi fortè veritatem clàm habuiſſe deprehenſus fuero, meritam damnationis ſententiā animæ meæ adſciſcam. Igitur vbi primum in hanc Epheſiorum ciuitatem ingreſſus ſum, cum prædicto viro in colloquium veni. Cumque inter diſſerendum illum minùs rectè ſapere animaduerterem, ab erronea opinione, qua tenebatur, abductum, ad veritatis tramitem transferre conatus ſum, eoque hominem induxiſſe videbar, vt ſe verbis ſaltem ab ea ſententiā receſſiſſe fateretur. Cæterùm decem aut duodecim dierum interuallo interiecto, intermiſſam diſceptationem denuo redintegramus; cumque ego veritatis patrocinium ſuſcepiſſem, deprehendi illum & veritati ſeriò obniti, & in duas graues abſurditates ſimul prolabi: Primò namque ex illius interrogatione, quæ non parum inepta erat, eò reſponſurum adigere cōtendebar, vt vel Vnigenitum incarnatum inficiaretur; vel certè, quod impium erat, Patrem & Spiritum ſanctum vnà cum Verbo carnem ſumpſiſſe, profiteretur. Quòd, vt dixi, mentis erat peruerſiſſimæ, & piam fidem modis omnibus euertere paratæ. Mota deinde altera concertatione Epiſcopus quidam, qui ipſi adhærebat, ſermonem excipiens, alium aſſerebat Filium eſſe, qui mortem ſubierat, & alium item Dei Verbum. Quam blaſphemiam ampliùs ferre non valens, omnibus conſalutatis, abiui. Aderat & alius quidam ipſi, qui Iudæis patrocinatus, eos non in Deum, ſed in hominem impios extitiſſe affirmabat.

> tate propoſitis, omnis priuata affectio faceſſere debet.

> Neſtorius primo congreſſu ſpem facit Acacio reſipiſcētię, ſed eā ſpem paulo poſt turpiter fallit.

> Neſtori⁹ veritati grauiter obnitit.

> Neſtorius vult, Verbū non eſſe incarnatū, vel nō ſolū, ſed ſimul reliquas perſonas.

> Neſtorio addicti alium Filium Verbū; aliū rurſum, qui mortē ſubijt, eſſe contendunt.

Tomi ſecundi caput VII.

ARGVMENTVM.

QVAE Neſtorij de Verbi œconomia, deque Chriſti Domini natura mens fuerit, id ex ijs, quę in medium hactenus allata fuerant, vtcunque manifeſtum euaſerat: Attamen quòd contraria ſe inuicem illuſtrare, maiorumque traditio in rebus obſcuris plurimum lucis ſoleat adferre; viſum fuit Concilij Patribus veteres orthodoxos in conſilium adhibere, ſanasque eorundem ſententias inſanis Neſtorij blaſphemijs opponere. Hoc ergo capite ea ex illuſtri vetuſtate citantur, quæ Dei Patris & Virginis matris Filium vnum eundemque eſſe oſtendunt: Atque adeò Dei Verbum non in hominem deſcendiſſe, vt volebat Neſtorius, ſed hominem verè factum eſſe, quod idem ille, & qui illum ſequebantur, impudenter inficiari audebat.

Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit: Cùm religioſiſſimorum Conſacerdotum noſtrorū Acacij & Theodoti narratio manifeſta exiſtat; cōſequens eſt, vt beatorū Patrū noſtrorum

rum ſeotentiæ ad præſens inſtitutum facientes in medium proferantur, prolatæque & lectæ in acta referantur.

Petrus Presbyter Alexandrinus & Notariorum primicerius dixit: Quandoquidem ſanctiſſimorum ſacratiſſimorumq; Petrum ac Epiſcoporum, & diuerſorum præterea martyrum codices in promptu habemus, nōnullaque capita ex illis ſe legimus, ea, ſi vobis ita viſum fuerit, prælegemus.

Flauianus dixit: Legantur, & in actorum monumenta referantur; & lecta ſunt in hunc modum.

Ex Petri ſanctiſſimi Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopi & martyris codice, quem de Deitate edidit.

Gratia & veritas per Chriſtum facta. Epheſ. 2. Ioan. 1. Phil. 2. 2. Cor. 8. Chriſtus non ideo humiliat', vt ſuam excellentiā amitteret, ſed vt nos exaltaret, noſque à morte liberaret. 1. Pet. 3. Ioan. 1. Luc. 1.

Nam & reipſa gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Hinc ſecundùm Apoſtoli doctrinam gratia ſaluari dicimur: Ait enim: *Et hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt: Non ex operibus, vt ne quis glorietur. Dei voluntate, Verbum factum ex caro*, habituque inuentum vt homo. Quamuis per hoc Diuinitatis iacturam nullam fecerit: Neque enim ea de cauſa *egenus factus eſt, cum eſſet diues*, vt virtutis aut maieſtatis ſuæ perfectione exueretur; ſed *ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem Spiritu*. Et poſt pauca rurſum: Quare & Euangeliſta quoque vera prædicat, dum ait: *Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*; Tum videlicet, cum Angelus ſacram Virginem eiuſmodi oratione ſalutauit; (*Aue gratia plena, Dominus tecum*, hoc eſt, Dei Verbum nunc tecum eſt: Nam illa Gabrielis Salutatio, Deum Verbum in vtero Virgineo natum & carnem factum inſinuat; hinc & ſcriptum eſt; *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: Ideoq́; τὸ γεννώμενον, quod natum eſt ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.* Et paucis interiectis rurſum: Dei autem Verbum citra viri commercium ſola Dei, qui quiduis efficere poteſt, voluntate in Virginis vtero incarnatum eſt, viri præſentia, eiuſdemve actione, ad hoc minimè requiſita: Dei namque virtus, Virginem per Spiritus ſancti illapſum adumbrans, viro quouis efficacius operata eſt.

Si Petro martyri Epiſcopo Alexandrino fides, Virgo concepit, priuſquam expreſſum conſenſum præbuit.

Ex libro Athanaſij ſanctiſſimi Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopi, contra Arrium.

Hieremias ex vtero Sanctus.

Multi ſanè & ſancti extiterè, & ab omni peccato immunes; Siquidem Hieremias ex vtero ſanctificatus eſt. Ioannes quoque intra materna viſcera etiamnum deliteſcens, Deiparæ Virginis Mariæ voce percepta, præ lætitia exultauit: *Veruntamen regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ.* Atque ita homines morti & corruptioni, cæteriſque miſeriis, quæ in ipſorum naturam conueniunt, obnoxii manebant. Nunc autem, poſteaquàm Verbum incarnatum eſt, ea, quæ carnis ſunt propria, ſibi aſciuit, eiuſmodi paſſiones in corpus non ampliùs deſæuiunt; ſed ab ipſo Verbo per & propter aſſumptum corpus abolentur. Reſtat ergo, vt homines ſecundùm propriæ naturæ paſſiones, peccato & morte non amplius conſtricti teneantur, ſed Verbi virtute exuſcitati, ꝑpetuæ immortalitatis & īcorruptionis beneficio potiantur. Carne proinde ex Deipara Maria nata, is natus perhibetur, qui alus rebus, vt ſint, largitur; quò videlicet noſtra natiuitate in ſeipſum tranſlata & transformata, non amplius, tanquam terra tantùm ſimus, in terram abeamus; ſed tanquam cœleſti Verbo coniuncti ab ipſo in cœlum euehamur. Ad hunc modum alias quoque corporis proprietates & paſſiones haud incongruè in ſeipſum tranſtulit ille; in poſterum hominum more moriamur, ſed tanquam Verbi Dei proprii effecti vitam æternam ſortiamur. Neque enim vltrà iuxta priorem generationem omnes in Adam morimur; ſed tam natiuitate, quàm reliquis omnibus carnis infirmitatibus in Verbum tranſlatis à maledictione propter peccatum nobis inflicta; propter eum, qui in nobis noſtri cauſa factus eſt maledictio, reſurgimus.

Chriſtus ſua incarnatione & morte abolemt corruptionem & mortem.

Ex epiſtola eiuſdem ad Epictetum.

Quomodo quidam, qui inter Chriſtianos cenſeotur, in quæſtionem vocare audent; Dominúſne, quem Maria in lucem edidit, natura quidem & eſſentia Dei Filius exiſtat, ſecundùm carnem verò ex ſemine Dauid, & ſanctæ Mariæ carne ortum ducat? Quidam etiam in eam temeritatem prolapſi ſunt, vt dicere audeant, Chriſtum, q carne paſſus & crucifixus eſt, nec Deum eſſe, nec Dominum, nec Saluatorem, nec Patris Filium. Quomodo rurſum Chriſtiani hominis appellationem vſurpare non verentur; qui Verbum in hominem ſanctum perinde, atque in aliquē prophetarùm deſcendiſſe aſſerunt? Ipſum autem Verbum, quod corpus ex Maria ſumpſit, hominem non eſſe factum, ſed alium Chriſtum; alium rurſum eſſe Dei Verbum, quod ante Mariam & ſecula erat Filius Patris? Aut quomodo Chriſtiani nomen merentur, qui alium dicunt eſſe Filium, & aliū Dei Verbum? Et paucis interiectis rurſum: Iſthæc autem (vt quidam exiſtimarunt) non agebantur ficte; abſit; ſed verè; vt Saluatore reipſa incarnato, toti homini ſalus obueniret: Nam ſi iuxta illorum opinationē fictione tantùm & imaginario Verbum in corpore egit; cùm illud, quod fingitur, ſit quiddam

Indignum dubitare, Chriſtus ſit Filius Dei, & Dauid ſimul exiſtat. Chriſtiana appellatione indigni qui Verbū in hominē deſcendiſſe augantur.

Quod fingitur eſſe, reipſa non eſt.

tantùm

tantùm phantaſticum & imaginarium, conſequens fit (quod impijſſimus docebat Manichæus) hominum ſalutem eſſe rem quampiá commentitiam & imaginariam. Atqui ſalus noſtra non eſt inane commentum, aut res fictitia, ſed vera; neque ſalus tantùm corpori comparata eſt, ſed toti homini, hoc eſt, animę & corpori: Siquidem Salnatoris corpus, quod ſecundùm Scripturas ex Maria ſumptum eſt, ſuapte natura humanum erat & verum.

Ex Epiſtola Iulij Epiſcopi Romani ad Preſdocium.

Verbū homo factū, non in hoïe tanquā in ſancto quopiam occulta vi operatum.

Ad fidei plenitudinem Dei Filius ex Maria Virgine natus, prædicatur: Qui proinde inter homines moratus, non potenti quadam vi in homine operatus eſt: Iſthuc enim in Prophetis & Apoſtolis locum habet. Eſt autem perfectus Deus in carne, & homo perfectus in Spiritu; non duo filij, ſed vnus germanus Filius, qui ſuſcepit hominem, hoc eſt, humanam naturam. Alter verò, qui à Deo aſſumptus eſt, homo mortalis eſt; ſed vnus interim vnigenitus eſt in cœlo, vnus vnigenitus in terra.

Vnus in cœlo, vnus vnigenitus in terra.

Ex epiſtola Felicis ſanctiſſimi Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi & martyris, ad Maximum Epiſcopum & Clerum Alexandrinum: De Verbi incarnatione & fide.

Mariæ Filius, æterni Patris Filius.

Dei Filius non hominem ſuſcepit, ſed homo factus eſt.

Credimus in Dominum noſtrum IESVM Chriſtum ex Virgine MARIA natum. Credimus hunc autem eſſe æternum Dei Filium & Verbum; non autem hominem à Deo aſſumptum, ita vt alius ſit ab illo: Neque enim hominem ſuſcepit Dei Filius, vt alius ab ipſo exiſtat; ſed cùm perfectus Deus eſſet, factus eſt ſimul homo perfectus ex Virgine natus.

Ex quinta Theophili ſanctiſſimi Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopi paſchali epiſtola.

In ſacra Virgine viuum Dei Verbū extitit.

Extant & nunc quoque veterum miraculorum reliquiæ. Nemo dubitet, quin Dei virtus efficere id queat, vt virgo pariat. In qua vtique, nobis vt aſſimularetur, viuum Dei Verbum extitit: Alia namque ratione familiariter inter nos verſari non poterat. (Neque enim voluptatis, ſomniue cauſa, vt in alijs hominibus cōtingere ſolet, corpus ſumpſit, noſtráque ſimilitudine accepta, homo ex Virgine prodijt.) Cæterùm licet ſecundùm ſeruilem formā nobis haud diſſimilis cerneretur; ex operibus tamen (opera enim diuina patrabat) omnium & Dominus & opifex eſſe oſtēdebatur.

Chriſtus ex operib⁹ ſuis De⁹ eſſe cognoſcebat.

Ex ſexta Paſchali eiuſdem.

Etenim vt præſtantiſſimi quique artifices non ſolùm in nobili quapiam materia artem ſuam oſtendentes, magnam ſui admirationē excitare ſolent; verùm etiam vile lutum, & ceram interdum liquatam ſumentes, artis ſuæ vim in ea explicant, ac non vulgarem, imò cumulatiorem laudem promerentur; ita ſanè optimus omnium artifex, viuum illud & efficax Dei Verbum, quod vniuerſam hanc rerum molem mira ordinis concinnitate exornauit, non nobili aliqua, aut pretioſa materia, hoc eſt, cœleſti corpore ſumpto, ad nos deſcēdit: Verùm in vili abiectoque luto artis ſuæ magnitudinem declarauit, dum hominem ex limo formatum inſtauraturus noua quadam ratione homo ex Virgine proceſſit. Et quamuis natiuitatis modo à nobis differret; ſimilitudinem tamen noſtram, peccato duntaxat excepto, per omnia amplectendam exiſtimauit: Nam & naſcitur, & faſcijs inuoluitur, & ablactatur, & in præſepio ponitur, & omnes denique, propter expoſitas cauſas, naturæ noſtræ conditiones experitur. Interim tamen cùm infans adhuc eſſet, inimicum ipſiusque cohortem exterruit, Magosque ad pœnitentiam adduxit, & vt Regis, à quo præceptum acceperant, præceptum contemnerent intrepidè, effecit.

Deus gloriæ ſuæ incarnationis myſterio induſtrios artifices æmulatur.

Deus in vili abiectoq; luto artis ſuæ magnitudinē declarauit.

Chriſtus adhuc īfans vagiens exterret inimicos.

Ex ſancti Cypriani Epiſcopi & martyris tractatu de eleemoſyna.

Multa & magna ſunt, fratres chariſſimi, beneficia diuina, quibus in ſalutem noſtram Dei Patris & Chriſti larga & copioſa clementia & operata ſit, & ſemper operetur: Quòd ſeruandis ac viuificandis nobis Pater Filium ſuum miſit, vt reparare nos poſſet; quodque Filius miſſus, eſſe & hominis filius voluit, ad nos Dei filios faceret: Humiliauit ſe, vt populum, qui priùs iacebat, erigeret: Vulneratus eſt, vt vulnera noſtra ſanaret: Seruiuit, vt ad libertatem ſeruientes extraheret; mori ſuſtinuit, vt immortalitatem mortalibus exhiberet.

Verbū Dei Filius hoïs fieri voluit, vt nos Dei filios efficeret; humiliauit ſe, vt nos proſtratos erigeret.

Ex libro primo Ambroſij ſanctiſſimi Mediolanenſium Epiſcopi de fide.

Si mihi non credunt, credant Apoſtolo dicenti: *Quando autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege.* Filium, inquit, ſuum, non vnū de multis, non communem, ſed ſuum. Suum cùm dicit, generationis æternæ proprietatem ſignificauit. Hunc poſtea factum ex muliere aſſeruit, vt factura non diuinitati, ſed aſſumptioni corporis adſcriberetur: Factum ex muliere per carnis ſuſceptionem; factum ſub lege, per obſeruationem legis. Generatio autem illa cœleſtis ante legem, iſta poſt legem.

Galat. 4.

De⁹ mittit Filium ſuū, hoc eſt, ab æterno ex ſe genitum in mundum, non alienū. Quo modo Verbum factū ex muliere, & factū ſub lege.

Eiuſdem libro ſecundo de fide.

Sileant igitur inanes de ſermonibus quæſtiones, quia regnum Dei, vt ſcriptum eſt, nō in per-

Citat hunc Ambroſij locum Au-

Sicut Diaconus cõtra Acephalos.

In vno naturæ duæ.

Vnus non vno ſemp modo loqtur, ſed modò vt Deus, modò rurſum vt hō. Ioan. 6.

in perſuaſione Verbi eſt, ſed in virtute ſpiritus. Seruemus dictionem diuinitatis & carnis: Vnus in vtraque loquitur Dei Filius; qã in eodem vtraq; natura eſt. Et ſi idem loquitur, non vno ſemper modo loquitur. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis paſſiones. Quaſi Deus loquitur, quæ ſunt diuina, quia Verbum eſt; quaſi homo dicit, quæ ſunt humana: Nam in mea ſubſtantia loquebatur: *Hic eſt panis viuus, qui de cœlo deſcendit. Hic panis, quem ego dabo, caro mea eſt. Hic eſt, qui deſcendit, hic eſt, quem Pater ſanctificauit, & miſit in hunc mundum.* Hæc ipſa litera nos docet, ſanctificatione non diuinitatem eguiſſe, ſed carnem.

Ex Gregorio Magno ſanctiſſimo Nazianzi Epiſcopo.

Citatur hic locus, ſicut & proximè præcedens, quoq; a Ruſtico Diacono contra Acephalos.

Idem capi & nõ capi, pati & non pati, circũſcribi & nõ circumſcribi poteſt.

Non fallant, neque fallantur homines, hominem dominicum (vt ipſi loquuntur) mentiſque exortem eum eſſe rati, qui verè Deus ac Dominus noſter eſt: Neq; enim hominem a Deo ſeiungimus; ſed vtrunque vnum eundem eſſe profitemur: Primò quidem non hominem, ſed Deum tantùm, ſeculis omnibus antiquorem, omniſque corporis corporeæque concretionis expertem: Tandem propter aſſumptam ſalutis noſtræ cauſa carnem & hominem quoque: Carne patibilem, impatibilem diuinitate; corpore loco definitũ, incircumſcriptum ſpiritu: Eundem æthereum & terrenum, aſpectabilem & inaſpectabilem, talem demum, qui capi poſſit, & non poſſit.

Quamobrem ſi quis Mariam Deiparam eſſe inficiatur, a Deo alienus ſit.

Alienus a Deo q Mariam Deiparam negat. Verbũ caro in Virgine diuino humanoq; modo effectũ eſt.

Verbum in hominẽ ſe nõ demiſit.

Si quis per Virginem perinde ac per fiſtulam meaſſe, nec in ea diuino humanoq; modo, ſimul formatum eſſe dixerit; Diuino quidem, qui citra viri commercium; humano verò, quia communi prægnantium lege; anathema ſit.

Si quis Dei Verbum in hominem iam antè formatum ſe demiſiſſe, ac quaſi inſinuaſſe dixerit, damnationis teneatur reus: Iſtuc namque dicere, non eſſet Dei natiuitatem ſtatuere, ſed euertere.

Chrs duas naturas cõplectẽ, non duos filios.

Interior & exterior hõ nõ duo, ſed

Si quis non vnum eundemque agnoſcit filium, ſed duos introducit filios, vnum quidem ex Deo Patre, alterum verò ex Maria; ab ea adoptione, quę rectam fidem ſeruantibus promiſſa eſt, excidat. Sanè Deus & homo naturæ duæ exiſtunt, diuina videlicet & humana, ex anima & corpore conflata; nõ duo tamen, aut filij ſunt, aut Dei ſunt, ſed vnus idemque: Quemadmodum in humanis non duo ob id conſtituendi ſunt homines, quòd beatus Paulus de interiore & exteriori homine alicubi perinde loquitur, atque de rebus inter ſe diſtinctis; paucis aliud & aliud eſt, ex quibus Saluator conſtat; ſiquidem nõ vnum & idem ſunt aſpectabile, & inaſpectabile; æternum & temporaneum; at non eſt tamen alius & alius; abſit hoc. Vtraq; enim natura admirabili quadam coniunctione vnum eſt, ſiue illum Deum humanatum appelles, ſiue hominem deificatum, ſiue alio quocunque nomine rem hanc explanare libeat. Dico autem aliud & aliud, licet in ſacræ Triados myſterio cõtrarium reperiatur: Ibi enim eſt alius & alius, ne hypoſtaſes confundantur; non tamen aliud & aliud, ſed vnum; tres namque diuinitate vnum & idem ſunt.

vnum tantum conſtituunt.

Vt in Trinitatis myſterio eſt alius & alius, nõ etiam aliud & aliud; ita in incarnationis Sacramento, eſt aliud & aliud, nõ alius & alius.

Si quis Deum in Chriſto per gratiam non ſecus, atque in aliquo Prophetarum operatum dixerit; & non ſecundùm ſubſtantiam eidem coniunctum coadunatumque eſſe, confeſſus fuerit, is melioris operationis virtute fruſtratus potiatur oppoſito.

Si quis crucifixum non adorat, ſit anathema, & inter deicidas cenſeatur.

Qui Crucifixũ nõ adorat, inter deicidas cenſetur.

Si quis ex operibus conſummatum, aut poſt Baptiſmum, aut reſurrectionem ex mortuis, perinde in filium cooptatum dixerit, atque pagani extraneos alioqui in filios aſciſcere ſolent, anathema ſit. Siquidem quod initium facit, quod proficit, quod cõſummatur, hoc non eſt Deus, etiamſi ob ſucceſſiuum incrementum eiuſmodi quippiam de eo interdum dicatur.

Quod initiũ facit aut pficit, non eſt Deus.

Ex Baſilio Magno ſanctiſſimo primæ Cappadociæ Epiſcopo.

Non cœlum, non terra, non marium ſpatia, non quæ in terris & in aquis degunt animantes, non plantæ, non ſtellæ, non aër, non anni tempora, non varius denique totius vniuerſitatis ornatus, tantam potentiæ magnitudinem oſtendit, quantum immenſum illum infinitumq; & impatibilem Deũ, per carnem aſſumptam, morte potuiſſe teneri, quò nimirum per propriam perpeſſionem ſuam nobis impatibilitatem impertiretur.

Oẽ miraculũ excedit, impatibilẽ Deũ morte potuiſſe teneri.

Ex Gregorio Niſſeno Epiſcopo ſanctiſſimo.

Philip. 2.

Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit: formam ſerui accipiens. Quid ſerui forma de Deo dici poteſt abiectius? Quid de omnium rege humilius, quam quòd ſpontè ad abiectæ naturæ noſtræ commercium ſeſe abiecit? Rex regum, Dñs dominantium, ſeruili forma induitur; omnium iudex mundi huius Dynaſtis vectigalis efficitur. Totius creaturæ Dominus in antrum abijcitur: Qui complexu ſuo ambit omnia, locum in diuerſorio nullum inuenit; ſed in brutorum animantium præſepi reclinatur. Mundus & immortalis humanæ naturæ ſordes non auerſatur, omnemque mendicitatis noſtræ miſeriã

Quomodo Dei Verbũ ſe exinaniuerit, ſeruileméq; formam ſuſceperit, pereleganſ explanatio.

tranſgreſſus ipſam demum mortem perpetitur. Voluntariæ huius paupertatis & abiectionis menſuram perpendite; vita deguſtat mortem; Iudex in prætorium abducitur; omniũ viuentium Dominus, iudicis ſententiæ ſubijcitur; omnium cœleſtium virtutum Rex, carnificom manos experiri non grauatur. Hoc humilitatis exemplum, hunc abiectionis modum nos expendere Apoſtolus monet.

Tomi ſecundi, caput VIII.

ARGVMENTVM.

QVID Patres de verbi œconnmia ſentiant, expoſitum eſt proximè; hic verò, quid impio Neſtorio ea ipſa de re viſum fuerit, repentur ſuccinctè. Et quamuis ex antecedentibus id minimè obſcurum ſit; attamen ex pericopis, quæ ex illius exegeſibus & commentarijs deſumptæ, huc in medium adferuntur, multò iſtuc clarius euadit. Cæterùm non omnia, quæ inde adferri huc poterant, huc adferuntur, ſed ea tantùm, quæ manifeſtiores illius errores oſtendunt.

Petrus Presbyter Alexandrinus & Notariorum primicerius dixit: Adſunt pijſſimi Neſtorij blaſphemiarum commentarij, ex quibus nonnullas pericopas ſelegimus has; ſi vobis placet, prælegemus,

Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit: Legantur, & in acta referantur. Idem dixerunt cæteri omnes.

Ex dogmatico Neſtorij: Quaternione ſeptimo decimo. Lecta autem hæc ſunt hunc in modum.

NESTORIVS.

Neſtor Scriptura Deo, aut Dei Verbo nũquam tribuit mortem, aut paſſionem.

Cùm diuina Scriptura de Chriſti ortu, ex Maria Virgine, aut de eiuſdem morte aliquid dictura eſt, nuſquam Dei ſed ſemper Chriſti, aut filij, aot Domini oomen vſurpare deprehenditur. Quandoquidem tria hæc duarum naturarum notiooem complectuntur: Et modò qnidem hanc, modò verò illam, oonnuoquam autem vtranque ſimul inſinuat, exempli cauſa: Cùm ſacra ſcriptura Chriſti ex ſacra Virgioe generaoooem nobis enarrat, non dicit: Miſit Deus, Verbum ſuum Deum; ſed ait. Miſit Deus filium ſuum: Illud enim nomen accipit, quod vtriuſque naturæ ſymbolum eſt: Quia enim Filius ſimul Deus & homo eſt; ideo dicit: Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere; hoc autem cùm audis, mox in nomen, quod vtranqoe naturam denotat, & præmittitur, mentis oculos coo ijcijs; natumque ex Maria Virgine, Filij quidem nomioe appellas: (Siquidem Chriſtipara Virgo Filium Dei genuit) attamen quia Filius Dei duplicis naturæ exiſtit, non Dei Filium, ſed humanam taotùm naturam peperiſſe cogites, quæ propter filium adiunctum, filij quoque appellatione afficitur.

Neſt. Filius, Chriſtus, & Dñs vtrãq; naturã denotat.

Neſt. Filius Virginis Dei Filius appellatur, quia Dei Filio adiũctus eſt.

Ex eodem quaternione XXI.

Quid vſu venerit, aduerte hæretice. Haud inuideo Chriſtiparæ Virgini vocem: Agnoſco eoim, illam venerandam eſſe, quæ Deum ſuſcepit, per qoem vniuerſorum Dominus proceſſit, inſtiuæque Sol emicuit. At vereor rurſos, ne non rectè ſatis acceperitis τὸ proceſſit: Nam ne fruſtrà plaudatis, non idem ego interpretor τὸ proceſſit, & genitus eſt: Neque enim tam citò noſtri obliuiſcimur; ſiqoidem Deum ex Chriſtipara Virgine proceſſiſſe, id per diuinam Scripturam edoctus ſum; quòd autem Deus ex ipſa natos ſit, id nuſquam ſcriptum comperi.

Neſto. hæreticos vocat, quotquot ſecum non ſentiunt.

Neſto Deus ex Virgine proceſſit; ex Virgine aũt nat' nequaquam.

Et paucis interiectis iterum.

Sacra proinde Scriptura Deum ex Chriſtipara Virgine genitum eſſe, nuſquam affirmat, ſed Ieſum Chriſtum, ſed Filium, ſed Dominum. Atque iſtuc fatemur omnes: Neq; enim miſer eſſe non poteſt, qui, quæ diuina Scriptura prodit, non ſtatim recipit: Angelorum vox eſt: *Surge & accipe puerum, & matrem eius.* Atqui certum eſt, Archangelos natiuitatis myſterium te longè exactiùs perſpexiſſe; neque hi tamen dicunt: Surge & accipe Deum, & matrem eius; ſed ſurge & accipe puerum & matrem eius.

Neſtor. Scriptura nequaquã aſſerit Deum ex Virgine natum eſſe.

Matth. 2.

Neſt. Angelus non dicit: Surge & accipe Deũ; ſed ſurge & accipe puerum.

Ex eodem quaternione XXIIII.

Matth. 1.

Quod ergo diximus, eiuſmodi eſt: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: Quod enim in ea* ἐγεννήθη, *vel* ἐγένετο, hoc eſt, *natum, vel factum eſt*, (nihil enim moror, vtrum dixeris) *de Spiritu ſancto eſt.* Sed neq; impedio, ſi quis Verbũ in carne extitiſſe, vel cũ carne cõiunctum fuiſſe, dicere voluerit. Aliud enim eſt naſci, aliud cum nato coniungi. Dicit itaque, quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt, hoc eſt, Spiritus ſanctus, quod in ea eſt, condidit. Quia ergo Patres diuinarum Scripturarum peritiſſimi animaduertebant, ſi Deum Verbum, quod incarnatum dicunt, γεννηθέντα, hoc eſt, genitum dicerent, neceſſariò conſecuturum, Deum Verbum filium eſſe Spiritus ſancti, & per conſequens, duos habere Patres: Si verò γενηθέντα, hoc eſt, factum aſſererent, hinc rurſum inferri poſſe, Deum Verbum Spiritus ſancti creaturam eſſe. Quare generationis voce reiecta, poſuerunt: Qui deſcendit propter nos, & propter noſtram ſalutem, & incarnatus eſt. At quid eſt, inquis, hoc: Et incarnatos eſt? Quiduis potiùs, quàm ex diuinitate in carnem verſus eſt. Quòd autem dixerunt: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto; in hoc Euangeliſtam æmulati ſunt: Euangeliſta enim incarnationis myſteriom explicans, cauit, ne generationis vocabulum Verbo tribueret: Verùm generatioois lo o, incarnationis voce ſubſtituit: Vbi audi:

Neſt. Verbũ carni cõiunctum fuit, ſecundam carnem natũ non fuit.

Ioan.1.

Et Verbum caro factum eſt; non dixit: Verbum per carnem natum eſt: Nam vbicunque Apoſtoli, aut Euangeliſtæ filij meminerunt, ſemper quod ex muliere natus ſit, poſuiſſe deprehenduntur. Attende, obſecro, quid dicam. Vbicunque, inquā, filij nomē recolunt, ſemper ibi natiuitatis vocabulum vſurpant; vel quòd ex muliere ortus ſit, affirmant. At verò vbi in Verbi mentionem inciderunt, ibi nullus eodem, quòd per humanam naturam natum ſit, aſſerere audet. Audi, quid beatus Ioannes Euangeliſta, cùm in Verbi illiuſque incarnationem incidiſſet, dicat. *Et Verbum*, inquit, *caro factum* eſt, hoc eſt, carnem ſumpſit, *& habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius*, nempe filij: Non dixit autem: Vidimus natiuitatem Verbi.

Ex eodem quaternione X V.

Neſto. Chriſtum Deū nominam', quia Dei Verbo coniunctus eſt.

SIC & Chriſtum quoq;, quòd Dei Verbo ſecundùm carnem coniunctus ſit, Deum nominamus, in hominis ſimilitudine apparuiſſe non ignari. Paulum vtrunque prædicantem audi: *Ex Iudæis*, inquit, *eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt Deus ſuper omnia*. Primò hominem eſſe fatetur; mox ob eam, quam cum Deo ſortitus eſt ſocietatem, hominem illum Deum appellat, ne quis videlicet Chriſtianos anthropolatras eſſe ſuſpicetur.

Ex eodem quaternione X V I I.

Neſto. Chriſ vocat Oē, vt Moyſes Deus Pharaonis.

VERVM vt rerum omnium opificem Deū appellamus, & Moyſen rurſum Deum; ait enim: *Conſtitui te Deum Pharaonis: Et Iſraelem filium Dei: Nam filius*, inquit, *meus primogenitus Iſrael eſt*. Et ſicut Chriſtus appellatur Saul: Non enim, inquit, inijciam manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt: Et de Cyro ſimiliter dictum eſt: Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro. Et Babylonios ſanctos: Ego enim, ait, præcipiam eis: Sanctificati enim ſunt, & ego illorum dux ero; ita quoque Dominum noſtrum, & Deum, & Chriſtum, & ſanctum appellamus. Veruntamen licet nominum communicatio ſimilis ſit; dignitas tamen diſſimilis exiſtit.

Ex eodem, quaternione X V.

Phil.2.

HOC *ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui, cùm in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens*. Non dicit: Hoc ſentite in vobis, quod & in Deo Verbo, quod cùm in forma Dei eſſet, ſeruilem formam accepit: Sed voce Chriſti tanquā vtriuſque naturæ notionem complectente accepta, citra periculum illum ſerui formam ſumpſiſſe aſſeuerat, & Deum nominat, dictorum vim ad naturarum dualitatem inoffenſè referens.

Ex eodem, quaternione X V I.

Phil.2.

VT *in nomine*, inquit, IESV, *omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus eſt* IESVS CHRISTVS. Propter induentem indutum veneror. Propter latentem, apparentem adoro; ei, qui ſub oculos cadit, Deus indiuulsè adhæret; atque ideò indiuulsè cohærentium honorem non ſeparo. Naturas ſeparo, ſed adorationem coniungo.

Neſt. pptet induentem indutū adoro.

Ex eodem, quaternione X V I I.

SANE Deus Verbum ante incarnationē & Filius erat, & Deus erat, & Patri coniunctus erat. At verò in nouiſſimis temporibus ſeruilem quoque formam aſſumpſit. Cæterùm cùm antè Filius eſſet, & Filius appellaretur; poſt carnem tamen aſſumptam ſeorſum per ſe Filij nomine appellari non debet, ne duos Filios videamur inducere. Sic quoque poſteaquàm homo illi ſemel vnitus eſt, qui ab initio Filius eſt, & nunc homini indiſſociabili vinculo coniunctus eſt, quod quidem ad filiationis dignitatem attinet, diuiſionem nequaquam recipit; ſecundùm dignitatem dico filiationis, non ſecundùm naturas. Vnde quòd Deus Verbum perpetuam cum Chriſto vnionem retineat, & Chriſtus quoque appellatur.

Neſtor. Mariæ Fili' dignitate Dei Filius eſt, nō natura.

Ex eodem, quaternione X V.

INCONFVSAM igitur naturarum coniunctionem retineamus; Deum in homine confiteamur; Hominem diuino quodam nexu præpotenti Deo coniunctum, vnà cum Deo adoremus.

Neſto. Deū in homine adoramus.

Ex eodem, quaternione X V I.

Heb.2.

PERPENDE, quod ſtatim ſubiungitur: *Vt*, inquit, *miſericors fieret, & Pontifex fidelis, in his, quæ ſunt ad Deum: In eo enim, in quo ipſe paſſus eſt, & tentatus, potens eſt iis, qui tentatur, auxiliari*. Pontifex igitur, qui paſſus eſt, miſericors eſt; patibile autem extitit templum, non Deus, qui viuificat illum, qui paſſus eſt.

Neſt. Patibile extitit tēplū, nō Deº, q viuificat templum.

Ex eodem, quaternione X V I I.

VT, inquit, intelligatis, quàm eximia extiterit illa diuinitatis & carnis Dominicæ, q̄ cernebatur, coniunctio: Idem namque & infans erat, & infantis Dominus: Laudatis vocem, verùm ne temere, ac citra iudicium illi applauſeritis: Dixi enim: Idem omnino & infans erat, & qui infantē inhabitabat.

Neſt. Idem infans erat, & infantis Dominus.

Ex

Ex eodem, quaternione I.

Operationes ſacræ Triadis indiuiſæ.

SANCTAE Triados operationes cõmunes exiſtunt ſolaque hypoſtaſe-n diſtinctione ſecernuntur. Quam ob rem Vnigeniti gloria aliquando adſcribitur Patri: Ait enim: Eſt Pater meus qui glorificat me. Interdum verò Spiritui: Spiritus, inquit, veritatis glorificabit me. Nonnunquam verò Chriſti potentiæ ac maieſtati.

Ex eodem, quaternione XVI.

Pſal. 21.

ILLVM, qui aiebat, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Illum, qui triduo mortuus fuit, tamquam Diuinæ maieſtatis conſortem vnà cum Diuinitate adoro: Et infrà: Non per ſe, & ſecundùm ſe Deus eſt, quod in vtero formatum eſt: Non per ſe, & ſecundùm ſe Deus eſt, quod Spiritus ſancti opera effectum eſt: Non per ſe, & ſecundùm ſe Deus eſt, quod in monumento conditum eſt: Aliâs enim anthropolatræ, & necrolatræ, hoc eſt, hominum mortuorumque cultores eſſemus. At verò quia Deus in homine aſſumpto exiſtit, aſſumptus aſſumenti coniunctus, propter aſſumentem Deus appellatur.

Neſt. Non per ſe, & ſecundùm ſe Deus eſt quod Spiritus ſancti opera effectum eſt; at tamẽ aſſumptũ propter Deum aſſumẽtẽ Deus appellatur.

Ex eodem, vbi de Spiritu ſancto contra hæreticos diſſerit. Quaternione XIII.

QVOMODO is ſeruituti obnoxius eſſe queat, qui vnà cum Patre & Spiritu ſancto operatur? Quòd ſi cui Spiritus ſancti functiones excutere lubeat, eas nulla ſui parte Patris & Filij interiores eſſe comperiet. Non quòd vna Diuinitas in plures ſecta ſit partes: Sed quod Scriptura ad oſtendendum ſacræ Trinitatis æqualitatem ea ſingulis nonnunquam hypoſtaſibus imperuri ſoleat, quæ vnius alioqui ſunt potentiæ. Vero, quod dicimus, conſentaneum eſſe, ex ijs operibus vtcunq; ſpectare licet, quæ in tempore ſunt ſuſcepta atque perfecta. *Deus Verbum factum eſt caro, & habitauit in nobis.* Humanam porrò naturam aſſumptam Pater ad dexteram ſuam collocauit: Ait enim: *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis.* Spiritus ſanctus denique in aſſumptum deſcendit, aſſumptique gloriam promouit & inuulgauit: *Cùm venerit Spiritus veritatis*, ait Chriſtus, *ille me clarificabit.*

Ioan. 1.
Neſto. Pater humanã naturã aſſumptã, ad ſuã dexteram collocauit.
Pſal. 109.
Ioan 16.

Eiuſdem, quaternione VI. vbi de Chriſto agit.

Luc. 4.

MISSVS *eſt enim captiuis prædicare remiſſionem.* Et vt Apoſtolus ait: Hic ille eſt, qui fidelis Pontifex Deo factus eſt: Cùm enim ab æterno id non fuerit, factus ſit, neceſſum eſt. Hic, hæretice, ille ipſe eſt, qui ad Pontificiam dignitatem paulatim euectus eſt. Audi vocem clariſſimè id tibi intonantem: *In diebus*, inquit, *carnis ſuæ preces & ſupplicationes obtulit ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et quidem cùm eſſet Filius Dei, didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, obedientiam; & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.* Conſummatur autem, hæretice, id, quod ſenſim perficitur. Qua de re, & Euangeliſta quoque in hunc modum commentatur: *Ieſus*, inquit, *proficiebat ætate, & ſapientia & gratia.* Quibus Paulus conſona ſcribens, ait: *Conſummatus, omnibus factus eſt obtemperantibus cauſa ſalutis æternæ: Appellatus à Deo & Pontifex quoque ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Et infrà: Quid igitur contra mentem Pauli, impatibile Dei Verbum terrenæ ſimilitudini includis? & patibilem Pontificem facis?

Heb. 5.
Neſto. Conſummatur, quod ſẽſim perficitur; at Chriſt⁹ ſenſim perfectus eſt.
Luc. 2.
Heb. 5.

Ex quaternione XVII. eiuſdem.

Heb. 3.

VNDE *fratres ſancti, vocationis cæleſtis participes, conſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum: Qui fidelis eſt ei, qui fecit illum.* Et infrà: Cùm igitur vnus hic Pontifex ſit ſtabilis, nobiſque cognatus, ac talis, qui infirmitatibus noſtris compati queat, nolite a fide, quæ in ipſum eſt, exorbitare: Ipſe enim, vt benedictionem ſemini Abrahæ promiſſam exhiberet, ſacrificiumque tam pro ſe, quàm pro cognato ſibi corpore offerret, miſſus eſt. Sed aduerte cùm omnem Pontificem ſacrificio egere alibi fateatur, Chriſtumque, veluti qui illius non indiguerit, excipiat; hic tamen tam pro ſe, quàm pro cognato ſibi genere ſacrificium obtuliſſe affirmat.

Neſto Chriſt⁹ Põtifex inſtituitur, vt pro ſe ac alijs ſibi cognatis ſacrificiũ offerat.

Ex quarto quaternione eiuſdem.

AVDITE itaque, & his, qui dicuntur, animum aduertite: *Qui manducat meam carnem*, inquit, *& bibit meum ſanguinem.* Conſiderate, & de carne ſermonem hic eſſe, & carnis vocabulum a me adiectum non eſſe, ne cui forſan perperàm interpretari dicar. *Qui*, inquit, *manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem*; non dicit: Qui manducat meam Diuinitatem, aut qui bibit meam Diuinitatem; ſed *qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo*; & paulò pòſt iterum:

Ioan. 6.
Neſto. Non dicit q mãducat meã Diuinitatẽ, ſed qui mãducat meã carnem.

VERVM ad id, quod inſtituimus, reuertamur: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Mementote, quòd de carne verba hic fiant, quemadmodum dum ait: *Sicut miſit me viuens Pater*, me (inquam) quem cernitis. Recténe interpretetur, indicabunt ſequentia: *Sicut miſit me viuens Pater*; ille Diuinitatem exponit, ego verò humanitatem. Iam videamus, vter præpoſterè interpretetur

Quomodo interprete Neſtorio illud accipiẽdum: Sicut miſit me viuens Pater.

illud:

illud: *Sicut miſit me viuens Pater*. Hæreticus dicit: Diuinitatem hic exprimi: Senſus eſt enim: *Miſit me*, hoc eſt, Deum Verbum; ſecundùm illos igitur, Chriſti verba hanc ſententiam habent: *Sicut miſit me viuens Pater*, & ego Deus Verbum viuo propter Patrem. Sed quo ſenſu id, quod mox ſequitur, accipiendũ eſt? Nempe, qui manducat me, & ipſe viuet propter me? Quid, quæſo, manducamus, Diuinitatemne, an humanitatem.

Ex XVI. eiuſdem quaternione.

Neſto. Si totum nouũ Teſtamentum euolueris, nuſquã Deo mortẽ attributam comperies.

DENIQVE ait: Si totum nouũ Teſtamentum ſimul accuratè volueris, nuſquam in eo mortem Deo aſcriptam comperies; ſed vel Chriſto aut Domino aut Filio. Chriſtus autẽ & Filius & Dominus cùm Vnigenito in Scripturis tribuuntur, naturarũ indices exiſtunt. Et aliquando quidem Diuinitatem, nonnunquam verò humanitatem, interdum autem vtramque ſimul exprimunt, Exempli cauſa, quando Apoſtolus Paulus per epiſtolam ita prædicat: *Cùm adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo, per mortem Filij eius*; Filij humanitatem clarè indicat. At verò cùm idem rurſum ad Hebræos ſcribens; ait: *Deus nobis locutus eſt in Filio, per quem fecit & ſecula*, Diuinitatem Filij inſinuat: Neque enim caro ſecula condidit, vt quæ multa poſt ſecula formata ſit. Et infrà: Neq; Deitas Iacobum fratrẽ habuit, neq; Diuini Verbi mortẽ anõtiam, dũ corpore & ſanguine Dominico reficimur.

Rom. 5.

Heb. 1.

Ex XXIII. eiuſdem quaternione.

Neſtorius in ſuis Conſtantinopolitanis ſciẽtiam requirit, nõ pietatem.

ANIMADVERTO, inquit, plebem noſtram, multum religionis, neque exiguum quoq; pietatis feruorem nactam eſſe; verùm propter rerũ Diuinarum ignorationem circa dogmata grauiter errare ac labi dignoſcitur: Hoc tamen nõ tam ipſi populo vitio vertendum eſt, quàm Doctoribus (quod bona illorum venia dictum ſit) quibus otium non ſuppetit, vt de fidei dogmatis aliquid exactius vobis proponat.

Petrus Presbyter Alexandrinus & Notariorum primicerius dixit: En hic apertè affirmat, neminem ex Doctoribus, qui ante illum extiterunt, ea populis inſtillaſſe, quę ipſe inſtillat.

Blaſphemæ in Deũ voces pias aures contaminant.

Flauianus Philipporum Epiſcopus dixit: Quandoquidem horrenda planeq; blaſphema ſunt Neſtorij dicta; neque aures noſtræ hiſce diutius inquinari ſinunt, blaſphemiæ illius voces ad perpetuam auctoris incuſationem & notam ſigillatim actis referantur.

Petrus Presbyter Alexandrinus & Notariorum primicerius dixit: Reuerẽdiſſimus piiſſimusque Carthaginis Metropolitanus Capræolus, per Beſulam Diaconum ſuum, ad ſacram hanc Synodum epiſtolam ſcripſit; hanc ſi pietas veſtra iuſſerit, recitabo. Recitabimus autem illius interpretationem.

Tomi ſecundi, caput IX.

ARGVMENTVM.

SVPRA accepimus Orientales & Occidentales, hic verò Africanos ad Epheſinam Synodum euocatos fuiſſe, diſcimus. Fuit ergo Concilium hoc verè œcumenicum. Ad capitis autem argumentum quod attinet, Capræolus ex tota Africa ſelectos mittere ſe voluiſſe Epheſum, ſignificat. Verùm regionis vaſtatione temporisque anguſtia impeditum id præſtare non potuiſſe. Quò autem facultatem, non etiam voluntatem defuiſſe publicè conſtet; addit, ſe Beſulam Diaconum, qui ſuas ſuorumque vices in Synodo expleat, Epheſum amandaſſe. Hortatur porrò Synodi Patres, vt renaſcentibus hæreſibus viriliter ſe opponant; tum rurſum, vt omnem nouitatem vndecunque natam proſcribant explodantque; tum denique, vt maiorum traditionẽ & fidem mordicùs retineant defendantque. Fuit hæc epiſtola magno omnium applauſu excepta.

PIISSIMIS BEATISSIMISQVE & ſanctiſſimis Conſacerdotibus, qui vndequaque ad ſacram Synodum conuenere, Capræolus Epiſcopus in Domino ſalutem.

Synodus Epheſina incidit in tẽpora Epiſcopis Africanis parum commoda.

OPTASSEM, piiſſimi fratres, venerandam veſtram Synodum in eum rerum ſtatum incidiſſe, quò nobis quoque delectis communi omnium ſententia, aliquot ex fratribus & Coepiſcopis noſtris inſtructam, potiùs legationem mittere licuiſſet, quàm excuſationem lamentatione dignam. Verùm hunc animi impetum diuerſæ cauſæ impediunt: Primò enim Domini & Filij noſtri religioſiſſimi Theodoſij Imperatoris literæ ad manus noſtras perlatæ, eiuſmodi erant, quæ felicis recordationis fratris & Coepiſcopi noſtri Auguſtini præſentiam peculiari ratione inflagitabant. Verùm quòd eæ, illum iam tum è viuis exceſſiſſe, comperiſſent, ego ægram illã inſinuationem, licet ad prædictum Auguſtinum deſtinata foret, excipere compulſus, miſſis ad vniuerſas Africæ prouincias congruis literis, conſuetisque articulis Synodum cogere volui, quò nimirũ ex fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum numero ſeligerentur nonnulli, qui ad venerabilem beatitudinis veſtræ Synodũ primo quoq; tempore amandarentur. At omnis hac tempeſtate vię aditus præcluſus eſt: Etenim effuſa hoſtium multitudo ingensque vbique prouinciarũ vaſtatio, quæ incolis partim extinctis, partim in fugã actis abſolutam deſolationis ſpeciem, quoquo verſùm longè lateque porrigitur, oculis offert, promptã illam coeundi facultatem ademit. His itaque impedimentis Epiſcopi, quibus propoſitum id erat, prohibiti, ex totius Africæ ambitu ſimul conuenire nequiuerunt. Hiſce incommodis accedebat, literas regias ad Paſchales demum ferias ad nos perlatas, eſſe quando iam inde vſque ad indictam venerandam Synodum vix duorum menſium

Auguſtinus cęteriq; Epiſcopi Africani Theodoſij literis ad Synodũ Epheſinam euocati.

Obijt Auguſtinus aliquot hebdomadas ante Synodum Epheſinã.

Africę Synodus propter bella impedita.

Vandali occupant Africam imperante Theodoſio. Africa tota a Vandalis miſerrimè vaſtata.

Literę regię ſerius ad Africã deportatę.

menſium ſpatium ſupererat. Quod ſanè temporis interuallum, etſi nulla impræſentiarũ ab hoſtibus difficultas fuiſſet obiecta, ad Africanam domeſticamque Synodum cogendam vix ſat erat.

Diaconus Beſula nomine & loco Aphrica norum orator & legatus cum literis ad Synodũ Epheſinam mittitur.

Verum enimuero licet ſolennem aliquam legationem mittere neutiquàm valuerimus; attamen propter reuerentiam & obſeruantiã quæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ iure debetur, Diaconum Beſulam filium meum, vnà cum his expurgationis noſtræ literis oratorem ad vos mittendum exiſtimauimus. Quã ob rem, venerãdi fratres, veſtram ſanctitatẽ iterũ atq; iterum rogatã cupio (etiamſi fidem Catholicam per tantam venerandorum Sacerdotum Synodum, Dei noſtri auxilio, munitam, ſtationem ſuam firmiter retenturam certò confidam) vt, Spiritu ſancto cooperante, quem cordibus veſtris, in omnibus, quæ acturi eſtis, præſtò futurum nõ dubitamus; nouas doctrinas, & antehac Chriſtianis auribus inuſitatas, priſcæ auctoritatis robore inſtructi, è medio profligetis; tantaque conſtantia ac virtute quibuſcunque nouis erroribus reſiſtatis, ne Apoſtolicæ ſedis auctoritas, Sacerdotumque in vnum congruens ſeueritas, cuiuſcunq; diſputationis prætextu illos, quos olim Eccleſia debellauit, & hoc rurſum tempore repullulaſcunt, doctrinam iam dudum proſcriptã, denuo renaſci permiſiſſe videãtur. Quòd ſi quid fortè nouarum controuerſiarum inciderit, id tẽpeſtiuę diſcuſſioni ſubijciat, oportet, vt vel rectè dictum comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur. At verò ſi quis in ea, quæ iam olim diiudicata ſunt, denuo inquirere tentauerit; is ſanè aliud nihil facere cenſebitur, quàm de fide, quæ hactenus valuit, apertè dubitare. Vnde ad poſteritatis exẽplũ, tum vt ea quoque, quę iam olim pro Catholica fide definita & conſtituta ſunt, perpetuam firmitatem obtinere valeãt, oportet ea omnia inconcuſſa immotaque conſeruare, quæ ſuperioribus temporibus à ſanctis Patribus conſtituta ſunt. Porrò qui illa perpetuam ſtabilitatem retinere voluerit, quæ de Catholicæ fidei ratione ſtatuerit, is non propria auctoritate, ſed antiquorum Patrum iudicio ſententiam ſuam corroborare debet; ita vt partim veterum, partim recẽtiorum ſanctionibus & ſententijs placita ſua comprobans, vnam eandemque Eccleſiæ veritatem, iam inde ab initio, ad præſentem vſque temporis articulum, ſimplici puritate, inuictaque conſtantia & auctoritate decurrentem, ſe docere & tenere oſtẽdat. Hæc pro præſenti Africanorum legatione, quam neceſſitas ſuperiùs memorata impediuit, venerabilibus veſtris auribus ſuggerere placuit; obnixè interim rogo, vt calamitatibus rerum præſentiumq; temporum ſpectatis, noſtram abſentiam non ſuperbiæ, aut negligentiæ, ſed manifeſtæ tantùm neceſſitati adſcribatis.

Rogatur Epheſina Synodus ab Aphricanis, vt omnem nouã doctrinam explodat, veteremq; fidem valdè defendat.

Noua omnia quam diligentiſſimè ſunt examinanda.

Olim definita in quęſtionem vocare, aliud nihil eſt, quã de fide dubitare.

Qui dogma aliquod perſuadere velit, is nõ ſua, ſed veterum Orthodoxorũ auctoritate nixus, oſtẽdere debet, illud iam inde ab initio perpetua ſemper ſerie obtinuiſſe.

Cyrillus Eccleſię Alexandrinę Epiſcopus di-

xit: Et hæc religioſiſſimi pijſſimique Carthaginis Epiſcopi epiſtola, quòd dilucidam ſententiam in ſe contineat, Synodi geſtis inſeratur: Vult enim antiqua fidei dogmata obtinere, noua verò & abſurdè excogitata & impiè diuulgata reprobari ac proſcribi. Omnes Epiſcopi ſimul exclamauerunt: Hæc omnium vox eſt; hoc omnes aſſerimus; hoc omnium eſt votum.

Omnium Epiſcoporũ calculo approbatur ſententia Capræoli cæterorumque Africanorum.

Tomi ſecundi, caput X.

ARGVMENTVM.

NIHIL ſupererat, quod ad exactiorem Neſtorianæ cauſæ cognitionem, aut ad proferendam contra obſtinatum condemnationis ſententiam facere videretur: Nam & manifeſtæ contra Chriſtum blaſphemiæ multis modis conuictus erat; & veræ reſipiſcentiæ adeò ſpem nullam promittebat, vt eos etiam, qui ad ſanam mentem communemque Patrum conſeſſum legitima ratione illum prouocabant, conuitiis exciperet. Quam ob rem ſacra Synodus rem planè deſperatam intelligens, legibusq; & ſanctionibus Eccleſiaſticis obſequi volens, in illum, tanquam in verè contumacem exauctorationis ſentẽtiam tulit: Cui quoque præter abſentium vicarios plus minus ducẽti Epiſcopi, omnes eximiæ eruditionis & pietatis viri ſubſcripſerunt: Atque hoc ipſum eſt, quod capite hoc decimo exponitur.

EXAVCTORATIONIS SENTENTIA à ſacro Synodo in Neſtorium lata.

Sancta Synodus dixit.

CVM inter cætera religioſiſſimus Neſtorius, neque noſtræ citationi parere, neque ſanctiſſ. rurſum religioſiſſimosque Epiſcopos noſtros ad ſe miſſos admittere voluerit, non potuimus ad eorum, quæ impiè docuit, examinationem animum non adiungere. Edocti itaque partim ex literis, commentariisque illius hic publicè lectis; partim rurſum ex concionibus, quas in hac Epheſiorum Metropoli habuit, partim deniq; ex teſtibus fide dignis, illum impiè docere & ſapere, per ſacros Canones, ſanctiſſimique Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Cœleſtini Patris noſtri literas, lachrymis ſuffuſi & penè inuiti, ad lugubrem hanc ſententiam vrgemur.

SENTENTIA.

Igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quem ſuis ille blaſphemis vocibus imperiuit, per ſacram hanc Synodum eundem Neſtorium, omni prorſus Epiſcopali dignitate priuatum, & ab vniuerſo nihilominus Sacerdotum conſortio & cœtu alienum eſſe decernit.

Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus, vnà cum ſacra Synodo decer. ſubſ.

Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus, vnà cum ſacra Synodo decer. ſubſ.

Flauianus Philipporum Epiſcopus, vnà cum ſacra Synodo decer. ſubſ.

Firmus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus vnà cum ſacra Synodo decer. ſubſ.

Memnon Epheſiorum Epiſcopus, vnà cum ſacra Synodo decernens ſubſ.
Acacius Dei miſericordia Melitenæ Epiſcopus, vnà cum ſacra Synodo decer. ſubſ.
Palladius Dei gratia Amaſiæ Epiſcopus, Synodali ſententiæ accedens ſubſ.
Amphilochius Epiſcopus Sidæ ſubſcripſi, vnà cum ſacra Synodo decer. ſubſ.
Iconius Gortynæ Cretæ Epiſcopus ſacræ Synodi ſententiæ ſubſcr.
Felix Apolloniæ Beliadis Epiſcopus, vnà cum ſacra Synodo decer. ſubſcr.
Daniel Epiſcopus Coloniæ decernens ſubſcripſi.
Theodotus S. Eccleſiæ Ancyritanæ Eps dec. ſubſ.
Perigines Corinthi Epiſcopus decernens ſubſcr.
Hellanicus Rhodi Epiſcopus decer. ſubſcripſi.
Cyrus minimus Aphrodiſiadis Eps decer. ſubſcr.
Dynatus Nicopolis veteris Epiri Eps decer. ſubſ.
Eucharius Dirrhachij Epiſcopus decernens ſubſ.
Senecion Codrinæ Epiſcopus decernens ſubſcr.
Epiphanius Epiſcopus Gratiæ decernens ſubſcr.
Euſebius Heracleæ Epiſcopus decernens ſubſcr.
Anyſius ſanctæ Dei Eccleſię apud Thebas Helladicas Epiſcopus decernens ſubſcripſi.
Domnus Eccleſiæ Opuntinæ Epiſcopus dec. ſubſ.
Agathocles Coronæorum ciuitatis Eps dec. ſubſc.
Gregorius gratia Dei Cerauntis Eps decer. ſubſ.
Paralius miſericordia Dei Andrapenſium Epiſcopus decernens ſubſcripſi.
Callicrates Naupacti Epiſcopus decernens ſubſ.
Nicias Megarorum Epiſcopus decer. ſubſ.
Docimaſius Diœceſis Thratiæ prouinciæ Rhodopes, ciuitatis Maroniæ decer. ſubſ.
Lucianus eiuſdem prouinciæ ciuitatis Toperi Epiſcopus decer. ſubſ.
Ennepius eiuſdem prouincię ciuitatis Myxę Epiſcopus decer. ſubſ.
Reginus Conſtantię Epiſcopus decer. ſubſ.
Sapricius Paphi Epiſcopus decer. ſub.
Themiſtius minimus Tarſi Epiſcopus decer. ſubſ.
Parthebius Theſſaliorum Saltarum Eps dec. ſub.
Aphtonetus minimus Heracleæ Eps decer. ſubſc.
Spudaſius Ceramorum Epiſcopus decer. ſubſcr.
Philetus minimus Amyzonis Epiſcopus dec. ſub.
Archelaus minimus Mendi Epiſcopus decer. ſubſ.
Apellas minimus Cibyrrhæ Epiſcopus decer. ſubſ.
Phanias minimus Harpazorum Eps decer. ſubſc.
Promachius minimus Halindenſium Epiſcopus decer. ſub.
Anderius prouincię Cretę, ciuitatis Cherſoneſi Epiſcopus decer. ſub.
Paulus minimus ciuitatis Lampę, prouincię Cretę Epiſcopus decer. ſub.
Zenobius prouincię Cretę, ciuitatis Gnoſi Epiſcopus decer. ſubſ.
Theodorus Dodonę veteris Epiri Eps decer. ſub.
Dion Epiſcopus Theſſalię decer. ſub.
Secundianus Lamię Epiſcopus decer. ſub.
Theodorus Echinei Epiſcopus decer. ſub.
Heracleon, qui & Theophilus, Trallium Epiſcopus decer. ſub.
Euporus Hypæporum Epiſcopus decer. ſub.
Rhodon Palæopolis Aſiæ Epiſcopus decer. ſub.

Tychicus minimus Erythræorum Eps decer. ſub.
Neſtorius Sionis Epiſcopus decer. ſub.
Euthychius Theodoſiopolis Epiſcopus decer. ſub.
Modeſtus Anneatarum Epiſcopus decer. ſub.
Theoſebius minimus Prienę Epiſcopus dec. ſub.
Theodotus Mnaſę Epiſcopus decer. ſubſ.
Maximus minimus Aſi Epiſcopus decer. ſub.
Maximus minimus Cumę Epiſcopus dec. ſub.
Alexander Arcadopolis Epiſcopus decer. ſubſc.
Theodorus Aninefiorum Epiſcopus decer. ſub.
Euſebius minimus Magneſię Sipylorum Epiſcopus decer. ſub.
Euſebius Clyzomenorum Epiſcopus decer. ſub.
Theodoſius Maſtaurorum Epiſcopus decer. ſub.
Eutropius minimus Euazorum Epiſcopus dec. ſub.
Philippus Pergamorum Epiſcopus decer. ſub.
Aphobius minimus Colonę Epiſcopus decer. ſubſ.
Dorotheus minimus Smyrnæ Epiſcopus dec. ſubſ.
Euthalius minimus Colophoniorum Epiſcopus decernens ſubſ.
Heliotheus minimus Bariulitarum Eps dec. ſubſ.
Athanaſius minimus inſula Paraſi Eps dec. ſubſ.
Heſychius ciuitatis Parij prouinciæ Helleſponti Epiſcopus decer. ſubſ.
Euſebius Aſponorum Epiſcopus decer. ſubſ.
Philumenus ciuitatis Cunæ Epiſcopus decer. ſubſ.
Zeno ciuitatis Curij Cypri Epiſcopus decer. ſubſ.
Tribunianus Priampolis Epiſcopus decer. ſubſ.
Nunechius Selgæ Epiſcopus decer. ſub.
Euargius Holię Epiſcopus decer. ſubſ.
Cęſarius ciuitatis Arcæ Chorepiſcopus dec. ſubſ.
Ioannes Praconneſi Epiſcopus decer. ſubſ.
Strategius Epiſcopus decer. ſubſ.
Neſius Corybaſſi Epiſcopus decer. ſubſ.
Acacius Cotennorum Epiſcopus decer. ſubſ.
Solon Caralię Epiſcopus decer. ſubſ.
Nectarius Catholicæ & Apoſtolicę Senęę Epiſcopus decer. ſubſ.
Matidianus Coraceſiotarum Epiſcopus dec. ſubſ.
Marianus Lyrbę Epiſcopus decer. ſubſ.
Theodulus Heluſę Epiſcopus decer. ſubſ.
Philadelphius Gratianopolis Epiſcopus dec. ſubſ.
Theoctiſtus Phocæorum Epiſcopus decer. ſubſ.
Ruffinus Tabenorum Epiſcopus decer. ſubſ.
Ioannes Auguſtopolis Epiſcopus decer. ſubſ.
Romanus Raphię Epiſcopus decer. ſubſ.
Fidus Epiſcopus Ioppes decer. ſubſ.
Aeanes Sycamazonis Epiſcopus decer. ſubſ.
Paulinus Meumæ Epiſcopus decer. ſubſ.
Theodorus Rhabdelorum Epiſcopus decer. ſubſ.
Petrus Parembulorum Epiſcopus decer. ſubſ.
Paulus Anthedonis Epiſcopus decer. ſubſ.
Netoras Epiſcopus decer. ſubſ.
Saidus Epiſcopus Phęnus decer. ſubſ.
Serenianus Myrorum Epiſcopus decer. ſubſ.
Cyrillus Pylorum Epiſcopus manu laborans, per Seleneſpondium Presbyterum decer. ſubſ.
Hermogenes Rinocurorum Epiſcopus decernens ſubſcripſi.
Euſebius Peli Epiſcopus decer. ſubſ.
Euopitus Epiſcopus Ptolemaidis decer. ſubſ.
Phębamon Epiſcopus Copti decer. ſubſ.
Paulus Epiſcopus Phragoniæ decer. ſubſ.

Macedo-

Macedonius Zoenſium Epiſcopus decer.ſubſ.
Petrus Oxyrynchi Epiſcopus decer.ſub.
Adelphius Onuphitarum Epiſcopus decer.ſubſ.
Athanaſius Paralij Epiſcopus decer.ſubſ.
Heraclius Paræciæ Thyneos Epiſcop⁹ decer.ſub.
Siluanus Coprithis Epiſcopus decer.ſubſ.
Cyrus Achæorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Marinus Heliopolis Epiſcopus decer.ſubſ.
Macarius Metelenſium Epiſcopus decer.ſubſ.
Adelphius Saenſium Epiſcopus decer.ſubſ.
Metrodorus Leontorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Ioannes Ephæſtiotarum Epiſcopus decer.ſubſ.
Strategius Atribitarum Epiſcopus decer.ſubſ.
Lampetius Caſſij Epiſcopus decer.ſubſ.
Theopemptus Cabaſorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Euſebius Nilopolis Epiſcopus decer.ſubſ.
Chryſaorius Aphroditi Epiſcopus decer.ſubſ.
Alexander Cleopatridis Epiſcopus decer.ſubſ.
Theon Heracleenſium Epiſcopus decer.ſubſ.
Theonas Pſinchis Epiſcopus decer.ſubſ.
Heraclides ſuperioris Heracleæ Eṗs decer.ſubſ.
Ariſtobulus Thmoenſium Epiſcopus decer.ſubſ.
Ammon Butitarum Epiſcopus decer.ſubſ.
Andreas Hermopolis Epiſcopus decer.ſubſ.
Macarius Antei Epiſcopi decer.ſubſ.
Sabinus Panis Epiſcopus decer.ſubſ.
Heraclius Epiſcopus Tamiatheos decer.ſubſ.
Iſaac Elearchiæ Epiſcopus decer.ſubſ.
Zenobius Barcæ Pentapolis Epiſcopus decer.ſub.
Zeno Teuchirorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Abraham Oſtracenæ Epiſcopus decer.ſubſ.
Samuel Dyſtheos Epiſcopus decer.ſubſ.
Hieracis Aphnaitarum Epiſcopus decer.ſubſ.
Daniel Epiſcopus Darneos decer.ſubſ.
Sopater Lybiæ Septimiacæ Epiſcopus decer.ſub.
Alypius Sellæ ciuitatis Epiſcopus decer.ſubſ.
Ammonius Panepheſi Epiſcopus decer.ſubſ.
Boſphorius Epiſcopus Eccleſiæ Gangrorum, quæ eſt Metropolis prouinciæ Pamphyliæ, quòd aduerſa valetudine teneretur, per ſe non ſubſcripſit; ſubſcripſit autem illius loco Hypatius Presbyter.
Arginus Pompæopolis Paphlagoniæ Epiſcopus per Syneſium Presbyterum, quòd ægrè haberet, ſubſcripſit.
Helladius Eccleſiæ Adramytenæ Eṗs decer.ſubſ.
Stephanus Teitarum Epiſcopus decer.ſubſ.
Idduas Smyrnæ Epiſcopus decer.ſubſ.
Ariſtonicus minimus Laodicææ Metropolis Epiſcopus decernens ſubſcripſi.
Beneatius Hieropolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, per Paulum Presbyterum decer.ſubſ.
Siluanus Carataporum Epiſcopus decer.ſubſ.
Conſtantinus Diocleſianopolitanus Epiſcopus decernens ſubſcripſi.
Hermolaus Satudæorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Aſclepiades minimus Trapezopolis Eṗs dec.ſub.
Ioannes Lesbi Epiſcopus decer.ſubſ.
Petrus minimus Cruſæ Epiſcopus decer.ſubſ.
Eugenius minimus Appolloniadis Eṗs dece.ſub.
Callinicus Apamiæ Epiſcopus decer.ſubſ.
Athanaſius Epiſcopus Duelsanus & Sozopolitanus decer.ſubſ.

Valerianus Iconij Epiſcopus decer.ſubſ.
Tius Piſinuntiorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Thomas Epiſcopus Derbetarum decer.ſubſ.
Martinus Illiſtrorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Ablabius Amnorij Epiſcopus decer.ſubſ.
Letoius Lybiadis Epiſcopus decer.ſubſ.
Seuerus Synadorum prouinciæ Phrygiæ Salutariæ Epiſcopus decernens ſubſcripſi.
Dominus Cotnaij Eṗs eiuſdem ꝓuinciæ dec. ſubſ.
Euſtathius Docimij Phrygiæ Salutariæ Epiſcopus decer.ſubſ.
Dalmacius Cyzici Epiſcopus decer.ſubſ.
Timotheus prouinciæ Scythiæ Eṗs decer.ſubſ.
Athanaſius Sciðſiorum prouinicæ Helleſponti Epiſcopus decer.ſubſ.
Meonius Lydiæ ciuitatis Sardium Eṗs decer.ſubſ.
Theophanes Epiſcopus Philadelphicæ decer.ſub.
Phoſcus Theatiæ ciuitatis Epiſcopus decer.ſubſ.
Timotheus Termenorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Commodus Tripolitanus Epiſcopus decer.ſubſ.
Euterius Stratoniceorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Paulus minimus Lydiæ Dardanorum Eṗs, aduerſa valetudine laborans per Phoſcum dec.ſubſ.
Limenius Epiſcopus Eccleſiæ ſanctæ apud Sellas prouinciæ Lydiæ dec.ſubſ.
Ioannes minimus Aurelianopolis Eṗs dec.ſubſ.
Theodorus minimus Atalorum Eṗs decer.ſubſ.
Paulus Otymnorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Timotheus Termenæ & Eudociadis Eṗs dec.ſub.
Aedeſius Iſiodorum Epiſcopus decer.ſubſ.
Thomas Valentinanopolis Epiſcopus dec.ſubſ.
Libenius Palæopolis Epiſcopus decer.ſubſ.
Fuprepius Bizyæ Epiſcopus decer.ſubſ.
Theodorus Gadarorum Epiſcopus, ſubſcripſit per Aetherium Diaconum ſuum.
Daphnus Magneſię Męandri Epiſcopus dec.ſubſ.
Berenianus Pergæ Epiſcopus pręſenti ſacrę Synodi ſententię decer.ſubſ.
Pauiſcus Apollonię Epiſcopus decer.ſubſc.
Eulogius Terenuntheos Epiſcopus decer.ſubſ.
Iſaac Epiſcopus Tabæ ęgrè habens per Adelphium Onupheos Epiſcopum ſubſcripſi.
Eudoxius Chomatis prouinciæ Lyciæ Epiſcopus decer.ſubſ.
Ariſtocritus Olmpi Epiſcopus, ſacræ Synodi ſententiæ aſtipulatus ſubſcripſi.

POSTEAQVAM hi omnes Neſtorij exauctorationi ſubſcripſiſſent, acceſſerunt nonnulli alij ad ſacram Synodum, qui & ipſi quoque perinde ac cæteri propoſitæ damnationis ſententiæ ſubſcripſerunt. Epiſcopi itaque, qui Neſtoriũ loco mouerũt, plures quàm ducenti extitere: Siquidem eorum Epiſcoporum loco, qui ad Epheſiorum metropolim venire non poterant, ſubſcripſerunt alij.

Tomi ſecundi, caput XI.

Exauctorationis ſententia poſtridie quàm deponeretur, ad Neſtorium miſſa.

ARGVMENTVM.

CAPITIS huius periocha patet ex præfixo lemmate: Solùm nanque damnationis cauſæ, latæque ſententiæ tempus tanguntur in capite, quæ reticebantur in lemmate.

Sacra Synodus iuxta religioſiſſimorum Chriſtianiſſimorumq́, Imperatorum noſtrorum præſcriptum, in Epheſiorum Metropoli per gratiam Dei coacta Neſtorio nouo Iudæ.

Nestorius viceſimo ſecundo Iunii propter ſuam, in Chriſtum, impietatē, & in errore contumaciam exauctoratus.

AGNOSCE te, propter impias conciones tuas, obſtinatamque aduerſum ſacros Canones contumaciam, contumacemque obſtinationem vigeſimo ſecundo menſis Iunii iam decurrentis, iuxta Eccleſiaſticarum ſanctionū decreta, à ſacra Synodo exauctoratum, atque adeò ab omni Eccleſiaſticæ dignitatis gradu amotum eſſe. Hoc epiſtolium die exauctorationem illius proximè conſecuta, ad Neſtorium tranſmiſſum eſt.

Tomi ſecundi, caput XII.

AD CONSTANTINOPOLITANAE Eccleſiæ Oeconomos reliquosq́, eiuſdem Eccleſiæ Clericos, Synodalis epiſtola, eo ipſo die, quo damnationis ſententia ad Neſtorium perſcripta fuerat, miſſa.

ARGVMENTVM.

Ehuius quoque periocha ex titulo claret: Nec enim aliud hic agitur, quam quòd Neſtorij condemnatio, condemnationisque cauſæ obiter aſſignatur. Sub finem tamen cùm reliqui Clerici, tum maximè Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Oeconomi grauiter monentur, vt durante interregno Epiſcopatus bona diligenter aſſeruent, tanquam rationem ei reddituri, qui Neſtorio in Epiſcopatu aliquando ſuccedet.

Sacra Synodus iuxta religioſiſſimorum piiſſimorumq́, Impp. noſtrorum decretum Epheſi, per Dei gratiam congregata, illuſtriſſimo Euchario, reuerendiſſimis Presbyteris, & Oeconomis, cæterisq́, religioſiſſ. Catholiciſſimisq́, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Clericis S.

Blaſphem⁹ Neſtorius propter impiam ſuam doctrinam loco & ordine mot⁹.

AGNOSCAT pietas veſtra, blaſphemū illum Neſtorium propter impiam ſuam doctrinam, præfractamque aduerſus Eccleſiaſticos Canones contumaciam heſterno die, qui fuit menſis Iulij iam labentis vigeſimus ſecundus, iuxta Eccleſiaſticas ſanctiones exauctoratum, & ab omni Eccleſiaſtico gradu & ordine amotum eſſe. Sedulò proinde omnia, quæ ad Dei Eccleſiam pertinent, curate & aſſeruate; certi, exactam vos illi rationem reddituros, qui Dei voluntate, piiſſimorumque ac religioſiſſimorum Impp. noſtrorum nutu, communibusq́; ſuffragijs ſanctæ Conſtantinopolitanę Eccleſiæ Epiſcopus præficietur.

Vacante ſede, bona Eccleſiæ diligenter & fideliter aſſeruanda.

Tomi ſecundi, caput XIII.

COMMENTARIVS RERVM, quæ in præſentia Epiſcoporum, qui ex vrbe Romana aduenerant, tractatæ fuerant.

ARGVMENTVM.

POST Neſtorium exauctoratum commodùm aduenerunt Romani Antiſtitis legati: Qui ad publicum conſeſſum admiſſi, Patribus in Synodo congregatis, Pontificis Cœleſtini literas exhibuerunt, eaque vt publicè prælegerentur, iuſſerunt. Leguntur, magnaque cum reuerentia & obſeruantia ab omnibus excipiuntur. Verùm quòd plerique Epiſcopi latinè neſcirent, rogati ſunt Arcadius, Proiectus, & Philippus Romani Pontificis legati, vt eaſdem paterentur Græcè reddi, ac denuo relegi. Quod haud difficulter ab illis impetratum eſt, tametſi receptam conſuetudinem obliquæ petitioni refragari non ignorarent, atque hoc ipſum quoque palàm allegarent.

CONSVLATV dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorum Flauij quidē Theodoſij decimo tertio, Valentiniani verò tertio, ſexto Idus Iulij, qui iuxta Ægyptiorum calculum eſt decimus ſextus, Synodo, ex eorundem religioſiſſimorum, Chriſtianorumque Impp. noſtrorū decreto, in Epheſiorū metropoli cōgregata, piiſſimisq́; ac Deo dilectiſſimis Epiſcopis Cyrillo Alexandrino, qui & Cœleſtini quoq; piiſſimi ſanctiſſimique Eccleſiæ Romanæ Archiepiſcopi locum obtinebat; Iuuenali Hieroſolymorum, Memnone Epheſiorum, Flauiano Philippenſium, qui & Ruſi, quoq; ſanctiſſimi Theſſalonicēſium Epiſcopi perſonā ſuſtinebat, Theodoto Ancyræ primæ Galatiæ, reliquisque qui ſuo quoq; ordine ſuprà recenſiti ſunt, in piiſſimi Memnonis Epiſcopi Baſilica conſidentibus, introierunt vnaque cum cæteris conſiderūt, qui ex Italia venerant, videlicet Arcadius & Proiectus piiſſimi Deoq; dilectiſſimi Epiſcopi & legati, nec non Philippus Deo addictiſſimus Præsbyter, Apoſtolicæque ſedis legatus. Poſteaquam autem conſediſſent, omnes, Philippus Apoſtolicæ ſedis Presbyter & legatus dixit:

Ingrediuntur & ad Patrum conſeſſum admittuntur Arcadius, Proiectus & Philippus Romani Pontificis legati.

Gratias agimus ſanctæ & venerandæ Trinitati, quę nos humiles ſancto veſtro Conſeſſui conſociare dignata eſt. Dudum antè ſanctiſſimus beatiſſimusque Pater noſter Cœleſtinus, ſedis Apoſtolicæ Eps, ea per epiſtolam ad Cyrillum piiſſimum Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopum, de præſenti hac cauſa & controuerſia perſcripſit definiuitque, quæ par fuit, quæ literæ ſacro veſtro cœtui, haud dubiè iam pridem ſunt exhibitæ. Idē nunc alios rurſum ad corroborandam fidei Catholicæ doctrinam, ad veſtram pietatem per literas nos miſit, quas proinde reuerenter à nobis oblatas, ſacræ veſtræ Synodo iubete legi, ac inter Eccleſiaſticos commentarios referri.

Pontifex Romanus legatos cum literis ad Synodum Epheſinam amandat.

Arcadi⁹ & Proiectus Epi Romanæq́, Eccleſiæ Legati dixerūt: Præcipiat vr̄a beatitudo, Papæ Cœleſtini

Pontifex Romanus oi cum ve-

neratione nominandus.

Cœleſtini omni cum veneratione nominandi Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi, literas vobis per vos exhibitas recitari, ex quibus veſtra beatitas haud difficulter agnoſcet, quantam is, omnium Eccleſiarum curam gerat. Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus dixit: Scriptum ſanctiſſimi, & per omnia ſacratiſſimi ſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopi Cœleſtini oblatum ſacra Synodus non abſque congruo honore recitari curet. Serici⁹ ſáctę & Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ Notarius latinè recitauit. Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus dixit: Cùm literæ Cœleſtini ſanctiſſimi ſacratiſſimique, magnæ ciuitatis Romanæ Archiepiſcopi, iam lectæ piam Catholicamque ſententiam complectantur, referantur inter actorum commentarios. Vniuerſi reuerendiſſimi Epiſcopi petiuerunt, vt eadē Epiſtola Græcè reddita denuo recitetur.

Pont. Max. omnium Eccleſiarum curam gerit.

Romani Pontificis literæ latinè in Synodo recitantur, dignæque quæ intra Concilij acta referantur, cenſentur.

Philippus Presbyter, & Apoſtolicæ ſedis legatus dixit: Vetus conſuetudo habet vt Apoſtolicæ ſedis diplomata Latinè proponantur, & hoc ſat eſſe ſolet. Nunc verò quoniam beatitudo veſtra efflagitat, vt literæ allatæ Gręcè itidem relegantur; neceſſum fuit, vt beatitudinis veſtræ deſiderio fieret ſatis. Cùm ergo curatum à nobis ſit, vt Romana oratio in Græcam conuerteretur, iubere conuerſam ſuſcipi, & in ſanctas veſtras aures transfundi.

Vetus conſuetudo habet, vt Apoſtolicæ ſedis diplomata, latinè tantùm ſcribantur & proponantur.

Arcadius & Proiectus Epiſcopi & Legati dixerunt: Quoniam quidem beatitudo veſtra oblatas literas in omnium notitiam deduci optat, & quia inter ſanctos Patres & Epiſcopos noſtros non pauci adſunt, qui Romanè neſciunt, propterea eadem illa allata epiſtola, Græcè quoque explicata eſt: Quæ etiam, ſi iuſſeritis, relegetur. Flauianus Philippenſium Epiſcopus dixit: Exhibita literarum ſanctiſſimi Deoque dilectiſſimi, ſanctiſſimæ Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi interpretatio legatur. Petrus Presbyter Alexandrinus Notariorum primicerius legit.

Romani Pontificis diploma græcè redditur, publicèque legitur.

Tomi ſecundi, caput XIIII.

COELESTINI AD SYNODVM Epheſinam epiſtola.

ARGVMENTVM.

INDICAT Pontifex Cœleſtinus, ſe Arcadium, Proiectum & Philippum, qui ſuo nomine & loco Concilio interſint, eiuſdemque decreta confirmēt, Epheſum mittere. Hortatur, vt pro Chriſti gloria, fideique Catholicæ defenſione viriliter decertent. Spondet victoriam, ſi inter ſint concordes, Diuinamque opem, ad Apoſtolorum exemplum, feruentes implorent. Monet tandem, non eſſe illis laborandum, vt noua dogmata ſtatuant, ſed vt à Chriſto & Apoſtolis tradita, contra Satanam, eiuſque miniſtros tueantur.

DILECTIS DESIDERATISSIMIS fratribus, Cæleſtinus Epiſcopus in Domino, S. D.

SACERDOTVM concilium Spiritusſancti præſentiam declarat: Certum eſt illud namque (neque enim veritas ipſa mentiri poteſt) quod Euangelicis literis proditum extat: *vbi ſunt duo aut tres in nomine meo congregati, ibi ſum in medio eorum.* Quòd ſi numero tam exiguo Spiritusſanctus non deeſt, quantò magis par eſt credere, ibi illum minimè defuturum, vbi tanta ſanctorum multitudo conuenerit? Etenim conſeſſus ipſe ſuapte natura ſacer ac venerandus eſt: In quo vtique magnæ illius auguſtæque Apoſtolorum Synodi, de qua in actis legimus, reuerentiam grauitatemque quodammodo cernere licet. Vt is ergo nullo vnquam tempore Apoſtolos deſerebat, quem illi prædicandum ſuſceperant. (Aderat enim illis ſemper Dominus & magiſter: Imò verò ne tum quidem, cùm iam plenè edocti erant, magiſtri ſui ope deſtituebantur: Docebat illi, qui miſerat: Docebat, qui, quid docerent, ſuggerebat: Docebat, qui ſe in ſuis Apoſtolis audiri affirmârat) ita neque cæteros quoque Domini Sacerdotes deſeret. Quippè cùm demandatæ prædicationis cura, propugnandæque ac propagandæ veritatis ſolicitudo, quaſi hæreditario quodam iure ad nos trāſmiſſa ad omnes pertineat: Omnes enim, vbiuis per vniuerſum terrarum orbem, illorum vice, nomen Domini prædicamus hac cura conſtricti tenemur: Etenim dum illis dicitur: *Ite docete omnes Gentes*, non aliquod particulare, ſed generale mandatum proponitur: Siquidem miniſterium, quod Apoſtolis in commune mādauit, hoc nos omnes explere voluit; atque hoc fraternitas veſtra diligēter obſeruare debet. Cùm hæc igitur habeant, neceſſe eſt, Patrum noſtrorum veſtigijs conuenienter inſiſtamus, vt qui omnes in illorum laborem ſubintroiuimus: Et qui illorum honorem ſuſcepimus, fidei quoque dogmata ab illis tradita, pro virili propugnare debemus: Quibus quoque, iubente Apoſtolo, nullam nouam doctrinam adiungere fas fuerit, ſed traditam ſimpliciter conſeruare. Prout etiam non minus honorificum eſt Doctori, miniſterio ſuo tradita cuſtodire, ac propria ſubminiſtrare.

Sacerdotū concilium Spiritusſancti præſentiam declarat.

Matth. 18.

Actor. 15.

Chriſtus ſuos diſcipulos nunquam deſerebat.

Quicquid Apoſtolis demandatum eſt, hoc illorum quoque ſucceſſoribus demandatū intelligitur.

Matth. 28.

Illi itaq; fidei ſemina iactauerunt; noſtra ſolicitudo iacta cuſtodiat; quò noſtri patrisfamilias aduentus incorruptum multiplicemque fructum inueniat; cui ſoli vtique Apoſtolorum meſſis, tanquam primæ & principi cauſæ aſſignatur: Etenim Paulus electis ſuis loquens, haudquaquā ſat eſſe monet, ſeſe plantare ac rigare, ſi Deus incrementum & vbertatē non impertiret. Quā ob rem, conandum modiſque omnibus enitendum eſt nobis, vt fidei dogmata nobis concredita, & per Apoſtolicam doctrinam

Qui Apoſtolis in honore ſuccedunt, fidē ab illis traditam viriliter propugnare debent.

Ab Apoſtolis tradita ſunt credenda & obſeruanda, non noua excogitanda.

Meſſis Apoſtolicæ princeps cauſa Chriſtus.

hactenus conſeruata, porrò retineamus: Neque enim hic perſona quępiam priuata, ſed ipſamet noſtra fides in ius vocatur: Armis ſpiritalibus accingamur, oportet: ſi quidem animorum bellum ſuſcitatur, verborumque iacula torquentur, quò in Imperatoris noſtri fide conſtanter perſiſtamus: Beatus Paulus omnes vos in eo loco, vbi Timotheum manere iuſſit, hoc eſt Epheſi conſtitutos, commonefacit. Idem itaq; locus, idemque doctrinę ſcopus. idem quoque miniſterij ſtudium à vobis exigit. Id omnes agamus, hucomnes noſtri tendant conatus: nempe, ne, quod ipſis vetuit, diuerſum quippiam ſapiamus. Nullus quæſtionibus verboſis & ad rem nihil facientibus intendat. Sed vt ipſe pręcepit, omnes vnanimes maneamus, vnumque & idem ſentientes: Quandoquidem hoc maxime conducit. Nihil autem per cõtentionem, aut ob inanis gloriæ oſtentationem fiat; verum id potiùs optetur & curetur, vt anima vna, & cor vnum ſit omnibus. Quòd ſi fortè fides, quæ vna eſt, adulteretur, vniuerſus conſeſſus vnà nobiſcum ob id laboret ac lugeat. Is in iudicium vocatur, qui terrarum orbem iudicat. Is humanæ correctionis ſubijcitur, qui terrá commouet. Is, qui redemit omnes, iniquis calumnijs impetitur. Veſtra proinde fraternitas Dei armaturam aſſumat; noſtis galeam, quæ caput veſtrum tueatur. Intelligitis, cuiuſmodi lorica pectus veſtrum communire debeat: Neq; enim iam primũ Eccleſiaſtica ſepta vos ſuſcipiũt magiſtros. Nemo ambigat, quin Deo, qui vtraque facit vnum, cooperante, armis depoſitis, tempeſtiuè pax ſit ſucceſſura: Cauſſa enim, de qua agitur, eius eſt naturæ, vt facilè ſeipſam vindicare queat.

Neſtoriani non priuatam perſonam, ſed ſidei noſtræ caput in ius vocant.

Cœleſtinus ea oratione affatur & hortatur Pres Epheſinos. qua Paulus affatus & hortatus eſt Timotheũ primum vrbis Epheſiorum Epiſcopum.

Nihil in Concil. per contentionem, aut inanis gloriæ oſtentationem fieri debet.

At Ducis noſtri verba, quibus per Epiſcopos ſuos nos alloquitur, rurſum expẽdamus. *Attendite*, inquit, *vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spirituſſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Hos autem Apoſtoli hortatus Epheſios, apud quos veſtra ſanctitas nunc conuenit, audiuiſſe legimus. Quibus igitur fidei doctrina cognita eſt, ijs & veſtra quoque doctrina manifeſta fiat; & per veſtram intelligentiam, eam venerationem aſſequantur, qua meritò digni cenſentur. Quin illud etiam, venerandi fratres, neque præterite, neque parum quoque incitare vos debeat; nempe, Regis regum verba olim ab Apoſtolis prædicata, diuturnaq; pace, ac pio ſtudio hactenus conſeruata, nullis vnquam tyrannorum machinis fuiſſe debellata: Neque veritatis virtutem, vlla vnquam ſermonum falſitate potuiſſe extingui. Ante omnia autem illa vos præcipuè conſiderate, iterumque atque iterum recolere decet, quibus Ioãnes Apoſtolus, cuius reliquias præſentes honoratis, ad mutuam concordiá, dilectionemque hortatur; ſed & communis quoque oratio ad Dominum fiat: Nouimus enim, quanta vis Diuinæ præſentiæ ſit acceſſura, tanta ſacerdotum multitudine, concordi animorum conſenſu, deprecante: Quandoquidem tam vos ille mouere, ſuoque Spiritu afflare poteſt, quàm duodecim illos Apoſtolos, dum illum rogarent, mouiſſe afflauiſſeque legimus.

Actor. 20.

Epheſiorũ ciuium la°.

Regis Regũ verba ab Apoſtolis prædicata, nulla vnq; Tyrannis extinguere potuit.

Ioannis Apoſtoli reliquæ Epheſi venerabiles.

Æquè Chriſtus Patres Synodi afflare poteſt atque olim afflauit Apoſtolos.

Sed quænam deprecantium Apoſtolorum extitit petitio? non alia ſanè, quam vt acciperent vim, Verbum Dei cum fiducia loquendi; perque illius virtutem, magna mirabiliaque operandi: Et vtriuſque Christo Domino noſtro elargiente facultatem acceperunt. Et nunc, quæſo, quid aliud ſanctæ veſtræ Synodo expetere conuenit, quàm vt adſit fiducia, Verbum Domini intrepide loquendi conſtanterque, quę dederit prædicare, retinendi? Porrò autem Spiritusſancto, ſicuti ſcriptum eſt, repleti, etſi diuerſo ore, vnum tamen idemque loquebantur; id nimirum, quod Spirituſſanctus ſuggerebat, qui etiam magnũ illis omnibus animorum robur addebat. Atque iſthæc, vt Apoſtolus ait, legem ſcientibus expono: Prudentiam enim loquor inter perfectos. Decertate proinde pro fide Catholica, & Eccleſiaſticorum paci ſuppetias ferte; ſiquidem præſentibus & futuris æquè ac priſcis dictum eſt: Rogate & cuſtodite, quæ ſunt ad pacem Hieruſalem. Miſimus ad vos Arcadium & Proiectum Epiſcopos, & Philippum Preſbyterum ſanctos fratres, vnanimesque ac probatos noſtros comminiſtros, qui noſtra in ſe cura ſuſcepta, actis veſtris intererunt, quæque à vobis ſunt conſtituta, ſuo calculo denuo confirmabunt. Non dubitamus autem, quin ſanctitas veſtra illos ad communem conſenſum, ſententiæque dictionem ſit admiſſura. Quæ verò decreueritis, ea pro omnium Eccleſiarum tranquillitate habeantur definita decretaque.

Qualis fuerit Apoſtolorum oratio.

Romani Pontificis legati cum plena poteſtate, Arcadius, Proiectus & Philippus.

Tomi ſecundi, caput XV.

ARGVMENTVM.

PATRES Synodi magnis vocibus extollunt Cœleſtini fidem & pietatem. Proiectus Epiſcoporum acclamationibus ſubiicit, Synodum officij amicè commonefactam, non quòd Pontifex de illius fide & ſtudio dubitaret, ſed quod antea iam decreta tempeſtiuè abſoluta percuperet. Firmus Epiſcopus exponit, quæ Cœleſtinus ad Cyrillum & ad alios de Neſtorio exauctorando, niſi intra certum dierum ſpatium ad ſanitatem rediret, perſcripſerat, ſecundum Canonum ſanctiones perfecta eſſe. Arcadius laudat Synodi fidem, & diligentiam; petit nihilominus, vt actorum ſeries de integro relegatur; quò tanquam ſupremi iudices ea confirment, ſi legitimè celebrata fuerit; emendent verò, ſi quo vitio laborent. Idem petit Philippus, additque vltimam fidei cognitionem, & definitionem ad ſolum Romanum Pontificem pertinere, Theodorus, & Synodi ſententiam, & legatorũ quoque petitionem iuſtam eſſe aſſerit; remittit tamen illos ad actorum commentarios, ex quibus, quod petebant, plenè cognoſcere queant: Qui proinde commentarii denuo publicè ſunt relecti.

Illuſtris Cœleſtini & Cyrilli præconia.

Cœleſtinus fidei cuſtos.

OMNES piiſſimi Epi ſimul acclamauerunt: Hoc rectum iudicium, nouo Paulo Cœleſtino, nouo Paulo Cyrillo, Cœleſtino cum Synodo concordi: Cœleſtini fidei cuſtodi vniuerſa Synodus gratias agit; vnus Cœleſtinus, vnus Cyrillus; vna fides Synodi, vna fides terrarum orbis.

Cœleſtinus ad Synodū ſcribit. non vt ignaros doceat, ſed quo gnaros ad officiū præſtandū alacres reddat.

Proiectus Epiſcopus, & legatus dixit: Literarum ſancti venerandique Papæ Cœleſtini formam, veſtra ſanctimonia conſideret: Neque enim ſanctitudinem veſtram hortatus eſt, quaſi ignorantem docturus, ſed tanquam gnaram commonefacturus: nempe vt ea, quę dudum antè definita, nunc denuo verò in memoriam per illum reuocata ſunt, iuxta rectæ fidei regulam Catholicæque Eccleſiæ vtilitatem, ad finem numeris omnibus abſolutum primo quoque tempore deducere nitamini.

Cœleſtinus ad omnes Patriarchas & ad alios præterea quoſdā Epiſcopos, qd de Neſtorio fieri velit, perſcribit.

Firmus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus dixit: Sacra & Apoſtolica Cœleſtini ſanctiſſimi ſacratiſſimiq; ſedes literas, quas pridem ad Cyrillum Alexandrinum, & Iuuenalem Hieroſolymitanū, & Rufum Theſſalonicenſem, ſanctiſſimos ſacratiſſimosque Epiſcopos, nec non ad ſanctas Conſtantinopolis & Antiochiæ Eccleſias miſit, certam de præſenti negotio ſententiam regulamq; præſcripſit, quam nos proinde ſequuti (eò quod terminus, Neſtorio ad emendationem præſtitus dudū iam præterijſſet, tātumq; præterea temporis poſt noſtrum, iuxta religioſiſſimi Impp. noſtri decretum, in hanc Epheſinorum ciuitatem aduentum fluxiſſet, vt dies ab Imperatoria Maieſtate pręfinitus elapſus iam quoq; eſſet; neq; interea tamen Neſtorius identidem à nobis citatus parere in animū induceret) forma Canonum diligenter vbique obſeruata, Canonicum Apoſtolicumque iudicium in illum exercuimus.

Neſtorius diu multūque expectatus, omnium expectationem fallit.

Arcadius Epiſcopus, & legatus religioſiſſimus dixit: Etſi tardus nauigationis progreſſus, aduerſaque tempeſtas nos detinuerit, ita vt tempeſtiuè, ſicuti ſpes erat, ad deſtinatum locum venire nequiuerimus; attamen Dei gubernatione, veſtræque beatitudinis interceſſione, noſtra mediocritas tandem hunc appulit, agimusque Deo gratias, quod beatitudinem veſtram vno in loco, & vna item in fide congregatam, & pro Eccleſia, quam Chriſtus ſanguine ſuo acquiſiuit, ſolicitam offenderimus. Quapropter veſtram beatitudinem rogatam cupimus, vt quæ per veſtram ſanctitudinem decreta ſunt, ea nobis explanare iubeatis.

Legati Pontificis tempeſtate iactati Synodo ad præfinitum diē adeſſe nequiuerunt. Patres Cōcilii ea omnia exponere, & in medium proponere iubētur, quæ Romani Pontificis legatis abſentibus cōtra Neſtorium decreta fuerant.

Philippus presbyter & Apoſtolicæ ſedi legatus dixit: Gratias agimus ſanctæ venerandęque huic Synodo, quòd literis Cœleſtini ſanctiſſimi beatiſſimique Papæ vobis recitatis, ſancta Eccleſiæ membra, ſanctis veſtris vocibus, piiſque præconiis, ſancto veſtro capiti vos exhibueritis: Non enim ignara eſt veſtra beatitudo, totius fidei cæterorumq; omnium Apoſtolorum caput, beatum Apoſtolum Petrum extitiſſe. Proinde cum noſtra prauitas multis magniſque tempeſtatibus iacta impeditaq; aliquanto ſeriùs acceſſerit, rogamus, vt ea nobis pateſieri mandetis, quæ ante aduentum noſtrum, in ſacra hac Synodo acta ſunt, quò inxta ſanctiſſimi Papæ noſtri, præſentiſque huiuſce cœtus ſententiam, & nos quoque illa noſtra ſuffragio confirmemus, noſtroque calculo approbemus.

Totus eccleſiæ Catholicæ caput Pontifex Romanus.

Caput Apoſtolorum Petrus.

Synodorū decreta nō ſunt abſolutè firma, niſi Rō Pont. auctoritati ſatiſfiat.

Theodotus Ancyræ Epiſcopus dixit: Iuſtam eſſe ſanctæ Synodi ſententiam, vniuerſorum Deus, cùm per literas Cœleſtini Deo dilectiſsimi Epiſcopi huc allatas; tum per veſtræ quoq; pietatis aduentum oſtendit. Quoniam verò Cœleſtini Epiſcopi ſanctiſsimi zelum & in Catholicam fidem ſtudium, pietas veſtra nobis expoſuit; iuſtaq; ratione permota, quæ vel in Neſtorij exauctoratione, vel in alijs quoque acta tranſactaque ſunt, cognoſcere voluit, & æquam ſanè ſacræ Synodi ſententiam, & iuſtum rurſum eiuſdem zelum, & fidei tandem, quam & nos & ſanctiſſ. piiſsimusque Epiſcopus Cœleſtinus, magna quoque voce & deprædicat, concordiam; hæc inquam, aliaque id genus complura, quæ in Synodo acciderunt, pietas veſtra ex actorum monumentis plenè haurire poterit.

Theodotus Pontificis legatos ad actorum monumenta remittit.

Tomi ſecundi, caput XXVI.

ARGVMENTVM.

PVBLICE & ordine ijs omnibus lectis, quæ in Neſtoriana exauctoratione interuenerant, compertoque omnia ſanctè, legitimè, canonicęque cœpta tranſactaque eſſe, ipſi quoque Eccleſiæ Romanæ legati, qui eiuſmodi relectionem exegerant, poſtridieque quàm Neſtorius loco motus fuerat, aduenerant, omnia & ſingula Concilij decreta, & præcipuè Neſtorij exauctorationem ſuo calculo approbant, ſuiſque ſubſcriptionibus confirmant Singuli autem legati, dum ſuas ſententias dicunt, multa obſeruatione digniſsima in medium proferunt.

POST conſulatum dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorū Flauij quidem Theodoſij decimum tertium; Valentiniani verò tertium, quinto Idus Iulias, qui Ægyptijs eſt 17. Epiphi, poſtero die eadem ſacra Synodo, ad eundem illum locum denuo conueniente, ſacratiſsimis; ac Deo dilectiſsimis Epiſcopis conſidentibus, Iuuenalis Hieroſolymorū Epiſcopus, Arcadio & Proiecto ſanctiſsimis Epiſcopis, & Philippo religioſiſsimo Presbytero dixit: Heſterno die ad examinandam impiam Neſtorij doctrinā penè inuiti deuenimus: Cōperto autē, cùm ex illius literis, quas legimus, tum ex eiuſdem rurſum exegeſibus, quas examinauimus, tum ex ſermonibus tandem, quos paulò ante, in hac Epheſiorū metropoli habuerat, impiè ipſum ſapere, petuerſeque docere, Canonum vi, ſanctiſsimique Patris, & comminiſtri noſtri Cœleſtini Eccleſiæ Romanæ Antiſtitis epiſtola compulſi, non ſine multis lachrymis, hanc triſtē in

Neſtorius in multis examinat⁹, in omnib⁹ blaſphem⁹ & hæretic⁹ deprehenſus.

Sñia Synodi in Neſtorium lata.

in illum ſententiam tulimus. Dominus noſter Ieſus Chriſtus blaſphemis illius vocibus impetitus, per hanc ſacratiſsimam Synodũ eundem Neſtorium ab omni Epiſcopali dignitate alienum, nec non ab omni ſacerdotali cœtu prorſus excluſum eſſe decernit.

Philippus Presbyter, Apoſtolicæq́ ſedis legatus dixit: Nulli dubium, imò ſeculis omnibus notum eſt, ſanctum beatiſsimumq́ue Petrum, Apoſtolorum Principem & caput,

Petr' Apoſtolorum Princeps & caput, fidei columna, & Eccleſiæ fundamentum.

fideique columnam Eccleſiæ Catholicæ fundamentum, à Domino Ieſu Chriſto Saluatore noſtro humanique generis Redemptore cœleſtis regni claues accepiſſe, ſoluendique atque ligandi poteſtate, quã acceperat, vſum fuiſſe; nec non per ſucceſſores ſuos, hucuſque ſemper viuere, cauſaſque decernere, ſemperq́ue victurum eſſe.

D. Petrus ꝑ ſucceſſores ſuum ſemꝑ viuit, & fidei controuerſias decernit.

Huius itaque ordinarius ſucceſſor & vicarius ſanctus, beatiſſimusq́; Papa & Epiſcopus noſter Cęleſtinus, nos ſuos pro ſe, quaſi vicarius, ad hanc ſanctam Synodum miſit.

Ordinarius D. Petri ſucceſſor Pont. Max.

Imp. Theodoſij, eiuſdemq́ue maiorum religio & pietas.

Quam quidem Synodũ, humaniſſimi Chriſtianiſſimiq́; Impp. fidem Catholicam Apoſtolicamq́; doctrinã, quàm à piiſſimis humaniſſimisq́; ſãctę memoriæ auis & proauis traditam, & hucuſque propagatam acceperunt; in recenti memoria vſq; habentes, conſtanterq́; perpetuò retinentes, conuenire iuſſerunt, id vnum præcipuè ſpectantes, ſeduloq́; operam nauantes, vt fides Catholica, à ſeculis antiquis hactenus cõſeruata, ad vltimũ vſq; finem illæſa immotaq́ue perſeueret.

Neſtorius nouæ ꝑuerſitatis auctor, multorumq́; malorum caput.

Neſtorius itaque nouæ peruerſitatis auctor, multorumq́ue malorũ caput, legitimè ſicuti ex Synodalibus actis accipimus, vocatus, riteq́; ſecundùm Patrũ decreta, canonumq́; placita admonitus, iudicio veſtro ſe ſiſtere contempſit; cùm tamen ſpiritalis medicinæ cauſa tanto, tamq́; ſancto cœtui vltro ſeſe offerre debuerit: Etenim cauteriata conſcientia impeditus, quamuis legitimè ſecundùm Canonum ſtatuta commonefactus eſſet, ad ſanctam hanc Synodum, vt dixi, accedere detrectauit.

Neſt. tẽpus reſipiſcẽtiæ indultum cõtempſit.

Neque terminum tantùm ab Apoſtolica ſeſe ſibi cõceſſum, ſed alia ꝓterea multa temporum interualla fluere permiſit.

Tot' Oriẽs & Occidẽs Synodo Epheſinę interfuit.

Neſt. ſpiritale bellũ Chriſto mouit.

Cùm ergo iuxta omnium Eccleſiarum doctrinam. (Omnes nanque Orientales, & Occidentales, vel per ſe, vel certè per ſuos legatos, ſacerdotali huic cõſeſſui interſunt) certò conſtet, quòd impio ore blaſphemas voces depromans, bellum ſpiritale, contra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, mouere veritus non ſit, propterea qui hic adſunt ſacerdotes, ſanctorum Patrũ ſanctiones ſecuti, adeoq́ue vniuerſa hæc Synodus, impium temerariumq́ue Neſtorium, quem emendationis diſpuduit, lata ſententia, cum eo partem non habere, nec in poſterum habiturũ decernit, de quo ſcriptum eſt. *Et Epiſcopatum eius accipiat alter.* Quam ob rem à ſacerdotio, & ab omni præterea Eccleſiæ Catholicæ communione ſe prorſum alienum eſſe intelligat.

Arcadius religioſiſſimus Epiſcopus, Apoſtolicæq́ ſedis legatus dixit: Ingentem luctum, triſtitiamq́ue lachrymis plenam ſacerdotij veſtri ſentẽtia, tametſi iuſta nobis attulit.

Sententia in Neſt. lata tametſi iuſta luctũ ciet.

Enimuerò Neſtorius per Apoſtolicæ ſedis literas, & per veſtram quoq; beatitudinem, vt à peruerſo dogmate, prauaque animi opinione reſipiſceret, admonitus, pertinaci animo; (quemadmodum id lata in illum ſententia ſatis apertè conuincit) in errore perſiſtit.

Multis nominibus miſer Neſt.

Miſer, qui dum emendationis inducias pro nihilo ducit, Apoſtolicæq́; ſedis comminationem contemnit, & ſanctorum Patrum ac ſacerdotum admonitionem, qua ſanitatem recuperare poterat, reſpuit, in tãtam prolapſus eſt impietatem, vt in ſuum quoque Creatorẽ, & Redemptorem, humanique generis Seruatorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, doctrinam blaſphemis plenam depromere non dubitarit, ſententiaſque Deo ſecundùm humanam naturam rectè conuenienterq́ue attributas, antiqui ſerpẽtis inſtar ſubingreſſus, abolere contenderit, & ſuæ præterea ſalutis, æternæq́ue vitę oblitus, & paternarum traditionum ignoratione tentus, & propheticorum tandem de Chriſto præconiorum, Euangeliſtarumq́;, & Apoſtolorum immemor doctrinæ, priuata ſemetipſum fide in præcipitium dederit.

Neſt. priuata fide ſemetipſum in præcipitium dedit.

Quia ergo ipſe ſuapte iudicio, ſeipſum à nobis alienum extorremq́ue fecit; propterea nos ſanctiones iam inde ab initio per ſanctos Apoſtolos, (qui fideliter, quod à Domino noſtro Ieſu Chriſto acceperat, docuerunt) ſanctamq́ue Eccleſiam traditas ſecuti, nec non Cęleſtini ſanctiſsimi Papæ, beatiſsimiq́; Apoſtolicæ ſedis Epiſcopi, qui nos ſuæ Synodique ſententiæ executores conſtituit, decretum amplexi, agnoſcimus Neſtoriũ Epiſcopali dignitate iuſtè exutum, eundemq́ue tam ab Apoſtolicæ Eccleſiæ communione, quàm ab omnium Sacerdotum conſortio prorſus alienum eſſe cenſendum.

Legati Pontificis Synodalis ſententiæ executores conſtituti.

Proiectus Epiſcopus, & Eccleſiæ Romanæ legatus dixit: Clariſsimè ex eorum lectione, quæ in hac ſancta Deoq́ue deuotiſſima, tot tantorumq́ue Dei Sacerdotum Synodo acta ſunt, Neſtorij ingenium deprehenſum eſt; vt qui per ſummam ingratitudinem, poſteaquã tantam ſancti Papæ Cœleſtini, Apoſtolicę ſedis, ciuitatis Romanæ Epiſcopi, nec non præſentium Patrum, Deoque dilectiſſimorum Epiſcoporum manſuetudinem & benignitatem erga ſe expertus eſt, per apoſtaſiam & blaſphemiam, nihilominus in vltroneum interitum proruit.

Neſto. magnam erga ſe Synodi & Põt. Ro. clementiã expertus eſt.

Cùm igitur contra fidem Euangelicam, Apoſtolicamq́ue doctrinam, quæ per omnes vbique Eccleſias diuulgata & confirmata eſt ſuæ hæreſeos peruerſitatem inuehere auſus fuerit; propterea & ego quoque Apoſtolicæ ſedis anctoritate nixus, vnaque cum hiſce Patribus meis ſententiæ executionem ſortitus, definio, memoratum Neſtorium veritatis inimicum, fideiq́ue corruptorem,

Neſto. fidei & veritatis hoſtis.

ptorem,

protem, & ijs omnibus, de quibus accuſatus eſt, obnoxiũ, ab omni gradu & honore Epiſcopali deiectum, omnium præterea orthodoxorum communione iuſtè priuatum eſſe.

Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ dixit: Quomodo Arcadius & Proiectus, ſãctiſſimi pijſſimique Epiſcopi, nec nõ Philippus religioſiſſimus Romanæ Eccleſiæ Presbyter depoſuerint, latæque ſentẽtiæ acceſſerint, perſpicuè ſacræ Synodo innotuit: Depoſuerunt enim ſedis Apoſtolicæ, totiuſque Synodi, ſanctiſſimorum Deoque dilectiſſimorũ Occidentalium Epiſcoporum nomine & loco. Quare cùm ea, quæ à Cæleſtino ſanctiſſimo, Deoq; dilectiſſimo Epiſcopo decreta fuerãt, executi ſint, ſacręq; Synodi, quę in hac Epheſiorum Metropoli conuenit, ſententiæ cõtra Neſtorium latæ aſtipulati ſint; cõſequens eſt, vt quæ heſterno hodiernoque die acta ſunt, actorum commentarijs atexantur, eorundemque pietati, quò propriæ manus obſignatione ea, vt moris eſt, confirment, manifeſtamque ac legitimam aſſenſionem nobis omnibus exhibeant, offerantur.

Pontificis legati nomine & loco totius Occidẽtis, deponunt, ſentẽtiãq; dicunt.

Rogantur Rom Põt. legati, quò Synodi ſententiam ſua ſubſcriptione confirment.

Arcadius pijſsimus Epiſcopus Romanæq; Eccleſiæ legatus dixit: Iuxta ſacræ huius Synodi præſcriptum, non poſſumus communẽ omnium doctrinam noſtris ſuſcriptionibus nõ confirmare. *Sacra Synodus* dixit: Cùm Arcadius & Proiectus pijſſimi religioſiſſimiq; Epiſcopi & legati, & Philippus Presbyter, Romanæque ſedis legatus, conſentanea ſint loquuti; reliquum eſt, vt promiſſis ſuis ſatisfacti, acta noſtra ſubſcribendo corroborent. Proinde actorum commentarij ipſis exhibeantur.

Philippus Presbyter Apoſtolicæque ſedis legatus, actorum commentarijs ſubſcripſi. Arcadius Epiſcopus, & Apoſtolicæ ſedis legatus ſentẽtiæ in Neſtorium hæreſeos, ſchiſmatis, omniſque blaſphemiæ & impietatis auctorem pronuntiatæ, ſubſcripſi. Proiectus Epiſcopus Apoſtolicæque ſedis legatus, iuſto ſanctæ huius & œcumenicæ Synodi iudicio, prout ex actis illius edocti ſumus, per omnia aſſentiens, impij Neſtorij depoſitioni ſubſcripſi.

Subſcribũt Apoſtolicæ ſedis legati Neſtorij cõdẽnationi.

Tomi ſecundi, caput XVII.

DE ROMANORVM EPISCOporum & legatorum aduentu relatio, quam ſacra Synodus per Eutychen Diaconum ad pios Impp. Conſtantinopolim miſit.

ARGVMENTVM.

HAC Synodica epiſtola Impp. certiores redduntur, cùm de Romanorum legatorum aduentu, tum de communi quoque omnium, quod quidẽ ad fidem, & Neſtorij exauctorationem attinet, ſenſu & cõſenſu. Rogant proinde Cõcilij Patres, poſteaquàm cauſa, propter quam conuenerant, iam diiudicata & ad exoptatum finem perducta eſt, vt bona illorũ venia ſingulis ad ſuas ſedes reuerti liceat; maximè quia maior illorum pars, citra maximum incommodum Epheſi hærere diutius non queat. Tum vt literis, ad ſingularum prouinciarũ præfectos deſtinatis caueatur, ne noua rurſum Eccleſias, vel earum paſtores calamitas opprimat: Tum denique noui creandi Epiſcopi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ copia fiat.

RELIGIOSISSIMIS DEOQVE dilectiſſimis Theodoſio, & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, ſemper Auguſtis: Sacra Synodus, quæ per gratiam Dei, veſtræq; Maieſtatis nutum ac voluntatem in Epheſiorum Metropoli congregata eſt.

VESTRAM, Chriſtianiſſimi Reges, erga pietatem, curam & ſtudium, vniuerſorum Deus apprimè gratum acceptumque habet; idemq; ſanctorum Occidẽtalium Epiſcoporum animos zelo, vt Chriſtum contumelia affectum vindicarent, excitauit: Nam etſi ingens itineris intercapedo vniuerſam illã ſanctorum Epiſcoporum multitudinem ad nos peruenire prohibuerit; attamen illis in locis ſimul coacti, Cæleſtino ſanctiſſimo pijſſimoque Romanæ vrbis Epiſcopo præſente & præſidẽte, noſtram de fide ſententiã ſummo conſenſu prædicarunt, eoſque, qui diuerſa ſentiunt, ab omni prorſus ſacerdotij ſorte graduq; alienos cenſendos eſſe definiuerũt. Et hãc quidem ſuam ſuorumq; ſententiam, antequàm vlla omnino Synodus Epheſi cõuenitet, Cæleſtinus ſanctiſſimus magnę Romæ Epiſcopus per literas ſuas indicauerat, Cyrilloq; ſanctiſſimo Deoque dilectiſſimo Alexandrinorũ Epiſcopo, vt ſuas hac in parte vices ſubiens Romę definita perficeret, cõmiſerat. Verùm his non contentus eadẽ hæc alijs denuo literis ſacræ Synodo, quã veſtra dominatio in Epheſiorum Metropoli conuenire pręcepit, nunc iterũ inculcauit. Miſit autẽ haſce literas per Arcadium & Proiectũ ſanctiſſimos Epiſcopos, & Philippũ religioſiſſimum presbyterum, qui Cæleſtini ſanctiſſimi Deoq; dilectiſſimi magnæ vrbis Romæ Epiſcopi perſonam hic ſuſtinet. Quia ergo viri iſti totius Occidentalis Eccleſiæ ſententiam, noſtræ huic Synodo coràm per literas expoſuerũt, iudiciumq; de fide noſtra & pietate noſtro per omnia conſonũ ediderunt, & eadẽ omnino tũ per literas, tum per ea, quæ in mandatis acceperant, (quæ maioris lucis cauſa nobis quoque aperuere) quæ nos, decreuerunt, publiceq; depoſuerũt; propterea nõn potuimus, quod res poſtulabat, hoc eſt, illum, quem illi nobiſcum communẽ habẽt, fidei ſenſum ad maieſtatẽ veſtrã nõ referre: Quo nimirũ pietati veſtræ certò conſtet, iudicium, quod paulò ante à nobis exijt, aliud nihil eſſe, quàm cõmunem quẽdam concordemq; terrarum orbis ſenſum atque cõſenſum: Quem quoque veſter circa fidẽ & pietatẽ zelus palàm doceri, omnibusq; pateſieri abſolutè voluit. Cùm itaque hæc cauſa & cõtrouerſia finem dominationi veſtrę peroptatum,

Romę Synodus contra Neſtorium eiuſdemq; ſequaces celebrata ante Concil. Epheſ.

Romanæ Synodi ſententia ad Cyrillũ miſſa. Cyrillus in cauſa Neſtoriana Põtificis Vicarius.

Cæleſtinus per legatos ſuos ſcribit ad Synodũ, eadque quæ ante ad Cyrillum perſcripſerat, denuo cõfirmat. Philippus presbyter Cæleſt. Vicarius. Idem fidei ſẽſus Oriẽtaliũ & Occidentaliũ.

Impp. vnanimẽ fidei ſenſum & conſenſum vbiq; vult obtinere.

tum, Eccleſijſq; omnibus tutiſſimum & Catholicæ fidei ſaluberrimum iam ſit ſortita; rogamus veſtrã pietatẽ, vt ab hac cura & exilio nos tandẽ abſoluat, quò iſta ſolicitudine onereq; perfuncti, magnæ illius ciuitatis Eccleſiæ curam ſuſcipiamus; præſertim verò, cùm nõ pauci ex nobis magna hic rerũ egeſtate premant; alij nimia ſenectute grauent; quidam etiam morbo detineantur; nonnulli denique hanc vitæ rationẽ in aliena regione tanta difficultate ferant, vt ex Clericis & Epiſcopis quidam quoque è vita exceſſerint.

Poſtulant reditũ Patres Concilij.

Grauis difficiliſq; vitæ ratio Patrib. in Cõcilio.

Supplicamus nihiloſecius, vt ſerias literas ad ſingularũ prouinciarum & locorũ præfectos celeriter mitti curet, quæ inhibeant, ne noua rurſum clades Eccleſias opprimat; aut noua aliqua afflictio ſanctiſſimos Epiſcopos in ſuis ipſorũ parœcijs & diœceſibus denuo tentet: Enimuerò pietate & Orthodoxia iam declarata, totoq; terrarũ orbe conſonam de illa ſententiam tenente & prædicãte, pauculis quibuſdã, qui Neſtorij amicitiam pietate potiorẽ ducunt, duntaxat exceptis, iure meritoq; maieſtatem veſtram gratiam hanc rogamus, vt hac cura in poſterum nos exoneret, quò & ſumri Epiſcopi ordinationi ſeriò incumbere, & ſolidam ex cõfirmata fide & religione voluptatem capere, & puras tandem ſynceraſque preces pro veſtra dominatione ad Chriſtum vniuerſorũ Dominum dirigere nobis liceat. Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ retuli ſubſcripſique. Subſcripſerunt autẽ reliqui omnes Epiſcopi in cõmentariorum ſerie ſuperiùs recenſiti.

Petitur fides publica ab Imperator. pro Con.

Neſtoriani amicitiam pietate potiorem ducunt.

Tomi ſecundi, caput XVIII.

EPISTOLA CYRILLI ad Potamionem Comarium &c.

ARGVMENTVM.

HAC epiſtola Cyrillus Comarium, Potamionem, Dalmatium Archimandritam, & alios præterea è Clero Conſtantinopolitano nonnullos de Neſtorij exauctoratione, deq; ratione & modo, quo eam ad rem ventum erat, certiores facit. Docet, non ſtatim poſt terminũ, quem Imperatores præfixerant, elapſum, Synodum huic rei operam dediſſe; verùm propter Ioannis Antiocheni abſentiam præfinitum tempus ad ſedecim integros dies vſque prorogaſſe: Sed neque tunc quoque priùs condemnationis ſententiã in Neſtorium tuliſſe, quàm certò de obſtinata illius voluntate in concepto ſemel errore cõſtitiſſet. Sub finem monet, actorum commẽtarios, nondum confectos eſſe; atque ideo non eſſe fiendum, ſi qua fortè actorum monumenta Concilij nomine iſthic circumferrentur.

CYRILLVS ARCHIEPISCOPVS Alexandrinus Comario & Potamioni Epiſcopis, Domino Dalmatio monaſteriorũ Archimandritæ, Timotheo & Eulogio Presbyteris, dilectis deſideratiſſimiſq; & per Chriſtum ſanctificatis plurimũ in Domino ſalutẽ.

EXPECTABAMVS reuerendiſſimum Neſtorium acceſſurum, veniamq; ab ijs, quæ poſt ordinationẽ ſuam blaſphemo ore protulit à ſacra Synodo vltrò petiturum, etiamſi periculoſum videatur, homini ita cõparato veniam dare: Neque enim expedit viro, qui ſuis cõcionibus terrarum orbẽ peruertit, fidemq; religioſè ab Eccleſijs hucuſq; ſeruatã fœdè labefactare cõtendit, ita impune ignoſcere: Etenim ſi illi, qui vel vnicam infamem voculam cõtra pijſsimos Chriſtianiſsimoſq; Reges fortè deprompſerint, meritã legũ indignationẽ non euadunt, quantò iuſtius impium illum eã experiri par eſt, qui ſacroſanctũ illud incarnationis myſterium funditus euertere, penituſq; abolere enixus eſt, quod Vnigenitus Dei Filius, pro ſua benignitate & clementia homo fieri non dedignatus, noſtri quondam cauſa expleuit? Quò nimirũ omnibus nobis ſalutẽ conciliaret, mundumque vniuerſum à morte & peccatis liberaret. Verùm ſtupenda eſt viri huius duritia, mentiſq; obſtinatio: Tãtùm enim abeſt, vt reſipuerit, aut vt ea, quæ contra gloriã omniũ noſtrum Seruatoris CHRISTI dicere auſus erat, fletu diluerit, vt Epheſum veniens, ijſdem rurſum vſus ſit ſermonib⁹, quibus antè; certũq; omnib⁹ indiciũ fecerit, ſe à peruerſa doctrina minimè alienum eſſe. Vnde cùm quidam celebris famæ Metropolitani pijſſimiq; Epiſcopi cum illo diſſererent, clareq; ex Diuina Scriptura, Deum eſſe illum, quẽ ſacra Virgo ſecundum carnem genuerat, oſtẽderent; atque ideo illum errare euidenter concluderent, ira percitus, in hanc ſceleratã vocem prorupit: Ego Deum bimeſtrem aut trimeſtrem non dico. Quibus alia addidit nõ pauca Vnigeniti incarnationem è medio planè tollentia.

Periculoſũ eſt homini hæretico, etiamſi veniã petat, ſidere. Cõtra Principes ſi infamem vocem depromentes legum ſeueritatẽ iuſtè experiunt, q̃d illis fiet qui Chr̃m blaſphemant?

Stupenda Neſtor. duritia, mentiſq; obſtinatio.

Neſt. Epheſi conſtitutus virus ſuum non diſſimulat.

Blaſphema Neſto. in Chr̃m voa.

Terminus ſacræ Synodo à pijſsimis Impp. præſtitutus erat ſacra Pẽtecoſtes dies: Primæ enim illorũ literæ, quibus ad Synodum euocabamur, ita iubebant. Hanc autem lucẽ nos noſtro aduentu anteuertimus: Neque enim decebat, vt dominorum noſtrorum edicta neglectui haberemus. Verùm poſteaq̃ religioſiſs. pijſsimumq; Epiſcopum Ioannẽ Antiochenum aduentare accepiſſemus, adhuc 16. dies expectauimus, cùm tamẽ tota Synodus reclamaret, aſſerens, illum conſeſſui intereſſe non velle, q̃ metueret, ne fortè religioſiſs. Neſtorius, qui ex illi⁹ Eccleſia ad Epiſcopatum aſcenderat, loco ſuo moueretur; quæ res ipſi iuſtum pudorem incuſsiſſet. Quã ſuſpicionem veram extitiſſe, ipſa poſtea experientia liquidò oſtẽdit: Etenim nonnulli ex ijs Epiſcopis, qui cum ipſo agunt, ab illo præmiſsi hæc nobis denuntiarunt. Præcepit nobis dominus Ioãnes Epiſcopus, vt veſtræ pietati dicamus: Si forſan tardauero, quod facturi eſtis, id faciatis.

Synodus ad diẽ Pentecoſtes Epheſi indicta.

Cyrillus cũ ſuis ante præfinitũ diẽ adfuit Epheſi.

Ioann. Antioch. Synodum detrectat, ne Neſtorium deponere cogatur.

Ioan. Ant. aduentum ſuum expectari vetat.

Sacra itaque Synodus 28. menſes Payni, vt Alexandrini vocãt, in Eccleſia magna, quæ appellat Maria, congregata, miſsis quibuſdã religioſiſsimis Epiſcopis Neſtorio denũtiat, vt veniat, præſentiq; animo de ijs, quæ ſcripſerat ac docuerat, coràm rationem reddat.

Ille

Ille autem, primo illo congreſſu, aliud nihil reſpondit, quàm vnum hoc: Conſiderabo & videbo. Citatus eſt ergo vicera altera, ſanctiſſimis quibuſdam Epiſcopis iterum à Sacra Synodo ad illum amandatis. Ille verò rem tum commiſit Epiſcopo planè indignā:

Neſtor. cōducto milite Synodi legatos ab ędibus ſuis arcet.

Nam milites à Candidiano magnificentiſſimo Comite acceptos ante ædes, in quibus verſabatur, eo fine & animo collocauit, vt fuſtibus arcerent, ſi qui fortè ad illum ingredi vellent. Cùm autē ſanctiſſimi Epiſcopi, qui miſſi fuerant, perſeuerarent, vnum hoc allegantes; ſe non adeſſe, quò aſperum quippiam dicerent, viciſsimve audirent; ſed quò iuxta ſacræ Synodi mandatum illum vocarent; varijs vſus eſt prætexribus & excuſationib⁹; vt, qui cōſcientia ſua redargutus, venire nollet. Vſi ſumus tertia deinde citatione, diuerſarum prouinciarum Epiſcopis, denuo ad illum deſtinatis; at ille æquè at antè militum manum adhibuit, neque accedere voluit.

Cùm ergo ſacra Synodus cōſediſſet, nec nō Eccleſiaſticis ſanctionibus inſiſtēs, illius epiſtolas & expoſitiones legiſſet, lectaſq; multis & magnis blaſphemijs ſcatere cōperiſſet; & quidam præterea eximij pijſſimiq; Epiſcopi Metropolitani palàm teſtati eſſent, quòd in ipſa quoque Epheſiorum ciuitate, cū ipſis diſceptans, Ieſum Deum eſſe apertè negaſſet, iuſtam legitimamq́ue depoſitionis ſententiam in illum tulit.

Quia verò neceſſarium eſt, vt pietas veſtra comperta hæc habens, eos quoque ea deſcire commonefaciat, quos iſthæc maximè ſcire oportet, ne, vel ipſi, vel alij illius ſtudioſi aliò vos abducant, operæpretium cenſui, vt paucis hæc vobis indicarem. Habemus hîc

Neſtorius à Ioan. Antiocheno ꝓpter ſuā impietatē obiurgat.

quoque Ioānis Antiocheni pijſſimi religioſiſſimiq; Epiſcopi literas ad illū perſcriptas, quibus ſanè acriter eum increpat, tanquam qui noua & impia dogmata in Eccleſias inuehat, ſanctorumq; Patrum & Apoſtolorū doctrinam Eccleſijs traditā euertat. At quia nihil ad blaſphemiarum ſuarum defenſionē adferre poteſt, noxæ ſuæ velamen quærens,

Neſtorius noxæ ſuæ cauſā reijcit in Ioā. Antiochenū abſētē.

ait: Quatuor tandē dierum dilationē petij, donec veniret Ioannes Epiſcopus Antiochenus, & noluerunt concedere. Hæc ille. At iā dictum eſt, memoratū Epiſcopum Ioannem adeſſe noluiſſe: Nam ſi id voluiſſet, quorſum pertinuit, vt per Epiſcopos, quos ſub ſe habebat, ſignificaret: Si tardauero, quæ facturi eſtis, facite? Noluit enim, vt dixi, venire; nō

Cur Ioan. Antio. tēpeſtiuè adeſſe noluerit.

vtique ignarus, fore, vt ſacra Synodus exauctorationis ſentētiam in Neſtorium, qui aduersùs omnium noſtrum Seruatorem impia blaſphemáq; verba protulerat, omnino ferret. Quoniam verò quædam, vt intellexi, relationes à magnificentiſſimo Comite Candidiano iſthuc delatæ ſunt, quaſi à Synodo profectæ, cauti prouidiq; hîc eſtote: Quandoquidē cōmentarij rerū in Neſtorij depoſitione geſtarum, nondum in ſcripta redacti ſunt; vnde ne ad religioſos quidē victoresq; Impp. noſtros relatio, quæ meritò debuerat, mitti adhuc potuit. At Deo bene fauēte, vnà cum commētarijs aliqua propediem mittetur: Si quis tamen eiuſmodi nobis obtigerit, qui perferre queat: Itaque ſi commentariorum & relationis ſeries tardiùs ad vos deferetur, agnoſcite, vt citiùs mitteremus, non fuiſſe integrum. Valete.

Tomi ſecundi, caput XIX.

RESPONSALIS CLERI Conſtantinopolitani ad Cyrillianam.

ARGVMENTVM.

EXPONITVR hoc capite, quid Conſtantinopoli actū fuerit poſt receptas Cyrillianas patefactamque Neſtorij exauctorationem. Inter cętera autem Neſtorij fautores, vbi primùm reſciuerunt Anteſignanum ſuum condemnatum, omnes mox vias terra marique ita præſtruxiſſe & obſeruaſſe, vt nullus è Concilio Conſtātinopolim, vel è Cōſtantinopoli ad Concilium venire potuerit. Tandem, Deo res Catholicorum reſpiciente, mendicū quendam literas Concilij, quas cannæ, qua ſcipionis loco vtebatur, incluſas habebat, Catholicis obtuliſſe. Ijs porrò oblatis omnes ſtatim monachos cum ſuis Archimandritis ad regium palatium ſe cōtuliſſe; ibiq; vt allatæ Concilij literæ in Baſilica Mocij martyris publicè prælegerentur, conſtitutum fuiſſe.

ANTIGRAPHVM EPISCOPOrum & Archimandritarum Conſtantinopoli inuentorum ad commonitoriam, quam Synodi nomine Cyrillus ad ipſos perſcripſerat.

SACRA Synodus iuxta pijſsimorum Chriſtianiſſimorumq; Imp. noſtrorū edictū apud Epheſium coacta, vbi cōpererat, Chriſti inimicum in peruerſa animi ſentētia obſtinatè permanere, neque ab impia doctrina aliquando deſiſtere; quò terrarum orbis offenſio in poſterum conquieſceret, ipſū gradu & ordine mouit. Poſteaquàm verò iſtuc

Neſtor. ob publicam Eccleſię pacē loco & ordine motus.

in Conſtantinopolitana vrbe peruulgatum eſt, qui Neſtorij ſtudioſi erāt, Eccleſiaſticaq; beneficia ab illo acceperant, veritatem ſtudioſè circumueniebāt, omniaq́; cùm mariorum publicas quoque vias obſidētes, neminem prorſus à ſacra Synodo Cōſtantinopolim venire, neque inde rurſum ad Synodum abire permittebant; ea interim, quæ inimici Chriſti erant, vltro citroq́; deferebantur. At quia diuinam voluntatem nemo infringere poteſt: (Quid enim eſt homo, vt Deum expugnet) ſingulari Dei prouidētia accidit, vt epiſtola, quæ ex Epheſina ciuitate ad ſanctos Epiſcopos & monachos perſcripta fuerat, operā cuiuſdam mendici, qui in ſcipione eam incluſam gerebat, tandem redderet: Hic namque dum ſeriò mendicare ſe fingit, vnà cum arundine ipſam quoque epiſtolam intulit.

Neſtoriani terra marique præſtruunt omnia, ne res Neſtorij Conſtantinopoli palam fiant.

Diuinę voluntati nemo reſiſtere poteſt.

Literæ Synodicarum, dineo ſcipioni inclu ſæ & Conſtantinopolitanis redditæ.

Confeſtim omnes Archimandritæ monachorum cætetuis ſtipati exurgunt, hymnosq; & pſalmos decantantes ad regiam cōtendunt.

Monachi pādię Neſtorij infeſti.

Archimandrita Dalmatius 48. annos incluſus.

tendunt. Erant autem inter alios Archimandritas ſanctus Dalmatius, qui annos plus minus quadraginta octo pietatis ſtudio recluſus, extra monaſterij ſui ſepta nunquam pedem extulerat; nec ab vllo vnquam, vt aliquando egrederetur, induci potuerat;

Conſtantinopolis terræ motibus obnoxia.

cùm tamen ob frequentes terræ motus Cõſtantinopolim concutientes, crebris piiſſimi Regis noſtri precibus, qui ad illum accedebat, ad exitum cõmunemq́; aliorum ſupplicationem iam antea prouocatus fuiſſet. Cæterùm dum de hac controuerſia, quid facto opus eſſet, Deum precando conſuleret, vox cœlitus ad eum delapſa, vt egrederetur, imperauit: Noluit enim Deus gregem ſuũ perdere in finem: Comitabatur eoſdem etiam non parua aliorum Orthodoxorum turba.

Orthodoxi contra Neſtorium cõiungunt ſe monachis.

Cùm verò intra palatium eſſent, Archimandritæ ab Imp. acciti rectà mox ad illũ ingrediuntur. Plebs verò & Monachorum turba antiphonatum & pſalmorum modulationi intenta foris reſtitit. Archimandritæ porrò æquo exoptatoq́ue reſponſo ablato, ad ſuos continuò regrediuntur; ex regia voluntate, vt ad ſancti Mocij Baſilicam concedant omnes, mãdatur, ibidem cùm Imperatoris mẽtem, tum allatæ quoque Epiſtolę ſententiam percepturi. Omnes itaque tã monachi, quàm plebei Pſalmum poſtremũ verſus poſtremã ciuitatis partẽ concinentes. (Erat enim via, qua incedebãt, ex capitalibus vna) ad ſancti Mocij martyrium abſcedunt. Et hic rurſum non parua ſolitariorum multitudo cũ hymnis & cereis occurrit; hominumq́; multitudinem conſpicati, magna omnes aduerſus Chriſti inimicum voce exclamarunt. Tandẽ vbi omnes in beati Mocij Baſilicam ingreſſi eſſent, publicè recitata eſt Epiſtola.

Sententia in Neſtorium Epheſi lata, Conſtantinopoli in martyrio Mocij templo promulgatur.

Tomi ſecundi, caput XX.

ARGVMENTVM.

DALMATIVS integerrimæ vitæ Archimandrita ſuggeſtum conſcendens, ſilentiumque indicens publicè proclamat, eaſdem illas literas Synodi iam tum palam omnibus prælectas ipſum Imp. quoque legiſſe; nec legiſſe ſolùm, ſed lectis quoque fidem habuiſſe. Addit his, multa ſe priuatim cũ eodem contuliſſe, effeciſſeque inter cætera, vt primo quoquo tempore aliqui è Concilio accerſantur, qui rem omnem, vt geſta erat, coram exponant, quod hactenus propter fidei hoſtes, qui vias omnes vbiq; obſederant, fieri non potuerat. Populus auditis literis intellectaque Imp. ſententia anathema Neſtorio ingeminat.

Fol. 181.

Apologia ſancti Dalmatij.

Dalmatius ſuggeſtum conſcẽdẽs, quid cum Imp. tranſegerit, generatim exponit.

SANCTVS itaque Dalmatius vbi in ſuggeſtum aſcẽdiſſet, dixit: Si vultis audire, quieti adeſte, & diſcite: Neque his, quæ dicẽtur, obſtrepere velitis. Adeſte autem patienti animo, quò verba exactè percipere valeatis. Quam nũc pietas veſtra epiſtolam audiuit, eã piiſſimus Imperator quoque legit, & fidem ei habuit. Nam ego, cùm ad me veniſſet, quid nam ad ſacram Synodum ſcribere deberet, illi ſuggeſſi. Quæ autem ſuggeſſerã, illa perſcripta ſunt quamuis non plenè: Miſit enim ad me, & lecta ſunt; verùm ne qua illum triſtitia afficerem, quæ cõſentanea videbantur, præmiſi, quæ relatores non exhibuere, ſed illorum loco alias quaſdam literas ſubiecerunt. Erant autem, quæ cum ipſo ſum loquutus, conuenientia, & ad rem opportuna, quæ nunc coram veſtra pietate repetere opus non eſt, ne vt elatus, aut gloriabundus apud quempiam veſtrum in repręhẽſionem incurram: Conteret enim Deus hypocritarum oſſa. Imperator omnia, quæ facta narrabantur, ordine audiuit, audiẽdoq́; gauiſus eſt, & Deo gratias egit: Neq; audiuit ſolum, ſed narrationis quoq; ſeriei ſanctę Synodi, ſicut illius maieſtatem decebat aſſenſus eſt, non meis quidẽ verbis ad hoc inductus, ſed Patrum & auorum ſuorum fidem ſequutus.

Dalmatius iactãtiæ vitiũ formidans, quæ Imp. ſuggeſſerat, publicè repetere detrectat.

Imp. Theo. maiorum ſuorum fidem æmulatur.

Scripta itaque (vt par erat) ſuſcepit, & legit, perſuaſusq́; ait: Si res ita habet, cur Epiſcopi, qui adfuerunt, huc non veniunt, cui ego: Nemo eorum venire ſinitur; & ille: Nemo prohibet. Rurſum ego: Detinentur, inquam, & prohibentur, ne veniant. Qui è Neſtorij factione ſunt, eorum plurimi eunt & redeunt liberè: Quæ verò à ſacra Synodo acta ſunt, ea nemo ad veſtram pietatẽ referri permittit. Cæterùm pro altera, hoc eſt, pro parte Cyrilliana coram omnibus dixi, ſex millia ne Epiſcoporũ audire malit, an vnũ tantùm hominem, eumq́; impium. Sex millia autem eos aiebam, qui ſub Metropolitanorum ſanctiſſimorum Epiſcoporum poteſtate degunt. (Hæc omnia autem eò ſpectabant, vt accerſerentur, & venirẽt, qui ea, quæ facta ſunt, patefacerent; loquor autẽ de ſanctiſſimis Epiſcopis, quos ſacra Synodus huc deſtinatura eſt.) Et reſpondit: Rectè quæſiuiſti: Rurſumq́; adiecit, & dixit: Precemini pro me. Quid multis? certò noui, Imperatorem Deo & ſacræ Synodo obſequuturum potiùs, quàm peruerſis hominibus. Orate igitur pro Imp. & pro nobis; populus Conſtantinopolitanus, vna ſimul voce exclamat: Anathema Neſtorio.

Sex millia Epiſcoporum pro fide contra Neſtorium faciunt.

Imp. commendat ſe precib. Dalmatij. Dalmatius ſe ac Imp. aliorum obſecrationibus. Conſtantinopolitani anathema clamant Neſt.

Tomi ſecundi, caput XXI.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini epiſtola Epheſo ad monaſteriorum præfectos ſcripta.

ARGVMENTVM.

INDICAT, Chriſti hoſtem omniumque turbarum ac cõtrouerſiarum caput fontemq́; communi totius Synodi ſentẽtia & auctoritate exauctoratum, ordineque motum eſſe. Nec ob id tamen à precibus ceſſandũ, quòd Neſtorij fautores minimè ferientur, nonnullæque turbarum reliquiæ, veluti conſopita flamma etiamnum lateant.

RELI-

RELIGIOSISSIMIS PIISSIMISque monachorum Patribus cæteriſq́, qui monaſticam vitam vnà vobiſcum exercent, & in fide Dei conſtanter perſeuerant, dilectis deſideratiſſimiſq́, Cyrillus in Chriſto ſalutem.

DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus, cùm a Iudæis probris affectus, illuſus, flagellis cæſus, poſtremò propter nos, & pro nobis cruci affixus, pleroſque omnes, qui in illum delinquebant, impia aduersùm ſe capita concutere cerneret, aiebat: Et ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit; & qui conſolaretur, & non inueni. Eiuſmodi quippiam nunc quoque accidiſſe videmus. Imò verò, ne ſyncerè fidelium zelum iniuria afficiam, plurimos habuit, qui propter Neſtorij blaſphemias contriſtati fuerunt. At non omnium hic ſenſus fuit: Nam inter eos quoque, qui ſacerdotio funguntur, comperti ſunt nonnulli, qui cauſam illius aſpernarentur; vtpote cum homine hæretico apertè cõſpirantes; ijſque, qui illum impugnant, improbè ſeſe obiectantes. Sed horum inſcitiam Chriſtus deſtruet, aut, vt verius dicam, iam deſtruxit: Compreſſum eſt enim os blaſphemum, & conticuit lingua ſcelerata; nec amplius blaſphemas contra Chriſtum voces, veluti ex ſacerdotali, aut doctorali auctoritate in poſterum depromet. Et qui ipſius amicitiam charitate, quæ eſt in Chriſtum, potiorem ducebant, ij vultus iam nunc gerunt rubore pleniſſimos: Hoc enim iure optimo debebatur ipſis.

Non om̃s Sacerdotes Neſtorij blaſphemias auerſati ſunt.

Cõfuſi, qui cum Neſtorio faciebãt.

Verùm enimuerò licèt inimicus ſit iam debellatus; attamen nonnullis curarum reliquijs adhuc diſtenti, veſtris ad Deum precibus egemus. Quapropter neceſſum eſt, vt vos, qui veſtram vitam Deo conſecraſtis, puras ad illum manus leuetis; atque hoc ipſum identidem noſtri cauſa factitetis. Meminiſtis cùm Ieſus naue cum ſelectis Iſraëlitis cõtra Amalechitas dimicaret, beatum Moyſen ſublatis in cœlum manibus victoriam his à Deo poſtulaſſe & impetraſſe, qui in prælio & pugna verſabantur. Virilis itaque veſtra ſit pietas in precando; veſtriſque vt germani filij adeſte Patribus, qui falſam Neſtorij doctrinam perinde atque morbum quempiam peſtiferum profligare enixè contendunt; quò nimirum fidem immaculatam inculpatamq́ue, ac nulli prorſus cauillationi obnoxiam obtinẽtes, Chriſto omnia ꝓpter nos noſtriq; cauſa perpeſſo placere poſſimus. Exhilarate nos per literas viciſſim: Erunt enim illa maximæ nobis conſolationi. Bene valete, dilecti & deſideratiſſimi fratres.

Monachorũ vita Deo conſecrata.

Moyſes precibus victoriam cõtra Amalechitas obtinet.

Hæreſis morbus peſtifer.

Tomi ſecundi, caput XXII.

SACRAE SYNODI AD religioſiſſimos Imp. de Neſtorij depoſitione relatio.

ARGVMENTVM.

SYNODVS hac epiſtola Neſtorij exauctorationem, eiuſque modum & cauſas ordine explicat. Mox vt omnia eiuſdem Neſtorij monumenta igne abſumi, grauiterque in illos, qui occultè illa tenuerint, aut legerint, animaduerti curet, Cæſaream maieſtatem obnixè rogat. Poſtremò actorum commentarios maioris cognitionis capiendæ cauſa hiſce literis ſe adiunxiſſe commemorat.

THEODOSIO ET VALENTINIANO, religioſiſſ. Chriſtianiſſimiſq́, Impp. victoribus, triumphatoribus ſemper Auguſtis, ſacra Synodus per Chriſti gratiam, veſtraq́, maieſtatis nutum in Epheſiorũ Metropoli congregata.

VESTRA pietas, pijſſimi Chriſtianiſſimiq́ue Principes, rectam fidem a progenitoribus ſemel hauſtam, quotidianis incrementis augere non deſinit, plurimamq́ue curam veritatis dogmati ſubinde impendit. Quare cum ex Neſtorij doctrinaque a ſanctorum Patrum, ſacratiſſimorum Apoſtolorum & Euangeliſtarum traditione prorſus aliena, perturbatio minimè parua; non ſolùm in magna illa ciuitate, verùm in toto paſſim terrarum orbe fuiſſet exorta, veſtra maieſtas ſanctas Dei Eccleſias diu multumq; turbari, veræq; fidei & pietatis dogmata fœdè adulterari, neutiquam eſt paſſa: Verùm ex vniuerſo orbe, pijſſimos quoſque Epiſcopos Metropolitanos, & quoſdam præterea ex alijs quoque ciuitatibus Epiſcopos, ſtatim ad diem Pentecoſtes conuenire iuſſit. Quod vtiq; tẽpis ſpatium ad eum conuentum abunde ſat fuit.

Neſtorij doctrina ab Apoſtolorũ traditione aliena.

Metropolitani, & alij præterea nonnulli Epheſum ad diẽ Pẽtecoſtes vocati.

Cùm omnes itaque iuxta præſtitutum nobis terminum Epheſum veniſſemus, accidit, vt Ioannes ſanctiſſimus Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopus cunctantiùs aduentaret. At nos itineris difficultatem tarditatis huiuſce cauſam rati, poſt terminum nobis præfinitum elapſum, ſedecim totos dies auſcultationem Synodicam diſtulimus. Interea verò alij quidem Epiſcopi ſenio confecti, inuſitata inter alienos conſuetudine viuendi grauiter affligebantur: alij aduerſa valetudine in periculum vitæ adducebantur; nonnulli quoque ex illis in hac ipſa vrbe diem extremum obierunt; quidam denique graui rerum penuria conflictati, & ob id moræ impatientes, importunè, vt Synodicam actionem primo quoque tempore auſpicaremur, nos vrgebãt. Actis proinde decem & ſex integris diebus

Epheſinum Concilium decima ſexta demum die poſt iſtam indictionẽ inchoatum.

Rrrr post

poſt Pentecoſten ad Synodicam audientiam nos accinximus. (Nam Ioannes ſanctiſsimus Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopus, per Alexandrum Apamææ, & Alexandrum Hierapolis Deo dilectiſſimos Epiſcopos, quos præmiſerat, nobis indicauerat, morandi cauſam ſe habere; Qui ſanè hactenus nondum comparens non parum moleſtiæ ſacræ Synodo attulit) ac vigeſima quidem ſecunda menſis Iunij, vt Romani appellant, ſeſſionem celebraturi, per religioſiſſimos quoſdam Epiſcopos præclarum illum Neſtorium, vt noſtro conſeſſui ſeſe adiungeret, pietatiſque & fidei examinationi vnà nobiſcum intereſſet, amicè admonuimus; ſed nullum euidens ab eo reſponſum obtinere licuit; vnũ hoc tandem per eos, qui miſſi fuerant, renunciauit: Rem perpendam, & ſi ita viſum fuerit, adero.

Ioan. Anti. p Alexãdrũ Apamææ & Hierapolis Epos ſe Cõc. tempeſtiuè adeſſe nõ poſſe ſignificat

Cùm itaque ſequenti, hoc eſt, vigeſima tertia Iunij die, in ſancta & magna Eccleſia, quæ appellatur Maria, conueniſſemus, ſanctumque Euangelium, quod ipſum Chriſtum nobis ob oculos ponebat, in throno, qui medium locum obtinebat, propoſitum eſſet, Canonum norma ſeruata, tres rurſum alios ſanctiſſimos Epiſcopos ad ipſum miſimus, monentes ſimul ac rogantes, vt ſacræ Synodo ſeſe ſiſteret, ſuæque doctrinæ rationẽ coràm redderet. At ille domo; in qua diuerſabatur, frequenti milite circumuallata, cùm nullus tamen per id tempus in ciuitate tumultus eſſet: (Sicut nec antè quoque vllus extiterat) ne minimo quidem reſponſo legatus noſtros dignatus eſt. Porrò autem, cùm Canones præſcribant, tertiò quoque contumacem eſſe citandum, miſſis iterum alijs ad illum ſanctiſſimis Epiſcopis, æquè durum rurſum & immorigerum ac ante eundem offendimus: Siquidem multa ignominia, multiſque oneratos conuitijs, militum opera, qui domicilium illius tuebantur, ac hoc vſus, illos ad nos remiſit, qui officij cauſa miſſi ad illum fuerant.

Synodus Epheſina i Eccleſia D. Virgini ſacra celebrata Euangelium in medium appoſitum Chriſtum repræſentat.

Neſtorius p Satellites ſuos conuicia agit.

Quia ergo æquum non erat, poſteaquàm ille conſcientiæ ſuæ improbitate impeditus accedere nolebat, vt tanta coacta Synodus otioſa diutiùs deſideret; non potuimus fidei & pietatis dogmata non excutere. Telam autem hanc hoc ordine exorſi ſumus; primò omnium actorum monumentis reuerendas pietatis veſtræ literas, quaſi facem quandam præmiſimus; his mox ſacræ fidei expoſitionẽ ſubiunximus, fidei, inquam, initio quidem à ſanctis Apoſtolis nobis traditæ, poſtea verò à trecentis decem & octo ſanctis Patribus in ciuitate Nicææ à ſacræ memoriæ Conſtantino quondam congregatis, fuſiùs expoſitæ: Cuius Conſtantini fidem veſtra quoque dominatio illuſtriorem reddit. Tandem Cyrilli Epiſcopi ſanctiſſimi religioſiſſimique epiſtolas de fide conſcriptas cum æditæ fidei expoſitione contulimus; collataſque non modò ſententijs, verùm etiam verbis fidei Symbolo per omnia conſentaneas comperimus; nec vſpiam illius doctrinam à piæ illius fidei norma diſſentire offendimus.

Ordo in Synodo Epheſina ſeruatus.

Fides ab Apoſtolis tradita fuſius p Patres Nicænos explicata.

Epiſtolę Cyrilli ad Neſtorium de fide perſcriptæ, fidei Symbolo cõſentanea.

His porrò tranſactis, reliquum videbatur, vt dogmata admirandi illius Neſtorij diſcuteremus. Erant autem illa minimè obſcura, vt quæ in epiſtolis & libris eius luculenter extarent expreſſa; vt nihil interim de ijs dicamus, quæ ex publicis eiuſdem concionibus erant excepta, quæque in ipſa Epheſiorum Metropoli, dum priuatim cum pijſſimis quibuſdam Epiſcopis diſceptat, palàm ex illo fuerant audita: Neque enim dictitare ceſſabat, dici non debere. Deum noſtri cauſa hominem eſſe factum. Quaſi verò humana, quæ non propter infirmitatem, ſed propter ſuam erga nos benignitatem ſuſcepit, aliquam Diuinæ naturæ ignominiam adferant. Idẽ cùm apud pijſſimos quoſdam Epiſcopos verba faceret, Diuinum illud adorandumque incarnationis myſterium ludibrio habens, aperteque ſubſannans, dicere non eſt veritus: Equidem Deum bimeſtrem aut trimeſtrem non dico; atque hoc ipſum triduo ante ſacram hanc Synodum coactam accidit; ſicut commentariorum fides diſertè id teſtatum facit. Cæterùm cùm hæc ipſa quoque Neſtorij placita, vt par erat, cum ſanctorum Patrum expoſitione commiſiſſemus, inuenimus ea, cum illis planè pugnantia, nec non à Catholica veſtra fide prorſus aliena. Nec opus erat, vt Neſtorius horum rationem redderet, aut de his ſe expurgaret; cùm hoc ipſo conſtans ſui ipſius accuſator eſſe pergeret, quòd in peruerſis illis ſuis dogmatis Catholicæ Apoſtolicæque fidei noſtræ omnino contrarijs, contumaciter perſiſteret.

Neſtorij hęreſis & cõtumacia ex illius libris, publicisq; eiuſdem ac priuatis diſceptationibus manifeſta.

Neſtorius incarnationis myſterium ludibrio habet, ſubſãnatq;

Neſt. placita a Catholica fide prorſus aliena.

Huius itaque rei cauſa ipſum à Sacerdotio, peruerſæque doctrinæ cathedra ſemouimus, Canoniceque exauctorauimus; Cœleſtinum ſanctiſſimum Deoque dilectiſſimum, vrbis Romanæ Epiſcopum dignis præconijs extollentes, qui ante noſtram ſententiam hæretica illius dogmata condamnarat, uoſque in ferenda contra Neſtorium ſententia anteuerterat: Quò nimirum piam ſalutaremque fidem a ſanctis Apoſtolis, Euangeliſtis, Patribuſq; Eccleſijs traditam, tutam tranquillamque redderet, quam ille deprauata doctrina (qualem poſt ſuam quoque condemnationẽ vbertim profundere non deſtitit) euertere conatus fuerat. Veſtram autem maieſtatem iterum iterumque rogatam cupimus, vt vniuerſam illius doctrinã è ſanctis Eccleſijs ſubmoueri, eiuſdemque libros vbilibet locorum repertos, flammis iubeat abſumi: Per hos enim Dei incarnati, quò ſuam in nos clementiam declararet, gratiam abolere contendit: Cuius ille in genus noſtrum benignitatem, Diuinitatis ignominiam interpretatur. Quòd ſi quis veſtras ſanctiones ſpreuiſſe compertus fuerit, ille veſtræ dominationis indignationem non abſque formidine ſentiat: Hac enim ratione fiet, vt Catholica fides per veſtram pietatem

Neſt Romæ prius cõdẽnat', quàm Epheſi.

Neſtorius poſt latã in ſe ſententiã adhuc contra Chrſum inſanit.

Rogat Imp. vt libros Neſt. flãmis iubeat abſumi.

Neſtor. Dei benignitatẽ ignominiã Diuinitatis interpretatur.

tem munita perſiſtat illæſa, noſque iuges pro veſtra maieſtate preces fundamus, per quam & Chriſtus glorificatur, & fides communitur, & gratia Dei omnibus hominibus illuſtrior redditur. Porrò autem, quò iſthæc ſint clariora magiſque aperta, adiungere placuit actorum monumenta. Subſcripſimus omnes, quotquot pijſſimi Epiſcopi in ſuperioribus Commentarijs ordine fuimus recenſiti.

Tomi ſecundi, caput XXIII.

EPISTOLA SACRAE SYNODI ad Clerum populumq́, Conſtantinopolitanum de Neſtorij depoſitione,

ARGVMENTVM.

CLERVM populumque Conſtantinopolitanum de Neſtorij exauctoratione certiorem reddit. Depoſitionis cauſas partim exponit, partim vt illis notas, miſſas facit. Pro noui Epiſcopi electione preces ſupplicationeſque indicit.

SANCTA MAGNA, & œcumenica Synodus per Dei gratiam in Epheſiorum Metropoli congregata, pijſſimis Compresbyteris ac Comminiſtris, vniuerſoq́, Clero & populo ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in Domino ſalutem.

HVC deuenimus, vt rem apprimè luctuoſam vobis indicare cogamur. Primò ſanè, quòd factum eſt, amarè defleuimus; mox verò neceſſitas eò nos adegit, ne videlicet plures impietatis lue corriperentur, vt ipſam morbi huius cauſam excindere compelleremur. *Amotus Neſtor. non abſq; dolore Concilij.* Amotus eſt itaque a Sacerdotio Neſtorius, propriæ impietatis laqueis præter opinionem captus. Cuius quidem impietatis & vos quoque teſtes eſtis, firmamenta ex ijs petentes, quæ ſæpenumero temere apud vos diſſerunt. *Neſt. morb⁹ Conſtantinopoli & Epheſi notus.* Ad hæc mala vobis nota acceſſerunt illa quoque, quæ hic itidem blaſphemo ore profudit: Nam neque ſacra Synodus, quæ vndecunque hunc in locum conuenit; neque Sanctorum multitudo, quæ pietatis gratia hic collecta eſt, illius impetum aliqua ex parte compeſcere potuit; verùm blaſphemijs blaſphemias adijciens, magiſque ſubinde inſanieos dicere auſus eſt: *Neſtorius bimeſtrem & lacte nutritum non vult adorare.* Ego bimeſtrem aut lacte nutritum nolo adorare; neque illum, qui fuit in Ægyptum, Deum volo nominare. Denique eò rem ſuis blaſphemis vocibus deduxit, vt vniuerſam Seruatoris noſtri diſpenſationem noſtrî cauſa ſuſceptam, ſimplicioribus dubiam planeq́ue ſuſpectam reddiderit. *Neſtorius ſimplicibus Chri œconomiã dubiam reddidit.* Iam veſtræ precationis munus fuerit, ardentibus indefeſſiſque a Deo votis contendere, vt idoneum aliquem declaret, qui magnæ illius ciuitatis Epiſcopatum ſuſcipiat cathedramq́; teneat: *Salus & fidei integritas Eccleſiæ Metropolitanæ in alias ſubiectas Eccleſias redundat.* Nam ſi regia ciuitas piè fuerit gubernata rectéque conſtituta, cæteræ quoque omnes Eccleſiæ ſanctæ commodum hinc reportabunt. Ego Cyrillus Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopus, opto vos in Chriſto valere, dilecti deſideratiſſimique fratres. Philippus Apoſtolicæ Eccleſiæ Presbyter ſubſcripſi. Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus ſubſcripſi. Arcadius Epiſcopus & legatus ſubſcripſi. Firmus Cæſareæ Epiſcopus ſubſcripſi. Flauian⁹ Philippenſium Epiſcopus ſubſcripſi. Memnon Epheſiorum Epiſcopus ſubſcripſi. Theodotus Ancyræ Epiſcopus ſubſcripſi. Verenianus Pergenſium Epiſcopus ſubſcripſi. *Epiſcopi ſupra ducētos Neſto. exauctorationi ſubſcripſerunt.* Cùm Epiſcopi ſupra ducentos extiterint, qui Neſtorium depoſuerunt, horum ſubſcriptionibus contenti fuimus.

Tomi ſecundi, caput XXIIII.

CLERI CONSTANTINOPOLITANI ad ſacram Synodum Epiſtola.

ARGVMENTVM.

VT Cyrillus commonitorius Concilij nomine ſcripſerat ad Clerum populumque Conſtantinopolitanum; ita Archimandrita Dalmatius, qui ſummæ apud eundem Clerum & populum auctoritatis erat, eiuſdem Cleri populique loco & nomine ad œcumenicam Synodum reſcribit: Agitque vnus omnium verbis gratias, quòd res antè afflictæ, eum in finem iam tandem ſint adductæ. Indicat præterea, epiſtolas de Neſtorij depoſitione Conſtantinopolim, miſſas omnium gratulatione & plauſu, publicè fuiſſe lectas. Rogat poſtremò, vt Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ de bono paſtore tempeſtiuè proſpiciant: Vnum hoc enim ad rectam fidem ſtabiliendam adhuc ſupereſſe.

PIISIMIS SANCTISSIMISque Patribus noſtris, qui iuxta religioſiſſimorum Impp. noſtrorum decretum ex vniuerſo orbe in Epheſiorum Metropoli conuenerunt, Cyrillo, Iuuenali, Memnoni, Flauiano, Firmo, Theodoto, Acacio, Amphilochio, Eleuſio, Palladio, Vereniano, Iconio, & vniuerſæ demum Synodo, Dalmatius, Sampſonius, Maximianus, Ioannes, Euander, Modeſtianus, Adelphius, Philetus, Eulogius, Baſiliſcus, Florentius, & vniuerſus denique vrbis Conſtantinopolitanæ Clerus in Domino ſalutem.

IAM inde ab ineunte ætate in orthodoxia educati orthodoxoque dogmate probè ſpectati, toti in hoc ſumus, vt ſanctorum Patrum traditionem inconcuſſam ſeruemus. *Conſtantinopolitani tenaces traditionis maiorum.* De qua quidem Patrum traditione per ea, quæ ſanctiſsimus pijſsimuſque Archiepiſcopus Cyrillus ad nos nuper perſcribere dignatus eſt, a veſtra ſanctitate seriò iterum admoniti; deq́; præclaris magniſque fidei orthodoxæ ſucceſsibus p eadē illa proximè

mè certiores facti, meritas omnium noſtrûm Saluatori gratias egimus. Cùm ergo Neſtorium noſtrum quondam Antiſtitem, quòd Apoſtolicam ſynceramque ac piam fidei doctrinam adulteraret, a veſtra pietate ordine locoq; motú eſſe intellexiſſemus, literasque a Theodoſio & Valentiniano pijſſimis Chriſtianiſſimisque Impp. tanquam a veſtra ſanctitudine miſſas eâ de re accepiſſemus; ſtatim illas palàm in ſancta Dei Eccleſia, vniuerſo populo circumſtante & audiente, legi curauimus; Sciat autem veſtra ſanctitas, populum nobis non modò non repugnaſſe, ſed magnis quoque laudum præconis, cùm ſanctam & œcumenicam veſtram Synodum, tum victores quoque Impp. quòd ſacram veſtram Synodum coegiſſent, coactamque omni ſtudio curaſſent, euexiſſe. Nos porrò maiorem in modum recreati, præſentes ſtatim reſcripſimus. Nunc verò eximiam veſtram pietatem enixè obteſtamur, vt iugiter pro nobis Deum precetur, curamque omnem adhibeat, vt ſancta Dei Eccleſia Conſtantinopolitana rectè in poſterum conſtituatur: Hoc enim vnum ad orthodoxæ fidei munimẽtum ſyncera veſtra prouidentia reliquum adhuc eſſe intelligit: Quò hac tandem ratione omnia ad finem Chriſto Domino gratum perducantur, vniuerſaque noſtra nulli mortalium, niſi veſtræ ſanctitudini, pijſſimisque ac Chriſtianiſſimis Impp. noſtris accepta ferantur. Dalmatius Presbyter & Archimandrita, & Monaſteriorum pater. Diuina ſanctaque congregatio ora pro me, obſecro.

Neſtor. loco motus, quòd maiorum fidem adulteraret.

Popul[us] Cõſtantinopolitanus Neſtorij exauctoratione lætitia excepit.

Rogat Synod[us] Epheſina, vt Eccleſia Conſtant. prouideat de idoneo paſtore.

Tomi ſecundi, caput XXV.

EPISTOLA CYRILLI AD Clerum populumq́; Alexandrinum.

ARGVMENTVM.

OBITER lætum Concilij ſucceſſum, communemque totius populi Epheſini poſt Neſtorium depoſitum lætitiam & plauſum indicat. Suum poſt Synodalium commentariorum confectionem reditum ſpondet. Omnia tandem felicia illis optat.

PRESBYTERIS, DIACONIS, populoque Alexandrino dilectis deſideratiſſimisque Cyrillus in Domino ſalutem.

ETSI, quæ hic acta ſunt, veſtræ pietati latiùs explicari debuiſſent; attamen quòd tabellarij feſtinarent, breuitate vti coactus ſum. Scitote itaque, ſacram Synodum in magna Epheſiorum Eccleſia, quæ appellatur Deipara Maria, vigeſima octaua menſis Payni fuiſſe inchoatam. Cùm autem totus dies inſumptus eſſet, tandem damnatum blaſphemumque Neſtorium, quòd ſacræ Synodo adeſſe, ſuorumque dogmatum rationem afferre non auderet, depoſitionis ſententiæ ſubiecimus, ac ab omni Epiſcopatus gradu amouimus. Epiſcopi autem, qui hanc in illum ſententiam tulimus, ampliùs ducenti eramus. Vniuerſus verò ciuitatis populus, a primo die ortu vſque ad veſperam ſacræ Synodi iudicium auidè præſtolabatur. Vt autem cognitum eſt, infamem illum blaſphemiarum autorem ſua dignitate eiectum eſſe, omnes vno ore ſactam Synodum laudare, Deumque, quod fidei hoſtem deieciſſet, glorificare cœperunt. Neque his contenti, nos quoque, vbi primùm Eccleſiam egreſſi fuimus, cum lampadibus & tædis vſque ad diuerſorium duxerunt: Erat enim veſpera multaque paſſim lætitia, ac funalia plurima collucebant. Nonnullæ quoque mulieres thuribula geſtantes nos præibant: Atque ita Saluator noſter his, qui gloriam illius infamare ſtudebant, omnia ſe poſſe, oſtendit. Cæterùm interiſper adhuc hic demorabimur, dum depoſitionis chartas & commentarios, quibus commiſſum eſt, perficiant; ad vos deinde velis remisque feſtinaturi. Sumus omnes per Dei & Seruatoris noſtri gratiam læti, bonaque valetudine vtimur: Vos in Chriſto dilecti & deſideratiſſimi, valete.

Neſtor. 28. mẽſis Payni ſub noctẽ exauctoratus Epheſi.

Epĩ ſupra ducentos Neſt. exauctorarunt.

Epheſij Synodi de Neſtorio iudicium auidè expectant.

Magna Epheſi lætitia & plauſus ꝓpter Neſt. depoſitum.

Tomi ſecundi, caput XXVI.

EIVSDEM CYRILLI AD eundem Clerum populumq́; Epiſtola.

ARGVMENTVM.

EST hæc epiſtola eiuſdem ferè argumenti cùm præcedente: Narrat enim, certamen contra veritatis hoſtes ſuſceptum, fœliciter confectum eſſe, non tamen citra ſudorem & moleſtiam, prout res magnæ ἀνιδρωτὶ haud temere confici ſoleant. Hortatur more ſuo ad preces & ſupplicationes, quò fœlix, Deo bene iuuante, & celer ad illos reditus obtingat.

PRESBYTERIS, DIACONIS, populoque Alexandrino dilectis ac deſideratiſſimis Cyrillus in Domino ſalutem.

EGREGIA præclaraq; facinora, haud facilè citra laborem confici ſolent: Etenim res ita comparata eſt, vt vnicuique commodo ſuus antecedat ſudor. Nec mirum eſt ſanè, ſi in rebus illuſtribus id plerunque vſu venire videamus, cùm etiam vulgaria, & ea, quæ fauente numine obueniunt, non temerè cuipiam citra moleſtiam & curam obtingere deprehendantur. Verùm inter hosce labores, vitæque moleſtias dicere didicimus: *Viriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum*: Certò nanq; perſuaſum habemus, conatus virtuti cõiunctos glorioſum fructũ olim ſortituros, nosq; ſpiritalis fortitudinis

Nihil illuſtre conficitur citra laborem.

Pſal. 26 Conat[us] virtuti cõiũcti glorioſum fructu ſortiuntur.

dinis ſtrenam tanquam pactam mercedem apud Deum reperturos. Proinde ſceleratam illam hæreſim, quæ per terrarum orbem pau latim iam ſerpere incipiebat, cornuque in altum ſublato iniuſtiſsimam contra Deum loquebatur, & incendij cuiuſpiam inſtar recta Eccleſiæ dogmata modis omnibus depaſcere nitebatur, ipſummet vnigenitum Dei Verbum è medio ſuſtulit; ipſumque illius inuentorem & autorem proſtratum eneruatumq́; per ſacræ Synodi ſententiam a ſacerdotio ſemouit. Itaque læti iam dicere poſſemus: *Magnificauit Dominus facere nobiſcum, facti ſumus ſicut lætantes*: Gaudent enim Doctores ac populi duces, fidem rectam eſſe confirmatam, Satanaque peſſundato, ac ſcandalis, quæ concitauerat, ſublatis, veritatis dogma aduersùs mendacium valuiſſe, Chriſtoque omnium Seruatori ſuum vbique nunc locum eſſe, ita vt iam omnes vno ore dicamus: *Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma*. Hæc quidem vobis tanquam filijs perſcribo, admirandaque Saluatoris noſtri ſtratagemata depredico, vt ardentiores ad Deum preces in poſterum fundatis, quò illo tandem aſpirante, incolumes gaudentesque vobis gaudentibus reſtitui queamus. Valere vos in Domino exopto.

Hæreſis inſtar flāme recta dogmata abſumat.

Chrs Neſt. per Synodi ſententiam amouit.

Pſal. 125.

Ephes. 4.

Tomi ſecundi, caput XXVII.

SYNODI EPISTOLA ad Clerum populumq́, Conſtantinopolitanum.

ARGVMENTVM.

NEQVE hæc epiſtola multum à proximè præcedentium ſententia recedit: Significat enim Neſtorium depoſitum, & iuſtè depoſitum, quòd omne peccatum iuſtam pœnam promereatur; hæreſim autem vitium eſſe omnium deterrimum. Admonet, vt magno animo Neſtorianos capellaue, tom vt læti ob debellatum hoſtem in Domino viuant.

SACRA SYNODVS religioſiſſimo Clero populoque Conſtantinopolitano, S.D.

NEMO vnquam Creatori ſuo obſiſtere auſus, diuinam vindictam euaſit; ſed quantum quidem humanus ſenſus conſequi poteſt, ſtatim aliquam ſuppliciorum partem. (Siquidem maior eius rei portio magni illius iudicij diei reſeruatur) dependere ſolet. Quare & Neſtorius impiæ hæreſeos inſtaurator, in Epheſiorum ciuitate, quam Ioannes Theologus & ſacra Deipara Virgo MARIA quandoque incoluerunt, conſtitutus, a ſanctorum Patrum, & Epiſcoporum cœtu vltro ſeipſum ab alienans, malæque conſcientiæ reatu impeditus, ad illum ſeſe adiungere nō andens, poſt trinam citationem ſacræ Synodi ſententia, diuinoque ſanctorum Patrum iudicio condemnatus, omnique ſacerdotali dignitate exutus eſt. Eſtque illius condemnatio & exauctoratio in actorum commentarios relata; communique omnium calculo & ſuſcriptione confirmata. *Gaudete itaque in Domino, iterum dico gaudete*: Nam offendiculum iam eſt ſublatum, zizaniaque ex ſpiritalis culturæ aruo ſunt eradicata. Contortamini proinde, & reſocillemini, ſcutoque fidei ſumpto, ſceleratæ profanæque nouitatis auctores confeſtim expellite: Neque enim minor merces vobis obtinget, ſi id feceritis, quàm illis, qui hic deſudant; Synceri fratres, qui nobiſcum hoc loco congregati ſunt, in Domino vos omnes ſalutant.

Nemò impune Creatori ſuo ſeſe oppoſuit.

Ioānes Euāgeliſta & Deipara Virgo Epheſiorum ciuitatem incoluerunt.

Neſto exauctoratio inter actorū monumenta relata.

Philip. 4.

Iubent Cō ſtantinopolitani Neſtorianos vrbe expellere.

Tomi ſecundi, caput XXVIII.

ARGVMENTVM.

NON ſemel iam antè facta eſt mentio Symboli Niceni confirmationiſque eiuſdem. Ea confirmatio vnà cum ſuo fundamento breuiter hoc capite aſſignatur. Fatendum eſt tamen, quæ ex quibuſdam Patribus ad prædicti Symboli confirmationem hoc loco adferuntur, ea non facere ad totum Symboli corpus; ſed ad eam ſolam partem, quæ ad Chriſti œconomiam ſpectat. In Græco exemplari deerant hic aliquot verſus, quos ne oratio maneret hiulca, ex Contiana editione expleuimus.

COMMENTARIVS ACTORVM Synodi Epheſinæ ſuper confirmatione Symboli Niceni.

POST conſulatum dominorum noſtrorum, Flauij quidem Theodoſij XIII. Flauij verò Valentiniani III. XI. Cal. Auguſt. Synodo in Epheſiorum Metropoli iuxta religioſiſſimorum Principum noſtrorum ſanctionem coacta, Cyrilloque Archiepiſcopo Alexandrino, qui & Cœleſtini quoque ſacratiſsimi Romanorum Archiepiſcopi locum obtinebat; Arcadio item Epiſcopo, & Philippo Presbytero Apoſtolicæque ſedis legato, cæteriſque, quorum nomina ſuprà recenſita ſunt, in Epiſcopali Memnonis Baſilica reſidentibus; Petrus Presbyter Alexandrinus, & Notariorum primicerius dixit: Sancta & magna veſtra Synodus rectæ Apoſtolicæque fidei omni ex parte proſpectum cupiens, inter cętera fidei quoque definitionem propoſuit, quam præ manibus habemus, parati eam legere, ſi veſtræ ſanctitati viſum fuerit. Sancta Synodus dixit: Propoſita a ſancta hac & vniuerſali Synodo fidei definitio legatur, & actorum monumentis inſeratur.

NICAENA SYNODVS hanc expoſuit fidem.

CREDIMVS in vnum Deum Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inuiſibilium factorem; & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum, ex Patre, hoc eſt, ex Patris ſubſtantia natum; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, tam ea, quæ ſunt in cœlo, quàm ea, quæ ſunt in terra. Qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & paſſus eſt, & tertia die reſurrexit, & aſcendit ad cœlos, & inde venturus eſt ad iudicandum viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum: Qui autem dicunt: Erat aliquando, quando non erat, & priuſquàm naſceretur nõ erat; & quòd ex nihilo, ſiue ex non exiſtentibus factus eſt; quique ex alia ſubſtantia, aut eſſentia, aut vertibilem, aut mutabilem Dei Filium eſſe dicunt, eos anathematizat Apoſtolica & Catholica Eccleſia. Huic ſanctæ fidei omnes aſſentiantur, oportet: Eſt enim piè ſufficienterq́ue ad totius orbis vtilitatem expoſita.

Fides orthodoxa per Synodum Nicænam ſufficienter explicata.

Quia verò non deſunt, qui ita illam agnoſcunt & profitentur, vt tamen falſa interpretatione veram eius vim & ſenſum euertant; par eſt, vt quædam quoque teſtimonia ex ſanctis Patribus in medium adferamus, quibus eiuſmodi falſitati obuiàm eatur. Petrus Presbyter Alexandriæ & Notariorum primicerius dixit: In promptu habemus ſanctorum Patrum codices. Selegimus autem ex ijs pauca capita; ſi placet, ea prælegemus. Flauianus Philippenſium Epiſcopus dixit: Et hæc legantur, & actorum monumentis inſerantur.

Hæretici fidei Symbolũ recipiũt, ſed falſa interpretatione eius ſenſum peruertunt.

Quædam ſanctorum Patrum ſententiæ, ad Symboli Nicæni confirmationem.

Fol. 262.

ATTICI Epiſcopi Conſtantinopolitani: Hodie Dominus Chriſtus, ſecundùm humanitatis naturam, genitus eſt: Nam iuxta naturæ diuinæ dignitatem dudum ante exiſtebat. Deinde his rurſum adiungit: Verbum, in quod ſecundùm propriam naturam exinanitio nulla cadit, humani generis amore homo factum, exinanitur: Seipſum enim aſſumpta ſerui forma exinaniuit. Qui carnis & corporis expers erat, propter te incarnatur; *Verbum enim caro factum eſt*. Qui propter incorpoream naturam tactui non ſubiacebat, palpabilis efficitur. Qui principio carebat, ſub principio corporali naſcitur. Qui perfectus erat, creſcit. Qui indemutabilis, proficit. Qui diues, in diuerſorio gignitur. Qui operit cœlum nubibus, pannis inuoluitur. Qui Rex, in præſepio ponitur.

Naſcitur, q ante omnia ſecula exiſtebat; palpatur, qui corporis expers erat.

Ioan. 1.

Eiuſdem Attici.

SI quem anxium reddit Vnigeniti incarnatio, aut Virginis imprægnatio, perpeſſionum communicatio, aut crux, aut mors, aut reſurrectio, iſthæc terrarum orbi ſalutem peperiſſe intelligat: Eademq́ue præpotentis benignitate minimè indigna eſſe, animo pertractet: Nam ſi Deo turpe eſt, in Virgine habitare; modis omnibus turpius erit, Virginem formare. Quòd ſi verò condere turpe non eſt, neque opus ſuum inhabitare turpe erit. Rurſum, ſi perpeſſioni obnoxium eſſe malum eſt, à perpeſſionibus liberare poſſe magnum quoddam bonum ſit, neceſſum eſt. Quare licet immortalis eſſet, attamen quò mortem aboleret, mortem ſubijt. Pari modo, vt noſtram reſurrectionem conſtitueret, ex mortuis ſurrexit. Horum autem omnium non per Diuinitatis naturam, ſed per carnis aſſumptionem capax extitit: Et quidem illa in propriæ impatibilitatis aſylo immotus cõſiſtens; hac verò nihil non patiens ac ſufferens, ſpiritalis vitæ rationem quàm optimam nobis inſtituit.

Non minùs Deũ decet Virginẽ inhabitare, q̃ Virginẽ formare.

Si paſſionibus obnoxium eſſe, malum eſt, a paſſionib⁹ liberare poſſe bonum erit.

Amphilochij Iconij ciuitatis Epiſcopi.

QVONIAM verò idem & Rex, & Deus & mortalis erat (mortem enim propter patibilis naturæ noſtræ œconomiam deguſtauit) Dona illa, myſteriorum quorundam ænigmata extiterunt. Aurum offerunt Magi, quia Regem ipſum eſſe, intelligunt. Thus deferunt, quod Deo ſe offerre non ignorent. Adijciunt denique myrrham, propter mortem in perpeſſionis myſterio incluſam.

Magorum dona myſtica.

Item eiuſdem.

NISI enim ille natus eſſet ſecundùm carnem, tu non naſcereris ſecundùm Spiritum. Niſi ille ſeruilem formam induiſſet, tu adoptionis filiorum gloriam conſequutus non eſſes: Propter hoc namque cœleſtis in terram aſcendit, quò tu terrenus in cœlum ſubueheretis. Propter hoc rurſum Chriſtus ſemetipſum exinaniuit, vt nos omnes ex illius plenitudine hauriremus. Illius mors tua facta eſt immortalitas; Domini perpeſſio, ſerui facta eſt exaltatio. Tu autem beneficium in blaſphemiæ occaſionem conuertis. Alia Patrum teſtimonia ad hunc locum facientia ex capite ſeptimo ſecundi huius Tomi petere licet.

Cur cœleſtis deſcenderit in terram.

Chriſti mors noſtra vita.

Tomi

Tomi ſecundi, caput XXIX.

PETRVS NOTARIORVM Primicerius Chariſij loco, non abſque expoſtulatione Synodum contra quoſdam Lydios compellat.

ARGVMENTVM.

COMMENTARIVS Actorũ Synodi Epheſinæ ſuper libello, quem Chariſius Eccleſię Philadelphiæ Presbyter contra quoddam adulterinum Symbolum à Neſtorianis concinnatum, germaniq; loco ſimplicibus quibuſdam, qui ad rectam fidem redire cupiebant, obtruſum, Cõcilii Patribus exhibuit. Ad hoc autem præſens caput, quod attinet, Petrus Notariorum Primicerius breuiter hic ea exponit, quę à Chariſio didicerat; puta hęreticos quoſdam Lydios ad ſanam fidem redire voluiſſe, caſu verò, dum hoc meditantur, in Antonium & Iacobum homines Neſtorianos incidiſſe: Hoſque Symboli Nicæni loco ſuum adulterinum obtruſiſſe; atque ita miſeros illos non abſque ingenti ſacrilegio ex Charybdi in Scyllã pertraxiſſe. Subiungit his, Chariſium, cuius perſonã ille ſuſtinebat, libellos contra hos Neſtorianos paratum habere, eumque ſacræ Synodo offerre cupere.

Chariſius quorundam Quartodecimanorum cauſa Synodum ſupplex adit.

PETRVS Preſbyter Alexãdriæ & Notariorũ Primicerius dixit: Sacra hac religioſiſſimorum Epiſcoporũ Synodo, qui iuxta piiſſimorum Chriſtiq; amantium Imperatorum noſtrorum decretum, ex omnibus penè orbis Eccleſijs in Epheſiorum Metropoli conuenerant, ſeſſionem celebrante, fidemque, quę per Spiritum Sanctum à 318. ſanctis Patribus Nicææ quondam congregatis, expoſita fuerat, vim ſuam obtinere debere, decernente; ac cætera, quæ ad eundem ſcopum pertinere videbantur, determinante; Presbyter quidam Chariſius nomine, ſanctæ Philadelphenſiũ Eccleſiæ œconomus ſignificauit, hæreticos quoſdam Lydios errore, quo tenebantur, deſerto, ad veritatis lumen redire, & in Catholicæ Eccleſiæ fide ſynceriſque ac pijs eiuſdem dogmatis inſtitui voluiſſe. Verùm cùm ad veritatem contenderent, ſuauiterque ad eam deduci debuiſſent, in grauiorem errorem abductos, & ex vna fouea in alteram periculoſiorem quodammodo præcipites actos eſſe.

Chariſius Eccleſiæ Philadelphicæ œconomus.

Lydii Quartodecimani ad Eccleſiæ gremiũ anhelantes, ab hæreticis auertunt.

Expoſuit enim Antonium quendam & Iacobum Preſbyterorum nomine inſignitos ex vrbe Conſtantinopolitana deſcendiſſe, literaſque commendatitias cuiuſdam Anaſtaſij & Photij (qui & ipſi quoque Preſbyteri, Neſtorianæque hęreſeos aſſertores erant) ſecum detuliſſe. Cumque oportuiſſet Euangelicam Apoſtolicamque fidei traditionem, quam olim ſancti Patres apud Nicæam congregati expoſuerunt, his, qui ex errore ad veritatem redire, & è tenebris ad lucem venire deſiderabant, proponere; quandam impiorum dogmatum expoſitionem in Symboli formam redactam obtruſiſſe, vtque huic, ſubſcriberẽt, miſeros illos induxiſſe: Quæ ſanè res omnem impietatis modum longè ſuperat: Ad maiorem autem dictorum euidentiam libellus à memorato Chariſio exhibitus; impiaque illa de Vnigeniti Dei Filij incarnatione expoſitio, vnà cùm illorum ſubſcriptionibus, qui decepti fuerant, hic interſeruntur.

Antonius & Iacobus Presbyteri Neſtoriani hæreſeos ſuæ propſeminandæ cauſa Lydiã adeũt.

ea Ipiiſſima, ad Chriſtum reuerti volentes, à Chriſto abducunt.

Tomi ſecundi, caput XXX.

LIBELLVS, QVEM CHARISIVS Presbyter & Philadelphenſium œconomus, ſacræ œcumenicæq; Synodo in Epheſiorum Metropoli coacta obtulit.

ARGVMENTVM.

CAPVT hoc duo complectitur; puta Chariſij libellum, Orthodoxamque eiuſdem confeſſionem. Libello ea latius & articulatius explanantur, quæ capite proximo præcedente obiter tantùm delibata fuerant. Proponitur hic autem viua recentium hæreticorum imago: Nam quod Neſtoriani illi moliebantur ſuo adulterato Symbolo, hoc ætatis huius ſectarii ſuis toties recoctis repetitiſque Confeſſionibus adoriuntur. Ad Chariſii autem confeſſionem quod ſpectat, ea eſt per omnia Catholica; vtpote ad verbum penè ex Nicæna fide deſumpta.

OMNES, qui rectè ſapiunt, ita comparati ſunt, vt honorem, &, quam decet, obſeruantiam Patribus, maximè verò ſpiritalibus Doctoribus deferre ex animo deſiderent. Quòd ſi verò illos, qui docendi munus ſortiti ſunt huiuſcemodi de fide auditorib⁹ inſtillare cõtingat, quę omnium & aures & mentes offendant; tunc ſanè ordine commutato prauæ doctrinæ magiſtros ſubiecti quoque reprehendere debent. Quia ergo Neſtorius cacodoxiæ ſuæ fructum metens, vnus ex eorum numero eſt, qui de fide in Chriſtum ſentiunt peſſimè, quique dum ea, quæ non conueniunt, inculcare non ceſſat, vniuerſum terrarum orbem turbauit, eoſque motus paſſim ſuſcitauit, vt Chriſti amantes Imperatores, Orthodoxæ fidei conſtituendæ gratia, veſtram ſanctitatem in hunc locum conuocare coacti fuerint: Quam proinde Deus Optim⁹ Maximus pro ſua clementia, & benignitate eius rei cauſa (nempe, vt legitima Synodo eiuſmodi turbis obuiàm eatur) in vnum hic congregauit; propterea ſanctitatis veſtræ pedibus ſuppliciter aduolutus, omnibus & ſingulis palàm facio, non ipſum tantùm Neſtorium, ſed ipſum quoq; Anaſtaſium & Photium Presbyteros, eiuſdemque impietatis ſocios eandem Neſtorii impietatem in aliis quoq; ciuitatibus paſſim diſſeminare.

Omnes benè affecti maioribus veteribuſque Doctoribus, quẽ decet, honorem deferre debent. Hæreticos paſtores & ſubditi reprehendere poſſunt.

Quare quendam Iacobum eadem, qua ipſi, & mente & audacia inſtructam menſæque illorum conſortem ſubornarunt, ſuiſq; literis, piiſſimis Lydiæ Epiſcopis veluti orthodoxum, (cùm ſit merus impoſtor & hæreticus)

Neſtoriani anteſignani ſui virus in aliis quoque locis diſſeminãt.

cus) ſeriò commendarunt. Quarum rerum veſtra ſanctitudo iam conſcia, id meritò in illum illiusq; fautores & impulſores ſtatuet, quod legum ſeueritas iubet. Hic autem Iacobus, poſteaquàm Philadelphiam Lydiæ ciuitatem ingreſſus eſſet, quoſdam ſtatim ex ſimplicioribus Clericis fraude circumuenit: Etenim fide, quam ſancti Patres Nicæni expoſuerant, reiecta, alteri fidei, aut perfidiæ veriùs expoſitioni ſubſcribere impulit. Et quidem hoc illi ex mera ſimplicitate fecerunt, ſubſcribentes in hunc modum: Huic orthodoxę fidei aſſentimur. Hanc autem expoſitionem hæreticis blaſphemiis refertam; illorúmque, qui in errorē abducti ſunt, ſubſcriptionibus ſignatam & integram habemus, & in veſtræ ſanctitatis præſentia recitari percupimus; quo hinc perſpicuum euadat, illos orthodoxæ fidei euerſionem apertè molitos eſſe. Sed neque eam ſolam fidei expoſitionem in manibus habemus, verùm etiam literas, quibus prædicti Iacobum hęreticum huiuſque temeritatis auctorem orthodoxum eſſe teſtantur. Me verò tanquam hęreticum à communione ſacroque miniſterio depulerunt: Cùm tamen piè Catholicęque, vt mox ſequentia manifeſtabunt, ſentiam, & hactenus ſemper ſenſerim: Etenim his illorum literis & expoſitionibus lectis, veſtra erga Deum dilectio facilè intelliget, qualia illi aduerſus orthodoxā fidem machinati fuerint: Quæ omnia tandem Deus per veſtram ſanctitudinem demolietur.

Hæretici more ſuo adoriūtur ſimpliciores.

Neſtoriani Nicæno ſuum Symbolum rudibus obtrudunt.

Hęretici Catholicos perinde ac hæreticos exauctorant.

Confeſſio Chariſij.

CREDO in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibiliū factorem & creatorem. Et in vnum Dominū Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, lumen de lumine; Deum verum, de Deo vero; conſubſtantialem Patri. Qui propter nos, & noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus, & ſacra Virgine Maria natus, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis, mortuus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit ad cęlos, & iterum venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum veritatis, paracletū, Patri & Filio conſubſtantialem. Et in ſanctā Catholicam Eccleſiam, in mortuorum reſurrectionem, in vitam æternam. Ego Chariſius libellos, ſicut prænotatum eſt, obtuli, propriaque manu ſubſcripſi.

Tomi ſecundi, caput XXXI.

EXEMPLVM EXPOSITIONIS Symboli adulterini.

ARGVMENTVM.

PROPONIT Confeſſionem, quam Antonius & Iacobus Neſtoriani à quibuſdam Teſſeradecatitis, qui en Quartodecimanorum errore, quo obſtricti tenebantur, ad Catholicam fidem redire cupiebant, exegerunt. Eſt autem hęc Confeſſio ea arte conſarcinata, vt ſimplici lectori facillimo negotio imponere queat: Videtur enim concedere, vnum tantum eſſe Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum; & tamen reipſa duos ſtatuit.

QVI vel nunc primùm in Eccleſiaſticorū dogmatum diſciplina accuratè inſtituuntur; vel ab hæretico quopiam errore ad veritatem redire expetunt; eos agnoſcere palamque cōfiteri oportet, in vnum nos Deum ſempiternumque Patrem credere; non nunc demum naturam aut ſubſiſtentiam ſortitum, ſed iam inde ab initio æuoque ſempiterno Deum habitum. Neque rurſum iam tandem paternitatem conſequutum, verùm æterna Deitate, ſempiternaque Paternitate præditum. Credimus etiam in vnum Dei Filium vnigenitū ex Patris ſubſtantia natum, qui eſt verè Filius eiuſdem prorſus naturæ ſubſtantiæque, cuius eſt Pater, & eſſe creditur. Et in Spiritum ſanctum, qui tametſi ex Dei ſubſtantia ſit, non eſt tamen Filius ſecundùm eſſentiam, nihilominùs Deus eſt; vtpote eius ſubſtantiæ exiſtens, cuius eſt Deus & Pater, ex quo etiàm ſecundùm ſubſtantiam procedit. *Nos* (inquit) *non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt*: Peculiari quadam ratione ab vniuerſa creatura, (quam non neceſſariò & eſſentialiter, ſed liberè tantùm & cauſaliter ex Deo profluxiſſe nouimus) illum ſeiungens, Deoque, ex quo propriè ſecundùm ſubſtantiam promanat, coniungens; Filium tamen non nominamus; neque per Filium ſubſiſtentiam ſuam ſortitum dicimus. Confitemur præterea Patrem ſecundùm ſe perſonaliter perfectum; pari modo Filium & Spiritumſanctum quoque. Pietatis autem rationem integre retinentés, Patrem, & Filium, & Spiritumſanctum, non tres diſtinctas differentesque naturas, ſed propter Diuinitatis identitatem, vnam eandemque οὐσίαν & ſubſtantiam agnoſcimus & profitemur.

Cuiuſmodi eorum debeat eſſe fides, qui primo initiantur, cum ab hæreſi conuertuntur.

Neſtoriani diſtinguunt inter verè Filium, & non verè, hoc eſt, adoptiue Filiū.

Spūſſanct9 eiuſdē cum Patre & Filio ſubſtantiæ.

1. Cor. 2.

Neſtorianis Spūſſanct9 nō pcedit ex Filio, ſed tantùm ex Patre.

Vna in tribus pſonis οὐσία.

Quin de diuina quoque diſpenſatione, quam noſtri cauſa in Chriſti incarnatione Dominus Deus perfecit, noſſe oportet, Deum Verbum hominem ſecundùm naturam perfectum, hoc eſt, ex humana carne & anima rationis compote conſtitutum, ex Abrahæ & Dauid ſemine aſſumpſiſſe (hinc enim vt diuinæ Scripturæ teſtantur, Dominus Ieſus ortus eſt, hoc ipſum ſecundùm naturam exiſtens, quod erant illi, quorum è ſemine aſſumptus eſt.) Eundemque hominem omni ex parte perfectum, nobiſque per omnia aſſimulatum, Spiritusſancti virtute in vtero Virgineo formatum, factum ex muliere, factum ſub lege, quò nos omnes in filiorum adoptionem iam dudum antè prædeſtinatos, à ſeruitutis lege liberaret, explicabili quodam modo ſibi coniunxiſſe; cōiunctum verò morti, humaniſque tentationibus perinde ac vnū

Verbū iuxta Neſtorianos pfectū hominē aſſumpſit.

Hoc ipſum erat Chrs, quod illi, vnde originē traxerat.

è nobis

Quomodo purus homo ſecūdū Neſtorianos, citra idololatriā adoretur.

Qui nis aliꝰ Patris, alius matris ſit filius ſecundūm Neſtorianos, attamē propter ſummam illorum inter ſe coniūctionem vnus dūtaxat Filius & Dn̄s eſſe dicitur.

Mirabilia paradoxa de Verbi œconomia profundūt Neſtoriani.

è nobis obiectiſſe: ex mortuis exuſcitaſſe, in cœlum aſſumpſiſſe, ad dexteram tandem Dei Patris collocaſſe. Cùm ergo hic homo ſuper omnem Principatum, Poteſtatem, Dominationem, Virtutem, & omne omnino nomen, quod nominatur, non ſolùm in hoc ſeculo, verùm etiam in futuro ſit conſtitutus; fit vt ab vniuerſa quoque creatura adoretur. Neq; hac tamen ratione duos filios, aut duos Dominos inducimus, ſed vnum tantùm: Quandoquidem vnus tantùm eſt per eſſentiam Filius, nempe Deus Verbum. Cum hoc tamen homo ille aſſumptus tam arctam noſtræ ſalutis cauſa ſortitus eſt coniunctionem, vt veri illius Filij ac Domini nomine ſimul & honore potiatur: Neque enim ad eum modū, quo vnus quilibet noſtrûm per ſe Filij appellatione decoratur (nam iuxta beatum Paulū multi filij ſumus, & dicimur;) ſed vnus ille, & ſolus ille tam eximiam cum Deo Verbo ſocietatē coniunctionemq́ue obtinet, eaq́ue ratione filiationis & dominationis nomen participat, vt omnem dualitatis filiorum atque dominorum imaginationem ſecludat. Per eandem illam cum Dei Verbo copulam efficitur, vt nos quidem omnem fidem, omnemq́ue cogitationem & contemplationem in illum referamus; ille verò adorationem diuinumq́ue honorem ab vniuerſa creatura conſequatur.

Neſtoriani in Verbo & cum Verbo cōplectunt Virginis filium.

1 Cor 15.
Cur Chſs ſecundus Adam appellatus.

Primus hō miſeriæ, ſecundus felicitatis ſtatum nobis attulit.

1. Cor. 15.

Vnum proinde Filium & Dominum Ieſum Chriſtum, per quem omnia facta conſiſtunt, eſſe dicimus; primò quidem ac præcipuè Deum Verbum, qui ſecundùm eſſentiam Dei Filius & Dominus eſt, mente concipientes; mox verò in illo & cum illo alterum quoque illum, qui aſſumptus eſt, hoc eſt, Ieſum à Nazareth animo complectentes; quem Deus Spiritu & virtute inūxit, eumq́ue admodum cum Deo Verbo coniunxit, vt Domini & Filij nomen illi cum Verbo ſit commune. Idem ille homo iuxta diui Pauli doctrinam ſecundus quoque Adamus appellatur: tum quò vtriusque naturæ identitatem exprimat; tum maximè quò poſterioris ad priorem proportionem ob oculos nobis ponat. Tantum autem inter hunc & illum diſcrimen intercedit, quantum inter duos poteſt, quorum alter immenſa futuræ vitæ bona olim eſſet ſubminiſtraturus: Alter verò omnium præſentium calamitatum occaſionem attuliſſet, cauſamq́ue dediſſet. Appellatus eſt rurſum ſecundus Adam, vel ſecundus homo, tanquam, is qui alterum humanæ conditionis ſtatum nobis oſtenderit: Siquidem prioris, hoc eſt, mortalis, patibilis, multisq́ue miſerijs obnoxij ſtatus primus homo auctor nobis, extitit, in quo etiam illius ſimilitudinē habuimus: Secundum verò ſtatum Chriſtus Dominus demonſtrauit: Hic enim olim de cœlo venturus, omnes nos in bonorum ſuorum conſortium aſſumet: *Primus homo* (inquit Paulus) *de terra terrenus; ſecundus homo de cœlo cœleſtis:* Inde enim eſt deſcenſurus, quò omnes ad ſuijpſius ſimilitudinem inſtauret. Vnde addit: *Qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem quoque cœleſtis.* Cæterùm in eo, qui ſorinſecus apparebit, & ab omnibus, qui iudicandi ſunt; palàm cernetur, diuina natura occultè latitans, iudicium exercebit. *Et tempora quidē huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant; eo quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate, in viro, in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, & ſuſcitans eum ex mortuis.* Hæc eſt Eccleſiaſticorum dogmatum doctrina. Omni proinde, qui diuerſa ab his ſentit, anathema ſit. Omni, qui non accipit ſalutarem pœnitentiam, anathema ſit. Omni, qui ſacram Paſchatis diem non celebrat, Anathema ſit. Actor. 17.

Tomi ſecundi caput XXXII.

SVBSCRIPTIO EORVM, QVI decepti fuerant.

ARGVMENTVM.

HOC caput quorundam Quartodecimanorum ſubſcriptiones, quorum in ſupplici Chariſij libello paulò antè facta eſt mentio, paucis complectitur. Subſcripſerunt autem non Niceno, aut alteri Catholico, vt malè perſuaſum habebant, ſed ſpurio Neſtorianorum Symbolo.

Subſcribit Rudiꝰ aliàs Budiꝰ Quartodecimanꝰ Symbolo Neſtoriano.

Rudius Iunici Philadelphenſis Quartodecimanus: Vera orthodoxaq́ue fide agnita, Theophaniq́ue ſanctiſſimi Epiſcopi ope & patrocinio ad hoc viſus, ſanctiſſimæ Catholicæq́ue Dei Eccleſiæ denuo me adiungo; omnemq́ue hæreſin, & Quartodecimanorum præcipuè, in quorum errorem dudum antè incideram, anathematizo: Ac præſcriptæ orthodoxæ fidei expoſitioni aſſentior. Anathematizo nihilominùs, & illos quoque, qui ſanctam Paſchatis diem aliter celebrant, quàm eam ſancta, Catholica & Apoſtolica celebrat Eccleſia. Denique per ſanctam & homouſiam Trinitatem, & per Flauij Theodoſij, Flauijq́; Valentiniani ſemper Auguſtorum pietatem victoriamq́ue iuro, ſi quid vnquam iſtorum violauero, tanquam reum legum auſteritati me pariturum. Prælectæ expoſitioni, quòd literarum rudis eſſem, per Heſychium, qui Flauio eſt à conſilijs, ſubſcripſi.

Heſychius Cordanepꝰ Teſſeradecatites Neſtorianorū Symbolo ſubſcribit.

Heſychius Cordanepius Flauij Senator ac Teſſeradecatites: Vera orthodoxaq́ue fide cognita, ad Catholicam Dei Eccleſiam ſupplex accedo; omnemq́ue hæreſin, & eam potiſſimum, quæ eſt Quartodecimanorum, anathematizo, propoſitæq́ue orthodoxæ fidei expoſitioni per omnia aſtipulor. Eos præterea, qui ſanctum Paſchatis diem ſanctæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ritu non celebrant, anathematizo. Denique per ſanctam & coeſſen-

coeſſentialem Trinitatem,& per Flauii Theodoſij, & Flauij Valetiniani Chriſtianiſſimorum Regum ſemperque Auguſtorum pietatem victoriamq́ue iuro,ſi quid vnquam iſtorum violauero,legum ſeueritatem me ſubiturum.Et manu mea ſubſcripſi.

Ruffinus Philadelphius Quartordecimanus Neſtoriano Symbolo ſubſcribit.

Ruffinus Philadelphius Quartordecimanus: Vera & orthodoxa fide agnita,ſanctiſſimæ Apoſtolicæq́ue Eccleſiæ ſuppliciter admolutus,omnem hæreſim, & eam præcipuè, quæ eſt Quartodecimanorum,deteſtor; & cũ vniuerſa domo mea præſcriptæ orthodoxæ fidei expoſitioni aſſentior.Illos nihiloſeciùs, qui ſanctum Paſchatis diem ſecus celebrant, quam ſancta Apoſtolicaque Eccleſia,anathematizo. Deniq; per ſanctiſſimam & homouſiam Trinitatem, & Flauij Theodoſij, & Flauij Valentiniani ſemper Auguſtorum pietatẽ & victoriam iuro, ſi quid vnquam iſtorum præuaricatus fuero me legum ſeueritati ſubiectum fore.Et huic fidei expoſitioni, tanquam quæ mihi placeat,mea manu meoque iudicio atque voluntate ſubſcripſi. Poſt hos ſubſcripſerunt & alij quoque nonnulli,quorum nomina in Contiana editione leguntur. Exemplar Illuſtriſſ. Principis Bauariæ, quo nos vſi ſumus,hoc tres tantùm ponit.

Tomi ſecundi, caput XXXIII.

ARGVMENTVM.

FERTVR condemnationis ſententia in eos omnes,qui aliud fidei Symbolum componunt, aut quibuſcunque proponunt,quam Nicænum : Tũ in illos rurſum, qui adulterinum illud Symbolum à Chariſio oblatum, quocunque modo tenent aut docent:Tum in omnes tandem Neſtorianorum dogmatum ſectatores ac propugnatores.

Sacræ Synodi de fidei Symbolo decretum.

Nulli fas fuerit aliud fidei Symbolum conſcribere, aut componere, præter illud, quod ediderunt Patres Nicæni. Græcis decreta in eos pœna, qui aliud Symbolũ edat.

HISCE itaque lectis, ſancta Synodus definiuit,nulli in poſterum aliam,fidem,præter eam,quam ſancti Patres Nicæni expoſuerunt,offerre, vel conſcribere, vel componere fas eſſe.Eos verò, qui aliam fidem componere,aut proponere,aut iis, qui ex paganiſmo, aut Iudaiſmo, aut alio quocunque errore ad veritatis cognitionem redire volunt, offerre auſi fuerint;ſi quidem Epiſcopi extiterint,ab Epiſcopatus gradu, ſi verò Clerici, à Clero alienos cenſendos eſſe;ſi autem laici, anathematis vinculo obſtrictos teneri cenſuit.

Sacræ Synodi de Chariſij relatione decretum.

PARI modo,ſi qui deprehendantur,ſiue ij Epiſcopi fuerint,ſiue Clerici,ſiue Laici,qui ea tenent,aut docent, quæ in expoſitione de vnigeniti Filii Dei incarnatione à Chariſio Preſbytero oblata continentur; aut ſcelerata quoque peruerſaque Neſtorij dogmata, quæ eidem expoſitioni inſerta comperiũtur, defendũt, ij eiuſcemodi ſacræ & œcumenicæ huius Synodi ſententiæ ſubiaceant; nempe vt Epiſcopus loco motus ſuam dignitatem amittat. Clericus verò à ſorte ſua depulſus cenſeatur: Laicus autem anathematis vinculo, ſicut prædictum eſt, conſtrictus habeatur.

Pœna eorũ, qui Symbolum adulte rinum, aut Neſtorii cacodoxiam recipiunt.

AD TOMVM SECVNDVM

APPENDIX PRIMA.

Ad Lectorem.

QVAE prima hæc Appendix offert, amice Lector, ea Græcis exemplaribus deſtitutus Latinè non reddidi:ſed hinc inde excerpta integra indemutataq́. in hunc locum tranſtuli. At ne cæteris eſſent omnino diſſimilia,adeoque minùs grata, ſingula capita ſuis argumentis, ſuiſq́ue annotationibus nonnihil illuſtraui. Poterat hæc ſanè (vt & cæteræ quoque, quæ hanc ſuo poſt ea loco conſequentur) aliquantò locupletior aſſignari: verùm quòd hinc reiecta non vſque adeò viderentur neceſſaria, tempuſq́ue nundinarum,ante quas Typographus opus hoc abſoluere cupiebat, præ foribus vrgeret, exiguo hoc adiectitiorum capitum numero contentus fui. De hoc, lector, adm onendum te duxi,ne idem de hac cæteriſq́ue appendicibus (Idem namque obſeruatum eſt in omnibus) ſtatuas, quod de ipſis actis actorumve Tomis: ſimulq́ue, vt, ſi quid de tota hac Appendicum materia Græcè apud te extat, hoc ipſum ad communem Eccleſiæ vtilitatem liberaliter in medium conferas: Sunt enim pleraque Appendicum capita ſubobſcure, nonnulla quoque deprauatè reddita : cui malo citra exempla Græca mederi non potuimus.

Appen-

Appendicis primæ, caput I.

EPISTOLA SANCTAE SYNODI ad Synodum Pamphyliæ de Euſtathio, qui fuerat illorum Metropolitanus.

ARGVMENTVM.

EVSTATHIVS Pamphyliæ Metropolitanus curas moleſtiaſque, quas Epiſcopales mun⁹ adferebat, non ferens, libello, quo abdicationis cauſæ continebantur, oblato, ab Epiſcopatu vltro ſe abdicat. Abdicatione admiſſa, prouinciæ Epiſcopi Theodorum in Euſtathij locum ſufficiunt: Euſtathius factum approbat; attamen, ne Epiſcopi nomen & honos ſibi adimantur, ſupplex rogat, & impetrat.

SANCTA Synodus, quæ gratia Dei & nutu pientiſſimorum Regum in Epheſo congregata eſt, ſanctæ Synodo in Pamphylia, dilectis fratribus in Domino ſalutem.

Eccleſ. 12. Sacerdotes prouidos eſſe decet.

Cum conſilio omnia fac, dicit Diuinitus inſpirata Scriptura. Maximè autem oportet eos, qui Sacerdotium nacti ſunt, cum omni diligentia in omnibus, quæ operanda ſunt, agere: Sic enim firmare poterunt res ſuas. Et ſicut rebus ſecundis contigit, vt oratio multum valeat: ſed quando acerba & intolerabilis triſtitia mentem ita inumbrat & valdè conturbat, vt à conſecutione eorum, quibus indiget, priuetur, & ſi quid vtile videat, perſuadeat eſſe offenſurum: Tale quiddam paſſum eſſe pientiſſimum & Dei amantiſſimum Epiſcopum Euſtathium contigit: Nam ordinatus quidem eſt, & teſtimonium habet canonicè. Vbi autem à quibuſdam turbatus eſt, & in ſolicitudines inexpectatas incidit; & cùm præ multo otio, pondus curarum ſibi impendentium fere non eſſet aſſuetus, nec valere cõuitia inſidiantium repellere, ceſſionis ſuæ (neſcimus quomodo) obtulit libellum: Oportebat enim ſemel concreditam Sacerdotalem curam cum tanto ſpirituali robore geri, vt labores & ſudorem ſponte ferat. Quoniam autem puſillanimem ſe declarauit, hoc ex incõſiderantia rei magis, quàm ignauia vel torpore paſſus; ordinauit neceſſariò veſtra pietas pientiſſimum & Deo amantiſſimum fratrem noſtrum & Coepiſcopum Theodorum, qui Eccleſias curet: Indignum enim eſt, viduas eſſe, & abſque præceptore manere Saluatoris greges.

Triſtitia obturbat iudicium.

Euſtathius vitæ ſolitariæ aſſuet⁹, non fert turbas & curas Epiſcopat⁹.

Eccleſiæ paſtore carere nõ debent.

Quoniam autem acceſſit plorans, non de ciuitate, neque de Eccleſia contendens contra prædictum pientiſſimum Epiſcopũ Theodorum, petens iam Epiſcopatus honorem & nomen; condoluimus omnes Presbytero; & communes eſſe arbitrati eius lachrymas, feſtinauimus, vt addiſceremus, num legitimam depoſitionem pertuliſſet memoratus; hoc eſt, à quibus obtrectatoribus, & de quibus abſurdis rebus redargutus eſſet: Didicimus autem nihil tale, ſed magis eueniſſe illi pro crimine ipſam ceſſionem: Vnde neque veſtram pietatem reprehendimus, quæ ordinauit in locum eius memoratum pientiſſimum Epiſcopum Theodorum. Quoniam autem non valde cõtendendum eſt cum viro ob amorem otij eius, ſed miſerandum potiùs ſeni, extra natalem ciuitatem & patrias conuerſationes longè diſſito; iuſtum eſſe decreuimus, vt abſque omni contradictione habeat Epiſcopi nomen & honorem ac communionem; ſic quidem, vt neque ipſe ordinet, neque in Eccleſiam propria auctoritate ordinaturus veniat, niſi fortè coaſſumatur, ſiue admoneri contingat à fratre & Epiſcopo ſecundùm affectionem & charitatem in Chriſto. Quòd ſi melius quiddam de ipſo conſulueritis, vel nunc, vel in poſterum, placebit & hoc ſanctæ Synodo.

Euſtachius nullo criminꝭ obnoxius magiſtratui ſe abdicat.

Euſtathio conceditur nomen & honos Epiſcopat⁹ non etiam res.

Appendicis primæ, caput II.

DEFINITIO SANCTAE & Oecumenicæ Synodi Epheſinæ cõtra impios Meſſalianitas, qui & Euchetæ & Enthuſiaſtæ quoque appellantur.

ARGVMENTVM.

INCVSANTVR Meſſalianitæ, qui etiamnum in Pamphylia hærentes occultò venena ſua ſpargebant. Decernitur autem, vt id de illis fiat, quod Conſtantinopoli ſub Siſinnij Pontificatu contra illos definitum fuerat. Sententiæ iſtic latæ ratio breuiter hic repetitur, ſeriaque eiuſdem executio Valeriano & Amphilochio demandatur.

VENIENTES ad nos pientiſſimi & religioſiſſimi Epiſcopi Valerianus & Amphilochius, propoſuerunt, in communi conſiderandum de Meſſalianitis, hoc eſt, Euchetis, & Enthuſiaſtis, qui in Pamphilia verſantur, vel quocunq; nomine contaminatiſſima hæreſis vocatur. At nobis conſiderantibus attulit pientiſſimus & religioſiſſimus Epiſcopus Valerianus ſchedulam Synodicam de illis cõpoſitam in magna Conſtantinopoli ſub beatæ memoriæ Siſinnio: Quæ vbi lecta ab omnibus probata eſt, quòd bene ſit condita, rectéque habeat. Et placuit nobis omnibus, & pientiſſimis Epiſcopis Valeriano & Amphilochio, & omnibus Pamphyliæ & Lycaoniæ prouinciarum pientiſſimis Epiſcopis, vt omnia, quæ in Synodica charta contenta, robur habeant, & nullo modo prætereunda, vt ſolida ſint & ea, quæ in Alexandria acta ſunt; ita, vt omnes qui per vniuerſam prouinciam hæretici Meſſaliani & Enthuſiaſtæ ſunt, vel de eius hæreſeos morbo ſuſpecti, ſiue Clerici, ſiue Laici ſint, conueniantur, & ſi quidem anathematizauerint, iuxta ea, quæ in prædicta Synodo ſcripto pronunciata ſunt, in ſcriptis; ſi Clerici fuerint, maneant Clerici; ſin laici, ad communionem admittantur. Quòd ſi renuerint anathematizare, ſi Presbyteri

Meſſalianitæ trinomines.

Laudatur ſententia Siſinnij à Synodo.

Sententiæ tenor in Meſſalianos latæ.

Seueritas in hæreticos.

teri vel Diaconi fuerint, vel in alio quopiam gradu Eccleſiæ, excidant, & à Clero, & à gradu, & à communione: Laici verò anathematizentur.

Conuicti quoque non permittantur habere monaſteria, vt ne zizaniæ perfundantur & creſcant. Hæc, vt ſic agantur, omnes vires intendant pientiſſimi Epiſcopi Valerianus & Amphilochius, cæterique reuerendiſſimi totius prouinciæ Epiſcopi. Vnde ad hæc placuit, librum pollutum illius hæreſeos, qui dicitur Aſceticon, anathematizari, quem attulerat religioſiſſimus & pientiſſimus Valerianus, vtpote ab hæreticis compoſitum. Similiter, ſi quid illorum impietatem ſapiens apud pleroſque inueniatur, etiam hoc anathema ſit. Præterea dum conueniunt, quæ vtilia & neceſſaria, ad concordiam & communionem & diſpenſationē, manifeſtè ſcriptis commendetur: Si autem quæſtio oborta de his, quæ in hoc negotio ſunt, & ſi quid difficile & ambiguum fuerit, quod pientiſſimis Epiſcopis Valeriano & Amphilochio cæteriſque per totam prouinciam Epiſcopis nō probatur, admotis ſcriptis omnia excutere debent. Et ſi relicti fuerint pientiſſimi Epiſcopi, vel Lyciorum, vel Lycaoniorum; non relinquatur tamen Metropolitanus, prouinciæ cuiuſcunque fuerit. In commentarios hæc referenda, vt, ſi qui opus habent, inueniant, quò etiam alijs ea diligentiùs exponant.

Damnatur liber Meſſalianitarum Aſceticō inſcriptus, & cætera præterea illorū ſcripta.

Appendicis primæ, caput III.

SVPPLEX LIBELLVS AB Euprepio Epiſcopo Byzes & Archadiopolis, & Cyrillo Epiſcopo Cœles ſanctæ Synodo oblatus.

ARGVMENTVM.

LONGO vſu apud Europæ Antiſtites receptum erat, vt ſinguli duos, vel tres Epiſcopos ſub ſe haberent. Veriti autem Euprepius & Cyrillus, ne propter natas hæreſes (iam enim quidam ad Neſtorianos deſciuerat) ea conſuetudo aliquando infirmaretur, petunt à Synodo conſuetudinis eiuſdem confirmationem, petitamque haud difficulter obtinent. Eſt autem libelli huius contextus non parum obſcurus, vndecunque tandem obſcuritas ea perueniat; niſi forſan per Epiſcopos accipias ſedes & ciuitates Epiſcopales, vt ſit ſenſus, vnum Epiſcopum præfuiſſe duabus, aut tribus ciuitatibus Epiſcopalibus.

SANCTAE & vniuerſali Synodo, gratia Dei & aſſenſu pientiſſimorum Regum, in Epheſiorum metropoli congregatæ, ab Euprepio Epiſcopo Byzes & Archadiopolis, & Cyrillo Epiſcopo Cœlenſi. Vetus mos viget in prouincijs Europæ, quòd ſinguli Epiſcopi duos vel tres ſub ſe habeant Epiſcopos; vnde Heracleæ Epiſcopus ſub ſe habet Heracleam & Panion; Epiſcopus autem Byzes, ſub ſe Byzen & Archadiopolim. Cœlenſis verò ſimiliter habet Cœlan & Callipolin. Porrò Epiſcopus Sabſadiæ ſub ſe habet Sabſadiam & Aphrodiſiadem. Itaque olim & ab initio Eccleſias illas duo Europæ Epiſcopi adminiſtrabant, & nunquam prædictæ ciuitates proprios acceperunt Epiſcopos; ſed aliæ quidem ſub Heraclea fuerunt ab initio; Archadiopolis autem fuit Epiſcopi Byzenſis; Callipolis ſimiliter ſub Epiſcopo Cœlenſi.

Forſan intellecta Epiſcopatus, ſedesvè Epiſcopales.

Hæc coniecturam noſtram vtcunque confirmant.

Verùm quoniam nunc Phriuclas Heracleę Epiſcopus à ſancta Synodo apoſtata factus, Neſtorio & cum illo ſentientibus ſe addixit (ſuſpicamur autem, quòd nunquam, vel ipſe vlciſcens tanquam hoſtes, vel qui cum ipſo Heracleæ Epiſcopatum adminiſtrant, veniant ad ordinandum Epiſcopos, iuxta veterem & roboratam conſuetudinem in memoratis ciuitatibus, quæ nunquam proprios Epiſcopos receperunt) itaque priſcos mores & conſuetudinem, quæ olim & ab initio viguit, commoueri propter nouitates cogitantes, oramus veſtram pietatem, definitionem pronuntiari de ea re, à veſtra ſancta magnaque Synodo proprioque ſignaculo eam roborari; ita vt neque nos Eccleſijs noſtris priuemur, in quibus plurimum laborauimus; neq; mos iam longo tempore confirmatus, à quopiam præmemoratorum commoueatur, fiantque bella & inordinationes maximè inter Epiſcopos Europæ. Cuius rei ſi compotes facti fuerimus, gratiam habituri ſumus omnium Deo, qui hic veſtram ſanctitatem congregauit ad corrigendas Eccleſias orbis.

Phriuclas apoſtata Neſtorianus.

Oecumenica Cō. coeūt ad corrigenda orbis vitia.

Sancta & vniuerſalis Synodus dixit: Honeſta petitio eſt pientiſſimorum Epiſcoporum Euprepij & Cyrilli, quam oſtendunt oblati libelli. Vnde & ſanctis Canonibus & externis legibus, quæ veterem conſuetudinem, nunc vim legis habent, nihil innouandum in Europæ ciuitatibus, ſed iuxta veterem conſuetudinem gubernentur ab Epiſcopis, à quibus & olim: Cùm nullus etiamnum Metropolitanus, qui alioqui ſuſtuliſſet poteſtatem, neque poſtea futuris temporibus poterit aliquid à veteri conſuetudine innouari.

Cōſuetudo vim legis habet.

Appendicis primæ, caput IIII.

EXEMPLAR SVGGESTIONVM Epiſcoporum Cypri in Concilio Epheſino.

ARGVMENTVM.

REGINVS Conſtantiæ, Euagrius Solæ, & Zenon Curij Antiſtites, grauiter de Epiſcopi Antiocheni inſolentia apud Concilium conqueruntur; vt qui iuriſdictionis ſuæ latitudine non contentus, Cypri quoque prouinciam inuadere, abidemque contra omnem legem & conſuetudinem munia Epiſcopalia obire contendat. Cauetur autem à Synodo ne in poſterum id fiat; tum ne vllus omnino Epiſcopus alterius diœceſin quouis modo interturbet.

POST

Poſt conſulatum dominorum noſtrorum, Flauij Theodoſij decimum tertium, & Flauij Valentiniani tertium, ſemper Auguſtorum, pridie Calendas ſeptembris, Synodo gratia Dei, & edicto pientiſſimorum Chriſtique amatorum Regum noſtrorum, in Epheſiorum Metropoli, in ſancta Eccleſia, quæ dicitur Maria, congregata.

Regini ad Synodũ petitio.

Reginus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ apud Conſtantiam Cypri, dixit: Quoniam turbant quidam ſanctiſſimas Eccleſias noſtras, oro, vt libellus, quem in manibus gero, ſuſcipiatur, & legatur.

Sancta Synodus dixit: Libellus oblatus recipiatur, & legatur.

Sanctiſſimæ, glorioſæ & magnæ Synodo, gratia Dei, & nutu pientiſſimorum noſtrorũ Regum in Epheſiorum Metropoli Dei obſeruantiſſima congregatæ, petimo a Regino, & Zenone, & Euagrio Cypri Epiſcopis. Olim etiam ſanctus Pater noſter, & Epiſcopus fact⁹ Troilus, ab Antiocheno Clero multa paſſus eſt, & pientiſſimus Epiſcopus Theodorus vim non vulgarem pertulit, atque adeò vſq; ad plagas; quas nec flagitioſi homines ferre decent, illicitè, abſurdè, & illegitimè. Nam cùm propter aliam cauſam abijſſet, illius verò felicem accepit finem, abuſi abitione, vi cogere voluerunt, & ſubijcere ſibi ſanctos Epiſcopos inſulę contra Apoſtolicos Canones & definitiones ſanctiſſimæ Nicænæ Synodi. Et nunc quia cognouerunt, quòd beatus ex hac vita migrauit, ſubornârunt magnificentiſſimum Ducem Dionyſium ſcribere, mandara prouinciæ Principi, & ſanctiſsimæ Conſtantienſis Eccleſiæ Clero; literæ publicæ ſunt, quas ad manum habemus, & parati ſumus eas veſtræ ſanctitati oſtendere. Huius gratia rogamus, & petimus, ne permittatur hominibus nihil non audentibus, vllam nouitatem inuehere, olim ab initio volentibus præter Eccleſiaſticos Canones, & conſtitutiones expoſitas a ſanctiſsimis Patribus in Nicæa cõgregatis imponere magnæ & ſanctæ Synodo finitionibus ad nihil vtilibus: Nam ſicut diximus, non appuliſſet hodie magnificentiſsimus Dux Dionyſius, Eccleſiæ adflictæ curã habens; neque ea, quæ ſibi non conueniunt, vſurpaſſet, neque Eccleſiaſticis rebus ſe immiſcuiſſet, niſi a ſanctiſsimis, qui illic cõgregati erant, Epiſcopis, & Clero ipſorum deceptus, putaſſet eam canonicam, quod etiam præcepta eius teſtantur, quam abſque eorum conſilio aduerſùs Epiſcopum Conſtantiæ Cypri Metropolis habuit. Oramus autem, & has literas magnificentiſsimi Ducis legi, & pręcepta & omnia ſimul, quæ in hac tragœdia commiſſa, & facta, vt ex ipſis cognoſcat ſancta veſtra, & magna Synodus intolerabilem vim factam: Etenim non vulgaris tumultus in tota Metropoli ortus eſt. Præterea ſignificamus ſanctæ veſtræ Synodo, quòd cum literis glorioſiſsimi Ducis, etiam Diaconus ſanctæ Antiochenę Eccleſiæ miſſus eſt. Ideo obſecramus & ad ſancta veſtra genua procidimus, vt Canonica ſententia etiã nunc, ſicut initio a temporibus Apoſtolorum, & conſtitutionibus, & canonibus ſanctiſsimę & magnæ Synodi Nicænæ illæſa, & ſuperior inſidijs & potentia permanſit noſtra Cypriorũ Synodus: Ita & nũc per veſtrã incorruptã, & iuſtiſsimam ſententiam, etiam veſtrã conſtitutione iuſtitiam nobis fieri cupimus.

Epiſcopi Cypri ab Antiochenis multa iniuſtè paſſi.

Primas Antiochen. iuriſdictioni ſuæ ſubijcere nititur prouinciã Cypri.

Fraude & vi nituntur Antiocheni.

Dux Dionyſius Antiochenorum impulſu Cyprijs Eccleſijs incũbit.

Dionyſio duci adiunctus Diaconus Antiochenus.

Reginus Epiſcopus Conſtãtiæ Cypri, ſubſcripſi manu mea. Zenon Epiſcopus Curienſis ſanctæ Eccleſiæ Dei Cypri, ſubſcripſi manu mea. Euagrius minimus Epũs Solẽſis Cypri ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſubſcripſi manu mea.

Reginus Epiſcopus inquit: Quoniã & præceptum offerimus magnificentiſsimi Capitanei Dionyſij, ſcriptum ad Illuſtriſsimum Principem prouinciæ, oro, vt & illius lectio fiat.

Sancta Synodus dixit: Legatur, & illius magnificentiſsimi Dionyſij præceptum.

Mandatum ducis Dionyſij ad Theodorũ Cypri præſidem.

Flauius Dionyſius Illuſtriſsimus & magnificentiſsimus vtriuſque exercitus magiſter, Theodoro Illuſtriſsimo Cypriorum regionis Præſidi. Regia authoritas multas, & maximè Eccleſiaſticas ob cauſas pientiſsimos Epiſcopos, vt in Epheſo conueniant, diuinis, apertis, ſignatiſque literis præcepit. Quoniam autem cognouimus, Epiſcopum Conſtantienſis ciuitatis è præſenti vita migraſſe, & præfinitum ſibi diem impleuiſſe; neceſſarium hoc mandatum tibi trãſmittendum eſſe iudicauimus, vt ne quis abſque ſcitu, vel ſcripto pientiſsimæ Synodi, audeat in locum defuncti nominare alium: Decet enim expectare formam, quam talium pientiſsimorum Epiſcoporum conſenſus præſcribet: Nam vt diximus, harum rarum gratia prædicti pientiſsimi viri conuenire iuſsi ſunt. Itaque ſi contentioſi turbas excitarent, partim tua grauitas, partim obtemperans illi exercitus, eas auertere ſtudeat, modiſque omnibus prohibeat, & ne quem, vt dixi, progredi ſinat, antequàm pientiſsimi Epiſcopi ſua auctoritate approbet. Quòd ſi hanc literas præuenerit incerti Epiſcopi ordinatio, illum iuxta cæleſte reſpõſum Regũ, in Epheſum, vt alios, venire iubeas: Neq; ignores, quòd ſi aliter fieri approbâris, tu quidem auri libras quinque, exercitus verò alias tantas fiſco inferre cogemini. Vt autem hęc, quæ iuxta pientiſsimorum Epiſcoporum petitionem decreta ſunt, ſcribantur, & celerem finem ſortiantur, Maturium, & Adelphium ab exercitu iuſsimus ob hoc ad illos legari. Datæ XII. Calendas Iunij, Antiochiæ.

Reijcitur electio Epiſcopi Conſtantienſis ad Synod. Ephes.

Multa in eos conſtituta, qui Dionyſij decretum violabunt.

Reginus Epiſcopus dixit: Eſt & aliud mãdatum eiuſdem magnificentiſsimi Dionyſij, ſcriptum ad pientiſsimum Clerum Conſtantienſis Metropolis, quod & ipſum vt legatur, oro.

Sancta Synodus dixit: Lectum & hoc inſeratur in acta commentariorum.

Aliud mandatũ ducis Dionyſij ad Clerum Cõſtautieſem.

Flauius Dionyſius magnificentiſſimus,& glorioſiſſimus Comes,& Dux vtriuſque exercitus, ac proconſul pientiſſimis Clericis in Metropoli Conſtantia Cypri. Nouit & veſtra pietas, quomodo Auguſti, & Callinici orbis Domini, religioſiſſimos,& ſanctiſſimos Epiſcopos in Epheſo conuenire iuſſerunt, ob multas alias, & maximè ob Eccleſiaſticas cauſas. Itaque quoniam ex ipſis ſanctiſſimis Epiſcopis, qui hic conuenêre, cognouimus, quòd beatiſſimus Epiſcopus veſter iuxta diuinam voluntatem obdormiêrit, operæpretium cenſui, vt ſignificarem veſtræ pietati, & admonerem, vt caueatis vobis, ne quis a quopiam in Epiſcopum eligatur, vel ordinetur: Nam de hac planè forma præſcribetur, ſed expectate ſententiam, quæ illic danda. Dignum ſanè,& iuſtum, vt ſancti Patres ea, quę Patres iubent, obſeruent. Quòd ſi quempiam ante literas noſtras contingit in ſedem collocari, id quod non opinamur, illum cum pientiſſimis viris ad Epheſum, iuxta diuinum edictum, vt veniat, admoneatis, non ignorantes, quòd laus ſequetur obtemperantes, inobedientes autem etiam præſens conuenienter corriget ſcriptum.

Interdicitur Conſtātienſi Clero electione noui Epiſcop. ante Synodi definitionem.

Quæritur cauſa mandati Dionyſiani.

Sancta Synodus dixit: Quoniam autem cauſa, quæ mouit magnificentiſſimum & glorioſiſſimum Capitaneum Dionyſium, vt hęc ſcriberet, obſcuriùs in propoſitis habetur; doceant præſentes pientiſsimi Epiſcopi ſanctarum Eccleſiarum, quæ in Cypro, manifeſtiùs, quid mouerit magnificentiſsimum Capitaneum, vt hæc mandata emitteret.

Sapiritius Cypri Epus Epheſi extinctus.

Zenon Epiſcopus ciuitatis Curienſis Cypri, dixit: Etiam beatæ memoriæ Sapiritius, qui mecum huc venit, eius rei gratia huc venit. Quoniam autem ex hac vita conceſsit, neceſſariò nos docemus ſanctam veſtram,& vniuerſalem Synodum, quod ad ſuggeſtionẽ Antiocheni Epiſcopi,& Cleri, magnificentiſſimus Capitaneus Principi,& Clero ſcripſit.

Sancta Synodus dixit: Quid volente Antiocheno?

Epiſcopus Antiochen⁹ inhiat in prouinciã Cypri.

Euagrius Epiſcopus Solenſis Cypri: Subijcere inſulam noſtram, & ordinandi ius ad ſe rapere attentat, præter Canones,& conſuetudinem, quæ iam olim inualuit.

Sancta Synodus dixit: Nunquamne Antiochenus viſus eſt in Conſtantia ordinare Epiſcopum?

Inſula Cypri ſibi inſtituit Epiſcopos a tēporibus Apoſtolorum.

Zenon Epiſcopus Curij Cypri dixit: A ſanctis Apoſtolis nunquam poſſunt oſtendere, quòd affuerit Antiochenus, & ordinauerit, vel communicauerit vnquam inſulæ ordinationis gratiam, neque alius quiſpiam.

Sancta Synodus dixit: Memor ſit ſanctæ Synodus Canonis ſanctorum Patrum in Nicæa congregatorum, qui conſeruat vnicuique Eccleſiæ priſcam dignitatem. Hic etiam memor ſit Antiochiæ. Docete igitur, an non ius ordinandi ex more veteri apud vos habet Antiochenus.

Zenon Epiſcopus dixit: Priùs affirmauimus, quòd nunquam vel affuerit, vel ordinauerit, neque in Metropoli, neque in alia ciuitate; ſed Synodus noſtræ prouinciæ congregata, conſtituebat Metropolitanum;& oramus, vt veſtra ſancta Synodus ſua ſententia nobis cõſentiat,& hæc ſtabiliat, ita vt vetus mos, ſicut hactenus robur habuit, ita & nunc habeat, & nullam nouitatem in noſtra prouincia fieri ſinat.

Troilus, Sabinus, Epiphanius Epiſcopi Cypri.

Sancta Synodus dixit: Doceant & hoc pientiſſimi magiſtri, num Troilus ille ſanctæ ac beatæ memoriæ Epiſcopus, qui nunc requieuit, vel ſanctæ memoriæ Sabinus, qui illum præceſſit, vel qui ante illos venerabilis Epiphanius ab aliqua Synodo ordinati fuerint.

Zenon Epiſcopus dixit: Et nunc memorati Epiſcopi, & qui ante illos ſanctiſſimi Epiſcopi,& qui à ſanctis Apoſtolis erant omnes orthodoxi; ab his, qui in Cypro, conſtituti ſunt;& nunquam locum habuit Antiochenus Epiſcopus, vel alius aliquis ordinandi in noſtra prouincia.

Epi Cypri oēs orthodoxi.

Sancta Synodus dixit: Rem hanc, quæ præter Eccleſiaſticas conſtitutiones, & ſanctorũ Patrum Canones innouatur, & omnium libertatem attingentem annuntiauit pientiſſimus Epiſcopus Reginus, & qui cum eo pientiſſimi Epiſcopi prouinciæ Cypri Zenon & Euagrius. Vnde quoniam communes morbi maiore egent remedio, eo quòd maius damnum afferant; ſi non eſt vetus mos, quòd Epiſcopus Antiochenus ordinat in Cypro, ſicut libellis & proprijs vocibus docuerunt pientiſſimi viri ſanctarum Eccleſiarum in Cypro Præſules, qui ad ſanctam Synodum acceſſerunt, à nullo impetantur, vel vim patiantur, ſecundùm Canones ſanctorum Patrum, & veterem conſuetudinem, ſed per ſeipſos ordinationes pientiſſimorum Epiſcoporum faciant.

Cõmunes morbi maiori egent remedio.

Sententia Synodi Epheſinæ de ordinatione & iuriſdictione Epiſcoporum.

Iſtud autem etiam in alijs diœceſibus & in omnibus prouincijs ſeruetur; & nullus pientiſſimorum Epiſcoporum aliam prouinciam, quæ non antea,& ab initio fuit ſua, ſub ſuam, vel ſaltem eorum, qui præſunt, manũ trahat: Sed ſi quis apprehenderit,& ſuam fecerit, eam reſtituat, vt ne Patrũ Canones prætereant, neque ſub ſacerdotij prætextu mundanæ poteſtatis faſtum ſubintroducat; ne paulatim & clàm libertas amittatur, quam nobis donauit ſanguine ſuo Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnium hominum liberator. Viſum igitur eſt ſanctæ & vniuerſali Synodo, ſeruare vnamquanq; prouinciam purum,& nullam tyrannidem paſſum ius vetus, ac conſuetudinem veterem, opus habente vnoquoque Metropolitano, vt ad ſuam ſecuritatem,

tatem,exemplaria actorem excipiat. Si quis autem veterem figuram contempſerit,pęnam non effugiet. Et ſi quis his,quæ nunc decreta ſunt, pugnantes literas attulerit, irritas eſſe decreuit ſancta & vniuerſalis Synodus.

Appendicis primæ, caput V.

INSANI NESTORII ANAthematiſmi Cyrillianis ex aduerſo quaſi oppoſiti.

ARGVMENTVM.

CAPITIS huius periocha patet ex titulo.Solũ obſerua, multa hic impugnari quaſi a Cyrillo, vel alio orthodoxo aſſerta,quæ nullus orthodoxorum ſnmutarat, vnquam, vt hinc quoque hæretici hominis ingenium deprehendas;tum ipſus quoque Catholicæ Eccleſiæ hoſtes quaſi vera eiuſdem Eccleſiæ mẽbra ſua quoque iactare anathemata,ſua bruta cuibrare fulmina,idque non in orthodoxos modò, verùm in ſuos quoque Conſectarios:Sunt enim plerique ſibi inuicem infeſti ſibi inuicem puri putidique hæretici; vtcunque Smidlinus caudis vtcunque cohærentes,capitibus quoque colligare ſtudeat. Sunt autem omnes hi Anathematiſmi maiorem in partem obſcuri, ſiue quòd Neſtorius,ne errores illius deprẹhenderentur,perplexè loqui voluerit:ſiue etiam quod interpres muneri ſuo defuerit.

Anathematiſmus primus. SI quis eum, qui eſt Emmanuel, Deum verum eſſe dixerit, & non potius nobiſcum Deum;hoc eſt,inhabitaſſe eam,quæ ſecundũ nos eſt,naturam, per id, quòd vnitus eſt noſtræ,quam de Maria Virgine ſuſcepit; matrẽ etiam Dei Verbi,& non potius eius, qui Emmanuel eſt,nuncupauerit,ipſumque Dei Verbum in carnem verſum eſſe, quam accepit ad oſtentationem Deitatis ſuæ,vt habitu inueniretur vt homo,anathema ſit.

Anathe. 2. Si quis Verbi Dei coniunctionem, quæ ad carnẽ facta eſt, de loco in locum mutatione, Diuina ſententia dixerit eſſe factam, eiusque Diuinæ naturæ carnem capacem dixerit, ac partialiter vnitam carni, aut iterum in infinitum incircumſcriptæ naturæ,cùm extenderẽt carnem,accipiendum Deum,eundemque ipſum natura & Deum dicat,& hominem, anathema ſit.

Anathe. 3. Si quis non ſecundùm coniunctionem vnũ dixerit Chriſtum,qui eſt etiam Emmanuel ſecundùm naturam,ex vtraque etiam ſubſtãtia, tam Dei Verbi, quàm etiã ab eo hominis ſuſcepti, in vna Filii connexione, quam etiam nunc inconfusè ſeruamus,minimè cõfitetur, anathema ſit.

Anathe. 4. Si quis eas voces,quæ tam in Euangelicis, quàm in epiſtolis Apoſtolicis de Chriſto, qui eſt ex vtraque,ſcripta ſunt,accipiat, tanquam de vna natura, ipſique Dei Verbo tentat paſſiones tribuere,tam ſecundùm carnem,quàm etiam Deitatem,anathema ſit.

Anathe. 5. Si quis vnum eſſe poſt aſſumptionem hominis naturaliter Dei Filium audet dicere, cùm ſit Emmanuel,anathema ſit.

Si quis poſt incarnationem Deum Verbũ alterum quempiam præter Chriſtum nominauerit;ſerui ſanè formam initiũm non habere cum Deo Verbo & increatam, vt ipſe eſt, dicere tentauerit,& non magis ab ipſo creatã confiteatur,quàm natura Dominum & Creatorem & Deum, quam & ſuſcitare propria virtute promiſit: Soluite, dicens, templum hoc,& ĩ triduo ſuſcitabo illud, anathema ſit.

Anathe. 6. Si quis hominem, qui in Virgine creatus eſt,hunc eſſe Vnigenitum dixerit, qui ex vtero Patris ante Luciferum natus eſt, & non magis propter vnitionem eum,qui eſt naturaliter Vnigenitus, Patris ingeniti appellatione confitetur eum participem factum; Ieſum quoque alterum quempiam præter Emmanuelem dicat,anathema ſit.

Anathe. 8. Si quis ſerui formam pro ſeipſo,hoc eſt,ſecundùm propriæ naturæ rationem, colendã eſſe dixerit,& non omnium Dominam, & nõ potius per ſocietatem,quam beata,& ex ſe naturali Domini Vnigeniti naturæ coniuncta eſt,veneratur,anathema ſit.

Anathe. 9. Si quis formam ſerui conſubſtantialem eſſe dixerit Spiritiuiſancto,& non potiùs per illius meditationem,quæ eſt ad Deum Verbũ, & ex ipſa conceptione habiſſe dixerit coniunctionem,per quas communes nonnunquam in homines miranda curatione exercuit, & ex hoc curandorum ſpirituum eueniebat eſſe poteſtatem,anathema ſit.

Anath. 10. Si quis illum in principio Verbum, Pontificem,& Apoſtolorum confeſſionis noſtræ factum eſſe,ſeque ipſum obtuliſſe pro nobis dicat,& non Emmanuelis eſſe Apoſtolum dixerit,oblationemque ſecundùm eandem diuidat rationem ei, qui vniuit; ſi quis vnitus ad vnam communitatem Filii,hoc eſt,Deo, quæ Dei,& homini,quæ ſunt hominis deputans, anathema ſit.

Anath. 11. Si quis vnitam carnem, ex naturæ propriæ poſſibilitate viuificatricem eſſe dixerit, ipſo Domino & Deo pronuntiante: Spiritus eſt, qui viuificat,caro nihil prodeſt,anathema ſit. Spiritus eſt Deus,at non pronuntiatum eſt. Si quis ergo Deum Verbum carnaliter,ſecũdùm ſubſtantiam carnem factum eſſe dicat,hoc autem modo & ſpecialiter cuſtodir, & maximè in Domino Chriſto poſt reſurrectionem ſuã diſcipulis ſuis dicentem:Palpate,& videte, qa Spiritus oſſa,& carnem non habet, ſicut me videtis,anathema ſit.

Anath. 12. Si quis confitens paſſiones carnis, eas quoque tanquam Verbo Dei tribuit,quas etiam carni,in qua factus eſt, aut adhibuerit,nõ diſcernens dignitatem naturarum, anathema ſit.

Appendicis primæ, caput VI. & poſtremum.

EPISTOLA CYRILLI AD Anaſtaſium, Alexandrum &c.

ARGVMENTVM.

ERANT, qui Nicænum Symbolum ita admitterent, vt verborum tamen illius vim nō abſq; ingenti multorum pernicie, in præpoſterum ſeorſum detorquerent; ſiue id facerent, quòd genuinum illorum ſcopum non aſſequerentur; ſiue quòd peruerſa doctrina imbuti, ſtudio legitimam eorundem mētem interuerterent. Cyrillus itaque huic non vulgari incommodo obuiam ire volens, ſimulque pijs quorundam votis ſatisfacere percupiens, ſingula tacti huius Symboli membra ad veterem amuſſim accuratè expendit, germanamque eorundem ſententiam reddens, ad Anaſtaſium, Alexandrum, cæteroſque, qui id muneris ab illo petiuerant, miſit. Porrò autem quid iſthæc interpretatio, & diſputatio cum Neſtorij cauſa, Epheſinæque Synodi actis commune cognatumque habeat, id auctor inter interpretandum neutiquam diſſimulat: Quippe qui toto orationis decurſo, Neſtorianos ſemper ferè impetat. Eſt autem multis locis obſcuriſſimè deprauatiſſimeq; reddita.

DILECTIS ET AMANTISSImis Anaſtaſio, Alexandro, Martiniano, Ioanni, Paregorio, Presbyteris, & Maximino Diacono, cęteriſq; Orthodoxæ fidei Patribus, Monachis, vobiſcunque Monaſticam vitam agentibus, ac in fide Dei ſolidatis, Cyrillus in D. S.

Virtutis & eruditionis amans laude dignus.

CHARITATEM veſtram, eruditionis ſimul, ac virtutis amantem, nūc quoque haud mediocriter commendare poſſum, atque adeò omni encomio dignā eſſe dico: Etenim Diuinas doctrinas deſiderare, &, vt ſacrorum dogmatum rectitudinem aſſequamini, omnem operam impendere, quo pacto quis non valde admiraretur? Hoc enim opus vitā ſine termino ac beatam conciliat, neque irremuneratum erit tale ſtudium: Dicit enim alicubi ad cœleſtem Patrem, & Deum, Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Hæc autem eſt æterna vita, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Recta ſanè & irrepręhenſibilis fides, quam fulgor ex bonis operibus comitatur, omni bono vos implet, & decoram nactos gloriam oſtendit. At operum fulgor, ſi expers videatur eſſe rectorum dogmatum, inculpatæque fidei humanæ animæ nullo modo mea ſententia vtilis fuerit: Nam ſicut fides abſque operibus mortua eſt; ita ſi vertas & dicas, opera abſque fide mortua, verum eſſe fatemur. Igitur ſimul fulgeat cum honeſtæ vitæ gloria, etiam immaculatæ fidei candor: Integri enim ita erimus, ac perfecti, iuxta ſapientiſſimi Moyſis legem: Perfectus enim, inquit, eris coram Domino Deo tuo. Atqui contempſerunt rectam habere fidem, diſcereq; noluerunt, quamuis honeſta vita ſe ornent,

Ioan. 17. Merces cœleſtis Philoſophiæ vita æterna.

Iacob. 2. Neq; fides ſine operibus, neque opera ſine fide beant.

Deut. 8. Cuiuſmodi ſint, qui recta fide deſtituuntur.

comparantur nimirum viris ingenua quidē faciei forma, oculis verò diſtortis, & hinc inde errantibus; atque adeò competit in eos, quod à Domino per Hieremiæ vocem ad Hieruſalem, Iudæorum matrem, dictum eſt: Ecce non ſunt oculi tui, neque cor tuum rectum.

Hierem. 22.

Oportet igitur, vt ante alia ſanam in vobis mentem poſſideatis, & ſanctæ Scripturæ memores ſitis, alloquentis & dicentis: Oculi tui rectè viderunt. Viſus autem rectus internorum, & abſconditorum oculorum eſt, poſſe ſermones, qualeſcunque de Deo fiant, pro ſuo virili videre limpidè & exactè: Videmus enim in ſpeculo & ænigmate, & cognoſcimus ex parte; quippe reuellans tenebrarum profunda, lumen veritatis infundit his, qui ipſius cognitionem rectam capere volūt. Operæpretium autem, vt coram Deo procumbentes dicamus: Illuſtra oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: Quandoquidem, ſi a ſacrorum dogmatum rectitudine excidero, nihil aliud fuerit, quam manifeſtè in morte obdormire; a qua rectitudine excidimus, quando Scripturas diuinitus inſpiratas non ſequimur; ſed vel minimè laudaris opinionibus, vel exhortationibus circa fidem non rectè incedentium capti inclinationem mentis eorum tollimus, & noſtras imprimis animas incommodamus. Eandem igitur rectam fidem parare ſibi ſtudentibus ad id, quod ſacris prædicationibus videtur, quas & per Spiritum ſanctum tradiderunt nobis, qui ab initio ſpectatores & miniſtri fuêre Verbi, quorum veſtigia ſequi ſtatuêre etiam celeberrimi Patres noſtri, qui venerabile, & vniuerſale fidei decreuerunt Symbolum, in Nicęa olim cōgregati. Quibus ſanè & ipſe Chriſtus aſſedit, qui dixit: Vbi fuerint duo, vel tres in nomine meo congregati, illic ſum in medio eorum: Nam quòd præſederit inuiſibiliter ſanctę, & magnæ illi Synodo, quomodo ambigeretur? Baſis etenim quædam & fundamentum immotum, & inconcuſſum p vniuerſum orbem iactum eſt, ſyncerę irrepręhenſibiliſque fidei confeſſio. Ad hæc quo pacto abfuiſſet Chriſtus, quādoquidem ipſe eſt iuxta ſapientiſſimi Pauli vocem fundamentum? Fundamentum enim aliud nemo ponere poterit, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus. Eapropter expoſitam ab illis & determinatam fidem ſeruârunt inculpati etiā hi, qui ſecuti ſunt eos, ſancti Patres, populorumque paſtores, & Eccleſiarum luminaria, ac opportuni ſacrorum Doctores. Nihil autem omnino prætermiſſum, vel contemptum ex his, quæ vtilia, & neceſſaria, viderit quis in Patrum confeſſionibus, hoc eſt, expoſitionibus, quas de recta, & inadulterata fide fecerunt ad depręhendendum & ſubuertendum vniuerſas hæreſes, ac impias blaſphemias, & ad ſolidandū ac confirmandū eos, q in fide rectè incedūt, & quib⁹ fulgidus

Eſa. 30. Cuiuſmodi ſint oculi interni, quodque illorum munus.

1. Cor. 13.

Pſalm. 12. In morte obdormiunt, qui a recta fide excidunt.

Luc. 1. Patres Nicæni doctrinæ Apoſtolorū inhæſerunt.

Matth. 18.

Chriſtus inſpectabiliter Nicænæ Synodo præſedit.

1. Cor. 3. Patres Nicęni Apoſtolos. hos autem ſecuti ſunt reliqui.

Patrum doctrina potēs eſt ad conſtituēdam veritatē & reuincendam falſitatem.

2. Pet. 1.

dus illuxit lucifer, dieſq́; (vt Scripturæ dicunt) infulſit, ſanctique Spiritus gratia veritatis lumen immiſit.

Quoniam autem veſtra pietas ſcripſit, quòd nonnulli pro ſua libidine torqueant verborum Symboli virtutem, vel non intelligentes rectè; vel etiam quorundam ſcriptis deditæ, in ſenſum reprobum elati, & quòd ego etiam debeam ſuper illis ſermonem vobis parare, maniſeſteque expoſitionis virtutem interpretari; cenſui ea, quæ nunc animo occurrunt, curſim dicenda.

Cyrill. quo rundā roga tu Nicęnū Symbolum interpretat.

Sequentes autem modis omnibus ſanctorum Patrum confeſſionem & opinionem, rectè & citra vllam deflexionē, quæ ab illis dicta ſunt, examinabimus.

Eadem ſententia & opera, qua Epheſina Synod. damnauit Neſtorium, dānauit reliquos oēs cū Neſtorio ſacientes.

Porrò nunc & ſancta Synodus Epheſina iſta, quæ iuxta voluntatem Dei congregata, aduersùs Neſtorij peruerſam opinionem ſententiam tulit & ſanctam & diligētem, ſimulque pari ſententia condemnauit aliorum vaniloquentiam, quotquot vel poſt illum, vel ante illum fuêre, qui eadem cum illo ſaperent, dicereque, vel componere auderent: Etenim conſentaneum erat, condemnato ſemel ob tam prophanam vaniloquentiam viro, vt non vnus duntaxat feriretur, ſed (vt ſic dicam) vniuerſa illorum hæreſis atque calumnia, quam contra pia Eccleſiæ dogmata fingentes, duos introducunt filios, & impartibilem diuidunt, cœlumque ac terram Anthropolatriæ, hoc eſt, hominis cultus ſugillant: Vnicum enim Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & ſuperiorū Spirituum ſancta multitudo nobiſcum adorat.

Neſtoriani totum orbē ἀνθρωπολατρείας condemnant.

Vltrà ne ignoretur à quibuſdam vis Symboli, quod in omnibus Eccleſijs Dei authoritatem obtinet, & prædicatum eſt, ſanctorū Patrum ſententias, hoc eſt, expoſitiones, in commentarios illic factos referri iuſſit; vt ſcirent hi, qui eos legunt, quomodo ſanctorum Patrum expoſitionem, hoc eſt, ſyncerum rectæ fidei Symbolum, intelligi conueniant. Opinor autem, & veſtræ charitati eum libellum obueniſſe, quem de hiſce rebus conſcripſimus: Illum & nunc tractabo, & vbi iuxta verba ſua Symbolum ꝓpoſuero, ſingula, quæ in eo traduntur, maniſeſtè, vti decet, interpretabor: Scio enim, Petrum maximè venerabilem ſcripſiſſe: Parati ſitis ſemper omnibus, qui petunt, ad reddendam eius, quæ in vobis eſt, fidei rationem.

Cyrilli libellus de fidei Symbolo, ni non que eiuſdē intellectu.

1. Pet. 3.

Symbolum Nicænum.

CREDIMVS in vnum Deum Patrē omnipotentē, omniū viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnū Dn̄m Ieſum Chriſtum Filium Dei, genitū ex Deo Patre vnigenitū, hoc eſt, ex ſubſtantia eius, Deū de Deo, lumē de lumine, Deū verum de Deo vero, genitum nō factū, cōſubſtantialē Patri; per quē omnia facta ſunt, tā ea, q̄ in cœlo, q̄ quę in terra. Qui propter nos hoīes, & ꝓpter noſtrā ſalutē deſcendit, & incarnatus eſt, homoq́; fact⁹ eſt. Paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit in cœlos, & venturus eſt ad iudicandum viuos, & mortuos. Et in vnum ſpiritum ſanctum. Eos autē qui dicunt: Erat aliquando, quando non erat, & antequam naſceretur, non erat, & quòd ex nihilo factus ſit, vel ex alia ſubſiſtentia vel eſſentia dicunt eſſe, vel conuertibilem, vel commutabilem Filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

Credendum dicentes in vnum Deum, fun ditus quodam modo gentilium opiniones amouent; qui cùm ſe crederent eſſe ſapientes, infatuati ſunt; & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volatilium, quadrupedumque ac reptilium: Coluerunt autem & creaturam ſuper Creatorem, elementiſque huius mundi ſeruiuerūt, multos & innumerabiles eſſe Deos ſuſpicantes. Igitur ad ſubuertēdum errorem, qui multos Deos tradit, vnum Deum nominantes, ſacras Scripturas omnibus modis imitantur, & veritatis honeſtatem vniuerſis, qui in toto mundo ſunt, indicant. Hæc & ſapientiſſimus Moyſes ſtatuens, maniſeſtè dicit: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt. Et idem, qui omnium natiuitatis author ac Dominus, alio loco inquit: Non ſint tibi Dij alij præter me. Præterea & per vocem ſanctorum Prophetarū: Ego Deus primus, & Deus poſthac, & non eſt extra me. Inſuper celeberrimi Patres, optimæ fidei fundamentum iacientes, ſentiendum, & aſſerendum, quòd vnus & ſolus ſit, & natura vereque Deus, dixerunt credendum in vnum Deum.

Vnitas Dei Gentium πολυθεΐαν euertit.

Rom. 1.

Cur PP Nicęni Deū vnum eſſe tradiderūt.

Deut. 6.

Exod. 20.

Eſa. 44.

Patrem omnipotentem.

EVNDEM & agnominauerunt Patrem omnipotentem, vt cum Patre, ſimul & Filii maniſeſtaretur illatio, per quem eſt Pater, qui ſimul ſubſiſtit, ſemperque coexiſtit. Neque enim per tempus factus eſt Pater, ſed erat, quod eſt, ſemper Pater, exiſtens ſuper omne, quod factum, & in ſummis dignitatibus: Nam imperare & dominari omnibus, ſplendidam adeòq́; incorruptibilem ei dat gloriam. Ab ipſo autem condita eſſe dicunt omnia, quæ in cęlis, & quæ in terris, & vt hinc, nullam ei cū vlla creatura cognationem eſſe cognoſcatur: Incomparibile enim diſcrimen eſt factoris & facturæ, ingeniti & geniti, naturæq́; ſubditæ ac ſeruilis, & dominij dignitatibus ſublimæ, quæ Deo dignam & ornatiſſimam gloriam ſortita eſt.

Pater per Filium Pater, & ſemper Pater.

Immenſum interuallum inter factorē & effectorem intercedit.

Porrò meminerunt & Filii, ne videantur nomen commune ipſi attribuere, id quod fortè & nobis quoque accommodaretur: Vocati enim ſumus & nos filij Dei; & ſic ſolertiſſimè adiiciunt ea, per quę videre licet dignitatē naturalis gloriæ, quæ in ipſo eſt ſupra omnem creaturam: Genitum enim, & non factum eſſe dicunt. Sanè per hoc, quòd non eſt factus, intelligunt, eum creaturis non

Solum Dei Verbū eſt Filius genitus, non factus.

eſſe coordinatum ſubſtantialiter; affirmantes autem, ipſum eſſe genitum ex ſubſtantia Dei & Patris, ſine tempore & incomprehenſibiliter: Erat enim Verbum in principio, poſthac & partus Veritas. Humano autem more & hoc dictum eſſe, deſignantes admodum conuenienti ſermone, Deum dixerunt Deo natũ Filium: Hic enim omnino vera natiuitas; illic autem omnino intelligendum & dicendũ genitum ab eius, qui genuit, ſubſtantia non eſſe alienum, ſed eius propriam, quia & ex ipſa, iuxta rationem illa dignam & aſſimilem: Incorporeum enim, non vt corpus naſcetur, ſed magis ſicut lumen ex lumine, ſicut in fulgurante lumine, quod ex radiis fit, lumen intelligitur, & ex illo ſecundùm ineffabilem & indicibilem proceſſionem, & in ipſo ſecundùm vnionem & identitatem naturalem: Sic enim eſſe dicimus in Patre quidem Filium, in Filio autem Patrem: Nam filius in propria natura & gloria Patrem ſuum deſcribit. Proinde apertè dicit ad vnum ſanctorum diſcipulorum; Philippus is erat: Non credis quòd ego in Patre & Pater in me eſt? Ego & Pater vnum ſumus. Igitur conſubſtantialis eſt Filius Patri. Proinde hac ratione Deus verus ex Deo vero natus eſſe creditur.

Ioan. 1.
Hęc omnia ſubobſcurè reddita, & aliquot locis hiulca.
Nõ eadem ratione naſcitur corporata & corporis expertia.
Quomodo Filius in Patre, & hic viciſſim in illo.
Ioan. 14.
Ioan. 10.

Et natiuitatis quidẽ nomen, etiam in creaturis poſitum inueniemus, iuxta id, quod de natis ex ſanguine Iſrael, à Deo dictum eſt: Filios genui & exaltaui. Porrò appellationem hanc per gratiam illis factam eſſe, liquidũ erat; at de naturali Filio nihil tale per abuſum verbi dictum eſt, ſed omnia verè. Et propter hoc ſolus ex omnibus dicit: Ego ſum veritas. Itaq; certas ac ſecuras reddunt animas noſtras, Patrem & Filium vbique ac natiuitatem nominantes, & Deum verum ex Deo vero, lumenque ex lumine effulſiſſe dicentes, vt natiuitas ſimplex quiddam ac incorporeum ſonet, & exiſtens ex illo & in illo, & alius in propria perſona intelligatur, (Pater enim eſt Pater, & non Filius; & Filius natus, & non Pater) & in identitate naturæ proprium vtrunque eſſe, quod eſt.

Eſa. 1.
Ioan. 14.
Non idem Pater, qui Filius, nec Filius, qui Pater.

Cæterùm omnium factorem, tam viſibiliũ quàm inuiſibilium affirmantes Patrem, per Filium omnia facta eſſe dicunt. Num minorẽ gloriam, quaſi ſorte quadam illo digna, ei tribuerunt? Minimè: Vbi enim omnino minus, vel etiam maius in idẽtitate ſubſtantiæ videri poteſt? Sed quòd Deus & Pater non ſoleat alio modo operari, quod & creare, quàm per Filium in Spiritu, ſicut per virtutem ac ſapiẽtiam: Scriptum eſt enim: Verbò Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ad hæc ſapientiſſimus Ioánes inquit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Adiecit neceſſariò, quòd omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.

In ſubſtantiæ identitate nõ cõpetitur maius & minus.
Pſal. 32.
Ioan. 1.
Quo ſenſu Pater omnia operari dicatur per Verbum.

Igitur quia demonſtrarunt conſubſtantialem eiuſdemque gloriæ & operationis cum Patre Filium, opportunè cõmemorant ipſum hominem factum, diſpenſationisque cum carne Sacramentum declarant, bene nimirum ſcientes, hanc eſſe abſolutiſſimam, & in nullo deficientem fidei traditionem: Nõ enim ſufficit ita credere in ipſum, vt ſentias ſolum, quòd Deus de Deo Patre natus ſit, conſubſtantialiſque illi character ſubſtantiæ eius ſit; ſed & neceſſarium, vt ad hæc ſcias, quòd propter ſalutem ac vitam omnium, demiſerit ſe in euacuationem, ſumpta ſerui forma, & proceſſit homo natus ſecundùm carnem ex muliere, propter hoc quod dicunt: Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, incarnatus eſt, homo factus eſt. Vide quàm appoſitè, & quàm decorè ſermo illorum progreditur? Deſcendere enim dixerunt, vt per hoc ſuper omnia intelligamus eſſe & natura & gloria, qui propter nos humiles, viſitando voluit noſtram ſimilitudinem aſſumere, & cum carne apparere mundo: Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum; Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit.

Ad ſalutẽ non ſat eſt credere. Filium Patri æqualem eſſe, ſed credere inſuper oportet noſtri cauſa hominem factum eſſe.
Quo ſenſu Verbum deſcẽdiſſe dicatur.
Pſalm. 49.

Intelligi autem poterit deſcenſus, ſi quis voluerit, etiam alio modo, nempe ex cœlo & ſupernè: Solet enim ſancta Scriptura ea, quæ mentem excedunt, verbis nobis familiaribus ſignificare, vnde cum ſanctis diſcipulis ſuis loqueretur, dicit: Exiui à Patre, & veni in mundum: Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Et iterum: Vos de inferuis eſtis, ego de ſupernis ſum. Inſuper & hoc dicit: Ego à Patre exiui & veni. Scribit autem ſanctus Ioánes: Qui deſurſum venit, ſupra omnes eſt. Nam quamuis in ſumma celſitudine eſſet, & cum Patre ſuo ſecundùm ſubſtantiam ſuper omnia, vtpote identitatis naturæ cum ipſo coronam ferens; non eſt tamen arbitratus rapinam, ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſeipſum exinaniuit, accepta forma ſerui in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſeipſum. Enimuero, quoniã Deus Verbum erat, noſtram quidem carnem indutus eſt, manſit autem & ſic Deus. Et propterea ſacratiſſimus Paulus Deum in ſimilitudinem hominis factum eſſe dicit, inuentumque eſſe vt hominem figura: Erat enim Deus in ſpecie humana. Nec aſſumpſit carnem inanimatam, ſicut hæreticis quibuſdam ſentiendum videtur, ſed animatam anima mentali.

Verbum cœlitus ad nos deſcendit.
Ioan. 16.
Ioan. 8.
Ioan. 16.
Ioan 3.
Verbũ non aſſumpſit carnem ĩanimã, ſed anima intelligente perfectam.

Ipſum igitur Verbum, quod ex ſubſtantia Patris progreſſum, & Filium vnigenitũ, Deũ verum de Deo vero, lumen de lumine, ipſum, per quem omnia facta ſunt, deſcendiſſe dixerunt Patres, incarnatumque eſſe & hominem factum, hoc eſt, habuiſſe natiuitatẽ ſecundùm carnem ex muliere, & proceſſiſſe in ſpecie ſimili nobis: Hoc enim eſt, hominem eſſe factũ. Igitur vnus Dominus Ieſus Chriſtus, idem vnigenitus, Dei Patris Verbum, factus eſt homo; non relinquens autem eſſe, quod erat: Manſit enim in humanitate Deus, & in ſerui forma Dominus, & in exinanitione ſimili

nobis

nobis plenitudinem habens diuinitatis, &
Verbũ, q̃ erat manſit; quod non erat, factũ eſt.
in infirmitate carnis virtutum Dominus, & in menſuris humanitatis proprium habens, quod ſuper omnem creaturam: Etenim quæ erant ante carnem, irrepudiabiliter habet, vt quòd Deus erat, & Filius verus, & vnigenitus, & lux, vita & virtus. Quæ verò non erat, ea adſumpſit; vnde propter diſpenſationem videtur: Nam quæ carnis erant, propria fecit: Non enim erant alterius cuiuſdam, ſed magis eius, quæ inenarrabiliter

Ioan. 1.

ei erat vnita, carnis. Ita & ſapiens Ioannes: Verbum, inquit, caro factum. Factũ autẽ eſt

Qua ratione Verbum factum eſt caro.

caro, non ſecundùm tranſlationem, vel conuerſionem, vel commutationem, transformatione facta in carnis naturam; neque habens temperationem, vel commixtionem, vel (vt a quibuſdam prædicatur) conſubſtantiationem: Impoſſibile enim eſſet, quoniam ſecundùm naturam incommutabiliter & inconuertibiliter ſe habet. Carnem autem ex Virgineo & illabato corpore, vt dixi, anima mentali animatam aſſumpſit, & ſuam propriam fecit. Cæterùm mos eſt Scripturæ diuinitùs inſpiratæ, ab ſola aliquando carne totum hominem ſignificare: Effundã enim, inquit, de Spiritu meo ſuper omnem carnẽ.

Scripturæ mos, ꝑ partẽ ſignificare totum.
Iohel 2.

Neque enim promiſit Deus gratiam Spiritus carnibus, anima mentali non animatis, ſed magis hominibus ex corpore & anima conſtitutis. Ita Verbum non reliquit eſſe, quod erat factum homo; ſed in ſpecie ſimili nobis apparens, manſit Verbum. Et non priùs homo intelligitur Chriſtus, deinde ſic progrediens, ita vt eſſet Deus: Sed Deus exiſtens Verbum factum eſt homo, vt in eodem Deus ſimul & homo intelligatur idem.

Chriſtus ex homine nõ eſt factus Deus, ſed Deus factꝰ eſt homo.

Qui autem ipſum in duos diuidũt Filios, & audent dicere, quòd ex ſemine Abrahæ hominem ſibi ipſi adaptàrit Deus, & communicârit illi dignitatem gloriæ, & honoris ac filiationis, & præparârit illum, vt ferret crucem, moreretur, & reuiuiſceret, indeque cœlum aſcenderet, & ad dexteram ſederet Patris, vt ab omni creatura honoretur, & honorẽ ꝓpter Deũ, in quẽ reſpicitur, ſortiatur; primùm quidem duos filios introducunt, deinde Sacramenti virtutem imperitè ſubuertunt: Non enim ex homine Deus factus eſt Chriſtus, vt dixi; ſed Deus exiſtens Verbum factum eſt caro, hoc eſt homo. Exinanitus verò eſſe dicitur, eò quod ante exinanitionem plenitudinem habuit in propria natura, ſecundùm quam intelligitur Deus: Non enim ex eo, quod inanis quiſpiam ſit, ad plenitudinem peruenit; ſed magis ex diuinis dignitatibus, & ineffabili gloria humiliauit ſemetipſum, non humilis exiſtens, ad libertatis redijt gloriam. In ſimilitudinem hominum factus eſt, qui in forma, & in Patris æqualitate, non homo exiſtens, vt fieret in ſimilitudine Dei, ſecundùm participium locupletatus eſt.

Qui vnum Chriſtũ in duos diuellunt, incarnationis Sacramentum imperitè euertunt.

Quid igitur ſubuertunt diſpenſationis ſermones, & veritatem circumſcribunt? contra omnes diuinitus inſpiratas Scripturas inſurgentes, quæ Deum eſſe ſciunt, & hominem factum Filium, vnumque ipſum vbique nominant. Vnde & in libro Creationis mũdi ſcripſit Moyſes, quòd tranſmiſit quidem diuinus Iacob flumen Iaboc pueros ſuos, & manſit ſolus, luctatuſque eſt homo cum eo vſque ad mane, & vocauit Iacob nomen loci eius, Species Dei: Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & ſaluata eſt anima mea. Ortus eſt autem ei Sol, quando tranſijt ſpecies Dei; Iacob verò claudicauit coxa altera: Nam Patriarchæ Deus antea oſtenſus eſt, quòd & homo futurus eſſet olim vnigenitus eius Verbum, & quòd obluctantem habiturus eſſet Iſraelem, & quòd coram eo non eſſent rectè inceſſuri. Claudicant autẽ quodãmodo, ſicut ipſe inquit per pſallentem lyra: Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt a ſemitis ſuis: Hoc enim, opinor, ſignificare, quòd Iacob altera coxa claudicârit.

Gen. 32. Quid ſignificârit luctatio Angeli cũ Iacob.
Quid ſignificârit coxa Iacob claudicans.
Pſal. 17.

Veruntamen illud conſidera, quòd cùm homo luctatus ſit cum eo, vidiſſe ſe dicit Deum facie ad faciem, & ſpeciem ipſam nominat Dei: Manſit enim Verbum Dei & homo factus in forma Patris; ſecundùm ſpiritualem, inquam, imaginem, & ſecundùm omne, quod incommutabiliter habet. Proinde dicebat ad Philippum, characterem ſubſtantiæ Patris ſe ipſum oſtendẽs etiam cum carne: Qui videt me, videt & Patrem.

Ioan. 14.

Et quum quendam cæcum a natiuitate, quem curauerat, offendiſſet in templo: Tu credis, inquit, in Filium Dei? Illo autem ad hoc dicente: Quis eſt Domine, ut credam in eum? Reſpondit, dicens: Et, vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ille eſt. Vidit autem ipſum cæcus non nudum, vel ſine carne, ſed in ſpecie ſimili nobis; & credidit in eum, quem vidit, non tanquam in filium alteri filio vnitum, ſed tanquam in vnum natura, & verè, qui non abſque carne hominibus apparuiſſet.

Ioan. 9. Verbum in carne, & cũ carne adorâtur vt Deus.

Porrò Moyſes in benedictionibus inquit: Date Leui manifeſtationem eius, & veritatem eius viro ſancto, quẽ tentauerunt tentatione, & obiurgati ſunt apud aquam contradictionis. Qui dicit patri aut matri: Non vidi te; & fratres ſuos non agnouit.

Deut. 33.
Exod. 28.

Ordinauerat quidem vniuerſorum Deus poderẽ fieri Aaron varijs modis contextam, quam ſoli ſummo Sacerdoti geſtare licebat & concedebatur. In pectore autẽ ſummi Sacerdotis fuêre lapides quidã elaborati numero duodecim, in quorum medio figuratum erat, Manifeſtatio & Veritas, duo iterum alij lapides. Cæterùm per hos duodecim Apoſtolorum chorus ænigmaticè demonſtrabatur, quaſi in circulo Emmanuelem cingens, qui eſt Manifeſtatio & Veritas: Manifeſtauit enim nobis veritatem cultus eius, quaſi in vmbris & figuris

Quid ſignificârit duodecim lapides in pectore Aaron.
Ioan. 14.

& figuris finem imponens. Quoniam autem Pontifex factus ſit, nobis Vnigenitus Dei Verbum, quando & homo factus eſt, quomodo dubitari poteſt, cùm Diuinus Paulus ſcribat:

Hebr. 3.

Conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum, qui fidelis eſt ei, qui fecit ipſum? Enimuerò Sacerdotij dignitas humanitatis menſuris (vt non abſimilis) rectè intelligitur; & minor quidem, vt Dei Verbi naturæ ac gloriæ competat; non dedecet autem diſpenſationem cum carne: Facta enim eius ſunt humana.

Deut. 33.

Igitur date, inquit, Leui (hoc eſt, Sacerdoti) manifeſtationem & veritatem. Quali autem dicit Leui, hoc eſt, Sacerdoti, declarauit, dicens: Viro ſancto: Non enim fecit peccatum Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Vnde Paulus de eo ſcribit: Talis decebat, vt eſſet nobis Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſeparatus à peccatoribus, & ſublimior cœlis factus. Illum tentauerunt in tentatione, obiurgati ſunt eum apud aquas contradictionis. O rem admirabilem. Virum dicens eum, Deum ſtatim declarauit: Quem enim exacerbauit & tentauit Iſrael, & in eremo, & ad aquam contradictionis, fideliter indicauit

Num. 20.

Pſalm. 103.

Pſaltes, dicens: Dirupit petram in eremo, & potauit eos in abyſſo magna, & eduxit aquam de petra, & deduxit quaſi flumina aquas. Et quid poſt hoc? Et tentauerunt, inquit, eum in corde ſuo, & locuti ſunt contra Deum, & dixerunt: Num poterit Deus præparare menſam in eremo, qui percuſſit petram, & fluerunt aquæ, & torrentes inundauerunt? Num & panem poterit dare, vel parare menſam populo ſuo? Intelligis igitur, quomodo obiurgati fuerint mirificum Deũ, quem certò & virum dicit Moyſes: Nam & Diuinus Paulus ſic intelligens, ſcribit: Biberunt enim ex ſpirituali ſequente illos petra. Petra autem erat Chriſtus.

Inſinuat apparitiones in veteri Teſtamẽto per Angelos factas deſignaſſe Filium incarnatum.

1. Cor. 10.

Vir igitur, cui obiurgabantur, ipſe erat ille, qui nondum incarnatus tentabatur ab Iſraelitis: Neque enim alius erat filius, qui ante carnem; alius autem ab ipſo, qui ex ſemine Dauid, ſicut audent quidam dicere; ſed vnus & idem. Ante incarnationem quidem erat Verbum; poſt partum autem, qui ex S. Virgine incarnatum & homo factum, ſicut ſcripſerunt Diuini Patres. Alio quoque ſigno comprobauit Moyſes: Nam cùm interrogaret quiſpiam, & diſcere cuperet, de quonam viro mentionem feciſſet, quem & tentaſſe & obiurgaſſe Iſraelitas diceret, tantùm non protenſa manu Ieſum monſtrat, & inquit: Qui dicit Patri & matri: Non vidi te; & fratres ſuos non agnouit. Meminimus autem, vnum ſanctorum Euangeliſtarum ſcripſiſſe, quòd docente aliquando & quoſdam erudiente Chriſto, aſtiterunt mater eius & fratres; deinde accurente quodam ex diſcipulis, & dicente: Ecce mater tua, & fratres tui ſtant foris, volentes te videre; extenſa manu ſua in diſcipulos ſuos, dixit: Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui audiunt Verbum Dei, & faciunt: Qui enim fecerit voluntatem Patris mei in cœlis, hic frater meus & ſoror & mater eſt. Hoc (opinor) eſt id, quod Moyſes dixit, inquiens: Qui dicit Patri aut matri: Non vidi te; & fratres ſuos non agnouit.

Ioan. 1.

Deut. 33.

Quomodo Chriſtus non agnoſcat Patrem vel matrem vel fratres.

Marc. 3.

Deut. 33.

Vltrà & ſapientiſſimus Daniel: In ſpecie ſimili nobis viſum eſt, inquit, Vnigenitum Dei Verbum: Vidiſſe enim ſe, dicebat, antiquum dierum ſedentem ſuper thronum, & mille millia millium aſſiſtentium, & millia millium miniſtrantium; & interſerit inter hæc, quæ addidit: Videbam ego in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli, quaſi Filius hominis veniens, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & coram ipſo adducta ſunt, & ei data honor & regnum, & omnis tribus & linguæ ſeruient ei: Ecce enim iterum manifeſtè & euidenter vidit Emmanuelem, aſcendentem ad eum, qui in cœlis eſt, Patrem & Deum: Nubes enim ſuſcepit eum, quem & non hominem ſimpliciter, ſed tanquam Filium hominis dicit: Deus enim erat Verbum factum in ſimilitudine humana, quomodo & ſapientiſſimus Paulus intelligens, in ſimilitudine hominum eum factum eſſe dicit; inuentum autem vt hominem habitu, & in ſimilitudinem carnis peccati viſum eſſe his, qui ſuper terram. Si autem homo fuiſſet, & ob copulationem cum Deo, tanquam Deus honoratus; dixiſſet Propheta, quaſi Deum, vel quaſi Filium Dei, eum, qui cum nubibus venit, viſum eſſe: Sed hoc non dicit; ſed illud dicit: Sicut Filium hominis. Vidit vtique Deum exiſtentem, & hominem factum Filium, hoc eſt, in ſimilitudine hominum factum, iuxta Pauli vocem. Veruntamen, quamuis in carne apparuerit, vſque ad antiquum dierum peruenit, hoc eſt, ad ſempiterni Patris redijt thronum. Et ipſi data ſunt honor & regnum, & omnis tribus & linguæ ſeruient ei. Id nimirum eſt, quod ab ipſo dictum eſt: Pater, glorifica me gloria, quam habui, antequàm mundus eſſet, apud te.

Dan. 7.

Quomodo iuxta Danielis vaticinium filius hominis venit ad antiquũ dierũ.

Actor. 1.

Phil. 2.

Dan. 7.

Ioan. 17.

Quòd autem incarnatum Verbum Dei conſideat, & æqualis gloriæ ſit cum Deo & Patre, etiam in carne, tanquam vnus exiſtens Filius, etiam quando factus eſt homo, manifeſtat ſapientiſſimus Paulus, ſcribens: Talem habemus Pontificem, qui ſedet in dextera throni magnitudinis in ſublimibus. Præterea & ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, interrogantibus ipſum Iudæis: Nunquid ipſe eſſet verè Chriſtus? Si dixero vobis, inquit, non credititis: Et ſi interrogauero, non reſpondebitis. Ammodo erit Filius hominis, ſedens à dexteris virtutis Dei. Igitur etiam incarnatum Filium in Diuinitatis ſolio ſanctorum Prophetarum chorus contemplatus eſt. Videamus autem & noui Teſtamenti præ-

Hebr. 8.

Luc. 22.

cones,

cones, totius orbis Doctores. qbus ipſe Chriſtus dicebat: Non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.

Matt.10.

Matth.3.

Inuenimus igitur dicentẽ D. Baptiſtã: Poſt me veniet vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat. Deinde quomodo, qui poſt ipſum erat, prior ipſo fuit? Quia enim Chriſt⁹ ſecũdùm tempus carnis, tardiùs venit, quàm Ioãnes, quomodo nõ omnibus manifeſtũ? Quid igitur ad hæc dixerit quis? Soluit nobis ipſe Saluator, quod q̃ritur: Dicebat enim, Iudæos alloquens: Priusquàm Abraham fieret, ego ſum: Nam erat quidem & ante Abraham Diuino more. Intelligitur autem poſt ipſum, ſecundùm quod homo apparuit.

Quomodo Ioannes & Chriſtus ſe inuicẽ antecerterunt.

Ioan.8.

Eſa.42.

Deinde & Patre clamante manifeſtè: Gloriam meam alteri non dabo (Deus enim alius præter ipſum nullus eſt) Dixit nobis Chriſtus: Quando venerit Filius hominis in gloria Patris ſui, cum ſanctis Angelis. Quòd autem expectamus filium hominis de cœlis deſcenſurum, iterũ ſcribit ſapientiſſimus Paulus: Apparuit enim gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus, vt abnegantes impietatem & mũdanas cupiditates ſobriè, & iuſtè, & piè, & placidè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & illuſtrationẽ gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Dicebat autẽ & in alio loco, mentionem faciens de carnalibus Iſraelitis, quòd ipſorum ſint promiſſiones, & legiſlatio, & teſtamentum, & ex ipſis, ſecundùm carnem Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula, amen. Igitur veſtigia Patrum ſequentes, & nõ deflectentes, ipſum diximus ex Deo Patre natum Vnigenitum Filium, incarnatum eſſe, & hominem factum, paſſum, mortuum, tertia die reſurrexiſſe ex mortuis: Nam impaſſibile citra controuerſiam, quantum ad ſuam naturã attinet, eſt Verbum Dei; & nullus tam attonitus eſt, qui putare poſſit, naturam, quæ ſuper omnia, paſſionum capacem. Quia autẽ factus eſt homo, propriam fecit carnẽ, quæ ex ſancta Virgine.

Eſa.42.

Marc.8.

Tit.3.

Rom.9.

Qui impaſſibile Dei Verbum factu ſit paſsibile.

Hoc igitur modo, diſpenſationis verba ſequentes, in carne propria paſſum eſſe humano more eum, qui extra omnem paſſionẽ eſt, vtpote Deum affirmamus: Nam ſi Deus exiſtens, factus eſt homo, minimè autem ceſſauit Deus; ſi factus eſt creaturæ portio, & manſit ſuper creaturam; ſi legiſlator exiſtens, factus eſt ſub lege, & legiſlator erat adhuc; & Dominus exiſtens, Diuino modo ſerui formam induit; & minimè abijciendam obtinet dominij dignitatem; ſi Vnigenitus exiſtens, factus eſt primogenitus in multis fratribus, & eſt Vnigenitus; quid eſt mirabile, ſi carne paſſus humano modo, impaſſibilis, & ſic intelligitur Diuino modo? Hinc eſt, quòd ſapientiſſimus Paulus eum, qui Verbum, quod in forma & æqualitate Dei & Patris erat, eundem ſubditũ eſſe factum dicit, & vſque ad mortem, mortẽ autem crucis. In alia autem epiſtola ſua de eodem dicit: Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipſo condita ſunt omnia, tam quæ in cœlo, quàm quæ in terra; & ipſe eſt ante omnia, & omnia in ipſo condita ſunt; & datum eſt, inquit, caput Eccleſię, factum autem, & primitię dormientiũ, & primogenitum ex mortuis; quamuis vita, & viuificans ſit Verbũ ex Deo & Patre, vtpote ex vita natus eius, qui genuit eum.

Qui oppoſita prædicata locum in Chriſto habeant.

Philip.2.

Coloſſ.1.

1. Cor.15. Coloſſ.1. Perperã hęc reddita.

Deinde quomodo factus eſt primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientium? Nam quia mortuis ſuſceptiuam carnem propriam fecerat gratia Dei, ſicut dicit ſapientiſſimus Paulus, pro omnibus guſtauit mortem carne, qua ipſe pati potuit; non abiecto autem eo, quòd ipſe erat vita. Itaque etiam ſi diceretur carne paſſus eſſe, nõ natura Deitatis ſuſcipiet paſſionem, ſed (vt iam dixi) propria caro, quæ paſſiones capit. Vnde & B. Eſaias, hominem factum Deum carne cognoſcens, dicebat de illo: Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente, ſine voce fuit, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate ipſius iudicium eius ſublatum eſt, & generationem eius quis enarrabit? quia aufertur de terra vita eius. Quamuis autem ſi quidem aliquis fuiſſet homo, & ſpecialiter intelligeretur filius coniunctus Deo, ſicut dicunt impiorum dogmatum introductores; quomodo adhuc difficilè inuenietur, qui generationem eius enarrabit? Factus igitur eſt ex ſemine Dauid, & Ieſſæ. Dei autem Verbi natiuitatem hoc eſt, natiuitatis modum, quis dicere poterit? Aufertur enim à terra vita eius, hoc eſt, exiſtentia: Poſuit enim pro exiſtentia vitam. Sublimè autem fertur, natatq; ſuper omnes, qui in terra. De ineffabili natura ſermo: Excellit enim omnem cogitationẽ, humanæque menti acceſſum non concedit.

Eſa.53.

Eſa.53.

Dei vita, Dei exiſtentia, atqui vtraque ſublatum eſt à terra.

Adiungam autem & hoc dictum ſuperioribus: Vnus Dominus, vna fides, vnus Baptiſmus; ſicut dicit ſacratiſſimus Paulus: Itaque cùm vnus ſit Dominus, & vna fides. & vnus Baptiſmus; quis Dominus, & in quem credidimus, & baptizati ſumus? Attamẽ decere dixerit quis Verbum, quod ex Deo Patre eſt, vt dominetur nobis, & credamus in eum, in ipſo autem conſummatum eſſe & ſalutare Baptiſma: Sic enim ſanctis Apoſtolis præcepit dicens: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Cæterum Diuinus Paulus dominationis gloriam, & fidei confeſſionem, & ſancti Baptiſmi virtutem manifeſtè tradit, dicens: Ne dixeris in corde tuo: Quis aſcendet in cœlum? hoc eſt, Chriſtum deducere; vel quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtũ ex mortuis reducere. Sed quid dicit Scriptura? Prope eſt verbum in ore tuo, quòd ſi dixeris, Dominus Ieſus, & credideris in corde tuo; quòd Deus ipſum excitauit ex mortuis, ſaluaberis. Scribit autem iterum: Neſcitis, quòd quicunque baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem eius baptizati ſumus.

Epheſ.4.

Matth.28.

Rom.10.

Rom.6.

Ecce,oro,quàm ſolerter,& manifeſtè vrget dominationis,& fidei confeſſionem,ipſamq; ſancti Baptiſmatis gratiam,in eum,qui paſſus eſt mortem, & reſurrexit à mortuis. Credimus igitur in duos filios? Igitur prætercurremus Verbum,quod ex Deo Patre effulſit,alterique ab illo, qui paſſus eſt,filio, dominationis gloriam attribuemus? Ipſam quoque fidei confeſſionem,& cœleſtem gloriam? Adhæc quomodo non eſt ſtolidum,& indubitanter impium,ſic ſapere vel dicere? Quid igitur dicemus? Vnus Dominus verè, vnaque fides,& vnum Baptiſma: Etenim eſt vnus Filius, & Dominus Verbum; quod non hominem ſecundùm connexionem ſuſcepit, & participē illum ſuarum dignitatū declarauit; communicauitque ei filiationem,& dominationem, ſicut dicunt quidā delirantes; ſed ipſum Verbum Deus ex Deo,& lumen de lumine,incarnatum,& homo factum eſt. In eius mortem baptizati ſumus, qui paſſus quidem ipſe eſt humano modo in propria carne; manſit antē impaſſibilis Diuino modo, & viuit ſemper: Vita enim eſt, ex vita Deo & Patre. Sic victa eſt mors, quæ in vitale corpus inſultare auſa eſt. Aboletur autem ſic & in nobis corruptio, & infirmatur ſic mortis ipſius imperium. Proinde dicebat Chriſtus: Amen, amen dico vobis,niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis ipſis. Viuifica igitur ſunt,ſanctū corpus & ſanguis Chriſti: Corpus enim,ſicut dixi,eſt non hominis cuiuſdam, qui vitæ particeps eſt, ſed potiùs proprium vitæ ſecundùm naturam; perſpicuum autem, quòd Vnigeniti.

Nec in ſolū hoīem, nec in ſolū Verbum baptizati ſumus; ſed in Verbū incarnatum.

Ioan.6.

Chri corp' & ſanguis viuifica.

Hæc ſentit nobiſcum amantiſſimus Chriſti,ſanctorum Patrum chorus, & Proclus ipſe,qui nunc ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ thronum adornat, religioſiſſimus & pientiſſimus Pater,& Coepiſcopus: Scripſit enim & ipſe ad Orientales pijſſimos Epiſcopos in hæc verba: Et incarnatus eſt abſque cōuerſione, qui ſpeciei expers; naſcitur autem ſecundùm carnem,qui principio caret; proficit verò ſecundùm corpus ætate, qui natura perfectiſſimus eſt; & paſſiones ſuſtinet, qui paſſionibus ſuperior, non quo erat, ſuſtinuit contumelias, ſed quo factus eſt,ſuſceptis corporis paſſionibus. Reprēhenditur igitur vbique praua fides illa hæc ſcribentium, vel ſentientium, vtpote prophanè languida, & veritatis dogmatibus diuerſa continens.

Hic Proclus ſucceſſit Maximiano, qui proximè excipit Neſtorium.

Luc.1.

Poſtquàm autem beatiſſimi Patres ſermonem de Chriſto abſoluerunt, Spiritusſancti mentionem faciunt: Credendum enim dixerunt in illum ſimili modo, videlicet, vt in Patrem,& Filium. Eſt enim ipſis conſubſtantialis; & profunditur quidem hoc eſt,egreditur ſicut à fonte Deo,& Patre; conceditur autem creaturæ per filium. Vnde inſpirauit in ſanctos Apoſtolos, dicens: Accipite Spiritumſanctum. Igitur ex Deo; & Deus Spiritus eſt, & non alienus à ſubſtantia, quæ ſuper omnia eſt; ſed ex ipſa, & in ipſa, & proprius eius.

Spiritusſanctus procedit ex Patre, tanquā ex fonte.

Ioan.20.

Ipſa eſt ſanctorum Patrum rectiſsima, & ab omni errore aliena fides,hoc eſt,fidei confeſſio. Verùm vt Paulus dicit: Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuſtratio Euangelij gloriæ Chriſti. Itaque nonnulli relicta veritatis via, eunt per petras,non intelligentes, neque ea,de quibus affirmant: Vrgentes enim filiationis gloriam in ſolum Verbum, quod ex Deo Patre natū, quaſi filium alium,qui ex ſemine Ieſſę,& Dauid coadunatum ei dicunt, participemque filiationis,ac Diuinæ gloriæ, & inhabitationis Verbi ipſius, & ab ipſo habuiſſe omnia, proprium verò omnino nihil. De iſtiuſmodi, vt opinor,ſcripſerunt Saluatoris diſcipuli: Subingreſſi enim ſunt homines quidam impij, & de quibus & olim in hoc iudicium antea ſcriptum,qui transferunt Dei gratiam in procacitatem, & vnicum horum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum abnegantes. Ieſus autem Chriſtus nominatur meritò Verbum, quod in humana forma apparuit; quia interrogantibus ſcripſerunt aduerſarij, qui præ multa inſipientia Neſtorij,& Theodori opinionem & ſcripta nō cauent: Eum,qui ex ſancta Virgine, non ſinite eſſe Deum, & Filium verum Dei & Patris; illique ſoli tribuite paſſiones, & amouete ipſum Verbum, vt ne dicatur Deus paſſibilis.

2.Cor.4.

1.Timo.2.

2.Pet.2.
2.Pe.3.& 4.

Mira in his omnib' orationis obſcuritas.

Hæc ſunt diligentiæ illorum adinuentiones, & cogitationum confuſio. Igitur nec nominetur Chriſtus, vel Vnctus, ſpecialiter & ſeorſim Verbum,quod ex Deo Patre: Quemadmodum enim alienum ab eo eſt pati,quando extra carnem intelligitur; ſic & vnctio incongrua & aliena ab eo: Ieſum enim à Nazareth vnxit Spirituſancto, perfectum autem omnibus modis Verbum Dei, & non opus habet vnctione, quæ per Spiritum ſanctum eſt. Igitur negate diſpenſationem, ſpoliate Vnigenitum à ſua erga mundum charitate, ne nominetur Chriſtus à vobis. An non indignum ipſi, quòd in his menſuris, ſicut nos, factus eſt? Igitur quia & hoc indignum eſt eo, nemo confiteatur,quòd factus ſit homo; vt & ipſis dicit Chriſtus: Erratis, neque ſcientes Scripturas, neque virtutem Dei. Igitur eos, qui hanc opinionem delegerunt, vt hoſtes veritatis habentes,fugiamus ipſorum pernicioſam vaniloquentiam; ſequamur autem ſanctorum Patrum ſententias, & ſanctorū Apoſtolorum Euangeliſtarumque traditionem: Ipſum enim Verbum, quod caro factum eſt, loquebatur in illis,per quod,& cum quo, Deo & Patri honor, gloria, imperium cum ſancto Spiritu in ſecula ſeculorum, AMEN.

Actor 10.

Si perpeſſio Verbo non conuenit, neq; inunctio quoq; ſed hæc in illud nō cōuenit.

Matth.22.

TOMI SECVNDI MAGNI
CONCILII EPHESINI FINIS.

ACTO-

ACTORVM CONCILII EPHESINI

Tomus Tertius.

Hic Tomus inſanos Orientalis Conciliabuli aduerſus œcumenicam Synodum conatus, falſaſq́ & varias eiuſdem criminationes, & impoſturas complectitur. Cernere hic licet viuam recentiorum hæreticorum imaginem: Tum nihil adeò abſurdum, & a ratione alienum eſſe, quod per miniſtros ſuos Diabolus confingere moliriq́ non audeat. Quanta hoc ſegmento Cyrillo & Memnoni imponuntur, quæ nunquam illis in mentem venerant? Quanta rurſum Schiſmatici ſe perpeſſos ementiuntur, quorum ne vmbram quidem viderant?

RERVM AB ORIENTALIBVS *Epiſcopis contra Oecumenicum Concilium geſtarum.*

Caput Primum.

ARGVMENTVM.

EXPONITVR hoc Capite, qui Orientales, Candidiano Comite præſente & inſtigante, in Cyrillum quidem & Memnonem exauctorationis; in reliquos verò ſacri Concilij Patres excommunicationis ſententiam tulerint.

IOANNE ſanctiſſimo Deoque dedititiſſimo, Antiochiæ Orientis diœceſis Metropolitano in ſuo diuerſorio manente, ſacraq́; illius Synodo præſente, Magnificentiſſimus Illuſtriſſimusque deuotorum Comes Candidianus dixit: Optabam equidem, pietate tua coràm conſtituta, totaq́ue Synodo in vnũ ſimul coacta, religioſiſſimorum Dominorũ, ac Principum noſtrorum literas exhibere, eaq́ue omnia, quæ in mandatis habebam, vniuerſæ Synodo ſimul, vt modo aiebam, congregatę exponere. Cęterùm cùm ante quinque proximos hoſce dies, religioſiſſ. Deoq́ue addictiſſimus Epiſcopus Cyrillus, & Memnon huius ciuitatis Epiſcopus, cæteriq́ue, qui ab ipſis ſtant, pijſſimi Epiſcopi, in Eccleſiam conueniſſent, & ne quem præter Dominorum pijſſimorum decreta, & ante omnium veſtrum aduentum, conſeſſum inter ſe facerent, grauiter à me admoniti eſſent; illi mox Sacram, vt ipſis prælegerem, efflagitârunt. Cùm verò illud propter ſanctitatis veſtrę abſentiam, quodq́ue multi præterea alij Epiſcopi, & Metropolitani necdum cõueniſſent,

Comitis Candidiani coram Ioãne Antiocheno, eiuſdemq́; Conciliabulo cõficta narratio.

recuſarem; inſtitêre nihilominùs illi cùm alia, tum quid a Dominis noſtris præſcriptum eſſet, ſe prorſus ignorare, aſſerentes. Metuens ergo, ne turbæ cuiuſpiam, aut ſeditionis occaſionem præberem, ipſis vnà conſidentibus Imperatorium diploma vel inuitus legi. Veruntamen & iam inde deceſſurus, & antè quoque ſeuerè ipſos conteſtatus ſum, ne præcipites aliquid agerent; quemadmodum multi ſanctiſſimi Epiſcopi, qui vnà mecum ad illorum conſeſſum introierant, compertum habent. Illi verò illam comminationem nihil morati, omnia pro ſuo arbitratu fecerunt.

Ioannes Epiſcopus Deo deuotiſſimos dixit: Optarem & ego quoque piarum literarum contextum audire: Oportet namque in re tam graui non coniecturis niti, ſed rectà ad veritatem ipſam contendere piumq́; pijſſimorum Impp. noſtrorum ſcopum ſedulò perquirere, vt qui nullum ſtudium, nullum pro Chriſti Eccleſia laborem detrectent, neque quicquam omnium ea vna antiquius habere videantur. Veſtra proinde magnificentia nobis exponat, ecquænam Regijs literis lectis conſequuta fuerint.

In re graui non eſt nitẽdum meris coniecturis, ſed argumẽtis certis.

Nullum ſtudium, nullũ laborẽ, aut moleſtiam Impp. pro Dei Eccleſia detrectant.

Magnificentiſſimus Comes Candidianus dixit: Lecta Sacra omnes applauſerunt, eamq́ue vultus alacritatem præ ſe tulerunt, vt nihil planè dubitarem, quin ſtatim omnes omnibus, quæ a religioſiſſimis AA. noſtris ſancita fuerant, morem eſſent geſturi: Verùm cùm poſtea ſpe bona plenus rogarem, vt Imperatorijs literis parêrent omnes, nullus audire me ſuſtinuit. E veſtigio autem religioſiſſimos Epiſcopos, quos ſanctiſſimus Neſtorius miſerat; cęteroſq́ue, qui comites ipſis adiuncti fuerant, non abſque ignominia exegerunt: Nec hoc contenti, me quoq;

Tota hæc Candidiani narratio manifeſta falſitatis ſigna præ ſe fert.

cùm

cùm precibus obnoxius inſtarem, veluti cui cum illorum placitis nihil commune eſſet, è ſuo conſeſſu expulerunt. Sed neque admonitorium quoque, quod religioſiſſimi Epiſcopi ad illos detulerant, audire ſuſtinuerunt: Quémadmodum ſanctiſſimi Epiſcopi, quibus vnà mecum hiſce intereſſe contigit, norunt; qui teſtari quoque potuerunt, omnia, & ſingula, quo decuit ordine, à me fuiſſe propoſita. De his autem omnibus orbis Dominos certiores feci. Addidi & hoc quoq;; nempe ſanctitatis tuæ reliquorumque Epiſcoporum, qui tecum ſunt, aduentum quotidie expectari.

Deo dilectiſſimus Epiſcopus Ioannes dixit: Legantur iam tandem & nobis quoque piæ religioſiſſimorum Principum literæ. Honoris cauſa, qui aderant, aſſurgentibus, Magnificentiſſimus Comes Candidianus legit. Hoc autẽ facto, poſteaquàm ſinguli Deo deuotiſſimi Epiſcopi, piæ ipſorum Maieſtati bene precati eſſent, pijſſimus Archiepiſcopus Ioannes dixit: Sanè pia harum literarum ſerenitas, ad quamuis modeſtiam inducere illos poterat, etiamſi Sacerdotum Catalogo adſcripti non eſſent: Sed quoniam, vt magnificentia tua retulit, poſt recitatas Impp. literas tumultu omnia impleuerunt, indignaque contumelia, cùm pijſſimos Epiſcopos, tum ſuam quoq; magnificentiã affecerunt; nos ea, qua par fuit, attentione, ac modeſtia regium diploma excipientes, ad vnum omnes parati ſumus pijſſimorum Impp. noſtrorum voluntatem primo quoque tempore, Deo nobis bene fauente, rebus ipſis exequi. Interim tamen rogamus, ſi quid aliud ab ipſis deſignatum eſt, vt hoc ipſum quoque tua magnificentia nobis edifferat.

Aſſurgitur literis Imperatorijs.

Bene precatur Impp. maieſtati Orientales.

Orientales Imperatorijs literis obedientiã ſpondent.

Candidianus Comes magnificentiſſimus dixit: Quandoquidem ſanctitas tua omnia ordine, & exactè perquirit, æquum eſt, vt cætera quoque in medium afferantur. Sequenti itaque die, cùm penitùs, quid actum eſſet, neſcirem, repentè in ſanctiſſimum Epiſcopum Neſtoriũ exauctorationis ſyngrapham publicè affixam cerno. Refixi ilico, ac legi, lectamque ad pijſſimos Impp. noſtros miſi; paulò pòſt & publicos quoque præcones forum obeuntes, memoratique ſanctiſſimi Epiſcopi Neſtorij depoſitionem non abſque ſolenni pompa ebuccinantes audio: Cùm igitur iſtud ego reſciuiſſem, ſtatim expoſtulatorias ad illos ſcripſi, ſeriò edicens, ne quicquam omnino præter ea, quæ à religioſiſſimis Principibus noſtris decreta fuerant, molirentur. Admonui ad hæc ſanctiſſimos Epiſcopos, qui illorum Conciliabulo non interfuerant, vt veſtræ ſanctitatis aduentum præſtolarentur.

Candidianus Neſtorianæ exauctorationis ſententiam contra Neſtorium latam; publiceq; affixã refigit.

Neſtorij exauctoratio Epheſi p publicos præcones ſolenniter promulgata.

Neſtoriani Orientaliũ aduentum operiri iubẽtur.

Pijſſimus Archiepiſcopus Ioannes dixit: Canonibúsne ſanctionibusque Eccleſiaſticis, ac Regijs nihilominus literis in omniũ præſentia conſentaneè diſſerentes, congruaque & ad rem facientia viciſſim audientes, ac reprehenſione tandem digna comperientes in illam ſententiam deſcenderunt; an verò ijs omnibus prætermiſſis, indictaque, vt dici ſolet, cauſa, virum condemnârunt? Magnificentiſſimus Comes Candidianus dixit: Pijſſimi Epiſcopi, quotquot vnà fuerunt, norunt, citra vllum prorſus examen, citraque omne iudicium hanc ab illis ſententiam promulgatam eſſe.

Neſtorij dicta.

Impudentiſſimè mẽtitur hic Cãdidianus.

Deo dilectiſſimus Epiſcopus Ioannes dixit: Rectè ſanè; Nam ne illa quidem, quæ in noſtra quoque præſentia deſignârunt, ſatis legitima, humanitatisque legibus ſatis conſentanea fuerunt: Cùm enim oportuiſſet, vt illos, qui longo itinere defatigati fractique iamtum recens aduenerant, amicè complecterentur, puluereque adhuc aſperſos beneuolo fraternoque affectu exciperent, ac refocillarent; tumultuario impetu ſtatim ad nos irruerunt, conſuetamque inſolentiam ac tumultuationem indicijs neutiquam obſcuris declarârunt: Verùm ſacra Synodus, quæ mecum aderat, adeò illorum vocibus aures nullas præbuit, vt ea quoque in illos decernenda exiſtimârit, quæ in illos decerni par erat, qui adeò illegitimè tyrannicèque omnia turbârant atque miſcuerant.

Ioãnes Antiochenus de Patrum Concilij inhumanitate expoſtulat: ſed iniuſte.

Socij Ioan. Anti. cũm Con. Patrũ ſtatum inſolentes ſeſe declarant.

His ad eum modum prælibatis, poſteaquàm magnificentiſſimus Comes Candidianus, cæterique paulatim exiuiſſent, piæque Impp. literæ recitatæ, & quæ Candidianus paulò antè expoſuerat, commodùm excepta eſſent; Deo dilectiſſimus Archiepiſcopus Ioannes dixit: Audiuit veſtra pietas piam religioſiſſimorum Impp. noſtrorum epiſtolam, tum magnificentiſſimi quoque Comitis Candidiani narrationem. Agnoſcit nihiloſecius pium pijſſimorum Regum noſtrorum ſcopum; quomodo videlicet ſingularem Eccleſiaſticæ pacis curam peculiaremque ſanæ inconcuſſæque fidei Apoſtolicique dogmatis rationem habentes, ſacram Synodum hunc in locum conuocârint; remque Maieſtate ſua dignam inſtituentes, grauiter mandârint, vt omnibus vnum in locum coactis, ea, quæ in diſceptationem veniunt, fraternè Sacerdotalique modeſtiæ conuenienter in medium proponantur; propoſita verò interrogationibus, & reſpõſionibus commodè hinc inde adhibitis, accuratè diſcutiantur; diſcuſſa tandem citra omnem tumultuationem ac turbam determinentur. Ad hæc de nulla omnino controuerſia pecuniaria, aut criminatoria, aut alia quacunque eiuſmodi priùs tractare licere, quàm fides à ſanctis Patribus in Nicæa ciuitate Bithyniæ quondam congregatis expoſita, diligenter examinata denuo confirmetur. Cernit proinde veſtra pietas, quid in eos fieri par ſit, qui literas vſque adeò pias, tam indignis modis contempſerunt.

Ioan. Antiochenĩ ad Cõciliabulum Orientaliũ oratio.

Ioan. acuit ſuos contra Concilij Patres.

Sacra Synodus dixit: Cyrillus religioſiſſimus Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopus, nec nõ

Neſtoriani Epiſcopi cũ Orĩetalibus

Memnon

Memnon religioſiſſimus huius ciuitatis Antiſtes (qni ſtrenuum per omnia Synergū Cyrillo ſe exhibet, omniáque, vt certò ante pietatis veſtræ aduentum cognouimus & hiſce; vt dici ſolet, oculis inſpeximus, turbat) manifeſtarij criminis rei ſunt. Quòd autē Memnon ita ſit comparatus, fueritque iam antea ſemper, hinc cognoſcere licet: Nam Eccleſias omnes omneſque ſacras Martyrum ædes, & ipſam venerandam quoque Apoſtoli Baſilicā nobis præcluſit; & ne ſacrum quidem Pentecoſtes diem ſanctiſſimis Epiſcopis celebrare permiſit. Multitudine præterea agreſtiū hominum coacta, totam hanc ciuitatem turbis repleuit. Inſuper Clericos ſuos ad piiſſimorum Epiſcoporum diuerſoria vltro citroque miſſitans, vel extrema, niſi primo quoque tēpore confuſo illorū Conciliabulo ſeſe adiungerent, illis comminari non dubitauit. Quid multis? malæ conſcientiæ ſtimulis agitati, nō poterant omnia nō miſcere, res Eccleſiaſticas ſeditionibus non implere; pias Impp. literas non floccifacere, Eccleſiæ ſanctiones nō proculcare, & ne in hæreticam peruerſamq́; eorum doctrinam inquireretur, quiduis nō cōmoliri. Qnam quidem doctrinæ labem, cùm ex alijs non vulgaribus, tum maximè ex capitibus, quæ religioſiſſimus Epiſcopus Cyrillus non ita pridem antè ad regiam ciuitatem miſit, apertè deprehendimus: Maior nanque illorum pars Arij, Eunomij, & Apollinarij impietati eſt conſentanea. Neceſſum eſt ergo, vt tua imprimis ſanctitudo, noſque vnà omnes manibus pedibuſque pro pietate nitamur, totique in hoc incūbamus, ne qui hæreticis piiſſimi Epiſcopi Cyrilli capitibus decepti, in errorem præcipites abeant; nēue ſanctorū Patrum fides detrimentum aliquod capiat. Et quidem hæretici dogmatis auctores, excitatæque tumultuationis, quæ omnem modum rationemq́ue excedit, Principes iuſtæ condemnationis ſententia præcellantur; reliqui verò religioſiſſimi Epiſcopi, quos hi ſibi per fraudem adiunxerunt, in ſuamq́ue ſententiā callidè pellexerunt, Eccleſiaſticæ pœnæ ſubijciantur oportet.

Conſpirātes Cyrillum, & Memnonem grauiter incuſant.

Hæc omnia vel falſa ſunt, vel propter manifeſtam illorum hæreſim acciderunt.

Neſtoriani Epi grauiſſimis criminibus Cyrillum, & Memnonē onerant.

Cōciliabulum Antiochenum, & Neſtorianū Arij, Eunomij, & Apollinarij impietatē Cyrillo falſo imponit.

Neſtoriani, & Orientales ſchiſmatici exauctorationis pœnam Cyrill. & Memnonem dignos pronūtiant.

Ioānes Deo dilectiſſimus Epiſcopus dixit: Ego quidem optarē, neminem ex ijs vnquā, qui ad Sacerdotiū à Deo aſciti ſunt, extra Eccleſiaſtici corporis communionem eijci: Sed quia vſu interdum venit, vt membra quædam immedicabili morbo corripiantur, ob totius corporis incolumitatē, quædam nonnunquā reſectiones adhibeantur neceſſum eſt, Cùm itaque Cyrillus & Memnō inſignis illius iniquitatis, quæ accidit, auctores extiterint, & vt Eccleſiaſticæ ſanctiones, piæque piiſsimorum AA. noſtrorum decreta peſſundarentur, occaſionem præbuerint, & prædictorum capitum promulgatione ſe hæreticos eſſe, planiſſimè ſignificauerint; æquum eſt, vt ipſi quidē exauctorationis ſententia plectātur; reliqui verò, qui in ipſorum errorem abducti ſunt, excommunicationis vinculo tantiſper innodentur, donec proprio tandem delicto agnito, hæretica Cyrilli capita anathematizent, & in fide à ſanctis Patribus Nicææ quondam cōgregatis edita planè acquieſcant; ita vt nihil prorſus extraneum, aut peregrinum addi ſināt, & iuxta piiſſimorum Impp. noſtrorum literas, cœtui noſtro ſeſe adiungant, & controuerſarum tandem quæſtionum examinatione fraternè ſuſcepta, piam fidem vnà nobiſcū cōfirment.

Ob immedicabiles morbos quaſdā nonnunquā reſectiones fieri neceſſum eſt.

Ioan. Antioch Cyrilli Anathematiſmos hæreſeos cōdemnat.

Cōciliabulum plenā Concilij auctoritatem ſibi vendicat.

Sancta Synodus dixit: Sanctitas tua legitimam iuſtamq́ue ſententiam pronuntiauit. Qnamobrem neceſſarium cenſemus, vt communi publicoque ſcripto omninm noſtrum ſubſcriptionibus confirmato, Cyrilli quidem & Memnonis depoſitionem, reliquorum verò excommunicationē palàm faciamus. Deo dilectiſſimus Epiſcopus Ioannes dixit: Quæ communi ſuffragio inter nos decreta cōſtitutaque ſunt, fiant. Ioannes Antiochiæ Epiſcopus pronuntiauit.

Imò vero multis modis iniuſtiſſimam.

Schiſmatica ſententia in Cyrillū, & Memnonē lata publicationē vigens.

Tomi tertij, caput II.

ARGVMENTVM.

HOC caput paucis comprehendit ſententiam, cauſaſque ſententiæ, quam Orientales in Oecumenicam Synodum tulerunt, conceptiſque verbis, vt ex orationis filo conijcere licet, ad eandam miſeruot. Decernit autem Cyrillo, & Memnoni exauctorationem; cæteris verò Concilij Patribus excommunicatiooem.

SACRA Synodus per Dei gratiam, piiſſimorumq́ue ac Chriſtianiſſimorum Impp. noſtrorum decretū in Epheſiorum ciuitate congregata, quæ hic ſubiunguntur, decreuit.

Cōciliabulum, ſacrā Synodū ſe vocat.

Optaſſemus quidem iuxta ſanctiſſimorum Patrum Canones, piiſſimorumq́ue ac Chriſti amantium Regnm noſtrorum literas; Synodū pacatè celebrari potuiſſe. Quoniam vos verò hæretico ſenſu menteq́; vſi, non parua temeritate tumultuationeque priuatum inter vos conſeſſum celebraſtis (tametſi ſecundum terminum à religioſiſs. Principibus noſtris præfinitnm præ foribus iam vrgeremus) omniq́; turbarum genere ciuitatem & ſanctam hanc Synodū, ne videlicet in capita, quę cū Apolliniarij Eunomij atque Arij improbitate, & peruerſitate conſpirant, inquireretur, impleſtis; neque tandem Epiſcoporū vndecunque piiſſimorum Imp. noſtrorum opera conuocatorum aduentum expectaſtis (cùm tamen magnificentiſſimus Comes Candidianus, & ſcripto & dicto, ne quicquā iſtiuſcemodi adoriremini: ſed communem omnium Epiſcoporum conſeſſum operiremini, ſeueriſſimè vobis interminaretur) ideo tu Cyrille Alexandrine, & tu Memnō huiuſce ciuitatis Epiſcope, ſcitote, vos exauctoratos, omnique Epiſcopali honore exutos, & ab omni præterea Eccleſiaſtico miniſterio & functione penitùs eſ-

Decretum Cōciliabuli Antiocheni contra Oecum. Synodū eiuſdemq; Præſides.

ſe amotos; quippe qui ſoli, vt ſanctorum Patrum Canones conculcarentur, & Regia decreta contemnerentur, omniaque cōfuſione, & turbis miſcerentur, auctores, & duces extiteritis. At vos reliqui omnes, qui ſeditioſè, & iniquè, cōtra Eccleſiaſticas ſanctiones, regiaq; decreta actis conſenſiſtis, tātiſper anathemati ſubiacete, donec agnita culpa veſtra reſipiſcatis, fidemque à ſanctis Patribus in Nicęna ciuitate cōgregatis expoſitam integrè ſuſcipiatis, nihil illi extraneum, aut peregrinum attexentes. Capita prçterea hæretica à Cyrillo Alexandrino expoſita, vt quæ & Euangelicæ, & Apoſtolicæ doctrinæ apertè repugnēt, anathematizetis; & literis denique piiſſimorum Chriſtique amantium Regum noſtrorū, quæ fidei quæſtionem quietè agitari, accurateque diſcuti præcipiunt, per omnia pareatis.

Epiſcoporum Schiſmaticorū nomina & ſeries.

Qui ſententiæ huic ſubſcripſerūt, hi ſunt.

Ioannes Epiſcopus Antiochenus; Alexander Apameæ Metropolitanus; Phritilus Heraclęæ Metropolitanus; Ioannes Damaſci Metropolitanus; Himerius Nicomediæ Metropolitanus; Dorotheus Marcianopolis Metropolitanus; Elladius Tarſi Metropolitanus; Alexander Hierapolis Metropolitanus; Maximianus Anabarſi Metropolitanus; Dexianus Seleuciæ Metropolitanus; Eutherius Tyanenſium Metropolitanus; Baſilius Theſſalię Metropolitan⁹; Aſterius Amidæ Metropolitanus; Antiochus Boſtrorum Metropolitanus; Theodoritus Cypri Epiſcopus; Paulus Emiſæ Epiſcopus; Macarius Laodicææ Epiſcopus; Apringius Calcidis Epiſcopus; Theoſebius Chij Bithyniæ Epiſcopus; Polychronius Heracleæ Epiſcopus; Gerōtius Claudiopolis Epiſcopus; Cyrillus Adanorum Epiſcopus; Cyrus Marciopolitanus Epiſcopus; Auſonius Himeriæ Epiſcopus; Aurelius Irenopolitanus Epiſcopus; Polychronius Epiphaniæ Epiſcopus; Meletius Neocæſarienſis Epiſcopus; Muſæus Aradi, & Antaradi Epiſcopus; Helladius Ptolomaidis Epiſcopus; Heſychius Cabalorum Epiſcopus; Tarianus Auguſtæ Epiſcopus; Saluſtius Coryci Epiſcopus; Valentinus Mali Epiſcopus; Iacobus Doroſtoli Epiſcopus; Martianus Abrytæ Epiſcopus; Zoſius Isbuntis Epiſcopus; Daniel Fauſtinopolitanus Epiſcopus; Euſtachius Parnaſſi Epiſcopus; Iulianus Lariſſæ Epiſcopus; Diogenes Seleuçobeli Epiſcopus; Eliades Zeugmatis Epiſcopus; Placo Laodiceæ Epiſcopus; Marcellinus Arcæ Epiſcop⁹;

Tomi tertij, caput III.

EPISCOPIS A NOBIS EXCOMmunicatis ſacra Synodus hæc ſignificat & ſuadet.

ARGVMENTVM.

EPISTOLAE huius argumentum, ex præfixo Lemmate manifeſtū eſt. Eſt autē illud eiuſmodi: Excommunicationis literæ, quas iidem illi Orientales ad ſacram Synodū miſerunt. Reddunt autē hic cauſā; cur Cyrillum, & Memnonem exauctorarint; cæteros verò excommunicationis ſententiæ ſubiecerint.

GRAVE quidem eſt peccare, Deumq; & Dominum ad iram prouocare; ſed longè grauius & periculoſius peccatum pœnitentia nō diluere. In hoc autem malum vos eo ipſo manifeſtè incidiſtis, quòd iniquis ſeditioſisque Cyrilli Alexandrini, & Memnonis Epheſini ſtudijs, & machinationibus animo pertinaci adſtipulari, hactenus non deſiniſtis. Quare & hac quoque de cauſa excōmunicationē perpeſſi eſtis, nec iniuria: Nā cùm amicitiæ oſtiū per noſtram ſententiam patefactū vobis cerneretis, nihil id duxiſtis, neque vt ab excōmunicationis vinculis abſolueremini, quicquam penſi habuiſtis: Imò verò hominū hæreſi cōtaminatorum, ſanctorumq; Patrum canones, & Imperatorium decretum fœdè calcātium, & ſexcēta alia per iniquitatem perpetrantiū, (propter quæ etiam gradu moti, omniq; Epiſcopali dignitate exuti ſunt) neceſſitudine & conſuetudine vſque hodie liberè vtimini. Sciote proinde, niſi maturè, quod æquum eſt, prouideritis, & à noxio illo commercio vos ſemoueritis, fidemque ſanctorū Patrum Nicænorum ſyncerè complexi fueritis, & noſtro tandem cōſeſſui, iuxta religioſiſſimorum Regum noſtrorum præſcriptum, placidè, citra vllam omnino contentionem, aut turbam vos adiunxeritis, fore, vt veſtrā ſtultitiam iuſtius, quàm noſtram ſententiam accuſaturi ſitis.

Graue peccare, ſed grauius, peccatum pœnitētia nō delere.

Orientales Synodū excōmunicāt propter conſtantem cū Cyrillo cōmunionē.

Cōciliabulum vbique Oecumenici Concilij auctoritatem ſibi arrogat.

Tomi Tertij, caput IIII.

EORVNDEM AD IMPP. EPIſtola, qua illos de ſuis actis, deq; cauſis, quæ Ioannis Antiocheni Epiſcopi aduentum remoratæ fuerant, certiores reddunt.

ARGVMENTVM.

ARGVMENTVM maiorem in partē liquet ex titulo. Paucis caput hoc præſens grauiſſimam contra Cyrillum, & Memnonem accuſationem, multiplicemq; Ioannis Antiocheni, reliquorumq; Oriētalium, qui iuſto tardiùs aduenerant, expurgationem continet.

IVXTA piarum literarum veſtrarū præſcriptum ad Epheſiorum Metropolim tandē deuenimus; vbi confuſionibus inteſtinisque ſeditionibus Eccleſiaſtica omnia æſtuare cōperimus: Quandoquidem Cyrillus Alexandrinus, & Memnon Epheſinus ſatellitio comparato, magnaque agreſtium hominū multitudine vndecunque coacta, latè turbabārō omnia; adeò vt ne ſacrum quidem Pentecoſtes diem celebrare, matutinaque & ſerotina officia de more obire integrum nobis fuerit. At non hic conſtitit illorum furor: Etenim Eccleſias omnes, omneſque ſanctorum Martyrū ædes, vbique nobis præcludentes, ipſi cum alijs quibuſdam in errorem illorū abductis, quoddā inter ſe Conciliabulum inſtituerunt, ſanctorumq; Patrum Canonibus, veſtriſque

Epheſi ſeditionibus æſtuant omnia.

Hic publicum matutinarum, & veſpertinarum precū vſum obſeruare licet.

decretis

decretis peſſundatis, ſexcẽta impietatis exempla ediderunt: Cùm tamẽ magnificẽtiſſimus Comes Candidianus Chriſti amantis celſitudinis veſtræ nomine legatione fungẽs, & ſcripto, & verbo quoque ſeuerè illis denuntiaret, vt ſanctiſſimorum Epiſcoporum vndecũque aduenientium præſentiam expectarent; ac tum demum iuxta pietatis veſtrę literas communem inter ſe Synodum celebrarent. Sed & ipſe quoque Cyrillus Alexãdrinus biduo ante inchoatum illud eorum Conciliabulũ vniuerſam Synodum meum hoc eſt, Ioannis Antiocheni aduentum præſtolari, ad me ſcripſerat. Propter hæc ergo vtrunque, Cyrillum, inquam, & Memnonem exauctorauimus, & ab omni Eccleſiaſtica functione amouimus: Reliquos verò iniquitatis eorum ſocios, tãtiſper excommunicationi ſubiecimus, donec capita, quæ Cyrillus, Arij, Apollinarijque, & Eunomij veneno ſcatẽtia euulgauit, abijciant anathematizent, & iuxta pietatis veſtræ decretũ, communi noſtro conſeſſui ſeſe adiungant, cõtrouerſiaſque, qua par eſt, diligentia & fide, vnà nobiſcum diſcutiant; & ſum tandẽ ſanctorum Patrum dogma confirment.

Nullã impietatis, ſed multa pietatis exempla ediderunt.

Et hoc cõmẽtum eſt merum.

Quòd verò tardius aliquantò aduenerim, id mea culpa nõ accidit: Nam ſi terreſtris itineris interuallum (terra enim venimus) pietas tua ſpectauerit, magna profectò celeritate nos iter hoc confeciſſe comperiet: Siquidem quadraginta plus minus manſiones peragrauimus, nulla vnquam inter proficiſcendũ relaxatione vſi; quemadmodum id regia Chriſtoque dilecta veſtra Maieſtas ex earum ciuitatum incolis, per quas iter fecimus, facilè intelligere queat: Fames præterea, quæ Antiochenam ciuitatem vehementer afflixit, & quotidianæ populi ſeditiones, & ingens vis imbrium, quæ torrentibus inundantibus, in maximum penè diſcrimen ciuitatem adduxerat, non paucos quoque dies Antiochiæ nos detinuerunt.

Magnũ inter Epheſũ & Antiochiam interiacet interuallum; ſed nõ quãtũ hic exponitur.

Tomi tertij, caput V.

EORVNDEM AD CLERVM
Conſtantinopolitanum epiſtola.

ARGVMENTVM,

COMMONEFACIVNT hæc epiſtola Clerũ Cõſtantinopolitanum, Cyrilli, & Memnonis cæterorumque Patrum Concilij ſententiam, Neſtorio quidem incommodum nullum, ſibiipſis verò propter inſignem temeritatem exauctorationis, & excommunicationis pœnam attuliſſe.

INTELLEXIT haud dubiè pietas veſtra iniquas temerariaſque Cyrilli Alexandrini, Memnoniſq; Epheſij, tum cæterorũ quoque eiuſdem factionis hominum machinationes, vt qui contra omne fas, & ius, expreſſumque pijſſimorum Chriſtique amãtium Impp. noſtrorum decretum, quoddam priuatum inter ſe Conciliabulum cõſtituere non ſunt veriti. Verùm ne quis veſtrum hinc cõſternetur, neceſſarium duximus, pietatem veſtram certiorem facere, omnes illorum conatus, & machinationes, iuxta Prophetæ dictum, meram araneæ ũ telã eſſe. Imò vero temeritatis, iniquitatis, confuſioniſque huiuſce auctores Cyrillus, & Memnon à nobis exauctorati, omniq; Epiſcopali dignitate exuti ſunt. Cæteros verò, qui eorum conſeſſui ſtudio adeſſe voluerunt, tantiſper excommunicationi ſubiecimus, donec proprio errore agnito, hæretica Cyrilli Alexandrini capita anathematizent, fidemq; ſanctorum Patrum, qui in Nicęa Bithynię ciuitate quondam cõuenerunt, ſyncero animo complectantur. Ne quis igitur ex eorum numero, qui ſeditionibus conflandis vacare ſolent, veſtram pietatem commoueat; noueritis, temerarios iniquorum illorum auſus nullam penitùs vim habere. Hoc ipſum pio quoque Chriſtique amanti Imperatori, cæteriſq; magnificentiſſimis celeberrimiſque Principibus indicauimus.

Non priuatum ſed publicum & legitimum inſtituerũt.

Verũ à vobis Schiſmaticis, ſed non ab Oecum. Synodo.

Si nullam vim habẽt, cur ergo Neſtorius in exilio perijt.

Tomi tertij, caput VI.

EORVNDEM AD SENATVM
Conſtantinopolitanum epiſtola.

ARGVMENTVM.

ET hæc rurſum epiſtola, ne non iuſtiſſima cauſa moti ad tantorum virorum exauctorationem deſcendiſſe videantur, Cyrillum, & Memnonem grauiſſimè criminantur.

PIO CHRISTOQVE DILECTO
Senatui ſacra Synodus.

MAGNO ſanè animi dolore hoc ipſo afficimur, quòd membrorum noſtrorum exciſionem veſtræ magnificentiæ indicare cõpellimur: Nam etſi putridorum membrorum auulſio interdum eſt neceſſaria; attamẽ acerbiſſimum dolorem reliquo corpori adfert: *Si quid enim* (ait Apoſtolus Paulus) *patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* Veruntamẽ inutilium noxiorumque reſectio ſuo quoque tempore à peritis medicis eſt adhibenda: Etenim prudens cordatuſque corporum curator, reliquorum membrorum ſanitatem ob oculos ponens, illo, quod putredine conſumptum erat, neglecto, ad totius corporis curam, & conſeruationem omne cõſilium, & ſtudium confert. Hoc ipſum in pręſentia & nos quoque facere coacti ſumus: Comperimus enim, Cyrillum Alexandrinæ Epiſcopum, & Memnonem Epheſiorum Antiſtitem grauiſſima, & periculoſiſſima quæque contra ſanctam Dei Eccleſiam deſignaſſe; ciuitatem, ſacramque Synodum turbis ſeditionibuſq; compleſſe; numeroſo ex nautis

Putridorũ membrorũ reſectio interdũ neceſſaria.

1. Cor. 12.

Atqui Cyrill' & Menon, nõ putrida, ſed viua membra erant.

Ob ſalutẽ & incolumitatẽ totius, ſalubriter nonnunquam abſcindiã corporis portio.

Omnia hęc impudẽtiſſima ſunt mendacia.

Ægyptijs Aſiaticisque ruſticis ſatellitio collecto, tyrannidi ſuæ præſidiũ quæſiuiſſe; neque ſanctiſſimos pijſſimosq́; Epiſcopos vndequaque conuocatos expectaſſe; neque literarum pijſſimorum Chriſtique amantium Regũ noſtrorum vllam rationem duxiſſe; neque magnificentiſſimi celeberrimique Comitis Candidiani admonitiones, grauesq́; eiuſdem cõminationes quicquam omnino curaſſe: Sed omnia religionis ornamẽta latè; permiſcuiſſe omnia iniquè & illegitimè perpetraſſe; ſacrã ſanctæ Pentecoſtes ſolennitatem celebrari vetuiſſe; ſacra templa, ſacras inuictiſſimorum Martyrũ ædes præcluſiſſe, ita vt ne orare quidem cupientibus licuerit; neque è locis vſque adeò remotis venientibus, tantoq́; ſacras ſanctorum triumphatorumque Martyrum, maximè verò beatiſſimi Ioãnis Theologi, ac Euãgeliſtę (quem ſummam apud Seruatorem noſtrum fiduciam, familiaritatemq́; obtinuiſſe conſtat) reliquias videndi, eaſdemq́; complectendi deſiderio flagrantibus, integrũ fuerit.

Maximn veterũ erga Diuorũ reliquias deuotio ac pietas.

Compulſi mera veſtra malitia, & veſtra : Iuſta enim ratio nulla vos vrgebat.

Quapropter prædictos turbarum auctores Cyrillum, & Memnonem deponere, omniq́; Epiſcopali honore exuere compulſi ſumus: Reliquos verò tyrannidis ac temeritatis illorũ fautores, & adminiſtros, ſiue metu adacti, ſiue fraude quoque allecti hoc fecerint, excõmunicationi ſubiecimus, correctionis modũ voluntaria illorum pœnitentia definientes: Nam ſi reſipuerint, & hæreticã illam doctrinam deſeruerint, ſanctorumque Patrum Nicænorum fidem ſuſceperint, & noſtro conſeſſui iuxta religioſiſſimorum Impp. noſtrorũ literas ſeſe adiunxerint, eaque modeſtia, quæ Sacerdotes decet, quæ in fide dubia vel controuerſia ſunt, nobiſcũ perueſtigarint; quamprimùm excommunicationis vinculo abſoluentur, & in priſtinum Sacerdotalis functionis locum denuo reſtituentur.

Tomi tertij, caput VII.

EORVNDEM SCHISMATICOrum ad populum Conſtantinopolitanum epiſtola.

ARGVMENTVM.

ET hæ quoque literæ eiuſdem penè argumẽti ſunt, cum præcedentibus; & aliquot etiam ſequẽtibus: Toti enim in hoc vnum incumbunt, vt Cyrillum & Memnonem œcumenici Concilij præſides apud omnes ſtatus, & homines ſuis confictis calumnijs odioſiſſimos maximeque inuiſos reddant. Quare & hic quoque grauia crimina vtrique imponunt; illorumque exauctorationem iuſtam fuiſſe, multis allatis cauſis oſtendere contendunt.

PIISSIMO FIDELISSIMOQVE ac Chriſtianiſſimo populo ſanctæ Dei Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſacra Synodus.

Semper ſacræ Synodi titulo ſe ornant.

LEX eſt non ſcripto tradita, ſed paſtorum animis inſita, nempe, vt ſedulam operam nauent, ne gregem, aut fures rapiant, aut feræ deuorent, aut morbi qualeſcunque inficiant. Quòd ſi illi ergo, qui pecudum curam ſuſceperunt, tantam prouidentiam tantamque ſolicitudinem illis impẽdunt, vt Patriarcha Iacob ad Laban dicat: *Die noctuq́; æſtu vrgebar, & gelu; fugiebatq́; ſomnus ab oculis meis; captũ à beſtia tibi non oſtendi.* Quantam ratione prędictis Seruatoris noſtri gregibus curam impẽdere par erit; qui & Diuinam imaginem ſortiti ſunt, & in Chriſtũ baptizati ſunt, & Chriſtum induerunt, & Dominici vultus lumine inſigniti ſunt? Quamobrem ne vanis rumoribus credentes mœrore tabeſcatis, ſuperuacaneisq́; turbarum fluctibus nimiùm exagitemini; operæpretium duximus, noſtris hiſce literis animos veſtros præmunire, eoſdẽq́; certiores facere, nos vniuerſorum Rege Deo; religioſiſſimorum Chriſtique amantiũ Imp. noſtrorũ mentes ad hoc inſtigante, Epheſum adueniſſe, ibidemque ciuitatem quidem omni tumultuationis genere plenam; vniuerſam verò Synodum non vulgaribus turbis agitatã; Eccleſiam autem velut mare ſæua quadam tẽpeſtate concitatam repeꝛiſſe; Cyrillo Alexandrię quondam Epiſcopo, & Memnone Epheſino inſtar ventorum tetram hanc procellam concitantibus: Ambo enim metuentes; Ægyptius quidem, ne in peruerſæ doctrinæ illius capita hæreticam Apollinarij impietatẽ apertè ſpirantia inquireremus, ipſumq́ue illorum auctorem hæreſeos condemnaremus: Alter verò ne ignauæ ſuæ adminiſtrationis, quę tota ciuitate percrebuerat, pęnas cogeretur ſubire, cruentam quandam inter ſe conſpirationem inierunt, apertæque tyrannidis ſigno ſublato, Cyrillus quidẽ quinquaginta Epiſcopos Ægyptios; Memnon verò plus quàm triginta Aſiaticos, & alios præterea non paucos, aut errore circumuentos, aut metu inductos, coegerunt; nulloque prorſus ſanctiſſimorum Epiſcoporum vndecunque aduẽtantium expectato, priuatum inter ſe Cõciliabulum inſtituerunt. Denique omnibus Eccleſiæ legibus, & ſanctionibus contemptis fędeque proculcatis, nihil iniquitatis, abſurditatiſque prætermiſerunt. Neque ſua hac improbitate contenti, quoſuis etiam alios, vel inuitos ad ipſam impietatis arcẽ adducere ſtuduerunt: Quandoquidem nautas Clericoſque Ægyptios, & quoſdam præterea agreſtes Aſianos ad Epiſcoporum diuerſoria miſſitantes, extremaque omnia, niſi parerent, interminantes, ac ſæuis ſuis dictis infirmiores grauiter perterrefacientes, & domos tandem Epiſcoporum forinſecùs inſcribentes; quò

Gen. 31.

Summã paſtores gregi ſuo curã debent.

Aut nullæ per id tempus erant turbæ; aut eæ ſolum, quas Neſtoriani cõcitatant.

Omnia hęc vana, commẽtitia, & calumnioſa eſſe, ad oculum patet ex ſecũdi Tomi cõmentarijs.

Deum immortalem, quàm impudenter iſti mētiuntur.

quò nimirum hoſtibus obſidionem parantibus conſpicoæ eſſent; quàm plurimos, vt iniquis illorum actis aſſentirentur, compulerunt.

Iſthuc autem cùm animadoertiſſemus, certaque experientiæ fide tyrannidem illorum comperiſſemos; nefas grande nos commiſſuros iudicauimus, ſi eos, qui in tãtam prolapſi eſſent impietatẽ, io Diuina, & magna illa Sacerdotali functione diutius relinqueremus. Quare Cyrillum, & Memoonem totius huius mali auctores, non potuimus non exauctorare, & ab Epiſcopatus gradu omnino amouere: Cęteros porrò, qui horum temeritati patrocinati fuerant, excommunicationis vinculo ſubiecimus quidem; pęnitentiæ tamen locum illis non præcloſimus; quin potiùs humanitatis, clementiæque oſtium apertum eiſdem reliquimus: Nam ſi capita à Cyrillo euulgata, quæ ab Apoſtolica, & Eoãgelica Eccleſia aliena ſunt, primo quoque tẽpore voluerint anathematizare, & ad ſanctorum Patrum Nicænorum fidem redire, & iuxta pientiſſimorum ac Chriſti amantium A. A. noſtrorum literas, ſine ſtrepitu ac tumultu, ea, quæ diſcutienda in medium propoſita ſunt, nobiſcum diſquirere, piumque religionis dogma confirmare; mox illos, veluti propria mẽbra ſuſcipiemus, ſedesque Pontificias ipſis reſtituemus.

Sed hæc omnia occultè iniquè, & temeratiè.

Non egent illi veſtra gratia.

Tomi tertij, caput VIII.

EORVNDEM AD REginæ relatio.

ARGVMENTVM.

EST eiuſdem argumenti epiſtola hæc cum præcedente: Vigent namque contra Cyrillum & Memnonem, quorum auctoritatẽ improbis ſuis conatibus plurimum obſtare intelligebant, idem ſaxum ſemper.

SACRA SYNODVS piiſſimis Auguſtis.

Imò veſtro in Cyrillũ furore & odio vos excæcante & inſtigante.

ALIA ac ſperaueramos veſtræ pietati ſignificare compellimur; tyrãnica Cyrilli, Alexãdrini, & Memnonis Epheſini debacchatione ad eam neceſſitatem nos perurgente: Nam cùm propter Eccleſiaſticarum ſanctionũ ordinem, piumque Chriſti amantium Imperatorum noſtrorum decretum, piiſſimorũ Epiſcoporum vndequaque aduentantium præſentiam eos operiri, communique ſententia, quæ ſanctæ fidei ſunt, expendere, & in cõtrouerſias in mediom propoſitas diſquirere, & Apoſtolica dogmata exactè diſcorere; diſcuſſaque communi calculo cõfirmare oportuiſſet; oobis præterea ſe noſtrum aduentũ præſtolari ſcripſiſſent, didiciſſentque tandem tridui tantum itinere nos abeſſe; tyrannicum inter ſe Cooiciliabulom cõſtituerunt, & res flagitioſas, illegitimas, iniuſtas, omniq; abſurditate & iniquitate plenas temerario auſu adorti ſunt: Cùm tamen magnificẽtiſſimus clariſſimusq; Comes Candidianus, ordinis ſeruandi cauſa à religioſiſſimis Chriſtoque dediti ſſimis Impp. miſſus, & ſcripto, & verbo quoque grauiter illis denũtiaſſet, vt piiſſimorum Epiſcoporum aduentum expectarent, oeque quicquam omnino, circa piam fidem innouarent; ſed illis tantùm, quæ à ſapientiſſimis Impp. noſtris decreta eſſent, inſiſterent. Verùm literis Auguſtalibos minimè auſcultãtes, ſanomq; magnificentiſſimi Comitis Cãdidiani conſilium pro nihilo ducentes, ſuam verò inſolentiam ſtatuere ſatagentes, aſpidum oua excluſerunt, & telam, ſicoti Propheta loquitur, araneatum texuerunt. Cæterùm qui manducaturus illorum oua cõteret, ventoſa, baſiliſcoq; fœcunda ea comperiet: Liberè enim affirmare hic poſſumus: Tela ipſorum noo erit in indumentũ, neque è manoom ſuarum operibus veſtientur.

Omnia hæc veriſſimè conuenientiſſimeq; in iſtorũ capita retorqueri poſſunt; vt poſtea ſtan de compenta reipſa, quoque retorta ſunt.

Cùm illorum ergo temeritatem, & furias maiores eſſe, quàm quæ tolerari poſſent, aduerteremus (nam & Eccleſias, & ſacras Martyrum ædes occluſeruot; & ne ſacram Pentecoſtes ſolennitatẽ celebraremus, impedimento nobis fueroot; & tyrannicæ inſolentiæ ſuæ miniſtros ad Epiſcoporum domicilia mittentes, & vel extrema quæque, niſi votis ipſorum morem gererent, interminantes, iniquis ſuiſq; ſtudijs conatibusq; illos ſubſcribere compulerunt) prædictum Cyrillom, & Memnonem exauctorauimus, & ab omni Epiſcopali dignitate amouimus: Reliquos autem temeritatis illorum ſocios, vel metu coactos, vel certè per adulationem allectos, excommunicatiooi tantiſper ſubdidimus, donec tãdem vuloera ſua ſentientes ex animo reſipiſcant, & hæretica Cyrilli capita, Apollooarij, Arij, & Eunomij impietati conſentanea anathematizẽt, & ſanctorum Patrum Nicęnorum fidem recipiaot, & iuxta pia Chriſti amãtium Regum noſtrorũ edicta, quietè, & abſque omni prorſus tumultuatione noſtro Concilio ſeſe adiungant, propoſitaq; dubia accuratè nobiſcum examinent, & Euangelicę tandem fidei ſynceritatem citra fucum complectantur.

Eandẽ cantilenam impudenter vbique canũt, eadẽq; mendatia ſemper ingeminant.

Ecquis niſi ſchiſmaticus, vel hęreticus veſtro gregi ſe adiũgat?

Scilicet iniuſtum eſt obſtinatũ blaſphemumq; hęreticum, cuiuſmodi erat Neſtorius, exauctorare.

Tomi tertij, caput IX.

EORVNDEM AD PRAEFECTVM & Magiſtratum epiſtola.

ARGVMENTVM.

ET hæc quoque epiſtola eandem cantilenam cantat; niſi hoc forſan hæc ab alijs diſcrepet, quòd perinde hic ſe gerant impoſtores illi, ac ſi propter Cyrilli, & Memnonis tyrãnidem in extremo vitæ diſcrimine verſentur. Quare etiam ſub ſcripti huius finem Præfecti fidem, & opem obnixè implorant.

SACRA SYNODVS Præfecto, S. D.

AD ſummum, vt dici ſolet, malorum deuenimus, cumque extremis periculis identidem luctamur; vt qui mortem quotidie impendétem, nobisque ob oculos verſantem videamus: Nam quæ à Cyrillo & Memnone cæterisque factionis illorum conſortibus in nos committuntur, ea omnem barbaricam immanitatem excedunt plurimum. Nullum tyrannidis genus prætermittunt: Continuis, prout in bello fieri ſolet, inſidijs impetimur: Ædes noſtras iam bis inſcripſerunt, népe quò illis euadant manifeſtæ, qui impetum in eas facturi ſunt: Omne templum nobis præcluditur: Morbis conſumpti, vel pauliſper libero cœlo frui deſideramus; ſed nuſquam proſpicere audemus: Neque enim ſecus ciues, atque infeſtiſſimos hoſtes extimeſcimus: Sanctorum Patrum Canones peſſundantur: Excómunicati, & exauctorati ſacris operari nihil verentur: Impia, ſalutarium dogmatum loco, Dei populo inſtillantur, & nos interim veluti ergaſtulis incluſi miſerè hic coarctati tabeſcimus, inſidijsque hinc inde vehemétet quotidie appetimur.

His omnibus digniſſimi erãtis, ſed mentiuntur impudétiſſimè.

Non citra cauſam ciues omnes vobis infeſti ſunt.

Obſecramus proinde veſtram magnificentiam, obnixeque eãdem rogamus, ne nos tantis hiſce malis vndique cinctos, miſerijsque penè aſſumptos diutiùs negligat; verùm euidenti mortis diſcrimine, quanta fieri poteſt celeritate, eximat, efficiatque, vt ad regiam ciuitatem aſciti, fidei noſtræ rationem reddere, prædictorumq́; virorum hæreſin, intolerandamque eorundem iniquitatem liceat commonſtrare: Nã niſi citò hoc fiat, peribimus funditus, certumque illorum furijs pabulum futuri ſumus. Denuo itaque oramus, & per liberos, perque ea, quæ vobis ſunt chariſſima, ac per iuſtum Dei iudicium obteſtamur, ne à veſtra magnificentia diutius relinquamur; ſed quàm ocyſſimè hinc eruamur, quò libera veſci aura, cœlumque intueri valeamus.

Hoc impetrabitis, ſed nullo veſtro cómodo, imo magna veſtra cóſuſione.

Tomi Tertij, caput X.

EORVNDEM AD PRAEPOSItum & Scholaſticum epiſtola.

ARGVMENTVM.

INCVLCANT Neſtoriani, & Orientales (conſpirãt enim hæ duæ factiones inter ſe cõtra œcumenicam Synodum) eadem hic ruſum, quæ iam antè ad nauſeam vſque, puta, Cyrilli & Memnonis improbitatem, omnem orationis modum excedere, ſeque ob eam cauſam in extremo vitæ diſcrimine verſari.

PRAEPOSITO ET SCHOLASTIco ſacra Synodus.

INTER alia delicta nullum grauius, nullum extat pernicioſius veſania: Ea enim, vel ad abſurdiſſima quæque impellit. Hac Ægyptij, & qui cum illis faciunt, acti, omnes Eccleſiaſticas leges aſpernantur, piaque piiſſimorum Imperatorum noſtrorum edicta conculcant: Nam neque prima, neque ſecunda, neque tertia religioſiſſimi Regis noſtri epiſtola à ſua inſolẽti temeritate abduci potuerunt: Sed neque legitima quoque per nos in eos exauctorationis decreta & promulgata illorum furorem compeſcuit: Nam & in oratione, ſpreta lege, conueniunt, & profanas Synaxes, etiamſi populus his ſeſe non admiſceat, ſubinde celebrant, & omnibus ſacris ædibus cuſtodes, qui nullũ, niſi ipſos ingredi ſinant, adhibere pergunt.

Malus moribus veſania.

Hæc veriſſimè & appoſitiſſimè in vos conueniunt.

Si populus illos auerſatur, ergo nullos audit: Vos enim manifeſtiſſimè odit.

Et quidem iam antè per alias quoque literas veſtræ magnificentiæ indicatum eſt, quantum vitæ periculum adierimus, quando pientiſſimorum Chriſtiq́ue amantium Impp. noſtrorum literis per Palladium Comitem præclariſſimum allatis, ad ſanctam Apoſtoli Baſilicam adorare inſtituebamus. Etenim non modò ab adoratione ſumus ꝓhibiti; verùm etiam lapidum imbre impetiti, hoſtilique inſectatione longiſſimè abacti. Cùm itaque veræ pietatis alumni habeamini, omniq́ue virtutum genere ita ſitis exculti, vt veſtra gloria in omnium ore verſetur, & ſacroſanctam Eccleſiã pro viribus hactenus propugnetis, omnemque diligentiam, vt ſecundis perpetuò ventis vtatur, hucuſque adhibeatis; amplitudinem veſtram etiam atque etiam obteſtamur, vt piiſſimo Chriſtique amatiſſimo Regi literas noſtras legi curet, omniq́; ſtudio ad hoc incumbat, quò omnis tumultuatio atque confuſio tandem compeſcatur, omniſque turba & ſeditio è medio tollatur; & cõmuni omnium Synodo inſtituta, omnis diſcrepantium controuerſia dirimantur.

Non ob literas Imp. ſed quia loco Memnonis alium inſtituere volebatis; quod populus ferre noluit.

Adulantur Clero Cõſtantinopolitano.

Tomi tertij, caput XI.

EORVNDEM ORIENTALIVM ad Theodoſium Auguſtum de ſancta, et Oecumenica Synodi decreto ſuper libellis, quos Cyrillus & Memnon Concilij Patribus contra Schiſmaticos obtulerant, relatio, grauisq́, eorundem ea de re expoſtulatio. Fuit autem epiſtola hæc ad Comitem Irenæum miſſa; & per hunc Imperatori exhibita.

ARGVMENTVM.

INSTITVVNT epiſtola hac Orientales grauem contra Concilij Patres, de Cyrilli & Memnonis reſtitutione, accuſationem. Petunt, vt indicta Synodus ex Epheſina ciuitate Conſtantinopolim, vel Nicomediam transferatur; tum vt tres tãtum Epiſcopi ex qualibet prouincia ad illam admittantur. Exigunt tandẽ, vt Symbolum Nicænum, citram vllam prorſus mutationem, communi omnium calculo comprobetur, & ſubſcriptione muniatur.

Næ temerarii Epiſcoporum, quorū ſuprà meminimus, conatus lamentatione, lachrymis, & luctu verè ſunt digni: Siquidē magna illa ſecretaque Eccleſiæ myſteria, perinde ac ſcenicas quaſdam theatricaſque fabellas ludibrio exponunt: Etenim Cyrillus, & Memnon propter ſcelera ſua apertumque Apollinariſmum, quo infecti ſunt. (Quemadmodum id ex capitibus, quæ miſerunt, quiuis facilè deprehendere queat) pridem à nobis exauctorati, libellos quoſdam, vti accepimus, reliquis, qui iiſdem illis hæreticis capitibus ſubſcripſerant, & ob id excommunicationis cenſuram incurrerant, & alia alioqui mala ea pœna digna deſignauerant, exhibuerunt: Et tanquam iniuria à nobis ſint affecti, iudicibus præuaricatæ legis reis, iiſdemque, quibus ipſi, criminibus implicitis, vſi, nos, quos orthodoxā ſynceramque fidem ſeruare, ſemperque ſeruaſſe manifeſtum eſt, in ius vocare non erubuerunt.

Innocētes abſoluere; eſt Eccleſiæ ſecreta prodere, ſcilicet. Quis eos hæreſeos reuicit?

Quæ illa mala, quæſo, quæ deſignarant?

Porrò autem cùm ad eam citationem reſponderemus, pietatis veſtræ placitum hac de re expectare oportere, atque hoc ipſum ſemel atque iterum repeteremus; pietatis ſanctiones pro nihilo ducentes, Sacerdotium, vt ſibi perſuadent, illis reſtituerunt; Nam id hic moliti ſunt planè, quod illi ſolent, qui, cùm ipſi ſint ligati, neque ſemetipſos à vinculis expedire valeant, alios tamen ſoluere conantur: Quandoquidem, ſi Memnon, & Cyrillus iniuſtè à nobis exauctorati ſunt, id ſcripto probare debuerant; non autem depoſitos auſu inani, & caſſo abſoluere. Quòd ſi verò ea exauctoratio iuſta legitimaque fuit, vt reuera fuit; quis dubitat, quin horum quoque excommunicatio perinde, atque illorum depoſitio, iuſta idoneaque extiterit? Quod ſi ſic? Quomodo excommunicationis vinculis innodati, & ab omni Sacerdotali functione prohibiti, depoſitis Sacerdotij miniſterium reſtituere potuerunt? An non hoc conatu maioribus quoque criminibus ſeipſos innexuerunt? Quandoquidem cùm Cyrillus, & Memnon non modò exauctorationis, ſed & excommunicationis quoq; pœnæ ſubiacerent; etiamſi cæteri ante ridiculam illam reſtitutionem excommunicati non fuiſſent; hoc ipſo tamen excommunicationem incurriſſent, quòd excommunicatione contempta, contra legem cum depoſitis & excommunicatis communicaſſent.

Schiſmatici ad Synodum citati comparere nō audent.

Legitimè excōicatus abſoluere nequit.

Citra cauſam cum excōicatis cōitans, excommunicationem incurrit.

Rogamus itaque Maieſtatem veſtram, ne Eccleſiaſticas leges, indignis modis proculcatas, neglectui habeat; ſed vt fidem grauiter impugnatam quàm ocyſſimè vindicet; nobiſque inſidijs vndique impetitis infinitiſque comminationibus iniuſtiſſimè laceſſitis ſuccurrat, & primo quoque tempore ex hoc ergaſtulo liberatos ad regiam ciuitatem euocet, ibidemque coram pietate tua illorum iniquitatem, & impietatem exponere, & redarguere iubeat: Certò enim perſuaſum habemus, fieri non poſſe, vt legitimo ordine, quæ propoſita ſunt, decernantur, niſi veſtræ Maieſtatis auctoritas intercedat. Quòd ſi hoc conſilium ſerenitati veſtræ non probatur; ſupplicamus, vt ſaltem Nicomediā nos acceriri curet; quò vel hac ratione, quæ acta ſunt, dominationi veſtræ expeditiùs ſignificare, veſtræque pietatis ſanctiones commodiùs intelligere valeamus.

Schiſmatici Orientales Synodū Conſtantinopolim, aut Nicomediam transferri efflagitant.

Obſecramus nihilominùs Celſitudinem veſtram Deo dilectam, vt cuilibet Metropolitano duos duntaxat Epiſcopos adeſſe patiatiatur: Nam ſuperuacanea multitudo magis valet ad turbas ſeditioneſque concitandas, quàm ad dogmatum inquiſitionem. Sanè Antagoniſtæ noſtri magna Epiſcoporum multitudine ſtipati, numero potiùs, quam veritate, aut dogmatum rectitudine confidunt: Videtur enim vnum hoc ſtuduiſſe maximè, vt hominum turba ſubſcriptionumque multitudine, quod vellent, efficerent, animoſq; veſtros præoccuparent. Nos verò veſtro edicto obſequentes, & vel paucculos quoſdam ad dogmatum examinationem, ſat eſſe poſſe arbitrantes, tres tantùm ex qualibet prouincia huc acceſſimus, veſtræque pietatis decretum religiosè obſeruantes, ex piiſſimorum Epiſcoporum numero neminem hucuſque hinc amandauimus (Quemadmodum illi, qui nihil non audent, iſtud factitarunt) ſed ea ſolùm, quæ oportuit, per literas ſignificamus; hoc vnum ob oculos tantùm verſantes, ne pijs veſtris decretis contra iremus.

Schiſmatici paucitatem ſuam ſibi præiudicialem fore animaduertentes, Orthodoxorum multitudinem in contemptum adducere ſtudent.

Non amandaſſe ex veſtris Epiſcopis, ſed amandaſſis, & ſubornaſſis alios, q multo plus poterant, quam veſtri Schiſmatici Epiſcopi.

Denique pietatem veſtram obnixè obteſtamur, quò omnibus præcipiat, vt fidei in ciuitate Nicæa expoſitæ (quam huic quoque epiſtolæ noſtræ adiunximus) ſinguli ſubſcribāt, nihilque, quod ab ea ſit alienum, aſſumant; neque Chriſtum purū hominem eſſe dicant: Nam Deus perfectus eſt, & homo itidem perfectus; neq; Diuinitatē patibilē inducāt. Vtrūlibet enim horum aſſeuerare, temeritatis eſt.

Tomi tertij, caput XII.

SACRA DIOECESEOS ORIENTALIS Synodus, cæteriq; vnà cum Orientalibus ex diuerſis prouincijs ac Diœceſibus apud Epheſum congregati: videlicet ex Bythinia, Piſſidia, Cappadocia, Paphlagonia, Europa, Myſia, Rhodope, Theſſalia, propter quæ hic ſequuntur, ediderunt, Eccleſiaſticas quaſdam controuerſias nuper renatas.

ARGVMENTVM.

CAPVT HOC complectitur Symbolum, cuius paulò ante facta eſt mentio, & qualemcunque quoque eiuſdem Symboli expoſitionem. Vocant ſe hic autem, vt alibi quoque non infrequenter, ſacrum Concilium, cùm reipſa aliud nihil fuerit cœtus ille, quàm infame quoddam ſchiſmaticorum hominum Conciliabulum ex meris mendacibus & impoſturis conflatum. Quare etiam in exemplari Græco capiti huic eiuſmodi Lemma præfigitur, παρὰ τῶν ἀποσχιστῶν.

Prin-

A. A. pii & ſapientes: piè & ſapiẽter gubernant.

PRINCIPVM terræ decreto, qui & iuſtè per Deum regnant, nec ſapientia minùs, quàm pietate ſubditos ſuos gubernant, Epheſum conuocati, impigrè ad prædictam Metropolim nos contulimus. Cùm autem non parum temporis propter turbas ſeditionesque à Cyrillo & Memnone excitatas incaſſum fluxiſſet; vnisque & alteris quoque pientiſſimorum Chriſtique amantium Impp. noſtrorum literis cautum eſſet, vt Dei Eccleſiæ pacis vinculo primo quoque tempore denuo conſociarentur, nec non in fidei expoſitione, quam beati Patres apud Nicænam ciuitatem quondam congregati ediderant, acquieſcerent omnes; rati vna hac ratione fore, vt omnis mox offenſio è medio faceſſeret, conati ſumus Epiſcopos cum Ægyptij Cyrilli ſententia facientes, hæreticisque illius capitibus adſtipulantes inducere, vt capita illa Orthodoxæ fidei apertè repugnantia vnà nobiſcum condemnarent, fideique Symbolo, apud Nicæam olim expoſito, iuxta Chriſtianiſſimorum Auguſtorum noſtrorum ſanctionem, ſubſcriberent.

Quomodo de pace cũ Synodi Patribus tractarũt, qui nulquam, vt offenſis, prodire auſi fuiſſent?

Verùm cùm hoc illis, quòd nimirum peruerſa opinio animos illorum totos occupaſſet, perſuadere non poſſemus; nos ſanam ſanctorum Patrum fidem ſectantes, nihilque extraneum illi admiſceri patientes, hanc noſtræ fidei confeſſionem exponere, proprijsque ſubſcriptionibus confirmare compulſi ſumus. Sufficit nanque breuis illa expoſitio, cùm ad pietatis doctrinam exactè tradendam, tùm ad veritatis quoque viam errantibus oſtendẽdã, tum ad quoſuis denique hæreticorum errores & impoſturas expugnandas. Habet autem ea fidei expoſitio hunc in modum.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inuiſibilium factorem: Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum, & ex Patre, hoc eſt, ex Patris ſubſtantia natum: Deum de Deo; lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, quæ ſunt in cælo, & quę ſunt in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, & paſſus eſt, & tertia die reſurrexit, & aſcendit ad cælos, ſedetq́ ad dexteram Dei Patris, & venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum.

QVI autem dicunt: Erat aliquando, cùm non erat, quodque ex nihilo, aut ex alia ſubſtantia, aut eſſentia factus eſt; quiq; Filiũ Dei vertibilẽ, aut alterabilẽ eſſe aſſerunt; eos ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia cõdẽnat.

Fidei Nicænæ Symbolum facit contra oẽs hæreſes.

Hæc eſt fides quam ſancti Patres expoſuerunt: In primis quidem contra Arrium blaſphemo ore, Filium Dei creaturam eſſe, dicentem: Mox verò contra omnes alias hæreſes Sabellij, Photini, Pauli Samoſateni, Manichæi, Valentij, Marcionis: Poſtremò autem contra omnem hæreſin, quæ vnquam aduerſus Dei Eccleſiam ſeſe erexit: Omnes nanque Epiſcopi illi, qui 318. numero in ciuitate Nicęa olim conuenerant, cõdemnarunt. In hanc fidei expoſitionem & nos omnes quoque acquieſcimus, in hac perſeueramus; neq; nos ſolùm, qui hic Epheſi præſtò ſumus; ſed cæteri quoque omnes, qui in prouinciis noſtris degunt, Epiſcopi: Omnes enim communi ſenſu ac cõſenſu omnibus actis noſtris ſuum calculum adijciunt: Placet nanque ſapientis conſilio morem hic gerere. Quid autem ille? *Noli,* inquit, *terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui, transferre.* Cæterùm quod attinet ad capita, quæ hæretico ſenſu imbuta, Cyrillus edidit, quibusque nonnullos quoque ſuperuacaneos planeque ſtolidos anathematiſmos attexuit, ac Epiſcoporum ſubſcriptionibus corroborari curauit; illa ſacra Synodus in Epheſiorum ciuitate coacta omnia explodit, & ab Orthodoxa fide aliena eſſe decernit. Ioannes Orientalis Antiochiæ Epiſcopus ſacræ præſcriptæ fidei conſenſi ſubſcripſiq́ue. Subſcripſerunt etiam reliqui eiuſdem factionis Epiſcopi, qui etiam per epiſtolam, quæ huic proximè ſubiungitur, Rufum Epiſcopum in ſententiam ſuam pertrahere conati ſunt.

Prouer. 22.

Imò ſacra Synod' ea omnia, vt Orthodoxa communi omniũ calculo approbauit.

Tomi tertij, caput XIII.

EPISTOLA QVORVNDAM Orientalium ad Epiſcopum Rufum.

ARGVMENTVM.

HAC epiſtola octo Schiſmatici Conſtantinopoſin ab Orientalibus miſſi, quò cauſam contra Cyrillum & Memnonem, reliquosque Concilij Patres apud Impp. obtineant, conantur Epiſcopo Rufo, viro alioqui pio & bono perſuadere, vt à legitimo Concilio deſciſcens, Schiſmaticorum contubernio ſeſe adiungat. Argumenta autem, quibus id illi efficere nituntur, ſunt mera commenta. Confingunt Cyrillum Hereſiarcham eſſe, tum Memnonẽ reliquosque ſacræ Synodi proceres in Hæreſiarchæ huius verba pertinaciter iuraſſe; adeoque qui ſaluti ſuæ bene conſultum volunt, eos omnes omniumque illorum doctrinam ſtudioſè vitare debere.

Deo dilectiſſimo ſanctiſſimoq́ Cõpresbytero Ruſo Ioannes, Hemerius, Theodoritus, reliquiq́ ex ordine Epiſcopi in Domino ſalutem.

ARBITRAMVR, Eccleſiaſticam cõcordiam ob ſanctitatis tuæ abſentiam nõ paruum detrimentum accepiſſe: Etenim ſi præſtò eſſe licuiſſet, multas confuſiones turbasq́; temere exuſcitatas compeſcuiſſet; multasque hæreſes Orthodoxæ fidei (quam poſteri à Maioribus acceptam integram ad nos vſque trãſmiſerunt) Euangelicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ inuectas, vnà nobiſcum obtriuiſſet. Iſthæc citra cauſam non dicimus: Siquidem ex literis, quas pietas tua ad Iulianum pijſſimum ſanctiſſimumque Eridicæ Epiſcopum perſcripſit, aliud te ſtatuiſſe, haud omnino obſcurè

Adulantur Rufo, quò commodius illũ in ſuã pertrahant ſententiã.

ſcurè cognonimus. Mones hic autem piiſſimum illum Epiſcopum, & quidem ſerio mones, ne ꝓ fidei, quam beati Patres Niceni expoſuerunt, defenſione vllum omnino laborem, aut moleſtiam detrectet, neque vlla ratione, vt in paucula iſta verba labes aliqua irrepat, permittat; vt quæ ſola & ad veritatem cõſtituendam, & ad falſitatem reuincendam abunde ſat eſſe videantur. Et hæc quidem ſanctitas tua rectè, & piè, & iuſtè admonuit; neq; is ſegniter, qui accepit, literarum conſilium exequi hactenus contendit. Cæterùm multi, qui Synodo interfuerunt, iuxta Prophetæ vocem, declinauerunt, inutileſq; effecti ſunt: Fide nanque, quam à ſanctis Patribus acceperant, relicta, duodecim Cyrilli Alexandrini capitibus ſubſcripſerunt; quę etſi Apollinarij cocodoxiam nuſquam non redoleant, Arijq; & Eunomij impietatem apertè ſpirent; omnes tamen, qui manifeſtam illam impietatem non ſuſcipiunt, anathemati ſubijcere non verentur.

Rufus Symbolum Nicænum integrum indemutatũque retineri ſuadet.

Non reliquerũt, ſed capita tanquam Symbolo cõſentanea admiſerunt.

Huic fidei peſti, tam nos, qui ex Oriente, quàm cæteri quoque, qui ex alijs Diœceſibus conuenimus, multum hactenus obnitimur; aliud nihil hic ſpectantes, quàm vt fidei Symbolum à Patribus Nicænis editum locum ſuũ perfectè obtineat: Nihil enim omnino (vt ſanctitas tua nouit) in illa deſideratur, quod ad firmandam Euangelicorum dogmatum doctrinam, vel ad quamuis hæreſin confutandam quocunque modo faciat. Propter hanc ergo oĩbus lætis triſtibuſq;, quæ humanæ vitæ accidere poſſunt, poſthabitis, iugiter in acie verſamur, neque inde digreſſuri, donec ſortem à Maioribus traditam incontaminatam poſſideamus. Hac etiam de cauſa Cyrillum & Memnonem exauctorauimus; illum quidẽ tanquam Hęreſiarcham; hunc verò tanquam Hæreſiarchæ fautorem, totiſque viribus, vt capita illa ad ſanctam Eccleſiarum diſcordiam nata confirmentur, enitentem: Cæteros verò, qui dogmatis illis pietati diſſentaneis ſubſcripſerunt, vel quouis modo adſtipulati ſunt, tãtiſper excommunicauimus, dum ea anathematizauerint, & ad ſanctorum Patrum Nicænorum fidem redierint. Verùm noſtra lenitas illis nihil profuit: Nam vſque hodie pro peruerſa illa doctrina decertant, & vltro in Canonis ſanctionem vulnus accepturi impingunt. Habet is autem hanc perſpicuam ſententiam.

Non tam pugnatis ꝓ Symbolo, etſi hoc ſubinde inculcetis, q̃ pro Neſtorio.

Impingerent, ſi veſtra ſententia eſſet legitima.

C A N O N.

Nihil quicquam hic Canon ad Patres Cõcilii.

Si quis Epiſcopus à ſacra Synodo, aut Presbyter vel Diaconus ab Epiſcopo ſuo depoſitus, non expectata Synodi ſententia ſacris miniſterijs operam dederit, nullus expurgandi locus, ne in alia quidem Synodo huiuſcemodi relictus eſto. Sed ſi qui ſunt, qui cum talibus communicauerint, hi penitus ab Eccleſijs Dei expellantur. In hanc ſanctionem apertè commiſerunt tam ij, qui excommunicationis, quàm illi, qui depoſitionis ſententiam in ſe exceperunt: Vbi primùm enim ſe à nobis exauctoratos atq; excommunicatos reſciuerunt, ſtatim vnà ſacris operati ſunt, & hactenus ſacris operari non deſinũt, hoc ipſo planum facientes parum ſe fideli illi habere, qui aliquando dixit: *Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* Hæc in ipſo mox controuerſię huius exordio ſanctitati tuę indicare inſtitueramus. Verùm nonnullæ emendationis & a malis hiſce emerſionis ſpe ducti, hactenus expectauimus; at ea nos ſpes fefellit: Nam neque impiam illã hæreſin propugnare deſiſtunt, neque piiſſimi Regis noſtri admonitionem tantuli faciunt: Etenim quantùm iam familiari noſtro colloquio viſus, grauiter illis mandauit, vti vel capita Cyrilli, quæ cum fide diſertè pugnant, reijciant, vel certè vti certamine in eorum defenſionem ſuſcepto, ſanctorum Patrum confeſſioni conſentanea eſſe, palàm faciant: Expromta enim argumenta habemus, per quæ dilucidè oſtenſuri eramus, quòd cum Orthodoxa fidei doctrina ex diametro pugnent, plurimumque cum hęreticorum ſententia affinitatis habeant.

Norant, veſtra fulmina bruta eſſe; quare pro nihilo illa duxerunt.

Matth.18.

Tam vobis familiaris eſt Imp. vt ne mœnib' quidem recipi ſinat.

Enimuero mali huius ſeminis auctor inter cætera apertè docet, nõ ipſum humanitatem (quam noſtri cauſa ſuſcepit, quamq; Dei verbum ad eum modum aſciuit, vt perpeſſiones illius tãquam proprij corporis in ſe trãsferat, id tamen citra omnem prorſus priuatę naturæ affectionem, aut perpeſſionem) ſed ipſam vnigeniti Dei Filij Diuinitatem paſſam eſſe. Addit præterea, ex Diuinitate & humanitate, vnam factam eſſe naturam: Siquidem illud, *Verbum caro factum eſt*; ita exponit, quaſi Diuinitas ſit demutata, & in carnẽ trãsformata. Adhæc eos omnes execratur, qui Euangelicas Apoſtolicaſque voces & prædicationes, quæ de Chriſto proditæ extant, ita diſtinguunt, vt humiliores quidem ad humanitatem, diuiniores verò ad Chriſti Diuinitatem referant. Quod Arriani & Eunomiani animaduertentes, humileſque œconomiæ voces ad Diuinitatem transferentes, Deum Verbum creaturam & facturam, alteriuſque ſubſtantiæ, & Patri inæqualem eſſe affirmare non dubitarunt.

Hoc Cyrillus nũquã ſomniauit, nedum publicè tradidit.

Ioan.1.

Quæ verò blaſphemiæ ex hiſce principijs conſequantur, quiuis facilè intelligit. Nam & naturarũ inducitur confuſio, & Dei Verbo attribuitur illud: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* & illud: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*: Rurſum fames, ſitis, Angelica confortatio, & illud: *Nunc anima mea turbata eſt*. Et iterum: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*; demum quæcunque talia in Domini noſtri humanitatem ceciderũt. Quæ omnia cum Arrij & Eunomij impietate congruere, nemo non videt: Illi enim heterention, naturarumque Chriſti diuerſitatem reſpuentes, perpeſſiones & humiles illas voces

Sed quis, quæſo, Orthodoxus ea principia poſuit vnquam?

Pſal.21.

Matth.26.

Ioan 12.

Matth.26.

Arriani nõ agnoſcunt diuerſas naturas in vno Chriſto.

ces Diuinitati Chriſti, vt iam prædictum eſt, adſcribunt. Vnde (ne & hoc quoque pietatem tuam fugiat) Arrianorũ Doctores, aliud ferè in Eccleſijs ſuis hoc tempore non docẽt, quàm quòd *impietatis* aſſertores iam dudum cũ Arrio ſentiant, quodq́ue veritas, quæ diu multumq́ue latuerat, nunc tandem in lucem prodeat.

Nos autem in ſanctorum Patrũ, qui apud Nicæam conuenerant, cæterorumq́;, qui poſt illos in Eccleſia clarueruut, Euſtachij Antiocheni, Baſilij Cæſarienſis, Gregorij, Ioannis, Athanaſij, Theophili, Damaſi Romani, Ambroſij Mediolanenſis, reliquorumq́ue, qui cũ memoratis conſentiunt, doctrina perſeueramus, pijsq́; illorum veſtigijs inſiſtimus; quippe qui Euangelicam Apoſtolicamq́ue & Propheticam doctrinam plenè aſſequuti, exactã Orthodoxæ fidei regulam nobis tradiderint: Quam doctrinam & nos quoque incocuſſã inflexamq́ue retinere, ſatagimus; neque nos ſolùm, qui Orientales dicimur, verùm cæteri omnes quoq́;, qui Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam ſecundam, Piſidiam, Daciã, Myſiam, Theſſaliam, Europam, Rodopenque inhabitant; & alij præterea quàm plurimi diuerſarum Prouinciarum Epiſcopi. Mitto hic Italos, quos certum eſt nouitatem illam nequaquam laturos eſſe: Nam Martinus ſanctiſſimus Deoque dilectiſſimus Mediolanenſium Epiſcopus ad nos ſcripſit, tractatumq́ue beati Ambroſij de Dominica incarnatione ad pijſſimos Auguſtos miſit, qui hæreticis illis capitibus multis modis refragatur.

Bene facitis, qui Patres ſ ciuſmodi ſequimini; ſed ſceleratè, q inſontib⁹, quaſi hæreticis inſultatis.

Omnes Catholici vobiſcum ſentiunt, vbi Catholicè ſentit⁹; ſecus nequaquam. Martinus Mediolanẽſium Antiſtes.

Hoc falſũ eſt, ſi modo rectè exponaſ.

Sed nec iſtud quoque ſanctitatem tuã prætereat; nempe Cyrillum & Memnonem non contentos fuiſſe Orthodoxam fidem corrupiſſe; verùm vltrà progreſſos, omnes quoque Canonicas ſanctiones ſibi proculcãdas exiſtimaſſe: Nam qui in diuerſis diœceſibus, atque prouinciis excommunicationi ſubiacebant, illos ipſi omnes citra vllum delectum in communionem receperunt. Alios præterea non paucos diuerſis hæreſibus contaminatos Cœleſtianos, Pelagianos, Euchetas, Enthuſiaſtas, & ob id à ſuis diœceſanis, vel Metropolitanis excommunicatos, omni Eccleſiaſtico ordine contempto, communioni reſtituerunt; eaque multitudine vndecunque coacta freti, neque piè, neque religioſè, ſed planè tyrannicè dogmata ſua ſtatuere voluerũt: Nam cùm pietate deſtituerentur, ad vim partim hominum ſatellitio, partim quoque pecuniarum profuſio ne comparatam neceſſariò ſeſe contulerunt, quò vel hac ſaltem ratione Patrum fidem euertere labefactareque commodiùs poſſent. Verùm ſi pietas tua ſeſe declarauerit, religioniſq́ue defenſionem ſuſceperit, nihil illorum machinationes efficere poterunt.

Solùm iniuſtè à Neſtorio & aliis deſtitutos reſtituerunt.

Quam ob rem, ſanctiſſime Domine, iterum atque iterum rogatus, illorum communionem, qui tãta hac temeritate vſi ſunt, quique hanc hæreſin inuexerunt, diligentiſſimè caueto, omnibusq́ue tam propè, quàm longè, poſitis, capita Cyrilli ea ipſa eſſe, propter quæ beatiſſimus Damaſus Apollinarium, Vitalium & Timothæum hæreſeos damnauit, graduq́ue mouit denuntiato. Memineris quo que epiſtolæ ab eo miſſæ nullam habendã eſſe fidẽ, vt qui hæreticum ſenſum pietatis colore aſtutè in ea occuluerit: Siquidem in capitibus aperta fronte impietatem ſuam profitetur, eosq́ue, qui aliter ſentiunt, intrepidè execratur: In epiſtola autem callidè tectẽ; ſimplicioribus venenum propinare ſtuduit. Caueat itaque ſanctitas tua, ne in tanti momenti re negligentiùs ſe gerat, ne poſtea hæreſin hanc obtinuiſſe cernens, incaſſum lugeat, & quod pietatem vindicare nequeat, inutiliter ſe affligat. Adiunximus his exemplum commentarij, quem pijſſimo Chriſtianiſſimoque Imp. noſtro exhibuimus: Quo & ſanctorum Nicænorum Patrum fidem confirmamus; & hæretica Cyrilli capita recens inducta, veluti ab Orthodoxa fide aliena refutamus. Quoniam verò iuxta pijſſimi Auguſti mendatiũ octo tantùm in ciuitate Conſtantinopolitana conuenimus, adſcripſimus exemplum decreti à ſacra Synodo nobis oblati, quò prouinciæ in illo expreſſæ ſanctitati tuæ pateſiant: Eas enim à Metropolitanorum ſubſcriptionibus ſanctitas tua perfacilè cognoſcet: Salutamus vniuerſam, quæ tecum agit, fraternitatem.

Rogatur Rufus, vt Cyrillum inter hæreticos hẽat.

Recenſent plures ſuæ factionis Metropolitanos, quò facilius perſuadeant.

Tomi tertij, caput XIIII.

EPISTOLA COMITIS Irinei ad Orientales de propoſitæ cauſæ poſt ſuum in vrbem Conſtantinopolitanã ingreſſum ſucceſſu, deq́, obtenta contra aduerſarios victoria.

ARGVMENTVM.

ARGVMENTVM maiorem in partem patet ex titulo. Exponit pericula, quæ in Neſtorianorum & Orientalium gratiam adierat: Tum qui cauſam cõtra Antagoniſtas apud Imp. obtinuiſſet, non parum arroganter narrat. Quæritur tandem, quæ per ſuam induſtriam bene conſtituta fuerant, ea medici Ioannis aduentum plurimùm turbaſſe, & in partem quoque euertiſſe.

VIx mihi vel nunc tandem ad ſanctitatem veſtram ſcribere, qualemq́ue deſiderabam tabellarium inuenire, & quis ſuſceptæ prouinciæ ſucceſſus per gratiam Dei extiterit, veſtræ pietati patefacere integrum fuit. Venimus in regiam ciuitatem triduò poſt Ægyptiorum aduentum. At verò quot in ipſo mox itineris initio pericula ſim perpeſſus, id nulla oratione explicari poteſt, nedum breui epiſtola: Nam optimi illi viri ante me ciuitatem ingreſſi, omnibusq́ue commodè & ex voluntate vſi (tantum enim dixiſſe ſat ſit) omnium ferè aures præoccuparant; alios quidem

Exaggerat Irenæus, q ſchiſmaticorum cauſa pertulerat.

dem mendacijs, vt fieri ſolet, ineſcantes; alios confictis in nos calumnijs inſtigantes; omnes denique publicè priuatimque ea ratione in ſuam ſententiam allicientes, vt etiam præcipui quique Principum reliquique non pauci, qui vel auctoritate ampliori in Repub. pollebant, vel diuerſa in rebus bellicis munia obibant, perſuaſi eſſent examinatione, quã oportuit, adhibita, indicationeque examinationi conſentanea mox conſecuta, & omnibus Epiſcopis in vnam eandemque ſententiam congruentibus, Neſtorium (quem in dicta cauſa, perque meram calumniam condemnatum fuiſſe conſtat) iuſtam factisque ſuis dignam exauctorationem perpeſſum eſſe: Sanè Scholaſticum magnificentiſſimum Chriſtoque dilectiſſimum cubicularium inter alios ita dementarant, vt ne nomen quidem Deiparæ Epheſi audire ſuſtinuiſſe, perſuaſiſſimum haberent.

Si id pſuaſerãt, quod verũ erat, perſuaſerant.

At iuſtiſſimè dãnatum fuiſſe conſtat.

Et hoc veriſſimum eſtat.

Veruntamen ob inexpugnabilem veritatis virtutem, veſtraſque orationes & immenſas Dei miſerationes, id ſum conſequutus, vt non ſolùm pericula, quæ prima ſtatim fronte, vt dixi, ſe offerebant, euaderem; verùm etiam, vt magnificentiſſimos Principes percommodè conuenirem, vniuerſamque rerum ſeriem, quantum licebat, & res poſtulabat, explicarem: Qui ſimulatque noſtram relationem accepiſſent, e veſtigio omnia, quæ vel Aegyptij, Ægyptiorum fautores, per tyrannidem tam in præſentem cauſam, quàm in nos ipſos quoque commiſerant, ad Imperatorum aures referri voluerunt. Et vt multa paucis complectar, cùm plurima vtrinque & ab his, qui cum Cyrillo faciebant, & ab illis rurſum, qui nobiſcum ſentiebant, eſſent agitata; placuit vt vtraque pars, tam ego videlicet, quàm Aegyptij, ſuæ cauſæ tuendæ gratia, illuſtribus Principibus præſentibus, pijſſimum Imperatorem adiremus, illumque coràm conuenitemus, viciſſimque audiremus: Reſtiti, ne id fieret, identidem repetens ac proteſtans, me ea de cauſa non adeſſe, nec vlla eiuſmodi mandata ab pientiſſimis Epiſcopis accepiſſe, ſed tantum literarum latorem aduenisse. Verum enimuerò etſi acriter reclamarem; attamen quod ſemel decretum fuerat, abſque vlla cunctatione obtinuit. Quare Diuina prouidentia etiam tum opem nobis ferente, Auguſtique animum ad veritatem impellente, & reipſa, quòd cor Regis verè in manibus Dei ſit, declarante, aduerſarij cauſa ceciderunt, damnationiſque ſententia in ſe exceperunt (oportet enim paucis rei euentum expedire) propterea, quòd neque Neſtorij depoſitionem defendere, neque quæ hic per mendacium & falſitatem effutiuerant, vlla ratione poſſent conſtituere.

Narrationem tuam I eu re mẽ[illegible] cuis fuiſſe referrã, teſtantur, quæ hæc p[illegible]ximè antecedunt.

Obtinuiſti victoriam, ſed nõ diuturnam.

Quin & illud quoque omnibus perſpicuum per me euaſit; nempe etiam ſi recto congruoque ordino ſeruato, Concilium conuocatum fuiſſet; Aegyptio tamen Neſtorium condemnare nullatenus licuiſſe, vt qui ipſe quoque condemnatorum catalogo adſcriptus eſſet: Sed neque vllam quoque cauſam abſque magnificentiſſimi Comitis Candidiani ſententia tractare vel ad orari iure potuiſſe: Etenim omnes illius denuntiationes & comminationes, Sacra præterea per eundem ad Synodum ſcripta, & alia ſimilia non pauca, Rege ad maiorem rei euidentiam ita iubente, recitata ſunt: Neque quicquam omnino, quod iniqua illegitimaque illorum ſtudia aliquo modo ob oculos ponere poſſet, veſtris intercedentibus precibus omiſſum eſt. Denique vt veritatis hoſtes iuſtam ab omnibus damnationis ſententiam tulerunt; ita veſtræ pietatis iudicium ab omnibus, vt iuſtum, probatum & cõfirmatum eſt. Nec dubium habemus, quin pius Imperator Aegyptiorum depoſitionem ad ſanctas Dei Eccleſias quamprimùm ſit perſcripturus; omniaque tyrannicè & illegitimè Cyrillum perpetraſſe, apertè denuntiaturus, nec non dignas quoque in eos, qui tam grauiter offenderunt, pœnas ſuo tempore decreturus. Huc itaque res euaſerunt; hic noſtræ apud Imperatorem diſceptationis terminus extitit.

Aegyptium per cõtemptum Cyrillum vocat.

Quàm hæc omnia ſint falſa, quæ poſtea conſequuntur, planum facient.

Cæterùm cùm Ioannes medicus ſingularis Cyrilli fautor & Patronus, vt noſtis, aduenisſet, aduertimus, pleroſque Principum repentè fuiſſe mutatos; vt qui iam ne audire quidem ea à nobis vellent, quæ de illis fuerant indicata: Emerſeruntque varia mox inter illos iudicia: Quidam enim affirmabant, quæ vtrinque facta eſſent, vtrinque valere debere; atque adeò non duorum tantùm, vt aliquando viſum fuerat, ſed trium depoſitionem confirmandam eſſe: Alij contra omnes quidem exauctorationes, ex æquo nullas decernendas; illuſtriores verò Epiſcopos, qui & fidei doctrinam accuratè ad veritatis amuſſim examinarent, & quæ Epheſi acta eſſent, candidè exponerent, huc accerſendos cenſebant. Non deerant tandem, qui omnem lapidem mouerent, vt manifeſtis decretis inſtructi, à pientiſſimo Rege Epheſum abire ſinerentur, tanquam omnia iſtic quàm diligentiſſimè cogni turi, & quàm commodiſsimè compoſituri. Quod ne fiat, qui nos amant, obnixè procurant: Non enim ignorant, cuius illi ſint animi, qui hæc moliuntur; neque neſciunt, quo fine id conſilij cœperint. Verùm hæc vtcunque Domino viſum fuerit, ſuccedant. Interim ſanctitatem veſtram rogatam cupio, vt Deum pro me orare ne grauetur; vt qui tot pericula iam olim perpeſſus ſim, & in magnis adhuc diſcriminibus, ob illam, quæ vitæ meæ inſidiatur, multitudinem quotidie verſer; Teſtis enim eſt mihi Deus, cũ ad Regis cognitionem vocarer, aliud nihil me expectaſſe, quàm vt fluctibus maris ſtatim obijcerer; ſed Dominus, ſicut ſcriptum eſt, aſtitit mihi, & de ore leonis, aut à mille potiùs leonum catulis liberatus ſum.

Leuis pſuaſio, quæ tã cito concidit.

Varia emergunt de rebus Epheſinis iudicia.

Atqui id cogitare non poteras, niſi peſſimè tibi cõſcius fuiſſes.

Tomi

Tomi tertij, caput XV.

EXEMPLVM SACRAE PER Ioannem Sacrorum Comitem, à piiſſimo Auguſto ad Synodum miſſæ.

ARGVMENTVM.

IMPERATOR compoſita Irenæi oratione permotus, falſaque Orientalium relatione deceptus (exiſtimabat enim, quæ a Synodo facta referebantur, ea omnia ab Oecumenici Concilij ſententia profecta eſſe) non ſolùm Neſtorij, verùm etiam Cyrilli & Mẽnonis exanctorationem tanquam legitimè factam approbat Hortatur autem omnes ad concordiam & pacem: Quoque hæc exhortatio maiorem vim habeat, ſuis Acacij Beroenſium Antiſtitis adiungit. Mittit autem vtraſque per Ioannem Comitem Sacrenſem, quem etiam pacis concordięque cauſa Synodo adeſſe voluit.

Nomina ſunt hæc Schiſmaticorum.

COELESTINO, Rufo, Auguſtino, Alexandro, Acacio, Tracylino, Valentio, Iconio, Ioanni, Acacio, Vrſo, Firmo, Himetio, Dexiano, Vereniano, Palladio, Aſterio, Iuuenali, Flauiano, Helladio, Rembulo, Alexandro alteri, Maximo, Phrinlæ, Perigeni, Cyro, alteri Ioanni, Hellanico, Boſphorio, alteri Cyro, Vinatio, Petro, Dynato, Dorotheo, Antiochô, Dalmatio, Euſebio, Seleuco, Eleuſio, Eulogio, Sapido, Olympio, Theophilo, Pio, Iuliano, Baſilio, Timotheo, Troilô, Ereniano, reliquiſque religioſiſſimis Epiſcopis.

Pietas Theodoſij Auguſti.

Quanto pietatis autæque religionis zelo flagremos, id cùm ex alijs non paucis argumentis notiſqoe indicijs liquidum, vt putamos, euaſit; tum verò ex eo maximè terrarum orbi patefactum credimos, quòd veſtram Synodum nuper conoocauerimus: Neqùe enim paruam qoadam controuerſiam oboriri ſiuimus, quam eueſtigio componi profligarique non curauerimus. Quare & nunc quoque ſanctitatem veſtram per ſeras literas ad communem Synodum euocauimus, rati, nullum pro pietate laborem veſtræ pietati moleſtum fore. Quod ſi quam ea res difficultatem fortè adferre potuerit illam regia noſtra prouidentia temporis, locique opportunitate plurimum mitigauit: Deputauimus enim ad hoc opus Epheſiorum ciuitatem terra marique acceſſu percommodam, omnibuſque rerum copijs affluentem, nec noo ad vſum vitæ affatim omnia ſoppeditantem. Fecimus hoc antem ea de cauſa, quò pius ſerenitatis noſtræ ſcopus, & ſanctitatis veſtræ Synodus expeditiori curſu ad propoſitam ſibi metam pertingat. Quapropter & Neſtorij quoque, & Cyrilli, & Memnonis itidem exaoctorationem à ſanctitate veſtra nobis inſinuatam calculo noſtro approbauimus.

Imp Theo. vigil in cõponendis religionis diſſidijs.

Epheſus rerum copia affluens.

Caſſat redeptu Neſtorij, Cyrilli, & Memno

Ad reliqua verò acta veſtra qnod ſpectat, comperimus, eam vos fidem Chriſtianæque religionis integritatem cuſtodiuiſſe, quam à Maioribus ſoſcepimus; quam etiam ſanctiſſima Synodus ſub ſacram Conſtantini mortem coacta confirmauit. Qoamobrem vnuſquilibet ſanctæ veſtræ congregationis operam dabit, vt omni controuerſia ſoluta, omnibuſqoe offenſionibus ſanatis, cum pace & concordia donum reuertatur.

nis exauctorationẽ, ſed malè informatus.

Vt aũt ſanctitas veſtra agnoſcat, ſe non modò per noſtræ pietatis literas ad concordiam, communemqne pii dogmatis pacem conſenſioneq; incitari, etiam Acacii Beroenſium Antiſtitis epiſtolam, qua idem vir ille inculcat ſoadetque ſedulò, ad vos miſimus: Hic enim cùm propter extremæ ſenectutis imbecillitatem ſanctiſſimo veſtro Concilio adeſſe non poſſet, ea per literas expoſuit, quæ & ſuæ pietati conueniebant, & Orthodoxæ religioni non parum quoque prodeſſe poſſe intelligebat: Verùm cuiuſmodi iſthæc ſint, id epiſtolæ illius ſeries declarabit. Sciat etiam ſanctitas veſtra, nos magnificentiſſimum pręclariſſimumque Ioannem Comitem Sacrenſem ea de cauſa hinc iſtuc amandaſſe, vt ſimul atque veſtræ ſanctitatis circa fidem ſcopum cognouerit, ea mox fieri curet, quæ ad rem fore cenſebit quàm maximè accommoda.

Acacius ſenio Synodo adeſſe nequit.

Tomi tertij, caput XVI.

EORVNDEM SCHISMATICORVM ad religioſiſſimum Imperatorem epiſtola, quam poſt primam relationẽ factam per magnificentiſſimum Comitem Irenæum obtulerunt.

ARGVMENTVM.

EPISTOLA hæc nonam aduerſùs Cyrillum, Memnonem & reliquos Concilij Patres conqueſtionem complectitur. Fuit autem, vt ex Lemmate & epiſtolæ huius fine apparet, per Comitem Irenæum, cuius paulò antè facta eſt mentio, Imperatori reddita.

SPERABAMVS, Aegyptiacam tempeſtatem, quæ ſanctas Dei Eccleſias grauiter hactenus exagitauit, per pietatis veſtræ literas, tandem aliquando ſedatum iri. Sed ſpe noſtra fruſtrati ſumus: Etenim boni illi viri, neſcio qua veſania acti, ſolito inſolentiores euaſerunt: Nam neque depoſitionem iuſtè legitimeque illis illatam vel tantilli faciunt, neque per Maieſtatis veſtræ increpationem quicquam omnino modeſtiores effecti ſunt: Conſtat enim pietatis veſtræ ſanctionibus contemptis, ſanctorumque Patrum Canonibus calcatis (cùm alii ſint depoſiti, alii verò excommunicati) feſtos dies, ſynaxeſqoe in Oratoriis & ſacris ędibus quotidie celebrare. At nos verò (quemadmodum antè quoqoe Chriſti amantem Celſitudinem veſtram ea de re certiorem fecimus)

Accuſant Synodum Schiſmatici eorum communicantes ſocios.

cùm

Aliud meditabamini, quàm precationē, vt paulò pòst audiemus.

Ar nos verò (quemadmodum antè quoque Chriſti amantem Celſitudinem veſtram ea de re certiorem fecimus) cùm acceptis clementiæ veſtræ literis, omni pietate plenis, in Apoſtoli Baſilica preces Deo adhibere cuperemus, non modò prohibuerunt; ſed lapidatione facta, longo quoque ſpatio inſecuti ſunt, ita vt ſola fuga curſuq; vitæ periculū euaſerimus. Verùm dū hi quiduis ſibi licere arbitrantur; neque ad Concilium conuenire, neque controuerſiarum diſcuſſionem nobiſcum ſuſcipere, neque de hæreticis quoque Cyrilli capitibus (quòd argumenta, quæ impietatem illorum apertè oſtendunt, diluere ſe poſſe planè diffidant) rationem reddere volunt: Sola autem audacia temeritateque freti, publicè inſoleſcunt; & tamen non audacia, non temeritate, ſed tranquillitate, ſed ſcientia, ſed ſacrorum dogmadā adhibita peritia, quæ in quæſtionem venerant, examinanda determinandaque fuerant.

Præpoſterè planè & ſtultè agerent, ſi Catholico Concilio deſerto ad Schiſmaticum Conciliabulū tranſirent.

Harum itaque rerum cauſa magnificentiſſimum Comitem Irenæum Conſtantinopolim mittere compulſi ſumus, quò is & veſtrā pietatem conueniat, & totius negotij ſeriem coràm explanet: Siquidem nihil hic actum eſt, quod illum lateat. Accepit idem à nobis plurimos præſentis morbi curandi modos, quibus facilimè pax & tranquillitas Eccleſijs Dei reſtitui queat. Rogamus proinde veſtram manſuetudinem, vt patienter illos ab eo cognoſcere, & quod veſtræ pietati viſum fuerit, quanta fieri poterit, celeritate præcipere dignetur, ne citra omnem vtilitatem, & neceſſitatem diutius hic conſumamur.

Qui Irenæum' iſtne obierit, ex illius epiſtola paulo antè audiuimus.

Tomi tertij, caput XVIII.

EXEMPLVM REGIARVM LIterarum, quæ per Palladium Magiſtrianum eo fine Epheſum ſunt miſſæ, vt euerſis ijs omnibus, quæ antea per Concilij Patres acta fuerant, fidei quæſtio reſumpta, de integro legitimè diſcutiatur.

ARGVMENTVM.

SACRAE huius ſcopus ſatis patet ex Synopſi, quæ titulo in exemplari Græco præmittitur. Abrogat irritaque declarat Imperator, quæcunque hactenus à Concilio decreta fuerant: Indicit ſeuerè communem diligentemque controuerſiarum, quæ inciderant, inquiſitionem: Interdicit omnibus reditum ante exactam negotiorum, quæ ad religionem pertinebant, diſcuſſionem. Verùm hæc omnia ex falſa Neſtorianorum & Schiſmaticorum inſtructione, vt ſuo poſtea loco planum fiet.

IMPERATORES, CAESARES Theodoſius & Valentinianus, Victores, Triumphatores, Maximi, ſemper Auguſti, ſacræ Synodo Epheſinæ.

MAGNIFICENTISSIMI Candidiani deuotorum domeſticorum Comitis relatu, pietas noſtra accepit, quædam in Epheſiorum Metropoli per tumultū potiùs, quàm decenti ordine tranſacta fuiſſe: Nam neque omnes, vt decretum erat, ſanctiſſimi Epiſcopi conuenerunt (cùm tamen magnæ Antiochenę ciuitatis, Epiſcopus cum ſuis Metropolitanis iam iam aduentaret) neque omnes, qui ibidem aderant, in conſultationem adhibiti ſunt; neque qui adhibiti ſunt, inter ſe conſenſerunt; neque de fide, vt par erat, inquiſierunt, neque Sacris noſtris, quas ſubinde miſimus, paruerunt: Sed id potius egerunt, vnde manifeſtū euadebat, alios alijs vehementer eſſe offenſos. (Etenim dum quiſque, quod ſibi probatur, quocunque modo tueri, mordicusque obtinere nititur, fit, vt conceptum odium aliquo prætextu difficulter cæletur.) Denique quæ illic geſta ſunt, malo ſtudio acta eſſe quis non videat? Quamobrem noſtra Maieſtas ea pro ratis ac legitimis habere non poteſt: Imò verò omnia, quę citra ordinem hactenus acta ſunt, pro irritis ac omnino nullis habenda eſſe decernit.

Præpoſtera Candidiani narratio Impp. imponit.

Omnia hęc falſo Theo. Aug fuerūt relata; vt ex ſecūdo operis huius Tomo manifeſtum eſt, Theo Aug. fuerunt relata.

Theodoſius malè informatus Cōc. acta reſcindit.

Primùm proinde iuxtà decreti noſtri rationem, quæ ad religionem, & pietatē faciunt, diligenter examinentur ac diſcutiantur; poſt diligentem autem diſcuſſionem id ſeruandū proponatur & promulgetur, quod communi totius Synodi conſenſu receptū approbatumque fuerit: Neq; enim pietas noſtra præiudicia de induſtria pręſumpta in poſterum feret: Quin imò hactenus præſumpta vſque adeò ægrè tulit, & fert, vt donec pietatis dogmata ab vniuerſa Synodo accuratè fuerint examinata; eaque de cauſa, quiſpiam ex illuſtri hoc noſtro palatio vnà cum Candidiano Comite præclariſſimo deſtinetur, qui noſtro iuſſu & auctoritate, quæ hactenus acta ſunt, cognoſcat; quique quæ legitimo ordini diſſentanea ſunt, prohibeat, neminem omniū Epiſcoporum, qui iſtic cōuenerunt, ab Epheſiorū ciuitate abſcedere, vel ad Maieſtatis noſtræ exercitū venire, vel domū quoq; reuerti vllatenus ſit paſſura. Sed neq; vlli omnino quoq; quacunq; ſpe ducto iſthæc impune tētare licebit.

Interdictū omnibus Epiſcopis reditu ante exactā dogmatum diſcuſſionem.

Hæ itaque literæ noſtræ ſufficiant ad denuntiandum, & perſuadendum pietati veſtræ, ne quid, præter noſtram iuſſionem, iam antè perpetratis in poſterū adijciat. Quin & hoc quoque ſanctimoniam veſtram non lateat; nempe nos illuſtriſſimis prouinciarum Præfectis ſcripſiſſe, ne vllum prorſus in patriam, vel ciuitatem ſuam noſtro iniuſſu redire permittant: Oportet enim omnia iuxta Dei beneplacitum, omni contentione ſecluſa, ſummoq; veritatis ſtudio adhibito excuti,

Prouinciarū præſidibus, ne Epiſcopos ante cōfecta negotia redire permittant, edicitur.

ac tum demum a noſtra pietate confirmationem expectare: Quandoquidem Maieſtas noſtra, non pro homine quopiam, aut etiã pro ſanctiſſimo pijſſimoque Neſtorio ſolicita eſt; ſed ipſius veritatis & religionis cura ſanciatur. Datum decimotertio Calendas Iulias, Flauij Antiochi alteriusque deſignandi conſulatu.

Quo modo hæc confirmatio accipi debeat, id ex alijs AA. Sacris conſtat.

Tomi tertij, caput XVIII.

IOANNIS EPISCOPI Antiocheni, cæterorumq́, qui illi adhærebãt, ad Sacram Impp. reſponſum, per Palladium Magiſtrianum ad Theodoſ. Auguſtum tranſmiſſum.

ARGVMENTVM.

HAC oratione, quæ adulationis plena eſt, Imperatoriam Maieſtatem mirificè extollunt. Cur Cyrillum,& Memnonem exauctorarint, multas, ſed omnes vanas fictasque cauſas reddunt. Fidei ſuæ zelum animique candorem plenis buccis occinunt; vt duo tantùm præter Metropolitanum ad Synodum admittantur, petunt. Quæ perpeſſi ſunt incommoda, dum ad Diui Ioannis precatum eunt, exponunt. Tandem vt Memnoni exilium indicetur, depoſcunt.

Hoc, pij Reges, Orthodoxæ fidei firmamentum, hoc columen, hæc baſis eſt, nimirum ea omnia tanquam illegitimè acta penitùs euertere & antiquare, quæ per Canonicas ſanctiones iam dudum antè euerſa antiquataque erant; vniuerſæque Synodo ſimul in vnum coactæ ante omnem aliam tractationem, exquiſitam dogmatum examinationem indicere. Sanè cum decreta veſtra proximè allata, non abſque magna veſtrarum laudum prædicatione, legiſſemus, beatum mox orbem terrarum iudicauimus, cui talibus ſubeſſe ſceptris, tantisque parere Regibus contigiſſet. Verùm vt veſtra hæc mandata omnem laudem,& admirationem lõgè excedunt; ita nobis quoque modis omnibus enitendum eſt, vt veſtræ dominationi exactã de omnibus rationem reddamus; maximè verò cur apud Epheſiorum Metropolim conſtituti, condemnationis ſententiam in eos tulerimus, qui in ipſo ſtatim exordio veſtra decreta pro nihilo habuerunt: Qui propriæ rurſum conſcientiæ ſtimulis tamquam furijs quibuſdam agitati, Arij, Eunomij Apollinarijque dogmata dudum antè ſopita (quemadmodum Cyrilli Alexandrini capita omni ſuperſtitione referta, eiuſdemque Anathematiſmi, quos paulò antè ad Regiam ciuitatem miſerat, apertè id conuincunt) pietate poſthabita,& proculcata, denuo inſtaurare, ac confirmare voluerunt: Qui denique, priuſquàm vllam omnino diuinorum dogmatum ſcrutationem tentâſſent, ad odia,& inimicitias ſeſe verterunt; nullaq; pij veſtri edicti ratione habita, iniquam ſentẽtiam aduerſùs tantam Imperatricis ciuitatis ſedem temerario auſu efferre non dubitârunt.

Gaudent Orientales, non tã ſua quã Neſtorij cauſa: Huius enim exauctoratione euerſam deſiderabant.

Nõ exactã, ſed fucatã, multisque mendacijs refertã reddunt.

Cyrilli capita totã oppoſitũ euidenter oſtẽdunt.

Quàm hæc omnia ſint falſa,& cõmẽtitia, Cõcil acta demonſtrant.

Quanta autem illorum extiterit inſania, quantaque eorundem inſolentia, vel hinc quiuis facilè colligat, quòd ſacra Synodus recto animi iudicio diuinoque zelo permota, condemnationis ſententiam in eos, qui ſuo iam antè iudicio condemnati erant, ferre coacta ſit. Nihil furioſè, temere, aut perturbatè; abſit (hoc enim aliqui forſan ſuſpicari poterant) hac in re deſignans; ſed pietati, quæ in periculum adducta videbatur, ante omnia conſulere patrocinarique percupiens. Atque vna hæc omnium actorum noſtrorum apud Maieſtatem tuam iuſtiſſima ſit ratio: Neque enim aut gratia, aut odio quicquam in hac re fecimus; ſed hoc tantùm ſpectauimus, vt fidem fluctuantem, ab eorum impietate vindicaremus, qui placita ſua in ſummam illorum iniuriam,& labefactationem, conſtituere enixi ſunt, quæ beatus Petrus profeſſus eſt, quæ diuiniſſimo Spiritu Ioannes commentatus eſt, quæ Matthæus reliquique Euangeliſtæ prædicarunt, quæ Paulus Spiritu Dei afflatus, docuit; quæ omnes vbique orthodoxi Patres per terrarum orbẽ piam fidem proſeminantes plantauerunt.

Neq; Concilio condemnationis ſententiam tulit, ſed Conciliabulum; neq; hoc ipſum adhuc vllo omnino ſeruato ordine.

O impudentem calumniam, caninamq; impudentiam.

Quare veſtram pietatem Maieſtatemque in recta fidei doctrina educatam, iterum atq; iterũ rogamus, vt noſtrã hanc Orthodoxam fidem tueatur, ac propugnet, rerumq; Eccleſiaſticarum ſpem vobis potiſſimùm innixam erigat cõfirmetq;. Ad nos aũt quod attinet, etiamnum fixa ſtat ſententia, ita iuxta pietatis veſtræ decreta ingredi, vt neq; ad dexterã, neque ad ſiniſtram (quemadmodũ diuina Scriptura alicubi loquitur) aliquãdo declinemus: Quandoquidẽ cùm oẽ dñationis veſtræ ſtudium ad pietatem ſit intẽtum, nõ dubitamus eos, qui veſtris mandatis paruerint, apud vos quidẽ gloriã & laudem promerituros, a Deo aũt digna meritorum præmia reportaturos: Cæteros verò, qui nouitatibus dant operam, ſibiq; imaginaria quadã tumultuatione poteſtatẽ, perinde ac illi, qui benè tẽperatis rebuſpub. tyrannidem inducunt, cõparare ſtudent, in iuſtam ignominiam tanquam æquitatis corruptores, veſtrarumque interminationũ contemptores olim incurſuros eſſe.

Quanta miſeri iſti impudentia Impp. adulantur, ſuũque officiũ extollunt.

Quapropter ne noua denuo turbatio, aut aliqua tumultuario Concilium opprimat, veſtra Chriſti amãs Celſitudo decernat, vt duo duntaxat cuilibet Metropolitano adſint: Nam & nos pietatis veſtræ literis obſequentes, duos tantùm nobis adiunximus; cùm tamen, ſi quidem multitudine opus fuiſſet, quàmplurimos egregiè in diuinis literis inſtitutos, nec vlla ratione cum imperita diuinarumque rerum ignara Aſiaticorum,& Ægyptiorum turba conferendos, adducere potuiſſemus: Niſi enim iſtud ſemel ſtatuatur, fieri nõ põt, quin aliqua rurſum calamitas ſeditioque oriatur: Siquidem ſub Cyrillo quinquaginta

Actũ agitis; hoc iã ante decretum erat,& a ſacra Synodo diligenter obſeruatũ.

Quàm contemptim de Conc. Patribus loquuntur iſti.

ginta ſunt Ægyptij, ſub Memnone tyrannidis duce quadraginta Aſiatici, duodecim itē ex Pamphylia omnes hæretici Meſſalianitarum nomine vulgò appellati; præter alios quàm plurimos Metropolitanis adhærentes, & alios præterea diuerſorum locorum non paucos à Synodis, vel ab Epiſcopis ſuis excommunicatos: Qui ſanè omnes aliud nihil ſunt, quàm hominum turba diuinorum dogmatum penitùs neſcia, & ad turbas ſeditionesque nata.

Tales vbiq; erant Orientales, Schiſmatici, & Neſtoriani illis adhærētes.

Precamur proinde veſtram pietatem, ſuppliciterque rogamus, vt nouo rurſum decreto pacem Concilio reſtitui curet: Etenim rati, vel nunc tandem propter pias deuoti culminis veſtri literas reſipuiſſe; poſteaquàm decreta veſtra plenum omnis pietatis ſenſum ſpirantia illis ſunt prælecta, præſentesque à nobis concinnatæ ad ſancti Ioannis Euangeliſtæ Baſilicam grarias acturi, Deumque pro veſtra Maieſtate, proque pio animi veſtri inſtituto conſilioque rogaturi, abiuimus. Cùm autem illi nos conſpicati eſſent, repentè templum nobis occluſerunt. Rurſum cùm forinſecùs adoraremus, ſilentioque reuerteremur, magna e veſtigio miniſtrorum multitudo erumpens, alios quidem noſtrorum detinuerunt, nonnullis iumenta ſua abſtulerūt, quoſdam etiam grauiter conuulnerauerunt; omnes denique fuſtibus, & lapidibus longo interuallo inſectati abegerunt; ita, vt magno cum ludibrio à barbaris propulſati, fugam capeſſere cogeremur. Hæc autem omnia multò iam antè ſubornauerat Memnon, nulli omnino noſtrûm, vel in aliquo oratorio precari, vel quietè debitoque ordine Eccleſiaſtica munia obire ſinens. Quaprupter obteſtamur veſtram pietatem, vt Memnonem ſeditionis auctorem, &, ne facta ſua ad examen veniant, omnia turbantem permiſcentemque, & ob tyrannidem ſuam depoſitionis ſententia iam dudū ictum, à ciuitate quàm primùm exigat: Nam niſi hic pellatur, fieri nequit, vt pacem aliquando recuperemus, aut pietatis veſtræ ſcopum ad felicem aliquem finem deducamus.

Hæc, vt antè monui, acciderunt, quando loco Memnonis aliū Epiſcopum voluerūt conſtituere: Iſtuc enim pius populus ferre nequaquam volebat.

Petūt Memnonem in exilium pelli proſcribique, ſed inſulsè.

Tomi tertij, caput XIX.

EXEMPLAR EARVM RERVM, quas Orientales Epiſcopis, qui communi omnium ipſorum nomine Conſtantinopoli legationem obituri, nec non cum vniuerſalis Synodi legatis Orthodoxisq; Epiſcopis in eadem illa vrbe de religione decertaturi erant, in mandatis dederunt.

ARGVMENTVM.

MANDATI huius argumentum totum penè ex titulo patet. Breuiter permittunt, & committunt legatis ſuis omnia, tam in iudicio, quàm extra iudicium; ſpondentque ratum ſe habituros, atque adeò, ſi opus fuerit, ſuis proprijs quoque hypographis confirmaturos, quicquid communi omnium nomine ſtatutum, conceſſum, vel definitum fuerit; modò tamen Cyrilli Anathematiſmos & capita, quòd hæretica, fideique Nicenæ, quam integram ſeruari volunt, aduerſa ſint, non admittant.

SACRA Synodus Epheſi congregata, pijſſimis ſanctiſſimisque Epiſcopis, Ioanni Antiochenorum magnæ ciuitatis Archiepiſcopo, Ioanni Damaſcenorum Metropolitano, Himerio Nicomediæ Metropolitano, Paulo Emiſenorum Epiſcopo, qui idem Acacij Beroenſium Epiſcopi perſonam gerit, Macario Laodicenſium ciuitatis Epiſcopo, qui pro Cyro Tyriorum Metropolitano rationem quoq; redditurus eſt, Apringio Chalcidenſium Epiſcopo, qui locum Alexandri Apameæ Epiſcopi obtinet, Theodorito Cyretanorū Epiſcopo, verba pro Alexandro Hieropolitanorū Archiepiſcopo facturo, & Helladio Ptolemaidis Epiſcopo, præſentes præſentibus, quæ hic ſubiecta cernuntur, mandauimus.

Qui hic recenſentur, Schiſmatici Conciliabuli capita fuerunt.

Quandoquidem Eccleſiaſticæ controuerſiæ cauſa (propter quam in hanc Epheſiorum vrbem præſentes omnes, & veſtra quoq; pietas vocata eſt) pijſſimorum Regum noſtrorū ſanctione hinc ad celeberrimam Conſtantinopolitanam vrbem euocamur, quò ibidem conſtituti veritati, ſanctorumque Patrum fidei, & rectis dogmatis patrocinemur: neque tamen omnes vnà vobiscum iſtic adeſſe iuſſi ſumus; operæpretium eſt, vt omnium noſtrûm quaſi præſentium mentem palàm exponatis. Quare omnia, quæ cum Dei timore à vobis inſtituentur; aut quauis ratione fient (modò tamen ea ad Eccleſiæ pacem, bonumque eiuſdem ordinem faciant) veluti à nobis ipſis facta inſtitutaque forent, grata rataque habituri ſumus. Vnde & hunc quoque libellum, quo ſententiam noſtram complexi ſumus, vobis exhibendum duximus, per quē veluti per fideiuſſorem omnia vobis permittimus, eamque poteſtatem integrè contradimus, quam nos ipſi, ſi præſentes eſſemus, haberemus: Præcipimus autem & in Domino hortamur, poſteaquàm Dei gratia vos comitante in magnam illam ciuitatem perueneritis; ſiue coram pientiſſimo Rege, ſiue in conſiſtorio, ſiue coram ſancto Senatu, ſiue in Patrum quoque Synodo de his, quæ in quæſtionem veniunt, verba vos facere oporteat, vt iſtuc ea dicendi libertate, eaque ſapientia ac diligentia faciatis, quæ vos decet; cogitantes, pro communi Eccleſiarum vſu hunc vos laborem ſuſcepiſſe, proque nobis omnibus manentibus, & comitantibus, & amplectentibus, omniaque, quæ vos in hac cauſa vel agitis, vel acturi eſtis, tanquam à nobis ipſis acta forent, habentibus.

Vtrinq; Cōſtantinopolim aliqui fuerant euocati.

Schiſmatici oēm ſuā poteſtatem in ſuos legatos conferunt.

Animant ſuos legatos Schiſmatici ad dicendū libertatem.

Quòd ſi Eccleſiaſticæ pacis, vel cuiuſpiam alterius cauſa aliqua opus fuerit ſtipulatione, quæ noſtrûm omniū ſubſcriptionem poſtulet, & iſtuc ipſum oramus veſtrā ſanctitatē,

ne ad id, quod communi vſui eſt profuturũ, & ad gloriam Chriſti Domini facit, tardiores ſius. Rurſum, ſi quam Synodicam epiſtolam huc mittere viſum fuerit, quæ omniũ, & ſingulorum ſubſcriptionem exigat, promittimus omnes communiter, & ſinguli ſeorſim omni cum alacritate nos ſubſcripturos, & ad pium exercitum miſſuros eſſe. Interim hoc vobis clam eſſe nolumus, nempe capita vnà cum anathematiſmis, quæ à Cyrillo Alexandrino ad fidem Patrum, qui in Niceno Concilio conuenerunt, adiecta ſunt, tanquam hæretica, & à Catholica Apoſtolicaque Eccleſia modis omnibus aliena ab omnibus reijci.

Hoc factũ eſſe, q̃ hinc cõſequunt, oſtendunt.

Alexander Hierapolis Metropolitanus dixit: Si quid iuxta fidem à ſanctis Patribus Nicenis expoſitam feceritis, nulla prorſus re fidei ſanctorum Patrum adiecta, hæreticaque Cyrilli Alexandrini capita reieceritis, huic equidem aſſentior. Sed & Nicenæ quoque fidei expoſitioni vnà vobiſcum cum ſancta Synodo ſubſcripſi. Dorotheus Epiſcopus Marcianopolis ſecundæ Miſiæ idem præcipiens, & excipiens ſubſcripſi: Subſcripſerunt autem & cæteri omnes.

Mira cõtra Cyrilli capita rabies extitit: Nec.n. vllum Schiſmaticorũ extat ſcriptũ, in quo illorum nõ fiat mẽtio.

Tomi tertij, caput XX.

NESTORII ET ALIQVOT EPIſcoporum, qui cum illo conſpirabant, de Epheſinæ Synodi actis relatio, antequàm Ioannes Antiochenus Epheſum veniſset, ad Imperatores miſſa.

ARGVMENTVM.

NITITVR obuiam hic ire iuſtæ Synodi expoſtulationi. Conſtat Neſtorium terniò citatum nunquam Synodo ſe ſiſtere voluiſſe. Ne ergo citra rationem id detractaſſe videatur, cauſatur Ioannem Antiochenum, reliquoſque, qui necdum aduenerant, & Synodo tamen intereſſe debebant, expectaſſe: Tum Candidiani quoque mandato, regioque decreto, ne id faceret, impeditum fuiſſe. Accuſat hinc Memnonem, tanquam grauiſſimæ publicæque ſeditionis auctorem. Supplicat denique, vt vel legitima Synodus inſtituatur, vel certè vt liber ipſi reditus concedatur.

PIETATIS veſtræ decreto ad Epheſiorum ciuitatem euocati, citra vllam cunctationem eò nos contulimus. Pijs autem literis veſtris morem gerentes, voluimus Epiſcoporum vndecunque terrarum accitorum, præcipuè verò Ioannis Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopi cum pijſſimis eiuſdem Metropolitanis, cæterorumque, qui ex Italia & Sicilia expectabantur, aduentum operiri; atque ita generalem ex omnibus conſeſſum inſtituere, communique omnium calculo ſanctorum Patrum Nicenorum fidem confirmare: Etenim cùm multæ poſt illam Synodi ſint celebratæ, nulla vnquam aliquid contra illius decreta auſa eſt innouare, ſed illi inſiſtendũ eſſe ſanxerunt omnes: At poſteaquàm reſciuimus Ægyptios moram iſtam impatientiùs ferre, arbitrantes, quòd conſultò dilatione vteremur; recepimus communi conſenſui præſto nos futuros, vbi primum Candidianus magnificentiſſimus deuotorum domeſticorum Comes, qui eius rei cauſa à veſtra pietate huc deſtinatus fuerat, conuocare nos vellet. Atque hoc ipſum quoque per pijſſimum quendam Epiſcopum illi ſignificauimus.

Et Neſtori⁹ quoque ad Nicenã Synodum appellat, cum eius tñ ſententiã euertat.

Per Ægyptios Cyrillum cũ ſuis deſignat.

Verùm vbi magnificentia illius cognouit, Ioannem ſanctiſſimum Antiochiæ Epiſcopũ vnà cum collegis ſuis propediem adfuturum (hoc enim Magiſtriani, quos ille præmiſerat, indicium ei fecerant) tum alios quoque ex Occidente Epiſcopos aduentare, mandauit omnibus, vt iuxta celſitudinis veſtræ decreta omnium aduentum præſtolarentur. Nos itaque pietatis veſtræ ſcriptis obſecundantes, quieti manſimus. Porrò Ægyptij, & Aſiatici, neque quid in rem communem totius Eccleſiæ foret penſitantes; neque pacificum legitimumque pietatis veſtræ ſcopum ob oculos ponẽtes; immo verò Eccleſiaſticas Imperatoriaſque ſanctiones contemnentes, ordinemque, ac concordem fidei confeſſionem auertantes, & fortè Eccleſiaſtici corporis diſſolutionem machinantes, quoddam inter ſe Conciliabulum inſtituerunt; rem vtique ab Eccleſię conſuetudine, & pietatis veſtræ literis paulò antè ſcriptis prorſus alienam deſignantes: Siquidem veſtræ pietatis diplomate cauebatur, vt vna ab omnibus fides tam Euangelicis, quàm Apoſtolicis, quàm ſanctorum quoque Patrum dogmatis conſentaneè exponeretur. Verùm prædicti nihil horũ omnium curãtes, ea inter ſe ipſos patrare feſtinârunt, q̃ ab omnib⁹ veſtra Maieſtas cognoſci fieriq; volebat.

Hic Ioannes videtur primo conſeſſui non intereſſe.

Per Aſiaticos eos denotat, qui Memnoni Epheſio fauebant.

Neque his contenti ſatellitibus ſuis per forum diſpertitis, totam ciuitatem tumultu cõpleuerunt. Hi noſtras domos circumcurſitabant. Hi impetu facto commune noſtrum Concilium turbabant. Hi turbis nefarijſque comminationibus latè omnia replebant. Huius autem tantæ ſeditionis auctor, & antesignanus fuit Memnon Epheſiorũ Epiſcopus: Hic etenim ſanctas Eccleſias, ſanctorumque Martyrum ædes, & ſacroſanctam Apoſtoli Ioannis Baſilicam nobis præcludebat; adeò, vt neque hoſtiliter agitatis profugium vllum ad illas pateret. At ſuis verò magnam Eccleſiam aperuit, idoneamque conſeſſui ſedem ibidem præparauit; nobis autem omnibus mortem eſt interminatus.

Commune Concilium vocat proceſſum Epiſcoporũ, quos ante Ioannis aduentũ apud ſe habebat.

Nõ ſuis tãtũ, ſed ſuis quoq; & cæteris omnibus, ſi adeſſe voluiſſẽt.

Supplices proinde pietatem veſtram rogamus obteſtamurque, poſteaquàm pij, Chriſtianique culminis veſtri literis obtemperantes, in hanc Epheſiorum ciuitatem, barbaricarum illarum inſidiarum prorſus inſcij, deuenimus, vt nos inoffenſos cuſtodiri, legitimamq; Synodum iubeat haberi; nullo ad illã, neq; Clerico, neq; Monacho; ſiue is ex noſtris, ſiue ex Ægyptijs fuerit, publicè admiſſo,

Monachi, quorũ hic & alibi quo

Sed

quę ſit mente, erant ſeditioſi, qui proinde ſi[illegible] dogmatis diſcernere commodè nō poterāt.

Sed neque vllo quoque Epiſcopo ex ijs, qui non vocati, acceſſerunt: Hi enim ſacræ Synodo facilè aliquas turbas ciēre poſſent. Ex qualibet autem prouincia duo tantùm ſelecti, ventilandarumque quæſtionum nō ignari, vnà cum Metropolitano ad conſeſſum admittantur, admiſsique ſanctorum Patrum fidem cum pace, ac concordia ſtabiliant confirmentque.

Quod ſi id fieri non poteſt, ſaltem curetur, vt tutò nobis ad propria redire liceat: Nam hic ipſam quoque vitam nobis ſe erepturos comminantur. Subſcripſit Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Fritillus Heracleæ Thraciæ Epiſcopus, Helladius Tharſi Epiſcopus, Himerius Nicomediæ Epiſcopus, Alexander Apameæ Epiſcopus, Eutherius Tyanorum Epiſcopus, Baſilius Theſſaliæ Epiſcopus, Maximus Anabarzi Epiſcopus, Alexander Hierapolis Epiſcopus, Dorotheus Marcianapolis Myſię Epiſcopus.

AD TOMVM TERTIVM APPENDIX SECVNDA.

Appendicis ſecundæ, caput I.

EXEMPLAR EPISTOLAE Ioannis Comitis Sacrenſis, ex Epheſina ciuitate ad Impp. perſcripta.

ARGVMENTVM.

EXPONIT cuiuſmodi rerum ſtatum, vbi Epheſum veniſſet, comperit, puta perturbatiſſimum ſæuisque factionibus refertiſſimum: Tum quid ſtatim a ſuo aduentu iſthic egerit. Hinc cur Neſtorium, Cyrillum, & Memnonem Epheſinum Antiſtitem in vincula coniecerit: Poſtremò quid in poſterum facere apud ſeſe ſtatuerit.

Ordine exponit, quæ Epheſi ſpectârat.

CVM ſciam conducibile pietati, ſi Diuinis Scripturis commendentur omnia, quæ iuxta puriſsimæ celſitudinis mentem pro virili feci; hinc, quæ ſint acta, diſcetis. Pridie quàm hæ literæ darentur, labore magno, acceleratione que mira in Epheſiorū ciuitatem perueni. Aduenilſem autem citiùs, niſi maximis negotijs impeditus fuiſſem, quæ veſtrę magnitudini aſſuturus, Deo propitio, coràm recenſebo; ſtatimq; ſanctiſsimos Epiſcopos, qui hinc & inde conuenerant, reuerenter ſalutaui. Propter diſcordiam autem, quę intercedebat inter eos, partes accerſere conueniebar. Turbatis autem omnibus, Cyrilloque, & Memnone ſe munientibus, per meipſum ijs, qui conuenerant, denuntiaui; & ijs, qui aberant, manifeſtaui, vt ſequenti die abſque vlla mora omnes in diuerſorio

Salutat Epiſcopos Comes Ioannes.

meo confluerent. Porrò ne conflictus quidam fieret, promiſcuè ipſis conuenientibus; (metuendum enim & hoc erat propter ferociam, quæ neſcio vnde illis acciderat) ingreſſus ordinem diſtribui.

Euocat Epiſcopos Ioā. ad ſuum diuerſorium.

Præſente autem Neſtorio ferè cum ipſa aurora, & Ioanne pientiſsimo Epiſcopo, aduenit etiam Cyrillus cum omnibus pientiſsimis Epiſcopis, ſolo autem Memnone abſente, magna turbatio tumultusque exoriri cœpit, dicentibus ijs, qui cum Cyrillo venerant, Neſtorij, qui ab ipſis depoſitus eſſet, ne adſpectum quidem ferendum eſſe; nihilominùs tamen conuenientibus diuinarum Scripturarum lectionem fieri volebant. Affirmabant autem ij, qui Cyrillo fauebant, lectionem Diuinarum & terribilium Scripturarum abſque Cyrillo non habendam, neque præſente Neſtorio, neque his, qui ab Oriente venerant, ſanctiſsimis Epiſcopis, & ob hoc magna facta eſt ſeditio; imò prælium & pugna. Eadem quoque & ſanctiſsimi Epiſcopi, qui Ioanni pientiſſimo aſtabant, contendebant, dicentes, Cyrillum non oportere Diuinarum literarum lectioni intereſſe, vtpote & illo cum Memnone ab ipſis depoſito. Fiebat igitur ſuper hac re contentio.

Neſtori⁹ & Ioan. præoccupant alioꝝ aduentum, vtpote malè ſibi conſcij.

Literas Auguſtales diuinarū Scripturarū nomine deſignant.

Hæc narratio eſt veriſimilis, tamet ſi Comes Ioan. Neſtorij & Ioan. partes foueret.

Iam autem maximo diei interuallo exacto, operæpretium exiſtimaui, abſque Cyrillo, & Neſtorio cæteris patefacere Regias ſententias; quandoquidem commemoratis illis neque ſcripta eſſent à mundi Dominis. Verùm renuebant & hoc pientiſsimi Epiſcopi, qui cum Cyrillo venerant, nolebantque etiam his, qui cum Ioanne aduenerant, præſentibus aures præbere, eò quòd dicebant, eos illegitimè Cyrillum & Memnonem depoſuiſſe. Vix igitur potui perſuaſione, & vi (ſi quidem vera dicere oportet) ſequeſtratis Neſtorio, & Cyrillo, inducere omnem Synodum, vt Regium reſcriptum audiretur. Igitur congregatis omnibus, Auguſtarum literarum lectionem feci, in quibus depoſiti ſunt Cyrillus, & Neſtorius, & Memnon.

Regium diploma legitur excluſo Neſtorio, Cyrillo & Memnone.

Cùm autem hi, qui cum Ioanne pientiſsimo lectionem amicè ſuſciperent, & approbarent, audiuerunt a graui auditorio depoſitionem Cyrilli, & Memnonis illegitimè factam. Cæterùm ne maior fieret ſeditio, Neſtorium quidem cuſtodiendum ſuſcepit Candidianus Comes nobilium domeſticorum, qui omnibus conſilijs, & operibus meis interfuit. Cyrillum autem & ipſum cuſtodiendum tradidi Iacobo circumſpecto Comiti, & præpoſito quartæ ſcholæ. Memnon verò, vt prædixi, aberat. Vnde miſsis diſpenſatore, & lictore, ac Protodiacono ſanctiſsimæ Epheſiorum Eccleſiæ, ei manifeſtaui, quòd depoſitus eſſet. At memoratus Memnon cum prædictis, fidem dedit eis, ſuo periculo cum omni ſecuritate Eccleſiaſticas pecunias ſeruare.

Excipit Synodus contra Cyrilli & Memnonis depoſitionem.

Neſtorius, Cyrillus & Memnō in cuſtodiam abripiūtur.

His in hunc modum actis, quoniam oportebat me & precibus vacare, deſcendi in ſanctiſſimam Eccleſiam. Cognoſcens autem Memnonem agere in Epiſcopio, mitto ex miniſtris meis Primicerium nobilium Palatinorum ad ipſum, vt ad me veniret, vt diſcerem, num omnino me accedere renueret. Verùm ipſe abſque mora aduenit; & reprehenſus à me, quare mane non veniſſet, dixit, ægritudine ſe deprehenſum eſſe, & propterea nó adfuiſſe. Ne ferret autem alias meas admonitiones vel conſilia, præuenit ſermones meos, & in meam irrupit domum. Traditus igitur & ipſe Iacobo circumſpecto Comiti cuſtodiendus, & à Scutarijs nobilibus, & reuerendiſſimis Palatinis. Hæc primo die à me facta ſunt.

Acerſitus Memnon ſtatim Comiti ſe ſiſtit, moramq; excuſat.

Quoniam autem & de pace ad pientiſſimos Epiſcopos ſermonem habere oportebat, ne hæreſes & ſchiſmata in Orthodoxa religione fierent; proinde quanta potui diligentia ei negotio me accommodaui, & poſthac operam daturus; modò placeat & melioribus & pietati conſonum ſit, & recta mens ſit Dominis mundi. Quid ſi pientiſſimos Epiſcopos videro implacatos & non reconciliabiles (neſcio vnde in hanc rabiem & aſperitatem venerint) & ſi quid ampliùs factum fuerit, quamprimùm veſtræ amplitudini ſignificabo.

Indicat ſe paci, & Epiſcoporū cōciliationi operam daturum.

Appendicis ſecundæ, caput II.

PRIMA SCHISMATICORVM petitio ex Chalcedone ad Impp. miſſa.

ARGVMENTVM.

SVPRA indicatum eſt, aliquot ex vtraque factione Conſtantinopolim fuiſſe euocatos, qui Impp. de controuerſia inter Oecumenicum Concilium & Schiſmaticorum Conciliabulum, inter Cyrillum rurſum & Ioannem Antiochenum nata certiores redderent, euoctaque, quæ vtrinque acciderant, ordine iiſdem exponerent. Vtraque pars, vt ſuo poſtea loco planum fiet, partes ſuas ſtrenuè obijt, ſed filij tenebrarum, ad quos tota hæc ſecunda appendix ferè ſpectat, omnium ſtrenuiſſimè. In hac autem prima petitione ſupplicique libello toti in hoc ſunt, vt euincant cùm Cyrillum; tum capita quoque ab ipſo edita, & à ſacra Synodo approbata hæretica eſſe. Et quoniam certò ſe id perſuaſiſſe exiſtimant, iterum atque iterum vrgent, efflagitantq;, vt illa quidem tanquam Orthodoxæ fidei aduerſa vnà cum ſuo auctore ſtatim explodantur; ipſi verò quaſi victoria iam potiti, ad ſuas Eccleſias redire primo quoque tempore permittantur.

Orandùm erat, ne à quopiam alio in expoſitionibus abſurdis ſermo pietatis adulteraretur; maximè autem ne ab his, qui Sacerdotium præfecturamque Eccleſiarum ſortiti ſunt, quos neſcimus quomodo præſidendi cupiditas & ambitio, frigidæque promiſſiones quædam, ad contemnenda ſemel omnia Chriſtiana mandata induxerunt; idque hoc ſolo animo, vt ſeruiant viro, qui præſumit ac ſperat, ſe & auxilium ſibi ferentes omnia rectè geſturos; dicimus Alexandrinum Cyrillum, qui ſola nugacitate in ſanctas Dei Eccleſias hæretica introduxit dogmata, eaque confidit ſe argumentis comprobaturum; & correctionem peccatorum effugere, ſolo Memnonis & prædictæ conſpirationis Epiſcoporum miniſterio ſperauit.

Perſtringit Cōcilij Patres, ſed iniuſtè.

Quapropter nos, qui ſilentium alioqui amamus, & in cæteris philoſophicè agendū cenſemus, nunc ſilentium, & eius ſapientiæ ſtudium, fidei iacturam intelligentes, ad ſolos vos poſt ſupernam Virtutem orbis Seruatores, precando vertimur: Quandoquidem ſcimus, pro pietate ſolicitudinem vobis peculialiter conuenire; vtpote iis, qui vſque in hoc tempus cuſtodierint, vtiſſimque per illam cuſtodiantur. Suſpenſos autem hos libellos offerimus, tanquam coram ſanctiſſimo Deo exhibenda eſſet noſtra excuſatio; nō quòd pro religione minùs alacres fuerimus, ſed pietati ſtudentes, & pro ea ſermones facientes: Nihil enim eſt, quòd Chriſtianorum temporibus Sacerdotes magis facere debeant, quàm vt coram tam fideli Rege teſtimonium ferant, etiamſi parati eſſemus vitam ac corpora noſtra in fidei diſcrimine millies exponere.

Mirè commentitiam ſuam modeſtiam commendant Schiſmatici.

Idcirco propter Deum, qui videt omnia, & per Dñm noſtrum Ieſum Chrm, qui iudicaturus eſt omnes in iuſtitia, per Spiritumſanctum, cuius gratia regnum gubernas, & per electos Angelos, qui vos cuſtodiunt, quos aſſiſtentes videbitis terribili throno, & horrendam illam ſanctificationem ſemper Deo offerentes, quam nunc quidam adulterare nituntur, pietatem, quæ vafricia quorundam obſidetur, vt re ipſa conſtat, adimentes, & hæretica capita fidei introducta ſtabilientes, quæ omnino à ſanis dogmatibus aliena ſunt, & cum hæreticis opinionibus conueniunt; obſecrauimus, vt ne quis ſubſcribat, vel conſentiat, & poſt promiſſam à vobis veniam contendere vltra nolit, præcipias illum in medium venire, & Eccleſiaſticis pœnis ſubiacere, quò pugnare pro pietate meliùs poſsis: Nihil enim, ô Rex, magis regium fuerit, pro quo & cum Perſis & alijs Barbaris prælia committere feſtinaſti, reddente tibi Chriſto pulchras victorias pro hac tua in ipſum alacritate.

Grauis obteſtatio, ſed prauo fundamento nixa.

Obſcura hæc omnia nō parum.

Obſecramus autem, vt fiant apud pietatem tuam quæſtiones in ſcriptis: Sic enim faciliùs dignoſcentur, & in omne poſterum tempus reprehendentur peccantes. Si quis autem ſermones, pro quibus delinquens fuit, negligens, voluerit per præceptum rectæ fidei præualere, tuæ iuſtitiæ ac iudicij fuerit attendere, num & ipſam Doctorum appellationem abiecerint ij, qui de dogmatis introducunt, periclitari grauantur, & prædictis ſubiici nolentes, vt non redarguantur

Schiſmatici à ſemper ſpectatum iniuſtè volunt.

impiè

impiè egiſſe, neque refutare ea digna putantes, vt mutua eorum conſpiratio non habeatur inutilis: Iam enim per ordinatos manifeſtum eſt, quoſdam ex illis pro hac impietate meditatos eſſe, vt dignitatibus conceſſis nonnullos demereantur, & alios quoſdam modos excogitaſſe. Et id manifeſtiùs obſiſtet; & videbit eos pietas tua non multò pòſt proditionis ſuæ mercedem quaſi ſpolia fidei Chriſti diſtributuros.

Incuſant Iuuenalē Hieroſolymorū Epiſcopū Schiſmaticū.

At ex nobis quidam à pientiſſimo Iuuenali Hieroſolymitanorum Epiſcopo olim ordinati, ſiluimus; quamuis pro Canonibus certandum eſſet, ne videremur noſtræ gloriæ cauſa dolere. Et nunc quoque illius ſtudia & preſtigias tales per Phœnicen ſecundam & Arabiã non ignoramus. Sanè de illis nobis non vacat curam habere, qui ciuitatibus ipſis, quarum nobis miniſterium contraditum, atque adeò vita noſtra deſtitui maluimus, quàm iſta pro fide promptitudine. Verùm aduerſus illorũ conatus, Dei ac veſtræ pietatis iudicium opponemus. Nunc autem oramus, vt vna ac primariæ pietas curetur, & ne Orthodoxæ religionis ſplendor, qui vix tandem ſub ſancti nominis Cõſtantino irradiauit, & per beatiſſimos auum & patrem veſtræ pietatis confirmatus eſt, à tua autem Maieſtate etiam in alias Barbaras gentes & in Perſarum gentem prorogatus eſt, nunc in ipſis Regiæ aulæ penetralibus langueſcat, & apud veſtram turbetur Serenitatem: Non enim duplices in Perſidem ô Rex mittes Chriſtianiſſimi doctrinas, neque noſtra magnum aliquid erunt, nobis diſcordia laborantibus; nemineque exiſtente apud illos, qui diiudicet Neque quis geminis communicauit Verbis & Sacramentis, neque certè piè à tantis Patribus & incondemnatis Sanctis deſciſcet; ſed neque Regni commoda tribuenda erunt his, qui diuerſa inter ſe ſentiũt, neque paruus inde vſus, pietatis hoſtibus excitabitur, & innumera alia malignæ contentionis ipſorum quis enumerârit nocumenta?

Conſtantinus ſancti nominis Imp.

Si quis autem eſt, qui patuifaciat cœleſtium rationem, talis ſit potiùs quicunque olim, quàm is, cui omnem orbis poteſtatem Dominus dedit. Noſtræ autem preces ſunt, vt iudicium à tua pietate accipiamus: Mentem enim tuam ad exactam eorum, quæ inquiruntur, comprehenſionem Deus inducet. Demum ſi quid nunc prohiberet, (neque enim tuæ pietatis negotia omnia nota eſſe poſſunt) petimus à tua Serenitate, vt ad propria tutò & feliciter commigrare nobis liceat: Nam videmus ciuitates nobis cõmiſſas, ex tali mora non parùm offendi, propter eos, qui etiam in rebus pijs, vt videtur, contentionem quærunt, nulla inde prouenientе vtilitate.

Petunt ſententiam ab Imp dari, vel domũ dimitti.

Appendicis ſecundæ, caput III.

ALTERA EORVNDEM petitio è Chalcedone ad Theodoſium Auguſtum miſſa.

ARGVMENTVM.

GRAVISIMA hic rurſum calumnia impetũt Cyrillum, tum vniuerſam quoque Synodum. Depromunt plurima, nulla veritate nixa Cyrilli capita identidem hæretica clamitant. Suum ergo religionem ſtudium promptamque, & expeditam obedientiam arroganter prædicant. Vt nihil admittatur, quod in Nicæno Symbolo expreſsè non ſit poſitum, ſtolidè vrgent. Quòd Concilij Legati potiori loco habeãtur, quam ipſi grauiter expoſtulant. Ne alius in Neſtorij locum ſufficiatur, enixè rogant. Plurimos ſe habere ſocios, qui omnes à Cyrillianis ſint alieni, falsò & puerilìter iactant.

SÆPENVMERO pietatem veſtram, & per nos ipſos, & per eos, qui à nobis miſſi ſunt, docuimus, quòd rectæ fidei dogma corruptioni obnoxium videatur; & quòd ij qui diſcerpere videntur Eccleſiæ corpus, qui omnia ſuſque deque faciunt, & omnem Eccleſiaſticam conſtitutionem, omnemque Regiam legem conculcant, vniuerſaq; ſimul contuderunt, vt expoſitam hæreſin à Cyrillo Alexandrino confirment: Nam vt à veſtra pietate in Epheſum vocati ſumus, ad inquirẽdum quæſtiones, quæ pullulârunt, & ad confirmandũ fidem Euangelicam, & Apoſtolicam, à ſanctis Patribus expoſitam; nondum omnibus præſentibus conuocatis Epiſcopis, ij, qui particulare Concilium habuerunt, hæretica illa capita, quæ cum Arrij, & Eunomij, & Apollinarij impietate conueniunt, ſcriptis commentarijs roborârunt, & alios quidem deceperũt, alios verò terruerunt, alios autem de hæreſi accuſatos, in communionem ſuſceperunt; & alijs, qui non communicabant, mercedem vt communicarent, dederunt; alios demum ſpe honoris, quibus indigni erant, accenderunt, & ita ipſi multitudinem congregârunt, quaſi neſcientes, quòd piam religionem non multitudo, ſed veritas oſtendit.

Obſcurè & deprauatè hæc expoſita.

Ota hæc ſunt mera commẽta, putidaque mendacia.

Multitudo non efficit religionẽ, ſed veritas.

Iterum lectæ ſunt veſtræ pietatis literæ, per magnificentiſſimum Comitem Candidianũ, ſignificantes, quòd pacificè & fraternè quæſtiones, quæ exortæ nuper, inquirant. Verùm conuenientibus omnibus pientiſsimis Epiſcopis, nihil profuit lectio: Venit nobilis Palladius Magiſtrianus alias veſtræ Maieſtatis literas afferens, docentes reſcindenda eſſe omnia, quæ principaliter conſtituta fuerant, & Concilium denuo congregandum, verumque dogma ſanciendum. Contemptum eſt autem & hoc more ſolito pium veſtrum mandatum ab his, qui omnia audent. Aduenit rurſus magnificentiſsimus Magiſter Ioannes, qui tunc Comes omnium largitionum, alias iterum afferens literas, ſignificantes, quòd à veſtra Maieſtate trium depoſitiones decretæ ſunt,

Omnes hæ literæ fuerunt ſubreptitiæ, malo dolo ab Imp. extorta.

tollen-

tollendaque è medio ſuborta offendicula, ſolamque fidem in Nicæa expoſitam a ſanctis, & beatis Patribus, ab omnibus confirmandam. Tranſgreſsi ſunt, vt ſolent, & hanc legē ij, qui omnia pro ludibrio habent. Enimuerò nec poſt lectionem à cœptis deſtiterunt, & communionem habuêre cum depoſitis, & meminerunt eorum tamquam Epiſcoporum, non permittentes, vt capitula ita in damnum, & corruptionem piæ fidei expoſita, exploderentur, tametſi a nobis ad colloquium ſæpius accerſiti fuerint: Habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta.

Et hoc falſum eſt: ſiquidē Orientales ſæpius citati, Synodo ſe ſiſtere nuſquā nō fuerūt.

Horum nobis teſtis eſt Magnificentiſsimus Magiſter, qui nobis & illis tertiò ac quartò conuocatis, & hæc nec prætendere audens propter illorum inobedientiam, operæpretium duxit poſthac huc nos vocare. Aduenimus, nihil remorati, nec quieuimus, donec huc perueniremus, & ad veſtram pietatem; & apud illuſtre conſiſtorium obſecrantes, vt ipſi certamen hoc pro capitulis ſuſciperent, ac in colloquium, vel ea tamquam aliena a recta fide exploderent; manentes in ſola expoſitione fidei beatorum Patrum, qui in Nicæa conuenerant. Et hi quidem nihil horū facere voluerunt; ſed manentes in hæretica contentione, permiſsi ſunt Eccleſias frequētare, & Sacerdotio fungi; nos verò Synaxi deſtituti, manſimus tanto tēpore & in Epheſo, & nunc; innumeraque pericula & illic, & hic pertulimus, & cùm lapidaremur, & tantùm non perderemur a ſeruis Monachorum habitu indutis, boni conſuluimus, vtpote pro pietate talia libenter perferentes.

Nō erat certamē de capitulis, ſed de iuſta Neſtorij, iniuſta verò Cyrilli, & Mēnonis exauctoratione.

Schiſmatici iactant ſuā pietatem.

Poſt hæc viſum eſt veſtræ Maieſtati, vt iterum nos, ac illi conuocaremur, & vt ad inquirenda dogmata inobedientes compellerentur. Hæc vt fierent nobis expectantibus, veſtra pietas in ciuitatem profecta eſt; & eos quidem, qui de hæreſi accuſabantur, & propter hoc alios ex his depoſitos a nobis, alios verò excommunicatos, & deinde Canonicis pœnis ſubijciendos, præcepit, vt in ciuitatem venirent, ſacerdotio fungerentur, & ordinarent. Nos verò, qui pro pietate tantum certamen ſuſcepimus, & pro rectis dogmatibus nullum non periculum ſuſtinuimus, neque ingredi in ciuitatem iuſsit, vt fidei periclitantis negotium ageremus, & pro rectis dogmatibus vrgeremus, neque ad propria remigrare permiſit; ſed ſumus in Chalcedone triſtes & gementes in Eccleſia, quæ exercetur ſchiſmate.

Accuſabantur, ſed falſo, & hoc compertū erat Impp.

Scilicet ſchiſmatici curant pietatē & religionē.

Schiſmate carere non potuit, quæ Schiſmaticos intra ſe continebat.

Idcirco qui nullum reſpōſum obtinemus, neceſſarium duximus, vt præſentibus literis doceremus veſtram pietatem coram Deo, & Chriſto ipſo ac ſancto Spiritu; quòd ſi quis ordinatus fuerit, antequàm diſcutiantur recta dogmata ab his, qui hæretica ſentiunt, neceſſe, vt tota Eccleſia ſcindatur, tam Clero quàm plebibus diſsidentibus: Nullus enim piorum ferēt, hæretica colentibus communionem dari, propriamque ſalutem annihilari. Vbi autem hæc futura ſunt, tunc veſtra pietas præter ſuam mentem agere cogetur. Nā & ſchiſma præter ſententiam inualeſcet, & eos, qui proprietate certant, contriſtabit, non ferentes, vt ſuæ animæ pereant, & conſtent cōtentioſis impia Cyrilli dogmata, quæ iuſtificare volunt. Multi autem, qui pietati ſtuduēt, & omnes nos, qui ex Orientali diœceſi, & veſtræ prouinciæ, ex diœceſi Ponti, & Aſiæ, & Thraciæ, & Illyrici, & Italorum, Cyrilli dogmata admitti non ſinent, qui & veſtræ pietati librum beatiſſimi Ambroſij miſerunt aduerſa pullulanti huic ſuperſtitioni docentem. Quapropter ne hoc eueniat, & veſtra pietas magis conturbetur, ſupplicamus, precamur, obſecramus, vt edicat, ne ordinatio antea fiat, donec Orthodoxa fides firmetur, propter quam & nos congregauit veſtra, quæ Chriſtū amat, celſitudo.

Protestatio Schiſmaticorū, eorūdemq; comminatio.

Hic ſchiſmatici gloriantur de multitudine, paulò poſt de paucitate.

Appendicis II. capur IIII.

TERTIA SCHISMATICORVM poſtulatio ex eadem ciuitate ad Imperatores miſſa.

ARGVMENTVM.

CONQVERVNTVR grauiſſimè, ſe non æquè ac Concilii legatos ad Regiam vrbem admitti, cùm æquè ac illi ab Impp. & ad Impp. Epheſo ſint euocati. Nugantur fidem & pietatem, quæ aliis prodeſſe ſoleat, ſibi obeſſe. Gloriantur de ſociorum grege. Hortantur Auguſtos ad fidei defenſionem, quā Cyrillum cum ſuis fœdiſsimè adulterare mentiuntur. Paratos ſe dicunt, & fidei ſuæ rationem reddere, & alterius factionis falſitatem palam oſtendere. Concilii Patres ad vnum omnes Arrianos, Eunomianos, & Appolinariſtas vocant. Tandem, niſi Imperator audiat, puluere è pedibus excuſſo, inde ſe abituros comminantur.

NON hunc euentum ſorrituram veſtræ pietatis expectabamus vocationem: Vocati enim honeſtè ſumus, tanquam Sacerdotes à Rege, & vocati ſumus ad confirmandum ſanctorum Patrum fidem; propterea etiam tanquam pio Regi obedituri, aduenimus. Vbi autem venimus, neque Eccleſiam minus ſequuti ſumus, neque veſtrum contempſimus edictum, ſed veſtros nutus ſequuti ſumus cōtinuè ab eo die, quo in Epheſum peruenimus vſque in hodiernum. Veruntamen vt videtur nihil nobis profuit in hoc ſeculo modeſtia noſtra, immò etiam plurimum, vt videmus, obfuit: Nam nos quidem, qui ſic vos habuimus, vſque in præſentem diem Chalcedone tenti conſecuti ſumus; nunc autem ad propria dimittimur. Hi verò, qui omnia confuderunt, & orbem turbis implêrunt, & Eccleſias diſcerpere contendunt, & pietatem manifeſtè oppugnant, Sacerdotio funguntur, Ecclesias

Non veſtra modeſtia, ſed veſtra intoleranda temeritas & iniquitas vobis obfuit.

cleſias congregant, &, vt putant, auctoritatem ordinandi habent, nimirum illicitè ab illis petitam, ſeditiones in Eccleſia excitant, quæ expendenda in vſus pauperum, in ſuos ioſumunt milites,

Vera hæc ſunt; ſed quorſum Schiſmatici fidei encomia proſtit.

Cæterùm non illorum tantùm, ſed & noſter Rex es; Non enim parua portio regni tui eſt Oriens, io qua ſemper recta fides refulſit, & cum hac etiam aliæ prouinciæ, & diœceſes, è quibus coogregati fuimus. Proinde ne deſpiciat veſtra Maieſtas fidem, quæ adulteratur, in quam & vos baptizati eſtis, & veſtri progenitores, in quam & Eccleſiæ fundamenta ſunt iacta, propter quam ſanctiſſimi Martyres innumera mortis geoera cum voluptate ſuſceperunt; cum qua & Barbaros viciſtis, & Tyrannos deſtruxiſtis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis: Eſt eoim Deus omnium commilito veſter; ſi pro pijs eius dogmatibus laboraueritis, & prohibueritis corpus Eccleſiæ diſrumpi: Diſrumpetur enim, ſi opinio, quam Cyrillus fidei induxit, & alij hæretici confirmàrunt, inualeſcat. Hæc ſæpe quidem coram Deo, & in Epheſo, & hic teſtati ſumus, & veſtram pietatem docuimus, rationem illius, vt coram omoium Deo, reddentes: Exigit enim & hoc a oobis, ſicut Diuinæ Scripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ docent: Etenim beatus Paulus clamat: Teſtificor coram Deo, qui mortuos viuificat, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui teſtificatus ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem. Et Ezechieli præcepit Deus, vt aonuntiet populo, & minas adijcit, dicens: Niſi annuntiaueris, ſanguinem ſuum de manu tua requiram.

Erratis ſubſeſſi Cyrilli fidem illuſtrat, nō impugnat.

2. Timt. 4.

Ezech. 3.

Et hæc mera ſunt commenta.

Hiulca hæc ſunt.

Timentes itaque hoc iudicium, neceſſarium exiſtimamus iterum docere veſtram Maieſtatem, quòd ij, qui permiſſi ſunt Eccleſias habere, in Eccleſijs docent, quæ Apollinarius, & Arius, & Eunomius, illegitimè, & contra Canones Sacerdotio funguntur; & animas eorum, qui ſe accedunt, ſiquis & ipſos volet audire: Nam per Diuinam gratiam, cui omnium hominum cura eſt, & qui omnes vult ſeruari, maxima pars populi ſana eſt, & pro pijs ſolicita eſt dogmatibus. Propter illos maximè dolemus: Et quia cruciamur, timentes, ne paulatim ſerpens morbos plures comprehendat, communeque malum fiat; hæc nos veſtram ſerenitatem docemus, & docere noo deſiſtimus, & precamur veſtram Maieſtatem, vt noſtris precibus anouat, & nihil ſinat adijci ad fidem ſanctorum Patrum, qui in Nicæa congregati fuerunt. Quòd ſi & poſt hanc noſtram obſecrationem, hanc, quæ coram Deo data eſt, doctrinam non ſuſceperit veſtra pietas, nos etiam puluerem pedum excutiemus, & clamabimus cum beato Paulo: Mundi ſumus à ſanguine veſtro: Non enim ceſſamus nocte, & die, ab eo die, quo in hanc celebrem Synodum aduenimus, & Regi, & Principibus, & Militibus, & Sacerdotibus, & Laicis teſtari, oe amittamus traditam nobis à Patribus fidem,

Quorſum hæ minæ mi ſeri?

Actus. 18.

Appendicis Secundæ, caput V.

EORVNDEM AD SVOS in Epheſo Epiſtola.

ARGVMENTVM.

INDICANT neque ſibi, neque adoerſarijs aditum ad Imperatricem vrbem patere. Hoc tamen iudicium diſertè cum ijs pugnat, quæ duabus præcedentibus petitionibus docentur. Aſſerunt, ſe contriſtatos de iniuſta Neſtorij ablegatione. Iactant ſuam pro fide, & religione promptitudinem. Promittunt ſe Imp conuenturum, negotiumque confecturum, dum ſe ad Rufinianum conferet. Implorant illorum preces, quò capitibus Cyrilli profligatis, victoriam obtineant.

Ex diametro hęc eſt præcedentibus pugnat, vt hinc videas Schiſmaticos mera commenta ſuſcitaſſe.

POSTQVAM io Chalcedooē venim⁹ (nā in Conſtantioopolim, neq; nos, neq; aduerſarij noſtri intrare permiſſi ſumus, propter ſeditiones bonorū Monachorū) fama accepimus, q̄ ante octo dies, priuſq̄ cōpareremus (en gloriā pientiſſimi Regis) Dn̄s Neſtorius ab Epheſo dimiſſus ſit, vt eat, quò libéret. Vnde valdè doluimus; quandoquidē verè ea, q̄ illicitè & abſq; iudicio facta, iā robur habere videntur,

Malè habet Schiſmaticos Neſtorij exauctoratio.

Sciat aūt veſtra ſanctitas, nos prōptos pro fide certamē inituros, & certare velle ad mortem vſq;. Expectamus aūt hodie, hoc eſt, vndecima menſis Gorgiei, trāſiturū pientiſſimū noſtrum Regē ad Rufinianū, & illic cauſam auditurū. Precetur igitur veſtra ſanctitas, vt Dominus Chriſtus nos adiuuet, quò valeamus ſanctorum Patrum fidem roborare, & in damnum ſanctæ Eccleſiæ exorta capitula radicitus diſcerpere. Eadem vt & veſtra ſanctitas ſentiat, ac faciat, obſecramus, maneatque in ſua pro fide Orthodoxa alacritate. Porrò cùm ſcripta eſſet epiſtola, nondum occurrerat nobis Dominus Imerius; Nam fortaſſis impeditus eſt in itinere. Cæterùm nihil vos turbet: Speramus enim, triſtia extinguenda, & veritatem effulſuram; modò veſtra pietas ſtrenuè nos adiuuet.

Fruſtra contra capitula nitimini.

Hic Imeri⁹ eiuſdē erat factionis.

Appendicis ſecundæ, caput VI.

ALTERA EORVNDEM de obtenta ab Antagoniſtis victoria, ad eoſdem Epiſtola.

ARGVMENTVM.

SCRIBVNT, ſe aditum ad Imp. habuiſſe; in certam ne, quod cum Concilij legatis inierant, ſuperiores euaſiſſe; ſua omnia Auguſto grata acceptaque fuiſſe; Cyrilli, & Acacij impietatem palàm oſtendiſſe, acriterque contra vtrumque Imp. incendiſſe; paucis totum epiſtolium à capite vſque ad calcem refertum eſt inanibus gloriationibus, ſenilibuſque iactationibus.

PRÆ-

Appendicis II. caput VIII.

RELATIO ORIENTALIVM, *qui Epheſi degebant, ad Theodoſium & Valentinianum Auguſtos.*

ARGVMENTVM.

AGVNT Impp. gratias, quòd ſuos legatos beneuolè audierint; veritatem receperint, falſitatem reiecerint. Rogant, vt Neſtorij exauctorationem, quam illi moliti erant, qui in hæretica Cyrilli capita iurarant, irritam decernant: Addunt non ſat eſſe, ſi Neſtorius vltro cedat, ſed opus præterea eſſe, vt læſæ fidei conſulatur.

PIENTISSIMIS, ET CHRISTI *amatoribus Regibus Theodoſio et Valentiniano Auguſtis, ſancta Synodus, quæ Epheſi eſt congregata.*

Nō pro tota Synodo; ſed tantum pro Conciliabulo Antiocheno.

EDOCTI ex ſanctiſſimorum, & pientiſſimorum miniſtrorum noſtrorum literis, qui pro tota Synodo ad veſtrum pium exercitum peruenerunt; tum quòd benignus illis ad veſtram pietatem patuerit acceſſus, tum quòd Maieſtas veſtra multùm pro Orthodoxa fide zelet, gauiſi ſumus, quaſi præſentes prædictis ſerenam veſtræ pietatis faciem ſimul intueremur. Cognouimus enim, quomodo ea, quæ ab aduerſarijs, veſtro iuſto iudicio minùs fuêre accepta, ſanctorum autem Patrum, qui in Nicæa, fides, pro qua & præſentes pientiſſimi Epiſcopi, & nos ſoliciti ſumus, receptionem meruit. Credimus itaque Deum ſic inſtituiſſe veſtram pietatem, ne quo modo commoueretur Apoſtolica fides, per quam à progenitoribus regnū habet veſtra Maieſtas, omneſque alienas nationes ſubditas habet. Et propterea gratiarum actiones, & continuas preces ſolito more, cum magno gaudio, Chriſto Domino offerimus.

Grauis ingerceſſio pro hæretico Neſtorio, quē tamē, quòd Impp. exoſiſſimus eſſet, nominare nō audēt

Quoniam autem ſub veſtro imperio magna quædam fiducia eſt Sacerdotibus, confidimus etiam ea, quæ nos mœrore conficiunt, & ſolicitudine, cognouiſſe veſtram Maieſtaté, illorumque remedium petere. Vnde oramus, & ante veſtra veſtigia prouoluimur, vt nos cū longanimitate humiliantes veſtræ pietati ſuſcipiatis, & iuſtè petentes de offenſa perſona ab his, qui receperunt hæretica capitula Cyrilli Alexandrini, & in Deum ipſum impiè egerunt: Nam qui introduxerunt hæretica capitula, & turbauerunt ſanctorum Patrum fidem, hanc ipſorum partem in ipſis commentarijs etiam illicitam depoſitionem fecerunt. Et credimus non viſum fuiſſe, incorrupto veſtro & recto iudicio iuſtam illorum ſtare condemnationem, quos condemnari manifeſtè oportet, vtpote conuictos hæreticos.

Certè quo iudice, quòd illi hæreſeos cōuicti ſunt Patres Concilij?

Quæ autem particulariter ſecutura ſunt ab illis contra Eccleſiaſticas conſtitutiones, & contra pientiſſima veſtra ſcripta, iam à multis didicit veſtra Maieſtas, ſi in nullo ab ipſis offendatur, veſtriſque edictis non obluctetur, & Eccleſiaſticam fidem prædicet: Nam etſi millies fugiens tumultus caueat, & ipſe priuatim agere malit; opus tamen, ne fides iacturam ferat, eò quòd illegitima iſta depoſitio ab his, qui hæretica capitula introducunt, facta ſit.

Scilicet Neſtorius Eccleſiaſticā fidem prædicat, & Impe. edictis paret.

Appendicis ſecundæ caput IX.

Epiſtola Theodoreti Epiſcopi Cyri è Chalcedone ad Alexandrum Hierapolitanum ſcripta.

ARGVMENTVM.

SCribit, nihil eorum ſe omiſiſſe apud Regem & Senatum, quæ adhiberi debebant, & poterant, vt hæreſis, quam Patres Concilij adulterare mentitur, abijceretur, & falſitas faceſſeret. Hactenus tamē rem conficere non potuiſſe: Tum oblatam cum Cyrillo, & Memnone cæteriſque pacis occaſionem fortiter reieciſſe. Addit Neſtorij cauſam ſe iuuare voluiſſe & etiamnum velle, ſed hominem vſque adeò exoſum eſſe, vt ne nominare quidem audeat. Indicat, ſe ad reditum anhelare, quòd magiſtratus & Principes ſint alieni; populares cateruatim ad ſe excurrere, ne Synaxes agant, inhibitum eſſe; contrà inhibitionem exceptum & impetratum, & ob id excurrentium greges quotidie creſcere.

En ſtudiū & diligentiam filiorum huius ſeculi in re praua.

NVLLVM humanitatis, nullum aſperitatis, nullū adhortationis, nullum declamationis genus omiſimus, quo apud pientiſſimū Regem & illuſtre conſiſtorium nō ſimus vſi, teſtificantes coram Deo, qui omnia videt, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt orbem in iuſtitia, & Spirituſancto, & electis eius Angelis, ne contemnatur fides, quæ ab his, qui hæretica dogmata ſuſcepêre, & his ſubſcribere auſi fuêre, adulteratur; & vt præcipiatur ſolùm exponendam, ſicut in Nicæa & abijciēdam ſuperinductam hęreſin, ad dānum & perniciem pietatis. Et vſq; in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus ſeſe ferētibus. Attamē nos nihil horum dehortari potuit, vt ab vrgendo propoſitum deſiſteremus, ſed perſecuti ſumus cauſam, Dei gratia: Cum iuramento enim pientiſſimo noſtro Regi ſuaſimus quòd impoſſibile ſit nobis Cyrillum & Memnonem conciliari, & quòd fieri nequeat, vt illis communicemus, qui non antea eiecerint hæretica capitula. Itaq; nos quidem hanc habemus mentem; ſtudium aūt eſt his, qui ſua ipſorum quærunt, non autem, quæ Ieſu Chriſti, vt reconcilientur eis, & præter menté noſtrā. At nō eſt nobis eius rei cura: Deus enim noſtrum propoſitum exigit, & virtutem explorat, neque ſupplicia irrogat propterea, quæ præter mentem fiunt.

Mira iſtorū hominum rabies contra Cyrilli capita.

Impoſſibile eſt ſanè vobis in veſtra pertinacia perſiſtētibus.

De amico autem ſciat tua ſanctitas, quòd ſi quādo eius faceremus mentionem, vel apud pientiſſimum Regem, vel apud illuſtre Conſiſtoriū, defectionis notabamur; tantæ ſunt eorum, quī intrò ſunt, erga illū inimicitiæ. Et hoc eſt moleſtiſſimum. Pientiſſimus Rex præ omnibus alijs auerſatur nomen, manifeſtè dicens: De

Quomodo illum vos amatis, & Patrem appellatis, quē totus mūdus execratur, niſi idem, quod ille, ſentiatis?

hoc

hoc mihi nullus loquatur: Specimen enim ſemel ipſe dedit. Attamen dum hic ſumus, non ceſſabimus omni virtute, & eius Patris curam gerere, ſcientes factam illi ab impijs iniuſtitiam. Nobis quoque ſtudium eſt, vt hic liberemur, & noſtra liberetur pietas: Nihil enim hinc boni ſperandum, eò quòd iudices ipſi omnes auro confidant, & contendant vnam eſſe naturam Deitatis, & humanitatis. Populus autem omnis, gratia Dei, bene habet, & iugiter ad nos egreditur. Incepimus autem ipſis etiam diſſerere, & celebrauimus communiones maximas, & quartò illis enarratum eſt precibus tuæ pietatis de fide; & tanta audierũt voluptate, vt vſque ad horam ſeptimam non diſcederent, ſed perdurauerint vſque ad æſtum Solis: In aula enim maxima, & quatuor habente porticus, multitudo congregata fuit, & nos ſupernè concionabamur e ſuggeſtu prope tectum.

Perſe inſtlius q̃ Patrē appellauerītis Patres Synodi, impios vocāt Schiſmaticī. Non vnam naturā, ſed vnam perſonam eſſe cō tendebant.

Eiuſmodi excurſus etiamnum fiunt, vbi primùm hæreſis proſeminari incipit.

Verùm Clerus omnis cum bonis Monachis, valde nobis erat inſenſus, ita vt fieret collapidatio, quando a Ruffinianis poſt aduentum pientiſſimi Imperatoris rediremus, & vulnerarentur multi ex Laicis, & falſis Monachis, qui nobiſcum erant. Nouerat autem Rex pientiſſimus, ꝙ multitudo cõgregaretur contra nos; & ſolis nobis occurrens, dicebat: Noui, quòd malè congregamini. Dicebam autem ei; Quia dediſti fiduciam loquendi, cum venia audi. Iuſtum eſt hæreticos quidē excommunicatos in Eccleſijs agere; nos verò, qui pro fide certamus, & propter hoc illos communionis exortes factos, non intrare in Eccleſiam; & ille reſpondit: Et ego quid faciam? Reſpondi igitur illi: Quod fecit magiſter tuus Comes largitionum in Epheſo; Ille enim, vt inuenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compeſcuit eos, dicens. Si non fueritis pacifici, non concedam vni parti congregari. Et oportebat etiã tuam pietatem præcipere hic Epiſcopo, ne permitteret, neque illis, neque nobis congregari, donec conueniamus, vt iuſta tua ſententia omnibus nota fiat. Ad hæc dicebat: Equidem Epiſcopo imperare non poſſum. Itaque reſpondi ego: Igitur neque nobis imperes, & accipimus Eccleſiam, & congregamur, & cognoſcet tua pietas, quòd multò plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis. Ad hæc diximus ei, quòd noſtra congregatio, neque lectionem ſacrarum Scripturarum habebat, neque oblationem; ſolas autem preces pro fide & veſtra Maieſtate, & de religione colloquia. Approbauit igitur, & vltro non prohibuit hoc fieri. Augentur igitur conuentus multitudinis ad nos venientis & cum voluptate doctrinas audientis. Oret igitur veſtra pietas, vt cauſa noſtra exitum habeat Deo placentem: Nos enim quotidie periclitamur, & inſidias Monachorum & clericorum ſuſpicantes, & potentiam, & incuriam videntes.

Imp. populi ad Schiſmaticos excurſum improbat.

Non fit veri ſimile, hæc inter Theodoretum & Imp. interceſſiſſe.

Iterum ineptè gloriantur de turba.

Appendicis ſecundæ, caput X.

EPISTOLA LEGATORVM Schiſmaticorum ad ſuos in Epheſo.

ARGVMENTVM.

INSECTANTVR Cyrillum eiuſdemq; capitula atrociſſimè: Appellant hæreſiarcham, impiæ hæreſeos inuentorem, impoſtorem. Minantur mortē ſe potiùs, ſubituros, q̃ in cõionem cum illo redeant. Neſtoriũ mirè extollunt; neq; tñ publicè nominare, nedum commendare audent. Cyrillianos fraude, largitionibus, alijsq; artib⁹ omnes ita deprauaſſe nugãtur, vt negotij conficiendi nullã ferè ſpem habeant. Quam ob rem miſſione petita & impetrata, omnes, ſolo Neſtorio excepto, qui ad ſuam Mandram abire iuſſus ſit, ad ſuas Eccleſias reuerti denuntiant.

QVINTO acceſſus nobis contingit; & quãtùs multũ de hæreticis capitulis diſceptauerimus, iurauerimusq; ſæpius pientiſſimo Regi, ꝙ impoſſibile ſit nobis cõicare his, qui diuerſa ſentiunt, ſi nondũ exploſerint capitula, & ꝙ Cyrillus etiam ſi reiecerit capitula, a nobis ſuſcipiendus non ſit, eò quod ipſe tam impię hæreſeos Hæreſiarches factus ſit; nihil tñ profecimus, eò ꝙ & aduerſarij inſtarẽt, & auditores hos tã impudenter obluctantes, nõ cõpeſcerent; nec cogerẽt eos, vt ad inquiſitionem & colloquium venirent: Hac enim via effugiunt, ne capitula examinentur, & de his diſputari prorſus non ſinunt.

Grauis D. Cyrilli calumnia.

Nos aũt ꝓpter veſtras preces vſq; ad mortem inſtare parati ſumus; & neq; Cyrillum ſuſcipere, neq; capitula ab eo expoſita, neq; illis cõicare, priuſq̃ explodantur, quæ malè fidei adiecta ſunt. Obſecramus igitur & veſtrã ſanctitatem, vt ſapiatis eadẽ, quæ nos, eundemq; laborem oſtendatis: Certamẽ enim nobis ꝓ religione eſt, quam ſolam habemus ſpem, & propter quam expectamus fruituros nos benignitate Saluatoris noſtri in futuro ſeculo. De pientiſſimo & ſanctiſſimo Epõ Neſtorio ſciat veſtra pietas, ꝙ ſtuduerimus quidem ſermonem de illo inſerere: Sed nunc non potuimus, eò ꝙ oẽs vel ad ipſum nomen hoſtiliter afficiuntur. Nihilominùs curæ nobis erit, tametſi res ſic habeãt, per opportunitatem tpis, ac auditorũ beneuolẽtiã, etiã hoc facere, ſi quidẽ noſtro propoſito Deus cooperatus fuerit.

Laus impia impij hæretici.

In quibus hi ſtudium deſerũt impio condemnatoq; Neſtorio.

Porrò vt veſtra ſanctitas etiã hoc nõ ignoret, ſcitote, ꝙ videntes Cyrilliano tyrãnide & fraudibus, & adulatione, & donis, omnes (ut ita dicam) decepiſſe, nõ rarò pientiſſimũ Regem & magnificẽtiſſimos Principes obſecrauimus, vt & nos ad Oriẽtẽ dimitteremur, & veſtra pietas ad propria remigraret: Cognoſcimus.n. ꝙ in vanum moras nectimus, & inſtituta non perficimus, eò ꝙ Cyrillus vbiq; fugit colloquiũ noſtrũ, cõſci⁹ ſibi blaſphemias, quas in duodecim capitulis ſuis edidit, manifeſtè redarguendas. Placuit aũt piẽtiſſimo Regi, poſt multas adhortationes, vt ſinguli ad ꝓpria redeamus; ad hoc, vt Ægyptius, & Memnon Epheſius in ſuis locis maneant: Sic enim poterit Ægyptius oẽs excecare muneribus ſuis,

Schiſmatici cauſæ ſuæ diffidentes, quã antea ſe obtinuiſſe glorabãtur, reditũ vrgent.

D. Cyrillũ cõtemptim vocãt Aegyptium.

ſpis, ſic, vt ille quidem, cùm innumera fecerit mala, ad thronū ſuū redeat; iſte vir innocens vix ad ſuam manſionē dimittatur. Omnē, quæ vobiſcū eſt fraternitatem, & nos, & qui nobiſcum ſunt, plurimum ſalutamus. Ioannes Epiſcopus Antiochiæ Oriētis valere vos in Chriſto precor Domini piētiſsimi, & ſanctiſsimi. Subſcripſerunt autem ſimiliter & alii.

Neſtorium virum innocentem vocant.

Appendicis II. caput XI. & poſtremum.

Relatio Epiſcoporum Orientalium ad Callimorem Perſidis Regem.

ARGVMENTVM.

ITerum atque iterum proſcindunt hic rurſus Cyrillum: Apellant Eccleſiarum peſtem, legis. Regiſque contemptorem, fidei euerſorem, perfidiæ aſſertorem; Quem proinde vna cum Memnone temeritatis eiuſdem ſocio exauctorare coacti ſint. Petunt, Concilium in alium locum transferri, quòd Epheſi propter Memnonis, & Cyrilli tyrannidem, tutò ibi manere non queant Agnoſcunt ſuorum paucitatem; ſed interim gloriantur de eorundem pietate, & ſanctimonia: Denique in omnibus, & per omnia Schiſmaticos ineptoſque ſeſe declarant. Cæterùm per Callimorem Perſarum Regem Theodoſium deſignat Appellant autem eum ob id hoc nomine, quòd Perſas debellaſſet, religionemque per Tyrannidem ibidem extinctam, reſtituiſſet.

PIETAS veſtra, quę benefaciendo orbi, & Eccleſiis Dei clareſcit, iuſsit nos in Epheſo cōgregari; ita vt inde lucrum, & pax Eccleſię accreſceret, non vt omnia cōfuſione, & deordinatione implerentur: Et hæc veſtræ Maieſtatis edicta, apertè & manifeſtè piam veſtram & pacificam pro Eccleſiis Dei indicabant mentem. Atqui Cyrillus Alexandrinus, ad pniciē Eccleſiarū (vt videtur) & natus, & educatus, aſſumpta cooperatrice Mēnonis Epheſiorum audacia, primū quidē placidū & piū veſtrum edictū tranſgreſſus eſt, per oīa ſe illi nō ſubditum declarās: Nam cùm veſtra Maieſtas præceperit de fide diligens examē, & inquiſitionē, eamq; haberi cū concordia, & pace oīum, Cyrillus, de Apollinarij dogmatis accuſatus, imò ipſe ſeipſum redarguēs anathematiſmis, quos pridē in Regiam vrbē cū propria ſubſcriptione miſit, in quibus deprehenditur ſapere cū impio, & hæretico Apollinario; poſthabitis his omnibus, quaſi tempora hęc Rege deſtituta eſſent, ſuæ indulſit licentiæ: Et cùm oportebat rationē reddere dictorum, quibus gloria Domini noſtri Ieſu Chriſti contaminabatur, aſſumpta ſibi autoritate propria, neq; à Canonibus, neque veſtris edictis ſibi cōceſſa, contendit ad omne deordinationis, & iniquitatis genus.

Hinc clarè colligitur, Callimoris Regis nomine Theodoſium deſignari: Siquidē Perſarum Rex Paganus ĝ id tempus erat.

Inde gna in Cyrillum calumnia.

Adhæc mota Sancta Synodus, quæ nō approbauit peſtiferas fidei eius adinuentiones, ipſum quidem deponit propter prædicta omnia: Memnonem verò, vt cooperarium eius, & commilitonem in omnibus factū, qui innumeras turbas contra ſanctiſſimos Epiſcopos, qui non aſſentiebantur hæreticæ illi prauæ opinioni, excitauit, & Eccleſias, & omnia templa concluſit, quaſi adeſſent pagani, & hoſtes Dei, qui & vulgus Epheſiorū introduxit, adeò vt nobis quotidie de ſumma periclitandū ſit. Spectat autē ſancta Synodus nō vindictam, ſed recta pietatis dogmata: Hæc enim creuiſſe, nihil aliud eſt, q̄ rectam fidem ſtatuere.

Conciliabulum ſuū falsò vocāt ſanctam Synodum.

Oratio hæc eſt mutila: Deſideraſ enim exauctorauit, vel excommunicauit vel aliud eiuſmodi.

Poterit autē Maieſtas veſtra, vel ex ipſis illius capitulis eius ſententiā agnoſcere: Sūmū enim hęreticorū impiū Apollinariū, quaſi ex inferno excitare, & cōtra Eccleſiā & rectā fidem militare cōprobatur, & anathematizare, ſi verba eius exponantur, Euāgeliſtas ſimul & Apoſtolos, & poſt illos Eccleſiæ progenitores, qui à Spiritusſancto, nō à ſuis cogitationibus impulſi, piā fidē prædicauerūt, & Euangeliū annuntiauerunt. Cōtraria iſtis ille & ſapit, & loquitur; præcipiendoq; vult vbiuis terratū ſuā impietatē valere: Id inſtantes, vt par erat, non ferebamus, Diuina gratia veſtræq; pietatis mente fiſi: Scimus enim, q ſanæ fidei nihil præferatis, in qua ſimul educati vos, & beatiſſimi veſtri progenitores, ſine extraneo ſucceſſore regni ſceptra ſuſcepiſtis: Semp eos, qui Apoſtolicis doctrinis aduerſarii erant, deprimentes, è quibus eſt Cyrillus prædictus, qui quaſi in tyrannicam arcem veniens Epheſum cum Memnone cooperario, iuſtè cum eo depoſitionem pertulit.

Impudens in Catholicum virū mendaciū.

Nā prędicti oēs inſidias, & oēm temeritatē attētārūt cōtra nos, qui cōuenieramus relictis vrbibus & patriis, & et nobis ipſis, vt edictum veſtrū tam eſſet; & ſumus nūc tyrānidi expoſita præda, niſi adiuuet veſtra pietas, alio loco propriore vt cōueniamus, edicēs, vbi poterimus ex Scripturis & cōſcriptis Patrum libris redarguere manifeſtè Cyrillū, & eos, q ab illo ſunt iducti, quos parcēdo excōicationi ſubijcimus, ſpē ſalutis, ſi reſipiſcant, ſubindicātes: Qui quaſi in barbarico exercitu materias deordinationis vſq; in præſentē horā ſuppeditārunt: Alii autē quidem iam multo tpe depoſiti, & ab illo ſuſcepti: Alii verò excommunicati à ſuis Metropolitanis & ab ipſo in communicationem recepti: Alii variis criminibus impliciti, ab ipſo honores conſecuti ſunt; & hæc faciebat, tentans per multitudinem ſenſum hæreticum ſtabilire; non expēdens, quòd in religione non numerus, ſed dogmatum rectitudo, & Apoſtolicarum doctrinarum veritas quæritur; & viri, qui illa piè & Apoſtolicis demonſtrationibus & teſtimoniis conſtituere ſciant, non ex audacia & poteſtate tyrannica. Proinde obſecramus & oramus, vt veſtra Maieſtas quam primùm religioni, quæ impugnatur, ſubſidium ferat, & celerem correctionem imponat illorum inſaniæ & tyrannidi, quæ quaſi turbo ad hæreticam perfidiam audaciores corripit: Iuſtum enim eſt, vt veſtra pietas Perſidis, & earum, quæ inter Barbaros ſunt, Eccleſiarum curam gerens, Eccleſias etiam, quæ ſub Romanorum principatu turbantur, non deſpiciat.

Petunt Cōcilium in alium locū transferri.

Paulò antè in numero vim faciebant, iam paucitatē iactant.

Et hinc cōſtat, quis ſit ille Rex Callimores.

TOMI TERTII, MAGNI CONCILII EPHESINI FINIS.

ACTORVM CONCILII EPHESINI.

Tomus Quartus.

In hoc ſegmentum ea certo quodam ordine reiecta ſunt, quæ Oecumenici Concilij Patres aduerſus Antiochenum Conciliabulum ſcripſerunt, inſtituerunt, & decreuerunt. Cognoſcere hinc licebit, quantum ſit Satanæ eiuſdemq́ miniſtrorum ſtudium, vt Eccleſiæ regno quaſſato euerſoq́, ſuum ſtabiliant: Mox quicquid flagitioru̅ Schiſmatici Co̅cilij Proceribus impoſuerant, hoc totu̅ integre penes ipſos reſediſſe, veriſsimeq́ de eiſdem affirmari potuiſſe. Poſtremò hæreticos eorundemq́ conſobrinos Schiſmaticos in ſycophantiarum impoſturarumq́ ſtructura nunquam non ſui ſimiles eſſe. Conſtat ætatis huius Sectarios iiſdem illis artibus, commentis & ſtrophis in omnibus Colloquijs & Concilijs vti & niti, ſemperq́ hucuſque vſos nixosq́ eſſe, quibus Schiſmatici; de quibus eſt ſermo in Synodo Epheſina.

PRIMA TOMI HVIVS ACTIO, In qua Orientalibus anathema decernitur.

Rerum Epheſi aduerſus Orientalium Conciliabulum geſtarum, caput primum.

ARGVMENTVM HVIC ET PROXIMO capiti quaſi commune.

QVINTO tandẽ poſt Neſtorium depoſitum die aduenit Ioannes Patriarcha Antiochenus cum reliquis Orientalibus Epiſcopis. Capta autem occaſione, quòd ſe abſente Synodus Neſtorium exauctoraſſet, ſuſimulataque capitum ſeu Anathematiſmorum Cyrilli doctrina tanquam minùs Catholica Cyrillum & Memnonem veluti hæreticos, natoq; ſeditionis & coactæ aduerſus Neſtorium Synodi auctores, non ſolùm grauiter vbique proſcindunt, literasque criminatione plenas ad Impp. de ambobus mittunt; ſed exauctorationis quoque ſententiam in vtrunque ferunt. Cùm verò Cyrillus & Memnon plurimum iſtuc cùm ſibi ipſis, tum Eccleſiæ quoque obeſſe poſſe animaduerterent; libellũ contra Ioãnem Antiochenum, eiuſdemq; ſocios Synodo offerunt; illos que, vt temeritatis ſuæ rationem reddant, ad Concilium prouocant. Actionis autem huius initium ſic habet.

POST conſulatum Dominorum noſtrorũ ſemper Auguſtorum: Flauij quidem Theodoſij decimom tertium; Flauii aotem Valentiniani tertium, 17. Calend. Auguſti Synodo iuxta piiſſimorum Chriſtianiſſimorumque Impp. noſtrorum decretum in Epheſiorum Metropoli congregata, conſidentibusque in ſanctiſſima Dei Eccleſia, quæ vulgò appellatur Maria, piiſſimis Deoque dilectiſſimis Epiſcopis, Cyrillo Alexandrino, qui & Cæleſtini quoque ſanctiſſimi ſacratiſſimique Eccleſiæ Romanæ Archiepiſcopi locum obtinebat; Arcadio Epiſcopo, Romanæque ſedis Legato; Proiecto & ipſo quoque Eccleſiæ Romanæ Epiſcopo; Philippo Presbytero, eiuſdemque ſedis Legato; Iuuenale Hieroſolymorũ, Memnone Epheſiorum, Flauiano Philippenſium, qui & Rufi quoque piiſſimi Theſſalonicenſium Epiſcopi perſonam ſuſtinebat, cæteriſque ſuo ordine ſuprà iam recenſitis, Heſychius Diaconus dixit: Cyrillus ſanctiſſimus perque omnia ſacratiſſimus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, & ſanctiſſimus Deoque chariſſimus Memnon Epheſiorum Epiſcopus ſanctiſſimæ Oecumenicæque Synodo, quæ iuxta piiſſimorum Chriſtianiſſimorumque Imperatorum noſtrorum edictum in Epheſiorum Metropoli conuenit, libellum obtulerunt. Hunc, quoniam in promptu eſt, ſi veſtra ſanctitudo iuſſerit, coràm hic recitabimus. Iuuenalis Hieroſolymorũ Epiſcopus dixit: Libellus à ſanctiſſimis ſacratiſſimiſque Epiſcopis Cyrillo Alexandrino & Memnone Epheſino oblatus, recitetur, & inter acta Concilij referatur.

Per Heſychium Diaconum nomine Cyrilli & Memnonis libellus offert Synodo contra Orientales.

Heſychius Diaconus legit.

Tomi quarti, caput II.

LIBELLVS PER CYRILLVM Alexandrinum, & Memnonem Epheſiorum Epiſcopum ſacræ Synodo oblatus & inter Synodi acta relatus.

ARGVMENTVM.

EXPONITVR libello hoc, Ioannem Anthiochenum ex legitima blaſphemi coniuratique hoſtis Chriſti Neſtorij exauctoratione auſum cepiſſe, vt illegitimam, temerariam, & iure ipſo nullam planeque inanem depoſitionis ſententiam in Cyrillum, & Memnonem ferret. Rogatur proinde ſacra Synodus, & per ſacram Triada adiuratur, vt prædictum Ioannẽ ſecundùm iurium præſcriptum citet, coramque temeritatis ſuæ rationem reddere compellat.

EXEMPLAR LIBELLI.

Sacræ Synodo gratia Dei, pientiſſimorumq́; & Chriſtianiſſimorum Regum noſtrorum decreto, in hac Epheſiorum Metropoli coacta, Cyrillus Alexandrinorum, & Memnon Epheſiorum Epiſcopi.

Duplex coactæ Synodi Epheſinæ cauſa.

PIVM Imp. noſtrorum decretũ, & nos & veſtram quoque ſanctitudinem in hanc Epheſiorum Metropolim ea de cauſa conuenire iuſsit, quò & rectam Apoſtolicæ fidei finitionem communi omnium ſententia ſtatuamus, & hæreſin à Neſtorio recèns inuectã diſcutiamus. Veſtra autem ſacra Synodus rectè canonicèque omnia inſtituens, in ſanctã huius Metropolis Eccleſiam conuenit; prædictumq́ue Neſtorium, vt veſtro cõſeſſui ſe adiungeret, eorumq́ue, quæ in exegeſibus ſuis blaſphemè protulerat, impieque, ac ſacrilegè contra Chriſtum omnium noſtrûm Saluatorem epiſtolis ſuis inſeruerat, rationem redderet, admonuit. Quoniam verò tertiò vocatus mala præpeditus conſcientia ſiſtere ſe recuſauit, omnibus, quæ ad illius cauſam pertinebant, diligenter diſcuſſis, & examinatis, certoque cõperto, quòd hæreticus, & blaſphemus eſſet, Eccleſiaſticas ſequuta ſanctiones exauctorationis ſententiam in ipſum tulit, & promulgauit.

Neſtorius tertiò citatus Synodo ſe ſiſtere nõ audet.

Exauctorationis ſñia in Neſtoriũ hæreticum & blaſphemum à Synodo lata.

His porrò ad eum modum tranſactis, & in piiſſimorum inuictiſſimorumq́ue Impp. noſtrorum notitiam deductis; vix tandem, qñ nimirum ipſi placuit, Ioannes Epiſcopus Antiochenus Epheſum venit, nonnulloſq́ue, qui cum Neſtorio (vt intelleximus) ſentiunt, ſecum adduxit. (Sunt enim alij ex illis iã olim gradu ſuo moti; alij verò ſolo nomine Epiſcopi, qui pro tempore nullas ciuitates, aut diœceſes obtinentes.) Ægrè autem ferens Chriſtum glorificatum, eumq́ue, qui blaſphemus in illum extiterit, iuſta exauctorationis ſententia percuſſum neſcimus quomodo (ſi tamen, quæ vulgò feruntur, certa veritate nituntur) omni Eccleſiaſtica auctoritate proculcata, omniq́ue Eccleſiarum ordine, & ritu, & conſuetudine contempta, impiam illegitimamq́ue chartam concinnauit; ratusq́ue depoſitionis iaculo perſtringi nos poſſe, intoleranda contumelia nos affecit.

Cuiuſmodi Epiſcopi Ioã. Antiocheno adhæſerint.

Malè habet Ioann. Anti. Chriſtum glorificatum.

Ioan. Ant. publico ſcripto Cyrillum atroci contumelia afficit.

Quæ ſanè hominis temeritas eò maior cẽſenda eſt meritò, quò ſacra noſtra Synodus Epiſcopos ſupra ducentos habuit; qui omnes vnanimi cõſenſione Neſtorium depoſuerũt; ille verò triginta tantùm numero, eoſque vel hæreticos, vel certè de hæreſi ſuſpectos, & hinc inde corraſos: Quoq; nullam omnino, vel per leges Eccleſiaſticas, vel per Auguſtorum decretum poteſtatem obtinuit, qua fultus quempiam ex nobis iudicare, vel ſimile quippiam tentare poſſet; præſertim verò contra maiorem ſedem. Quòd ſi integrum illi eſſet, in quempiam noſtrûm iudiciũ exercere; tamen Canones Eccleſiaſticos ſecutus, debuit nos, quos inſigni contumelia affecit, cõmonefacere; nec non vnà cum vniuerſa reliqua Synodo ad reddendam rationem euocare. Nunc verò nihil horum curans, neq; timorem Dei præ oculis habens, ea ipſa, hora, qua in Epheſiorum ciuitatem ingreſſus eſt, idq́ue occultè, nulloque noſtrûm, quid moliretur, intelligẽte, in Eccleſiaſticas ſanctiones, vel in ſuum potiùs ipſius caput inſaniens, eos depoſitionis ignominia afficere conatus eſt, qui in hodiernum vſque diem prorſus ignorârant, qualemnam, vt id faceret, cauſam habuerit.

Ioan. Ant. adhæſerũt triginta Epi omnes de fide vel moribus ſuſpecti.

Sed minor maiorem iudicare non poteſt; Alexandrina autem maior eſt Antiochena.

Nemo indicta cauſa condemnari debet.

Ioan. Anti. Epheſiorũ ciuitatem occultè ingreditur. Idem ipſo ingreſſus ſui articulo, Cyrillũ exauctorat.

Quia ergo indignum eſt, quempiam Eccleſiaſticas leges ita proterere, auſuque temerario contra maiores ſeſe efferre; & ea clanculũ in eiuſmodi deſignare, quæ in aliquem vel poſtremum in Eccleſia gradum ſortitum, ſuúmue mancipium prudens committere non auderet: Et quia tandem hic pręſens cum ijs agit, qui vnà cum ipſo iſtud facinus commiſerunt; non potuimus pietati veſtræ codicillos hoſce non offerre; quam quoque obnixè rogamus, atque adeò per ſanctam homouſiamq́ue Triada obteſtamur, vt ipſum Ioannem, cæteroſq́ue factionis illius ſocios ſimul accerſat; quò in ſancta hac veſtra Synodo pręſentes, temeritatis ſuę rationem reddant: Nos enim parati ſumus euidenter oſtendere, quòd impiè, & illegitimè hanc nobis contumeliam inferre moliti ſunt.

Ioan. Ant. ea in Cyrillũ deſignat quæ iure in ſuum mancipiũ facere non poterat.

Tomi quarti, caput III.

ARGVMENTVM.

TRES à ſacro Concilio ad Ioannem Antiochenum, cæteroſq́ue cõſpirationis illius ſocios deſtinantur Epiſcopi; qui illos, vt ſacræ Synodo quamprimùm ſeſe ſiſtant, commonefaciant; & eorum, quæ in Cyrillum, & Memnonem, reliquoſq́ue Concilij Patres iniuſtè commiſerant, rationem exponant. Abeũt, re infecta redeunt, quòd inſolens miles mercede conductus, nullum ad Ioãnis diuerſorium aditũ pręberet

Cyrillus ergo Ioannem ſceleris conſcientia præpeditum Concilij iudicium detrectare intelligens, ſuam quidem & Memnonis innocentiam declarari, Ioannis verò temeritatem condemnari poſtulat.

Cyrillus & Memnon omni improbitatis ſuſpicione immunes.

ACACIVS Melitenæ Epiſcopus dixit: Superuacanea de accuſatis eſt ſuſpicio. Quòd ſi maximè vera ea eſſet; adhuc tamen accuſatio Cyrillo Alexādrino, & Memnoni Epheſino ſanctiſſimis pientiſsimisque Epiſcopis intentata, nullam vim haberet: Fieri enim non poteſt, vt ij, qui à ſacra hac Synodo deſciuerunt, & cum Neſtorij ſectatoribus ſocietatem inierunt, talique ac tanto crimine obſtricti tenentur, quicquam omnino contra Oecumenicæ huius Synodi Præſides afferre queāt; potiſsimùm verò cùm omni prorſus poteſtate careant. Quoniam verò ſanctitas veſtra iudicat, illos ea de cauſa iudicio noſtro ſiſti oportere, Ioannes Antiochenus rebellionis huius Anteſignanus per Paulum, & Petrum, & Archelaum Epiſcopos piiſsimos legitimè admonitus citatusque, cur criminosè egerit, tāntamque rem temere præſumpſerit, coràm hic reſpondeat.

Hæretici & Schiſmatici nihil iuris habent in Orthodoxos.

Ioan. Ant. Schiſmaticorum Anteſignanus.

Cùm itaque Archelaus Myndenſium Cariæ prouinciæ Epiſcopus, & Paulus Lampæ ciuitatis Cretę Epiſcopus, & Petrus Parembolorum Paleſtinę Epiſcopus ad Ioannem abiiſſent, & ad Synodum denuo reuerſi eſſent; Firmus Cæſareæ Epiſcopus dixit: Doceant Deo dilectiſsimi Epiſcopi, qui, vt legatione apud religioſiſsimum Epiſcopum Ioannem fungerentur, deputati fuerant, ecquodnam reſponſum ab illo tulerint.

Archelaus, Paulus, & Petrus Epi. ad Ioā. Ant. deſtinati legati.

Paulus ciuitatis Lampæ Epiſcopus dixit: Miſsi à ſacra veſtra Synodo ad Ioannem piiſſimum Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopum; ædibusque, in quibus diuerſabatur, appropinquantes, non paruam mox militum & aliorū quorundam arma gladiosque inferentium multitudinem offendimus; qui, ne ad ianuam propiùs accederemus, impedimento nobis erant. Ægre tandem intra veſtibulum admiſſi multis inſtitimus ſermonibus, dicentes: Pacifici ſumus, mali nihil molimur, tres tantùm miſsi adſumus, admittite nos, Synodus legitimi negotij cauſa huc nos deſtinauit, verba pacifica ad Ioannem Epiſcopum piiſsimum deferimus &c. ſed omnia hæc fruſtra: Nam cùm magna vndique turba circumfunderemur, ſubodoratus, vt veriſimile eſt, Ioannes, qua de cauſa veniſſemus, aditum ad ſe denegauit. Præterea multa paſsim à multis dictabantur; in quibus nonnulla quoque contra ſacram hanc Synodum & Orthodoxam fidem blaſphema continebantur; quæ tamen ob tumultuationem ibidem excitatam exactè obſeruare nequiuimus.

Ioan. Ant. Synodi legatos non admittit.

Idem militibus ædes ſuas contra Synodum munit.

Schiſmatici veritate deſtituti, armis pugnant.

Miniſtri Ioā. multa blaſphema in Synodū & fidem Orthodoxā iactant.

Archelaus Myndenſium Epiſcopus dixit: In magnam tempeſtatem, nec in parua quoque pericula, piiſsimi Epiſcopi Ioannis domicilio propiùs accedentes, nos penè coniecimus: Comperimus ibi enim militum alios ferrum ſtringentes, quoſdam fuſtibus incurſantes, nonnullos quoque extrema nobis interminantes; non exiguam ad hæc aliorum hominum multitudinem vndiq; nos circumcurſitantem. Cùm autem permultos ex illis rogitaſſemus, vt eum de noſtro aduentu certiorem facerent, neſcio quam ob cauſam, nemo nos admiſit.

Mirabilis hominum fex ante Ioan. Ant. ædes collocata.

Petrus Parembolorum ciuitatis Epiſcopus dixit: Et ego quoque cùm vnà cum piiſsimis Epiſcopus ad religioſiſsimi Epiſcopi Ioannis diuerſorium veniſſem, milites comperi arma inferentes, gladios euaginantes, & vndequaque nos circumuallantes: Alios quoque promiſcui generis non paucos cum illis, qui & turbam ciebant, & ſuis nos comminationibus territabant, & voces preterea blaſphemas cùm in orthodoxam fidem, tum in ſacram quoque Deoque dilectam Synodum veſtram detorquebant. Cùm autem obnixè rogaremus, vt ea de cauſa nos à ſacra Synodo veniſſe ſignificarent, quò eius nomine nonnulla piiſsimo Epiſcopo Ioanni referremus, repulſam paſsi ſumus: Subolfecerat enim (vt putamus) idem reuerendiſsimus Ioannes, quorſum miſsi eſſemus: Aderant namque nonnulli ex Clericis illius, quibus à ſacra Synodo nullos nos eſſe indicauimus. Atque ita nemo nos intromiſit.

Inſignis petulantia & impietas militum ac ſatellitū Ioannis.

Cyrillus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus dixit: Sacra veſtra Synodus, & me, & reuerendiſsimum Deoq; dilectiſsimum Epheſiorum Epiſcopum Memnonem adeſſe hic cernit, pura conſcientia fretos, noſtramque exiſtimationem coràm defendere paratos. At verò Neſtorio hæretico, Ioannique Antiocheno Neſtoriani dogmatis patrono vnum hoc, vt videtis, commune eſt ſtudium; vt & contra Eccleſiaſticas leges inſaniant, & ad rationem de admiſſis reddendam vocati, domos, in quibus agūt, armis militibusque obſtruant, inacceſſasque illis efficiant, qui ad expurgationem eorum, quibus obſtricti tenentur, legitimè illos inuitant. Qua igitur religioſiſsimus Epiſcopus Ioannes peccatum ſuum formidans, plurimas dilationis cauſas venatur (quemadmodum non ex ijs modò id planum eſt, quæ piiſsimi Epiſcopi retulerunt, verùm ex eo quoque, quòd illis, qui à Concilio mittuntur, domicilium ſuum occludit) perſpicuum fit, propria conuictum temeritate, ſuo ſeſe iudicio condemnare, propriamque cauſam ſuſpectam habere; ideoque ſacræ huic magnæque Synodo ſeſe ſiſtere non audere. Veſtra proinde ſanctitas, quæ vanis rumoribus aures non accommodat, ſed ipſius rei naturam diligenter obſeruat, dignetur ea, quæ impiè temereque ille nobis intentauit, legitima ſententia irrita declarare, & quod æquum eſt in eum, qui talem nobis ignominiam auſus eſt inferre, decernere.

Idem ſtudium Neſtorio & Ioan. Antiocheno.

Ioan ſceleris conſciētia impeditus Synodo ſe ſiſtere non audet.

Petitur condemnationis ſententia contra Ioan. Ant.

Tomi quarti, caput IIII.

ARGVMENTVM.

DESIGNANTVR tres alij Epiſcopi, qui Ioannem Antiochenum accedant, eundemque, vt quamprimùm Synodo præſtò ſit, admoneant: Verùm tantum effectum eſt ſecunda hac citatione, quantū prima: Siquidem de illorum aduentu certior factus, non ſine aperto contemptu per Clericos ſuos hæc illis renuntiari iubet: Nos homines exauctoratos, & à nobis excommunicatos ne noſtro quidem reſponſo dignos cenſemus.

IVVENALIS Hieroſolymorum Epiſcopus dixit: Oportebat quidem Ioannem religioſiſſimum Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopum hac ſancta & magna & Oecumenica Synodo conſiderata, recta mox citra vllam dilationem ad eorum, quæ illi obiiciuntur, purgationem accurrere, Apoſtolicæq; ſedis magnæ ciuitatis Romæ auctoritati nobis aſſiſtenti, & Apoſtolico ſanctæ Dei Eccleſiæ Hieroſolymã Antiſtiti honorem & obedientiam deferre; præſertim cùm Apoſtolica ordinatione, antiquaque traditione in conſuetudinem abierit, vt ſedes Antiochena perpetuò per Romanam dirigatur ac iudicetur: Sed quoniam ſolito ſupercilio vſus, domicilium ſuum armato milite, alijſque proſanis hominibus (quemadmodum pijſſimi Epi à ſacra Synodo ad illum miſſi retulerunt,) vndiq; circumuallauit; agendum ſacros Canones, Eccleſiaſticumq; ordinem ſequuti, denuo illũ ſubmoueamus. Quare alij Epiſcopi pijſſimi illô tranſeant, ipſumque eadem, qua priùs, moderatione & lenitate, vt ad ſacram hanc Synodum accedat, coramque de ſibi obiectis rationem reddat, commonefaciant.

Apoſtolica ordinatione, & antiqua traditione, ſedes Romana præeſt Antiochenæ.

Citatur denuo Io. Antio. p alios Epiſcopos.

Poſteaquàm ergo Timotheus Termeſi Eudociadiſque Epiſcopus, & Euſtachius Docimij Epiſcopus, & Eudoxius Chomatis Lyciæ Epiſcopus eò abijſſent; indeque rurſum ad Synodum reuertiſſent, Eudoxius dixit: Cùm iuxta pietatis veſtræ iuſſum ad Ioannis reuerendiſſimi Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopi domum veniſſemus, offendimus ibi milites euaginatis gladijs inſtructos, & quoſdam quoque Clericos, quos eiuſmodi orone affati ſumus: Quandoquidem ea de cauſa à Sacra Synodo hũc amandati ſumus, vt ad reuerendiſſimum Ioannem Epiſcopum mandata quædam deferamus, rogatos vos cupimus, vt de aduentu noſtro illum certiorem faciatis. Illi, quò hæc indicarent, ingreſſi, eiuſmodi ad nos reſponſum attulerunt: Epiſcopus Ioanoes ait: Nos homines per nos gradu motos, & excommunicationis vinculo innodatos reſponſo non dignamur. Sciſcitantibus porrò nobis, à quo exauctorati & excõmunicati ſumus? reſponderunt: A Ioãne Epiſcopo Antiocheno. Cùm verò iterum vellemus mittere, quò exactius aliquantò de illius ſenſu nobis conſtaret, dixerunt: Vel publicis Notarijs præſentibus iſthæc, nempe quòd exauctorati, & excommunicati eſtis, dicere non recuſamus.

Timothe⁹, Euſtachi⁹, & Eudoxi⁹ ad Ioan. Antio. Legati.

Io. Antio. Synodum à ſe excommunicatã, cui reſpondeat, indignam pronuntiat.

Timotheus Termeſi & Eudociadis Epiſcopus dixit: Sicut pietas veſtra mandarat, ad religioſiſſimi Epiſcopi Ioannis domum nos cõtulimus. Cumque Clericos quoſdam præ foribus ibidem conſiſtentes compeririſſemus, aduentus noſtri cauſa indicata, vt nos intromitterent, coramque, quæ in mandatis habebamus, exponere ſinerent, rogauimus. Ingreſſi Ioannis nomine taliſmodi reſpoſum ad nos detulerunt: Nos, inquit, Ioannes, hominibus depoſitis & excommunicatis reſponſum non damus. Proinde ne in poſterum ſe fatigent, crebra citatione nos interpellantes.

Io. Antio. à Synodi Patribus non vult interpellari.

Euſtachius Docimij Epiſcopus dixit: Pro ſanctitudinis veſtræ iuſſione ad ędes, in qbus religioſiſſimus Epiſcopus Ioannes Antiochenus agebat, deuenimus; Clericiſque, quos ibidem comperimus, oportere nos eundem religioſiſſimum Ioannem conuenire, eaque, quæ à ſacra Synodo acceperamus, illi exponere, indicauimus: Atque hoc ipſum vt illi renuntiaretur, etiam atque etiam rogauimus. Cùm aũt ad illum introijſſent, rurſumque ad nos egreſſi eſſent, ex Ioannis ſententia hæc nobis edixerunt: Quando illi à nobis ſunt depoſiti, excommunicationiſque telo percuſſi, fruſtra laborant, ſubinde nos vocantes. Cæterùm quum eorum nomina, qui internuntij extitetant, dignoſcere vellemus, noluerunt indicare, neque qui eſſent, ſignificare. Vnum hoc ſolum aiebant: Clerici ſumus; tabellarij non ſumus.

Non idem tabellari⁹, & Cleric⁹.

Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ dixit: Dominus noſter Ieſus Criſtus, qui & nunc quoq; ſacræ Synodo prę̃ſtò eſt, malorum naturam iudicio haudquaquã obſcuro nobis prodidit: Ait enim: *Omnis qui malè egit, odit lucem; & non venit ad lucem, vt non agantur opera eius.* Eiuſmodi quippiam Ioannem pientiſſimum Antiochiæ Epiſcopum nunc perpeſſum eſſe, veſtra prudentia & ſanctimonia intelligit clarè: Nam ſi conſcientia teſte aliquid Canonicum, Deoque gratum in nos molitum ſeſe eſſe verè agnoſcit, qui fit, vt non alacriter ad hanc ſacram & Oecumenicam Synodum adcurrat; ſuaque in nos molimina (ſi quidem Eccleſiaſticis ſanctionibus conſentanea ſunt) veſtro quoque calculo probari & confirmari curet? Verùm quòd ſacram & magnam hanc Synodum improbitatem odiſſe, impiaque & iniuſta contumelia ſe nos affeciſſe haud ignoret, huc venire detrectat; veritus nimirum, ne promeritam pœnam, iuſtamque veſtram indignationem experiri neceſſe habeat. Quàm ob rem rogamus, vt ſacra hæc Synodus declaret, ea nullius momenti in poſterum eſſe cenſenda, quæ ille in nos temere machinatus eſt; ipſum verò denuo citatum propter ea, quæ impiè patrauit, legitimę iuſtiſſimæque

Ioan. 3. Qui male egit, odit lucem.

Ioan. ad Synodi cõſpectum venire detrectat.

Petitur condemnatoria ſententia contra Ioan. Antiochenũ.

ſtiſſimæque veſtræ ſacrorumque Canonum ſententiæ quamprimùm ſubijciat.

Memnon Epheſiorum Epiſcopus dixit: Iniqua Ioãnis Antiocheni, paucorumq; aliorum cum eo conſpirantium ſententia (quo pacto nimirum nouis rebus ſtuduerit, Eccleſiaſticarumque Sanctionum ordinem turbarit) veſtræ ſanctitudini manifeſta euaſit. Vndè cùm ea, quę is aduersùm nos machinatus eſt, libello veſtræ ſanctimoniæ oblato, aperuiſſemus, iuſtè permoti illum, vt quæ præter leges Eccleſiaſticas, imò verò contra omnem ordinem Eccleſiaſticum deliquerat, tueretur; rationemque de his, quæ temere contra Canones molitus fuerat, redderet, per ſanctiſſimos Epiſcopos ad veſtram Synodum acceriſtis. Verùm ille putida conſcientia impeditus, citationi veſtræ parere recuſauit. Quamobrem vos ſanctamque & Occumenicam veſtram Synodum rogamus, vt illa, quæ ab ipſo, paucisque numero alijs ipſius conſortibus (quorum alij ſunt hæretici, alij ciuitatibus expulſi, nonnulli quoq; multis criminibus tenentur obſtricti) iniquè contra nos ſunt acta; cùm per ſe alioqui ſint irrita, nullamque vim prorſus obtinentia, vtpote in meram Canonici ordinis contumeliam temerario auſu vſurpata, euertere; noſtraque circa fidem Orthodoxam, quam à ſanctis Patribus accepimus, conſtantia approbata, defenſioneque ſuſcepta, id quod par eſt, in illos decernere, ne cunctemini.

Ioan. Antiocheni acta contra Conc. & Cyrillũ declarantur irrita.

Sancta Synodus dixit: Nullam vim, nihilque, quod legi, vel rationi conſentaneum ſit, illorum acta continent; cùm ex ijs, quæ acciderunt, certò conſtet, Ioannem per omnia illegitimè huc fuiſſe impulſum. Nam ſi quòd fecit, legitimè feciſſet, à ſacra Synodo accitus vtique venire, ſuæque nouitatis rationem reddere non detrectaſſet? Vnde cùm iſthæc ab initio fuerint infirma, & iniqua ratione inchoata, ſacra Synodus omnia irrita pronuntiat; nec vllum ijs, qui contumeliam perpeſſi ſunt, præiudicium in poſterum adferre poſſe declarat. Quod reliquum eſt Sacra Synodus, quod iuſtum, rationique, & legi conſentaneum eſt, obſeruans, ea quidem, quæ hodierno die acta ſunt in pijſſimorum Chriſtianiſſimorum Regum noſtrorum cognitionẽ deducet; ne quid ex ijs omnibus illos lateat, quę per meram contumeliam Sacræ Synodo irrogata ſunt. Ioannem verò Antiochenum tertia adhuc citatione compellabit; Quòd ſi tertiò vocatus adhuc obaudierit, tunc demum Sacra & Occumenica Synodus, quam æquum eſt, ſententiam in illum feret.

Tomi quarti, caput V.

ARGVMENTVM.

IOANNES Antiochenus, & qui cum eo faciebãt, cauſæ ſuæ metuentes, ac ne non iuſta ratione moti Cyrillum & Memnonem condemnaſſe, ſacręque Synodi conſortium recuſaſſe viderentur, præter alia grauiſsima crimina, præcipuas quoque hæreſes, quæ ante illud tempus emerſerant, publico ſcripto vtrique impoſuerant. Quia ergo ſanctiſsimis viris id aliquando vehementer obeſſe poterat, obnixè hoc capite Synodum rogant, vt Ioannem cæterosque tantæ sycophantiæ temeritatisque auctores ad Concilium vocatos, id probare compellant, quod inſontibus malitioſè affinxerant. Quòd ſi venire detrectent, aut in probatione quoque deficiant, vt condemnationis ſententiam in illos proferat.

Altera actio.

POST conſulatum Dominorum noſtrorum ſemper Auguſtorum, Flauii quidẽ Theodoſii decimum tertium, Flauii verò & Valeriani tertium, decimo ſexto Calendas Auguſti, eadem ſacratiſſima Synodo in eadem illa Eccleſia, quæ vulgo Maria appellatur, conſeſſum celebrante, Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus dixit: Heſterno die ſanctitate veſtra, in hoc ipſo loco conſidente, præſentibus Romanæ ciuitatis Legatis piiſſimi ſanctiſsimique Epiſcopi Cœleſtini Vicariis, ego & Memnon religioſiſsimus huius Epheſinæ ciuitatis Epiſcopus, libellos quoſdam obtulimus, enixe poſtulantes, vt Ioannes reuerendiſsimus Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopus, reliqui itidem qui vnà cum ipſo calumniam hanc in nos cõtexuerunt, exauctorationisque notam nobis inurere temere præſumpſerunt, ad ſacrã hanc & Occumenicam Synodum accerſerentur, quò coram cauſam pro ſe dicerent, contumelioſamque in nos dicacitatem, & iniuſtã machinationem defenderent. At veſtra pietas legitimo ordine omnia tranſacta cupiens, per piiſsimos religioſiſsimosque Epiſcopos ſemel & iterùm eos vocauit (quemadmodum actorum commentarii dilucidè teſtantur) Illi verò, cùm temeritatem ſuam nullis rationibus tueri ſe poſſe animaduerterẽt; nec vllam iuſtæ excuſationis cauſam inuenire poſſent (alioqui enim citra vllam cunctationem ad hanc ſacram & magnam Synodum acta ſua purgaturi ſe contuliſſent) rem longè fœdiſsimam præſtigiatoribus & circulatoribus planè dignam commiſerunt (cùm tamẽ, ſi quid magnæ huic Synodo palàm facere voluiſſent, illos huc accedere; ordineque & modeſtia, quæ Chriſtianum hominem decent, obſeruata, coràm id exponere, reſponſaque viciſsim audire oportuiſſet: Maximè verò, cùm nihil quicquam obſtiterit, quò minus id illis facere licuerit: Non enim ante ſacram Synodum, ſicut ante illorum diuerſoria, vlli vnquam armati milites conſtituerunt) Siquidem chartam veſania inſcitiaque plenam concinnarunt, eaque publicè propoſita; totam hanc ciuitatem non tam in tumultuationẽ, quàm in temeritatis ipſorum deteſtationem concitarunt.

Orientales infame ſcriptum, publicè contra Cyrillum & Memnonem affigunt.

Quòd ſi eo animo hoc fecerunt, quò nos fratrum exiſtimationem fœdè commaculatam, publice-

publiceque illos ab omnibus deriſos cernẽtes contriſtaremur, ſatis vtique ſuperq́ue contriſtati iam ſumus: Nam temeratio hoc ſuo conatu affatim ridiculos ſe reddiderunt. Quòd ſi verò, vt in ſcripto, quod propoſuerunt, dilucidè continetur, hæreſeos Apollinarij auctores nos extitiſſe; aut illius opinione imbutos quandoque fuiſſe verè conuincere queãt; agedùm prodeant, accuſent, hæreſi infectos eſſe oſtendant; neque inanibus, & contumelioſis dictis Diuinam indignationem metuẽtes, nos proſcindant: Dicit nanque quodam in loco vniuerſorum index Deus: *Teſtis mendax non erit inultus*; & per vocem Dauidicam rurſum: *Sedens loquebaris aduersùs fratrem tuum*: Etenim nos nullo vnquam tempore Apollinarij, aut Arij, aut Eunomij doctrinam probauimus, ſed ab ineunte ætate ſacras literas didicimus, & inter ſanctorum & Orthodoxorum Patrum manus educati ſumus. Vnde & Apollinarium, & Arium, & Eunomium, & Macedonium, & Sabellium, & Photinum, & Paulum, & Manichæos, & omnẽ quorumcunque aliorum auctorum hæreſin, & præcipuè nouarum blaſphemiarum inuẽtorẽ Neſtorium & omnes, qui eo vtuntur, illiúsve placitis conſentiunt; & eos denique, qui Celeſtio, vel Pelagio aſtipulãtur, quorum omnium dogmata nunquam ſuſcepimus, anathematizamus, & execramur.

Orientales ſua ſe ſcripto ridiculos reddũt.

Mal. 40.

Cyrillus ab ineunte ætate ſacras literas edoctus, vt inter veterũ ſcripta enutritus.

Neque nunc primùm veluti ex errore quopiam iam tandem reſipiſcentes, recta ſapere incipimus; ſed, vt dixi, ab incunabulis in rectis, & Apoſtolicis Eccleſię dogmatis enutriti ſumus. Quoniã verò par eſt, vt illi, qui ad Sacerdotium euecti ſunt, veritatis ſint ſtudioſi, eaque ſolùm, quæ certò norunt, depromant, etiamnum ſacram magnamq́ue hanc veſtram Synodum vehementer rogamus, vt Ioannem reuerendiſſimum Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopum, reliquosq́ue, qui vnà cũ ipſo calumniam hãc in nos compoſuerunt, Canonicè accerſat: Siquidem neceſſarium, rationiq; oppido conſonum eſt, vt, vel coràm hæreſeos labe contaminatos, Apollinarijque ſectatores nos eſſe doceãt; aut certè, ſi id præſtare ſe poſſe formident, & ob id acceſſum detrectent, vt condemnationis ſententiæ porrò ſubiaceant: Maximè verò, cùm ex propoſita ab illis charta apertè deprehendatur, ſe vanas ac futiles illas calumnias ad pientiſſimas Imperatorum noſtrorum aures detuliſſe. Atqui ſanctitudini veſtræ ſummopere curæ eſſe decet, ne pię Imperatorum noſtrorum aures falſis aliquorum rationibus, aut narrationibus capiãtur, ſedulò, quod ſacris literis proditum eſt, pertractantis; nempe nullum mendacium ad Regem deferendum eſſe; ne quando falſitas ex ore illius progrediatur.

Sacerdotes veritatis ſtudioſos eſſe decet.

Criminatores criminis cõdemnãdus, niſi impoſitum crimen probet.

Graue piaculũ falſa ad Principes viros deferre.

Tomi quarti, caput VI.

ARGVMENTVM.

CITATVR Ioannes Antiochenus hic tertiò per Danielem Colonienſem, Commodum Tripolitanum, & Timotheum Termeſſanum; ſed eodẽ euentu, quo antè: Nullum enim ille ad ſe admittit; neque, vt Concilio aliquando ſe ſiſtat, in animum inducit. Significat autem per Archidiaconum ſuum, nihil ſibi rei cum Concilio eſſe; rem totam iam dudum antè ad Cæſarem detuliſſe; inde, quid opus ſit facto, ſe expectare.

Sacra Synodus dixit: Et hæc quoque pijſſimorum ſanctiſſimorumq́ue Epiſcoporum Cyrilli Alexandrini, & Memnonis Epheſini poſtulatio iuri & rationi conſentanea eſt. Vnde hoc ipſo rurſum die pijſſimi Epiſcopi Daniel, & Commodus, & Timotheus abeant, religioſiſſimumq́ue Eccleſiæ Antiochię Epiſcopum Ioannem vnà cum cæteris, qui eidẽ crimini obſtricti tenẽtur, vt accedant, rationemq́ue, de quibus accuſantur, coràm hic reddãt, commonefaciant citentq́ue. Perrexerunt illò ergo religioſiſſimi Epiſcopi Daniel Coloniæ Epiſcopus, Commodus Tripolis Lydiæ Epiſcopus, & Timotheus Termę ciuitatis Helleſponti Epiſcopus cum Muſonio notario huius ſententiæ citationem deferentes.

Cyrilli, & Memnonis petitio iuri & rationi conſentanea.

Daniel Colonienſis. Cõmodus Tripolitanus. Timotheus Termeſſanus.

Quoniã quidem ſacra Synodus quietè, & tranquillè, quæ Canonibus conſona ſunt, decernere volens, ſecundò reuerentiam tuam citauit; neque tamen, vt ea defenderes, aut ſaltem corrigeres, quæ iniuſtè & contaminosè deſignaſti, hactenus comparere voluiſti; propterea ſacra Synodus, neque tibi, neque tuarum partium alteri vlli vllã omnino Epiſcopalem functionem veluti ex propria ſentẽtiã in poſterũ permittit. Quòd ſi verò tertia hac vice vocatus, adhuc obſtinat⁹ eſſe perrexeris, ea iam tum in vos decernet, quæ ſacris Canonibus ſunt conſona. Cùm autẽ reuerſi eſſent, Daniel Epiſcopus Coloniæ dixit.

Suſpẽditur Ioan. cum ſuis à munere & functione Epiſcopali.

Abiuimus, quò veſtra ſanctitudo mãdarat, hoc eſt, ad reuerendiſſimi Ioannis Antiochiæ Epiſcopi diuerſorium. Vt primùm autem è iumentis deſcendimus, ſtatim nõ abſque magna obteſtatione illius Clericos rogauimus, vt nos à ſacra Synodo miſſos adeſſe indicarẽt. Inuenimus autem ibi ſtantem Aſphalium Eccleſiæ Antiochenę Presbyterum, qui eiuſdem Antiochenæ Eccleſiæ negotia curare, & tractare ſolitus eſt. Hic ad ædes, in quibus pijſſimus Epiſcopus Ioannes commoratur, propiùs adducebat; nobiſque coniunctus, hinc inde irruentes ſedulò propulſabat. Cæterùm militibus gratias habemus: Hi enim, cùm pijſſimum Epiſcopum Commodum agnoſcerent; eò quòd in illius ciuitate aliquando verſati eſſent, omnes omnium Clericorũ importunos in nos impetus excipiebant, compeſcebantq́ue. Porrò poſteaquàm Aſphalius, & alij nonnulli Clerici eum de noſtro aduentu certiorem

Eccleſię Antiochenæ procurator Aſphalius. Milites Io. Antiocheni meliores Clericis.

tiorem feciſſent, Archidiaconus illius (cuius quidem nomen ignoramus: Eſt autem homo tenuis, ſuppallidus ac ſtatura puſillus) chartã ſecum deferens, ad nos deſcendit, eámque nobis obtrudens, dixit: Accipite, ſacra Synodus hanc ad vos mittit. Cui reſpondimus: Non, vt ſcriptũ aliquod à vobis ſuſcipiamus, miſſi huc venimus; ſed vt ſacræ Synodi mandatum vobis renuntiemus: Etenim nullam nos ſchedam huc tulimus; neque vllam rurſum oblatam admittimus; detulimus huc autem pacificum Sacræ Synodi decretũ: Vnum hoc namque ſacra Synodus poſtulat, vt Dominus Ioãnes accedens, Synodali conſeſſui ſeſe adiungat. Excipit Archidiaconus. Expectate itaque, vt hoc Ioanni Epiſcopo ſignificem. Rediijt, reuerſuſque eandem denuo chartam nobis obtrudit, iſtud addens: Neque vos ad nos mittatis, neque nos in poſterum quicquam ad vos mittemus: Siquidem poſteaquam decreta noſtra ſemel ad Imperatorem detulimus, quid opus ſit facto, vt ipſe nobis præſcribat, expectabimus. Cùm autem diceremus: Audite proinde ſacræ Synodi ſententiam, confeſtim abſilijt, dicens: Schedam oblatam reſpuiſtis; neque ego Synodi placita auſculto; & hęc quidem ſic habent. Cæterùm Alphalio, qui nos deducebat, & Alexandro Presbyteris hæc diximus: Ecce ſacra Synodus ſuæ charitatis, ſuæque manſuetudinis & pacis viſcera erga Dominum Ioannem hactenus abundè declarat. Verùm quia nunc iterum vocatus venire recuſat, omne Sacerdotij miniſterium illi abrogat. Hortatur nihilominùs & rogat, vt tertia hac vice inuitatus accedat, Synodoq; ſe ſiſtat, ne fortè ſententiam, iuxta Canonum decreta, ſeueriorem in eum ferre compellatur. Commodus Tripolis Lydiæ Epiſcopus dixit: His cõſentanea, quæ pijſſimus & ſanctiſſimus Epiſcopus Daniel retulit, & nos quoque vidimus & audiuimus, & ita deponimus:

Ioan. Antio. reſpõſi loco ſchedã obtrudit.

Ioan. Ant. à Synodo appellat ad Imp.

Sententia Synodi, indicatur Alphalio, & Alexandro Ioan. Presbyteris.

Sacra Synodus dixit: Qualem oportebat admonitionem, etiam nunc pijſſimi Epiſcopi Daniel, Commodus & Timotheus fecerunt: Nam & cauſam, propter quam miſſi venerãt, patefecerunt, & ad Sacerdotum notitiam deduxerunt; ita vt iam nihil eorum omnium, quæ indicari debuerãt, reuerendiſſimũ Ioannem fugiat, nulloq; excuſationis colore ignorationem prætexens deinceps vti queat.

Tomi quarti, caput VII.

ARGVMENTVM.

CYRILLVS, & Memnon inſtant pro extrema ſententia contra Ioannem, & Ioannitas; vt quem poſt tertiam hanc citationem contumacem, ſibique malè conſcium eſſe certò iam conſtaret. Synodus itaque ex communi omnium ſuffragio decernit, tam ipſum Ioannem, quàm reliquos omnes contumaciæ illius ſectatores tantiſper ab omni Eccleſiaſtica cõmunione, & functione alienos eſſe cenſendos, dum errore agnito ſupplices veniam poſcant. Interminatur nihilominùs, niſi tẽpeſtiuè id faciant, fore, vt Canonum ſeueritatem propediem experiantur. Tandem quę cõtra Cyrillum, & Memnonem cõtumelioſè moliti fuerant, ea nullum pondus nullamque vim penitùs habere declarat.

Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus dixit: Adſum, & nunc quoque vna cum pijſſimo Epiſcopo Memnone de his, quæ præter Canones Eccleſiaſticos, omnemque ęquitatem Ioannes religioſiſſimus Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopus in nos commiſit, rationẽ reddi poſtulans: Etenim ſacra veſtra Synodus optimè intelligit; neque ambigere quicquã poteſt, ſi, ne ab Antagoniſtis conuinceremur, metuiſſemus; nunquam ea nos fiducia vſuros fuiſſe, vt prædictum Ioannem tertiò huc prouocaremus; quibuſque vellet, & poſſet rationibus contra nos vti, vt ijs liberè vteretur, etiam atque etiã hortaremur. Quoniam verò varias comminiſcitur dilationes, aliaſque & alias elabendi occaſiones venatur (captus enim, vt dici ſolet, verbis natat) par eſt, hanc ſacram & Oecumenicam Synodum, quod Eccleſiaſticis ſanctionibus conforme eſt, tandem aliquando decernere.

Cyrill' tertiò iã cõtra Ioan. ſentẽtiã vrget.

Ioãnes Cõcilij iudiciũ modis õnibus ſubterfugit.

Sacra Synodus dixit: Oportebat quidem ſacram hanc Synodum, propter contumeliã, quam Ioannes Epiſcopus Antiochenus, cæterique, qui eiuſdem cum illo factionis ſunt, Cyrillo ſanctiſſimo pijſſimoq; Archiepiſcopo, & Memnoni Epiſcopo pijſſimo inferre conati ſunt, poſt trinam hanc noſtram admonitionem; cui neque parere, neque ad ſacræ huius Synodi cõſeſſum venire, neque cauſas, quibus inductus cõtra leges, Eccleſiaſticáſq; ſanctiones in tantam hanc nouitatem prorupit, exponere voluit, iuſta indignatione motã ſententiam tanta veſania dignã, tam in ipſũ, quàm in reliquos omnes conſilij illius cõſortes ferre. At Epiſcopalis lenitatis munus eſſe putamus, leni patientique animo, quæ acciderunt, perferre. In præſentia itaque iuxta ea, quæ iam antè decreta ſunt, idẽ Ioannes reliquique, qui in ipſius temeritatem iurãrunt, (videlicet Ioannes Damaſci, Alexander Apamææ, Dexianus Seleuciæ, Alexãder Hierapolitanus, Maximianus Anazarbi, Himerius Nicomediæ, Phritilus Heraclææ, Helladius Tharſi, Maximilianus Anabarſi, Dorotheus Marcianopolitanus, Petrus Traianopolitanus, Paulus Emiſſenus, Polychronius ciuitatis Heracleotarum, Eutherius Tyanorum, Meletius Neocæſarieñſis, Theodoritus Cyri, Apringius Chalcidis, Macarius maioris Laodiceæ, Zoſius Esbontis, Saluſtius Coryci Cilicię, Heſychius Caſtabalæ Ciliciæ, Valentinus Mutlubacæ, Euſtachius Pernaſſi, Philippus Theodoſianopolitanus, Daniel, Iulianus, Cyrillus, Olympius, Diogenes, Theophanes Philadelphiæ, Palladius Tarianus Auguſtæ, Amelius Irenopolitanus, Muſæus Arcadianopolitan', Helladius Ptolemaidis.) Hi, inquã, omnes & ſinguli in præſentia, ab omni Eccleſiaſtica cõmunione, & functione tantiſper ſint alieni; nul-

Epiſcoporũ eſt lenitate & manſuetudine vti.

Exponũtur ordine nomina, & loca Schiſmaticorũ Epiſcoporum.

Inter Schiſmaticos plures ſolo nomine Epiſcopi.

nullamq; in poſterùm, tãquam ex auctoritate Sacerdotali poteſtatẽ obtineant, qua cuipiam vel detrimentum, vel adiumentum adferre queant, donec ſeipſos erroris condemnent, propitiumq; delictum agnoſcant; id interim pro certo habentes, niſi tempeſtiuè iſtud præſtiterint, fore, vt abſolutam damnationis ſententiam iuxta Canonom decreta incurrant.

Sentẽtia in Schiſmaticos lata moderata.

Quin & illud quoque certò intelligant, nẽpe, quæ iam antè illegitimè, & præter Canones per meram Sycophantiam, & contumeliã contra Cyrillum, & Memnonem piiſſimos ſanctiſſimosque Epiſcopos, & ſanctæ Eccleſiæ Præſides machinati ſunt, ea nullarum eſſe virium. Quemamodum id heſterna quoque luce ſatis iam declaratum eſt. Quæ autem hactenus acta ſunt, ea omnia ad piiſſimas Chriſtianiſſimasque religioſiſſimorum Imperatorum noſtrorum aures ordine referantur; ne quippiam ex ijs omnibus, quæ euenerunt, illos celare videamur. Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus ſubſcripſi; Arcadius Epiſcopus, & Apoſtolicæ ſedis Legatus ſubſcripſi; Philippus Presbyter, & Apoſtolicæ ſedis Legatus ſubſcripſi. Subſcripſerunt autem & reliqui omnes, quorum ſoprà facta eſt mentio.

Cyrillus, & Memnõ inſõtes declarantur. Cõdẽnationis ſentẽtia, quam Schiſmatici in Cyrillũ, & Memnonem tulerant, declarat nulla.

Tomi quarti, caput VIII.

EXEMPLVM RELATIONIS, quam ſacra Synodus ad piiſſimos Reges de Orientalibus tranſmiſit.

ARGVMENTVM.

VT ex præfixo titulo liquet, Patres Concilij, & ſua & Antagoniſtarum quoque acta ad Imperatores referunt: Sua quidem vt præcipuum ſcripti huius argumentum; Antagoniſtarum verò tanquam ea, per quæ, & propter quæ ad ſua ventum erat. Petunt autẽ, vt Imperatoria auctoritate intercedente ſua firmẽtur: Schiſmaticorum vero, quòd nulla veritate, nullaque iuſtitia nitantur, euertantur.

PIISSIMIS DEOQVE CHARISſimis Impp. Theodoſio et Valentiniano, Victoribus, Triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſacra Synodus per gratiam Dei, veſtręq; Maieſtatis nutum in Epheſiorum Metropoli congregata.

QVÆ ſacræ Synodo à veſtra Maieſtate præſcripta fuerant, ea iam finẽ debitum ſortita, veſtręque pietati indicata ſunt. Quin & Apoſtolicam fidem, quam 318. Patres Nicææ olim congregati expoſuerunt, integram quoque confirmatamque veſtræ pietati exhibuimus: Neſtorium tandem diuerſa ab illa ſentientem à Sacerdotali functione amouimus; audacique ori, ne ſuam impietatem amplius eructet, frenum iniecimus. Quoniã verò vſu venit, vt pauci quidam Neſtorio adhærentes, vtpotè doctrina illius iã antè deprauati, alios nonnullos varijs criminibus obſtrictos ſibi aſciſcentes. Omnes plùs minùs triginta numero, quibus & religioſiſſimus Io. Ant. quoque, vel propter contendendi ſtudiũ, vel propter amicitiam, quam cum Neſtorio inierat, velut dux ſeſe adiunxit, priùs ſeſe Synodum appellarint, quàm de ijs noxijs ſeſe expurgaſſent, de quibus incuſabantur. (Quaſi verò veſtra pietas duas, & nõ vnam tantùm Synodũ, quæ & Euangelicam fidem confirmaret, & eos, qui peruerſa ſentirent, ab Eccleſiaſticis munijs amoueret, conuenire iuſſiſſet.) Quia inquam, triginta illi, antequàm rationem de ijs, de quibus incuſabantur, vllã omnino redderent, ſeſeque expurgarẽt, inter ſe coeuntes, inſaniæque ſuæ patronum Ioannem reuerendiſſimum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum aſciſcentes (qui & ipſe quoque propter cunctationem ſuam, ſicut ex quorundam ſermone accepimus, pœnam metuebat) præter omnem Eccleſiaſticum ordinem Canonumque conſuetudinem, contra ſacram Synodũ, ſanctiſſimorumque Epiſcoporum hic coactorũ caput Cyrillum ſanctiſſimum Alexãdriæ Archiepiſcopum, & Memnonem Coepiſcopum noſtrum Deo dilectiſſimum blaſphemant: depoſitionis notam, vt exiſtimant, in ſe continẽtem, protulerunt: Cùm nemo interim antea illos accuſaſſet; neque quempiam illi ad iudicium vocaſſent, neque vllum denique accuſatorem expectaſſent: Sed quicquid contumeliarum nõ abſque ingenti abſurditate ad Maieſtatem veſtram detulerunt, hoc totum ante omne iudicium omnemque cauſæ examinationem ſcripto comprehenſum detuliſſent. Quaſi verò pietas veſtra, vnam tantùm Oecumenicam Synodũ eſſe neſciuiſſet; neque paucorum criminoſorum hominum factionem, qui pœnarum metu à ſacra Synodo ſe ſubduxerant, Synodi nomine appellari non poſſe, intellexiſſet: Neque enim vnquam niſi peſſimè ſibi conſcij fuiſſent, tantum probrum intentare auſi eſſent: Verùm cùm deeſſet, quo ſe, de quibus inſimulabantur, purgarent, paucosque numero ſeſe eſſe animaduerterẽt, veriti, ne reuicti pœnam ſubire cogerentur, temere nos anteuertere ſategerunt, illudq; alijs inferre moliti ſunt, quod ſeſe, ſi rei deprehenderentur, perpeſſuros non dubitabant. At hoc veluti ſtolidum, ac rationi prorſus diſſentaneum fortè cõtemnere licuiſſet; ſed quia ſuã illam abſurdiſſimã veſaniam ad dominationem veſtram referre auſi ſunt, totumq; illud, quod contra leges, & Canones, omnemq; Eccleſiaſticũ ordinẽ perpetratũt, veſtrę, vt modò dicebamus, pietati ſignificare veriti nõ ſunt: Propterea inſanum illorum impetum neutiquam ampliùs diſſimulandum; verùm religioſiſſimum Antiochiæ Epiſcopum Ioannẽ, qui vnà cum alijs in prædictos Epiſcopos tam nefaria commiſerat, primo quoque tempore legitimè ſecũdùm Canonum præſcriptum accerſendum putauimus: Neque enim illi, cùm & pauci eſſent, & criminibus obnoxij eſſent, ad eam vnquam temeritatẽ prorumpere auſi

fuiſſent,

Synodus ijs omnib', quæ cõueneiat, finẽ ſe impoſuiſſe ſignificat.

Neſtoriani adiungunt ſe Ioan. Anti. tãquam capiti.

Cyrillus Synodi caput. Schiſmatici indicta cauſa in Cyrillũ, & Memnonẽ ſentẽtiam ferunt.

Schiſmatici dãnationis ſententiã metuentes damnationis ſententiam in aduerſam partem ferunt.

Quicquid Schiſmatici cõtra Synodum deſignarunt, hoc totum Io. Antio. auctoritate freti deſignarunt.

fuiſſent, ſi piiſsimi Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopi Ioannis temeritas eos non adiuuiſſet.

Cùm itaque ad Synodum veniſſemus, ſupplicesq́; libellos à Cyrillo ſanctiſſimo Deoq́; dilectiſſimo Epiſcopo, & Memnone piiſſimo Coepiſcopo nobis oblatos accepiſſemus, memoratum Ioannem admonẽdum curauimus; & quò vel nũc tandem accurrens cauſam, qua motus in tantam contra ſacræ huius Synodi Præſides inſolentiam præceps ruiſſet, coràm exponeret, ſeriò mandauimus. Atqui ſemel & iterum, & tertiò itidem, quò cauſam diceret, accerſitus (quòd probabilem rationem non haberet, qua temeritatem ſuam tueri poſſet, ſacræ ſe Synodo ſiſtere detrectauit) Militibus verò & armis domum, in qua diuerſabatur, circumſepiẽs, neque ſanctiſſimos Epiſcopos à Synodo miſſos admiſit; neque nos in ſacra Synodo cõgregatos vllo prorſus reſpõſo: vt par erat, dignari voluit. Vndè cùm animaduerteremus, ipſum cauſæ ſuæ defenſioni diffidere, quæ temere vaneque fuerant nugati, quæque præter omnem Canonum ordinẽ contra Cyrillum ſanctiſſimum Archiepiſcopum, & Memnonem Coepiſcopum ſanctiſſimum ediderant, ea irrita, & prorſus vana eſſe iudicauimus. Etenim iudicium, quod lege, & iuſtitia nõ nititur; aliud nihil eſt, niſi merum conuitium. Quamobrem cùm & ipſe, & reliqui quoque, quos ſecum habet, vſque adeò illegitimè inordinateque egerint, decreuimus, eos ab omni Eccleſiaſtico ordine tantiſper eſſe eiectos, excõmunicationiq́ue obſtrictos, (abſurdam eorum temeritatem hac ratione coercentes) donec in Synodo cõpareant, & de his, quæ temerariè, & inſolenter admiſerunt, ſeſe purgent.

Ioan. Anti. tertio citatus, Synodo ſe ſiſtere detrectat.

Iudiciũ iniuſtitia deſtitutum, cõuitium.

Placuit autem noſtra hæc decreta ad veſtrã pietatem perſcribere, quam obnixè quoque rogatam cupimus, ne hominum varijs criminibus opertorum coniurationem, Synodum eſſe iudicet. Nam & olim quoque in ſancto & magno illo 318. Patrum apud Nicæam congregatorum Concilio nonnulli reperti ſunt, qui cùm pœnas ab illo ſibi irrogandas vererẽtur, a ſancta & magna illa Synodo deſciuerũt: Nec tamen illi à magno, & ſancto Imperatore Cõſtantino Synodi loco habiti ſunt: Quin meritas potiùs pœnas ſubire iuſſi ſunt, quòd mala (ſicut & iſti quoque) cõſcientia oppreſſi & rebelles, à ſanctorum Epiſcoporũ conſeſſu pertinaci ſtudio ſeſe auulſerant. Perabſurdũ ſanè foret, ſi toleretur, vt ducẽtorum & decem ſanctorum Epiſcoporum Synodo, quibus vniuerſa Occidentalium Epiſcoporum multitudo, & per hos reliquus terrarum orbis cõſentit, triginta tantùm numero ſeſe opponãt: Maximè verò cùm alij ex illis iã pridem ſint ordine moti; alij praua Celeſtij doctrina infecti; quidam etiam veluti cum Neſtorio ſentientes anathematis condemnati. Verùm iubeat, vt ea omnia, quæ à ſancta, & Oecumenica Synodo ad pietatis præſidium contra Neſtorium, impiamq́ue eiuſdem doctrinam ſancita ſunt, per pietatis veſtræ nutum, & conſenſum confirmata, vim ſuam integrè obtineant.

Synodo Nicænę quoq; aliquot Schiſmatici adfuerunt. Conſtantinus magnus & ſanctus.

Perabſurdũ exiguã orbis partẽ opponere ſe toti.

Inter Schiſmaticos, alij Pelagiani, alij Neſtoriani, alij ob alias cauſas loco moti.

Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus retuli; Arcadius, & Proiectus Epiſcopi, & Philippus Presbyter, Apoſtolicæ ſedis Legati retulimus. Subſcripſerunt reliqui omnes Epiſcopi.

Tomi quarti, caput IX.

SYNODALES LITERAE ad ſingularum prouinciarum ac ciuitatum Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos vniuerſosq́; populos miſſæ.

ARGVMENTVM.

EXPONVNTVR hoc capite inter alia, & facta & nomina quoque Schiſmaticorum. Subiunguntur deinde ſex Canones contra omnes, cuiuſcunque tandem ordinis, vel conditionis illi extiterint, qui quauis ratione, vel arte à ſacra Synodo deſciſcunt, aut decreta illius conuellunt, quiue ad Schiſmaticos, aut alios quoſcunque Sectarios ſeſe adiungunt.

Cùm iuxta pias Imperatorum literas in Epheſiorum Metropoli eſſemus congregati, quidam plùs minùs triginta numero, à nobis deſciuerunt, defectionis ſuæ Anteſignanum Ioannem Antiochenum Epiſcopum habẽtes. Horum nomina hæc ſunt, primus ipſe Ioannes Antiochiæ Syriæ Epiſcopus, Ioannes Damaſci Epiſcopus, Alexander Apamææ, Alexander Hierapolis, Himerius Nicomediæ, Phritilus Heracleæ, Helladius Tharſi, Maximianus Anazarbi, Dorotheus Marcianopolis, Petrus Traianopolis, Paulus Emiſæ, Polychronius, Heracleopolis, Eutherius Tyanæ, Meletius Neocæſarienſis, Theodoritus Cyri, Apringius Apamææ, Macarius Laodiceæ maioris, Zoſius Eſbuntis, Saluſtius Coryci Ciliciæ, Heſychius Caſtabalæ Ciliciæ, Valentius Mutlubacæ, Euſtachius Pernaſſi, Philippus Theodoſianopolis, Daniel, & Dexianus, & Iulianus, & Cyrillus, & Olympius, & Diogenes, & Palladius, & Theophanes Philadelphiæ, Tarianus Auguſtæ, Aurelius Irenopolitanus, Muſæus Arcadi, Helladius Ptolemaidis. Hos omnes (quòd nullam omnino veluti ex Sacerdotali auctoritate poteſtatẽ haberent, qua vlli omnino Eccleſiaſticæ cõmunionis homini nocere, aut prodeſſe poſſent; quippe cùm plerique ex illis gradu ſint moti; omnes autem Celeſtij, aut Neſtorij erroribus infecti; Quod ex eo deprehenditur clarè, quòd communi Synodi decreto, condemnationis ſentẽtiam in Neſtorium vnà nobiſcum ferre noluerunt,) ſacræ Synodi Patres communi ſententia ab omni communione Eccleſiaſtica alienos eſſe declararunt, omnique Sacerdotij poteſtate, per quam aliquibus nocere, vel prodeſſe poterant, exuerunt.

Rebellionis, & Schiſmatis auctor Ioan. Antio.

Damnãtur Neſtoriani, & Pelagiani.

Canon

Canon primus.

Damnãtur ex inſtituto, qui cum Neſtorio, vel Celeſtio faciũt, aut a ſacræ Synodi ſententia deſciſcunt.

QVIA verò oportebat eos, qui ob aliquod Eccleſiaſticum, vel corporis impedimẽtum in regione, vel ciuitate ſua detenti, ſacræ Synodo intereſſe nequiuerunt, ea non ignorare, quæ de Schiſmaticis ſunt definita; notum facimus veſtræ ſanctitudini: Quòd ſi prouinciæ cuiuſpiam Metropolitanus à ſacra & Oecumenica Synodo deſciſcens; defectionis Conciliabulo ſeſe addixerit; vel poſtea quoque cũ Celeſtio ſenſerit, vel etiamnum ſentit; huiuſmodi cõtra prouinciæ ſuæ Epiſcopos nihil omnino decernere poſſe, quòd à ſacra Synodo ab omni cõmunione Eccleſiaſtica ſecluſus; nullius deinceps poteſtatis, aut authoritatis exiſtat; ſed omnis omnino eiuſmodi ipſis prouinciæ ſuæ Epiſcopis, reliquiſque finitimis Metropolitanis Orthodoxã fidẽ profitẽtibus hactenus obnoxius ſubiectusque erit, quatenus ab omni Epiſcopali gradu depelli ab illis poſſit.

Canon ſecundus.

Decernitur à Sacerdotali gradu alieni Epiſcopi, qui quouis modo cũ Schiſmaticis cõſpirant.

SI qui Prouinciales in ſacra Synodo deſiderati, defectionis cœtui ſe adiunxerunt, vel adiũgere quoque ſtuduerunt, aut poſteaquàm Neſtorij depoſitioni ſemel ſubſcripſerunt, ad Apoſtaticum Conciliabulum iterum relapſi ſunt; hos communi ſanctæ Synodi decreto à Sacerdotio, omnique Sacerdotali gradu alienos eſſe decernimus.

Canon tertius.

Reſtituuntor, quos Neſt. exauctorant.

SI qui in quacunque ciuitate, vel prouincia Clerici cõperiuntur, qui à Neſtorio eiuſdémue ſequacibus, eò quòd rectam fidẽ tuerentur, à Sacerdotij functione depulſi ſunt, æquum iudicauimus, vt eiuſmodi proprium locum & gradum denuo recipiant. In vniuerſum autem decernimus, Clericos omnes, qui Orthodoxæ, & Oecumenicæ Synodo aſſentiuntur, Epiſcopis, qui defecerunt, aut olim defecturi ſunt, nullo modo obſtrictos teneri.

Clerici Hæreticis Epiſcopis nullo modo ſe gerunt obſtricti.

Canon quartus.

Exauctorantur, qui à ſacra Synodo ad Neſtoriũ, vel Pelagium deſciſcant.

SI qui Clerici deſciuerunt, priuatimque, vel publicè Neſtorij Celeſtijue doctrinam tenere, profiterive auſi fuerunt, illos ſacra Synodus pro depoſitis habendos eſſe æquum cenſuit.

Canon quintus.

Legitimè exauctorati, & à Neſtorio eũ reſtituti, loco adhuc moti decernũtur.

SI illos, qui ob improba facta, vel à ſacra Synodo, vel à proprijs quoque Epiſcopis cõdemnati fuerant, Neſtorius illegitimè, quæ ſua in omnibus temeritas eſt, aut Neſtorij Sectatores communioni, propriòue gradui reſtituerint, vel reſtituere quoque tentauerint; decreuimus, huiuſcemodi ex tali reſtitutione nihil profeciſſe, ſed amotos, vt antè, adhuc permanere.

Canon ſextus.

Exauctorationi & excõmunicationi ſubijciuntur, qui Epheſina Synodi decreta quouis modo eludunt.

Item ſi qui, quæ de quacunque re in ſacra hac Epheſina Synodo cõſtituta ſunt, quocunque modo labefactare moliti fuerint, iuxta ſacræ Synodi definitionẽ, ſi Clerici, aut Epiſcopi ſunt, à proprio dignitatis gradu penitùs habeantur deiecti; ſin verò Laici, ſubiaceant excommunicationi. Omnes, quotquot Epiſcopalis ordinis adfuere ſubſcripſerunt.

Tomi quarti, caput X.

RELATIO SYNODI EPHESINA, qua & Sacræ ſuprà præmiſſæ reſpondetur, & quæ à Candidiano ad Auguſtos delata fuerant, falſa eſſe docetur.

ARGVMENTVM.

RESPONDENT Concilij Patres epiſtola hac ad Sacram, per Palladium Magiſtrianum Epheſum miſſam; quà, vt ſuprà patuit, ea omnia irrita, planéque nulla eſſe decernebantur, quæ ante Ioannis Antiocheni aduentum à Synodo conſtituta fuerant. Reſpondent tamen ad eandem, & Orientales quoque, ſed longè alio ſpiritu, & ſenſu: Faciebat enim cum illis, non contra illos, vt contra Concilij Oecumenici Patres. Docent autem, ſe omnia ritè ſactisque Canonibus conſentaneè adminiſtraſſe. Tum quæcunque Neſtorij fautores contra Synodum ad Auguſtos detulerant, ea omnia falsò detuliſſe oſtendunt. Poſtremò, vt quinque Epiſcopos ex vniuerſa Synodo, à quibus rem omnem ordine cognoſcant, ad ſe euocent, obnixè efflagitant. Subijciuntur his Schiſmaticorum nomina.

RELIGIOSISSIMIS DEOQVE deuotiſſimis Theodoſio, & Valentiniano, Victoribus, Triumphatoribus, ſemper Auguſtis ſacra Synodus, quæ per Dei gratiam veſtræq́; Maieſtatis nutum in Epheſiorum Metropoli conuenit.

VESTRA Maieſtas pietatem cõfirmatam percupiens, exactiorem dogmatum examinationem ſacræ Synodo iniunxit; quam proinde fecimus, antiquæ ſanctorum Patrum, ſanctorumque Apoſtolorum, & Euangeliſtarũ, & trecentorum decem & octo Epiſcoporum apud Nicæam quondam congregatorum traditioni innixi, eandemque in omnibus, & per omnia fideliter ſectati: Quam quoque Patrũ fidem cõcorditer vnà cum ipſis actorum monumentis ad veſtram dominationẽ tranſmiſimus. Inter cætera autẽ ipſum quoque Neſtoriũ peruerſa ſentire apertè deprehẽſum exauctorauimus: Neque enim ſentẽtiam ſuam in Epheſiorum Metropoli cõſtitutus adeò diſſimulabat, vt alijs externis indicijs, & rationib' reuincendus fuerit: Quotidie náque dogmata à fide aliena eructabat, impudenterq; in vulgus diſſeminabat: Quemadmodum iam antè

Antiqua ſanctorum Patrũ traditione innitendum.

Neſt. Epheſi morbum ſuum non diſſimulat.

istuc

iſtuc in actorum commentarijs dilucidè ſigillatimque veſtræ pietati à nobis explicatū eſt.

Candidianus Neſtorij amicitiā pietati anteponit.

Quia verò præclariſſimus Comes Candidianus Neſtorij amicitiá pietati anteponens, aures pietatis veſtræ præoccupare ſtuduit, prinſquàm dominatio veſtra exactè, quę ácta ſunt, intelligeret, actorumque commētarios reciperet, & quæ vbiqne dicta actaque ſunt, accuratè inde diſceret. Quia, inquam, Comes Cādidianus ea pietati veſtrę inſtillare ſtuduit, quę cùm ſibi, tum Neſtorio quoque grata cōmodaque futura intelligebat, antequàm dominatio veſtra ex commentariorum, quæ Synodi acta complectebantur, lectione veritatē hauriret:

Candidianus oratione ſua Synodi monumenta anteuertit.

(In quibus ſanè ne minimā quidē inimicitiam contra Neſtorium exercuimus, ſed veritatis dogmata ſyncerè ſimpliciterque expoſuimus, illiſque Neſtorij doctrinam, ex illius exegeſibus, publiciſque eiuſdem epiſtolis & concionibus decerptam cōferentes, culpæque ex ea collatione multis modis obnoxiam deprehendentes, Euangelio, quod Chriſtum vniuerſorum Dominum pręſentem nobis oſtendebat, in medium propoſito, ſententiam tulimus) iterum atque iterum dominationem veſtram rogamus, ne quem eorū velit ſuſcipere, qui hominis amicitiá pietate priorem ducunt.

Neſtorij doctrina ad Orthodoxi dogmatis amuſſim exacta depręhenſa hęretica.

In horum autem numero cùm Ioannem Antiochenum quoque exiſtere, hoc eſt, ita cōparatum eſſe exiſtimaremus, vt amicitiæ malit gratificari, quàm quæ ad fidei vtilitatem pertinent, cōſiderare; certam eius rei ex eo coniecturam facientes, quòd neque dominationis veſtræ minas veritus, neque vllo fidei iā inde ab initio traditæ zelo permotus, ſacrā Synodum poſt terminū à veſtra dominatione pręſtitutū elapſum, ſupra viginti dies ſuſpēſam tenuiſſet, vniuerſi, qui in hac Synodo Orthodoxi, ſacræque fidei ſtudioſi ſumus, ad eorum inquiſitionem nos conſerre coacti ſumus, quę ad fidem & pietatem quàm maximè facere videbantur; illud, vt modò dicebamus, pijſſimo Ioanni Epiſcopo accidiſſe rati, quod magnificentiſſimus Comes Candidianus paſſus eſſe non obſcurè deprehenditur.

Ioan. Anti. Neſtorio q̄ Chriſto addictior.

(Non enim omnium eſt pietati amicitiá poſtponere.) Erat autem hæc noſtra de Ioanne Epiſcopo pijſſimo ſuſpicio minimè vana, minimeq; inanis: Nam vbi primùm appuliſſet, Neſtorij ſententiæ ſe adhærere, apertè ſtatim Synodo declarauit: Siue iſtuc inde euenerit, q amicitiæ gratificari vellet; ſiue inde quoq;, q in dogmatis errore cum eo communicaret.

Nō omniū eſt pietati amicitiam poſtponere.

At quia, quæ hic acta ſunt, veſtræ dominationi liquido exponere hactenus non licuit; Comite Candidiano, ne, quæ in pietatis doctrina præſtitimus, indicaremus, nos prohibēte, omne verò ſtudium & auxilium Neſtorio impendente; etiam atque etiam Maieſtatem veſtram rogatam cupimus, vt ſanctæ Synodi ſtudiū erga Deum agnoſcat, præclariſſimumque Candidianum & quinque prętere a è ſacra Synodo Epiſcopos quamprimùm ad ſe accerſat, qui omnia & ſingula, quæ Epheſi geſta ſunt, pietati veſtræ ordine coràm exponant: Sunt enim illi, qui diuerſa à recta fide ſentiunt, ad tegēdam impoſturam vſque adeò callidi, vt quoſdam quoque ſanctiſſimos Epiſcopos occulta quadam fraude ineſcatos, vt Neſtorio ſeſe adiungerent, actiſque illius ſubſcriberēt, induxerint: Qui tamē poſteaquàm dilucide, quid ſentiret, eſſent percunctati, illumq; ſuas mox blaſphemias retegentē comperiſſent, ſtatim ab eo deſciuerūt, ac ſacræ Synodo ruſum ſe adiunxerunt, patefactiſque eiuſdem blaſphemijs, condemnationis ſententiam aduersùs prędictum Neſtorium vnà nobiſcum tulerunt.

Candidianus in Neſtorij gratiam Cæſ. liam perſequitur.

Neſtoriani ſimplices g aſtutiam in ſuā ſententiā pertrahunt.

Itaque hoc nunc tempore apud Neſtorium, religioſiſſimumqne Epiſcopum Ioan. Antioch. triginta ſeptē plus minus relicti ſunt Epiſcopi: Quorū plerique, quòd alijs quoque criminibus obnoxij teneātur, & ob id ſacrę Synodi ſententiam vereantur, Neſtorij factioni, vt diximus, ſeſe addixerūt, (eorum nomina ad dominationem veſtram vnà cū hiſce mittemus.) Alij ex his diuerſa à pietate ſentientes, Pelagianizare videntur: Quidā ante multos annos gradu moti ſunt; Nonnulli quoque ob alias malas cauſas, in quos poſt dignam correctionem ſacra, & Oecumenica Synodus ſeuerius animaduertat, promeriti ſunt.

Oēs Schiſmatici, aut hæreſi, aut alia re pænota notati.

Quæ quidem Synodus vniuerſos ſanctiſſimos Epiſcopos vnum idemque ſentientes habet: Nam & magnæ Romanæ vrbis Epiſcopus Synodo coniungitur. Neque deſunt Africani; vt qui per ſanctiſſimum Archiepiſcopū Cyrillum, cum quo ſuam ſententiam coniunxerunt, huic quoque acceſſerint. Sunt hi ſanè locorum intercapedine à nobis diſiuncti; attamen animo cùm ipſius, tum omnium noſtrum ſententiæ ſunt vniti. Sed neque temere quoque quiſquam ex omnibus ſanctiſſimis Epiſcopis, aut Neſtorio, aut pijſſimo Epiſcopo Ioanni ſeſe adiunxiſſet, niſi ſuam ille impietatem callidiſſimis ſermonum inuolucris diſſimulare didiciſſet; illique, qui apud illum reliqui adhuc ſunt, mulctam à Synodo ſibi imponēdam ſeriò metuiſſent. Nos verò temporis anguſtijs excluſi, ad dominationem veſtram ſcribere nequimus, quæ cùm ab alijs multis, tum maximè à magnificētiſſimo Comite Iræneo perpeſſi ſumus: Hic enim vniuerſam hanc ſacram Synodum vehementer conturbauit; tantamque quibuſdam Epiſcopis formidinem per quorūdam tumultuationes inſuetaſque concurſationes incuſſit, vt plerique noſtrum etiam de vita periclitari videremur. At hæc nunc obiter & ex parte tantùm dominationi veſtræ inſinuamus.

Africani Epheſ. Synodo vniti.

Cauſa duplex, cur quidam Epheſina Synodo ad Neſt. & Io. Antio. defecerunt. Comes Irenęus Synodo ſupra modū infeſtus.

Verùm ſi (quod obnixè rogamus) à veſtra pietate permiſſum fuerit, vt quinque Epiſcopi à ſacra Synodo iſtuc mittantur, illi coràm de omnibus & ſingulis, quæ hic ſunt acta, Maieſtatem veſtram pleniſſimè edocebunt. Qui in conſeſſu noſtro Canonicam depoſitionis ſententiam

Rogantur Impp. vt quinque Epiſcopos è Synodo ad ſe euocent.

tiam

tiam contrà Neſtorium tulimus, ducenti & eò ampliùs numeramur, vndique ex toto terrarum orbe collecti; totamque Occidentem nobis conſentientem habentes. Subſcripſimus autem pauci huic relationi; omnibus tamen præſentibus atque aſſentientibus; quòd deuotus Magiſtrianus Palladius abire properaret; neque tardam omnium ſubſcriptionem expectare poſſet. Deus multis annorum curriculis regnum veſtrum tueatur incolume, Reges pijſſimi, victoreſque ſemper Auguſti. Flauianus Philippẽſiũ Epiſcopus ſubſcripſit.

Schiſmaticorum nomina hæc ſunt.

Ioannes Epiſcopus Antiochiæ Syriæ, Iulianus, Macarius, Diogenes, Alexander, Placon, Apringius, Theodoritus, Alexander, Meletus, Eliades, Paulus, Ioannes, Marcellinus, Muſæus, Maximus, Helladius, Aſterius, Gerontius, Dorotheus, Antiochus, Zebinas, Iacobus, Phritillus, Petrus, Theoſebius, Himerius, Anaſtaſius, Eutherius, Baſilius, Tracylinus. Hi ſoli impiorum dogmatum Neſtorij ſequaces, ciuitatem circumcurſant, tumultus excitant, ſeditiones mouent, Epiſcoporumque ordinationes denuntiant; tandem ita ſe gerunt, vt omnes, quotquot in hac ciuitate degimus Orthodoxi, qua ratione abſurdi illorum conatus compeſci cohiberique queant, non parum ſoliciti ſimus.

Schiſmatici varias turbas Epheſi excitant.

Tomi quarti, caput XI.

SANCTAE SYNODI EPHESINæ reſcriptum, quo Auguſtali per Ioannem ſacrorum Comitem oblatæ reſpondetur.

ARGVMENTVM.

Reſpondetur hac epiſtola Sacræ per Ioannem Comitem Palatinum ad vtranque partem tranſmiſſæ. Quia (vt ex tertio operis huius Tomo conſtat) Impp. declararant, ſe Cyrilli & Memnonis exauctorationem æquè admittere, atque Neſtorij: Exiſtimabant enim, omnes tres ab eadem Synodo gradu fuiſſe motos. Reſcripſerunt ad eandem Auguſtalem Schiſmatici quoque, ſed dolosè. Conqueruntur hic autem perinde de Cyrillo & Memnone Concilij Patribus, ad Auguſtum perſcriptum eſſe, ac ſi communi totius Synodi conſenſu & auctoritate exauctorati forent, cùm ſoli tamen Neſtoriani, cæterique Schiſmatici, per meram Sycophantiam eam notam illis inuſſiſſent. Exponunt deinde, cuiuſmodi ſint, qui Cyrillo & Memnoni tantum malum ſtruxerunt. Petunt poſtremò, vtrunque in ſuum locum reſtitui, & alios præterea Epiſcopos, qui ſuæ Maieſtati rẽ omnem co rãm explanent, Conſtantinopolim euocari.

PIISIMIS CHRISTIANISSIMISQ; Impp. Theodoſio & Valentiniano, Victoribus, Triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſacra & Oecumenica Synodus per Dei gratiam, veſtræq; Maieſtatis nutum in Epheſiorum Metropoli congregata.

Christiana regiaq; veſtra Maieſtas, religioſiſſ. Principes, iam inde a pueris zelum erga fidem Eccleſiaſticaſq; ſanctiones declarauit: Cuius rei gratia & nunc quoq; Chriſtiani orbis Epiſcopos ad Epheſiorum ciuitatem pio edicto conuocauit. Cæterùm veſtræ ſerenitatis literæ per magnificentiſſ. præclariſſimumq; Comitem Ioan. nobis oblatæ, publiceq; lectæ, non vulgarem nobis perturbationem attulerunt: Oſtendunt enim quorundã opera & impoſtura, mendacium & fraudem veraces veſtras aures occupâſſe: Perinde nãq; ſonant, ac ſi dominatio veſtra literas a nobis aliquando acceperit, quæ Cyrilli ſanctiſſimi ſacratiſſimiq; Epiſcopi & Memnonis ſanctiſſimi Deoq; dilectiſſimi Coepiſcopi noſtri depoſitionem continerent. Quamobrem ex animo deſiderantes elaborantesq;, ne mendaciũ apud regiam Chriſtianamq; Maieſtatem veſtram vllum omnino locũ poſthac obtineat, omni cum fiducia ad ſerenitatem veſtram referimus, Oecumenicam Synodum (quæ vniuerſam Occidentem, cum magna veſtra Roma, Apoſtolicaq; ſede, totam item Africam, & totum deniq; Illyricum in conſeſſu ſuo habet) prædictorum ſanctiſſ. Deoq; dilectiſſimorum Epiſcoporum exauctorationem non feciſſe. Nec quicquam ea de re remiſiſſe: Immò verò viros hoſce propter inſignẽ rectæ fidei zelum ſuſpiciens, multa illos, & apud homines laude, & apud Chriſtum Dominum gloria dignos iudicat. Solum autem Neſtorium nefariæ hæreſis Antropolatarum præconem loco mouimus, Chriſtianæq; Maieſtati veſtræ loco & ordine motum eſſe ſignificauimus.

Literæ Imp. per Comitẽ Ioãnẽ oblatæ Synodũ turbant. Sciſmatici ad Imp ſcribant, tãquã ex communi omnium totius Synodi ſententia.

Synodus Epheſina ex præcipuis orbis partibus collata.

Neſtorius Antropolatra.

Inter cætera autem non mediocriter nos affligit (quod ipſum quoq; non abſq; fraudulẽta quadam ſurreptione factum eſſe certum eſt) illos, qui a ſacra & Oecumenica Synodo ad Ioãnem Antiochiæ Eccleſiæ Epm̃ deſciuerũt, cæteroſq; Cœleſtianos gradu iã olim motos inter noſtra nomina irrepſiſſe, vnamque ſimul ad nos & illos Sacram miſſam eſſe. Sunt enim hi, de quibus iam antè veſtræ pietati clarum indicium factum eſt, qui nimirum per ſchiſma a nobis ſe auellentes, Canoneſque temerario auſu calcantes, & ad calumniandum Præſides noſtros ſe conuertentes, ob inſignem illam proteruiam, qua in nos vſi ſunt, ab vniuerſa ſacræ, & Oecumenicæ Synodi communione exciderunt: Sunt, inquam, illi, qui ad probationem vocati nequaquam ſe ſiſtere voluerunt, eaque de cauſa a ſacra, & vniuerſali Synodo & communionis expertes, & ad quiduis inhabiles cenſi ſunt.

Pelagiani Neſtorianis & Ioãnitis ſe adiũgũt.

Quin & illud quoque regiæ veſtræ Maieſtati indicandum duximus, ſicut & antè quoque iodicauimus; nempe nos propter tantam illorum inſolentiam, nec non propter certamina, quæ in hodiernum vſque diem pro depoſito Neſtorio decertare non ceſſant, ad cõmuniooem illos admittere nullatenus poſſe: Tantum enim abeſt, vt Neſtorij depoſitioni ſubſcribant, vt apertè quoque cum illo ſentiant: Tum ob id rurſum, quòd propter inſanum aduersùs Præſides noſtros conatum Eccleſiaſticis cenſuris ſubiaceant: Tum ob id denique, quòd pijs veſtris auribus mentiri ac imponere non erubuerunt. Quare regiam veſtram Maieſtatem Deo dicatam etiam atque etiam rogamus, vti Cyrillum & Memnonem ſanctiſſimos Deoque dilectiſſimos Epiſcopos, cùm per ſacros Canones nullo modo ſint condemnati, ſacræ Synodi reſtitui curet; eamque fidem inconcuſſam illabefactatamq; cuſtodiri faciat, quę iam inde à Maioribus menti veſtræ à Spirituſancto hæret inſcripta; & in commentarijs contra Neſtorium iam pridem editis, vobiſque oblatis admodum dilucidè extat explicata; vtpote ad fidei, quàm 318. ſanctiſſimi Patres apud Nicæam qoondam congregati expoſuerunt, amuſſim accuratè exacta: Hæc vnà enim in omoi cootrouerſia ſat eſt, & ad reuincendam omnem aduerſariorum impietatem, & ad oſtendendam & conſtituendam Orthodoxæ fidei ſemitam, quam vos hacten' illibatè per omnia cuſtodire ſatagitis. Quòd ſi Maieſtati veſtræ, quæ inter oos & illos, qui à nobis defecerunt, acta ſunt, exactius cognoſcere libuerit, ſublimitatem veſtram oratam cupimus, vt è ſancta Synodo euocari curet, (quoscunque voluerit,) quò hac ratione veſtra & Chriſtiana Maieſtas de omnibus coràm pleniùs inſtitui queat.

Cauſę, cur Schiſmatici ad communionem nõ videantur admittendi graues, & multæ.

Rogãt Imp. vt Cyrillũ, & Memnonẽ iniuſtè cõdẽnatos reſtituat.

Symbolum Nicęnũ certa amuſſis ad examinandam, & diſcernẽdã quãlibet doctrinam.

Tomi quarti, caput XII.

CYRILLI AD CLERVM populumq́, Conſtantinopolitanum Epiſtola.

ARGVMENTVM.

NARRAT, Regias literas aduerſariorum fraude contra ſe & Memnonem extortas, Synodum admodum turbaſſe. Addit, Comitem Ioannem præcipuum fraudis huius architectum prolixè cum Synodo, quò Ioannem Antiochenum cum ceteris, qui illi adhęrebant, in communionem & gratiam reciperet, egiſſe, ſed nihil impetraſſe: Tum grauem quoque de fide contentionem inter Schiſmaticos exortam eſſe. Experit demum, vt iſthæc communicentur cùm alijs, tum precipuè Archimandritis, quorum omnium quoque opem & fidem obnixè implorat, quòd Synodus in maximis miſerijs verſetur.

Cyrillus Clero populoq́, Conſtantinopolitano. S.

TVRBATA eſt admodum ſancta Synodus, vbi accepit, magnificentiſſimum præclariſsimumque Comitem Ioannem ea prauitate retuliſſe omnia, vt de noſtro quoque exilio, qui illic ſunt, conſilium ineant. Quaſi verò ſacrà Synodus iniuſtam nefariamque exauctorationem, quam Ioannes, ceterique, qui cũ eo agunt, hæretici moliti ſont, acceptârit vnquam. En altera igitur facta eſt à Synodo relatio, qua ſe Principis literis oppidò contriſtatam docet, & quod trium depoſitiones non acceptauerit, diſertè indicat. Sed & irrita quoque, quæ impiè & illegitimè ab illis, firma verò & rata, quæ à oobis geſta ſunt, habere ſe declarat. Docuerant Patres & prima quoque relatione, ea ſe euertiſſe, quæ præter Canonum præſcripta ab illis facta fuerant: Quodque pro ſocijs & Coepiſcopis nos habeant; & quod huiuſmodi ſententiam non mutent. Cùm autem prędictus magnificentiſſimus vir nihil non tentet, quò Ioannes, & qui cum eo ſunt, in ſanctę Synodi communionem recipiantur; in hodiernum vſque diem ne audire quidem huiuſmodi vocem ſuſtinent: Obſiſtunt enim huic omnino & dicunt. Fieri non poteſt, vt huc impellamur, niſi quod, contra legem ab illis factum eſt diſſoluatur, ſanctæque Synodo tanquam verè rei ſupplices fiant, & Neſtorium tandem illiusque dogmata concepta verborum forma anathematizent; & in his vniuerſa inter hos & Synodum controuerſia conſiſtit.

Deliberant Conſtantinopoli de Cyrilli exilio.

Synodi ſententia de Cyrillo, & Memnone.

Comes Ioan. à Synodo reijcitur & poſtulat.

Conditiones pacis ineundæ cum Synodo.

Cùm verò hac ſpe præclarus ille vir, cuius modò meminimus, fruſtratus eſſet, en aliud rurſum excogitauit, & à ſancta Synodo petijt; puta vt fidei ſuæ Confeſsionem ſcripto exhibeat: Nam cũ huic Confeſsioni & illi quoque eiuſdem impulſu ſubſcripſiſſent, & aſſenſiſsent, reuerſus dicere poterat: Redegi illos in amicitiam, vt quibuſdam tantùm humanis offenſis inter ſe diſsiderent. Vbi autem ſancta Synodus hoc conſilium ſubodorata eſt, iterum reſtitit, dicens: Nolumus nobis ipſis eam contumeliam irrogare: Non enim tanquam hæretici huc vocati ſumus; ſed ideo huc venimus, quò fidem quaſſatam reſtituamus; quam nunc quoque reſtituimus. Nec opus eſt Regi, vt fidem à nobis diſcat, cùm hanc ſciat & in ea baptizatus ſit. Quare ne hęc quoque ſtropha Orientalibus ſucceſsit. Quin & illud quoque vobis oe clam ſit; nẽpe cùm, vt aliquam fidei ſuæ expoſitionem ederent, intenti eſſent, inter ſe contendiſſe, & in ea contentione etiam nunc verſari: Nam alij ex illis ſanctæ Virgini Deiparæ appellationem concedunt; ita tamen ſimul quoque ἀνθρωποτόκος, homipara dicatur: Alij verò θεοτόκος appellari poſſe, obſtinatè negant; adduntque, paratiores ſe eſſe, vt manus ſuas amputandas præbeant, quàm vt huiuſmodi voci ſub-

Ioan. Comes à Synodo fidei confeſsionem exigit.

Synodus fidei confeſsionem edere recuſat.

En vitæ Angelicæ Confeſſionis idea. Non conueniunt inter hæreticos; ſed alij aliud de verbo Oeconomiæ ſentiunt.

eſ ſubſcribant. Vbique autem turpiter ſegetant publicè hæretici declarati.

Hæc à veſtra pietate diſcant omnes, præſertim verò pijſſimi & ſãctiſſimi Archimãdritæ, ne forte prædictus vir ad vos reuerſus, quorundam auribus gratificans, alia pro alijs dicat, aut doceat. Ne ceſſet verò pietas veſtra, neque noſtri cauſa labori inſiſtens defatigetur; certò ſciens, quòd hac ratione Deo hominibúſque ſeipſam commendet. Hic ſanè Deo amantiſſimi Epiſcopi, qui antea nos nunquã viderant, per Seruatoris gratiam ita erga nos affecti ſunt, vt ſuas quoque animas pro nobis ponere paratos ſe dicant: Etenim cum lachrymis nos adeuntes aiunt: Et exilium, & mortem quoque vnà vobiſcum perferre parati ſumus. Verſamur hic autem omnes in multa ærumna, maximè verò propter milites, qui excubiarum cuſtodiæque prætextu etiam ante cubicula noſtra dormire ſoliti ſunt. Hæc autẽ tempeſtas in nos propriè ſæuit. Veruntamen reliqua quoq; Synodi pars, horum fluctuum expers non eſt: Plures enim iam præ miſeria mortui ſunt; multi res ſuas, quòd neceſſarijs ſumptibus deſtituti eſſent, diuendere coguntur.

Cyrillus et cæteris Epiſcopis ſupra modũ charus.

Neſtorij fautores Synodi Patres grauiter affligunt.

Tomi quarti, caput XIII.

MEMNONIS EPHESIORVM Epiſcopi, ad Clerum Conſtantinopolitanum, epiſtola.

ARGVMENTVM.

EXPONIT aduerſariorum vim, inſignemque Comitis Ioannis, & Irenæi contra ſacram Synodum inſolentiam. Pandit Ioannis Antiocheni inſolentem ſuperbiam, & in Concilij Legatos iniquitatem. Aperit tandem, vnde ex Orientalium querelæ ortum duxerint; quæ in literis ſuis ſubinde inculcant; puta nullum templum, nullum oratorium ſibi patuiſſe. Quin & lapidibus quoque a diui Ioannis Baſilica ſe abactos fuiſſe.

QVANTA propter verã Orthodoxãque Dei fidem in Epheſiorum ciuitate patiamur, id nulla conſequi poteſt oratio: Turbatio enim turbationem citra vllam intermiſſionem excipit; fidei tamen vis, eiuſdemque confeſſio, multum nobis, vt viriliùs ſuſtineamus, roboris addit: Etenim magnificentiſſimus Comes Candidianus milites ſubinde in nos concitãs, totã ciuitatẽ tumultuationibus implet, omnibúſque penè vitæ neceſſarijs per excubias nos priuat. Neque his contentus, non paucos quoque ex Zeuxippis aſſeclis, qui depoſito Neſtorio adhærent (homines vtique ad improbitatem natos & educatos) vt nos, vniuerſamque Synodum conuitijs inceſſant, inſtigat. Sed neq; paruã quoque ruſticorum multitudinem, per quos penitùs nos infeſtet, ex Eccleſiaſticis poſſeſſionibus euocauit. Hanc porrò Comitis Ioannis inſolentiam, & temeritatem, quotidianaſque Irenæi magnificentiſſimi Comitis impoſturas, quibus ſimpliciores identidem circumuenit, egregiè auxit Ioannis Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopi præſentia quoque: Quandoquidem aduentu illius comperto, ſacra Synodus ſalutationem, & quam oportuit Sacerdoti obſeruantiam impenſura, confeſtim quoſdam Deo dilectiſſimos Epiſcopos, cum nonnullis quoque religioſiſſimis Clericis obuiàm illi miſit, qui & debitum illi honorem deferrent; ſimulque vt à Neſtorij, propter apertam impietatem, quam profeſſus fuerat, à ſacra Synodo depoſiti colloquio ſe abſtinerent, eundem commonefacerẽt. Cùm autem frequenti militum comitatu impediti, per viam eum alloqui non poſſent; nihilo tamen ſecius penè ad illius diuerſorium vſque conſequuti ſunt. Multis porrò horis hic præſtolantes; neque vllam tamen illius conueniendi copiam obtinere valentes, militum cõtumelijs interim expoſiti, tantiſper hic teſtiterunt, donec tandem poſt diuturnam morã, cùm videlicet ita illi viſum iam eſſet, pijſſimos Epiſcopos religioſiſſimoſque Clericos per milites accerſitos ad ſeſe introduci mandat. At poſteaquam verò, quæ in ſacra Synodo in mandatis habebant, illi expoſuiſſent, per magnificentiſſimum Comitem Irenæum, cæteroſque, qui cum ipſo aderant, Epiſcopos atque Clericos tantas comminiſtris noſtris & Clericis plagas inferri permiſit, vt in apertũ quoque vitæ diſcrimen adducti viderentur. His ad eum itaque modum tranſactis, pijſſimi Epiſcopi, qui ad illum fuerant miſſi, ad ſacram Synodum redeuntes, plagaſque ſibi impoſitas oſtendentes, & cætera omnia, quæ acciderant, ordine exponentes, expoſitaque in rei geſtæ veritatem ad ſacroſancta Euangelia propoſita confirmantes, ſacram Synodum ad iuſtam indignationem commouerũt. Quãobrem nonnihil illius inſolentiam refrenantes, excommunicationi ſubiecerunt, decretamque excommunicationem per deſtinatos Epiſcopos ad illum miſerunt. Accepetamus enim ſcriptum quoddam, certum illius temeritatis illegitimæque eiuſdem ſententiæ argumentum, nullo certo auctore editum, nulla ſubſcriptione munitum in quadã ciuitatis parte fuiſſe propoſitum. Quotidie autem venerandum Senatum, illuſtrioreſque ciues ad ſe euocans, magna importunitate vrgebat, vt eorum ſuffragiis alius in meum locum ſufficeretur Epiſcopus. Denique ita hic inſtabat, vt omnes Catholici ciuitatis incolæ oratoria, præoccuparent, ibique ſeſe continerent, incerti, quò illius temeritas publicè propoſita tandem euaderet. Vnde ad ſancti Apoſtoli Ioannis Baſilicam aſcendens, paſſimque per ciuitatem, quòd ibidem ordinaturus eſſet, diuulgans, ingentem ſeditionem tumultuationemque eo in loco concita-

Ingens Epheſi tempeſtas & rerum turbatio.

Candidianus in Patres Concilij milites concitat. Zeuxippus Neſtorianus Patribus infeſtus.

Comes Candidianus, & Irenæus impoſturis Comites infeſti. Honoris cauſa aliquot ex Synodo Patres Ioan. Antiocheno obuiam mittuntur.

Ioan. Ant. frequenti milite ſtipatus Epheſum ingreditur.

Ioan. Ant. Synodi Legatos verberibus & conuitiis excipit.

Excommunicatur Ioan. Ant.

Orientales ſcriptum, diuiſio eius, publicè contra Synodum proponũt.

Ioan. Antio. in locum Memnonis alium inſtituere nititur.

concitauit. Tanta namque armatorum militum multitudine aſcendit, vt pleroſque mendicos ſemineces ibidem reliquerit. Et cùm hæc deſignârit; adhuc tamen, quò Synodo inuidiam poſſit conflare, magna ſe laceſſitum iniuria, contumeliaque affectum apud Impp. & alios eſt conqueſtus. Quare, ſanctiſſimi viri, omni adhibito ſtudio ſatagite, vt veſana temerariaque Ioannis coniuratorumque illius ſententia palàm fiat, magnificentiſſimique Comites, qui quotidie ciuitatem, & fidem ex æquo conturbant, hinc faceſſant, nec callidâ eorum ſurreptione, quæ fidei ſunt, tandem adulterari contingat.

Curſu gens orta ſeditio ad diui Ioã. Baſilicam.

Irenæus & Cãdidian°, & fidem, & ciuitatẽ turbant.

Tomi Quarti, caput XIIII.

SACRAE SYNODI, AD religioſiſſimum Principem Theodoſium relatio.

ARGVMENTVM.

LAVDAT Imperatoriam pietatem, Cùm ob alia, tum ob id maximè, quòd contra Neſtorij impietatem Oecumenicam Synodum conuocarit. Exponit, in Neſtorium impietatis præconem, eiuſdemque ſectatores damnationis ſententiam eſſe decretam, non quò pereant, ſed quò per pœnitentiam ad ſanam mentem redeant. Addit autẽ ob id mutatos non eſſe, vt vindictæ quoque ſtudio incitati, per ſummam iniuriam in Concilij Præſides exauctorationis ſententiam ferre, eamque tanquam ab vniuerſo Concilio profectam ad Impp. mittere auſi ſint. Rogantur Auguſti, vt acta Synodi confirment, rataque habeant; Conciliabuli verò irrita decernant; atque adeò Concilio duces ſuos iniuſtè condemnatos reſtitui curent.

PIISSIMIS, CHRISTIANISSImisq́ Theodoſio, & Valentiniano, victoribus, Triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſancta & Oecumenica Synodus; quæ per Dei gratiam, veſtraq́ Maieſtatis ſtudium, ac nutum in Epheſiorum Metropoli conuenit:

REGIA veſtra Maieſtas non eſt paſſa, rectam fidem praua Neſtorij doctrina euerti; Qui Chriſto Domino incommoda, & miſerias, quas, vt homo, propter nos ſuſtinuit, cum Iudæis probro vertit. Immò verò pietas veſtra huiuſmodi contra Chriſtum ſermones apertè deteſtata, ex vniuerſo propè orbe, ad Epheſiorum Metropolim cõgregari nos voluit, quò falſis euerſis, pia ſanctorum Patrũ Apoſtolorumque dogmata confirmentur, ac ſtatuantur. Ob eam itaque cauſam in vnum coacti fidem a ſanctis 318. Patribus, qui in Nicæa ciuitate ſub beatæ memoriæ Conſtantino conuenerant, expoſitam, communi omniũ iudicio, & calculo corroborauimus: Neſtoriũ verò peregrinis arteq; cõfictis ſophiſmatis eandem illam fidem adulterâſſe, pietatisq; ſententiam nouitatis ſtudio labefactâſſe deprehenſum, Sacerdotali gradu mouimus; eiuſdemque doctrinam veluti peſtem quandam Eccleſias depaſcentem compreſſimus.

Neſtorius Iudaizat cõtra Chriſtũ.

Symbolum Nicænũ in Synodo Epheſina cõfirmatum.

Neſtorij doctrina fidei Nicænæ aduerſa.

At verò quia nonullos quoque Epiſcopos nutantes, Neſtorijq; ſenſu imbutos, immo illius blaſphemiis præcipites iam actos comperimus, omnes eiuſmodi, qui nimirum eadem cum Neſtorio ſapiunt, & ſentiunt, tantiſper a communione excluſimus, donec perdita illius doctrina relecta, ad Catholicam & Apoſtolicam fidem ſe adiungant: Cui omnes iam olim firmiter innixi ſalute potimur. Et nos quidẽ ideo iſthæc decreuimus, vt qui in errorem acti fuerant, hac ratione corrigerentur, pœnitentiaq; ducti ad nos reuerterentur; illi verò (cùm paulò ſupra triginta ſint numero, multiq; ex illis propter alia crimina Canonibus obnoxij; quidam Celeſtiani; alij de alijs hæreſibus conuicti; nonnulli quoq; ex illis, loco iam moti) ad pœnitẽtiam non venerunt, ſed religioſiſſimo Ioanne Antiocheno veluti duce (qui & ipſe quoq;, quòd iuſto tardiùs veniſſet, culpam ſuſtinebat) aſſumpto, ad patrocinandum Neſtorio inter ſe coierunt, ac contra ſanctæ & Oecumenicæ Synodi Præſides depoſitionis ſententiam ſcribere, eamq; veluti ab vniuerſa Synodo profectã ad veſtrã pietatem deferre auſi ſunt. Quã plnde veſtra Maieſtas acceptã, & firmã eſſe iuſſit; ab ipſa, nimirum Synodo ortam eſſe rata, & non contra Synodũ ab illis contextam, qui cũ Neſtorio ſentiunt, ideq; de nobis, propter Neſtorij depoſitionem vlciſci a

 cupiunt, nullum prorſus crimen, quod contra ſanctæ Synodi duces proferre queant, habentes. Atque ita temerario auſu pijs veſtris auribus fucum facere voluerunt; effeceruntq;, vt depoſitio, quã contra ſanctam Synodum moliti ſunt, per veſtram Maieſtatẽ approbaretur; quæ tñ, neque legitimè, neq; Canonicè, neq; a multis decreta eſt.

Schiſmatici Neſtoriano morbo infecti.

Quo cõſilio Schiſmatici à Synodo ſint excommunicati.

Orientales Schiſmatici duce Ioan. Antio contra Synodi Præſides inſurgunt.

Imp. Schiſmaticorum ſentẽtiam, ab vniuerſa Synodo profectam arbitratus, confirmat.

Quapropter ſancta Synodus legitima Canonicaq; actione, quæ contumelioſè, & abſq; vlla ratione ab ipſis iudicata fuerant, euertit, nullaque eſſe declarauit. Vniuerſi proinde ad pietatem veſtrã confugimus, enixè ſupplicantes, vt ea, quę cõtra Neſtoriũ, eiuſdemq; ſectatores geſta, definitaq; ſunt, robur ſuũ obtinere; cætera verò, quæ ab illis, qui Neſtoriũ vindicant, eò quòd eiuſdem cum illo ſententiæ exiſtant, contra Synodi noſtræ duces illegitimè facta ſunt, inefficacia & irrita manere iubeatis. Vt quæ, neq; cõuenienter, neq; Canonicè, ſed ſola vindictæ libidine contra eos, qui de nullo crimine cõuicti ſunt, ab illis ſunt geſta, qui contra ſanctã Synodum cũ Neſtorio ſentiunt. Etenim ſi ſanctæ Synodi ſententia in Neſtoriũ apertum impietatis præconẽ lata eſt iuſta, vt dominatio veſtra iuſtã eſſe declarauit; intelligit vtiq; prudentia veſtra, quę contra ſanctã Synodũ ab illis, qui cum Neſtorio ſentiunt, facta ſunt, non poſſe non inefficacia & irrita eſſe penitùs, vt quæ ex nulla prorſus bona & cõſentanea nata ſint cauſa, ſed ex ſolo vindictæ ſtudio, ex eo nimirum quod ſancta Synodus

Rogatur Theodoſius Imp. vt acta Synodi contra Neſt. cõfirmet, Conciliabuli vero contra Conc. euertat.

Si Neſtor. a Synodo iuſtè damnat° eſt, Neſtorianorũ ſententia contra Synodũ iniuſta eſt.

tondem-

condemnationis ſententiam in Neſtorium tulit. Obteſtamur proinde veſtram Maieſtatem, vt nos ab hac tribulatione liberet, Cyrillumque Alexandrinum, & Memnonem Epheſinum Deo deuotiſſimos Epiſcopos, ſacræque Synodi Principes reſtitui nobis iubeat: Conſentaneum eſt enim vindicata iam pietate, illiſque ſubmotis, ac refrenatis, qui illam labefactarãut, vt hi, qui vnà nobiſcum pro fide certamen inierunt, honore potiantur; neque cum illis, qui de nefandis in Chriſtum blaſphemijs conuicti ſunt, condemnentur. Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus ſupplici huic libello ſubſcripſi. Subſcripſerunt itidem & reliqui omnes Epiſcopi in cõmentariorum ſerie ſuprà percenſiti.

Cyrillus & Mẽnon præmio, nõ ſupplicio digni.

Tomi quarti, caput XV.

OECVMENICI SYNODI AD Conſtantinopolitanum Clerum epiſtola.

ARGVMENTVM.

CONQVERVNTVR propter falſas aduerſariorum dilationes, ſe miſerè in cuſtodiam datos, nullumq; ad Impp. neque per literas, neque per nuntios (quód terra marique omnia ſint occluſa) aditum ſibi patere. Rogant proinde clerum Conſtantinopolitanum obnixè, poſteaquàm iſtuc ſibi integrum non eſt, vt ipſe per ſe Impp. rem omnem patefaciat, ſuaque deprecatione illud apud eoſdem efficiat; nempe, vt inde liberati ad Regiam vrbem abire, Auguſtoſque coràm conuenire, vel certè ad ſuas ſedes redire permittantur.

SACRA SYNODVS, QVAE PER Dei gratiam, piiſſimorumq́; Impp. noſtrorum iuſſum Epheſi conuenit, deſideratiß. fratribus & Comminiſtris, Conſtantinopoli agentibus: tum religioſiſſimis quoque eiuſdem ciuitatis Presbyteris, & Diaconis S. P. D.

QVI in tanta rerum fluctuatione verſamur, tantiſque bellis vndique impetimur, nec vllo tamen interea pacto ad placidum ſerenumq́ue piiſſimorum Imperatorum aſpectum, vnde ſolùm à tantis hiſce moleſtijs liberatiònem ſperare licebat, admittimur, quam aliam cõſolationis rationem inire poſſumus, quàm vt quæ nos vrunt, apud noſtra membra deponamus, communique ſenſu deploremus? Vos autem ſanctæ, & Oecumenicæ Synodi membra eſtis, qui ſingularem pietatis zelum per omnia hactenus oſtendiſtis. Sciat itaque pietas veſtra, Epheſum perinde nos inhabitare ac carcerem; in quo iam trimeſtre ſpatium vſque adeò arctè incluſi tenemur, vt neque per mare, neque per terras abſque euidenti diſcrimine quempiam omnino, vel ad pium exercitum, vel in aliquem alium locum amandare queamus: Sæpe enim vſu iam venit, vt quæ à nobis mittũtur, ea citra innumera pericula reddi vix potuerint: Nam vt tabellarij vitæ diſcrimen euaderent, in alias atque alias formas ſubinde ſe transformarent, oportuit.

Orthodoxi Conſtantinopolitani, ſacræ Synodi membra tametſi abſentes.

Terra marique à Neſtorianis obſidetur Syn. Epheſ.

Quòd autem tam diligenter cuſtodimur, hoc aliunde non prouenit, quàm quòd falſiſſima quæque ad piiſſimos Imperatores contra nos deferuntur: Nam alij, vt accepimus, quaſi ſeditionis auctores apud pias Auguſtorum aures nos incuſant. Alij eiſdem ſuggerere auſi ſunt, ſanctam & Oecumenicam noſtram Synodum, Cyrillum ſanctiſſimum, perq́ue omnia Deo dilectiſſimum Archiepiſcopum Alexandrinum, & ſanctiſſimũ Deoq́ue deuotiſſimum Coepiſcopum noſtrum Memnonem depoſuiſſe. Quidam & hoc quoque adiicere veriti non ſunt; nempe cum defectionis Conciliabulo, cuius dux eſt Ioannes Antiochenus, amicum colloquium inire nobis placuiſſe. Ne igitur mendacia hæc tanta, aliaque hiſce ſimila patefiant, tanta diligentia cuſtodimur, tantumq́ue bellum cõtra nos concitatum ſuſtinemus. Cùm ergo omni auxilio deſtituamur, ad veſtram pietatem confugimus: (Scimus enim vos germanorum filiorum affectum erga ſanctam, & Oecumenicam Synodum, etiamnum retinere, eumq́ue in modum comparatos eſſe, vt Orthodoxam fidem nulla ratione velitis prodere) enixè rogantes, vt cum multa ſupplicatione & lachrymis, vnaq́ue cum hiſce literis ad Chriſto dediti ſſimum Imperatorem accedatis, illumq́; de omnibus, quæ contra nos geruntur, dilucidè inſtruatis: Nos enim memoratos ſanctiſſimos Deoq́ue dilectiſſimos Epiſcopos Cyrillum & Memnonem nequaquam condemnauimus; ſed vtrunque magna commendatione, illuſtribusq́ue coronis dignum cenſemus; vt qui Diuino zelo incenſi plusquàm reliqui omnes, vt quoquo modo impiiſſimum Neſtorium impietatis præconem excinderent, Eccleſiaſque ab hoc piaculo repurgarent, elaboràrint. Sed & nunc quoque à prædictorũ ſanctiſſimorum Epiſcoporum communione adeò nos non ſeiungimus, vt vnà cum illis exilii incommoda experiri, magni quoque lucri loco ducturi ſimus.

Cauſæ, cur Synodus vndique affligetur & obſideatur varię.

Bene erga fidem & Synodum affecti Conſtantinopolitani.

Cyrillus & Memnon magni Catholicæ fidei zelatores.

Certum autem deliberatumq́ue nobis eſt, illud Schiſmaticorum Conciliabulum ad cõmunionem non admittere: Immo verò cõmunibus omnium vocibus Ioan. Ant. & qui cum illo faciunt, publicè iam anathematizauimus. Primùm quidem ꝙ impietatis præconem Neſtorium vnà nobiſcum deponere noluerint, ſicut nec adhuc quoque volunt; ſed familiariter cum illo verſati, eidemq́ue ſemper patrocinari pergũt. Deinde verò quòd poſt iniquiſſimum, & à Canonibus prorſus alienum, vtpote, contumelię, & calumniæ plenum conatum, improbumq́; in ſanctiſſimos Epiſcopos ſtudium, piis Chriſti amantiũ Imperatorũ auribus imponere nõ dubitàrunt. Poſtremò aũt ꝙ cũ Neſtorio ſentire in hodiernũ vſq; in diẽ

Ioan. Ant. publicè eſt ſuis anathematizatus. Tres graues cauſæ, ꝓ quas Orientales anathemate percuſſi.

non ceſſant. Propter hæc igitur omnia ſemel illos ab Eccleſiaſtica cõmunione abſcidimus, omnemque Sacerdotij poteſtatem iiſdẽ ademimus; ac ipſis Eccleſijs, quod abſit, priuari malumus, quàm ad communionem cum ipſis redire; niſi tamen omnia illa delicta, quorum ſuprà meminimus, perfectè corrigant. Libuit autem hoc veſtræ pietati indicare, vt ipſi quoque eodem illos loco habeatis.

Cyrillus & Memnon dãmnati repetuntur.

Hæc itaque obſecrate pientiſſimũ, ac Deo dilectiſſimum Imp. de omnibus certiorem facite; totius Synodi nomine ſupplicantes, vt ij nobis reſtituantur, qui nullo modo à Canonibus ſunt condemnati, puta ſanctiſſ. Deoque dilectiſſimi Epiſcopi Cyrillus, & Memnon: Tum vt noſtri miſertus, primo quoque tempore ex hoc ergaſtulo clementer nos liberet. Et ſi quidem digni ſumus, qui pientiſſ. Chriſtique amantis Imp. faciem videamus, hanc ille nobis gratiam faciat. Si verò indigni iudicamur, quibus hoc beneficium obtingat, ſaltem bona venia ad Eccleſias noſtras redire nos ſinat: Ne hic vniuerſi, alij morbis, alij mœſtitia conſumpti pereamus. Ne autem omnium ſubſcriptionibus aliquod vobis faſtidium ingereremus, ſat nobis fuit, ſi ſoli Præſides communi omnium nomine ſubſcriberent.

Tomi quarti, caput XVI.

Cleri Conſtantinopolitani pro ſacra Synodo Epheſina ſupplex libellus ſeu obteſtatio.

ARGVMENTVM.

PRAEMISSA breui Auguſtorum cõmendatione, admonitoque vt iuſtis Principum legibus obſequendum eſt; ita iniuſtis eorundem ſanctionibus liberè obſiſtere licere. Subiungunt ſe quiduis malle perpeti, quam iniuſtam damnationis ſententiã nefariò ab Orientalibus in Cyrillum, & Memnonem latam, & per ſurreptionem iniuſtè quoque ab Imperatoribus cõfirmatam, recipere. Rogãt proinde, vt eiuſmodi decretum ſtatim reuocent, omnemque fidem eidem abrogent, Synodi verò confirment. Adduntque, niſi iſtuc fiat, fore, vt vniuerſam Eccleſiam maxima incommoda opprimant. Hortantur tandem, vt beneficiorum, quæ ab Eccleſia acceperunt, pietatiſque Maiorum ſuorum memores, pro Eccleſiæ pace communique ſalute viriliter pugnent.

Imp. ſtudiũ in conſeruanda religione & pietate.

CVM non ignoremus, veſtram pietatem, ſanctas Dei Eccleſias, fidemque piè in illis prædicatam, & à Maioribus traditam maximi ſemper feciſſe; quantum præterea illius cauſa, & à nobis & à veſtra pietate hucuſque elaboratum ſit; non dubitauimus præſentem Eccleſiæ turbationem ad aures veſtras Chriſti ſtudioſas referre: Etenim profeſſionis noſtræ ſcopus, piiſſimi Reges, inter alias leges, omnibus quoque Principibus, & poteſtatibus obediendum eſſe cauet; dummodo tamen eiuſmodi obedientia animæ ſaluti detrimentum non afferat. Quod ſi illa inter vtilitatis limites non verſetur, tunc etiam aduerſùs Regium faſtigium cum libertate audendum eſſe, Diuinarum legum interpretes monent. Imò verò ſi regia Maieſtas recta quoque fide ornata fuerit, non pudoris, ſed virtutis, eximiæque laudis loco ducendum erit, iniuſtis illius decretis obluctari. *Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum*, ait Propheta, *& non confundebar*. Cum ergo diuinæ literæ, & Sanctorum præterea exempla fiduciam opportuno tempore poſtulẽt, nos in præſentia nonnullam liberiùs loquendi occaſionem nobis oblatam eſſe rati, non poſſumus hac ſupplicatione noſtram ſententiam veſtræ pietati liberè non aperire.

Regibus vſque ad aras parendum.

Iniquis Principum decretis apertè reſiſtendum. Pſalm. 114.

Igitur ſi dominatio veſtra exauctorationẽ, quam illi in Cyrillum & Memnonem piiſſimos Deoque dilectiſſimos Epiſcopos machinati ſunt, qui à ſacra Synodo deſciuerũt, magnaq; ex parte, vel hæretici, vel exules, vel certè excommunicati ſunt, approbãrit; eorumque inducta poteſtate, qui huiuſce ſententiæ auctores extiterunt, inſanum hoc infirmumque, & modis omnibus puerile decretum admiſerit (præſertim cùm nulla iam inde ab initio admonitio, neque à ſacra Synodo, penes quam iſtarum rerum cognitio eſt; neque à quopiam alio præceſſerit; neque vllam aduerſum eos, qui Sacerdotio priuati videntur, probationem quiſquam attulerit) ſciat, nos omnes promptos paratoſque eſſe, ea animi promptitudine, & alacritate, quæ Chriſtianum hominem decet, quoduis periculum cum memoratis ſanctiſſimis viris ſubire; neque vllum diſcriminis genus eorum cauſa detrectare; arbitrati talem illis mercedem, propter diſcrimina, quæ fidei gratia hactenus ſuſtinuerunt, iure optimo deberi. Quamobrẽ cùm vnum hoc omnibus nobis ſit propoſitũ, etiam atque etiam Maieſtatem veſtram rogamus, & niſi fallimur, quod æquum eſt rogamus, vt pro ſua auctoritate illorum ſententiam dignetur confirmare, qui & numero plures ſunt, & ſedium auctoritate antecedũt, & exacta Orthodoxæ fidei examinatione præmiſſa, ſanctiſſimi viri doctrinæ aſtipulati ſunt; & quòd rectè ſentiat, ad veſtram dominationem retulerunt. Neque pacis obtentu, aut ne parua quædam Orientaliũ portio à corpore auulſa videatur, quæ tamẽ, ſi Canonibus obſequi vellet, coniuncta manere poteſt, vniuerſum terrarum orbem ſimul diſcerpi patiatur. Quandoquidem ſi Oecumenicæ Synodi Dux, cuius ſententiæ per ea, quæ depoſuerunt, reliqui omnes ſubſcribunt, quippiam præter Canonum ordinem perpetrauerit, veſtraq; pietas huiuſce rei cauſa communionem illi adimi iuſſerit; adeoq; Synodum cum plena auctoritate hunc in finem coegerit; cui dubium eſſe poteſt, quin cum priuato detrimento eandem in omnes eiuſdem ſententiæ conſortes pœnam, decernat, confirmetque? Conſequitur hinc enim, omnes orbis Epiſcopos vnà cum prædictis ſanctiſſimis

Synodus cum Cyrillo & Memnone exilium ſubire parata.

Rogatur Imp. ne ob exiguam orbis partẽ totum terrarum orbẽ diſſecari.

ctiſſimis viris depoſitionis ſententiæ ſubiacere: Atque ita rectæ fidei ſententia penes Arrium, vel Eunomium, vel alium eiuſmodi inueniri.

Cùm itaque Neſtorius propter ſuam impietatem iuſtè ſit exauctoratus; Cyrillus verò, & Memnon ſanctiſſimi, pijſſimique Epiſcopi, ex praua ſuggeſtione indignè, & iniuſtè pari pœna ſint mulctati, æquum eſt, Chriſti amantes Reges, ſedulò vos curare, ne Dei Eccleſia, quæ more nutricis pietatem veſtram confouet, victoriamque de hoſtibus, citra magnam difficultatem Maieſtati veſtræ ſubinde conciliat, in poſterum diſſipetur; oéue regni veſtri tempore Martyrum ſeculum denuo reuertatur: Quin in id potiùs incumbere vos par eſt, nempe, vt Maiorum veſtrorũ erga Dei Eccleſias amorem, ac ſtudium in animis veſtris magis magiſque ſubinde exuſcitetis. Quemadmodum ergo ſinguli eorum ſanctorum Patrum Synodis, Imperij ſui tempore celebratis paruerunt, Patrumque ſanctiones legibus ſuis munierunt, & quam illis deferrent, obſeruantiam decretis ſuis oſtenderunt; ita & vos quoque eum, quem decet, affectum erga Synodum ſanctam, quam conuenire iuſſiſtis, declarate: Quò pias ipſa gratiarum actiones pro Imperij veſtri incolumitate perſoluat; & nos quoque pro Regni veſtri ſtabilitate deuotas ad Chriſtum Dominum preces tranſmittamus; pijſſimi Chriſtianiſſimique Impp.

Qui ti priſci Principes Conciliorũ decretis deferrẽt, ſuis legibus declararũt.

Tomi quarti, caput XVII.

SACRAE SYNODI EPHESINAE ad Cæleſtinum Romanæ vrbis Archiepiſcopum epiſtola, qua ordine ea omnia explanat, quæ in magna illa Synodo geſta fuerant.

ARGVMENTVM.

HOC caput breui narratione omnia Concilij acta complectitur, ita vt commune totius huius operis argumentum non iniuria dici queat. Summa totius eiuſmodi eſt. Ad diem Pentecoſtes (qui primæ Seſſioni ab Impp. indictus fuerat) ex varijs Prouincijs Epiſcopi ſupra ducentos conuenerunt. Deſideratur Ioannes Antiochenus, non quòd ad id tempus adeſſe non potuerit, ſed quòd ſtudio Neſtorij adeſſe noluerit. Expectatur ſedecim totos dies. His actis adueniunt, qui nomine illius denuntiant, Synodum illius aduentum diutius operiri nõ debere. Celebratur prima Seſſio, abeſt Neſtorius ſceleris conſcientia præpeditus. Ter fruſtra citatus, contumax iudicatur. Examinantur illius ſcripta, & dicta, examinataque apertè hæretica, & in Deum blaſphema deprehenduntur. Publico Synodi decreto hæreticus declaratur, & exauctoratur. Exauctorato Neſtorio aduenit Ioãnes Antiochenus, qui Neſtorij cladẽ egrè ferens, non iuſtitiæ zelo, ſed vindictæ ſtudio indicta cauſa Cyrillum & Memnonem Epheſiorum Epiſcopum tanquam hæreticos & ſeditionis auctores ordine mouet. Cyrillus & Memnon hanc contumeliam, vt par erat, grauiter acerbeque ferentes, offerunt Synodo libellum ſupplicem, obnixè eandem rogantes, vt Ioannem citet, ſuæque temeritatis rationem reddere compellat. Ter incaſſum ad Synodum vocatus, tanquam contumax & reus vnà cum ſuis excommunicationi ſubijcitur, grauior pœna illis irroganda ſummo Pontifici Cœleſtino aſſeruatur. Cyrillus, & Memnon inſontes declarantur. Sub finem ſententia Romæ contra quoſdam Pelagianos lata, à Synodo approbatur.

SANCTISSIMO PIISSIMOQVE comminiſtro Cœleſtino ſancta Synodus, quæ per Dei gratiam Epheſi conuenit, in Domino ſalutem &c.

SANCTITATIS tuæ circa pietatem zelum, eiuſdemque circa fidei ſynceritatem curam noſtri omnium Seruatori apprimè gratam & placitam cum omni admiratione complectimur. Eſt enim hoc vobis tam eximijs in more poſitum, vt in omnibus celebres ſitis, ſtudiaque veſtra ſolida Eccleſiarum firmamenta conſtituatis. Quia verò neceſſitas exigebat, vt omnia, quæ in hac ſacra Synodo acciderunt, ſanctitati tuæ declararentur, non potuimus hiſce noſtris literis ad ſanctitatem tuam non perſcribere, ſecundùm Saluatoris noſtri omnium uoluntatem, pijſſimorumque ac Chriſti amantium Impp. noſtrorum ſanctionem, ex multis varijſque Prouincijs Epiſcopos ſupra ducentos in Epheſiorum metropoli ad diem ſanctæ Pentecoſtes conueniſſe. (Hunc enim diem Chriſti amantium Impp. decretum, quo conuocati fueramus, terminum primo Synodali conſeſſui præfixerat.) Cùm autem Auguſtorum epiſtolis vrgentibus vniuerſi ſtudioſè conueniſſent. (Inſertum enim illorum literis erat; qui ad id tempus non accurrerent, tanquam malæ conſcientiæ reos, coram Deo, & hominibus culpæ obnoxios futuros) deſideratus eſt religioſiſſimus Ioannes Antiochenorum Epiſcopus. At iſtuc non animo ſimplici, & candido; neque quòd per locorum interuallum in itinere impeditus, adeſſe non poſſet; ſed quòd conſilium cogitationemque Deo aduerſam mente occultaret; id quod non longo pòſt tempore, poſteaquàm nimirum Epheſum veniſſet, palàm fecit. Diſtulimus itaque Concilium totos ſedecim dies poſt præſinitum ſanctæ Pentecoſtes terminum elapſum. Etſi multi interim Epiſcopi, & Clerici partim cum morbis conflictarentur, partim ſumptuum inopia premerentur, nonnulli quoque ex hac vita migrarent. Erat autem, vt ſanctitas tua facilè intelligit, mora iſthæc aliud nihil, quàm aperta aduerſùs ſanctam Synodum contumelia: Studio enim peruerſaque animi voluntate tanta illa dilatione vtebatur; quippe cùm dudum illum anteuertiſſent multi, qui longè maiori intercapedine Epheſo diſtabant. Veruntamen poſt exactum ſextum decimum diem, ex illorũ numero, qui cum illo degunt, aduenerunt Metropolitani duo, Alexander videlicet Apameæ, & alter Alexander Hieropolitanus.

Pia Roma. Põt. ſtudia Eccleſiæ firmamenta.

Omnia, quæ in Oecum. Conc. decernuntur, ad Rom. Pont. referantur, oportet.

ropolitanus. Cùm autem de aduentus religioſiſſimi Epiſcopi Ioannis tarditate expoſtularemus, aiebant illi non ſemel, ſed ſæpe: Demandauit, vt pietati veſtræ indicemus, ne Synodum diutius prorogetis, ſi ipſum amplius tardare contigerit; ſed quod opus eſt facto, quamprimùm, inquit, ſaciatis. Cùm hęc illi nobis denuntiaſſent, certoque conſtaret, tam ex aduentus illius tarditate, quàm ex ijs etiam, quæ per illos ſignificauerat, quòd cõſeſſui noſtro adeſſe detrectaret; ſiue id ſtudio Neſtorij faceret, (fuerat enim is Eccleſiæ illius aliquando Clericus, ſiue quòd quorundam pro illo deprecationi morem gerere vellet; ſancta Synodus in maiori Epheſiorum Eccleſia, quæ appellatur Maria, conſeſſum indixit.

Hæc pugnare vſit cum Nicephori ſentẽtia li. 14. cap. 34. Tradit eñ Neſt primo cõſeſſui interfuiſſe. Neſt. tertiò legitimè citatus, venire detrectat

Quoniam verò cum vniuerſi prompto alacrique animo veniſſent, ſolus Neſtorius in eo conſeſſu deſiderabatur, ſancta Synodus per Epiſcopos quoſdam ſemel iterum, ac tertiò quoque Canonicè illum citauit; ipſe verò ædibus, in quibus diuerſabatur, frequenti milite vndique circumuallatis, Eccleſiaſticisque ſanctionibus ſuperbè cõtemptis; neque Synodo ſe ſiſtere, neque de impijs ſuis blaſphemijs rationem voluit reddere. Lectæ itaque ſunt literæ, quas ſanctiſſimus Deoq; dilectiſſimus Alexandrinæ Eccleſiæ Archiepiſcopus Cyrillus ad illum ſcripſerat: Quas ſancta Synodus tanquam rectè inculpateque exaratas, vtpote Diuinis Scripturis, fideiq; expoſitioni, quam ſancti Patres in magna illa Synodo Nicęna quondam ediderant, per omnia conſentaneas ſuo calculo approbauit (eandem de illis ſententiam & tua quoq; ſanctitas iam antè tulerat.) Deinde lecta eſt etiã Neſtorij epiſtola ad eundem ſanctiſſimum Deoque dilectiſſimum fratrem, ac comminiſtrum noſtrum Cyrillum ſcripta, compertumque, ac publicè a ſancta Synodo definitum, dogmata, quæ in ea continebantur, ab Euangelica, & Apoſtolica fide omnino aliena eſſe; doctrinamque ſapere peregrinam planè & blaſphemam.

Epiſtola Cyrilli ad Neſto. à Synodo & Pont. Max. approbata.

Neſtorij dicta & ſcripta examinata, comperta ſunt hæretica.

Relectæ ſunt tandem, & impijſſimæ, quoque eiuſdem exegeſes, & epiſtola præterea, quam tua ſanctitas ad illum dederat; per quam tanquam qui blaſphema ſcripſiſſet, impiaſque voces exegeſibus ſuis inſeruiſſet, iuſtè quoque condemnabatur. His porrò omnibus ſuſceptis atque perfectis, iuſta depoſitionis ſententia, in illum eſt lata; maximè verò cùm tantùm abeſſet, vt de blaſphemijs, quas, cùm Conſtantinopolitanam ſedem adhuc obtineret, profuderat, pœnitentiam ageret, aut reſipiſceret, vt Epheſi quoque cum quibuſdam ſanctis Metropolitanis Epiſcopis, viris ſanè illuſtribus magnaque pietate, & eruditione præditis diſſerens, auſus ſit dicere: Equidem bimeſtrem, aut trimeſtrem Deum non agnoſco, aliaque his multò deteriora.

Hinc fortè Nicephorus anſam ſumpſit, vt ſcribere: Neſto. primæ Seſſioni interfuiſſe.

Poſtquam igitur impiam ſceleſtiſſimamq; hæreſin, (vt quæ ſanctiſſimam noſtram religionem penitus euerteret, vniuerſamque incarnati Verbi Oeconomiam vel ab ipſis fundamentis dirueret) ad eum, quem iam diximus, modum, demoliti eſſemus, fieri vix potuit, quin illi, qui dilectionis ſtudio erga Chriſtum flagrabant, & pro Domino zelabant, multis in rebus multas difficultates ſuſtinerent. Enimuero fore ſperabamus, vt reuerendiſſimus Ioannes Antiochenus Synodi diligentiam, & pietatem laudaret; tardamque Neſtorij depoſitionem vitio fortaſſis nobis verteret. Verùm hæc ſpes longè nos fefellit: Compertus eſt nãque inimicus, infeſtusq; cùm ſanctæ Synodi, tũ rectę quoq; Eccleſiarum fidei hoſtis, ſicuti res ipſæ declarârunt: Nam ſimulatq; Epheſum ingreſſus eſt, antequam puluerem ex itinere contractũ excuſſiſſet, pallio nondum depoſito, coactis in vnum, quaſi collegio quopiã, triginta plus minus, ſolo nomine Epiſcopis, qui vnà cum Neſtorio deſciuerant, blaſphemaq; verba in propriũ caput euomuerat, & gloriæ Chriſti tantùm non illuſerant (ex quibus alij erant extorres, vagi, proprijsque Eccleſijs deſtituti: Alij ante multos annos grauibus de cauſis à ſuis Metropolitanis depoſiti: Alij Pelagij & Cœleſtij veneno imbuti: Alij tandem ꝓpter alias hęreſes ex Theſſalia eiecti,) rem auſus eſt impiam, qualem nemo ante illam auſus eſt vnquam: Etenim priuatim ſcriptũ quoddam confecit: depoſitioniſque nomine ſanctiſſimo, Deoque dilectiſſimo Cyrillo Alexandrinorum Epiſcopo, & pientiſſimo fratri, & comminiſtro noſtro Memnoni Epheſiorum Epiſcopo, indignam contumeliam imponere ſtuduit: Idque omnibus nobis inſcijs: immò ne ipſis quidẽ, qui iniuriam hãc perpeſſi ſunt, quid ageretur, aut quamnã ob cauſam hoc auſi eſſent, intelligentibus. Verũ iſti perinde, ac ſi Deus iſthæc non curet; neq; ſint Eccleſiaſtici Canones, qui hæc puniant neque futurum ſit, vt propter hanc audaciam periculum ſubeant, excommunicationis titulo in vniuerſam Synodum petulantes fuerũt. Nec his contenti, ſententiam theatri parietibus affixerunt, vt publicè legi poſſet; atque ita ipſorum impietas palàm nota fieret: Sed nondum his finibus conſtitit audacia, ſed vltrà progreſſa quaſi Canonicum quiddam cõſtituiſſent, ad Deo dilectiſſimorum Chriſtique amantium Imperatorum aures iſthæc quoque deferre non dubitârunt.

Neſt. hæreſis Chriſti fidem & Oeconomiam funditus euertit.

Inſignis Io. Antio inſolentia, & in Synodum iniuria.

Neſtoriani & Orientales clãculũ, indictaque cauſa, condẽnationis ſententiam in vniuerſã Synodum ferunt.

His ita tranſactis ſanctiſſimus Deoque dilectiſſimus Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus, & pijſſimus Memnon Epheſiorum Epiſcopus, libellum compoſuerunt, compoſitumque Concilio obtulerunt, quo religioſiſſimum Antiochenorum Epiſcopum Ioannẽ, cæteroſque, qui eius temeritatis ſocij, atque ſatellites fuerant, accuſabant; adiutantes ſanctam noſtram Synodum, vt ipſum Ioannem, eiuſq; adminiſtros canonicè in iudiciũ vocaret,

Cyrillus & Memnõ cõtra Schiſmaticos libellũ offerunt.

vocaret, ac rationem de illis reddere compelleret, quæ temere auſi fuerant; nec non eoſdẽ, ſi quam accuſationem haberent, illam in medium vt afferrent, accuſatosq́ue, ſi poſſent, cõuincerent, admoneret. Quandoquidem in depoſitionis, vel contumeliæ veriùs charta eiuſmodi ſententiæ ſuæ cauſam inſeruerant:

Orientales Cyrillo & Memnoni Arianiſmũ, & Eunomianiſmũ falsò imponunt. Ioã. Antioch. intra biduum ter citatus.

Quoniam Apollinariſtæ ſunt, & Ariani, & Eunomiani, propterea à nobis depoſiti ſunt. Cũm itaque ij, qui hanc ab illis contumeliam acceperant, vrgerent, neceſſitate adacti in magna rurſum Eccleſia Epiſcoporum (quorum numerus erat plusquàm ducentorum) conſeſſu inſtituto, intra biduum ſemel, iterum, ac tertiò quoque ipſum Ioannem, & qui cum eo erant, ad Concilium vocauimus, quò illos, quos contumelia affecerant, reuincerent, rationemq́ue, & cauſas, ob quas depoſitionis chartam compoſuiſſent, in mediũ adferrent. Verùm illi venire noluerunt. Oportebat autẽ illum, ſi quidem prædictos ſanctos viros hæreſeos reos agere poterat, præſtò adeſſe, nec non crimen, cuius gratia temerariam contra illos ſententiam tulerat, verum, certum & indubitatũ eſſe, palàm oſtendere. At praua conſcientia impeditus, minimè adfuit. Quod autem moliebatur, hoc erat; putabat, ſi abſurda illa illegitimaque contumelia euerteretur, fore vt ſimul iuſta quoque ſanctæ Synodi ſententia contra hæreticum Neſtorium lata eneruaretur.

Ioan. Anti. per iniuſtã iuſtam ſententiã euertere voluit.

Indignitate itaque tel commoti, eiuſmodi in illum & reliquos ſententiam proferre volebamus, cuiuſmodi ille contra leges in illos tulerat, qui de nullo adhuc crimine conuicti erant. Verùm quò illius temeritatẽ animi lenitate vinceremus, etiamſi illam iuſtiſſimè legitimeque paſſus fuiſſet, pietatis tuæ iudicio illam reſeruauimus. Interea illos excõmunicauimus, omniq́ue Sacerdoli poteſtate exuimus; ita vt nullam nunc ſuis ſententijs lædere queant: Qui enim neceſſarium non erat, vt illos, qui tanta inſolentia & feritate, legumq́ue contemptu res adeò pernicioſas aggredi conſueuerant, vel inuitos nocendi poteſtate priuaremus?

Synodus vltimam in Ioan. Anti. ſententiam Rom Pont. reſeruat.

Fratribus autem noſtris & comminiſtris Cyrillo & Memnoni Epiſcopis, quos hac illi contumelia affecerunt, communicamus omnes, & poſt temerariam illorum ſententiam, vna cum illis ſacris quoque operati ſumus, & etiamnum operamur vniuerſi, communesq́ue Synaxes celebramus; Indicta illorum cõceptis verbis abrogantes, irritaq́ue ac prorſus infirma eſſe decernentes: Erat enim illorum ſententia aliud nihil, quàm mera cõtumelia: Etenim viri numero plùs minùs triginta; quorum alij hæreſeos macula erant notati; alij extorres & reiecti, qualem Synodi formam, aut quid virium haberent contra Synodum ex vniuerſo, qui ſub cœlo eſt, orbe collectam? Fuerunt enim in conſeſſu noſtro & illi quoque, qui à ſanctitate tua miſſi fuerant, videlicet pientiſſimi Epiſcopi Arcadius & Proiectus, vnaque cum illis religioſiſſimus Preſbyter Philippus, qui ſua præſentia tuam præſentiam nobis exhibuerunt, Apoſtolicæq́ue Sedis locum tenuerunt.

Synodus Schiſmaticorum fulmina ꝓ nugis habet.

Legati Pontificis Apoſtolicæ Sedis locũ obtinent.

Iuſtam proinde ſanctitas tua propter iſthæc indignationem concipiat: Nam ſi quibuſcunque volentibus poteſtas fiat maioribus ſedibus contumeliam inferre, & in illos, in quos nihil poteſtatis habent, ſententias vel contumelias veriùs vſque adeò iniquas, & iniuſtas pronuntiare, maximè verò in eos, qui tanta pro pietate certamina ſuſtinuerunt, per quos quoque pietas, accedentibus ſanctitatis tuæ precibus, plurimũ ſplendoris accepit, in extremam cõfuſionem res Eccleſiaſticæ mox dilaberentur, Quòd ſi verò conuenienti modo iſtorum amentia compreſſa fuerit, ſedabitur eueſtigio omnis tumultus, debitaq́; Canonum reuerentia apud omnes pondus ſuum in poſterum obtinebit.

Rogat Pon. vt in Orientales ſeuerius animaduertat.

Sententia Romæ contra Pelagianos lata. in Conc Epheſino ſolenniter confirmata.

Porrò autem perlectis ijs in ſancta Synodo, quæ de impiorum Pelagianorũ Cœleſtij, Pelagij, Iuliani, Perſidij, Flori, Marcellini, Orentij, reliquorumq́ue eadem cum illis ſentientium depoſitione à pietate tua iſtic decreta & conſtituta ſunt, iudicauimus & nos quoque ea ſolida firmaq́ue permanere debere. Quare idem omnes vobiſcum ſentientes, & nos itidẽ eos omnes pro depoſitis habemus. Vt autem omnia, quæ hic geſta ſunt, cognoſcas, integros actorum commentarios miſimus, & Synodi ſubſcriptiones. Valere te & noſtri memorem eſſe optamus in Domino, dilecte & deſideratiſſime.

Integri actorum cõmentarij Syn. Epheſ. Romã miſſi.

Tomi quarti, caput XVIII.

EPISTOLA BEATI CYRILLI Archiepiſcopi ad Theopemptum, Potamionem, & Danielem religioſiſſimos Epiſcopos Conſtantinopoli agentes, qua inſidias & mala, quæ ob ſententiam in Neſtorium latam, chartamq́; à Ioanne Antiocheno publice propoſitam, Epheſi perpeſſus fuerat, obiter exponit.

ARGVMENTVM.

ENVMERAT varias calumnias, quæ Conſtantinopoli de ſe diſſipatæ fuerant. Narrat, Comitem Ioannem, cùm Epheſum veniſſet, nihil eorum omnium comperiſſe, quæ contra ſe inuulgata fuerant. Subdit his poſt Sacram allatam, qua trium exauctoratio confirmabatur, ſe interea in cuſtodia vinctum teneri. Indicat tandem, Sacram Synodum ita comparatam eſſe, vt omnia extrema malit perpeti, quàm cum Orientalibus communicare; niſi reſipiſcant, ſuaque acta reſcindant.

CYRILLVS THEOPEMPTO, Danieli, & Potamioni dilectis Comminiſtris in Chriſto ſalutem &c.

MVLTÆ, vt audio, iſtic contra nos excitatæ ſunt calumniæ: Alijs multos ex Alexandrinis balneis nos conſequutos: Alijs quaſdã

Cano-

Canonicas inde vnà nobiſcum egreſſas: Alijs tandem Neſtorium non ſacræ Synodi voluntate, ſed meis artibus exauctoratum eſſe malitioſè nugantibus. Sed benedictus Seruator, qui eiuſmodi nugas contra me effutientes falſitatis redarguit: Etenim poſteaquàm Dominus meus magnificentiſſimus præclariſſimusque Comes, qui Auguſtis ab Eleemoſynis eſt, Epheſum veniſſet, nihilque eorum omnium, quæ dicta fuerant, veritate niti comperiſſet, animaduertit in eos, qui talia nugati fuerant. Agnouit autem ſanctam Synodum vnius fidei cauſa enixè contendiſſe; neque mihi, neque vlli alteri gratificandi ſtudio, ſed Diuino zelo incenſam, quòd nimirum blaſphemias illius ferre non poſſet, Neſtorium condemnaſſe. Ad præſentes verò res noſtras quod attinet, ea ita ſe habent.

Comperta omnia falſa, quæ Cõſtan. de Cyrillo diſſipata fuerant; Neſtor. ob ſuam blaſphemã doctrinam cõdemnatus, non ab Cyrilli ſtudiũ.

Poſteaquàm religioſiſſimorum Chriſtiq; amantium Impp. literæ, quibus trium depoſitiones continebantur & confirmabantur, ſemel fuerunt lectæ; interea loci nos vincti cuſtoditique aſſeruamur, ignari prorſus, quô tandem res hæc ſit euaſura. Veruntamen gratias agimus Chriſto, quòd pro nomine illius digni habeamur, non ſolùm vinculis conſtringi, ſed cætera quoque omnia perpeti: Neque enim iſta præmijs ſuis carebunt. Non potuit autem ſancta Synodus induci, vt cum Ioanne communicaret, ſed animosè reſtitit: En, inquiens, corpora, en Eccleſias, en ciuitates, in omnia hæc poteſtatem habetis; nos autem, vt priùs cum Orientalibus communicemus, quàm ea diſſoluantur, quæ per illorum Sycophantiam cõtra Comminiſtros noſtros comparata ſunt, illique rectam fidem confiteantur, id fieri nullo modo poteſt: Dignoſcuntur enim Neſtorij dogmata loqui, ſentire & confiteri. Tota itaque controuerſia in his poſita eſt. Precentur pro nobis Otthodoxi omnes: Vt enim beatus Dauid ait: *Ego ad flagella paratus ſum.*

Cyrillus, & Memnõ aſſeruãtur in vinculis.

Synodus Ioannis cõmunionem detrectat.

Pſalm. 37.

Tomi quarti, caput XIX.

EXEMPLVM MANDATI, quod ſacra Synodus piiſſimis Epiſcopis iniunxit, quos ideo Conſtantinopolim amandabat, quò cauſam contra Orientales dicerent.

ARGVMENTVM.

PETIVERAT non ſemel Sacra Synodus multis nominibus falſò apud Imperatores delata, vt aliqui euocarentur Conſtantinopolim, qui rem omnem coràm explanarẽt. Annuit tandem illorum votis religioſiſſimus Imperator Theodoſius. Deſignantur itaque ex toto Epiſcoporum numero, qui legationis prouinciam obeant plùs minùs octo. Deſignatis ſeuerè iniungitur, primò quidem, vt bona fide & ſeriò pro communi omnium ſalute munus id adminiſtrent. Deinde verò, ne Orientales vllo modo ad communionem recipiant; poſtremò autem, ſi Imperatores eiuſmodi quippiam vrgeant, ne priùs acquieſcant, quàm illi ex animo reſipiſcant, Synodoque per omnia ſatisfaciant. Si ſecus faxint, irritum fore, quicquid fecerint.

PHILIPPO RELIGIOSISSIMO Deoq́; dilectiſſimo Presbytero Cæleſtini piiſſimi Apoſtolicæ ſedis magnæ Romæ Vicario, piiſſimis & ſanctiſſimis Epiſcopis Arcadio, Iuuenali, Flauiano, Firmo, Theodoto, Acacio, Eunoptio, ſancta & Oecumenica Synodus, quæ per gratiam Dei *glorioſiſſimorumq́; Regum noſtrorum nutum in Epheſiorum Metropoli coacta eſt, in Domino ſalutem.*

PIISSIMORVM Chriſtique amantium Imperatorum noſtrorum permiſſu, legationem pro orbis ſalute, qui per eos, qui vnà nobiſcum in Epheſiorum ciuitate congregati ſunt, anxium pro recta fide certamen ſuſcepit, ad Regiam vrbem miſſuri, eam pro recta fide, ſanctisque fratribus, & Patribus noſtris, ſanctiſſimo Deique amantiſſimo Cyrillo Archiepiſcopo, & Dei amantiſſimo Coepiſcopo Memnone legationis prouinciã, vnanimi calculo veſtræ pietati coram Chriſto iniungendam exiſtimauimus. Vtrorumque itaque ſecuritati, veſtræ, inquam, & noſtræ conſultum cupientes, hoc præceptorium diploma inſtruximus, vobisque exhibendum duximus; vt & nos ſciamus, propter quæ vos miſerimus, & veſtra quoque pietas intelligat, nihil ſe præter hæc facere debere. Ante omnia autem ſanctitas veſtra ſciat, nullam ſe cum Ioanne Antiocheno, Apoſtaticoque eiuſdem Concilio communionem habere poſſe; tum quòd impietatis præconem Neſtorium adeò vnà nobiſcum deponere non voluerint, vt vſque ad veſtram quoque abitionem illi patrocinari conſtanter perrexerint; tum rurſum quòd contra omnes Canones, ſanctiſſimos Deique amantiſſimos Epiſcopos Cyrillum Alexandrinum, & Memnonem Epheſinum condemnare auſi ſint; potiſſimum verò quòd ad præſens vſque tempus de Neſtorianis dogmatis defendendis anxij, multique ex illis, tanquam Celeſtiani iam olim depoſiti ſint; tum denique, quòd totius orbis Synodum hæreticam appellare non dubitârint.

Mittuntur è Synodo octo primarij Epiſcopi legatione Conſtan. p Synodo functuri.

Interdicit Synodi legatis cõmunio cũ Ioã. An.

Plures graues cauſæ, cur Orientales ad cõmunionem admittendi non ſint.

Quòd ſi qua fortè vis regiæue voluntatis nutus ad hoc impulerit (nam piiſſimi Chriſtoque chariſſimi Auguſti ſanctioni pro viribus obediendum eſt.) Siquidem prædicti Neſtorij depoſitioni voluerint ſubſcribere, veniamque ſupplicibus libellis à ſancta Synodo de ijs petere, quæ in noſtros Præſides temere admiſerunt; anathematizare rurſum Neſtorij dogmata, & auerſari illos, qui eadem cum illo apertè ſapiunt vel ſapuerunt: Elaborare tandem vnà nobiſcum, quò ſanctiſſimi Epiſcopi Cyrillus & Memnon nobis reſtituantur: Hęc, inquam, ſi bona fide pręſtiterint,

Conditiones, quibus præſtitis, Orientales ad communionem admitti queant.

terint, permittimus veſtræ ſanctitati, vt communionem illis polliceatur. At ſingula ad nos perſcribantur, quò & nobis quoque vobiſcum conſentientibus perfecta cum iјs pax ineatur. Cauete autem, ne priùs illis communionem ſpondeatis, quàm Præſides ſuos recipiat ſancta Synodus. Scire quoque volumus veſtram ſanctitatem, quòd ſi quid horum a vobis fuerit neglectum, neque ſanctam Synodum acta veſtra habituram rata; neque vos ad communionem ſuam admiſſuram eſſe. Berenianus Epiſcopus Perges iuſſus ſubſcripſi. Subſcripſerunt & reliqui omnes pientiſſimi ſacratiſſimique Epiſcopi in commentariorum ſerie ſuprà recenſiti.

Seuera comminatione Synodi legatis iniungitur, ne q d cõtra Synodi præſcriptũ omittant, vel cõmittant.

Tomi quarti, caput XX.

EXEMPLVM EPISTOLAE, quam Epiſcopi quidam Conſtantinopoli reperti, vigeſima Auguſti, indictione 15. ad ſanctam Synodum Epheſinam miſerunt.

ARGVMENTVM.

AD COMMVNE pro fide, & pietate certamen anhelare ſe prædicant; verùm aduerſariorum inſidias obſtare, quò minùs arenam attingant. Adducunt ſe ratum gratumque habituros, quicquid Concilium decreuerit; tum ea quoque, quæ per abſentes fieri poſſunt, impigrè ſe hactenus præſtare. Tandem Patrum laudata virtute, illorum conſilio & voluntati per omnia ſeſe ſubmittunt.

SANCTISSIMIS, DEOQVE dilectiſſimis Epiſcopis, ac Patribus, qui per Dei gratiam in Epheſiorum Metropoli congregati ſunt, Cœleſtino, Cyrillo, Iuuenali, Theodoto, Acacio, vniuerſæq; Sacræ Oecumenicæq; Synodo ſanctiſſimi Epiſcopi in vrbe Conſtantinopolitana conſtituti, in Domino ſalutem.

OPORTEBAT quidem nos in afflictionum tentationumque veſtrarum ſocietatem receptos, non animis tantùm, ſed corporibus quoque vobis adeſſe, vnaque vobiſcum certantes, victoriæ præmium adipiſci. Quia verò bellum aduerſus ſanctam Synodum veſtram ſuſcitatum etiam huc vſq; pertingit (nam & mare clauſum, & terra ob collocatas paſſim in vijs inſidias, hinc abeuntibus imperuia eſt) aliud, quod præſtemus, non habentes, lachrymis precibusque partes veſtras adiutamus, dexterarumque loco, quas cum veſtra ſanctimonia iungere non poſſumus, animi promptitudinem offerimus. Quamobrem quoſcunque vos loco, & ordine mouiſtis, eos & nos quoque pro amotis & exauctoratis habemus, ſanctosque Chriſti oppreſſos vna vobiſcum ſubleuare ſatagimus, ſed neque Conſtantinopolitanis quoque hactenus inutiles extitimus: Nam & labantem populum in fide confirmamus, & multorum zelum inflammamus, & Sacerdotibus, in quibuſcunque viſum fuerit, operam noſtram præſtamus. Verùm quia hæc parua ſunt, eiuſmodi nimirum, cuiuſmodi ab abſentibus fieri poſſunt, non dubitauimus hanc quoque epiſtolam ad vos perſcribere, veſtrosque labores, quos pro religione exantlatis, beatos prædicare, nec non elogium illud, quod de Prophetis aliôqui & Sanctis proditum extat omnibus, & ſingulis vobis, ſanctiſſimi Patres, accommodare: *Vos Patres ſancti cœleſtiq; vocatione digni, ſicut oues occiſionis deputati eſtis; toto die pro Chriſto mortificati, afflicti, egentes, anguſtiati, quibus dignus non eſt mundus:* Sed & vos quoque quid opus ſit facto, per epiſtolam nobis explicate: Nam ſi Synodum veſtram adeundam, quodque certaminis adhuc reliquum eſt, vnà vobiſcum tolerandum eſſe cenſueritis, alacriter, quæ noſtra eſt promptitudo, aduolabimus. Sin hic autem manendum iudicaueritis, vel etiã iuſſeritis (nam & ea, quæ pientiſſimi Reges noſtri propter adorandum Deum pollicentur, minimè contemnenda ſunt.) Hoc ipſum primo quoque tempore ſignificate, ne grauius iſta ſolicitudine, & cura diutius hic conficiamur.

Terra marique impediuntur, q Synodo vires ſuas cõiungere volunt.

Heb. 1. Heb. 11.

Tomi quarti, caput XXI.

SACRAE SYNODI AD Epiſcopos, qui Conſtantinopoli agebant, epiſtola.

ARGVMENTVM.

LAVDAT illorum erga fidem & Synodum zelum. In magna victoriæ & conſolationis parte ponit, quæ Epheſi per Schiſmaticos deſignata fuerant, Conſtantinopolim vſque fuiſſe perlata. Hortatur, vt precibus, quæ conficienda adhuc reſtabant, promoueant; tum vt in vrbe regia maneant, omniaque, quæ iſtic aguntur, diligenter obſeruent, & ad Synodum perſcribant. Poſtremò, vt ad relationem Imperatoribus factam reſponſionẽ ab iiſdem expetãt.

PIISSIMIS, DEOQVE dilectiſſimis Comminiſtris, Eulalio, Eutrechio, Chryſaphio, Hieremia, Theodulo, Eſaia, ſacra Synodus, quæ per Dei gratiam, religioſiſſimorumq; ac Chriſti amantium regum noſtrorum decretum in Epheſiorum Metropoli congregata eſt, in Domino ſalutem.

QVI ita affecti ſunt, vt literæ veſtræ vos eſſe teſtatum nobis faciunt, nihil mirum eſt, ſi animo, & corpore opem ferre geſtiant; laboresque, quos hoc in loco exantlamus, ſibi nobiſcum communes eſſe ducant: Conſtat enim, qui in palæſtra luctantes ſtudioſè obſeruant, & qui luctæ pericula ſubindicant, & qui ad victoriam excitant, illaque, quæ pro gloria obire oportet, denuntiant, non parum præſidij certantibus afferre ſolere. At veſtra pietas hac opera non contenta, quiddam etiam ampliùs præſtandum exiſtimauit:

Varijs modis ſubleuantur, & excitantur, qui verſantur in certamine.

Conſtantinopolitani viriliter pro Synodo decertant.

mauit: Nam & precibus nos confirmare, & Deum propitium placatumque nobis reddere ſtudet, ne videlicet ſuper id, quod ferre poſſumus, tentemur, aut grauiùs impugnati, victi tentationibus cedamus. Quin & curarum quoque & ſolicitudinum noſtrarum participes eſtis: Solent enim maioribus plerunque curis angi, qui procul abſentes, pugnæ euentum expectant, quàm qui ſemetipſos in certamina dederunt: Etſi interim non parum nos conſoletur, illorum, qui nos inſectantur, artes & machinationes adeò non latuiſſe, vt ea etiam, quæ improbè aduersùs ſacram Synodum moliti ſunt, ad vos vſque perlata & peruulgata eſſe, intelligamus: Certa namque ſpe ducimur, fore vt omnia & ſingula, quæ illi nobis intulerunt, per veſtram pietatem ad religioſiſſimorum Regum noſtrorum aures deferantur, omnesque moleſtiæ e medio faceſſant, vbi primùm illis conſtiterit, quanta vi Ioannes Antiochenus cum ſuis in nos inſaniuerit, quantaque illegitimè, & præter Canones, contra ſanctiſſimos pijſſimosque Epiſcopos Cyrillum, & Memnonem, & contra vniuerſam Synodum deſignauerit: Arbitramur enim Deo dilectum pijſſimumque Imperatorem noſtrum nihil horum hactenus dilucidè intellexiſſe; alioqui, qui bellum iſtud aduersùm nos ſuſcitârunt, nunquam tantum potuiſſent; vt nos, qui indignam iniuriam perpeſſi ſumus, perinde ac ſi iniuriam intuliſſemus, grauiter inſimulati, miſericordia indigni cenſeremur. Maximè verò cùm de offendentibus nunquam nos vlti ſimus, ſed vltro omnibus iniurijs ſemper nos expoſuerimus.

Aequò angustur, qui abſentes pugnæ euentū expectant, ac illi, qui ipſi pugna verſantur.

Imp. Theodoſ. ignar⁹ iniuriarum, quas Synodus pertulit.

Quòd verò ſanctitas veſtra prohibeatur, quò minùs ad nos peruenire queat, id ex noſtrarum rerum ſtatu proficiſcitur: Ita enim terra marique obſidemur, vt nihil eorum, quæ nobis hic euenerunt, veſtræ ſanctitudini ſignificare potuerimus. Fuerit autem veſtrarum partiū precibus & lachrymis inſtare, quò & reliqua, quæ circa hoc negotium finē necdum ſunt ſortita, pari iudicio abſoluta videantur, pacemq; cū fidei hoſtibus audacter detrectare pergamus; etiamſi Principes non parùm vehementer ad hoc nos impellant. Qua in re eò animoſiores erimus, quo certiùs nouimus, laborum certaminumq; noſtrorū nos habere vos ſocios: Etenim quod ijs, qui ſanctos Martyres diligebant, vſu veniſſe ſcimus, hoc ipſum & in veſtra quoq; pietate obſeruamus: Nam etſi illi, quod ad proprium corpus attinet, pugnæ expertes eſſent; attamen quod per omnia certantiū ſententiæ congruerent, haud exiguam victoriæ occaſionem, animiq; conſolationē ipſis adferebant. Simile quid vos etiā facere didicimus: Nā & populi zelum inflammatis, & vt aduerſarijs viriliter obſiſtant, omnes egregiè animatis. Quapropter ſupereſt, vt eo in loco permanentes, de ijs, quæ ibi cōtingent, certiores nos faciatis, noſtramq; cauſam cùm ſacratiſſimis Impp. noſtris; tū ipſi quoq; Eccleſiæ declareris: Hoc enim longè præſentius ſubſidium nobis adferet, quàm ſi hic miſeriam & obſidionem nobiſcum ſuſtineatis. Cæterùm cùm dubitaremus, ne fortè, quæ ſcripſimus, ad veſtram cognitionem nō perueniſſent, rurſum earundem rerum antigraphum ad veſtrā pietatem miſimus; ſed & alteram quoq; relationem pijſſimis Regibus faciendā eſſe exiſtimauimus. Veſtræ pietatis erit diligenter, quò res euadat, obſeruare, curareq; ſiquidē priora fuerint reddita, vt ad relata quàm primùm nobis reſpondeatur; ſin minùs, ſaltem pietas illorum per vos intelligat, quæ antè perſcripſeramus, quorundam inſidijs intercepta, ad pietatis ipſorum notitiam peruenire nequiuiſſe. Optamus vos in Domino valere, dilecti ac deſideratiſſimi fratres.

Vrgetur Synod⁹, vt pacem cum Orientalibus ineat.

Tomi quarti, caput XXII.

SYNODICAE RELATIONIS antigraphum per Iuuenalem, Firmum, Flauianum, Arcadium, Theodotum, Acacium, Euoptium Epiſcopos, Philippumq; Presbyterum Impp. exhibitum.

ARGVMENTVM.

COMMENDANT Impp. pietatem: Agunt gratias, quòd nonnullos è Concilio, qui totum controuerſiæ ſtatum coram exponant, euocare dignati ſint. Rogant, vt Legatorum relationem clementer excipiant, Explicant hinc ordine, quæ Epheſi vtrinque acciderant. Efflagitant tandem, vt Orientalium conatus, iure ipſo nullos, irritos declarent, ſuosque Præſides quàm primùm ſibi reſtituant.

RELIGIOSISS. CHRISTIANISſimisq; Regibus Theodoſio & Valentiniano, Victoribus, Triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſacra Synodus, quæ per Dei gratiam, veſtræq; Maieſtatis ſanctionem in Epheſiorum Metropoli coacta eſt, S.

OMNIA, Chriſtianiſſimi Impp. Maieſtatis veſtræ ſtudia, vt glorioſa laudeque digna ſunt; ita plurimum quoque erga pietatem zelum oſtendunt. Quare omnes & ſinguli aſſiduas Chriſto Domino pro Regni veſtri ſtabilitate preces offerimus; etiam atque etiam obſecrantes, vt Chriſtianiſſimum veſtrum faſtigiū quàm diutiſſimè orbi tueatur incolume. Quoniam verò pietas veſtra noſtra ſupplicatione inflexa, per Ioannem magnificentiſſimum præclariſſimumque Comitem mandauit, vt ſacra & Oecumenica Synodus ex pijſſimis Epiſcopis, quos lubuerit, ad veſtram Maieſtatem amandet, qui vniuerſum rerum noſtrarum ſtatum coràm exponant; propterea gratijs veſtræ Maieſtati actis, non potuimus Archadium, Iuuenalem, Flauianum, Firmum, Theodotum, Acacium, Euoptium, ſanctiſſimos pijſſimosque Epiſcopos,

Mittuntur octo ex Cōcil. Epheſ. tāquam Legati Conſtātinopolim ad Imp. Theod.

pos, & Philippum Romanæ Eccleſiæ Presbyterum, Cęleſtini ſanctiſſimi Deoque dilectiſſimi Apoſtolicæ Sedis magnæ vrbis Romæ Vicariũ ex vniuerſo numero ſelectos, veſtræ ſerenitati per haſce noſtras literas nõ offerre, & commendare; obnixè rogantes, vt benignis oculis auribusque illos audire ſuſcipereq́; dignetur. At verò, cùm non ſimus ignari, Chriſti amantem Deoque addictam animam veſtram Chriſti Saluatoris noſtri, qui vos propugnat & conſeruat, reuerentiá maximi ſemper feciſſe; illiusque Sacerdotibus plurimum nunquam non detuliſſe. (Illius vtique memores, quod ipſe alicubi dicit: *Qui vos audit, me audit, & qui vos recipit, me recipit,*) non dubitauimus ea, quæ grauiter nos hactenus afflixerunt, præſentibus indicare.

Theodo. Imp maximi facit Sacerdotes. Luc. 10. Matth. 10.

Cùm igitur nulla alia de cauſa Epheſi cõueniſſemus, quàm vt iuxta pium veſtrum edictum de fide, cuius immotam perpetuamq́ue tranquillitatẽ profana Neſtorij dogmata vehementer turbarant, cõſultaremus; poſt terminum præſtitutum decem, & ſex diebus elapſum, conſilio communicato, Neſtorium; qui peruerſa doctrina Eccleſias plurimùm interturbauerat, aliquoties ad Concilium vocauimus. Verùm quòd malæ conſcientiæ reatu impeditus huic intereſſe non auderet, tractatibus, quos de Dominica incarnatione edide-rat, diligenter examinatis, & illa ipſa veluti impia dogmata anathematizauimus, & illorũ parentem, & inuentorem ab omni Epiſcopali dignitate prorſus amouimus. Cæterùm Ioãnes Antiochenus vigeſimo demum die poſt præfinitum tempus exactum vix comparens; noſtrum, quem pro fidei defenſione ſuſceperamus, zelũ vlturus, triginta plùs minùs, quorum alij Celeſtiani, alij iam dudum antè fuerant depoſiti, hinc inde collectis, ſibique adiunctis contra Cyrillum ſacratiſſimũ Deoq́ue dilectiſſimum Eccleſiæ Alexandrinæ Archiepiſcopum, ſanctiſſimumq́ue Coepiſcopum noſtrum Memnonẽ Cõcilij Præſides acreſq́; apprimè Catholicæ fidei propugnatores inſurrexit, illosque neque ab illis accuſatos, neque ſecundùm Eccleſiaſticum ordinem in ius vocatos, depoſitionis contumelia affecit. Et quaſi ſacra & Oecumenicã Synodus in hac iniquitate, qua contra inſontes vſus eſt, ei cõmunicaſſet, ita pias Deoq́ue dilectas veſtras aures præoccupare ac circumuenire ſtuduit. Sacra proinde & Oecumenica Synodus, cuius conſeſſu per ſanctiſſimos Epiſcopos, quos ad nos miſit, adeſt Cœleſtinus ſanctiſſimus piiſſimusque magnæ ciuitatis veſtræ Romæ Archiepiſcopus, cum vniuerſa Occidentali Synodo, totaque Eccleſia Aphricana, & Illyricana legitimè mota; ipſum apoſtatici Conciliabuli auctorem Ioannem Antiochenum, reliquosque omnes, qui cum illo conſpirabant, ab Eccleſiaſtica communione alienos eſſe cenſuit; omnemq́ue Sacerdotalem poteſtatẽ ipſis ademit; & omnia tandem, quæ contra leges moliti fuerant euertit.

Neſtorius ex ſuis ſcriptis hęreticus deprehenditur, & hęreſeos condẽnat. Ioan. Anti. vigeſimo tãdem die poſt præfixum terminũ elapſũ adueniens in Synodi Præſides fuit.

Epheſinæ Synodo interſuerũt omnes penè orbis Eccleſiæ.

Ioan. Ant. cũ ſuis Sacerdotali auctoritate à Synodo exuitur.

Porrò autem licet commentarios temeraria illorum facta complectentes iam antè ad celſitudinem veſtram miſerimus; nunc denuo tamen per haſce literas, piiſſimosq́ue Epiſcopos legatos noſtros porrectis manibus pietatis veſtræ genua complectimur, enixè precãtes, vt ea, quæ per ſurreptionem, meramq́ue imposturam contra Cyrillum, & Memnonẽ ſanctiſſimos Deoque dilectiſſimos Epiſcopos acta ſunt (cùm nullam ex ſacris Canonibus vim obtineant,) omnino nulla, & irrita declarentur; ne ſacra noſtra Synodus diutius ſuo deſtituatur capite; nosq́ue & reliqui terrarũ orbis Sacerdotes intolerabili continuoq́ue luctu, Pręſidum noſtrorum cauſa, conficiamur; quin potiùs voti cõpotes effecti, ſolitas cum omnibus vbique Eccleſijs preces pro perpetua Imperij veſtri ſtabilitate ad Chriſtũ Dominum fundamus: Quandoquidem calumnia, quam Ioannes Antiochenus, eiuſdemq́ue aſſeclæ innocentibus ſtruxerunt, ad nos omnes, qui eandem cum prædictis ſacrorum cõminiſtris noſtris fidem habemus, & profitemur, ſpectat: Nam & vniuerſa Occidẽtalium Synodus rectæ inculpatęq́ue illorum fidei teſtimoniũ dat, & nos quoque plenè hac de re informati voce & ſcripto (quemadmodum id ex actorum noſtrorum commentarijs cognoſcere licet) Orthodoxos eſſe, ſanctorumq́; Patrum noſtrorum fidem ſectari, & Apoſtolicæ Catholicæq́; Eccleſiæ dogmata profiteri iamdudũ antè pronuntiauimus. Rogamus proinde dominationem veſtram, vt & illos & nos quoq́; (omnes enim vinctis, vtpotè fratribus, ſacræq́; Synodi Præſidibus, colligati ſumus) à vinculis tandem abſoluat.

Synod⁹ ſuorum Præſidum reſtitutionem iterum, atque iterũ vrget.

Fidei Cyrilli teſtimonium, dat Oriens & Occidens.

Tomi quarti, caput XXIII.

EPISTOLA SYNODALIS Conſtantinopolim miſſa.

ARGVMENTVM.

APERIVNT Schiſmaticorum imposturas, atreq́; eorundem, vt quam plurimos circumueniant, ſuamque in ſententiam pertrahant, ſtudium: Indicat, in Neſtorij locum ſuffectum eſſe Maximianum: Admonẽt, vt à Schiſmaticorum artibus ſibi caueant, eorum denique communionem ſtudioſè vitent. Subiungunt tandem, quæ contra Neſtorium Neſtorijque Sectatores definita fuerant.

PIISSIMIS RELIGIOSISSImisq́; fratribus, omnibusq́; veteris Epiri Coepiſcopis, Maximianus, Iuuenalis, Arcadius, Philippus, Flauianus, Firmus, Theodotus, Acacius, Enoptius, Daniel, & qui vnà nobiſcum verſatur, ſacra Synodus in Domino ſalutem.

Schiſmaticorum conſiliũ imposturamq́ue, quam contra Dei Eccleſiam machinati ſunt, compertam habentes; certiq́ue quòd ſingulas Eccleſias, tanquam qui cum ſacro Conci-

lio Epheſino ſocietatem habeant, circumcurſitantes, vnumquemlibet circumuenire, populique & Cleri communionem modis omnibus aucupari ſtudeant; æquũ iudicauimus, poſteaquàm ſanctiſſimum perq; omnia Deo dilectiſſimum Maximianum magnę huius ciuitatis Epiſcopum iam inſtituimus, haſce vnà cum ipſo ad vos perſcribere, quò ſtatum arteſque illorum perſpectas habentes, ipſos ipſorumq́ue communionẽ ſtudioſè auerſemini. Vt autẽ ſecuriores, cautioreſque, ac certiores in poſterum ſitis, quæ contra ſchiſmaticos reliquoſque Neſtorianos decreta ſunt; quales item mulctæ illis ſunt conſtitutæ, qui cũ Neſtorianis communicãt, ſcriptum Synodicum ad ſingularum prouinciarum Clerum populumq́ue miſſum, hiſce ſubnectendum exiſtimauimus. Vniuerſam, quæ vobiſcũ agit, fraternitatem, & nos, & qui nobiſcum ſunt, ſalutamus. Valete in Domino, & orate pro me Deo dilectiſſimi fratres. Subſcripſerunt ſimili modo, & reliqui quoque prænotati Epiſcopi. Scriptum Synodale vnà cum hac epiſtola miſſum, huiuſmodi eſt.

Schiſmatici ſe cũ Synodo communionẽ obtinere cõfingunt.

Maximianus in Neſtorij locũ ſuffectus.

Scriptum Synodicũ ad ſingulas prouincias & populos contra Neſtorianos miſſum.

SACRA ET OECVMENICA Synodus, iuxta Imperatorum Regumq́; noſtrorum decretum Epheſi congregata, ſingularum prouinciarum, ciuitatumq́; Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, populo denique vniuerſo in Domino ſalutem.

Cùm iuxta pias Imperatorum noſtrorum literas in Epheſiorum Metropoli eſſemus congregati, quidam plus minus triginta numero à nobis deſciuerunt &c. Quære cap. 9. huius quarti Tomi.

Tomi quarti, caput XXIIII.

MAXIMIANI EPISCOPI CONſtantinopolitani ad Cyrillum epiſtola.

ARGVMENTVM.

A

MIRIS laudibus ſanctum Cyrillum eiuſdemq; pro fide certamina extollit. Se Conſtantinopolitanumque Archiepiſcopatum, ad quem paulò antè euectus fuerat, precibus illius commendat. Mutuæ dilectionis aduerſus Diaboli inſidias vires prædicat. De Epiſcopi huius moribus & vita conſule Nicephorum lib. 14. cap. 37. Paucis, fuit vir magnæ ſanctimoniæ & pietatis. Verùm quòd in adultiori ætate conſtitutus in Antiſtitem electus eſſet, duos duntaxat annos & quinque menſes Conſtantinopolitanum Epiſcopatum adminiſtrauit.

RELIGIOSISSIMO DEOQVE dilectiſſimo comminiſtro Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino Maximianus in Domino ſalutem.

EXPLETVM eſt deſiderium tuum, Deo deuotiſſime; perfectum eſt, quod religionis cauſa ſuſceperas; ad finem perductũ eſt pietatis tuæ votum; Theatrum factus es Angelis & hominibus vniuerſiſque Chriſti Sacerdotibus: Neque enim ſolum in Chriſtũ credidiſti; ſed incommoda quoque pro ipſo pertuliſti: Solus dignus cenſus es, qui ſtigmata illius in corpore tuo portares. Confeſſus illum coram hominibus, promeritus es, vt Pater te cõfiteatur corã Angelis. Redimitus es coronis, quæ pro pietate certantibus debentur; potuiſti omnia in Chriſto, qui te confirmauit; humiliaſti Satanam per patientiam; cõtempſiſti tormenta; conculcaſti furorem Principum; famem pro nihilo duxiſti: Panem enim habebas, qui de cœlo deſcendens, cœleſtem vitam hominibus impartitur.

1. Cor. 4.

Phil. 2.

Galat. 6.

Matth. 10.

Ampliſſima Cyrilli laus.

Ioan. 6.

Quia verò nos nihil horum ignoramus: Siquidem alias veſtras afflictiones, quas, dum principatibus & poteſtatibus, dum mũdi Dominis & tenebrarum ſeculi huius rectoribus, dum nequitiæ ſpiritibus reſiſtitis, toleraſtis, auditione accepimus: Alias verò certa experientiæ fide hic conſtitui didicimus. Et quia nutu ſũ ad magnæ huius ciuitatis Archiepiſcopatum promoti ſumus, dignare, Deo dilectiſſime, cùm precibus nos fulcire; tum conſilijs quoque dirigere; tum omni denique beneuolentiæ ſtudio proſequi; quò hac ratione illud Scripturæ dictum in nobis adimpleatur: *Frater, qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma*; verè etenim ſpiritalis dilectio munita ciuitas eſt; quæ neque cuniculis à Diabolo ſuffodi, neque ſcalis ab eodem poteſt ſuperari: Neque enim illa bellicis Satanæ machinis cedere nouit; vt quæ à Chriſto Domino cuſtodiatur, Chriſto vtique illo, qui & mundum hũc deuicit, & ſempiterna bona tibi præparauit, & aliquando nihilominus dixit: *Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Cùm itaque Chriſto Domino dignus euaſeris; proptereà quòd crucem tuam ſuſtuliſti, ſectatorque illius effectus ſis; Chriſtum pro nobis deprecari ne omittas; fraternæ virtutis ornamenta proprias præ rogatiuas eſſe ratus. Vale in Domino, & pro me, Deo dilectiſſime & ſanctiſſime frater, ac comminiſter, ora.

Certamina Cyrilli Cõſtãtinopoli peruulgata.

Maximianus Cyrillo ſe committit, & permittit.

Prouer. 18.

Magna vis dilectiõis.

Chrs mundum deuicit.

Matth. 10.

Tomi quarti, caput XXV.

EPISTOLA CYRILLI ad Maximianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

MONET, lætandum eſſe, blaſphemum illud Neſtorij os tandem aliquando compreſſum eſſe. Hinc Maximianum de incarnati Verbi myſterio, eiuſdemque myſterij ratione breuiter informat: Hoc enim ille expetierat. Denique ſingulari Dei Opt. Max beneficio, peculiarique piiſsimorũ Impp. prouidentia effectum commemorat vt eiuſmodi in Neſtorij exauctorati locum ſufficeretur, cuiuſmodi Eccleſia Cõſtantinopolitana iure optimo depoſcebat, hoc eſt,

opti-

optimus omnibusque Epiſcopalibus ornamentis cumulatiſsimè inſtructus.

RELIGIOSISSIMO DEOQVE DILECTIſſimo comminiſtro Maximiano Cyrillus Epiſcopus in Domino ſalutem.

OPPORTVNA, ni fallor, conuenienterq́; hoc tempore, quo tua integritas exoptatum illud Sacerdotium ſortita eſt, cum Propheta nobis dicere liceat: *Lętentur cęli, & exultet terra*, &c. Etenim os illud, quod loquebatur contra Seruatoris noſtri gloriam, ampliùs ſe non extollit; neque cornu more ſuo ampliùs in altum ſurrigit; neque iniuſtitiã Domino, qui nos redemit, negato, contra Deũ ampliùs depromit: Redemit enim nos Ieſus Chriſtus vnus, & ſolus, & verus Dei, & Patris filius; nõ corruptibili argento, vel auro, ſed anima illa, quã noſtri cauſa poſuit: Obtulit enim ſemetipſum immaculatum ſacrificiũ Deo, & Patri in odorẽ ſuauitatis; ingensq́; pro vita noſtra pretium, vtpote proprium ſanguinem impẽdit: Vnus hic nanque cunctis dignitate pręſtabat: Immò vniuerſam creaturã dignitate multis partibus excellebat. Quamuis autẽ vnigenitum Dei Verbum homo perfectus nobisq́; ſimilis factum eſt; non ob id tamen verſionẽ, aut alterationem, aut vulgatam confuſionem, aut mixtionem perpeſſum eſt, nec in id, quod antè non erat, demutatum eſt: Manſit enim etiam humanam naturã indutum, quod erat: Creditur nanque etiamnum vereq́; eſt viuẽs illud ſubſiſtensque Dei Patris Verbum.

1. Paral. 16. Maledicũ Neſt. os cõpreſſum.

1. Petri 1.

Epheſ. 5.

Sanguis Chriſti mũdi æſtimationem excedebat.

Verbũ propter aſſumptam carnẽ nullatenus mutatum eſt.

Sed agedum vna lingua, vnoq́; religioſo, ac Dei amante animo rectæ fidei confeſſionem illi offeramus, dicentes cum beato Baruch: *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduersùs eum. Hic adinuenit omnẽ viam diſciplinę, & tradidit illã Iacob puero ſuo, & Iſraeli dilecto ſuo. Poſt hęc viſus eſt in terra, & cum hominibus verſatus eſt*: Neque enim alius erat Dei, & Patris filius, qui ante omne æuum & tẽpus fuit, per quẽ omnia quoque ad ortũ euecta ſunt; & alius rurſum, qui nouiſſimis huius ſeculi temporibus ex ſancta Virgine ſecundùm carnẽ natus eſt, ſed vnus idemque omnino; Quãdoquidem ſemine Abrahæ, iuxta beati Pauli vocem, aſſumpto, carnis & ſanguinis perinde ac vnus ex nobis particeps factus eſt, fratribusq́ue, hoc eſt, nobis, per omnia, ſolo peccato excepto, aſſimulatus eſt. Sed & corpus quoque ipſi vnitum anima intelligẽte animatum confitemur: Neque enim veſani Apollinarij commentis adhæremus, ſed rectam fidei ſententiam obtinentes, Apollinarium, & Arium, & Eunomium, & cũ illis Neſtorium quoque anathematizamus: Fidem namque initio nobis traditam, tanquam certam firmamq́; animæ noſtræ anchoram, vt ſcriptum eſt, retinemus. Confitemur itaque Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnum, & ſolum, & verum, vt modò dicebamus, Dei & Patris filium; certò ſcientes, eundem ex Patre quidem, & Deum, & Verbum eſſe; hominem verò ex muliere: Eundem rurſum ſupra legem tanquã Deum; ſub lege autem propter humanæ naturę conditionem: Eundem denique in Domini dignitate poſitum ſecundùm propriam naturam; in forma autem ſerui, propter incarnationis diſpenſationem.

Baruch 3.

Idem ante tempus, & in tempore natus. Hebr. 2.

Cyrillus anathematizat Apollinariũ, Eunomium, Arium, & Neſtoriũ, & omnem hęreticum. Fides animæ anchora.

Hanc nobis fidei traditionem commendãrunt Moyſi ſermones, ſacrorumq́ue Vatum prædictiones, & illi ipſi præterea, qui Verbi huius ab initio miniſtri, & ſpectatores extiterunt. Tum ſancti quoque Patres, qui ſecula aliquot nos anteceſſerunt, vitæque ſermonem habentes luminaria mundi facti ſunt. Quorum proinde conuerſationis exitum ſpectantes, fidem imitamur, hoc eſt, eadem cum ipſis ſentire, & loqui ſatagimus; nullo pacto ſuſtinentes, vt à recto tramite aliquando exorbitemus. Meminimus enim diuinæ Scripturæ ita clamantis: *Dirige ſemitam pedibus tuis, & omnes vię tuæ ſtabilientur*. Nam qui rectas ſemitas magni faciunt, hi ad æternæ vocationis ſcopum in Chriſto rectà contendunt. Qui verò nulla Apoſtolicæ, & Euangelicæ traditionis habita ratione, nouitiam, inutilemq́ue, ac penè ridiculam mentis ſuæ adinuẽtionem in pretio habent, hi ab omnibus audiant: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui*: Siquidem viæ, & ſemitę talium non ducunt ad ciuitatem, ſed flexuoſæ obliquæq́ue exiſtentes ad barathrum inferni, & mortis laqueum præcipitem agunt. Appoſitè ſanè ſapiens Salomon vnamquamlibet hæreſim per impudentis mulieris perſonam deſignat. Quam proinde mulierem ſtudioſè vitandam ac fugiẽdam eſſe admonet: Ait enim: *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt; & ſagena cor eſt eius; vincula ſunt manus eius. Qui placet Deo, effugiet illam; qui autem peccator eſt, capietur ab illa*. At è venatoris huius inexplebili laqueo erepti, & per Chriſtum omnium noſtrum Seruatorem ſeruati ſumus, quem & Deum eſſe credimus, & genitricem illius ſecundùm carnem Deiparam eſſe profitemur. Accedimus ad eum dicentes: Viuificabis nos, neque deficiemus à te, & nomini tuo confitebimur in ſecula.

1. Ioan. 1. Veteres ſãcti mundi lumina.

Prouer. 4.

Prouer. 28. Viæ hęreticorum ad barathrum pręcipitem agunt.

Impudens mulier quis hęreſis. Eccl. 7.

Horum autem omnium exoptatiſſimorum bonorum cauſa, & conciliatrix nobis extitit diuina illa arcanaque cœleſtis numinis ſententia, cœleſtique nutui conſentiens religioſiſſimi Chriſtiq́; amantis Regis voluntas: Decebat nanque illius ſerenitatem, vt non modò contra aſpectabiles, verùm etiam contra inaſpectabiles hoſtes certamen iniret: Tũ rurſum vt non tantùm barbaricas phalanges cõtereret, ſed Diaboli quoque improbitatẽ inefficacem redderet: Tum denique vt per tuam pietatem eorum, qui in Chriſtum crediderunt, ſecuritati conſuleret. Qui igitur temere in Eccleſia nugabatur, blaſphemijsq́; intemperanti ore Chriſtum inſectabatur, à ſacris di-

Reſtitutæ pacis ſecundùm Deũ cauſa Imp. Theod.

uiniſq; cauſis amotus eſt. In cuius locum integritas tua veluti pacis plantula, vt ſcriptū eſt, ſucceſſit. Et hoc rurſum ſingulare illuſtreque pij Regis munus, cœleſtisque, vt modò aiebā, ſententiæ donum eſt. Conſentimus proinde & congratulamur & nos quoque vobis rectā inculpatamq; fidem habentibus: Surrexit enim ſacrorum miniſter, quem & diuturnum tēpus nobis commendauit, & ipſa rerum experiētia decorauit: Quiq; noſtri cauſa diu multumq; ſudauit & alſit; venerādamq; canitiem varijs virtutum ornamentis veluti quibuſdam floribus exornauit: Oportebat enim, oportebat ſelectis Saluatoris noſtri gregibus ſapientem ſagacemq; Præſidem dari, cui & pectus eſſet paſtorali induſtria plenum, quiq; pabulo bono & loco paſcuo paſcere ſciret: Qui denique rebus ipſis probatus foret, tanquā fidelis ſynceruſq; œconomus: Qui enim ita comparati ſunt, eumque in modum viuere aſſueuerunt, eos Chriſtus recipit, & quouis honore dignos cenſet: Secus verò affectos à miniſterio, quod ipſis crediderat, explodit.

Eximia Maximiani ornamenta.

Maximianus ſenex Epiſcopatū adijt.

Quod dicimus verum eſſe, ex ſacris perfacilè cognoſcas: Loquitur enim Deus ad Prophetam Eſaiam alicubi in hunc modum: *Vade ingredere ad eum, qui habitat in tabernacula, ad Sobnam Præpoſitum templi, & dices ad eum: Quid tibi hic eſt? Ecce Dominus eijciet, & cōteret virum; & auferet ſtolam tuam, & coronā tuam glorioſam; & abijciet te in regionē latam, & immenſam, ibiq; morieris, abripieriſq; à diſpenſatione tua, & ſtatione tua. Et erit in die illa, & vocabo puerum meum Eliacim filium Helchiæ, et induam illum ſtola tua, et coronam tuam dabo ei, & Oeconomiam tuā dabo in manus eius, & erit tanquam pater omnibus habitantibus in Hieruſalem, & qui habitant in Iuda; & dabo ei gloriam Dauid; & principatum geret; & non erit, qui contradicat; & ponam eum Principem in loco tuto; & erit in thronum gloriæ domus Patris ipſius; & fiduciam in eum habebit, quiſquis glorioſus eſt in domo Patris à modico vſque ad magnum; & pēdebunt ab eo die illa. Hæc verò dicit Dominus exercituum: Amouebitur homo, qui iam in loco tuto cōfirmatus eſt, & cadet, et auferetur ab eo gloria eius, quia Dominus loquutus eſt.* Diligit itaque omnium Deus verè fidelem ſyncerumq; œconomum; diuerſum verò tanquam profanum auerſat. Hic, vt ſperamus, ſanctitati tuæ opē feret; eandemq; opulenta manu cœleſtibus donis exhilarabit, quò & rectæ veritatis ſermonem ſecet rectè, & ſanctorum Patrū fidei veluti veſtigijs quibuſdam inſiſtat; ac in omnibus probatam ſe oſtendat, per miſericordiam, & beneuolentiam Chriſti Seruatoris noſtri omnium, per quem, & cum quo Deo & Patri cum Sancto ſpiritu ſit gloria in ſecula, Amen. Saluta fraternitatem, quæ tecum eſt; ſalutat te, quæ mecū eſt in Domino. Valere te noſtri apud Dominum memorem peropto, religioſiſſime Deoque dilectiſſime frater.

Eſa. 22.

Tomi quarti, caput XXVI.

Alpij ad Cyrillum epiſtola.

ARGVMENTVM.

MIRIS laudibus extollit Cyrillum. Confert eū cum Daniele, Phynee, Theophilo, & Athanaſio, quē ipſum quoque mirificè prædicat. Optat vt corā illum cernere quandoque liceat, de quo tanta, ac tam magnifica audierat. Sub finem indicat, ſe Candidianum Diaconū mittere, qui ordine exponat, quāta & ipſi quoq; fidei cauſa feciſſent, pertuliſſentq;.

Sanctiſſimo Deoq; dilectiſſimo Archiepiſcopo Cyrillo Alypius Apoſtolorum Presbyter in Domino ſalutem.

BEATVS homo, quē Deus dignū cēſuerit, ſanctum Deoq; dilectū caput tuū martyricæ confeſſionis ſertis redimitū, dilectionis oculo contueri: Tu enim ſanctiſſime Pater, vigilanti lumine ſanctorū Patrū viā triuiſti. Tu vtroq; poplite claudicātes, rectà ad veritatē incedere docuiſti: Tu fiduciā indutus es Eliæ: Tu ſolus Phineæ zelū aſſumpſiſti: Tu impiū venenoſi draconis os obturaſti: Tu voracē Bel euertiſti: Tu illius ſpem, hoc eſt, dominatū, & præſidētiā ære coemptam labefeciſti, aureæq; ſtatuæ apparatū perdidiſti. Ecqualenā os ſpiritalib' vnguētis imbutū zeli tui encomia pro dignitate exprimere valeat, vt qui beati Theophili quondā auunculi tui ſtudiorū æmulus, illiq; ſimilis euaſeris? nec nō ad ter beati illius Athanaſij martyriū proximè acceſſeris? Etenim vt ille precibus armatus iniquorū hæreticorum machinationes perinde ac periculoſos quoſdā ſcopulos deuitabat euadebatque; ſic tua quoque ſāctitas iniqui illius conatus vitæ integritate, cōſciētiæq; puritate, veluti infirmā quāpiam procellā profligauit. Sanè B. Athanaſius poſt multas falſas criminationes, quas hæretici illi impingebāt, feliciter refutatas; exiliūq; eorū decreto, qui tunc rerū potiebant, & hoc ipſum fieri curabant, patienter toleratū, id cōſequutus eſt, vt eò ſemper purior illuſtriorq; euaderet, maiorīq; patiētiæ laude ſplenderet, quò profani illi homines plura falſioraq; crimina ipſi intentabāt. His igitur victorijs certaminibuſq; Martyricā coronā ille ſibi nectēs, homouſion ſtatuit, peruersāq; Arij doctrinā calcauit, & Orthodoxiā penè proſtratā denuò erexit; ac ſancti tādē Marci Euāgeliſtæ Thronū in ſublime euexit: Cui & tu ipſe quoque Præſides Sācti illius veſtigijs impigrè inſiſtēs. Precor itaque, ſanctiſſime Pater, vt dignus aliquādo habear, qui te coràm virū adeò ſanctū cernere, tuaq; genua cōplecti, & tēpore pacis coronati Martyris cōſpectu frui merear. Vniuerſum rerū noſtrarū ſtatū, & quomodo cū fiducia egerimus, & tuis ſanctorumq; Patrum precibus freti etiamnū agamus, quantaq; hactenus certamina ſubierimus, id totum Cādidianus dilectus Diaconus, qui paruitatis meæ literas ſāctitudini tuæ defert, ordine exponet. Saluto vniuerſam ſanctā Synodū, vnà cum veſtra ſanctitate Martyrij corona ornata. Deus nobis largiatur, vt ſani lætiq; in Domino pro veritate certare pergamus.

Summa Cyrilli commendatio.

Auunculus Cyrilli Theophil'.

Athanaſij' precib' hoſtes ſuos debellauit.

Quò Athanaſius magis premebatur, eò illuſtrior euadebat.

Athanaſ. Alexandrinam ſedē illuſtrauit.

Candidianus Diaconus Alypij ad Cyrillū nuntius.

AD

AD TOMVM QVARTVM APPENDIX TERTIA.

Appendicis tertiæ, caput I. & poſtremum.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANdrini Scholion, de Vnigeniti incarnatione.

ARGVMENTVM.

DVODECIM Orthodoxis Cyrilli anathematiſmis Neſtorius obiecerat totidem alios heterodoxos. Hos autẽ tametſi peruerſos Theodoretus Cyri Epiſcopus, qui & Catholicus, & eruditus quoque habebatur, hoc ipſo ſuo calculo approbare videbatur, quòd Catholicos Cyrilli acerrimè impugnaret: Cyrillus quoque, ſi & ſuo honori, & infirmorum quoque ſaluti bene conſultum vellet, vtrique obuiam ire debuit; ſicut præpolenter quoque vtrique obuiam iuit; quamuis non vno modo, neque vno quoque ſcripto. Cæterùm hoc de Verbi incarnatione ſcholio, ita veritanos Neſtorij anathematiſmos impetit, eraſoſq; errores eiſdem incluſos retundit; vt cæteris quoque, qui de Verbi Oeconomia malè ſentiebant, & docebant, non parcat. Ad diſputationis ſeriem quod ſpectat, à ſimplicium vocum interpretatione exorſus, exponit quid ſit Christus, quid Emmanuel, quid Ieſus, quid Vnio &c. Hęc enim omnia præpoſterè interpretabantur Neſtoriani. Mox ad propoſitionẽ, quæ in hac materia vſurpari ſolent, orationem deflectens, diſſerit qui vnus ſit Chriſtus, vnus Emmanuel, vnus Dñs, &c. Tum quo modo Verbum dicatur exinanitum, carni vnitum, homo factum, nec ideo tamen mutatum, aut diuinitate exutum. Hinc quo pacto Chriſtus non ſit homo Deifer numineue afflatus, ſed homo Deus. Tandem qua ratione Verbum perhibeatur in nobis habitare, ad nos mitti, corpus habere propriũ, &c. Poſtremò illorum cacodoxiam refellit, qui humana, ſola ſeſtidioe, Deum decere nugabantur. Ad orationẽ quod ſpectat, ea multis locis vſque adeò eſt intricata, vt exitum nullum oſtendat.

QVID EST CHRISTVS?

CAPVT I.

CHRISTI nomen, nec definitionis vim obtinet, nec quampiam ſubſtantiam, qualisſit, ſignificat, ſicut fortè homo, aut equus, aut bos; ſed rei magis, quæ in aliquo agatur, habet ſignificationẽ. Oleo namque vngebantur quidam ſuperiorum, iuxta quod Deo tũc temporis placebat; Et ſignũ regni illis erat vnctio. Vngebantur autem & Prophetæ inſenſibiliter Spiritu ſancto, vt inde quoque nominarentur Chriſti. Denique beatus Dauid pſallit ex perſona Dei, & ait: Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Ait autẽ & Propheta Abacuc: Exiſti in ſalutẽ populi tui, vt ſaluos facias Chriſtos tuos. In Chriſto autem omniũ Saluatore vnctionem quidẽ factam eſſe dicimus. Cæterùm neque Symbolicam, quaſi oleo factã, nec quaſi in gratia propheticæ; ſed nec illã, quæ intelligitur fieri ad perfectionẽ alicuius huiuſmodi negotij, qualẽ factum eſſe dicimus ſub Cyro Perſarum & Medorum Rege: Cõtra Babylonios enim ille duxit exercitũ, inſtigãte ipſum in id Deo omnipotente. Dictum eſt enim: Hæc dicit Dñs

Qui olim inungebantur.

Pſal. 104.

Abacuc 3. Non ita Cyrus, inunctus, vt alij Reges, Prophetæ, vel Sacerdotes.

Eſa. 45.

Chriſto meo Cyro, cuius apprehẽdi dexterã. Atqui ille vir cùm eſſet idolorũ cultor, nominatus eſt Chriſtus, ideò quòd quaſi vnctus eſt à Deo, vt Babylonem vehementer expugnaret.

Cur Cyrus Idololatra Chriſtus appellatus.

Illud autem magis de Chriſto: Quoniam enim propter Adæ præuaricationẽ regnauerat ſuper omnes peccatum, & Spiritus ab humanitate diſceſſerat, ob eamq; cauſam in malis omnibus illa fuerat cõſtituta; opus autem erat, vt rurſus Dei miſericordia in priſtinum reuocata, Spiritum mereretur, homo factum eſt Vnigenitum Dei Verbum, & cum terreno corpore terrenis apparuit: Fuit etiam liber à peccato, vt & in ipſo, & in eo ſolo innocentiæ laudibus natura hominis coronata, Spiritu ſancto ditaretur, ac ſic reformaretur ad Deũ per ſanctificationẽ: Tranſit enim ad nos quoque gratia correpta à Chriſto, qui eſt in nobis primogenitus: Idq; nos docet beatus Dauid, pſallens ad Filium: Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ; ideo vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Vnctus eſt igitur exẽplo noſtro Filius innocẽtiæ laudibus, vt antè dixi, in ipſo natura hominis illuſtrata, & digna iam ſortiri Spiritum ſanctum non diſceſſurum iam, ſicut antea, ſed manſurum magis in ipſa. Ideoq; ſcriptum eſt, quòd deſcendit quidem in eum Spiritus, manſit autẽ ſuper ipſum. Dicitur ergo Chriſtus Dei Verbũ, quod propter nos noſtri ſimilis homo eſt factum, & in ſerui formæ; & vngitur quidem humanè ſecundùm carnem: Vngit autem Diuinè ſuos, eos nempe, qui in ipſum credunt.

1. Cor. 15. Cur Chriſtus inunctus, & quo ſenſu.

Natura humana in Chriſto reformata.

Pſal. 44.

Matth. 3.

Chriſtus inungit, & viciſſim inungitur.

QVALITER INTELLIGI debet Emmanuel?

CAPVT II.

EMMANVEL nominatur Deus Verbum, quod Abrahæ ſemen apprehẽdit, & ſimiliter ac nos participauit carni & ſanguini. Interpretatur autem Emmanuel, Nobiſcum Deus. Confitemur autẽ nobiſcum fuiſſe Dei Verbũ, non localiter; (In quo enim loco nõ eſt Deus, qui implet omnia?) nec quòd adeſſe nobis cõſpicitur auxilij ratione. Dictũ eſt enim hoc modo ad Ieſum: Et ſicut eram cum Moſe, ita ero & tecum; ſed quod factus eſt in noſtris, id eſt, in humilitate, non derelicta natura ſua; Incõmutabile eſt enim natura Dei Verbum. Cæterum quã ob cauſam, cùm plenè dicitur ad Ieſum, quòd ſicut eram cum Moyſe, ſic ero tecũ, non eſt nominatus Emmanuel ipſe, neq; ſanctus, & ſicut alio, neſcio quo, Sanctorum fuiſſe dicatur? Ergo nobiſcum factum eſſe dicimus Deum Verbum, eo tẽpore, quo dicit Baruch: In terra viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt, & omnem viam inueniens diſciplinæ, & dans eam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo: Ipſe eſt enim Deus noſter, & nõ comparabitur alius ad eũ. Et quantum quidẽ ad Dei naturam pertinet, non erit nobiſcũ: Multum enim intereſt inter Diuinitatem & humanitatem,

Heb. 2.

Quomodo Deus dicatur eſſe nobiſcum.

Cur Ioſue non ſit appellat' Emmanuel.

Baruch 3.

tem, & iogens, & oimis differentia naturarũ.
Denique etiam Diuious Dauid ad proximita-
tem myſticam ſcilicet Deum Verbum, qood
nondũ ad nos venerat, vocabat, dicens io Spi-
Pſal. 9. ritu: Vt quid Domine diſceſſiſti longè, deſpi-
cis in opportunitatibus, in tribolaoone? Ergo
oon iam longè diſceſſit, ſed nobiſcũ fuit. Qui
cùm manſiſſet id quod erat, apprehẽdit Abra-
Phil. 2. hæ ſemen, vt dixit. Accepit autem etiam ſerui
formã, & conſpectus eſt homo io terra, Chri-
Quot & q. bus rationib. Chrs dicat Emmanuel. ſtus verè & Emmaouel, eundem oobis Filium
deſignans; partim quia vnctus eſt more no-
ſtro, humanæ hominis naturæ ſpiritum acci-
piens, vt in ſeipſo & primo; Poſitus eſt enim
primordium generis: Rorſum, vt Deus ipſe
eſt vngens Sãcto ſpiritu eos, qui in ſe credũt:
Partim quia fuit oobiſcũ, ſecuodùm quas mo-
dò reddidi rationes, & in eo facit certos Eſa-
Eſa. 7. ias Propheta dicens: Ecce Virgo in vtero ac-
cipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen
eius Emmanuel: Cùm enim ſancta Virgo ex
Spiritu quidem ſancto prægnans eſſet facta,
peperit autem ſecundùm carnem filium, tunc
etiam Emmanuel dictus eſt: Fuit enim nobiſ-
cuoi per carnalem generationẽ incorporalis,
& id erat, quod per vocem Dauid ſignificaba-
Pſal. 49. tur: Deus manifeſtè veniet, Deus ooſter, & nõ
ſilebit. Et illud opinor: Ipſe, qui locutus ſum,
præſtò ſum: Locutus enim per Prophetas, vt
incorporale adhuc Verbum, aduenit etiam
corporaliter.

QVID EST IESVS?

CAPVT III.

VT quidem intentionum, quia oporteat
àoobis vnom dici filium, tantundem eſt, &
Chriſtus, & Emmanuel, & Ieſus, & idem vero
quaſi ex re oomẽ eſt factũ: Ipſe enim ſaluabit
Matth. 1. Chrs, Emmanuel, & Ieſus dicitur his rationibus ad idẽ tendunt. populum ſuum à peccatis. Quemadmodum
enim Emmanuel ſignificabat, per genera-
tionem ex muliere nobiſcum factũ fuiſſe Dei
Verbũ; & Chriſtus porrò quia factus homo,
vnctus dicitur iuxta nos humanè; ita etiã Ie-
ſus, quòd ſaluauit nos, id eſt, ſuum populum;
quod maximè eum demonſtrat Deum verè &
natura omnium Dñm: Neque enim hominis
cõmunis creatura eſſe dicatur: Deceat autem
magis omnia dicere eſſe Vnigeniti, etſi factus
ſit homo. Dicet fortaſſe aliquis: Ad quid
Cur Iſraelitæ appellati ſunt populus Moyſis nos autem populus Chriſti. Moyſi dictus eſt populos Iſrael? Ad hoc dici-
mus, ꝙ Dei quidem populus nominatus ſit,
& id erat verè: Verùm quoniam ad defectionẽ
deductus eſt, vt vitulum fecit per deſertũ, in-
honoratus eſt à Deo: Non eoim ſuum nomi-
nare populum dignabatur, ſed eũ iam homi-
ni deſtinauit. At nos nõ ita: Proprij enim ſu-
mus filij, eò quòd & Deus ſit, & per ipſum
creata ſunt omnia: Ita enim ait Dauid: Quo-
Pſal. 94. niam ipſe fecit nos, & non ipſi oos. Nos autẽ
populus paſcuæ eius, & oues manuum eius.
Ioan. 10. Denique etiam ipſe de nobis dixit: Oues meæ
vocem meam audient, & ſequentur me. Rur-
ſus: Et alias oues habeo, quæ noo ſunt ex hoc
ouili, & illas oportet me congregare, vt fiat
vous grex, & vnus paſtor. Mandabat autem
etiam beato Petro: Simon Ioannis, amas me?
paſce agoos meos.

Quam ob cauſam homo dictũ ſit Dei Ver-
bum? Homo nominatus eſt; cùm ſit natura
Deus Dei Patris Verbum, quoniã ſimiliter ac
nos carni cõmunicauit ac ſanguini: Sic eoim
terrenis apparuit, oon amittens id, qood erat;
ſed aſſumens humanitatis naturam, io ſua ra-
tione perfectam: Veruotamen & in humani-
tate Deus remanſit, & omnium Dominus, vt-
potè naturam, & veritatem ex Deo Patre ſor-
titus; & id nobis euidentiſſimè ſapientiſſimus
Paulus oſtendit: Primus enim (inquit) homo
ex terra de limo, ſecũdus de cœlo. Atqui Vir- 1. Cor. 15.
go ſancta peperit templum Verbo vnitũ, ſed Qua ratione Chriſt homo è cœlo veniſſe dicatur.
de cœlo dicitur, & rectè qoidem Emmanoel:
Deſoper enim & ex ſubſtantia Dei, & Patris,
natum eſt Verbum ipſius. Deſcendit verò ad
oos tunc, cùm factus eſt homo, tamẽ ſic quo-
que deſuper eſt. Teſtatur autem Ioanoes de
eo, dicens: Qui deſurſum venit, ſuper omoes Ioan. 3.
eſt. Et ipſe Chriſtus etiam ad populum ait Iu-
dæorum: Vos deorſum eſtis; ego de ſupernis
ſum. Et rurſus: Ego non ſum de hoc mundo. Ioan. 8.
Licet pars mondi, ſicut homo oũcupatus ſit;
ſed erat cum hoc quoque ſupra mundum, vt
Deus: Meminimus enim planè diceotem: Et Ioan. 3.
nemo aſcendit io cœlum, niſi qui deſcendit de
cœlo Filius hominis; deſcendiſſe autem dici-
mus de cœlo Filium hominis per vnitatem di-
ſpenſatoriam: Verbo tribuente propriæ caroi
gloriæ ſuæ, & Diuinæ Maieſtatis claritudinẽ.

QVAM OB CAVSAM EXINAnitum dicitur Dei Verbum?

CAPVT IIII.

PLENVS ſecundùm naturam, & ex omni
parte perfectũ Deum Verbum, & diſtribuens
ex ſua plenitudine bona ſua creaturæ, exinani- Verbum citra vllã ſui mutationẽ propter naturam aſſumptã exinanitũ dicitur.
tum dicimus, nihil in natura propria violatũ,
nec vt aliter ſe haberet commutatum; nec in-
ferius ex vlla parte factum: Inconuertibile
enim & immutabile eſt. Ipſum quoque ſicut
generator ipſius, & nunquam fuit paſſionis
vnquam capax. Quòd verò factum ſit caro, id Ioel 2.
eſt, homo, eò ꝙ ait: Effundam de Spiritu meo
ſuper omnem carnẽ; humanitatis paopertatẽ
propriam facit. Primùm, quia ſemel homo ſit Verbũ humanæ naturæ tenuitatẽ propriã ſibi facit.
factus, etſi remanſerit Deus; deinde ꝙ ſerui
formã accepit, qui ſm ſuam naturã liber eſt,
vtpotè filius: Et cùm ipſe ſit gloriæ Dñs, gloriã
dicitur accipere. Cùm ſit ipſe vita, viuificari
videtur; & in omnes accepit poteſtatẽ, cùm ſit
ipſe Rex omniũ; cùm Deo ſimul, & Patri obe-
diens fuit, crucem eſt paſſus &c. Verùm hæc
qoidem humanitatis menſoræ conueniant; ta-
men ea familiaria ducit eſſe cum carne, & im-
plet diſpenſationem, manens, quod erat.

QVQ-

QVOMODO VNVS CHRISTVS?

CAPVT V.

1\. Cor. 8. DIVINVS Paulus ſcribit: Etſi ſunt Dij multi, & Domini multi in cœlo & in terra; ſed nobis vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos ex eo, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per eum. At verò ſapientiſſimus Ioannes de Deo Verbo dixit: Quòd omnia per ipſum facta ſunt, & abſque eo factum eſt nihil. Euangelizabat autem beatus Gabriel ſanctæ Virgini, dicens: Ecce cõcipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Cùm igitur per Chriſtum Ieſum omnia Diuinus Paulus eſſe commemoret: Confirmat autem vim ſententiæ, & opificem omnium fuiſſe Deum euangelizat, rem verá dicens Euangeliſta diuinus. Deſignat autem etiam Angeli vox, verè ex ſancta Virgine natũ eſſe Ieſum Chriſtum; nec abſque humanitatẽ intelligimus Deum Verbum, ſed vnum dicimus ex ambobus effectum, vt Deum hominẽ factum; eundem ex Patre, vt Verbum natum diuinè, & ex muliere humanè, vt hominẽ non tanquam in ſecundum ſubſtantiæ initium vocatum, tunc cùm ſecundùm carnem dicitur natus; ſed natum quidem ante omnia ſecula, ſtante tamen tempore, quo debuerat implere diſpenſationem; natum etiam ex muliere ſm carnem. Ergo etſi alii ſimili apellatione vocati ſunt Chriſti; vnus tamẽ eſt, per quem omnia, Ieſus Chriſtus; non quòd homo ſit factus opifex omnium, ſed quod Deus Verbũ, per quẽ omnia facta ſunt, ſimiliter ac nos, participarit carni, & ſanguini, & nuncupatus ſit homo, nõ tamen perdiderit eſſe, quod erat: Ita enim & in carne factus, intelligitur meritò opifex omnium.

Ioan. 1. — *Luc. 1.*

Obſcura hęc omnia, hiulca, & manca vndecunque virium prouenerit.

Multi Chriſti, ſed non vnus omniũ eſt ratio.

QVOMODO VNVS eſt Emmanuel?

CAPVT VI.

Hebr. 9. SEMEL nouiſſimis ſeculis Dei Verbũ homo eſſe dicitur factum; & ſicut ait Diuinus Paulus, per ſacrificium ſuũ manifeſtatus eſt. Et quodnam eſt ſacrificium? Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem ſuauitatis Deo Patri; & intrauit in ſancta ſemel, non p ſanguinem hircorum, & taurorum, ſed per ſuum ſanguinem: Sic enim credentibus remiſſionem in æternum comparuit. Ergo plurimi quidem ante ipſum ſancti fuẽre; ſed nemo eorum Emmanuel nominatus eſt. Quam ob cauſam? Nondum enim venerat tps, quo dẽret eſſe nobiſcũ, id eſt, in nſam venire naturá per carnẽ, is, qui eſt omni ſuperior creatura. Vnus igitur Emmanuel; Semel enim fact⁹ eſt homo Vnigenitus; tunc per ſanctam Virginem generationem carnalem perpeſſus eſt: Dictum eſt enim ad Ieſum, quòd ero tecum. At non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moyſe; ſed nec ille Emmanuel nominatus eſt. Igitur quoties audimus nomen filio datum eſſe: Nobiſcum Deus; ſapienter intelligamus, non ita fuiſſe nobiſcum nouiſsimis temporibus, ſicut aliquando dicitur fuiſſe cum Sanctis: Illis enim erat tantùm adiutor: Nobiſcum autem fuit, cùm factus eſt ſimilis noſtri, cùm ſuam non amiſiſſet naturam: Eſt enim inuertibilis vt Deus.

Pluſimi ante Chriſtũ ſancti; ſed nemo eorũ Emmanuel appellatus eſt.

Ioſue 1.

Aliter eſt Verbum cũ homine Chriſto, aliter fuit cũ Moyſe, Ioſue, cæterisque ſãctis.

QVAM ESSE DICImus adunationem?

CAPVT VII.

ADVNATIO multis modis impletur: Seiuncti enim nonnulli affectu fortè vel volũtate, & diſcordantes inter ſe, adunari dicuntur per reconciliationem ſocialem, depoſita ſimultate. Adunáre autem dicimus, & quæ ſibi conglutinantur, ſiue mõdis alijs conferũtur, aut per compoſitionem. Quoties igitur adunatum eſſe noſtræ naturæ Dei Verbum dicimus, omni humaná cogitatione adunationis eius modus videtur eſſe ſuperior: Neque enim per ſuprà ſcriptos modos; facta eſt arcana, illa & nulli penitùs nota. Sed & nihil mirum, ſi in huiuſmodi cogitatione vincamur; cùm res noſtras, quomodo ſe habeant, inquirentes, vltra modum noſtræ mentis inuentionem eſſe confiteamur: Quo nanque modo animam hominis ſuo corpori adunatam eſſe putabimus, quis eſt, qui poſſit exprimere? Sed ſi oportet eos, qui parua ætate vix intelligere ſoleant; immò eos, qui valeant intelligere tam ſubtiles res, & omnem rationem transcendentes, coniectare dicimus, quod deceat cogitare, quamuis minor ſit oratio veritate. Talem eſſe adunationem Emmanuel, qualem quis intelligat & animam hominis ad ſuum corpus habere: Anima enim omnia, quæ ſunt corporis, eſſe reputat ſua, licet per naturam propriá expers ſit paſsionum corporis, & quæ extrinſecùs accidant: Mouetur enim corpus in concupiſcentias naturales, & cõſentit anima, nullo quidem modo participans concupiſcentię, tamen exitu delectationem propriam ducit; & ſi fortè à ſuo corpore deprimatur & torqueatur, cõdolet quidem, quòd ſuum corpus patiatur, ipſa verò in ſua natura nullum patitur omnino tormentum; tamen ſuper hæc quoque dicimus eſſe adunationẽ, quæ in Emmanuel facta: Erat enim neceſſe, cum ſuo corpore adunatam ei animam dolere, vt dum timebat paſsiones, ſubditam ceruicẽ Deo ſubmitteret. De Deo autem Verbo, cõdolere paſſionibus nefas eſt dicere: Impaſsibilis enim Deus eſt, & noſtrarum rerum longè diſsimilis, ſed adunatus quidem erat carni habẽti animam rationalem, qua patiente, ipſe impaſsibilis, ea, quæ animæ contingerent, cognoſcebat; & contundebat quidem, vt Deus, carnis in-

Multis modis contingit adunatio.

Vnio Verbi cum humana natura, nihil habet per omnia commune cum adunationibus in rebus naturalibus receptis.

Vnio Verbi cum carne habet aliquid cognatum cum vnione animæ ad corpus.

Diſſimilitudo vnionis animæ cũ carne, & humanitatis cum Verbo.

firmita-

firmitates ſuas, tamen eas tanquam ſui corporis eſſe ducebat. Itaque eſuriiſſe dicitur, fatigatus eſſe, paſſus fuiſſe pro nobis. Ergo Verbi adunatio, quæ eſt cum humanitate facta, non irrationabiliter rebus noſtris comparetur. Nam ſicut corpus alterius eſt naturæ præter animam, vnus tamen ex vtroq; homo efficitur, & vocatur; ita etiam ex perfecta Dei Verbi ſubſiſtentia, & humanitate perfecta, vnus eſt Chriſtus, idem in eodem Deus ſimul, & homo. Et ſua quidem dicit Deus Verbum, vt antè dixi, ea, quæ ſunt carnis propria; quia ipſius eſt corpus, & non alterius. Communes autem facit, tanquam cum ſua carne, Diuinæ Maieſtatis operationes, ita, vt poſſit etiam viuificare mortuos, & ſanare infirmos. At conuenit exemplis etiam Scripturæ Diuinæ, quaſi per figuram adunationem demonſtrare, agè dicamus, vt poſſumus.

Naturæ in Chriſto ſibi inuicem proprietates communicant.

DE CARBONE.

CAPVT VIII.

BEATVS Eſaias: Miſſum eſt, inquit, ad me vnum ex Seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, & dixit ad me: Ecce tetigit hoc labia tua, & adimet iniquitates tuas, & peccata tua depurgabit. Carbonem autem dicimus figuram & imaginem nobis exhibere Verbi hominis facti, quod ſi labia noſtra tetigerit, id eſt, fide id confeſſi fuerimus, tunc nos ab omni peccato puros efficiet, & priſtinis criminibus liberabit. Cæterùm tanquam in imagine, licet in carbone conſpicere adunatum quidem humanitati Deum Verbum, non tamen proieciſſe quod fuerat; transformaſſe autem magis aſſumptam naturam in ſuam gloriam, & operationem. Quemadmodum enim ignis ligno affixus, & in id penetrans, comprehendit quidem ipſum; & quamuis lignum eſſe non deſinat, vim tamen ſuam ſpeciemque tranſmutat omnem, ſeque confert in lignum, & cum ipſo iam quaſi vnum aliquid æſtimatur; idem intellige & de Chriſto. Adunatus enim inæſtimabiliter humanitati Deus, ſeruauit quidem ipſam in eo, quod fuerat, & ipſe permanſit quod erat; ſemel tamen adunatus, quaſi vnus iam cum ipſa putatur, ea, quæ ſunt illius, ſua faciens; conferens autem ei etiam ipſe naturæ ſuæ operationem.

Eſa. 6.
Quid deſignat carbo ignitus, quo Angelus tetigit labia Eſaiæ.

QVOD INCORPORALIS DIVINITATIS *corpus fuerit, habens animam rationabilem, & quòd ſi ea à ſeſe diuidere voluerimus, proculdubio labefactabimus diſpenſationem, quæ in Chriſto intelligitur.*

CAPVT IX.

IN Cantico Canticorum ipſe nobis introductus eſt dicẽs Dominus Ieſus Chriſtus: Ego flos campi, & lilium conuallium. Quemadmodum ergo odor res quidem eſt incorporea, habet autem quaſi proprium corpus id, in quo ineſt, tamen vnum ex vtroque intelligitur lilium; corrumpitur tamen ratio ipſius, vnius rei diſceſſu: In ſubiecto enim corpore odor eſt. Ita etiam de Chriſto intelligimus Diuinitatis naturam, quæ ſuam excellentiſſimam Maieſtatem, vt odorem ſuauiſſimũ mundo diſpergat, tanquam in ſubiecto eſſe corpore humanitatis; & id, quod incorporale eſt per naturam, per adunationem diſpenſatoriã penè dicam factum fuiſſe corporale; propterea quòd voluiſſet ſe cognoſci ſcire corpus: In eo enim Diuina ſigna operatus eſt. Igitur, id, quod incorporale eſt, tanquam in ſuo corpore intelligatur, quemadmodum & iam odor in flore ſubiecto; lilium tamen iam & odor nominatur, & flos.

Cant. 2.
Flos & Idè dimanans odor incarnati Verbi ſymbolum exhibent.
Quis hæc intelligat?

QVOD ET ADVNATO DEO *Verbo veræ humanitati, inconfuſæ tamen ſubſtantiæ permanſerit.*

CAPVT X.

ERECTVM eſt ſecundùm Dei voluntatem ſanctum Tabernaculum per deſertum, & in eo multis modis formabatur Emmanuel. Ait enim Deus omnipotens ad diuinum Moyſen: Et facies arcam teſtimonij ex lignis imputribilibus duorum cubitorum, & dimidij longitudinem, & cubiti & dimidij altitudinem, & inaurabis eam auro puro, extrà & intrà inaurabis eam. Sed lignum quidem imputribile, ſit figura corporis incorrupti (imputribilis enim cedrus) aurum verò quaſi materies alijs pretioſior, Diuinæ nobis indicat ſubſtantiæ maieſtatem. Attende igitur, quàm arca tota inaurata ſit auro puro extrà & intrà. Adunatum quidem fuerat ſanctæ carni Deus Verbum, & id eſt, vt opinior, arcam fuiſſe extra inauratam. Quòd verò & animam rationabilem, quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet, quòd & intra arcam præceperit inaurari; quòd autẽ naturæ, ſuæ ſubſtantiæ inconfuſè manſerint, hinc ſcimus: Aurum enim ſuperfuſum ligno, manſit id, quod erat; & ordinabatur quidẽ lignum, ſed lignũ eſſe non deſiit. Quòd verò arca Chriſti accipiatur imagine, plurimis poſſit probationibus declarari: Perambulabat enim cum his, qui ſunt ex Iſrael, quærens ipſis requiem. Ait enim alicubi Chriſtus: Et parabo vobis locũ.

Exo. 25. 17.
Arca fœderis intus foriſque deaurata adũbrabat Verbi incarnationem.
Ioan. 14.

QVOD CVM ESSET DEVS VERBUM, *factus ſit homo: nec homo ſimpliciter quadã coniunctione honoratus, vocatus ſit ad paternam dignitatem Dei Verbi, ſiue auctoritatem, ſicut quibuſdam videtur.*

CAPVT IX.

DIVINVS Paulus, magnum quidem ait eſſe myſteriũ pietatis, & verè res ita ſe habet:

1. Timot. 3.

bet: Manifeſtatus eſt enim in carne, cùm ſit Deus Verbum; iuſtificatus eſt autem & in ſpiritu: Nullo enim modo noſtris videtur infirmitatibus contineri, licet iuxta nos homo ſit factus: Non enim fecit peccatum. Apparuit autem & Angelis: neque enim generationem ipſius ſecundùm carnem ignorauerunt. Prædicatus eſt autem & Gentibus, quaſi Deus homo factus. Ita autem creditus eſt in mundo.

Eph. 2. Quomodo Gẽtes erãt in mũdo ſine Deo ante Verbum incarnatũ.

Probauit autem Diuinus Paulus, ita ſcribẽs: Propter quod memores eſtote, ꝙ aliquando vos Gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea, quæ dicitur circumciſio in carne manufacta, quia eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in mundo. Erant ergo Gẽtes in mundo ſine Deo, cùm abſque Chriſto eſſent. Verùm quoniam agnouerunt eum, & verè, quia natura Deum eſſe agnouerunt, ipſę quoq; ab eo cognitæ ſunt, fidem confitentes. Et ipſe aſſumptus eſt in gloria certè Diuina:

Eph. 2.

Pſal. 46.

Pſallit enim beatus Dauid: Aſcendit Deus in iubilo: Aſcendit enim certè cum corpore, nec in nuda Deitate: Deus enim erat incarnatus: Credimus enim nõ in vnum noſtri ſimilem, Deitate per gratiam honoratum, ne cultores eſſe hominis deteg amur; ſed in Deum magis, qui in ſerui forma comparuit, & qui verè noſtri ſimilis, in humanitate tamẽ Deus remanſit: Deus enim Verbum, carne aſſumpta, nõ depoſuit quod erat. Intelligitur autem idem Deus ſimul & homo, & fidei quidem ratio ita ſe habet, & rectè quidem.

In mille abſurda incidunt, qui Chriſtũ nõ Deum, ſed hominem deificatum eſſe dicũt.

Sed ſi fortè aliquis dicat: Quid mali eſt, ſi intelligatur homo ſimilis noſtri apprehendere Deitatem: ac non magis Deum homo fieri? Reſpondemus: Mille eſſe, quæ è cõtrario poſſint opponi, & penè etiam nata ſignificantia nos oportere reniti conſtanter, nec credere ita eſſe: Agè enim ante alia diſpenſationis, quæ cum carne facta eſt, modum cernamus, & noſtrarum rerum naturam ſubtilius perſcrutemur. Periclitata eſt hoĩs natura, & depreſſa malis extremis, maledictione & morte dãnata, & peccati laqueis irretita, errabat & erat in tenebris: Deum neſciebat eum, qui eſt natura & veritate; præter Creatorem coluit creaturam. Quo igitur huiuſmodi malis poterat liberari? An illud dicemus, quod fas erat humanitati, Diuinam naturam modo apprehendere, quã neſciret omnino, qualis eſſet dignitas naturæ cœleſtis, cùm eſſet ignorantiæ tenebris occupata, & peccati ſordibus inquinata; quo modo poterat fieri, vt apprehenderet ſanctam naturam, & acciperet gloriam, quam nemo inuenlet, niſi acceperit? Concedamus enim, quòd cognouerit fortaſſe, & ſcierit apprehendere duntaxat, quis eſt, qui docuerit? Quomodo enim credent, niſi audierint? Cæterùm non id eſt, apprehendere Deitatem, & conuenientem ei gloriam capere; ergo decentius ſit, & rectè quidem ita ſentire, quòd ſeruare volens id, quòd perierat, deſcẽdens ad nos Deus Verbum, per quod omnia; & cùm in id ſe, quòd non erat, immiſit, vt & hominis natura, id, qđ non erat, fieret, Diuinæ Maieſtatis dignitatibus per adunationem nitteſcens, quæ ſublenata eſt magis vltra naturam, quàm deiicit infra naturã inuertibilem Deum. Conueniens erat, vt incorruptibilis natura apprehenderet corruptibilem, vt eam peſte liberaret. Conueniẽs erat, qui peccare non nouerat, cum peccatoribus conformari, vt peccata compeſceret.

Miſer ſtat⁹ naturæ noſtræ ante redẽptionẽ.

Rom. 10.

Caligo inenarrabilis.

Multis modis conueniebat Verbum incarnari.

Quemadmodum enim vbicunque lux fuerit, caligo interit tenebrarum; ita etiam immortalitate præſente, omnis certè peſtis fugitiua diſcedet; & præſente eo, qui peccatum non nouit, qui etiam proprium corpus efficit, quod eſt in peccatum, cedet omne peccatum.

Pſal. 2.

Quòd verò Verbum, cùm eſſet Deus, factũ ſit homo; & non magis homo Deificatus intelligatur Chriſtus, etiam ex ſacris literis enitar oſtendere. Ait igitur beatus Paulus de Vnigenito: Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, vt eſſet æqualis Deo; ſed ſe exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, humiliauit ſe: Factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis: Propterea & Deus illum exaltauit, & donauit ei nomen, quod eſt ſupra omne nomen; vt in nomine Ieſu Chriſti omne genu flectatur, cœleſtium, & terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Quem igitur dicemus in forma eſſe, & in æqualitate Patris, & hæc non rapinam arbitratum, ſed deſcendiſſe magis in exinanitatem, & in formam ſerui, & ſe humiliantem, & in ſimilitudine noſtra fuiſſe factum? Si hominem factum ex muliere nudũ & ſolum, quo modo is erat in forma, & in æqualitate Patris? vel quomodo habeat plenitudinẽ, vt intelligatur exinanitus, vel in qua antea poſitus celſitudine ſemet humiliaſſe dicitur? vel quomodo in ſimilitudine hominũ factus eſt, qui id erat antea per naturam; & ſi non id factus eſſe fortè dicatur? Vbi autem magis exinanitus eſt, aſſumens plenitudinem Deitatis? vel quomodo non ſit factus altiſſimus, qui in gloriam ſupernã aſcenderit? Igitur nõ hominem Deum factum dicemus; factum autem magis eſſe in exinanitione propter humanitatem Dei Verbum, quod erat in ęqualitate Patris, & forma: Exinanitũ eſt enim hoc modo propter ſimilitudinẽ noſtram, cùm eſſet plenus, vt Deus. Humiliatus eſt propter carnem, cùm Diuinę Maieſtatis faſtigio non diſcedat: Sedem enim habet altiſſimam, factus eſt in ſimilitudine hominum, cùm ſit eiuſdem formæ cum Patre, vt cuius eſt figura ſubſtantiæ.

Quæ ad Phil. 2. de incarnato Verbo legũtur, ea nullo vero ſenſu ad purũ hominem transferri poſſunt.

Quomodo Verbũ exinanitum.

Verùm quoniã ſemel factus eſt, iuxta nos aſcendiſſe dicitur, & cum carne in gloriã Deitatis, quam patentem quidẽ habeat quaſi propriam; alio tamẽ pacto in ea fuit propter humanitatem:

manitatem: Dominus enim omniū eſſe creditur etiam cum carne. Flectitur autem ipſi omne genu, & id non ad dolorem, vel contumeliam Patris, ſed magis ad gloriā: Gaudet enim & glorificatur, dum ab omnibus Filius adoratur, licet factus ſit ſimilis noſtri. Scriptum eſt autem rurſum: Non enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, vnde debuit per omnia fratribus aſſimulari. Ecce ſemen Abrahæ apprehendit. Verùm quòd Deus eſt, & non homo, neſcio qui noſtri ſimilis Deitatem apprehendit, & ipſe nobis aſſimulatur, & nuncupatur frater vt homo, non nos ei, quantum eſt ad Deitatis naturam. Et rurſus: Quoniā pueri communicauerunt ſanguini & carni, & ipſe ſimiliter participauit eis, vt per mortem deſtrueret eum, qui imperium obtinet mortis, id eſt, Diabolum; & liberaret eos, qui timore mortis per omnem vitam obnoxij erant ſeruituti. Ecce iterum ipſe ſimiliter vt nos, participauit ſanguini & carni, & ea res cauſam coniunctiſſimā ac proximam. Scriptum eſt enim: Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato peccatum condemnauit in carne. Attende iterum, quòd non homo affectans Diuinam naturam oſtenditur, & ad eius dignitatem aſcendens, ſed mittens magis ſuum Filiū Deus, & Pater in ſimilitudine carnis peccati, vt deſtrueret peccatū. Ergo Verbum, cùm ſit Deus, ſe in exinanitionem, homo factus, immiſit; & non homo ſimpliciter Diuinam gloriam affectans, Chriſtus videtur.

Pater gratiā habet gloriam, quæ Filio impēditur.
Heb. 2.
Ibidem.
Rom. 8.

QVOD CHRISTVS IESVS vocetur homo factus Dei Verbum.

CAPVT XII.

DISPENSATIONIS incarnati Vnigeniti myſterium ſubtilius conſiderantes, id aſſerimus, fidem rectam ſeruantes, & veram, quòd ipſum Dei Patris Verbum, qui eſt Deus verus ex Deo vero, lumen de lumine, incarnatū ſit, & homo factum, & deſcenderit, & paſſum ſit. Surrexit autem etiam à mortuis: ita enim definiuit fidei Symbolū Synodus ingens & ſancta. Perquirentes autē & nos, & dicere cupiētes, quid ſit, inquam, incarnatum eſſe, & hominem factum Dei Verbum, cernimus quòd non hoc eſt, hominem aſſumere, tanquam in coniunctione, quæ fiat per æqualitatem dignitatis, ſiue auctoritatis per ſolam filietatis ὁμωνυμίαν, magis autem fieri iuxta nos hominem; ita tamen vt nulla conuerſio, vel commutatio ſubſequatur, & ſubleuante pariter cum ſua natura eum, qui in aſſumptione fuit carnis, & ſanguinis diſpenſatione. Vnus igitur eſt, qui ante incarnationem quidem à Diuina Scriptura nominatur Vnigenitus, & verbum, & Deus, imago, & lumen, & figura ſubſtantiæ Patris, vita, gloria, ſplendor, ſapientia, virtus, magnificentia, Dominus Sabaoth, & alijs talibus nominibus, quæ verè conueniunt Deitati: Poſt incarnationem verò, homo, Chriſtus, Ieſus, propiciator, mediator, primitiæ dormientium, primogenitus à mortuis, ſecūdus Adā, caput corporis Eccleſiæ, cùm etiam nomina priſca ſequantur: Omnia enim ipſius ſunt, & propria, & quæ ſunt nouiſſimis facta temporibus.

Quid ſit Dei Verbū factum eſſe hominē.
Heb. 1.
Ioan. 14.
Eſa. 6.
Nomina Verbi ante incarnationem.
1. Cor. 15.
Tituli Verbi poſt incarnationem.

Vnus igitur eſt & ante incarnationē Deus verus, & qui in humanitate remanſit id, quod erat, & eſt, & erit. Non diſcernendum igitur vnum Dominum Ieſum Chriſtum, in hominem ſeorſum & Deum ſeorſum, ſed vnum eūdemque Ieſum Chriſtum eſſe dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, ſed eas incōfuſas inter ſeſe ſeruātes. Quoties igitur litera ſacra commemorat, quod in Chriſto inhabitarit omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter, non ideo dicimus, tanquā in alio Chriſto, in homine ſeorſum inhabitaſſe Deum verbum; nec porrò diuidentes ea, quę vnita ſunt, duos intelligimus filios. Illud autem magis quòd Chriſtum nominat litera ſacra, & ex parte nonnunquam humanitate Dei Verbi, quam propriam habēs in locum poſuit templi. Scriptum eſt autem & de animabus humanis. Inhabitantes autem domos luteas; de quibus & nos ex eodem luto ſumus. Ergo quoniam domus luteas humana corpora nominat, affirmat autem in his animam habitare, in duos homines vnum hominem diuidimus? atque non irrationabile omnino ſit, ſi & in homine ſpiritus ſuus inhabitare dicatur? Ergo etſi per huiuſmodi orationis modos figura procedat, quæ aliter fieri non poſſit; tamen ideo rerum corrumpi naturas oporteat, ſed magis ea recta veritatis tenore ſeruari.

Col. 2.
Quomodo plenitudo Diuinitatis in Chriſto inhabitarit, exponitur, ſed perobſcurè.
Iob. 4.
Depravatum.

Quoties igitur quæpiam, quæ diſſimilia ſunt, inter ſe ſociantur, vt collecta in adunationem per compoſitionem videantur: Deinde alterutrum ex his altero habitare dicatur, non diuidendum in duo, adunationis conuentionem minimè violandam, licet ſuis nominibus per ſeſe ea, quæ adunata ſunt, nominentur à nobis: Dicitur nanque, vt antè dixi, & in homine habitaſſe ſpiritus ſuus; veruntamen homo dicitur & ſenſum ſpiritus, ſeorſum & corpus. Quid igitur nobis huiuſmodi Diuinus Paulus obliquam ſignificationem commemorat? Nam etſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem. Si quis igitur dicat, interiorem noſtrū hominem in exteriore homine inhabitare, verum quidem memorauit, ideo tamen vnum diuidere non videbitur. Ait autem alicubi etiā Propheta Eſaias: De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Domine. Vtrumne tanquā alius, præter ipſum, ſpiritus ipſius ad Deum dicatur vigilare? nonne ineptiſſimum videatur? Ergo ſcire quidem neceſſe eſt orationis figuras, non tamen ab intellectu diſcedere competenti;

Quæ naturaliter inter ſe cohærent, ea à ſe inuicem diuelli non debent, quaſi duo diuerſa.
2. Cor. 4.

petendi ; ſed referre magis ſententiarum vim ad ſenſum, qui vnicuique rei conueniat.

Luc. 2. Quo, quoue ſenſu Chrs profecerit.

Et ſi dicatur proficere Ieſus ætate, & ſapiẽtia, & gratia, diſpenſationis hic ratio eſt: Deus enim Verbum, humanitatem more ſuo proficere permittebat, & quaſi paulatim Diuinitatis ſuæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam ſua extẽdere, ne quid nouũ videatur, idque nõnullos nimia nouitate perterreret, ac eum præſertim ſic quoque dicere:

Ioan. 7.

Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit? Ergo corporale quidem eſt augmentum, & profectus gratiæ, & ſapientiæ humanitatis magis menſuræ conuenit; ipſum verò Deum Verbum per ſuam naturam perfectiſſimum confitemur, non egenum profectus, non ſapientiæ, non gratiæ: Ipſum enim creaturæ, & ſapientiam, & gratiam, & bona omnia impertit. Et ſi Deus paſſus eſſe dicatur, paſſio quidẽ erit diſpenſationis ipſius; tamen dicitur, & rectè quidem, quia corpus paſſum eſt, & q erat in corpore patiente ipſius, qui pati non poterat: Impaſſibilis enim eſt vt Deus; quantum tamen ad conuitiatorum petulantiam pertinuit, paſſus eſſet, ſi pati poſſet. Ergo qm̃ noſtri ſimilis factus eſt Vnigenitus, quouſcũque homo nominatur à Diuina Scriptura, intuentes diſpenſationem, ſic Deum ipſum natura quoque confitemur.

EXEMPLA DIVINAE SCRIPTVRAE, quòd Dei Verbum, & homo factum, manſerit Deus.

CAPVT XIII.

Exod. 25.

AIT alicubi Deus ad Põtificem Moſen: Et facies propitiatorium impoſitione auri puri, duorum cubitorũ & dimidii longitudinẽ, & cubitum vnum & dimidium latitudinem; & facies duos Cherubin aureos ornatos, & impones illos ex vtroq; latere. Cherub vnus de latere hoc, & Cherub vnus de latere iſto propitiatorij: Et facies duos Cherubin ſuper duo latera; erunt Cherubin extendentes pennas ſurſum ſuperumbrantes pennis ſuis ſuper propitiatorium; & vultus eorum adinuicem reſpicientes propitiatorium erunt. Ænigma certiſſimum id ſit, Deum Verbum & in humanitate Deum manſiſſe, & in ſua gloria, & maieſtatẽ, etſi pp diſpenſationẽ factus ſit ſimilis noſtri. Propitiatorium nãque p fidẽ factus eſt nobis Emmanuel. Id autẽ nobis cõprobauit ſapiẽtiſſimus Ioannes, dicens: Filioli hæc ſcribo vobis, vt nõ peccetis; ſed & ſi quis peccauerit, cõſolatorem habemus apud Patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtũ, & ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris. Nec nõn etiam Paulus: Quẽ propoſuit, inquit, Deus propitiatorium in fidẽ ſuo ſanguine. Cæterùm certe Cherubin circumſtantia propitiatorium, ſuperobumbrantia quidem pennis, conuerſa autem ad propitiatorium; & penè huiui dominico oculum

Propitiatorium typũ gerebat Verbi incarnandi.

1. Ioan. 2.

Rom. 3.

Eſa. 6.

intendentia: Dei enim voluntatem tantùm reſpicit ſancta cœleſtium ſpirituum multitudo, & nunquam Dei ſatiatur aſpectu. Ita filium Propheta Eſaias vidiſſe ſe dicit, in ſede altiſſima & eminentiſſima, circumſtantibus Seraphin, & obſequentibus ei vt Deo.

Vnicum beatis mẽtib⁹ ſtudiũ ad nutum obſeq Deo.

ALIVD. CAP. XIIII.

Exod. 3.

DESTINABATVR aliquando diuinus Moſes, vt Iſrael ab Ægyptiorum violentia liberaret. Verùm quoniam neceſſe erat eos, qui ſub iugo eſſent ſeruitutis inſolitæ, priùs doceri, q Deus iam eſſet reconciliatus, prodigia eum facere imperabat: Plerũque enim miraculum nos adducit in fidem. Ait igitur Moſes ad Deum omnipotentem: Si autem non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam, dicentes: Nõ apparuit tibi Deus; quid dicam illis? Dixit deinde Dominus: Quid eſt hoc, quod eſt in manu tua? Reſpondit: Virga. Et ait ille: Proiice illam in terram; & facta eſt ſerpẽs, & fugit Moſes ab eo. Et dixit Dominus ad Moſen: Extende manum tuam, & apprehẽde caudam; & facta eſt Virga in manu eius. Et dixit illi: Vt credant tibi, quia apparuit tibi Dominus Deus Patrum ipſorum, Deus Abraham, & Deus Iacob. Animaduerte in his natura & veritate Filium Dei, tãquam ſi quædam virga ſit Patris. Virga autem inſigne eſt regni: In Filio enim habet omnium poteſtatem. Denique etiam diuinus David: Thronus tuus, inquit, Deus in ſeculum ſeculi, & virga æquitatis, virga regni tui. Sed eam proiecit in terram, id eſt, corpore terreno circumdedit, ſiue per humanitatem miſit in terrã. Tunc enim in ſimilitudinem factus eſt, malignorum hominum ſcilicet. Malignitatis autem ſignum eſt ſerpens.

Miracula fidem conciliant

Exod. 4.

Pſal. 44.

Virga Moyſi in ſerpentem verſa adumbrabat incarnationis myſterium.

Quòd autem verum ſit, hinc ſcribitur: Ipſe enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in imaginem & figuram diſpenſationis factæ cum carne, pro ſerpente accipitur æreo, quem erexit Moſes. Et ſicut, inquit, Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnes qui credũt in ipſum, non pereant, ſed habeant vitam æternam. Quemadmodum enim ſerpens factus ex ęre, ſalutis erat periclitantibus cauſa (ſanabantur enim in eum reſpicientes) eodem modo etiã Dominus noſter Ieſus Chriſtus eis, qui cum vident quidem in ſimilitudine malignorum, eò quòd factus ſit homo, non ignorant tamẽ q Deus ſit viuificus, cauſa erit vitę, & dat poſſe animalia venenoſa vitare, id eſt, contrarias poteſtates. Id quod huius rei figura ſit, quòd Moſis virga alias deuorare, quas in terram Magi proiecerant. Igitur virga quidem in terra proiecta eſt, non tamen ſerpens remanſit; reſumpta autem, fuit, quod erat: Nam licet facta ſit, vt ante dixi, in ſimilitudine noſtra Patris virga, id eſt, Filius, per quem habet omnium poteſtatem; hac tamen impleta diſpenſatione,

Ioan 3.

Num. 21.

Exod. 7.

Quid portẽderit, virgã Moyſi deuoraſſe virgas Magorum.

Pſal 44.

ſatione, reuolauit in cœlum, & fuit iterum tanquam in manu Patris virga æquitatis ac
Marc. 16. regni: Sedet enim ad dexteram Genitoris ſui propria Maieſtate, ſedes altiſſimas obtinens, & cum carne.

ALIVD. CAP. XV.

Exod. 4. Dixit autem ad eum iterum Dominus Deus: Iterum infer manum tuam in ſinum tuum, & intulit manum in ſinum ſuum, & protulit manũ de ſinu ſuo; & facta eſt manus eius tãquam nix. Et dixit iterum: Infer manũ tuam in ſinum tuum; & intulit manum in ſinum ſuum, & protulit eam de ſinu ſuo, & iterum reſtituta eſt in colorem carnis ſuæ.
Eſa. 48. 66. Manum & dexteram Dei & Patris Verbum, & Filium eius Diuina Scriptura nominat: Induxit enim ipſum, dicentem: Ego enim ma-
Pſal 32. nu mea firmaui cœlum. Nec nõ etiam Dauid Diuinus cantat: Verbo Domini cœli firmati ſunt. Cerne igitur, in ſinu quidem Moyſis adhuc manum eius occultari, & nondum factã leproſam; prolatam verò & ſtatim leproſam factam; deinde mox illatam, & rurſus prolatam, & de cętero, non leproſam: Reſtituta eſt enim, inquit, in colorẽ carnis eius. Ergo quandiu quidem erat in ſinu Patris Deus Verbũ, Diuinitatis natura fulgebat: Verùm quoniã aliquo modo extrà fuerat, per incarnationẽ, ſiue ἐνανθρώπησιν, factus eſt in ſimilitudine carnis peccati, & inter iniquos reputatus eſt:

Manus Moyſi leproſa, mox verò reſtituta vmbra erat Verbi incarnati. Inhumanationem.

Marc 15. 2. Cor. 4. Ait enim Diuinus Paulus: Eum, qui peccatũ non nouerat, pro nobis peccatum fecit, vt nos
Leuit. 13. fieremus iuſtitia Dei in ipſo. Hoc exiſtimo lepra ſignificari: Immundus enim ſecundùm legem leproſus. Sed quoniam iterum fuerit
Marc 16. in Patris ſinu: Aſſumptus eſt enim poſt reſur-
Matth. 24. Actor. 1. rectionem à mortuis; prolata iterum manus, videbitur munda: Adueniet enim, adueniet per tempora Dominus noſter Ieſus Chriſtus in ſynceritate diuinitatis & gloria, quamuis
Hebr. 9. ſimilitudinem noſtram non proiecerit: Ait enim & beatus Paulus de Chriſto: Quia ſemel mortuus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundò ſine peccato apparebit expectantibus ſe in ſalutem. Ergo quoties nobis ſacræ Literæ nominant Chriſtum Ieſum, ne hominem ſeorſum putaueris, non verè adunatum ipſi Deo Verbo, ſed exiſtimaueris magis ipſũ eſſe ex Deo & Patre Verbum Ieſum Chriſtũ, cùm factus ſit homo.

QVOD NON ERAT HOmo θεοφόρος Chriſtus, nec ſimpliciter in homine inhabitauit Dei Verbum, ſed magis caro ſit factũ, ſiue homo perfectus, ſecundùm Scripturas.

CAPVT XVI.

Philip. Summa co- Qvi fidem habet in Chriſto immaculatam, & rectis omnium ſuffragiis comprobatam, dicat videlicet, quòd ipſum ex Deo Patre Verbum ad exinanitionem deſcenderit, formam ſerui accipiens; proprium autem ſibi faciẽs corpus, quod eſt natum ex Virgine, factus ſit noſtri ſimilis, & nuncupatus ſit Fi-

rum, quæ de Verbo credere oportet.

Hebr. 1. lius hominis. Eſt autem Deus quidem ſecundùm Spiritum, homo autem idem ſecundùm carnem. Denique Diuinus Paulus Iudæorum populum alloquebatur, dicens: Multifariàm multiſq́ue modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio. Et quonam modo intelligatur locutus fuiſſe Deus & Pater, nouiſſimis diebus in Filio? Locutus eſt enim antiquioribus per ſeſe legem: idcirco etiam ipſe Filius ſuos dicit eſſe ſermones per ſapientiſſimũ Moyſen: Ait enim: Nolite putare, quia veni ſoluere legẽ, aut Prophetas: Nõ enim veni ſoluere, ſed adimplere: Dico enim vobis, iota vnum, aut vnus apex non tranſibit de lege, donec omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt, verba mea non tranſibunt. Ad hoc etiam Prophetæ vocem: Ipſe, qui loquitur, præſtò ſum. Ergo cùm factus eſt in carne, tunc locutus eſt nobis Pater in ipſo, ſicut ait S. Paulus, nouiſſi-

Matth. 5. Idem, qui olim per Patres, & modò per ſe loquit. Matth. 24. Eſa 52.

Hebr. 1. mis diebus. Sed ne parùm credamus, quòd ipſe ſit ille, & ante ſecula Filius, intulit ſtatim: Per quem fecit & ſecula, ſplendorem etiam gloriæ, & figuram ſubſtãtiæ Patris eſſe commemorat.

Homo igitur factus eſt verè is, per quem fecit & ſecula Deus Pater; & non, vt nonnulli exiſtimant, in homine fuit, vt tanquam homo intelligatur à nobis Deum habens inhabitantem: Nam ſi hæc rectè ſe habere confidunt, ſuperuacaneus videbitur eſſe beatus Euange-
Ioan. 1. Inhumanationis. liſta Ioannes dicens: Et Verbum caro factum eſt: Vbi enim opus eſt ἐνανθρωπήσεως, aut quare incarnatum dicitur Deus Verbum, ſi non factum eſt caro? Similem noſtri cùm factum eſſe declarat, manſiſſe tamen ſic quoque ipſum ſupra nos, immò etiã ſupra vniuerſam creaturam. Oportere autem exiſtimo ea, quæ dixi, exemplis etiam comprobare, & perſuadere, quòd factus ſit homo Vnigenitus, & ſit Deus etiam cum carne, ac non magis inhabitãrit in homine ἔνθεον ipſum efficiens, tanquam & alios, qui Diuinitatis ipſius fuère participes.

Deo donatum.

Intellectus ſiue cogitationes.

CAPVT XVII.

1. Cor. 6. Leuit 26. Eſa 52. Apoc. 3. At alibi de nobis: Inhabitabo in ipſis, & inambulabo, & ero ipſis Deus, & ipſi erunt mihi populus. Nec non etiam ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Ecce ego venio, & ſi quis mihi aperuerit, intrabo, & ego & Pater, & manſionem apud ipſum faciemus, & apud eum cœnabimus. Nominati autem ſumus etiam templa Dei: Vos enim, inquit, templa Dei eſtis viui. Et rurſus: Neſcitis,
Ioan. 14.

corpora

[1.Cor.3.] corpora veſtra templum eſſe Spiritusſancti, qui eſt in vobis, quem habetis a Deo? Verùm ſi ita aiunt & ipſum eſſe Emmanuel, tãquam vnumquemque noſtrûm, inhabitantem in [2.Cor.6.] ſeſe Deum habuiſſe, apertè confiteantur, & cùm ipſum adorari conſpiciunt; tàm a nobis, quàm ab Angelis in cœlo pariter & in terra, erubeſcant, tanquam diuerſa ſentientes, & Literarum ſacrarum propoſitum neſcientes, nec habentes in ſe fidem, quam nobis tradi- [Luc.1.] derunt hi, qui in principio, & viderunt, & miniſtrauerunt Verbo. Sin autem dicant, quòd propterea Deus ſit, & vt Deus glorificetur, quia in eo tantùm inhabitaret Dei Patris Verbum, ac non propterea, quia factus [Sola Dei inhabitatio non efficit Deum.] ſit homo, audient rurſus a nobis. Si in eis, qui inhabitantem in ſe Deum habuerint, ſatis eſt, vt idcircò verè Dei eſſe poſſint, & ab omnibus adorentur, omnes ſint Dij & adorandi: Inhabitat enim in ſanctis Angelis. Habuimus autem & nos ipſum in nobis per Spiritum; ſed non ſufficiat hoc natura Deos oſtendere, & adorandos eos, qui habent Spiritum. Igitur non propterea Deus eſt adorandus Emmanuel, quòd inhabitâſrit in eo, tanquam in homine communi & ſeorſum intelligẽdo in partem Domini Verbum; ſed quòd factus ſit caro, id eſt homo: Manſit enim idem, & Deus, & adorandus.

DICTA APOSTOLICA, in quibus Deus nominatus ſit Chriſtus.

CAPVT XVIII.

[Ephes.3. Teſtimoniũ primũ Diuinitatis Chriſti.] De myſterio, dicens ſecundùm Chriſtum: Quod alijs, inquit, generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicut nunc reuelatum eſt Sanctis eius, quibus voluit reuelare diuitias glorię myſterij huius intelligentibus, quòd Chriſtus in vobis ſpes gloriæ, quem nos annuntiamus. Si igitur eſt Theophorus, ac non Deus verè, quomodo ipſe eſt diuitiæ glorię myſterij, quod annuntiatur Gentibus? vel quomodo omnino Deus annuntiatur?

ALIVD CAP. XIX.

[Coloſſ.2. Teſtimoniũ 2.] Volo enim vos ſcire, qualem ſolicitudinẽ habeam pro vobis, & pro his, qui ſunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne, vt conſolentur corda ipſorum, inſtructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem myſterij Dei Chriſti. Ecce myſterium Dei, myſterium nominat Chriſti, & plenè intelligere quoſdam vult imaginationem ipſius. Quo igitur intellectu opus erat volentibus Chriſti myſterium diſcere, ſi fuerant audituri, quòd inhabitâſrit in homine Deus? Opus enim nimio intellectu, vt ſcias contrà, quòd Verbum, cùm ſit Deus, factum ſit homo.

ALIVD CAP. XX.

[1.Theſſ.1. Teſtimoniũ 3.] A vobis enim ſonuit ſermo Domini, non ſolùm in Macedonia & Achaia; ſed in omni loco fides veſtra, quæ eſt ad Deum, exiuit. [Ioan.3.] Ecce iterum in Deum fidem factam eſſe commemorat, cùm etiam Chriſtus dicit: Qui credit in me, habet vitam æternam: Nam ſermonem Domini, prædicationem dicit de ſe ipſo.

ALIVD CAP. XXI.

[1.Theſſ.2. Teſtimoniũ 4.] Ipſi enim ſcitis introitum noſtrum ad vos, quomodo non inanis fuit, ſed antè multa paſſi, & contumelijs affecti, ſicut ſcitis in Philippis. Confiſi ſumus in Domino noſtro loqui ad vos Euangelium Dei. Ecce loquens in Deo, Dei Euangelium memorauit, qui prędicat Gentibus Chriſtum.

ALIVD CAP. XXII.

[1.Theſſ. 4. Teſtimoniũ quintum.] Recordamini fratres laborem noſtrum & ærumnam; nocte, ac die operantes, ne quẽ veſtrum grauaremus, prædicauimus Euangelium Dei inter vos. Et iterum: Propterea [Teſtimoniũ ſextum.] & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniam cùm percepiſſetis a nobis Verbum auditus Dei, excepiſtis non vt Verbum hominum, ſed ſicut eſt verè Verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis. Nónne euidenter Euangelium Dei, & Dei Verbum, prædicationem de Chriſto commemorat? Quippe id omnibus manifeſtiſſimum [Tit.2. Teſtimoniũ ſeptimum.] eſt. Apparuit enim Dei gratia Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: Ecce Deus & magnus planiſſimè nominatus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Ipſe eſt enim, cuius aduentum gloriæ expectantes, ſobriè viuere & irreprehenſibiliter feſtinamus. Sed ſi eſt homo theophorus, quomodo ſit & magnus Deus, vel quomodo beata eſt ſpes in eum? Siquidem ve- [Hierem.17.] rus eſt Propheta Hieremias, dicens: Maledictus, qui ſpem ſuam ponit in hominem: Neque enim Deum ipſum poſſit efficere, vt antè dixi, Deum portare. Denique doceant nos, quid impediat, alios etiam omnes Deos eſſe, & adorandos, qui in ſe habuerint Deũ. [Tit.2.] Deum autem & magnũ, & beatam habentem illuminationem, Chriſtum nominat beatus [Rom.9.] Paulus, qui inuenitur, dicens de Iudæis, & de Emmanuel.

[Teſtimoniũ octauum.] Quorum Patres, & Teſtamentum, & promiſſiones, ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus bñdictus in ſecula

ſecula ſeculorum Amen. Quòd verò ſecundùm diuinam reuelationem, perſpicuum ſit, ipſo dicēte: Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto etiam Tito. Aſcendi autem ſecundùm reuelationem, & expoſui eis Euangelium, quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem his, qui videbantur aliquid eſſe, ne fortè in vacuum currerem, aut cucurriſſem. Chriſtum prædicans Gentibus vt Deum, diuinum nominat ipſius vbique myſterium. Aſcendit per reuelationem Hieroſolymam, & expoſuit his, qui videbantur aliquid eſſe, id eſt, ſanctis Apoſtolis, ſiue diſcipulis, ne fortè in vacuum currat, aut cucurrerit. Cùm verò ab Hieroſolymis deſcendiſſet, & rurſus Gentium gregibus interſuiſſet, emendauitne aliquid ex prioribus? Nonne perſeuerauit Deum confitens Chriſtum? Atqui ſcribit quibuſdam: Miror, quòd ſic citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in aliud Euangelium, quod non eſt aliud, niſi aliqui ſunt conturbantes vos, & volentes conuertere Euangelium Chriſti? Ait enim iterum: Sed & ſi nos, aut Angelus de cœlo Euangelizauerit vobis præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. Pro qua igitur cauſa alios omnes omittens, licet Deum inhabitantem habuerint, ſolum prædicabat Ieſum, ſicut Deum.

Galat.2.

Gala.1. Paulus vbique conſtāter Chriſtū Deū eſſe p̄dicat.

Teſtimoniū nonū.

ALIVD CAP. XXIII.

Ioan.2. Scriptum eſt de Chriſto: Cùm autem eſſet in Hieroſolymis in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna, quæ faciebat. Ipſe autem Ieſus non credebat ſe illis, quia ipſe ſciebat omnes, & quia non neceſſe habebat, vt aliquis teſtimonium perhiberet de homine: Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. Si homo eſſet tantùm theophorus, quomodo non decepti ſunt multi, qui Hieroſolymis in nomine eius crediderūt? Vel quare ſolus cognoſcit, quæ ſunt in homine, cùm præſertim nemo alius ſciat? Finxiſſe enim Deus dicitur corda noſtra ſingulatim. Vel quare ſolus remittit peccata? Ait enim: Quia poteſtatem habet filius hominis in terra remittere peccata. Quare ſolus præter alios aſſeſſor eſt Dei & Patris? Quare ſoli obſequūtur Angeli? & nos quidem docuit communē putare Patrem, qui eſt in cœlis; ſibi autem eū ſpecialiter aſcribit. Sed fortè dices, quòd huiuſmodi voces inhabitanti Verbo deputandæ ſint. Nonne igitur eum oportebat, iuxta Prophetis conuenientem menſuram, ipſum quoque dicere. Hæc dicit Dominus? Verùm cum ea, quæ ſunt ſupra legem, ſancire vellet, aſſumens ſibi conuenientem legiſlatoris auctoritatem, aiebat: Ego dico vobis.

Teſtimoniū decimū

Mat.9. Matth.4. Matth.28.

Ex modo docēdi acp. cipiendi Chrm Deū eſſe oſtēdit.

Matth.5. Quomodo liberum ſe ait, & non obnoxium Deo? Ideo quia eſt Filius veritate. Et ſi eſſet homo theophorus, eſſétne & liber ſecundùm naturam? Solus enim Deus liberat, quia ſolus eſt: Solus enim quaſi tributa omnium exigit, & tanquam loco debitorum, ab omnibus recipit religionem. Et ſi exitus legis Rom.10.
& Prophetarum Chriſtus eſt, eſt autem homo theophorus, nonne dicere liceat, quòd Propheticarum prędicationū exitus [illegible] crimen nobis induxerunt? Deinde quidem Deut. 6. Matth.4.
lex prædicabat: Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſeruies. Qua nos eruditione perducit ad Chriſtum, quaſi ad agnitionem illius, qui in vmbris fuerat poſteriorum? Spernentesne igitur Deum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitantem? Vbi enim præſtabilius erat Deum intelligi, in cœlo magis, an in homine? in Seraphin an in terreno corpore?

Si erat homo theophorus, quo modo perinde ac nos participauit carni & ſanguini: Nā ſi, quia inhabitarit, hoc ei ſufficit, vt noſtra ſimiliter ac nos participare, id eſt, hominem factum eſſe, inhabitauit & in multis ſanctis; homo igitur non ſemel, ſed ſępiſſime factus eſt? Quare ergo ſemel in conſummationem ſeculorum, id eſt, in deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam dicitur apparuiſſe. Quomodo vnum nobis Verbi aduentum prædicant diuinæ Scripturę, ſi theophorus erat homo? Templum ſcilicet & ipſe factus eſt Dei, quomodo etiam in nobis Chriſtus eſt? Sicut templumne in templis, an vt Deus magis in templis p Spiritum? Si theophorus erat homo, cur eſt ſolius ipſius corpus viuificum? Oportuerat enim aliorum etiam corpora eſſe talia, in quibus inhabitauit Deus omnipotens.

Si ſola inhabitatio ſat eſſet ad incarnationem, Verbum & reliquæ perſonæ ſæpiſſime icarnatæ eſſent.

Multis rationibus oſtēditur, Chriſtum non fuiſſe hominem Deiferum, ſed Deum.

Scripſit autem alicùbi etiam diuinus Paulus: Irritam faciens quis legem Moſis, ſine vlla miſeratione ſub duobus vel tribus teſtibus moritur; quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit? Atqui diuina erat lex, & mandata dicta p Angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriore ſupplicio, qui pollutum duxerit ſanguinem Chriſti? Vel quomodo potior eſt religione, quæ eſt ſecundùm legem, fides in Chriſto? Sed vt iam antè diximus, eſt non ſimilis aliorum Sanctorum homo theophorus, ſed Deus magis verè, & omni mundo celſiorem poſſidet gloriamq; cum Deus ſit natura, Dei Verbum factū eſt caro, ſiue homo perfectus: Animatum enim & rationale eſſe, qđ adunatū eſt, & credimus corpus, & vera oino eſt adunatio.

Heb.10.

Fides in Chriſtum veterum religione potior.

QVOMODO OPORTET Intelligere: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et quomodo mittitur Verbum, quod Deus eſt. Et quomodo proprium ipſius dicitur corpus.

CAPVT XXIIII.

SEMEN Abrahæ apprehēdiſſe Verbū Dei vnigenitū, beatus Paulus cōmemorat, necnō etiam, Hebr.2.

etiam, quòd propemodum ac nos participâ rit carni & ſanguini. Memotes antè ſimus & vocis Ioannis: Ait enim: Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Idne igitur fuit propoſitum viris ſpiritualibus docere, quòd Dei Verbum conuerſionis ſit patiens? aut q eũ fas ſit commotationẽ, q̃ magis creaturæ conueniat, ſuſtinere? adeò vt id, quod nõ erat forſitan, aot in id ſua ſponte deuenlat, aut vt alius contra ipſius voluntatem ad aliam naturam impellatur? Abſit: Manet nanque idem, à ſuà natura commutationem omnem excludens, & conuerſionis vmbram neſciens pati: Fixa eſt enim ſemper in ſuis ſuperna illà cœleſtisque oatura. Quomodo igitur Verbum caro ſit factum, videre neceſſe eſt. Primũ quidem diuina Scriptura carnem plerunque uominat, & quaſi ex parte, animalis totius ſignificationem facit, nec nõ etiá à ſola anima interdum tantundem ait: Scriptum eſt enim: Quòd videbit omnis caro ſalutare Dei. Et ipſe diuinos Paulus: Non conſenſi, inquit, carni & ſanguini. Allocutus eſt autem eos, qui ſunt ex Iſrael, Põtifex Moſes: In ſeptuagintaquinque animabus deſcenderunt Patres tui in Ægyptum. Sed non idcirco dixeris, quòd nudæ & ſine carne animæ in Aegyptum deſcenderint; uec porrò quòd inanimis corporibus & ſolis carnibus ſalutare ſuum Deus iodulſerit. Quoties igitur audiamus carnem factum eſſe Verbum, hominem intellimus ex anima & corpore factum.

Ioan. 1.

Incarnatio & inhumanatio nullam in verbo mutationem ponunt.

Scriptura per partem exprimit quandoq; totum.

Eſa. 40. Luc. 3. Galat. 1. Actor. 7. Deut. 10. Gen. 46.

Eſt autem Verbum, cùm ſit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum & rationabile; idque ſibi verè adunauit, quomodo ipſe ſcit: Noſtris enim ſenſibus huiuſmodi cogitationes omnino cerni non poſſunt, & uuncupatus eſt filins hominis. Sed ſi oportet tanquam in ſpeculũ intuentes dicere coniectat aliquo modo ſenſus humanus, adunatum fuiſſe Verbum corpori habenti animã rationabilem; qualiter etiam hominis animã ſuo corpori, ipſam quidem diuerſæ naturæ, ſortitam tamen communionem adunationemque, cum corpore, vt penè videatur noo eſſe alia præter corpus, eò quòd per compoſitionem ex vtroque animal vnum efficiatur; manet tamen ipſa, vt antè memoraui, in ſua oatura. Ergo non per commutationẽ, aut conuerſionem hominem factum dicimus Dei Verbum, nec prorſus quòd Deus eſſe deſierit; ſed quod carnem accipiens ex muliere, & ei ex vtero adunatus, exiit homo idem ſimul & Deus; neque Dei & Patris genarationem arcanam proijcieos, ſuſtinuit ex muliere iode initium, vt eſſet accipiẽs, permittebat autem carni propriæ naturæ ſuæ legibus oaſci, natiuitatis rationem dontaxat.

Quomodo Verbum carni ſit vnitum, noſter ſenſus non capit.

Vnio verbi cum carne habet aliquid cognatum cum vnione animæ ad corpus.

Cæterùm habet in ſe aliquid ab humana natura diſſimule: Natus eſt enim ex Virgine, & ſolus matrem habet innuptam; factum autem etiam ipſum carnem, & in oobis inhabitaſſe commemorat, vt vtroque comprobares,

& factum fuiſſe hominem, & ſuum non perdidiſſe: Manſit enim quod erat: Intelligitur nanque certè, tanquam aliud in aliò inhabitáret, id eſt, dioina natura in humanitate, nõ p perpeſſa commixtionem, aut confuſionem, aut commutationem, vt eſſet, quod non erat: Quicquid enim in alio habitare dicitur, non ipſum ſit tale, quale eſt id, in quo inhabitat; ſed aliod in alio magis intelligitur. At verò in Verbi natura & humanitatis, ſolam nobis differentiam deſignat diuerſitas naturarum: Vnos enim ex vtroque intelligitur Chriſtus.

Quod in altero inhabitat, non eiuſdem eſt nominis cum eo, in quo inhabitat.

Ergo inconfuſione, vt antè, dixi, ſeruata, inhabitaſſe Verbum, ait, in nobis: Scit enim, vnum eſſe Filiom vnigenitum carnem femoris eius, cùm luctaretur cum eo, & dixit ei: Dimitte me: Aſcendit enim ortus. Ille autem dixit: Non te dimitto, oiſi beoedixeris me. Et poſt alia: Beoedixit autem eum ibi, & vocauit nomen loci illius faciem Dei: Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & ſalna facta eſt anima mea. Aſcendit autem Sol, cùm tranſijt faciem Dei, ipſe autem titubabat mote ſuo. Myſticus quidem eſt Scripturarum ſenſus: Subindicare enim videtur Iudæorum obluctationem, qua vtebantur in Chriſto, penè cum ipſo luctãtes, qui tamẽ ſuperati ſunt, & ipſi autem impetraturi benedictionem ipſius, ſi per fidem ad eum nouiſſimis temporibus conoertiſſent. Attamen illud certè homo erat, qui luctabatur, cum Iacob Dei faciẽ nominabat. Neque id ſolum: Nam ſciebat eum Deum eſſe veritate: Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & ſaluata eſt anima mea: Deus nanque eſt natura Emmannel. Dicitur etiam facies Dei: Nam eſt figora ſubſtantiæ Patris. Ita ſe vocabat apud Iudæos, cùm diceret de Deo & Patre: Neque faciem eius vidiſtis. Et Verbum eius non habetis in vobis manens; quẽ miſit ille, huic vos non creditis. Quod verò Deus ſit verus homo ille, qui luctabatur cum Iacob, ſacra litera iterum faciet fidẽ. Dixit enim, inquit, Dominus Iacob; Surge, aſcende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, qui appatuit tibi, cùm fugeres à facie Eſau fratris tui: Reuertens enim ex Meſopotamia, deiode timens Eſau, traiecit Iacob pueros, & omnia vaſa ſua; ſubremanſit autem ſolus, & luctabatut homo cum eo.

Gen. 32.

Quid deſignarit Iacob cum Angelo luctatio.

Qui cum Iacob luctabatur, Dei filius erat.

Hebr. 1.

Ioan. 8.

Gen. 35.

Gen. 32.

ALIVD CAP. XXV.

BEATVS Daniel horribilem nobis viſiouem exponens: Videbam, inquit, in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi filius homiois veniens, & vſque ad vetuſtum dierum peruenit, & in conſpectu eius adduxerunt eum, & ipſi datus eſt principatus, & honor, & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient; poteſtas eius, poteſtas in æternũ, quæ non trãſgredietur, & regnũ eius,

Dan. 7. Daniel in Spiritu vidit Verbũ Incarnandum.

non corrumpetur. Audis quemadmodum nõ hominem ſe vidiſſe ſimpliciter commemorat, ne vnus ex nobis, & iuxta nos Emmanuel eſſe credatur, ſed quaſi filium hominis? Cùm enim verbum natura ſit Deus, in ſimilitudine hominum fuit, & inuentus eſt habitu vt homo, vt in eodem vtrunque intelligatur; & neque homo nudus, nec Verbum abſque humanitate vel carne; tamen ei principatum & honorem, quem ſemper habebat, datum eſſe commemorat: Ait enim, quòd omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Cùm igitur etiam in humanitate poſitum vnigenitũ Dei Verbum, ſeruientem habeat creaturam, & Patris principatum & ſuum: Peperit autem ſecundùm carnem ipſum ſancta Virgo, quo modo non intelligitur ſancta Virgo Θεοτόκος?

Luc. 2.

DE CHRISTI PASSIONE, ET quòd vtile ſit, quod ſecundum aliud de vno & eodem dicitur, nec diuidimus in duo.

CAPVT XXVI.

Hebr. 2.
1. Cor. 15.

SANCTVS Paulus ſalutarem paſſionem nobis exponit: Ait namque: Nunc gratia Dei pro omnibus guſtauit mortem. Nec non etiã: Tradidi enim vobis inprimis quod accepi; quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecũdùm Scripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die. Ad hoc etiam ſapientiſſimus Petrus: Chriſto, inquit, paſſo pro nobis carne. Cùm vnum igitur credamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, id eſt, in humana forma conſpectum, ſiue hominẽ factum iuxta nos Deum Verbum; quonam modo & paſſionem ipſi deputemus, & impaſſibilem ſeruemus vt Deum? Ergo paſſio quidem diſpenſationis erat, ſua quidem dicente Deo Verbo ea, quæ ſunt propriæ carnis, propter inenarrabilem vnitatem; manente verò extra paſſionem, quantum ad ipſius naturã pertinet: Impaſſibilis enim Deus eſt. Neque id mirum, cùm & ipſam animam hominis videamus, ſi quid corpus paſſum fuerit, extra paſſionem quidem manentem, quantum pertineat ad naturam; attamen nõ extra paſſionem eſſe intelligi, eò quòd proprium ſit corpus ipſius, quod patitur; & licet incontigua ſit & ſimplex, tamen id quod patitur nõ alienum eſt. Sic intelliges etiã de Chriſto omnium Saluatore. Vtar autem exemplis, quæ quaſi per ænigmata nobis poſſunt oſtendere, quòd communicârit quidem paſſioni Vnigenitus, quantum pertinet ad familiaritatem corporis ſui; manſerit autem paſſionis expers vt Deus. Denique Deus omnipotens prodigia ſapientiſſimo Moſi iubebat efficere, vt credat ei Iſrael, quòd eſſet miſſus à Deo, & vt à violentia liberarentur. Ait autem: Et accipies aquam de flumine, & effundes ſuper terram, & erit aqua, quam accipies à flumine, ſanguis ſuper terram. Inquimus autem, quòd aqua quidem figura ſit vitæ, & quod ſit per naturam vita Filius ex Patre, tanquam ex flumine exiens eiuſdem ſubſtantiæ. Ratione itaque omnia viuificat. Sed cùm aquam, inquit, effuderis ſuper terram, erit ſanguis. Ergo cùm factus eſt caro de terra, id eſt, quãdo à terra carnem ſibi circumdedit, tunc in ea mortem noſtræ ſimilem dicitur paſſus, licet per naturam ſit vita.

1. Pet. 4.
Verbũ carnis perpeſſiones in ſe transfert.
Sunt hæc quoque, vt alia multa coloba.
Exod. 4.
Exod. 5.
Aqua terra infuſa, & in ſang. conuerſa, deſignabat Verbi incarnationem & mortem.

In Leuitico autẽ pollutum quidem & immundum leproſum eſſe ſignificat, ita quòd eum de caſtris eijci præcipit oportere; & ſi ſanus fuerit à morbo, hoc eum pacto purgare. Et accipient purgati duos pullos mundos, & lignum cedrinum, & coccum, & hyſopum; & præcipiet Sacerdos, & occident pullum vnum in vas fictile, in aqua viua; & pullum, qui viuit, accipiet illum, & lauabit in ſanguine pulli occiſi in aqua viua, & aſperget ſuper eum, qui purgatus eſt à lepra ſeptica; & mundus erit. Reddit quidem nos mundos, & pollutionum ſordes abluit, & carnalis concupiſcentiæ mortalitatem repellit ſanguis pretioſiſſimus Chriſti, & purgatio Baptiſmatis ſacroſancti. Cæterùm illud aſpice; Omittentes enim ſcriptorum vim ſubtiliter examinare, quod myſterio expediat, in præſentia memorabimus. Pullis duobus comparat Chriſtum, non quòd duo ſint filij, ſed quòd vnus potiùs ex duobus, ex diuinitate & humanitate in vnitatem collatus. Mundi autem pulli: Neque enim fecit peccatum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quòd erat Verbum ſanctum, & diuinitate, & humanitate. Volucribus verò comparatur, quòd quaſi in ſublimi ſit ſuper terram, & à cœlo deſuper. A cœlo enim eſt homo Chriſtus, licet carnem ſancta Virgo peperit. Quomodo igitur deſuper de cœlo? Deus enim Verbum, quod eſt deſuper, & ex Patre, carnẽ ex Virgine ſancta accipiens, & eam ſuam propriamque exiſtimans, tanquam ſi caro deſuper de cœlo deuiſſet, dicebat: Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis. Ea enim, quæ ſua ſunt, propria carni ſemper attribuit; adunatum verò ſemel tam cum ipſa, vnum ſcilicet exiſtimabitur.

Leuit. 13.
Leuit. 14.
Paſſerculi, quorum alter immolabatur, alter immolati ſanguine tinctus viuus dimittebatur, adũbrabãt Chriſti diuinitatem & humanitatem.
Duo paſſeres denotãt, nõ duos filios, ſed duas in vno filio naturas.

Cæterùm vide, occiſo vno pullo, lauari quidẽ alterũ eius ſanguine, tñ nõ emori. Et quid hoc ſic? Viuebat enim Verbum, licet ſua caro fuiſſet emortua, & cõmunẽ paſſionẽ eſſe ducebat ꝓpter adunationẽ & familiaritatẽ, quã habebat cũ carne. Igitur ipſe quidem viuit vt Deus: corpus verò tanquã proprium faciebat, & in ſe familiariter accipiebat corporis paſſiones, cùm ipſe nihil in natura ꝓpria pateretur. Prodeſt igitur & neceſſarium eſt, ſi in vno Chriſto id accipiamus, q̃d ſm aliud & aliud de vno eodemq́; conſtituatur, & quod in duo diuidi nõ permittatur, licet diuerſa inter ſe, & minimè cõuenientia acta eſſe dicantur. Eſt autẽ tale, quod dico: Natũ eſſe ſm carnẽ ex muliere,

Paſſer ſanguine tinctus, non tñ mactatus, Chri Diuinitatem deſignabat.

liere,

Qui omnibus dat ortum, ex Virgine oritur.

liere, dicimus Deum Verbum, quamuis omnibus ipſe præbeat naſci, & ad natiuitatem, quæ nondum nata ſint, vocet ſecũdùm aliud, & aliud. Vocat autem ad natiuitatem omnia, eò quòd natura ſit Deus. Scriptum eſt autem de ipſo: Puer proficiebat, & confortabatur, & implebatur ſapientia & gratia, cùm natura ſit perfectum vt Deus, & ex ſua plenitudine ſpiritualia Sanctis impertiat, & ipſe ſit ſapientiæ dator & gratiæ. Quomodo proficit puer, & ſapientia impletur & gratia? ſecundùm aliud & aliud: Cùm ſit enim idem ipſe homo ſimul & Deus, propter vnitatem quidé propria ducit humana. Eſt autem perfectus & ſapientiæ & gratiæ dator, vt Deus.

Lucæ 2.

Idem ſecundum diuerſa proficit & perficit.

Nuncupatus eſt etiam Primogenitus & Vnigenitus. Sed ſi quis vim ipſam ſcrutari voluerit dictionum, primogenitus eſt, qui eſt inter fratres plurimos Primogenitus. Vnigenitus verò, vt Vnigenitus, non iam Primogenitus, nec inter plurimos fratres, & eſt ipſe, & hoc, & illud. Et quomodo? Ergo ſecundùm aliud, & aliud: Primogenitus enim, vt inter plurimos fratres, propter humanitatem. Vnigenitus porrò idem & ſolus, ex ſolo Patre natus & Deo, ſanctificatus fuiſſe dicitur per Spiritum, cùm ipſe ſanctificare ſoleat accedentes. Baptizatus eſt ſecundùm carnem, qui in Spirituſancto baptizabat. Quomodo igitur idem & ſanctificat & ſanctificatur, & baptizat & baptizatur? Secũdùm aliud porrò & aliud? Sanctificatur enim humanè, ſic etiam baptizatur. Sanctificat autẽ Diuinè, & baptizat in Spirituſancto. Cùm ipſe ſuſcitet mortuos, reſurrexit a mortuis: Et cùm ſit per naturam vita, viuificari dicit. Hoc quoque quonam modo? Secundùm aliud nẽpe & aliud: Ipſe enim reſurrexit quidé à mortuis, & viuificari dicitur ſecũdùm carnem; viuificat aũt & ſuſcitat a mortuis, vtpote Deus. Patitur, & nõ patitur, ſecũdùm aliud & aliud. Patitur autem humana carne, eò quòd homo ſit. Impaſſibilis autem Diuinè manet vt Deus. Adorauit ipſe nobiſcum: Vos enim, inquit, adoratis, quod neſcitis; nos adoramus, quod ſcimus: Adeſt enim adorandus; Flectitur enim ipſi omne genu. Hoc quoque ſecundùm aliud & aliud: Adorat enim, qui naturam aſſumpſit, quæ debeat adorare. Adoratur autem porrò idem, quaſi maior adorante natura, eò quòd intelligitur Deus.

Idem Vnigenitus & Primogenitus, ſed diuerſa ratione.

Chriſtus ſecundum aliud, & aliud ſanctificat, & ſanctificatur, excitat & excitatur, adorat & adoratur.

Ioan 4.

Philip 2.

Adoratione verò non eſt diuidendum in hominem ſeorſum Deum ſeorſum; nec verò tanquam Deo coniunctum æqualitate dignitatis & diuiſis ſubſtantijs, cum ipſo adorari dicimus hominem: Id enim extremæ impietatis pleniſſimum eſt, ſed vnũ adorandum hominem, factum & incarnatum Dei Verbum; ita tamen, vt credamus corpus ei adunatum, animam iuxtà habuiſſe rationabilem: Neque enim Deus omnipotens duos Primogenitos præcepit oportere tam à nobis, quàm à ſanctis Angelis adorari; Vnus eſt enim, qui eſt

Homo non coadoratur cũ Verbo, ſed homo Deus vna adoratione adoratur.

Hebr. 1.

introductus in orbem terrarum. Et ſi introductionis modum curioſius perſcrutemur, carnalis diſpenſationis myſterium inueniemus. Introductus eſt autem in orbem terrarũ, tunc cùm factus eſt homo, licet natura ſua diſtare ab orbe longiſſimè videatur, & in Diuinitatis eminentia verè eſſe credatur: Alius eſt enim præter elementa Creator ipſorum.

Ergo ſuper ea, quæ ipſe condidit, ſecundùm naturam eſt, quòd natura ſit Deus. Vnus tamen, vt antè dixi, adorandus eſt, & tunc cùm in multis fuerit fratribus: Tunc enim propterea dictus eſt Primogenitus. Vnum Filium adorauit cæcus à natiuitate ſua, cùm præcipuo mirabilique modo ſanatus eſt: Nam cum inueniſſet eum, inquit, in tẽplo, dixit Ieſus: Tu credis in Filium Dei? Ille autem dixit: Quis eſt, Domine, vt credam in eum? Chriſtus verò ei ſeipſum cum corpore demonſtrabat: Et vidiſti quidem eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. Vides, quòd ſingulari numero vtatur, non permittens Deum & hominem ſeorſum intelligi? Imò verò, & ſi quis hominem nominauerit Emmanuelem, minimè quidem communem hominem ſignificauit, ſed Dei Verbum adunatum noſtræ naturæ: Sicut vnum hominem adorauere beati diſcipuli, cùm eum videntes miris modis inter aquas ambulare, adorant, dicentes: Verè Dei Filius eſt. Si verò hominem cum Deo coadorari dixerimus, diuiſionem ſpatioſiſſimã inducemus: σὺν enim ſemper, quod Latinè eſt, cum, ſi in ſignificatione vnitatis, quæ eſt per compoſitionem, ponatur, duo omnino cogit intelligi: Quemadmodum enim nemo ſibi conuiuere dicat, neque concœnare, aut coadorare, vel coambulare: Duarum enim perſonarum ſignificationem inducet præpoſitio Verbo præpoſita. Ita etiam ſi quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos planè filios dicit, & eos eſſe diſiunctos: Vnitatis enim ratio ſi in ſola dignitatis æqualitate ſiue anctoritatis intelligatur, non eſſe vera conuincitur, idque à nobis iam pluribus ante probatum eſt.

Ian. 9.

Vnum adorat cæcus à natiuitate, vnum Apoſtoli, vnũ homines & Angeli.

Matth. 24.

τὸ σὺν præpoſitio dualitatem indicat.

AD ILLOS, QVI AIVNT, quòd ſola relatione Deum Verbum deceant humana.

CAPVT XXVII.

GARRIVNT nonnulli de carnis diſpenſatione Vnigeniti, & venerabile & magnum ac ſupernis Spiritibus amabiliſſimum myſterium, per quod etiam ſaluati ſumus, ad ſenſus fragiles deferentes, decus contaminant pulchritudinemq; veritatis, cùm eos oporteat ſi quid non rectè habere videatur, roborare conari, ſed inſpicere magis ſubtili acutoque mentis oculum ſacro propoſitũ literarũ atq; rectum ita iter ingredi, ſectantes ea, quæ Patres ſanctiſſ. examinârũt, q ſancti Spiritus

In incarnationis myſterio Nicænorum Patrum veſtigijs, non proprio iudicio inſiſtendum.

illuminationibus eruditi, ſanxêre nobis Symbolum fidei, dicunt autem ipſum, quod ex Patris ſubſtantia inæſtimabiliter natum eſt, Deũ Verbum, per quod omnia facta ſunt; quæ in cœlo & quæ in terra, propter nos homines, & noſtræ ſalutis cauſa deſcendiſſe, carnem factum, paſſum, aſcendiſſe in cœlum, venturum per tempora, iudicare viuos & mortuos. Verùm nonnulli ſunt, doctos ſe eſſe ſcienteſque opinantes, & ſupercilio & tumore inflati, qui ſi hæc verba audierint, derident; & ea, quæ tãquam rectè ſunt dicta, deliramenta magis exiſtimant, cùm præſertim credamus, illuminatione Spiritusſancti patuiſſe ſanctis Patribus ſcientiam veritatis. At illi, tanquam ſi ſoli poſſint meliora ſentire, non ipſum exiſtimant Vnigenitum Dei Filium, quod eſt ex ſubſtantia eius Deus Verbum, paſſum eſſe ſua carne pro nobis humanè. Licet eo quod Deus intelligitur, in ſua natura habeat, vt pati non poſſit; hominem autem ſeorſum & ſeparatim eũ ponẽtes, qui eſt ex ſacra Virgine procreatus; deinde ei, quantum ipſis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuiſſe dicunt Verbo Dei & Patris; & rationem adunationis exponentes, donatam eſſe ipſi dicũt à Deo æqualitatem dignitatis ſiue auctoritatis, & vt ſimili appellatione, & Christus, & Filius dicatur & Dominus. Sin verò etiam paſſus eſſe aliquid dicatur homo, qui ab ipſis excogitatur, oportere aiunt in ipſum Deum Verbum referri, eò quòd coniunctus ſit ipſi æqualitate dignitatis, cùm naturis diuerſis vnuſquiſque id ſit, quod eſt.

Agit ex inſtituto hic contra Neſtorianos.

Explanabo autem vim ſententiarum, quãtumquantum ipſe valuero, ſacrarum literarũ exempla proponẽs. Eſuriit Christus, itinere fatigatus eſt, dormiuit, ingreſſus eſt in nauiculam, pulſatus eſt à miniſtris verberibus, à Pilato flagellatus eſt, ſputamina militum excepit, qui lancea latus pungentes, acetum mixtum felle ori eius obtulerunt; guſtauit autẽ & mortem cruce; paſſus & alia conuitia Iudæorum. Hæc omnia homini quidem contigiſſe commemorat; referri verò in Filii veri perſonam. At nos credimus, ſicut in vnum Deum Patrẽ omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem; ita etiam in vnũ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium eius. Diuidere verò ſeorſum in hominem Emmanuel recuſamus, & ſeorſum in verbũ. Sciẽtes aũt, ꝙ factum ſit iuxta nos Verbum & homo, verè ipſum eundemque dicimus Deum de Deo; humanè verò hominem iuxta nos ex muliere. Affirmamus autẽ, propter familiaritatem carnis quidem eum infirmitates fuiſſe perpeſſum; ſeruaſſe verò naturæ ſuæ impaſſibilitatem, eò quòd non homo erat ſolùm, ſed idem etiam Deus natura.

Neſtoriani quicquid Christus pertulit, purum hominẽ pertuliſſe dicunt; referri hæc tamen ad Deum propter vnionem, quã habet homo ille cũ Deo.

Et quemadmodum erat proprium corpus ipſius, ita etiam naturales corporis & inculpabiles paſſiones; nec non ea, quæ ei illata ſunt petulantia nonnullorum. Patiebatur autem impaſſibiliter, qui non idcirco ſe humiliauit, vt eſſet tantùm ſimilis noſtri; ſed quia, vt antè dixi, naturæ ſuæ, vt iſtis omnibus ſuperior, reſeruaſſet; At ſi diceremus, quòd per conuerſionem, vel commutationem naturæ ſuæ in naturam tranſierit carnis, neceſſe erit omnibus modis, nos vel inuitos confiteri, arcanam Diuinamque naturam fuiſſe paſſibilem. Sin autem manſerit incommutatus, licet iuxta nos homo ſit factus, & eſt proprium cœleſti naturæ, vt pati non poſſit; deinde per adunationem ipſius fuerit corpus paſſibile, patitur, corpore, patiente eo, quòd ipſius fuiſſe dicitur proprium; manet verò ipſe impaſſibilis eo, quod ipſius eſt. Porrò proprium, vt pati non poſſet; & ſi glorificatus eſt Emmanuel per paſſionem, vt ipſe dixit, cùm pro nobis pretioſam crucem eſſet paſſurus. Nunc glorificatus eſt Filius hominis; cur paſſionis gloriam homini tribuentes ſolam habenti coniunctionem cum eo in æqualitate dignitatis non erubeſcunt? Nam ſicut ipſi exiſtimant, coniunxit ſibi ſecundùm voluntatem Patris & complacitum hominem. Similiter & eum ſuæ gloriæ parem effecit & cõceſſit, vt ſimili appellatione Chriſtus & Filius & Deus nominetur & Dominus. Ergo neque incarnatum eſt verè Verbum, nec prorſus homo eſt factum; & fortè etiam falſos mendaceſque dicere Doctores ſanctos mundi totius, nullum patiatur detrimentum: Aut enim dicant, immò magis ꝓcedãt in medium, probaturi, quòd coniunctionis, quæ ab ipſis inducitur, modus habeat vim, & idem Verbum hominem factum; aut ſi ea non ita habere exiſtimant, quare coniunctionis nobis inconiunctæ modum excogitant, veritate neglecta; cùm deceat eos dicere, humanitati noſtræ adunatum fuiſſe Dei Verbum & Patris? Ita enim carne quidem propria intelligitur paſſus humana; quantum verò pertineat ad Diuinitatis naturam, moleſtiæ omnis expers, vt Deus.

Hæc omnia in ſorte clarius docuiſſet, quia dubitet.

Ioan. 12.

Si ſecundum ſolã voluntatis conſenſionem facta eſt Verbi & hominis vnio, nulla facta eſt incarnatio.

Neſtoriani inconiunctã coniunctionis modum excogitant.

Quòd verò relationem nominantes, quæ neſcio, quomodo ab ipſis reperta eſt, gloriæ detrahant, Emmanuel quoque eum vix vnum ſanctorum efficiãt Prophetarum, & quòd inter menſuras conſtituant plurimorum, in eoque proculdubio capiantur, probabo porrò, Diuinæ ſcripturæ ponens exempla. Murmurabat aliquando in deſerto aduersùs Moſen & Aaron populus Iſrael dicens: Vtinam mortui eſſemus, percuſſi à Domino in Aegypto, cùm ſedebamus ad ollas carnium, & edebamus carnes vſque ad ſatietatem. Dicit deinde ſapientiſſimus Moſes; erat (enim conſequens tam temere impatientes confutare.) Nos autem qui ſumus? Neque enim aduersùm nos eſt murmuratio veſtra, ſed aduersùs Deum. Regnabat autem per illa tempora etiã Deus omnipotens, per ſanctos Prophetas in populo Iſrael. Illi autem in hoc etiam puſillanimes accedebant ad diuinum Samuel, dicentes;

In eos, qui incarnationis Myſterium in parum rationis eis transferebant. Aſſerebant enim Verbum haſte nus incarnatum, quatenus ea, vt propria ſibi vẽdicabat, quæ erant hominis.

Exod. 16.

1. Reg. 8.

Ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, & nunc conſtitue ſuper nos Regem, qui iudicet nos, ſicut & cæteræ Gentes. Moleſte quidem nimis ferebat id Propheta. Ait autem Deus omnipotens: Audiui vocem populi, ſicut locutus eſt ad te, quia te non ſpreuerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. Dixit autem alicubi etiam Chriſtus ſanctis Apoſtolis: Qui recipit vos, me recipit. Necnon etiam miſericordes pro tribunali ſuo allocuturum ſe pollicetur: Venite benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Probitatis verò ipſorum mores familiariter agnoſcens, de his, quibus benè conſulium fuerat ab ipſis: Quandiu feceritis, inquit, vni horum minimorum, mihi feciſtis.

Matth. 10.

Matth. 25.

Matth. 25.

Ecce ſimiliter, relationis modus qualis ſit, cognoſcitur. Vehementer murmurabat aduerſùs Moſen & Aaron populus Iſrael, & res quidem hæc habet relationem in Deum: Erant tamen Moſes & Aaron homines ſimiles noſtri. Eodem pacto etiam in alijs intelliges, quorum nuper fecimus mentionem; ſed erant quidem, vt antè dixi, ſancti & admirabiles homines, homines tamen ſimiles noſtri. Eóne igitur modo etiam homo Deo Verbo coniunctus, vt illi aiunt, relationem in id ſuarum habeat paſſionũ? Erquomodo iam non ſit homo communis, & ſeorſum, & aliud nihil? Ergo non eſt verè Deus, Emmanuel, non Vnigenitus Filius, non Deus ſecundùm naturam. Deinde, quam ob cauſam nemo aliorum à Deo Verbo honoratus eſt æqualitate dignitatis, ſiue auctoritatis? Solum autem hunc paria omnia ſortitum fuiſſe contendunt; maximè cùm Deus Saluator omnium, non iudicat ad perſonam, ſed iuſtum iudicium, ſicut ipſe commemorat? Quare ergo conſidet ſolus, quomodo veniet iudex obſequentibus Angelis? Quare autem ſolus tam à nobis, quam à ſupernis Principibus adoratur?

Relatio illa communis non ſat eſt, vt quis dicatur, & ſit Deus.

Matt. 25.

Sed valde, inquit: Te enim quoque id agere inuenimus: Paſſim enim ipſum confiteris, quatenus ei carnis attribuis paſſiones, licet impaſſibilem ſerues vt Deum. At nos, vir optime, cùm priùs adunauerimus Verbum & hominem, carni quidem paſſiones tribuimus, impaſſibilem verò vt Deum ſeruabimus: Nam licet factus ſit ſimilis noſtri; attamen ſcire debemus cœleſtium dignitatũ, & Diuinæ eius eminentiæ maieſtatem. Præmiſſa igitur vnitate ea, qua quaſi aliquo fundamento fidei præiacto, carne quidem paſſum eſſe confitemur, manſiſſe verò extra paſſiones: Quippe cùm in ſe habeat, vt pati non poſſit. Sin verò in partem ponamus Deum & hominem, naturas à ſe diuidentes, & ſecundùm ſolam relationem dicamus Deum Verbum ſua duxiſſe ea, quæ corpori contigerunt, Moſis quippe & Aaron modum habebitis, qui ex ſancta Virgine procreatus Emmanuel, quod eſt interpretatum: Nobiſcum Deus, Ergo & ipſi per Prophetas ſanctos dicant: Dorſum meum poſui in flagella, maxillas autem meas in palmas: Faciem autem meam non auerti à confuſione ſputorum. Porrò infoderunt manus meas & pedes meos, numerauerunt omnia oſſa mea. Et porrò dederunt in cibum meum hyſopum, & in ſiti mea obtulerunt mihi acetum. Ipſi omnia hæc Vnigenito attribuimus, quæ pro nobis diſpenſatoriè carne paſſus eſt ſecundùm Scripturas: Viuifica enim eius paſſione nos ſanati ſumus, & infirmatus eſt propter peccata noſtra ipſe; impaſſibilem verò eum natum eſſe cognoſcimus: Nam ſi (vt dudum dixi) idem homo eſt ſimul & Deus, ſunt quidem certæ humanitatis eius paſſiones. Porrò Dei proprium eſt, vt impaſſibilis intelligatur, Hæc ita ſentientes ſeruauimus pietatem, & per rectas cogitationes, & ſenſus ad cœleſtis vocationis palmam perueniemus in Chriſto, per quem, & cum quo Deo & Patri gloria cum Spiritu ſancto. Amen.

Obſcura hæc, vt alia multa.

Matth. 1.

Naturę humanæ proprium poſſe pati, Diuinę non poſſe pati.

TOMI QVARTI, MAGNI CONCILII EPHESINI FINIS.

ACTORVM CONCILII EPHESINI PRIMI

Tomus Quintus.

Hoc ſegmento ea potiſſimùm tractantur & explicantur, quibus ventum eſt ad Eccleſiarum vnionem, earundemq́; inter ſe concordiam & pacem: Nam propter diſſidium Epheſi inter Cyrillum & Ioannem Antiochenum natum, ipſæ quoque eorundem Eccleſiæ, & Diœceſes, non abſque grauiſſima multorum offenſione, inter ſe ſectæ atque diſſectæ erant. Durauitq́; hæc controuerſia duos aut tres annos poſt Concil. Epheſinum diſſolutum, duratura vtique diutius, niſi Theodoſius Auguſtus, omnia miſceri, peſſumq́; ire animaduertens, proſcripto Neſtorio, vtrique partim pacem indixiſſet. Quæ illius aliorumq́; ſtudio, quarto demum à Neſtorij condemnatione anno, impetrata eſt: ſed admodum ægrè, vt ex Tomi huius capitibus palàm fiet.

Tomi Quinti, caput I.

EXPLANATIO DVODECIM capitum & anathematiſmorum, per Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum Epheſi edita, Sacra Synodo clariorem illorum declarationem exigente.

ARGVMENTVM.

SCHISMATICI defectionis ab Occumenica Synodo geminam cauſam allegabant: Alteram Cyrilli hæreſin, quam hoc ipſa ſacra Synodus complexa dicebatur, quòd Cyrilli anathematiſmos & capita cõtra Neſtorium edita approbarat: Alteram deproperatam Neſtorij exauctorationem, tumultuariumq́; totius huius negotij proceſſum. Vtranque nõ abſque ingenti amplificatione, & criminatione perſcripſerant ad Impp. ne non iuſtè Cyrillum & Memnonem gradu mouiſſe viderentur. Cyrillus itaque priorem cauillationem primo hoc capite refellit, viamq́; hac ratione ad vnionem munit: Nam Synodo hortante, & ipſa quoque neceſſitate impellente, (perſuaſum enim erat Auguſtis, rem ita, vt Orientales retulerant, habere. Quare etiam non ſolùm Neſtorij, ſed Cyrilli & Memnonis quoque depoſitionem confirmarant) clarè oſtendit, anathematiſmos illos per omnia Orthodoxos eſſe. Methodum ſeruat, quam anathematiſmi ipſi ſuggerebant: Subijcit enim ſingulis eo ordine, quo in Epiſtola ad Neſtorium data perſcripti fuerant, ſuam peculiarem declarationem.

Planus, & facilis Scripturarũ ſenſus bene affectis; improbis & prauè inſtitutis omnia ſunt hic obſcura

OBVIA, vt ſcriptum eſt, intelligentibus, & ſcientiam adeptis plana ſunt omnia: Etenim qui ſacra Diuinæ Scripturæ verba acuto puroq́; oculo introſpiciũt, hi, quod vtile in ijs occurrit, veluti diuinum quendã theſaurum in animos ſuos recondunt. Qui verò mentem obtinent mendacio addictam, nonnullorumq́; dicaculorum nugacitati mancipatam, ac vanæ nihilominùs ſcientiæ oppidò auidam, illorum ſocij meritò cenſebuntur, de quibus beatus Paulus ſcriptum reliquit: *In quibus Deus huius ſeculi, excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti: Sunt enim cæci, & duces cæcorum:* Quare & in perditionis quoque foueam corruunt: Nam vt Seruator ipſe alicubi monet: *Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueã cadũt.* Sunt igitur nonnulli, qui contra veritatis dogmatã garriunt, Diabolicaq́; prauitate mentẽ imbutam habentes, veritatis myſterium acri ſtudio adulterare contendunt; neq́; vulgari iniuria incarnati Verbi Oeconomiam afficiũt; *non intelligentes, neq́; quæ loquuntur, neq́; de quibus affirmant,* vt literis proditum eſt. Huiuſmodi aũt impietatis inuẽtores extiterunt iã olim & multi quidem alij; nunc verò Neſtorius, & qui ab illo ſtant, illorum impietati nullam in partem cedentes, ad veterũ Phariſæorũ exemplum aduersùs Chriſtum ſe erigunt, impudẽterq́;: *Cur, cùm homo ſis, facis teipſum Deum?* vociferantur. Erat itaque neceſſariũ, vt aduersùs inſanos illorum ſermones nos accingeremus; impuraq́;, ac prophana illorũ dogmata, anathematizaremus; memores Dei per vocem Prophetæ dicentis: *Audite & conteſtamini Domui Iacob, Dicit Dominus Deus exercituum.* Et iterum: *Ingredimini per portas meas, & lapides de via tollite.* Oportet enim nos, qui pro veritatis dogmate certamus, offendicula è medio ſubmouere, ne qua ratione populi ad

2 Cor. 4.
Hæretici, & cæci & ducés cæcorũ ſunt.
Matth. 15.
1. Tim. 1.
Neſto. auſſi priſcorũ hæreticorũ caudit.
Ioan. 10.
Amos. 3.
Hierem. 32.
Hęreſes obſepiunt ſalutis viam.

illa

illa impingant; ſed planam ſemitam ad ſacra illa diuinaq; ſtabula progredientes illud quotidie ingeminent: *Hæc eſt porta Domini, iuſti intrabunt in eam.*

Pſal. 117.

Cùm itaq; Neſtorius dogmata quędã peregrina & impia, & ad ciendas turbas idonea libris ſuis inſtruxiſſet; non potuimus ſalutis eorum, qui illa fortè lecturi erant, curam habentes, quoſdam anathematiſmos non componere: Non quiduis promiſcuè, quod in mentem incidiſſet, parænetice Epiſtolæ, quam ad illũ ſcripſimus, inſerẽtes, ſed criminationes, illius vefanas, peregrinas, & a pietatis doctrinã penitus alienas eſſe oſtendentes. Ægrè fortaſſe tulerunt nonnulli, quæ in illum ſcripſimus; vel ꝙ eorum, quæ ſcripta ſunt, indolem verè non capiant; vel certè ꝙ impuræ hæreſeos propugnatores exiſtant, impiæq; ſententiæ Neſtorij faueant. At nulli interim exiis, qui rectè ſapere conſueuerunt, veritas operta eſt. Quia verò credibile ſit, non defuturos quoſdam, qui, non ſatis aſſequantur, quomodo, quaue ratione anathematiſmi illi nugis eorum aduerſentur, aliquod operæpretium me facturum putaui, ſi ſingulos breuiter exponerem, illorumq; vim quanta fieri poſſet perſpicuitate oſtenderem: Opinor enim, conatum hunc non paruũ lectori vſum & fructum adferre poſſe.

Cur Cyrillus anathematiſmos cõtra Neſt. ediderit.

Neſtorij fautores Cyrilli anathematiſmos infeſtatur.

Anathematiſmus primus.

Si quis non confitetur, Emmanuelem verũ Deum eſſe; adeoq; ſanctam Virginem, quæ incarnatum Dei Patris Verbũ ſecundùm carnem genuit, Deiparam eſſe, anathema ſit.

Emmanuel verus De⁹; Maria verè Deipara.

Declaratio.

Beati Patres, qui in Nicæa ciuitate olim conuenerunt, rectæ inculpatæq; fidei doctrinam tradẽtes, in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibiliũ factorem ſe credere profeſſi ſunt: Et in vnum rurſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium eius: Et in Spiritum ſanctum. Aſſeruerũt nihiloſecius, ipſummet Dei Patris verbũ, per quod omnia facta ſunt, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum, hominem factum, paſſum, & reſuſcitatum eſſe; Etenim cùm vnigenitum Dei Patris Verbum, ſuapte natura Deus eſſet, *ſemen Abrahæ*, vt beatus Paulus docet, *apprehendit*; perindeque ac vnus ex nobis carni & ſanguini communicauit: Natum eſt enim ſecundùm carnem ex ſancta Virgine; citraq; vllam diuinitatis ſuæ iacturam ęquè, ac nos in humanis apparuit; Neq; enim Deus eſſe deſijt, quando factum eſt caro, abſit; ſed in eadem Diuinitatis natura, & gloria ſemper permanſit. Dicimus igitur, ipſum Dei Verbum hominem eſſe factũ; nec ob id tamen ab eo, quod erat, verſum, aut demutatum in id, quod non erat: Idem.n.ſemp eſt, neq; vllius oĩno mutationis, aut obſcurationis capax eſt. Sed neq; vllã quoq; eſſentiæ illi⁹ cum carne cõmixtionem, aut confuſionẽ, aut concretionem factã eſſe ſtatuimus. Aſſerimus aũt, Verbum carni anima intelligente pfectæ & informatæ modo; quem illud ſolum nouit, (noſtræ.n.mentis captũ, orationiſq; modum hæc res excedit) vnitũ eſſe. Manſit itaq; Deus ẽt poſt aſſumptam carnem; eſtq; vnus ad numerum Dei & Patris Filius, Dñs noſter Ieſus Chriſtus; ſiue animo illum concipias, vt ante omnia ſecula & tpa Dei Verbum, paternæque ſubſtantiæ character eſt: Siue vt in nouiſſimis tpibus diſpenſatoria quadam ratione noſtri cauſa homo factus eſt. Quia verò nonnulli ortum illius ſecũdùm carnem, quem ꝓpter cõmunẽ oĩum ſalutem ex ſacra Virgine ſortitus eſt, inficiantur; (Quæ nihilominùs natiuitas hoc illi non contulit, vt tum primum eſſe inciperet, ſed vt nobis ſimilis fact⁹, a morte & corruptione nos liberaret.) Propterea ptim⁹ hic noſter anathematiſm⁹ editus eſt: Qui partim qdẽ peruerſa illorum fidẽ impugnat; partim verò, qđ rectæ fidei eſt, edocet; puta Emannelẽ ſm veritatem Deũ eſſe, atq; ideo ſanctam Virginem, quæ illum peperit, Deiparam eſſe.

Synod⁹ Nicęna ipſummet Dei Patris Verbũ incarnatũ aſſerit.

Heb. 2.

Dei Verbũ ſui ſemper ſimile.

Natura Verbi cum carne non eſt permixta, aut in carnem verſa. Quo modo Deus carni ſit vnitus, ipſe ſolus nouit.

Chrs vtcunque cõſideratus, vnus ad numerũ Filius & Dominus eſt.

Neſtoriani ipſummet Dei Verbũ incarnatũ inficiantur.

Anathematiſmus ſecundus.

Si quis Dei Patris Verbũ carni ſm hypoſtaſin vnitum: Aut vnũ rurſum vnà cũ ſua carne Chřm eſſe (eundem nimirũ Deũ ſimul & hominem) inficiatus fuerit, anathema ſit.

Verbum ſecundùm hypoſtaſin carni vnitum.

Explanatio.

Diuinus Paulus, ſacer ille Diuinorũ myſteriorum interpres, alicubi ita ſcribit: *Manifeſtè magnum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtum eſt in carne, iuſtificatum eſt in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt in Gẽtibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.* Quid, quęſo, aliud eſt, quod dicit: Apparuit in carne; q̃ Dei Patris Verbum caro factum eſt? nõ ꝙ ſm propriam naturam verſum, aut tranſmutatũ ſit in carnem, vt modò dicebamus; ſed ꝙ carnem ex ſancta Virgine ſumptam, propriã ſibi fecerit: Vnus idemq; ante & poſt incarnationem Filius exiſtens: Verùm ante incarnationẽ tanquam carnis expers tantùm Verbum; poſt incarnationem verò idem rurſum, ſed iam in corpore. Atq; hinc eſt, vt vnum eundemque Deum & hoĩem eſſe dicamus, non diuellentes eum in hominem ſeorſum per ſe poſitum; & in Deum rurſus Verbũ ſeiunctim per ſe conſideratum (ne duos hac ratione filios ſtatuere cogamur) ſed vnum eundemq; Chřm, & Filiũ, & Dñm eſſe confitentes. Qui aũt myſterium hoc ſecus habere exiſtimant, aut non ita credunt; ſed vnum Filium in duos diſpertiũtur; & quæ re ipſa coniuncta ſunt, a ſe inuicẽ ſeiũgunt; aiuntque hominem ſecundùm ſolùm dignitatis, vel auctoritatis conſortium Deo coniunctum eſſe, eos a recta inculpataq; fide

1. Tim. 3.

Idem eſt in carne apparuiſſe, & carnem factũ eſſe.

Idem ante, & poſt incarnationẽ, ſed non eodem modo affectus.

Non duo Chriſti, aut Domini, ſed vnus.

Alieni a fide, qui diuidunt, quę in Chřo naturaliter vnita ſunt.

alienos

alienos dicimus. Quãuis ergo Chriſtus Apoſtolus nominetur, vnctusque, & Dei Filius deſignatus dicatur; non ob id tamen diſpenſationis myſterio labes aliqua aſpergitur: Statuimus enim Dei Patris Verbum, tunc demũ Apoſtolum nominatum, & veluti vnum ex nobis ſecundùm humanitatem inunctum eſſe, quando noſtri cauſa homo factum eſt: Qui enim nobis propter nos aſſimilatus eſt (licet id, quod erat, vſque manſerit) is, quæ humanæ naturæ ſunt propria, non auerſatur. Imò verò propter œconomiam, non poteſt ea omnia, quæ ad humanam naturam pertinent, vnà cum humanitatis menſuris non admittere: Neque vllum hinc tamen ſecundùm propriam naturam, vel gloriam detrimentum capit. Eſt enim manetque etiam hoc modo affectus Deus, ac Dominus omnium.

Quãdo Dei Verbũ inunctũ, & Apoſtolũ nominatum.

Qui noſtri cauſa homo factus eſt, naſtra non auerſatur.

Anathematiſmus tertius.

Si quis poſt naturarum vnionem, ſubſiſtentias in vno Chriſto diuidit (vnicuique nimirum ſuam propriam aſſignans) naturaſque ea tantùm copula connectit, quæ eſt ſecũdùm dignitatem, vel auctoritatem, non ea autem coitione, quæ fit ſecundùm Phyſicam vnitionem, anathema ſit.

In Chrĩo nõ duę ſunt hypoſtaſes, ſed vna tãtùm.

Declaratio.

Incarnationis Vnigeniti myſterium accuratè inquirentes, Dei Patris Verbum admirabili inexplicabilique modo ſancto corpori animam rationis compotem habenti adiunctum dicimus; eumque in modum vnum eſſe Filium intelligimus. Quemadmodum nimirum & in nobis quoque aliquid eiuſmodi cernere licet. Sunt ſanè anima & corpus naturæ diuerſæ; at duo hæc inter ſe coniuncta, vnum animal conſtituunt. Verùm ſunt, qui aliter iſthæc habere opinantur. Statuunt hi nobis hominem ſeorſum per ſe; eumq; Dei Patris Verbo, ſecundùm ſolam dignitatem, vel auctoritatem coniunctum dicunt; ſecundùm naturalem autem, hoc eſt, veram vnionem, vt nos credimus, nequaquam: Nam ita Diuina Scriptura verum alicubi vſurpat: Ait enim: *Et eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri*, hoc eſt, verè. Qui itaque ſubſiſtentias poſt vnionem diuidunt; ſingulaſque, hoc eſt, Deum & hominem, ſeparatim ponunt, talemque illarum copulam confingunt, quæ ſecundùm ſolam dignitatem contingit; illi duos omnino filios conſtituunt; cum Diuina Scriptura vnum tantùm Filium, & Dominum eſſe affirmet. Quare, ſiue quis poſt arcanam illam copulam Emmanuelem incarnatum, vel inhumanatum Deum nominat; nos ſemper incarnati Emmanuelis nomine ipſum Dei Patris Verbum accipimus: Siue rurſum eundem illum hominem eſſe dixerit; nos iterum æquè, ac antè illud ipſum Dei Verbum, quod per diſpenſationem in humanitatis menſuras ſeſe demiſit, animo concipimus. Dicemus itaque vnum eundemque palpabilem & impalpabilem; aſpectabilem, & inaſpectabilem: Non enim alienum eſt ab illo corpus, quod ſibi vniuit, quod vtique palpabile & aſpectabile exiſtit. Eos verò, qui ita non credunt, ſed ſubſiſtentias poſt vnionem, vt modò aiebam, diuidunt; eamque ſolam incarnationem recipiunt, quæ in nuda dignitatis vel auctoritatis communicatione conſiſtit, propoſitus hic anathematiſmus ab ijs alienos eſſe iudicat, qui, quæ recta ſunt, ſentire didicerunt.

Itẽ quodã modo ſe habet Verbũ ad carnem, vt anima ad corpus, quod informat.

Epheſ. 4.

Verè & naturale interdum coincidunt.

Diuinę Scripturæ vnũ duntaxat Filium & Dominũ agnoſcunt, quocunque is tandem nomine appelletur.

Idem palpabilis & inaſpectabilis.

Anathematiſmus quartus.

Si quis voces illas, quæ in Euangelicis, & Apoſtolicis Literis paſſim occurrunt; aut, quę de Chriſto a Sanctis, vel ab ipſo quoque Chriſto de ſe ipſo dicuntur, duabus perſonis, aut hypoſtaſibus aſſignat: Et alias quidem homini, tanquam perſonæ a Dei Patris Verbo ſeiunctæ accommodat; alias verò tanquam in ſolum Deum conuenientes, ſoli Dei Patris Verbo adaptat; anathema ſit.

Quæcũque de Chriſto dicũtur, ſiue ea humanum quid ſonent, ſiue Diuinum, omnia in vnam hypoſtaſin conueniunt.

Declaratio.

Dei Patris Verbum in eiuſdem Patris forma & æqualitate conſtitutum, non rapinam arbitratum eſt æquiparare ſe Deo, vt ſcriptũ eſt; ſed ſponte ſeipſum exinaniens, ad noſtrã naturam ſe demiſit; non amittens, quod erat, ſed in eo quoque ſtatu Deus permanens; ita tamen, vt nihil eorum, quæ ad humanę naturę conditionem pertinerent, aſpernaretur. Sunt itaq; illius omnia, non ſolùm Diuina, verùm etiam humana: Qua enim ratione ſeipſum exinaniuit, ſi ad humanæ naturæ partes ſeſe demittere erubuit? Etſi humana auerſatus eſt, qua neceſſitate, aut vi, vt nobis ſimilis fieret, impulſus eſt? Omnes itaq; Euangelij voces, ſiue illæ humanum quid ſonant, ſiue Diuinum, vni duntaxat perſonæ tribuimus: Nam Chriſtum Ieſum, hoc eſt, inhumanatum incarnatumve Dei Verbum vnum tantùm Filium eſſe credimus. Quare ſi quid humanum Scriptura de Chriſto prædicat, hoc ad humanitatis eius conditionem transferamus oportet: (Eſt enim illius & ipſa quoque humanitas, etſi Deus exiſtat.) Contrà verò ſi quid maius, quàm quod in humanam naturam conueniat, Euangelia de illo enuntiant, hoc vni rurſum Chriſto & Filio aſſignabimus, Deum incarnatum eſſe credentes. Qui autem vnum Chriſtum in duas perſonas diuellunt, neceſſariò duos quoque filios effingunt. Vt ergo homo noſtri ſimilis, licet ex animo & corpore conſtituatur; non geminus, ſed vnus tãtùm numero, & ſimplex homo eſt; ita de Emmanuele quoque nobis cogitandum eſt.

Philip. 2.

Verbũ, quę ſunt hominis, omnia ſuſcepit; ſed nihil interim eorum, quæ ſunt Dei, amiſit.

Humana ad humanam, Diuina ad Diuinam Chri naturam referri oportet.

Quia

Quia verò Dei Verbum incarnatum, & homo factũ vnus eſt ſolùm Filius & Dominus; conſequens ſit, vt vnam quoque ſolam perſonam comprehendat: Cui quidem humana verò tribuimus, propter illius cum carne diſpenſationem; diuina propter inexplicabilẽ eiuſdem ex Patre generationem. Vnde qui illum in hominem ſeparatim, tanquã qui alius à Dei Verbo ſit Filius, diuidunt; & in Deum rurſum ſeorſum, tanquam qui alius ab hominis Filio ſit filius, ij omnes iure meritoque, tanquam qui duos filios conſtituant, propoſito hic anathematiſmo plectuntur.

Anathematiſmus quintus.

Chrs nõ homo Deifer, ſed De' homo eſt.

Si quis dicere audet, Chriſtum hominem tantùm Deiferum, non verum quoque Deũ, vnicumq; ac naturalem Dei Filium eſſe; quatenus nimirum Dei Verbum caro factum, perinde ac vnus ex nobis carni & ſanguini cõmunicauit, anathema ſit.

Declaratio.

Verbum caro factũ, nõ in carnem conuerſum.

Verbum Dei carnem eſſe factum, apertè docet magnus ille Euangeliſta Ioannes; non quòd propria illius natura tranſmutata, aut conuerſa ſit in carnem, ſicut iam antè expoſitum eſt, (expers enim mutationis eſt, vt Deus) ſed quia æquè ac nos carnis & ſanguinis particeps & homo effectum eſt: Scripturæ enim hominem ſuo more carnem appellant: Notũ enim eſt illud: *Et videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri*. Sed impiorum dogmatum architecti Neſtorius, & qui illum ſectantur, eademque cum illo ſapiunt, ita incarnationis vocem admittunt, vt tamen Dei Verbum ſecundùm veritatem incarnatũ, hoc eſt, hominem noſtri ſimilem citra vllam ſui mutationem factũ eſſe reipſa negent: Affirmant enim Vnigenitum Dei Verbum in homine, ex ſancta Virgine nato, perinde inhabitare, ac in vno aliquo ex reliquis ſanctis. Quare Chriſtũ non verum iam Filium & Dominũ eſſe agnoſcunt; ſed per ſe, & ſecundùm ſe merum tantùm hominem; qui ſola dignitatis participatione vnà cum Verbo honoratur, adoratur & glorificatur. Quòd ſi ſola inhabitatio ſat eſſet, & nos quoque, & Chriſti, & filij, & Dij eſſemus: Nam & in nobis quoque omnium Deus, per Spiritumſanctum inhabitat: Loquitur, enim per ſanctos Vates: *Habitabo inter eos, & ambulabo cum eis, & ero ipſorum Deus, & ipſi erunt mihi populus*. Scribit & beatus Paulus quoque: *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Et ipſe Chriſtus de ſanctis Prophetis, cæteriſque Sanctis, qui ipſius in carnem aduentum antecellerant, ait: *Si illos Deos dixit, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scriptura: Quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis: Quia blaſphemas; quia dixi: Filius Dei ſum?* Non ita

Scripturæ voce carnis totum hominẽ deſignant.
Luc. 3.
Neſtor. impiorum dogmatũ Architectus.
Phantaſia Neſtor. de Verbi incarnatione.
Sola inhabitatio ad cõſtituendam hypoſtaticã vnionem nõ eſt ſatis.
Leuit. 26.
Num. 33.
1. Cor. 3.
Ioan. 10.

ergo Deus in Chriſto habitat, ſicut in nobis: Erat enim vnus ſoluſque Filius ſuapte natura Deus, etiam cùm carne aſſumpta nobis ſimilis fieret. Quicunque igitur hominẽ tantùm numine afflatum eſſe dicere audent, non etiã Deum hominem factum, neceſſariò in propoſitum hic anathematiſmum incurrunt.

Anathematiſmus ſextus.

Verbũ non eſt Chriſti Deus vel Dominus.

Si quis Verbum, quod ex Deo Patre procedit, Chriſti Deum, vel Dominum eſſe dixerit: Et non potiùs Deum ſimul & hominem illud confeſſus fuerit; prout caro, ſecundùm Scripturas, factum eſt, anathema ſit.

Declaratio.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus vnus, & ſolus, & ſecundum veritatem Dei Patris Filius eſt. (*Verbum enim caro factum eſt*) vnaque cum Genitore ſuo omnium Dominus eſt: Flectitur illi namque omne genu cœleſtium, terreſtrium & infernorum; omniſq; lingua, quòd Dominus noſter Ieſus in Dei Patris ſit gloria, profitetur. Ipſe itaque quatenus mente concipitur, vt Deus, licet poſt inhumanationem, carnis expers non ſit, vniuerſorum Dominus eſt. At verò ſui ipſius, nec Deus, nec Dominus eſt: Fuerit enim omnium abſurdiſſimum, vel omni impietate, vt veriùs dicam, pleniſſimum, ſi ita ſentias, aut dicas. Meritò proinde contra hanc impietatem, præſens hic anathematiſmus ſtatuimur.

Ioan. 1.
Philip. 2.
Verbũ incarnatũ nõ ſui, aut Chriſti, ſed vniuerſorũ Dominus eſt.

Anathematiſmus ſeptimus.

Chriſt' Dei Verbum nõ fuit actus, tanquã ab altero a ſe diuiſo.

Si quis Ieſum tanquam purum hominem per Dei Verbum actum; Vnigenitique gloria per illud ipſum Verbum, veluti per alterum a ſe diuerſum redimitum dixerit, anathema ſit.

Declaratio.

Cùm beatus Gabriel Vnigeniti Filij Dei generationem, ſecũdùm carnem ſanctæ Virgini annuntiaret: *Paries*, inquiebat, *Filium; & vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*. Nominatus autem & Chriſti quoque nomine eſt, propterea nimirum, quòd ſecundùm humanam naturam, perinde ac vnus ex nobis inunctus eſt, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*. Quamuis enim ille Spiritum ſanctum largiatur; neque parcè his, qui digni ſunt, eundem largiatur (*Eſt enim plenus, & de plenitudine eius omnes accepimus*, ſicut ſcriptum eſt) attamen vt homo eſt, diſpenſatoriè inunctus dicitur: Deuolauit enim Spiritusſanctus corporea ſpecie ſuper ipſum; nõ quòd tum ille primùm ſpiritaliter inungeretur; ſed vt & in nobis

Matth. 1.
Luc. 1.
Cur incarnatum Verbum Ieſu, cur itẽ Chri nomine appellatũ ſit.
Pſal. 44.
Ioan. 1.
Cur Spiritusſanctus deuolarit in Chriſtum baptizatũ.

quoque

quoque permanere deſignaretur, à quibus propter Adami transgreſſionem initio abſceſſerat. Ipſum itaque Vnigenitum Dei Verbum incarnatum, Chriſtus appellatum eſt, propriamque potentiam Deo dignam ſortitum, miracula operatum eſt. Qui ergo Chriſti potentiæ Vnigeniti gloriam acceſſiſſe dicunt, quaſi Vnigenitus Dei Filius alter ſit à Chriſto; & per conſequens duos filios eſſe ſentiunt; alterum quidem operantem & impellentem; alterum verò alterius ope & vi, tanquam hominem nobis ſimilem, impulſum, in huius anathematiſmi pœnā incidunt.

Chriſtus ꝓpria virtute miracula edebat.

Anathematiſmus octauus.

Si quis dicere audet, aſſumptum hominem, vnà cum Dei Verbo, tanquam alterum cum altero, vel alterum in altero adorandū, & glorificandum, & Deum appellandum eſſe; neque vna adoratione Emmanuelem honorat, vnamque illi glorificationem, quatenus Verbum caro factum eſt, deſtinat, anathema ſit.

Chriſtꝰ vna adoratione adoratur & glorificatur.

Declaratio.

Baptizati ſumus in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in vnum Filium, & in vnū quoq; Spiritumſanctum. Hinc illud Apoſtoli Pauli: *An ignoratis fratres,* ait, *quia quicunque in Chriſto Ieſu baptizati ſumus, in mortem ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Credimus itaque & baptizati ſumus in vnum, vt dixi, Filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, hoc eſt, in incarnatum, hominemque factum Dei Verbum; vnumque vnà cum cœleſtibus illis Virtutibus verum Deum adorare edocti ſumus: *Cùm introducit Primogenitum in orbem terræ,* dicit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Factus eſt autem Vnigenitus, Primogenitus; quando homo nobis ſimilis factus eſt; tunc & illorum quoque frater appellatus eſt, qui illum diligunt. Si quis ergo illum adorari dicit tanquā alterum per ſe à Dei Patris Verbo, & non vna adoratione honorat, tanquam vnum Chriſtū, & Filium, & Dominum propter veram illam naturalemq; cum Verbo vnionem, iuſtè anathematiſmo huic ſubijcitur.

Vt in vnum Patrem, ita in vnū quoque Filium baptizati ſumus. Rom. 6.

Pſalm. 96. Chriſtus frater illorum, qui illum diligunt.

Anathematiſmus nonus.

Si quis vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per Spiritum ſanctum, tanquā per virtutem à ſua alienam, glorificatum; aut vim & energiam ab eodem accepiſſe, qua immundos Spiritus profligaret, aliaq; inter homines miracula patraret, dixerit; neque illum ipſum Spiritū, per quē Diuina ſigna edebat, illius ꝓprium extitiſſe profeſſus fuerit; anathema ſit.

Chriſtus ꝓprio Spiritu glorificatꝰ, & ſigna operatus eſt.

Declaratio.

Etſi Vnigenitum Dei Verbum homo factū eſt; manſit tamen Deus, omnia præter ſolam paternitatem, cum Patre æqualia & communia habens. Vnde ſpiritumſanctum, qui ex ipſo eſt, ipſique eſſentialiter ineſt, tanquam proprium peculium poſſidens; Diuinæ potentiæ ſigna operabatur. Quare etiam poſteaquàm homo factum eſt, Deus manebat; & per conſequens proprij Spiritus virtute miracula patrabat. Qui verò dicunt illum, tanquam vnum ex reliquis Sanctis nobis ſimilibus Spiritusſancti virtute glorificatum, eaque, nō vt Diuina & propria, ſed tanquam aliena viſum, nec non eiuſdem Spiritusſancti gratia ad cœlos eſſe aſſumptum, illi meritò anathematiſmi huius iaculo feriuntur.

Omnia cum Patre communia præter paternitatem.

Anathematiſmus decimus.

Confeſſionis noſtræ Pontificem & Apoſtolum factum eſſe Chriſtum, Scriptura docet: *Obtulit enim ſemetipſum pro nobis Deo & Patri in odorem ſuauitatis.* Si quis igitur non ipſum Dei Patris Verbum, quando caro, & homo nobis ſimilis factum eſt, Pontificem & Apoſtolum noſtrum effectum dixerit; ſed alterum quempiam diuerſum ab ipſo, puta hominem qualemcunque ex muliere natum: Aut ſi quis Chriſtum non pro nobis tantùm, ſed pro ſeipſo quoque ſacrificium obtuliſſe dixerit (nulla enim oblatione egebat, qui peccatum nullum nôrat,) anathema ſit.

Epheſ.

Chrs nullū pro ſeipſo ſacrificium obtulit.

Declaratio.

Exigua ſanè ſunt Verbo, quod ex Deo Patre ortum eſt, quæcunque humana ſunt; attamen propter diſpenſationis rationem illa non aſpernatur: Cùm enim ſecundùm naturam vniuerſorum Dominus eſſet, ſeruili forma accepta, in noſtram naturam ſemet ipſum demiſit! Appellatusque eſt noſter Pontifex & Apoſtolus, humanæ naturæ conditione ad hoc illum prouocante. *Obtulit autem ſemetipſum pro nobis Deo & Patri in odorem ſuauitatis. Vna quippe oblatione conſummauit ſanctificatos in ſempiternum;* ſicut ſcriptum eſt. At neſcio quomodo, qui ſecus hic ſentiunt, non ipſum Dei Verbum hominem factum; ſed alium quendam ab ipſo diuerſum; illum nimirum, qui ex ſancta Virgine natus eſt, noſtræ confeſſionis Apoſtolum & Pontificem appellatū contendunt. Addunt non ſtatim, ſed per temporum interualla ſenſimque proficiendo huc, hoc eſt, ad eam dignitatem euectum eſſe: Neque magis rurſum pro nobis, quàm pro ſeipſo, ſemetipſum Deo Patri obtuliſſe. Id quod à recta inculpataque fide omnino eſt alienum: Peccatū enim nullum fecerat. Qui autē omni delicto ſuperior, omniſque peccati prorſus expers erat, oblatione pro ſe nulla

Exigua ſunt Verbo humana.

Hebr.

Peccati expers nullius indiget ſacrificij.

opus

opus habebat. Quia ergo & hi quoque veritate repulſa duos, vt apparet, filios comminiſcũtur, operæ pretium fuit, vt hic quoq; anathematiſmus aſſignaretur, qui impietatem illorũ perſpicuam redderet.

Anathematiſmus vndecimus.

Dñi caro ex vnione, quam cum viuifico Verbo habet, viuifica.

Si quis Domini carnem viuificam, ipſiuſque Verbi, quod ex Deo Patre eſt, propriam eſſe negauerit; dixerit autem alterius cuiuſpiã eſſe à Verbo quidem diſtincti, ipſi nihilominùs Verbo ſecũdùm dignitatis cõmunicationem vniti: Si quis, inquam, dixerit, Domini carnem non eſſe viuificam, eò quòd propria eſt Verbi, quod omnia viuificare poteſt; ſed hominis Diuinam tantũ inhabitationem ſortiti, anathema ſit.

Declaratio.

In Eccleſia offertur ſãctum & incruentum corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium.

Communis caro viuificare nequit. Ioan. 6.

Ioan. 6. Sacramentarii in Neſtorianiſmũ impingunt.

SANCTVM, viuificum, incruentumq; in Eccleſijs ſacrificium offerimus; corpus & pretioſum ſanguinem, quæ proponuntur, non communis, nobiſq; ſimilis hominis eſſe credentes, ſed Verbi: Accipimus enim vtrunque tanquam Verbi, quod omnia viuificat, proprium. Siquidem communis caro viuificare non poteſt, & hoc Seruator ipſe alicubi teſtatum facit: *Caro, inquit, non prodeſt quicquam, Spiritus eſt qui viuificat.* Quia ergo Chriſti caro, Verbi caro facta eſt, ob id viuifica eſt, & viuifica eſſe intelligitur. Vnde Saluator: *Sicut me miſit viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Cùm itaq; Neſtorius, & qui cum illo ſentiunt, myſterii huius virtutem temere diſſoluant; propterea, & id quidem admodum conuenienter, editus eſt hic anathematiſmus.

Anathematiſmus duodecimus.

Verbũ carne mortem guſtauit.

Si quis inficiatur, Dei Verbum carne paſſum, & crucifixum eſſe, mortemq; carne guſtaſſe; nec non primogenitum ex mortuis, factum eſſe; quatenus nimirum vt Deus vita, & viuificans eſt, anathema ſit.

Declaratio.

Impaſibile ſecundum ſe Dei Patris Verbũ.

IMPATIBILE & immortale eſt Dei Patris Verbum (maior eſt enim Diuina illa & incorrupta natura, quàm quæ aliquid pati queat. Imò ea vna eſt, quæ omnia viuificat; omniaq;, quæ interitum, vel triſtitiam adferre ſolent, longè exuperat.) Verùm licet ſecundùm eſſentiam hoc ipſum ſit Patris Verbum eaq; vi præſtet; nihilominus carnem, quæ mori poſſet, ſibi propriam fecit: Quò nimirũ per hoc, & in hoc, quod pati natum eſt, & pati quoq; ſolitum eſt, ea, quæ nos perpeti promerueramus, pro nobis, ac propter nos perferẽs, nos omnes à morte & corruptione liberaret; ſuum corpus, vt Deus, viuificans, primitiæq; dormientium, ac primogenitus ex mortuis exiſtens: Neque enim, qui propter nos pretioſam perpeſſus eſt crucem, mortemque guſtauit, communis homo, aut quiſpiam à Verbo diſtinctus, ſeiunctusve erat: ſed ipſemet gloriæ Dominus: Hic nanque carne paſſus eſt ſecundùm Scripturas. Quoniam verò qui vana impiaque dogmata ſua rectæ ſanæq; fidei immiſcere ſtudent, vulgarem nobiſque ſimilem hominem crucem ſuſtinuiſſe nugantur, ob id non potuimus eiuſmodi anathematiſmum, qui impietatis in illis latentis magnitudinem aperiret, non decernere.

Qui ſecundum ſe pati nequibat, pro nos aſſumpſit, quæ pati poterat.

Dominus gloriæ paſſus eſt.

Tomi quinti, caput II.

APOLOGETICA CYRILLI ALExandrini ad Theod. Imp. epiſtola.

ARGVMENTVM.

OSTENDERAT Cyrillus capite ſegmenti huius primo, anathematiſmos, ſeu capita, quæ in hæreſeos ſuſpitionem ab Orientalibus rapiebantur, per omnia eſſe Catholica, & Orthodoxa: Adeoq; priorem defectionis cauſam, quam adducebãt Schiſmatici, meram ſycophantiam extitiſſe veriùs quam iuſtam aliquam cauſam: Hoc verò oſtendit, nihil à Concilio, vel in Concilio actum eſſe per odium, aut inuidiam, aut ſeditionem, ſed omnia canonicè, legitimè, magnaque cum charitate & tranquillitate. Atq; ideo alterum, quod cauſſabantur Orientales, nõ fuiſſe eiuſmodi, propter quod à Concilio diſiungere ſeſe debuerint. Et hæc quidem hic ex inſtituto. Cæterũ huic tractationis præmittitur Apologus ad Auguſtorum literas, quibus ob id non nihil ſeſe offenſos declarabant, quòd cum ad ſe, tum ad Reginas quoque periode ſcripſiſſet, ac ad eos, qui in fide nutarent. Cyrillus itaque ab hac ſuſpicione alienum ſe fuiſſe docere volens, reſpondet hoc loco, ſe non ſcripſiſſe, vt Impp. turbaret, aut de fide informaret, ſed quò illos contra fidei hoſtes armaret; atque adeò quo ciuitatem hac ratione à graui periculo liberaret. Addit veterum Patrum exemplo hoc ſe feciſſe: Nam ob fidei defenſionem etiã paganos & hæreticos Principes ſuis ſcriptis informare & interpellare non dubitabant. Docet poſtremò, Neſtorii hæreſin vſq; adeò profanam, & in Chriſtum blaſphemam eſſe, vt ipſe quoque Chriſtianus orbis, nedum ipſe ſolus, bellum aduerſus illam ſuſcipere meritò debuerit.

Religioſiſſimo, piiſſimoq;, ac Chriſti amantiſſimo Impe. Theodoſio, Victori, Triumphatori, ſemperq; Auguſto Cyrillus in Domino, S.P.D.

DIVINA illa immortaliſque natura, quæ vniuerſis rebus dominatur, quæque lucem inhabitat inacceſſam, & ſolium obtinet ſupremum, ipſiique ſoli congruum, eiuſmodi eſt, vt Principatus, Dominationes, Poteſtates & ipſa quoque ſancta Seraphim venerabundè illi aſtent; cunctaque, vt ſacra Scriptura teſtatur, quæ facta ſunt, ad illius maieſtatem & nutum horreant ac tremant. At quamuis ea vſque

adeò glorioſa ſit, omnemq; admirationem multis partibus excedat; adhuc tamen excellentis huius inexplicabiliſq; potentiæ magnitudini, māſuetudinem parem habet: Etenim natura noſtra potentiſſimam illā, immenſamque vim ac poteſtatem ſufferre non potuiſſet, ſi quadam lenitate & manſuetudine temperata non fuiſſet. Quare beatus Propheta Dauid ſui aliorumque cauſa preces fundens, modò ait: *Memento Domine, quoniam puluis ſumus;* modò rurſum: *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?* Quin excellentiſſimus quoque Iob ille, acerbiſſimè à Diabolo cæſus, crudeliſſimeque ab eodem diuexatus, gemebunde ad Deum clamat: *Quare, ait, non feciſti obliuionem iniquitatis meæ, & expiationē peccati mei? Obſignaſti enim iniquitates meas, veluti in ſacculo; & notaſti, ſi quid etiam inuitus præuaricatus ſum?* Sed ſtatim opinor, dicet hic quiſpiam: Heus tu generoſiſſime athleta? Túne id crimini Deo vertis, quòd eius non miſeretur, qui deliquit? Túne ob id ſtatim legiſlatorem inſimulas, quòd peccata obliuioni non contradit? Næ, inquit, ille: Qui enim ſuapte natura miſericors eſt, neque, vulgarem inde gloriam obtinet; cur non enim mei, cùm eiuſmodi ſit, rationē habeat? Si enim fieri poteſt, vt humana mens nullo pacto præuaricetur, inquirat in illum Iudex exactiſſimè, obſignet iniquitates velut in ſacculo; deneget obliuionem iis, qui ipſum vel inopinatò interdum offenderūt. Si verò in multis offendimus omnes, omnique vacare culpa in ipſum ſolum conuenit, delicta libens eorum obliuiſcatur, qui ſuapte natura imbecilles eſſe ſolent.

Diuina magnitudo & manſuetudo inter ſe certant.

Pſal. 129.

Hæc ex 70. editione petita, in noſtra aliter ſonant.

Summè benignus nō poteſt iis, q ſuapte natura infirmi ſunt, nō parcere, ſi veniam poſcant.

In ſolum Deum non poſſe peccare cadit.

Decet itaque excellentes præſtanteſque naturas, vt ſereno placidoq; ſint animo. Hæc autem lenitas, animique ſerenitas ſingulari modo adeſt diuinæ ſupremæque illi naturæ, quā veſtra Maieſtas pro viribus imitans, quandā quoque huius clementiæ imaginem videtur præ ſe ferre: Siquidem regnum terrenum, cœleſtis illius regni quoddam ſimulacrum, & quaſi vmbra quædam inter homines iudicatur. Vos itaque ſoli in omnes imperium ſortiti, timore ac manſuetudine ſubditos veſtros in officio continetis, & veluti illuſtrem quandam pacatamque proſperitatem per vniuerſum orbem diffunditis. Quare & ego quoque impulſus ſum, vt læſam veſtram pietatē, modeſta quadam defenſione placandam eſſe exiſtimarim. Vbi illud prætermittere duxi, quod ad rem alioqui, quā hic inſtituo quàm maximè faciebat, & tantùm non neceſſarium erat; idque omnino inuitus, propter obſeruātiam, quæ veſtræ Maieſtati iure ab omnibus debetur: Etenim ſi me non eius temeritatis, aut veſaniæ fuiſſe dixero; aut non ita omnis decori oblitum pronuntiauero, vt aliquid deliquerim, & hoc aduerſum vos, fortè haud impune id dixero: Metuo enim, nec iniuria, ſi me veluti inſontem ſententiæ veſtræ oppoſuero, ne eiuſmodi quippiam vſu mihi veniat, cuiuſmodi Iſraeli accidit: Non enim vſque adeò firmus ſum, vt ipſe quoque aliquando non offendam: *In multis namque offendimus omnes;* & humana natura hoc veluti morbo laborat, vt facilè labatur. Iſrael tanquā diligens legis cuſtos nullo pacto Deum ſe offendiſſe aliquando perſuaſum habebat; verùm hunc mox ſibi dicentem audiuit: Ecce ego iudicio tecum contendam, eò quòd dicis non peccaui; Satius itaque conſultiuſque eſt potentibus cedere: Habet enim hoc veſtra Maieſtas certa quam ratione cum Deo commune, vt offenſarum obliuiſcatur.

Excellētes naturas benignitas decet, & animi lenitas.

Vmbra cœleſtis regni regnū terrenum.

Cur Cyrillꝰ cauſam ſuā apud Imp. agens, infidationē nō vtatur.

Iacob. 3.

Humanæ naturæ proprium facilè labi.

Magnorū Principū eſt iniuriam obliuiſci.

Scripſi itaque cùm veſtræ pietati, tum inclytis quoque Reginis, non vt diſſenſionē, aut perturbationem aliquam ſacratiſſimæ veſtræ aulæ cierem: Non enim ita excors mentiſque inops ſum, abſit: Noram autem, & noui illos, qui ad hoc ordinati ſunt, vt ſanctiſſimo Deo ſacrificent, ſobrios, vigilanteſque eſſe debere; tum illud quoque curare, ſeduloque diſpicere, quod illi probetur: veritos ſi in ea functione ſocordes extiterint, certam ſibi perniciem impendere. Oportet nos enim illos in fide confirmare, qui iam in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum crediderunt, quos ſanguine ſuo acquiſiuit, ſyncerosque adoratores declarauit, *ac genus electum, regale Sacerdotium, gentem ſanctam, populumq; acquiſitionis vocauit; vt virtutes eius annuntient, qui omnes è tenebris vocauit in admirabile lumen ſuum.* Adde vbi de his præcipit, quæ ad eos pertinent, qui in Sacerdotum ordinem cooptati ſunt, ad Ezechielem Prophetam ita loqui: *Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dic ad eos. Terra ſupra quam induxero gladium, & tulerit populus terræ hominē vnum de ſuis, & dederit eum in ſpeculatorem. Et viderit gladium ſuper terram venientem, & cecinerit tuba, ac ſignificauerit populo. Is aūt, qui tubæ vocem audierit, ſe non cuſtodiuerit, & ideo gladius veniens ipſum abripuerit, ſanguis eius in caput eius erit, eò quòd cum tubæ vocem audiſſet, ſibi non cauerit. Quòd ſi animam ſuam cuſtodierit, eripietur. Si verò ſpeculator viderit venientem gladium, & tuba non ſignificauerit, nec populus ſe cuſtodierit, veneritq; gladius, & animam ex ipſis abripuerit, ipſa quidem propter ſuam iniquitatem capta eſt; ſanguinem tamen eius de manu ſpeculatoris requiram.*

Cur Cyrillus ad Impe. ſubſcripſerit.

Proprium Sacerdotū ac paſtorū munus.

1. Pet. 2.

Ezech. 33.

Paſtores ſpeculatorum munꝰ perſonaraque ſuſtinent.

Retulerit autem ſi eorum vim, quæ hic dicuntur maioris lucis aliquantò accuratius diſcuſſerimus. Receptum eſt ergo, cum Barbarica aliqua irruptio expectatur, vt ciuitatis Præſides, curamque illius gerentes in ſpeculis editioribuſúe turribus quoſdam collocent, qui capto in agrum proſpectu, oculos hac illacq; circūferant, peruigili ſtudio, nequis hoſtiū irrumpat, obſeruātes. Quòd ſi hoſtiles inſidias tempeſtiuè ciuitati denuntiauerit, digni cenſentur haud mediocri honore. Quòd ſi verò per illorū deſidiā, ciuitatē capi, hoſtileúe qd pati cōtigerit, ipſi pœnas capitibus ſuis luent,

Munus ſpeculatorum exacte expoſitum.

Mali ſpeculatores grauiori pœna digni & grauius quoque plectuntur.

omnium-

omnium que loco ſupplicia expẽdent. Ad eũdem ferè modum vnus quilibet Sacerdotum (Quandoquidem ſpeculator à Domino cõſtitutus eſt) ſi quidem populis curæ ſuæ cõmiſſis malum, quod lædere natum eſt, annunciauerit, coronam hac vigilantia ſibi conciliabit. Quòd ſi verò tacuerit, incidet in mala, quę p irã Dei illis irrogari ſolent, qui ſilentio haud mediocri damno afficiunt eos, quos inclamationibus ſuis ad rectam viam inducere poterãt; & inducere quoq; debuerant. Suſceptum itaque erat bellum non aduersùs aliquem vulgarem nobis ue ſimilem hominem, ſed aduersùs omnium noſtrûm Saluatorem Chriſtum Dominum: Scriptum nanque eſt, neminem dicere anathema Ieſum, niſi in Beelzebub, hoc eſt, neminem negare Chriſtum, niſi Satanam habeat, qui ad hoc illum inſtiget; neque quiſquam eſt, qui iſtuc in dubium vocet. Draco igitur apoſtata ille, hoc eſt, Satanas virum Sacerdotem, incautum, menteque ſeductum nactus, & linguam nihilominus adeptus temerariam, & ad veritatis dogmata calumniãdum, Chriſtique Seruatoris noſtri gloriæ detrahendum promptiſſimam: (Erat enim peruicax, effrenatoque impetu quæuis etiam abſurdiſſima audacter inconſulteque aggrediẽs) turbis ſeditionibusque omnes Eccleſias impleuit. Obleſſa autem ad hunc modum recta fide, vbique oriebantur diſſenſiones, & multa hinc inde iactabantur ab iis, qui iam crediderant: Ambigebant enim ſeducti ne eſſent, an ſecus, quòd Chriſtum verum Deum eſſe excogitaſſent. Et quid inde ſequutum eſt? Peſtifera quædam lues, quæ orbem depaſta eſt vniuerſum, baſim quidem habens mendacium, patrem verò Satanam.

Paſtorum eſt oues ſuas de impendenti malo commonefacere, cautaſque reddere.

Neſtor. bellum in Chriſtum ſuſceperat. Qui Ieſum anathema dicunt, in Beelzebub id faciunt.

Neſtorius in omnibus audax & temerarius.

Hæreſeon fundamentum mendacium, parens Cacodæmon.

Cùm itaque à Deo in locum ſpeculatoris conſtituti ſumus, quò nimirum populorum curam geramus; quomodo nobis non incumbebat, vt admodum alacriter ſacra Eccleſiaſticaque tuba arrepta his, qui pietatem ſeruare cupiunt, Diabolicas inſidias detegeremus: Quam enim pœnam Deus parauit intempeſtiuè tacentibus? Sanguinem, inquit, eius de manu tua requiram. At erat, religioſiſſime Rex, cor tuum tutum immotumque? Erat ſanè, & hoc ipſe profiteor; quippe cùm res ipſæ hoc clament, longusque temporum tractus, quo impigrè cum Maiorum veſtrorum pietate & gloria certaris, prolixè teſtatum id faciat: Imò verò, quia illis glorioſum eſt, quòd à veſtra ſerenitate ſuperantur, nihil verius dixerim, meliorem hac de re honeſtioremque vos calculum tuliſſe: Noui enim, quàm immota vobis inſit fides, quàm firma in Chriſtum dilectio. Aſt ſcripſi interim non omnino inutiliter: Conferent enim commentarij illi ad hoc, vt ipſi aliis, præſertim verò Eccleſiis maiorem in modum hoc tempore turbatis opem per illos feratis: Veſtri enim muneris eſt conſeruare, non perdere. Vt ergo tuba, quæ Barbarorum inſidias inſultusque denuntiat, robuſtiſſimum ac pugnaciſſimum quemque tantùm excitat, propriæque fortitudinis admouet; timidum verò imbecillemque, ne quaratione in hoſtium acies per impudentiam incidens, crudelitatis ipſorum præda fiat, cautum reddit: Ita quę ego de Chriſto eiuſdemque Oeconomia conſcripſi, veſtram quidem pietatem aduersùs Diaboli laqueos acuent incendentque; cæteros verò, qui leui mobilique mente, vel etiam rudes ſunt, in fide cautos ſtabileſque reddent: Quandoquidẽ Chriſti myſterium nõ ita facilè à vulgo capitur: Eſt enim doctrina illius admodum profunda etiam illis, qui mente alioqui plurimũ valẽt, diuinaſq; Scripturas exquiſitè verſant: Nam & hi quoq; veluti in ſpeculo atq; ænigmate illud cernunt.

Teodoſ. cũ Maioribus ſuis de pietate certat.

Conſtans Theodoſ. fides, firmaque dilectio.

Appoſita, & ad rem valde opportuna ſimilitudo.

Chriſti myſterium ne peritis quidem obuium, nedum rudibus.

Cùm autem, vt ſacratiſſimus Paulus dixit, colloquia praua bonos mores corrumpant; guttaque diſtillans, ſecundùm Sapientis dictum, ſaxa excauet; fieri nequit, ſi noxij illi ſermones in humanam mentem inſtar diſtillantis guttæ ſubinde incidant, vt graue aliquod damnum illi non adferant, vel omnino quoque eandem corrumpant. Inſtituta itaque vtiliter ac neceſſariò hæc à me eſt admonitio, cùm ad eum ipſum retundendum, qui præter omnem opinionem Chriſto bellum intulit, tum ad alios quoque confirmandos inſtruendoſque, qui myſterij huius cognitionem non admodum exactè tenebãt: Haud ſecus enim ſeductoris verbis, ac quadam tempeſtate iactabantur. Quòd autem neceſſariò ſcripſerim, ex ipſa rei natura euinci poteſt. Superioribus temporibus multiſque retro annis, res humanæ à Deo diſsidebant. (Errabat enim vniuerſa terra, ſicut beatus Dauid canit: *Omnes*, inquit, *declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*) *ſed viſitauit nos oriens ex alto*. Apparuit enim nobis vnigenitũ Dei Verbũ, nec non cum iis, qui in terris degunt, conuerſatum eſt: interualloque è medio ſublato, per ſeipſum Deo & Patri nos coniunxit; hoc eſt, à peccato, per quod ab illo ſeiungebamur, nos liberauit, fideque iuſtificauit: *Eſt enim pax noſtra*, ſecundùm Scripturas, *faciens vtraque vnum*.

1. Cor. 15. Noxij ſermones grauiter vulnerant mentem.

Opportunus Cyrilli ſermo ad Theodoſ. & tantum non neceſſarius.

Pſal. 9. Luc. 1.

Epheſ. 2.

Futurum itaque erat, vt fide violata, vinculum pacis noſtræ, quo Deo connectimur, diſrumperetur; iuſtitiaq; via mẽtibus noſtris erepta, tenebris obrueretur, ne quid dicã grauius: Iuſtificamur enim per ſanctũ Baptiſma, mortem Chriſti annuntiantes, ſimulque reſurrectionem eiuſdem confitentes. Veruntamen, Chriſtianiſsime Rex, hominis mortem annuntiamus non vulgaris, ſed Dei hominis facti, noſtrique cauſa mortem, ſecundùm carnem, vt ſcriptum eſt, perpeſſi; viuentis autem tanquam veri Dei, ſecundùm propriam naturam pati omnino neſcij. Cùm ergo Chriſtianorum ſpes, quod quidem ad ſeductoris ſtudium, imperitamque

Fide violata vinculum pacis noſtræ rumpatur neceſſum eſt.

Rom. 6.

Deus ſecundum propriam naturam pati neſcius.

Spes Chriſtianorum per Neſt. in periculum adducta.

ac futilem eiuſdem linguã attinebat, in apertum periculum adduceretur; neceſſitate quadam adacti non potuimus, Rex, veritatis armis probè inſtructi illos, qui rectè credunt, non defendere. Vt autem in hanc palæſtram deſcenderemus, acre ſanctorum Patrum ſtudium præcipuè nos incitauit: Etenim cùm hi Sacerdotium à Deo accepiſſent, intrepidè hæreticorum, qui ſua ætate Eccleſiam turbabãt, peruerſitati ſeſe obiectabãt, maximè verò impiorum Arianorum: Etiamſi, qui tũc humanarum rerum dominabantur, veritatem ignorarent, vel cum illis quoque ſentirent, dentibusq; aduerſum Eccleſiæ Doctores infremerent. Verum illi omni metu ſuperiores, rectã ſynceramq; fidei doctrinam liberè prædicabant: Norant enim, Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum dixiſſe: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt; ſed potius timete eum, qui animam & corpus poteſt perdere in Gehennam.*

Veteres Patres in propugnanda fide ſtrenui & impetiterriti.

Matt. 10.

Cùm illi igitur, tametſi infenſiſſimos eos haberent, qui vniuerſale per id tempus in omnes imperium obtinebant, quò Seruatoris noſtri omnium gloriam ab iniuria vindicarent, rupto ſilentio liberè diſſeruerint, quo modo neceſſe non erat, vt nos quoq; iuſtitiæ ſynceritatisq; illorum erga Chriſtum veſtigiis inſiſteremus? Quomodo veritas blaſphemi illius vocibus opponenda non erat? At verò licet veſtræ pietatis in fide ſtabilitatem certò noſſem, neque ignorarem quoq;, æquè illum vobis diſplicere, contra quem nobis certamen erat, ac mihi hærebam tamen non parũ; hinc quidem, ne diuinam offenſam incurrerem, ſi ſilerem; inde verò, ne quid præter decorũ agerem, ſi ſilentium rumperem? Tandem ad me ipſum ita aio: Heus tu, ſilentium excuſari nõ poteſt. Imò verò ſi ſilueris, & apud Deum, & apud homines grauem noxam incurres: Pius & Chriſti amans eſt, quem Deus regia gloria decorauit. Sed & ipſa quoq; ſereniſſimarum Auguſtarum dyas, quæ iiſdem illis honoribus potitur, æquè religioſè ac tu erga venerandũ illum admirationeq; dignum Virginis partũ affecta eſt. Tũ reliqui, qui & ordine, & dignitatum quoq; excellentia his proximè accedunt, rectaq; & inculpata fide ornati ſunt, nõ vulgari, propter ſpretã Saluatoris noſtri gloriam, & ipſi quoq; triſtitia afficiuntur. Quomodo ergo, quæ Deo grata fore intelligis, animoſè non adoriris? An non fatuus nauta ille cenſendus, qui ventum ex animi ſententia aſpirantem habens, vela facere nollet? Nonne iure meritoq; veluti ignauiſſimus damnaretur; qui in acie conſtitutus, fortiorumq; manu adiutus, victoria potiri poſſet, licet per ſe alioq; debilis ac meticuloſus foret, ſi clypeum haſtãque abiiceret? Talibus ego me ipſum cogitationibus exacuens, veſtræq; Maieſtatis pietate fretus, imperterritè in medium prodii, aliquod operæ pretiũ facturũ me ratus, ſi Chriſti indigna contumelia affecti cauſam ſuſciperẽ.

Cyrillo anxius hæret, loquine an tacere debeat.

Rex, Reginæ, proceres omnes piè erga Virginis partum affecti.

Ignauus qui haſtam abiicit, cum victoria potiri poſſit.

Verùm quò ad propoſiti huius vſū & neceſſitatem conſtet planiùs; ad ea, quæ hactenus dicta ſunt, & hoc quoque adiiciendum exiſtimo. Electus eſt Neſtorius, tãquàm Apoſtolicę Euangelicæq; doctrinæ præco egregius, promouendæq; pietatis artifex inſignis, nec non tãquam is, qui in recta inculpataq; fide præclarè eſſet fundatus. Et eiuſmodi hunc hominem eſſe cupiebat veſtra Maieſtas vniuerſiq; ſanctarum Eccleſiarum Prȩſides, & ego ipſe quoq;. Sanè cùm de illius ordinatione literas à piiſſimis Epiſcopis ad hoc deſtinatis accepiſſem, nihil mali ſuſpicatus; imò verò laudãs & gaudens, illiq; tanquam fratri & comminiſtro optima quæque per diuinam liberalitatem obtingere exoptans reſcripſi. Quæ poſtea verò conſequutæ ſunt tragœdiæ & accuſationes, eæ non noſtræ dilectioni, ſed illius improbitati imputandæ ſunt. Electus eſt vt ouis, ſed inuentus eſt lupus: Vt ſyncerus fideliſq; famulus, ſed dilexit oppoſitum: Vt vuarum ferax vinea, ſed iuxta Scripturas, ſpinas protulit: Vt induſtrios agricola, ſed inficiatus eſt agros: Vt bonus denique paſtor, ſed agreſtibus feris efferatior euaſit. Adde his cùm iam prauis, neſcio quomodo, opinionibus laborare cœpiſſet, admonitum eſſe ſæpenumero, idque à multis. Num igitur per eiuſmodi admonitiones melior euaſit? Num redargutus mentem mutauit? num conſilia retractauit? nũ boni aliquid animo concepit? num mendacium odio habuit? num veritatem dilexit? num inſcitiæ caliginem repudiauit? num lucem quæſiuit? nũ nugari aduerſus Deum deſiit? num, contradicentium multitudinem reueritus eſt? nunquid, cum multos ac penè innumeros offenſos animaduerteret, abſtinuit? nunquid tandẽ, cùm Eccleſiam fidelium cœtu vacuam deſtitutamque cerneret, indoluit? minimè gentiũ; vt ipſe rerũ euentus paulò pòſt clarè probauit.

Magna de Neſtorio initio fuit Epiſcopat' apud omnes expectatio.

Tragœdiæ & diſſidia inter Neſt. & Cyrillũ ex Neſtorii improbitate nata.

Neſtorius delirans & inſaniens nullis mouetur conſiliis, nullis admonitionibus.

Etenim cùm ſacra noſtra Synodus Epheſi iuxta Maieſtatis veſtræ decretum vndique conueniſſet, venit eò tum ipſe quoque: Cùmque ſuper præteritis lamentari plorareq; meritò debuiſſet, perinde ac ſi neminem per ea, quæ cùm in magna illa ciuitate etiãnum verſaretur, effutire auſus fuerat, offendiſſet, peiora adhuc adiecit, turpioraque contra Seruatoris noſtri gloriam euomere non dubitauit; parui omnino vel nihili potius blaſphemiæ crimẽ, quod ante id ipſum commiſerat, faciẽs: Quæ enim auſus eſt dicere, ſatius eſt tacere; idque cùm diſſereret cum Epiſcopis ſanctis, optimumque apud bonos omnes teſtimonium, & exiſtimationem habentibus. Erant & diuinarum quoque Scripturarum experti, apprimeque gnari. Qui proinde blaſphemiis illius contra Chriſtum plurimum offenſi, incontinentemque & futilem eiuſdem linguam oppidò deteſtati, manus contra illum lauerunt; & quæ ab illo audierant, ſanctæ Synodo non ſine lachrymis renunciarunt. Renunciarunt autem non latenter, aut occultè, ſed

Neſt. Epheſi adiicit peiora prioribus.

Neſto. cum Epiſcopis diſceptans virus ſuũ impudenter fundit.

ea fiducia, vt inter acta quoq; , quæ fidei gratia literis tradebantur, ea referri expeterent, paratoſque ad reuincendum illum ſuper his, quæ blaſphemè nefarieque contra Chriſtum

Cur Epiſcopi blaſphemias Neſtorij ad Synodū detulerunt.

loquutus fuerat, ſeſe offerrent. Fecerunt autē hoc, diuini illius iudicii ſeueritatem metuentes: Nec enim remiſſi zelatores erant, ſed diuino amore ardentes, ſynceramque dilectionē erga Chriſtum oſtendētes: Namque vt ij, qui ſacri veſtri Imperii ſceptris parent; ſiue illi generoſi Duces extiterint, ſiue in quacunque alia dignitate, vel præeminentia conſtituti fuerint, præclari percharique apud vos euadunt, ſi iuſta indignatione in illos ferantur, qui pe-

Imp. grati, qui illorū honorē & exiſtimationem vindicant.

tulantem infrenemque linguam in veſtram dominationem mouerunt; vel aliquid aliud abſurdum alioqui admiſerunt: Ita Domini quoque Sacerdotem omni laude apud Deū & homines dignum reddit, ſi neminem contra diuinam gloriam impune nugari patiat; ſed omnes omnino tales ſummorum hoſtiū loco habeat: Quin & beatus quoque Dauid magnæ gloriæ id ſibi ducens, ita alicubi concionatur: *Nonne qui oderunt te Domine oderā? & cōtra inimicos tuos tabeſcebam? perfecto odio oderam illos; inimici facti ſunt mihi.* Quòd ſi ij

Pſal. 138. Cōtra Dei hoſtes perpetuo digladiandum.

Chriſtum diligunt, qui illum blaſphemant, vtique à recta ratione aberrant, qui eos impugnant. Si verò Chriſtum oderunt, manifeſtū fit, nec vllo modo in dubium cadit, eos admodum ſuſpiciendos, Deoque egregiè charos eſſe, qui ſyncera cœleſtique doctrina illorum nugis repugnant.

Perutile & neceſſariū Regnis, vt è medio tollantur Hæretici & Schiſmatici.

Erat autem & alia quoque ratione veſtro imperio vtile & neceſſarium, vt à diuinis altaribus is pelleretur, qui illa profanarat. Si cauſam quæris, dicam paucis, ea ex diuinis literis in medium adferens, quæ rem ob oculos ponant. Iſraelitæ aliquando ea floccifacientes, quæ per ſanctiſſimū Moyſen ſancita fuerant, mandatumque, quod acceperant, aſpernātes, à Deo ad ſimulacra, militiamque cœli deſciuerunt, eaque, vt ſcriptum eſt, numinum loco

Iudæi, Deo vero deſerto, ſubinde in peius prolabebant.

coluerunt. Ad tantam autem miſeri illi improbitatem impietatemque deuenerant, vt diuinum quoque templum polluerent. Succēſuit ob iſthæc Deus, redegitque illos in inimicorum poteſtatem. Poſteaquàm autē Ezechias vir ſanctus & bonus adeptus eſt regnum; quæ conciderant, reſtituit, ſacroque templo repurgato, omnipotenti Deo, quæ conueniebant,

2. Reg. 29.

obtulit. Scriptum autem de illo ad hunc modum extat: *Igitur Ezechias regnare cœpit, cùm viginti quinque eſſet annorum; alloqutuſq; eſt Leuitas, dicens: Audite me Leuitæ, & ſanctificamini; mundate domū Domini Dei Patrum noſtrorū, & auferte omnem immunditiam de Sanctuario. Peccauerunt Patres noſtri, & fecerunt malum in conſpectu Domini Dei noſtri; derelinquentes eū.* Cùm autem hiſce, & alia quædam audiētibus ſalutaria adiecisset, ſubintulit iterum. *Et nunc filij mei nolite negligere; vos elegit Dominus, vt ſtetis coram eo, & miniſtretis illi, colatiſq; eum, & cremetis ei incenſum. Surrexerunt ergo Leuitæ, cōgregaueruntq; fratres ſuos, & ſanctificati ſunt; & ingreſſi ſunt iuxta mandatum Regis, & ex imperio Domini, vt expiarent domū Dei. Et ingreſſi ſunt Sacerdotes domum Domini, & in aulam domus Domini.* Subiungit deinde ſancta Scriptura: *Et ſexta decima die primi menſis, quod cœperant, compleuerunt. Ingreſſiq; ad Regem Ezechiam, dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domū Domini, & altare holocauſti.* Deinde ſubiungitur hic rurſum: *Conſurgenſq; diluculo Ezechias, adunauit omnes Principes ciuitatis, & aſcendit in domum Domini; obtuleruntq; ſimul tauros ſeptē pro peccato, pro regno, pro Sanctuario, & pro Hieruſalem.*

Intelligis hinc, Chriſtianiſſime Rex, optimum illum Ezechiam, cùm Deo ſacrificare

Ezechias ante templum repurgatum, non ſacrificat.

inſtitueret, non prius in templum Dei aſcendiſſe, & ea, quæ in votis habebat, perfeciſſe, q Sacerdotibus Dei domum Domini repurgare, omnemq; immunditiam inde eiicere præcepiſſet. Eo autem facto, adolebat ſplendidè, gaudebatq; ex animo, nec iniuria; vt qui tam acceptum Deo ſacrificium ob id ſe oblatum ſperaret, q templum ab immunditia liberaſſet. Eiuſmodi quippiam à veſtra quoque Ma-

Theodoſi in cultu Diuino munificentiſſimus.

ieſtate ad Chriſti gloriam factū eſt: Eſt enim vobis in more poſitum, vt in Eccleſijs ſacrificetis, largiſſimaque manu, quæ ſunt ad Dei gloriam, offeratis. Verùm neceſſarium erat, vt templum ab omni macula, omniq; inquinamento priùs repurgaretur & liberaretur, q gratum opportunumque ſacrificium à vobis

Omne inquinamentum excedit hæreſis & blaſphemia in Deū.

offerretur. Blaſphemia autem in Chriſtum, calumniandi ſtudio prolata, excedit omnem inquinationem. Sed, vt modò aiebam, præcepiſtis Sacerdotibus, vt repurgaret vobis templū, illudq; imperitam impiamq; linguam compeſcentes, ſanctificarent, quò vos hac ratione apud Deum, & Angelos, & homines illuſtriores ſitis.

Sācta itaq; & Oecumenica Synodus, Chrō omnium noſtrum Seruatori gratificari volēs, fideiq; quæ in ipſum eſt, patrocinari ſtudens, illud; quod ſcriptum eſt, tantùm non dicens:

3. Reg 19. Syno. Epheſ. tollendis ſcandalis incumbit.

Zelo zelata ſum pro Domino, ſedulò id operam dedit, vt omnis omnino ſcandali occaſio è medio faceſſeret. Verùm quos æquum erat, vel omnino quoq; oportebat cum his, qui laborabant, fortiter dimicare, prompteq; ac cupidè pugnare; & præmia ex conſequenti,

Quos par erat cum Synodo cōtra hoſtem pugnare, illi contra Synodum arma capiunt.

quæ propter ſtrenuitatem erga Chriſtum pſolui ſolent, perinde ac nos participare, omnemq; zelū vnà nobiſcum complecti, & pia quadam alacritate impleri: Hi duri & immiſericordes euaſerūt, nihilq; blaſphemā illā improbitatē ducere viſi ſunt. Dolēt ſanè & mœrēt nō parū & ipſi quoq; ; ad id nō tam pp Chriſti gloriam, q pp eum, qui impiè ſæpenumero contra Chriſtum nugatus fuerat. Quare &

Turpe & impium Orientaliū ſtudium.

eos quoq; impugnant ipſi, qui animosè pro Chrō dimicarāt; eorūmq; , qui, quæ Chriſti ſunt, ſapere volebant, per ea, quæ temere auſi

ſunt, apertos aduerſarios ſe declarant, illud tantùm non vociferantes: Cur petulantem in frenemq́ue linguam compeſcuiſtis? Cur lupū ouina pelle detracta, omnibus mortalibus notum reddidiſtis? Nam blaſphemum illum, & deprehenſum, & reprehenſum ægrè ferre, nihil aliud, vt opinor, eſt, quàm hoc ipſum, quod iam dicebam, proclamare. Etenim Antiochenæ Eccleſiæ Antiſtites à veſtra dominatione ad prædictū diem adeſſe iuſſus, in ſacra Synodo deſideratus: Studio enim in itinere hærebat, quò ea ratione & cunctatione illius improbitati gratificaretur, qui contra Chriſtum nugatus fuerat, vel ob id etiam, quod veriſimile ſit aut verum potiùs indubitatumq́; exiſtit, quòd eiuſdem cum illo ſententiæ eſſet. Nam cùm ſextus decimus dies iam ageretur, Primarij quidam ex ijs, qui cum illo agebant (erant enim Metropolitani) vix tandem venēre, illiusq́ue nomine ſanctæ Synodo denūciarunt, Ioan. Antiocheni aduentum ampliùs nō eſſe expectandum; ſed maturandum, vt decreta veſtra primo quoque tempore perficerentur.

Ioan. Antioch. de Neſtorianiſmo Cyrillo vehementer ſuſpectus.

Tunc demum itaque ſacra Synodus in ſancta Eccleſia, quæ appellatur Maria, congregata, Chriſtum aſſeſſorem, & veluti caput cōſtituentes: (Venerandum enim Euangelium in ſancto Throno collocatum, illud tantùm non ſanctorum Sacerdotum auribus inſonabat: Iuſtum iudicium iudicate; ſanctè inter ſanctos Euangeliſtas, & Neſtorij voces diſcernite) communi omnium ſententia illius quidem dogmata condemnauit; Euangelicæ verò Apoſtolicæq́ue traditionis puritatem ac venuſtatem approbauit; atque ita veritatis vis obtinuit: Omnes enim rectam ſyncēramq́ue fidem aſſeruerunt; quam & vos quoq; Chriſtianiſſime Rex, ex animo complectimini: Omnis nanque veſter conatus ad id tendit, quod Deo probatur, cumq́ue vera pietate cōiunctum eſt: Nunquam enim quicquam veritati præpoſuiſtis. Ioan. verò Antiochenæ Eccleſiæ Præſulatum ſortitus, negligēs quidem & ſegnis, & patiens eſt, vbi Chriſtus iniuria afficitur; acer verò & indomitus, vbi condemnatur is, qui maledicam linguam contra eundem Chriſtum ſtrinxerat. Etenim vbi primùm Epheſum venit, perinde ac ſi, quodcunque animo libuerit, priuata auctoritate facere ipſi licuerit, nullo prorſus accuſante, quaſi in vniuerſum Eccleſiaſticæ leges è medio ſint ſublatæ; neque Deus res humanas quicquam omnino curet; pluſque valeat ſtultitia, quàm prudentia; iræ indulgens veriùs, quàm ſobriæ rationi dominatum permittens, cùm vix curru deſiliiſſet, cubiculumq́; ingreſſus eſſet, adhuc puluerulentus, iis aſſumptis, qui eadem cum illo mente præditi erant, putidam, planeq́ue ſtultam ſententiam tulit. (Erāt autem factionis illius ſocij viri exules, Cœleſtiani, depoſiti, Neſtorianæq́ue dementiæ æmuli, nec non ex magna quadam ſtupiditate in blaſphemiæ contra Chriſtum crimine cum illo confœderati) vniuerſamq́ue Synodum inſigni cōtumelia afficere ſtuduit; vtpote excommunicationis nota ad vnum omnes aſpergēs, quotquot ex vniuerſo orbe Epheſum venerant; Viros vtique venerandos veſtræq́ue Maieſtati notiſſimos, & apud optimum quemque ſummo ſemper loco habitos. Mihi verò & Epheſiorum antiſtiti grauiorem contumeliam intulit: Ementitus eſt enim, quòd cum impio Apollinario ſentiamus, quòdq́ue impia & friuola Arij & Eunomij dogmata approbemus.

Euangeliū in mediū propoſitū Chriſtum repreſentat.

Theodoſ. Auguſtus pietatis & veritatis perquàm ſtudioſus.

Ioan. Ant. ſegnis vbi Chriſtus blaſphemiis impetitur, acer vbi hoſtis illius condemnatur.

Stultam inſanamq́; ſententiam in inſontes tulit Ioan. Antiochenus.

In omnes iniquus ſe Ioan. Antio. in Cyrillū verò & Mēnonem iniquiſſimus.

Fecit autem hoc indomitis iræ impulſibus contra me furens, totaſq́ue impio furori & arrogantiæ habenas permittens. Quam ſanè rem eò magis admiror, quò antè ſemper amicum ac beneuolū animum erga me oſtenderat: Nec enim vnquam ſermones meos reprehendit. Imò cum magna beneuolentiæ ſignificatione ad me ſcripſit, meaſq́ue viciſſim ſuſcepit. Sed & literis quoque, quas paulò antè ad me dederat, quàm ad Epheſinæ ciuitatis portas (vbi & dulcibus quoq; dilectionis affatibus me complexus eſt) ſe adiunxiſſet, hæc inter cætera inſeruit: Domino meo piiſſimo, ſanctiſſimoq́ue comminiſtro Cyrillo in Domino ſalutem. Non mediocriter me angit, poſteaquam ſanctitas veſtra Epheſum omnino aduenerat, paucos hoſce itineris dies mihi adhuc reliquos fuiſſe: Deſiderium enim tuæ ſanctitatis magis vrget, vt iter hoc celeriter abſoluam, quàm alia quæcunque neceſſitas. Et infra: Ora Domine, vt hoſce quinq; aut ſex dies nobis adhuc reſiduos citra moleſtiam tranſigamus; occurrenteſq́ue ſacrum illud, Diuinumq́ue caput tuum complectamur. Dominus meus Ioannes Damaſcenorum Epiſcopus, Paulus, & Macarius, piiſſimi Epiſcopi, ſanctitatem tuam ſalutant. Vniuerſam, quæ tecum eſt, fraternitatem; ego cæteriq́ue, qui mecum ſunt, ſalutamus. Vale, & pro nobis orare perge Domine, piiſſime & ſanctiſſime.

Ioan. Anti. ante Neſtorium exactū Cyrillo ſemper amicus.

Hęc epiſtola integra legitur Tomo primo cap. [illegible]

Iam quo modo, qui me comminiſtrum, & fratrem apellabat, ſtatim præter omnem expectationem factus eſt inimicus, nihil quicquam à me læſus? Veruntamen vt commiſſi in me delicti culpam repellat, dicere audio: Callidè ſcripſi, inimicitiam, quam ſuo tempore in lucem prolaturus eram, diſſimulans, tectamq́ue habens. Egregia verò reſponſio. Rurſum ſi hæreticus ſum, ſi impiæ Apollinarij, & Arij, & Eunomij improbitatis mihi conſcius ſum, quo ore me comminiſtrum ſuū vocat? Cur caput meum ſanctum & ſacrum appellat? An non omnibus perſpicuum eſt, qui cum Barbaris conſpirant, eos modis omnibus ſacerrimi veſtri Regni inimicos haberi? Sed inimicitiam occuluiſſe, ais, & dulcem ſermonem vſurpaſſe, cor autem amarulentia refertum habuiſſe. At quis eum laudare audeat, qui ad eum modum viuere conſueuit? Vult nos forſan in Græcorum ſapientes

Turpe Epiſcopo confingere beneuolētiā, quo potentius noceat.

Exoſi & execrabiles apud omnes, qui aliud in lingua promptum habent, aliud in pectore clauſum gerunt.

curioſè

curioſè inquirere? Sed illi oderunt eum, qui aliud in ore, aliud in corde gerit. Inquiramus diuinæ Scripturæ ſcopum. Certè Deum hic clarè, de his, qui eodẽ cum illo ſunt ingenio, dicentem audimus: *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt, in ore ſuo pacẽ cum amico loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Numquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus?* aut in Gẽtem eiuſmodi nõ vlciſcetur anima mea? Fraus enim & impoſtura & tecta amarulentia execrabiles ſunt coram Deo. Neque ferre eos poteſt, qui pacificè loquuntur, inimicè verò affecti ſunt. Quare & horum quoque vindicem ſe fore interminatur. Verùm temerarius ille conuiciator, callidusque calumniator, excuſationem in peccatis, vt ſcriptum eſt, quærens, comptumq; ſuo iudicio ſermonẽ inſtruens, dicet forſan: Et ego quoque pro Domino zelatus ſum; ſicut & ſancta Synodus; ſed quòd hæretici eſſetis, mea vos ſententia contriſtaui. At dum iſthæc dicit, ſimilem ſe illis oſtendit, quos Eſaias Propheta veluti in proſceniũ adducit, dicentes: *Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus.*

Hiere. 9.

Cuiuſmodi ſint, qui mendaciũ ſpem ſuam ponunt. Eſa. 28.

Et vt nemo fortè iſtuc dicat, res ipſa tamen clamat: Primum namque inſignem faſtum, intolerandamq; arrogantiam hoc ipſo declarauit, quòd omnes, quotquot per vniuerſum orbem degũt, ſanctos Sacerdotes indigna cõtumelia afficiens, eademque virga feriens, ſua ſententia à communione excluſos voluit: quo tamen conatu non tam illos læſit, quàm ſeipſum ab illorum communione ſeiunxit: Familiare eſt enim ſtolidioribus, dum quippiam adoriuntur, quod vel tentare nefas erat, vt ſibi magis incommodent, quàm alijs, quibus ea de re incommodaturos ſe arbitrabãtur. Ad hæc quam non abſurditatem & ἀταξίαν præ ſe fert, maiores ſe obiurgare? Sublimiorem ordinẽ ſortitis impudenter inſultare? Eccleſiaſticarum legum diſciplinam pacis conciliatricem deſerere? & ne eorum quidem, qui in ſeculo verſantur, prudentiam imitari? Enimuerò pia veſtra Maieſtas vnicuiq; dignitatis modum præfinit. Vnusquilibet autem ex ijs, qui aliquo honore potiti ſunt, ordinis locique ſui non ignarus, præſtantiori cedit; nec cum paribus contendit: Hic autem iſtuc vt rem parui momenti negligens, omnemque decori rationem contemnens, effreni quodã temerarioq; impetu in omnes fertur. Et cùm omnium cõmunione ſeſe priuauerit; credit tamen, res ſuas egregiè ſe promouiſſe.

Inſignis arrogantiæ fuit in totã Synodum excommunicationis ſentẽtiam ferre. Stulti, dum alijs officere volunt, ſibi plerũque magis officiunt.

Turpe Maioribus petulãter inſultare.

In politicis, neque inferior in ſuperiorẽ, neque par in parem inſurgit.

Verùm ſi me & Epheſiorum Epiſcopũ hæreſi infectos eſſe certò notat, cur, ante quàm ad Epheſiorum ciuitatem veniſſet, literis nos non accuſabat; eaque, de quibus nobis litem intendebat, plana non faciebat? Cur poſteaquàm Epheſum venerat, nos non conueniebat? Cur intrepidè crimina noſtra in mediũ proferens, nos non accuſabat? Cur Synodi cœtui ſeſe adiungens, nos ad Apologiam non prouocabat? prouocatosque vnà cum alijs; ſiquidem rectè ſapiebamus & loquebamur, à culpa non liberabat? vel certè ab Eccleſiaſticis dogmatis aliena ſentire deprehenſos, iuſtę cõdemnationi nõ ſubijciebat? Verùm quia animaduertebat, fruſtra ſe nos accuſaſſe, impiáque contra Orthodoxos calumniam ſe ſtruxiſſe, nihil horum fecit; ſed Neſtorij reuerentiæ, & amicitiæ cum noſtro damno gratificari volens, abſcondito nos læſit; & veluti in nocturna quadam pugna non viſus, iaculo nos petijt: Siquidem chartam quandam falſis accuſationibus plenam concinnauit, eamque ad pias veſtras aures deferre non dubitauit; parum id, quod Diuinis literis proditum eſt, animo pertractans; videlicet: Nullum mendacium coram Rege protuleris.

Ioan. Ant. inſidioſè contra Cyrillum, & Synodum egit.

Coram Regibus nequaquam mentiẽdũ.

Nos verò, vbi hoc reſciuiſſemus, libellum conſcripſimus; eundemque ſanctæ & Oecumenicę Synodo exhibuimus, cùm rectam illibatamque Eccleſiæ fidem profitentes; tũ eos quoque, qui Arij, Eunomij, & Apollinarij dogmata ſectantur, anathematizantes. Sumus autem illum hortati, vt iuxta Eccleſiaſticas leges in medium prodiret, ſuosque ſermones firmaturus, erroris nos conuinceret: Erant enim, opinor, q̃ egimus, legi cõſentanea. Ipſe autẽ eò inſolentiæ, imò verò eò timiditatis ac deſperationis proceſſit, vt neque ad nos venire, neque S. Synodũ intueri auſus fuerit; cùm tamen non expectare, vt vocaretur, ſed vltro occurrere, diſertè redarguere, damnationis reos pronuntiare, ac pro ſua tandem ſententia enixè certare debuerit. Verùm mala conſcientia impeditus adeò non occurrit, vt ſanctæ Synodi præſentiam metuens, ne ex ædibus quidem proſpicere animum induxerit. At quomodo veriſimile ſit, ſelectos Sacerdotes, memores Dei dicentis: *Iuſtum iudicium iudicate; nec perſonam in iudicio accipite:* Dei enim iudicium eſt; nos condemnationis ſententiæ ſubiecturos nõ fuiſſe, ſi hæreſi infectos deprehendiſſent? Erat enim omnino neceſſarium, vt actorum commentarij cõficerentur; qui & hæc ipſa, & cætera omnia vobis palàm facerent. Regionibus magnisque ciuitatibus dominationis veſtræ nutu vnus Iudex præficitur, qui veſtra fretus auctoritate, capitalium rerum iudicia exercet; vosq; tanquam legislatores reueritus, veſtrisque decretis nixus, iuſtè iuſtitiæ clauum moderatur. Cùm itaque hæc ita habeant, quomodo credibile ſit, illos, qui à Deo ad Sacerdotium vocati ſunt, totque numero exiſtunt, & propter vitæ ſplendorem exiſtimatione haud vulgari ſunt, nos magis reuerituros fuiſſe, quàm Diuinũ præceptũ?

Ioan. Ant. mala conſciẽtia impeditus Synodum intueri non audet.

Deut. 1. 16. Synodus Cyrillo nõ peperciſſet, ſi hęreſi infectus fuiſſet.

Non cõtingit, eundẽ eſſe bonũ, & magis interim vereri hominem, quàm Diuinum præceptũ.

Quòd autem illius animus ad faſtum, & arrogãtiam ſit planè infrenis, id ex alijs quoque perfacilè cognoſcere licet. Iam tertius agitur annus, ex quo nouorum dogmatũ inuentor Neſtorius blaſphemias ſuas publicè euomere cœpit. Poſtquàm is verò ſuis proprijs literis ſanctiſſimo Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo Cœleſtino animi ſui morbum patefeciſ-

Neſt. ſæpe ſuauiter admonit⁹, nec ideo tamen emendatus.

ſet,

ſet, non ſtatim duram ſeueramque ſentẽtiam in ſe excepit; ſed quò praua illa, qua laborabat, opinione reiecta, rectam fidem complecteretur, admonims eſt. Admonitus eſt autem non ſemel, ſed ſæpius amicè. Ioannes verò tanquam exactus, vt putat, Diuinorum dugmatum ſcrutator: (Nolo enim grauiùs aliquid in illum dicere,) quique propter Diuinarum legum cognitionem mirè ſibi blanditur; cùm nunquam eos, quos læſit, commonefeciſſet; nec verbum vllum cum illis cõmutaſſet; immò neque temeritatem ſuam publicè tueri auſus fuiſſet; impia tamen ſententia ſua contumeliam illis inferre ſtuduit; & fortè magnificè ea de re ſeſe iactat. Sed audiat beatum Dauidem dicentem: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, & ſicut nouacula acuta feciſti dolum. Dilexiſti malitiam, ſuper benignitatem, iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem. Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa. Propterea Deus te deſtruet in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.*

Cœleſt. Roman. Pōt. mitior in ſontuſ. Neſto. quàm Ioan. Ant. in inſontē Cyrillum.

Pſal. 51.

Intelligo autem, non deeſſe, qui illum à delicto in nos commiſſo abſoluere conentur: Aſſerunt enim, iuſtè ob id nobis ſuccenſere, quòd ipſo adhuc abſente cõtra blaſphemum Neſtorium Concilium coegerimus. Verùm hi longè rectiùs facerent, ſi illius potiùs ſtudioſam moram accuſarent, quàm nos, noſtrámve diligentiam. Vel ſi illis culpam hanc aſſignarer, qui aduentum illius anteuertentes, ſacræ Synodo denuntiarunt; ipſum expectandum non eſſe: Veriùs namque illius vocibus, quàm noſtrę priuatę voluntati inſidiusè obſecuti in eam ſententiam venimus. Quare non magis illos mendaces ſeductoresque odio proſequitur? at hos inter præcipuos amicos habet. Sed eſto forſan offenſus ſit, oportuíme ob id illum Diuinas leges aſpernari? Deique obliuiſci dicentis: *Inſontem ac iuſtum non occides?* Debebámne eos condemnare, qui de nullo crimine, aut turpitudine fuerant conuicti? Debebátne fratres impietatis gladio impetere? Eccleſiaſticas leges contemnere, calumniari, mẽtiri? idque pientiſſimis veſtris auribus? Debebátne rectam fidem flocciſacere, eoq; animo eſſe, vt culpæ expertem iudicet neminem? & interea illius cauſæ patrocinari, qui contra Chriſtum blaſphemias effudit; quærere mẽdacium ſtatuere? veritatem euertere? dabítne quiſquam, hæc eſſe ſanctæ mentis fructum? hæc eſſe Sacerdotalis conſilij inuenta? Atqui Deum dicentem audio: *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius.* Clarum eſt itaque per ea ipſa, quibus veſaniæ, qua contra nos vſus eſt, cauſas refellere ſe putat, impiè egiſſe apertiùs deprehendi.

Iniuſtè Io. Ant. fautores odiorũ cauſam in Cyrillum reijciunt.

Hinc liq̃t, Ioan. prodromos ſuorum Synodo feciſſe.

Exod. 23.

Ioſ. Antio. facta à Sacerdotis officio prorſus aliena.

Malach. 2.

Ego verò, Chriſti amans Rex, gaudebam quidem, cùm è patria diſcederem, Alexandriaque veſtra relicta Epheſum proficiſcerer, etiamſi magna vis venti velis ſeſe infunderet, inſtarque tonitrui nauem percelleret, ac fluctus in ſublime ſublatus circum gubernatorum capita æſtuaret. Cùm hæc, inquam, maris facies eſſet, in tantoque naufragij periculo verſarer, adhuc alacri erectoque animo eram; futurum ſperans, vt optatiſſimo Maieſtatis veſtræ aſpectu potiri quandoque daretur. Rurſum cùm illi ex Epheſina ciuitate ad illuſtrem illam vrbem deueherentur, qui ad hoc à ſancta Synodo delecti fuerant; vt ijs, quæ ab illa, & in illa acta fuerant, ſuffragarentur, maiorem in modum ex illorum numero eſſe cupiebam; primò quidem, quò Maieſtatem veſtram coràm viderem & audirem; deinde verò vt in veſtra præſentia contra Epiſcopum Antiochenum iure agerem, palamque oſtenderem, eum ob id ſycophantam egiſſe, in ſiqueque inſaniuiſſe, & quaſi impotentibus quibuſdã furijs actum eſſe; quòd Neſturianarũ blaſphemiarum capita anathematizaſſem: Nam ad meam fidem quod attinet, huic luculentum teſtimonium perhibet, non ſola Romana Eccleſia, verùm ſacra quoque Synodus, ex vniuerſo orbe, qui ſub cœlo eſt, propemodum coacta: Nam quòd nulla ex parte ab Euangelica, & Apoſtolica traditione aberrarim; immò verò, quòd rectam minimeque obliquam ſacrorum dogmatum ſemitam percurrerim, id, poſteaquàm epiſtolas, quas ad Neſtorium perſcripſeram, legiſſent, communi ſententia confeſſi ſunt omnes, maiorisque fidei cauſa in actorum commẽtarios ſcripto retulerunt.

Cyrillus cupidus vidēdi, & cõueniēdi Theodoſij.

Cur Ioan. Antio. Cyrillo infēſtus.

Cyrilli fides ab vniuerſali Synodo approbata.

Optabam autem non horum tantùm gratiam illic eſſe, ſed quò aliorum quoque delationes, quas falsò contra me meosque inſtituerunt, vanas mendacesque eſſe monſtrarẽ: Siquidem Neſtorianorum dogmatũ propugnatores, inuidiæ odijque arcum in me tendentes, intemperantiæque & inſaniæ ſuæ virus, varijs modis aduerſùm me euomentes, viros quoſdam, quorum, vt eſt apud Paulum, Deus venter, & gloria in confuſione eorũ eſt, mercede pararunt, vt per hos me accuſarent, meaque conſilia, & ſtudia apud Maieſtatem veſtram turbarent, & in odium raperent: Tentaueruntque hoc ipſum iam aliàs quoque, cùm nulla iniuria à me ſint affecti, nullamq; prorſus aduerſùm me cauſam habeant. Hi verò, qui inſidiatoribus meis nugaces linguas ſuas vendidarunt, fruſtra contra me nugati ſunt, nihil intentatum relinquẽtes: Qui enim huiuſmodi ſunt, nihil non audent: Conſuetam enim malitiam habent. Quare etiam pro nihilo ducunt; licet illatæ calumniæ res peragantur; ſæpiſſimeque contra illos quoque mentiri deprehendantur, quos antea nunquam viderant, neque vlla ex parte cognitos habebant: Norunt enim, eos eſſe tales, talemque vitæ conſuetudinem iniuiſſe, quotquot Alexandriam veſtram inhabitant. Nugati ſunt itaque, calumniandi materiam ijs, qui ſponte ad hoc ferebantur, prælibantes, mercedemque, tanquam quoddam largitio-

Philip. 3.

Cyrillo inſeſti Neſtoriani multo iam tempore.

Impudentes mendacium, & ſycophantia.

nis

niſ ſpecimen, quò id contra me facerent, ſtatuentes. Tuli autem iſta equidem admodum ægrè: Quomodo enim id ægrè non ferrem? Veruntamen recordatus ſum omnium noſtri Seruatoris dicentis: *Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſùm vos, mentientes propter me: Gaudete, & exultata, quia merces veſtra copioſa eſt in cælis:* Sic enim perſequuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.

Mercede comparantur, qui publice Cyrillo obloquantur.
Matth. 5.

Sanè quàm diu iniquitatis pater Satanas Eccleſijs, ijsque, qui rectam fidem habent, impune inſidias molitur; Apoſtolicæque, & Euangelicæ fidei traditionem per ſuos ſatellites, & adminiſtros inoffenſè adulterat, pacem agitat; verùm, vbi primùm illi, qui rectę fidei ſtudioſi ſunt, veritatē ipſi opponunt, illisque, qui rectam DOMINI viam peruertũt, Chriſtum (qui ipſa Veritas eſt) belli ſocium, & auxiliatorem nacti, viriliter obſiſtunt; tunc ſtatim omnis mendacij pater multos, qui mētiuntur, excitat: Statim agreſtis illa ſycophātarum multitudo aduerſus illos, qui piè viuere volunt, bellum ciet. Hanc moleſtiam ipſos quoque ſanctos Prophetas perpeſſos comperimus: Etenim prophetabat olim beatus Amos, Iſraelitasque (quòd dilectionem erga Deum pro nihilo habuiſſent, legesque ſibi datas neglexiſſent) vehementer reprehendit. Verùm in medium prodijt, & reſtitit illi Amaſias. (Erat hic autem Pſeudopropheta, & cultor Dæmoniorum,) detulitque ad Regem Iſraelis virum verè ſanctum ac Prophetam, ad hūc modum illum accuſans: *Rebellauit contra te Amos, non poterit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius:* Pari modo beatus quoque Hieremias Propheta peccantem populum Iſraelem vias ſuas corrigere iuſſit. Verum non defuerunt, qui illum calumniarentur: Incitauerunt enim contra illum Sedechiam, qui regni ſolium tum obtinebat. Erat profectò cauſa hæc grauis, & verè moleſta. Ad id interim, quod Deo placitum amicumque ſciebāt, pluris faciebant, quàm propriam vitam; atque ita in concepto virtutum ſtudio conſtanter perſiſtebant, ſcriptum eſſe recolentes: *Cor Regis in manu Dei eſt: Quocunque voluerit, inclinabit illud:* Reddebat is autem illos, qui Iudaicarum rerum potiebantur, nō infrequenter clementes, miſericordiæque ſtudioſos, vtcunque contra veritatis præcones vehementer incenſi exacerbatique eſſent.

Diabolus tacet, & diu impune graſſari ſinitur.
Pſeudopropheta Amaſias.
Amos 7.
Eſaias à Sedechia Rege, propter veritatem, malè exceptus.
Prouer. 21.

Sed mittamus, quæ illis acciderunt, tanquam omnibus nota; in mentem reuocemus celeberrimum beatiſſimumque Patrem noſtrum Athanaſium, qui olim Alexandriæ noſtræ Epiſcopus extitit: Impugnabat ille peruerſam Arij opinionem; nugacitatis verò illius aſſentatores pertinaci ſtudio illum calũniabantur, petulantemque & infrenem linguam aduerſùs illum exercebant. Neque mēdacijs contenti, brachium quoque cuiuſdam hominis abſciderant; abſciſſumque circumferentes, horrendum videntibus ſpectaculum exhibebant. Aiebant autem, Athanaſium illud abſcidiſſe; quendam verò Arſenium nomine incommodum illud accepiſſe. Obtinuit autem calumnia hæc multos ſeducens multo tempore, donec tandem Arſenius ille, qui hactenus latuerat, adhuc viuus compertus eſt; eaque ratione improbitatis conatus illorum detectus eſt. Erat ſanè Sycophantia iſta animis liberis, bonamque conſcientiam habentibus moleſta, planeque acerba: Angebaturque vehementer illorum animus, quibus iſta acciderant; maximè verò quòd temere ab ijs eiuſmodi moleſtias inſidiasque perferrent, qui nulla vnquam re læſi fuerant. Veruntamen quòd iſta ijs vſu olim ventura erant, qui veritatis patrocinium ſuſciperēt, Diuina Scriptura iam dudum antè pronuntiârat: Clamat enim: *Vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & DOMINVS pugnabit pro te:* Sed & ipſe quoque Dominus noſter Ieſus Chriſtus diſcipulos ſuos ad bonam quandam confidentiā excitans, ſuadensque, vt quoduis mendacium, omnemque perſecutionis moleſtiam animosè contemnerent, ita aiebat: *Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur. Si Patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius:* Solatur autem & quidem admodum ſalubriter, quod ſubiungitur: *Non eſt,* inquit, *diſcipulus ſupra magiſtrum, nec ſeruus ſupra Dominum ſuum:* Si enim Chriſto cōtradixerant, quæ noſtri habenda erit ratio? Et ſi contra quemuis Sanctum inſtructæ ſunt calumniæ, quomodo nos minimi illas effugiemus? Intemperans quidem eſt impiorum lingua; ſed prona ad ima fertur, maledicta, & odibilis eſt coram Deo. Pſallit igitur beatus Propheta Dauid: *Diſperdet Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam.*

Calumnia varię Athanaſio ab aduerſarijs impoſitæ.
Arſenius, cui Athanaſius brachium ad magiæ vſū abſcidiſſe ferebatur, viuum, & incolumē ſe ea habet.
Grauiùs moleſtant amicorum inſidiæ.
Eccl. 4.
Matth. 10.
Non mirū, ſi ibi membra perſecutionē patiātur, vbi caput ipſū ſuprema perpeſſum eſt.
Deo lingua doloſa exoſa eſt. Pſal. 11.

Expertus eſt mecum infrenatæ linguæ iacula dilectus ſolitarius Victor quoque: Sparſerant enim de illo quidam ex ijs, qui mendacijs aſſueuerunt, quòd cōtra me quoque quædam abſurda nugatus eſſet; tantumque valuerat hæc fama, vt illum, cùm Epheſum ad me veniſſet, nonnulli ex ſancta Synodo plurimū obiurgarint; immò verò, vt vniuerſi veluti vnum ex impiorum numero illū auerſati ſint: Etenim odio incitati publicè parricidam & fratricidam, alijsque eiuſmodi mali ominis nominibus appellabant. Cùm autem hoc intellexiſſet, multis admodum ſanctis Epiſcopis ipſum circumſtantibus, ſublatis in cęlum manibus, præter morem ſuū, per ſacroſanctum Baptiſma, & veneranda Chriſti myſteria, nullius horum ſcelerum ſibi conſcium eſſe iurabat: Et adhuc offenſorum animos ægrè hac ratione placare potuimus. Verùm enimuerò licet plurimi mendacijs dediti, necnō ab ijs, qui Neſtorij partibus ſtudent, ad hoc incitati in me irruerint, fruſtraque inſultarint; ſufficit tamen ad horum omnium impetus frangēdos vnica Seruatoris noſtri gratia, veſtræq;

Victor ſolitarius ſeditionis iniuſtè accuſatus.
Victor ſolitarius ab impoſito crimine iuramento ſe purgat.

pieta-

Cyrillus Impp. gratijs è perſecutorũ camino ereptus.

pietatis iuſtitia. Ex ardenti itaque camino ereptos, placidiſſimis veſtris nutibus ſeruaſtis, quò vnà cum alijs, qui per vniuerſam veſtrã Ægyptum ſparſi ſunt, ſanctis Epiſcopis, & Monachis continuè pro Imperij veſtri victoria, eiuſdemq́; ſtabilitate gratiarum actiones ſanctiſſimo CHRISTO offeramus, per quẽ, & cum quo Deo & Patri ſit gloria, cum ſancto Spiritu in ſecula. Amen.

Tomi quinti, caput IIII.

ARGVMENTVM.

IMPERATOR Theodoſius, cùm ex Cyrillianis literis, tum ex Legatorum quoque, quos ſacra Synodus Conſtantinopolim miſerat, relatione didicerat, Oecumenicum Concilium nihil non legitimè, Eccleſiaſticisque ſanctionibus cõuenienter inſtituiſſe & decreuiſſe; adeoque, quæ Orientales partim per literas, partim per internuntios Imperatoriæ Maieſtati de Concilij actis ſuggeſſerant, vel omnino, vel maiorem certè in partem falſa eſſe. Omnia proinde & ſingula, quæ à Concilio definita fuerant, firma rataque eſſe volens, & pacem nihilominùs Eccleſijs integrè reſtitutam cupiens, per Tribunum & Notarium ſuum Ariſtolaum mittit has ad Ioannem Antiochenũ præcipuum ſchiſmatis auctorem, ſeuerè illi mandãs, vt poſitis prauis animi affectibus, primo quoque tẽpore cum Cyrillo, quem præ cæteris acriori odio inſectabatur, in gratiam redeat, eiusque rei cauſa Nicomediam ſe conferat; tum vt Neſtorij exauctorationi ſubſcribat, blaſphemaque illius dogmata anathematizet: Poſtremò ne vllas hic dilationes, aut excuſationes quærat; alioqui fore, vt Imperatoriam ſeueritatem propediem magno ſuo malo experiatur. Nihilominùs ne totam diſſidij cauſam & culpam in vnũ Ioannem reieciſſe videatur, atque ideo grauem animi moleſtiam illi adferat, monet, ſimiles literas ad Cyrillum quoque perſcriptas eſſe.

SACRA IMPERATORIA per Ariſtolaum, Tribunum & Notarium, ad Ioannem Antiochenum Epiſcopum de Eccleſiarum pace, & vnione conſtituenda, miſſa.

Sacerdotũ munus pacificare alios.

ANIMI noſtri ſcopus, collapſæ pacis redintegratio eſt; quam vos, iuxta vitæ veſtræ inſtitutum, profitemini, cæterosq́ue omnes; vtpotè charitatis cauſa ad Sacerdotium aſciti, docere nunquam deſinitis. Quia ergo hãc, vnde minimè decebat, turbari contigit, operæpretiũ viſum eſt ad id vos vrgere, ad quod alios vniuerſos, ſi quidem admonerẽtur, alacriter venturos nihil dubitamus. Res etenim deteſtanda, planeque inexpectata noſtris hiſce temporibus accidit; nempe Sacerdotum veram religionem profitentium diſcordia: & ea quidem tanta, vt omnem narrationis modum excedat. Enimuerò cùm ſpes erat fore, vt omnis omnino contentio, vel ad minimam ſuſpicionem vſque è medio faceſſeret, perfectæque vnionis fructus exurgeret, tum demũ grauia illa diſſidiorum tumultuationumq́ue incẽdia exarſerunt: Vehemens proinde ægritudinis, iuſtique doloris occaſio ea ex re no-

Res deteſtanda Sacerdotum inter ſe diſcordia.

bis offertur: Cernimus enim Eccleſiaſticæ pacis Doctores, ipſosq́ue concordiæ fontes eò diſcordiarum prolapſos, vt talibus indigeant, qui ſuo hortatu ad id eos impellant, quod pro officij ſui ratione vltro præſtare obligantur.

Concordiæ fontes Sacerdotes.

Quapropter huius tanti mali exitum inde inuenire ſperantes, vnde originem traxit; enixeque ac diligenter, vt primo quoque tempore hoc conficiatur, curantes; ne hoc contentionis vitium latiùs ſerpat, ſanctiſſimo celebris ciuitatis huius Epiſcopo Maximiano, cæterisq́; omnibus, qui in ea comperti ſunt ſanctiſs. Epiſcopis, & vniuerſo denique illorum Clero ad nos aſcitis, ſedula conſultatione inquiſiuimus, ecquibusnam rationibus Orthodoxæ fidei membra, quæ dudũ antè bene vnita, infelicis caſus interuentu, miſerè iam nunc diuulſa cernuntur, denuo cõglutinari; vosq́ue, hoc eſt, tu & Cyrillus religioſiſſimus Alexandriæ Epiſcopus, inter vos coeuntes, omni ſimultate moleſtaque contentione, quæ inter vos exarſit, depoſita, ad priſtinam rurſum cõcordiam adduci poſſetis. Prædicti autem piiſſimi Epiſcopi reſponderunt, ſi Neſtorij depoſitioni ſubſcriberes; illiusque doctrinam anathematizares; fore vt omnis altercationis materia mox è medio faceſſeret; Cyrillusq́; ſanctiſſimus Alexandriæ Epiſcopus cum ſuis, tũ Cœleſtinus quoque nobiliſſimæ ciuitatis Romanæ Epiſcopus; tum reliqui tãdem omnes, quotquot vbique ſunt Orthodoxæ fidei Sacerdotes, cum tua pietate ad communionem redirent. Cætera verò, ſi quæ fortè eſſent, quę emendationem deſiderarent, ea à vobis ipſis priuatim, vel in commune conſultantibus, facili negotio rectè expediri poſſe.

Theodoſ. Aug. pacis cõcordięq́; apprimè ſtudioſus.

Theodoſ. Aug in cõponẽdis rebus Eccleſiaſticis, nõ ſua auctoritate, ſed Epiſcoporum prudẽtia, & opera nititur. Ergo de Neſtoriano iſto inſpectes erat Ioannes.

Cùm itaque vnum hoc noſtrum eſſe ſtudiũ & conſilium nõ ignorẽs, quò pax certa & firma, omni prorſus contentione & æmulatione, quæ accidit, ſedata ſublataque, ſanctiſſimis orbis Eccleſijs, quę Orthodoxam fidem profitentur; cæteriſque omnibus ſubditis noſtris integrè cum Dei auxilio reſtituatur; omnibus poſthabitis, ad Nicomediæ ciuitatem ſumma cum celeritate venire matures: Nec vllum omnino Epiſcoporum tecũ adducas, ſed pauculos tantùm Clericos, qui ſanctitudini tuæ famulentur. Cæteris, inquam, omnibus ſepoſitis, feſtina huc citra vllam dilationem accedere; certò tibi perſuaſum habens, Cyrillo ſanctiſſimo Epiſcopo per Maieſtatis noſtræ literas mandatum eſſe, vt ipſe quoque eadem animi promptitudine ad eundem locum accurrat: Additumq́ue, nullum priùs ad nos aditum habiturum, quàm inter vos conueneritis; omnemq́ue mutuam inimicitiam penitùs exueritis, & per propriam concordiam, communeq́ue omnium votum ſtabilem inter vos pacem conſtitueritis. Atque hoc ipſum & tuæ quoque reuerentiæ denuntiatum volo: Etenim cùm viri ſitis adeò celebres, minimè decet vos, aut bona pacis, vel mala diſcordiæ ignorare. Interea verò (antè enim ad noſtram

Ioan. Anti. cõponẽdæ concordiæ cauſa euocatur Nicomediam.

Eadẽ etiã Cyrillus euocatur.

Imp. Theodoſ. cùm rationibus, tum grauibus quoq; comminationib⁹ Cyrillum, & Ioannẽ ad cõcordiam reducere ſtudet.

præſen-

præſentiam non admittemini, quàm ea omnia correcta emendataque fuerint, quæ tanta nos ægritudine affecerunt, quãtam verbis exprimere vix poſſumus) dum ſtudioſa pacis, concordiæque, & mutuæ inter vos amicitiæ conuentio interceſſerit, & per illa iter ad nos vobis patefactũ fuerit, nulla prorſus quorumcunque Epiſcoporũ, aut ordinatio, aut exauctoratio tentabitur; ſed ſi quid interim eiuſmodi vſus poſtulauerit, hoc totum tranquillæ pacificæque Eccleſiæ Catholicæ conſtitutioni reſeruetur; præſertim cùm religioſiſſimi Clerici ad Diuina miniſteria tantiſper ſufficere queant, donec perfecta aliqua vnio cõſequat.

Suſpenduntur Cyril. & Ioan. ab ordinandi officio, dũ in mutuã gratiam redierint.

Hæc hactenus à me ſint dicta; nec dubitamus, ſi ſynceram immotamque, ac Eccleſiaſtico ſtatu dignam animi noſtri ſententiam diligenter pieque expẽderis, quin totis animi viribus, totaque mẽtis virtute ad hoc incubiturus ſis, vt ea omnia, quæ à noſtra pietate Orthodoxæ fidei, ſanctarumque Eccleſiarum vniendarum cauſa, ſancita & ordinata ſunt, tempeſtiuè conficiantur: Sed neque vllũ quoque, eius rei gratia, aut laborem, aut difficultatem, aut ignominiam, aut iniuriarum condonationem recuſaturus. Quòd ſi verò (quod non credimus) noſtræ huic ſententiæ, iuſtoq; animi noſtri propoſito, priuato iudicio, humanæque alicuius perturbationis impulſu, aliquatenus obniti inſtitueris, noſtraque decreta flocciſeceris, non dubitet ſanctitas tua, ſe obedientiæ & promptitudinis, quæ ſanctæ Dei Eccleſiæ concorditer conſtituendæ iure debetur, neglectæ, meritas pœnas daturum eſſe.

Iuſta, et grauis Theod. Aug. cõminatio.

Tomi quinti, caput IIII.

LIBELLVS, QVEM PAVLVS Epiſcopus Emiſenus, Ioannis Antiocheni nomine Cyrillo ſanctiſſimo Alexandriæ Epiſcopo obtulit.

ARGVMENTVM.

ACCEPTIS his literis, Ioannes Antioch conſternatus eſt non parum. Hinc proinde ſuæ cauſæ diffidens, inde verò Imperatoris ſeueritatem metuens, rem totam confert cum ſuis Coepiſcopis. Hi Imp. petitionem iuſtam quidem iudicãt, modum autem conciliandæ pacis ab illo præſcriptum difficilẽ, reique citò & feliciter conficiendæ parum idoneum cenſent. Miſſo itaque colloquio, quod iuxta Impp. ſanctionum Nicomediæ inter Cyrillum, & Ioannem ſolos iniri debeat, cõmuni omnium nomine Paulum Emiſæ Epiſcopum Alexandriam ad Cyrillum amandant. Hic autem, vbi totius controuerſiæ ſtatum cum Cyrillo diligenter contuliſſet examinaſſetque, & nil non à Concilio Canonicè actum eſſe deprehendiſſet, Ioannis reliquorumque omnium Oriẽtalium nomine Neſtorij depoſitionem approbat, eiuſdemque doctrinam anathematizat; Maximiani, qui in Neſtorij locum Epiſcopus ſuffectus fuerat, creationem confirmat; cum Cyrillo communionem redintegrat; cæteris denique omnibus controuerſijs ſedatis, priſtinam Eccleſiarum pacem, & tranquillitatem inſtaurat.

DOMINO MEO PER OMNIA ſanctiſſimo, ſacratiſſimo Archiepiſcopo Cyrillo, Paulus Epiſcopus in Domino ſalutem.

RELIGIOSISSIMI inuictiſſimiq; Imp. noſtri, curam illam ſolicitudinemque, quam iam inde ab initio circa ſubditos, maximè verò circa ſanctas Dei Eccleſias habuerunt, declarantes; fidemque, quam à Maioribus ſuſceperunt, piam, rectam, minimeque adulteratam etiamnum ſeſe obtinere demonſtrãtes: Per virum apprimè ſpectabilem Ariſtolaum Tribunum ac Notarium, cùm ad tuã ſanctitatẽ, tũ ad ſanctiſſimos quoque ſacratiſſimosq; Epiſcopos Ioannem, & Acacium Beroenſium Antiſtitem literas miſerunt; quibus ſeuerè præcipiunt, vt vel corpore, vel animi ſentẽtia inter nos coeuntes; controuerſias illas, quæ inter pientiſſimos Epiſcopos, qui in Epheſina ciuitate nuper conuenerunt, & nos emerſiſſe videntur, quàm primũ diluamus, acceptamq; DEO pacem ſanctis Dei Eccleſijs cõciliemus; turbas adhæc in ſanctas Dei Eccleſias deſæuientes conſopiamus; depoſitioni poſtremò Neſtorij ſubſcribamus; peruerſamque illius doctrinam anathematizemus. Cùm itaque Ioannes & Acacius Epiſcopi ſanctiſſimi pias haſce vereque Chriſtianas literas accepiſſent, perpendentes non paruæ difficultatis fore, ſi cotàm conueniendum eſſet, ac multum præterea temporis inſumptum iri, ſi controuerſia hæc vltro citroq; agitata coràm diſcuteretur, ad veſtram me ſanctimoniam miſerunt, quò ſimul diſpiciamus ac pertractemus, quanam ratione & via pax firma conſtitui, præſentiq; negotio cõueniẽs vtiliſq; finis poſſit imponi.

Imp. ſacra, & ſecularia ex æquo curant.

Lſæ Aug. per Ariſtolaum ad Ioan. Ant. miſſæ.

Sũma eorum, quæ mandarat Imp. factionis partibus, maximè verò Orientalibus.

Imp. literę verè piæ.

Proinde cùm huc veniſſem, ſermonemque cum tua ſanctitate vltro citroque contuliſsẽ, comperi eandem beneuolè pacificeque affectam; &, vt Põtificem decebat, in eorum, quæ in quæſtionem venerant, ſolutionem ſedulò intentam: Quin & tua quoque ſanctitas ſcriptum quoddã, quod immaculatam, & rectã, & talem, vt paucis dicam, fidem complectebatur, qualem à Maioribus noſtris prædicatã accepimus, nobis obtulit. Quod ſanè operæpretium, laboreque ac ſtudio dignum erat. At verò quia ea quoque, quę circa Neſtorium tractata decretaq; fuerant, iuxta ſanctionem nuper nobis exhibitam, firmari debebant; equidem præſens apud ſanctitatẽ tuam præſentem haſce literas confeci, quibus omnium nomine palàm profiteor, nos Maximiani ſanctiſſimi Epiſcopi ordinationẽ ſuſcipere; Neſtoriumque, qui ante illũ maximæ vrbis Cõſtantinopolitanæ Epiſcopus extiterat, pro depoſito habere: Adhæc omnia illa, quę in illius doctrina impiè deprædicata extant, anathematizare: Puram denique & ſyncerã veſtram communionem complecti. Id tamen, iuxta expoſitionem, de Verbi incarnatione à nobis editam, tuæque ſanctitati traditam, quam tu

Cyrill. ad cõcordiam & pacẽ propenſus.

Cyrilli ſcriptum Paulo exhibitũ Orthodoxum.

Paulus Emiſen. omniũ Orientalium nomine recipit Maximiani electionẽ, Neſtorij exauctorationem, &c.

ipſe

ipſe quoque collandaſti, perindeque ac propriam fidem ſuſcepiſti. Cuius quoque exemplum hiſce inſertum eſt literis. Atque ita tandem ſyncera hac communione ijs omnibus, quæ vtrinque, non abſque aliqua tumultuatione, hactenus acciderunt, finem modumq́; imponimus, & per Dei gratiam, ad priſtinam Eccleſiarum pacem & tranquillitatem reuertimur.

Orientaliũ cõfeſſio, vt Orthodoxa à Cyrillo recepta.

Tomi quinti, caput V.

IOANNIS ANTIOCHENI ad Cyrillum epiſtola.

ARGVMENTVM.

CAPITIS huius argumentum non eſt diſſimile præcedentis libelli periochæ: Narrat enim cum Impp. turbas, quæ propter controuerſias Epheſi coortas, Eccleſias agitabant, è medio ſublatas, penitusque conſopitas vellent, Ariſtolaum vna cum literis ad ſe miſiſſe. Se verò cum ſuis, quòd Auguſtorum ſtudium pium ac iuſtum eſſe cenſuiſſent, Paulũ Emiſenum, vt rem omnem cum ſua ſanctitate tranſigeret, Alexandriam tranſiſſe. Subiungit deinde confeſsionem, quam communi cõſenſu de Chriſto Seruatore, eiuſdemque Oeconomia ediderãt. Monet poſtremò, ſe quidem Neſtorium, eiuſdemque doctrinam anathematizare, Maximiani verò electionem approbare, ac cũ omnibus Chriſtiani orbis Epiſcopis in gratiam & communionem redire.

SANCTISSIMO DEOQVE DIlectiſſimo Archiepiſcopo Cyrillo, Ioannes in Domino ſalutem.

RELIGIOSISSIMORVM Impp. noſtrorum edicto, Deo dilectiſſimorum Epiſcoporum Synodus ad Epheſiorũ Metropolim, cùm Eccleſiaſticarum rerum & controuerſiarum, tum rectæ quoque fidei cauſa dudũ conuenire iuſſa eſt. Cùm autem ad prædictam ciuitatem perueniſſemus, ac citra mutuum colloquium inde rurſum abijſſemus, (nullũ autem eſt operæpretium pacis tempore, neglecti colloquij cauſas inquirere,) accidit, vt Eccleſiæ in graues diſcordias inciderent. Quando omnes ergo id maximè curare oportet, vt omni animorum diſſenſione, contentioneq́; è medio ſublata, Chriſti Eccleſiæ denuo conſocientur; ipſiq́ue religioſiſſimi, ac Chriſti amantiſs. Reges hoc ipſum, vt fiat, ſeriò mandent, eiusq́ue rei gratia Dominum meũ præclariſſimum, apprimeque cõſpicuum Tribunum Ariſtolaum huc amandarint; ac graues præterea vnà cum illo literas miſerint, quæ quàprimùm nos conuenire iubent, quò ſcandala omnia è medio tollantur, omniſq́; perturbatio, & offenſio conſopiatur: Nos pijs illius literis morem gerere volentes, rectà mox Dominum noſtrum, Deo per omnia dilectiſſimum, ac ſanctiſſimum Epiſcopum Paulum, ad ſanctitatem tuam mittendum duximus. Quod Conſilium ſanctiſſimo pijſſimoq́; patri noſtro Acacio, cæteriſq́ue, qui nobiſcum erant, Deo dilectiſſimis Epiſcopis probatum fuit. Fecimus hoc autem maioris ſecuritatis, compendijq́ue cauſa, eò nimirum, quòd alia cõmodiori ratione, quæ à religioſiſſimis Imp. noſtris ſancita ſunt, perficere nobis in vnum conuenientibus, integrum non fuerit. Mandauimus autem illi, vt perſonam noſtram ſuſtinens pro nobis ea tractet, vnaque vobiſcum conſtituat, quæ ad pacem faciunt; id quod huius legationis præcipuũ caput eſt; ſimulq́; pietati tuę exhibeat expoſitionem de Domini noſtri Ieſu Chriſti incarnatione concorditer à nobis editam. Quam proinde pietati tuæ per prædictum pijſſimum virum miſimus.

Cyrillus, & Ioan. abſq; mutuo colloquio Epheſo diſcedunt.

Omniũ eſt communi Eccleſiæ paci ſtudere.

Cur Paul9 Emiſenus communi nomine miſſus ſit ad Alexandriam.

De Virgine itaque Deipara quomodo ſentiamus & loquamur; deq́; vnigeniti Filij Dei incarnatione, dicemus breuiter; nõ vt ijs aliquid addamus, quæ ab initio ex Diuinis literis, ſanctorumq́; Patrũ traditione hauſimus; ſed vt fidei noſtræ rationem reddamus. Dicemus autẽ nihil omnino, vt modò aiebamus, fidei in Nicęa à ſanctis Patribus expoſitę adijcientes: (Illa namque, vt alibi à nobis indicatum eſt, ad omnem pietatis cognitionem, omniſq́ue hæreticæ prauitatis depulſioné abunde ſat eſt.) Sed nec illa quoque, quæ captum noſtrum excedunt, temere hic ingeremus; vt qui propriæ infirmitatis confeſſione alios, qui in ea incumbunt, quæ humanæ mentis ſenſũ excedunt, auerſemur, noſtroq́ue conſortio indignos cenſeamus. Habet verò noſtra expoſitio in hunc modum.

Orientales nõ moliuntur nouum Symbolũ, ſed publicũ tantum fidei ſuæ teſtimoniũ ꝓferre ſatagunt.

Nicæna fides ad retũdendã omnem hæreſin ſat eſt.

Confeſſio Orientalium.

CONFITEMVR Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum Dei Filium eſſe, Deum perfectum, & hominem perfectum, ex anima rationis compote & corpore conſtitutum. Ante ſecula quidem ex Patre ſecundùm Diuinitatem genitum: Poſtremis verò tẽporibus eundem ipſum propter nos, & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine ſecũdùm humanitatem natum: Eundem Patri conſubſtantialem ſecundùm Diuinitatem; nobis itẽ coeſſentialem ſecundùm humanitaté: Siquidem naturarum facta eſt vnio. Quo fit, vt vnũ Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum confiteamur: Et ſecundùm hunc inconfuſæ vnitatis intellectum ſanctã Virginem Deiparam eſſe profitemur: Propterea quòd Deus Verbum ex ipſa conceptum, & incarnatum, & homo factum eſt, Templumq́; ex illa ſumptum ſibi vniuerit.

Catholica, & erudita Orientaliũ confeſſio.

Sancta Maria Deipara.

Ad Euangelicas porrò Apoſtolicaſque de Domino voces quod attinet, ſcimus, graues Theologos alias quidem tanquam ad vnam perſonam pertinentes, promiſcuè accipere; alias verò propter naturarum diuerſitatem diuiſim vſurpare: Et alias quidẽ, vtpotè illas, quæ in Diuinitaté conueniunt, ad Chriſti Diuinitaté; alias verò nẽpe humiles, ad eiuſdem huma-

Non eodẽ modo accipiuntur ab omnibus, q̃ de Chriſto paſſim in Scripturis prædicantũ.

humanitatem referre ſolere. Hoc iacto funda mento placuit nobis, quò omnis tollatur contētio, vniuerſaliſq; Sanctis Dei Eccleſijs per orbem ſparſis, pax reddatur, nec non ſcandala omnia, quæ exorta videntur, è medio auferātur, Neſtorium quondam Cōſtantinopolitanum Epiſcopum pro depoſito habere: Tum prauas illius profanaſque vocum nouitates anathematizare; propterea q̃ Eccleſiæ Dei, quæ apud nos ſunt, rectam ſanamq́ue fidem obtineant, illamq́ue cuſtodiant ac populis (quemadmodum & veſtra quoque ſanctitas facit) fideliter tradant. Conſentimus nihilominus & in ordinationem quoque ſanctiſſimi piiſſimiq́ue Maximiani ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopi; & communicamus tandem vniuerſis orbis terræ religioſiſſimis Epiſcopis, rectam inculpatamq; fidē habentibus & retinentibus. Vale, Domine, piiſſime, fraterq́ue ſynceriſſimè mihi dilecte, ac pro nobis orare perga.

Ioan. Antioch. omni Schiſmatis ſenſu reiecto, Neſtorioq; condemnato redit ad vnionem Eccleſiæ.

Tomi quinti caput VI.

CYRILLI AD IOANNEM Antiochenum epiſtola.

ARGVMENTVM.

CYRILLVS HAC epiſtola (qua ad Ioannis reſpondet) magno gaudio ſe affectum ſignificat quòd Chriſti auxilio Imperatorumque ſtudio, nec non & Pauli Emiſeni quoque opera, pax tandem trāquillitasq; Eccleſiæ ſit reddita. Approbat Orientalium cōfeſſionē, quam etiā ad verbū epiſtolæ huic inſerit. Impugnat illorum vanitatem, qui falsò ipſi impoſuerant, quaſi alicubi docuiſſet, Verbum nō è ſacra Virgine ſumpſiſſe carnem, ſed è cœlo illam attuliſſe: Tū illorum quoque improbitatem, qui Eutychianiſmū naturarumue confuſionem illi aſſinxerant: Exponit, quomodo Chriſtus è cœlo deſcendiſſe dicatur. Recipit Symbolum Nicenum integrè, nec verbum vnum illi addi, vel adimi patitur. Conqueritur, ſcripta ſua falſa interpretatione deprauari. Mittit vnà cum his Epiſtolam Athanaſij ad Epictetum: Quæ enim vulgò circumferebatur, ea ab hæreticis adulterata fuerat.

Domino meo, dilecto fratri & Comminiſtro Ioanni, Cyrillus in Domino ſalutem.

LAETENTVR cœli & exultet terra: Solutum eſt enim interuallum maceriæ, quod mœrorem adferebat, conquieuit, & omne tandem diſſidiorum genus ſublatum eſt, omnium quidem noſtrum Saluatore Chriſto pacē Eccleſijs ſuis conciliante, religioſiſſimis autem, Deoque dilectiſſimis Imperatoribus, nos ad iſtuc prouocantibus. Qui cùm auitæ religionis optimi æmulatores exiſtant, operā, vt fidē rectam animis ſuis infixam, firmam, immotamq́ue cuſtodiant. Quin & ſingularem quoque ſanctis Eccleſijs curam impendunt, quò hinc nimirum, & gloriam obtineant perpetuam, & regnum ſuum florentiſſimum conſtituant: Quibus & ipſe quoque ſupernarum virtutum Dominus larga manu ſua dona impertit, efficitq;, vt aduerſarijs debellatis victoriæ potiantur. Non enim mentitur, dicens: *Viuo ego, dicit Dominus, quia glorificantes me, glorificabo.*

Secundum Deum, pacis concordiæq; auctor Theodo. Auguſt.

Deus Theod. Aug. propter pietatem propitius.

Cùm itaq; Dominus meus piiſſimus Paulus comminiſter noſter Alexandriam veniſſet, magna animi effectus ſum voluptate; nec immeritò; vtpote tali viro ſequeſtrum agente, maioriq́ue conatu, quàm vires ferebant, ad colloquium noſtrum anhelante, quò nimirum Diaboli inuidiam ſuperet, membraq́ue diuiſa coniungat, ac noſtras veſtraſq́ue Eccleſias, quæ interuenerāt offenſionibus ſublatis, concordia & pace condecoret. Quibus autem de cauſis illæ diſſidere cœperint, id hic commemorare cēſeo ſuperuacaneum. Opportunius autem fuerit, ſi ea ſentiamus, deque ijs loquamur, quæ pacis tempore cōueniunt. Oblectatus ſum itaque memorati viri conſuetudine non parum: Qui ſanè certamina minimè parua ſe obiturum ſuſpicabatur, quò nobis perſuaderet, opus eſſe, vt in concordiam & pacem Eccleſiæ redigerentur, modusq́ue poneretur aliter ſentientium irriſioni, ac Diabolicæ improbitatis acies retunderetur. Verùm ita nos ad eam rem paratos comperit, vt nullum penitùs laborem ſuſtinuerit. Memores enim eramus Seruatoris noſtri dicentis: *Pacem meam do vobis; pacem meam relinquo vobis.* Quin edocti quoque ſumus, vt in quotidianis precationibus dicamus: Domine Deus noſter, pacem da nobis, & omnia dediſti. Siquidem qui de pacis, quæ à Deo ſuppeditatur, particeps eſt, nullius boni indiget.

Gratus accidit Pauli aduentus Cyrillo.

Tempore pacis, diſſidiorum cauſæ non memorandæ.

Catholicorum diſcordia fidei hoſtibus irriſioni.

Ioan. 14.

Opulentiſſimam peperit nobis Chriſti pax.

Quòd verò Eccleſiarum diſſenſio citra vllam iuſtam cauſam, & quaſi temere acciderit, id ex charta, quam Dominus meus pientiſſimus Epiſcopus Paulus, nunc attulit, euidēter cognoſcimus: Continet ea enim inculpatam fidei confeſſionem eamq́ue cùm à tua ſanctitate, tum à cæteris quoque ſanctiſſimis Epiſcopis, qui illic degunt, compoſitam aſſerit. Quam etiam quaſi ad verbum huic noſtræ epiſtolæ inſerere placuit; habet autem hunc in modum.

Diſſidium inter Cyrillum & Ioan. leui de cauſa ortum.

De Virgine Deipara quomodo ſentiamus & loquamur, deq́ue Vnigeniti Filij Dei incarnatione, dicemus breuiter: Non vt ijs aliquid adiungamus; quæ iam inde ab initio ex Diuinis literis, ſanctorumq́ue Patrum traditione hauſimus; ſed vt fidei noſtræ rationem reddamus. Dicemus autem nihil omnino, vt modò aiebamus, fidei in Nicæa à ſanctis Patribus expoſitæ adijcientes (Illa namq;, vt alibi à nobis indicatum eſt, ad omnem pietatis cognitionem, omniſq́ue hæreticæ prauitatis refutationem ſufficit) Sed nec illa etiam; quæ captum noſtrum excedunt, hic ingeremus; vt qui propriæ infirmitatis cōfeſſione illos auerſemur, noſtroq́ue conſor-

Sunt eadē hæc ad verbum penè cum præcedentibus.

conſortio indignos cenſeamus, qui in illa incumbunt curioſè, quæ humanæ mentis ſenſum plurimum excedunt.

Confitemur itaque Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Vnigenitum Dei Filium eſſe; Deum perfectum, & hominem perfectum, ex anima rationis compote & corpore conſtitutum. Ante ſecula quidem genitum ſecundùm Diuinitatem ex Patre; poſtremis verò temporibus eundem ipſum propter nos, & propter noſtram ſalutē ex Maria Virgine ſecundùm humanam naturam natum: Eundem Patri conſubſtantialem ſecundùm Diuinitatem, nobis item coeſſentialem ſecundùm humanitatem: Siquidem duarum naturarum facta eſt vnio. Quo fit, vt vnum Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum confiteamur, & ſecundùm hunc inconfuſæ vnitatis intellectum ſanctam Virginem Deiparam eſſe cōfitemur; propterea, quòd Deus Verbum ex ipſa conceptum, & incarnatum, & homo factum, templū ex illa ſumptum ſibi vniuerit. Ad Euangelicas porrò Apoſtolicaſque de Domino voces quod attinet, ſcimus, Theologos, alias quidem tanquam ad vnam perſonam pertinentes, promiſcuè accipere; alias verò propter naturarum diuerſitatem diuiſim vſurpare: Et alias quidem, vtpote illas, quæ in Diuinitatem competunt, ad Chriſti Diuinitatem; alias verò, humiles videlicet ad illius humanitatem referre ſolere. Cùm has ergo ſacras veſtras voces legiſſemus, & nos ipſos quoque non aliter ſentire animaduertiſſemus: (Vnus eſt enim Dominus, vna fides, & vnum Baptiſma) glorificauimus omnium Seruatorem Deum, mutuò nobis congratulantes, quòd noſtræ veſtræque Eccleſiæ fidem Diuinis Scripturis, ſanctorumque Patrum traditionibus congruentem habeant.

Vnus eſt Chriſtus, vnus Filius, vnus Dominus.

Virgo mater propter naturarū vnionem Deipara eſt.

Vna Antiochenæ & Alexandrinæ Eccleſiæ fides.

Quoniam verò comperi, quoſdam ex iis, quibus cauillari mos eſt, inſtar agreſtium veſparum circunſtrepere, ſeditioſoſque ſermones contra me eructare: Perinde enim de me nugantur, acſi dicam, ſacrum Chriſti corpus non ex ſancta Virgine ſumptū, ſed è cœlo deportatum eſſe; operæpretium ratus ſum, pauca ac de re contra illos diſſerere. O ſtolidi inſenſatique homines, & tantùm ad calumniandum nati; quo modo in eam abrepti eſtis ſententiam? quo modo in tantæ inſipientiæ morbum proruiſtis? Nonne vos, obſecro, intelligere oportuit, vniuerſum hoc, quod pro fide ſuſtinemus, bellum, inde potiſſimùm nobis prouenire, quòd ſanctam Virginem Deiparam eſſe conſtanter affirmamus? At ſi ſanctiſſimum noſtri Seruatoris corpus non ex Virgine natum, ſed è cœlo deportatum aſſerimus, quomodo poterit illa Deipara eſſe intelligi? Quem enim tandem illa peperit, ſi Emmanuelem ſecundùm carnem verè non peperit? Riſu proinde explodendi ſunt, qui eiuſmodi contra me garriunt:

Cyrillo falſo eorum error imponitur, qui dicebant, Chriſtum corpus ſuū è cœlo attuliſſe.

Si Chriſti corpus cœleſte eſſet, Virgo Deipara dici non poſſet.

Eſa. 7.
Matth. 1.

Neque enim mentitur Propheta Iſaias, dum ait: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.* Vera prædicat & Angelus Gabriel quoque, dum beatam Virginem ita affatur: *Ne timeas Maria: Inueniſti enim gratiā apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filiū, & vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

Luc. 1.

Cùm autem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel è cœlo, vel è ſupernis deſcēdiſſe dicimus, non ita hoc dicimus, quaſi ſanctā illius carnem è cœlo allatam ſignificare velimus; ſed quo diuini Pauli diſcipulos nos eſſe oſtendamus: Hic enim alicubi ita diſertè prædicat: *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis eſt.* Meminimus & Seruatoris noſtri quoque dicentis: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis, qui eſt in cœlo.* Quàmuis enim ex ſancta Virgine, vt modò dixi, ſecundùm carnem natus ſit; attamen quia Deus Verbum, è ſupernis deorſum deſcendit, ſeruilique forma aſſumpta, ſemetipſum exinaniuit, ac filius hominis appellatus fuit, manens interim, quod erat, hoc eſt, Deus: (Immutabilis enim minimeque alterabilis eſt ſecundùm propriam naturam) fit, vt tanquam vnus cum propria carne conſideratus, è cœlo deſcēdiſſe dicatur. Nominatur autem & homo quoque de cœlo, quia in diuinitate æquè ac in humanitate perfectus exiſtens, tanquam vna perſona animo concipitur: Vnus eſt enim Dominus Ieſus Chriſtus, quàmuis naturarum differentia, è quibus inexplicabilem illam, vnionem factam dicimus, neutiquam ignoretur.

1. Cor. 15.

Ioan. 3.

Qua ſenſu filius hominis e cœlo deſcendiſſe perhibeatur.

Qui Chriſtus appelletur homo è cœlo.

Tua verò ſanctitas illorum ora cōprimere dignetur, qui concretionem, vel confuſionem, vel commiſtionem Verbi Dei cum carne factam eſſe dicunt. Fit nanque verſimile non defuturos, qui iſta quoque de me inuulgent, taliaque me ſenſiſſe, vel docuiſſe ſpargant. Atqui tantum abeſt vt eiuſmodi quippiam ſentiam, vt eos etiam inſanire exiſtimem, qui quamuis conuerſionis vmbram in diuinam Verbi naturam cadere poſſe putant: Manet enim illa, quod eſt ſemper; neque alteratur aliquando; ſed neq; vnquam alterabitur, vt quæ nullius mutationis capax ſit. Impatibile nihilominus & ipſum quoque Dei Verbum confitemur omnes, etiamſi admirabili quadam ſapientia myſterium hoc diſpenſans, ea ſibi adſcribere ſoleat pathemata, quæ in propriam carnem conueniunt. Hinc quoque ſapientiſſimus Petrus Chriſtum in carne pro nobis paſſum aſſerit; in arcana autem illa diuinitatis natura nequaquam. Vt enim ipſe Seruator eſſe credatur, diſpenſatoria quadam appropriatione, propriæ carnis perpeſſiones quaſi proprias in ſeipſum transfert. Quale quidem eſt illud, quod velut in illius perſona, Prophetica voce alicubi denunciatur:

Comprimendi & execrandi, qui mixtionem in incarnationis myſteriam inducant.

Diuina natura nullius mutationis, nulliusque mutationis capax eſt.

1. Pet. 4.

Verbum carnis pathemata quaſi propria in ſeſe transfert.

Cor-

Eſa.50. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus; faciem autem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me.*

Cyrillus vbique Patrum veſtigijs inſiſtit.

Quòd verò ſanctorum Patrum, maximè verò ſanctiſſimi celeberrimique Patris noſtri Athanaſij, veſtigijs vbique inſiſtamus; nuſquam autem ſemitam, quam illi triuerunt, deſeramus, id tua quidem ſanctitas cæterique omnes certo ſibi perſuadeant: Multa his adiunxiſſem illorum teſtimonia, fidem huic orationi meæ concilians; niſi metuiſſem, ne literarum longitudo ſanctitati tuæ moleſtiam adferret. Nullo autem pacto ferimus, vt ab vllo omnino homine fides illa ſiue Symbolum concutiatur, quod à ſanctis Patribus Nicenis editum eſt: Neque enim, aut nobis, aut illi omnino alteri, vel vnam voculam mutare, aut vnam etiam ſyllabam violare permittimus. Memores enim eius ſumus, qui dixit: Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui: Non enim ipſi loquuti ſunt, ſed Spiritus Dei ac Patris: Qui egreditur quidem ex ipſo; nec ob id tamen ſecundum eſſentiæ rationem alienus eſt à filio: Quemadmodum ſanctorum Myſtagogorum verba diſertè id nobis teſtatum faciunt. Etenim in Apoſtolorum actis ita ſcriptum comperitur: *Cùm veniſſent in Myſiam, tentabant ire in Bythiniam, & non permiſit eos Spiritus Ieſu.* Scribit & diuinus Paulus quoq; *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt; vos autem in carne non eſtis, ſed in Spiritu, ſi tamen Spiritus Dei habitat in nobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.*

Nicena fides nullam mutationē patitur. Prouer. 22.

Spiritus ſanctus non eſt alienus à natura Verbi. Actor. 16. Rom. 8.

Quòd autem nonnulli ex eis, qui recta peruertere ſolent, voces meas peruersè ad ſuam libidinem detorquent, iſtuc ſanctitas tua non miretur; cùm facile intelligat, cuiuſuis hæreſeos ſectatores ex diuina Scriptura ſui erroris cauſas colligere; eáque, quæ à Spiritu ſancto rectè expoſita ſunt, prauis ſuis opinionibus peruertere; ac ita demum inextinguibilem ignem capitibus ſuis accerſere ſolere. Quia verò didicimus, quoſdam orthodoxam præclariſſimi Patris noſtri Athanaſij Epiſtolam, quam ad beatum Epictetum ſcripſit, adulteratam deprauatamque edidiſſe; multoſque grauiter hinc lædi; rati hoc vtile, & ſalutare fratribus fore, ex vetuſtis exemplaribus, quæ ſyncera incorruptaque apud nos extant, antigrapha ad ſanctitatem tuam tranſmiſimus. Vale.

Hæretici peruertunt Scripturas, & deprauant Patres & ex vtriſque erroris ſui præſidium quærunt. Athanaſij Epiſtola ad epictetum ad hæreticis deprauata.

Tomi quinti caput VII.

CYRILLI AD ACATIVM Melitenſem Epiſcopum epiſtola.

ARGVMENTVM.

EXPOSTVLAVERAT cum beato Cyrillo per literas Acatius, quòd cum Orientalibus tan-

ſegeris iras ex animo nondū reſipuiſſe. Cyrillus itaque, quò hanc illi ſcrupulum eximat, multis argumentis verè reſipuiſſe; neque quicquam omnino cū Neſtorianis commune habere probat: Verùm priuſquàm id faciat, ordine exponit, quomodo ad eam pacificationem ventum fuerit. Docet autem poſt Impp. mandatum, de quo ſuprà, Orientales pacem per literas tentaſſe: Cum hoc autem non ſuccederet, communi omnium nomine & loco miſiſſe Paulum Emiſenum. Hunc verò poſt multos ſermones vltro citroque habitos, Neſtorij depoſitioni ſubſcripſiſſe, illiuſque doctrinam damnaſſe, ac Maximiani ordinationem approbaſſe. Addit Neſtorianos eam concordiam ægerrimè tuliſſe, ideoque cùm ſibi, tum Orientalibus quoque multa falſa affinxiſſe: Et inter cætera Cyrillum, veteri repudiato, nouum Symbolum recepiſſe. Orientalium confeſſionem verbis tantùm à ſua ſententia diſcrepare, quod Cyrillus prolixè refutat. Reddit cauſam, cur Orientales confeſſionem ediderint. Monet poſtremò, vt ſibi caueat á literis, quæ Xyſti Romani Pontificis nomine circumferebãtur. Occurrunt autem in hac epiſtola, ſicut etiam in proximè ſequenti, quędam minùs propriè dicta. Quę proinde, dictione Græca latiùs aliquantò accepta nonnihil mitigare oportuit.

Domino meo dilecto fratri, ac comminiſtro Acacio Cyrillus in Domino ſalutem.

RES ſanè dulcis, & mirè grata eſt fratribus amica ſalutatio; maximè verò ſi à verè ſapientibus adfertur. Cenſeoque eos, qui eiuſdem ſunt animi & fidei, cùm nihil alioqui occurrit, quod impediat, ferueentemque hanc animi propenſionem impetúmue ſiſtat, nunquam non id agere debere. At ſæpenumero vſu venit, vt vel inuitis nobis, aut loci diſtantia, aut tabellariorum infrequentia, bonum iſtuc inuideat. Cùm ergo præſens tēpus ſalutandi, conueniendique facultatem offerat, Inſperatamque & iucundam; vt deſideratiſſimis literis promptè inuolare liceat, commoditatem ſubminiſtret, non poſſum ea occaſione non vti. Maiorem itaque in modum ſanctitatis tuæ literæ me recrearunt: Et quia ſingularis dilectionis ſignificationem præ ſe ferunt, arbitratus ſum pacatarum Eccleſiarum rationē & modum integritati tuæ ordine pandendum ſingulaque, vt geſta ſunt, indicanda eſſe.

Grata & ſuauis res amica ſalutatio ſapientis.

Religioſiſſimus idemq; Chriſti amantiſſ. Imper. quòd plurimam continuamque ſanctarum Eccleſiarum curam gerat, illarum diſſenſionem intolerabilem iudicabat. Ad ſe ergo accerſens religioſiſſimum pientiſſimumque Eccleſiæ Conſtantinopolitanę Epiſcopum Maximianum, ac alios non paucos, qui pro tempore ibidem comperiebantur, ſeriò illis iniunxit, vt quonam pacto Eccleſiarum diſſidium è medio tolli, diuinorumq; myſteriorum miniſtri ad concordiam, & pacem poſſent redigi, diligenter diſpicerent. Illi verò non prius illos, de quibus hic ſermo eſt, in concordiam venturos aiebant, quàm conſonę fidei vinculum veluti facula quędam ijs

Exponit ordine, quo ventum fuerit ad pacificationem.

Reſponſio Maximiani & reliquorum de inſtaurāda Eccleſiarum concordia.

præluceret,& quaſi preferretur, pientiſſimuſque Ioannes Antiochenus anathematizaret Neſtorij dogmata ac ſcripto illius depoſitionem approbaret. Hoc autē ab illo impetrato, Epūm Alexandrinū iniurias, & contumelias omnes, licet eæ grauiſſimæ & maximæ extitiſſent, quas Epheſi perpeſſus fuerat, obliuioni traditurum, ac propter dilectionem nihilī facturum.

Cùm itaque religioſiſſimus Imp. ijs aſſentiret, magnamque ex eo conſilio voluptatem caperet, miſſus eſt, qui hoc ipſum curaret, Dominus meus præclariſſimus Tribunus & Notarius Ariſtolaus. Poſteaquàm vero Orientales regiam voluntatē hauſerunt, ſimulq; innotuit, ex communi eorum Epiſcoporum ſententia fuiſſe profectam, qui Conſtantinopoli conuenerunt; neſcio quid ſpectātes apud

Orientales pacis leges Cyrillo preſcribere volunt.

ſanctiſſimum ſacratiſſimumque Beroenſem Epiſcopum Acatium congreſſi, ſcribi ad me curarunt, ſanctarum Eccleſiarum pacem concordiamque, niſi eo modo, quem ipſi præſcriberent, fieri non debere. Erat autem ea petitio grauis nobis ac moleſta: Volebant enim

Orientales omnium ſcriptorum Cyrilli abolitionē petūt.

ea omnia aboleri, quæ vel Epiſtolis, vel tomis, vel libris euulgaueram; & in ſolam fidē quæ à ſanctis Patribus Nicææ edita fuerat, paciſci. Ego verò ad iſta ita reſcripſi; Expoſitioni fidei, quam Niceni Patres ediderūt, adhæremus omnes, nihil eorum omnium, quæ in ipſa continentur, loco mouentes: Sunt enim ea omnina rectè inculpateque tradita; neque, tutum ſatis eſt, poſt fidei editionem, quicquam adhuc curioſiùs tractare. Quæ vero rectè contrà Neſtorij blaſphemias ſcripſimus, ea eiuſmodi eſſe, vt nemo facilè huc nos inducturus ſit, vt rectè ſcripta eſſe negemus; opus proinde magis eſſe, vt ipſi iuxta pientiſſimi Chriſtique amantis Regis decretum, ſanctæque Synodi Epheſinæ ſanctionem illum, qui

Tria ab Orientalibus exigit Cyrillus.

contra Seruatoris Chriſti gloriam pugnaſſet, abdicarent, ac pro exauctorato haberent, impiasque illius voces anathemate inſectarentur, ac ſanctiſſimi piiſſimiq; Epiſcopi Maximiani ordinationem approbarent.

His itaque literis redditis, miſerunt Alexandriam religioſiſsimum Epiſcopum Paulum Emiſenum, cum quo diu multumque de ijs rebus diſſerui, quæ Epheſi præter ius & & officium dicta, factaque fuerant. Quia verò iſtis poſthabitis, obliuionique contraditis ijs potiùs inſiſtendum videbatur, quæ maioris momenti ac ponderis erant; interrogaui, num quid literarum à piiſsimo Ioanne Epiſcopo attuliſſet? mox ille epiſtolam reddidit, ſed ea, quæ debebat, non habentem; nec ea, quæ conueniebat, narrantem: Comple-

Literæ Ioā. ad Cyrillū falſæ.

ctebatur enim, quod minimè decebat, irritationis materiam veriùs, quam conſolationis vim & energiam. Hanc itaque non acceptaui: Nam cùm animi ægritudinem, quam Epheſi ex illorum dictis factiſque hauſeram, vera aliqua defenſione ſedare debuiſſent, adeò id non fecerunt, vt ſe quoque propter ſacrorum dogmatum zelum iure optimo nobis ſuccenſuiſſe dicerent. At viciſsim ex me audiebant; neque diuinum zelum ipſos mouiſſe; neque orthodoxorum dogmatum cauſa aduerſum me conſpiraſſe; ſed hominum aſſentationibus locum dare, eorumq;, qui tunc potentes videbantur, amicitias conciliare voluiſſe. Veruntamen cùm piiſsimus Paulus paratum ſe diceret Neſtorij blaſphemias anathematizare, ſcriptoque iuſtam illius depoſitionem agnoſcere, eandemque confirmare; atque id pro omnibus, & tanquam ex communi omnium Orientalium pientiſſimorum Epiſcoporum perſona ſeſe facturum affirmaret; inferebam rurſum, chartam ab ipſo propoſitam, ipſi ſoli ad vnum hoc ſufficere, vt in omnium communionem denuò reciperetur: Modis autem omnibus opus eſſe, vt religioſiſsimus reuerendiſsimusque Ioannes Antiochenus Epiſcopus ſcriptam hiſce de rebus confeſsionem ederet. Id quod iam factum eſt; ceſſauitque, quod Eccleſias diſiungebat, & à ſe inuicem diuellebat.

Non veritatis, ſed adulationis ſtudio Orientales Cyrillo aduerſati ſunt.

Exigitur à Ioan. Antio. h[illegible] orthodoxæ confeſſio.

Verùm nullatenus dubium erat, illos, qui Neſtorij blaſphemias propugnabant, inuidiæ ſtimulis actos, vbi primùm pacem Eccleſiarum redintegratam cernerent, deſæuituros. Quibus ſanè eiuſmodi quid accidiſſe videtur, cuiuſmodi illis vſu venire ſolet, qui cùm è naui prolapſi ſint, natare neſciunt: Hi enim poſteaquàm mergi incipiunt, pedes manusq; hac atq; illac incōpoſitè iactāt, retinendæque vitę cupidi, veraque miſeri, quicquid in manus fortè venerit, id temere arripiunt. An non verè dici poteſt, vehementer perturbatos conſternatoſque eſſe, quòd ſe deſolatos, extraque eas Eccleſias eiectos pulſoſque animaduertunt, quas ſibi adiumento futuras ſperabant; Quid? an non indigniſsimè ferunt, cùm vident, quos ſeduxerant, profaniſque vocum nouitatibus tantùm nō temulentos reddiderant, à ſe reſilire, & iam ad veritatis ſobrietatem redire? An non peropportunè illis obijci queat, quod Prophetica voce alicubi proditum extat? *Congregamini, inquit, & colligamini gens ineruata, antequàm efficiamini veluti flos tranſiens: Vt quid enim alienorum vomituum facti ſunt paraſiti? nec pudefiunt alieno cæno ſua ipſorum corda defœdantes: Surdi audite, & cæci, vt videatis, ſuſpicite; ſentite de Domino, quæ vera ſunt, & in ſimplicitate cordis quærite eum: Quæ enim vobis eſt variarum adinuentionum & opinionum vtilitas? vt quid rectam vituperantes ſemitam, incuruas facitis veſtras orbitas? Nouate vobis ipſis noualia, & nolite ſeminare inter ſpinas.* Quandoquidem vehementer propter ſanctarum Eccleſiarum pacem, vt dixi, conſternati, eos, qui eadem cum ipſis ſentire noluerunt, peruerſiſsimè lacerant ſanctorumq;

Appoſita comparatio.

Sap. 1.

Hier. 4.

Epi-

Inſinuat Orientaliũ confeſſionem.

Epiſcoporum apologiam, non abſque magna amarulentia proſcindunt, eandemque pro ſua libidine ad id, quod ſibi gratum amicumque eſt, detorquentes, praueque interpretantes, à Neſtorij vocum nouitatibus non abhorrere contendunt. Quin & nos quoque in ius vocant, quaſi ijs, quæ nunc ſcripſimus, & ſentimus, olim contraria ſenſerimus & ſcripſerimus.

Calumniæ Neſtorianorum vanæ aduerſus Cyrillum & Orientales.

Intelligo verò & hoc quoque illos nobis obijcere; nempe quòd nouam fidei expoſitionem vel Symbolum receperimus, quaſi vetus illud venerandumque iam aſpernati: At ſtultus ſtulta loquitur, corque illius vana meditatur. Nos enim neque nouam fidei expoſitionem ab vllo exegimus, neque vllam ab eiuſmodi alijs oblatam admittimus. Sufficit enim nobis diuina Scriptura, ſanctorumque Patrum prudentia, & Symbolum illud fidei, quod omni ex parte abſolutum, riteque concinnatum eſt. Quia verò ſanctiſſimi Orientales Epiſcopi, cùm Epheſi eſſent, à nobis diſſentiebant, eaque de cauſa quaſi qui blaſphemiarum Neſtorij laqueis irretiti tenerentur, ſuſpecti erant, vt ea ſuſpicione ſeſe liberarent, inculpatæque fidei amatoribus per omnia ſatisfacerent, ac Neſtorianas nugas ſeſe contemnere publicè oſtenderent, apologiam adornarunt; & id quidem admodum prudenter; tantum abeſt vt hoc iſtorum factum aliqua omnino nota, aut reprehenſione dignum videatur.

Cur Orientales apologiam ediderint.

Nunquid ſi ipſe Neſtorius eo tempore, quo ab omnibus illi proponebatur, omnino oportere, vt ſua dogmata cõdemnaret, veritatemque defenderet, ſcriptam ijs de rebus confeſſionem exhibuiſſet, quiſpiam dicturus erat; illum nouum quoddam fidei Symbolum conſcripſiſſe? nequaquã. Quid igitur temere conuitijs inſectantur ſanctiſſimos Phæniciæ Epiſcopos, eorum conſenſuum nouum Symbolum appellantes, quem illi neceſſariò vtiliterq; ediderunt, quò nimirum illis ſe purgarent & moderẽtur, qui ipſos Neſtorianam doctrinam approbare ſibi perſuaſum habebãt. Sãcta quippe & Oecumenica Synodus, q̃ Epheſi conuenerat, optimè intelligebat, nõ oportere aliam fidei expoſitionẽ in Eccleſias inferre præter eam, quæ iam extabat; quã beatiſſimi Patres noſtri Sancto ſpiritu loquuti definierãt. I . . i itaque ab hac ſemel, neſcio quo modo, alieni viſi, hoc eſt, quòd neque rectè ſentirent, neq; Apoſtolicis, & Euangelicis dogmatibus adhærerẽt, in ſuſpicionem adducti, nũquid taciturnitate ab hac moleſta nota ſe liberaſſent, an plena potiùs ſatisfactione, ſuęq; quã obtinebat, ſententiæ declaratione? An non diuinus Chriſti diſcipulus ſcriptum reliquit. *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationẽ de ea qua in vobis eſt ſpe?* Qui ergo hoc vult facere, nihil vtique noui molitur, nec fidei expoſitionẽ innouare voluiſſe rectè dicitur, ſed eam, quam de Chriſto habet fidem interrogãtibus perſpicuã reddere.

Nõ ſtatim, qui fidei ſuæ confeſſionem edunt nouum Symbolum cudunt.

Orientales in hæreſeos ſuſpicionem adducti.

1. Pet. 3.

Audiui præterea cùm veritatis hoſtes pijſſimorum Epiſcoporum in fide concordiam ægerrimè ferant, ſurſum, ac deorſum miſcere omnia, ac iactare confeſſionem, quam illi de recta fide, nihil, vt dixi, innouantes, hoc eſt, nihil ad ea, quæ olim cõſtituta ſunt, adijcientes, ſed inculpatis ſanctorũ Patrum dogmatis ſimpliciter adhærentes, ediderunt ſenſum, & vim cum impijs ſuis nugis per omnia congruere. Verùm vt vanitatem illorum apertè oſtendamus, age Neſtorij nugas, illorumque ſententias in medium adferamus. Hac vna enim ratione veritas examinata orbi patefiet. Neſtorius itaque Vnigeniti Filij Dei natiuitatem ſecundùm carnem prorſus è medio tollere comperitur: Negat enim illum è muliere ſecundùm Scripturas natum. Verba illius ſic habent: Deum ex Chriſtipara Virgine prodijſſe, ex Diuina Scriptura edoctus ſum; at verò Deum ex ipſa genitum eſſe id nuſquam edoctus ſum. Et in alia quadam exegeſi rurſum: Nuſquam igitur Diuina Scriptura Deum ex Chriſtipara Virgine genitum eſſe dicit, ſed Ieſum, ſed Chriſtum, ſed Filium, ſed Dominum. Quòd autem, dum iſta dicit illum, qui vnus eſt, in duos Filios diuellat; & alium quidem Verbum, quod ex Patre genitum eſt ſeorſum per ſe ſumptum Filium, Chriſtum ac Dominum dicat; alium rurſus ſeorſum per ſe Filium, Chriſtum, ac Dominum vnum, qui è ſancta Virgine natus eſt, cui dubium eſſe queat? cùm hoc ipſum ille tantùm non ſublata voce clamet. Illi autem ſanctam Virginem Deiparam nominant, vnumque Filium, & Chriſtum, & Dominum eſſe prædicant; eundem perfectum in Diuinitate, perfectum rurſum in humanitate, eò quòd caro illius intelligente anima fuerit perfecta.

Neſtoriani Orientalium confeſſionem cum ſua conuenire nugantur.

Neſt. Verbum incarnatum negat.

Neſt. in Chriſtum blaſphemia.

Neſt. vnum Chriſtum in duos diuellit.

Orientales vnũ, Chriſtum, vnũque Filiũ profitentur.

Quòd autem non alium eſſe dicant Verbũ, quod ex Deo Patre eſt; & alium rurſus eum, qui ex ſancta Virgine natus eſt, ſicuti Neſtorio perſuaſum eſt, ſed vnum eũdemq;, id perfacile ex ijs, quæ conſequuntur, cognoſcere licet: Explanantes enim, qui vnus idemq; ſimul perfectus Deus, & perfectus rurſum homo exiſtat, aſſerunt illum ipſum, qui ante ſecula ſecundùm Diuinitatem natus eſt ex Patre, nouiſſimè diebus illis propter noſtram ſalutem ex ſancta Virgine ſecundùm humanitatẽ natum eſſe; vnum eundemque Patri conſubſtantialem ſecundùm Diuinitatem, nobis verò coeſſentialem ſecundùm humanitatem. Minimè itaque vnum Filium, Chriſtum, ac Dominum Ieſum in duos diuidũt; ſed eũdem eſſe dicunt illum, qui ante ſecula, & qui poſtremis temporibus natus eſt: Idem namque, vt ex Deo Patre naſcitur, Deus eſt; vt autem ex muliere ſecundùm carnem gignitur, homo eſt: Quomodo enim nobis ſecundùm humanitatem coeſſentialis dici poſſet, qui ſecundùm Diuinitatem ex Patre eſt,

Qui Orientales vnum duntaxat Filium ſtatuant, exponitur.

Idem ſecũdùm aliũ & aliũ ortũ Deus & homo.

niſi idem Deus ſimul & homo eſſe dicatur ac intelligatur?

Hæc verò longè aliter habere Neſtorio videntur. Immò verò eius ſententia his omnino aduerſatur: Etenim publicè pro concione diſſerens, ita dicere auſus eſt: Propterea Chriſtus Deus Verbum nominatur, quia indiuiſam cum Chriſto coniunctionem habet. Rurſum: Inconfuſam itaque naturarum copulam retinentes, fatemur in homine Deum; hominemque propter Diuinam illam cum omnipotente Deo coniunctionem vnà cum ipſo veneror, & adoro. Audin', quàm abſurdè loquatur? Equidem plena impietatis eſt eius oratio: Docet namque Dei Verbum ſeorſum per ſe Deum nominari; retinere autem indiuiſam cum Chriſto coniunctionem; Nonne duos eſſe Chriſtos apertiſſimè profitetur? Nonne hominem vnà cum Deo adorandum, & neſcio quomodo, colendum nugatur? Nunquid iſta ijs cognata videntur, quæ ab Orientalibus ſunt poſita? Nonne ſententijs pugnant? Ille namque duos Chriſtos diſertè ponit; illi verò vnum tantùm Chriſtum, & Filium item vnum, & Dominum, ac Deum ſe adorare confitentur. Eundem ex Patre ortum ſecundùm Diuinitatem, ex ſancta Virgine autẽ ſecundùm humanitatem: Nam etſi duarum naturarum vnionem factam prędicemus, admirabilemque diſparium rerum coitionem Diuina diſpẽſatione accidiſſe verè agnoſcamus; vnum tamen Chriſtum, & vnum Filium, & vnum Dominum perſpicuè profitemur: Verbum enim ſecundùm Scripturam, factum eſt caro. Neque enim cum priſcis quibuſdam hæreticis Dei Verbum ex propria, hoc eſt, ex Diuina natura corpus ſibi ſumpſiſſe & adaptaſſe aſſerimus; ſed Diuinis Scripturis mordicus adhærentes, ex ſancta Virgine carnem accepiſſe conſtanter affirmamus. Cùm ergo Dei Verbum inhumanatum vel incarnatum dicitur, procul faceſſat omnis conuerſionis ſuſpicio (Manſit enim, quod erat) nihilominus vnio omnis planè confuſionis expers agnoſcatur.

Verbum Neſtorio Chriſtus eſt, quia Chriſto Indiuiſè cõſociatum eſt.

Neſt. hominem vnà cum Deo adorat, adorandumque prędicat.

Verbũ non ex ſe, ſed ex Virgine carnem ſumpſit.

Verùm dicent fortè aduerſarij: En manifeſtè, qui rectæ fidei confeſſionem edunt, duas naturas nominant, ac pro illarum diſcrimine Theologorum voces diſtingui aſſerunt. Quomodo autem iſthæc tuæ aſſertioni non aduerſantur? Neque enim pateris, vt duabus perſonis, vel ſubſiſtentijs illorum voces adſcribantur? Sed heus tu bone vir, in duodecim capitibus hunc in modum ſcripſimus: Si quis duabus perſonis, vel ſubſiſtentijs voces illas adſcribit; & alias quidem homini tanquàm à Verbo, quod ex Deo Patre eſt, ſeorſum ſubſiſtenti accommodat; alias verò, nempe eas, quæ Diuinum quid ſonant, ſoli Dei Patris Verbo adaptat, damnationi ſit ille obnoxius. Quamuis ergo eos damnemus, qui voces ita ſecernunt, vt alias ſoli Dei Verbo ex Patre nato; alias rurſum ſoli homini ex muliere orto, adſcribant; vocum tamen differentiã nullatenus ſuſtulimus. Vnam namque Verbi Dei ſubſiſtentiam eſſe certiſſimum eſt, quam incarnatam, & hominem factam nouimus. Quo autem modo id factum ſit, ſi quis curioſè inquirat, ſciat is, ſcriptum eſſe, Verbum, quod ex Deo eſt, formam ſeruilem accepiſſe, & in ſimilitudinem hominum apparuiſſe. Atque ſecundùm hoc vnum & ſolum naturarum, vel ſubſtantiarum diſcrimen obſeruandum eſſe: Non enim idẽ ſunt ſecundùm naturalem qualitatem Diuinitas & humanitas. Aliòqui quomodo verè dici potèrit Verbum, quod Deus eſt, exinanitum eſſe; hoc eſt, in diminutionem, naturæque noſtræ conditionem ſeſe demiſiſſe: Cùm itaque incarnationis modus ſtudioſè inquiritur duo illa, quæ inexplicabili ratione citra cõfuſionem inter ſe vnita ſunt, mẽs humana nunquam disiunget; ſed vnum ex vtriſque & Deum, & Filium, & Dominum exiſtere credet; ac citra hæſitationem admittet. At verò Neſtorij cacodoxia ab hac doctrina eſt longè diuerſa: Nam etſi Deum Verbum incarnatum, hominemque factum confiteri videatur; attamen incarnationis virtutem ignorans, duas naturas nominat, eaſque à ſe inuicem diuellit, Deum ſeorſum ponens, & hominem itidem ſeorſum: Prædicat tamen, hunc hominem Deo indiuiſè cohærere; verùm id tantùm ſecundùm affectum, thronique & auctoritatis communicationem. Hæc enim ſunt Verba illius: Inſeparabilis eſt Deus ab eo, qui apparuit; vnde Deitatis honorem ab eo, qui non ſeparatur, non ſeparo; ſeparo naturas, ſed coniungo adorationem. At verò Antiocheni fratres ea, ex quibus Chriſtus cõſtitutus intelligitur, animo menteque complectentes; naturarum quidem differentiam aſſignant (Neque enim, vt ſuprà aiebam, idẽ naturali qualitate ſunt Diuinitas & humanitas;) attamen vnum tantùm Dominum, & vnum ſolùm Chriſtum cognoſcunt, eò, quòd re ipſa vnus ſit tantùm, vnaque ſolùm eiuſdem perſona. Quæ verò inter ſe vnita ſunt, ea illi nullo pacto diſtrahunt.

Nestorians ex duabus naturis inferunt duas ſubſiſtentias.

Vna duntaxat eſt Verbi ſubſiſtentia.

Quæ citra confuſionẽ coniuncta ſunt, diſiungere non oportet.

Neſt. Verbi incarnationem ſolo nomine agnoſcit.

Neſtorius Verbi incarnationem ſolo nomine agnoſcit.

Orientales à Neſtorianis, eorundemque errore plurimum abſunt.

Sed neque vllam quoque naturalem diuiſionem recipiunt; vt admirabilium inuentionum auctor falsò illis imponit. Solas autem voces, quæ de Chriſto dicuntur, ſecernendas tradunt; competere autem eas aſſerunt, non quidem alias ſoli Filio, tanquam Dei Patris Verbo per ſe poſito; alias verò ſoli homini, tanquam alteri diſtincto Filio, ex muliere orto; ſed omnes vni eidemque. At alias interim ſecundùm Diuinitatem; alias rurſum ſecundùm humanitatem. Vnus enim idemque ſimul Deus & homo exſtitit. Addunt nihilominus, quaſdam eſſe quodammodo promiſcuas, ad vtranque naturam, Diuinitatem, inquam, & humanitatem certa

Orientales voces ſecernunt; omnes tamen vni tribuunt.

Sunt voces, quæ ad vtranque naturam transferri poſſunt.

certa quadam ratione reſpicientes. Quod dico, eiuſmodi eſt. Inter voces, quæ Chriſto tribuuntur; quædam eiuſmodi ſunt, vt in Diuinitatem potiſſimum conueniant: Aliæ autem tales, vt magis ad humanitatem pertineant: Aliæ denique quaſi mediæ, Filium Deum ſimul & hominem eſſe declarant: Etenim cùm Philippo dicit: *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me: Philippe, credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Qui videt me, videt & Patrem; ego & Pater vnum ſumus.* Vocem in Diuinitatem maximè conuenientem proferre affirmamus. Cùm verò Iudæorum populum increpans, ait: *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Nũc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum, hoc Abraham non fecit:* eiuſmodi exponere dicimus, quæ in hominem propriè competant.

Triplices ordines vocum Chriſto tribuũtur. Ioan. 8.

Veruntamen hoc ita accipiendum eſt, vt & illæ, quæ Diuinitati conueniunt; & illæ rurſum voces, quæ in humanitatem quadrant, vni tantùm Filio aſcribãtur. Cùm enim Deus eſſet, homo factus eſt, Diuinitate non amiſſa, ſed carne tãtùm & ſanguine, hoc eſt humanitate aſſumpta. Quoniam verò vnus eſt Filius & Deus, & Dominus, fit vt vnam quoque tantùm perſonam, tam nos, quàm ipſi agnoſcamus. Medias autem voces illas eſſe aſſeueramus, vt cùm beatus Paulus ſcribit: *Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula:* Rurſum: *Nã etſi ſunt, qui dicantur dij; ſiue in cœlo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt dij multi & domini multi) nobis tamen vnus eſt Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illũ: Et vnus Dñs Ieſus Chriſtus, per quẽ omnia & nos per ipſum.* Alibi iterum: *Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem. Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt, & gloria, & Teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſsio quorum Patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.* En Chriſtum Ieſum nominans, heri & hodie, & in ſecula eundem eſſe aſſerit. Per ipſum rurſum omnia ſubſiſtere, & facta eſſe ait. Quin & illum quoque, qui ſecũdùm carnem ex Iudæis eſt, Deum ſuper omnia appellat, & in ſecula tandem benedictum affirmat.

Mediæ ſeu promiſcuæ voces de Chriſto afferte. Heb 13. 1. Cor. 8.

Rom. 9.

In hiſce igitur & ſimilibus eiuſmodi voces quæ de Domino prædicantur, ne diuidas: Simul enim complectuntur, & quod Deo, & quod homini conuenit; ſed adapta illas vni Filio, hoc eſt, incarnato Dei verbo. Aliud eſt ergò naturas ipſas dirimere, præſertim poſt adunationem, hominemque ſecundùm ſolã honoris æqualitatem Deo coniunctum eſſe aſſerere; aliud rurſum vocum differentiam agnoſcere. Nullo igitur modo illorum dicta cum Neſtorianis vocum nouitatibus congruunt: Nam etiamſi dictionum ſtructura, ſententiarumq́ue enuntiatio eiuſmodi, ſit, vt ab exacta illa Theologiæ amuſſi nonnihil recedere quibuſdam videri queat, non eſt illud valde mirum: Eſt enim non parum difficile commodè iſthæc explicare: Nam & diuinus Paulus ſermonem à Deo in oris apertione quærit.

Aliud eſt vocum differentiam agnoſcere, aliud hominem ſecundum ſolam honoris æqualitatem Verbo coniunctum eſſe dicere.

Arduum eſt de rebus Theologicis proprè loqui. Ephe. 6.

Quòd autem vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in duos non diuidant, etiamſi voces illas, quæ Diuinitati illius competunt, Diuinitati; alias rurſum, quæ homini conueniunt, humanitati illius aptandas eſſe dicant, quis dubitat? Affirmant, enim, vt antè dixi, ipſummet Dei Patris Verbum, quod ante ſecula genitum eſt ex Patre, poſtremis hiſce temporibus, ex ſancta Virgine ſecundùm carnem natum eſſe: Addunt autem, propter inenarrabilem illam confuſamque vnionem, ſanctam Virginem Deiparam eſſe ſe credere; necnon vnum Chriſtum, & Filium, & Dominum eſſe, apertè ſe profiteri. Eſt ſanè omnino improbabile, vt & vnum dicant, & in duos nihilominùs illum diuidant, quem vnum nominant: Nec enim ita inſaniũt, ſui ſic obliti ſunt, vt tranſgreſſores ſeipſos conſtituant, inconſultè ea reædificantes, quæ rectè euerterant: Si enim prauis Neſtorij opinionibus conſentiunt, quomodo illas tanquam profanas & deteſtandas anathematizarent?

Nemo ex animo defendit, quod verè anathematizat.

Arbitror autem cauſas quoque aſſignandas eſſe, propter quas Orientales aliquantò ſubtiliùs & accuratiùs de hoc myſterio diſſerendum putauerunt: Quia enim Arianæ impietatis propugnatores, veritatem impiè adulterantes, Verbum quidem hominem factum fatentur, attamen inanime corpus ſibi adiunxiſſe nugantur. (Faciunt hoc autem malitioſè nempe, vt dum voces humanę naturæ conuenientes illi admetiuntur, ijs, quos in fraudem adduxerant, infra Patris excellentiam conſtitutum, & per conſequens nõ eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ eſſe oſtendant, perſuadeantque.) Veriti Orientales, ne qua ratione Verbi Dei gloria & natura propter ea, quæ ob ſuſceptam cum carne diſpenſationem, humano more de illo prædicantur, detrimentum acciperet, voces diſcernunt: Non quidem vnum Filium ac Dominum in duos diuellentes; ſed alias quidem illius Diuinitati, alias verò eiuſdem humanitati; omnes tamen vni eidemque perſonæ aſſignantes.

Ariani Verbum inanime corpus aſſumpſiſſe nugantur.

Cur Orientales voces ſecernant.

Audiui autem religioſiſſimum, pijſſimumque Ioannem Antiochenum Epiſcopum, familiaribus quibuſdam ſcripſiſſe, me disertè docere, claraque voce profiteri, naturarum quidem doctrinam accuratè obſeruandam eſſe, voces tamen pro naturarum inter ſe diſcrimine non ſecernendas; eaque de cauſa quoſdam grauiter offenſos eſſe, Erat itaq; neceſſarium, vt & de hac quoque re nõnulla exponerem. Nouit integritas tua, eos omnes, qui Apollinariæ opinionis notam epiſtolis meis inuſſerunt, opinatos eſſe, me ſanctum Chriſti corpus inanime eſſe ſentire: Tum Verbum Dei in carnem mutatum, vel carnem in

Cyrillus apud Ioã. Anti falsò delatus.

Di-

Diuinitatis naturam tranſlatam eſſe, vel certè quandam vtriuſque mixtionem, aut cõfuſionem, aut concretionem accidiſſe; ita, vt nihil permanſerit purum & impermixtum, illudque, quod antè erat. Opinati ſunt & Arij quoque blaſphemijs me aſſentiri, propterea quòd vocum differentiam nolim agnoſcere, & alias Diuinitati, alias verò humanitati (vt quę in diſpenſatione cum carne magis quadrent) conuenire, nolim affirmare. Ego verò quòd ab eiuſmodi erroribus immunis eſſem, id tua integritas alijs facile teſtatum facere poterat. Veruntamen opus erat, vt illis quoque ſatisfieret, qui offenſi fuerant. Scripſi itaque ad illius pietatem, me neque cum Ario, neque cum Apollinario ſenſiſſe vnquam; neque Verbum Dei in carnem mutatum, aut contra carnem in Diuinam naturam transformatam dixiſſe aliquando; propterea quòd Dei Verbum immutabile & inalterabile ſit; neque ab altera natura comprehendi poſſit; neq; vocum differentias vſquam negauiſſe, vt qui ſcirem Dominum, modò vt Deum, modò vt hominem diſſerere: Quandoquidem ſimul & Deus, & homo eſt. Hoc ipſum itaque ſignificare volens, ſcripſi opus eſſe naturarum obſeruare differentiam, vocesq́ue pro naturarum inter ſe conditione diſtinguere. Iſtiuſcemodi autem diſceptationes meæ non ſunt, ſed ab ipſo ſunt profectæ.

Multa erronea opiniones Cyrillo attributæ.

Chriſtus modo vt homo, modò differebat vt Deus, pro vt vtrunque verè erat.

Arbitror & illud quoque iam dictis addendum eſſe: Venit ad me pientiſſimus Paulus Epiſcopus Emiſenus, qui poſtquàm de recta & inculpata fide, aliquandiu ſermonem contuliſſemus, rogauit ex me, iiſne aſſentirer, quæ celebris memoriæ beatiſſimus Pater noſter Athanaſius ad Epictetum Corinthiorum Epiſcopum quondam ſcripſerat: Ego verò reſpondi, prorſus & per omnia ijs me aſſentiri; modò tamen ſcriptum illud apud ipſos extaret integrum: Multa enim ab inimicis veritatis in eo deprauata eſſe. Tum ille, ſe quoque epiſtolam illam apud ſe habere aiebat: Velle autem ex ijs, quæ apud nos erant, exemplaribus cognoſcere, ipſorúmne libri corrupti ſint, an ſecus.

Porrò autem, cùm vetuſta exemplaria accepiſſet, eaque cum illis, quæ ſecum attulerat, contuliſſet, inuenit illa eſſe adulterata; petijtque ex noſtris ſibi dari antigraphum, quod ad Antiochenum Eccleſiam tranſmitteret; quod & factum eſt. Et hoc eſt, quod religioſiſſimus ac pientiſs. Epiſcopus Ioannes Careno de me ſcripſit; nempe quòd, quæ de incarnatione Chriſti ſunt, expoſuerit, Patrumq́; vnà nobiſcum traditionem, quæ propemodum, vt ita dicam, ex hominũ animis expuncta fuerat, reſecerit. Quòd ſi qui Epiſtolam Philippi, religioſiſſimi Romanæ Eccleſiæ Preſbyteri nomine ſcriptam attulerint, perinde ſonantem, ac ſi ſanctiſſimus Epiſcopus Xyſtus depoſitionem Neſtorij moleſtè ferat, neque de illo loquatur, ne credat hoc ſanctitas tua: Scripſit enim conſona ſancta Synodo, omniaque illius geſta confirmauit, ac nobiſcũ ſentit. Quòd ſi qua verò epiſtola à quibuſdam circumferatur, tãquam à me de ijs, quę Epheſi acta ſunt, iam dolente, & pœnitentiã agente, perſcripta, & ea quoq; contemnatur: Nam quæ Seruatoris noſtri gratia eſt, adhuc ſana mente ſumus, neq; rationis vſu excidimus. Fraternitatem, quæ tecum eſt, ſaluta. Quæ nobiſcum, agit in Domino te ſalutat.

Epiſtola Athanaſij ad Epictetum adulterata.

Xyſtus Acta. Con. Epheſini cõfirmauit

Neſtoriani confingũt falſas literas.

Tomi quinti caput VIII.

COMMONITORIVM OPERA Cyrilli ad Eulogium Presbyterum Conſtantinopoli agentem, miſſum.

ARGVMENTVM.

SPARSVM in vulgus erat, Cõfeſſionem Orientalium, quam Cyrillus approbarat, Neſtorianis fauere. Quo fiebat, vt & ipſi, & Cyrillus quoque malè paſſim audirent. Cyrillus itaque hac epiſtola, & ſe, & Orientales quoque purgat, oſtendens nihil penitùs in ea confeſſione extare, quod cum Neſtorianis vllam in partem conſentiat. Reddit & editæ quoque admiſſæque confeſſionis cauſam. Hortatur ad Athanaſiane epiſtolæ lectionem, qua prolixè is docet, Chriſti corpus eiuſdem Diuinitati nequaquam homouſi non eſſe. Iterum ad cauſæ caput reuerſus Orientales à Neſtorij errore procul abeſſe inculcat, vt qui non duos tantùm naturas, vt Orientales; ſed duos quoque Chriſtos & Filios, te ipſa conſtituat; licet vnum ſolum nominet. Sub finem, vt libri & literæ, quarum in Epiſtolæ huius calce fit mentio, Domino Præpoſito fideliter exhibeantur, monet.

Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus Eulogio S. P. D.

INSIMVLANT quidam, Orientaliũ expoſitionem; adduntque Epiſcopum Alexandrinum illos toleraſſe, & laudaſſe quoque, qui duas naturas nominant. Qui autem Neſtorium ſectantur, eadẽ & ipſum quoque ſentire contendunt; eaque ratione illos, qui veritatem perfectè non aſſequuntur, in ſnam ſententiam abripiũt. Verùm ijs, qui hoc nomine nos accuſant, reſpondendum eſt, nõ omnia, quæ hæretici dicunt, ſtatim, vt hæretica repudianda eſſe: Multa enim confitentur quæ nos quoque; exempli cauſa, cùm Ariani Deum Patrẽ oĩum conditorem ac Dominum eſſe dicunt; nunquid quia Ariani ſunt, ob id illam nos confeſſionem auerſabimur? Sic & de Neſtorio quoque ſentiendum eſt.

Non quicquid hæretici dicunt hæreticum aut fugiendum eſt.

Verùm enimuerò licet duas naturas eſſe dicat, carnis & Verbi Dei differentiam ſignificans: (Eſt enim alia Verbi, alia carnis natura;) attamen vnionem, vnà nobiſcum non confitetur: Nos enim illas adunamus, vnumque poſt factam vnionem Chriſtum, & Filium, & Dominum confitemur, vnam rurſum Dei hypoſtaſin incarnatam dicimus. Simile quid & de quouis quoque homine dici queat: Nam & ille ex diuerſis naturis conſtat, ex corpore nimirum & anima: Nam etſi ratio, & contemplatio horum diſcrimen non ignoret; attamen propter Phyſicam vnionem, vnam hominis naturam appellant.

Neſtor. duas Chriſti naturas rectè aſſerit; ſed illas in vnã perſonam coiiſſe, improbe negat.

Quam

Quam ob rem naturarum differentiam agnoſcere, non eſt vnum Chriſtum in duo diſcindere.

Orthodoxi de Apollinariſmo Orientalibus ſuſpecti.

Quia verò omnes Oriētales putabant, nos Orthodoxos Apollinarij opiniones ſequi, ſentireque naturarum commiſtionem, vel confuſionem factam eſſe, (Eiuſmodi enim vocibus ipſi vtuntur) quaſi Deus Verbum in carnis naturam tranſierit, & carnis natura in Diuinitatis naturam conuerſa ſit; conceſſimus illis, non vt vnum Filium in duos diuidant, abſit; ſed vnum hoc tantùm; nempe, vt neque confuſionem, neque commiſtionem vllam hic factam eſſe agnoſcant: Caro nanque, quæ ex muliere aſſumpta eſt, manſit caro: Verbum rurſum, quod ex Patre genitum eſt, manſit Verbum. Veruntamē propter vnionem, vnus eſt Chriſtus, vnus Filius, ac Dominus vnus: Verbum enim, iuxta Ioannis vocem, factum eſt caro.

Athanaſij ſcriptum contra eos editum qui Verbū corpori aſſumpto conſubſtantiale dicūt.

Admonendi autem ſunt, vt lectioni epiſtolæ beati Papæ Athanaſij attendāt. Cùm enim ſuo tempore nonnulli contenderent, ac dicerent, Deum Verbum ex propria natura corpus ſibi adaptaſſe, multis modis euincere, ac perſuadere conatus eſt, Chriſti corpus non eſſe Verbo conſubſtantiale. Quod ſi Verbo coeſſentiale non eſt, alia omnino atque alia natura ſit, oportet, ex quibus vnus, ac ſolus Chriſtus conſtitutus intelligitur: Nec illud quoque ignorent; nempe vbicunque vnio nominatur, ibi non vnius tantùm rei coniunctionem ſignificari, ſed, vel duarum, vel plurium, earumque ſecundùm naturam inter ſe differentium.

Vnio rerū ratione inter ſe diſcrepantiū copulam inſinuat.

Cùm igitur vnionem dicimus, carnis animæ rationis participe animatæ, ac Verbi eam eſſe ſignificamus. Atque ita intelligunt, qui duas naturas in Chriſto ponunt; attamen vnione ſemel iam perfecta non ampliùs ſeparantur, quæ ſunt vnita, ſed vnus iam exiſtit Chriſtus, vnaque ipſius, φύσιν, ſubſtantia; vt quæ nihil aliud ſit, quàm ipſum Verbum incarnatum. Hęc confeſſi ſunt Orientales; quamuis verbis aliquantò obſcurioribus vſi ſunt.

Minus hæc propriè dicta.

Qui vnum agnoſcunt Chriſtum, & Filium, non ſunt illi Neſtoriani.

Iam qui confitentur idem illud Vnigenitum Dei Verbum, quod ex Deo Patre ortum eſt, ſecundùm carnem è muliere natum eſſe; ſanctam Virginem Deiparam eſſe; vnam Chriſti perſonam eſſe; non duos Filios, nec duos Chriſtos, ſed vnum tantùm Chriſtum eſſe; quomodo hi Neſtorij opinionibus conſentire dici poſſunt? Sanè Neſtorius in exegeſibus ſuis ſimulat ſe dicere vnum tantùm Filium, & vnum ſolum Dominum eſſe, ſed interim filiationem ac dominationem ad ſolum Dei Verbum refert: Nam vbi ad diſpenſationis myſterium ventum eſt, rurſum alium Dominum hominem illum dicit, qui ex muliere natus, ſola honoris æqualitate cum Verbo coniunctus eſt. Quandoquidem dicere, Dei Verbum ob id Chriſtum nominari, quòd cum Chriſto coniunctionem habeat, quid aliud eſt, quam clarè aſſerere duos eſſe Chriſtos? Si enim Chriſtus cum Chriſto coniungitur, vtique cum illo coniungitur, tanquam alius cum alio.

Si Chriſtus cum Chriſto coniungitur, neceſſario duo Chriſti ſunt.

At verò Orientales nihil eiuſmodi dicunt, ſolùm autem voces diſcernunt. Diſcernunt autem ad eum modum, vt alias quidem Diuinitati, alias verò humanitati; alias autem vtrique promiſcuè conuenire dicant: Quales ſunt, quæ quiddam ſonant, quod Deo & homini ſimul cōueniat. Veruntamen omnes vni eidemque perſonæ tribuunt. At non ita Neſtorius: Hic enim alias Verbo Dei ſeorſum; alias verò illi adſcribit, qui ex muliere ortum ducit, tanquam alteri filio. Aliud autem eſt vocum agnoſcere differentiam; aliud rurſum duabus perſonis, tanquam alteri & alteri differentes accommodare voces. Epiſtola verò ad Acacium, cuius initium eſt: Res ſanè dulcis, & mirè grata eſt fratribus amica ſalutatio; etiam plenè de his omnibus ſatiſfacit.

Orientales voces ſecernunt, perſonam nō diuidunt.

Habes & plurimas quoque alias eiuſmodi epiſtolas in capſula, quas magnificentiſſimo Præpoſito, ſtudioſè offerre debes; & duos itē libellos, quos ad illum miſi: Alterum contra Neſtorij blaſphemias ſcriptum; alterum acta Synodi contra Neſtorium, eiuſdem aſſeclas complectentemque, mox & refutationes quas contra Andream & Theodoritum Epiſcopos qui aduersùs capita ſcripſerunt, edidi. Complectitur autem idem libellus ſub finem breues quaſdam, de Chriſti diſpenſatione, exegeſes, eaſque bonas & admodum vtiles. Offer illi, ſimiliter ex illis, quæ corio obductæ ſunt, quinque epiſtolas: Vnam beati Papæ Athanaſij ad Epictetum, alteram meā, illam videlicet, quàm ad Ioannem perſcripſi; Alteras rurſum duas meas, quas ad Neſtorium miſi; exiguam vnam, prolixam alteram; quintam deniq; aliam, quæ eſt ad Acacium: Nam iſtas omnes à nobis petijt.

Cyrill. lib. de Epheſinæ Synodi actis editus.

Varij Cyrilli commentarij, ad Præpoſitum.

Tomi quinti caput IX.

CYRILLI AD IOANNEM

Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopum, & Synodum, quæ ibidem coierat, epiſtola.

ARGVMENTVM.

SCRIBIT Diabolum nunquam non bella contra Eccleſiam ſuſcitare; Chriſti tamen prouidentia & gratia, improbos illius conatus tandem ſemper frangi, doloſque & impoſturas eiuſdem retegi. Oſtendit id Neſtorianæ hæreſeos exemplo, quæ tum recens vnanimi omnium conſenſione damnata fuerat, & vt proliſè ibi declarat, iure meritoque damnata fuerat. Impugnat nouis rationibus eandem illa hæreſin, eaq; quæ falsò ſibi impoſita fuerāt, refutat. Commendat Proclum propter veritatem impiè defenſam. Monet, veterum Patrum veſtigijs inſiſtendum: Tum turbas bene iam ſopitas denuò non eſſe excitandas. Hinc ex Neſtorianiſmo ſeriò reſipiſcentes,

ter ad cōionem & gratiam recipiēdos demōſtrat. De fidei rurſum cōtrouerſijs publicè & pro concione diſputandum non putat, niſi quã fortè neceſsitas illud exigat. Poſtremò, hæreſis quæſtionem ad Eccleſiaſticos, non ad ciuiles magiſtratus pertinere declarat.

Diabolus ab improbitate nunquam feriatur.

Non conquieſcit Draco præuaricator, indomita illa Deoque aduerſa beſtia, neq; vnquã ab innata improbitate feriatur; ſed execrandam illam inuidẽtiam, quam contra Eccleſias concepit, ſubinde parit, petulanteſq; impiorum profanorumq; hominum, ac cauteriatam conſcientiam habentium linguas, contra veritatis dogmata auſu temerario excitat. Verùm Chriſto oium noſtrum Saluatore, improbum illius conatum, impediente, eiuſdemque peruerſitatem retundente, ſemper capitur & debellatur. Plurimi itaque ante nos extiterunt, qui ſanctos Patres noſtros oppugnarunt, bellumq; contra inexplicabilem Chriſti gloriam impudẽti ore ſuſcitarunt. Verùm ad vnum omnes, deprehẽſi ſunt temerarij, & indocti, magiſq; noua quædam aucupari, quàm aliqua veritatis teſtimonia in medium adferre; noſſeque, quàm eiuſmodi teſtimonia ſuapte natura ſint recta & inculpata, omnique calumnia ſuperiora.

Diabolus contra Chriſtum nunquam præualet.

Neſtorianæ nouitatis auctor diabolus.

Quoniam verò poſt illos, omnis impietatis inuentor ac doctor Diabolus, Neſtorianæ nouitatis ſtudium nobis expirauit; en per Dei gratiam, datamque nobis ab illo intelligentiam, omnes illum vno ore, tanquam Apoſtatam anathematizamus; illuſtremque Patrum zelum imitati, viriliterque contra inimicos crucis Chriſti animati, ac veram fidem cõlentes, publicèque pro concione docẽtes, nequaquam illius blaſphemijs aſtipulandum eſſe cenſemus, qui duos Chriſtos, totidemque filios eſſe dicit; vnum quidem naturalem & verum, nempe Dei Patris Verbum; alterum verò adoptione & gratia huc euectum eum videlicet, qui eſt ex ſemine Dauid; quæ quidem ille profitetur. Nos autem ſecundùm ſyncera m inculpatamque fidem, quæ iam inde ab initio ad nos deſcendit, ſanctorumque Patrum confeſsionem, vnum duntaxat Filium, & Dominum Ieſum Chriſtum agnoſcimus & prædicamus; ipſum nimirum incarnatum & hominem factum, Dei Patris Verbum: Vnus namque idemque eſt, & eſſe dicitur, qui diuinitus ex Deo Patre, eiuſdemq; ſubſtantia naturali procedit, vtpote Verbum illius & qui ex ſemine Dauid ſecundùm carnem, hoc eſt, ex ſancta & Deipara Virgine Maria ortus eſt: Non enim alium atque alium, vt dixi, tradiderunt nobis, qui ab initio Verbi ſpectatores, ac miniſtri fuerunt, ſed vnum & eundem Deum ſimul & hominem, Vnigenitum ac Primogenitum; vt illud quidem habeat, vt Deus illud verò vt homo: Factus eſt enim inter multos fratres, ad noſtram ſimilitudinem ſeſe dimittens; non etiam alium hominem, vt quibuſdam viſum eſt, ſibi adiungens: Ipſe enim re ipſa factus eſt homo, id, quod erat, eſſe non deſinens: Nam cùm ſuapte natura Deus & impatibilis eſſet, ſponte ſecundùm propriam carnem paſſus eſt: Neque enim alterius cuiuſpiam corpus pro nobis dedit; ſed ipſum Vnigenitum Dei Verbum homo factum, ſeipſum inculpatum ſacrificium Deo & Patri obtulit. Meritò proinde eiecta iam Neſtorij cænophonia, omnique alia voce mendacijs illius aſſentiente, hilariter feſtum diem agitamus. Item eſt enim obuiam omnibus, qui cum illo ſentiunt, vel aliquando ſenſerunt; ita vt & nobis, & veſtræ quoque ſanctitati abſolutè dicere liceat: Anathematizamus, qui duos filios, vel duos, Chriſtos dicunt: Vnus enim, ſicut dixi, cùm apud nos, tum etiam apud vos prædicatur Chriſtus, & Filius, & Dominus, & Vnigenitus, Verbum nimirum Dei in ſimilitudinem hominum factum, & habitu ſecundùm ſapientiſſimi Pauli vocem, vt homo inuentum.

Cuiuſmodi ſit doctrina Neſtorij.

Fidem Orthodoxa vnum tantum Chriſtum agnoſcit.

Vnus ex Patre & matre Filius Chriſtus, ſed non ſecundum idem.

Cæleſte Verbum non alienum, ſed ſuum corpus in mortem obtulit.

Vnus apud Orientales & Aegyptios prædicatur Chriſtus & Dominus.

Quòd autem Chriſti carnem anima rationis compote animatam eſſe dicimus, id ſæpenumero iam antè demonſtratum eſt. Eadem quoque ſanctiſſimus piiſſimuſque frater noſter Epiſcopus Proclus veritatis ſermonem rectè ſecans, diligentiſsimuſque eorum, qui, quæ recta ſunt, peruertunt, oppugnator, in epiſtola, quam ad Armenos ſcripſit, diſertè prædicauit: Nam cùm hic veritatis ſit admodum ſtudioſus, ſemper victoriam reportare conſueuit. Loquor autem de inſanis Diodori & Theodori, & aliorum quorundam Epiſcoporum opinionibus, quos melius erat, non laudare, ne quid durius dicam, propterea, quòd totis quodammodo velis, aduersùs Chriſti gloriam ferantur. Nemo, obſecro, ſanctis Orthodoxiſque Patribus noſtris Athanaſio, Baſilio, Gregorio, Theophilo, & reliquis labem aſpergat, ne quo pacto res hæc quoſdam offendat, rectæ fidei cuſtodes reipſa ita ſenſiſſe ac docuiſſe ratos. Qui vtique non ſolùm contra peruerſas Neſtorij opiniones, ſed etiam cõtra aliorum, qui idem, quod Neſtorius antè ipſum ſenſerũt & literis mãdarunt, libros opportunos reliquerũt.

Acer veritatis aſſertor Proclus.

Diodorus & Theodorus hæretici à Proclo oppugnati.

Optamus autem, vt omnes res ſuas agant; neque turbas Eccleſijs, per Chriſti gratiam, Doctorumque vbilibet agentium prudentiam, vtcunque iam ſedatas denuo excitent; neque, vel ſibijpſis, vel alijs negotia faceſſant. Cæterùm ſi ſunt, qui à Neſtorio aliquando ſteterunt, nunc verò ex animo reſipiſcentes, à nugis illius diſcedere, mutataque voluntate, rectam inculpatamque fidem complecti cupiunt, eos placidè ſuſcipere oportet; nec cuiquam illorum præteritorum gratia conuitium facere; ne qua ratione anſa quibuſdam præbeatur, vt cunctantiùs ad meliora feſtinent: Si eos enim, qui corporum morbis tenentur ſoſpites euadere deſideramus, congratulamurque ijs, ſi hoc fortè contingat; quomodo non magis gaudebimus, ſi is, qui ſeductus fuerat, cõuertat, & ad præſtitem

Neſtoriani ex animo reſipiſcentes obuijs vlnis excipiendi.

Laudandi de hæretica confeſſione.

tem illam veræ cognitionis lucem adducatur. Nam quòd ipſi quoque Angeli feſta ſuper talibus celebrent, lętitiamq́; præ ſe ferant, nihil ambigit ſanctitas veſtra, vt quæ iſta docere, & in omnibus Eccleſijs exponere ſoleat, nec Seruatoris noſtri verba ignoret.

Cuiuſmodi populo pro concione ſint proponẽda.

Illud ſanè vos tanquam fratres Symmiſtasq́ue obſecramus, vt Clericis veſtris ſeriò præcipiatis, ne aliqua loquantur, præſertim publicè, & in Eccleſijs, prętet ea, quæ vera probataq́; ac recta iudicata ſunt. Sed vt in rectę fidei confeſſione firmi ſint, maximè verò ne facilè ad docendũ iſtiuſcemodi proſiliãt. Quòd ſi qua fidei neceſſitas doctrinam aliquando exiget, eò quòd fidei myſterijs nonnulli imbuendi ſint, nullo modo, quæ de fidei ratione exponenda veniunt, à recto tramite deflectere ſinant. Quia verò par eſſe iudicauimus, vt turbæ omnes, omneſque turbarum occaſiones p ſanctitatis tuæ prudentiã præcidantur, propterea ea ad ſanctitatem tuam perſcripſimus, quæ in rem fore cenſebamus. Si qui ergo erũt, qui aliquos ex Clericis vel Monachis ob id accuſaturi ſunt, quòd cùm antea cum Eccleſia communicaſſent, nunc ab impio Neſtorio faciant; hi in Eccleſia diligenter audiantur, vel apud vos potiùs, qui meliùs illos noſtis, eorumq́ue dicta accuratè examinentur. Nõ eſt aũt mirum eos, qui tales accuſare volunt, apud externa tribunalia tumultuari: Nemo eſt enim, qui eos de illis dicentes audire ſuſtineat. Eſſet autem multò melius, multoque iuſtius, ſi Eccleſiaſticæ quęſtiones in Eccleſijs agitarentur, ac iudicarentur, quàm apud alios externos, quibus ſanè huiuſmodi cauſarum tractatio prorſus non conuenit; Salutate fraternitatem, quæ apud vos eſt; quæ nobiſcum eſt, in Domino vos ſalutat.

Qua ratione cum ijs agendum, qui de hæreſi accuſantur.

Tractatio rerum Eccleſiaſticarum non conuenit ſecularibus.

Tomi quinti, caput X.

EXEMPLVM SACRAE AD Acacium Beroenſem Epiſcopum, Simeonem Anachoretam, aliarumq́, prouinciarum Epiſcopos & ſolitarios.

ARGVMENTVM.

IMPERATOR Sacra hac ſuum erga Chriſtianam religionem ſtudium ardoremq́; commemorat. Controuerſias, quæ interciderant, in ipſo ſtatim ortus ſui initio ſe præcidere voluiſſe indicat, ſed negotiorum multitudine impeditum, efficere id nequiſſe. Non ſe deſiturum ſpondet, donec confecerit. Poſtremò illos, ad quos hac Auguſtalem ſcribit, vt ſuis precibus plenam Eccleſijs a Deo pacem concordiamque impetrent, admonet.

Acre Theod. Aug. pro Chriſtiana religione ſtudium.

NIHIL omnino eorum omnium à nobis eſt pretermiſſum, quę religionis Chriſtianæ, cauſa noſtro ſtudio effici debuerant: Atque hoc ipſum ſanctitas veſtra, cùm à Ioanne piſſimo Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopo, tum à cæteris quoque ſanctis Epiſcopis, qui apud illum verſantur, dilucidè cognoſcere poterit. Acciderunt autem nonnullæ inter quoſdam, circa religionis negotium difficultates, & cõtrouerſiæ, quas quidem eueſtigio de medio tollere & abolere exoptabamus; verùm negotiorum magnitudine & multitudine impediti, quod volebamus & conabamur, conficere non valuimus. Certa nihilominùs fixaq́; ſtat ſententia, ab hoc conciliandæ pacis ſtudio, nõ priùs deſiſtere, quàm miſericors De⁹, veſtris, intercedentibus precibus, Eccleſijs vnionem & pacem reſtituere dignabitur. Decet proinde veſtram ſanctitatem omni diligentia, ſtudio, ac contentione hæc à Deo depoſcere, voſq́; probatos Romanæ religionis Sacerdotes eſſe, manifeſto argumento declarare.

Controuerſiæ, quarũ hic fit mentio, poſt abſolutam Synodum manſerũt.

Pios omnes, & præcipue Epiſcopos, probatos Romanæ religionis myſtas declarare ſe decet.

Tomi quinti, caput XI.

Decretum regium, quo Neſtorio exilium apertè & publicè indicitur,

ARGVMENTVM.

MISERAT Concilium Oecumenicum Legatos Conſtantinopolim, qui omnia in Con. quæ acta fuerant, ad Impp. bona fide referrent. Miſerat eodem & Conciliabulum Antiochenum nõnullos quoque Imperator edoctus Synodum omnia ſanctè, piè, & canonice tranſegiſſe, Orientales condemnat: Neſtoriũ à Concilio exauctoratum, exilio multat; noui Epiſcopi creationem impetrat; quo facto ſingulos, vt ad ſuas ſedes redeant, mandat. Ioannes Antiochenus cum ſuis in excommunicatione ad tempus adhuc perſeuerat.

CVM ſeptem ex vtraque parte Epiſcopi Conſtantinopolim veniſſent, certoque Imp. comperiſſet, ſacram & Oecumenicam Synodum iuſtè, hoc eſt, canonico legitimoque ordine vbique ſeruato; Neſtorium depoſuiſſe, legatorum Synodi ſententia publicè approbata, Orientales quidem condemnat, Neſtorio verò exilium indicit. Ijs præterea, qui ex ſacra Synodo legati venerãt, iniungit, vt quamprimùm ad Eccleſiam ſe conferant, ibidemq́; ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopum creent. Illi in Eccleſiam ingreſſi, Maximianum Epiſcopum mox creant. Poſt hoc regio mandato imperatum eſt ſingulis Epiſcopis, vt ad ſuas prouĩcias & ciuitates quàmprimùm reuertantur. Porrò Ioannes Antiochenus, cæteriq́;, qui partes illius tuebantur, Epiſcopi, in ſeparatione & excommunicatione permanent.

Septem vtrinque Epiſcopi ad Imp. miſſi.

Orientales cauſa cadunt.

Maximianus inſtituitur Epiſcopus.

Epiſcopis indicitur reditus.

Tomi quinti caput XII.

Antigraphum decreti Imperatorij ad Iſidorum Prætorij Præfectum Conſulemq́, de exilio Neſtorij miſſum.

ARGVMENTVM.

PRAECIPIT Iſidoro palàtij Præfecto, vt & Regia, & ſua quoq; priuata authoritate, vſus, Neſt.

fidei

fidei proditorem Petras in perpetuum exilium deportari, cures, eiuſdemque bona Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ fiſco addicas: Quò hac ratione & Chriſtiana religio inoxia perſeueret, & ſuum quoque regnum propter religionis ſtudium, magis magiſque ſubinde floreat.

Theo. Imp. Eccleſiam & rẽpub. ex æquo curat.

E T S I noſtrum erga rempublicam ſtudiũ conſpicuum ſit; haud minoris tamen nobis eſt curæ, vt ſacroſancta quoque religio rectè conſtituatur. Si enim hanc rite curauerimus, fore ſperamus, vt & publicas quoque rebus hac ratione probè conſulamus. Quare cùm Neſtorius Catholicæ quondam Eccleſiæ Sacerdos, nunc verò fidei proditor, tantorum ſcelerum mole oppreſſus teneatur; operæpretium eſt, vt ſerenitatis noſtræ ſententiæ ſubijciatur, calamitateque moribus illius digna opprimatur; vt qui venerandis Eccleſiæ legibus abiectis, traditionibusque contemptis, nefandæ hæreſeos auctor extiterit: Quique, dum illorum, quos proditioni ſuæ ſocios ſibi adiunxit, fidem corrupit, alienæ corruptionis crimen ſuo ipſius capiti acciuit. Tua proinde celebris auctoritas, curiæ huius poteſtate nixa; tum propria quoque auctoritate, & viribus freta prædictum Neſtorinum ob admiſſam à ſe impietatem, in perpetuum exilium Petras abire compellat; omniaque illius bona Eccleſiæ Cõſtantinopol. fiſco addicat, quò anguſti loci illius opes, cuius ille ſacrã myſteria nuper prodidit, auctiores euadant: Hac enim ratione futurum eſt, vt & religio ſanctiſſimæ fidei intacta in mentibus hominum perſeueret, & regni noſtri felicitas religione munita, quotidie magis magiſque floreat.

Neſt. ſcelerum mole oppreſſus.

Neſt aliena ſcelera ſibi aſciſcit.

Alij Oaſin ablegatum dicunt, niſi forſan Oaſis binominis extitit. Neſt. bona eccleſiæ Conſtant. fiſco addicuntur.

Tomi quinti caput XIII.

Sanctionis ſententiaq́, Imperatoriæ contra Neſtorianos formula ad eundem Iſidorum tranſmiſſa.

ARGVMENTVM.

EXemplo Cõſtantini magni, q Arianis Porphyrianorũ nomẽ impoſuerat, Neſtorianos oẽs ꝓbroſo Simonianorum vocabulo perpetuò cenſendos decernit. Omnes Neſtorij tractatus & libros, vndecunque conquiſitos, incendio abſumi præcipit, nullam domum, aut templum, aut locum conuentus cauſa, vel extra, vel intra quodcũq; oppidum illis concedit. Cõcedentibus bonorum omnium confiſcationem mulctæ loco definit.

Meritis pœnis afficiendi, qui de religione impie ſentiunt.

V E N E R A T I O cultusque, quàm ſanctiſſimæ religioni iure debemus, poſtulat, vt illos, qui impiè erga diuinum numen affecti ſunt, meritis pœnis afficiamus; & nomine, quod prauitati illorum conueniat, eiuſmodi appellemus; quò hac infamia notati æternã errorum ſuorum ignominiam ſuſtineant; atque vt viui ſupplicium debitum non euaſerunt, ſic mortui dedecore nunquam careant. Cùm ergo Neſtorius portentoſæ doctrinę inuentor, damnationis ſententiam iam exceperit ſupereſt, vt impietatis illius Sectatores cõſortesque damnato nomine plectamus, ne Chriſtiani appellatione abuſi, eorum decorẽtur vocabulo, à quorum doctrina ſua impietate deſciuerunt. Quam ob rem immutabili lege ſancimus, quotquot vſquam gentium execrandæ opinionis Neſtorij ſequaces extiterint, compertique fuerint, eos omnes Simonianorum nomine cenſendos eſſe: Aequũ eſt enim, qui in odiõ contemptuque diuino impietatem Simonis æmulati ſunt, vt eandem cum Simone appellationem ſortiantur. Quo etiam modo ſanctione beatæ memoriæ Conſtantini, Ariani vocati ſunt Porphyriani; eam videlicet ob cauſam, quòd eandem cum Porphyrio impietatem imbibiſſent: Hic enim ſermonis vi & efficacia veram religionem expugnare conatus, nõ tam eruditos libros, quàm inſcitiæ ſuæ teſtes reliquit.

Qui à Chriſtianiſmo deſciuerunt, Chriſtiano nomine cenſendi non ſunt.

Decreto imperiali Neſtoriani Simonianorum nomen imponunt.

Ariani Conſtant. decreto Porphyriani appellati.

Decernimus præterea, ne quis impios nefarij ſacrilegique Neſtorij libros, quos de ſacra Catholicaque religione aduerſus eorum Epiſcoporũ doctrinã, qui in ſacra Epheſina Synodo conuenerunt, edidit, in poſterum teneat, aut legat, aut tranſcribat. Quos etiam omni ſtudio ac diligentia vndecunque cõquiſitos publicè incendi volumus. Hac enim ratione fiet, vt omni impietate ſtirpitus euulſa, ſimplex multitudo, quæ dolis haud difficulter capi ſolet, nullam errandi occaſionem deinceps inueniat. Mandauimus denique, nullã perditorum illorum hominum in ſacris concionibus, niſi ſub Simonianorũ nomine mẽtionem fieri; nullamque domum, aut agrum, aut ſuburbanum, aut alium quemcunque locum conuentus cauſa, occultè, aut manifeſtè eiſdem concedi: Volumus enim eiuſmodi homines ab omni ſacro congreſſu penitùs ſecluſos eſſe. Quapropter neminem omnino lateat, quòd quicunque, aut Neſtorium imitatus, aut noſtram hanc legem tranſgreſſus fuerit, cum omnium bonorum amiſsione è veſtigio multandum eſſe. Summa proinde illuſtriſque auctoritas tua curet, vt noſtra hæc ſanctio, omnibus prouincijs vſitatis edictis, ac promulgationibus primo quoque tempore nota fiat. Hanc autem legem Romano ſimul & Græco ſermone edidimus, quò omnes perſpicuè intelligere queant.

Tractatus & libri Neſt. Imp. decreto incendio addicuntur.

Simplices librorum hæreticorũ lectione facilè inficiuntur.

Nullae Synaxeos cauſa Neſtorianis conceditur locus, neque intra, neque extra vrbes.

Pœna in Neſtorianorum receptores conſtituta.

Tomi quinti, caput XIIII.

EDICTVM PRAESIDVM prouincialium de Neſtorij libris non legendis.

ARGVMENTVM.

COMMENDANT Imperatorum pietatem; eorundemque in eos, quos Neſtoriani deceperant, clementiam. Indicunt Sectæ huius magiſtris perpetuum ſilentium; præcluduntque omnem ijſdẽ concionandi conueniendique locum. Proſcribunt, igoique addicunt omnes Neſtorij tractatus. Cauent non alio, quam Simonianorum nomine Neſtorianos vocandos eſſe. Intermittantur tandem pœnam grauem ijs, qui in Regia hæc decreta committent.

Phle-

PHLESANTHEMIVS, ISIDORus, Phleſabius, Phleſymplicius, Reginus, Prouinciarum Præfecti promulgarunt.

Commēdat Aug. pietas.

Nihil Impp. noſtris æquè gratum eſt, ac iuge pietatis ſtudium, nec iniuria: Nam ſi, vt rempublicam rectè conſtituant, nihil omnino intermittunt, ſed nocturnis diurniſque curis, eius rei cauſa ſeſe macerare non deſinunt; quantò magis conſentaneum eſt, nullis illos vigilijs parcere, nullis laboribus ſuperſedere, quò ipſam religionem, veramq; pietatem integram incorruptamque retineant?

Pluris ducēda eſt religio & pietas, q̄ externa Reipub. felicitas.

Cùm itaque religio quædam abſurda, temeritatiſque, & veſaniæ plena oritura videretur, immo verò orta iam eſſet; nonnullamque auctoritatem error ſibi iam vendicâſſet; pro inſita ſibi manſuetudine, ac lenitate, nonnullam cum omni tranquillitate correctionem fieri voluerunt, & fieri quoque ordinauerunt. Ipſos itaque iniquitatis auctores, ac Principes, meritis congruiſque mulctis dudùm compeſcuerunt; cæterorum verò ſaluti & commodo ita conſulendum exiſtimarunt, vt nihil omnino lædantur, nullamque bonorum ſuorum iacturam faciant; ſed legis tantùm ſanctione ad ſalubriora promoti prouocatique, eam poſſeſſionem per veræ pietatis agnitionem conſequantur, quæ perfecta, & æterna eſt, & poſt hanc quoque vitam ſtabilis perſiſtit.

Sanctio in eos, quos Neſt. decepetit, leniſſima; modò legi parere animū inducant.

Homo errorem ſemel hauſtū difficulter deſerit.

Quoniam verò humana natura errore ſemel correpta, elidiſque, & peruerſis ſermonibus illaqueata difficulter, vt ſanioribus conſilijs acquieſcat, induci ſolet; propterea metu, grauioribuſque nonnunquam animaduerſionibus ad frugem adigenda eſt. Quam ob rem ijs, qui fidei dogmata hactenus ſtudent adulterare, in poſterum ſilentium, mentiſque in melius demutationem indicunt. Et ne impietatis ſuæ venenum, alijs porrò adſpergere pergant, decernunt, vt nullam, neque villam, neque ſuburbanum, neque quodcunque diuerticulum obtineant. Sed nec vllum quoque in locum ſimul conueniant, aut conuentus cauſa ciuitati appropinquent: Volunt enim vniuerſam terram huiuſmodi hominum congreſſibus ſimpliciter eſſe præcluſam.

Præfractis pœnarum metu ad officiū faciēdū cōpellendi.

Oīs omnino conuentus Neſtorianis interdicitur.

Cæteris verò, qui inſanis Neſtorij commentis per deceptionem aſſenſerunt, & in erroris ſui fomentum tractatus illius hactenus tenuerunt, miſereri quàm punire malentes, ſeuerè denunciant, ſerioque præcipiunt, vt eiuſmodi libros habentes, vel legentes, eos quamprimùm igne abſumant, penituſque aboleant, ne illiuſcemodi erroris monumenta in repub. obſeruantia, veræ fidei quodcunque impedimentum adferant: Sed nec vllos quoque alios deinceps, aut deſcribi, aut legi volunt.

Seueriſſ. cōtra Neſtorij tractatus edictum.

Quos etiam initio neminem attigiſſe longè ſatius erat, cùm aliud, quàm certum exitium, lectori pariant nihil. Nam quid anima melius? quid fide pretioſius? At vtrunque maiorem in modum, per huiuſmodi lectionem offenditur? Quandoquidem & animæ iudicium obcæcat, &, vt ad deteriora labatur, certam occaſionem præbet.

Heretici lib. aliud nihil q̄ exitium lectori pariunt.

Hære. lib. lectio animæ iudicium occæcat.

Cæterùm ne cuiuſmodi ſint, qualémue ſortiti ſunt appellationem, quempiam lateat; ſed huius tragœdiæ, quam extinctam, perpetuæque obliuioni contraditam melius fuerat, auctorem vſque ob oculos propoſitum habeant; Simonianorum nomine illos vocandos eſſe decreuerunt; grauiſſimè in illos, qui ſecus appellauerint, aut errori illorum adhærere perrexerint, in poſterum animaduerſuri.

Simoniani, Neſtoriani appellati.

Denique ne edicti huius ſynceritatem pietatemque ignoretis, Regumque noſtrorum pijſſimorum, (qui fidei ſuæ conſtantia de beneficijs, cùm in ſe, tum in terrarum orbem collocatis, meritam gratiarum actionem omnipotenti Deo ſingulari ſtudio perſoluere nunquā non ſatagunt) anxiā in ſubditos ſuos curam pernoſcatis; noſtro hoc publico ſcripto, legem Diuino lumine plenam, vt vobis prælucеat, de more promulgamus. Cui quidem quicunque obſequentur, ſeipſos à pœnis immunes reddent, pietatique aſſueti, in ſeculum futurum immortalibus bonis potientur; tantum vtique promouendi, & euehēdi, quantum Imp. legis huius lator, & Deus præterea piè honoratus, morigeros promouere atque euehere ſolet.

Imp. Theo. fidei cōſtātia Deo gratus.

Legem piè obſeruantibus in vtraque vita merces obtingit.

Tomi quinti caput XV.

LITERAE IMP. AD BEATVM Simeonem Styliten, Columnellam vulgò appellatum.

ARGVMENTVM.

CVM hæc ſcripta eſt, diſſidium inter Cyrillum, & Ioannem Antiochenum etiamnum perdurabat. Hortatur itaque ſanctum hunc ſenem, vt precibus pacem Eccleſijs à Deo impetret; ſerioque cum Ioan. Antiocheno, vt Neſtorij depoſitioni aſſentiatur, falſamque eiuſdem doctrinam auerſetur, agat: Quòd hac ſola ratione res turbatæ pacari, priſtinaque tranquillitas & felicitas, reſtitui poſſe videantur.

QVONIAM quidem exploratū habemus, totam reuerentiæ tuæ vitam ad Deum eſſe cōuerſam; eaque integritate vixiſſe hactenus, vt diuinam erga nos beneuolentiam, certa quadam fiducia prouocare queas; non potuimus in præſentia, has ad te literas non perſcribere; teque etiam atque etiam rogare, vt hoc pacis concordiæque negotium, quod à Diuina prouidentia verè dependet, hoc potiſſimùm tempore quàm maximè promouere ſatagas; diſſidiumque Diaboli technis paci rectè aliquando radicatæ & conſtitutæ iniectū, confeſtim è medio tollere contendas. Id, quod tuæ ſanctitatis precibus, eiuſdemque apud illos, qui eam confirmare, diſſipatamq;

Sūmæ pietatis vir Simeon Stylites.

Theo. Aug. pacis negotium precibus Simeonis Columellæ feriò commēdat.

Magna apud oës auctoritatis Simeon Columnella.

reſtituere poſſunt; hortatu impulſuq; confiſi, breui futurũ minimè dubitamus: Nam ſi Io. pijſſimus Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopus Neſtorij, qui haſce controuerſias principio exuſcitauit, depoſitioni ſubſcripſerit, fidemque fecerit, ſe nouo inſanoque dogmati in poſterum non conſenſurum, neque antea conſenſiſſe vnquàm; diuulſorum membrorum vnio denuo ſubſequetur; quippe cùm omnes in hoc conueniant concurrantque.

Facilis ineũdæ pacis rõ, modò Ioã. Anti Neſtorio, eiuſdẽque errori renuntiet.

Si (inquam) Io. iſtuc fecerit, religioſiſſimoque Epiſcopo Cyrillo conſenſerit; quem ad modum Occidentales, & Conſtantinopolitani, reliquiq; omnes terrarũ orbis Epiſcopi, cum eo conſentiunt; quæ quondam fuerant coniuncta, Dei benignitate rurſus coaleſcent: Hanc nanque moleſtiam turbamque, ſuperuacaneâ parumque vtilis, immo verò noxia doctrina nobis peperit. Quæ quidem, ſi per veſtras preces exploſa, proculque ab animis noſtris eliminata fuerit, pacatos nos reddet, diuinamque deſenſionem, vti ſperamus, nobis reſtituet: Nam contentio hæc, & diſcordia adeò nos conturbat, vt exiſtimemus, primam præcipuamque omnium noſtrarum calamitatum occaſionem vel hanc vnam præbuiſſe.

Cyrillo orbis terrarũ cõiunctus.

Theo. Aug. Eccleſiarũ diſſidium ægerrimè fert.

Tomi Quinti, caput XVI.

CYRILLI AD DYNATVM *Nicopolis veteris Epiri Epiſcopum epiſtola.*

ARGVMENTVM.

PAX inter Ioannem Antiochenum & Cyrillum inita non omnibus probabatur; non quod pacis hoſtes eſſent, ſed quòd Orientalium reſipiſcentiam nonnihil ſuſpectam haberent. Inter alios autem, quibus pax hæc ſuſpecta erat, cenſebatur Dynatus, ad quem hæc epiſtola ſcribitur. Repetitur hic autem tota pacificationis ſeries, quæ iam ex ſuperioribus manifeſta eſt. Indicatur adhæc literas, quas Acacius ad Cyrillum ſcripſerat, non fuiſſe ſpontaneas, ſed callidè per Schiſmaticos extortas. Exponitur demum præter Helladium, Eutherium, Hemerium, & Dorotheum, cæteros omnes in gratiam & communionem fuiſſe receptos, ſed non abſque magna cautione, & ſatisfactione.

DOMINO MEO, DILECTO fratri, & comminiſtro Dynato, Cyrillus in Domino ſalutem.

OPERAEPRETIVM duxi pietatem tuã de ijs rebus certiorem facere, quæ ſuper Eccleſiarum pace conſtituenda euenerunt. Venit itaque Dominus meus præclariſſimus Tribunus & Notarius Ariſtolaus Antiochiã, literas regias ſecum deferens; quibus Ioanni pijſſimo Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopo mãdabatur, vt ſcelerata Neſtorij dogmata anathematizaret, nec non vnà cum ſacra Synodo depoſitionis ſententiam contra illum ferret, eaque ratione ad noſtram communionem viam ſibi muniret. Et hæc quidem earum literarum ſumma erat. Quidam autem ex Orientalibus Epiſcopis, qui Neſtorium fortè nec dum condemnarunt, ſed illi porrò fauere, rectamque fidem turbare pergunt; neque Chriſti omnium Seruatoris noſtri gloriam agnoſcunt, Acacium ſanctiſſimum pijſſimumque Beroenſium Epiſcopũ, vt ad me ſcriberet, nonnullaque abſurda, quæ ipſi poſtulabant, proponeret, inſtigarunt: Vrgebat enim, vt omnibus, quæ aduersùs Neſtorium ſcripſimus, abolitis, & veluti inutilibus reiectis, ſolùm Symbolum à ſanctis Patribus in ciuitate Nicæa congregatis expoſitum admitteremus: Meminit ſanctitas tua, eandem hanc rem vrſiſſe quoque, cùm nuper in Epheſiorum ciuitate adhuc aderant.

Narratur ordine, quid ad Eccleſiarũ pacificationem ventum eſt.

Summa literarum Imp. ad Ioã. Ant.

Neſtoriani quidã Acacium inducunt, vt quædã abſurda ad Cyril. ſcribat. Neſtoriani ſcriptorum Cyrilli abolitionẽ petunt.

Ego verò ad hæc reſcripſi, rem illos poſtulare eiuſmodi, quæ fieri planè non poſſet, quòd quæcunque ſcripſiſſemus, rectè ſcripſiſſemus; vtpotè rectæ inculpatæque fidei vbique ſuffragati; nihilque ob id eorum omnium, quæ à nobis ſcripta eſſent, damnare, aut negare nos poſſe: Neque enim quicquam omnino temere à me dictum, aut ſcriptum eſt, vt iſti dicunt; ſed ea tantùm à me dicta & ſcripta ſunt, quæ cum fidei rectitudine vbique conſpirant, veritatique per omnia conſentanea ſunt. Addidi verò rectiùs ipſos facturos, ſi ambagibus illis dilationibusque, quibus vtebantur, miſſis, intraque recti & neceſſarij limites ſeſe continentes, pijſſimi Deoque dilectiſſimi Imp. placitis, ſacræque Synodi decretis acquieſcerent; ac Neſtorij nugas blaſphemasque eiuſdem contra Chriſtum voces anathematizarent; nec non & depoſitionem illius iuſtam eſſe agnoſcerent; & ordinationi tandem ſanctiſſimi pientiſſimique Epiſcopi Maximiani ſubſcriberent.

Cyrill. rectè a ſe ſcripta ad Neſtorianorum petitionẽ abolere recuſat.

Reſponſio Cyrilli ad petitionem Neſtorianorum.

Cùm itaque has ad illos literas miſiſſem; animaduertentes ſeſe communione nequaquam potituros, niſi ea priùs, quæ facere debebant, confeciſſent; miſerunt Alexandriam Paulũ pientiſſimũ religioſiſſimumque Emiſenorum Epiſcopum, adferentem quidẽ ad communionis inſtaurationem pertinentia, parum tamen decorè, & commodè propoſita; Præ ſe ferebant enim iuſtas quaſdam querelas aduersùs nos ſe habere, eò quòd quædam à ſacro Concilio, neque rectè dicta, neque rectè quoque facta eſſent. Verùm huiuſmodi epiſtolas equidem non admiſi, ſed dixi: Cùm de prioribus veniam ſuppliciter petere deberent, nouas iterum contumelias inferre feſtinant? Cùm autem memoratus pijſſimus Epiſcopus factum excuſaret, iuramentoque hoc illorum propoſitum non eſſe affirmaret; ex mera autem animi ſimplicitate iſtuc literis ſuis inſeruiſſe; dilectionis cauſa expurgationem admiſi. Cæterùm non priùs illum

Orientales per Paulum Emiſenũ literas ad Cyrillum mittunt iniuſtis querelis plenas.

Paulus Emiſenus literarum Orientalium virulẽtiam modeſte excuſat. Paulus Emiſenus ꝓprio chirographo Neſtorium anathematizat.

illum ad ſynaxin recepi, quàm oblato libello, Neſtorij dogmata proprio chitographo anathematizâſſet; ſeſeq; illũ pro depoſito habere, publicè confeſſus eſſet; & ordinationi tandem religioſiſſimi Epiſcopi Maximiani aſſenſiſſet. Petijt autem, vt libellis omnium Orientalium Epiſcoporum loco oblatis receptiſque, nihil ampliùs exigerem; Sed nulla ratione id fieri ſum paſſus; ſed Domino meo præclariſſimo Tribuno, ac Notario chartam miſi, qua ei ſignificaui: Si Ioannes pientiſſimus Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopus illi ſubſcripſerit, tunc demum communionem illis reddite: Ægrè enim illorum moram ferebat clariſſimus Tribunus Ariſtolaus. Cùm igitur pijſſimus Ioannes ſubſcripſiſſet, cæteriq́ue, qui maiore auctoritate apud ipſum erãt, Neſtorij doctrinam anathematizâſſent; & quòd ipſum pro depoſito haberent, profeſſi eſſent; Maximianique religioſiſſimi pientiſſimique Epiſcopi ordinationem approbâſſent, communionem illis reſtituimus: Hæc enim ſola, cùm Epheſi adhuc eſſent, a ſacra Synodo ab ipſis exigebantur.

Exigitur a Io. Antio. vt Neſtorij cõdẽnationẽ proprio chirographo cõfirmet.

Potior Oriẽtalium pars Cõc. Epheſ. ſeotentiæ ſubſcribit.

Sciat & hoc quoque tua ſanctitas, nempe religioſiſſimum pientiſſimumq́ue Epiſcopum Paulum Helladij, Eutherij, Hemerij, & Dorothei depoſitorum cauſa plurimum initio inſtitiſſe; obnixeq́ue rogâſſe, vt quæ contra ipſos decreta erant, abrogarentur: Affirmabat enim pacem Eccleſijs aliter reſtitui non poſſe, niſi hæc quoque cauſa decideretur. Ego verò aiebam, rem ipſum modis omnibus impoſſibilem moliri; eo quòd nos iſtud nunquam eſſemus permiſſuri. Manſerunt itaque in eodem ſchiſmate, in quo etiam nunc perſeuerant; neque vlla eorum in pactione de pace Eccleſiaſtica facta eſt mentio. Miſerunt autem eandem illam epiſtolam, quam ad me ſcripſerunt, ad pijſſimos ſanctiſſimosq́ue Xyſtum magnæ Romæ, & Maximianum ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopos: Id quod integritatem tuam perſpicuè noſſe neceſſarium fuit: Ne fortè quidam, qui alia pro alijs ſæpe effutire ſolent, nonnullos ex fratribus conturbent; perinde ac ſi nos, quæ contra Neſtorij blaſphemias ſcripſimus, iterum retractauerimus. Miſi autem exempla epiſtolarum, cùm eius, quam ad Ioannem religioſiſſimum Antiochię Epiſcopum ſcripſi; tum illius rurſum, quæ de anathematiſmo blaſphemiarum Neſtorij, deque eiuſdem depoſitione ipſe admiſit; quò integritas tua iſthæc omnia, quàm exactiſſimè pernoſcat; nec vllas alias literas, præter haſce, quiſpiam proferat. Saluta, quæ tecum eſt, fraternitatem; te noſtra in Domino ſalutat.

Intercedit pro Helladio, Eutherio, Hemerio, & Dorotheo exauctoratis, ſed nihil impetratur.

Orientales reconciliationis ſcriptũ Romã ad Xyſtum Cœleſtini ſucceſſorẽ mittunt.

Cyrillo falſo imponiſſe ea retractâſſe, quæ contra Neſtoriũ ſcripſerat.

Tomi quinti caput XVII.

EPISTOLA IOANNIS Antiocheni, cæterorumq́, qui cum illo agebãt, ad Xyſtum Epiſcopum Romanum, Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum, ac Maximianum Epiſcopum Conſtatinopolitanum.

ARGVMENTVM.

IOANNES Antiochenus non ſolùm à Cyrillo diſsidebat, eidemq; de fide ſuſpectus erat, verùm a cæteris quoque omnibus Catholicis Epiſcopis & Patriarchis. Quò igitur ab hæreſeos ſuſpicione ſeſe liberet, omnemq; diſcordiæ, quæ Eccleſias vexabat, cauſam è medio ſubmoueat, hac epiſtola ſacræ totius Cõciliabuli nomine Synodi ſententiæ ſubſcribit, Neſtorij exauctorationem iuſtam pronuntiat, doctrinam illius anathematizat; ac Maximiani, qui in amoti Neſtorij locum ſuffectus fuerat, ordinationem approbat, atque ita amiſſam Catholicorum communionẽ denuo recuperat.

SANCTISSIMIS DEOQVE dilectiſſimis fratribus, & comminiſtris.

PRÆCIPVVM eorũ ſtudiũ, qui Sacerdotio funguntur, diuinumq; illud Epiſcopatus miniſterium a Chriſto omnium Seruatore ſortiti ſunt; primariusq; eorũdem ſcopus hic eſſe debet, nẽpe vt in fide recta excellant, eamq; populum ſibi concreditũ fideliter doceãt. Cùm itaq; res ita habeat, anno proximè lapſo ſacra Deo dilectiſſimorũ Epiſcoporũ Synodus, iuxta religioſiſſimorũ Chriſtiq; amãtiũ Imp. noſtrorũ decretũ in Epheſiorũ Metropoli, profligandæ Neſtorianæ hæreſeos cauſa conuenit; cõſeſſuq; vnà cũ beatæ memoriæ Cœleſtini Romanæ Eccleſiæ quodã Epiſcopi Legatis, fideiq; vindicibus celebrato, prædictũ Neſtoriũ tanquã prophana doctrina vtentem, multorumq; paſſim ſcandalorum auctorem, & in fide præterea Catholica grauiter errantem, depoſitionis ſententiæ ſubiecit.

Præcipuum Epiſcopi munus populum ſibi cõmiſſum in recta fide diligenter inſtituere.

Hęc non ſatis cõueniũt cum Nicephoro: Narrat enim Oriẽtales ad quartũ annũ, Neſto. in Epiſcopatu detinuiſſe.

At verò poſteaquam & nos quoq; eòdẽ adueniſſemus, remq; oẽm, vt geſta erat, accepiſſemus, grauiter cõmoti fuimus. Cùm ergo ea de cauſa nõ parua inter nos & Synodũ controuerſia interceſſiſſet, multaq; vtrinq; & dicta & facta quoq; eſſent, ad noſtras tãdem Eccleſias & ciuitates reuerſi ſumus: Neq;, quod ad Neſtorij depoſitionẽ attinebat, Synodi ſentẽtiæ per id tẽpus ſubſcripſimus. Porrò aũt cũ mutuis inter ſe diſcordijs Eccleſiæ diſſiderẽt, vnumq́ue illud oẽs maximè curare oportere viſum eſſet, vt omni diſſidio è medio ſublato, amicè inter ſe iterum congruerent; religioſiſſimi adhæc Chriſtiq́ue amantes Impp. idipſum quoque quam primùm fieri vellent, ſeuereq́ue iuberent, ac celeberrimum Tribunum, ac Notarium Ariſtolaum ea de cauſa ad nos mitterent, vt omnis mox contentio faceſſeret, ſanctaq́ne ſanctarum Dei Eccleſiarum pax vbiq; vigeret; placuit & nobis quo-

Orientales Epheſi Neſtorij exauctorationẽ nõ recipiũt.

Ceſſa ſe pigres eas Orientalibus viſum fuerit Neſtorij cõdemnationi ſubſcribere, ac cũ Concilio in gratiam redire.

Approbant Orientales Maximiani electionẽ.

que, in ſacræ Synodi ſententia, qua Neſtorium depoſuit, acquieſcere, ipſumque pro depoſito habere, ac blaſphemam illius doctrinam anathematizare; eò quod & noſtræ quoque Eccleſiæ perinde, ac veſtra ſanctitas, rectam ſemper inculpatamq́; fidem tenuerint, eandemq́ue populo aſſiduo commendârint, retinendamq́ue prædicârint. Aſſentimur nihilominus, & Maximiani ſanctiſſimi pientiſſimiq́ue Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopi ordinationi; deniquecum omnibus terrarum orbis Epiſcopis, ſi modò rectam ſynceramq́ue fidem habuerint, eandemq́ue ſeruauerint, communicamus.

Tomi quinti caput XVIII.

CYRILLI EPISCOPI Alexandrini ad Maximianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum epiſtola.

ARGVMENTVM.

CYRILLVS Epiſtola hac inter cæteras initæ concordiæ cauſas, quas obiter hic recenſet; Maximiani Epiſcopi Conſtantinopolitani preces quoq; connumerat. Sub finem, qui vniuerſum illud diſſidiorum malum ex vnica Orientalium defectione ortum duxerit, breuiter explanat.

SACRATISSIMO SANCTISSImoq́; Domino meo, Maximiano, Archiepiſcopo, & Patri Cyrillus in Domino ſalutem.

Chriſt⁹ eorum preces cæteris audiuit, qui ipſum diligunt.

Pſal. 17.

Coierũt inter ſe diuulſa Eccleſiæ membra.

Efficaces apud Deum preces Maximiani Epiſcopi.

DVBIVM planè nullum erat, quin ſanctitatis tuæ preces omnino valerent: Quandoquidem Saluator omnium prõptè alacriterque eorum votis annuere ſolet, qui ipſum diligunt. Eſt itaque cur quilibet cum lætitia & exultatione dicere queat: *Exaudiuit de templo ſancto tuo vocem meam; & clamor meus in conſpectu eius, introiuit in aures eius.* Ecce enim ecce diuulſa Eccleſiaſtici corporis membra rurſum inter ſe coierunt: Neque quicquam jam reliquum eſt, quod miniſtros Euangelij Chriſti per diſcordiam ſeiungat. Omnes vna fide ornamur; omnes Neſtorium impietatum inuentorem ſacris è ſeptis expulimus; omnes falſum paſtorem ab illuſtri grege ſecluſimus; hoc autem præclarum facinus precum tuarum efficacitati debetur.

Præter expectationem Orientales ad concordiam redierunt.

Cùm ergo piiſſimos Impp. cura pernecessaria inceſſiſſet, vt de pace Eccleſijs Dei reſtituenda cogitandum exiſtimarent; noſq́ue, vti id è medio faceſſeret, quod nos diuidebat, ac in diſcordia detinebat; paciſq́ue ſplendor rediret ſummis votis expeteremus; en commodùm accidit, vt ſanctiſſimus Deoq́ue dilectiſſimus Ioannes Antiochię Epiſcopus, & cęteri, qui cum ipſo faciebant, reuerendiſſimi Epiſcopi Neſtorij depoſitioni ſubſcriberent, impiaſq́ue illius blaſphemias ſcripto anathemate condemnarent. Quam ob rem ſtatim literas reſtitutæ communionis nuntias, cùm ad ipſius pietatem, tum ad cæteros quoque omnes piſſimos Epiſcopos, qui illi adhærebant, miſi: Atque ita ſanctitate tua, reliquiſq́ue omnibus, ex quibus perfectum ſacræ Synodi corpus conſtituitur, ad hoc annuẽtibus, & concurrentibus, ad priſtinam denuo reducti ſumus concordiam. Nec vlla ampliùs cõcertatio, aut contentio apud nos locum habet; ſed vnum omnes ſcopum ad pacem ſpectantem propoſitum habemus. Etſi quidem voluiſſent illi, qui initio per diſcordiam a nobis deſciuerunt, ſeſeq́ue a nobis auulſerunt, nulla vnquam diſcordia Eccleſias ſeiunxiſſet. Veruntamen benedictus Saluator noſter, qui hanc tempeſtatem ſedauit, concordiæq́ue trãquillitatem reſtituit, idq́ue per preces & interceſſiones ſanctitatis tuæ, & aliorum omnium, qui rectam ſynceramq́ue fidem habentes, in veritate & Spiritu ipſum adorant, debitumq́ue cultum ipſi impendunt.

Sũma Eccleſijs pax per Orientaliũ reſipiſcẽtiã reſtituta.

Tota diſcordia ex Oriẽtalib⁹ Epheſi nata per Maximiani preces ſedata.

Tomi quinti caput XIX.

PIISSIMI IMPERATORIS Theodoſij contra Porphyrium, & Neſtorianos, & Irenæum Tyriorum Epiſcopum edictum, quod ad ſingulos prouinciarum præſides miſſum fuit.

ARGVMENTVM.

EDICTO hoc regio Vulcano adiudicantur libri Porphyrij, quos contra fidem Catholicam ediderat. Epiſcopis & Clericis Neſtorianis decernitur exauctoratio; eiuſdem porrò ſectæ laicis excommunicatio. Copia fit Catholicis impune prodendi, & redarguendi quoſuis Simonianos, hoc eſt, Neſtorianos. Damnantur libri & tractatus vniuerſè omnes, qui cum Nicęna, & Epheſina fide, & Catholica Cyrilli explicatione pugnant. Exauctoratur Irenæus Tyriorum Epiſcopus, vt bigamus & Neſtorianus.

Principum eſt, ſuorum ſubditorum ſaluti & pietati conſulere.

Imperatorio edicto oẽs Porphyrij libri adiudicant Vulcano.

Grauiſſ. & piiſs. Impp. ſanctio contra libros hæreticos.

REGIAM noſtrã Maieſtatẽ decere arbitramur, vt ſubditorũ noſtrorũ pietati, quoad eius fieri põt, cõſulamus: Hac.n. ratione futurũ ſperamus, vt maiorẽ quoq; Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chr̃i fauorẽ & beneuolẽtiã nobis cõciliemus. Cũ igit huic ipſi per oĩa placere deſideremus, noſtroq́; ſubiectos imperio ad hoc ipſum ſubinde incitemus; decernim⁹, vt quæcunq; Porphyrius ꝓpria impulſus veſania cõtra piã Chriſtianorũ religionẽ cõſcripſit, apud quẽcunq; tãdẽ ea cõperta fuerint, quãprimùm cõcremẽtur. Siquidẽ oĩa illa ſcripta, q̃ diuinã in nos iram ꝓuocãt, pioſq́; aĩos offendunt, ea ne audiri quidem volumus.

Pœna I Clericos & Laicos Neſtorianos lata diſpar. Omnibus orthodoxis fit copia deferendi & redarguendi Neſtorianos.

Decernimus ẽt, quicunq; impiã Neſtorij fidem æmulantur, nefariamq́; eiuſdem doctrinã quouis modo ſectantur; vt ſi quidẽ Epiſcopi, aut Clerici fuerint, ex ſacris Eccleſijs cõfeſtim expellant; ſin verò Laici, anathematis vinculo conſtringant; prout iam quoq; a noſtra Maieſtate lege cautum eſt. Omnibus pręterea orthodoxis volentibus, piamq́ue hanc noſtram ſanctionem ſectantibus, poteſtatem facimus,

facimus, vt huiuſmodi homines liberè citrà vllam cuiuſcunque detrimenti formidinem deferant, publicèque redarguant.

Imperiali edicto eos olim incendi mandatur, qui pugnant cum fide Nicænæ, & Epheſi expoſita, diuique Cyrilli exegeſibus. Libri hæretici certam perniciem legêti & habenti adferunt.

Quoniam verò accepimus, doctrinas quaſdam, neſcio quomodo dubias, orthodoxæq; fidei a ſanctis Patribus Nicææ & Epheſi congregatis editæ nequaquam conſentientes, & piæ memoriæ Cyrilli Alexandrinorum quondam Epiſcopi expoſitioni repugnantes, conſcripſiſſe, & euulgâſſe: Mandamus vt huiuſcemodi ſcripta, vel libri, qui certiſſimam habenti & legenti perniciem adferunt, apud quemcunque latuerint, incendantur. Neque volumus, vt quiſquam in poſterum aliquid circa fidem apud Nicænam, & Epheſinam ciuitates expoſitam, aut diſſerat, aut exponat. Qui verò ſacroſanctum hoc noſtrum decretum violauerint, non dubitent eandem ſeſe pœnam incurſuros, quam contra impiam Neſtorij fidem, dudum decreuimus.

Seuerè mandatur ne quis es in quæſtionem vocet, quæ Nicææ & Epheſi circa fidê erant definita.

Vt autem omnibus & ſingulis certè conſtet, quantopere Maieſtas noſtra impiæ Neſtorij fidei æmulos deteſtetur, ſtatuimus, vt Irenæus, qui hac de cauſa noſtram indignationem nuper incurrit; & poſtea, neſcio quo modo, poſt ſecundas nuptias, ſicuti accepimus, contra Apoſtolorum Canonem Tyriorum Epiſcopus eſt creatus, a ſancta Tyriorum Eccleſia ſtatim expellatur, ornatuque & nomine Sacerdotij penitùs exutus, priuatus in patrio tantùm ſolo viuere permittatur. Magnificentia tua noſtræ pietatis ſcopum aſſequuta, curet hæc obſeruari, & primo quoque tempore tranſacta reddi.

Irenæus bigamus & hæreticus Tyriorum Epiſcopatú inuadit, ſed nô impune.

Tomi quinti, caput XX.

MANDATVM ADVERSVS Porphyrium, Neſtorium, atque Irenæum, a Prouinciarum Præfectis poſt pragmaticam Imp. acceptam publicè propoſitum.

ARGVMENTVM.

PRAESIDES ſcripto hoc publico commendât Imperatoris pietatem. Regij edicti ſeueritatem & æquitatem ſeriò ſpectandam, & obſeruandam admonent. Membratim denique, quæ in illo continebantur, memoriæ, maiorisque obſeruationis cauſa recenſent.

Iuſtæ politiæ firmamentú Orthodoxa fides.

Porphyrius ſcriptis Chriſtianam religionem impetit. Imperialis ſanctionis contra hæreticos membra plura.

PIISSIMVS Imperator noſter, minimè ignarus, legum iuſtæq; politiæ firmamêtum Orthodoxam religionem eſſe, peculiari edicto omnem impietatis occaſionem præſcidit; eos quidem, qui ea laborant, moderata caſtigatione ſanans: Cæteris verò omnem honeſtæ vitæ rationem oſtendens. Qualia ergo aduersùs libros Porphyrij, quos ille contra ſanctam Chriſtianorum religionem conſcripſerat; nec non contra illos, qui nefariam Neſtorij doctrinam ſcriptis propagant, decreuerit; & quo rurſum pacto nullum fidei dogma vim vllam obtinere voluerit, niſi illud vnum, quod a ſanctiſſimis pijſſimiſq; Epiſcopis, qui quondam in ciuitate Nicæa, & poſtea in Epheſina; vnà cum venerandæ memoriæ Cyrillo conuenerunt, editum & receptum eſt, & qua tandem ratione Irenæum, qui Tyriorum ciuitatis Epiſcopus extitit, exauctoratum velit, id ex prædicta ſanctione Græco ſermone poſita, clarè diſerteque cognoſcetis, ne quiſquam ignorationem in poſterum prætexat. Decet proinde omni cum diligentia, iſthæc obſeruare, comminationemque, ac indignationem Regijs literis inſertam vſque ob oculos habere. Lecta ſunt hæc in Eccleſia Solitariorum 25. Pharmuthi, hoc eſt, Aprilis, indictione quarta, anno Diocletiani 164.

Solam Nicænæ & Epheſinæ fidê vim obtinere vult Theod. Aug.

Noua hæc tempora calcu[illegible]

Tomi Quinti, caput XXI.

EDICTVM REGIVM DE HIS, qui metus cauſa ad Eccleſiam confugiunt, ad Prouinciarum & Præſides, locorum Iudices.

ARGVMENTVM.

IMPERATORIVM hoc edictum, quod eſt ſanè pijſſimum & elegantiſſimum, ne vehementior fugientium metus ſacris altaribus, vel alijs locis ſacratioribus iniuriam aliquam adferat, totum illud miſerorum Aſylum eſſe iubet, quod templis quouis modo cohæret, aut ad Eccleſiæ ius quouis modo pertinet; ſiue id porticus ſit, ſiue domus, ſiue hortus, ſiue balneum, ſiue aliud quodcunque eiuſmodi. Cauet quoque, ne quis armatus ad eiuſmodi loca ſeſe recipiat, etiamſi impensè metuat. Quòd ſi quis ſecus inſtructus huc ſe ingerat, hunc vel inuitum exarmari mandat. Grauem tandem in illos pœnam decernit, qui ſanctionem hanc, quam etiam diligenter per prouinciarum Præſides promulgari vult, quouis modo violare non verebuntur. Sanctionis huius occaſionem dedere nobilis cuiuſdam viri ſerui, qui metu perculſi ad ſacratiorem Sacrificij aram irruerunt, ibidemque poſt cædem, aliaque nefariæ non pauca deſignata, ſeipſos tandem peremerunt.

Lege Niceph. lib. 14. c. 31.

VETVS iam inde a paganiſmi temporibus conſuetudo, naturaliſque legis ſanctio pietatis cauſa obtinuit, vt apud omnes quorumcunque rituum nationes, publicæ adminiſtrationes, humanæque functiones, a religione ſacriſque cæremonijs ſemper ſecernerêtur; nec id modò in rebus ſummis, ſed in quibuſuis promiſcuè, vbi ſacris & puris legibus locus eſt. Hinc & illud quoque accidit, vt omnium penè mentibus inſitum ſit, naturaliterque perſuaſum, quę Deo ſemel dedicata ſunt, ea, neque profanari; neque vlla hominum inſolentia, Diuina vi obnitente, poſſe attingi: Quo enim pacto fieri queat, vt ea polluantur, quæ ſuapte natura ſemper ſunt munda, cæteraque emundant omnia? Aut qua ratione ea poterunt contaminari, quæ ſemel ſanctificata, nunquam, dum cohærent, quod ſunt, eſſe deſinunt.

Inter ſacra, & profana apud oês bene inſtitutos diſcrimen.

Semel Deo dedicata & conſecrata, in profanos vſus verti non debêt, nec verti quoq; pôt.

Alludit ad piaculum a fugitiuis ſeruis in templo editum; cuius meminerũt hiſtoriographi.

Quapropter licet, certiſſimò perſuaſum habeamus, quæ paulò antè Barbarica quadã veſania æquè oeſariè ac temerariè contra Diuinas aras patrata ſunt, ea, quod ſanctũ erat, nequaqoam profanâſſe; oeque, quod mundum, contamioaſſe; tamen quia id factum eſt, quod oullo vnquam tempore futurum ſperabamus; nempe, vt temerarij ſceleratorũ hominum conatus vſque ad ipſas quoque religionis officinas ſeſe effunderent: Adhæc, oe impius quiſpiam, quæ Diuina & ſancta ſunt, profanorum loco ducat, eaque in ſacratis, Deoq́ue dedicatis locis licere exiſtimet, quæ ne in quibuſlibet quidem alijs vulgaribus impune permitti deberent: Vt denique religio peruigili pietatis cuſtodia illæſa caſtaque perſeueret, omnem violentiam, omnemque petulantiam, quæ vel ſponte per temeritatem, vel inuitè per metum hactenus fuiſſet irrogata, peoitùs ab omoipotentis Dei Eccleſia in poſterum ſecluſam eſſe volomus.

Nõ eadem licent in profanis & ſacris locis.

Quàm procul hic ſenſus ab eorũ ſtudio, qui templa in ſtabula, & cenopolia vertunt.

Pagani quiduis obuium nominis loco habebãt.

Etenim ſi falſa veterum paganorum religio, quæ quiduis obuium pro Deo colebat, adeò ſuperſtitionis ſuæ obſeruans fuit, vt altaria non quibuſuis, ſed Sacerdotibus duntaxat ad hoc inſtitutis committeret; neque fana ſua rurſum vbilibet, ſed in arcibus, alijſq́ue munitioribus locis tantùm erigeret; ibique idola ſua magna cum veneratione adoraret; quantò magis par eſt, vt nos religionem ooſtram omni cum obſeruatione, pietate, ac diligentia obſeruare tueriq́ue nitamur, ad quos Deus ipſe cum vero religionis cultu, cœlo interim non deſerto, quoodam deſcendit? Etenim quadam inter Deum & hominem facta permutatione, homo Deum in terram ſuſcepit, hominemq́ue Deus in cœlum ſubuexit. Qui etiam præcipuè tum placari credendus eſt, quum hi inter alios, penès quos rerum ſumma eſt, ſalutaris vitæ, humanæq́ue ſecuritatis (quorum alterum citra alterius detrimentum, vt nobis videtur, abeſſe non poteſt,) quam par eſt, rationem habent.

Veteres in ſua ſuperſtitione apprimè religioſi.

Turpe paganos diligentiores eſſe in ſua ſuperſtitione, Chriſtianis in ſua vera religione.

Deus mirè delectatur Principum religione & pietate.

Quapropter, ne ampliùs, ædibus ſacriſq́ue altaribus, ex nimia confugientium deſperatione vel confidentia, contemptu vel temeritate, audacia vel inſania, iniuria aliqua, præter decorum, inferatur: Tum quò extremus miſerorum opeq́ue deſtitutorum portus, pateotioribus, quàm hactenus conſueuit, finibus huiuſcemodi excipiat; hoc noſtro Regno ac tempore, non ſolùm Diuina altaria, & quadratum illud populi oratorium, murorum ambitu vndique circumſeptum fugitiuorum ſecuritati patrocinari volumus, ac decernimus; verùm etiam, ſi quid exiſtit vlterius, vſque ad poſtremas Eccleſiæ fores, quæ precaturis primo occurrunt, hoc totum propitiam aram fugientibus conſtituimus. Etenim Maiores noſtri, ne aliquo modo timore perculſis humanitas denegata videretur, in noſtris quoque ſtatuis aram ſalutarem conſtituerunt; ita, vt ſi qui vel extrema inſignium noſtrorum lineamenta fortè contigiſſeot, hi contra omnes aduerſæ fortunæ impetus tuti munitiq́ue cenſereotur. Iam ſi ſtatuæ complexus, propter Regiam Maieſtatem, tantum præſidij miſeris conciliat, quantum opis illis debet eſſe paratum, qui ſalutis cauſa, ad ſacroſancta altaria confugiunt.

Portus refugij, vniuerſus Templi ambitus.

Statuæ Imperatorum ara propitia veteribus aſſignata: Cœpit aũt hic mos a tpe Nicæni. Oia hæc ſpirãt miram pietatem.

Pateant proinde trepidis magni Dei templa, famulos fugientes communis ſuſcipiat ara; nec vlla veluti ſuperior commioatio diuinum auxilium, quod omnibus ex æquo ſeſe offert, audeat propulſare: Qualis enim naufragorum, qui ſcopulos, ſæuaſq́ue tempeſtates euaſerunt, in calamitatibus reliqua ſpes erit, ſi littus præcludas? ſi terræ tranquillitatem adimas? ſi continentis ſecuritatem deneges? Quæ conſolatio illis, qui belli immanitatem, diſcriminaq́ue effugerunt, relinquetur, ſi per obiectam aciem aſylum, quod non paucis etiam aduersùs legum ſeueritatẽ nonnuoquàm profuit, intercludas: Quid ſperandum, ſi ſitientibus fontem turbas? aut qualem denique humanę miſeriæ operientur medicinam, ſi Deus ipſis denegetur? Nobis igitur imperium moderantibus, nõ ſolùm ſacroſancta altaria, & quadratum populi oratorium muris incluſum, & quicquid ꝓterea inde eſt loci vſque ad Eccleſiæ portas extremas, per quas preces facturi ingrediuntur, hoc totum miſeris Aſylum definimus, & conſtituimus; verùm reliqua etiam omoia loca templo in circuitu cohærentia, ſiue domus, ſiue hortuli, ſiue atria, ſiue balnea, ſiue etiã porticus ſint, eiſdem profugium eſſe iubemus & volumus. Volumus ad hæc vnumquemlibet horum locorum ingredientes, æquè ſecuros eſſe, ac ſi in intimis templi penetralibus conſiſtant: Quauis enim ſi religionis atque pietatis rationem ſpectes, parua hæc inter ſe intercapedine diſtent, non tamen praua, ſi latitandi, periculique euadendi opportunitatem conſideres.

Multis exẽplis docet, ſupplicibus profugium non eſſe denegandum.

Quicquid quouis modo ad tẽplũ attinet, id ara propitia definitur.

Cùm ergo vniuerſam illam periodum iã monſtratam, citra vllum diſcrimen, ſalutis portum conſtituerimus, quò pauote fractis ſecuritas latiùs pateret, maiuſque conſternatos præſidium fulciret; nemo omnium illiuſcemodi, aut expellere, aut ſacrilegas manus illis inijcere audeat; ne, qui hoc auſu temerario tentauerit, in ſimilem calamitatẽ adductum ſe videns, & ipſe quoque auxilijs inops, eodem aliquando effugere debeat. Hoc autẽ tantùm vrgente formidioe, vel ſecurè latitandi, vel liberè quoq; exſpatiandi ſpatium ideo clementer conceſſimus, ne quiſpiam fugitiuorum in Dei templo, aut apud ſacras aras manere, aut cibum ſumere, aut dormire, aor etiam perooctare cogatur: Quod non modò Clerici, propter religionem prohibere; ſed ipſi quoque fugitiui pietatis cauſa meritò deberent detrectare: Hi quidem, ne proprijs naturæ neceſſitatibus, mente profana

Cõtra eos, qui profugos in locis propitijs cõſtitutos vexant.

Cauſæ, cur ſalutis portus ſub Theo. Aug. ſit ampliatus, graues & piæ.

Cũ tẽpli religione pugnat, ea in illo tractare & exercere, quæ in profanis ædibus tractari & exerceri ſolent.

Sancta

Sancta viderentur polluere; illi verò ne, cùm huiuſmodi turpitudinem à ſacris ædibus arcere deberent, pietatem, cuius aſſertores ac vindices inſtitui ſunt, cenſerentur offendere, vel etiam neglectui habere.

Clerici, ne ſacra prophanentur, vi interdum vti licet.

Cæterùm ſi quando vſu veniat, vt Clerici humanas illas naturaleſque ſordes, vel harũ potiùs auctores à ſacroſanctis altaribus vi cogantur amoliri, intrepidè amoliantur: Nam ſi in alterutrum peccandum fuerit, ſatius eſt, vt habeantur audaces, quàm impij; & in hominem delinquant, quàm vt Deum offendant. Veruntamen quia timentium impetus vehementior nonnunquam exiſtit, ne hac lege poſita, & ſeruata, aliqua inhumanitatis ſuſpicione illos quandoque laborare contingeret: Et quia Dei templum humana naturalique neceſſitate, fœdari; aut ſacroſancta myſteria infami infirmitate pollui: aut Diuina à profanis contaminari; aut ſacra denique ab impuris inquinari, nequaquam patimur; propterea fugientibus, opemque implorantibus præſidij oſtium non modò non præcludendum, ſed amplioribus quoque longioribuſque ſpatijs illorum ſecuritati conſulendũ exiſtimauimus. Vbique interim, & quod Diuinitati, & quod humanitati debetur, ſolicitè, religioſeque obſeruantes.

Ne tẽplum polluatur, ſalutis perfugium extra tẽplũ Theo. Aug. prouidentia aſſignatur.

Decernim' nihilominùs, nè, aut ferrea, aut cuiuſuis alterius generis arma, ſacris ædibus fugitiui inferant: Hæc namque, vt reliqua omnia eiuſmodi, non modò à ſacris templis, & aris abeſſe volumus, ſed à reliquis quoque omnibus Eccleſiaſticis habitationibus, manſionibus, hortis, balneis, atrijs, porticibus cæteriſque omnibus, quæ Aſyli loco fugitantibus antè determinauimus: Etenim fas non eſt ſanctiſſimis templis, alijſue Eccleſiæ locis, diffidentiæ, aut metus cuiuſpiam prætextu arma, aut quæcunque belli inſtrumenta inferre. Sufficiat fugitiuis iſtis Dei auxilium, cui & arma, & leges, & ipſa etiam regia Maieſtas ſubiecta eſt: Nam & nos, qui legitimi imperij armis nunquam non circumdamur, quoſque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non conuenit, Dei templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema regiæ Maieſtatis inſigne, humiliter deponimus, & ſacra altaria munerum tantùm offerendorum cauſa accedimus. Quibus quoque oblatis ad extimum communeque atrium mox nos recipimus; de proximo & quaſi intimo nihil quicquam præ cæteris peculiare nobis arrogãtes. Quam ob rem, qui armati ad ſanctum Dei tẽplum, vel ad ſanctum altare confugiunt, ſiue illi Pagani fuerint, ſiue ex ciuitate quicunque alij; vel etiam inermes ijs locis cubare volunt, per Clericos, ne id faciant, inhiberi debent; hoc tamen citra omnem petulantiam atque ſuperbiam: Ad eum nanque modum huiuſmodi tractãdi & excipiendi ſunt, ne meritò cõqueri poſſint, inſolentiùs, quàm oportebat, ſecum eſſe actum.

Grauiter cauetur, ne fugitiui quęcunq; arma in Eccleſiaſtica Aſyla inferant.

Veteres Impp. tẽplũ ingreſſuri, arma diademaq; ponebant, & extra chorum conſiſtebãt.

Clerici fugitiuos tẽplis arcẽtes, nullam arrogãtiæ, aut ſuperbiæ ſignum præ ſe ferre debent.

Ob oculos proinde illis ponant religionis rationem; munditiæ, loci ac ſanctitatis illos commonefaciant; religioni cum humanis neceſſitatibus nihil commune eſſe oſtendant; interualla intra ſepta Eccleſiaſtica, ad fugitiuorum tranquillitatem ſecuritatemque ampliſſima conſtituta commonſtrent; loca, in quibus comorari queãt, ſigillatim recenſeãt; capitale ſupplicium contra temere irruentes ſtatutum indicent; religionem humanis ſordibus, naturalibuſve neceſſitatibus, contaminandam aut profanandam non eſſe ei, qui per eam aliquãdo tueri ſe volet, ſignificẽt. Quòd ſi quiſpiam nihil hiſce omnibus permotus pertinaciter obſiſtere pergat, tum demũ religio manſuetudini anteferatur, & pertinax illud ingenitum ſacris aris & templis auulſum, vel inuitum in aliquem prædictorum locorum contrudatur: Eſto nanque quiſpiam, qui periculum euaſerit, valde extimeat, an propterea ſacra religio humanis neceſſitatibus, præſertim cum alibi abſque diſcrimine eſſe liceat, cõtaminari debebit? Porrò ſi qui Diuinę opis implorandæ ſpecie, ſanctiſſima Dei templa armati ingredi voluerint, nullo modo ſacratis ea locis inferre, aut etiam attingere ſunt permittendi, etiamſi quapiam naturæ, aut gentium conſtitutione ſeſe defendãt; ſed abſolutiſſimæ ſeueritatis edicto, horrendiſque minis ab eiuſmodi propoſito ſunt abſterrendi; potiſſimum verò, ne ita comparati inſtructique concionem habeant: Nam qualem illi ſpem in religione collocant, qui in religionis contumeliam armis accincti, tam inſolenter Diuinis ſeſe ingerunt?

Rationes & argumẽta, quibus cum iis agendum, qui metus cauſa intra tẽpli ſepta degere volunt, cũ extra illa tuti eſſe queant.

Pertinaces vi è tẽplis exturbãdi.

Armati ad templum non ſunt admittẽdi.

Hoc notẽt ſeditioſi Prædicantes.

Quòd ſi quiſpiam furiis actus, aliquod iſtorum noſtrorum decretorum, in quocunq; Eccleſiaſtico loco violauerit; ſiue id fiat extra templum, ſiue intra templum, ſiue etiam circa templum; confeſtim Præſulis auctoritate, vel à ſolis Clericis arma deponere compellatur; & quòd religione & pietate tegatur ſecuriùs, quàm armis, ſedulò admoneatur. Quòd ſi legis noſtræ auctoritate voceque Eccleſiaſtica commonefactus, in veſania ſua perſeueret, neque arma, quæ præter fas, non tam ſalutis, quàm ſacrilegæ tyrannidis, & temeritatis cauſa, ceperat, relinquere animum induxerit; edoceatur, quòd à tot tantiſque fruſtra admonitus, grauem commiſſi criminis Deo redditurus ſit rationem, & vi armata nihilominus inde auulſus, omni calamitatum & pœnarum generi mox ſit ſubiiciendus, vt, qui ea re grauiſſimè peccet, tragœdiiſque digna committat.

Quomodo cũ iis agendum, quĩ arma ponere non volunt.

Cæterùm ne illa, quæ militari quadam inſania, maloque exemplo contra religionem, Diuinumque cultum non ita pridem antè ab iis patrata ſunt, quibus cum admodum ſanè clementer actum fuerat, rurſum, quod abſit, à ſacrilego quopiam deſignentur: Adhęc vt omnis omnino ratio, omniſque veſaniæ occaſio amoueatur: Poſtremo ne, ſi cuicunque Libitum

Etenim ſeuul illi ſtrictis gladiis in quoſuis obuios ſæuiebant.

tum fuerit, promiſcuè cõtra miſeros illos fugitiuos inſoleſcere liceat, grauis aliqua perturbatio exoriatur, nolumus abſque ſententia Epiſcopi, aut certè abſque noſtrorum iudiciũ, qui in hac, vel quauis alia ciuitate verſantur, mandato, armatum extra Eccleſiam raptum, in cuiuſquam poteſtatem contradi. Quin id potiùs decernimus, ſicut etiam antè monuimus, vt huiuſmodi fugitiui armati primò humaniter admoneantur, vt arma deponant, illisque perſuadeatur, vt ſalutem ſuam in Deo, quàm in galea, aut clypeo collocare malint. Iſthæc autem eam ob cauſam ſanximus, vt nefariæ ſacrilegæque huiuſcemodi tumultationes in ipſo ſtatim exordio per armorum amolitionem, honeſtamq; admonitionem ſedentur; aut certè ſi furere pergant, per illuſtrem auctoritatem, exactamq; iuſtitiam atque pietatem tuam compeſcantur. Denique hæc ipſa, quæ pro veneranda religione tuenda conſtituimus, omni cum obſeruãtia, honore, pietate, puritate, ſanctitate, ac reuerentiâ cùm ab omnibus, tum maximè à fugitiuis obſeruentur. Siquidem neque humanitatem propter religionem abiecimus; neque contrà rurſum religionem propter humanitatem cõtempſimus; ſed quicquid decretum eſt, id totũ humanitati atque Diuinitati iuxtà conſentaneũ eſt. Dabis autem operam, vt iſthæc commodis cõſuetisque edictis, ac promulgationibus omnes cognoſcant, quo ij, qui fuga ſaluti ſuæ conſulunt, ob ſanctionis huiuſce clementiam liberati cura, nihil per temeritatem in poſterum contra Diuinum honorem atque religionem moliantur: Lex hæc propoſita fuit indictione quarta, duodecimo mẽſis Phormuthi, hoc eſt, Aprilis.

Fugitiui ac mati in Eccleſiam ingreſſi abſq; ipſi auctoritate, vi inde non debent extrahi.

Humaniter cum fugitiuis agẽdum.

Hinc colligere licet, ſanctionẽ hãc ad ſingulos prouinciarum Præſides fuiſſe miſſam.

Clarè hic confirmat, quod proximè dicebamus.

Tomi quinti, caput XXII.

NICEPHORI CONSTANTINOpolitani ad Leonem Pontificem Max. epiſtola.

ARGVMENTVM.

PROPTER Diaboli inſidias, crebros humanæ vitæ lapſus, caninos maleuolorum morſus, muneris grauitatem, aliaque id genus non pauca, Epiſcopale munus cum dignitate, publicaque vtilitate obire, arduum eſſe docet; ſeſeque proinde, quòd ſuam ipſe vitam rectè inſtituere via queat, ad eam functionem aſſumi non debuiſſe. Subiungit, quod vitæ genus, antequam Epiſcopus crearetur, ſectatus fuerit; tũ qua ratione, & occaſione ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum peruenerit. Romani Pontificis opem, eiuſdemque fidem, & apud Deum deprecationẽ implorat, Fidem Romanorum ab Apoſtolo laudatam, ipſe quoque laudat. Addit nihilominus fidei gratiam nõ ſolùm veteris, ſed nouæ quoque Romæ; imò omnium gẽtium & nationum eſſe, quòd Apoſtolicus ſermo per omnem mundi plagam peruaſiſſet. Subnectit his ſuam, ſuæque Eccleſiæ confeſſionem, qua prolixè & eleganter declarat, ſe ab omnibus ijs erroribus, & hæreſibus alienum eſſe, quæ vel Conſtantinopoli, vel alibi vſquam contra Chriſtum, eiuſque Eccleſiam extiterunt aliquando: Atque ita in omnibus & per omnia ſeſe complecti Romanæ Eccleſiæ, vt quæ reliquarũm mater ſit, fidem: Omnia rurſum Concilia eiuſdem Eccleſiæ auctoritate celebrata; cætera denique omnia, quæ quouis modo ad fidei vnitatẽ pertinẽt. Quare epiſtola hæc inter alias, quæ ad Eccleſiarum vnionem pertinent, meritò reponenda fuit. Excuſat ſe poſtremò. quòd tardiùs iuſto ad Romanum Pontificem ſcripſerit, ſuæque fidei rationem reddiderit. Cæterùm Leonem, ad quẽ epiſtola hæc perſcribitur, ſecundum, vel tertium eius nominis Pont. fuiſſe ex eo manifeſtum ſit, quòd ſecundam Synodum Nicænam, quam ſub Adriani primi Pontificatu celebratam fuiſſe conſtat, ſua ætate celebratã fuiſſe aſſerat. Adriano autem ſucceſſit Leo tertius.

LEONI PAPAE ANTIQVAE Romæ, fratri & Comminiſtro per omnia ſanctiſſimo beatiſſimoq́, Nicephorus Dei miſericordia Epiſcopus Conſtantinopolitanus in Domino. S.

MAGNVS reuera, omniq́ue laude, & admiratione dignus eſt, quicunque eiuſmodi fidelis & prudẽs ſeruus eſt, cuiuſmodi in ſacris Euangelij parabolis deſcribitur: Talis enim à Domino ſuper familiã eius conſtitutus, gregi ſibi commiſſo, ſermonem non ſuperuacuũ, non prodigè, non imprudenter, ſed cum iudicio, ac pro egentium neceſſitate, & vtilitate diſpenſans, ſuisq́ue conſeruis tritici menſuram opportuno tempore diſpertiens, & ſingulis tandem commodè, certaque cum proportione neceſſaria diſtribuens, non vulgarem apud Dominum ſuum gratiam ac beneuolentiam promeretur, promiſſæq; beatitudinis brauiũ certè conſequitur: Enimuerò in omnibus, quorum procurator inſtitutus eſt, proficiens, promiſſiſque obtinendis ſedulò incumbens, ac fidem cum prudentia & dexteritate, nec non debitam curam ſolicitudinemq; vbique adhibens, ſuam erga Dominum beneuolentiam, gratumque animum egregiè declarat. Quare cùm neminem ex ijs, qui fidei ſuæ cõcrediti fuerant, deperdat; verùm conuenienti prudentia, ſenſuumque ſobrietate, & diligẽtia, & ſynceritate ſalutem, libertatemq; vniuſcuiuſque impigrè promoueat, & ad eam impetrandam neceſſaria præſidia ſubminiſtret, ſit, vt Dominico fauore dignatus, aduentuque eiuſdem clementer viſitatus, tandem lætum illud Euangelium audiat: *Euge ſerue bone & fidelis, quia in paucis fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini.* Hæc itaque fidelis illius ſerui, & opera & præmia ſunt.

Cuiuſmodi debeat eſſe paſtor, qui Euãgelicę parabolę elogium & præmiũ olim ſit ſortiturus.

Matth. 25. Luc. 19.

At verò ego non is ſum, qui iſthæc ritè moderari, diſpenſareq; valeam; ſed qui aliorum moderamine atque directione planè indigeam: Sum enim admodum exiguus, veteque omnium infimus, & hac tam præclara ſorte, tantaq; functione penitùs indignus. Et proinde Eccleſia, quæ dom' Dei ab Apoſtolo defi-

Submiſsè de ſe ſentit, & loquitur Nicephor' Epiſcopus.

definitur, homini naturæ vſque adeò infirmæ ac imbecillis, diuinarumque purgationum beneficio maiorē in partem adhuc deſtituto (ne quid aliud grauius dicam) nulla ratione committi debuerat. Sed nec ego quoque, cùm memetipſum regere, apteque componere necdum ſatis didicerim, neque vilia illa & terrena ſatis adhuc deſpexerim, animarum curam gubernationemque ſuſcipere vllatenus debueram; cùm illi quoque, qui amplioribus & animi & corporis bonis cumulati ſunt, adminiſtrationis huiuſce finem ægrè admodum conſequi valeant. At poſteaquàm ſemel ad munus hoc, quo ſemper indignum me iudicaui, & etiamnū iudico, euectus ſum, vtinam ſi illud beatitudinis elogium non omnino promerear, eò ſaltem calamitatum miſeriarumque non deueniam, vt peruerſo obſtinatoque animi ſenſu à rectitudine abſtractus, oppoſitam ſortem, hoc eſt, maligni illius ſerui cladem fortunamque experiar: (Hic enim cùm ignauiæ intemperantiæque plurimùm indulgens, Domini aduentum negligeret; & grauem præterea intolerabilemque ſuis ſeſe cōſeruis exhiberet; & cum ebrioſis commercium ſocietatemque haberet, repentino Domini ſui aduentu diuiſus, eandemque cum hypocritis partem in ſulphureo ſtagno ſortitus legitur.) Aut certè illius, qui cùm talentum acceptum defodiſſet, & ſub terra occuluiſſet, acerbè grauiterque accuſatus, non ſolùm fœnus, & illud multiplicatum, poſtulatur, verùm ipſo quoque capitali deſpoliatus, in tenebras exteriores abijcitur. Vtinam in horum numero non inueniar; neque in exemplum deriſionemque, & capitis motionem omnibus intuentibus propoſitus, ab eoque, qui omnia noſtra nouit & ſcrutatur, redargutus & condemnatus, meritas iniquarum actionum pœnas olim exoluere compellar; ita vt ij, qui in ſimiles fortè noxas lapſuri erant, meo exemplo ſupplicioque admoniti, à ſcelere ſe contineant, vitamque corrigant.

Ardua res eſt, etiā perfectis, cū dignitate Epiſcopale munus adminiſtrare.

Inter optimos & peſſimos Eccleſię paſto es, quidā medium ſtatū obtinent.

Matth. 24.

Matth. 25.

Quoniam ergo Deo permittente & conniuente iugum iſtud ſubij, præſensque miniſterium & famulatum inuitè ac tantùm non per vim ſuſcepi, qualis mihi annis retro actis functio vitæque ratio extiterit, quemadmodum omnibus propemodum compertum eſt, breuiter expediam. Itaque alijs aliud eſt ſtudium, opuſque maius vel minus, prout vniuſcuiuſque fert libido; & quiuis, quod profuturum ſperat, ſuopte arbitratu ſibi eligit; Quemadmodum enim variæ hominum ſunt ſententiæ, variaque conſilia, diuerſæ adhæc conſuetudines & mores; ita etiam electiones, ritusque viuendi varijs modis inter ſe ſecernuntur, & quadammodo ad infinitatem quandam perueniunt; Quidam namque mechanicæ vitæ exercitationē quantumlibet vilem, miſerabilem, incertamque tolerare decreuerunt. Alios agriculturę laboribus moleſtijsque addictos videas. Nonnulli mercaturæ quæſtu, opumque cōgerendarum ſtudio ducuntur. Nec deſunt, qui peregrinorum locorum luſtrandorum deſiderio acti, nauigationis periculis ſeſe exponant. Et ne ſingulis recenſendis immorer, alij alias operoſas artes conſectantur. Pauci ſelectiores ſolitariam illam philoſophicamque viuendi rationem complexi, animos ſimul & corpora exercent, ac purgant, Deoque hac ratione appropinquare, & ad cœleſtem illam beatamque vitam perringere contendunt. Quoſdam præterea comperias, qui eloquentiæ, logicarumque ſcientiarum ac diſciplinarum exercitationi dediti, honeſtisque moribus exculti, mentes ſuas Muſarum officinas conſtituant; denique, vt vnicuique gratum amicumque fuerit, ſuæque naturæ propenſio tulerit, ita aliud atque aliud vitæ genus complectitur.

Niceph. Eccleſiæ Conſtāt. Epiſcopus breuem vitæ ſuæ hiſtoriam texit.

Non idem omnium eſt ſtudiū, nec idem iudicium, nec ijdem mores & cōſuetudines.

Maior mortalium pars externæ vitæ ſtudijs vacat.

At verò meæ vitæ ratio eiuſmodi extitit; ſimul atque virilem togam ſumpſiſſem, mox in Principum aulas abreptus, munus adeptus ſum minimè vile, aut ignauum, ſed expeditum & ingenuum, quippe quod manuum calamorumque induſtria maiorem in partem perficeretur: Creatus ſum enim regius Notarius, cuiuſmodi à ſecretis Latini appellant. Porro huic miniſterio aliquandiu obſtrictus, humaniſque negotijs implicatus, vitæ præſentis inſtabilitatem ſeriò mecum pertractare cœpi. Cumque poſt crebros varioſque cogitationum fluctus comperiſſem, difficile penèque impoſſibile eſſe, qui huiuſmodi negotijs mundanis deſtinerentur, illos ad ſublimiora Diuinioraque aliquando pertingere poſſe: Cogitaremque nihilo ſecius hæc omnia ludicra caducaque; illa verò ſeria æternaque exiſtere, decreui, certoque apud me conſtitui, his quidem primo quoque tempore nuntium remittere; illis verò manibus pedibuſque deinceps incumbere. In mentem nāque veniebat ſatius eſſe, ſi, vel mediocriter in ſublimioribus illis excellerem; probatuſque viderer, quàm ſi in infimis illis comptiſſimus ſplendidiſſimusque haberer. Multò rurſum præſtabilius, ſi meipſum poſſiderem, mihique quodammodo lex eſſem, quàm ſi aliena curarem. Hæc itaque etiam atque etiam expendens, omniaque, iuxta præcellentiſſimi Prophetæ vocem, vanitati ſubiecta eſſe; nihilque homini de vniuerſo labore, quo laborat, ſub Sole ſupereſſe, iuxta Sapientis doctrinam; & mundi huius figuram præterite, iuxta vaſis electionis ſententiam, in animo habens; multas præterea alias Scripturas in eundem ſenſum diſſerentes, ſedulò expendens; & celeberrimi cuiuſdā Philoſophi dictum, tacitus mecum reuoluens: Præſtat (inquit ille) priuatum agere, quam maximam obtinere poteſtatem, ſi nihil egregium ſis deſignaturus, omnem gloriam in præſentia blandientem veluti fabulam arbitratus ſum.

Niceph. Epiſcopus ad virilem ætatem euect⁹, regius Notarius inſtituitur.

Niceph. ſolicæ vitæ genuſus monachatum meditatur.

Satius eſt guſtā Diuinæ, q̄ doluſ mundanæ ſap. ētia poſſidere.

Tutius eſt ſeipſum poſſidere, q̄ aliena curare.

Rom. 8.

1. Cor. 6.

Præſtat priuatum agere q̄ in magiſtratu, ma giſtratu nihil dignum præſtare.

Mox

Mox ergo ad meipſum conſiderationem animum vertens, certumque Dei auxilium mihi ſpondens, omnem honorem, omnemque auctoritatem abdico; & ab aula Regia, ciuilibusque tumultibus me auellens, receſſum quendam rupemque aſperam, & penè inacceſſam occupaturus, ſtadijs non paucis circa Propontidis regionem, à Regia ciuitate diſcedo; ibique ætatem agere, vitæque ſolitariæ (cuius incredibili quodam deſiderio, iam dudum antè tenebar) periculum facere, neque alibi quàm illo in loco extremum vitæ ſpiritum edere, firmiter apud me conſtituo. Sed quoniam fieri nequit, vt omnia omnibus ex animi ſententia ſuccedant: (In multis namque quaſi fatalis quædam neceſſitas dominatur, humaniſque conatus exitum, non qualem homo, ſed qualem Deus vult, non rarò ſortiuntur,) accidit hoc ipſum; nempe vt animi propoſitique mei ſpe fruſtrarer, & mihi quoque: Etenim à grata illa amicaque ſolitudine, neſcio quo iudicio (Deus, qui permiſit, aut ita etiam ordinauit, nouit) ad Regium palatium abſtractus, certa illorũ voluntate, qui per id tempus regni ſolia obtinebant, communique totius Clerici ac Senatus, inexcuſabile quoddam ac ineuitabile facinus machinantium ſuffragio (quòd Regiæ ciuitatis Præſul vita exceſſiſſet, & vt homo debitum exoluiſſet,) ad hanc Epiſcopalem ſedẽ inuitus, multumque reclamans (teſtis eſt mihi Deus) prouectus, & tyrãnide potiùs quàm conſultò, aut vlla omnino perſuaſione, alijs gubernandis præfectus ſum.

Niceph. circa Propontidis regionẽ vitæ ſolitariæ ſtudio aſperam rupem occupat.

Nõ ſemper quod homo proponit, exitum ſortitur.

Niceph. inuitus multumq; renitẽs inſtituitur Conſtãtinopolitanus Epiſcopus.

Quia ergo, licet inuitus, colla iugo ſubmittere, animarumque curam, neque dignè, neque charitati quoque ſatis conſentaneè ſuſcipere coactus ſui, varia apprimeque perplexa totius malitiæ auctoris machĩnamenta, ac laqueos, malignorumque ac inaſpectabilium ſpirituum inſultus, innatamque eorundẽ ſæuitiem non parum metuo; ne videlicet incogitantem, omnibusque virtutum ornamentis præſidijsq; deſtitutum, repentè inuadant; (Nôrunt enim me in ſpiritalibus, diuiniſque exercitationibus nec dum ſatis inſtitutum; ſed neque ignorant quoque artis pugnandi aduerſus ipſos hactenus me minimè peritum eſſe) nec non peccatorum iaculis conuulnerent; eaque ratione Eccleſiaſticũ gregem diſſipent, ac aciem bene ordinatam conturbent; & ruinæ tandem indoctè imperiteque præliũ dirigentis petulantiùs inſultent. Adhæc cùm videam dominatum omnem inuidiæ plerunque obtrectationumque telis obnoxium eſſe, inuidentium dolos, eorumdemque prauitatẽ non mediocriter ſuſpectam habeo; vt qui res noſtras, ſiue bene, ſiue ſecus habentes curioſiſſimè obſeruare ſolent: Nam dum trabes in oculis ſuis non animaduertunt, neque lippitudinem ſuis luminibus adimere ſatagunt, aliorum feſtucas curiosè inquirunt, rerumq; admodum t nuium viliumque, & nullius penè momenti cauſa, linguas ſuas contra Primates impiè virulenteque exerunt; & vtrinque amarulenter ſceleratèque iaculantur.

Metuẽdum recès ad p̃ſulatum aſſumptus, ne Satan ipſos ſubuertat, varijsq; calamitatibus ac incõmodis afficiat.

Dominatus omnis inuidiæ, ac maledicentiæ iaculis expoſitus.

Leue eſt, oẽ maledicum & inuidum ad maledicendum incitet.

Verùm certamine hoc cum his tantæ potentię hoſtibus ſuſcepto, cuius alterius opem, ac patrocinium implorem commodiùs, quã illius, qui hæc permiſit, hoc eſt, Dei? Eius proinde virtutem auxiliumque iugiter inuoco; eundemque, vt beneuolo miſericordique oculo ad meam tenuitatem reſpiciat, dextraque manu me fulciat, & ad ſuam voluntatem, ſalutaremq; ſubditorum gubernationẽ ſemper dirigat, etiam atque etiam rogo. Qui quidem ſi in præſentibus difficultatibus ac moleſtijs opem ſuam obſcuriùs declarat, id propter noſtram accidit malitiam; quò nimirum hac nos ratione ad vitæ emendationẽ alliciat: Vel ideò ſanè, quò illorum in nos malignitatem ac peruerſitatem palàm faciat, ne ſubdolorum virulentia callidè in animo occultata, maneat incognita; ſed quodcunque occultum abditumque in illorum animis deliteſcat, id totum in lucem proferatur.

In afflictione tutiſſimum perfugium Deus.

Cur Deus vota noſtra non ſtatim audiat.

Quia ergo frater à fratre adiutus, eſt veluti ciuitas munita, palatiumque repagulis obfirmatum (quemadmodum Salomon alicubi teſtatur), plurium quidem orationes imploro, ſicut plurium quoque præſidij indigeo: At omnium verò maximẽ ſanctas ſanctæ & in Spiritu deſideratiſſimæ fraternitatis veſtræ preces, & ad Deum interceſſiones in præſentia exopto, eaſdemque ſumopere deſidero: Cùm enim tuæ preces haud ſecus atque Moyſis & Samuelis, aut ſi quiſpiam alius vnquam his ſimilis extitit, ob ſui puritatem maximè Deo appropinquent, rectaq; ad cœleſte illud & ſpiritale altare ferantur; non dubitamus, quin maximam illæ nobis opem, vtilitatemq; allaturæ ſint. Opem proinde meæ ferte infirmitati, ſanctasque veſtras manus in altum ſuſtollite: Confidimus enim efficaciam veſtræ fiduciæ non defuturam, ſed Dei miſericordiam benignitatemque, per hanc prouocatam, repentè nobis affuturam, noſtramque infirmitatem ac debilitatem confirmaturam corroboraturamque; quò fidei loricam induti, & ſpei galea circumtecti, intrepidè Poteſtatibus, Principibus, & tenebrarum ſeculi huius Potentatibus; ſpiritibus quoq; malitiæ, quibuſcum perpetua nobis lucta intercedit, obſiſtamus; & ſtabilem inconcuſſamq; animi conſtantiã retineamus. Rebelles præterea huiuſque aduerſantes, dextrè decenterq; Chriſto lucrifaciamus, & veluti adoptionis filios ſanctæ Dei Eccleſiæ reſtituamus; oues ad hæc rationalis electique gregis Chriſto perficiamus, & in ſacras Eccleſiæ caulas, ne à lupis immaniter dilacerare ſoluis capiantur, inducamus; quò omnes tandem conſenſioni, concordiæque ſignaculis muniti, nullis deinceps inſidijs, nullis diſcerpãtur morſibus; ſed Chriſto omnium noſtrûm capiti ſubijciantur, eidemq; prona & obedientia colla ſubmittant.

Prouer. 18.

Niceph. Epiſcopus Romani Pon. precib. obnixè ſeſe cõmendat.

Multam fiduciam in Romani Antiſtitis precibus Nicephorus collocat.

Epheſ. 6. 1. Theſ. 5.

Orate,

Paſtor, ſi Diuina luce deſtituatur, difficulter alios illuminauerit.
Epheſ. 6.

Orate, obſecro, iuſtanterque rogate, vt idem ipſe nos illuminare, ac emundare dignetur; quò filij perfectæ lucis effecti, alios quoque illuminare, & emundare valeamus: Sermonem nihilominùs in apertione oris ſubminiſtret; quò auditores noſtros Spiritu adimpleamus, & myſteriorum noſtrorũ virtutem impigrè, magnaque cum contentione deprædicemus: Illius ſemper gratia ſubnixi,

Sap. 10.
Rom 10.
Matth. 25.

qui balbutientium linguas facit diſertas, & claudicantium pedes, vt ad Euangelij prædicationem alacriter currant, confirmat conſolidatque: Talentum præterea concreditum multiplicet, vt tempore opportuno, id quod patrifamiliàs debetur, non abſque fœnore reſtitui contingat:

Fertilis vinea Eccleſia Dei.

Neque id ſolùm nobis impertiatur, vt in fertili illa vinea operemur, ſed laborum grauitate moleſtiaque æquo animo toleratis, æſtuque diei exantlato, operationis quoque præmium referamus; & his,

Matth. 20.

qui citra pactionem ſub vndecimam introierant, in mercede conſequenda æquemur. Denique mentis noſtræ oculum illuſtret, vt ſpiritali luce illuſtrati, ſublatoque, & eluto, quod animæ aciem conturbabat, & intellectũ noſtrum obfuſcabat, Propheticarum vocum ſenſum liquidiùs hauriamus, Diuinorumque præceptorum miniſteria alacriùs obeamus, &, ne ab aduerſariorum iaculis impetamur, ſtudioſiùs caueamus, nosque cuſtodiamus, & iræ Diuinæ gladium peccatoribus imminentem cautiùs præuideamus; vt, ſiquidem fieri poteſt, periculo intellecto, numineque placato, tam ipſi, quàm reliqui, quorum duces conſtituti ſumus, venturam iram effugiamus.

2. Pet. 2.

Quòd ſi vtrunque conſequi nequeamus, ſaltem animam meam, iuxta iuſti illius Loth exemplum, qui animam ſuam ab incendio liberare ſatagebat, ſaluam faciã. Veſtræ itaque preces, ſpiritalisq́; præſidij conatus huc tẽdãt.

At quia occaſio ita tulit, lubet hoc loco magnam illam ſonoramq́ue buccinam, diſertiſſimumq́ue Euangelij præconem Apoſtolum Paulum audire. Hic itaque de veterum Romanorum feruore, eorundemq́ue in fide, & religione conſtantia maiorem in modum in Spiritu exultans, adeoq́ue in epiſtola, quam ad ipſos ſcribit, non abſque ſancta quadam gloriatione, illorum pietatem, & fidem toto terrarum orbe diuulgari & celebrari iactans, publiceq́; conteſtans inter cætera ita ſcribit:

Rom. 1.

Gratias ago Deo meo, per Ieſum Chriſtum, pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. Sed nunquid pura illa ſynceraque Euangelij noſtri fides, extra quam aliã nulla eſt, inter Romanorum tantùm fines cõcluſa tenetur? nequaquam: Nulla enim illa certi cuiuſpiã loci terminis circumſcribitur;

Pſalm. 18.
Rom. 10.
Fides nõ eſt vnius loci, ſed vrbis & orbis.

verùm tam latè diffunditur, diffuſaq́; propagatur, vt Propheticæq́; Apoſtolicæq́; voces erumpentes, in omnem terram Diuinæ prædicationis ſonũ exiuiſſe; & in fines orbis terræ cœleſtium præconum verba perſonuiſſe, affirmare non dubitent. Imò verò, vt amplius quiddam dicam, illa ne ab ipſis quidem cęlis; ſupremisq́; & intellectualibus virtutibus ſecluditur:

Rom. 8.
Coloſ. 1.
Gal 4.
Hebr 12.
Epheſ. 2.
Luc. 15.
Matth. 18.

Nã etſi ſuperior illa, Eccleſia primogenitorũ in cęlis iuſtificata; ciuitas eorum qui per fidem iuſtificati ſunt; cœleſtis Hieruſalem, cuius conditor & opifex eſt Deus, (qui terrena cœleſtibus conciliauit, & maceriẽ ſepis diruit, & ouem perditam in humeros ſublatam, per admirabilem deſcenſum, inexplicabilemq́; demiſſionem, ſaluatis, iisq́;, qui perſtiterant, inſeruit) aliisq́; id genus nominibus

Vna eadẽque eſt cęli terræq́; Eccleſia.

appellatur, eſt tamen non alia & alia; ſed vna eademq́; cœli terræq́; Eccleſia. Quare, nec immerito, vnam vbiq́;, eamq́; indiuiſam, per fidei concordiam, ſocietatem obtinemus: Neq́;

Pſal. 75.

enim in Iudæa tm̃ notus eſt Deus, ſed omni in loco, quocunq́; mens ſenſusve attingere põt.

Conſtantinopolis noua Roma.

Vnde & nos quoq́;, qui nouæ Romæ nomẽ ſortiti ſumus, tanq̃ ſuper vno eodemq́; fidei fundamẽto, Apoſtolorũ nimirũ & Prophetarum, ſapientiſſimorũ vtiq́; Architectorum, Chriſto interim & Deo, omniũ noſtrũ Saluatore pro angulari lapide & fundamento ſubſtrato, ædificati; qđ quidẽ ad fidei integritatẽ attinet, veteribus Romanis nequaquã cedimus:

Hactenus Romanis ceditis, vos ſæpe, illi fidei naufragium fecere nunquam.

Nã in ſanctis Dei Eccleſijs non eſt prioris, aut poſterioris ratio; ſicut neque Iudæi quoq́; & Gręci, ſerui, & liberi, Barbari, & Scythæ, ſed oẽs vnũ in Chr̃o ſumus. Quapropter & de nobis quoq́; diuus Paulus glorietur, magnificeq́; ſentiat, & noua antiquis coniungẽs,

Col. 3.

dogmaq́; dogmati, & prædicationem prędicationi cõmittens, ex æquo de vtrisq́; geſtiat.

Eſto æquè ac illi cœleſtem doctrinam, aſſecuti ſitis; non æquè tamen conſtanter vt illi retinuiſtis ſemper.

Siquidem nos æquè ac illi, illius doctrinã & inſtitutionem aſſequuti ſumus, in illisque conſiſtimus radicati, & in fidei noſtræ confeſſione confirmati: In qua etiam ſtamus, & gloriamur, noſtramq́ue, quam de religione vſq́; adeò glorioſa & inculpata habemus, ſnĩam aperta reuelataq́; facie prædicamus. In qua & Deo quoq́; ſeruimus, & dũ ſpirabim⁹, indefeſsè perſeuerare; & cœleſti gratia corroborati, conſtabilitiq́;, ex hac vita decedere peroptamus. Nec enim alia eſt via, vt præſentem hanc vitam rectè ſanctèque inſtituamus, bonaque, quæ dignis in futuro ſeculo repoſita ſunt, certò conſequamur.

Confeſſio Nicephori Epi Conſtantinopolitani, Leoni Pont. Max. exhibita.

Fateor proinde, me credere in vnum Deũ Patrem omnipotentem, omnium factorem, omnium herum & Dominum; & in Filium eius vnigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, verum Deum, Verbum æternum, ab æterno ineffabiliter, incomprehenſibiliter, modoq́ue, quem nulla, neque ſpiritalis, neque ſenſilis creatura aſſequi poteſt, ex Patre natum. Et in Spiritum ſanctum viuificum, ac ſanctiſſimum. Credo in homouſiam Trinitatem, ſuper ſubſtantialem, inaſpectabilem, incomprehenſibilem, impartibilem, inalterabilem, æternam, indiuiſam, ſimplicem,

Elegantiſſima & veriſſima ſacræ Trinitatis attributa.

plicem, omnis partis, omnis compoſitionis, oĩs corporis, omnis quantitatis & qualitatis expertem; eodem honore eadẽ gloria, eadem Deitate pollentem; nulli neque tactui, neque contactui obuiam; omnis figuræ exortem, infinitè bonam, lumen defectionis neſcium, trilucem, ſuperſplendidam, ſemper pari ſimiliq́ue modo affectam, virtutem omnia intuentem, omniaque perficientem; omnibus cùm ratione, tum intellectu quoque præditis ſpiritaliter indiuulſeque, & proinde per Diuinæ lucis radium, præſentem; illuminata & exiſtẽtia omnia, tam in eſſe, quàm in bene eſſe conuenienter, prout cuiuſque natura fert, conſeruantem. In rebus ſubſiſtentibus, & non in ſolis nudiſq́ue nominibus cognitam, vna Diuinitate, pari potentia, æquali regni maieſtate glorificatam; ab omnibus aſpectabilibus inaſpectabilibusq́ue creaturis cultam & adoratam.

Trium autem hypoſtaſeon, quas in Trinitate conſideramus, alia eſt Pater, principio carens, nullam ſuæ exiſtentię cauſam habens; neque enim aliunde eſt, ſed à ſeipſo, & in ſeipſo habet eſſe. Alia rurſum eſt Filius, qui principii expers non eſt; ex Patre enim eſt: Pater nanque Filii principium & origo exiſtit. Quòd ſi temporis initium ſpectes, æquè Filius principio caret, ac Pater: Eſt enim temporum conditor, non ſubiectus tempori: Inſeparabili autem, æternaque generatione ex Patre elucet, tanquam gloriæ illius ſplendor, paternæq́ue ſubſtantiæ character: Alia tandem eſt Spiritusſanctus, ex Patre, non natiuitate, ſed proceſſione ſubſiſtentiam habens, eãdemque cum Patre & Filio æternitatem ſortitus. Æternus quidem; non tamen abſque principio, vt qui à Patre procedat: Eſt enim Pater ratione originis, & illius quoque principiũ; Verùm ad tempus quod attinet, & ipſe quoque principii expers eſt.

Perelegans & profunda trium hypoſtaſeon theoria.

Hic graciſſat; cætera eruditus & pius.

Vnus igitur eſt Deus Pater, ex quo omnia; & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia; & vnus Spiritusſanctus, in quem omnia. Ex his tribus perfectus, vna perfectiſſima, imò ſecundùm ſe abſolutiſſima conſtat Deitas. Proprietatibus ſanè diſtinctiuis ac perſonalibus hypoſtaſes inter ſe ſunt diſtinctæ. (Quælibet nanque perſonarum, etiamſi propter eſſentiæ coniunctionem ab altera ſecerni non queat; proprietate tamen perſonali, mentiſque conceptu ab altera diſtinguitur. Deuſque perfectus, hoc eſt, omnibus Deitatis proprietatibus ornata eſſe noſcitur & creditur) at vnum interim Diuinitate ſunt omnes. Rurſus licet ſimul coniunctæ tres ſint; vnus nihilominus adoratur Deus: Obtinet hic enim Trinitas ſecũdùm ſubſtantiam; vnitas autem ſecundùm eſſentiam. Atque ita contra inſanam inordinatamque paganicæ veſaniæ confuſioniſque ſeditionem non polyarchia à nobis colitur, ſed monarchia: Monarchia autem non vnius perſonæ circumſcriptione, ne Iudaicæ tenuitatis infantiæque imperfectionem, ruditatemque inducamus; ſed quam naturæ æqualitas, ſententiæ concordia, motionis ideotitas, idemque ſingulorũ nutus ad vnum declarat. Hoc autem ſecũdùm ſummum illum Theologum Gregorium, in generabili natura locum habere non poteſt: Vnitas enim & cognatio Deitatis in Trinitate conſideratæ nequaquam diſtrahitur, aut in partes ſecatur, vt fit in rebus creatis, dum ſuppoſita multiplicantur: Procul enim inſana & furioſa Arii opinio & rabies à nobis faceſſat: Eſt enim Trinitas ſecundùm gloriam, & æternitatem modis omnibus indiuiſa, nullaque ex parte abs ſeſe alienata. Neque ob id tamen Diuinæ perſonæ ſe mutuò permeant, hoc eſt, in ſe inuicem tranſmutantur, ſed harum quælibet inde mutabilis manet, & inconfuſa, & æterna: Longè enim amandetur pellaturq́ue inſani ſtolidique Sabelli deceptoria confuſio.

Quo hypoſtaſes vnũ, quo rurſũ inter ſe diſtinctæ.

Chriſtiani ita Trinitatem admittunt, vt Polyarchiam tamen, & polytheiſmum nullam inducant.

In rebus creatis vna ad numerum natura non poteſt exiſtere in tribus diſtinctis hypoſtaſibus.

Sunt ſingulæ ſuntq́ue in ſingulis; ſed id tamẽ citra vllã confuſionem.

Veneror quoque & adoro incarnationis myſterium, ante omnia ſecula prædefinitum, in nouiſſimis verò temporibus ad totius humani generis ſalutem patefactum; & per magnum illum admirabilemq́ue vnius, ſanctæ, viuificæq́ue Trinitatis perſonæ, Chriſti nimirum veri Dei noſtri deſcenſum, ineffabilemq́ue eiuſdem diſpenſationem conſummatũ? vt vnde per inexplicabilem ipſius bonitatem eſſe eramus ſortiti, inde etiam ipſum bene eſſe acciperemus. Confiteor itaque & credo, vnicum opulentiſſimæ beatiſſimæq́ue Trinitatis ſuppoſitum, ipſum videlicet Dei Filium, & Verbum, quod cum Deo Patre, & Spirituſancto in omne æuum ſimul adoratur, & conglorificatur; vtpote iiſdem coeſſentiale & coæquale exiſtens, infinita benignitate, & miſericordia erga proprium plaſma motum, accedente huc paterna voluntate, & miſeratione; & ſancti quoque Spiritus gratia, eiuſdemq́ue cooperatione de cęlo deſcendiſſe, & cum hominibus conuerſatum eſſe, quò nos dudum propter peccatum damnatos, & è Paradiſi deliciis expulſos, corruptionique obnoxios, per gratiam ſaluaret, & Diuinæ naturæ participes efficeret: In vtero enim Virginis verè proprieque Deiparæ inhabitans, & per Spiritum ſanctum animam & carnem ſibi adaptans, totamq́ue noſtram naturam, quemadmodum hominem in principio finxerat, ſibi aſciſcens, prodiit Deus incarnatus.

Breuis & elegãs Oeconomiæ Chriſti explicatio.

Decuit, vt ab eodem cõſequerẽtur eſſe & bene eſſe.

Verbum id totum aſſumpſit, quod initio finxerat.

Virginem quoque, quæ ſupernaturaliter & ineffabiliter pepererat, poſt partum virginem conſeruauit, virginitate illius ſecundùm naturam nulla ex parte demutata, aut labefacta; ad deſignandum per ſecundæ natiuitatis proceſſum, nullam prorſus naturæ illius acceſſiſſe mutationem, aut alternatioẽ. Qui ergo eiuſdem eſt cum Patre naturæ, nobis per omnia, peccato tantùm ſecluſo, factus eſt

Cur Verbũ matrem, ex qua natus, conſeruauerit Virginem.

eſt coeſſentialis: Etenim ſemine Abraham suſcepto, carnis & ſanguinis, perinde ac vnus ex nobis, factus eſt particeps, carnemque anima intelligente viuificatam aſſumpſit, nullo quidem pacto ante ſummam illam vnionẽ præexiſtentem, ſed ſimul carnem, ſimul anima rationis compote animatam, ſimul Verbo vnitam. Nec rurſum ſecundùm ſolam gratiam in noſtra natura habitauit; ſed totus toti humanæ naturæ coniunctus, inconfuſam, indiuiſam, ſupernaturalemque vnionem operatus eſt: Diuina enim & humana natura inter ſe coeuntes, in naturali ſua proprietate indemutatè perſiſtunt perſeuerantque; nec vlla ex parte in ſe mutuò transformantur: Veruntamen propter naturalem illam coitionem & copulam, nominum quoque communicationem, mutuamque reciprocationem piè concedendam exiſtimamus: Quandoquidẽ propter Phyſicam illam admirandamque coeuntium naturarum inter ſe vnionem, non re, ſed ſola imaginatione, vnius eiuſdemque quandã hic diſtinctionem ſtatuimus.

In Verbi incarnatione nulla interuenit tẽporis antecessio.

Propter naturarũ coitionem in eandem perſonam, & nominũ quoque, & proprietatũ cõmunicationem contigere.

Portò autem, quòd cum naturarum diſtinctione, perſonæ ſingularitas, eiuſdemque vnitas, indiuiſa interruptaque ſemper conſiſtat permaneatque. (Nam mõſtroſam impoſtoris Eutychetis & Dioſcori cõfuſionem concretionemúe procul hinc ablegamus) fit vt vnum eundemq; confiteamur creatum & increatũ; æternum & temporaneum; cœleſtẽ & terrenum; circumſcriptum & incircumſcriptum; patibilem & impatibilem; ſine matre & ſine Patre; alterum quidem propter ineffabilem, æternã, & omne ſeculum antecedentẽ ex Patre natiuitatem; alterum verò propter arcanã incomprehenſibilemque cum noſtra natura vnionem: Duas enim ipſius natiuitates, omnem ſenſum, omnemq; intellectum excedentes agnoſcimus: Vnigenitus enim Filius, cùm in forma Dei ac in ſinu, hoc eſt, vſia Patris eſſet, & ab æterno ex ipſo eluceret, ſub ſeculorũ finẽ ſemetipſum exinaniuit, ſeruilemq; formam, hoc eſt, noſtram ſubſtantiam ſuſcepit.

Propter naturarum in eãdẽ perſonã coeuntiũ diuerſitatẽ, diuerſa, & quaſi oppoſita de eodẽ Chro prædicantur.

Vtraque Chriſti natiuitas intellectũ noſtrum excedit.

Vnio itaque in Chriſto ſecundùm hypoſtaſin aliud ad aliud adiungit, puta viſibile ad inuiſibile, patibile ad impatibile, cæteraque, ex quibus Saluator conſtituitur, non tamẽ alium & alium conſtituit, abſit: Vnum nanque eundemque Deum perfectum, & hominem iudẽ perfectum confitemur: Nam etſi naturarum differentiam Chriſto tribuamus; vnum tamẽ eundemque etiam poſt incarnationem agnoſcimus. Et quò ſtolidus Neſtorius à diuinis ſeptis faceſſat, propter naturarum ad hypoſtaticam vnionem coeuntium diuerſitatem, non duos filios, aut dualitatem filiorum inducimus; omnes autem Chriſti actiones, quę vtique Theandricæ, hoc eſt, Dei ſimul & hominis erant, vni tribuimus: Nã vt Deus erat, edebat opera diuina, ſigna nimirum & miracula; vt autem homo, idem ipſe ſponte ſubibat paſſiones, ſuſtinebatque probra & contumelias. Vnde cum duabus naturis conſentaneè, imò neceſſariò iuxta pias diuinaſque Diuinorum Patrum noſtrorũ traditiones, duas quoque naturales operationes illius glorifico, ipſarum quodammodo naturarum & ſubſtantiarum indices atque conſtitutrices. Pari modo & duas quoque naturales vnius eiuſdemque Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti voluntates veneror: Nam iuxta vtranque naturam, ex quibus, & in quibus exiſtit & intelligitur, voluntatis facultatem ei tribuimus: Vt enim operatur, ſalutarique paſſioni vltro ſeſe exponit, ita & vult quoque.

Vnio in Chro dicit aliud & aliud, non alium & alium.

Cõtra Neſtoriũ digrediẽ Nicephorus Epiſcopus.

Chri opera theãdrica, diuerſa id tamen ratione.

Duplices in Verbo diſtinctę operationes, vt duplices quoque in eodem naturæ.

Credo rurſum illum ipſum crucifixum eſſe, non quidem in ea natura, in qua cum Patre lucet & regnat (eſto gloriæ Dominus propter idiomatum cõmunicationem crucifixus dicatur) ſed in natura noſtra, hoc eſt, terrena, ſecundùm quam terreſtrem noſtram maſſam ſuſcepit, & factus eſt maledictũ propter peccata noſtra, quò ſuæ nos benedictionis faceret eſſe participes. Et carnis mortem ab improbis illatam, patienter ſuſtinuit, quò mortis, id eſt, ſtimulum peccatum in carne ſua cõdemnaret; & deſtrueret eum, qui mortis habebat imperium, hoc eſt, Diabolum. Credo corpus ſuum ſepulturæ contraditum, incorruptum conſeruaſſe; nullo quidem modo ab arcana illa inexplicabilique vnione diuulsũ, etſi illud tridui illo interuallo anima fuerit ſpoliatum. Cum qua anima & ipſe quoque ad inferos deſcendit, iisque, qui in carne erãt ſpiritibus (quemadmodum Apoſtolorũ Coriphæus Diuinus Petrus exponit) reſurrectionem prædicauit, libertatemq; & redemptionem impertiuit. Et nobis quoque, vtpote Primogenitus mortuorum, per reſurrectionem aliquod incorruptionis principium extitit: Surrexit enim vt Deus, mortem peſſundans, vniuerſæque carni ad reſurrectionem viã patefaciens, nos, qui peccati caſu in mortẽ concideramus, vnà ſecum quodãmodo ſuſcitans.

Verbũ crucifixũ, ſed in noſtra, nõ in propria, hoc eſt diuina natura.

1. Pet. 3. Quid Chrs prædicaret in inferno.

Credo mulieribus poſt reſurrectionẽ ſuam aſtitiſſe, triſtitiaque, quæ ex muliere ad nos deuenerat, abolita, gaudiũ lætitiamq; illis annũtiaſſe. Credo diuinis diſcipulis viuũ ſeſe exhibuiſſe, ſuę reſurrectionis myſteriũ cõfirmaſſe, ac quomodo idẽ ipſe foret, qui ante reſurrectionẽ per mãducationẽ, ſacriq; lateris, quod ſapiens Thomas cõtrectauit, exhibitionẽ, demõſtraſſe. Credo denique aſſumptũ eſſe in cęlos, & ad dexterã Dei Patris cõſediſſe, & cũ aſſumpto corpore non abſque gloria, Diuinaq; maieſtate olim denuo venturũ eſſe, iudicemq; ſeſſurũ, & vnicuique iuxta vitæ ſuæ rationes redditurũ: *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* Credo poſteaq̃ mũdus hic fuerit innouatus, & quodãmodo tranſelemẽtat⁹, & carnis quoq; reſurrectionẽ futurã; quò nimirũ noſtrum hoc mortale induat immortalitatẽ; & corruptibile incorruptionẽ. Confiteor

Chrs triſtitiam, quã attulerat Eua, aboleuit poſt ſuã reſurrectionem.

Rom. 14. 2. Cor. 5. Mũdo trãſelemẽtato reſurgent omnes.

1. Cor. 15. Forma Baptiſmi.

teor etiam vnũ Baptiſma in remiſſionẽ peccatorũ, quod ſecundùm Euágelicam Apoſtolicamque traditionem perficitur: In nomine Patris, & Filii & Spiritusſancti. Hæc veneráda Orthodoxi ſacriq; cultus noſtri dogmata, diuinaq; myſteria, quæ iuxta ſublimẽ ſyncerisſimamq; Theologiã, Diuini Sacriq; Doctores nobis tradiderunt: Tum ſalutarẽ quoque Diuini Verbi erga nos diſpenſationem: Tum cæteras denique omnes hiſce ſimiles & conſentaneas doctrinas prædicationesq; cum omni acceptatione & fide amplector & ſeruo.

Sanctorum Patrocinium & inuocatio.

Diui oẽs pie inuocãdi.

Exoſculor nihilominùs & expeto Sanctorũ apud Deum patrocinia & interceſſiones. Primò quidem præcipueque ſanctiſſimæ & immaculatiſſimæ ſemper Virginis ac Dominæ noſtræ Dei matris. Mox verò diuinarum cœleſtiumq; virtutũ ſanctorũ laudatiſſimorũq; Apoſtolorum; beatorum Prophetarum; glorioſiſſimorum; inuictiſſimorumq; Martyrum; Diuinorum Patrum, ac omnium denique Sãctorum, qui ab initio mundi Domino placuerũt, & abſque vllo omnino fine in ipſo & per ipſum viuunt (*Animæ enim iuſtorum in manu Dei ſunt*) vt qui maximam hinc animæ corporisque ſalutem conſequar.

Sap. 3. Sancti piè inuocati animę & corpori ſalutẽ adferunt.

Diuorũ reliquiæ, vt quæ ſalutẽ & medicinã animo & corpori concilient, honorãdæ.

Adoro item & exoſculor venerandas illorum reliquias, quippe quæ certam animorum corporumq; morbis ſalutem, medicinamque conferant. Suſcipio præterea ac laudo venerãdam diuinamq; illorum conuerſationem, celeberrimosque eorundem agones & pugnas. Honoror quoq; & veneror ſacroſanctas illorum tumbas & ſepolturas. Dignos denique illos ipſos cẽſeo, qui ſummis honoribus decorentur, maximisq; laudibus euehantur; quoniam pro gloria Dei omnium noſtrum Saluatoris ſanguinem ſuum profuderunt, & hanc fluxam hanc præſentemq; vitam, ob ſuam in Deum charitatem animosè ſpreuerunt; viuificasq; ac ſalutares illius perpeſſiones imitati ſunt. Complector itidem ſuſcipioque, non ſolùm venerandas Chriſti omnium Saluatoris noſtri iconas, & venerabiles ſanctiſſimæ Dei matris imagines, verùm ſacras quoq; Sanctorum omnium effigies, eamq; venerationẽ illis exhibeo, quam honor eorum meritò poſtulat.

Niceph. Patriarcha Cõſtantinopolitanus, q̃d de Diuorũ inuocatione, deque eorundẽ reliquijs, imaginibus, & mauſoleis ſentiẽdum ſit, luculenter expoſuit.

Nicephor⁹ Patri. recipit ſeptem vniuerſales Synod.

Salubriter præterea reuerenterq; veneror & amplector ſeptem ſacras & Oecumenicas Synodos, omniaq; diuina, ſupernaturalia, & ſalutaria dogmata & decreta, quæ à ſanctis & Diuinis Patribus noſtris, quos olim Spiritusſanctus ad Eccleſiam ſuam regendam paſcendamq; inſtituit, in illis extant ſancita & determinata. Inprimis quidem ſacram trecentorũ ac duo deuiginti celeberrimorũ Patrum Synodum, qui quondam apud Nicæam ciuitatem, contra impium & furioſum Arium conuenerunt. Quæ & impietatis auctorem ab Eccleſia expulit; & fidem veram, rectamq; per ſacrum illud Diuinumque Symbolum nobis expoſuit; & Deum Verbum, Deique Filium non creaturam, vt ille, ſed Patri homouſion & coæternum, verumque Deum, & rerum omnium Creatorem eſſe, Orthodoxè determinauit.

Synodus Nicæna 318 celeberrimorum Patrum cõtra Ariũ coacta.

Synod⁹ prima Cõſtãt. cõtra Macedonium, reliquosq; Pneumatomachos indicta & celebrata.

Synodi Cõſtant. damnat Apollinariũ, explanat Symbolum, &c.

Deinde vero 150. ſanctorum diuiniſſimorumque Patrum Synodum, quæ poſt Nicæam in regia hac ciuitate coacta Macedonium impijſſimum Spiritusſancti impugnatorẽ exauctorauit; oſtendens illum non eſſe quid creatum; ſed verum Deum Patri, & Filio per omnia homouſion. Eadem ſacrum Symbolum Spiritusſãcti verbis fuſiùs explicauit, clariusque explanauit. Quin & Apollinarium quoque hominem verè ſtolidum & inſanum ab Eccleſia pepulit.

Patres Synodi Epheſinæ viri eruditi.

Synodus Epheſina cõtra Neſt. cõgregata.

Poſt hanc autem ſuſpicio ſacram 200. ſanctorum Patrum doctorumq; hominũ Synodum, quæ contra veſanum Neſtoriũ, blaſphemasque eiuſdẽ voces Epheſi coijt, eundemq; gradu & loco mouit, vnam eſſe Chriſti & Dei noſtri perſonam, duas verò eiuſdem naturas ſine vlla confuſione ac diuiſione inter ſe vnitas determinans; vnum rurſum eundemque Deum & hominem ſimul eſſe declarans, ac ſacram tãdẽ Virginem Mariam verè proprieq; Deiparam eſſe pronuncians.

Chalcedonenſis Synodus Eutychen & Dioſcorum anathematis condemnat; inſanamq; eorundem confuſionẽ refutat.

Complector quartò ſacram 630. diuinorũ Deoque afflatorum Patrum Chalcedone coactorum Synodũ, quæ impijſſimos Eutychen & Dioſcorum, obſcuramque ac tenebroſam eorundem confuſionem condẽnauit. His anathemate iugulatis, vnum eũdemq; Chriſtum Deum ac Dominum noſtrum, & hominem perfectum, & Deum rurſum perfectum eſſe; in duabus quidem naturis, in vna verò perſona inconfusè indiuulſeque exiſtentem, piè deprædicauit.

Synod. ſecũda Cõſt. Theodorũ Neſtoriũ, Orig. Didymũ, Euagrium, & alios cõplures hæreticos cõdemnat

Hæreſes aliquot tẽpore quintæ Synodi renatæ.

Tum quintam rurſum ſacram 165. ſanctorum Patrum Synodum, quæ in hac iterũ diuina Deoque addicta ciuitate coacta, impia Theodori, Neſtorij, Origenis, Didymi, Euagrij, reliquorumque hæreticorum prædictos ſectãtium dogmata, dudũ quidem ante apud plerosque occultata, per id verò tempus acerbos denuo ramos ſurculosque proferẽtia, iuſtè excidit: Quæ enim ipſi mente delira, & fabuloſè profitebantur, ea Iudæorum, & paganorũ imaginationi veriùs, quàm Chriſtianorum fidei conſentanea erant.

Theodor⁹, Honorius, Cyrus, Pyrrhus, Sergius, Paulus, Petrus, Macarius, Stephan⁹, Polychronius, & alij præterea cõplures monothelitæ in ſexta Synodo cõdẽnati.

Poſt hanc & ſextam quoque ſanctã & Oecumenicam 100. ſanctorum virorũ Synodũ, iterum in regia hac vrbe congregatã veneror, quæ pro naturarum Chriſti ratione, eiuſdem quoque proprietates, naturalesque operationes, & voluntates diſtinxit, ac prædicauit; & Theodorum Epiſcopum Pharam, Honoriũ, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui permiſſu Dei per corruptionem & fraudem in Eccleſiæ ſacerdotium irrepſerant. Macarium item Antiochiæ Antiſtitem, & Stephanum Macarij diſcipulum, & Polychronium puerilẽ inſanumq; ſenem anathemati ſubie-

ſubiecit: Vnam enim hi duntaxat voluntaté, vnamque operationé Chriſto Seruatori noſtro tribuendam eſſe docebant.

Nicephor. Epſ Cõſtinopo tpe ſecũdæ Nicenæ Synodi, quæ ſeptima appellatur, vixit. Imaginum cultus ab initio Eccleſiæ obtinuit. Syn Nic. ſecũdæ præcedentiũ omnium dogmata cõfirmauit. Ecquid aliud hac ipſa ætate mugant hæretici?

Recipio tandem ſeptimam ſacrã 150. ſanctorum Patrum Synodum noſtro hoc æuo in ciuitate Nicæa denuo celebratã; quæ omnes præcedentes ſacras Synodos, earumque dogmata, ac decreta confirmauit, & quodam modo obſignauit; ſacrarumque ac venerabilium imaginum cultum, adorationemque iam inde ab initio Eccleſijs traditam, ſuſcepit; definiuitque nõ ſecus venerandas eſſe atque viuificæ crucis effigiem. Eos proinde ex Eccleſijs eijcimus, qui in harum contumeliam & euerſionem futili garrulitate Chriſtianis inſultant, quaſi deorum loco hactenus illas habeant, venerenturque; quales ſunt Theodoſtus, Baſilius, & Siſinnius, qui Dei permiſſione Epiſcopalibus ſedibus præfuere.

Has itaque prædictas ſacras & Oecumenicas Synodos ſuſcipio; & omnium electorum beatorumque Patrum dogmata, & opuſcula (vt quæ ab omni reprehenſione alienam doctrinam ſalutiſque fundamẽtum contineant) ex animo complector; demum quuſcunque Eccleſia Catholica recipit; illos ego quoque recipio, & quoſcunque illa auerſatur, illos ipſos & ego itidem auerſor. Execror etiam modiſque omnibus deteſtor qui à Simone mago appellationẽ ſortiti, & ab omni prorſus pietate exuti, ad præſentem vſque diem prauorum exitialiumque dogmatum opinionibus Sanctorum traditionem infirmare, virulentumque zizaniorum ſemen Orthodoxæ fidei agro immiſcere non ceſſant. Hos (inquam) omneſque eorundem ſequaces execror, & veluti Eccleſiarum Chriſti peſtes reſpuo & anathematizo. Nos proinde Eccleſiaſticam ſanctionem, quæ iam inde ab initio obtinuit, ſequuti, hiſce noſtris literis veluti animato quodam præcone, & charitatis in Chriſto, mutuæque inter nos concordiæ, & amicitiæ vadibus vſi, vos ſalutandos, noſtramque ſententiam vobis beatiſſimis Deoque edoctis hunc in modum patefaciendam putauimus. Veſtra autem deſideratiſſima in Domino fraternitas, vicem nobis reddens, precibus ad Dominum fuſis, opportuniſq; ſermonibus, & ipſis quoque rebus non confirmet informetque, quò veſtris legibus, veſtraque ſuffulti doctrina in hac fide ſtabiles, ſimplices, & ab omni defectu immunes perſiſtamus; omniaque myſteria, quæ in ipſa, vel de ipſa ab initio ſunt tradita, incõcuſſa retineamus, & vniuerſum denique rationalem noſtrum gregem, ſummi paſtoris nomine & vnctione inſignitum, intraque Eccleſiaſticæ caulæ ſepta conſtitutum, manifeſta diuinæ illius & Apoſtolicæ ſpiritalis doctrinæ fiſtulæ ebuccinatione, vocibuſque diuinitus inſpiratis in vnũ congregemus, & ab inſidiantiũ ferarũ morſibus illæſum cõſeruemus.

Optima hæc tutiſſima in reb. præſertim dubijs via. Neſtorianos inſinuat: Hos enim Simonianorum nomine Imp. appellari voluit.

Patriarch. Conſt. fidei ſuæ rationẽ Põtifici Romano reddit.

Patriarcha Conſtan. à Romano Pont. informationem & cõfirmationem petit.

Si qua autem à nobis ſunt prætermiſſa, ea amico paternoq; affectu per voſmetipſos expleте, quò nimirũ veſtra abundantia noſtram ſuppleat inopiam. Quodcunque, inquam, vel in verbis, vel etiam in rebus nobis deeſt, id venerabili ſacerdoteque digna auctoritate vitæ noſtræ adijcite, & ſuperædificate: Chariſma enim vobis cõmunicatũ, nullum hac ratione capiet detrimentum: Siquidem liberalis cõmunicatio adeò bonorũ diminutionẽ nullam adfert, vt ſuo quoque tẽpore multiplices glorioſoſq; fructus refundat. Veſtra proinde diuina virtute nos veluti infirmiores fulcite, pedeſque noſtros ad currendam Euangelij ſemitam perficite, neque vlla omnino, quę ſalutaria, aut vtilia videbuntur, ſuggerere prætermittite; vt quemadmodum in fide & confeſſione vnitatem concordiamq; conſeruamus; ita charitatis quoq; vinculo apti colligatique, indiuiduum pacis donum, quod Eccleſiarum concordiam vnitatemque conciliat, conſeruatque, in concredito nobis miniſterio inter nos vſque retineamus: Quò magni Regis ciuitas hinc munita & circumuallata, omnibus ſi audibus inaſpectabiliumq; hoſtium inſultibus, qui auidè expetentes, vt aliquem in ipſa deſcriptum, Spirituque ſignatum deuorent, nunquã non in circuitu obambulant, maneat imperuia: Cõtra quos ſanè inaſpectabiles hoſtes non carnalia, ſed ſpiritalia obijcimus arma; ſcutum videlicet fidei, ſermoniſque gladium, quod eſt Verbum Dei; vt peccati munitiones & machinas ſpiritus funda demoliẽtes inſectanteſque, crudelem illorum audaciam procul pellamus frangamuſque; quò hac tandem ratione diuina cuſtodia auxilioque potiti, vitæ noſtræ conuerſatio quieta pacataque conſiſtat; & in regeneratione, cùm nouiſſima tuba perſonabit, digni cenſeamur, qui citra condemnationem vitæ noſtræ duci in Patris gloria cũ ſanctis Angelis ſuis venturo occurramus; vnaq; ad Sponſi thalamum, cum prudentibus virginibus, ſpiritali Angelicoq; cõuiuio perpetuo fruituri ingrediamur; eorũq; bonorum hæredes efficiamur, quę in Chriſto vero Deo repoſita ſunt non indignis. Idque immaculatæ inculpatæq; matris illius & omnium Sanctorum interceſſione. Amen.

Conſtã Patriarcha Nicephor. totum ſe permittit, & committit Leoni tertio Pontif. Romano.

Liberalis cõmunicatio opes auget, nõ extenuat.

Vnitas fidei indiuiſum Eccleſiarum omnium vinculum.

Cuiuſmodi arma inaſpectabilibus hoſtib. ſint obijciẽda.

Matth. 25.

Verus Deus Chriſtus.

Quòd autem iuſto ſeriùs per ea, quæ hactenus expoſuimus, occurrerimus, id nemo miretur; neque noſtram ob id exiſtimationẽ, in accuſationem adducat. Quin potiùs Deo dilecta veſtra fraternitas certò ſibi perſuaſũ habeat, ſacerdotalem conſuetudinem nequaquam hic exoleuiſſe; aut per contemptum, vel ignauiam quippiam eorum, quæ Eccleſiaſticis viris conueniunt, neglectui habuiſſe; verùm duram implacabilemque præpotentis poteſtatis ſententiam, quò minùs decretis vteremur, obſtitiſſe. Ignoſcat proinde beata veſtra anima, ſi quam noxam cunctatione mea promerui, cogitetque haudquaquam facile eſſe potentibus propria voluntate elatis, & quodcunque animo libitum fuerit, adimplere ſatagentibus, ſeſe opponere.

Hinc certa coniectura fit Metropolitanos Conſtanti. recẽns electos Romano Pontifi. ex fidei ſuæ rationẽ reddere, deq; eccleſiæ ſuæ ſtatu ſtatis tẽporibus ſcribere cõſueuiſſe.

Nullū eſt dubium, quin hic inſinuent, & inſimulent Impp. Iconomachi, Cū hi auſi ſint ſecundā Nicenā Synodū antecesſerint magna fit coniectura ad Leonē ſecundum hanc epiſtolā miſſam eſſe.

Gregor. ſecundus excōmunicarat Leonē tertium, eiusq; ſubditos ab illius obedientia abſoluerat.

Hinc, vt & ex alijs quoque, quæ hæc præcedunt, clarè cōſtat epiſtolā hanc paulò poſt Synod. Nicæn. ſecundam fuiſſe ſcriptam.

Hæretici, pugnationis ſtudioſi.

Eterim rati cauſam admodum plauſibilem, qua nos iam tum ſacerdotio initiatos ab officio præpedireut, ſeſe nactos, ſtomachosè nobis obiectabant, paſſimque inuulgabant, vos à Conſtantinopolitana Eccleſia alienos eſſe, temereq; ab ea vos diuulſiſſe. Cùm ergo hæc, ſiue vis, ſiue iniuria ad vos quoq; attinuerit, venia eos dignabimini, qui præter voluntatē pari neceſſitare cōſtricti fuerunt. At cùm præſentem Eccleſię locique huius ſtatum iā nunc ad ſanctitatem tuam perſcripſerimus, & ſuo deinceps opportuno tempore, quæ hic fient, perſcribere certò decreuerimus, nō erit opus prolixiore, vt arbitror, nunc purgarione. Siquidem repagulum, quod impediebat, iā eſt perruptum; apertum eſt oſtiū; lapides offenſionis è medio ſunt ſublati; via lata, plana, ſcrupulisque libera & exęquata teritur; triſtia procul ab oculis euanuerunt; ſcandala ſeditionesque conquieuerunt; omnia denique impedimenta amota, luminaque priſtina Eccleſiæ reſtituta ſunt. Qnare quæ charitatis ſacerdotalisque conſuetudinis propria ſunt, locum ſuum denuo adepta, nullo in poſterum negotio perfici, obſeruarique poterunt.

At ſunt interim nonnulli adhuc, qui diuina flocciſaciunt, propriæque exiſtimationis cauſa quiduis moliūtur; neque quale ex Deo iudicium ſibi immineat, quicqnam penſi habent. Verum enimuero, vt illis vſitatum gratumque eſt præſenti gloriæ ſplendorique inhiare, eaque de cauſa inter ſeſe conſpirare; ita planè conſentaneum eſt, vt nos diuinæ glorię, Eccleſiaſticoque decoro, & concordiæ, ſacrorumque Canonum obſeruationi modis omnibus operam nauemus, noſtrisque munijs die noctuque incumbamus, & pro Imperatore noſtro pijſſimo, potentiſſimoq; iam declarato, ſyncero germanoq; Eccleſię filio, ac moribus Deo gratis, honeſtæque vitæ conuerſatione egregiè ornato, Deo, qui illum coronat, Regnumque vnà cum illo adminiſtrat, continuas preces obſecrationesque offeramus, quò vitam pacificam, imperiumq; quàm maximè diuturnū illi largiatur, Barbaricis triumphis exornet, felicem Chriſtiani orbis moderationem concedat, ad Orthodoxæ fidei zelum incitet, in diuinorum tandem pręceptorum obſeruatióne ita perficiat, vt liberis ſuis cum regni potentiæque diuturnitate, honorē & gloriam relinquat non vulgarem.

Probabile fit hūc Imper. fuiſſe Conſtantinū Leonis quarti, & Irenes filium; hic enim fuit Catholic. & pius.

Niceph. Patriar. Conſtan. p Michaelē Philadelphiæ Metropolitanum ad Leonem Pontif. ſcribit.

Cæterùm noſtras haſce Synodicas literas Michaeli ſanctiſſimo, Chriſtoq; dilecto Philadelphiæ ciuitatis Metropolitano, ad dilectā deſideratamque fraternitatem veſtram deferendas tradidimus. Et quamnis ex ſermone & colloquio, quod cum eo miſcuimus, coniecturam facientes, non dubiremus, quin omni cum humanitate eum ſuſcepturi, lætisq; oculis aſpecturi ſitis; rogamus nihilominus propter noſtram paruitatem, vt germanè, familiariter, honorificeque à vobis excipiatur, reficiaturque. Is enim eſt, qui ſyncero feruidoq; affectu veſtram dilectionē complectitur; magnumque in rebus Eccleſiaſticis ſtudium promptitudinemque declarat, & in ſermone, vitæque integritate, & virtute admodum excellere videtur. Qui etiam Deo illum dirigente, animumque veſtrum permouente, ad maiorem noſtrā lætitiā ſpiritalem, perfectioremq; noſtræ in Domino dilectionis affectionem, dilectionis, concordiæque Symbola, hoc eſt, venerandas veſtras literas hiſce præſentibus reſponſitantes ad nos eſt relaturus. Vniuerſam, quæ vobiſcum agit, fraternitatem, plurimum ſalutamus in Chriſto. Vale in Domino. Ora pro nobis ſanctiſſime & beatiſſime frater; mediatorem & ſynergum apud Deum communem patronum, fautoremque noſtrū, magnum illum principemque Apoſtolum adeptus, cui pro nobis indignis illius ſeruis interceſſiones offerre ne graueris. In ſignum autem charitatis, quæ inter nos in Domino intercedit, miſimus fraternæ veſtræ beatitudini Encolpium aureum, cuius alterum latus cryſtallo eſt incluſum, alterum opere fuſili effigiatum. Habet id intra ſe alterum Encolpium, cui pretioſorum lignorum particulæ celatæ inſertæ ſunt: Acceſſit his candidum Sticharium, & caſtanei coloris contextum phenolium; tum Epitrachelium quoque & Enchirium auro variegata & ornata. Iſthæc mnemoſyni loco ad miſericordem illū Apoſtolatum, Deo duce, transferenda, ſubmiſſeq; offerenda, ſindoni eleganter inuolui, plumbeoque ſigillo obſignari curauimus.

Michael

Philadelphiæ Metropolitan commēdatur ſeno Leoni Pōtifici.

Mediator ad Deum princeps Apoſtolorum.

ἐγκόλπιον. Quæ munerum horū ratio extiterit, nō ſatis aſſequor; dicimet, q poteſt. στιχάριον, φαινόλιον, ἐπιτραχήλιον, ἐγχείριον.

AD TOMVM QVINTVM

APPENDIX QVARTA.

Appendicis quartæ caput I.

BEATI CYRILLI ARCHIEPIſcopi Alexandrini liber Apologeticus, pro duodecim capitibus ad Orientales Epiſcopos, qui illa ſcriptis taxarant.

ARGVMENTVM.

CYRILLVS vniuerſam penè cęleſtis Oeconomiæ doctrinam duodecim capitibus, totidemq; anathematiſmis complexus, magnam diſputationum ſegetem excitarat: Nam quòd paucis multa comprehendiſſet, Catholicis viſus eſt obſcurus; ſectarijs autē cæteriſque malè affectis, ter quaterque hæreticus. Quam ob rem in Catholicorum gratiam compulſus eſt eiuſmodi anathematiſmos declarare; propter maleuolorum autem & ſchiſmaticorum improbitatē (Hā enim tanquam à fide aliena acerrimè illa impugnabant) coactus eſt eadem defendere, & ab hæreſeos ſuſpicione vindicare. Præ cæteris autem hoſtiliſſimè ea eorundemque auctorem impetebant Schiſmatici Orientales. Neque enim cōtenti erant Cyrillū impudenti

denti ore hæreſiarcham appellare, eoque nomine eundem exauctorare; tum capita illius velut multis referta hæreſibus publicè paſſimque traducere: verùm æternam notam vtriſque inurere enixè ſatagentes, præcipua publico ſcripto impugnarunt, apertèq; hæreticos retinere conati ſunt. Huic autem calumniatorio illorum ſcripto, Cyrillus libro hoc Apologetico occurrit. Inter refutandum autem naturæ ordinem ſeruat: Singulis nanque anathematiſmis ſeorſum aſſignatis, ſuam ſubiungit impugnationem; ſuamque viciſſim defenſionem.

Qui piè ſentire, & viuere volunt, abſtinent à pſanis hæreticorum dogmatis, vel certè ea impugnant. 3. Reg. 19.

Qui ſuam mentem ſanctiſſimo Deo dicarunt, & veritatis dogmata profiteri delegerunt, canent prophana irreligioſorum hæreticorum vaniloquia, confirmante internum & abſconditum cordis opulum. Scriptura diuinitus inſpirata bonis cogitationibus; & iis, qui recta peruertunt, obluctantur; idq; ſtrenuè, quaſi dicẽtes: Zelando zelati ſumus Dominũ. Itaque cùm Neſtorius multas & diuerſas blaſphemias cõtra Chriſtum Saluatorem noſtrum omnium effuderit, & quodammodo venerãdum & magnum incarnationis Sacramentum funditus remoueat; non ignoramus adhæc velle ſilere, periculoſum eſſe. Cæterùm cùm ſæpiſſime conſuluerimus illi, vt à talibus blaſphemiis ceſſaret, nihilque penitùs profeceremus; neceſſariò tandem ad defendenda pietatis dogmata acceſſimus, & ſelectis quibuſdam illius dogmatibus, ea vtiliter anathematizauimus, hoc eſt, eos, qui talia ſentire volunt, obtemperantes in hoc beato Paulo, dicẽti: Si quis vobis Euangelizauerit, præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Sed etſi nos, vel Angelus de cœlo euãgelizauerit vobis, præter id, quod accepiſtis, anathema ſit.

Neſtorius crebro admonitus nõ reſipiſcit.

Gal. 1.

Ægrè ferunt nonnulli Neſtorium impugnari.

At neſcio quo pacto id grauatim ferant plerique, vel ſint eiuſdem ſententiæ ac opinionis cum illo; vel ſimulent quidẽ ſe vitare opinionis ſocietatem, attentent autem modis omnibus ipſum adiuuare, & reddere exoſos eos, qui Saluatorẽ Chriſtum ſimul prædicare volunt. Veruntamen cogitandum erat, quòd increpare diuerſa docentes, conciliandi illis amoris in Chriſtum ſynceritatẽ, oſtenſum fuerit; nunc autem cùm non faciant melius, vt oportebat, atque adeò multum in eis delibetur; imò facti ſunt infenſiſſimi his, quorũ ſi fuiſſent imitatores, cum ipſis corona redimiti forent. Itaque anathematiſmos arripiunt, quaſi non habeant bene; vnde & vnicuique ſuarum mentium adinuentiones ſcribendo, appoſuerunt, rati ſe, qui ſtultas quaſdam, ac friuolas fabulationes commenti ſunt, attracturos etiã librorum ſuorum imprudentes lectores. Itaque & nobis neceſſarium fuit è diuerſo veritatem tractare, & refellere obloquutionem, oſtendereque aduerſarios eſſe dicacitatis ſtudioſos, vel ſaltẽ veritatis indagatores. Proinde præordinabimus ſingulos anathematiſmos; deinde his adiungemus, quæ ab illis compoſita ſunt: Poſtremò ſubdentes & noſtra, ea Diuinas Scripturas ſciẽtibus quaſi iudicibus offeremus, petentes ab his, qui veritatem ſciunt, ſententiam rectam & inculpatam.

Hæreticos oppugnare, nõ tueri Chriſtiani hominis officium eſt.

Anathematiſmus primus.

Si quis non confitetur Deum eſſe ſecũdùm veritatem Emmanuelem, & propter hoc Dei genitricem ſanctam Virginem: Genuit enim carnaliter carnem factũ Dei Patris Verbum, anathema ſit.

Orientalium oppoſitio.

Et quis carnaliter carnem factum Dei Verbum, natum eſſe ſimul confitebitur? Nam ſi carnaliter genuit, iam nõ vt Virgo? Et vbi ponemus hoc: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi? Si carnaliter iuxta illius morem Virgo, & nõ vt Deum decet genuerit; & quomodo hunc ſtella inſolito modo apparens, demonſtrauit? Magi ex Perſide, illa duce, aduenerũt, natum quærentes; & inuento dona obtulerunt. Angeli, qui deſcenderunt de cœlo, cum paſtoribus mixti, de natali tripudiarunt, dicentes: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, in hominibus beneuolentia. Hæc cuius indicia? carnalis, vel eius, quæ Deum decet natiuitatis? Et alioqui, ſi abſque examine & iudicio in voces inciderimus, & conuerſionẽ in & commutationẽ Verbi in carnem imaginabimur; & ſic etiam peccatum, & maledictum ipſum natũ eſſe ſuſpicabimur, ubi quidẽ minùs ad ſequentia & præcedentia cõtextus ſermonis, & ad ipſam conſuetudinem Scripturæ attenderimus. Cæterùm carnem eſſe factum Verbum, rectè iuxta Euangeliorum mentem, habitationem in carne exponimus.

Lucæ 1. Orientales vellicãt vel carnaliter naſci.

Matth. 2.

Luc. 2.

Carnẽ fieri ſecundum Orientales, eſt in carne habitare.

Defenſio Cyrilli.

Diſpenſationis Vnigeniti Filii Dei in carne Sacramentũ ſapientiſſimus Ioannes declarat, ſcribens: Et Verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Hæc rectè intelligentes beati Patres, olim in Nicæa congregati, dixerunt; ipſum Verbum ex Deo Patre natũ, per quem omnia fecit Pater; lumen de lumine; Deum verum, de Deo vero, incarnatum & hominem factum eſſe; hoc eſt, vnitum carni, animã habenti rationalem, & hominem factum eſſe; & cum hoc etiam manſiſſe Deum. Quòd autem abſque cõuerſione & cõfuſione vnionis opus factum eſt, manente (vt dixi) Deo Verbo, id, quod eſt, tametſi factum ſit caro: Immutabile enim ſecundùm naturam eſt, id, quod nulli dubium: Nam dum dicitur incarnari, non intelligitur, quòd in carnis naturam vertatur; ſed aliud quiddam ab illa ſit, & iunctum ſit ei. Sic ſentientes beati Patres, Dei genitricem nominauerunt ſanctam Virginem: Crediderunt enim, quòd incarnatum & hominem factum genuerit Filium, per quem omnia fecit Pater.

Ioan. 1.

Quid ſit Verbũ carnem factũ eſſe ſecundũ orthodoxos.

Incarnari non eſt in carnẽ verti.

Verùm Neſtorius nouellarum blaſphemiarum inuentor, cũ illa opinione pugnans, per-

ſtringit quidem vocem Dei genitricem, quaſi non ſit verè dicta; dicebat autem ſic: Interrogaui, inquit, ſæpe eos; Diuinitatem natam dicitis ex ſancta Virgine? Reſiliunt ſtatim ad Verbum: Et quis, inquit, tanto blaſphemiæ morbo laborat, vt illam, quæ genuit, templum dicat, & à Spirituſancto Deum in illa conditũ eſſe? Deinde quando infero: Quid igitur abſurdum nos dicimus, conſulentes fugiendam vocem, & eundem ad commune, vtraſque naturas ſignificans? Id nunc blaſphemè dictum putant. Vel confitere manifeſtè Deitatem ex beata Virgine natam eſſe, vel ſi fugis hanc vocem, dic, quare ea vti non liceat. Igitur illo vrgente, imò perſuadente impiè, vt ij, qui ſanctã Virginem Dei genitricẽ dicunt, fateri debeãt, carnis fuiſſe fructum nudũ, & ſeorſum Deitatis naturam, & ſubſiſtentiæ initium ex muliere habuiſſe Dei Verbum; nos autem ab hac opinione alienos eſſe, qui certiores fieri volunt, audiant: Nondum autem delirauimus, vt velimus ſentire aliud, quàm ſit ſentiendũ.

Obſcura ſunt hęc & dubito an ſatis germana.

Peperiſſe dicimus Virginem, carnem factum, ſecundùm Scripturas, Dei Verbum, hoc eſt, hominem; peperiſſe autẽ illum carnaliter, hoc eſt, ſecundùm carnem: Nam Deus & Pater, ſecundùm Diuinitatẽ, genuit ex ſe Deum exiſtentem Filium. Quoniam autem, quod natum ex carne, caro eſt; genuit Virgo, vt caro exiſtens, carnaliter. Carnaliter enim dicere, non eſt tollentis admirabilem natiuitatẽ, neque ſubuertentis Spiritusſancti operationem, qua in vtero formauit partum; ſed docentis potiùs, quòd ſicut Deus gignit Diuinè, hoc eſt, dignè Deo, ſecundùm ſuam naturam; ita & homo humanè, hoc eſt, carnaliter. Deus autem exiſtens ſecundùm naturam Verbum, quamuis caro factum proceſſit, hoc eſt, vt decet eum, qui ſecundùm veritatẽ eſt Deus: Solus enim habuit matrem nuptias non expertam; & ſeruauit Virginem eam, quæ ipſum peperit ſecundùm carnem.

Quid ſit carnaliter parere, vel naſci.

Aliter homo, aliter Deus gignit.

Admiror autem, quòd grauãtur dicere, ipſam ſanctam Virginem Dei genitricem, cùm Deo dignè ipſam genuiſſe fateantur: Nõ enim homo communis gignitur Deo dignè. Dona item allata eſſe dicunt à Magis, quæ & oblata, & ei, qui intelligebatur, & ei, qui videbatur, diuidẽtes in duos iterum poſt vnionẽ, vnum Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ: Qui enim intelligitur, factus eſt viſibilis, non immutatione naturæ, ſed vnitione cum corpore, quod videbatur. Et profectò ipſos ſpectatores & miniſtros fuiſſe Verbi ſanctos Apoſtolos, ſacra Scriptura oſtendit; quamuis nõ vnicuiq; manifeſtum, quòd ſit incorporeum ac intangibile ac inuiſibile Dei Verbum. Verùm inuenio dicentes ſanctos Apoſtolos: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus, quod ſpectauimus oculis noſtris, quod manus noſtræ palpauerunt de Verbo vitæ. Oblatã igitur dona vni, hoc eſt, Chriſto: Etenim eſt in eodem Deus ſimul & homo idem. Hac ratione nato ipſo, tripudia quidem fuere ſanctorum Angelorum, exercitus autem Spirituum dicẽtium ipſum Saluatorem ac Redemptorem.

Matth. 2. Orientales æquè ac Neſtoriani diſtellunt.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Porrò cùm Euangeliſta dicat: Verbum caro factum eſt; formidãdum dicunt, ſi dictio: Factum eſt, propriam ſeruet ſignificationem, verſio quædam intelligatur circa Diuinam Verbi naturam fuiſſe. Laudo quidem metũ; miror autem, quòd carent ea dictionem, veramque & neceſſariam manifeſtationem, ſic factum fuiſſe carnem Verbum dicunt, perinde ac ſi dicatur, factum fuiſſe maledictum & peccatum. Deinde quo pacto non vident mẽte præditi, quod beatus Euangeliſta ponens dictionem, factum eſt, mox omnis conuerſionis ſuſpicionem tollit, adijciens: Et habitauit in nobis? Abſurdum autem & alioqui fortè dicere, ſic factum eſſe carnem Verbum, vt factum eſſe dicitur maledictum & peccatum: Non enim ipſummet maledictum vel peccatum factũ eſt, ſed cum iniquis reputatus eſt; iuſtus exiſtens, vt aboleat peccatum; & appellatus eſt maledictus, qui benedicit creaturã, vt ſoluat noſtrum maledictum, & liberet à pœna credentes in ipſum. Igitur non eſt factus ſecundùm veritatem maledictum, & peccatum; appellatus autem illorũ nominibus, vt aboleat maledictum & peccatum. Igitur ſi ſic factum eſſet caro, aboleuiſſet vtique carnẽ, ſicut & maledictum, & peccatum; & neque factus eſſet homo, neque incarnatus eſſet ſecundùm veritatem. Sed in hoc ſolo eſſet Sacramentum, & in nudis nominibus inueniretur tropus.

Ioan. 1. ἐγένετο.

Ioan. 1.

Luc. 22. Marc. 15. Galat. 3.

Verbũ non ea ratione factum eſt maledictũ, aut peccatũ, qua factũ eſt homo, aut caro.

Tollitur autem omnino & reſurrectionis ſpes. In cuius igitur mortem baptizati ſumus? Vbi Verbum fidei, quod prædicauimus? Cõfeſſi enim, quòd Dominus eſt Ieſus, & credentes, quòd Deus ipſum excitauit è mortuis, ſaluamur. Igitur in vnum, qui ſimilis nobis, & communem hominem, erit fides? nõ vltra autem Verbum, quod in humana forma propter nos apparuit, adoramus? An non accepit ſerui formam, liber vt Deus? non humiliauit ſeipſum, qui Diuinitatis excellentia cõſpicuus eſt? Qui in forma & æqualitate Patris, nõ demiſit ſe in exinanitionem, quamuis diſtribuat de ſua plenitudine creaturæ bona? Apagè cũ malo iſto conſilio. Aliter nos edocuerunt ſancti Patres; incarnatum eſſe, & hominem factũ eſſe ſecundùm veritatẽ ipſum Dei Patris Verbum dixerunt, abſque conuerſione & confuſione. Ineffabilis autem omnino eſt diſpenſationis modus. Teſtes autem eorum, quæ dicta ſunt, ſermones illorum erunt.

Fides non eſt in Chriſtum, tanquã in vulgarem hominem.

Inexplicabilis Oeconomiæ Chriſti modus.

Sermones & dicta, quorũ hic fit mentio, habentur capite 7. & 28. Tomi ſecundi inde excipiãtur.

Cyrilli Anathematiſmus tertius.

Si quis in vno Chriſto diuidit ſubſtantias poſt vnitionẽ ſola cõiungens eas copulatione, quæ eſt ſecundùm dignitatẽ, hoc eſt, auctoritatem,

ſtatem, vel poteſtatem, & nõ potiùs conuentu; qui ſecundùm vnitionem naturalem factus eſt, anathema ſit.

Orientalium obiectio.

ITERVM illum ſuorum commonefacimus verborum, oſtendentes ipſum duas ſubſiſtentias dixiſſe: Dicit enim in primo Tomo: Itaque quantum ad ſuam naturam, non ſanctificatum eſt ſolum Dei Patris Verbum. Si autem quis putauerit eum, qui ex ſancta Virgine genitus eſt, vnctum eſſe & ſanctificatum ſolum, hac ratione & nominatum Chriſtum: Quomodo igitur quaſi oblitus ſuorum Verborum, ad vnã hypoſtaſin cogit, naturas confundens, naturalem Diuinam vnionem nominans? Et quis vnquam oſtendet, naturalem Diuinam vnitionem Sacramenti diſpoſitionis? Si enim naturalis Vnitio, vbi gratia? vbi Diuinum Sacramentum? Naturæ enim, vt edocti ſumus, ſemel ab ordinante Deo ordinatæ, neceſſariis conſequentiis ſeruiunt. Num etiam iterum erit, ſecundùm reuolutionem & naturæ conſequentiam, diſpẽſationis opus iuxta deliramenta, fabuloſaque mille annorũ ignobilis Apollinaris dogmata?

Negant Orientales vnitionem Verbi cum carne fuiſſe naturalem; ſed Cyrilli ſententiam calumnioſè interim interpretantur.

Cyrilli defenſio.

DIVINVS Paulus, quomodo factus ſit homo, Vnigenitus Dei Verbum; vt fidelis diſpenſator Sacramentorum Dei, & ipſum habens in ſe loquentem Chriſtum, manifeſtè omnibus oſtendit: Nõ enim alicubi Angelos apprehendit, inquit; ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Vnde oportet eum per omnia fratribus ſimilem fieri, vt miſericors & fidelis fieret Pontifex in his, quę ad Deum. Nos verò rectiſſima ſententia dictum laudamus, ſequẽtes vbique diuinitus inſpiratas Scripturas, & valde admirantes Theologorum voces; imò & Diuinas cenſentes leges, dicimus Dei Patris Verbum, non apprehendiſſe, neque ſanctorum Angelorum, neque ſuam naturam: Credimus autem, ſecundùm quod ſacris literis videtur, quòd adumbrans ſanctam Virginem, vtpote virtus exiſtens altiſſimi Patris, formauit ſibi corpus ex illa, veruntamen per operationem Sanctiſpiritus; & factus eſt homo, appellatuſq; ne & filius Abrahæ & Dauidis; non amittens propter humanitatem, quòd ſit Filius Dei & Patris ſecundùm veritatem; manens autem potius, quamuis factus ſit caro, in natura, & eminentia, & gloria Deitatis: Immutabilis enim eſt, & conuerſione melior, vt Deus. Eſt igitur vnus & idem Filius, & Dominus, & ante incarnationem, & poſt incarnationem. Diuidere autẽ vnum in duos Filios, & ſoluere veræ vnitionis opus, in diſtinctos, & ſeorſum poſitos, propriè hominem, & propriè Deum, impietatem habet nulla Scriptura ſatis ſugillabilem.

Heb. 2.

Verbũ, neque ſuam, neque Angelorum naturam apprehendit, ſed noſtram.

Vnus ante & poſt incarnationẽ Filius & Dominus.

Porrò Neſtorius iſta parum curans, audet iſtis verbis ſic dicere: Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui in forma ſerui exiſtens, ſeipſum exinaniuit, qui formam ſerui ſuſcepit. Nõ dicit: Hoc ſentite in vobis, quod & in Deo Verbo, quod in forma ſerui exiſtẽs, ſerui formam ſuſcepit. Sed dicens: Qui ſuſcepit Chriſtus, vt duarum naturarum appellationem ſignificatiuam, ſine periculo ipſum & ſerui formam dicit ſuſcepiſſe, & Deum nominat, dum ea, quæ dicuntur, in duas naturas ſine reprehenſione diuiduntur.

Philip. 2.

Neſtorius blaſphemè interpretatur illud Apoſtoli: Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu.

In altera autem enarratione iterum dicit: Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, & terrenorum, & ſubterraneorum, & omnis lingua confitebitur, quòd Dominus Ieſus Chriſtus, propter quem ferentem, quod fertur, non erat. Inſeparabilis eſt ab eo, qui videtur Deus; propter hoc, dum non ſeparabat, honorẽ non ſeparo; ſeparo naturas, ſed vnio adorationem. Et iterum in alia explicatione: Dic eum, qui ſuſcepit, quòd ſit Deus; appone ſuſceptum, quia ſerui forma; adiice poſt hæc connexionis dignitatem, quia duorum auctoritas communis, quia duorum eadem dignitas; naturis manentibus, fatere dignitatis vnitatem. Vides vbique ſeparatim quidem inter ſe naturas, vnientem autem vt dicit, adorationem, & communem auctoritatem nominatim, iuxta ſolius dignitatis vnitatem. Quod autem commune, non vni commune ſit, ſed duobus prorſus, vel pluribus, qui propriè, & ſeparatim conſiderantur. Itaque pro quo tanta facta eſt obiectio, cur ſermo nõ rectè anathematizet? Quid abſurdum, ſi exocrabilibus & abſurdiſſimis Neſtorii ſermonibus pia dogmata è diuerſo excitentur, neceſſaria ſecuritatis fratrum cura habita?

Phil. 2.

Omnia hęc vt cætera pleraque omnia ita obſcura ſunt reddita, vt capi vix queant.

Commune non vni cõmune eſt, ſed pluribus.

Quoniam autem dicunt mea verba ſecum pugnare, & adferunt ad demonſtrationem partem epiſtolæ, quam ſcripſi ad ſanctos Monachos; operæpretium arbitror, & ad hoc cõuenientia dicere: Dicunt enim; quòd duas & ipſe nominaui ſubſiſtentias, & ſufficeret eis ad redarguendum, ſi nos eis ipſis idem renunciaremus. Iſtuc ipſum ſcilicet putant. Appoſita igitur neceſſariò parte epiſtolæ, ſubinferã poſthæc ea, quibus vbiq; falsò nugari velle demonſtrentur. Habet autem ſic: Itaque quantũ ad ſuam naturam, non ſanctificatum eſt ſeparatim Dei Patris Verbum. Si autem quis exiſtimet eum, qui ex ſancta Virgine natus, vnctum eſſe & ſanctificatum ſolùm, & hac ratione nominari Chriſtum, dicat pertractans, nũ ſufficiat vnctio ad hoc, vt appareat, quod vnctum eſt, æqualis gloriæ & throni cum eo, quod ſuper omnia eſt Deus? Quoniam enim Dei Verbum propriè nominari Chriſtum, non illarum nobis blaſphemiarum inuentor continuò affirmat Neſtorius; propriè autem & ſeorſim Chriſtum alterum, qui ex ſancta Virgine genitus eſt, ne adulteremus gloriã, quaſi minùs pulchram, contemptam, & à veritate alienatam;

Orientales falſum imponunt Cyrillo.

Hęc omnia non parũ aliter legũtur in exẽplari Græco.

allenatam; neque Verbum Dei Patris, quod ſeorſum intelligatur vnctum eſſe oleo exultationis, affirmamus; neque ſeorſum & priuatim vt hominem, & alium Filium ab eo, qui Verbum ex Deo, eum, qui ex ſancta Virgine; vnum autem ab omnibus oportere confiteri Chriſtum aſſerimus, incarnatum & hominem factum vnigenitum Dei Verbũ: Vnus enim Dominus, vna fides, vnum Baptiſma.

Epheſ. 4.

Igitur nulli, qui rectè ſentire ſolet, obſcurũ eſt, quòd vitiãt ſenſum eorum, quæ à me ſcripta ſunt, & calumniantur etiam in hoc veritatem. Quin & alio modo culpa vacaret, & omni reprehenſione, idque meritò, ſcire forſitan, quòd alia quidem ſunt ſecundùm naturam propriam caro à Verbo ex Deo Patre nato, & vnigenitus Verbum ſecundùm naturã: Sed ſcire hæc, non eſt diuidere naturas poſt vnitionem. Iam ſi quis voluerit Sacramenti virtutem exacto mentis oculo conſiderare, videbit vtique, quòd (ſicut dixi in principio) non ſuam naturam apprehendit Deus exiſtẽs Verbum, ſed ſemen Abrahæ; non conſubſtãtialem autem Verbo, quod ex Deo natum eſt, quod ex ſemine Abrahæ ſanctum corpus, id quod ex ſancta Virgine ſumpſit, procedens homo, vt fratribus ſimilis eſſet, vt appellaretur primogenitus, qui Vnigenitus. Quamuis autẽ alterius naturæ à Verbo Dei Patris; vnus tamen eſt Chriſtus, & Filius, & Deus, & Dominus, tametſi facta ſit caro. Non caret autem damno, diſſoluere veræ vnitionis modum, & diuidere in duos Filios ſubſiſtentias, ſecedentes quidem inter ſe, vt priuatim & ſeorſum ſint; habentes autem ſolùm externam cõnexionem, quaſi in ordine dignitatis.

Orientales peruertunt verborum Cyrillianorum ſenſũ.

Verbũ non ſuam naturam, ſed Abrahę ſemen apprehendit.

At ſi naturalem vnionem dixerimus: Habet enim Scriptura diuinitus inſpirata hunc morem, hac dictione vti: Scribit enim alicubi quibuſdam diuinus Paulus: Et eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri; & neutiquam dixerit quiſpiam ſubſiſtere ſecundùm naturã Diuinam iram, ita vt peccatores illius ſint ſoboles; alioqui prorſus & omnibus modis cum errore & inſania Manichæorũ laboraremus. Vnde ibi natura idem eſt, quod verè. Non igitur confundentes naturas, neque ipſas inter ſe confermentantes, ſicut dicunt aduerſarij, naturalem dicimus factam eſſe vnitionẽ, ſed ex duabus rebus diſſimilibus, Deitate (inquã) & humanitate vnum factum eſſe Chriſtum, & Filium, & Dominum vbique affirmamus. Demum de Apollinarij dogmatis planè nullum ſermonem facimus: Semel enim cõdemnata, tanquam veritatem adulterantia, auerſari oportet.

Defendit naturalis inter verbum & carnem vnio.

Quid ſit naturæ iræ filium eſſe.

CYRILLI ANATHEMAtiſmus quartus.

SI quis eas voces, quæ ab Apoſtolicis, & Euangelicis ſcriptis de Chriſto, vel à Sanctis, vel ab ipſo dicũtur, duabus perſonis, hoc eſt, ſubſiſtentijs diſtribuit; & alias quidem voces, velut homini, quẽ ſeorſum, ſequeſtrato Verbo Dei intelligit; alias autẽ ſoli Dei Patris Verbo, vtpotè Deum addecentes aptarit, anathema ſit.

Orientalium oppoſitio.

DEINCEPS etiam hoc loco illi ſua ipſius verba ſuggerenda ſunt; dixit enim: Quamuis audias, quòd profecit ætate, & ſapientia, & gratia, ne putes ſapiens ex incremento factum eſſe Verbum Dei, neque illud nugaciter auſis dicere; quia proficere in ætate, & ſapientia, & gloria homini adaptabimus; tametſi neget hic Scripturæ teſtimoniũ, profectus alicuius ta naturam carnis (quæ videbatur) fuerit. Verùm nunc non eſt tempus redarguendi hoc, feſtinantibus ad propoſitum capitulum: Nã, vt oſtenderemus eum dicere duas ſubſtãtias, & ſibijpſi contrarium, appoſuimus ea, quæ olim ab ipſo dicta ſunt. Quòd autem duabus perſonis, vel duabus ſubſiſtentijs, vel duobus Filijs, diuidentes vnitionem, hoc eſt, vnum Filium, voces adaptare non oportet: Indiuiſibilis enim & inſeparabilis eſt ſumma vnitio, & vnus Filius omnibus modis & ſermonibus & cogitationibus eſt. Quum autem ſumma Vnitio ſeruetur, & confiteamur vnum Filium & Chriſtum & Dominum, de vno & eodem Filio accipienda ſunt, quæ dicuntur: Etenim iuxta virtutẽ naturarum vnitarum, adaptare conuenit vni Filio, quæ dicuntur.

Luc. 2.

Hic iterũ vel aliquid deeſt, vel quod in cõtextu græco habebatur, perperam redditum eſt.

Cæterùm quòd non ſint ſeparandæ voces in Euangelijs, quas vel ipſe Dominus de ſe locutus, vel Apoſtolica ſcripta habẽt, quam hyperbolen non tranſcendit? Nam ſi voces non diſtinguimus, quomodo obſiſtemus Ario, & Eunomio, omnia in vnam naturam dicta cõfundentibus & humilia humanitatis in ſummam perfectæ Deitatis naturam referẽtibus? vel quomodo intelligemus Dñi voces propter naturam carnis, quæ videtur, dicentis: Non veni meam voluntatem facere. Et: Egò à meipſo nihil facio. Et: Mandatum accepi, quid dicam, vel quid loquar? Et: Vado ad Patrem meum, & Patrẽ veſtrum, & Deũ meum, & Deum veſtrum; & cætera quæcunque talia ſunt? Indiuiſibilibus enim vocibus, ſicut & naturis manentibus, erit ſecundùm illum vnigeniti Dei Deus Pater, miniſter autem & ſeruus paternorum mandatorum Filius ſecundùm vnitatem. Et ſi humilia in Deitatis naturam expoſuerimus, cui adaptabimus: Ego & Pater vnum ſumus? Et ſimilis erit Patri, ipſum operari? Etenim quemadmodum Pater excitat mortuos, ita & Filius quos vult, & non de quibus imperatur, viuificat; ſed eſt rectè ſecundùm ipſius Domini vocẽ, Pater & Deus Pater. Deus quidem nouiſſimis temporibus ex ſemine Dauid carnis: Pater autem eius, qui ex ſe abſque paſſione & æternè natus eſt, Dei Verbi.

Ioan. 6.
Ioan. 8.
Ioan. 20.

Mira in toto hac oppugnatione obſcuritas.

Ioan. 10.
Ioan. 5.

Er ſi ſeruetur, confiteamurque filiationem intra vnitatis præſcriptum, quomodo intel-
Ioan. 8. ligamus hoc: Amen amen dico vobis, priusq̃
Ioan. 1. Abraham fieret, ego ſum? Et hoc: Omnia per ipſum facta ſunt? Si inde ſecretæ manent vocens, vtique aptabimus vocem hanc naturæ, quæ ex ſemine Dauid nouiſſimis tẽporibus facta eſt, quòd ſit ante Abraham & Dauid, & omnia per ipſum facta; vel dicemus piè, naturis inconfuſis manentibus, & in vnitione inſeparabili poſita, adaptantes voces ſecundùm vnitatum naturarum vim (ſicut prædictum
Dolendum hęc omnia tam limosè decurrere. eſt) in vnũ quidem Filium & Dominum & Chriſtum, ſed non in vnam naturam omnia contrahentes; ita & ex vno naturarũ nomine, alias intelligi propter incomprehenſibilem
Ioan. 3. vnitionis ſummitatem. Quemadmodum &
Ioan. 6. hoc: Nullus aſcendit in cœlum, niſi qui deſcẽdit, Filius hominis, qui eſt in cœlo. Et: Si igitur videritis Filium hominis aſcẽdentem, vbi prius erat, &c. Nonne ex appellatione Filii hominis, etiam ei inconfuſè & inſeparabiliter vnitum intelligimus? Nam quamuis & Filiũ hominis nominarit, propter aſſumptæ & viſibilis carnis naturam; tamen per ea, quæ ab ip
Heb. 13. ſo fiebant, Deum ipſum demonſtrabat. Et iterum: Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Et iterum: Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula. Si heri & hodie, quomodo per ipſum
Ioan. 1. omnia? Si autem per ipſum omnia, quomodo heri & hodie? Præterea & hoc verum eſt: Omnia per ipſum. Et hoc: Heri & hodie, fide recipiẽdum. Et hoc: Ipſe in ſecula, credendũ. Si ſecundùm vnitatum inconfuſè & inſeparabiliter naturarum differentiam voces aptamus, intelligentes ſecundùm viſibile, heri & hodie; ſecundùm intelligibile autem, in ſecula; ſecundùm autem filiationis vnitatem, vnũ & eundem.

Cyrilli defenſio.

Vt apparet, his, qui anathematiſmos à nobis vtiliſſimè & neceſſariò factos, imprudenter reprehendere volunt, vnicus ille ſcopus eſt, vt nihil verum, vel ſapiant, vel dicant; declarentque ſe ſolo calumniandi ſtudio occu-
Orientales ſolo calumniandi ſtudio ducti, Cyrilli anathematiſmos oppugnant. patos. Nonne ſi mentem ſuam ſtudioſè ac diligenter ſcriptis adhibuiſſent, non ignoraſſent, quòd ſuis ſententiis & ſermonibus; quos faciunt, ſtabiliãt anathematiſmum, oſtendãtque illum non ineruditè conditum? Et quomodo dicam? Bonus Neſtorius dicebat tale quiddam in Eccleſijs enarrans. Vt autem ipſum manifeſtius, ita vt omnes capere poſſint, dicam: Arius & Eunomius & Apollinarius, & omnes ſocietatis illorum chori, ſtudebant
Quis fuerit Arii, Eunomii & Apolinarii ſcopus. indocere nomen Theotocos, hoc eſt, Dei Genitrix, vt ſi commixtio fieret, & natura non ſepararentur, nihil humile in humilitate ſuſcipiendum eſſet, locumque haberent ipſi contra Deitatem; quaſi omnia, quæ dicebantur, de vno dicerentur. Hæc cùm ſic dicta ſint, vtiliſſimè anathematiſmum fecimus, non permittentes in duas diuidi perſonas & ſubſiſtẽtias vnum Dominum Ieſum Chriſtum.

Quòd autem & ex noſtris ſermonibus vtilitatem capiant, notum eſt his, qui capere poterunt, ex his, quæ ſcripta ſunt. Habent aũt ſic: Sicut aũt pſonis duabus, vel ſubſiſtentiis duabus, vel Filiis duobus, diuidẽdo vnitionẽ, hoc eſt, vnum Filiũ, voces adaptare non conuenit; Modis omnibus vnus eſt Filius, cui omnia conueniũt, quæcunq; de eo prædicantur. Indiuiſibilis enim & inſeparabilis eſt ſumma vnitio, & vnus Filius eſt ſecundùm omnem & ſermonem & modum & vnitionem. Si autem ſumma vnitio ſeruetur, & vnus Filius, & Chriſtus & Dominus ponatur, de vno & eodem Filio accipere oportet, quæ dicuntur. Sanè ſecundùm vnitatum naturarum virtutem accommodare decet vni filio, quæ dicuntur. Igitur dum ſeruatur ſumma vnitas, qualis irreperet dualitas, & ſaltem imaginatio ſectionis adiudicaretur? Et qui audet diuidere, quomodo non extra rectam viam incedit, & à pietatis dogmatibus in vniuerſum recedit? Quid igitur dicit anathematiſmus? Si quis diuidit voces ſecundùm hunc modum, vt alias quidem tamquam homini à Deo ſeorſim intellecto, adaptat; alias vero vt Deo, dignas, ſoli Verbo Dei, anathema ſit.

Igitur ſeparantes & diſtinguentes in hominem propriè & ſeorſim; & in Verbum Dei propriè & ſeorſim; non partiuntur, vnum Chriſtum, non duos dicunt Filios, ſuccenſeãt nobis criminatores: Si autem ſectio & ſeparatio eſt, ita ſentire; ſecundùm quem modum noſtros ſermones increpare potuerunt; quãuis & ipſi (ſicut dicunt) indiuiſibilem & vnum ſecundùm ſummam vnitionem confiteantur eſſe Emmanuelem? Itaque vnamquanque vocem de Chriſto à Sanctis, vel etiã ab ipſo fortè dictam, exponendam eſſe, laudârim etiam ego; &, vt opinor, quiſque rectè ſenſerit; nam aliæ quidem ſunt Deo dignæ; aliæ verò diſpenſationi cum carne congruentiores. Quoniam autem eſt vnus & idem Deus, ſimul ac homo, hac ratione rectè aliquando Diuinè, aliquando humanè loquitur; verumtamen vnius Chriſti & has & illas voces eſſe aſſerimus, neque vulgare dicentes templum, quod ex ſancta Virgine, neque ſine carne ſciẽtes Dei Patris Verbum poſt ineffabilem vnitionem. Euangelicæ & Apoſtolicæ voces omnes vni Chriſto cõueniunt, ſed nõ vna ratione.

Admiror autem, q̃ quamuis curioſè loquirentes, &, vt arbitrantur, ſubtiliter examinantes meas Epiſtolas, quæcunque in eis ſunt vtilia & neceſſaria, ad demonſtrandum dogmatum rectitudinem & diligentiam, volentes Orient. recta dicta diſſimulãt, cætera per calumniã ſuggillant. prætereunt; apprehendunt ſupra modum atrociter, ſi qua ipſis vel minimam coniecturã præbent, ex ipſis contra nos calumnias contexi poſſe. Commemorabo autem & mea verba quæ ſic in prima ad Neſtorium epiſtola ſcripſi: Voces autem Saluatoris noſtri in Euangelijs, neque ſubſiſtentiis duabus, neque certè duabus perſonis diſtribuimus: Non enim

duplex

duplex eſt; vnus eſt ſolus Christus, etiamſi ex duabus & diuerſis rebus intelligatur, in vnitatem indiuiſibilem coadunatus; quemadmodũ ſcilicet & homo, & nõ duplex magis, ſed vnus ex vtriſque. Cæterùm humanas & Diuinas quoque de vno dictas eſſe cognoſcimus rectè ſapientes: Quando enim, vt Deum decet, de ſe loquitur: Qui vidit me, videt & Patrem. Et: Ego & Pater vnum ſumus; diuinã ipſius & ineffabilem intelligimus naturam, ſecundùm quam eſt apud ſuum Patrẽ, propter idẽtitatem ſubſtantiæ, & imago, & character, & ſplendor gloriç ipſius. Quando autem humanitatis menſuram obſeruans, Iudæis loquitur: Nunc autem me quæritis occidere hominẽ, qui veritatem vobis locutus ſum; iterum nihilominùs ipſum in æqualitate & ſimilitudine Patris Deum Verbum, & ex humanitatis ſuæ menſuris agnoſcimus: Nam ſi neceſſariũ eſt credere, quòd Deus exiſtens natura, factũ eſt caro, hoc eſt, homo anima prædiĉtus rationali carnis; quomodo veriſimile erubeſcere quempiam voces eius, ſi factæ ſunt homini congruentes? Nam ſi vitaſſet ſermones, qui hominibus congruunt, quis compuliſſet, vt homo fieret ſimilis nobis? Qui autem ſe demiſit propter nos in voluntariam exinanitionem, propter quam cauſam vitaret ſermones ſuam exinanitionem docẽtes? Igitur vni perſonæ omnes voces in Euangelijs, ſubſiſtentiæ vni Verbi incarnatæ conueniunt: Dominus enim vnus Ieſus Christus ſm Scripturas.

Ioan. 14.
Ioan. 10.
Ioan. 8.

Igitur & ſicut à iam præſcriptis non ignoraſſe deprehendimur diſpenſationem, & ſuas vtriuſque naturæ voces, nõ permittere autem animalibus, & Spiritum nõ habentibus, duos cogitare vel dicere filios, vt diuidant inter ſe ſubſiſtentias, poſt indiuiſam vnitionem. Vbi autem vel parum quid ex noſtra epiſtola poſuerunt in principio ſuorum ſermonum, minantur nobis, quòd in tempore ſint redarguturi, quaſi non mediocriter peccent, quòd in Verbum ex Deo Patre, & ipſius naturæ incrementum & profectum, quæ ad carnem pertinent, inſipientiſſimè diſtribuerint. Agè & ad hoc veriſimilia dicamus, adijcientes tantùm epiſtolæ partem: Ipſi enim mentuentes veritatẽ, & auditores allicientes, partem quandam poſuerunt, eam, quæ ipſis viliſſima eſſe videtur, ad hoc vt inde videretur iuſtè calumnias in nos ſtruxiſſe. Habet autem ſic, quod dictum eſt: Etiamſi audieris, quòd profecerit Ieſus ſapientia & gratia, ne putes Verbum Dei Patris, ſapiens profectu temporis effectum eſſe. Commemorabo autem magis, quòd ſic Diuinus Paulus ſcripſerit: Christus Dei virtus & Dei ſapientia. Neque rurſus illud nugaciter auſis dicere, quòd proficere in ætate & ſapiẽtia, & gratia homini attribuamus: Hoc enim, vt opinor, nihil aliud eſt, quàm diuidere in duos vnum Christum; ſed ſicut dudum dixi: Filius, qui eſt ante ſecula, in nouiſſimis ſeculi temporibus, in Filiũ prędefinitus eſſe Dei dicitur, ſuæ carnis natiuitatem approprians diſpenſatiuè. Sic & exiſtens ſapientia eius, qui genuit, proficere in ſapientia dicitur, quamuis perfectiſſimus ſit, vtpotè Deus; dum humanitatis proprietates per ſummam vnionem in ſe conuenienter ſuſcepit. Sanè pro hoc, quod Deus dicit: Iudicium iuſtum iudicate; veritatem falſis rationibus adumbrant: Neque enim participationem ſubſiſtentiarũ poſt vnionẽ dogmatizamus, neque Deitatis naturam augmẽto & profectu opus habuiſſe dicimus; ſed illud multò magis, quòd ſecundùm diſpẽſatiuam appropriationem ſuas fecerit carnis proprietates, eò q Verbum caro factũ eſt ſecundùm Scripturas. Quòd autem tali fidei & opinioni etiam ſanctorum Patrum concinat chorus, oſtendere attentabo, adijciens ad maiorem certitudinẽ, partẽ enarrationis olim ab Attico, beatæ memoriæ Epiſcopo factæ.

Orientales falsò & impentè ea impugnãt, q de Christi incremẽto Cyrillus commentatus fuerat.
Luc. 2.
Deuter. 1.
Luc. 7.

Quæ ex Attico, Felice & Iulio hic citantur, ea habentur capite 7. & 28. Tomi ſecundi. Inde petat, qui volet.

CYRILLI ANATHEMATISMVS ſeptimus.

Si quis dicit Ieſum, tanquam hominem, à Deo Verbo habuiſſe vim operandi, ac gloria Vnigeniti circundatum, tanquam alter ab ipſo ſit, anathema ſit.

Orientalium obiectio.

Operandi vim habere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum à Spiritu, vt hominẽ ſimpliciter, vel vt Prophetam, vel vt Apoſtolum, nullus confitetur. Quippe Apoſtolicas voces de illo propter viſibilis carnis naturam dictas, neque negabimus, neque expugnemus aliquando, dicentes quidem ſecundùm efficaciam roboris virtutis eius, quam efficaciter operat° eſt in Chriſto, ſuſcitãs ipſum ex mortuis, ſoluens dolores inferni. Et iterum: Virtute Dei exaltatus; & quæcunque talia. Quamuis & hæc adhæreant, propter viſibilẽ nũllus excipiat, velut hominem ſimpliciter operãdi vim accepiſſe, vel vt iuſtum, vel vt Prophetã, vel vt Apoſtolũ. Itaque diuinas voces neque delebimus, neque inficiabimur, neque imporitè ſimul & blaſphemè anathematizamus dictas & adiacentes propter viſibilis carnis naturam, neque vt hominem ſimpliciter, vel vt iuſtum, vel Prophetam, vel Apoſtolũ, operandi vim inde accepiſſe dicemus: Non enim dicebat: Hæc dicit Dominus; ſed vt Filius legiſlator: Ego autem dico vobis.

Adeò obſcurè hic pugnatur, vt vix, qd oppugnet, intelligas.
Matth. 5.

Cyrilli defenſio.

Et nunc quoque iiſdem ſermonibus defenſionis modus incedet: Nam vnus quidem eſt abſq; dubitatione, Dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui

qui idem creditus eſt eſſe, & ex Deo Patre Verbum perpetuum, & ante ſecula; & in nouiſſimis ſeculi temporibus homo ex muliere, qui admirabilem habuit ſecundùm carnem natiuitatem. Vetuntamen cùm vnus erat Filius & Deus & Dominus, operabatur ſigna p virtutem plusquàm humanam; ſufficientibus argumentis docens, quòd quamuis factus ſit caro, nihilominus tamen ſit etiam ſic Deus verus, & virtus Patris: Non enim deſtitit eſſe, quod erat, factus homo. Faciebat igitur inſolita, tum ꝙ Dæmonia increpabat, & Satanam conterebat, tum ꝙ cæcis lumē præſtabat, mortuos reſuſcitabat, mare procelloſum vno verbo ſedebat; non ſic hominem quendam, & alterum exiſtentem ſeorſim Chriſtum glorificari faciens, quemadmodum ſcilicet & vnum ex ſanctis Prophetis & Apoſtolis; ſed ſibi gloriam procurans, vt ab omnibus crederetur Deus exiſtens natura, tametſi factus eſſet homo.

Quis eſſet Chriſtus, cùm ex operibus, tum ex ipſoquo que operādi modo ſatis patefiebat.

Fuiſſet igitur abſurdiſſimum ferre Neſtorium dicentem: Communes enim Trinitatis ſunt efficaciæ, & ſolis ſubſiſtentiis diſtinctionem habentes. Proinde Vnigeniti gloria, interdum Patri adaptatur, interdum Spiritui, interdum Chriſti potentiæ. Idcirco qui reprehendere volunt, oſtendant nobis alium Chriſtum, qui priuatim & ſeorſim exiſtat & intelligatur, cui ſuam potentiam applicuerit Vnigenitus Dei Verbum, quaſi ſit propriè ab ipſo Filius, vel niſi ſit alius & alius, ſed vnus & idē, & ex Patre Vnigenitus, & ex matre homo ſecundùm carnem: Quomodo igitur ſilendi locus eſſet, & non magis debebat, veritatis potentia, illius nugis obluctari, quæ pulchra pietatis dogmata obliterārit? Itaque erat quidem, & eſt, Deus & Filius. Quoniam autem ſemel ſubiit menſuram, diſpenſationem irrectaneā fecit. Suſtinuit autem omnia voluntarius pp nos. Ea propter quum ſit ſecundùm naturam vita, viuificari dicitur à Patre; & quum ſit gloriæ Dominus, dicitur gloriam accepiſſe. Hinc Paulus Apoſtolus Hebræus ex Hebræis, verè doctus in lege ex tribu Beniamin, dicebat: Nō ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui excitauit illum ex mortuis, & gloriam illi dedit. Verū quamuis dicatur gloriam accepiſſe a Patre, quum tranſit res ad humanitatis menſuram, nouit ſeipſum habere dignitatem vltra creaturam, ſecundùm quod intelligitur & eſt Deus. Proinde dicebat: Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, & nullus cognoſcit, quis ſit Filius, niſi Pater, neque Patrem quis agnoſcit niſi Filius, & cui Filius reuelauerit.

Aniles & impiæ Neſtorii de Chriſto nugæ.

Irrectaneā quid ſit neſcio.

Philip. 3. Galat. 1.

Matth. 11.

Fortaſſe quis ſtudioſorum interrogabit: Si omnia ſibi tradita ſunt à Patre, quaſi ei, qui gloria indiguerit, & debuerit habere datum robur contra omnes, propter humanitatem; quomodo humanis mentibus vltra comprehenſibile eſſe dicit, ſcire ſe, quemadmodum ſcit & Pater. Vtiq; dicit: Cognitio enim non eſt coarctata in eo, ſicuti in me vſq; ad viſibilia: Nam niſi Deus in carne & ſanguine, ſecūdùm carnem quidem cognoſceretur, ſin naturam autem & gloriam diuinitatis æqualem cum Deo & Patre menſuram habere omniū mentem & ſermonem tranſcenderet. Proinde (amplector enim propoſitorum mentē) neque Apoſtolicas voces negamus, abſit; neq; alia quædam minus probabilia, & incarnationis hominib' aduerſa, vel ſentimus, vel loquimur, vel tractamus. Sequimur autem vbique ſacras Scripturas, & Theologorum voces inuenimus, quas ratas eſſe debere concedentes, obſiſtimus ſolis iſtis, qui recta Eccleſię dagmata ſubuertunt. Quòd autem & Pater ex mortuis reſuſcitare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum dicitur, quaſi ſcilicet circa carnem eius operandi vis ſuſcipiatur, nullus admiſerit. Ipſe autem, quum ſit vita & viuificator, & efficax virtus Patris, ſuum viuificat templum, iuxta illud: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Itaq; quod viuificabat, non erat alienum, neque alicuius ex nobis hominibus ſimilibus, ſed proprium ipſius Verbi corpus.

Quo ſenſu omnia Filio tradita dicuntur à Patre.

Quō Pater ſuſcitauit Filium.

Ioan. 2.

CYRILLI ANATHEmatiſmus octauus.

Si quis audet dicere, aſſumptum hominē coadorandum, & conglorificandum, & coappellandum cum Deo Verbo, vt alterum cum altero; & potius vna adoratione colit Emmanuelem, & vnam illi glorificationem adaptat, ſecūdùm quod Verbum caro factum eſt, anathema ſit.

Orientalium obiectio.

Coadorare & conglorificare, quaſi de perſonis, vel ſubſiſtentiis, vel filiis duobus non dicimus, quaſi aliter fiat adoratio Deo Verbo, & aliter carni, ſed vnam potiùs adorationem, & cætera, quæ in Filio, offerimus; & quod adoratur, ſicut & ipſe in primo libro: Nam quamuis ſemper vt Verbum, cum Patre ſuo conſidet, & ex ipſo, & in ipſo ſecundùm naturam exiſtat, iterum audit dicentem & cum carne: Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Ita & adorari dicimus ipſum, & à nobis ipſis, & ſanctis Angelis. Proinde ad hæc dicimus, ꝙ valde eruditè prouidit his, qui cū carne vnū & eundem Filium adorare volunt, eò quòd aliud quiddam ſit, σὺν & μετὰ, id, quod & ipſe poſuit, ſicut prædictum eſt, dicens, ipſum cū carne adorandum, negans autem coadorandam cum Diuinitate carnem.

Et hunc anathematiſmū obſcurè & inepte impugnant.

σὺν & μετὰ non eiuſdem rationis.

Cyrilli defenſio.

Mentis eſſe nos Dn̄os, Diuinus Paulus oſtendit, dicens: Probate vos ipſos, num ſitis in fide: 2. Cor. 13.

in fide: Nam meus humana licet nonnunquã propter amorem ſui, ſi à recta via egrediatur, & à veris dogmatibus abducentẽ habeat motionem, ferme ſemper granatur, & formidat ſuarũ cogitationũ abſurditatẽ definire, cùm ſe correxerit, & obiter labores ſcrutata fuerit ſanctorum Patrũ, qui præ omnibus in rectitudine & certitudine dogmatum celebrãtur, ſuam rectè fidẽ explorabit: Omnes enim, quibus integrum cor eſt, illorum ſententias ſequi non detrectant: Quia & ipſi Apoſtolica, & Euangelica traditione ſuam mentẽ quum impleuerint, & ex ſacris Scripturis ſermonem in fide rectum & inculpatũ prænunciarint, mundi fuere luminaria, ſermonem vitæ continentia. Itaque ſcribit reuerendæ memoriæ Pater noſter & Epiſcopus Athanaſius de nři omniũ Saluatore Chriſto in libris de incarnatione.

Patres ſequuntur, quicunque recta, Orthodoxaq; mente prædıti ſunt.

Confitemur etiam eſſe illum Filium Dei, & Deum ſm Spiritum, Filium hominis ſm carnem, non duas naturas, vnum Filium; vnã, quæ adoretur, & alteram, quæ non adoretur; ſed vnam naturam Dei Verbi incarnatam & adorandã cum carne ſua vna adoratione, non autem duos filios; alium quidem Filium Dei verum & adorandum; aliũ verò ex Maria, hominem nõ adorandũ, ſcilicet ſecundùm gratiam Filium Dei factum, ſicut & homines. Et poſt alia iterum: Igitur qui natus ex Virgine Maria, Filius Dei natura, & Deus verus, & nõ gratia & participatione. Secundùm carnẽ ſolam, ex Maria homo; ſecundùm Spiritũ autem, ipſe Filius Dei, & Deus, & iterum.

Athanaſi⁹. Hæ locutiones, vt ſuprà monuimus, ſunt minus ꝓpriæ.

Si quis autem præter hæc ex Diuinis Scripturis docet, alium docens Filium Dei, alium ex Maria ſecundùm gratiã Filium factũ, ſicut nos; ita vt ſint duo filij, vnus ſecundùm naturam Filius Dei, qui ex Deo; & vnus ſecúdùm gratiam homo ex Maria; vel ſi quis Domini noſtri carnem, ſupernè eſſe dicit, & nõ ex Virgine Maria; vel conuerſam Diuinitatẽ in carnem, vel confuſam, vel immutatam, vel paſſibilem Domini Deitatem; vel non adorandam Domini noſtri carnẽ vt hominis, & non adorandam vt Domini & Dei carnem; hunc anathematizat ſancta & Catholica Eccleſia, Diuino Apoſtolo obtemperans, qui dicit: Si quis vobis Euangelizauerit, præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. Hæc quum ſenſerit & ſcripſerit nobis vir ille, nunc verò Neſtorius gloriam Chriſti oppugnare volens, & impudentem linguam laxans, iterum dicit: Confiteor quidem in homine Deum; colo autem eũ Diuina connexione Deo Verbo coadorandũ hominem; nónne hic manifeſtè hominem Deiferum nominat Chriſtum? & connexionem ſimpliciter dicit hominis factã eſſe cum Deo, ſecundùm illud fortaſſis, quod à Paulo dictũ: Qui adhæret Dño, vnus Spiritus eſt? Quamuis quomodo non eſt verum, quòd ipſe fuerit potiùs Deus ſimul & homo, & nõ homo quidam, qui ſcorſim ac propriè intelligatur, connexionẽ cum Deo ſm habitudinem habens?

Caro Dei adoranda.

Neſtor. longe aliter de Chriſto conomis ſentit, & loquitur, quàm Athanaſi⁹, & reliqui veteres.

1. Cor. 6.

Etenim poſt ineffabilem vnitionem, etiam ſi quis dicat Deum Emmanuelem, hominem factum & incarnatum Dei Verbum intelligi conuenit. Quamuis hominem nomines; ſcimus tamen hoc & ipſum eſſe Dei Patris Verbum. Eſt igitur aliud, vnum dicere Filium, cũ vnita ſibi carne Dei Patris Verbum, & ſimiliter aliud in homine dicere eſſe Deum; quemadmodum videlicet in Prophetis erat, vel ſaltem etiã in nobis ipſis propter Spiritumſanctum. Itaque vt mihi videtur, citra periculum & culpam dixerit quis, quòd incarnatum Dei Verbum, vtpotè vnus exiſtens Filius, non abſque ſua carne, ſed cum illa potiùs adorandũ ſit: Quemadmodum ſcilicet etiam hominis anima cum ſuo corpore honoratur; vna autem appellatione, quod ex vtriſque conſtat, ſignificatur animal. Igitur quando de omniũ Saluatore Chriſto ſermones facere paratus, diuiſeris in duo vnum; & hominem propriè ac ſcorſim intelligendum declaraueris, deinde illum coadorandum & coappellandum Deum; quaſi ille alius ſit à Chriſto, ex Deo ſecundùm naturam genito, dicere fueris auſus; quis ferre poterit tam perſpicuam contra illũ criminationem, aut ſilentio præterire?

Aliud eſt dictũ, Deũ hominem factũ eſſe, & Deum in homine habitare.

Potiùs enim dicendum erat: Colo quidem Verbum Dei factum hominem, quod appellatur Deus, & in humanitate adoratur; quia natura Deus eſt, & ex Deo Patre apparuit. Eia, dicunt aduerſarij, captus es, & in epiſtola ſcribens, quòd ſedeat Filius cum Patre cum propria carne: Deinde quomodo intelligis dicentem, quòd cum Deo Verbo hominem adorare, & coappellare oporteat? Idem enim dicere σὺν & μετὰ. Proinde redarguamus, ignorantes dictorum virtutem, & rerum naturam non inſpicientes: Etenim quando ab vna perſona & natura, hoc eſt, ſubſiſtentia vna manat ſermo, ea, ex quibus eſt, hoc eſt, conſtat naturaliter, affert σὺν, hoc eſt, μετὰ, ſeruauit etiam ſic per ſignificatum, quòd vnum ſine ſecundùm compoſitionem, & non inter duo diſtinctè diſcernit. Quando autem antè diſtinctis ſubſiſtentijs in duo, & ad hoc, quòd oporteat ſcorſum alteram intelligi & propriè, ſi σὺν, vel μετὰ, tunc eorum, vel etiam plurium, & non vnius ſecundùm compoſitionem factam manifeſtationem dicimus; vt exempli gratia; ſi dicerem fortè cohonorari animam hominis cum ſuo corpore, qui honor certè fieret à quopiam erga vnum hominem; qui eſt ex vtriſque; vel ſi quis diceret; animam cum ſuo corpore eſſe vnum animal, non propterea in duos homines vnum diuidit. Videtur autem potiùs non ignorare ea, ex quibus ſit, hoc eſt, compoſitum ſit naturaliter. Quando verò dico, Petrus & Ioannes coappellantur homines, vel etiam σὺν, cum Petro & Ioanne aſcendit in templum; non iam σὺν vel μετὰ, id eſt, cum, vnius cuiuſdam manifeſtationem facit: Non enim Ioannes compoſitus eſt cum Petro, ſed neque

Vtrique vocum iſtarũ reſpondet Latine, cum.

Subobſcurè hæc decurrunt.

Σὺν & μετὰ modò vnam ſubſiſtentiam compoſitã, modò duas diſtinctas ſubſiſtẽtias indicant.

que ad vnius hominis conſtitutionem vterque aliquid faciunt. Vnde veritati illudunt, diuidentes imperiti in duos Chriſtos vnum.

Si autem putant, quòd dicendo Filium cũ proprio corpore conſidere Patri, duos intelligendos Filios conceſſerimus; inquirant an dicamus, vnum Filium vnica conſidendi honoratum eſſe, & non duabus; ita vt vna, & propria tributa ſit corpori; alia verò iterum & propria Verbo. Verùm hoc non potuerunt oſtendere: Quomodo enim vel vnde? Nam vnum & eundem Filium, vnum propria carne eſſe Deum ſimul & hominem, vna confidentia apud Patrem honeſtari affirmamus. Cęterùm dicere hominem adorari cum Deo, & appellari Deum, omnino eſt cõfiteri duos adorandos, vel etiam inter ſe appellandos, Atqui valde fatuus a rectis & veris cogitationibus omnino eſt ſermo ille. Igitur factus eſt anathematiſmus contra eos, qui modis omnibus diuidunt Emmanuelem in hominem propriè, & Deum Verbum propriè. Nobis enim vnum & eundem Theologorum ſermo prædicauit, ſacrarumque Scripturarum inadulterata cognitio.

Aliud cogitatur, cum dicitur, Verbum cũ ſua carne Deo aſſidere, vel adorari, aliud hominem vnà cum Verbo aſſidere, vel adorari.

CYRILLI ANATHEMATISMVS nonus.

Si quis dicit vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum glorificari a Spiritu, tanquam aliena per illum virtute vti, accepiſſe ab ipſo facultatem, vt operari poſſit contra immundos ſpiritus, & adimplere in hominibus Diuina ſigna, & non magis proprium eius Spiritum dicit, per quem & Diuina ſigna efficaciter operatus eſt, anathema ſit.

Orientalium oppoſitio.

Iterum bonum fuerit ea, quæ ab illo dicta ſunt, & quorum ille fortaſſis oblitus fuit, in medium adducere, & ita cõmonefacere eum: Non enim ſolùm Dominum ſigna in Spiritu feciſſe, demonſtrauit; ſed etiam ipſum mortuum, viuificatum eſſe Spiritu, dixit primo Tomo, his verbis: Igitur ſi non paſſus, moriendo carnaliter ſecundùm Scripturas, non viuificatus eſſet Spiritu. Hic videre licet, quantum ſecum ipſe pugnet, quem in anathematiſmis ſuis negârit Dominum in Spiritu Dæmones eijcere, & alia ſigna facere; & ſcriptam in Euangelijs vocem Domini exprobrârit, dicentis: Si autem in Spiritu Dei ego eijcio Dæmonia. At nos Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum etiam ſua virtute & Spiritus operatione abſoluiſſe ſigna confitemur: Non enim quaſi careat propria virtute, vti dicimus virtute Spiritusſancti: Non autem Spiritum ſanctum ſimul eſſe dicere, eſſet eorum, qui Scripturas ſanctas negant: Nam quamuis alicubi Scriptura dicat, Pa-

Orient. Cyrillum Antilogiæ redarguunt, ſed falſo & vanè.

Matth.12.

trem perficere opera miraculorum, dum dicit: Pater, qui manet in me, ipſe facit opera, quæ ego facio: Filius eſt, qui facit omnia opera Patris, licet ea Filij Spiritus dicatur facere, dum dicit: Si autem ego in Spiritu Dei eijcio Dæmonia, Dominus eſt, qui facit in Spiritu; non enim alienus eſt Filius a Patre, vel Spiritu; neque ſeparatæ & propriç factæ ſunt Trinitatis efficaciæ; ſed propria eſt Trinitatis vniuſcuiuſque ſubſiſtentiæ, quæ in Scriptura dicitur, efficacia.

Ioan.14.

Matth.12.

Opera Trinitatis ſunt indiuiſa, nec gloria vnius op⁹, non eſt alterius quoq;.

Quia Scriptura dicit aliquando omnem creaturam Filij opus, dicens: Verbo Domini cœli firmati ſunt; aliquando autem Spiritus, dum dicit: Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum; ſed non, quaſi Pater non poſſit omnia facere: Conditor eſt & Filius, & Spiritus quoque aſſumitur ad creandum; nõ quòd ita infirmus ſit Filius: Verè enim dictũ eſt, quòd per ipſum facta ſunt omnia. Vt Trinitatis nobis eadem ſubſtantia, idem honor, & eadem virtus commendetur, dicit hæc interdum a Patre, interdum à Filio, interdum a Spiritusſancto eſſe facta: Sic enim & ab vna ſubſtantia Diuina, perfecta eſſe omnia intelligimus. Nam vt Verbum eſt in ſubſtantia & in ſubſiſtentia Vnigenitus, abſque paſſione natus; ita & Spiritusſanctus ex ipſo procedens, in propria ſubſiſtentia exiſtit; ita vt in tribus ſubſiſtentijs vna ſubſtãtia effigietur, & nulla ipſarum in ſubſtantiæ ratione aliena ſpectetur: Solis autem proprietatibus, characterem referentibus, ſiue diſtinguentibus inter ipſas intelligantur. Quomodo igitur efficacia eſt alicui propriè cedens? Nam hæc omnia commonia, vna penitus efficacia.

Pſalm.32.
Ibidem.

Ioan.1.
Vt Trinitatis eadem ſubſtantia, idemq; honor, & adoratio; ſic eadem quoq; operatio.

Cyrilli defenſio.

Nonquid mihi teſtium voce opus erit ad commonſtrandum, aduerſarios vana loqui voluiſſe, & aduersùm nos incircumſpectè blaſphemijs vſos eſſe? Verùm hoc ſolus illorum ſermo, vt opinor, iudicabit: Nam in propoſito anathematiſmo affirmamus manifeſte, proprium eſſe Filij Spiritum ſanctum; & quòd per ipſum perfecerit Diuina ſigna. At illi, quamuis ſæpe dicunt me oblitum eſſe meorum ſermonum, in eam perueniunt dementiam, vt putent me dicere, quòd Ieſus Dæmonia non eiecerit per Spiritum. An non eſt manifeſta calumnia hæc? Nam ſi non dignantur confiteri Diuina ſigna eſſe, modum eijciendi Dæmonia, dum dicunt, quæ volunt; adferant contra me Scripturam; accuſent ꝙ hoc non dixi manifeſtè, ſilentio præteritis Diuinis ſignis. Si autem cum alijs Diuinis ſignis non caret miraculo. Demonia eijcere, cur quum didicerint, quàm inutile ſit, eligere ſonoram pronuntiationem, & vitare, tanquam rem inutilem, veritatis ſermonem, ſuam contrà impudentiam honorârũt; neque paucis dixerunt, quod apud Deum

Cyrill⁹ nũquam negauit Chriſtũ per propriũ ſpiritum facere miracula.

Eijcere Dæmonia, Diuinæ poteſtatis argumentũ eſt.

& homines vituperatum eſt? Videntur mihi eſſe obliti Chriſti, dicentis: Quomodo dices fratri tuo: Frater, ſine eijciã feſtucã de oculo tuo, & ecce trabs eſt in tuo oculo: Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis, vt eijcias feſtucam de oculo fratris tui?

Math. 7.

Itaque quòd ſancta Trinitas eiuſdem ſit ſubſtantiæ, eiuſdem roboris, & operationis, non per veſtrum didicimus ſermonem; ſed ſumus edocti potiùs ex ſacris Scripturis. Iam quòd propoſitus anathematiſmus nullo modo rectæ fidei contrarius ſit, & in ſermonibus iſtis non oſtendat; ſed quòd proſit potiùs, ſine labore videre licet; Nam eos, qui diuidunt vnum Dominum Ieſum Chriſtum; & diuidunt ipſum, vt iam ſæpiſſime diximus, in hominem propriè, & in Deum Verbũ propriè; ita vt duæ intelligantur perſonæ & ſubſiſtentiæ inter ſe disiunctæ, hoc facere non ſinit, neque permittit dicere; quòd vnus communis homo Ieſus, operandi facultatem acceperit à Spirituſancto, vt poſſit ſcilicet Diuina ſigna perficere; quia nullo modo differet à ſanctis Apoſtolis vel Prophetis, qui per diuinã benignitatem diuinis impleti donis, dixerunt meritò: Gratia Dei ſumus, quod ſumus. Hæc vox ſanctis quidem viris, Sanctiſpiritus gratia diſtributa honeſtatis, bene cõgruit: Chriſto autem nõ item: Proprius enim eſt eius Spirituſſanctus, quemadmodum ſcilicet eſt Dei Patris; Operatur autẽ efficaciter, ſicut Pater per Spiritum; ita & ipſe.

Ad quid cõferat Octauus Cyrilli anathematiſmus.

1. Cor. 1.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Cæterùm, quamuis diceret Iudæis: Multa bona opera oſtendi vobis à Patre meo, & à meipſo non loquor: Pater autem in me manens, facit opera; ipſe tamen iterum dicebat: Si autem ego eijcio Dæmonia; operationem per Spiritũ referens in ſe & Patrem, propter identitatem ſubſtantiæ. Et plurimus quidem ac prolixus eſſet de illis ſermo, qui tempore congruo his, qui voluerint, examinãdus erit. Itaque non quaſi aliena virtute, per Spiritum operandi facultatem accepiſſe dicimus Emmanuelem, ſed propriam habuit conſubſtantialis Spiritus virtutem, quam vt Deus habuit; Nam beati quidem diſcipuli ſigna facientes, dicebant: Viri, quid nobis attenditis? quaſi propria virtute, vel pietate fecimus ambulare portæ ſpecioſæ aſſidentem claudũ. Proprius autem Chriſti eſt Spiritus eius. Illis autem, qui noſtra cauillantur, hoc dicimus: Quippe, ſi quidem conſonat cum illorum mentibus, diuidendum indiuiſibilem, & ſicut communem hominem, operandi facultatem accepiſſe per Spiritum Ieſum, haud magna ratio eſt eorum, qui ſic affecti ſunt. Sin Chriſtum vnum, & Filium, & Dominum eſſe confitentur, eundemque eſſe ſimul Deũ ac hominem, credant nobiſcum, quòd non operandi facultatem accipit, quaſi meliore quadam, & aliena ab illo virtute; ipſe autem potiùs efficaciter Diuina ſigna, quaſi per proprium Spiritum, in quo & omnis genitorum virtus: Nam ſic ceſſabunt fruſtra nos irridere, & inuidiæ dentes in nobis confringere.

Matth. 12.

Chriſtus proprio, Apoſtoli Chriſti Spiritu operabant.

Actor 3.

CYRILLI ANATHEMATISMUS decimus.

Pontificem & Apoſtolum confeſſionis noſtræ factum eſſe Chriſtum, diuina dicit Scriptura, obtuliſſeque ſe pro nobis in odorem ſuauitatis Deo & Patri. Si quis igitur Pontificem & Apoſtolum noſtrum factum fuiſſe dicit, non ipſum ex Deo Patre Verbum, quãdo factum eſt caro, & homo nobis ſimilis; ſed vt alium ab ipſo propriè hominẽ ex muliere; vel ſi quis dicit, quòd per ſe ipſe obtulerit oblationem, & non magis pro ſolis nobis. (Qui enim peccatum neſciuit, oblatione opus non habuit,) anathema ſit.

Heb. 3.

Orientalium obiectio.

Si Deus Verbum eſt Sacerdos, cui vel quali Deo ſuo miniſterium ſuum offert? Sed adducitur beatus Paulus, dicens: Non enim habemus Pontificem, qui non poteſt compati infirmitatibus noſtris, ſed tentatum per omnia, ſecundùm ſimilitudinem, abſque peccato. Quis igitur eſt tentatus ille? num Deus Verbum, vel humana natura ſemen Dauidis? Et iterum: Nemo ſibi aſſumit honorem, ſed vocatus à Deo, ſicut & Aaron. Ita & Chriſtus non ſeipſum glorificauit, vt fieret Pontifex. Quis igitur ille, qui comparatur ſecundùm Sacerdotij dignitatem Aaron; & ei, qui non à ſeipſo honorem aſſumit, ſed vocatur à Deo in diuina natura, quæ Patri coæterna, cui omnia Patris ſunt propria, & in quam dignitatem ſe maiorem aſcendit? Dicemus Sacerdotium diuina natura dignius, ad quod non à ſeipſo, ſed à Deo vocatur, perque illum aſcendit, & per iſtud glorificatur? vel natura ex ſemine Dauid facta & præfinita? Cui etiã iurauit Deus, ſecundùm Pſaltem daturum ſe Sacerdotium in æternum: Iurauit enim, inquit Dominus, & non pœnitebit eum. Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Num Deitas vnigeniti promiſſiones cum iuramento accipit, ſuſcepturam ſe Sacerdotium in æternum à Deo, per quod ſit glorificanda? Et quis nos feret, talia dicentes, vel cogitantes? Quis non contemnet nos Deum introducentes, qui Pontifex ordinetur, & pacta cum iuramento recipiat, vocetúrque ad Sacerdotium, & non ſibi ipſi accipit honorem, ſed ad illum vocatur, & comparatur primo, qui Sacerdotium accepit? Et iterum dicit, Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Quis igitur, qui comparatus eſt Melchiſedech ſecundùm Sacerdotium, vt illud ſuſcipiat; Sanctus Deus Verbum, vel caro ex nobis ſuſcepta, ſecundùm carnem, hac ſibi inſeparabiliter & inconfuſè vnita? Et iterum dicit:

Heb. 5.

Heb. 4.

Heb. 5.

Pſal. 109.

At nihil hæc cõtra aſſignatũ hic anathematiſmum, niſi forſan Apoſtolum contra Chriſtum extitiſſe tamen velint

Hæc vel mãca ſunt, vel præpoſtera reddita.

Qui

Heb. 5.

Quìn in diebus carnis ſuæ, preces & ſupplicationes ad eum, qui poteſt ipſum ſaluare de morte, cum clamore valido, & lachrymis offerés, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Nũquid Dei Verbum ſupplicationes, & preces & cum clamore valido ad aliquem, qui poteſt ſaluare ſeipſum, offerens, exauditum eſt pro reuerentia, & didicit ex his, quæ paſſus eſt obedientiam? Sic igitur Deus Verbum eſt Pontifex, & didicit ex his, quæ paſſus eſt ipſe, & conſummatus eſt. Verùm ne turbetur veſtra mens, audiens de eo, qui paſſus eſt, quamuis exiſtat filius: Non enim duos filios ponimus eum, qui paſſus eſt, & qui manſit impaſſibilis: Neque enim Deitas ſeorſim ſequeſtrata ab eo, qui ex ſemine Dauid filius nominata eſt; ita vt neque Deitas poſt vnitionem ſine carnè viſibili Filius appellatus ſit: Nam filiatio poſt vnitionem, vtriſque naturis vna eſt inter ſe non ſeparatis: Non enim poſt hanc vnitionem ſeparatio facta eſt: Manet enim perpetuò vnitio.

Zequid hęc contra decimum Anathematiſmu magis, quàm contra Apoſtolum Paulũ?

Quin & in paſſionibus carnis Deitas inſeparabilis, manet impaſſibilis; & quæ Deum addecent, per carnem perficiuntur; vnde vnum & eundem Filium confitentur, naturis inconfuſis manentibus; non alium & alium dicentes, abſit, ſed vnum & eundem. Itaque Pontificem & Apoſtolum confeſſionis noſtræ Ieſum Chriſtum ſecundùm Diuinas Scripturas factum eſſe, nullus non confitebitur. Itaque non dicimus ſeparatum propriè hominem ex muliere à Dei Patris Verbo, ita vt quod ex ſemine Dauid vnitum ſit inconfuſè, ineffabiliter, & inſeparabiliter Verbo, quod ex Deo, Sacerdotem tentatum per omnia abſque peccato, & edoctum ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam obtulerit Deo & Patri non pro ſeipſo, ſed pro ſolis nobis ſuam carnem: Non enim impetitè dicimus, Deum Verbum Pontificem & obtuliſſe ſeipſum Deo & Patri: Non enim Vnigeniti Deitatis Deus Pater, ſed Pater.

Aequè hęc omnia, contra Anathematiſmum faciunt, ac pręcedẽtia, hoc eſt nihil.

Cyrilli defenſio.

3. Reg. 18.

Iterum aduerſarijs tempeſtiuè dicemus: Vſquequo claudicatis ambobus poplitibus veſtris? Oportebat enim vos habere ſanam, & validam ad cognoſcenda rectæ fidei dogmata mentem, non duplicitate animæ claudicantem, valde imbecillem, & rectè incedere non valentem: Inconſtans enim eſt duplex anima, in omnibus vijs ſuis, & non adiuuatur a Domino. Quod dico, valde admirans, aduerſarios tam effusè, ac temere propoſitum etiamnum anathematiſmum perſtringere velle. Nec abſurdum, quòd nolunt Dei Patris Verbum a nobis nominari Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ, quando factus eſt homo: Nam qui prorſus attentant natiuitatem eius ſecundùm carnem calumniari, & reiectiuam quaſi non veram facere audent, non ferentes dici ſanctam Virginem Dei genitricem, quomodo non & diſpenſationis modos vitiarent? Audiant igitur hoc, quod Eſaias dixit: Niſi credideritis, non intelligetis. Etenim diuinus Euangeliſta Ioannes magnum, & præcipuum quiddam hominibus detonuit, dicens, Verbum carnem eſſe factum. Qui autem virtutem veritatis ſuffurantur, ita carnem ipſum factum eſſe dicunt, ſicut & maledictum, & peccatum eſſe fatentur. Et de illis iampridem diximus, quæ probabilia erant, vt poſſint ſermones illorum falſi comprobari.

Iac. 1.

Cur Orien. incarnatũ Dei Verbũ, Apoſtolũ, aut Pontificem nolunt nominari.

Eſa. 7.

Ioan. 1.

Orientales Verbũ perinde hominem factũ putant, ac peccatum, vel maledictum.

At illis obiurgatoribus nunc illud dicimus: Diſcite audire anguſtiari, ſuſcipite fundamentum Sacramenti ſecundùm Chriſtum, prima diſpenſationis exordia, & ipſum (vt ita dicã) ingreſſum. Credite nobiſcum, imò ſacris Scripturis. Date date veritatis calculum, confitentes quòd ipſe Vnigenitus Dei Verbum, qui eſt in ſinu Patris, per quem omnia, & in quo omnia, factus ſit caro, non ferendo conuerſionem, vel contemperationem, exiſtens hoc ſecundùm naturam, quod erat, & eſt, & erit. Factus autem eſt caro, natiuitatem ferens ex ſancta Virgine, ſecundùm carnem, inquam, & appellatus eſt filius hominis, & ſimiliter vt nos particeps fuit ſanguinis & carnis. Hæc cognoſcentibus, & tam venerandam veramque fidem amplexantibus, omnia deinceps apparebunt acceſſa & peruia, & planè nihil aſperum & obluctans: Scriptum eſt enim, quòd perſpicua ſunt intelligentibus, & recta inuenientibus ſcientiam.

Quæ Orientales credere oportet, vt incarnationis myſterium intelligant.

Prouerb. 8.

Opinor autem operæpretium, vt & nos cauſam noſtram dicamus, propter quam factus eſt anathematiſmus: Neſtorius enim, qui omnia perturbat, & omnia ſuſque deque confundit, tale quiddam de Saluatore noſtro Chriſto dicebat: Miſſus eſt ad prædicandum captiuis remiſſionem, hic fidelis Deo factus Pontifex: Factus eſt enim hic, non perpetuò erat. Hic paulatim ad Pontificis dignitatem peruenit hæretice? Hæc aliaque his conſimilem patiẽtia impietatem adducit multa. Quis igitur, auditis tam fœdis ſermonibus, non mallet omnia pati, quàm ſilentium Deo exoſum diligere? Mortuus eſt pro nobis Chriſtus, confuſionem contempſit, crucem & mortem tulit ſecundùm carnem, & nos benefactori neque beneuolum ſermonem rependemus? ſed quieti ſedebimus, tam abſurdas audientes blaſpemias, vel fortaſſis etiã inter nos diuidentes crimina? Heus quid dicis? Profecit in Sacerdotem paulatim? Verbum quamuis eſſet Deus, exinaniuit ſeipſum; liber ſecundùm naturam, accepit ſerui formam; & qui vltra omnem creaturam eſt, & diuinitatis eminet gloria, humiliauit ſeipſum. Si autem profecit, quonammodo exinanitus eſt, vel quo pacto ſe demiſit ad humiliationem? Vtique antè præceſſerunt honor & gloria, dixerit quis hanc exinanitionem.

Cur editus decimus Anathematiſmus.

Quidnis petius ſubeũdum, quàm hæreticos impune ſinere graſſari.

nitionem. Deinde quomodo ante rem eſt exinanitio?

Eia, inquit, ſi ipſum Dei Patris Verbum factus eſt Pontifex; quis, oro, maior eſt ille, cui Sacerdotali miniſterio ſeruit? Igitur dicam iterum: Crede quòd quamuis Deus ſecundùm naturá eſſet in forma Patris Filius, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe Deo æqualem; ſed ſeipſum exinaniuit, formam ſerui aſſumens. Si autem factus eſt homo, aſſumpſit autem ſerui formam; quomodo cenſebitur parum & diſpenſationis ſermonibus incongruum, appellari & Apoſtolus & Pontifex? & qui menſuram humanitatis noſtræ non dedignatus eſt, quomodo repudianda faceret humana? Forſitan haud difficile foret, id multis tractare ſermonibus, & prolixioré enarrationem protrahere. Sed illis nunc tranſitis, ipſorum afferam ſermones: Scripſerunt enim ſic: Verùm ne turbetur veſtra mens, audiens de eo, qui paſſus eſt, quamuis ſit filius: Non enim duos filios dicimus, eum qui paſſus eſt, & eum, qui manſit impaſſibilis: Neque enim Deitas ſeorſim ſequeſtrata ab eo, qui ex ſemine Dauid filius nominatus eſt, ita vt neque Deitas poſt vnitionem ſine viſibili carne Filius appellatus eſt. Et iterum: Vnde vnum & eundem Filium confitemur inconfuſis naturis manentibus, non alium & alium dicentes, abſit: Sed vnum & eundem Pontificem & Apoſtolum noſtrum factum eſſe, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſecundùm diuinas ſcripturas, nullus non confitebitur, nec ſeparatum propriè hominem ex muliere à Dei Patris Verbo.

Philip. 2.

Si Verbo nõ fuit turpe hominẽ fieri, nec turpe ipſi erit Pontificem vel Apoſtolum appellari.

Verba & reſa Orientalium.

Itaque ſi vnum dicunt Filium, nullo modo partientes in duos: vnum ex ſemine Dauid, & alium ex Deo Patre Verbum, quomodo non lædunt Sacramentum partientes diſpenſationem Deo & homini? & non potiùs vnum & eundem Deum & hominem eſſe dicunt, vt ſint omnia eius, quæ diuinè & humanè dicta? Nam quando aliquid, quod decentiſſimè de ipſo dicitur, hoc certè omnimodo & verũ eſſe dicimus: Deum enim ipſum eſſe ſcimus. Et ſi humanè quidpiam dictum fuerit, etiam hoc admittemus: Cõfitemur enim, quòd Deus eſt in carne & ſanguine, & humanitatis menſuram per humana agnouimus: Mille enim, millia ſanctorum Angelorũ miniſtrant ei, & diuinum eius chorum circunſtant Seraphin. Quando autem factus eſt homo, vocatus eſt Pontifex; non quòd maiori Deo offerret ſacrificium, ſed quòd ſibijpſi, & Patri fidei noſtræ confeſſionem procuraret. Audiens, quòd dictus eſt Sacerdos, propter humanitatem, erubeſcisnè? Deinde quomodo non admiratus es, quòd non ſecundùm morem, alteri fecerit ſacrificij modum; ſed ſibijpſi potiùs & Patri, vt dixi? Quando dicis indignum eſſe Deo, vt ſacrificet, adſtipulor & ego: Scilicet, ſi ſolum ſit, & abſque carne Verbum, dixeris rectè; quia autem factum

Orient. diuidunt, etſi ſe diuidere diffiteantur.

Dan. 7. Ezech. 10.

Cuiuſmodi ſacrificium Pontifex noſter offerat.

Soli Verbo, ſi carne deſtituatur, non conuenit ſacrificiũ offerre.

eſt caro, inde & ſacrificantem propter humanitatem; & in dignitatibus vltra creaturam, ſicut Deum: Conſidet enim cum Deo & Patre. Itaque vide ipſum ſacrificantem ſecundùm humanitatem, conſidentem autem vt Deum: Quid enim dicit beatus Paulus: Talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextra throni magnitudinis in excelſis. Igitur videntes, quòd factus eſt homo, qui Deus ſit, (eſt autem vnus & idem Filius) illi omnia tribuimus vt vni; & diſpenſationis ſermones non ignorabimus, cogitationis vim ſemper prouidè & ſapienter ad obedientiam eius accommodantes.

Hebr. 8.

Quæ vndecimo & duodecimo Anathematiſmo obiecta, viciſsimque ad illa reſponſa ſunt, ea inter illa reiecta ſunt, quibus Cyrillus Theodoreti reprehenſionibus occurrit Sententiæ; quæ ex Greg. Nyſſ. Baſil. Mag. & Athanaſ. hic ſubijciebantur, ex habentur cap. 7. Tom. ſecundo, inde petantur.

Appendicis tertiæ caput ſecundum & poſterum.

LIBER CYRILLI AD Euoptium Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

IOANNES Antiochenus communi illa capitum Cyrillianorum appugnatione nondum, vt videtur, ſatiatus, Theodoreto Cyri Epiſcopo perſuadet, vti, quanta vi & arte queat, eoſdem Cyrilli anathematiſmos denuo appugnet. Theodoretus (vt qui propter Neſtorium condemnatum æquè ac Ioannes à Cyrillo alienus eſſet) iniuſtæ petitioni haud inuitus obſecundas; ſingula Cyrilli capita non abſque manifeſta Sycophantia à vero, germano, orthodoxoque ſenſu ad falſum, præpoſterum, & hæreticum trahit, fallaque interpretatione eorundem auctorem in apertæ hæreſeos ſuſpicionem apud imperitos rerum æſtimatores adducere contendit. Euoptius improbitatis huius conſcius; veritusque, ſi diſsimularetur, ne, & religio, & celebris quoque Cyrilli fama grauiter inde læderetur, hoſtiles Theodoreti reprehenſiones ad Cyrillum mittit, eundemque vt accuratè illis reſpondeat, amicè conſulit. Paret Cyrillus, copioſaque ac luculenta oratione ſuam orthodoxiam & innocentiam ab iniuſta Antagoniſtæ calumnia vindicat. Inter reſpondendum autem eundem ordinem ſeruat, quem in Apologetico: Primo enim præmittit anathematiſmum; huic mox Theodoreti reprehenſionem ſubiungit. Poſtremò vnicuibbet ſuam reſponſionem adnectit.

PIENTISSIMO FRATRI, ET deſideratiſſimo comminiſtro Euoptio Cyrillus in Domino ſalutem.

LECTIS nuper literis à pietate tua ad me datis, admiratus ſum, & affectionem charitatis; & in Chriſto ſynceritatem; atque adeò, vt illud in Prouerbijs: Frater, qui à fratre adiuuatur, ſicut ciuitas munita, veriſſimè ſcriptum ſit, nunc quoque verè dici debere cenſeam; videaturque mihi charitatis poſſeſſio digna, quæ omni eloquio rectè & meritò in

Prouerb. 18.

Scripturis

Mirabilis charitatis vis; quę eſt magis ſpectatur, ex opere, quā ſermone.

Scripturis diuinitus ſpiratis celebretur: Plenitudinem enim legis continet, aliasque virtutes antecellit, & ad miraculum vſque in Sanctorum animabus reſidet. Eam ſanè nō ſolùm puris verbis compleri dicimus; ſed magis ſpectamus, vt ab operibus teſtimonium recipiat: Sicut enim pretioſiſſimas gemmas, quas Indicas eſſe dicunt, non continnò admiremur, ſi quis de illis mira narret, ſed ſi videntes in admirationem rapiant; ita etiam claram dilectionis pulchritudinem effulgere arbitror, ſi in cunctis pijs negotijs, ab operibus perfectis teſtimonium habeat.

Hanc igitur, dum pietas tua probè colens, per prudentium Sanctorum veſtigia incedit, gloriam quoque, quam illi bene viuendo meruerint, vendicat. Abundantiùs autem comprobatum eſt mihi tuę pietatis erga me ſtudiū, libro mihi exhibito, quem compoſuiſſe dicitur contra Anathematiſmos Theodoretus Cyri: (ita enim ciuitatulam vocant.) Lectis his, quæ in eo habentur, gratias Deo cum hymnis offerebam, tantum non & illud dicens: Domine libera me a labijs iniuſtis & a lingua doloſa: Sentiebam enim, me vbique calumnijs impeti, idque per ſingula capita. Cogitabam autem hoc, quòd familiares nonnulli dicebant, virum iſtum in literis exercitatum, & in ſacrarum Scripturarum cognitione fortè prouectum: Verùm ab intelligentia iſtorum capiendorum tantum abſceſſiſſe, vt de eo nunc planè ſentiam, quòd quorundam deſiderijs indulgens, fingat ſe ignorantem, ne arroganter, & ſuperuacaneè; ſed iuſtè & appoſitè lectorijs in me vſus reputetur, tametſi in dictis noſtris nihilomnino ſit ita difficile, vel ſublime, quod apprehenſionem ſubterfugiat.

Pſal. 119.

Cyril. vbique calumnijs impetitur.

Theodoret' quorūdam deſiderijs indulgens. Cyrilli anathematiſmos impugnat.

Hinc colligere licet refutationem hanc, proximè præcedētem conſecutam eſſe.

Quoniam autem, licet pridem de his ſcripſerimus, pauca & cum illo loqui neceſſariū eſt; vt ne quis præ deſperatione ſilentium eligere putet, quanta licuerit ſermonis breuitate, defenſionem illaturus ſùm. Oportebat ſanè ipſum, vtpote in ſacris exercitatum Scripturis; ſi quidem mens eius erat de diuinis myſterijs nobiſcum miſcere ſermones, de ſolis ſacris literis nobiſcum commentari, narrationemque, vt ſacra decet, contexere, neque veteres nobis fabulas cū ſalibus in medium adferre: Meos enim ſermones pomo Eridis confert, fortaſſis vt oſtentet, quantum ſibi ſapiētis peculium comparârit, vnde & nos dictorum ſuorum multò maximi admiratores fieremus: Nam & eloquentiſſimum ſe declarat, & multifariam eruditum, vtpote qui pomum Eridos non ignoret, atque adeò neque Priami Paridem. Cæterùm his miſſum factis præſentem cauſam in manus potiùs ſumamus.

Theodoret' Scripturarū loco fabulis & ſalibus vtitur.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus primus.

Si quis non confitetur Deum &c.

REPREHENSIO DVODECIM capitulorum Diui Cyrilli Alexandrini Archiepiſcopi, ab Theodoreto Epiſcopo Cyri ad Ioannem Antiochenum conſcripta.

VALDE dolui, dum Anathemata legiſſem, quæ direxiſti, deſtruere ea a nobis ex ſcripto præcipiens; & hæreticum eorum ſenſum nudum omnibus intimare. Dolui autem, quia vir paſcendi ſortitus officium, cui grex ſanctus eſt creditus, & oues infirmas curare præceptus, languet ipſe, & quidem vehementer. Implere autem oues nititur ægritudine, & agreſtibus beſtijs ſæuiùs ea, quæ ſunt paſcenda, diſcerpit: Illæ nanque ea, quæ ſunt diſperſa, & a gregè diuiſa, capientes dilacerant; hic autem in medio eius exiſtens, & ſaluator eſt deputatus & cuſtos, latentem læſionem introducit obedientibus: Quòd enim apertè rebellat, obſeruari facile eſt; quòd vero ſub amicitiarum figura inſidias parat, inuenit id, contra quod pugnat, incautum, eique facilè inſert læſionem. Vnde obſidentibus hoſtibus exterioribus ſæuiores ſunt proditores. Hoc ergo multos contriſtat, quòd ſub pietatis nomine atque figura, & ſub paſtoris dignitate conſiſtens, in hæreticas & blaſphemas voces erumpit, & dudum extinctam Appollinarij inanem ſimul impiamque doctrinam renouat.

Iniuſta in Cyrillū criminatio.

Apertū hoſtem facilè vitamus.

Super hæc autem non ſolùm talia allegare, ſed & non conſentiētem ſuis blaſphemijs anathematizare præſumpſit. Si tamen iſtius iſta ſunt germina, & non inimicorum quiſpiam veritatis, tanquam ex illo hæc componens, proiecit in medium, ſecundùm illud, quod in fabula malum diſcordiæ in altum flammas exaltans. Nos autem, quicunque doctrinas Euangelicas ſequimur, non carnem naturaliter factum, neque in carnem conuerſum Verbum dicimus; Inconuertibilis eſt enim immutabiliſque Diuinitas. Vnde & Propheta Dauid dicit: Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Quod Paulus maximus veritatis præco, de Filio dictum in epiſtola ad Hebræos docuit. Et alibi per Prophetam ait Deus: Ego ſum, ego ſum, & non mutabor. Si igitur inuertibilis eſt immutabiliſque Diuinitas, mutabilitatis eſt & conuerſionis inſuſceptibilis: Si autem impoſſibile eſt mutari immutabilem, non factus eſt caro Deus Verbum conuerſus; ſed aſſumpſit carnem, & inhabitauit in nobis, ſecundùm Euangelicam vocem. Et hoc explicans ſacratiſſimus Paulus in epiſtola ad Philippenſes ait: Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, nō rapinā arbitratus eſt, vt

Cyrillo Apollinariſm' inuidioſè imponit.

Et vbi Cyril oppoſitū docuit?

Pſalm. 101.

Hebr. 1.

Malach 3.

Philip. 2.

eſſet æqualis Deo; ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui ſuſcipiens.

Palàm igitur ex his, quæ dicta ſunt, quia Dei forma mutata non eſt in ſerui formam; ſed manens quod fuit, aſſumpſit formam ſerui. Si igitur non eſt caro factum Deus Verbum; ſed carnem viuam, & rationalem animam aſſumpſit; non ipſe naturaliter ex Virgine natus eſt, & conceptus, & factus, atque formatus; & principium exinde, vt eſſet, aſſumens, qui ante ſecula eſt, & Deus eſt, & apud Deum eſt, & cum Patre eſt, & cum Patre cognoſcitur & adoratur; ſed templū ſibi in vtero virginali fingens, erat cum concepto, & ficto, & formato, & nato. Qua gratia & ſanctam illam Virginem Dei genitricē appellamus; non tanquam Deum naturaliter generarit, ſed tanquam hominem vnitum Deo, qui finxit eum: Si autem non eſt homo, qui in vtero Virginis factus eſt, ſed Deus Verbū, quod ante ſecula eſt, factura igitur Spiritus erit Deus Verbum: Quod enim in ea naſcitur, inquit Gabriel, ex Spiritu ſancto eſt. Si autem incarnatum eſt vnigenitum Dei Verbum, Patrique conſubſtantiale, & coæternū, non eſt figmentum, aut creatura Spiritus. Sin verò non Deum Verbum in vtero Virginis Spiritusſanctus finxit, reſtat intelligi ſerui formam, & fictam, & formatam, & conceptam, & natam naturaliter.

Hæc oīa ſenſum Neſtorianum ſapiunt, & mera cōmēta ſunt.

Matth. 1.

Quia verò non nuda eſt à Dei forma; ſed templum erat inhabitantis Verbi, ſecundùm Pauli vocem: In ipſo enim, inquit, complacuit omnem plenitudinem Diuinitatis inhabitare corporaliter; non hominis genitricem, ſed & Dei genitricem Virginem appellamus, hanc quidem figmento, & formationi, & conceptui, illam autem vnitioni ponentes appellationem. Propterea & natus infans Emmanuel appellatur; neque Deus humana natura ſeparatus, neque homo Diuinitate nudus: Emmanuel enim nobiſcum interpretatur eſſe Deum, ſecundùm Euangelicam vocem: Nobiſcum autem Deus ex nobis pro nobis aſſumptum ſignificat, & aſſumentem Deū prædicat Verbum. Ergo infans Emmanuel propter aſſumentem Deum, & Dei genitrix Virgo, propter vnitionem Dei formæ ad conceptam ſerui formam: Non enim in carnem Deus conuerſus eſt; ſed Dei forma aſſumpſit ſerui formam.

Coloſ. 1.
Qua ratione ſecūdum Theodoreti commentū beata Virgo dici queat Deipara ſimul & hominipara.

Matth. 1.
Emmanuel

Non forma aſſumpſit formā, ſed perſona aſſumpſit naturam.

Cyrilli aduerſùs Theodoretum refutatio.

MVLTVM valdè declamauimus aduerſùs eos, qui confiteri non patiuntur Emmanuelem eſſe Dei Verbum, quando factum eſt caro: Accuſator verò horum ſic rectè dictorum, ſi non Deum nouit verè exiſtentem Emmanuel; ſi nō vere ſecundùm carnem ex ſancta Virgine, carnem factum Dei Verbum, ſecundùm quod ſcriptum eſt, cur non potiùs clarè dicit? Quid agis, ô fortis, terribilis, & contrarias enomens voces? cur extolleris aduerſùs dogmata veritatis? Non eſt ſecundùm veritatem Deus Emmanuel? neque Dei genitrix ſancta Virgo? At nos ita clamanti atq; dicenti, ex Scriptura Diuina reſiſtentes prudenter, & Apoſtolicæ & Catholicæ fidei traditionem, Patrumque confeſſionem, qui per tempora in Nicæa collecti ſunt, proferentes, ſatiſfaciemus; quia neque rectè, neque honeſte noſtris dictis conatur inſurgere, magis autem cū omnibus diuinis Scripturis litigat impudenter.

Ioan. 1.
Theod. negat Deū verè natū, Mariam verè & propriè Deiparam.

Nō tantùm Scripturę ſacræ innitendum.

Theod. non Cyril. ſed ſcripturis, & patribus obnititur.

Sed ſapiens, & aſtutus expoſitor, quæ quidem decebat rite dici, & neceſſariò, prætermittens, & omnino cogitans de talibus nihil, ad aliam ſemitam pergit; quaſi compelleretur oportere monſtrare, quia conuerſione ſuperior eſt Deus Verbum, & non in naturam trasformatus eſt carnis; tanquam hoc obtinente, & verè declarare volente nunc anathemate. Audiat itaque, qui obuiare his, quibus contradicit, nullo modo nouit. Superfluè loqueris homo, & ſenſu lingas otioſo, & hoc apud nos: Nouimus enim, quia cōuerſionem, & obumbrationem ſuſtinere Diuina & excellentiſſima natura non patitur; ſed neque Dei Verbum eſſe deſinens hoc, quod eſt, in naturam tranſijt carnis. Quia verò, ait, à Dei forma, aſſumptam ſerui formam, doceat tranſiens, ſi abſque ſubſiſtentijs ſolæ ſecundùm vnitatem formæ conuenerunt alterutris. Sed exiſtimo certabit ex hoc & ipſe: Nō enim ſimilitudines ſimpliciter non ſubſiſtentes, & formæ conuenerunt alterutris, ſecundùm vnitatem diſpenſatiuam; ſed rerum ipſarum, ſiue ſubſiſtentiarum conuentus eſt factus, vt inhumanationis ratio verè facta credatur. Ergo ſi dicimus carnem factum Verbum, non confuſionem, non mixturam, nō conuerſionem, aut immutationem, quam contigiſſe dicimus circa eum; ſed vnitum potiùs ineffabiliter & inenarrabiliter ſancto corpori animam habenti intelligibilem: Quod autem vniri dicitur, non omnino confunditur, ſed fit in aſſumptione magis alterius.

Non conuenerunt ſolæ inter ſe formæ.

Cautè hæc accipiātur; vna. n. tantùm ſubſiſtentia hic interceſſit.

Affirmamus igitur ex Deo Patre Verbum in aſſumptione ſanctæ & animatæ carnis factum, vnitumque ſecundùm veritatem inconfusè ex vulua ipſa proceſſiſſe hominem, permanſiſſe autem etiam ſic Deum Verbum, ideoque & Dei genitrix eſt ſancta Virgo: Superfluum autem arbitror exiſtimandum, & hominis genitricem eam oportere dici: Si quidem eſſent aliqui, ex multa mentis veſania, qui dicerent, Dei Verbi naturam veluti fontem quendam, & propriæ eſſentiæ principium habuiſſe carnem, fortè fuiſſet aliquando, non abſurda & contemnenda ratio, volentibus eam etiam hominis nominare oportere genitricem. Quia verò abominabilis, & odioſa quidem apud omnes eſt huiuſmodi ſententia, intelligiturque non aliter Dei genitrix ſancta Virgo, niſi primò ſuſceperit quiſquam

Nō ſatis cōmode Virgo mater homini para appellatur.

quam fidem, quia nimirum factus eſt caro, hoc eſt, homo Verbum ex Deo Patre: Non enim quodammodo diuinitatem nudam, ſicuti dixi, peperit Virgo; quæ huius inſtantiæ videtur vtilitas, dicentium oportere nominari eã & hominis genitricem? Sed, ſicut apparet, inueota quidem ab eis eſt contra Chriſtum hæc machinatio: Non enim patiuntur ſapere, vel dicere ipſum, qui ex Deo & Patre eſt ante ſecula Filius, in nouiſſimis ſeculi temporibus, confusè, inconuertibiliter, ex vulua vnitum carni, animam habenti rationalem, ſicque factum ſecundùm nos hominem; ſed tanquam vnum Sanctorum, inhabitantem habuiſſe Deum prædicare conantur; & ſuadent hæc ſapienda, non conſiderantes, quia & in nobis eſt per Spiritum; ſicut & in ſanctis templis omnium Deus: Scriptum eſt enim: Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis ergo templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos; Sed licet nominemur templa Deum habentia inhabitantem per Spiritum; attamen alterum nouimus modum Sacramenti ſecũdùm Chriſtum: Vnitam enim eſſe Deo Verbo ſecundùm veritatem carnem aſſerimus, cũ anima vtique rationali.

Qui Virginem matrẽ hominis parẽ appellant, Neſtoriani.

1. Cor. 3.

Aliter Verbum vnitũ eſt carni, aliter Deus nobis coniungitur.

Libenter autem cum percontarer, vtrùm vnionem Verbi ad humanitatem, ſiue ad ſanctum corpus animatum intelligibiliter, factam dicat ſecundùm veritatem; an potiùs cum alijs ſimul & ipſe ſecundùm copulationem, quę per habitudinem eſt, ſermo decibilis & inexiſtẽtis formæ, ad inexiſtentem & Diuinam formam; aut etiam ſecundùm alium modum ſecundùm ſolam filiationis homonymiam, id eſt, vniuocationem; & ſecundùm ſolam æqualitatem meritorum: Si tamen aliquis modus iſte copulationis intelligitur: Sed enim, ſicut apparet, inſiſto nænijs inaniter, & interrogationem ſuperfluam facio, habens eius voces apertamq; confeſſionem: In primo namque Capitulo ipſis verbis ſic ait: Propterea natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus humana natura ſeparatus, neq; homo Diuinitate nudus. Oportebat igitur eum ſubtilem politamque explanationem de iſtis efficere. Veruntamen illud interim deſignare conuenit: Ecce enim hic & ſatis clarè interpretatus ipſe vnitatem ab humana natura nõ ſeparatum dicit Deum: Simul etiam confitetur, quia & vnum ſecundùm vnitatem nouit exiſtentem Chriſtum, eundem vtique & Deum ſimul & hominem. Quomodo ergo non erubeſcit a nobis factos obiurgare ſermones?

Subobſcura hęc & gplexa.

Aut Theodoretus negat veram Verbi cũ carne vnionẽ, aut certè ſtudio ineptè perplexeq; loquitur, inſulſeq; contra Cyrillũ nugatur.

D. CYRILLI ALEXANDRINI
Archiepiſcopi Anathematiſmus ſecundus.

Si quis non confitetur carni ſecundùm, &c.

Theodoreti reprehenſio.

VNVM quidem Chriſtum confitemur, ſanctis Apoſtolorum obedientes doctrinis, eundemque propter vnionem, & Deum, & hominem nominamus, ſecundùm ſubſtantiam verò vnionem modis omnibus ignoramus, tanquam peregrinam, & alienam a Diuinis Scripturis, & Patribus, qui eas interpretati ſunt. Si autem hoc vult dicere, per vnionem ſecundùm ſubſiſtentiam, quæ hæc genuit, quòd temperamentum carnis, & Diuinitatis ſit factum, contradicimus omni virtute, & redarguimus blaſphemiam: Neceſſe enim eſt, temperamentum ſequi confuſionem; ingreſſaque confuſio, auſert vniuſcuiuſque proprietatem; Qui enim temperantur, non permanent, vt primò fuerunt. Hoc autem de Deo Verbo, & qui ex ſemine Dauid eſt, dicere abſurdiſſimũ eſt. Oportet autem obedire Domino, oſtendenti duas naturas, atque dicenti Iudæis: Soluite templum hoc, & tribus diebus ſuſcitabo illud. Si autem temperatio facta eſt, neque Deus permanſerat Deus, neque templum cognoſcetur templum, ſed & templum Deus & Deus templum: Hoc enim exigit ratio temperamenti. Et ſuperfluè Dominus ait Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo illud; Oportebat enim dicere: Soluite me, & in tribus diebus ſuſcitabor; ſi verè aliquod temperamentum factum fuiſſet atq; confuſio. Nunc autem oſtendit ſoluendum templum, & ſuſcitantem Deum. Superflua itaque ſecundùm ſubſiſtentias vnio, quam pro temperamento nobis, ſicuti puto, proponit. Sufficit autem dicere vnionem, quæ naturarum proprietates oſtendit, & vnum edocet adorare Chriſtum,

Tẽperamẽtum nõ eſſe in Chriſto. Quod cum alio miſcet, non manet idem, quod erat.

Ioan. 2.

Cyrilli aduerſus Theodoretum refutatio.

ECCE rurſus iſte fortis occaſionem contra nos oris effrenati fortuitam facere ſtudens, detrahit ſermoni, ſecundùm ſubſiſtentiam dicto. Determinat autem, quod inſolitum eſt ei, & peregrinè eam prolatam affirmat; non conſiderans, quia pro ſceleſtorum hæreticorum adinuentionibus harum dictionum virtus, veritatem è diuerſo examinans, deſtruere nititur, quod ab eis videtur oppoſitum. Neſtorio igitur vbique pertinenti Dei Verbi ſecundùm carnem natiuitatem, & ſolarum nobis dignitatum vnitatem introducente, hominemque Deo copulatum dicente, filiationis homonymia, id eſt, æquiuocatione honoratum, neceſſariò nos dictis illius repugnantes, ſecundùm ſubſiſtentiam vnitatem dicimus factam; hoc, ſecundùm ſubſiſtentiam, nihil aliud eſſe declarantes, quàm ſolam Verbi naturam, ſiue ſubſiſtentiam, quod eſt, ipſum Verbum, humanæ naturæ, ſecundùm veritatem vnitum, ſine vlla conuerſione, atque confuſione, ſicuti ſæpiſſime diximus; vnus intelligitur & eſt Chriſtus, idem Deus & homo.

Præpoſterè ſubſiſtentię vocem torquet Theodoretus contra Cyrillũ.

Chriſtus cũ vero Filio homonymos eſt Filius ſecundum Neſto. Quid ſit ſecũdũ ſubſiſtentiã vniri.

Hoc autem, vt opinor, etiam Theodoreto probatur dicenti ab humana natura Deum nõ eſſe ſeparatum; neque humanitatem abſque

Deitate

Deitate intelligi. Igitur neque ſubſiſtentiis ſerui & Dei formam vnitam eſſe; neque ſanè communem hominem ſola dignitatum ęqualitate cohoneſtatum, ſecundùm habitudinem Verbo copulatum eſſe dicimus; verùm ipſum vt dixi, Filium Dei Vnigenitum, ſecundùm veritatem in vnitate ſibi vnitæ carnis eſſe, animam habentis rationalem, cum hoc, quòd & Deus maneat. At vir ille ſermonibus diſertus, & contemplationibus valens, Verbum definiuit eſſe temperamenti ſuſceptiuum, & dicere audet, & adſert iniurias, quæ ex contemperatione fieri ſolẽt; quaſi nos ignoraremus; vel fortaſſis ſibi ipſi placet, & verborum ornatu gaudet; nihilque aliud aſſequitur, quàm opinionem, quòd poſſit prolixè loqui; & quòd nullum ab alio dictum, tanquam verum recipiat; vt aliqs eſſe videatur apud eos, qui rectè diiudicare neſciunt, quiſnam fabuletur, & mentiatur; aut quis recta veritatis via incedat, & ſermonibus ſapientibus & neceſſariis vtatur: Nam & initio, fateor, credebam eum ſenſum capitulorum non ignorare; fingere autem quaſi videatur ignorare, & in hac quibuſdam morem gerere; atqui nunc verè illum ea ignorare comperio.

Theod. ſuã eloquentiã & vafritiẽ oſtentare volens, Cyrillum impugnat.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus tertius.

Si quis in vno Chriſto diuidit, &c.

Theodoreti reprehenſio.

TENEBRICOSA quidem & caliginoſa eſt dictorum intelligentia, piis autem manifeſta eſt ipſorum inepria. Cui non eſt perſpicuum, quòd copulatio & conuentus nihil differunt? Copulatio enim eſt, diſcretorum copulatio: Conuentus verò diſtantium coitus. At ſapientiſſimus iſtorum verborum pater, quaſi contraria poſuit ea, quæ non pugnant: Non oportet, inquit, copulatione ſubſiſtẽtias coniungere, ſed conuentu, & conuentu naturali; vel ignorans fortè; quid dicit, vel cognita blaſphemans: Natura eſt enim res neceſſariò compellens, & abſque voluntate. Exempli gratia: Natura eſurimus; arbitrio hoc non, ſed neceſſitate patimur; natura ſitimus, natura dormimus, natura ſpiramus aerem. Hæc autẽ omnia omnino ſunt abſque volũtate, vt dixi. Qui autem nihil horum in ſe recipit, neceſſariò finem vitæ accipit. Si igitur naturalis fuit Dei formæ, & ſerui formæ vnio, à neceſſitate quadam cogitur, & non miſericordia vſus eſt Deus Verbum formæ ſerui coniunctus, & legiſlator omnium, neceſſitatis legem ſequi inuenitur.

Copulatio & conuentus in idem concidunt.

Natura neceſſitatis cauſam dicit Theodoretus.

Secundùm Theodoretum Verbũ carni naturaliter vnitũ non eſt; quia natura dicit neceſſitatẽ. Philip. 2.

Verùm non ita nos docuit beatus Paulus, ſed contrarium, eò quòd ſeipſum exinaniuit, forma ſerui aſſumpta. Quòd autem ſeipſum exinaniuit, voluntarium demonſtrat. Si igitur conſilio & volũtate naturæ ex nobis ſuſceptæ vnitus eſt, ſuperflua eſt naturalis verbi additio: Satis enim fuerit fateri vnionem. Vnio autem etiam in diſcretis accipitur: Nuſquàm enim intelligitur, vbi vnio non inuenitur. Igitur vnionem ſuſcipiens, diſcretionem recipit. Quomodo igitur dicit, non oportere ſubſiſtẽtias diuidere, ſiue naturas, idq; ſciens, quòd perfecta quidem Dei Verbi ſubſiſtentia ante ſecula fuit? Perfecta autem ab illo aſſumpta fuit ſerui figura. Ideo & ſubſiſtentias dixit, ſed non ſubſiſtentiam. Si igitur altera natura perfectionem habet, in hoc autem conuenerunt ambæ, forma videlicet Dei ſerui formã ſuſcipiente, vnam quidem perſonam, & vnũ Filium, & Chriſtum, ſicut pium eſt confiteri, duas autem ſubſiſtentias, ſiue naturas vnitas dicere, non abſurdum eſt, ſed iuxta cauſam conſectaneum.

Etenim ſi in vno homine diuidimus naturas, vt mortalem corporis, immortalem verò animæ dicamus, vtrunque autem hominem; multò magis aſſumentis Dei, & aſſumpti hominis naturarum proprietates cognoſcere ratio poterit. Inuenimus autem & beatum Paulum, vnum hominem in duos diuidentẽ; & aliquando quidem dicentem: Quantò exterior homo corrumpitur, tantò internus renouatur. Aliquando verò: Condelectat lex Dei, inquit, ſecundùm internum hominem. Et iterum: In interiore homine habitare Chriſtum. Iam ſi Apoſtolus naturalem copulationem naturarum ſimul conditarum diuidit, quomodo impietatis arguit eos, qui diuidũt proprietates naturarum Dei, qui ante ſecula fuit, & eius, qui in extremis diebus homo aſſumptus eſt, quum temperationem nos per alia verba doceat?

2. Cor. 4.

Rom. 7. Ephef. 3. Hãc diſtinctionẽ Cyrillus non improbat, ſed alterã illam, quæ fit in duas pſonas, vel duos Chriſtos.

Cyrilli aduerſus Theodoretum refutatio.

VIDE, obſecro, quomodo calidiſſimus iſte obſcuritatem in dictis calumnietur, nimirum ipſe mentem nõ fulgidam, ſed tenebricoſam adſerrens. Tenebricoſum eſſe dicit ſermonem, qui rectè ſentire volentibus tam perſpicuus eſt, adeoq; notiſſimus. Exiſtimauit autem, quòd debeat dici conuentus, & nõ copulatio; deinde induſtriæ ſuæ dexteritatem declarans, vnam vim ex ſignificationibus oſtendit; ſiue quis conuentum, ſiue copulationem factam eſſe dixerit. Ego verò cum admiratione deprehendo eius mentem ſubtili valere cõſilio: Solũ enim nouit, vt videtur, quod à nullo, qui vſpiam ſit, ignoratur; & ſic protritum eſt, vt etiam his eluceſcat, qui nihil, vel mundanæ, vel ſcholaſticæ ſapientię tenẽt, vel audiẽdo mediocriter, & negligenter didicerunt.

Tenebroſe Theodoretus.

Theodoretus ea ſolũ nouit, quæ nemo neſcit.

Admiratus igitur eruditionem eius, illud dictum mecum repeto: Paululum euigilans quaſi ex ſomno & crapula, is, qui amplum os contra nos dilatat. Vide ſubtiliter Sacramentum Vnionẽ, quæ in Chriſto eſt,

calum-

Hæretici naturas nō ſolum ſecernunt, ſed & diuellunt.

calumniantur quidem, qui præter ſacrarum literarum mentem, iuxta ſuam ipſorum ſententiam fœdè torquent: Dicunt enim diuiſas eſſe à ſe inuicem, & omnibus modis ſeiungi naturas, & ſeorſim, ac particulariter vtramque eſſe; hominem autem ſic coniunctum eſſe Deo per habitudinem contendunt, ſecundùm ſolam dignitatem, vel auctoritatem, vel ſecundùm filiationis æqualem nominationem. Hanc opinionem tollit Anathematiſmus, nugaciſſimiſque illis vocum nouitatibus ſe opponit: Aſſerit enim vnitum ſecundùm naturam, hoc eſt, non ſecundùm habitudinem, ſed ſecundùm veritatem ſanctę carni Verbum rationalem habenti animā, nec vllo modo diuidendum eſſe, vt ne duos imaginemur filios, & impartibilem partiamur. At hic non intelligens, quidnam ſit, vnio naturalis, hoc eſt; vera, non confundens naturas, neque commiſcens (ita vt alteram aliter eſſe oporteat, quàm vt eſt) puerile quoddam & frigidum ſuſcipit argumentum, & benę ſe gerere arbitratur.

Secundùm naturā vnitū, idem eſt Cyrillo, quod ſecundum veritatem vnitū.

Et inquit: Si naturalis facta eſt vnio, exinanitio Verbi voluntaria non fuit, ſed quaſi ex vi & neceſſitate: Natura enim cogere ſolet. Adhæc dicat quis ei: Eſuri, ſiti, & cætera facio, quæ ipſe dixiſti; carnis erunt naturales infirmitates, & in nobis ipſis motionem habent, quia naturam poſſidemus tyrannicis affectionibus obnoxiam. Ipſa autem Diuina & ineffabilis natura Verbi, nullo modo paſſionibus & neceſſitati ſubiecta eſt, neque ab vllo alio, nec à ſeipſa coacta eſt ad hoc, vt præter voluntatem caro fieret, & appropriaretque ſibi humanitatis formam, apprehenderetque ſemen Abrahæ. Quam inconſiderate autem loquatur, nulli, qui voluerit, difficilè erit videre: Dicit enim: Semper omnibus modis naturalis neceſſitatis legibus ſubiacebunt. Et ad demonſtrationem hoc protulit, quòd præter voluntatem noſtram eſuriamus & ſitiamus, natura in hoc prouocante, etiamſi quis nolit. Atqui oportebat virum, & in his exercitatum habentem animum, etiam alia opera videre, quæ meritò maioris penſi erant. An non eſt verum, quod homo ſecundùm naturam eſt rationalis? Itaque & ipſe præter voluntatem ſuam coactè eſt rationalis? Cur autem? dic mihi, Deus omnium an non ſecundùm naturam eſt Deus? an non ſecundùm naturam eſt ſanctus, iuſtus, bonus, vita, lux, ſapientia & virtus? Itaque præter voluntatem, & coactè eſt, quod eſt? At eum, qui ſic voluerit ſapere, opinor, quòd ad ſummam peruenerit amentiam.

Natura nſa tyrannicis affectionib⁹ obnoxia.

Non ſubiacet neceſſitati, quod ſecundum naturā eſt.

Homo ſuapte natura rationis cōpos, neque coactè hoc ipſum eſt.

Quid igitur nobis mendacium, tanquam multum inexpugnabilem & inuictum opponit? & putria problemata tractat, & audiens naturalem fieri vnionem, hoc eſt, veram & verſionis expertem; inconfuſumque omnino ſubſiſtentiarum conuentum, attentat torquere vim dictorum, ita vt videantur nō eſſe rectè facta? Nec formidauit audax Ineuitabilibus neceſſitatibus ſubiicere Verbi naturā, ſecundùm ſimilitudinem, quam nobiſcum habet. Exinaniuit ſemetipſum non abſque voluntate, ſed voluntariè Vnigenitus eſt homo; & non, ſicut tu dicis, ſuſcepit hominem habitudinalem, donans ei copulationem, filiationiſque gratia coronans; ſicut nos. Atque adeò li cet nos intelligamus, vnitas eſſe ſubſiſtentias, hominemque factum & incarnatum eſſe Verbum, & videatur quodammodo ſecundùm hoc, naturalis dici à nobis vnio, eiecta non vera & habitudinali, quam nos per fidem & ſanctificationem habemus; quia & diuinæ naturæ facti ſumus participes, ſicut inquit Paulus: Qui adhæret Domino, vnus Spiritus eſt. Sed non ſubiicit neceſſitatibus & deſideriis naturalibus affectionum expertem & liberū Deum Verbum.

Naturalis vnitas Subſiſtentię vocem hic iterū naturarū loco vſurpat.

Theod. nō naturalem ſed habitudinalem vnionem confingit.

Minus propriè ſubſiſtentiæ vocabulum hic rurſum vſurpat.

1. Cor. 6.

Quòd autem vnita, poſt vnionem in duo ſeparari debere non vult, mea ſententia irreprehenſibile eſt & inculpabile; maximè, quòd bonus ille Theodoretus hominem, qui nobis conſimilis eſſe intelligitur, in exemplum aſſū pſit, & in duo diuidi non ſinit; quamuis iſta eius conſideratio contineat partitionem & diuiſionem non repudiandam, quòd dixerim, quantùm ad ſciendum attinet. Quia alterum quidem ſecundùm naturam eſt anima, alterū verò ſecundùm ſuam naturam caro. Itaque ſecundùm ſimilem rationem, vnionem diligē ter inquirentes, quæ in Chriſto facta eſſe intelligitur, conſiderando quidem Diuinitatem & humanitatem, conuentum verum ſecundùm vnionem factum eſſe dicimus; non ignorantes, quòd aliud quiddam, quàm caro, ſecū dùm naturam ſit Dei Verbum; & aliud ſecundùm ſuam naturam ſit caro. Non eſt autem tutum, ſemel ſecundùm carnem vnitum diſſecare; neque in duos filios dimetiri vnum Chriſtum, & Filium, & Dominum permittet vlla rectæ fidei ratio; ita nos ſanctæ Diuinitùſque inſpirata Scriptura erudiente. Verùm illi non tanta cura eſt de veritatis dogmatibus; noſſe autem quid in rebus vtendis neceſſarium ſit, non mediocriter ſtudet; vt ſi quid ad iniurias natum ſit, mendaciis illud veriſimiliter adornet, ſatis etiam ad calumniandum inſtructus, ſed audiat à nobis: Quid glorians in malitia, potens iniquitate; tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua.

Expēditur vnio Verbū cum carne ex vnione animæ cū corpore.

Scriptura in Chriſto non admittit diuiſionem.

Pſalm. 51.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus quartus.

Si quis eas voces, quæ in Apoſt. &c.

Theodoreti reprehenſio.

SVNT & hæc his, quæ iam dicta ſunt, cognata & aſſimilia: Vult enim tanquam temperatione facta, in ſermonibus, q in ſacris Euāgelicis

gelicis & Apoſtolicis ſcriptis dicti ſunt, nullá eſſe differentiá, licet eos Arium, & Eunomium, & cæteros hæreſiarchas oppugnare glorietur. Dicat igitur ille ſacrorum dogmatum diligentiſſimus Doctor, quomodo hæreticorum blaſphemiam redarguat, dum ea, quæ humiliter, & congruè à ſerui forma dicuntur, Deo Verbo aptat? Illi enim hoc facientes, minorem, & creaturam, & facturam, & ſeruum, & ex nihilo Filium Dei eſſe docendo ſtatuunt. Cui igitur nos, qui diuerſa, quàm illi, ſentimus, & conſubſtantialem eſſe, & coæternum Deo & Patri Filium confitemur, Opificemque omnium, & Factorem, & Ornatorem, & Gubernatorem, & Adminiſtratorem, & in omnibus Sapientem & Omnipotentem; immò ipſammet ſapientiam affirmamus; cui, inquam, attribuemus illud: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? Et illud: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat poculum iſtud à me. Et: Pater, ſalua me ex hac hora. Et illud: Horam illam nullus nouit, neque Filius hominis. Et alia, quæcunque humiliter ab ipſo, & à ſanctis Apoſtolis de ipſo dicta ſcriptaque ſunt? Cui famem, & ſitim adaptabimus? cui fatigationem & ſomnum? cui ignorantiam & formidinem? Quis Angelico ſubſidio habebat opus? Si hæc Dei Verbi ſunt, quomodo ignorauit ſapientia? Quomodo vocata eſt ſapientia ignorantiæ infirmitati obnoxia? Quomodo verax fuit, dicens habere ſe omnia, quæ Pater, cùm Patris cognitionem non habeat? Solus enim, inquit, Pater nouit diem illum. Quomodo fuit incommutabilis imago Genitoris, non omnia, quæ Genitoris ſunt, referens? Itaque ſi quidem hoc dicens verax fuit, quis iſta eum ignorare ſuſpicaretur? Si autem diem ſciens, ignorare ſe illam dicere voluit, vide, in quam blaſphemiam, quod colligitur, euadat, ſi Veritas mentiatur? quæ immeritò Veritas dicitur, ſi quid in ſe habet Veritati aduerſùm. Si autem Veritas non mentitur, neque Deus Verbum diem, quem fecit, ignorat, quem ipſe ab alijs diſtinxit, in quo orbem iudicaturus eſt. Sed habet Patris ſapientiam imago incommutabilis. Non igitur Dei Verbi eſt ignorantia, ſed formæ ſerui, quæ tanta per illud tempus ſciebat, quanta Deitas inhabitans reuelabat. Hæc & de alijs ſimilibus dicenda ſunt.

Cyrillus, q hic impugnatur, nuſquam docet, inter voces, quæ Chriſto tribuũtur, nõ eſſe ſecernẽdum: Docet autem quicquid de Chriſto dicimus, id de vno tantum dici; & hoc verum eſt.

Matth. 27. Matth. 26. Ioan. 12. Matth. 24.

Luc. 22.

Nihil hæc oia contra Cyrilli doctrinam.

Marc. 13.

Et hæc quoque imperite dicuntur: Nihil enim diſcebat anima Chriſti per nouam reuelationem.

Matth. 26.

Quam enim rationẽ haberet, Deum Verbum dicere ad Patrem: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me poculum iſtud; veruntamen non quod ego volo, ſed quod tu? Multa enim incongrua rurſus hinc accidunt. Et primùm diſcordes erunt Pater & Filius; & alia quidem vult Pater, & alia Filius. Ait enim, Veruntamen non quod ego volo, ſed quod tu. Deinde magnam rurſus ignorantiam cõſiderabimus in Filio: Inuenietur enim ignorans, an poſſibile ſit, vel non, quòd tranſeat poculum: Hoc autem de Deo Verbo dicere impium, & blaſphemiã plenum foret: Sciebat enim accuratè, qui propter hoc aderat, qui ſponte noſtram naturam aſſumpſerat, qui ſeipſum exinaniuerat, quiſnam Sacramẽti diſpenſationis finis futurus eſſet. Vnde & ſanctis Apoſtolis prædicebat. Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & Filius hominis tradetur in manus Gentium, vt illudant ei, & flagellent, & crucifigant; & tertia die reſurget. Qui igitur hoc antea prædicauit, & Petrum deprecantem, ne hoc fieret, corripuit, quomodo deprecatur, ne fiat, qui manifeſtè ſciebat omnia euentura? Quomodo autem non abſurdum, Abraham quidem ante multa ſecula diem eius vidiſſe, & gauiſum eſſe: Et Eſaiam ſimiliter prædixiſſe ſalutarẽ eius paſſionem, & Hieremiam, & Danielem, & Zachariam, atque adeò omnem, Prophetarum chorum; ipſum verò, & ignorare, & liberationem petere, & deprecari quod in ſalutem orbis futurum erat? Igitur hæc verba, non ſunt Dei Verbi, ſed formæ ſerui, quæ metuebat mortem, eò quòd nondum erat mors deſtructa; cui etiam formæ Deus Verbum, loco timori dato, hæc dicere permiſit, vt aſſumpti appareret natura; & ne eum, qui ex Abraham & Dauid deſcenderat, putatiuum, vel phantaſticum crederemus; vnde impiorũ hæreticorum ſocietas hanc blaſphemiã protulit. Igitur ea, quæ dicta & facta ſunt Deum decentia, Deo Verbo accõmodemus; quæ verò humiliter dicta & facta ſunt, formæ ſerui aptemus, vt ne eodem, quo Arius, & Eunomius, blaſphemiæ morbo laboremus.

Ineptis planè: Verbũ enim non ſolum erat Verbũ, ſed ſimul quoque homo.

Luc. 18.

Multiplicas verba, Theodorete, ſine vllo ſenſu; neq; enim ſatis intelligis, quid dicas, aut quid impugnes.

Matth. 16. Ioan. 8.

Imò verò ſunt ipſiuſmet Verbi, ſed ſecundum formã ſerui.

Omnia vnũ ad numerũ tribuenda ſunt, Theodorete, ſed diuerſa ratione.

Cyrilli aduerſùs Theodoretum refutatio.

En quantò ſatius foret amicè eum, cuius mens ab odio & affectionibus libera eſt, dictorum noſtrorum vim exquirere? Verùm hoc minimè penſi facit; vrget autem, vtcunque ſibi viſum fuerit. Etenim dicit: Sunt & hæc his, quæ iam dicta ſunt, ſimilia: Vult enim tanquam temperatione facta, in ſermonibus, qui in ſacris Euangelicis, & Apoſtolicis ſcriptis dicti ſunt, nullam eſſe differentiã; licet eos Arium, & Eunomium, & hæreſiarchas cæteros oppugnare glorietur. Verùm hæc quidem ille: Ego autem intactum caui, ne dicerem contemperatas inter ſe naturas, miſtionemque & confuſionem, ac verſionem tolerandam, quantùm & ipſe in hoc rectè ſapit: qui nec ſermonum differentiam è medio ſuſtulimus: Scimus enim, quòd alij quidem tales ſunt, vt de Deo decenter dicantur; alij verò humanum morem ſapiunt; & illi quidẽ ſummam docent gloriam; hi autem exinanitionis menſuræ conuenientiores ſunt. Cæterùm dicimus eos non duabus perſonis inter ſe modis omnibus diſtinctis diſtribuendos: Nam ſi vnus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vnaque fides, quæ in illum, & vnum Baptiſma, vna quoque eius, tanquam vnius

Theodoretus hoſtiliter agit.

Cyrillus, neque naturas confundit, neq; vocum diſcrimẽ reſpuit, ſed perſonarũ tãtum dualitatem tollit.

Epheſ. 4.

erit.

Humana, quæ Verbo tribuũtur, Diuinitati illius nihil quicquam præiudicant.

erit perſona. Et quandoquidem idem Deus eſt ſimul ac homo, congruenter & abſqoe reprehenſione de illo diceotur ſermones, ſiue Deo digni, ſiue humani ſint; neque diuina & ineffabilis eius natura, vel in minimo in excellentia Patris per hoc, quod loquimur ea, quæ humanitatem ſapiunt, minuitur; neque propterea minus creditur diſpẽſatio cum carne, quando cum hoc, quod eſt Deus, & homo, ſicut nos, factus eſſe prædicatur.

Heb. 2.

Itaque omnia ſunt vnius Chriſti, tam ea dicta, quæ Deum decent, quàm quæ humanitatem referunt: Nam ſiquidem non fuiſſet Verbum, quod ex Deo Patre eſt, homo factum, nõ humanitus, vt de nobis, ita & ipſo fieret ſermo: Quoniam autem verum eſt, quòd ſimiliter ſicut nos, particeps factus eſt ſanguinis & carnis, & aſſimulatus eſt fratribus per omnia nobis videlicet, ſtultiſſimè diſpenſationem ſapientiſſimam irrident, vocem humanam non ferentes, ſermoniſque vtilitatem, quaſi ad alterum ſeorſim Filium, formam ſerui, ſicut ipſi dicunt, referre ſtudentes? Omnino autem ſtultum foret, fingere quidem, quòd metuantur hæreticorum moroſitates, quaſi traditionem rectæ fidei extra ſuã dignitatẽ auecturi ſint: Melius autem dixerim & longè eruditius eſſe, humanas aptare voces non alteri perſonæ magis, quæ ſeorſim & particulariter intelligatur eſſe Filius; &, ſicut ipſi dicere ſolent, formæ ſerui attribuere, aut potiùs humanitatis menſuris: Nam eum, qui ſimul Deus eſt ac homo, vtrunque ſermonem admittere oportet.

Egregiè ſuam amẽtiam produnt, qui Verbo incarnato humana tribuere verẽtur.

Humana rectius tribuuntur Verbo incarnato, quàm alteri perſonæ, vel ipſi ſecundum ſe formæ humanæ.

Theod. impudenter vnũ in duos diuidit.
Marc. 13.

Atqui miror, quomodo ipſe ſimulet, quòd confiteatur vnum eſſe Chriſtum, qoi idẽ Deus ſimul ſit & homo: Nam quaſi in obliuionem adductus eſſet eorum, quæ bene ſe habere putauit, ſeparata iterum vnum in duos, dom Saluatoris vocem apponit, dicentis: De die vel hora illa nemo nouit, neque Angeli cœlorũ, neque Filius, niſi pater. Deinde ſapientiam eſſe affirmans Verbum ex Deo Patre natum, quæ & omnia futura prænoſcat, adiicit & dicat: Non igitur Verbi Dei eſt, ignorantia, ſed formæ ſerui, quæ tanta per tempus illud ſciebat, quanta Deitas inhabitans reuelabat. Hæc & de aliis ſimilibus dicenda ſunt. Igitur ſi non mentiris, dicens vnum eſſe Chriſtum, & Dominum Ieſum, eundem ſcilicet Deum & hominem, vtrinque diuidis, & duos dicere Filios non erubeſcis. An non planè duo ſunt, ſiquidem non eſt idem, qui dimenſam habet ſcientiam cum eo, qui nouit omnia? Et cum eo, qui partiatiã recipit reuelationẽ, is, qui perfectus eſt in ſapiẽtia, & tanta cognoſcens, quanta & Pater: Et ſi quidem eſt vnus & idem propter veræ vnitatis cauſam, & non alius atque alius diſiũctimque & particulariter, eius omnino erit etiam hoc ſcire, & neutiquàm vt ſolùm putetur ſcire.

Vnº & idẽ, & qui ſcit omnia, & qui neſcit aliqua.
Matth. 24.

Itaque nouit quidem diuinè, ſicut ſapientia Patris, cum diſpenſatiue menſuram ignorantis humanitatis aſſumpſit; propriumque ſit hoc cum aliis; quanquam ſicut dodom dixi, ignorans nihil, ſed ſciens omnia cum Patre: Nam propter quam cauſam eſurire, & ex itinere fatigari dicitur, quamuis vita & viuificus ſit, vt Deus; & ipſe ſit panis viuus, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo; & ioſuper ipſe ſit virtutum Dominus? Verùm vt credatur ſecundùm veritatem factus homo, appropriauit ſibi humana in bonis ſuæ naturæ manſionem ſtabilem habens, & indiuulsè retinens ea, in quibus ſemper erat, & eſt, & erit. Iam qui reuelatiooem datam eſſe dicit formæ ſerui ab inhabitante Deo, eamq; menſuratam, is Emmanuelem Prophetam nobis facit, Deiferumque hominem, atque aliud nihil. Porrò putat quis ſapienter, & irrefragabiliter dictum: Nam ſi Dei Verbum eſt, qui clamauit: Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me poculum iſtud; & primùm quidem facit diſcordem Filium cum Patre, iniuriaque deprecatur, ne bibat poculum, quamuis, inquit, non ignorans mundo ſalutem allaturam paſſiooem ſuam. Igitur, inquit, non erunt tales Verbi voces. Itaque viciſſim audiat & a oobis, qui tam adolterinis cogitationibus vacat. Quoniam tibi videtur à Deo Verbo tales voces amouendas eſſe, ſolique ſerui formæ adaptaodas igitur non in duos iterum Filios vnũ partiris? Et quis hoc ſapiẽtium perſpicuè nõ cognoſcet?

Matt. 4.
Ioan. 4.
Ioan. 6.
Verbũ eodem ſenſu dſ quędam neſcire, quo ſitire, ſameſe, defatigari.

Eſa. 7.
Theodoretus Chriſtum hominem Deiferum vocat.
Matth. 26.

Nam dicit fortaſsè quidam: Heus cur tuas ſequeris cogitatiooes? Quia nec credibile, nec rationi contentaneum, vt forma ſerui paſſionem declinet, & cum Patre, & inhabitãte Verbo diſſidere videatur: Sciebat enim (opinor) paſſionem ſuam omnibus, qui ſub cœlo ſunt, & qoos mors vicerat, ſalutarem, & vitæ conciliatricem fore. Oportebat ſanè, inquit, videri etiam metu ſuperiorem, diuinoſque nutus ſequi paratum. Agè non ſentis, qui temere nugatus es, quænam ſit talis cogitationum confuſio? Ego autem, quòd parua quidẽ ſint omnia hæc humana Verbo ex Deo nato, abſque mora dixero: Quæro autem, cuius fuiſſe putetur exinanitio, & quis hanc voluntariè tulerit. Itaque ſi quemadmodum alii dicunt, forma ſerui, vel quod eſt ex ſemine Dauid, quomodo vel quo pacto exinanitum eſt, ſi à Deo aſſumptum eſt? Si autem ipſum Verbum, quod in forma & æqualitate Dei & Patris exiſtit, ſeipſum exinaniuiſſe dicitur; quomodo, vel quo pacto exinanitum eſt, ſi refutauit exinanitionem? Exinanitio autem Deo Verbo verſioois & paſſionis neſcio, ẽ facere, & dicere quiddam humanum, propter diſpenſatiuũ ad carnem conuentum: Tametſi autem factus ſit homo, nullo modo Sacramẽti rõ oaturam eius læſit: Manſit enim qđ erat, ẽt in humanitatem ſeſe demittens, pp mundi ſalutem ac vitam. Ea propter noo in duas perſonas, ſed tanquam in vnum Chriſtum, & Filium, & Deum Euangelicas, & ſanctorum Apoſtolorum

Validiſſimè Iſulſſ Theodoreti reprehẽſiones confutat.

Humana natura nõ tulit exinanitionem, ſed Verbũ.

Argutum dilemma.

Omnia, quouis modo, de Chriſto.

predicatur, ad vnã pſonã pũcti.

lorum referentes voces; neque Diuinam eius imminuimus naturam & gloriam propter humana; neque diſpenſationem negamus, ſed propter nos factam ipſius Verbi incarnationem credimus.

D. CYRILLI ALEXANDRINI *Archiepiſcopi Anathematiſmus quintus.*

Si quis audet dicere Chriſtum &c.

Theodoreti reprehenſio.

PARTICIPEM fuiſſe, ſicut nos, ſanguinis, & carnis, & animæ immortalis Deum Verbum propter vnionem cũ iſtis dicimus: Carnem autem Deum Verbum conuerſione quadam factum eſſe; non ſolùm nõ dicimus, ſed & eos, qui dicunt impietatis ſugillamus: Pugnare enim hoc & ipſis dictis videtur: Nã ſi conuerſum eſt Verbum in carnem, nõ communicatur nobiſcum carni & ſanguini, ſed eſt aliud præter hæc: Si autem aliud quiddã, præter illud, eſt caro, non ipſum in carnem eſt verſum. Igitur communicationis nomine vtentes; ſicut vnum quidẽ Filium adoramus, & eum, qui aſſumpſit, & id quod aſſumptũ eſt: Naturarum autem differentiam cognitã habemus, & Deiferum hominẽ (ſicut a multis ſanctis Patribus dictus eſt) nõ deuitamus; quorum vnus magnus ille Baſilius in ſermone de ſancto Spiritu ad Amphilochium hoc vſus eſt nomine; & in explanatione quinquageſimi noni Pſalmi: Vocamus autem Deiferum hominem, non quòd particularẽ quandam gratiam acceperit; ſed quòd omnem vnitam habeat Filij Deitatem: Hoc enim interpretans beatus dicebat Paulus: Videte, ne quis vos deprædetur per Philoſophiam & inanem deceptionem, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa huius mundi, & non ſecundùm Chriſtum; quia in illo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.

Neq; Cyrillus quoque vſquã hoc dixit, aut docuit.

Deiferũ hominẽ eſſe Chriſtum Theodoretus ex Baſilio probare nititur.

Coloſ. 2. Quo ſenſu Chriſtus Deifer homo dicatur ſecundum Theodoretum.

Cyrilli aduersùs Theodoretum refutatio.

Pergit aniliter nugari Theodoretus.

Iterum etiam in hoc loco, quàm inaniter nugetur, oſtendere facilimum fuerit: Dicimus enim nos, non debere ab aliquo Deiferum hominem nominari Chriſtum, vt non ſicut vnus Sanctorum intelligatur, ſed magis Deus verus prædicetur Verbum Dei, quod factum eſt homo, & incarnatum eſt. Perſtringit autem ille iterum ea, quæ rectè dicta ſunt, varijsque modis prodigioſè & falsè concionatur. Inquit autem, quòd nos dicamus Verbum Dei conuerſum eſſe in naturam carnis, & cogitatus ſuos manifeſtat, quibus effodere, & in lucem eruere ſtudeat, Verbum Dei non eſſe conuertibile. Id quod ſæpiſſime dixi, hoc nunc quoque neceſſariò dico; cùm nemo ſit, qui dicat Diuinam incorruptibilemque Verbi naturam, in carnem terrenam transformari, omnibus vno cõſenſu inconuertibilem eſſe teſtantibus, ceſſate superuacaneos exantlare labores, vt eos, qui minimè decepti ſunt, copioſis argumentis certiores faciatis, quòd Verbum Dei ſecundùm naturam ſit incorruptibile & immutabile: Quis enim ita ſtupidus & inſipiens eſt, vt tam turpia, & ab ipſis fortè inſipientibus refutata, ſentire, & dicere velit?

Nemo Catholicorum vnquã docuit, Verbũ incarnatũ eſſe conuerſum.

Obſtupeſco autem, quòd cùm vbique Deũ eſſe Emmanuelem affirmet, in his deprehendatur illi Propheticam menſuram tribuere: Hominem enim eum eſſe Deiferum dicit, vt videatur ſimilis nobis, qui per ſanctum Spiritum Deum omnium habemus in nobis habitantem: Habitat enim in cordibus noſtris, & ſumus templa Dei viuentis. Neque idem fuerit dicere, Verbum factum eſſe hominem; & putare, Deum habitare in homine; etiamſi, vt eſt, vera beati Pauli vox eſt; quòd complacuit in ipſo habitare omnem plenitudinem Deitatis corporaliter. Sed vnum, inquit, eſſe Deum Patrem & Filium Dominum Ieſum Chriſtum, per quem omnia. Dicit autem quis & in homine habitare ſpiritum eius. Deniq; & de nonnullis ſcriptum eſt: Eos autem, qui inhabitant domos luteas, ex quibus & ipſi de eodem luto ſumus. Igitur vnus intelligitur, & eſt ſecundùm conſtitutionem homo, & ex carne, & ex rationali anima illam inhabitante.

Theodoretus Chriſtũ fecit vnum ſimilem nobis.

Coloſ. 2. Diuinitas corporaliter in Chriſto habitat, vt ſpiritus hominis in homine, & homo in domo lutea, hoc eſt in terreno corpore.

Quare igitur non ceſſat rectam minimeq; peruerſam rationem conturbare? Aliquando enim vnum dicit Chriſtum & Dominũ; eundemque Deum ſimul ac hominem; aliquando verò Prophetarum menſuram ei dans, Deiferum hominem appellat; ignorans fortaſſis, quòd illum nobis æqualem faciat; quandoquidem non eſt Deus verus, ſed templum, quod inhabitat Deus Verbum, ſicut & in nobis. Verùm Diuina Scriptura ſecus habet: Verbum enim caro factum eſt, & habitauit in nobis, nequis putet ſecundùm conuerſionẽ & transmutationem in carnis ipſius naturam transformatum eſſe. Iam factum caro, hoc eſt, homo, non eſt Deifer homo, in exinanitionem ſpontaneam ſeipſum demittens, & ſuam faciens carnem, quam ex muliere accepit; carnẽ inquam, neque animæ, neque mentis expertem, ſed animam & mentem habentem. Memores autem eius ſumus qui ſuum corpus templum appellauit, verùm non propter habitudinem; ſicut & in nobis per Spiritũ ſanctum eſt, inhabitationem cenſeri voluit; ſed vnus ſecundùm vnionem intelligitur Chriſtus & Filius.

Theodoretus, vt inconſtantes ſolent, Chriſtum modò hominem Deiferum appellat.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus ſextus.

Si quis dicit Deum aut Dominum eſſe &c.

Theodoreti reprehenſio.

Phil. 2. Forma ſerui.

Gal. 4.

Ioan. 15.

Eſa. 9.

BEATVS ille Paulus, quod aſſumptum eſt à Deo Verbo, formam ſerui appellat; quandoquidem vnionem aſſumptio præceſſit. At vbi de aſſumptione diſſerit idem beatus Paulus, formam ſerui aſſumptam appellauit naturam. Non vltra locum habet, vnitate facta, ſeruitutis nomen: Quamobrem idem Apoſtolus ſcribens his, qui in illum crediderant, dicebat: Atque adeò iam non eſt ſeruus, ſed Filius. Et Dominus diſcipulis: Non iam ſeruos vocabo vos, ſed amicos; multò autem magis initium noſtræ naturæ, per quod & nos adoptionis donum aſſecuti ſumus, à ſerui cognominatione liberatum eſt. Deum igitur fatemur & ſerui formam, propter vnitam ipſi Dei formam. Et credimus Prophetæ etiam puerum Emmanuelem appellanti, & natum puerum, & magni conſilij Angelum, & admirabilem, & conſiliarium, & Deum fortem, & poteſtatem habentem, & Principem pacis, Patremque futuri ſeculi. Veruntamen idē Propheta etiam poſt vnionem prædicans aſſumptam naturam, ſeruum appellat eum, qui ex ſemine Abrahæ ſit, dicens: Seruus meus es tu Iſrael, & in te glorificabor. Et iterum ſic inquit: Dominus, qui formauit me ex vtero ſeruum ſibi. Paulò pòſt: Ecce dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium, vt tu ſis in ſalutem, vſque ad vltimum terræ. Quod autem formatum eſt in ventre, non Deus Verbum, ſed ſerui forma eſt: Non enim Deus Verbum conuerſus factus eſt caro; ſed aſſumpſit carnem, anima rationali præditam.

Eſa. 49. Ibidem.

Eſa. 42.

Phil. 2.

CYRILLI ADVERSVS Theodoretum refutatio.

DE Sacramento diſpenſationis Vnigeniti cum carne, ſuperiores ſermones, quos fecimus, præſens ſermo coniunctus monſtrabit decentes ac rationabiles, idque facillimè: Vnigenitus enim Filius, qui eſt in forma Dei Patris, & æquæ cum illo menſuræ per omnia, par gloria & libertate, forma ſerui aſſumpta, frater appellatus eſt eorum, qui ſub ſeruitutis iugo erant, hoc eſt, noſter. Itaq; quaſi vnus ex nobis perſoluit didrachma, cenſum exigentibus; & factus eſt legiſlator ſub lege, quaſi homo; quaſi Deus docebat diſcipulos ſuos; quia & Filius eſt verè, & in forma ſerui propter carnem; tametſi ſecundùm naturam propriam liber ſit, vtpote Deus & ex Deo. Veruntamen tanquam proprium habens, propter exinanitionis menſuram, tributorum exactoribus ſubditus erat. Atq; adeò ſi quis dicat ſeruum eum appellari, propter vocem ſanctorum Prophetarum nullo modo oſtendi decet: Cognouerunt enim per reuelantem eis Spiritumſanctum, quòd Verbum ex Deo Patre fieret homo. Erat quidem & ſic liber, tanquam Filius.

Matth. 17. Liber noſtri cauſa ſeruus factus.

Verbū propter præſciſam incarnationem ſerui nominatur à Propheta deſignatum.

Neq; ſic tamen menſurā exinanitionis optimè factæ, faciebat contemptibilem, configuratus nobis, ſeruitutis iugo ſubditis. Sic & Deum ſuum Patrem dicit, quamuis natura Deus exiſteret, & ex ipſo; & nullo modo gignentis eminentia minor. Cùm Neſtorius igitur ſic ſcribat de Chriſto: Atque adeò paſſus Pontifex miſericors, nō Deus viuificator eius, qui paſſus eſt; & Deum Chriſti, Deum Verbum nominauit, adieceritque: Erat autem ipſe & infans, & infantis Dominus; hos illius ſermones, nos non ſolùm indecorè, ſed & impiè dictos aſſerimus: Nam ſi Deus eſt Chriſti Verbum, quod ex Deo Patre eſt; duo vtique erunt modis omnibus & incunctanter. Quomodo autem intelligitur ipſe infans & infantis Dominus? Non igitur dicetur ſuimetipſius Deus ac Dominus Emmanuel; quandoquidem ipſe idem ſimul eſt Deus ac homo, eò quòd Verbum Dei homo factum & incarnatum eſt. Quia autem Deitas aliud quiddam eſt ſecundùm ſuam naturam, aliud autem ſecundùm naturam ſuam humanitas, quomodo quis vacillârit? Veruntamen vnus eſt Chriſtus ex duabus Deitatis & humanitatis naturis ſecundùm diſpenſationis vnitatem.

Impia Neſtorij dicta.

Iuxta Neſtorij blaſphemiam Verbū eſt Chriſti Dominus.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus ſeptimus.

Si quis tanquam hominem Ieſum operantem, &c.

Theodoreti reprehenſio.

SI mortalis eſt humana natura, Deus Verbum autem vita & viuificans; ſuſcitauitque templum à Iudæis ſolutum, & in cœlos euexit, quo pacto forma ſerui per formam Dei glorificata non eſt? Cùm enim natura ſit mortalis, facta eſt immortalis propter vnionem cum Deo Verbo. Aſſumpſit, quod non habebat; quod autem non habebat, vt aſſumpſit, & glorificauit, ab eo, qui dedit, glorificatus eſt. Idcirco & Apoſtolus clamat: Secundùm efficaciam roboris virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, excitato eo ex mortuis.

Ioan. 2.

Hęc omnia eo tendūt, vt oſtendat Verbum & hominem Chriſtū inter ſe eſſe diſtincta.

Epheſ. 1.

Diui Cyrilli aduerſùs Theodoretum

QVI Chriſtum Ieſum nominant, non vnum quendam ſicut nos vulgarem hominem, ſed Verbum ex Deo natum, hominem factum, & incarnatum auditoribus ſignifi-

ſignificant; atq; adeò ſi quid, quod dignè Deo tribuitur, per corpus eius, quod vt organum ſibi miniſterium exhibet, factum eſſe dicatur; nihilominus virtutum Dominus Chriſtus operás eſt, non concedens alteri, vt operetur; quemadmodum ſcilicet beatis Apoſtolis poteſtatẽ contra ſpiritus immundos dedit, vt illos eiicerent, & curarent omnem morbum, & languorem in populo. Propterea beatus Paulus inquit: Non auſim aliquid loqui, quod nó operatus eſt per me ſermone & opere Chriſtus, in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritusſancti. Gaudentes autem & beati diſcipuli, acceſſerunt aliquando ad Chriſtũ, & dicebant: Domine, etiam Dæmonia nobis ſubiiciuntur in nomine tuo: Operatos enim eſſe per Chriſtum in Spiritusſancto dicimus, quod alij ab ipſo fuerint. Sed non ita de Chriſto intelligimus; quòd à Verbo in Spiritu ad operandum motus ſit, quaſi alius ſit Filius, præter Vnigenitum ex Deo: Vnum enim monſtrauit vnio, & propterea cauemus, ne in duos illum diuidamus: Nam quamuis ſecundùm Scripturas Verbum caro factum eſt; attamen & ſic ſecundùm veram vnionem, quæ & mentem & ſermonem excedit, Vnigenitus Filius eſt.

Matt. 10. Non ita Chriſtus per Spiritũ operabatur vt Apoſtoli: Hi enim per alienum; Chriſtus per proprium.

Luc. 10.

Itaque ipſe vnus & ſolus Chriſtus Ieſus, quaſi per organum ſui corporis operatus eſt Diuina ſigna; & non operandi virtutem habuiſſe eum dicimus, ſecundùm ſimilitudinem Sanctorum: Prophanum enim hoc eſſet, atq; valde abſonum: Iam quia ex mortuis corpus ſuum excitauit (ſecundùm quod vita eſt & viuificator) ipſe ſemetipſum glorificare videtur, naturam ſuam viuificare declarans, neq; alteri cuidam in hoc eam gloriam largitus eſt. Sanè & ad Deum Patrem, qui in cœlis eſt, dicebat: Pater glorifica me gloria, quam habui, antequàm mundus eſſet apud te, quamuis & Deus eſſet, & ex Deo ſecundùm naturam, & gloriæ Dominus. Deinde quomodo ſicut gloria egens, gloriam, quam ante ſecula habuit, petit? Nempe quia factus eſt homo, & per carnem ſuam gratia Dei, pro vniuerſis mortẽ guſtauit, ſecũdùm quod dicit beatus Paulus: Cauens enim ignominiam, quæ inde colligi poſſet, reſurrectionem prædicit; per quam, quia & vita & viuificus eſt, Deus eſſe rectè cognoſcitur, & ſic à nobis creditur. Glorificauit igitur non alium quempiam, ſed ſeipſum declarans vnitum ſibi templum ſecundùm veritatem, quod nec morte domaretur. Porrò quod vnitum illi corpus, neque animæ, neque mentis expers credamus, ſed animam mentemq; habens, ſæpiſſime à nobis dictum eſt.

Chriſtus per proprium Spiritum & corpus patrauit ſigna.

Ioan. 17. Quo ſenſu Verbũ ſuapte natura glorioſum petat gloriam.

Hebr. 2.

Verbum glorificauit ſeipſũ, ſuſcitans proprium templum.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus octauus.

Si quis audet dicere aſſumptum, &c.

Theodoreti reprehenſio.

Vnam quidem, vt ſæpe dixi, glorificationẽ Domino Chriſto tribuimus, & ipſum Deum ſimul ac hominem cõfitemur: Hoc enim nos vnionis docuit ratio. At naturarum proprietates dicendo non vitabimus: Neque enim Deus Verbum verſionem in carnem accepit, neque viciſſim homo perdidit, quod erat, nec in naturam Dei trãſmutatus eſt. Igitur vtriuſque naturæ proprietates dicimus, Dominum Chriſtum adorantes.

Iudicat rurſum Dei Verbum hominis ſecundùm habitum vnitum fuiſſe.

Cyrilli aduerſus Theodoretum refutatio.

At nos, vir eximie, qui meliora verioraque credere aſſueuimus, & ſubtiliores intellectus ad accuratam Sacramenti huius manifeſtationem & cognitionem applicamus, ſecundùm quod ſacris Scripturis, & ſanctorum Patrum æquis interpretationibus videtur; non hominem aſſumptum eſſe dicimus à Deo Verbo, & copulatum illi ſecundùm habitudinem quandam, quæ extrinſecus intelligatur, ſed hominem eum factum eſſe definimus. Et hanc ob cauſam excidiſſe à pietate dogmatum eos, qui audent dicere, aſſumptum hominem adorandum cum Filio & Deo; vt alterum cum altero: Nam ſi quidem ipſe eſt Deus ac homo ipſe adoratur, ſicut vnus adorandus eſt adoratione vna, & non coadoratur & conglorificatur Deus; ne Emmanuel credatur eſſe homo ſimpliciter communis, & ſicut nos per gratiam Diuinæ gloriæ participes. Confiteri autem decet Deum in carne propter nos verè hominem factum, non tranſitu naturæ ſecundùm alterationem & verſionem, ſed vnionis diſpenſatione.

Verbũ homo factũ, non hominis ſecundũ habitum adiunctũ.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus nonus.

Si quis dicit vnum Dominum, &c.

Theodoreti reprehenſio.

Hic manifeſtè anathematizare præſumpſit non eos modò, qui nunc piè ſentiunt; ſed & eos, qui olim veritatis fuere præcones, atque adeò Euangeliorum ſcriptores, ſanctorumque Apoſtolorum Chorum, & Gabrielem Archangelum: Primus enim ille Chriſtum ſecundùm carnem ex Spiritusſancto natum eſſe, idque ante conceptionem prædicauit, & poſt conceptionem ipſum Ioſeph docuit. Mariæ quidem roganti: Quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognoſco? dicebat: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideo quod naſcetur in te ſanctum, vocabit Filius Dei. Ioſepho autem inquit.

Bona verba mi homo.

Matth. 1.

Luc. 1.

Ne

Matth. 1. Nihil Theodorete, faciunt hæc oia contra Cyrillū, q Chriſtū ſecūdum naturam humanā Spiritum accepiſſe nuſq. negat. Eſa 61. Luc 4.

Ne timeas accipere Mariam vxorem tuam; quod enim in ea natum eſt, ex Spiritu ſancto eſt. Et Euangeliſta: Cùm eſſet, inquit, deſponſata mater eius Maria Ioſeph, inuenta eſt prægnans de Spirituſancto. Quin & ipſe Dominus Ieſus ingreſſus in Synagogam Iudæorum, acceptoque Propheta Eſaia, hunc locum legit, in quo dicit: Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxit me &c. Subdit autem: Hodie completa eſt ſcriptura iſta in auribus veſtris. Beatus etiam Petrus loquens cum Iudæis, hoc teſtatur, dicens: Ieſum Nazarenum, quem vnxit Deus Spirituſancto. Sed & Eſaias ante multas generationes talia præſagiuit: Egredietur virga de radice Ieſſæ, & germen ex radice eius orietur, & requieſcet ſuper eū Spiritus Dei, Spiritus ſapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilij, & virtutis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis, & Spiritus timoris Dei implebit eū. Et iterum: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ; ponam Spiritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet. Hoc autem teſtimonium & Euangeliſta in ſuis conſcriptionibus poſuit.

Eſa. 11. Eſa. 42.

Luc. 11. Ioan. 1.

Sed & ipſe quoq; Dominus in Euangelijs ad Iudæos ait: Si autem in Spiritu Dei ego eijcio dæmonia, appropinquauit ſuper vos vtiq; regnum Dei. Et Ioannes: Qui miſit me, inquit, baptizare in aqua, ipſe mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, ipſe eſt, qui baptizat in Spirituſancto. Non itaque in Prophetas ſolos & Apoſtolos, neque in Gabrielem ſolùm ſacrorum dogmatum ſubtilis examinator, ſed in ipſum quoq; Saluatorem omnium blaſphemias extendit: Oſtendimus enim & ipſum Dominum, nunc quidem Iudæis poſt lectionem, qua ait: Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me &c. dicentem: Hodie ſcriptura hęc completa eſt in auribus veſtris; nūc autem ad eos, qui dicebant, in Beelzebub eū eijcere dæmonia, dicentem, ſe in Spiritu Dei eijcere Dæmones. Non autē dicimus, Deum Verbum Patri conſubſtantialem & coæternū à Spirituſancto formatum eſſe & vnctum; ſed in nouiſſimo dierum humanam ab eo aſſumptam naturam. Proprium autem Spiritum Filij (ſi quidem eiuſdem cum eo naturæ, & ex Patre procedens eſt) ſimul confitebimur, & tanquam piam ſuſcipimus vocem. Si verò tanquam ex Filio, aut per Filium eſſentiam habere dicas, blaſphemum hoc eſt, & tanquam impium aſpernabimur: Credimus enim Domino, dicenti: Spiritus, qui ex Patre procedit. Sed & ſacratiſſimo Paulo dicenti ſimiliter. Nos autem non Spiritum mūdi ſuſcepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt.

Luc. 4. & 11.

Theodoretus impios pronūtia, qui Spiritūſanctū ex Filio, aut p Filiū procedere aſſerunt. Ioān. 15. 1. Cor. 12. Atqui Verbū quoq; Deus eſt.

Cyrilli refutatio aduerſus Theodoretum.

Anathematiſmorum

DVDVM dixi, quia Neſtorij ſuperfluitatibus ſeu blaſphemijs, & multum negligenter dictis virtus repugnat Capitulorum: Illo namque dicente de Spirituſancto, quòd is tantam Chriſto gloriam contulit, & eum dæmonibus fecit terribilem, donauitque ei ad cœlos aſcenſionem, & tanquam de aliquo ſecundùm nos homine communi, hæc loquutus ſit, factus eſt neceſſarius Anathematiſmus nō aduerſùs eos, qui dicunt glorificatū à Spirituſancto Ieſum, hoc eſt, inhumanatum Dei Verbum, ſed potiùs contra illos, qui impudenter eum, ſicut aliena virtute, per Spiritum victum dicunt: Meminimus enim dicentem palàm de ſancto Spiritu: Ille me glorificabit. Nouimus adhuc ſancti Spiritus operatione conterentem nequiſſimas, immundaſque virtutes. Sed non ita dicimus eum, ſicut vnumquenque Sanctorum, tanquam aliena per Spiritumſanctum vtentem virtute: Fuit enim & eſt eius Spiritus, ſicuti & Patris: Et hoc nobis bene ſatis explanat ſcribens ſacratiſſimus Paulus: Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: Vos autē non eſtis in carne, ſed in Spiritu; ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.

mēs dictis Neſtorij aduerſatur. Neſto. de Chriſto loquitur, tanquā de homine cōi.

Ioan. 16.

Rom. 8. Chrs proprium Spiritu habet.

Procedit enim ex Deo Patre Spirituſanctus, ſecundùm Saluatoris vocem. Sed nō eſt alienus à Filio: omnia enim habet cum Patre; & hoc ipſe edocuit, dicens de Spirituſancto: Omnia, quæcunque habet Pater, mea ſunt: Propterea dixi vobis, quia ex meo accipiet, & adnuntiabit vobis. Ergo glorificauit quidem Ieſum Spirituſanctus inopinabilia operantem; veruntamen ſicut Spiritus eius, & non vt aliena virtus, & eo ſuperior, ſecundùm quod intelligitur Deus. Non blaſphemauimus igitur in ſanctos Angelos, nec in Prophetas, ſicut dicere præſumpſit, qui ſolummodo accuſare nouit. Quia verò mens eius & ſociorum eius eſt, vt vnū in duos Chriſtos diuidant, & illum quidem vt glorificetur, & operandi vim recipiat, hunc verò vt glorificet & operetur: Itaque carpunt inſipienter omnem ſermonem pium, ſeque in partem tam malè ſentientium conſtituunt. Proinde & de beato Gabriele faciens ſermonem, vitiligator iſte: Etenim ſecundùm carnem, inquit, Chriſtum ex Spirituſancto natum eſſe, primus ille & ante formationem prædicauit. Alius igitur eſt Chriſtus ille, qui ſecundùm carnem, & alius ſeorſim Chriſtus iterum Verbum, quod ex Deo Patre eſt. Vbi igitur vnio? Et quæ inde vtilitas, ſi duo Chriſti, & ſeorſim ac particulariter vterq; intelligatur? Ea propter licet pietatis multum ſibi affingentes, vnum dicant eſſe Chriſtum; verè tamen duos eſſe putantes, audiant à nobis: Vſquequo claudicat is in duos poplites? Satius enim fuerit rectè incedere fidem habentes inadulteratam & firmatam, nullisque ſtultis opinionibus claudicantem.

Ioan. 15.

Ioan. 16. Spirituſanctus æquè eſt ex Filio ac Patre, alioqui Filius nō haberet omnia, quæ habet Pater.

Neſtorius vnū Chriſtū aſſerit, duos tamē reipſa ſtatuit, vnum glorificātē, alterū à gloriam conſequentem.

Non eſt nobis opꝰ duobus Chriſtis; ſat eſt vnus.

3. Reg. 18.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus decimus.

Pontificem & Apoſtolum confeſſionis &c.

Theodoreti reprehenſio.

Et quid, ꝗ ſo, aliud docet, aut docuit vnquā Cyrillus? Heb 4.

NON in carnis naturam verſa eſt incōuertibilis natura, ſed humanam ſuſcepit naturā, & hanc ſuper cōmunes Sacerdotes conſtituit, vt beatus Paulus docet, dicens: Omnis enim Pontifex ex hominibus ſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ erga Deum ſunt, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, qui placabilis eſſe poſſet ignorantibus & errantibus: Quandoquidem & ipſe infirmitate circundatus eſt, & propter illam debet, ſicut pro populo, ita & pro ſeipſo offerre pro peccatis. Et paulò pòſt hoc interpretans dicit: Sicut & Aaron, ita & Chriſtus. Deinde monſtrans aſſumptæ naturæ infirmitatem, inquit: Qui in diebus carnis ſuæ ſupplicationes & preces ad eum, qui poterat ipſum ſeruare à morte, cum clamore valido & lachrimis obtulit, & pro reuerentia ſua exauditus eſt. Et cum eſſet Fili⁹ Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiā; & conſummatus factus eſt author ſalutis æternæ omnibus, qui obediunt ei, appellatus eſt à Deo Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Ecce Theodoretus minimè obſcure hominem à Verbo ſeparat & per conſequens duos filios confingit.

Quis igitur ille, qui laboribus virtutis perfectus, & non natura perfectus exiſtit? Quis ille qui didicit obedientiam, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reuerentia vixit, & cum voce valida & lachrymis ſupplicationes obtulit? & ſaluare ſe non valuit, ſed qui poterat eum ſaluum facere, rogauit? & mortis abſolutionem popoſcit? Non Deus Verbum, quod immortale eſt, impaſſibile, incorporeum, cuius memoria ſecūdùm Prophetam, exultatio, & lachrymarum ſecuritas; ipſe enim abſtulit omnem lachrymam ab omni vultu. Et rurſus Propheta: Memor fact⁹ ſum, inquit, Dei, & ſatiatus ſum. Qui coronat cum reuerentia viuentes; qui cognoſcit vniuerſa ante natiuitatem ſuam; qui habet omnia, quæ Patris ſunt, & imago exiſtit impermutabilis Genitoris, qui in ſemetipſo demonſtrat Patrem: Sed quod ex ſemine Dauid aſſumptum eſt ab eo, quod mortale, quod paſſibile, quod timuit mortem, licet hoc ipſum, poſtea mortis deſtruxit poteſtatem, propter vnitatem ad aſſumentem Deum, quod per omnem ambulauit iuſtitiam, & ad Ioannem locutum eſt: Sine modo, inquit: Sic enim decet nos complere omnem iuſtitiam; hoc Pontificis appellationem accepit, ſecundùm ordinem Melchiſedech: Hoc enim indutum eſt naturę infirmitate, & non omnipotens Dei Verbum. Vnde & ante pauca beatus ait Paulus: Non enim habemus Pontificem, qui non poteſt compati infirmitatibus noſtris; expertum verò per omnia ſecundùm ſimilitudinem abſque peccato. In experimento autem noſtrarum factus eſt paſſionum, ſine peccato ex nobis, pro nobis aſſumpta natura, qui hanc adſumpſit noſtræ cauſa ſalutis. Sed & in principio capituli huius talia rurſus docet: Conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ, fidelem exiſtentem ei, qui fecit eum, ſicut & Moſes in tota domo eius. Facturam verò nullus dixerit, rectam habens fidem, increatum, & non factum, & Patri coæternum Deum Verbum; ſed qui ex ſemine Dauid, qui omni peccato liber exiſtit, Pontifex noſter, & ſacrificium factus eſt; ipſe ſemetipſum pro nobis offerens, habens in ſemetipſo, videlicet ex Deo, Verbum vnitum ſibi, & inſeparabiliter connexum.

Imò ipſummet Dei Verbum, vt id tamē ſecundùm aſſumptā, non ſecundùm proprium naturam.

Ola hypoſtaſium ſeparatam diuiſionem, & apertam faciunt Neſtorianiſmi ſignificationem.

Hebr. 4.

Illa connexio nequaquā ſat eſt, ad conſtituendam veram incarnationem.

D. Cyrilli aduerſus Theodoretum refutatio.

Propheta Hieremias offendenti Iſrael, & exacuenti ad iracundiam omnium Deum, dicebat triſtis: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & deflebo populum iſtum die ac nocte? Arbitror autem ego huiuſmodi voces non illis potius conuenire & eos decere, quàm his, qui ſine freno, & incontinens in Chriſtum os habent; quiq; obloquuntur aduerſus gloriam ineffabilem, audaces, & præſumptores, ſicut ſcriptum eſt: Lamentatione quippe & gemitu digni pro veritate, qui ex multa nimis ſubſannatione, inderogabilem pietatis Chriſti relinquentes viā, curſus ſibi faciunt monſtroſos, & corruptibilibus ſenſuum adinuentionibus pulchritudinem veritatis adulterantur. Ergo audiant hi, qui ſapere elegerunt, quæ omnibus reſpondenda ſunt: Erratis neſcientes Scripturas, atque venerandum & magnum inhumanationis Sacramentum: Scripturæ nanque diuinitus inſpiratæ, Deum nobis inhumanatum prædicāt Emmanuel, participatumque carne & ſanguine proximè nobis, Dei & Patris affirmant Verbum, hoc eſt, hominem factum; non per conuerſionem ſeu mutationem, ſed virtute ineffabili vnitatis. Ideoque & Vnum dicimus Ieſum Chriſtum Dominum, vnamque fidem, & vnum ſanctum Baptiſma.

Hiere. 9. Hæretici deplorandi vt qui maximè.

Matth. 22. Longè aliter Scripturæ ſentiūt & loquuntur, de Verbi incarnatione, quā Theodoretus, cæteriqua hæretici.

Qui autem à dogmatibus ſi rectis recedūt, & contra ſacras literas durum atque ſuperbū obiiciunt ſenſum, hoc ſolum, quod ipſi bene habere arbitrantur, inſpiciunt. Hominem verò adſumptum à Deo Verbo dicunt, ſm illud puto, quod per vnum ſanctorum dictum eſt Prophetarum: Non eram Propheta, neque filius Prophetæ; ſed paſtor eram fricans Sycomoros, & adſumpſit me ex ouibus. Et ſicut ait beatus Dauid: Suſcipiens manſuetos Dn̄s: Per habitum nempe & familiaritatem ſpiritualē, tanquam in voluntate, & gratia, & ſanctificatione, ſicut & nos ipſi adhærentes Dn̄o, vnus Spiritus ſumus, ſecundùm quod ſcriptum eſt.

Amos. 7.

Pſal. 146. Aſſumare ad familiaritatem, vel ad vſum aliquē externū, non eſt incarnari.

1. Cor. 6.

Sed

Sed non eſt hoc humanari Deum, ſed neque proximè nobis ſanguine & carne participari, ſed magis proprium facere hominem; & non ſecundùm alium modum, quàm qui dici poterit, per Prophetas, & Apoſtolos, & alios Sanctos omnes.

2. Cor. 8. Putáſne ſanctus Paulus ſeducebat ſanctificatos per fidem apertiſſimè dicens de Vnigenito: Quia cùm eſſet diues, pauper eſt factus propter nos? Abſit. Verè nanque dicit omnino veritatis præco, quis ſit diues, & quomodo pauper factus eſt. Etiam nunc ſermo hic à nobis examinetur, ſi quidem, ſicut & ſapere & dicere ipſi præſumunt, homo aſſumptus à Deo eſt, quomodo pauper eſt factus, qui aſſumptus eſt, & vltra naturam dignitatibus declaratus? Glorificatus enim eſt; aut ſi non eſt hinc verum, derogabitur ab eis adſumptioni, tanquam deportanti ad minorem partem & inhoneſtiorem menſuram humanitatis. Sed ita ſapere diſſonum eſt: Ergo non eſt pauper factus, quia aſſumptus eſt. Reſtat igitur dicere, quia factus eſt in paupertate noſtra, qui diues eſt tanquam Deus.

Homo aſſumpt⁹ nõ eſt factus egenus, ſed Verbũ ſõne natura aſſumpta.

Proinde quomodo pauper eſt factus, agè nunc, agè conſideremus, vt neceſſarium eſt. Inconuertibilis etenim per naturam, conſidẽter dico, non tranſijt in naturam carnis, propriam deſerens: Manſit enim quod fuit, hoc eſt, Deus. Vbi itaque videbimus paupertatis abiectionem? Putas in eo, quòd aliquem ſecundùm nos aſſumpſit, ſicut dicere præſumpſerunt impietatis Neſtorij paraſiti? Et qui ſiet paupertatis eius & euacuationis modus? tanquam in hoc ſolo, quòd voluit fortè honorare aliquem ſecundùm nos hominem; Læditur etenim nullo modo bene operatus omnium Deus. Quomodo ergo pauper eſt factus? Quia cùm Deus natura ſit & Filius Dei Patris, factus eſt homo, & ex ſemine Dauid natus eſt ſecundùm carnem, & ſeruilem menſuram ſubijt, hoc eſt, humanitatem, qui in forma Dei & Patris, per quem omnia, & in quo omnia, & omnium creator; homo autem factus, humanitatis menſuram non erubeſcit: Qui enim hoc ipſum fieri ſecundùm nos non aſpernatus eſt, quomodo reſpueret ea, per quæ liceret eum videre factum verè propter nos ſecundùm nos? Si ergo ab humanis eum remouerimus & rebus & verbis, nullo modo diſcernemur ab eis, qui dicunt, quaſi id non poſſibile fuerit vnum, nec non ab eis, qui carne exuunt eum, & Scripturæ diuinæ non credunt, deſtruuntq; in omnibus humanationis Sacramentum, mundi ſalutem, fidem, reſurrectionem.

Paupertas Chriſti vñ æſtimanda ſit.

Quis eſt ſecũ mod⁹ paupertatis incarnati Verbi.

Sed forſan dicit quiſpiam, parum eſſe Deo Verbo, & indignum in totum, flere, metuere mortem, calicem refutare, Pontificem eſſe. Vtique ſic dixerim & ego ipſe, quia diuinæ excellentiq; naturæ & gloriæ hæc parua ſunt, ſed in ipſis contemplabimur paupertatem, quam propter nos ſponte perpeſſus eſt. Quando ergo tibi viſum fuerit oneroſum, potiùs admirare circa nos Filij charitatem. Qđ enim tu parum eſſe dixiſti, hoc promptiſſimè fecit propter te: Fleuit humanè, vt tuam conſtringeret lachrymam. Formidauit diſpenſatiuè, permiſit carnem pati interdum, quæ propria ſunt, vt nos præparatos oſtẽderet. Refutauit calicem, vt impietatem Iudæorum crux accuſaret. Infirmari dicitur ſecundùm humanitatem, vt tuam repararet infirmitatem. Preces offert ſupplicationis, vt & deprecationibus tuis acceſſibilem monſtret Patris aurem, & vt tu diſcas in tentationibus non dormitare, ſed ad orationem magis adſurgere. Vnde culpabat dormientes ſanctos Apoſtolos, & dicebat: Sic nõ potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. In informationem etenim tuam, quò ſanctæ conuerſationis typum ſeipſum ponens prodeſſet vniuerſis; humanitatis infirmitates proprias fecit. Ob quã cauſam? vt & ſecundùm veritatem homo factus crederetur, licet permanẽdo, quod fuit, hoc eſt, Deus.

Chriſti paſſio contra calamitates nos obarmat.

Cauſæ, cur Chriſt⁹ humana perpeſſus eſt, diuerſæ.

Sed neſcio quomodo, qui Chriſtũ ſe vnũ dicere fingunt, & Filium, & Dominum, eundem Deum & hominem, non ex Deo natum Verbum appellari dicunt Pontificem & Apoſtolum confeſſionis noſtræ, quando factum eſt homo; ſed velut alterum quendam ſingulariter hominem ex ſemine Dauid vocatum ad hoc affirmant; metuentes, vt æſtimo, ne à mala ſecta Neſtorij deficientes, recta ſapere captantur: Ait enim ſic ille: iſte fidelis Deo factus Pontifex: Factus eſt enim hic, non ſempiternè præfuit hic, qui paulatim ad Pontificis prouectus eſt, hæretice, dignitatẽ. Deinde, ſicut æſtimauit, cõfirmans in veritate ſuas voces, inutilis, dicẽs: De quo & Lucas clamabat in Euangelijs: Ieſus aũt proficiebat ętate, & ſapientia, & gratia. Et rurſus: Cùm ſit nobis hic ſolus Pontifex, cõpaſſibilis, ac cognatus, firmati in eo fide nolite deficere: Ipſe.n. nobis pro benedictione promiſſa ex ſemine Abrahã miſſus eſt, tanquã pro ſe, & genere ſuo, corporis ſacrificiũ oblaturus. Illius aũt odij optimus imitator magnus iſte Theodoretus, nõ erubeſcit, dicens: Humanã naturã adſumpſit, & hãc vltra cões ſtatuit Põtifices; ſicut & Paulus ait: Oĩs.n. Põtifex ex hominibus ſumptus pro hominibus ſtatuitur in his, q̃ ad Deũ ſunt. cõpati valens ignorantibus & errantibus: Nã & ipſe circundatur infirmitate, & propterea dẽt, ſicut pro populo, ita & pro ſe offerre pro peccatis. Putas non hominem nobis cõem, quãtum ad ſuũ placitũ explicauit Emmanuel? Nõ cognata ſenſu his q̃ nuper à nobis nominati ſunt, & eandẽ gñantia blaſphemiã? Dic mihi, metuis Põtificij modũ oĩum noſtrûm Saluatoris Chriſti? Incongruũ eſſe dicis, de Verbo humanè ſacrificiũ miniſtrare pp diſpẽſationẽ. Ergo aufer pſonã, nega diſpẽſationẽ factã incarnati Verbi, pp quã nominatus eſt & Põnfex.

Qui negāt ipſum met Verbũ Apoſtolũ & Põtificẽ factũ, ne ceſſariò duos Chriſtos conſtituunt. Hebr. 2.

Luc. 2.

Gen. 17.

Theodoretus ſententia cum Neſtorio conuenit. Hebr. 5.

Nunquid ſacrificantem vides tanquam alteri potiori Deo? Nunquid Patri bouem immolantem ſecúdùm illos, qui ex hominibus ſunt accepti; & compati poſſunt ignorantibus & errantibus, eò quòd & ipſi ſint in noſtris infirmitatibus? Non conſideraſti, quia ab omnibus fidem, ſiue fidei confeſſionem ſibimet exigit, & per omnia ſancto Patri? Dic mihi, putáſne mos eſt humani ſacrificij fidem petere eos, qui in odorem ſuauitatis offerunt in Spiritu?

Contemplare etiam aliter exiſtentem Deū, licet dicatur humanè Sacerdotium perhibere propter diſpenſationem: Adſidet enim Deo Patri, & in ſublimibus ſedibus decoratus apparet. Cōturbat te humanitas, quod eſt Deo decibile à terroribus non abſoluit? Non pateris ipſis videre rebus Deum ſimul & hominem exiſtentem Emmanuel, ſed ſic impudenter & durè, vltra omnem impietatem currēs, conſummatum dicis ſecundùm virtutem in laboribus, & profeciſſe paulatim ad Pontificis dignitatem. Si profecit, vbi exinanitus eſt, & pauper factus? Si conſummatus eſt per virtutem, ex imperfecto vtique & in tempore factus eſt integer. Omne verò, quod imperfectū eſt ad virtutē, ſub vitio eſt; & quod ſub vitio, ſub peccato. Quomodo ergo ſcriptum eſt de eo, qui peccatum non fecit? Præſumpſiſti etiā dicere, quæ ſubiecta ſunt: Quis igitur Sacerdotio functus eſt? Quis laboribus virtutis conſummatus, & non naturaliter perfectus exiſtens? Quis experimento diſcens obedientiā, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reuerentia viuens, & cum clamore valido & lachrymis ſupplicationes offerens, & ſaluum facere non valens ſemetipſum, ſed Deum, qui poterat ſaluum facere, rogans? O audax vox atque ſceleſta. Quæ ſufficient lachrymæ ad diluendum peccatum talia ſapere proponentium? Si ſuſcipis vnionem, quomodo ignoraſti, quia tibi ſermo fuit de Deo homine facto? Humiliauit ſe propter te, & tu impudenter exclamas: Propitius eſto tibi Domine. Non erit tibi hoc. Ergo audies dicentem: Vade poſt me Satana; ſcandalum es mihi.

Si Theodoreto fides Verbum homo factum, paulatim profecit, vel, vt ipſe loqui mauult, homo à Verbo aſſumptus.

Theodoretus ſua ratione Chriſtum obnoxium reddit peccato & vitio.

Hebr. 5.

Indigniſſima Chriſti tribuit Theodoretus.

Sed enim in fine verborum ſuorum ait: Ergo qui ex ſemine Dauid, eſt Pontifex, habēs vtique in ſemetipſo ex Deo Verbum vnitum, inſeparabiliterq; connexum. Quomodo ergo vnitum dicis, & qui ex ſemine Dauid eſt, Dei Verbum, ſi ſoli, qui ex ſemine Dauid, Pontificatum attribuis? Palàm itaque eſt, quia fingūt quidem ſe confiteri vnitatem ſimplicium, vota ſurripientes, copulationem verò ſapiunt, quæ eſt extrinſecus, & per habitum, quem & nos habuimus, participes Diuinæ eius effecti naturæ per Spiritum: Si enim vera eſt vnitas, non duo omnino ſunt, ſed vnus, & ſolus ex ambobus intelligitur Chriſtus. Reſpicienda itaque ſunt non illorum multiloquia, ſed recta & immaculata fides, & Euangelicæ atque Apoſtolicæ ſanctiones: Deus eſt in carne & in ſanguine, humanitatiſq; menſuram per ea, quæ ſunt humana, cognoſcimus: Millia millium enim Angelorum ſanctorum miniſtrāt ei, & ſacram eius ſedem circunſtant Seraphin. Quia verò factus eſt homo, appellatus quoq; ſummus Sacerdos, non tanquam maiori Deo offerens ſacrificium, ſed ſibimet & Patri, fidei noſtræ negotiatus confeſſionem. Confunderis audiens, quia Sacerdos eſt appellatus propter humanitatem? Verùm, dic mihi, quæſo quomodo non ſtupes, quomodo non admiratus es, quia non ſecundùm Sacerdotum ſolennitatem alteri celebrat immolationis modum, ſed magis ſibi, ſicut dixi, & Patri? Quando dicis, non eſſe dignum Deo, vt ſacrificet; ſimul & ego dico: Sed ſi ſolum eſſet, & citra carnem Verbum, diceres rectè; quia verò factum eſt homo, intuere & immolantem propter humanitatem, & in dignitatibus, quæ vltra creaturam ſunt, ſicut Deum: Adſidet enim Deo & Patri. Intuere igitur eum immolantē quidem ſecundùm humanitatem, adſidētem verò ſicut Deum: Quid enim ait beatus Paulus? Talem habemus Pontificem, qui ſedet in dextera ſedis Maieſtatis in excelſis. Scientes igitur, quia cùm Deus eſſet, factus eſt homo (eſt autem vnus atque idem Filius) ipſi omnia tribuimus, tanquam vni; & diſpenſationis non ignoramus modos, ſenſuum virtutem artificioſè atque prudenter ad eius ſemper conuertentes obedientiam.

Theodoretus illi ſoli Pōtificatū, concedit, q natus eſt ex ſemine Dauid. Quo fit, vt neceſſariò diuidat, quicquid tandem de volùtate prę dicet.

Dan. 7.

Sacrificare alteri non conuenit Deo ſecundum ſe, cōuenit autē hos ſolum illi ſecúdū carnem.

Heb. 8.

D. CYRILLI ALEXANDRINI *Archiepiſcopi Anathematiſmus vndecimus.*

Si quis non confitetur Domini carnem, &c.

Theodoreti reprehenſio.

PROPRIAM factam Dominicam carnē Verbi per vnitatem confiteri bonum eſt; intelligentes tamen eam ex nobis aſſumptam. Superfluum autem eſt inferre, & non alterius cuiuſpiam præter eum; niſi fortè excepit eam ex nobis aſſumptam: Dum enim ſæpe dicit propriam, excipiētis eſt Dominicam carnem noſtræ eſſe naturæ. Et vbi gloriatio noſtra eſt, pquam dicit Paulus, conſuſcitauit & conſedere fecit nos? Cuius enim hominum caro alterius eſt, quàm vniuſcuiuſque? Nonne vnuſquiſq; noſtrum communem quidem habet carnem, cum vnoquoque conſubſtantialem ratione; & propriam, eò quòd quæ eſt vniuſcuiuſque, non ſit alterius, niſi ſolius, cui eſt caro? Quid ergo ſibi vult, cùm dicit propriam, tanquam aliud quid dicens? Sic enim intelligit Dominicam carnem ex noſtra aſſumptam; & intelligit, quia vniuſcuiuſque caro illius eſt propria, cuius eſt caro, & non alterius, velut extranei dicit propriam eam eſſe. At certum eſt, quia obſcurè dicit eā ex noſtra aſſumptam non eſſe natura, ſicut clarius dicit in primo ſuo Tomo; Et infans, inquit,

Impugnat ineptè & calumnioſè id, qđ ſubinde aſſerit Cyrillus, Nempe carnem Chriſti propriā illius eſſe, nō alteri°.

Epheſ. 2.

quit, erat non ſm nos, hoc eſt, non in pura & ſola apud nns ſimilitudine, ſed in humanitate quidem propter carnem; Diuinus autem tanquam vltra nos, & de cęln. Et iterum in ſecundo Tomn ſic ait: Corpus enim eius non erat alterius alicuius, qui ſm nos eſt; ſed proprium magis ipſius exiſtentis ex Patre Verbi, quod natū ex eo eſt. Quis autem aliqn̄ dixit; quia alterius alicuius à ſeculo hominū facta eſt caro Dominica, veluti Abel, aut Noe, aut Eliæ, aut cuiuſlibet alterius à ſęculn hominū?

Ecquis nō animaduertat, hæc aliud nihil eſſe, quàm meram cauillationē.

Non ſolùm autem de Dominica carne definimus, quia facta non eſt cuiuſlibet alterius à ſeculo hominū; ſed ipſius Dn̄i propria & ſola, quæ inconfuſè inſeparabiliter vnita eſt Deo Verbo; ſed neque vniuſcuiuſque noſtrū carn facta eſt aliquādo, ſicut diximus, alterius alicnius, niſi illius, cuius eſt carn. Hnc itaque nmnibus Eccleſijs cōfitentibns, qnid ſibi vult, ꝙ ſæpe prnpriam eam dicit, niſi fortè excepit eam à noſtra natura? Qunmodo antem etiam interdicit, ne dici oporteat, connexam eſſe ei ſm diguitatem & auctoritatē, cùm ipſe dicat in primo Tnmn: Sic enim & nos illius paupertate ditati ſumus, eleuata in eo humana natura in dignitatem Deo conuenientē? Sed nos dicimus, ei, ꝙ aduerſetur etiam ſibi: Si igitur naturæ inconfuſæ manent, manet autē & vnitas, dicimus verò ea, quæ adorationis, & virtutis, & dignitatis, & auctnritatis ſunt, tanquam vni Filio offerri digna, manentibus naturis in vnitate incōfuſis. Si quid reſtat aliud, quod ſubtiliorem figuret vnitatem, & credimus & conſentimus, extra cōfuſionem videlicet naturarum. Sed certum eſt, quia ei nihil ſufficit ad ſummitatem vnitatis, naturas non confundenti. Sed nos naturas quidem exiſtētes inconfuſas ſeruamus, vnitatemq; ſummā & Diuinam & nobis incnmprehenſibilē cōfitemur; omnia ad glnrificatinnem, tanquam Deo & vni Filio offerentes, & dicētes ei beati Petri voce: Tu es Chriſtus, Filius Dei viui.

Conſenſus Eccleſiarū de vniuſcuiuſque carne.

Redarguit Cyrillum Theodoretus contradictionis, ſed ineptè & falsò.

Obſcurè hæc expoſita, vel certè tradita.

Matth. 16.

Cyrilli aduersùs Theodoretum refutatio.

Exacuebantur aliqnādo ad iracundias ſceleſtas infęlices Iudæi, inuidiæ iaculis mente percuſſi. Quia verò ſuper hæc etiā prnfanas inferebant manus, omnium noſtrum Saluatori Chriſto, talium præſumptionum cauſas volebat edicere: Multa, inquiens; bona opera oſtendi vobis Patris mei, propter quod horum npus me lapidatis? At illi ad tantam inconſiderationem, & fatuitatem cogitationum venerunt, vt etiam criminibus blaſphemiæ eum molirētur obſtringere: Dicebant enim: De bono npere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, & quia tu homo cùm ſis, facis teipsū Deum. Dixit autem ad eos Saluator: Nōnne ſcriptum eſt in lege veſtra: Egn dixi, Dij eſtis? Si illos dixit Deos, ad quns Verbum Dei factum eſt, & non poteſt ſolui Scriptura, quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis quòd blaſphemem, quia dixi, Filius Dei ſum?

Ioan. 10. Chriſtus Iudæis viſus eſt blaſphemare, propterea, ꝙ ſe Deū appellaret.

Ioan. 10.

Dij ſūt, ad quos ſermo Dei fit. Pſal. 81.

Nos verò diligenter perſcrutātes modum Apoſtolatus, de quo hic dicitur in ſacris Scripturis, in hoc ſcientiam lucriſacimus. Dicit igitur ipſe per vocem Eſaiæ: Spiritus Dn̄i ſuper me, propter quod vnxit me, ad Euangelizandum pauperibus miſit me, ad prædicandum captiuis remiſſionem, & cæcis viſum: Miſſum verò dicimus Chriſtum à Deo & Patre, factum hominem: Valdè enim cōgruunt humanitatis menſuris Apoſtnlatus nomen & res. Miſſum itaque eſt, ſicuti dixi, non nudū, & abſque carne Verbum, quod eſt ex Den Patre; ſed magis natiuitatem ſm carnē ferens, vel corpus ex ſancta Virgine aſſumptū ineffabiliter & inconfuſè ſibi vniens, ſicut ſæpiſſime diximus, apparuit nobis Deus Dominus ſecundùm Scripturas.

Eſa. 61. Luc. 4.

Modus Apoſtolatus Chriſti cuiuſmodi.

Proprium igitur corpus dicimus factum eſſe Verbi, & non hominis alicuius ſeorſum & ſeparatè, tanquam alius, præter illū, Chriſtus & Filius intelligatur. Quemadmodū autem vniuscuiuſq; noſtrū propriū dicitur corpus ſeorſum eius; ita & in vno Chriſto eſt intelligendū: Nam quamuis ſit nnſtris corporibus cognatum, hoc eſt, cōſubſtantiale; natum enim ex muliere eſt; proprinm eius, vt dixi, intelligitur & dicitur. Quia autem vita ſm naturam eſt Verbum, quod ex Deo Patre eſt, viuificatricem declarauit ſuam carnem. Et hac ratione facta eſt nobis benedictio viuificatrix. Proinde & Chriſtus dicebat: Amen amen dico vobis, ego ſum panis viuus, qui de cœln deſcendi, & vitam dedi mundo. Et rurſus: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita. Et iterum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinē, in me manet, & ego in eo. Vides igitur, quomodo vbiq; ſuum corpus è muliere aſſumptum nominat, prnpter ſummam vnitatem, & hanc myſterij habet rationem, ꝙ dictionem prnpriam in expoſitione poſuimus. Neſtorius verò; Audite, inquit, attēdentes verba: Qui manducat meā carnem; memores eſtote, ꝙ de carne eſt ſermo, & ꝙ nnn à me adiectum eſt carnis nomē, nè videar ſiniſtrè interpretari: Qui mādùcat meā carnē, & bibit meū ſanguinē, in me manet, & ego in eo; non dicit: Qui manducat meam Diuinitatē, & bibit meam Diuinitatē. Qui manducat meam carnē, inquit, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.

Qua ſenſu corpus aſſumptū ſit, & dicatur Verbi proprium.

Corpus Chriſti noſtris corporibus cognatū eſt, & cōſubſtantiale.

Ioan. 6.

Ibidem. Chriſti caro viuifica.

Verba Neſtorij, & ſententia de illis verbis: Qui mādùcat meam carnē, &c.

Memores eſtote, quòd de carne ſit dictū. Sed fortè malè interpretor. Audiamus igitur ex ſequentibus: Sicut miſit me viuens Pater. Dicit hæreticus, hic Diuinitatem dicit: Miſit me Deum Verbum viuens Pater, ſecūdùm illos, & ego Deus Verbum viuo prnpter Patrē. Deinde poſt hoc: Et qui manducat me, & ille viuet. Quid manducamus? Diuinitatémne vel carnem? Igitur iam ſatis diu hæſimus in ſermnne, quem abſurdè negligēterq; nugatus eſt. Quid igitur vult intelligere? Non Deum

Neſtorius abſurdè nugatur.

Verbum

Verbum miſſum eſſe dicens, incarnatum, & hominem factum. Ponens autem iterũ ſeorſim & particulariter, vt ipſe dicit, quòd videtur non poſſum dicere, imò & manifeſtum iam cauillum eſt: Nam vnionis modum deſtruit, vt cõmune inueniatur corpus Chriſti, non iam propriũ Verbi omnia viuificare valentis. Indubitanter omnia humana parua ſunt Deo Verbo. Quia autẽ dignatus eſt propter nos mundo ſalutarem exinanitionẽ ſuſtinere, etiamſi miſſus eſſe dicatur, vt prædicet captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, glorificatur magis, vtpotè humilitatem diſpenſationis in carne paſſus.

Humana oia Deo parua. Eſa. 61.

Et nullus (opinor) rectè ſapientũ reprehenderit, quòd humiliarit ſe propter nos ad hæc noſtra. Num igitur aſſeris eſſe aliũ quendam Filium, & Chriſtum, præter Verbum ex Deo, quod apparuit, cui & ſoli attribuatur Apoſtolatus negotiũ? Num hominis comeſtionem noſtrũ hoc Sacramentũ pronuntias, & irreligiosè ad craſſas cogitationes vrges eorũ, qui crediderunt, mentẽ; & attentas humanis cogitationibus tractare, quæ ſola, pura & inexquiſita fide accipiuntur? Quoniam enim minimè editur Diuinitatis natura, ꝓpter hoc commune dixerit quis ſanctum corpus Dñi? Scire autẽ operæpretium eſt, ꝙ ſicut ſuprà diximus, proprium eſt corpus eius Verbi, quod omnia viuificat: Quoniam antẽ eſt corpus vitæ, viuificũ eſt: Nã per hoc mortalibus noſtris corporibus largitur vitã, & mortis imperium euacuat: Viuificat autem nos æquali modo & Sãctus ſpiritus Chriſti: Spiritus enim eſt, qui viuificat, ſecundùm eiuſdẽ Saluatoris vocem.

Res fidei ad humanę rationis amuſſim, nõ ſunt exigenda.

Ioan. 6.

Nec moror, vt ne videar ego ſolus propriũ appellare corpus Verbi, etiam ſanctorũ Patrũ adferre ſententias, vt ſciant aduerſarij, ꝙ non fruſtra inclamant, qui vbique illorũ voces ſequimur: Dicit ergo celeberrimus Pater noſter & Epiſcopus Athanaſius in ſermone de S. Trinitate: Et monſtrabatur, ꝙ non apparẽter, ſed verè habuerit corpus: Decebat autem Chriſtum induentem humanã carnem, hanc cum proprijs paſſionibus eius indui totã; vt ſicut proprium eius dicimus eſſe corpus, ita & ipſas paſſiones corporis propriæ ſolũ eius dicantur, quamuis nõ contingerent ſm Diuinitatem eius. Et iterum: Hæc neceſſariò antea examinauerimus, vt ſi videamus ipſũ quaſi per inſtrumentũ ſui corporis, Diuino modo operantem vel dicentem, cognoſcamus, ꝙ Deus exiſtens omnia operetur. Et hæc beatus Pater noſter Athanaſius.

Athanaſij de proprietate corporis Chriſti ſententia.

Veruntamen quamuis proprium dicatur Verbi corpus; eſt tamen ex muliere, & noſtris cognatum, ſecundùm quod caro intelligitur. Iam & beatus Paulus inquit: Primus homo ex terra terrenus, ſecundus è cœlo, ipſe autem eſt Chriſtus: Nullus aſcendit in cœlũ, inquit, niſi qui de cœlo deſcẽdit, Filius hominis. Porrò dicimus, quòd non ex cœlo corpus vnitum ſibi deferens Verbum hæc dicat; verũ quum deſurſum exiſtens ipſum & ex cœlo, corpus hoc ſibi proprium fecit, & vnitum tam mirè, vt nec edici, nec intelligi valeat, abſque cõuerſione & confuſione. Ideoque & de cœlo dicit ſe veniſſe, quando factus eſt Filius hominis. Proinde rectè & inculpatè habet ſermo noſter. Quam igitur negãdi occaſionem obtrectare nobis volẽtes habebunt, ſi quorundam blaſphemijs Anathematiſmus repugnãs, mẽdacio veritatem opponat? Opinor autem me neutiquam à recta via excidiſſe, quòd Chriſtum dixi vltrà nos: Nam licet Verbum Dei factum ſit homo; eſt tamen etiam ſic non ſolùm vltra nos homines ſolùm, ſed etiã ſuper omnem creaturam: Non enim ſolus homo intelligitur ſicut nos; ſed idem ipſe Deus deſurſum, & de cœlo.

1. Cor. 15.

Ioan. 3. Qua ratione Chriſt⁹ cœlo deſcẽdiſſe dicat.

Chriſtus etiam ſecundum naturam aſſumptam eſt ſuper omnẽ creaturã.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiſcopi Anathematiſmus duodecimus.

Si quis non confitetur Verbum Dei, &c.

Theodoreti reprehenſio.

ITERVM hic commonefacimus ſermonẽ eius in libro primo, vbi omnino impaſſibilem Diuinam naturam dicit eſſe his verbis: Vnus igitur omnium digniſſimus, propriam pro nobis poſuit animam; & permiſit diſpẽſatiuè, carnem ſuam breui tempore à morte comprimi, & euacuans mortem, vt vita non valens pati, quòd præter naturam ſuam eſt; nunc ſecundùm ſe patitur propter carnẽ, ſed non paſſus Deus Verbum carni vnitum; ſed caro coniuncta Deo verbo, & ſecundùm ſuam indulgentiã propria ſuſtinuit: Non enim vel paſſio, vel mors factæ fuiſſent, niſi ipſe permiſiſſet: Nam ſi anima præſente non fit mors; quomodo Deo præſente; nec ſolùm præſente ſimpliciter, ſed etiam cõiuncto, ſecundùm ſummam quandam, & ipſi ſoli comprehenſibilem vnionem, turbaret eius templum; ipſo non admittente, vel paſſio, vel mors? Atqui non Deitas carni vnita paſſa fuit; ſed caro, ipſa permittente, propria ſuſtinuit.

Chrs corp⁹ ſuũ viuum & vegetũ conſeruare potuiſſet, ſi voluiſſet. Verbũ autẽ humano modo ipſũ ſoli non eſt præſens.

Cæterùm quòd malignè ei additũ ſit hoc, paſſum eſt carne ad ſeductionẽ ſimpliciorũ; inde manifeſtum erit: Nõ enim ſeruauit impaſſibilem Diuinam naturam, dicens: Paſſum eſt carne, nihilominùs paſſibilẽ dici, quamuis cum carne pateretur. Erit & Pater paſſibilis conſubſtantialis exiſtens Filio? Neceſſariò enim omnia Genitori accidunt, quæ ſoboli accidunt: Num confitebimur eum quidem paſſum eſſe, vtpotè aptum ad paſſionem, Patrem verò non eſſe aptum ad paſſionẽ? Verùm ſic dicentes, conſentiemus hæreticis dicentibus Deitatem vnigeniti paſſibilẽ, Patris verò Deitatem nõ eſſe paſſionis ſuſceptiuam; vnde illam alterius ſubſtantiæ eſſe dicunt. Si autem dixerint præter naturam ipſum paſſum eſſe,

Imò verò ꝗ recte dicta & ſcripta maligné cauillatus.

dico-

dicemus: Et quæ paſſio Diuina natura eſt fortior, ita vt naturam impaſſibilem paſſioni præter naturam ſubijciat?

Sed dicunt: Eius voluntas hæc eſt. Verùm dicimus: Voluntas eius impaſſibilis eſt; quęramus autem paſſionem, quæ impaſſibilem naturam in ſuam paſſibilitatē transferat. Aliòq; & Diuina voluntas illa vult, quæ ſe decent: Et quid, inquit, honeſtius, quàm ſeruare hominum genus? Quo pacto autem ſeruaret humanum genus, quæ diuinam & impaſſibilem naturam in paſſionem attrahit? Omnino enim fortior tranſtulit ad ſuam paſſibilitatem, id, quod erat impaſſibile. Et quæ vtilitas paſſibili, ſi & impaſſibile paſſibile fiat? Salus aūt paſſibilis naturæ eſt, non ſocietas impaſſibilis in paſſione. Hoc igitur magis erit augmentū mali, non ablatio: Alterum enim à ſimili non aufertur, ſed augetur. Quæ igitur ſalus paſſibilis eſt naturæ, vt diximus, non eius? quod impaſſibile eſt, ad ipsā ſocietas in paſſione; ſed trāſlatio eius ad id, quod eſt impaſſibile; quod & fecit Dominus Chriſtus, non ipſe ſecundùm Diuinitatem ad paſſionē coactus; ſed qui omnem humanitatem, per ſuam ſanctam carnē in ſublime euexit, & humi iacentem in cœlos traxit, & pridem omni libertate deſtitutam, adoptione Filiorum dignatus eſt. Quis autem debebat mortem, quę eſt ex inobedientia? Omnino, humana natura, non Diuina. Quomodo igitur conſentaneum erat, illam perſoluere mortem?

Totus hic diſcurſus falſo nitit principio: Ponit enim Cyrillū docuiſſe Verbi naturā ſecundum ſe patibilē eſſe, q non quam ſomniauit.

CYRILLI ADVERSVS *Theodoretum refutatio.*

Magna veritatis vis.

ADMIRANDA profectò veritatis potentia eſt, id quod experientia teſtatur: Nō enim mihi multo ſermone ad defenſionē opus eſt, ad perſuadendum deceptis & opinantibus, q paſſibilem eſſe dicamus Verbi naturam, deiectis in hoc ſemel aduerſarijs, palamq; confitentibus, nos ab illis criminibus eſſe alienos. Qm̄ aūt vt induſtriæ ſuæ acrimoniā oſtentēt, auſteris cogitationum adinuentionibus vſi, impudenter argumentum inuictū, ſicut ipſis videtur adducunt, miraq; grauitate aſſerunt, impaſſibile ſm ſuam naturā eſſe Dei Verbū, audiant à nobis, q fruſtra pugillant, aeremq; verberant, nemine in hoc eis ſe opponēte, vel diuerſa cogitante. Quid igitur fruſtra ſudant, & in ſuperuacaneis morantur? Quis tam attonitus, vt eminentiſſimam omnium ſubſtantiā paſſibilem, & eam, quæ vltra omne genitū & incorporea; infirmitatibus paſſionum concuti dicere audeat? Porrò Sacramenti ratio habet, Filium ex Deo Patre ſecūdùm naturam Vnigenitum, hominem factum diſpēſatiuè. Quia autem dicimus proprium eſſe ſanctū corpus, ex beata Virgine eſt aſſumptum, eam ob cauſam iuſtiſſimam, carnis paſſiones eius eſſe dicimus ſecundùm diſpenſatiuam appropriationem, ſeruata vbique natura eius impaſſibili: Deus enim eſt ex Deo.

Fatet Theodoretus Cyrillū ab omnium ſententia alienū eſſe, qui dicunt Diuinam naturam patibilem eſſe.

Quando igitur carne dicitur pati, non ipſe in propria natura intelligitur pati: Ipſius .n. factum eſt vnitum ſibi corpus, ſicut dudū dixi. Quapropter & Diuinus Paulus ipſum dicit eſſe factum primogenitum ex mortuis, ipſum, inquam, per quem omnia, & in quo omnia fecit Pater. Scribit aūt ſic: Gratias agentes Patri, qui nos idoneos fecit ad partem ſortis Sanctorum in lumine, qui liberauit nos ex poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ; in quo habemus remiſſionem peccatorum: Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: Quia in ipſo creata ſunt omnia, cùm quæ in cęlis, tum quæ ſuper terram, viſibilia & inuiſibilia, ſiue Sedes, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates. Omnia per ipſum, & in ipſo cōdita ſunt; & ipſe eſt ante omnia, & omnia in ipſo conſiſtunt; & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatum habens; quia in ipſo complacitum eſt, omnem plenitudinem inhabitare, & per ipſum conciliare omnia, pacificatis per ſanguinem crucis eius tam his, quæ ſuper terram, quàm his, quæ in cœlis ſunt. Conſidera, obſecro, quomodo per ipſum omnia dicat eſſe facta, viſibilia & inuiſibilia, Sedesq; & Poteſtates, ipſum datum Eccleſiæ caput, & Primogenitum ex mortuis factum eſſe affirmat, reſtitutaque omnia per ipſum in ipſum, & pacificata per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ ſuper terram, ſiue quæ in cœlis.

Cùm Verbū pati dr, nō ſui, ſed aſſumptæ carnis rōne pati dicit.

Coloſ. 1.

Elegās Apoſtoli locus, oſtendēs ipſum et Verbū eſſe, in quod oīa illa conueniunt, quæ de Chriſto homine dicuntur.

Igitur poſthæc dubitaret quiſquam & fruſtra formidaret, ne paſſibilem Filij naturam Sacramenti ſermo declaret, quando dicitur carne pati? Propriæ enim fiunt, vt dixi, proprij corporis paſſiones. Hoc ſentire viſus eſt & ſanctus Petrus, dicens: Chriſto igitur paſſo pro nobis in carne: Aliud enim eſt dicere, pati in carne, & aliud ſimpliciter dicere pati, Diuinitatis naturam: Quia enim idem Deus ſimul eſt ac homo, impaſſibilis quidem, quantum ad Diuinitatis pertinet naturam, paſſibilis verò ſecundùm humanitatem. Quid hîc abſurdi, ſi dicatur pati in eo, quod pati poteſt, qui manſit impaſſibilis in eo, quod pati non poteſt? Quòd autē in tali fide ſanctorum quoque Patrum perſeuerauit chorus, ex his cognoſcemus, quæ ipſi ſcripſerunt: Mandati .n. Seruatoris, quod & ſeruârunt, memores fuerunt, dicentes: Gratis accepiſtis, gratis date.

1. Pet 4.

Aliud eſt dicere Verbū pati ſecundum carnē, & ſecundū Diuinitatis naturā.

Matt. 16.

Patrum ſententiæ, quæ hîc ſubijciebantur, Tomo ſecundo operis huius, citatæ extant, inde petantur.

TOMI QVINTI MAGNI CONCILII EPHESINI FINIS.

ACTO.

ACTORVM SYNODI EPHESINÆ.

Tomus Sextus.

Complectitur hic Tomus orationes & exegeſes, in Concilio Epheſino, vel certè eiuſdem Concilij occaſione habitas: Omnes nanque de ea controuerſia ex inſtituto tractant & diſputant, de qua præcipuè, & quaſi ex deſtinato, Epheſi fuit tractatum & diſputatum.

Tomi Sexti Caput I.

BEATI CYRILLI ECCLESIAE Alexandrinæ Antiſtitis, de Verbi incarnatione, oratio.

ARGVMENTVM.

REFVTAT hic inſanum Neſtorij de Chriſti incarnatione commentum; oſtendens aliud eſſe Dei Verbum reipſa incarnatum eſſe, aliud hominem ex Virgine natum tāta familiaritate & neceſſitudine ſibi coniunxiſſe, vt ſuas quoque proprietates in illum [illegible]. Docet hinc, quæ de Chriſto dicuntur, ſiue ea humana fuerint, ſiue Diuina, omnia in vnam eandemq; perſonam conuenire; puta in vnigenitum Dei Patris Filium; non [illegible] & imaginario, ſed verè propriéq; incarnatum. Subiungit his aliquot eiuſdem argumenti interrogationes & reſponſiones. Vtriſque tandem peculiare de Dei incarnatione Symbolum, aduerſùm Paulum Samoſatenum quondam editum adijcit.

Ornamentum Sāctorū Scripturæ cognitio.

GERMANVS Diuinæ Scripturæ ſenſos Sanctorum mentibus inſidens, illorum animos mirè exornat: Eiuſmodi enim Spiritusſanctus inexhauſtum illud ſcientiæ & ſapientiæ in Chriſti pelagus (per quæ vniuerſorum Dominus glorificatur) inducere ſolet. Theſauros proinde abſcōditos & inaſpectabiles, vt eſt in ſacris, tibi recludam. Theſauros autē appello oculos, qui rectam ſcientiam limpidè inoffenſéq; perſpiciunt: Neq;.n. Deus imperfecta, aut humanæ naturę limitibus circūſcripta munera ijs, qui illum diligunt, impertit; ſed, quemadmodum ipſe perfectus, noſtrorumq; omnium Deus ac Dominus eſt; ita perfectam quoq; bonorum ſuorum copiam illis, qui non indignè vitam agunt, dilargiri ſolet: Nam qui puro omniq; ſimulatione vacuo animo illi ſeruiunt, eos ſingulari amore & beneuolentia complectitur. Omnes itaque, qui rectè ſapere inſtituerunt, ad Chriſtum perennē illum bonitatis fontem, accedant; illumq; per Euangelium clamantem, audiant: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat*. Indecorum eſt autem priùs nos magnum illud pietatis myſterium velle inueſtigare, vel explicare, quàm rectè illud cognouerimus, accurateq; perſpexerimus.

Spiritusſanctus pijs ad Scripturarum notitiam ducatū præbet.

Deus perfectus, perfectam bonorum copiā nō indignis dilargitur.

Ioan 7.

Fida Diuini myſterij explicatio, ponit accuratam ei ſidē notitiā.

Sunt ergo, qui in auditorum animos furtim ac per fraudem irrepentes, eoſdemq; aucupari enixè elaborantes, Deum incarnatum eſſe, aliud nihil eſſe aſſerunt, quàm Dei Verbū hominē illum, qui ex ſacra Virgine prodijt, ſuſcepiſſe, ſuſceptumque ad Deitatis honorē euexiſſe. Sed hi magnum illud pietatis myſterium non intelligunt, diſpenſationisque cum carne beneficium in contemptum adducunt: Nos autem illa edocti nō ſumus: Illū namq;, qui ex ſancta Virgine ortus eſt, vnum eundemq; cum Deo Verbo eſſe agnoſcimus, perfectum Deum; & perfectum hominem, ex anima rationis compote, & corpore conſtatū. Hac etiam de cauſa Virginem, quæ illum edidit, Deiparam appellamus; Verbumq; non opinione, aut externo tantùm ſchemate, ſed re ipſa, hoc eſt, virtute & efficacia in illa habitâſſe dicimus. Eundem æternum, & trimeſtrē vel bimeſtrem; eundem Filium Dei, & Filium hominis; eundē, qui ſuper puluinari cubabat, & qui mari & ventis pro ſua potestate imperabat; eundē, qui ex itinere defatigabat, & qui ſuper mare, perinde ac ſuper ſolidā terrā gradiebatur, nouimus & profitemur: Neq; enim voces illas, quas Diuinæ literę modò humanitati, modò diuinę illius poteſtati tribuūt, in plures; ſed in vnā duntaxat perſonam conuenire prædicamus. Idē itaq; citra vllā controuerſiā Deus ſimul & homo exiſtit: Quid.n. mirū, aut magni eſſet, ſi noſtræ cōditionis homo quiſpiā Dei virtute & poteſtate munitus, miracula patraret? Verū vt ipſummet Dei Verbū nō imaginatione aut [illegible] apparentiue quadā rōne, ſed re ipſa ad ima ſeſe dimiſiſſe Diuinæ Scripturæ nobis oſtendunt; ita vnum eundemq; Deū ſimul & hominē extitiſſe, per Prophetas & Apoſtolos disertè pronuntiant.

Hæretici ſpoſtera ſ o nomię Xpī explicatione ſimplices circūueniunt & incarnationis beneficio modū ſtatuunt.

Verbū non opinatione, aut externo tantum ſchemate, ſed verè ex ſacra Virgine natum & incarnatum eſſe ad numerū Filiū Dei & Filius hominis eſt.

Prophetæ, & Apoſtoli eundem ſimul Deū, & hominē prædicant.

Dei

Quęcunq; de Chriſto prædicant, omnia & ſingula Dei erāt, ſed nō ſolius Dei omnia.

Dei itaque erat ex Virgine conceptio, Dei natiuitas, Dei ſimilitudo, qua nobis noſtrî cā œconomicôs per omnia aſſimulatus eſt. Dei perpeſſio, Dei in carcere, & in tenebris prædicatio, Dei reſurrectio, Dei tandē in cœlos aſſumptio. Immenſus per carnem, quam noſtrî cauſa ex Maria ſumpſit, virginali vtero concludi, ac definiri ſuſtinuit. Qui latè omnia excedit, carne continetur. In quem nulla mutatio cadit, humanæ naturæ leges ſubijt. Impaßibilis vltro pro nobis, & propter nos per propriam carnem perpetitur. Deo & Patri indiuulsè cohærens, in terra, vt ſcriptum eſt, viſus eſt, & cum hominibus cōuerſatus eſt. Qui ſub tactum non veniebat; iniquorum lancea compūctus eſt. Qui nullius perpeſſionis capax eſt, voluntariam crucem noſtri cauſa pertulit. Immortale lumen morti ſeipſum obtulit, & morti quidē crucis. Qui in ſinu Patris demorabatur, per propriam carnem ſubuehi non recuſauit. Qui aūt Dei Filium hominem quempiā noſtri ſimilem aſſumpſiſſe dicunt; ipſum autē viuum & efficax Dei Verbū, quod in propria perſona ſubſiſtit, hominem factum, diſpenſatorieq; in humanis propter nos verſatum eſſe, inficiantur, illos ſacra hæc Synodus Epheſina explodit, & à ſe alienos iudicat.

Venuſta attributorū Chriſti antitheſis.

Synodi ſententia in eos, qui Verbū verè incarnatum inficiantur.

Ea ipſa de re interrogationes & reſponſiones.

Interrogatio.

Cur incomprehenſus, virgineo vtero cōprehendi voluerit?

Cur Deus, qui comprehendi nō poteſt, virgineo vtero cōprehenſus eſt? *Reſponſio.* Quia mortalium genus à ſeruitute in filiorum libertatem aſſerere placuit.

Cur principij expers, ex muliere natus ſit?

Interrogatio. Cur principio carens, ex muliere naſci pertulit? *Reſponſio.* Quandoquidē maledictionis, peccatiq; iugo premebamur omnes, ob id ortum noſtro ſimilem ſuſcipiendum; eaque ratione cùm cognatorum natiuitatem, tum ipſum quoque vterum ſanctificandum exiſtimauit.

Cur Dei Verbū hō factum?

Interrogatio. Cur inalterabile & indemutabile Dei Verbum inter homines cēſum, & homo factum eſt? *Reſponſio.* Ob id Dei Verbo Oeconomicos in humanis verſari, nobisq; p oīa, ſolo peccato excepto, aſſimulari viſum eſt, quia humanum genus ſaluare voluit.

Cur impatibili humanæ naturę affectiones tribuūtur?

Interrogatio. Quomodo impatibili ſomnū, laborem, defatigationē, crucē, famē, cæteraq; omnia corruptioni ſubiecta tribuere audeus? *Reſponſio.* Bona verba, mi homo. Iam antè monui Dei Verbum carne ſecundùm Scripturarum traditionē ſe induiſſe, indiſſolubiliq; vinculo ſe illi conſociaſſe: Per ipſam autē, & in ipſa Dei Verbum & Filiū apparuiſſe, laboremq; & ſomnum, & reliqua omnia, peccato tantū ſecluſo, humana, citra vllā ſui mutationē, aut corruptionē expertū eſſe: Siquidē incorruptibile & viuificū Dei Verbū morte, omniq;, qđ interitū adferre poteſt, longè ſuperius exiſtit: Quippe ꝙ ob id homo ſit factū, vt interitum ab homine ſubmoueat. Nec arbitror Regi vitio verti poſſe, ſi ſeruare nos volēs, ſeruili forma ſe induat. Ec quo modo quiſpiā ei, q ſuapte natura liber eſt, crimini vertere audeat, ꝙ noſtri cauſa homo fieri, diſpenſatorieq; in humanis verſari non abnuat? Patris benignitatē, qui proprium Filiū propter nos donauit, amplectere; in ipſam aūt rē curioſiùs noli inquirere: Non.n. per Græcorum ſapientiā, aut mūdanum ſenſum percipitur, ſed ab vtroque eſt aliena: *Beatus es, Simon Bar Iona*, inquit Dn̄s, *quia caro & ſanguis nō reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cœlis*: Nam Filij Dei cognitio cœleſte, Diuinæq; inſpirationis donum eſt.

Quęcunq; humana Filio Dei tribuuntur, ratione naturæ aſſumptæ eidem tribuunt.

Nō eſt turpe Regi, ſi ſubditorū ſuorū ſalutis cauſa vili toga ſe induat.

Incarnationis myſteriū, grato animo complecti, non curioſe inquirere pios decet.

Matth. 16.

Interrogatio. Cur. vniuerſorū Opifex Deus Verbū qui nec tāgi, nec cerni, nec mutari, nec circumſcribi poteſt, in vili ligno crucem mortemq; ſuſtinuit? *Reſponſio.* Mortem & crucem Dei Verbum per propriam carnē ſuſtinuiſſe dicimus: Suſtinuit hæc aūt, quò nos à morte, & ab omni corruptione immunes redderet: Nam animam ille pro nobis poſuit, non peregrinam, aut à Verbo alienā; ſed pp inexplicabilem illam vnionē Verbo propriam: Ipſe.n. ait: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* Illius proprium eſt tædere, cōtriſtari, è corpore emigrare; quemadmodū & carni quoq; peculiare eſt defatigari, crucifigi, exuſcitari, in altū ſublatā collocari. Veruntamen oīa hæc & Dei ſunt, & Dei eſſe dn̄r: Dei.n. eſt anima, Dei eſt caro.

Cur tactū & ſenſum omnē ſubterfugiens in cruce cōfigi voluerit.

Ioan. 10.

Quid proprium animæ, quid itē carni.

Vt corpus & aīa Dei ſunt, ita vtriuſque munia Deo tribuūtur.

Interrogatio. Qūo Omnipotens Patris Verbum reſurrexit, aut incorruptibile corruptioni affine fuit? *Reſponſio.* Neq; legitimè colligitis, neq; legitimè quoq; interrogatis: Adeò.n. Dei Verbū corruptione aliqua tentatum non fuit, vt ipſa quoq; Verbi caro corruptionem non ſuſtinuerit: Iam.n. dudum antè Propheta de Chriſto pronuntiarat: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*: Sanè Dei Filius, qui Patrē immenſum in ſe continet, & ab ipſo viciſſim Patre continetur, mortē pertulit: Verū à Patre comprehenſus; vtpote in paterno ſinu exiſtens, inexplicabili quodā modo & propria quoq; carne voluit contineri. Idem Dei Filius tertio die reuixit, inferisq; deſpoliatis, cū propria carne nobis apparuit; quò videlicet nos à morte & corruptione liberaret. Dei itaq; eſt perpeſſio, Dei reſurrectio, Dei aſſumptio, Dei deniq; noſtra ſunt oīa, peccato excepto. Sunt aūt illius oīa, non imaginariè, ſed verè. Ipſi ſimul cū Patre, & Spiritu ſancto ſit gloria, nūc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſalm. 15.

Neque Verbum, neq; caro illius corrumpit.

Idem patri no ſinu, & propria carne continebatur.

De Verbi incarnatione Symbolum à Patribus Antiochenis aduersùs Paulum Samoſatenum editum.

Confitemur Dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtum antè ſecula quidē ex Patre; per Spiritumſanctū veró nouiſſimis temporibus ex Virgine ſecundùm carnem natū, vna duntaxat perſona ex cęleſti Diuinitate & humana carne conflata, ſubſiſtentem. Totum Deum, & totum hominem.

Symbolum Antiochenum aduerſus Paulū Samoſatenū editū.

Perſona Chriſti ex Diuinitate & humanitate compoſita.

Verbũ adorabile, & Deus cum corpore, ſed non ſecũdum corpus.

minem. Totum Deum etiam cum corpore, ſed non ſecundùm corpus Deũ. Totum hominẽ etiã cum Diuinitate, ſed non ſecundùm Diuinitatem hominem. Totum rurſum adorabilem etiam cum corpore, ſed non ſecundùm corpus adorabilem. Totum adorantem etiam cum Diuinitate, ſed non ſecundùm diuinitatem adorantem. Totum increatum etiam cũ corpore, ſed non ſecundùm corpus increatũ; Totum formatum etiam cum Diuinitate, ſed non ſecundùm Diuinitatem formatum. Totum Deo homouſion ẽt cum corpore, ſed non ſ̃m corpus homouſion: Quemadmodũ neq; ſecundùm diuinitatẽ quoq; hominibus coeſſentialis eſt; eſt autem nobis ſecundùm carnẽ homouſios, etiam in Diuinitate exiſtens: Etenim cùm illum ſecundùm Spiritum Deo conſubſtantialem dicimus, non dicimus hominibus ſecundum Spiritum coeſſentialem. Contrà autem cùm illum ſecundùm carnem hominibus conſubſtantialem prædicamus, non prædicamus illum ſ̃m carnem Deo coeſſentialem: Vt.n. ſ̃m Spiritum nobis homouſios non eſt: (Nam ſ̃m hunc Deo homouſios eſt?) ita viciſſim Deo ſ̃m carnem coeſſentialis nõ eſt; ſ̃m hanc aũt nobis conſubſtantialis eſt. Quẽadmodum autem hæc diſtincta, & inter ſe ſecreta pronuntiamus, non ad inducendã vnius indiuiſæ perſonę diuiſionem, ſed ad denotandam naturarum, & proprietatum Verbi & carnis diſtinctionem, & inconfuſibilitatem; ita illa, quæ ad indiuiſæ vnionis compoſitionis vero rõnẽ faciunt, vnita p̃dicamus & veneramur.

Verbùm ſecũdum carnem nobis homouſios ſecundum Diuinitatẽ heterouſios.

Tomi ſexti caput II.

ORATIO B. CYRILLI

Die Ioanni Euangeliſtæ ſacro Epheſi dicta.

ARGVMENTVM.

NESTORIVS Incarnationis, in inhabitationis vocabulum perperam transferens, vnum Chriſtum & Filiũ in duos impiè diuellebat. Cyrillus itaq; huic cacodoxiæ obuiàm ire volens, hac declamatione, Deum Verbum non in hominem deſcendiſſe, vt nugabatur ille; ſed vere proprieque incarnatum, & hominem factum eſſe oſtendit. Confirmat Orthodoxam hanc veritatem cùm ex alijs, tum maximè ex Diuini Ioannis Euangeliſtæ, in cuius Baſilica oratio hæc habita eſt, Euangelio.

Sancti mũdi lumina.

Sanctorum gloriam celebritatemq; nulla aſſequi poteſt oratio: Extiterunt hi.n. mundi luminaria, Verbum vitæ, vt ſcriptum eſt, continentes: Cùm Diuina proloquuntur myſteria, conuenienter ab omnibus ad illos dicitur:

Matth 10.
Quid p̃dicarint Sãcti?

Non eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis: Prædicauerunt.n. nobis Ieſum, lumen illud verum, & vitã ęternam: Cui & nos quoq;, iuxta beati Dauidis vocem, dicimus: *Omnis terra adoret te, & pſallat tibi, pſallat nomini tuo, Altiſſime.*

Pſalm. 65.

Enimuerò dũ lex p Moyſen promulgata adhuc vigeret, Euãgelica prædicatione nondũ allata: *In ſola Iudæa notus erat Deus; in Iſrael magnum nomẽ eius:*

Pſal. 75.
Quid protẽderis Moſaicæ vocis exilitas.

Erat.n. Moyſes voce exili, linguaq; tardiore; vnde per ſolam Iudæã audiebatur Deus. At vbi vera illa lux nobis illuxit. & Deus Verbũ, æq̃ ac vnus ex nobis, carni & ſanguini cõſcauit, omnia illius plena facta ſunt. Vbiq; templa, vbiq; altaria, vbiq; exultantium chori, vbique veri adoratores & boni paſtores. Rationalium pecorum greges præ multitudine, ſacra ſtabula anguſta reddunt.

Chriſti olã plena.

Cuiuſmodi fuerit ſta⁹ ante Seruatoris aduentum.

Sanè ante Seruatoris noſtri aduentũ, mortalium genus paſſim per terrã vagabat. Creatoris loco, adorabant creaturam; manuũ ſuarũ operibus Diuinũ cultum deferebant; vnicuiq; errãtium id Deus erat, quod primò animo occurriſſet. Verùm, vt modò aiebã, apparuit nobis Vnigenitum Dei Verbũ, paſtor ille bonus & agnus verus, quẽ ſancta Deipara nuptiarum expers, è virgineis viſceribus in lucẽ nobis profudit, germen viuificum, inhumanatum Deũ, in ſeruili forma liberum. Vniuerſa creatura celſiorem, nobis propter nos effectũ ſimilẽ: Eundẽ vt hominẽ ſubditũ; vt Deum, in Diuina gloria conſpicuũ: Eũ, inquam, edidit, qui, eiuſdem cum Patre Maieſtatis cum ſit, ſemetipſum humiliauit. Eũ, qui ſeſe exinaniuit, nec ideo tñ ijs, qui digni ſunt, bonorum ſuorũ theſauros de ſua plenitudine nõ aperit. Eũ, q vt homo, perinde ac vnus ex nobis adorat; vt aũt Deus, nõ in terra ſolũ, ſed & in cęlis quoq; adorat: Cùm.n. īducit Primogenitũ in orbẽ terræ, dicit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei.*

Ioan. 10.

Deus Verbum in ſeruili forma liberum.

Quem Virgo edidit, ſimul adorans & adoratus.

Hebr. 1.

Quis, obſecro, is eſt, qui in terrarum orbẽ ingreſſus eſt? Quo, quæſo, modo in illum inductus eſt? Myſterium hoc aperi, ô Euangeliſta. Effare nobis, ô beate Ioannes, magnum quippiam & eximium. Tu, qui tonitrui Filius appellatus es. Tu, qui orbem totum, ſingulari doctrina tua in admirationem rapuiſti. Tu, qui voces hẽs immortales; tuis, ô Apoſtole, obliuio & tempus cedunt verbis. Ecce tantus hic paſtorum cœtus ad te venit, remoue nobis lapidem, ſicut beatus Iacob paſtoribus Harhã. Reſera nobis puteum vitæ; da, vt nunc quoq; Seruatoris de fontibus hauriamus. Immo verò tuum nobis fontem appone. Audiamus itaque dicẽtem: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum.* Verùm Vnigenitũ Dei Verbum ineffabili modo ex Patre ſubſiſtẽre iam olim credidimus. Adde proinde, quod reliquum eſt, O Euãgeliſta. Audi itaq; rurſus dicẽtẽ: *Et Verbum caro*, ideſt homo, *factum eſt.* Eſt autem Vnigenitũ Dei Verbũ homo factũ, nõ abiecta Deitate, quã habebat; ſed in carnis aſſumptione id manens, quod erat: Eſt.n. Verbi natura mũdis omnibus ĩdemutabilis & inalterabilis; nec cadit in illã mutationis adumbratio. Hæc nos ſentire docuit beatus Euangeliſta, aſtrum reuera magnum, & apprimè illuſtre; aſtrum ſaluberrimum, non ijs, qui mare illud ſenſibus ſubiectum, tranſeunt;

Illuſtre ſcriptoris Ioa. Euangeliſtæ elogiũ.

Gen 29.
Eſa 12.
Ioan. 1.

Verbũ homo factum citra Diuinitatis iacturam. vllamq; eiuſdem mutationem.

ſed

D. Ioannes illuſtre ſidus, ſed nō omnibus.

ſed ijs, qui in pietate acquirenda negotiantur, veritatiſque ſtudioſi, rectam, errorisque expertem fidem habere cupiunt. Si quis itaque ad hunc modum nauigare cupit, is Theologi huius voces, veluti aſtrum quoddā mente accipiat; eaque ratione ſalſos hæreticorum fluctus transmittet, & in ſerenum tranquillumque portum euadet, & ad ipſam tandem veritatem, id eſt, CHRISTVM, pertinget. Cum quo Patri ſit gloria, & imperium, cum ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum, AMEN.

Tomi ſexti caput III.

HOMILIA CYRILLI in Ioannem Epiſcopum Antiochenum Epheſi habita.

ARGVMENTVM.

GRAVITER In Ioannem Antiochenum inueurrit. Nec iniuria, vt qui concordia & pace, quas Chriſti Sacerdotes vel maximi facere decet, contemptis, Neſtorio, eiusdemque impietati adeò vnà cum cæteris obuiam non iuerit, vt contra illius Antagoniſtas implacabile quoque bellum ſuſcipere auſus ſit. Hoc facto CHRISTI, de capitali hoſte, per Concilij Patres, victoriam, minimè ſibi gratam eſſe, apertè oſtendunt.

Ioan. 12. Oportet Chriſtianū hoīem Chriſto ſemper adhærere.

QVÆ dilectionis in Chriſtum vis ſit, Diuinæ Scripturæ nos docent. Sed & ipſe Saluator quoq; eadem de re nos inſtruit, dicens: *Qui me diligit, me ſequatur; & vbi ego ſum, ibi & miniſter meus erit.* Oportet enim nos ſemper illi adeſſe, ſemper illum diligere, ſemper omnium Seruatorem noſtrū Ieſum Chriſtum ſequi: Nullo autem modo ab eo diuelli. Conſequemur hoc autem, ſi quæ illius ſunt, ſtudioſè experiuerimus; Iſtuc illuſtris hic & magnus Sacerdotum chorus expleuit; de quibus meritò dixerit quiſpiam, quòd prophetica voce alicubi proditum extat. *Illic ceruæ ſibi occurrerunt, viderunt alternos vultus. Numerum percurri; & vna ex ijs non perijt; altera alteram quæſiuit: Mandatum enim ijs dederat Dominus, & Spiritus illius congregauit eas:* Neque enim vulgaris cuiuſpiam rei cauſa hic ſpiritalium ceruarum concurſus contigit.

Spiritales cerui Synodi Patres.

Immanis in Chriſti horto draco Neſtori⁹.

Quandoquidē in Seruatoris noſtri Eccleſia, perinde ac in viridi quodam, floridoq; horto ſæuus quidam, immanisque Draco apparuit; non vnum, ſed multa geſtans capita. Salubriter proinde, neceſſarioque facta eſt iſta ſpiritalium ceruarum præſentia, & congregatio; quò dominicum hortum à virulentarum beſtiarum malitia vindicet. Spiritus itaque Dei coegit eas, & Dominus præcepit eis. Quid autem præcepit? *Vbi ſum ego, ibi ſit & miniſter meus.*

Ioan 12.

Ioan. Ant. contra oēs elatus.

Itaque (ad te enim mea nunc ſe conuertit oratio, qui ex Orientalibus regionibus huc aduolans, elatum aduersùs omnes ſupercilium ſubrigis) ſi vniuerſi Seruatoris noſtri omnium miniſtri ſumus; ſi prædicationum illius miniſterium, omnibus nobis concreditum eſt, cur non omnes cum illo ſumus? cur, quæ illius ſunt, non omnes volumus, & ſapimus? Erexit, vt cernis, Draco ille multiceps, profanum ſceleſtumque caput, quò in Eccleſiæ filios impietatis ſuæ venenū exſpuat. Obſiſto illi, Sancti ſpiritus gladium ſtringens; propter Chriſtum aduersùs hanc beſtiam depugno. Cur cum eo, qui honeſto huic labori inſiſtit, non collaboras? Cur non ſimul & ipſe quoque in acie conſiſtis? Sternatur hoſtis communi omnium manu. Commune certamen hoc reputemus, quò ſimul vincentes, cōmunes Seruatori gratias agamus, dicentes: *Contriuiſti capita draconis.*

Sacerdotes miniſtri Domini.

Cyrillus cōtra Neſtor. perinde ac contra venenatū ſerpentem pugnat.

Contra cōmunē pniciē, cōmunibus viribus & animis pugnandum.

Pſal. 73.

Nos ſanè ſynceri Chriſti Seruatoris Sacerdotes, germanique myſteriorum illius diſpenſatores, eos infeſtiſſimorum hoſtium loco ducimus, qui contra illius gloriam nugantur; tu verò non ita? Nam quòd candidè non accedas, res ipſa oſtendit. Vides nos veluti belli puluere adhuc aſperſos, pugnæque ſtillare ſudorem, atque adeò nonnulla ſpiritali refocillatione, & conſolatione opus habere; immò verò iā victores declaratos eſſe; & tu interim, qui inter fratres cenſeris; Chriſtoque Domino nomen iam olim dediſti, & ob id iure arma vnà nobiſcum contra hoſtes ſuſcipere debueras, aduersùs veritatis dogmata arma moues, ô rem inauditam. Pugnam non attigiſti; cum certantibus non concertâſti; belli tempus tarditate aduentus tui declinâſti; è longinquo viriliter decertantes ſpectâſti; vidiſti hoſtem proſtratum; ſenſiſti linguam blaſphemam repreſſam, punitamque, videnſque hæc, & ſentiens indoluiſti. At dic, quæſo, quam ob cauſam? Num ob id, quòd Chriſtus vicit? quòd contra aduerſarios cauſam obtinuit? quòd magniloquum os obmutuit? quòd profligatus eſt morbus, qui Eccleſiæ filios tabefaciebat? Verùm ſatius fuerat, ſi virile certamen nobiſcum inijſſet, illudq; Dauidicum intonâſſet: *Nonne, qui oderunt te, Domine oderam? & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi.*

Ioan. Ant. Chriſti hoſtes in amicis habet, neq; ſynceré cauſam illius agit.

Ioan. Ant. arma quæ pro Chro ſuſcipere debuerat, in Chriſtū vertit.

Malè habet Ioan felix Cōcilij ſucceſſus.

Diuina hęc lætitia, non ægritudinis cauſam offerebat.

Pſal. 138.

Verùm tu horum nullam rationem duxiſti: Imò verò diuerſam viam ingreſſus, eos, qui vicerant, iaculo petis; illos inuidentiæ telis vulnerare conaris, quos meritò admirari debueras. At quamuis acerbè nos petas; nihil tamen exterriti dicimus: *Sagittæ paruulorum, factæ ſunt plagæ eorum.* Rurſum licet externis armis cinctus munitusque, bellum aduersùs Domini cœtum moliaris; arma tamen noſtra non carnalia, hoc eſt, infirma, ſed potentia Deo ſunt, vt ſcriptum eſt; potentia autem ad munitionū deſtructionem. Inuenies Chriſti milites multò illis, qui apud te ſunt, fortiores. Habent fidei ſcutum, animique ſpontanei munimentum, hoc eſt, Chriſtum; habent iuſtitiæ thoracem; habent ſalutis galeā,

Ioan. Ant. eos maledictis impetit, quos meritò admirari debuerat.

Pſal. 63.

2. Cor. 10.

Cuiuſmodi iuſtorū ſint arma aduerſùs diaboli munitiones.

& Spiritus gladium. Quare licet inſurgas terribilis & audax, multoque cum faſtu inceedas, & inſtar iactabundi Goliaht barbarica quadam veſania, & inſolentia intumeſcas; vincet tamen Chriſtus: Vincet autem per ſuos milites, ſicut vicit Dauid, quinque lapides in pera habens.

Faſtus & Iſolentia lo. Aut intolerāda.

Erant aũt lapides illi leues, ac plani in typũ Chr̃i. Quæ eſt aũt Chriſti pera? Chriſti vtiq; in terris Eccleſia, quę multos pretioſos, & ſelectos lapides continet. Huc ſpectat illud Prophetæ: *Lapides*, inquit, *ſancti voluuntur in terra*. Per hos ſanctos lapides ſuperat Chriſtus. Erant aũt lapides iſti, vt dixi, leues. Leuitas verò iſta lapidum indicat, Sanctos Chriſti lapides non poſſe comprehendi: Quod enim leue eſt, haud facilè apprehenditur. Et ſanctorũ quoque conuerſatio comprehenſu nõ admodum facilis eſt. Vincet igitur Chriſtus, & vt maximè vulnus aliquod infligere queas, adhuc tamen vincet. Quòd ſi per malitiam lęſeris, vel inuitus nos coronas: *Donatum enim eſt nobis a Chriſto, non ſolùm vt in eum credamus, ſed vt etiam pro illo patiamur: Qui nanq; in illum credit, non iudicatur; qui verò non credit, iam iudicatus eſt*. Ipſi ſit gloria, imperiũ, honor, & adoratio, nunc & in ſecula ſeculorum, Amen.

Quid deſignatiot q̃ que plani lapides, q̃bus Dauid ſtrauit ipſũ Goliath.

Sanctorum vita nõ ita facilè comprehendiſ.

Ioan. Ant. vulnus infligere põt; vincere nõ poteſt.

Ad Phili. 1.

Ioan. 3.

Tomi ſexti caput IIII.

CYRILLI HOMILIA Epheſi in Neſtorium dicta.

ARGVMENTVM.

ET HAC quoque declamatione totus in eo eſt Cyrillus, vt Neſtorij impietate refutata, Catholicam de Chriſti incarnatione veritatem conſtituat. Comparat Iudæis eos, qui venerandum illud incarnationis Sacramentum improbo ore blaſphemant, impieque, quaſi Deum hominem fieri dedeceat, pernegant: Nam & Iudæi quoque ob id ſe Chriſtum lapidibus impetere aſſerebant, quòd Dei Filium ſe appellaret. Dei Verbum noſtri cauſa incarnatum ex vtroque Teſtamento probat; ſed ſuccinctè.

OPORTEBAT ſanè eorum, qui ante nos dixerunt, inſtitutione contentos, ſacriſque fluentis iam ſaturatos, ſatietatem iſtam æqui boniqúe facere. At quia animaduerto pleroſque veſtrûm incredibili audiendi ſtudio incenſos, agedum & nos quoque pauca quędam ijs, quæ antè iam dicta ſunt, conſentanea in medium adſeramus. Nullum itaque dubium eſt, quin illuſtris hic Sanctorum chorus, magnam ex Chriſti gloria voluptatem capiat, ſolidumqúe de eo gaudium gaudeat, quòd ſyncerè illum diligat. Beatus Propheta Eſaias alicubi ita ait: *Domine Deus glorificabo te, hymnum dicam nomini tuo, quoniam feciſti res admirabiles*. Et ſacer vates Dauid: *Lingua mea*, inquit, *meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam*: Et hic quidem Sanctorum eſt ſcopus.

Hinc colligę plures in Epheſ. Synodo declamaſſe.

Epheſii aui dè excipiũt Verbũ Dei.

Sancti magni ex Chr̃i gloria, & charitate voluptatẽ capiunt.

Eſa. 70.

Pſal. 44.

At verò mali & ſcelerati, magnum illud venerandumqúe, ac profundum incarnati Vnigeniti myſterium ignorantes, temere illud blaſphemant; incontinenſque, ac futile os contra illud ipſum aperiunt: Sed audiant hi Prophetam Eſaiam hac oratione ipſos cõpellantem. *Vos autem accedite huc filij augurratricis; ſemen adulteri & fornicariæ. Super quem luſiſtis, & ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam. Nunquid non vos filij ſceleſti, & ſemen mendax?* Sunt hi ſanè perditionis filij, & ſemen iniquum, vt qui Dominum, qui illos redemit, negent: *Empti enim ſumus pretio, non quidem corruptibili, puta auro, vel argento, ſed precioſo ſanguine, quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti*. At quomodo vulgaris nobiſque ſimilis hominis ſanguis orbis pretium exæquare potuit? Quomodo vnus pro omnibus mortuus eſt, vt omnes ditaret? Quomodo illius peculium facti ſumus, qui vero naturalique Deo nomina [illegible] ledimus? Quomodo eum adoramus, qui creaturam Creatoris loco adorare detrecta[illegible]us?

Impij hæretici incarnationis myſterium blaſphemant.

Eſa. 57.

1. Pet. 1.

1. Cor. 6.

Vulgaris hois ſãguis precium q̃qua re non põt.

Verùm, vt modò aiebam, quidam Seruatoris noſtri manſuetudini ingrati, Dominum negant, ſeruitutiſque iugum exc[illegible]tiunt, vt id meritò de ijs dicere queat Chriſtus, quod alicubi per Oſeam dictum eſt: *Væ* (ait) *eis, quoniam receſſerunt à me; vaſtabuntur, quoniam impiè contra me egerunt; & ego redemi eos, & ipſi loquuti ſunt contra me mendacia*: Mentiũtur enim contra Seruatoris noſtri gloriam & excellentiam, Phariſæorum malitiam & impietatem æmulantes. Enimuerò Chriſtiani hominis perſonam ſumunt; ſed mentem interim Iudaicam obtinent, linguamqúe amaram, & virulentam exercent; vt rectè ad eam Dominus per Hieremiæ Prophetæ vocem dicat: *Et ecce, ego contra te calumniatricem, dicit Dominus*. Iudæi ſanè veteres illi, omnium noſtrûm Seruatorem Chriſtum adorti, perinde ac feræ in illum irruebant, lapidibuſq; benefactorem, ac Seruatorem appetebant: Ad quos perinde ita loquutus eſt Seruator: *Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Reſponderunt ei Iudæi: *De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia; & quia homo cùm ſis, teipſum Deum facis*. Et hæc quidem veteres Iudæi Seruatori noſtro crimina impingebant.

Hæretici ſuaue Chr̃i iugum excutiunt.

Cap. 7.

Neſtoriani Phariſæorũ more mendacijs Chriſtũ onerãt. Sũt, q̃ Chriſtiani perſonã ſumunt, & mentem obtinent Iudaicam. Iudæi benefactorẽ lapidibus appetunt.

Ioan. 10.

At [illegible]ve ſaniæ & impietatis illorum æmuli rurſum incuſant, ac dicũt: Cur cùm homo ſis, facis teipſum Deũ? O ſtolide, ac deteſtãde, nõ intelligis myſteriũ: Non. n. cũ hõ eſſet, fecit ſeipſum Deũ; ſed Deus ſuapte natura cũ ſit, ſine vlla mutatione, ſineq; cõfuſione fact⁹ eſt hõ. Et qui ineffabili modo ex Deo generabať, ſm carnẽ ex muliere naſci ſuſtinuit, ac Filius hoĩs appellatus eſt, quò nos ſeruaret. Factus eſt tibi ſimilis ꝓpter te, & mãſit ꝓpter ſe hoc ipſum, quod erat. Agnoſce itaq; Vnigenitũ factũ in carne; fatere Deũ eſſe illũ, q̃ ꝓpter nos homo factus, ſeipſum tibi exhibet, dicens: *Ipſe, qui loquebar,*

Neſtoriani Chr̃o cum Iudæis inſultantes, dicut: Cur facis te Deu. cũ ſis homo.

Verbũ ꝓpter nos, nobis ſimile factũ eſt, propter ſe autẽ, quod erat, manſiſſe.

Eſa. 52.

loquebar, ecce adſum. Etenim priſci ſeculi hominibus legem propoſuit per Moyſen; at verò iam in carne præſens, per ſeipſum loquitur: Teſtes accipite ſanctos Prophetas. Nonne Baruch Emmanuelem tantùm non digito demonſtrat? Ait enim: *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo; poſt hæc viſus eſt in terra; & cum hominibus conuerſatus eſt.* Canit de eo & beatus quoque Dauid, dicens: *Deus noſter manifeſtè veniet.*

Cap. 3. Baruch Chriſti Diuinitatem, & humanitatem apertè prædicat. Pſalm. 49.

Placetne, vt noui quoque Teſtamenti præcones veritati huic teſtimonium perhibeant? Audi ergo Ioannem Baptiſtam, inſignem illum præconem dicentem: *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri.* Placetne & aliam quoque pleniorem teſtificationem ea de re accipere? Promiſit Deus beatiſſimo Dauidi fore, vt de fructu lumbi eius, olim ſederet ſuper ſolium eius: Ipſe verò, etſi ea promiſſione multum lætaretur; attamen cùm animus illius nondum conquieſceret, generationis huius modum ſedulò inquirebat. Licet itaque ipſum hæc dicentem audire: *Si aſcendero in lectum ſtrati mei: Si dedero ſomnum oculis meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Dei Iacob.* Anxiè modum partus huius inquiris, beate Dauid, approbo animi promptitudinem, laudo patientiam. Verùm ſi quid hoc ampliùs didiciſti, annuntia & hoc ipſum quoque nobis. Vbi, putas, continget huius natiuitas? quo, quæſo, in loco naſcetur? Audi palàm dicentem: *Ecce, audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis ſyluæ.* Cùm autem Ephratam nominat, Bethlehem ſignificat. Et hoc Deus teſtatur per vnum ex ſanctis Prophetis: *Et tu,* inquit, *Bethlehem domus Ephrata, parua es, vt ſis in millibus Iuda; Ex te enim egredietur dux, qui regat populum meum Iſrael: Egreſſus eius ab initio, a diebus æternitatis.* Audis quomodo Bethlehemitam hunc, quatenus homo factus eſt, a principio, a diebus æternitatis egreſſum habere confirmet? *In principio* enim *erat verbum.*

Chriſti Diuinitas ex vno aut altero noui Teſtamenti loco conſtituitur. Matth. 3. — 2. Reg. 7. Luc. 1. Pſal. 131. — Dauid anxiè generationis Chriſti locum & modum inquirit. Pſalm. 131. — Ibidem. Ephrata nomine Bethlehem deſignatur. — Michææ 5. — Matth. 2. — Ioan. 1.

Sed pudet (inquis) Deum eum confiteri, qui ex muliere natus eſt. Tu ergo, dic mihi. Diuina conſilia reprehendis? Tu Diuinam diſpenſationem improbas? Tu Domini conſilijs inſultas? Ad hunc ille modum orbem ſeruare voluit: Tu ne ſapientia ipſa es ſapientior? O rem admirandam, lucerna cum Sole contendit: Vniuerſorum Dominus operũ ſuorum rationem nouit, Amplectere itaque diſpenſationem, honora myſterium in fide, ne curioſè ſimul & laborioſè in ea inquiras, quæ mentem noſtram excedunt: Ne temere ſcruteris, quæ ratione comprehendi non poſſunt, Crede nobiſcum: Quòd ſi incredulus manſeris: *Ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt.* Ipſi ſit gloria, & imperium, nunc & in ſecula ſeculorum, Amen.

Solus Deus operũ ſuorum rationẽ nouit. — Myſterium Chriſti fide honorãdũ, non ratione inueſtigandum. 2. Tim. 2.

Tomi ſexti caput V.

ALIA HOMILIA CYRILLI Epheſi habita.

ARGVMENTVM.

INTER cætera, quæ de incarnationis Sacramento in hac homilia tractantur, indicatur omnes illas viſiones corporeas, quæ in veteri Teſtamento acciderunt, Dei Filium olim incarnandum adumbraſſe: Siue illæ factæ fuerint proximè per Angelos, ſiue per ipſum Dei Filium; id quod hoc loco, vt & alibi quoque, probabile indicat Cyrillus. Explanatur autem hic primò, quid ignis & fumus in monte Synai deſignarint: Mox quid lucta illa, qua Deus, vel Angelus tota nocte ad torrentem Iaboc luctatus eſt cum Iacob. Poſtremò cuinam ſiat illi, qui in nocte, & in tenebris cum Chriſto pugnant.

QVI ſacris literis incumbunt, cor ſapiens, bonorumque operum gnarum, & rectæ fidei lumine colluſtratum obtinent. Veræ autem cognitionis amor vitam tandem ſortitur. Cuius rei locuples teſtis eſt ipſe Seruator: Nam ad cœleſtem Patrem & Deum hunc in modum ait: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Cognitio itaque Filij, Patris cognitioni coniuncta eſt, eoque pacto Dei cognitio viuifica eſt. Quòd ſi alterum ab altero diuellas, claudicabit omnino ſcientia Dei. Quare & Dominus quoque noſter Ieſus Chriſtus Iudæorũ populos eiuſmodi oratione affabat: *Neque me ſcitis; neque Patrem meum; ſi me cognouiſſetis, cognouiſſetis vtique & Patrem meum.* Iudæi Patres ſuos in monte Deum verum & naturalem, cùm in ſpecie ignis ſuper montem deſcendit, vidiſſe exiſtimabant, veramque illius vocem audiuiſſe credebant; & ea de cauſa Moyſen ſacrorum myſtam magna admiratione proſequebantur; Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, propter humanam naturam impiè contẽnebant. Dicebant enim: *Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt Deus; hunc autem neſcimus, vnde ſit.* Sed quid ad hæc Chriſtus? *Amen amen,* inquit, *dico vobis, neque vocem eius vnquam audiuiſtis, neque ſpeciẽ eius vidiſtis; & Verbũ eius nõ habetis in vobis manẽs; quia quẽ miſit ille, huic vos nõ credidiſtis.*

Quid ſacrarum literarum lectio conferat pijs. — Ioan. 17. — Patris notitia, Filij cognitionem coniũctam habet. — Ioan. 8. Iudæi, nec Patrem; nec Filium cognoſcebant. — Cur Iudæi Moyſen Chriſto anteferebant. — Ioan. 9.

VERITAS omnino verum dicit; neq; enim id natura Dei erat, quod in monte Sina cernebatur, ſed ignis tantùm ſpecies. Auditæ ſunt turbarum quoque voces. Quin & fumi quoque circa montem ſuccenſi ſunt; Hi futuræ veritatis typum gerebãt, quam etiam adumbrabãt. Deſcendit ergo vniuerſorum Deus ſupra mõtem Synai in ſpecie ignis: Et cur, quæſo, in ſpecie ignis? Sanè quãdo illis promulgaturus erat legem, tũ ſalubriter admodũ in ignis ſpecie deſcendiſſe viſus eſt; nempe quò hinc trãſgreſſores illius intelligerent, rem ſibi cũ igne fore. Quare beatus quoque Moyſes, quò motu peccantes ad reſipiſcentiam impelleret, ſubinde clamare ſolitus erat: Deus noſter

Iudæi in mõte nõ viderũt Deũ, neq; vocẽ illius audiuerunt. — Cur Deus ſpecie ignis deſcenderit ſupra montem Synai. — Ignis terroris ſymbolum.

Deut. 4.
Quid fumi & tenebræ deſignarint in monte Syna.

ignis conſumens eſt. Oborti ſunt etiam fumi & tenebræ. Per tenebras Dei cognitionẽ ſenſu noſtro comprehendi non poſſe, appoſitè inſinuabatur; per ſumum verò, lachrymas omnino illis, qui Dei legem ſtudio contemnerent, olim non defuturas, ænigmaticè docebatur: Neque enim corporeus oculus in ſumo lachrymari non poteſt.

Lacrymarũ cauſa fumus.

Patet cernitur in Filio, cum hic illius expreſſa ſit imago.

Iodæi itaque Patris ſpeciem nõ ſpectârũt; nos verò illam ſpectauimus in Chriſto: Eſt enim ille exactiſſima, veriſſimaque Genitoris ſui venuſtas, character, & ſplendor: Nam etſi Dei Verbum, caroem ac ſanguinem aſſumpſerit, hominiſque Filius appellatus ſit, corpore non inanimi mentéue deſtituto, vt demens hæreticus Apollinarius affirmat, accepto; ſed intelligeoti animo perfecto, manſit nihilominùs etiam ita affectus Deus. Et hoc ſchemate quondam ſanctis Patribus myſterium reuelauit; quemadmodum id ex multis Saoctorum Prophetarum oraculis perfacilè monſtrari queat. Quia verò in aliud tempus iſthæc reſeruare cogor, agè paucis ex libris Geoeſis oſtendamus hominem aſpectabilem Deum, & Filium vocatum eſſe.

Spiritus, q Veteribus ſpectandos ſe exhibebant, Verbum olim incarnãdũ deſignabãt

Beatus itaque Iacob relicta Meſopotamia ad domum Patris reuerti feſtinabat; cumque duas filias Laban vnà cum liberis, quos ex illis ſuſceperat, ſuſtuliſſet, traduxit eos vltra torrentem, cui nomeo Iaboc; Ipſe verò, ſicut diuina Scriptura memorat, liberis & vxoribus tranſmiſſis, relictus eſt ſolus: *Ecce vir luctabatur cum eo vſque mane; Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit; dixitq; ad eum: Dimitte me; iam enim aſcendit aurora; reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi: Et benedixit ei in eodem loco: Et vocauit Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* O ſapientiam Sanctis dignam, hominem contra ſe luctantem cernit, & exclamat Patriarcha: Deum facie ad faciem vidi, & ſalutata eſt anima mea: Mox enim Spirituſancto reuelante incarnationis Sacramentum intelligebat.

Iacob tranſmittit Torrentem Iacob.
Gen. 32.

Iacob. Antagoniſtã, q cum nocte tota luctatus fuerat, Deum appellat.

Veruntamen illud obſerua: Totam noctẽ cum eo luctatus fuerat; vbi verò illuxiſſet dies; Dimitte me, ait; aſcendit enim aurora. Quid, quæſo, ſignificat hoc ænigma? Næ cum ijs, qui in tenebris & nocte verſantur, ignorantiæque caliginem in mente & corde cuamtum habent, luctatur & pugnat Chriſtus: Inimicorum enim loco illos ducit; vbi primùm verò ſpiritalis lucifer io eorum mentibus exoritur, diuinæque cognitionis lox quaſi dies quædam illis affulget, ſtatim pugnam ſoluit: Luctatur enim & pugnat aduerſùs illos tantùm, qui velut io nocte, & in tenebris verſantes, caliginoſum obſcurumq; cor poſſident. At verò cum illis non pugnat, qui ſunt in luce, ſpiritalemq; auroram in mẽte habent. Complectere itaq;, ô homo, ſpiritalem auroram, veritatis lumen tibi oblatum hauri, pugnare cum Chriſto deſine. Neſcit vinci; vincit autem omnino ſemper: Quamuis enim Vnigenitum Dei Verbum factum ſit hominis filius, non ob id tamẽ, naturalis Deus eſſe deſijt; vt quod mutari, aut alterari nullo modo queat. Idem itaque ex Patre quidem eſt tanquam Verbum, ex muliere verò ſecũdùm carnem homo: Eſt enim vnus Deus Pater, ex quo omnia; & vnus Dominus Ieſus Chriſt⁹, per quem ſunt omnia; & vnus Spirituſanctus, in quo ſunt omnia. Ipſi ſit gloria in ſecula ſeculorum. AMEN.

Quid denotaris lucta nocturna Iacob cum Angelo.

Chriſtus adhuc cũ Iudæis quaſi in nocte luctatur.

Idem ex Patre Verbũ, ex muliere homo.

Tomi ſexti caput VI.

ALIA EIVSDEM CYRILLI homilia Epheſi in Neſtorium habita.

ARGVMENTVM.

SACRATISSIMAM Virginem matrem, eximiaſque eiuſdem prærogatiuas, ſummis laudum præconijs euehit. Poſtetque, niſi de ſingulari viri eruditione & pietate conſtaret, nonnullis nimius videri. Reliqua orationis parte Neſtorij impietatem exagitat, eiuſdemque cacodoxiam prolixè denuo refutat.

SANCTORVM cœtum, qui a ſancta Deipara, ſemperq; Virgine Maria inuitatus, prõpto animo huc confluxit, lætum erectumque conſpicio. Quare licet non vulgari animi mœſtitia premar; attamen hic præſens ſanctorũ Patrum conſpectus, magnam mihi lætitiam præbet: Etenim dulce illud Pſalmiſtæ Dauidis verbum apud nos nunc impletum cerno: Ecce, ait, *quàm bonum & quàm iucundum eſt, habitare fratres in vnum.* Salue itaque, per nos ſancta & myſtica Trias, quę nos omnes ad ſanctæ Mariæ Deiparæ Eccleſiam conuocâſti. Salue ſancta Deipara, eximium illud totius orbis decus & ornamentum. Salue lampas inextinguibilis, corona virginitatis, ſceptrum rectæ doctrinæ, templum indiſſolubile. Aue locus eius, qui loco capi non poteſt. Salue mater & Virgo, per quam is benedictus in Euangelijs nominatur, qui venit in nomine Domini. Salue, qui immenſum incomprehenſumque in ſancto virgineo vtero comprehendiſti. Salue Virgo per quam ſancta Trinitas in vniuerſo orbe glorificatur & adoratur, per quã cœlũ exultat, per quã Angeli & Archangeli lætantur, per quam Dæmones fugantur, per quam tentator Diabolus cœlo decidit, per quam prolapſum plaſma in cœlum denuo ſubuehitur, per quam vniuerſa creatura idolorum veſania detenta, ad veritatis cognitionem perducta eſt, per quam ſanctum Baptiſma obtingit credentibus, per quam exultationis oleum conſecratur, per quam toto terrarum orbe fundatæ ſunt Eccleſiæ, per quam Gentes adducuntur ad pœnitentiam, per quam, vt paucis abſoluam,

Pſal. 133.
In Virginis æde celebratum eſt hoc Concilium.
Illuſtres Mariæ Deiparæ Titul & prærogatiuæ.

Quàm procul hæc abſunt a blaſphemia quorundam ætatis huius horum doctrina, petulantiſſimaq; & virulentiſſima Sectariorũ lingua.

Pleraq; ex his tropum in Scripturis & Patrũ monumentis non infrequenter obuium ſapiunt, commodéq; exponenda ſunt.

Vnigenitus Dei Filius ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedebant, lux reſplenduit, per quam Prophetæ prænuntiarunt, per quá Apoſtoli ſalutem Gentibus prædicarunt, per quam mortui exuſcitantur, per quam Reges in ſancta Trinitate regnant. Ecquis laudatiſſimam illam Mariam pro dignitate celebrare queat? Ipſa & mater & Virgo eſt, ô rem admirandam. Miraculum hoc me in ſtuporem rapit. Quis vnquam audiuit architecto, ne templum, quod ipſe conſtruxerat, inhabitaret, prohibitũ? Quis ob id culpari queat, quòd propriam famulam in matrem adſciſcat? Ecce igitur omnia gaudent; mare conſeruos ſuos agnoſcens, illorum voluntati ſeſe ſubdidit; Sanctorumque tranſitus, feroces inſultanteſque procellas in tranquillitatem conuertit: Meminit enim ſeruile elementũ, tametſi tumidum, vocis Seruatoris dicentis: *Tace, obmuteſce*. Terram denique, quam latrones quondam infeſtabant, iſta Sanctorum profectio pacificatam reddidit: *Sunt enim admodum ſpecioſi pedes euangelizantium pacem*. Quam pacem? Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem peperit Maria, ſicut ipſe voluit: Præſtat enim ſimpliciter credere, quàm in Scripturas curioſè inquirere.

Non eſt turpe, ſi quis ancillã in matrẽ cooptet, aut domum, quã condidit, inhabitet.

Marc. 4.

Rom. 10.

Iudæorum perfidia, & in Chriſtũ crudelitas per Prophetas prædicta.

At obijcies mihi forſan Iudæorum negationem? Prophetæ ab initio illorum ingenia prodiderunt, nempe, quòd propriæ malitiæ ſtimulis acti, Chriſto necem eſſent molituri, hoc autem facinus, abnegationis nomine iam tum deſignabant. Aut certè terram illam Arij luem? Ambitioſo is Epiſcopalis excellentiæ deſiderio laborabat. Aut denique obſcurum impiumque Paganiſmi ſenſum? Studium ignorantiæ erat. Ecquid attinet iſthæc hic recenſere? An non Gens vniuerſa nefandis laſciuijs indulgebat? Ille tamen earum malitiã multis partibus excedit: Gentes enim pleræque, cùm Scripturas ignorarent, Deum incautè imprudenterque blaſphemabant; ille autem, qui vniuerſam Scripturam tenet, & magicæ quoque illuſioni (quod cum venia dictum ſit) operam nauauit, diuinam Scripturam non ſyncerè inſpexit; inſpexit autem argentum & aurum; veſaniaque circa res infames excæcatus & elatus, ſciens volenſque ab Epiſcopali ſede ſeipſum abalienauit.

Arius ambitu Epiſcopat⁹ honore fruſtrat⁹ effectus eſt hæreticus.

Neſtor. inſanit, et qui non ea inſcitia ſed extrema malitia in Deũ inſurgit.

Neſtorius magus & auarus.

Miſer, qui è fratrum catalogo te eraſeris; illum, qui ſummi Sacerdotij ſortem tibi impertitus fuerat, nõ agnoſcens. Credisne Paulo dicenti? *Licet nos, aut Angelus de cælo euangelizauerit vobis, præter quàm, quod euangelizauimus vobis, anathema ſit*. Paulus iſtam ſententiæ tuæ vanitatem non ſedauit? At ſed & illã Eſaias: *Ecce*, inquit, *Virgo in vtero habebit, & pariet Filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel; quod interpretatum ſonat, nobiſcum Deus*. Quòd ſi nec iſte quoque hanc mentis tuæ duritiam ac prauitatem mitigauit, audi vel Dæmones clamantes, *Quid*, inquiunt, *nobis & tibi Fili Dei? veniſti ante tempus torquere nos*. Quis, quæſo, auctor tibi extitit, vt cogitationem vſq; adeò vanam & inanem prædicares? Quis tecum in hoc importuno morbo collaborauit? Non veritus es Deum Perſico regno adæquare. Pro nihilo duxiſti Patrũ, Euangeliſtarum & Prophetarum traditiones euertere. Ratus te omnibus Eccleſijs imperaturum, eius, qui te è ſtercore ad cœleſtem ſublimitatem euexit, non meminiſti, rebuſq; procreatis intendens, horum opificem non agnouiſti. Et cùm impoſturis terrarum orbẽ inſtitueres turbare, contumeliamq; Dei templo inferre, & eum, qui ex Maria Virgine genitus eſt, diuidere, dogma prauum & inſanum, ac ne nominandum quidem, nedum recipiendum, mundo huic ſuſcitaſti.

Galat. 1.

Eſa. 7.

Neſto. neq; Prophetas, neq; Apoſtolos, nec Dæmones curat.

Matth. 8.

Obſcurum hoc Perſici regni paradigma.

Grauiſſimæ hæ omnes expoſtulationes, ſed iuſtiſſimæ.

Belial ante tempus imitatus, arbitratus es iniquarum cogitationum tuarum cathenis, Imperatorem rectæ doctrinæ ſtudioſum, te illaqueaturum; ſyncerumque homouſiæ Trinitatis (per quam conſtanter regnat, per quã hoſtiles populos conterit, per quam Virginum chorus vſque triumphat, per quam mũdum in pace conſeruat) adoratorem, deceptorijs ſermonibus tuis Apoſtatam, fideique deſertorem redditurum. Tum populum quoque Deo dilectum, Patrumque multitudinẽ tua temeritate perditurum; & eos tandem, qui in aliqua reſpiratione degebant, te miſerè laceraturum. Nõ fuiſti contentus teipſum, dum Deum impiè blaſphemas, perdidiſſe; ſed blaſphemias tuas per vniuerſum quoque orbem proſeminare ſtuduiſti. Sed ecce impletũ illud eſt: *In operibus manuum ſuarum cõprehenſus eſt peccator*. Sanctum Presbyterorum ac Diaconorum cœtum, quòd inſaniam tuam redarguerent, & ne cum Ario ſentires, admonerent, extra Eccleſiam eieciſti.

Neſt. imp. ſi dei inſidiatur.

Alludit ad Theod ſorores virgines quæ vnà cum ipſo regnum administrabant.

Neſtor. ſuo exitio non contentus, orbem perdere nitit.

Neſt. Clericos ipſi obſiſtentes eij cit.

Et nunc equidem te prolapſum nõ obruo, neque fluctuantem demergo; ſed veſanam vanorum cõſiliorum tuorum ſycophantiam frango. Quis nauem in ſereno tranquilloque portu cõſtitutam naufragium perpeti? Quis, quæſo, athletam ad certaminis metam prolapſum erigi non vidit? At cùm circa fidem rueres, naufragiumque faceres, nonne manum tibi porreximus? Teſtem accipe honorandum & ſanctum Archiepiſcopum magnę Romanæ Cœleſtinum, qui frequenter te per literas admonuit, vt ab inani hoc ac inutili, ſibique minimè conſtanti dogmate abſtineres. Pari modo & noſtra quoque tenuitas, breuibus literis te hortata eſt, vt nos de Deo loquentes audires. Tu verò duritiam quandam ſtultitiamque indutus adeò, nullam noſtri habuiſti rationem, vt in tua quoque malitia gloriatus ſis; animo reputans, quiduis te poſſe. Et factus es nouacula contra teipſum acuta, dolumque factura. Quare & Deus quoque, cui fucũ facere voluiſti, te deiecit, tuamque radicem è terra viuentium euulſit; propterea quòd nullam Dei rationem habuiſti. Et hæc hactenus à nobis dicta eſſe ſat ſit,

Neſtor prolapſus porrectam manu deſpicit.

Neſt. amicè & frequenter de reſipiſcentia a Cœleſtino, & Cyrillo fruſtrà admonitus.

Pſal. 51.

Neſt. à Deo quem aſpernatus fuerat, deiect⁹.

Rom. 2.

Quæ ad illum pertinent, iudicaturus eſt Deus, *qui vnicuique reddet iuxta opera ſua*. Obtingat autem nobis, vt vnitatem reuereamur & adoremus, piiſſimoque Regi noſtro obſequamur: Tum Principibus & poteſtatibus ſubijciamur, ac indiuiſam tandem Trinitatem colamus, & veneremur, Mariam ſemper Virginem, eiuſdemq; Filium, nec non ſanctam Eccleſiam, immaculatumque illius Sponſum laudibus vſque euehentes. Ipſi ſit gloria in ſecula, Amen.

Eccleſiæ immaculatus Spōſus, Mariæ Filius.

Tomi ſexti caput VII.

HOMILIA PROCLI EPISCOPI Cyzici, de Domini noſtri Ieſu Chriſti natiuitate, Conſtantinopoli Neſtorio præſente, eiuſdemq; ciuitatis ſedem etiamnum obtinente, habita.

ARGVMENTVM.

DECLAMATIONIS huius argumentum maiorem in partem ex ijs patet, quæ titulo proximè ſubijciuntur. Eſt tota elegans, grauis, varia, elegantiſsimis antitheſibus & metaphoris referta. Complectitur autem non minores Virginis matris laudes, quàm proximè præcedens. Neſtorium grauiter impugnat, fideique veritatem contra eundem validè confirmat.

Cæterùm Proclus hic Cyzicenus eſt Epiſcopus ille, qui Theodoſij & Pulcheriæ ſtudio in ſede Conſtātinopolitana ſuffectus eſt Maximiano proximo Neſtorij ſucceſſori. Qua de re, ſicut de eximijs quoque viri huius virtutibus & ornamētis, rebusq; præclarè ab eo geſtis, conſule Nicephorum Calliſtum lib. 14. cap. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.

Quòd ſacra Maria ſit Deipara. Quòd ex ea natus Emmanuel, nec Deus tantùm, nec homo ſolùm; ſed vtrunque, hoc eſt, Deus & homo ſimul exiſtat; id tamen citra omnem omnino confuſionem, aut naturæ mutationem.

VIRGINEA Panegyris, frequensque, ac celebris hic conuentus, fratres, feſta hac luce linguam ad laudem prouocat; præſensq; ſolennitas præſenti cœtui certæ vtilitatis, nec iniuria, rationem conciliat. Continet enim abſolutam caſtimoniæ ſanctitatiſq; materiā, iuſtamque fœminei generis gloriationem. Neque enim vulgaris hac mundi ætate muliebri ſexui per Virginem & matrem, gloria acceſſit. Stupenda ſanè planeque inaudita eſt hæc Virginis & matris copula. Ecce igitur, & terra, & mare Virginem honorant, donisque cumulant; hoc quidem mitia nauigantibus dorſa ſubſternens; illa verò viatorum veſtigia inoffensè dirigens. Exultet natura, honorantur fœminæ; choros humana ducat natura, & carmina cantet, glorificantur virgines: *Vbi enim abundauit delictum, ibi ſuperabundauit, & gratia*. Sacra Deipara Maria in vnum nos coegit. Hæc impollutus, &

Virgo mater illuſtris fœminei ſexus gloria.
Mirabilis copula Virgo & mater.
Rom. 5.
Secūd' Adā Chriſtus.

purus ille illibatæ virginitatis theſaurus, decusque & ornamentum; hæc Spiritalis ſecundi Adami Paradiſus; hæc vnitarum inter ſe naturarum officina; hæc ſalutaris reconciliationis panegyris; hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnem ſibi deſponſauit; hæc animatus naturæ rubus, quē Diuini partus ignis non combuſſit; hæc verè leuis illa nubes, quæ ſuper Cherubin ſedentem in corpore ſuo geſtauit; hæc vellus mundiſſimum, cœleſti pluuia madens, ex qua paſtor ouem induit; hæc ancilla eſt & mater, Virgo & cœlum; hæc ſola pons eſt, per quem Deus ad hominem deſcendit; hæc admirandæ illius Oeconomiæ tela, ex qua, & in qua ineffabili quodam modo admirabilis illius vnionis tunica confecta eſt. Cuius quidem textor exitit Spiritusſanctus; netrix virtus ex alto obumbrans; lana, vetuſta villoſaque Adami pellis; trama, impolluta Virginis caro; radius textorius, immenſa geſtantis gratia; artifex, Verbum per auditum illapſum. Quis vidit? quis audiuit talia? Incircumſcriptus Deus vterum inhabitat; quem cœli non capiunt, venter complexus eſt Virginis.

Elegantiſſima & veriſſima Virginis matris epitheta.
Perelegans, tametsi metaphorica, œconomiæ operis delineatio.

Attamen, qui ex Virgine naſcitur, nec ſolus Deus eſt, nec purus rurſum homo eſt; ſed vtrunque ſimul. Natus ſalutis oſtium id eſſe oſtendit, quod peccati quondam introitus extiterat: Nam vbi ſerpens per inobedientiam virus ſuum infuderat; ibi Verbum per obedientiam ingreſſum, viuum ſibi templum exædificauit; vnde peccator Cain primus emerſit, inde generis noſtri aſſertor Chriſtus ſine ſemine prodijt. Clemens Deus ex muliere naſci non erubuit: Quod enim agebatur, vita erat. Nullam inde ille contrahit labem, quod intra viſcera, quæ citra omnem dedecoris notam condiderat, inhabitat. Quòd ſi ea, quæ genuit Virgo, non permanſit, neque is, qui natus eſt, aliud, q̄ purus homo extitit. Atque ita partus ille, nihil admiratione dignum habebit. Quòd ſi illa verò in partu, & poſt partum virginitatem illæſam retinuit, is citra omnem controuerſiam arcano modo ex ea ortus eſt, quem (cùm per clauſas ianuas ingreſſus eſſet,) Apoſtolus Thomas in gemina natura ſubſiſtentem agnouit, agnitumque non abſque ingenti ſtupore huiuſcemodi voce compellauit, Dominus meus, & Deus meus.

Idem extitit ſalutis & mortis oſtium.
Vnde ex vtero profudit peccatorē, Maria ſalutis noſtræ vindicem.
Non dedecet Deū viſcera, quæ cōdiderat, inhabitare.
Si Virgo illæſa Virginitate, non peperit, partus illius, neq; Deus fuit, neque aliquid admiratione dignum habuit.
Ioan. 20.

Ne igitur, ô homo, partum hunc erubeſcendum cenſeas; Hic enim ſolus ſalutis antidotum nobis attulit: Nam ſi ex muliere natus non eſſet, mortem vtique non oppetiiſſet. Quòd ſi verò mortuus non eſſet, neque illum quoque per mortem destruxiſſet, qui mortis habebat imperium, hoc eſt, Diabolum. Porrò autem, vt architecto nullam maculam aſpergit, ſi domum, quam forte extruxerat, incoluerit: Neq; lutum figulū inficit, dum vaſculum, quod finxerat, ex eo refingit: ita ex vtero virgineo prodiſſe, puriſſimū illud

Virginis partus ſalutis antidotū nobis attulit.
Hebr. 2.

illud numen nihil quicquam polluit: Quam enim citra vllam ſui labem formauerat, ex hac quoque, nulla macula contracta, proceſſit. O venter, in quo communis libertatis ſyngrapha confecta eſt; ô vtere, in quo arma aduerſus mortem fabrefacta ſunt; ô aruum, ex quo naturæ colonis ſine ſemine exortus eſt; ô templum, in quo Deus naturam non demutans, ſed eum, qui eſt Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech clementer natus eſt, inducens: Nam etſi Iudæi Domino, hominis formam induiſſe Deum, aſſeueranti, non credant, Græcique & Barbari miraculum hoc ſubſannent; Verbum nihilo ſeciùs factum eſt caro. Vnde Apoſtolus: *Prædicamus Chriſtum Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus verò ſtultitiam.* Quandoquidem myſterij huius vim, vt quod omnem humanam rationem excedat, non cognouerunt: *Si enim cognouiſſent, nunquam gloriæ Dominum crucifixiſſent:* Si Verbum vterum non inhabitaſſet, neque caro quoque illius ſacrum illum thronum occupaſſet. Quòd ſi ignominioſum eſt Deo in vterum, quem ipſe formarat, illabi: Erit ergo & Angelis quoque probroſum hominibus obſequi.

Cur Iudæi & Græci incarnationis myſterium derideant. 1. Cor. 1.

1. Cor. 2.

Neque Angelis probroſum eſt hominib⁹ miniſtrare, neque Deo in homine habitare.

Qui itaque ſecundùm propriam naturam impatibilis eſt, is propter meram erga nos miſericordiam pluribus perpeſſionibus obnoxius factus eſt. Neque Chriſtus per ſuccedentia virtutum incrementa factus eſt Deus, abſit. Verùm, vt fides noſtra prædicat, Deus miſericordia permotus, factus eſt homo. Neque hominem rurſum Deificatum prædicamus; ſed Deum incarnatum confitemur: Siquidem qui ſecundùm propriam naturã matrem neſcit, nullumque ſecundùm carnis diſpenſationem Patrem in terra agnoſcit, is propriam ancillam ſibi in matrem acciuit: Nam quomodo iuxta Paulum ſine patre & matre eſt? Si enim purus homo eſt, vtique non ſine matre eſt: Matrem enim habet. Rurſum ſi purus Deus eſt, haud dubiè non eſt ſine Patre: Habet enim Patrem. Nunc verò vnus idemque, ſine matre eſt, vt rerum Conditor eſt; ſine Patre rurſum eſt, vt homo eſt.

Hæc omnia ex diametro pugnant, cum Neſt. cacodoxia.

Quomodo Chrs ſine patre & matre.

Quin & ipſa quoque Archangeli Virginẽ ſalutantis appellatio obſeruanda hic venit: Ille namque, qui lætum illud nuntium Mariæ detulit, Gabrielis nomen ſortiebatur. Ecquid, quæſo, Gabriel interpretatum ſonat? audi & diſce; idem vtique ſonat, quod Deus & homo. Quia ergo ille, quem annuntiabat, Deus erat & homo, quò diſpenſationis myſterium faciliùs perſuadeat, rei miraculum nominis notione anticipat. Aduentus cauſam primùm diſce, & tunc incarnati virtutẽ laudibus euehe. Humana natura propter peccata multis obſtricta debitis tenebatur; neque, quod debebat, vlla ratione dependere poterat: Per Adamum namque omnes peccato quaſi chirographum dederamus, omneſque Diabolus in ſeruitutem redegerat: Eorum corpore noſtro permultis pathematis ſubiecto, veluti charta vſus, noſtræ venditionis pretia oſtentabat, paſſionumque debitum malignus ille falſarius, minitabũdus ob oculos nobis ponebat, ac nos vniuerſos ad ſupplicium condemnationemque depoſcebat. Erat itaque alterutrum duorum neceſſarium; aut vt omnes, propter condemnationem, præcipites abirent in mortem; (omnes enim peccauerant) aut certè, vt eiuſmodi pretium penderent, quod exactum debitum ad iuſtitiæ amuſſim exequaret. Atqui homo, quòd peccati debito ſubiaceret, ſaluare ſe non poterat: Angelus verò, quòd tantùm redemptionis pretium ipſi non ſuppeteret, humanum genus redimere nequibat. Supererat igitur, vt ille pro omnium peccatis moreretur, qui nulli peccato obnoxius erat: Atque vnica hæc reſtabat mali ſolutio.

Cur incarnationis ſermonis Gabriel ſit appellatus.

Quæ fuerit aduentus Chriſti cauſa eſt.

Incarnationis cauſa peccatum, peccatique ſeruitus.

Diaboli eſt tyrannis hominũ vis & inſolentia. Exigebatur exactè redemptionis pretium: Hoc autem ſol⁹ De⁹ homo factus dependere potuit. Qui iuſtã Deo erat ſoluturus pretiũ, ἀναμάρτητον eſſe oportebat.

Ille itaque, qui vniuerſam naturam ex nihilo produxerat, cuique nulla ad erogandum facultas deerat, vitam morti condemnationique addictis reperit tutiſſimam, mortiſque ſolutionem decentiſſimam; dum nimirum ex Virgine, quomodo, quem ſolus ipſe nouit (nulla enim oratio miraculum hoc aſſequi valet) humanam naturã aſſumit, aſſumptamque in mortem contradit, eumque in modũ redemptionis pretium diſſoluit, iuxta illud Pauli: *In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius; peccatorumque remiſſionem.* O rẽ ſtupendam; immortalitatem, quam ipſe habebat, per ſuam mortem alijs conciliat. Eiuſmodi nullus vnquam fuit, nec eſt, neque erit, quam vnus ille, & ſolus ille, qui ſecundùm diſpenſationem ex Virgine natus eſt Deus ſimul & homo; eam non ſolùm vim obtinens, qua reorum multitudini redimendæ par eſſet, ſed eiuſmodi, quæ multis partibus excelleret: Nam vt Filius eſt, indiuulſam cum Patre vnionem retinet; vt verò rerum opifex, nullius virtutis indiget; vt autem miſericors, immenſa inexhauſtaque miſericordia atque ſympathia pollet; denique Pontifex digniſſimus eſt, qui apud Patrem intercedat: Horum autem omnium nihil vnquam ſimile, nihil æquale in alio quopiam comperias. Conſidera immenſum illius benignitatem; ad mortẽ condemnatis, mortem, quæ crucifixoribus debebatur, vltro exoluit; occiſorumque iniquitatem, in ſceleratorum illorum ſalutem conuertit.

Deus admirabilem decentiſſimãque ſaluando homini rationem inuenit. Eph. 1.

Morte Chriſti homini conciliatur immortalitas.

Vbi hic ſunt, qui Chřm ad exactè iuſtitiæ rationem ſatisfeciſſe negant?

Immenſa Verbi incarnati clementia & benignitas.

Poſſe itaque ſeruare virium puri hominis non erat; Nam ipſe quoque Seruatore egebat, iuxta illud Pauli: *Omnes*, inquit, *peccauerunt, & egent gloria Dei.* Quia verò peccatum peccatorem Diabolo obſtringebat, obſtructumque Diabolus in mortem præcipitẽ agebat; res humanæ in ſummum diſcrimen adductæ cernebantur, nec vlla liberationis ſpes ſeſe offerebat. Quare Prophetæ, qui animarum medici deſtinati fuerant, concionabantur quidem & incuſabant; verùm vbi inflictum

Purus homo ſeruare nos nõ poterat. Rom.

Res humanæ per peccatũ ad ſummũ diſcrimen adductæ. Animarum medici Prophetæ.

flictum vulnus humana induſtria; maius eſſe animaduertebant, cœleſtis medici opem implorabant: Et hic quidem aiebat: *Inclina cœlos & veni.* [Pſal. 143.] Alius: *Sana me Domine, & ſanabor.* [Hier. 17.] Alius: *Excita potentiam tuam, & veni ad ſaluãdum nos.* [Pſal. 79.] Alius: *Nunquid verè Deus habitabit inter homines?* Alius: *Citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis.* [Pſal. 78.] Alius: *Heu me perijt pius à terra, & non eſt inter homines, qui æquitati ſtudeat.* [Hæc partim ex noſtra, partim ex 70. editione petita.] Alius: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandũ me feſtina.* [Pſal. 69.] Alius: *Adhuc puſillum, & qui venturus eſt, veniet, & non tardabit.* [Bar. 2.] Alius: *Erraui ſicut ouis, quæ perijt, quære ſeruum tuum Domine, ſperantem in te.* Alius: *Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit.* [Pſal. 49.] Ille igitur, qui ſuapte natura Rex eſt, humanam naturam tyrannide oppreſſam, non deſpexit, neque permiſit miſericors Deus, vt perpetuò obligata teneretur; ſed venit ille, qui ſemper præſens adeſt, propriumque ſanguinem noſtri cauſa in redemptionis pretium profundens, & carnem, quam ſponte induerat, in reconciliationem morti dedens, mundum à legis maledicto redemit, morteque mortem deſtruxit: Atque huc illud Pauli tendit: *Chriſtus, ait, nos redemit de maledicto legis.* [Gal. 3.]

[Chriſtus, neque ſolus Deus, neque ſolus homo erat ſed vtrũq; ſimul.] Qui itaque nos redemit, o Iudæe, non purus eſt homo: Humana enim natura peccati ſeruitute oppreſſa tenebatur: Sed neque tantùm quoque Deus erat humana natura deſtitutus: Corpus enim habebat, o Manichæe: Niſi enim me induiſſet, me non ſaluaſſet; verùm qui ex Virgine prodiit, ille me condemnationi obnoxium aſſumpſit: Quo fit, vt admiranda quædam commutatio hic interuenerit; dato nanque Spiritu, accepit carnem; idem cum Virgine & ex Virgine. Et hic quidem ipſam obumbrauit, ille verò ex illa carnem induit: [Verbum carne accepta, reddidit Spiritũ.] Si alius eſt Chriſtus, & alius item Dei Verbum, iam non Trinitas in Diuinis erit, ſed quaternitas: Nam & Chriſtus quoque Deitatis expers non eſt: Sed dic, obſecro; ecquis nam apparuit ijs, *qui in tenebris & in vmbra mortis ſedebant?* homóne? at quomodo homo in tenebris diuerſans præualuit? Nam iuxta Pauli doctrinam, *de poteſtate tenebrarum nos eripuit:* [Coloſ. 1. Epheſ. 5.] Eramus enim aliquando tenebræ, ſicut ſcriptum eſt: Ecquis ergo ille, qui apparuit nobis? Dauid ad hoc tibi reſpõdeat: Scribit autem: *Benedictus, qui venit in nomine Domini:* [Pſal. 117.] At clariùs dic Dauid, quiſnã ſit ille; exclama quantum viribus potes, ne ceſſes. Exalta, quaſi tuba vocem tuam, & edicito, quis nã ille ſit: [Eſa. 58. Pſal. 117.] *Dominus* (inquit) *virtutum, Deus Dominus, & illuxit nobis.* Verbum enim caro factũ eſt, duæque in vnum ſimul coierunt naturæ: At id citra vllam omnino confuſionem.

[Et pati, & ſaluare venerat Chriſtus. Homo purus ſaluare, Deus purus nequibat pati.] Venit quidem ad ſaluandum, ſed & pati quoque illum oportuit: At quomodo vtraq; hæc fieri potuerunt? homo purus ſaluare non poterat, Deus ſolus pati nequiebat. Quid igitur? ipſe Emmanuel Deus factus eſt homo; & id quidem, quod erat, ſaluauit; quod verò factum eſt, paſſiones ſubiit. Vnde cùm Eccleſia Synagogam cerneret, ſpinis illum coronantẽ, Ingens tantum facinus aiebat: *Filiæ Sion, exite & videte coronam, qua coronauit eum mater ſua.* [Cant. 3. Edi 70.] Ipſe etenim ſpineam coronam portauit, & ſpinarum cauſam euertit. [Co onã ſpineã, ſpinarũ cauſam euertit.] Idem erat in ſinu Patris, & in vtero Virginis: Idem detinebatur inter matris brachia, & ferebatur ſuper vẽtorum pennas: Idem ab Angelis adorabatur, & cum Publicanis menſæ accumbebat: Vix Cherubim aſpicere audebãt, & Pilatus interrogabat: Seruus colaphis cedebat, & ipſa creatura horrebat. Crucifigebatur, & thronus gloriæ non deſerebatur: [Venuſtiſſima operũ & proprietatum vel uſque naturæ antitheſis.] In ſepulchro concludebatur, & cœlum, vti pellem extendebat. Inter mortuos reputabatur, & infernum deſpoliabat. Hic, vt deceptor calumniis afficiebatur, ibi vt Sãctus glorificabatur; o myſterii magnitudinem: Miracula video, & Diuinitatem prædico: Cerno paſſiones, & humanitatem non nego. Naturæ portas reſerauit Emmanuel, vt homo; ſed Virginitatis clauſtra non violauit, neque perrupit, vt Deus: Ita enim ex vtero eſt egreſſus, ſicut per aurem ingreſſus; ita natus, ſicut conceptus; [Ita Verbũ ex vtero egreſſus, ſicut per aurem ingreſſus.] qui impatibiliter fuerat illapſus, ineffabiliter eſt elapſus. Hinc Propheta Ezechiel aiebat: *Conuertit me Dominus ad viã portæ Sanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis porta hæc clauſa erit non aperietur, & vir non tranſiet per eam: Quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa Principi.* [Ezech. 44.] En euidens demonſtratio ſacræ Deiparæque Virginis Mariæ. Dirimatur proinde omnis contradictio, Scripturarumque illuminemur ſcientia, quò regnum cœlorum conſequamur in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Tomi ſexti caput VIII.

HOMILIA REGINI CYPRIORVM Epiſcopi, in Epheſiorum ciuitate, poſt Neſto. exauctorationem habita.

ARGVMENTVM.

EXTAT hæc homilia in Contiana quoque editione, ſed oratione & ſententia paſsim ab hac diuerſa, (vndecunque tandem diſcrimen illud acciderit:) Hactenus tamen hæc & illa inter ſe conſpirant, quatenus vtraque inſanam Neſtorii impietatem acerrimè inſectatur. Confertur vtrobique cum Cain, cũ Cham, cum Sodomitis, cum Iudæis deicidis, iisque omnibus tanquam multò his nequior antefertur. Fuit autem Reginus hic vnus ex tribus illis, qui Epiſcopum & Clerum Antiochenum de Cypri Prouincia per vim inuaſa grauiter apud Synodum detulerunt. Lege c. 1. App. 1.

DECREVERAM equidem ſilere, dicendique prouinciam his Patribus deferre, ne non tam orationem, quàm inſcitiæ meæ monimentum relinquerem. Sed quoniam, o

ſapiens,

Reginus ad declamādum nō ſe ingerit, ſed declamare iuſſus, iubēti morem geſſit.

ſapiens, ſilentium expetentem, ſilere non pateris, nonnulla mihi quoque im medium proponere viſum eſt; Proditum eſt enim alicubi ſapientis eſſe, ſapiētum conſilio acquieſcere. Quia ergo magnus ille ſacrorum myſteriorū promus tuis te coloribus breuiter depinxit, dum ait: *Quomodo cecidit de cælo Lucifer, qui mane oriebatur? Quomodo Babylō illa magna repente corruit?* alteri aptiùs te cōferre nō valeo, q̄ Iudæis, qui Dn̄m occiderunt: Horū nanque impietatem tu denuo exuſcitaſti. Illi enim aliquando Dei hæreditas, & portio extiterūt, legemq́ue & filiorū adoptionem acceperunt; & infinitis alijs beneficijs à Deo cumulati fuerunt. Verùm cùm ob beneficiorum magnitudinem ebriorum more in benefactorē inſanirent, Deum ſibi dicentem audiuerunt: *Filios enutriui, & exaltaui; ipſi autem ſpreuerunt me*. Sed quo te dignum nomine quiſpiā tandem appellet? An non rectè infamis illius Cain vocabulo te nuncupabimus? Atqui Caini commiſſa tuis longè minora extiterunt. An verò miſerando illi Cham, qui paternæ nuditati illuſit; aut Sodomitis te adſimulabimus? At Sodomitarum facta cum tuis collata eiuſmodi ſunt, vt dicere nobis liceat: Sodoma iuſtificata eſt ex te: Tu enim breui temporis ſpatio terrarum orbem commouiſti, fideinq́ue funditus euertere voluiſti, & ineffabilem illam incarnati Vnigeniti diſpenſationem, quantum in te fuit, penitùs demoliri obnixè ſtuduiſti; Ita ſanè, vt rectè illud Prophetæ dici de te queat: *Vulnera tua malagma non tulerunt; olei fomentum, & obligationem reſpuerunt*.

Eſa. 14. Apo. 18.

Confertur Neſt. Iudæis deicidis.

Eſa. 1.

Committitur Neſt. cū Cain, & Chā & Sodomitis. & his omnib⁹ anteferetur.

Eſa. 1. Edi. 70.

Enimuero ad manifeſtam impietatis tuæ redargutionem ante, cùm parua adhuc erant, quæ auſus es, igni terræque hiatu, teque, tuosq; conatus compeſcere debebamus; quò vel hac ſaltem ratione, ſimplicioribus pœnas dependiſſe videreris: Nam nobis iam dependiſti, & denuo dabis. Quandoquidem Dei Verbum, quod ex Deipara Virgine Maria, ſecundùm carnem ortum, abs te diuiſum, diſſectumq́ue eſt, olim in die iudicij, ineuitabile inuidentiæ tuæ ſupplicium decreturum eſt. Ecquid tū, obſecro, ô terra, & mari, & ipſa quoque morte inſaniori, reſpondere poteris? Etenim mare Dominum ſuum agnoſcens, dorſa fluctusq́ue ſuos illi ſubſtrauit; mors inſueta lege Lazarum conſanguineis ſuis reſtituit. Prætereo ſolem Dominicæ Paſſionis tempore præ horrore radios ſuos contraxiſſe, petras ſciſſas, monumentaque aperta eſſe. Etſi hæc parua videntur, reuertere, miſer, reſuſcitatorum mortuorum teſtimonium, cuſtodum inferni tremorem, veli diruptionem, luminis mutationem, diei obſcurationem. In his autem omnibus infelix inemendabilem prauitatis ſuæ conſuetudinem obtinens, immobilis perſiſtit. At perſiſtat ille, vt lubet; nos interim diuinis nutibus obſequentes, adoramus Deum Verbum, qui in carne nobiſcum verſari nō eſt dedignatus; quamuis per hoc à paterna natura minimè receſſerit; *vt qui ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſq́, omnia verbo virtutis ſuæ*. Ipſi ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Hæretici igni terræq́; hiatu compeſcendi.

Neſtorius mari inſanior, ſaxis durior, Dæmonibus infidelior.

Cùm creaturæ omnes Chriſti Diuinitati teſtimonium perhibeāt, ſolus Neſt. hunc Deū eſſe negat.

Heb. 1.

Tomi ſexti caput IX.

HOMILIA THEODOTI Ancyræ Epiſcopi; die Ioannis Euangeliſtæ ſacro, Epheſi contra Neſtorium habita.

ARGVMENTVM.

EX inſtituto agit de Neſtorii exauctoratione, veraque diuini Verbi incarnatione. Docet primò rem eſſe minimè nouam, verum iam inde ab initio in Eccleſia Dei receptam abſcindere membra illa, quę omnem reſpuunt medicinam, cuiuſmodi membrum propalam habebatur Neſtorius. Mox ipſummet Dei Verbum incarnatum, conuenientique modo id factū eſſe: Atque ita non duos Filios, aut Chriſtos, vt nugabantur Neſtoriani, ſed vnum tantùm Chriſtum & Filium ſtatuendum eſſe. Poſtremò non dedecuiſſe Deum, vt carnem ſumeret, & inter homines viueret: Sed illius benignitatem & ſapientiam id decuiſſe, vt vt quod maximè. Cæterùm Theodotus declamationis huius auctor, erat vnus ex præcipuis Concilii Patribus.

QVOD corporibus noſtris eſt medicus, hoc animabus eſt Sacerdos. Quia ergo animi morbus eſt error, qui diu multumq́; diſſimulatus mortis ſupplicium inducit, Spiritus ſancti gratia animarum medicinam Sacerdotiū inſtituit; membrumque morbo dudum labefactatum excidi curauit: Non quidem in illud deſæuire inſtituens, ſed reliquis membris conſultum cupiens; Cùm enim iugis illa tabes, prauæ corruptionis incrementa paulatim generaret, membrum putridum præcidendum exiſtimauit; quò omnē ſimul corruptionis malitiam è medio tolleret. Eſt hæc curandi ratio non crudelitas, ſed ſalubris & neceſſaria medicina. Sanè medicus ſiens interdum membrum præſcindit, Verùm dum ſectioni non parcit, ſanitatem inducit, Neque genus hoc medendi nouum eſt; ſed antiquum, & iam inde ab initio vſurpatum: Hac enim ratione ſancti Patres venerandam hanc Eccleſiam hactenus curàrunt, & conſeruârunt. Obtinet Sacerdos gladium, non vt lædat, ſed vt medelam adferat; Atque hoc ipſum ſuperna gratia inſinuans quondam Hieremiam ita affabatur; *Conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſupra regna, vt euertas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*: Neque enim pietas commodè inſeri poteſt, niſi malitia antè fuerit extirpata. Par eſt vtique affectum membrum primò rigare, culturæ induſtria vti, pietatis ſermonem adhibere, & omne denique medicamenti genus putreſcenti membro applicare. Verùm ſi tabes maior fuerit, quàm vt curationem admittat, tunc

Sacerdos animarū medici.

Grauis animi morbus error.

Putridi mēbri nomine Neſto. deſignatur.

Curatio putridi mēbri inciſionem interdum neceſſaria.

Eccleſia hactenus curata & conſeruata, per obſtinatorum hæreticorū abſciſionem.

Hier. 1.

Vt pietas ingrediatur, malitia ceſſat, operæpretium eſt.

Quo agendum cum hæreticis, exciſinq́ue obſtinatè malis.

demum

demum membrorum ita affectorum ſectio præſens eſt medicina,

Sed qua, quæſo, ratione quiſpiam ei medeatur, qui ita comparatus eſt, vt humanæ naturæ conditiones Deo probro vertere non metuat? beneficiumque contumeliæ loco ducat? dic age, quid hic reſpondes? Deum (inquit) paſſum equidem non dico; ſanè ſi ad Deitatis naturam ſpectas, non erras: Sin verò perpeſſionem ſimpliciter illi adimas, diſpenſationem pernegas. Ne ergo perpeſſiones Deo improperes, ſed perpeſſionum vtilitatem inſpicias.

Hæc ola, vt alia ferè omnia, ex inſtituto Neſtorij impietatē impugnant,

In humilitatem Deus ſeſe demiſit, nullam ſecundùm propriam naturam perpeſſus diminutionem; ſed hanc nobis gratiam faciens. Hoc, quod erat, permanens, aſſumpſit, quod non erat. Deus eſſe non deſtitit propter propriā naturam; quod autem tu es, id factus eſt ille, ob ſuam in te benignitatem.

Carnis aſſumptio, nullā Verbo attulit ignominiā, aut mutationem.

Ne igitur curationis modum in contumeliam vertas; neque improperes medico, ſi in corporis humilitate conſtitutus, tuam operatus eſt ſanitatem: Non eſt illa humilitas ignominiæ coniuncta; ſed certum humanitatis illius erga nos argumentum exiſtit. Deſcendit ad te, non vt in inferioribus perpetuò hæreat; ſed vt te ad ſeipſum ſubuehat. Ne ergo inficieris deſcenſum, vt non amittas aſcenſum. Amplectere contumeliam, quæ tuam peperit gloriam.

Cur Verbū per carnis aſſumptionem deſcēdit.

Diuinitatis natura nullam ignominiam eſt perpeſſa; gratia autem tibi contulit beneficia: propter te ſeruum ignominiam promeritum, ignominia afficitur Dominus. Quæ mea ſunt, ille aſſumpſit; quoniam tu, quæ illius erant, deſeruetas. Nos à pio Domino aufugimus, gratiamque ab eodem oblatam non tulimus.

Elegantiſſimę antitheſes.

Ad vſum Paradiſi delicias acceperamus; ſed legem violantes, nec non in legiſlatorem præuaricantes, & infeſto hoſti nihilominùs morem gerentes, ex honore excidimus, & in terreſtrem hunc locum fugitiui illius ſerui vitio depulſi ſumus.

Cur è Paradiſo exacti ſimus?

Neque is enim oculos in Dominum conijciebat, ſed voluptatis ſenſu deorſum merſus, peccato ſeruiebat, eiusque dominio ſubiacebat. Agnitum eſt humanam mentem ad Deum erigere ſe non poſſe. Quid ergo; nunquid mea tarditas Deum pulcherrimæ huius poſſeſſionis, quæ homo eſt, iactura afficiet? Abſit; nequaquàm enim vniuerſorum Deus iſthud patietur: Nefas enim erat, vt inuidia Domini gratiam ſuperaret: Sed neque decebat quoque, vt Dei domum Diaboli inſidijs quaſi deuictum cederet. Ecquid igitur Dominus facit? adiungit ſe fugitiuo: Seruus enim ad ipſum venire non poterat.

Homo voluptatis ſenſu merſus, oculos in Deū non ſurrigebat.

Diaboli inuidia Chriſti gratiā vincere nō debuit.

Accedit ad ſeruum non maieſtate herili, non Angelorum ſatellitia præmittens, non Archangelorum phalangas ciens, non igneos globos vibrans, non elementa concutiens: Eiuſmodi enim apparatus extorrem in fugam vertiſſet; ſed quò fugitiuum capiat, propriamque poſſeſſionem recuperet, blandè accedit: Non enim per aſſumptam hominis naturam illum abſterret; ſed perſonæ humilitate ad familiaritatem & amicitiam prouocat.

Quo ſchemate, quoue apparatu pius Dominus ſeruum fugitiuum & nequam venatus ſit.

Vt ſeruum demereatur & capiat, Dominus ſeruus efficitur

Efficitur conſeruus, vt dominium ſuum olim declararet. Hinc magnus ille Paulus: *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu*, Ieſum hic vocat.

Phil. 2.

Dic, quæſo, quale nomen mater infanti indidit: *Vocabis* (inquit) *nomen eius Ieſum*. Vbi eſt ergo, qui Chriſtum diuidit? vbi, qui huic noſtro myſterio homonymiam affingit, vtpote vnum Chriſtum nominans, reipſa autem duos ponens; alterum ſeruum, alterum Dominum; alterum patibilem, alterum impatibilem. Quorſum ſi duæ res ſubſiſtunt, vnum tantùm vtrique nomen indimus?

Neſtoriani duos Chriſtos confingunt, vnum ſeruum & patibilem, alterū Dominum & impatibilē.

Hoc, inquit, ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Ieſum eum nominat, qui cernebatur, cui Virgo id nominis impoſuerat. Hoc quiuis in ſe ſentiat, quod eſt in Chriſto Ieſu. Ecquid, quæſo, de Chriſto Ieſu ſentire nos oportet? Nempe quòd *Cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe Deo eſſe æqualem*. Ecquid eſt, quod hoc loco dicitur? Sanè qui per rapinam libertate potitur, nihil ſeruile pati ſuſtinet, ne vſurpatæ libertati aliquod præiudicium generet. Ecquid ergo ille? Quoniam natura Dominus erat, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: Diſpenſationis enim myſterium, Diuinitatem non læſit: *Qui cùm forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum humiliauit, formam ſerui accipiens*.

Quid de Chriſto nos ſentire par ſit.

Qui per rapinam in libertatem ſe vindicat, nihil ſeruile ſuſtinet.

Agedum explana mihi Vnigeniti exinanitionem: Quomodo enim ſe exinaniuit, ſi homo verè factus, humana non eſt perpeſſus? Veruntamen cùm Deum paſſum affirmamus, ſemper naturam illius à paſſione eximimus: Etenim non natura; ſed vnio ad id, quod pati poterat, Deum patibilem effecit: In naturam enim illius paſſio nulla cadit: Poſteaquàm enim miſericors Deus ſeruo compati decreuerat, cùm naturæ eſſet impatibilis, id, quod pati poterat, ſibi aſciuit; eoque aſcito, propoſitum ſuum adimpleuit.

Dici verè non poteſt, Deum ſeſe exinaniuiſſe, ſi verè homo factꝰ non fuerit.

Quid Deū patibilem effecerit.

Ad hunc itaque modum Dominus ad nos acceſſit, eaque ratione ſeruo fugitiuo ſeſe adiunxit: Vt conſeruus viſebatur; vt Dominus beneficia impartiebatur. Seruilem formam præ ſe ferebat, & gratiam Diuinam, vt Dominus, ſubminiſtrabat; famebat vt ſeruus, & panes multiplicat vt Dominus; vt homo defatigabatur, vt Deus ſuper maria gradiebatur; crucem formidabat vt homo (nam exterioris hominis perpeſſionibus, aſſumptæ naturæ veritatem oſtendere debebat) ſed interim miraculis, quod intus latitabat, demonſtrabat. Hoc ergo ſchemate homo apparens, nos omnes in ſuam familiaritatem adduxit.

Chrſ. cernebatur vt ſeruus; operabatur autē vt Dominꝰ.

Tandem Ioannes tonitrui filium, huiuſce Metropolis quondam Apoſtolum, communemque terrarum orbis theſaurum, ac magiſtrum nobis à Deo propoſitum, qui vnico verſiculo vniuerſam pietatem complexus eſt, audiamus:

Ioan. Euangeliſta primus Epheſiorū Apoſtolus.

Ioã Euãg. vnico verſiculo vniuerſam pietatem cõplexus eſt.

audiamus: *Verbum*, inquit, *caro factum eſt*. Quod erat, factum eſt caro. Erat Deus per naturam; factum eſt autem caro per diſpenſationem; per quod, & cum quo Patri cum Spiritu ſancto ſit gloria, & imperium, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Tomi ſexti caput X.

ALTERA EIVSDEM Theodoti Ancyræ Epiſcopi homilia, in natalem Seruatoris, Cyrillo Epiſcopo præſente, in Synodo Epheſina habita.

ARGVMENTVM.

PRÆMISSO, tanti feſti, tantique myſterii ſolennitatem grato animo ſuſpiciendam eſſe, admonet Chriſti ex Virgine ortum, multis Prophetarum oraculis prædictum, multis rurſum figuris ac typis fuiſſe adumbratum. Docet Deum verè quidem & propriè ex Virgine natum, ortus tamen huius modum & rationem verbis explanari non poſſe. Addit hoc illi cum cæteris fidei myſteriis; imò cum quibuſdam quoque rebus arte conſtantibus commune eſſe. Qui Spiritale & incorporeum craſſeſcere, & quaſi incorporaſcere queat, verbi humani exemplo oſtendit. Hinc, cur ſecunda in Diuinis perſona appelletur Filius, cur item Verbum, & ſplendor, planum facit. Deo tandẽ ex Virgine naſci, vel in Virgine habitare, non eſſe indignum ex proportione, quam ipſa cum cœlo, quæ propria Dei ſedes vocatur, habet, perſuadere contendit. Sub finem quicquid Dei Filius naſcendo, vel moriendo perpeſſus eſt, id totum, citra vllam ſui mutationem, perpeſſum eſſe, exponit.

ILLVSTRIS, communiśque hominum ſaluti ſalubris, præſentis ſolennitatis eſt ratio. Præclarus nihilominus & illuſtris eſt hic præſens quoque conſeſſus, oblatam gratiam animo neutiquam ingrato complectẽs. Solet autem vberior illis gratia obuenire, qui grato animo gratiam accipiunt: Tãtum enim plerunque donorum præſtatur, quanta corũ eſt gratitudo, qui eiuſmodi donis potiuntur. Quare cùm de accepto dono donatoris benignitatem grata recordatione agnoſcit, nõ modò pro acceptis feciſti ſatis, verùm ad maiorũ quoque beneficiorum elargitionem donatorem aſtrinxiſti. Animis proinde gratis oblatã hanc gratiam ſuſcipite, præſentem ſolennitatem veſtra gratitudine celebriorem reddite. Cauſa autem feſtiuitatis huius eſt Dei inter homines manifeſtatio; aduentus vtique illius, qui nunquam abeſt; allapſus eius, qui omnia implet; intuitus eius, qui omnia videt: *In propria venit, & ſui eum non receperunt; ſed & in mundo quoque erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit*. At hæc interim ignoratio non omnino nullam excuſationem habet: Deus enim ob naturæ ſuæ Diuinitatem, humana cogitatione apprehendi nõ poteſt: Nec enim mortalium animus ſat idoneus eſt, vt illum poſſit intueri; ſiquidem Diuina natura humanæ mentis captum effugit.

Gratis vberior gratia obuenire ſolet.

Iuſta lætitiæ cauſa Dei inter homines ortus. Ioan. 1.

Deũ olim ab hominibus non fuiſſe cognitum, nonnullã excuſationẽ habet.

Sublimior eſt, quàm quæ noſtro ſenſu attingi queat.

Itaque propter naturæ excellentiam Diuina illa notitia deſtituebamur; quod malum ne diutius nos premeret, inuiſibilis viſibilem naturam aſſumpſit; qui nulli patebat tactui, corpus accepit palpabile: Inaſpectabilis Deus aſpectabilis efficitur; Dei Verbum contrectatur, ne Dei cognitio humanum ſenſum excedens, hominem in poſterum lateret; Vnigenitus Dei Filius cum ſeruis ſuis cognationem contrahit. Et ne fortè exiſtimes incarnatum Filium à Deo eſſe alienum, iam dudum antè Dei aduẽtus adumbratus fuerat: Etenim iam inde ab initio figuris humanis, lineamentisq; corporeis, quibus à nobis cerni poterat, intuẽdum ſe offerebat, ſuique notitiam intuẽtibus relinquebat. Sed prodeat in medium Iudæus. Accedat, qui Deum humana natura indutum inter homines viſum eſſe, pertinaci ſtudio inficiatur; dicat mihi, quomodo Moyſes viderit Deum. Certè naturam inaſpectabilem nullo modo eſt conſpicatus: Eam enim humana mens aſſequi non poteſt. Quomodo ergo, dic, obſecro, ignem ex rubo vidit flagrantem, nec ipſum tamen rubum conſumentem? Cur ergo ex Virgine nato, Virginemque incorruptam ſeruanti fidem non habes?

Excellẽtes naturæ cognitu difficiles.

Verbi incarnatio multis ſymbolis antè adũbrata.

Si tu Deum ex rubo loquentem, Moyſiq; *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob*, dicentem, audiens, & ipſum Moyſen pronum adorantem carneus, credis: non ignis, q cernebatur, ſed Dei tantùm, qui loquebatur, rationem habens; cur, cùm virgineũ vterum memoro, abominaris, & auerſaris? Dic, obſecro, vtrum eſt vilius, rubúsne, an vterus virgineus ab omni peccati affectione immunis? Ignoras priſca illa recentiorum, eorumque, quæ nunc contingunt, extitiſſe figuras? Ea enim, quæ antiquitus fiebant, myſteria, quæ in nouo Teſtamento ad implenda erant, ſignificabant. Quare rubus accenditur, ignis conſpicitur, & tamen, quæ ignis natura fert, non operatur: Illuminat, non conſumit; abſtergit, non incendit; beneficium præſtat, pœnam non adfert. Nonne Virginem in rubo animaduertis? nonne illius, qui ad nos deſcendit, charitatẽ, humanitatemque in igni contueris? Iudex inter iudicio obnoxios verſatur; neque tamen iudicium exercetur. Iudex inter reos demoratur; neque vlli tamen pœna irrogatur. Iudex præſtò eſt, non iudicaturus, ſed iuſtificaturus; non condemnationem illaturus; ſed medicinã adhibiturus. Cernis, quo pacto priſci illius ignis myſterium, clementiam, quã hic declarauit, appoſitè adumbrarit?

Rubus citra ſui conſumptionẽ ardens, incarnationis myſterium inſinuabat. Exod. 3.

Virgo ab omni peccati affectione immunis nobilior ardẽti rubo. Quæ veteribus contingebãt, quæ nobis euentura erãt, deſignabant. Quid portẽderit rubus ardens citra cõſumptionem.

Ne igitur mireris, ſi Deus Verbum ex vtero virgineo naſcitur: Deus enim nihil ignominioſum ducit, quod humanam ſalutem cõciliare natum eſt. Neque tu Dei naturam ita vilem abiectamque arbitreris, vt cuicunque iniuriæ obnoxia eſſe queat? Nihil enim abiectum, aut vile, quod is noſtri cauſa aſſumpſit, vllam

Deus nihil ſibi probroſum ducit, quod humanam ſalutem conciliare natum eſt.

vllam illi ignominiam irrogat: Aſciuit nihilominus quædam inferiora, non quò ſuam naturam contaminet; ſed quò noſtram naturam ſaluet. Cùm ergo humilia illa Dei naturæ nullam contumeliam, nullam iniuriam adferant; ſed humanam tantùm ſalutem pariant, quomodo dicere audes quæ nobis ſalutis cauſa extiterunt, ea ignominiam Deo attuliſſe? Deus itaque hodierno die ex Virgine prodiit, Virgoque, virginitatis integritate retenta, effecta eſt mater: Nam incorruptionibus largitor, corruptionem nō inducit, nihilque incorruptionis auctor corrumpit.

Nihil eſt omnium, quod Dei naturā inficere, aut lædere queat.

Deus non eſt auctor corruptionis.

Quia verò Photinus Virginis natum purū hominem dicit; neque puerum illum; qui ex vtero prodiit, Diuinum eſſe admittit; ſed hominem à Deo diſtinctum eſſe contendit; exponat mihi, qui fieri queat; vt natura humana ex vtero virgineo nata, virginale clauſtrum incorruptum conſeruàrit? Nullius enim vnquam hominis mater Virgo permanſit. Cernis, quomodo; quod natum eſt, duplicem de ipſo nato ſenſum nobis offerat: Nā ſi more noſtro natus eſt, homo vtique, & aliud nihil eſt: Quòd ſi id, quod natum eſt, matris integritaté illæſam conſeruauit, apud rectè ratiocinantes Deus eſſe vtique cognoſcetur: Deus nanque in mundum venit, non de loco in locum commigrans, ſed naturam meá aſſumens; &, vt dixi, obtutibus noſtris patere volens, cùm ſuapte natura ſit inuiſibilis: Ex partu enim ſortitus eſt initium, non Deitatis, ſed aſpectabilitatis: Nam cùm Deus eſſet, voluit homo fieri, propter ſuam in nos clementiam, quò nos creatorem & iudicem, perinde ac cognatum, deinceps complecteremur. Et quia propriarum actionum commendatione & laude deſtituebamur, per ipſum fiduciam conciperemus: Etenim cùm ad tribunal abſtrahuntur, qui propriarum virtutum præſidiis confidentur niti non poſſunt, fit interdum, vt cognatorum ſuorum meritis, qualemcunque confidentiam ſibi aucupentur. Aduenit itaque Deus vt homo, non de loco in locum tráſmigrans; ſed inuiſibilem naturam viſibilem quodammodo reddens: Nam iuxta Euangeliſtam, vt homo, hominibusque cogoatus apparuit: At enim: *Et Verbum caro factum eſt.*

Photinus Chriſtū purum hominē nugat.

Virginis matris integritas, eiuſmodi ſit quem generat, declarat.

Deus in mūdum venit, citra loci mutationē.

Verbū ex Virgine ſortitū eſt initium aſpectabilitatis, nō diuinitatis.

Propriis virtutibus deſtituti, cognatorum merita interdu allegant.

Ioan. 1.

Sed dixeris, quomodo fieri poteſt, vt Deus Verbum homo fiat? Si Diuinorum miraculorum modus, Verbique inconprehenſibilitas à nobis poſſet comprehendi, miraculum vtique non eſſet; ſed res ſecundùm naturam. Quòd ſi verò opus patratum ſignum, aut miraculum fuerit, facti rationem miraculorum auctori relinque. Quòd enim Deus Verbum natus eſt, noſſe te volo, lucrumq; per natum nobis oblatum, fide percipere te iubeo, quomodo autem natus ſit, id natiuitatis architecto reliquito. Si tu medico præcipienti credis, ſalutemque tuam arti permittens, medicinæ rationem curioſe oon perquiris: Sed neque alius quiſpiam artis rudis, artificis rationes anxiè inueſtigat, ſed opus ipſum agnoſcens, facti rationem arti committit; quomodo tu omnium Diuinorum miraculorum vias modoſque perſcrutari eniteris? An ideò fortaſſis, vt rationes illas perſpectas habens, eadem cum Deo ipſo prodigia patrare queas? At iam dixi, & iterum repeto rei, cuius rationem aſſequi poſſumus, eius naturá, neque miraculum eſſe, neque ſignum eſſe. Verbi gratia: Faber condit domum, ædificij modum agnoſcimus, materias ſimul aptas compoſitaſque cernimus, facti foriè rationē aliquam reddere poſſumus; etiamſi propter imperitiam, idonei operarij non ſimus: At Vnigenitum Dei Verbum oculos ex terræ limo formauit, formatoſque ex natiuitate cæco impoſuit; hoc opus, quòd intellectus noſtri captum excedat, humanaque ratione peruestigari non queat, ſignum vel miraculum merito appellatur: Nam quod præter conſuetū naturæ curſum fit, id ſignum vocatur. Et huiuſmodi quidem facta eſſe agnoſcimus; factorum autem rationem, neque intelligere, neque effari valemus.

In rebus fidei & Diuinis vt Quo, quatenus, &c. locum nō habet.

Artis cuiuſlibet ratio artifici relinquitur, & Deo admirabilium operū ſecretum ratio non requiratur.

Miraculū ſenſus, & rationis noſtræ captū excedit.

Qui oculus ex limo terræ formari queat, ratio noſtra non aſſequitur. Quia præter conſuetum naturæ curſum fit, ſignum, vel miraculum.

Etenim ex terræ limo vas fictile, aut later conficitur; non oculorum elegantia formatur; oon tenues illæ membranulæ fiunt; non pupillæ decor, aut varietas conſtituitur; non ipſius circumferentiæ artificium, tanta cum coloris venuſtate efformatur? Lutum enim in oculorum nobilitatem noſtra arte euehi non poteſt. Itaque quod terræ natura non patiebatur (non enim apta erat, quæ oculorū formam ſuſciperet) hoc ſuſcepit miraculorū patratore communi ipſius naturæ legi non ſeruiente, ſed naturam ad ſuæ ipſius voluntatis nutum rapiente. Quapropter ne ampliùs ad humanæ naturæ infirmitatem reſpicias; neque dixeris: Quomodo humana natura Deum potuit capere? Quomodo Deus homo eſt factus? Quomodo Deus Verbum in carne viſibili apparuit? ſed id, quod factum eſt, ſimpliciter crede; facti autem modum & rationem factoris ſcientiæ relinque. Quòd ſi exemplo aliquo propoſitam quæſtionem exactiùs cognoſcere libuerit, equidem oſtendam, qua ratione incorporeum corporeſcat, & inuiſibile viſibile fiat, & ſecundùm ſe impalpabile contrectabile euadat, propria natura non demutata; ſed ſenſibili tantùm ſenſiliue ſchemate ſumpto. Verbum hoc, quod humano ore profertur, quo, dum ſermones inter nos ſerimus, vtimur, animorumque noſtrorum ſenſa interpretamur, eius eſt naturæ, vt neque oculis cerni, oeque manibus valeat apprehendi, ſed auditu duntaxat percipi.

Magna varietas & artificis induſtria cōſpicitur in animantis oculo.

Non quærendum, quo Deus factus ſit homo, ſed factum eſſe ſimpliciter credēdum.

Quomodo inaſpectabile, & quodammodo ſpiritale ſpectabile & corporatū euadat.

Veruntamen dum verbum noſtrum prolatitium in ſubſiſtentis Dei Verbi exemplum aſſumo; nemo exiſtimet nos Dei Verbū productali noſtro ſimile cenſere; abſit: Nam dum

Totus hic paragraphus conſtat vna quadā continua parētheſi, qua

diæ occurritur errori, qui ex allato exemplo concipi poterat. Dei Filius appellatur Verbum, ad deſignandam impatibilem illius generationem. Cur ſecunda in diuinis perſona varijs deſignetur nominibus.

ſacra Diuinaque Scriptura Vnigenitum Dei Filium Verbum nominat, ſolam natiuitatis ipſius impatibilitatem per hoc inſinuat: Nã & humana quoque mens citra patibilitatem Verbum ſuum generat. Etenim Scriptura ſacra Vnigenitum, modò Patris Filium appellat; nonnunquam Verbum nominat; interdum etiam Patris ſplendorem vocat. Quodlibet autem horum nominum eo fine ipſi accommodat, vt intelligas, quæ de Chriſto paſſim dicuntur, ea procul abeſſe ob omni omnino blaſphemia: Aliàs enim alijs nominibus ipſum deſignat, dum congruam Diuinæque gloriæ conuenientem doctrinam tradere ſtudet. Exempli cauſa, naturæ conſubſtantialitatem aſtruere volens, Vnigenitum Patris Filium vocat: Nam & tuus quoque Filius eiuſdem tecum naſcitur naturæ. Vnam itaque eandemque Patris & Filij ſubſtantiam eſſe, oſtendere volens, Vnigenitum ex Patre natum, Patris Filium appellat. Deinde verò quoniam filius, eiusue, qui naſcitur, ortus paſſionem apud nos denotant, ideo hunc Dei Filium Verbum nominat, natiuitatis impatibilitatem nomine hoc exprimens: Verùm enim quòd verò quiuis in humanis pater, quatenus homo, citra vllam controuerſiam filium ſuum ætate antecedat (Nam ipſum paternitatis vocabulum id ſecum fert, vt Pater neceſſariò ante Filium extitiſſe, intelligatur) ne iſtud Diuinæ quoque naturæ accidiſſe ſuſpiceris; ſed ipſum Vnigenitum cum Patre ſemper extitiſſe confitearis; Vnigenitum Dei Filium Patris ſplendorem vocat: Splendor namque vnà cum luce producitur, extitítque. Generationis itaque impatibilitatem Verbum ſignificat, conſubſtantialitem Filius indicat, coexiſtentiam ſplendoris vocabulum inſinuat.

Filij nomine geniti & generantis conſubſtantialitas, Verbi vocabulo ortus impatibilitas; ſplendoris voce Patris & Filij coæternitas exprimitur.

Sed iam ad inſtitutum reuerſi, Verbi hodierno die nati manifeſtationẽ oſtendamus, commodóque exemplo, quo pacto id, quod ſuapte natura cerni nequit, fiat viſibile, quodque ob incorpoream naturam palpabile non eſt, euadat palpabile patefaciamus. Verbum igitur hoc, quod proferimus, quoque in mutuis colloquijs vti conſueuimus, Verbum eſt incorporeum, nullo, neque viſu, neque tactu percipi natum. Atqui ſimulatque Verbum hoc literas induit, elementaque ſuſcepit, mox viſibile palpabileque factum, tam viſu hauritur, quàm tactu deprehenditur: Pone enim quempiam cum quopiam verba facientem, verba ipſa effuſa, nemo vtique, neque cernere, neque manibus contrectare poteſt. Quod ſi verò, quæ dicebantur calamo & charta exceperis, iã ſtatim quod prius videre nequibas, videbis; & quam ſermonis formam antea contrectare non poteras, eam per chartam & characteres iam contrectabis. Quid ita? quia Verbum antea incorporeum corpus chartaceum, elementorumque figuras induit. Cùm ergo exemplum iam adductum dilucidum ſit, teque de propoſita quæſtione nonnihil informauerit; agedum oſtendamus, quo pacto Vnigenitus Dei Filius, Deus Verbum incorporeæ naturæ, perinde atque Pater, ante omnia ſecula naturaliter exiſtens, humana natura ſibi aſcita, tandem per Virginem ortus ſit, non ſuæ Diuinitatis initium (ex Patre enim natus eſt Vnigenitus) ſed ſuæ tantùm humanitatis exordium hinc ſumens.

Verbũ noſtrum ſecũdum ſe, nec cerni, nec tangi põt.

Appoſitum exemplum ad declarãdum Verbi incarnationem.

Filius in Diuinis æquè corporis expers, ac Pater, propter nos corpus aſſumpſit.

At quanam, inquis, ratione cùm Vnigenitus natus ſit ex Patre, rurſum naſcitur ex Virgine? Ex Patre natus eſt ſecundùm Diuinitatis naturam, ex Virgine naſcitur ſecundùm carnis diſpenſationem; hinc vt Deus, iſthinc naſcitur vt homo: Nam & tuum quoque verbum, quædam mentis tuæ proles eſt. At poſteaquàm Verbum iſtud, quod mens tua peperit, elementis & literis volueris exprimere, & in charta efformare, manu literas deſcribis, & certa quadam ratione verbũ tuum per manum denuo eniteris. Non quod tum eſſe ſui exordium ſumat, cùm per manũ exaratur; aut quòd tunc demum, quando manus literas effingit, exiſtere incipiat: Iam antè enim ex mente enatum erat. Sed quòd tunc tandem verbum per manum, vt cerni queat, accipiat. Cùm ergo exemplum hoc euidens exiſtat, expreſſamque imaginem gerat, agedum ſimilitudinem hanc ipſi prototypo adoptemus, Hic itaque cernis mentem, ibi Patrem. Hic verbum ex mente productum agnoſcis; ibi Verbum eſſentiale ſubſiſtenſque ex Patre natum vides. Hic manum per literas verbum parientem conſpicaris; ibi Verbum per corpus Virgineũ generatum. Non quòd ea ſuo partu aliquod Diuinitati initium ſubminiſtrarit, abſit, ſed quòd Deum inhumanatum; humanis aſpectibus conſpicuum viſibilemque reddiderit: Quia enim id factus eſt, quod ego, neceſſariò meam naturam induens, natus eſt ſicut ego.

Noſtrũ verbum dum ſcribitur, denuo generatur, & quodammodo renaſcitur.

Magna inter noſtrũ & Dei Verbum cognatio; ſiue illud externũ ſiue in carne ſpectes.

Poſteaquàm ergo Deus Verbum, perinde ac ego naſci voluit, matrem complexus Virginem, proceſſit per vterum Virginitate decoratum: Nihil enim Deus ex ijs omnibus auerſatur, quæ formauit: Quandoquidem nihil operis ab eo factum eſt, quod ipſo cenſeatur indignum; omnia namque, quæ fecerat, erant bona, & quidem valdè bona. Quòd ſi ea intueremur, vt Conditor intuitus eſt omnia, quæ produxerat, omnia bona & pulchra cerneremus: *Vidit enim Deus omnia, quæ fecerat, & erãt bona valde*. Omnia proinde, quæ aſpicis, oculo à perturbationibus immuni aſpice, &, vt Deus, videbis omnia eſſe valdè pulchra. Abijce paſſionem, & ſummum mox in Dei opere, decorem & venuſtatem comperies. Nihil ergo mirum eſt, ſi Deus in proprio opere, ac domo habitare voluerit.

Deus opera ſua, quæcunque ea fuerint, nõ auerſat.

Gen. 1.

Dei opus oculo ſyncero conſideratũ ſummam offert venuſtatẽ.

Sed obijcis; magis decebat vt cœlũ ipſe incoleret? Ergo non rationum põdere, ſed ſola

 paſſione,

paſſione, priuatoque iudicio rei naturam pēſitans, hominem domicilium Deo indignū cenſes? Dic, quæſo, vtrum ſublimius, cœlumne an homo? Non mihi iam elementorum ſplendorem attendas; non coloris elegantia rerum naturas diiudices; non coruſcātis Solis radios obſtupeas; non te moueat, quòd ego iuxta diuinū Iob pelle & carne indutus ſum; ſed intelligentis animæ excellentiam conſideres, venuſtamque humani corporis conſtitutionem contueare: Vnum in hoc animal cæteris omnibus animantibus dominari, ac imperare poſſe demirēre. Manus ſortitus eſt mentis intelligentiæ ancillatrices; quibus tanquam communibus quibuſdam organis omne artificij genus exercere poteſt. Solum hoc animal inter cætera omnia liberum conditum eſt: Solum enim hominem ſui arbitrij, ſuæque voluntatis Dominum conſtituit Deus. Nonne cernis Solem naturali quadam vi adactum volui? nonne conſtantem ſemperque ſibi ſimilem illius conuerſionem aduertis? cur autem eodem ſemper modo circumagitur? Quia iudicium non habet; tu autem productus es liber, facis, quod lubet; neceſſitatem, quæ te vi impellat, nullam pateris; liberum eſt animi tui iudicium. Sol famulatur neceſſitati; homo ſententiam ſortitus eſt liberam, Iam dic, obſecro, vter præſtantior eſt, Seruuſne an Dominus? neceſſitatis iugo ſubiectus, an ab omni neceſſitate immunis?

Homo eſt domicilium cœlo ipſo multis partibus Deo dignius.

Iob 16.

Mirum artificium, mira venuſtas & varietas in hominis cōſtitutione. Homo cæteris omnibus animantibus dominatur. Cōmune, & idoneū ad quæuis conficiēda organum manus. Homo inter oīa animantia ſolus eſt liber arbit.

Sol & cætera his cognata, non agunt liberè, ſed neceſſariò. Homo operum ſuorū Dñs & modis omnib' liber.

Nihil igitur mirum, nihil incredibile, nihil nouum, ſi in homine habitauit Deus, quem ad ſuam imaginem formatum beneuolè mox complexus eſt: Suum namque erga hominē conſilium in ipſo ſtatim creaturæ primordio declarauit. Etenim puluerem ex terra ſumptum efformauit, ſuæque Diuinitatis imaginem ipſi impreſſit. Sed cur, quem tanto ornatu decoraturus erat, ex ſubſtantia adeò abiecta compoſuit? cur materia ex Solis ſplēdore ſumpta hominem non condidit? ſed ex terra terræque puluere, elemento vtique infimo, omniumque pedibus conculcato illum effinxit? Vis ſcire, quam ob cauſam? Quandoquidem hominem ſua imagine honoraturus erat; ipſum ex vili natura formauit, ne fortè honoris abundantia, inſoleſceret: Etſi quando pluſculum honoris ipſi deferretur, abiectæ naturæ ſuæ memoria a faſtu compeſceretur; ſimulque reminiſceretur, ſi quem honoris gradum obtineret, eum non ob ſuæ naturæ dignitatem ſibi obtigiſſe; ſed ob largitoris munificentiam. Pertinebat itaque & hoc quoque ad creationis benignitatem, vt natura, quæ Dei imagine decoranda erat (vnde vtique magnam ſupercilij occaſionem concipere poterat) formaretur è terra.

Homo ad Dei imaginem creatus, non cætera homine inferiora.

Cur homo ex limo terræ cōditus, & non ex materia cœleſti, aut aliàs nobili.

Homo è terra format', ne honoratus inſoleſceret.

Plures cauſę, cur hō è puluere effōrmatus.

Eſt ergo prænobile animal homo; licet paſſionibus poſtea debellatus, magna ignominia mulctatus ſit: Non enim iam prolapſum, & conquaſſatum ſpectare oportet; ſed illuſtri illa Dei imagine, ac ſimilitudine ante legis tranſgreſſionem ornatum. Cur ergo primæuę inſtitutionis illius oblitus honoremq́;, quo initio cumulatus fuerat, nullius eſſe rat', prolapſum deprimis? cur conſauciatum aſpernaris? cur clementiſſimum Deum, propria imagine aſſumpta, priſtinam dignitatem munificentiſſimè, cumulatiſſimeq́; illi denuo reſtituiſſe nō perpendis? Nihil proinde ab illius benignitate alienū admiſſum eſt: Neq; enim turpe eſt clementi Dño, ſi in ſerui vtilitatē in quibuſdam ſeruilibus cum ſeruo communicet. Siquidem boni fama per huiuſmodi nō offenditur; ſed qualis nam ſit, per id genus officia deprehenditur.

Peccatū hominem è dignitatis gradu deiecit.

Chriſt' homini cumulatè reſtituit, quicquid peccatum illi ademerat.

In ſerui gratiā, ſeruilia quædā obire honorificum eſt.

Nec eſt quòd multum hac de cauſa mireris: Si enim dignum Deo habitaculum teipſum conſtitueris, in te quoque habitatum deſcendet, etiamſi non ad eum modum, quo in Chriſtum: In Chriſto namque omnis Diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitat. Sed ô rei miraculum, tota Diuinitatis plenitudo in vno habitat corporaliter, & nihilo tamen ſecius reliqua omnia adimplet; & ita amplet, vt vniuerſam creaturam excedat. Totus exiſtit in vno, & a nulla interim creatura ſeparatur. Neque quod hic dicitur, tibi impoſſibile videatur: Etenim ego quoque verbum nunc profero, & hoc ipſum verbum totum eſt in vno; & totum rurſum in omnibus. Totum hoc verbum haurit vnus, neque ab vlla audientium multitudine ita circumſcribitur, quin ſinguli hauriant totum. Si itaque res ortui occaſuique obnoxia tota exiſtit in vno, & tota nihilominùs comperitur in omnibus; quid mirum, ſi Deus totus in cœlo, & totus rurſum inuenitur in hominibus?

Deus habitat in omnibus iuſtis; ſed non eo modo, quo in Chriſto. Col. 2.

Tota diuinitas in omnibus & extra omnia.

Perinde ſe rē ſe habet Diuinitas ad omnia, vt vox docentis vel declamantis ad auditores.

Vox præcōnis tota in vno, & tota in omnib' audientibus.

Hodiernæ itaque ſolennitatis materia & fundamentum eſt, Deum hominem factum ſuſcepiſſe humana, vt retribuat Diuina, paſſionem & crucem ſuſcepiſſe, quò nobis impatibilitatem largiatur; mortem ſubiiſſe, vt nos immortalitate potiamur. Verùm licet humanæ naturæ incommoda ſuſcepit, propriam tamen naturam non demutauit; Liberè enim ea in ſe tranſtulit; & id quidem admodum appoſitè, poſteaquam hominem ſaluare ſemel conſtitutum deliberatumque habebat. Sed cur, inquis, humanę naturæ paſſiones veluti proprias in ſe tranſtulit? Quia paſſiones per paſſionem amoliri, mortemq́; morte abolere, ac ſimilia tandem ſimilibus voluit debellare. In ſe ſuſcepit crucem, pertulit colaphos, permiſit ſe colligari, vt huiuſmodi perpeſſiones Dei propriæ affectæ, victoriam aduersùs paſſiones nobis obtineret; Neque enim Diuina natura aliquā per iſthęc incommoda & probra iniuriam patitur. Quandoquidem nihil harum omnium paſſionum per ſui mutationem in ſe ſuſcepit; verùm vim illis Diuinam contra eiuſmodi paſſiones attribuit. Mors namque veluti ipſius Dei facta mortem demolitur. Siquidem

Verbum ſuſcepit humana, vt retribuat Diuina.

Conueniēter De' bona in ſe tranſtulit, poſteaq̄ hominem ſaluare ſemel deliberatum habuit.

Natura Diuina vim Chriſti paſſionibus tribuit, q noſtras paſſiones ſoluit demolita.

mortem

morrem is appetens, mortis tyrannidem aboleuit: Nam qui moriebatur ſimul Deus & homo erat: Neque enim Iudæi purum tantùm hominem crucifixerunt; nec eam ſolùm naturam, quæ forinſecus cernebatur, clauis confixerunt; ſed in ipſum Deum, qui in illa latitabat, vnitæque naturæ perpeſſiones ſibi appropriabat, impij temerarijque extiterũt.

Iudæi, non ſolum i hominem hominisve naturam, ſed in ipſu quoque Deum ſænierant.

Vt autem & hoc ipſum quoque magis perſpicuum euadat ad exẽplum rurſum in exordio propoſitum orationem detorqueamus. Fingamus itaque Regem quempiam eiuſmodi ſermonem depromere, qui libertatis, vel aliorum regalium munerum, quibus oporret, impertiendorum, decretum in ſe contineat; illudque decretum chartæ, quam Sacrã vocant, inſertum, literisque expreſſum, ad hanc vel illam ciuitatem amandare. Sacram hanc porrò latinè appellatam, aliquis perſidus, aut rebellis, aut ciuitatis alioqui, vel Regis inimicus intercipiat, interceptamque dilaceret: Iam dic mihi, quid hic laceratum eſt, charta ne ſola, an etiam decretum regiũ? Atqui ſi ſola charta dilaniata dicatur, parua admodum ipſa laceratio poterit redimi: tenebiturque hac ratione violator, aut nulli, aut ſanè vix quinq; obulorum multæ obnoxius: Einſmodi autem ſupremum ſupplicium dependit, pœnaque afficitur capitali, nec iniuria; vt qui non ſolùm chartam diſruperit, ſed regium quoque decretum violauerit. Atqui imperiale Verbum ſecundùm ſe impatibile, taleque eſt, quod ſua ipſius natura, neque manibus contrectari, neque diſcindi poteſt; & tamen hoc non obſtante, & ipſum quoque diſciſſum dicitur. Quid ita? Quia chartæ & literarum paſſionem tanquam propriam in ſe transfert.

Appoſitiſſimum paradigma ad declarãdũ, quomodo perpeſſiones Chri hois redũdarint in Deum Verbum.

Qui regias literas decerpunt, nõ ſolum in chartam ſæuiunt, ſed ipſi quoq; Regi iniurij ſunt.

Cernis hinc quo pacto id, quòd nonulli ſecundùm ſe paſſioni obnixium eſt, eo ipſo paſſioni ſubijciatur, quòd cum patibili natura communicationem ſortiatur? Neque enim regius ſermo, quod ad propriam naturam attinet, dilaniatus eſt; & nihilo tamen minùs, tam chartæ, quàm elementorum paſſionem rectè in ſe excepiſſe dicitur. Ne igitur iactet ſe Iudæus, tanquam qui purum hominem in crucem egerit: Nam quod cernebatur, charta quidem erat; quod verò in charta abditum latitabat, verbum erat Regium, non lingua, ſed natura productum. Siquidem vnigenitus Dei Filius Verbum dicitur; non prolatum, ſed ſubſtantiale ſubſiſtensque; neque propria rurſum natura patibile; ſed illius, quod cernebatur, patique poterat, paſſiones veluti proprias in ſe transferens. Et quemadmodum verbum Regium, ſimulatque literarum naturam in ſe ſuſcepit, chartæ paſſionem ſibiipſi appropriat; ita vnigenitum Dei Verbum clauis confixi corporis per paſſiones proprias ſibi æſtimat. Quare vt is, qui Sacram regiam violauit, veluti qui ipſum Regis verbum diſcerpſerit vltimo afficitur ſupplicio; ſic Iudæus quoque id, quod forinſecùs cernebatur crucifigens, perinde pœnas luit, ac ſi in ipſummet Dei Verbum impius extitiſſet. Sed ſatis fortaſſis de his iam dictum fuerit; nam & veſtræ quoque memoriæ rationem habere oportet. Siquidem dictorum copia auditorum mentem adobruẽs, ipſum auditorem eorum, quæ dicta fuerãt, immemorem reddere ſolat: Faxit gratia Dei, vt illa, quæ propoſita ſunt, memoria complexi, alijs quoque hoc fulti præſidio prodeſſe poſſitis, regnumq; cœlorum huius rei cauſa hæreditatis: Quo vtinam nos omnes per Chriſti gratiam potiamur. Ipſi ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Iniuria Sacræ regiæ illata, in Regẽ redũdat.

Cuiuſmodi Verbum Iudæi in crucem egerint.

Dictorum copia, auditorum mentẽ obtudit.

Tomi ſexti caput XI.

ACHATII EPISCOPI Melitenſis Homilia, Epheſi in Patrum conſeſſu habita.

ARGVMENTVM.

EX oblato dicendi munere gaudium ſimul ac fiduciam ſe concepiſſe præfatur. Spondet priſtinam Eccleſiæ tranquillitatem, quòd tantus Sanctorum cœtus non minus valeat apud Deum, quàm olim Apoſtuli procelluſi maris fluctibus grauiter iactati. Laudat Naucleri induſtriam. Commendat remigum, hoc eſt, Patrum Concilij fidem & ſanctimoniam: Docet ipſummet Dei Verbum verè fuiſſe incarnatum, verè mortuum & paſſum, verè cætera omnia humana, præter peccatum, expertum: Atque ideo ſacram Virginem veram eſſe Deiparam; Iudæos autem & hæreticos veros deicidas. Sub finem breue fidei ſuæ Symbolum ſubiungit.

Cernentem me, dilecti, lætum hunc ſpiritalemque Sacræ Synodi cõſeſſum, gaudium ſimul & fiducia ſubit. Gaudium quidem; nã cùm omnium ſim minimus, in maximo hoc amicitiæ pelago, tenuem ſermonis ſchaphã moderari adigor: Fiducia verò, quòd magnos illos ſeditionis fluctus propediem ſedandos, Dominicæque pacis tranquillitatẽ ad vniuerſos Eccleſiæ Catholicæ cætus rediturã nequaquam ambigam: Si enim duodecim duntaxat numero diſcipuli, cùm illorum cymba vẽtorum impetu grauiter quateretur; vbi primùm Dominum inuocãrunt, ſtatim tempeſtatem euaſerunt; quantò magis hoc ipſum nunc citra omnem hæſitationem ſperare conuenit, cùm tot diſcipuli congregati, Dominum proprijs placare vocibus tam enixè contendunt? maximè verò cùm eius authoritatis & ſapientiæ gubernator hic adſit; vt nullam, neque ventorum, neque procellarum commotionem formidet. Etenim nõ abſque magna dexteritate, remigij conſortes ad clauum adhibens; ipſumque, intrepidè vti capeſſant, perſuadens, magna conſtantia ad Dominum clamare non ceſſat: *Domine, non ad te pertinet, quia perimus?* Qui voce illius vſus, nõ ſine increpatione ſæuos maris fluct° ſtatim ſedat: Tace, inquiens, & obmuteſce.

Venuſta antitheſis.

Achatius pacem Eccleſiæ polli cetur.

Cyrillũ gubernatoris nomine deſignat.

Hæreſis tẽpeſtatis æmula. Mar. 4.

Congruentiſſimum proinde eſt, vt de præſenti rerum ſtatu rectiùs ſperemus, debitasque gratiarum actiones Deo perſoluamus. Quandoquidem tempeſtas, quæ aduersùs veritatem excitata videbatur, terrarum orbis lumina in vnum coegit: Quorum quidem vita bonus eſt Chriſti odor Deo; ſententia verò ad vnam eandemque veritatis prædicationem apta. Neque enim aliud eos, qui nos adeunt vel audiunt, docemus, aliud credimus; ſed vnum idemque penitùs: Siquidem vnus eſt nobis Dominus Ieſus Chriſtus vnigenitus Dei Filius, Deus Verbum: Idē ante omnia ſecula ex ſolo Patre: Idem rurſum in nouiſſimis diebus ſeruilem formam iam indutus, Solus ex ſolo supernè: Solus rurſum ex ſola infernè, vtrunque autem diuinè. Et quamuis in noſtra carne & in ſantia ſecundùm humanam naturam apparuerit, ſpontaneamque mortem in carne pertulerit; neque inuitus diſpenſationem ſuſceperit: Immò verò ſeruili forma aſſumpta, vltro ſeſe exinaniuerit, ſemper tamen ſecundùm Diuinitatem impatibilis permanſit.

Cuiuſmodi exiſterint Epheſini Côc. Patres

Patres Côc. idem dicūt & ſentiūt.

Vnus modis omnibus Dominus noſter Ieſus Chrs.

Verbū ſemper manſit impatibile, quicquid tādem deſęuiret in carnem.

Sed cur ſeruilem formam aſſumpſit? ea vtique de cauſa, vt ſuæ te gloriæ conformem conſortemque redderet. Id quod Apoſtolus eiuſmodi oratione nobis teſtatum facit: *Noſtra* (ait) *conuerſatio in cælis eſt, vnde etiam Saluatorem expectamus, Dominum Ieſum Chriſtum: Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Qui igitur ſeruile corpus ſponte aſſumpſit, neque carni vniri vllatenus recuſauit, quomodo is ſeruiles detractaſſet paſſiones? Quod ſi detrectauit, quorſum patibilem ſerui formam ſuſcepit? Atqui obediens factus ſerui formam accepit: ergo neque ſeruilis quoque naturæ perpeſſiones refutauit. Is itaque, qui in cœlo cum poteſtate imperabat; in terris ſerui more factus eſt ſubditus. Qui supernè erat Filius, infernè factus eſt infantulus. Atque huc tendit illud Eſaiæ Prophetæ, cuius vos meminiſſe velim: *Puer, clamat ille, natus eſt nobis, Filius datus eſt nobis.* Quid ſibi vult datus eſt? Neque enim ſolùm, qui erat, natus eſt; ſed & nobis quoque datus eſſe dicitur: *Cuius imperium ſuper humeros eius.*

Verbū reformationis noſtræ cauſa incarnatum. Phil. 3.

Qui patibilem carnē ſponte aſsūpſit, carnis paſſiones nō eſt auerſatus.

Eſa. 9. Dei Filius non ſolùm nobis eſt natus, ſed nobis quoque donatus eſt.

Ecquod nam incarnati Dei Verbi imperiū eſt? Eccleſia. Quid autem ipſe? caput corporis Eccleſiæ. At quomodo illum ſuper humeros portat? Quod contritum conquaſſatumque fuerat, id humeris impoſitum baiulat: *Cuius imperium ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius magni conſilij Angelus.* Vocatur autem hoc nomine, propter myſterij diſpenſationem. Ecquid ſibi volunt conſiliarius, fortis, Deus, Princeps? Infernè ſeruus, ſupernè Filius; paruulus in terris, admirabilis conſiliarius in cœlis. Infernè homo, ſupernè Deus fortis. In terris, vt homo colaphis cæditur, ignominia afficitur, cruci affigitur, mortemque per illam perpetitur,

Imperium Chriſti Eccleſia, vt quam humeris ſuis baiulet. Eod. cap.

Idem infernè ſeruus, homo, infans, infirmus, &c. ſupernè Deus, fortis, cōſiliarius, &c.

Cùm autem hæc omnia ad ſerui formam pertineant, nullo modo Deus illa detrectauit: Qui ea vtique de cauſa, ſeruilem naturam induerat, quò per quodlibet iam dictorum ea demoliretur, quæ ſalutis viam nobis obſtruebant, dignamque tanta exinanitione beneficentiam in nos transfunderet.

Equidem Dei gratiam & benignitatem nō aſpernor. Ea, quæ mea cauſa perferre dedignatus non eſt, in medium depromere, nihil quicquam vereor: Quamuis enim per ſe impatibilis; corpori tamen patibili ſemetipſum coniungens, paſſiones meæ ſalutis gratia ſuſtinuit. Sed neque Deiparam quoque Virginem eo honore priuauerim, quem diſpenſationis miniſterium gratuitò ipſi impertiuit. Etenim, dilecti fratres, haud parum abſurdum foret, ſi matri Virgini Deiparæ honorem adimeremus: Eſt enim ſacra Virgo æquè verè Deipara, ac ille verè Deus eſt, qui ortum ex illa traxit: Non quòd Diuinitatis initium ex ea ſumpſerit; ſed quòd humanæ naturę principia inde hauſerit.

Chriſt⁹ verè De⁹: Maria verè Deipara.

Virgo mater æquè Deipara, ac Verbū incarnatum Deus.

Ne igitur, ô hæretice impunitatem tibi polliceare, quaſi in nudum tātum hominem blaſphemas voces detorſeris: Non enim homo eſt, quem tu in ſeruorum, & creaturarum ordinem reijcis, ſed Deus. Non extollare Iudæe, perinde ac ſi merum tantum hominem crucifixeris. Non pro puro homine beatus Dauid indignans contra Gentes exclamat: *Obſcurentur oculi eorum, & dorſum eorum ſemper incuruatur.* Non concidat Eccleſiæ fiducia, quaſi hactenus ſpem ſuam in hominem tantùm coniecerit; ſed beato Paulo fidem habeat, qui ita ait: *Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui, quæ mihi vtilitas?* Nō ſecundùm hominem, neque pro homine beati Apoſtoli in plagis, in carceribus, in flagellis propriam vitam inſumpſerunt. Non pro homine, neque ſecundùm hominem, ſancti Martyres per terrarum orbem paſſim decertantes, conciſi, afflictique præſentem lucem reliquerunt; verùm pro Deo Dominoque noſtro. Qui cùm omnia ſecula anteceſſiſſet, nouiſſimè in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, vt ouis ad occiſionem abductus eſt, tertia die exuſcitatus eſt, & in cœlum aſſumptus eſt, & in diſcipulorum conſpectu ad cœlos eleuatus eſt; vnde etiam olim haud diſſimili modo reuerſus, viuos ſimul ac mortuos iudicaturus eſt. Hæc eſt fides noſtra, ſuper hoc fundamentum Eccleſia ædificata eſt; aduersùs quam ne portæ quidem inferi præualebunt; vtinam veſtris precibus munitus dignas quandoq; laudes digniſſimo Deo depromere valeam. Cui ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Iudæi & hæretici gloriari nō poſſunt, quaſi in purū hominē iſæuierint.

Pſal. 68.

1. Cor. 15.

Sancti Martyres mortem nō pro hoīe, ſed pro Deo oppetierunt.

Baruch. 3. Eſa 53. Mat. 16. Act. 1.

Matth. 16.

Tomi

Tomi ſexti caput XII.

HOMILIA SANCTI CYRILLI Epiſcopi Alexandrini, quam in Epheſiorum ciuitate habuit, priusquàm à Comite comprehenderetur, militibusq́ aſſeruandus traderetur.

ARGVMENTVM.

IN operibus Cyrilli hæc homilia epiſtolæ ad Alypium datæ titulum præ ſe fert; contextus tamen nihil Alypianum habet. Habita eſt autem ad Patres, priusquàm Cyrillus à Comite in vincula conijceretur. Ad eius portò ſcopum quod ſpectat, ex inſtituto docet res aduerſas patienter toleratas, maximos ſubinde fructus edere ſolere. Probet id auctoritate Pauli haud obſcurè inſinuantis, non temere quempiam ad virtutum culmen peruenire, niſi per patientiam. Confirmat exemplo trium puerorum, qui per vitæ accenſæque furnacis contemptum, ad ſummam gloriam apud Babylonios peruenerunt. Confert tandem horum afflictionem cum Patrum Concilij cruce; oſtenditque certamen, quod nobiles illi & regij pueri ſuſtinuerant, multis partibus grauius ſuperatuque difficilius fuiſſe, quàm quod illi per id tempus perferebant: Atque ideo omnes viriliter obſiſtere, Chriſtumque liberè ad finem vſque profiteri debere.

B. Propheta Dauid eos, qui ſpem ſuam in Deum defixam habent, ad conſtantiam inflammans, ait: *Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes ſperantes in Dominum.* Etenim vt amœniſſimi cuiuſque horti plantæ, vberrimis aquarum fluentis irrigatæ, paulatim creſcunt, creſcentesq́ue in ſummam tandem proceritatem eriguntur; ita animus humanus Spiritusſancti conſolationibus firmatus, confortatur in pietate, confirmatur in fide, & tandem infractam acquirit patientiam, quam beatus Paulus inter alias virtutes potiſſimùm demiratur: Scribit enim: *Non ſolùm autem, ſed etiam gloriamur in tribulationibus; ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit.* Omne itaq; bonum patentia nobis ſuppeditat conciliatq́;, vt quæ viam ad probationem ſternat, certamque futuræ vitæ ſpem generet. At quibus illa rationibus comparetur, id Diuina nos Scriptura edocet: *Fili,* (inquit illa) *accedens ad ſeruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem, & dirige cor tuum, & conſtans eſto.*

Pſal. 26. Vt ſe habet humor ad terram plãtulis conſitam; ita Spiritusſãctus ad hominis mentem.

Rom. 5. Magni Apoſtol' ducit patientiæ virtutem. Patientia viam ad vitam munit

Eccleſ. 2. Conſtantia in aduerſis generat patientiam.

Sed dixerit fortè quiſpiam: Poteratne homo alia via ad vitæ probationem peruenire: Poteratne citra laborem & moleſtiam bonum conſequi? Nequaquàm ait: Cur ita? Nam ſanctiſſimi quique grauibus patent inſidijs, & atrox vbiq; bellum illos infeſtat; hinc & Saluator quoque aiebat: *In mundo preſſuram habebitis; ſed confidite, quia ego vici mundũ.* Quia ergo multa vndequaque bella aduersùs Sanctos inſurgunt, operæ pretium eſt, vt viriliter tentationum inſultibus reſiſtant, ſacrique diſcipuli dictum in memoria ſemper habeant: *Beatus, ait, vir, qui ſuffert tentationem; quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam Deus repromiſit diligentibus ſe.* Lubet hoc loco ex antiquorum geſtis vnum vobis exemplum proponere, quò ſpiritalis fortitudinis finem rectiùs pernoſcatis.

Virtutum poſſeſſionẽ ſine moleſtia contingit.

Multa Sanctos impetunt bella. Ioan. 1.

Babyloniorum tiranni, cæteriq́;, qui apud illam gentem regni adminiſtrationem obtinebant, ſemper, neſcio quomodo, cùm ad crudelitatem, tum ad faſtum quoq;, & ad ſuperbiam cæteris propenſiores extiterunt: Quare humanæ conditionis limites egreſſi, Maieſtatem, quæ ſummo ſolique Deo debetur, peruersè ad ſe ipſos rapere non dubitabant. Itaq; deteſtandus ille Nabuchodonoſor aureã ſtatuam erexit; hæc autem, cùm ſonantiſſimorũ inſtrumentorũ clangore initianda eſſet, mandauit ſubditis ſuis, vt omnes illam proni adorarent. Illi verò, (quippe quibus vſitatum eſſet creaturæ Creatoris loco ſeruire) paratiſſimi ad id proruerunt, incorruptibilisq́; Dei gloriam in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis mutauerunt. Poſteaquàm verò Babylonij Hebræorum filios Ananiã videlicet, Azariam, & Mizaelem in medium produxiſſent, aureã ſtatuam adorare iuſſerunt; genusq́ue illud religioſiſſimum pientiſſimumq́; ad impietatem, qua ipſi tenebantur, præcipitare voluerunt; nempe ad aureæ ſtatuæ adorationem. Verùm ne hylum ſuo illo impetu promouerunt. Quam ob rem illorũ pietate victi ſuperatique incendij ſuppliciũ illis decreuerunt. Crimen autẽ, quod impia fraude petitis imponebatur, erat firmitas in fide, cõſtantia in pietate, Anthropolatriæ deteſtatio, deniq; ea nolle ſapere, quæ Diuinam naturã iniuria afficerent. At poſteaquàm in caminum ignis abiecti ſunt, ſanè tunc magna admirandaque Diuinæ potẽtiæ accidit demonſtratio. Etenim elementi vis in id, quod præter ſuam naturã erat, è veſtigio eſt demutata; ignisq́; Creatoris ſui nutu obſequens, flammam in ventum roridũ leuiter flantem vertit. Cùm autẽ adoleſcentuli illi cœleſtis auxilij præſentiam animaduertiſſent, in ignis camino pſallebant, diuinisque laudibus flammarũ æſtum ſedabant. Caminus ille, figura erat Eccleſiæ, quæ Sanctos habet choris carminibusque inſudantes, nec homines tantùm, verùm etiam Angelos.

Babyloniorum Principes ad faſtũ & crudelitatem propenſi.

Aurea ſtatua Nabuchodonoſoris.

Rom. 1. Ananias, Azarias, & Mizael pro patria religione pugiles inuicti.

Ignis parcit inſontibus religioſisq́; adoleſcentulis.

Fornax Babylonica figura Eccleſiæ.

Virorum iſtorum obſtupuiſtis virtutem, laudâſtis patientiam, pietatis magnitudinem commendâſtis. Spectamus nunc & illa quoque, quæ nos hic impræſentiarum premunt. Illi quidem ſub Tyrannis & Barbaris degebant; nos verò ſub pij imperij ſceptris viuimus; vt qui illos piiſſimè affectos habeamus, penes quos vniuerſa rerum ſumma conſiſtit, quomodo ergo inimicis noſtris cedemus? Nam etſi illi inſidiarum caminũ accendant, peruerſitatisque flammas exuſcitent, & Anthropolatriam nobis obiectent; attamen Deũ habemus in cœlo, qui eripere poteſt. Quem proinde colimus, pronique adoramus, & meritò: Etenim cùm Deus eſſet, factus eſt

Durior Hebræorũ conditio in Babylone, quàm Patrum in Conc. Epheſino.

homo noſtrî ſimilis; non quidem Diuinitatem, qua pollebat, amittens, ſed humanam naturam ſingulari honore euehens, Quare pijſſimorum Imperatorum noſtrorum fidem ſequuti, ingentique ipſorum manſuetudine freti, conſtanter aduerſariorum peruerſitatem ſufferamus, liberaque voce Emmanuelem Deum eſſe naturâ profiteamur. Quandoquidem ſi id præſtiterimus, eumque in modum affecti fuerimus, plurimam conſequemur mercedis remunerationem. Qualem autẽ ipſemet Chriſtus nos edocet; Ait enim; *Quicunque me confitebitur coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo, qui eſt in cælis*. Ille autem Chriſtum confitetur, qui verum illum Deum eſſe agnoſcit; eosque, qui id inficiantur, liberè reprehendit. Chriſtum rurſum negant, qui non modò ipſum verum eſſe Deum non credunt; ſed eos quoque, qui id credunt, impugnant. Vt itaque nos confitebitur, ita illos omnium Saluator olim eſt negaturus, per quem, & cum quo Deo & Patri cũ Spirituſancto ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Plurimam mercedem parit libera diuinitatis Chrĩ profeſſio.
Matth. 10.
Quid ſit Chr̃m confiteri, quid item eũdẽ negare.

Tomi ſexti caput XIII.

HOMILIA PAVLI EMISENI vigeſimo nono menſis Chiath, hoc eſt, Decembris in magna Alexandriæ Eccleſia, de Chriſti natiuitate, deq; beati Epiſcopi Cyrilli, qui præſtò ibi erat, præſtantia & fide habita.

ARGVMENTVM.

DECLAMATIONIS huius argumentũ, maiorem partem ex ijs patet, quæ titolo ſubijciuntur. Habet autem homilia hæc, vt proximè quoque ſequens, vnum hoc præ cæteris peculiare, quòd populus dicenti, tanquam Catholico, eruditoque Doctori propalàm applaudit, eiuſdemque orationem quandoq; fauſtis acclamationibus interrompit. Præcipuum autem, quod hic vrgetur, eſt ipſummet Dei Verbum incarnatum; matremque Virginem verè ac propriè Deiparam, Deiparæque nomine appellandam eſſe. Vtrunque negabant Neſtoriani, & negare quoque credebantur Orientales; pro quibus hic Epiſcopus apud Cyrillum, cæterosque Aegyptios legatione fungebantur.

Quòd beata Virgo ſit Deipara. Quòd non duos; ſed vnum tantum Filium, vnumque Chriſtum & Dominum dicamus.

COMMODVM eſt hodierno die veſtram pietatem admonere, vt ſacrum quendam inter nos chorum conſtituamus, vnaque cum ſanctis Angelis exclamemus: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: Hac.n. luce puerulus nobis natus eſt, de quo vniuerſa aſpectabilis inaſpectabilisque creatura ſolidam ſalutis ſpem concepit. Hodie ſupernaturalis partus editur. Hodie Virginis nuptiarum exortis parturitio ſoluitur. O rem admirandam, parit Virgo, & manet Virgo: Fit mater, neque ſingula tamen, quæ reliquæ matres ſolent, experitur; peperit nihilominùs, vt matribus mos eſt. Hoc miraculum dudum antè Propheta Eſaias præuidens exclamat: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*, Quod Euangeliſta exponens, idem ſonare docuit, quod nobiſcum Deus, Parit itaque Deipara Virgo Emmanuelem.

Luc. 2.
Ex hominibus & Angelis vnus conflatur, Deum laudantium chorus. Ergo cũ Angelis pſall Chrĩ ortus.
Virgo parit vt vera mater, ſed nõ ola, q̃ reliquę matres ſolẽt, experitur.
Eſa 7.
Matth. 1.

Exclamat populus. Ecce fides eadem: Ecce Dei hoc donum eſt, orthodoxe Cyrille; iſtud audire quærebamus; qui ita non loquitur, anathema ſit. Reliqua proſecutus eſt Epiſcopus. Rurſum Paulus; Qui, inquit, iſtuc nõ dicit, iſtuc non intelligit, iſtuc nõ ſentit, anathema ſit ab Eccleſia: Peperit proinde nobis Deipara Maria Emmanuelẽ: Emmanuelẽ autem, hoc eſt, Deum hominem factum. Nam Deus Verbum, qui ante ſæcula arcano ineffabiliq; modo ex Patre genitus eſt, nouiſſimis temporibus per mulierem in lucem funditur. Enimuerò natura noſtra perfectè aſſumpta; humanæq; naturæ conditionibus ex prima conceptione in ſe veluti proprijs tranſlatis; ac noſtro tandẽ corpore ſibi in templum coaptato, ex Deipara Virgine Deus perfectus, & homo itidem perfectus prodijt. Nam duarum naturarum; humanæ nimirum & diuinæ coitio, vnum nobis conſtituit Filium, vnum Chriſtum, vnum Dominum.

Populus orthodoxo Doctori Paulo Emiſeno applaudit.
Quid ſit Emmanuel.
Duarũ naturarũ coitio, vnũ cõſtituit Chriſtũ, vnũ Filium, vnũ Dominũ.

Populus acclamat, rectè veniſti orthodoxe Epiſcope, dignus digno coniungitur. Dicunt Chriſtiani: Hoc Dei donum eſt, orthodoxe Cyrille. Epiſcopus Paulus ſubiungit. Noram & ego, dilecti, quòd ad orthodoxum patrem venirem. Neque enim nos quaternitatem adoramus, ſed Trinitatem, Patrem videlicet & Filium & Spiritumſanctum. Qui verò dicunt duos eſſe filios, eos anathematizamus, & è ſacris Eccleſiæ ſeptis explodimus. Non igitur duos filios aſſerimus, neque nudum hominem Emmanuelẽ, qui ex Deipara Virgine natus eſt: Neque dicimus gratiam veluti Prophetam conſequutum, aut iuſtitia præ alijs ornatum. In ipſo enim placuit omnem diuinitatis plenitudinem inhabitare, corporaliter, hoc eſt, veluti in proprio corpore: Siquidem corpus noſtrum ſibi proprium fecit. Super hanc fidem, ſuper hanc ſpem, ſuper hanc petram à Domino Deo poſita ſunt Eccleſiæ fundamenta.

Populi acclamatio.
Orientales non adorãt quaternitatem.
Quid ſit diuinitatem corporaliter inhabitare Chr̃m ſecundùm Paulũ Emiſenum.

Cùm Dominus proficiſceretur Hieroſolymam, interrogabat diſcipulos ſuos dicens: *Quem me dicunt homines eſſe, Filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Heliam, alij verò Hieremiam, aut vnum ex Prophetis, dixit illis Ieſus: Vos autem* (qui me tres iam annos ſequuti eſtis, quique meã virtutem & prodigia vidiſtis, & ſuper mare ambulantem ſpectaſtis, & in eadẽ menſa mecum communicâſtis) *quem me eſſe dicitis?* Mox Petrus Apoſtolorũ Coriphæus, eorundemq; os reſpondit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui*: tu es Chriſtus natura conſtans gemina, vtpote homo factus? Tu ergo es Chriſtus. Non dixit autem;

Matth. 16
Petrus Apoſtolorũ Coriphæus & os.
Petrus en quo confeſſus eſt Chrĩ diuinitatem & humanitatem.

tem; tu es Filius, ſed tu es Filius Dei viui: Agnouit enim perſonæ vnitatem, Rogemus itaque Patrem, vt ſolitam nobis menſam apponat; precioſaque, ac varia Spiritusſancti obſonia doctrinæ craterem exornent; nec nõ vt nos ebrietate, quæ ſit ſobrietatis mater, inebriet. Dicamus exurge ô Pater, exurge gloria mea, exurge Pſalterium meum, & Spiritus ſancti cithara. Cui gloria, & imperium in ſæculorum ſæcula. Amen.

Bona ebrietas, quæ parit ſobrietatem.

Tomi ſexti caput XIIII.

ALTERA EIVSDEM PAVLI homilia in magna Alexandriæ Eccleſia, cùm in Chriſti Seruatoris noſtri natiuitatem, tum in Cyrilli quoque Archiepiſcopi Alexandrini laudem dicta.

ARGVMENTVM.

EST hæc declamatio einſdem argumenti cum proximè præcedente; vtpote pars illius. Siquidem populi concurſu frequentiaque impeditus, priorem inchoatam abſoluere non poterat. Oſtendit autem Deum Verbum verè eſſe incarnatum; verè ex Virgine natum; verè paſſum, verè mortuum; hæc omnia tñ citra vllam ſui mutationem; additque huius ſuæ aſſertionis rationem. Declarat duas in Chriſto extitiſſe naturas, vnam autem hypoſtaſin. Mouet tandem, quæ populo Alexandrino pro concione propoſuerat, ea ſe ex ſua pharetra non deprompſiſſe, ſed ex Athanaſio, Theophilo, & Cyrillo Patriarchis Alexandrinis hauſiſſe.

Paulus Emiſſen' populi frequentia impeditus, inchoatum ſermonem perſequi nequit.

MANE apud dilectionem veſtram enixiùs diſſerentes, propter fratrum noſtrorum frequentiam, locique anguſtiam ante abſolutum ſermonem ſuggeſtum deſerere compulſi ſumus. At quamuis ſemel repulſi, age idem certamen denuo tentemus. Strenuus autem vir ille, impigerque palæſtræ huius magiſter, quod tum faciebat, etiam nunc faciat; decernat ille certamen. Tunc enim alacri vultu, blandaque arriſione noſtro ſe certamine oblectari minimè obſcurè indicabat. Tunc, inquam, blandè arridens, dexteramque veluti oliuæ ramum obtendens, ſe a nobis ſtare, pueruùmque ſuum ſuperiorem euadere, coronaque redimiri, ac victorem declarari auidè ſe cupere manifeſtò declarabat.

Inſinuat Cyrillum.

Mirus populi plauſus ob catholici Doctoris orationem.

Populus acclamauit. Hoc Dei donum eſt; Cyrille, omnes reddidiſti tui ſimiles, dignus digno coniungitur. Populus tuus dixit: Epiſcoporum Patrem ſerua Domine. Bene ueniſti Epiſcope orthodoxe, orbis terrarum Doctor. Qui ſic credit, diligitur; magna doctrina, magnus quoque Encomiaſtes.

Chriſtus & Patri & matri homouſios, ſed diuerſa ratione.

Epiſcopus Paulus dixit. Redeamus itaque ad Deiparam Mariam & Emmanuelem, qui ex ea natus eſt: Nempe ad Deum hominem factum. Virgo enim Emmanuelem nobis peperit. Eundem ſecundùm diuinam quidem naturam Patri homouſion, ſecundùm humanam verò nobis cõſubſtantialem. Nã qûo aliàs virga de radice Ieſſe dici poſſet? Qûo de ſemine Abrahã? Qûo filius Dauid? Qûo intelligeretur illud? *Ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem? Qui eſt ſuper omnia Deus*, & illud rurſum diui Pauli quomodo interpretabimur? *De Filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm carnem. Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundùm Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri.* Peperit itaque ſacra Virgo Emmanuelem, Patri quidem ſecundùm diuinitatem, nobis verò ſecundùm humanitatem homouſion. Eundem ſecundùm diuinam naturam impatibilem, ſecundùm humanam patibilem. Nam etſi Deus Verbum proprij corporis pathemata ſibi appropriet, eaque ad ſeipſum referat, ipſe tamen ſemper intra impatibilitatis ſuæ terminos perſeuerat. Et quamuis ipſum dicere audias. *Corpus meum dedi percutientibus; genas meas vellentibus; faciem meam non auerti ab increpatibus, & conſpuentibus in me*, nihil tamen in propria natura perpeſſum arbitreris; ſed ſui tantùm corporis flagella quaſi propria, in ſe tranſtuliſſe, ſibique appropriâſſe cogites. Nam Deus Verbum ſemper permanſit impatibile.

Eſa 11. Hebr. 2. Math 1. Rom 9. Rom 1.

Quem Virgo genuit verus Deus erat.

Idem ſecũdum diuerſa patibilis & impatibilis.

Eſa. 50.

Sed obijciunt hic forte nobis, qui diuinis Scripturis, rectæque doctrinæ obniti conſuetum habent. Si Dei Verbum impatibile, immutabile, & inalterabile eſt, quomodo factum caro eſt? Audi dilecte, Verbum caro factum eſt, non in carnem demutatum. Neq; enim Deus Verbum in carnem verſus eſt; neque aſſumpta caro in aſſumentis naturam tranſmutata eſt. Quid ergo ſibi vult, Verbum caro factum eſt? Aliud nihil, quàm Verbum carnem aſſumpſit; & carnem quidem non puram, ſed intelligente anima perfectam informatamque; quæ duo naturam humanam perfectè abſoluunt. Ad hunc ergo modum Verbum caro factum eſt. Optarem magniloquentiſſimi Ioan. mentem vos penetrare, quò rectius recitari iam verbi vim pernoſceretis. Ioannes Theologus tonitrui filius, qui dignus cenſus eſt, qui ſuper Dominicum pectus recumberet; indeque ſublimiora quędam diuinioraque dogmata, quæ nobis deinde communicaret, hauriret: Cùm eximiam Dei erga nos benignitatem commendare vellet, ac primò quidem diuiniora illa pręmiſiſſet, nempe hæc: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*, oſtendiſſetque illum Patri eſſe coæternum. Si quidem nihil eo antiquius cõperimus, quod in principio eſſe perhibetur. Nam etſi cogitatione ad anteriora recurras, ſemper tamen præcedet, τὸ erat. Ipſius enim, erat, nullus inuenitur terminus: Cùm (inquam) hæc tam magnifica præmiſiſſet, Patrique coæternum, & omnium opificem Deum Verbum oſtendiſſet,

Illud Verbum caro factum eſt, quidnis potius ſonat, quàm Verbum in carnem verſum eſt.

Carnem fieri, idem in incarnationis ſacramento eſt, quod carnẽ aſſumere.

Quæ Ioannes ex Chriſti pectore hauſit, ea nobis poſtea communicauit.

Ioan. 1.

τὸ Erat & Eſt termini expertia ſunt.

oſtendiſſet,tandē ſubiungit. *Et Verbum caro factum eſt*, tantùm non iſtud dicens: Qui Patri coæternus, rerumq́ue omniom Conditor ac Dominus exiſtit, tantum propter nos, & propter noſtram ſalutē ſemetipſum humiliauit, vt etiam factus ſit caro; quò nimirum à viliori naturæ noſtrę portione, excellētes illas Dei erga nos miſerationes patefaceret.

Qđ Verbū caro potiꝰ, q̄ homo factum dicatur, id Dei erga nos charitatē illuſtriorē oſtendit.

Ait ergo: *Et Verbum caro factum eſt*, verum huculq; progreſſus, non conſtitit, addit enim: *Et habitauit in nobis*; poſterius prioris explanatio eſt. Nam quid eſt: *Verbum caro factum eſt?* niſi quod habitarit in nobis, hoc eſt, in noſtra natura? Aduerte hic Ioannem duas naturas prædicantem, vnum autem Filium: Aliud eſt enim tabernaculum; & aliud, quod tabernaculum inhabitat: Aliud rurſum templum, & aliud Deus, qui in tēplo degit. Attende quid hic dicatur. Non dixit Ioannes alius & alius, veluti de duabus perſonis, aut duobus Chriſtis, aut duobus Filiis loquens; ſed aliud & aliud, tanquam de duabus naturis verba faciens. Poſtquam ergo dixit. *Et habitauit in nobis*, duaſque naturas prædicauit, mox adiunxit. *Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti*, nō dixit duorum filiorum, ſed Vnigeniti. Iſaias igitur prædicat Emmanuelem, hoc eſt, Deum incarnatum. Petrus autem dicit. *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*, naturæ dualitatem, perſonæ autem vnitatem exprimens, Ioan. verò Theologus ait. *Et habitauit in nobis*, duas naturas, & vnam Vnigeniti perſonam ſubindicans.

Quid ſit Verbū Dei habitare in nobis.

Ioannes differtè prædicat duas naturas, vnā autē perſonam.

Matth. 16.

Manſit autem Deus Verbum impatibilis (nam huc iterum regredimur) aduerte quid dicatur. Diuiniora quidem aſſumptæ naturæ communicauit; verùm eorum, quæ humanæ ſunt naturæ, nihil in ſuam naturam tranſtulit. Ambulauit ſuper maria, ſed id non abſq; proprio corpore. Increpuit mare & ventos, ſed per proprium corpus. Occurrit illi leproſus dicens: *Domine, ſi vis, potes me mundare: dicit ei, volo, mundare*: Et tetigit illum corpus dominicum, & fugatus eſt morbus, lepraque deceſſit. Pauit quinque millia quinque panibus, ſed per noſtrum corpus. Nam accepto pane gratias egit Patri, & fregit, deditq́ue diſcipulis ſuis; diſcipuli autem turbæ. Et ſuperfuerunt duodecim cophini fragmentorum. Solius Dei eſt peccata dimittere. Dicit autem: *Vt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata*. rurſus dicit: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo Filius hominis, qui eſt in cœlo*. Cernis quomodo diuiniora cōmunicauit humanæ naturæ.

Verbiꝰ natura nihil attraxit ab humana natura.

Matth. 14. Mar. 4.

Matth. 8.

Ioan. 6.

Mar. 2. Ioan. 3.

Cùm autem vides illum eſurientem, ſitientem, defatigatum, ſudantem, Pilato traditum, lictorū manibus ductū, circūactūq; agonizātem, orantē. *Eloi Eloi lammah Sabathani, hoc eſt, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me* clamantem. Rurſum: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, veruntamen non quod ego volo, ſed quod tu*: Cùm vides in crucem actum, clauis manus & pedes illius fixus, latusq́ue cō foſſum, tum cogita Deum Verbum permanſiſſe impatibile; hæc omnia autem, quæ ſuo illata ſunt corpori, ſibi appropriaſſe. Vt autem oſtenderet, quod ne paſſionis quidem tempore à proprio receſſiſſet templo, quando Iudæi tragica iſthæc contra Dominum inſtruebant; tanquam Deus compreſſit Solis radios, diffudit tenebras per terrarum orbem, diſcidit tēpli velum, diſrupit petras, excitauit mortuos. Hæc omnia autē operatus eſt, vt intelligeres, & quod aderat corpori patienti, & quod eiuſmodi paſſiones ſibi appropriabat, & quod ipſe impatibilis omnia hæc patrabat.

Mar. 15.

Matth. 26.

Quæcunq; Chriſto illata ſunt, omnia eatenus Verbi natura fuerunt.

Chriſtus moriens diuinitatem ſuam maximis miraculis oſtendit.

Cur Chriſto patiente & moriente tot miracula euenerint.

Quæ veſtra ſunt vobis propoſuimus, hæc enim eſt patris veſtri doctrina, hic theſaurus eſt vobis auitus hæc beati Athanaſij ſunt dogmata, hæc magni Theophioli eſt doctrina, columnarum vtique orthodoxæ doctrinæ. Sed quoniam hactenus patienter noſtram tuliſtis balbutiem, expectate nunc patris ſapientiam; audiſtis arundinem paſtoralem, audite nunc & tubam quoque magnificentiſſimam: Populus dixit. Fili Athanaſij & Theophili, Cyrilli ſapientiam audiamus. Epiſcopus Paulus dixit. Quæ ſapientia noſtras quidem orthodoxorū mētes exuſcitat, hoſtiū vero acies proſterint, Deo itaque gloriam & gratiam actionem reddamus nunc, & ſemper, & in ſecula, Amen.

Athanaſiꝰ & Theophilus Eccleſiæ Alexandrinæ colūnæ.

Paulꝰ Emiſenꝰ Athanaſij & Theophili ob doctrinæ ſimilitudinem hisꝰ appellatur.

Tomi ſexti caput XV.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANdrini de incarnatione dominica, deq; Paulo Emiſeno conciuncula.

ARGVMENTVM.

COMMENDAT Pauli eloquentiam & fidem: Exponit incarnationis myſterium obiter. Hortatur ad gratiarū actionem, cùm ob cętera beneficia accepta, tum pręcipuè propter Verbi incarnationem.

Beatus Propheta Eſaias Chriſtianorum doctorū facundiā prænuncians aiebat: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*. En igitur hauſimus vobis aquā ex ſacro Doctoris fonte q̇ ante nos diſſeruit; q Spiritusſancti lumine colluſtratus; expoſuit vobis venerādum illud Seruatoris noſtri myſterium, per quem credētes in ipſum ſaluamur, & graui peneq́ue intolerabili peccatorum mole exoneramur; ita vt vinculis mortis diſſipatis propheticum illud dicamus. *Vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt ſtimulis tuus inferne?*

Eſa. 12. Egregius Eccleſiaſtes Paulus Emiſenus.

Per Chriſtum graui peccatorum mole exoneramur.

Oſe. 13. 1. Cor. 15.

Itaque Deus Verbum, quod erat in principio, quodq; in paterno ſinu exiſtit, per quod omnia facta ſunt, & in quo conſiſtunt omnia, vltro noſtri cauſa ſeſe exinaniuit, & factum eſt caro, hoc ē, homo. Humiliauit enim ſemetipſum propter nos, & appellatus eſt filius hominis, quò nos viciſſim propter ipſum, Deo

Ipſum Verbum, quod erat ab initio, & per quod facta ſunt oīa, noſtri cauſa homo factum eſt.

patre

Phil. 2. Matth. 6.

patre potiamur. Edocti enim ſumus in oratione dominica, vt dicamus, Pater noſter, qui es in cœlis. Ob id proinde Vnigenitus factus eſt primogenitus, quò nos, vt dixi, bona ipſius conſequamur. Suſtinuit crucem probris contemptis; obtulit ſponte corpus ſuum morti, non vt perinde ac vnus ex nobis, quaſi mortis debito obſtrictus, mortuus maneat; ſed vt mortis imperio proculcato nos ſecum exuſcitet. Gratias itaque agamus Verbo propter nos incarnato, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Cur Vnigenitus factus Primogenitus.

Non mortuus Chrs, vt mortuus maneat, ſed quo morte ſua mortuos exuſcitet.

Tomi ſexti caput XVI.

EXEGESIS CYRILLI AD *Acacium Epiſcopum de capro Emiſſario.*

ARGVMENTVM.

CONSTAT pleraque veteris legis Sacrificia cruentum illud, quod Chriſtus Dominus in cruce ſemel obtulit, adumbraſſe. Inter cætera autem, quæ de Sacrificiorum ritu prodita extabant, cauebatur, vt duo hirci pro peccatis populi offerrentur; quorum alter mactaretur, alter diris imprecationibus onuſtus, in deſertum dimitteretur. Horum autem hircorum typum præpoſterè exponebant multi. Quidam enim contendebant vt is, qui mactabatur, cedebat in cultum & honorem Dei; ita alterum, qui in ſolitudinem dimittebatur, ceſſiſſe in cultum & honorem Diaboli: Neſtoriani vtrunque referebant ad Deum. Verùm vt duo illi hirci non ſolùm indiuidua natura, ſed ſuppoſito quoque inter ſe diſtinguebantur; ita duos illi conſtituebant Chriſtos, & totidem filios: Alterum æternum ex Patre natum, deſignatum per hircum Emiſſarium; alterum temporarium ex Virgine natum, & morte conſummatum, adumaratum per hircum immolatitium. Cyrillus itaque hac oratione vtranque expoſitionem refellit, grauiter & luculenter oſtendens vtrunque hircum vnum duntaxat Chriſtum deſignaſſe: Sed quia in vno ſolo Chriſto duæ extabant diſtinctæ naturæ; altera æterna & impaſſibilis; altera creata & paſſibilis, docet hircum Emiſſarium denotaſſe Chriſti diuinitatem, quæ non eſt paſſa: Alterum verò, immolatitium videlicet, expreſſiſſe eiuſdem humanitatem, quæ verè pro peccatis noſtris oblata & mactata eſt. Eodem ſenſu paſſerum oblationem, quæ pro leproſorum emundatione fiebat, interpretatur quoque: Nam hic quoque alter mactabatur; alter verò mactati ſanguine tinctus, liber auolare ſinebatur. Refert huc nihilominus & immolati Iſaac hiſtoriam quoque: Siquidem hic aries, qui in vepribus pendebat occiditur, Iſaac autem illæſus dimittitur. Totius autem orationis huius ſcopus eſt, contra Neſtorianos euincere vnum ſolum eſſe Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum.

Literæ abſentium vices explēt.

PERLECTIS literis, quas ſanctitas tua paulò antè ad me dederat, maiorem in modū exhilaratus ſum: Eô namque mentis cogitatione ferebar, vt quodammodo coràm adeſſe viderer; quippe qui pietatem tuam per illas, & in illis perinde ac præſentem complecterer, & ex animo exoſcularer: Siquidem candidorum amicorum ſalutationes eius ſunt efficaciæ, vt eiuſmodi effectum facilime pariāt. Et ego quidem animo ita comparatus ſum; ſpero autem neque tuam quoque pietatem ſecus affectam eſſe. Quia verò indicare libuit, vt nonnulla de capro Emiſſario ediſſerā, per quæ myſterium, quod in eo abditum latet perſpicuum euadet; reſpondere equidem poteram: Poſteaquam prudentia tua ſufficienter inſtituta, ſacrarumque literarum notitiam na cta eſt minimè vulgarem; immò planè illuſtrem; ſuperuacaneum forſan videri, quemuis alium de hac quæſtione verba apud ſe facere. Attamen quia recuſare non licet, quod abs te iniungitur; neque moleſtiam vllam adferre poteſt, ſi ea obiter tantùm exponantur, quę in mentem veniunt, ſcribam equidem nonnulla: Veruntamen ſi ab exacta illa indagine nō nihil aberrauero, veniam dabis; nam difficilia Theoremata difficulter explanantur: Sed neque facili quoque negotio comprehendun tur. Bona nihilominus ſpe tenemur fore, vt per ſanctitatis tuæ preces Chriſtus hac in re nos dirigat; qui etiam profunda ex tenebris reuelat, cæcosq; illuminat, & verbum dat euāgelizantibus, vt ſcriptum eſt.

Acacius per literas Cyrillum vrget, vt Capri Emiſſarii myſterium explicet.

Acacius illuſtris Theolog.

Theoremata difficilia difficulter explicantur & capiuntur.

Pſal. 67.

Leuit. 16.

Scribitur itaque in Leuitico de capro Emiſſario hunc in modum: *Et duos hircos ſtare faciet coram ad oſtium Tabernaculi teſtimonij; mittensq; ſuper vtrunque ſortem, vnam Domino, & alteram capro Emiſſario: Cuius exierit ſors Domino, offeret illum pro peccato: Cuius autem in caprum Emiſſarium, ſtatuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces ſuper eum, & emittat eum in ſolicitudinem. Cùm mactauerit hircum pro peccato populi, inferet ſanguinem eius intra velum; ſicut præceptum eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat è regione Oraculi; & expiet Sanctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael, & præuaricationibus eorum, cunctisq; peccatis. Iuxta hunc modum faciet Tabernaculo teſtimonij, quod fixum eſt intra eos, in medio ſordium habitationis eorum.* Et hæc quidem de mactato capro ſanguineque ſanctum Tabernaculum ſanctificante. De viuente verò, ac Emiſſario rurſum ſic ait. *Et adducant caprum viuentem; & imponat Aaron vtranque manum ſuper caput eius, & confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atque peccata eorum; quę imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum in deſertum. Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſertum.*

2. Tim. 3.

Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt: Nam quodcunque Deus loquutus fuerit, hoc totum non poteſt non vtile ac ſalutare eſſe. Equidem qui eam nacti ſunt facultatem, vt veritatis efficaciam poſſint contemplari, illis venuſtas eius perinde ac coruſcum quoddam lumen ſeſe offert, mentemque de Chriſti myſterio informat. Qui verò non rectè, ſed puerorum more adhuc claudicantes incedūt, talibus ſanè etiam illuſtres Scripturarum ſpeculationes nonnunquam obſcuræ videntur. Atque iſtuc dico iis, quæ pietas tua ſcripſerat,

Quicquid Deus loqtur, hoc totum eſt vtile ac ſalutare.

In fide claudicantes, diuinarum Scripturarū ſenſa penetrare nō poſſunt.

nequa-

nequaquam oſcitanter, ſed ſtudioſè lectis: Nam quidam ex illis, qui iſtic degunt, rati videntur, alterum quidem caprum vel hircũ Deo, qui eſt ſuper omnia, ad ſanctificationem, & ſacrificium ceſsiſſe: Alterum verò genio cuipiam Emiſſario, immundoq́ue dæmoni in deſertum fuiſſe amandatum; atque hoc ipſum per ſacram manum, legisq́ue decretum. Hæc autem imaginatio eſt omnino fatua & ridicula: Meritò dixerit ijs quicquã, qui vana illa opinione tenentur. Cur non cogitatis vniuerſorum opificem, qui omnẽ mentem, cogitationemq́ue excedit, ſolusq́ue ſuapte natura Deus & Dominus exiſtit, nunquã Satanam Apoſtatam Regiæ maieſtatis, ſuæq́ue gloriæq́ue ſocium conſortemq́ue admiſſurum eſſe? An non per quendam Prophetarum illum pronuntiare audimus: *Gloriam meam alteri non dabo?*

Inſana planeq; puerilis eorum opinatio, q credebant caprũ Emiſſarium in dæmonis cultum ceſsiſſe.

Eſa.42.

Quòd ſi Moſaica lex ſeuerè mandat, vt quæcunque offerre quis voluerit, ea ſoli Deo offerat; legisq́ue huiuſce lator manifeſto oraculo cauerit, ne gloria, quæ in ipſum ſolum conuenit, immundis ſpiritibus deferatur; qui fieri poteſt, vt ipſe ſecum pugnans, ſuiſq́ue verbis contrarius eſſe, manifeſtè non deprehendatur? quippe qui hoc ipſum, quod ſemel inhibuerat, iterum fieri iubeat. Verùm abſurdiſſimum fuerit, ſi exiſtimes Deum, qui in vniuerſos dominium obtinet, ſui honoris, ſuæq́ue gloriæ nullam curam ducere, & interim alijs eam velle impertiri; maximè verò cum per Moyſen denuntiet: *Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*; Rurſum: *Non erunt tibi Dij alij præter me.* Ea propter diuinus quoque Moyſes ſupernis, diuinisq́ue ſecretis rite ſeſe conformans his, qui ex Iſraelitico ſanguine oriundi erant, in hæc verba præcepit. *Hæc ſunt præcepta & iudicia, quæ facere debetis in terra, quam Dominus Deus Patrum tuorum daturus eſt tibi, vt poſſideas eam cunctis diebus, quibus ſuper humum gradieris. Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt Gentes, quæ poſſeſſuri eſtis, Deos ſuos, ſuper montes excelſos, & colles, & ſupter omne lignum frondoſum; diſſipate aras eorum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, diſperdite nomina eorum de locis illis.*

Si caper Emiſſarius in dæmonũ cultum cederet, & hoc mãdato diuino, Deus ſecũ pugnaret.

Deut.6.10. Matth.20. Exod.20.

Deut.12.

Hebræis præcipitur, vt omnia idolorum monumenta euertant, eorundemq; memorias deleant.

Iam quomodo probabile ſit, vt is, qui ſuos ex paganiſſimi errore, ad veritatis lumen per Moyſen traduxerat, ſeuereq́ue, vt idola vnà cum illorum templis incenderentur; nec non aræ quoq; eorundem funditùs euerterentur, lucique exſcinderentur, ne vllæ omnino abominationum iſtarum reliquę ſupereſſent, iuſſerat, gloriam ſuam Satanæ (vt modò aiebã) voluerit impartiri; in eamq́ue ſententiam venerit, at alterum hircum ſemel ſibi in Sacrificium deſtinatum, & in deſertum amandatũ, ipſis dæmonibus præceperit offerri; præſertim cùm Iſraelem, quod vitulum in deſerto erexiſſet, grauiſſimè reprehenderit, admirandoq́ue Moyſi dixerit: *Vade, deſcende, peccauit populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti; fecerunt q; ſibi vitulum conflatilem.* Quin & illis quoque, qui Beelphegor ſacrificauerant, quando cum Moabitarum mulieribus miſcebantur, formæ illarum venuſtate ad defectionem prouocati, non mediocrem intulit punitionem. Nam non pauci numero ea de cauſa ex illis interierunt. Eſſet porrò diuina illa inculpataq; voluntas haud mediocriter culpabilis; ſi, poſteaquàm illos è medio ſuſtulerat, qui Dijs alienis ſacrificauerant, ſuaque à lege Apoſtatis adeò ſuccenſuerat, prauam illam aduerſariamq́ue poteſtatem donis adhuc muneribusq́ue dignam cenſeret. Quam quidem aduerſariam vim diuinarum Scripturarum neruum interno occultoque mentis oculo non penetrantes, ipſi fortaſſis Emiſſariam nominatam eſſe dicent. Nos verò diuinis oraculis mentem, neque negligentem, neque ſegnem adhibentes, ſed diligentem, & quoad eius fieri potuit, vigilantem, admirandam illam veritatis pulchritudinem, venuſtatemq́ue vtcunque aſſequi enixi ſumus.

Furor eſt dicere, aut credere, eũ qui idololatriam ſeueriſſimè inhibuerat, idololatraſque grauiſſime & ſæpiſſime per idolorum cultũ plexerat, aliquã idolomaniæ ſpeciem præcepiſſe.

Puniti grauiter, qui Beelphegor ſacrificauerant, vt & illi quoque, q vitulũ adorauerant.

Caper Emiſſarius via Emiſſaria perperam a fidei hoſtibus appellatus.

Dicimus proinde vniuerſorum Deum, cùm ad euertendum paganorum errores, qui multos Deos colebant, eorumq́ue illuminationem, qui in tenebris ſedebant, veteribus legem ſuam per Moyſen tuliſſet, nequaquam viam, aut oſtium, aut doctorem quoque eius erroris extitiſſe, qui ſtatuit immundos ſpiritus honorandos eſſe. Proinde ſi accuratiùs in ea, quæ in diuinis literis abdita latent, mentis oculum coniecerimus, diſcuſſa falſitatis nube, veritatis lucem conſpicabimur. Cæterum inſpectis legalibus vmbris, id dicamus, par eſt, quod per quendam prophetarum rectè dictum eſt, puta: Quis ſapiens, & intelliget hæc? Quis intelligens, & cognoſcet iſta? Vmbra enim habet lex futurorum bonorum, & non ipſam rerum veritatem, vt ſcriptum eſt. Attamen vmbræ veritatem pariunt, & ſi ipſæ per ſe veritas ipſa non ſint. Quare diuinus ille Moyſes, velamento ſuper faciem ſuam poſito, filios Iſrael alloquebatur; tantùm non ſchemate hoc clamans, indicansq́ue, decretorum ſuorum venuſtatem in externa ſuperficie poſitam non eſſe, adeoq́ue forinſecùs cerni non poſſe; ſed in interioribus, occultisq́ue ſpeculationibus conſiſtere. Agedum igitur velamine legis ablato, depoſitoque, quod Moyſi faciem exteriùs adumbrabat, operimento, ipſam nudam veritatem contemplemur.

Deus, qui Diaboli regnum euerſum venerat, nulli vnquã auctor fuit, vt Diabolum honoraret.

Hebr.10. Vmbræ veritatem pariunt, veritas autem ipſa non ſunt.

Quid portẽderit velata Moyſi facies.

Duos hircos offerri, totidemq́ue ſortes illis inſcribi præcepit Deus: Voluit autem, vt alter ex illis nominaretur Dominus; alter verò Emiſſarius. Nomina itaque capris impoſita Dominus, & Emiſſarius. Deſignatur autem per vtroſque vnus & ſolus Filius, & Dominus Ieſus Chriſtus. Quo autem modo id fiat, ſpeculationis ſtudio, quantum fieri poterit, exactiſſimo incumbentes, indicabimus.

Nomina hircorũ Dominus & Emiſſarius; & vterque vnum deſignabat Chriſtum.

Caper

Scriptura iuſtũ oui, peccatorẽ capro aſſimulat.

Caper itaq;, vel hircus, vel hœdus erat pro peccato, res mira, ſi legis ſtatutum ſpectes: Siquidem ſacra Scriptura iuſtum oui; capro vero peccatorum ſubinde aſſimulat. Cur ita? Quia cùm iuſtus virtutum gloria abundet, meritò frugifer cenſetur. Sed & oues quoque frugiferæ ſunt, vtpote lanigeræ. Rectè proinde aſſimulantur illis iuſti. At verò ſcelerati animam nudam, ſterilem, omnique virtutum ornamento deſtitutam videas. Figura itaque ouis eſt capra: Eſt enim animal ignauum, ac ſterile, ouiſque pretio inferius. Et hanc etiã ob cauſam Dominus noſter Ieſus Chriſtus aiebat: *Quando ſedebit filius hominis ſuper ſedẽ maieſtatis ſuæ, ſtatuet oues quidem a dexteris, hædos autem a ſiniſtris.* Et quidem his, qui à dexteris illius erunt, tanquam qui iuſtitiæ fructus poſſideant, aſſignaturus eſt paratum regnum; iis verò, qui à ſiniſtris erunt, ignem, & ſupplicium, pœnamque Diabolo dignam inferet.

Matth. 25.

Immolabatur itaque hædus pro peccatis; & iſtud lege ipſa magiſtra & duce facilè aduertas: Ait enim: *Si peccauerit Princeps, & fecerit vnum ex pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur; aut non fecerit prudenter, & peccauerit, & deliquerit, & poſtea intellexerit peccatum ſuum, offert hoſtiam coram Domino hircum ex capris immaculatum.* Dixit & ipſe quoque vniuerſorum Deus alicubi de his, qui legale Sacerdotium fuerant ſortiti: Peccata populi mei comedent, hoc eſt, Sacrificia pro peccatis oblata: Pars enim & ſors ſacerdotũ, vt ſcriptum eſt, id erat, quod Domino offerebatur.

Leuit. 4.

Sacrificiũ pro peccato oblatum; nomine peccati quandoq; deſignat.

Chriſtus ita ſecũdùm Scripturas factus eſt hoſtia pro peccatis noſtris: Et hac etiam de cauſſa peccatum ipſe nominatur. Quare ſapientiſſimus Paulus Deum Patrem eum, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum feciſſe commemorat. Neque enim dicimus Chriſtum peccatorem fuiſſe; abſit hoc, ſed iuſtum; immò ipſammet iuſtitiam; peccatum enim non nouit. Victimam itaque fecit illum Pater pro mundi peccatis: Nam & cum iniquis reputatus eſt, & ſententiam in ſe ſuſcepit iniquis conuenientiſſimam. Cui quidem rei fidem facit Eſaias Propheta: *Omnis* (inquit ille) *quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. Et poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum, & liuore eius ſanati ſumus.* Scribit & ſapientiſſimus Petrus quoque: *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* Iis, qui in terris ætatem agebant, ſors illa impendebat, vt mortem ſubirent; idque propter Adæ tranſgreſſionem; & peccatorũ, quod ab eo ad nos vſque tyrannidem ſuam extendebat. Verùm Dei Patris Verbum in manſuetudinem, & benignitatem largiter ſeſe effundens, factum eſt caro, hoc eſt, homo nobis peccato obnoxiis conformis; qui etiam, vt optimus Paulus teſtatur, ſortem noſtram tulit; Ait enim: *Gratia Dei pro omnibus guſtauit mortem*, ſuamque animam pro omnium vita redemptionem dedit. Sed & vnus quoque pro omnibus mortuus eſt, vt omnes Deo viuamus, ſanctificati & viuificati per ſanguinem eius; iuſtificati autem gratis per gratiam ipſius: Nam vt beatus Euangeliſta Ioannes ſcribit, Ieſu Chriſti ſanguis ab omnibus peccatis nos emundauit.

Chriſtus peccatum appellatus.
2. Cor. 5.
Eſa. 53.
1. Petr. 2.
Rom. 5.
Hebr. 2.
Rom. 5.
Rom. 3.
1. Ioan. 1.

Nomen itaque capro immolato erat Dominus, ſorteque mactatus, in typum Chriſti in ſacram victimam & ſacrificium offerebatur; Hic enim non pro ſe ipſo; ſed vt, dixi, pro nobis, mortem oppetiit, ſanguineque ſuo Eccleſiam ſanctificauit: *Mactabit* (inquit) *hircum pro peccatis populi in conſpectu Domini; Et inferet de ſanguine eius intra velum, & aſperget ſanguinem eius ad Propitiatorium è regione Propitiatorij, & expiabitur Sanctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael, & ab iniuſtitiis eorum, & ab omnibus peccatis eorum. Atque idem faciat Tabernaculo teſtimonij, quod extenſum eſt inter eos, in medio immunditiæ eorum:* Ingreſſus eſt enim Chriſtus ſancta ſanctorum non per ſanguinẽ hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, æterna redemptione inuenta: Et ſanctificans, vt dixi, veriſſimum illud Tabernaculum, hoc eſt, Eccleſiam, & omnes, quotquot ſunt in ipſa. Scribit igitur Beatus Paulus: *Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſanguinem ſuum populum, extra portam paſſus eſt.* Et alibi rurſum: *Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi: Et ambulate in dilectione, ſicut Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſeipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam in odorem ſuauitatis.*

Leuit. 16.
Exod. 30.
Heb. 9.
Hebr. 13.
Epheſ. 5.

Statuamus igitur in capro immolato extitiſſet Emmanuelem ſecundùm carnis mortẽ; ſed hoc ipſum interim ad mortis peccatiſque internecionem. Erat is inter mortuos liber, vtpote neque peccati neque mortis ſentẽtiæ, vt nos, obnoxius. Sed iam in altero, hoc eſt, in viuo ac dimiſſo hirco, eundem quoque ſpectemus. Igitur dum ſecundùm humanam naturam patitur & moritur, tanquam ipſa carnis morte ſuperior, ſecundùm diuinã nihil quicquam patitur: Neque enim ſecundùm Iudæorum imaginationem nobiſcum in monumento remanſit; neque vna cum aliis intra inferni portas detentus fuit. Nam vt Diſcipulus illius aſſerit, Non derelicta eſt in inferno anima eius, neque caro eius vidit corruptionem. Reuixit enim ſpoliatis inferis; illiſque, qui vincti iſtic detinebant, exite dixit: Et qui in tenebris erant, reuelamini. Quin potius ad ſupernũ cœleſtemque Patrem, locum vſque hominibus inacceſſum, abſceſſit; Ipſe enim peccata noſtra in ſe ſuſcepit, propitiatioque illorum cauſa factus eſt: Scribit enim beatus Ioannes his, qui in illum credebant. *Filioli mei hæc ſcribo vobis, vt non peccatis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non ſolùm autem pro noſtris, ſed etiã pro totius mundi.*

Chriſtus à mortis & peccati debito immunis.
Actor. 2.
Eſa. 49.
1. Ioan. 2.

Arbitror autem non abs re fore, ſi & de legalibus

galibus quoque Scripturis commone faciendi auditoris gratia nonnulla hic repetam; habent autem ad hunc modum:

Leui. 16. Ez odi. 30.

Et adducet hircum viuentem, & imponet Aaron manus ſuas ſuper caput hirci viuentis; & confitebitur ſuper ipſo, omnes iniquitates filiorum Iſrael, & omnes iniuſtitias eorum, & omnia peccata eorum: Et imponet ea ſuper caput hirci viuentis, & emittet eum per manum hominis ad hoc parati in ſolitudinem. En quo pacto priore hirco mactato, alterum ſubinde viuum appellet: Erat enim, vt iam dixi, in vtroque vnus, & ſolus Filius, & Dominus Ieſus Chriſtus adumbratus:

In vtroque hirco deſignat' Chriſtus, ſed alio & alio modo.

Nã & ille quoq; licet ſecundùm propriam carnẽ pateretur; ſecundùm diuinitatem tamẽ extra omnem paſſionem agebat: Viuebat enim Dei Verbum interea, dum ſacroſancta illius caro mortem degnſtabat, manebatq; impatibilis, etiam cùm proprij corporis perpeſſionẽ veluti propriam in ſe transferebat. Videre eſt autem magnum illud profundumque myſterium & alio quoq; ſchemate in Leuitico delineatum. Lex Moſaica lepra infectum immũdum pronuntiat; eiuſcemodique hominẽ veluti pollutum à caſtris arcet.

Leu. 14.

Quòd ſi verò vitium aboleri contigerit, intra caſtra admitti iubet. Et quidem lex leproſi ſic habet: *Quando mundatus eſt leproſus, ducetur ad Sacerdotem. Qui egreſſus è caſtris, quum inuenerit lepram eſſe mundatam: Præcipiet ei, qui purificatur, vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinum, vermiculumq́, & hyſſopum. Et vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes. Alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco, & hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati; quo aſperget illum, qui mundatus eſt ſepties, vt iure purgetur; & dimitet paſſerem viuum, vt in agrum auolet.*

Ritus mũdandi leproſum.

Duę itaq; ſunt hic auiculæ inculpatæ, hoc eſt, mundæ, nullamq́; habentes maculam legalẽ: Et altera quidẽ mactatur ſuper aquã viuã altera verò à morte libera ſanguine ſuper aquã viuam occiſæ tincta, ad exemplũ hirci, in ſolitudinem abire permittitur: Et hic rurſum typus magnum illud venerandumq́ue Seruatoris noſtri myſteriũ nobis recludit:

Paſſeres, q in leproſi emundatione adhiberi ſolit Chriſti typum gerebant.

Venerat enim Verbum è ſupernis, hoc eſt, ex Patre & cœlo: Quare rectè quoq; volucri aſſimulatur. Deſcendit autem per carnis diſpenſationem ad noſtram ſimilitudinẽ, forma ſerui accepta. Veruntamen & hoc quoque pacto è ſupernis eſſe non deſinebat; disertè namque ad Iudæos dixit:

Cœleſte Verbum rectè aſſimulatur volucri.

Ioan. 8.

Vos deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum; vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo. Et iterum:

Ioan. 3.

Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius hominis. Sicut enim paulò antè dixi. Etiam poſteaquàm caro, hoc eſt, perfectus homo factum eſt, non terrenum, ſicut nos effectum eſt, ſed ſemper, quatenus animo concipitur vt Deus, manſit cœleſte, ac ſuper mundanum.

Cæterùm qđ antè viſum eſt in hircis, hoc ipſum & in paſſeribus ipſis quoq; obſeruare licet, puta Verbũ carne quidẽ paſſum eſſe ſecũdùm Scripturas; ſecũdùm ſe tamen quauis perpeſſione maius extitiſſe. Rurſum humanitus quidem mortem oppetiiſſe, diuinitùs verò viuum permanſiſſe: Verbum namque vita exiſtit.

Verbum ſecundum propriã naturã nihil perpeſſum eſſe, oſtenditur ex paſſere vita donato.

1. Petr 3.

Quare & ſapientiſſimus quoque Diſcipulus ille, carne quidem mortificatum dicit, viuificatum autem Spiritu. Verũ enimuerò licet Verbum ſecundùm propriam naturam crucis mortiſque expers permanſerit; at ſuæ tamen carnis, vt iam dixi, perpeſſiones veluti proprias in ſe tranſtulit: Tingebatur enim paſſer viuus in ſanguine occiſi. Et quamuis ſecundùm ſe paſſionis expers eſſet; hactenus tamen paſſioni communicabile dici poterat, quatenus ſanguine occiſi cruentatus in ſolitudinem dimittebatur.

Verbũ impatibile patibilis carnis incommoda ſibi appropriat. Quid paſſer extinctι ſanguine cruentatus deſignauit.

Ad cœlum enim Vnigenitus Dei vnà cum carne ſibi vnita redit, eratq́ue nouum hoc in cœlis ſpectaculum: Obſtupuit enim ſanctorum Angelorum multitudo, cùm Regem gloriæ exercituumq́ue Dominum in forma humana cerneret: aiebat enim: Quis iſte eſt, qui venit ex Edom, hoc eſt, & exterra; & rubrum eſt veſtimentum eius ex Boſor. Boſor autem interpretatum, ſonat carnem, vel anguſtiam, vel tribulatione; mox ſubiungit: Quæ ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Ille verò viciſſim ad illos: His percuſſus ſum (inquit) in domo dilecti mei:

Nouum in cœlo ſpectaculum Verbũ Incarnatum. Eſa. 63. Quid Boſor denotet latine.

Quemadmodum enim Thomæ non abſque ſingulari Dei diſpẽſatione hæſitanti, poſt ſuam ex mortuis reſurrectionem manus, & in manibus clauorum figuras oſtendit, iuſſitq́; etiam lateris vulnus palpare; ita & in cœlis conſtitutus, ſanctis Angelis planum fecit, iure meritoq; ex ipſorum amicitia prolapſum, eiectumq́ eſſe dilectum Iſraelem. Vnde & veſtimentum ſanguine rubricatum, & plagas in manibus oſtendit: non quòd illas abijcere non queat; (ex mortuis enim excitatus corruptionẽ, cæteraq; omnia, quæ ex illa erant, penitus exuit) ſed ideo characteres illos cicatricesq́; retinuit, quò multiformis ſapientia Dei, quam in Chriſto ſcdm æternum propoſitum demonſtrauit, diſpenſatoriè per Eccleſiam Principibus & Poteſtatibus in cœleſtibus pateſieret: Ita enim ſacratiſſimus Paulus quibuſdam ſcribit: Quemadmodum ergo in duobus hircis manifeſtè delineatum eſt Chriſti myſterium; ita & in duobus quoque paſſeribus.

Cur Chriſtus Angelis in cœlo ſuæ paſſionis veſtigia & inſignia oſtendere voluerit.

Ephſ 3.

Duo hirci totidemq; paſſeres geminã Chriſti naturã præſignificabant.

Dicat autem quiſpiam: Quomodo vnum ſolummodo dicis eſſe Filium, & Dominum Ieſum Chriſtum, cùm duo hirci totidemq́ue paſſeres ſint oblati? Nunquid lex per hoc oſtendit duos omnino Filios & Chriſtos eſſe? Et in hanc quoque impietatem aliqui iã præcipites abierunt, vt alium ſeorſim & per ſe Chriſtum eſſe dicant & ſentiant Verbum, quod ex Patre eſt; & alium rurſus eum, qui ex ſemine Dauidis ortus eſt. Nos verò his, qui inſcitia occæcati, iſthæc ita habere ſuſpicantur, viciſſim dicimus, apud diuinum Paulum

Pro numero hircorũ & paſſerũ ſunt, qui duos Chriſtos, & Dominos eſſe dicant.

Epheſ. 4. Quot Chriſti & Domini, tot neceſſario Baptiſmata & fides.

lium ſcriptum extare: Vnum eſſe Dominum, vnam fidem, vnum Baptiſma. Quapropter ſi duos Filios eſſe dixerint, duo etiam prorſus erunt Domini, & duæ fides, & totidem Baptiſmata. Mentitur is igitur, qui dicebat, ſe Chriſtum in ſe loquentem habere. Sed abſit, vt horum aliquid ſit. Vnus itaque eſt Dominus; vna fides, vnumque Baptiſma: Credimus enim in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, hoc eſt, Vnigenitum Dei Verbum hominem factum, & incarnatum. Vnde & in eius quoque mortem baptizamur, & ipſum ſolum Dominum & Deum agnoſcimus; non ſeparantes à ſemetipſo hominem & Deum; ſed ipſum Dei Patris Verbum, ſalua per omnia Deitate (Eſt enim ſecundùm ſe omnino immutabile, & inalterabile) hominem factum confitentes.

Vnus Chriſtus Dei Verbũ incarnatũ, in cuius mortem baptizati ſumus.

Quòd ſi ſecus res habet, dicant nobis illi, qui duos Filios confingunt; vnum quidem per ſe, qui ſit ex ſemine Dauid ortus; alterum rurſum per ſe ac ſeorſim, videlicet Verbum ex Deo Patre genitum; vtrumne Dei Patris Verbum ſuapte natura præſtantius ſit illo, qui ex ſemine Dauid natus eſt? Eſt ſane quidem multis partibus: Quid enim eſt hominis natura, ſi cum Diuina excellentiſſima illa natura comparetur? neque inficias, opinor, ibunt, Verbum, quod ex Deo Patre eſt, ſecundùm naturam præſtantius eſſe homine. Hoc autem poſito, cernentes hircos non diuerſæ inter ſe naturæ eſſe, ſed vnius eiuſdemque ſpeciei penitùs; nec vlla re inter ſe differre, in eo quòd hirci ſunt (eadem ratio duorum quoque paſſerum eſt) Concedant ergo propter eandem hircorum vel paſſerum ſpeciem, Deum Verbum nihil differre ab homine. Atqui plurimum omnino diſcriminis inter Diuinitatem & humanitatem intercedit. Sunt igitur eiuſmodi exempli & typi ſecundùm rationem, quæ ipſis conuenit, accipienda: Multum enim intercedit inter rem, & rei figuram: Typi namq; aliquam tantùm partem eorum deſignant, quorum typi ſunt, non totam rem. Legem autem vmbram ac typum extitiſſe aſſerimus, perindeque ad veritatem ſe habuiſſe, ac ſi quis ſpectandi gratia res aliquas primis tantùm lineis adumbratas proponat;

Verbum citra vllam controuerſiã præſtantius eſt homine.

Duo capri, & paſſeres item duo eiuſdẽ ſunt rationis.

Figura & typus non in ſingulis typum gerit, ſed in quibuſdam tantum.

Vmbræ enim ſunt prima tantùm in picturum tabulis delineamenta. His tamen, ſi colorum floſculi acceſſerint, illuſtris picturæ venuſtas mox exoritur. Oportebat itaq; eum, qui Chriſti myſterium per Moſaycam legem exactè delineare volebat, non in vno hirco vel paſſere ſimul illum viuum & mortuum ſpectandum proponere, ne ſcenica quædam portenta proponi viderentur. Decebat autem, vt vnus idemque in vno quidem necem perpeſſus, in altero verò viuus ac dimiſſus oſtẽderet. Vt vere rei huius declarationem, conſentaneam rationem nõ excedere demonſtrem, arbitror aliam quoque imaginem iis, de quibus locutus ſum hactenus, adducendam eſſe.

Figuræ ſe habent ad rem, vt picturæ imaginis lineæ ad ipſam imaginem.

Decebat vt Chriſti myſteriũ per duos hircos deſignaretur.

Scriptum eſt igitur in libro de origine mundi: Quæ poſteaquam geſta ſunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham Abraham: At ille reſpondit: Adſum; ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac; & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecum duo iuuenes, & Iſaac filium ſuum. Cumq; concidiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locum, quem præparauerat ei Deus; die tertia autem eleuatis oculis, vidit locum procul. Dixitq; Abraham ad pueros ſuos: Expectate hic cum aſino. Ego autem & puer illuc vſque properantes, poſteaquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum. Ipſe verò in manibus portabat ignem & gladium. Cumq; duo pergerent, dixit Iſaac Patri ſuo: Pater mi; at ille reſpondit: Quid vis fili: Ecce, inquit, ignis & ligna; vbi eſt victima holocauſti? Dixit autem Abraham: Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter, & venerunt ad locum, quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper ligna compoſuit. Cumq; alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altari ſuper ſtruem lignorum. Extenditq; manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum.

Geneſ. 22.

Iam ſi quiſpiam ex nobis hanc Abrahæ hiſtoriam in tabella quadam depictam cernere velit, quo, quæſo modo, pictor depinget illũ? Nunquid vna ſimul tabella delineabit ea oĩa, quæ iam ſunt dicta? an verò per partes aliter & aliter, hoc eſt, alia & alia forma eundem ſæpenumero depinget exẽpli cauſa. Modo aſino, puero aſſumpto, famuliſq; pone ſequentibus, inſidentem: Modò rurſum aſino cum famulis infrà in cãpeſtribus relictis, ligna Iſaac imponentem, manibuſq; gladium & ignẽ geſtantem. Modò tandem eundẽ illũ Abrahamũ adoleſcentulum ſupra lignorum ſtruem ligantem, gladioq; dexterà ad mactandum armantem? Atqui non erat alius atq; alius Abrahã, licet alia & alia effigie & ſchemate ſubinde exprimatur, ſpectatui undiq; exhibeatur, ſed vbique idem pictoris arte, rerum vſibus nunquam non ſeſe accõmodante: Fieri n. non poterat, vt in vna forma & tabula omnia iſthæc, quæ dicta ſunt, obire oſtenderetur.

Abrahæ Iſaac immolãtis hiſtoria, non poteſt vna forma ad viuum exprimi, ſed alijs & alijs.

Erat itaq; lex pictura quædam ac rerũ typus veritatẽ vetero geſtans. Quamuis ergo vſus poſtulabat, vt duo hirci, ac duo itidẽ paſſeres, ad exprimendũ Chriſti myſteriũ inducerentur; vnus tñ in vtriſq; Chriſtus continebatur, deſignabaturq;; hinc quidẽ paſſioni obſtrictus; inde verò extra paſſionẽ conſtitutus; hinc rurſum morti ſubiectus; inde verò morte ſuperior cœloſq; aſcendens, veluti alteræ quędã humanitatis primitiæ ad incorruptionẽ inſtauratæ: Nã ipſe nobis viã ad cęleſtia renouauit: Vado, inquit, parare vobis locũ. Et ſi abiero, et præparauero vobis locum, iterum veniã, & accipiam vos ad me

Lex veritatem vtero geſtabat.

Chriſtus homo cœlos aſcendit, veluti altera quędã inſtaurata naturæ noſtræ primitiæ.

Ioan 14. *ipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis*; & haſce certas ſpes habemus.

Et hactenus quidem, quæ in mentem venerant, ſcripſi; pietatis verò tuæ fuerit, exactiùs ſcripta iſta examinare; vt, ſi quid melius inuenire contigerit, iſtuc, & nobis, & cæteris quoque, qui illic ſunt, proſit: Chriſtus enim eſt, qui & profunda & abſcondita Coloſſ.2. reuelat, & intelligentiam cordi inſerit: *In ipſo nanque omnes ſunt theſauri ſapientię & ſcientiæ abſconditi*. Per ipſum, & cum ipſo ſit Deo ac Patri, & ſancto Spiritui gloria & imperium in ſecula, Amen.

Tomi Sexti Caput XVII.

BEATI CYRILLI AD VALERIANUM Epiſcopum religioſiſſimum, de Verbi incarnatione exegeſis.

ARGVMENTVM.

AGIT ex inſtituto contra Neſtorianos, cæterosq; cognatos hæreticos; cuiuſmodi erant, qui Dei Verbum incarnatum eſſe, aut hominem fieri potuiſſe obſtinatè negabant. Impugnat eorum cacodoxiam, qui vt duas naturas, ita duas quoque vno in Chriſto perſonas conſtituebant. Oſtendit aliud eſſe hominem factum eſſe; aliud in homine habitaſſe; aliud rurſum Deum eſſe; aliud Deificatum eſſe; aliud tandem ſeſe exinaniuiſſe; aliud hominem extuliſſe. Docet humana, quæ de Verbo dicuntur, ad naturam aſſumptā referri oportere. Cōfutat Arianos & Appollinariſtas, & eos quoque, qui Verbum maioris ſecuritatis cauſa cœlum repetijſſe nugabantur. Soluit & exponit Scripturas, quibus Neſtoriani errorem ſuum confirmare conabantur. Monet denique falsò aſſeri à Neſtorianis, totum Orientem Neſtorianum dogma complexum eſſe.

Sanctitas tua, vt equidem perſuaſum habeo, reſque ipſa clamat, abunde inſtructa eſt vt viriliter prudenterque vanis quorundam nugamentis obſiſtere queat: Nugantur enim aniliter nonnulli, omniaque ſurſum ac deorſum permiſcentes incarnati Vnigeniti myſterium, acutè ſubtiliterque exponere ſe poſſe Incarnationis myſterium euertuat, qui ſubtiliùs in illud inquirunt. glorientur. Verùm cùm id minimè aſſequantur, peruerſæque doctrinæ ſenſum obtineāt, eò illud facilimè detorquent, quò neutiquam debebant. Cæterùm, quod hac in re periculoſiſſimum eſt, dum rectæ fidei ſententiam præ ſe ferunt, eiuſque ſtudium confingunt, & cuiuſdam nihilominùs acuminis opinione, veluti larua quadam ſeſe muniunt, Neſtorianæ impietatis venenum ſimplicium animis infundunt. Hæretici medicis ingrata pharmaca propinantibus ſimiles. Sunt autem iſtiuſcemodi humanorum corporum medicis non abſimiles; Hi enim pharmacis inſulſioribus mel oblinère ſolent, quò dulcedinis qualitate eorum fallant perceptionem, quæ ſuapte natura triſtitiam nauſeamque inducunt.

At nos Chriſti ſenſum; iuxta ſapientis Pauli ſententiam, aſſequuti, eorum aſtutiam non ignoramus: Nouimus enim ita comparatos eſſe, vt ſi quiſpiam vnigenitum Dei Verbum, quod arcano quodam inexplicabilique modo ex Deo & Patre genitum eſt, ipſorumque ſeculorum conditor eſt, ex ſacra Virgine Neſtoriani iis non repugnant, q. Chriſtū vitæ exordiū ex Virgine ſumpſiſſe dicunt. ſubſiſtentiæ initium ſortitum traderet, cenſuri ſunt neutiquā illum ab eius, quod dictum traditumque oportuit, ſcopo aberraſſe: Aiunt nanque: Si Dei Verbum ſuapte natura Spiritus eſt, quomodo ex carne natum eſt? An non Dominus apertè dicit: *Quod natum eſt ex carne caro eſt?* Ioan.3 At quia doctrina de Chriſti myſterio incedit via ab hac longè diuerſa; Heretici, quæ dicūt, non intelligunt. putà ea, quæ ducit in id, quod rectum eſt, 1.Tim.1. omniſque erroris, & obliquitatis expers eſt; fit, vt illi temere incallumque nugentur: *Non intelligentes, neq; quę dicunt, neq; de quibus affirmant*.

Nos igitur ipſummet vnigenitum Dei Verbum, quod ſecundùm Scripturas, Spiritus & Deus eſt, omnium ſalutis cauſa incarnatum, & hominem factum aſſerimus; non quidem ex propria natura corpus ſibi aſciſcens; aut ab eo, quod erat, abſcedens; ſed aliunde, nempe ex ſacra Virgine citra vllam Verbū non ex ſe, ſed ex Virgine ſumpto corpore, homo factum eſt. confuſionem, ſuique mutationem illud aſſumens: Aſſumptum verò tanta, hoc eſt, tam admirabili incomprehenſibilique vnione ſibi aſſociàſſe dicimus, vt non iam alterius cuiuſpiam, ſed ſuum ipſius proprium ſit, eſſeque intelligatur. Ad hunc itaque modum vnigenitus Dei Filius affectus in ter- Vnio corpus aſſumptum Verbo effecit proprium. rarum orbem ingreſſus eſt; & veluti primogenitus in multis fratribus factus eſt; qui tamen, vt Deus eſt, totius creaturæ ordinem multis partibus excedit. Quare cùm ex muliere natus dicitur, id ſecundùm carnem interpretemur oportet, ne à ſacra Virgine ſubſiſtendi initium accepiſſe perperàm à quopiam intelligatur: Quamuis enim Deus Verbum ante omne ſeculum Patri ſum coæternus, eidemque coeſſentialis exiſtat; attamen quando eiuſdem Dei Patris volun- Verbū Patris ſtudio & voluntate alteram ſecundum carnem natiuitatem pertulit. tate & ſtudio ſeruilem formam aſſumere dignatus eſt; tunc natiuitatem quoque ſecundùm carnem ex muliere perinde ac vnus ex nobis pertuliſſe rectè dictus eſt. Quam ob rem, quod ex carne prodijt, id citra omnem controuerſiam caro eſt & quod ex Deo eſt, Deus eſt; & ſecundùm vtrunque Chriſtus vnà cum ſua carne, (quæ vti- Verbū vnà cū ſua carne vnus eſt Chriſtus & Dominus. que non inanimis eſt, vt dixi, ſed anima intelligente perfecta informataque eſt) vnus omnino Filius & Dominus eſt.

Ne ergo vnum eundemque Filium in duos ſecent; & ſeorſum quidem Verbum tanquam Filium alterum; ſeorſum rurſum & per ſe hominem ex muliere natum; nobis conſtituant: Neque Deum Verbum homini ſecundùm habitum, vel voluntatum conſenſum tantùm coniunctum imaginentur, ſemine Abrahæ, iuxta Scripturarum traditionem, apprehenſo, verè hominem factum, fratribusque, ſolo peccato ſecluſo,

per

Verbū non eſt hominē aſſumptum, vel cōiunctum, ſed homo factum.

per omnia aſſimulatum intelligant. Quod ſi per omnia fratribus aſſimulatus eſt, ergo non ſecus ac cæteri homines ex muliere natus eſt. Verùm enimuerò licet ſecundum humanam naturam noſtro more Deus Verbum natus eſt; non ob id tamen Vnigenitus non eſt: Deus nanque verè eſt incarnatus. Quare etiam ſacra Virgo verè proprieque Deipara eſt, Deiparæque nomine verè ſalutanda eſt.

Virgo mater Dei, & nomine ſalutanda.

Quod ſi dixerint Deum & hominem ſimul coeuntes vnum abſoluiſſe Chriſtum, perſona vtriuſque integrè inconfuſeque ſecundum rationem ſeruata, facile videas nihil illos hac in re exactum, nihil ſincerum, aut veritati conſentaneum ſentire, aut loqui. Neque enim (vt ipſi fabulantur) Deus & homo ſimul concurrentes vnum Chriſtum conſtituerunt, ſed (vt ſæpe iam dictū eſt) Deus Verbū, perinde atq; nos, carnis & ſanguinis particeps effectū eſt, ita vt Deus carne noſtra ſumpta, eaq; ſibi appropriata, verè & propriè homo factus ſit, vereque & propriè, homo factus intelligatur. Quemadmodum enim quiuis noſtræ conditionis homo ex anima & corpore cōſtatus, vnus eſſe intelligitur, ita & ipſe quoque Chriſtus vnus omnino Filius & Dominus eſſe dignoſcitur. Vna nanque vnius hominis eſt natura, vnaque eiuſdem perſona, etiamſi ex rebus diuerſis, ſpecieque differentibus conſtituatur; palàm eſt enim corpus eſſe quiddam ab anima diuerſum, & tamen proprium ipſius factum, vnà cum ipſa vnius hominis naturam & perſonam abſoluit. Ex quibus ſecundum mētē & cogitationem prædictorū diſcrimen non ſit obſcurū; attamen ſimul atque ſemel in vnum coiere, concurrerūtq; indiuulſe cohæſere, vnum animatum hominem abſoluunt. Sic vnigenitus Dei Filius non prodijt homo homine aſſumpto, ſed ineffabilem ex Deo Patre generationem ſortitus, templo per Spiritum ſanctum ſibi homoouſion conſtructo, homo factus eſt. Vnus proinde eſt intelligiturque Chriſtus, etenim corporis, quod aſſumpſit, diuerſæ ab ipſo naturæ rationiſq; eſſe non ignoretur. Vbicunque autem corporis mentio inciderit, non inanime, ſed animatum intelligente perfectum aſſumptum eſſe ſemper ſtatuatur.

Vt anima & corpus licet interſe diuerſa vnum conſtituunt hominem, ita Diuina & humana natura vnum Chriſtum.

Filius & Spiritus ſanctus homouſij.

Cōtra eos agit, qui Verbum perinde in Virginis Filio habitaſſe dicunt, ac in quouis alio iuſto.

Audio nihilominus quoſdam in eam veſaniam prolapſos eſſe, vt dicere non vereantur Deum Verbum in homine ex Virgine nato perinde atque in alio quopiam iuſto, vel Filio inhabitaſſe, eundemque ſua illa inhabitatione deificaſſe. Sed, hens boni viri, nequaquam res ita habet. Siquidem longè aliud eſt Dei verbum incarnatum, vel hominem factū eſſe; aliud in homine Chriſto non ſecus ac in aliquo Sanctorum Prophetarum habitaſſe. Enimuerò admirabilis illius incarnationis doctrina non huc tendit, verùm (vt ſupra quoque monuimus) ſpectat Dei Patris Verbum carnem ſecundum Scripturas factum:

Alind incarnati, aliud in homine inhabitare.

ſtatuit. Non quod aliquam Phyſicam mutationem, aut alterationē ſuſtinuerit, aut quod in carnem verſum ſit, ſed quod carnem anima rationis compote vegetatam ſibi adiunxerit, homoque ex Virgine proceſſerit. Quare dicere Dei Verbum hominem ſibi coniunxiſſe, aut in homine inhabitaſſe, eundemq; per ſuā inhabitationē deificaſſe, vt ipſi dicunt, enixeque obtinere contendunt, non modò abſurdum eſt, ſed omni quoq; veſania & furia plenum eſt: Pugnat enim ex diametro cū ſacrarū Scripturarū ſcopo: Quandoquidem diuinus Paulus Deum Verbum in forma omnigenaque Dei Patris æqualitate conſtitutum: *Non rapinam arbitratum docet, æquiparare ſe Deo, verum ſemetipſum exinaniuiſſe, ſerui, forma accepta, in ſimilitudinem hominū ſe demiſiſſe, nec non hominem factum, ſemetipſum ſponte humiliaſſe.*

Inſaniunt, qui incarnationem per inhabitationem exponunt.

Phil. 2. Paulus Dei Verbum hominem deſcendiſſe, docet.

Illi verò, qui rerum naturam ad quiduis contrarium detorquent, veritatiſque virtute impiè adulterant, hominem Deificatum aſſerunt; verùm ſi res ita habet. Quomodo, quæſo, ſemetipſum humiliauit? qualem, dicite mihi, acutiſſimi viri, ſerui formam accepit? Etenim veſtra doctrina hominem potiùs, qui ex noſtra humilitate in ſublime erectus ſit, quique ex noſtra exinanitione, in Deitatis plenitudinem euaſerit; nec non ex forma ſeruili in Dominicam formam tranſmiſſus ſit. Equidem quomodo vnigenitum Dei Filium exinanitum, humanæ naturæque humiliationem ſuſtinuiſſe dicant, omnino intelligere non valeo; niſi forte per hoc exinanitum aſſeruerint, quod hominem gloriæ ſuæ participem fecerit. Verùm ſi alterum honorans ipſe honoris ſui detrimentum facit: Si alterum glorificans, ipſe exinanitur; cui dubium eſſe poteſt, quin præſtabilius illi fuerit, neminem honoraſſe, nullumque omnino ad gloriæ ſuæ conſortium admiſiſſe? Niſi enim hominē, quem peculiari quadam ratione familiarem ſibi fecit, vt iſti dicunt, honoraſſet, eundemque gloria ſua cumulaſſet, in propria excellentia conſtans perſtitiſſet. At hæc illorum commenta ſunt riſu digna, imò verò extremæ dementiæ plena. Quandoquidem oratio ratione & veritate nixa, non facilè quicquam aliquando exinanitum dicet, ſi idipſum antea ſecundum naturam ſuam plenum non erat; neque aliquid rurſum humiliatum, niſi illud è ſublimi, & ſummo quodammodo loco ſeſe demiſerit, vbi priùs non erat; neque ſerui denique formam quempiam accepiſſe, ſi ante illam aſſumptam naturalem libertatē non habebat. Si quid enim homo factum eſt, hoc quandoque hominem non fuiſſe, modis omnibus neceſſarium eſt.

In mirabile abſurda incidunt, q incarnationem per inhabitationem interpretantur.

Alterum exaltare vel magnificare, quàm eſt potius, quàm ſeipſum humiliare, aut detrudere.

Exinanitū dici nō poteſt, quod nunquam fuit plenum; neque ſeruum effectū, quod nunquam fuit liberū.

Quamobrem cùm ſacra Diuinaque Scriptura exinanitionem, ſeruilemque formam, nec non & humanitatem quoque nominat; eumque, qui iſthæc in ſe ſuſcepit, Dei Patris Verbum appellat; quomodo iſti eximiam illam admirandæ huius diſpenſationis ſapientiam,

Ineffabilem diuinæ ſapientiæ opus in abnegantur. Chriſtique deum hominem impoſituri.

Concil. Gener. Pars 1.

tiam,

tiam, ad præpoſterum ſuum detorquentes, hominem quendam deificatum eſſe contendunt? ita vt Chriſtiani nulla tandem re ab ijs diſpeſcantur, qui Creatoris loco creaturam adorant. Nunquid ſanctos Angelos quoque, qui, (vt Diuinæ literæ teſtatum faciunt) Primogenitum in terrarum orbem inductum, adorare iuſſi fuerũt, vnà etiam nobiſcũ erraſſe concedent? At quomodo, obſecro, Primogeniti nomen Vnigenito attribuere licebit, ſi verè incarnatus non fuit? Is enim tum demũ verè in multis fratribus factus intelligitur Primogenitus, quando in humanam noſtram naturam ſeſe ſubmittens, homo noſtri ſimilis factus eſt; perque omnia, ſolo peccato excepto fratribus ſuis aſſimulatus eſt. Nobis autẽ ad pietatem id ſat ſit, vt cogitemus, ſeduloq; animo verſemur carnem, quæ Dei omnia viuificantis peculiaris affecta eſt, viuificam ipſius Verbi virtutem, & operationem obtinere; gloriamque ineffabilem, nulloque tempore defecturam, ſortitam eſſe.

Angeli Chriſtum natum adorare iuſſi. Heb. 10.

Vnigenit⁹, ſi homo nõ ſit, Primogenitus vt ſit fieri omnino nequit.

Caro Chriſti ex Verbo viuificã di vim ſortita.

Cæterùm, qui ſecus ſentire propoſitũ habẽt, ijs & alias quoq; ſycophantias ſacris literis affingere difficile fortaſſis non fuerit. Etenim quidam ex illis inſanas illas Iudæorum bacchationes; & ipſam præterea carnis mortem, quàm pertulit, Vnigeniti perſonæ adimunt, easque mulieris nato, veluti alteri filio ſeorſum per ſe nato, & conſiderato, aſcribũt. Eſt enim illis, neſcio quomodo, religio dicere pietatis cauſa ad infernum, inferorumque, vt ſcriptum eſt, profunditates deſcendiſſe. Eſt ſanè diuinitas impatibilis, & impalpabilis penitus. Neq; enim corpus, aut res aliqua corporata eſt, ſed natura quædam pura, incorporea, impalpabilis, incomprehenſibilis, omniq; natura & creatura aſpectabili & inaſpectabili ſuperior. Verùm etſi hoc ita eſt, attamen quod vnigenitum Dei Verbum corpus ex ſacra Virgine ſuſceperit; ſuſceptumque (vt ſæpe numero iam monui) proprium ſibi fecerit; ac ſemetipſum pro nobis Deo & Patri immaculatam hoſtiam in odorẽ ſuauitatis obtulerit; fit, vt ea omnia pro nobis perpeſſum dicatur, quæ carni ipſius ſunt illata: Cùm enim corpus aſſumptum illius ſit proprium, quæcunque corpori ſunt irrogata, carnique conuenſunt, ea omnia, ſolo peccato exempto, merito illi attribuuntur.

Neſtoriani & qui illos ſequuntur Verbum paſſum & mortuum, & ad inferos deſcendiſſe negant.

Epheſ. 4.

Cuiuſmodi ſecundũ ſe eſt natura diuina.

Quæcunq; corpori Chri irrogata ſunt, ea omnia Verbo attribuuntur.

Quare poſteaquam Verbum homo factũ eſt, manſit quidem ſecundùm naturam diuinam impatibile; ea tamen, quæ carnis erant, veluti propria in ſe transferens, neceſſariò carnis paſſiones pertuliſſe aſſeritur; etiãſi ſecũdùm diuinam naturam, nulli penitus paſſioni ſit obnoxium. Vnde falſa pietatis perſuaſio à veritate eos abducit. Non enim animaduertunt hactenus impatibilitatem retinuiſſe, quatenus vt Deus i diuina natura ſubſiſtit. Scribitur enim ſecũdùm carnem noſtri cauſa paſſum eſſe, prout nimirum Deus natura exiſtens, factum eſt caro, hoc eſt, perfectus homo. Nam quis, quæſo, erat, qui Patrem cœleſtem affatus ita aiebat. *Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem optaſti mihi: holocauſtomata & pro peccato noluiſti: tunc dixi, ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Qui enim corporis expers erat, vt Deus, corpus ſibi aptatum fatetur, quo eo pro nobis oblato, ſuo nos omnes liuore, iuxta Prophetæ vocem, ſanaret. Quo pacto autem vnus pro omnibus mortuus, iuſtum pro omnibus precium exoluere potuit ſi perpeſſionem illam puri cuiuſpiam hominis fuiſſe dicamus? Quod ſi verò Verbum ſecundùm humanam naturam paſſum, propriæ carnis perpeſſiones, quaſi proprias in ſe tranſtulit, ſibique vendicauit; tunc demum vnius mortem ſecundùm carnem, omnium hominum vitæ præponderaſſe rectiſſimè aſſerimus: Nõ quod mors illa extiterit vnius vulgaris hominis noſtri ſimilis; etiamſi is, qui mortuus eſt mihi diſſimilis non fuerit; ſed quod cùm natura Verbum Deus eſſet, incarnatum, homoque, ſecundùm ſanctorum Patrum confeſſionem, factum ſit. Quod ſi ſunt, qui ob id perpeſſionem ſecundùm carnem Vnigenito adimunt, quod infamis, incongrua, indecenſque videatur, adimant ipſi pari ratione & ipſam quoque carnalem ex Virgine natiuitatem. Nam ſi turpe eſt carnis pathemata ipſi tribuere, quomodo turpius non erit carnalem natiuitatem, quæ paſsionem antecedit; aut totam, vt ſemel dicam, ipſius incarnationis œconomiam eidem adſcribere? Perijt itaq; hac ratione vniuerſum Chriſtianorum myſterium: &, quod hinc conſequitur, totius ſalutis noſtræ ſpes inanis redditur.

Falſa pietatis ſpecie abducũtur à veritate Neſtoriani.

Hebr. 10.

Eſa. 53.

Chriſtus iuſtum pro omnibus precium ſoluit, q͂ purus homo non potuit.

Vni⁹ mors omniũ vitæ præponderabat.

Non melius incommodũ eſt carnis incommoda experiri, quam ſecũdũ carnẽ naſci.

Sed dixeris, quomodo pati id poteſt, quod nulli paſsioni eſt obnoxium? Verbum enim vt ſæpe iam dictum eſt, ſecundùm propriam naturam nullatenus eſt patibile? Dicitur igitur Deus ſecundùm Scripturas propria carne perpeſſus, quoniam in patibili corpore conſtitutus erat. Quod beatus Petrus confirmat hunc in modum de illo ſcribens: *Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* Quocirca licet Verbum vt Deus eſt, impatibile exiſtat, ſecundùm diſpenſationis tamen proprietatem, paſsiones carni competentes ipſius propriæ cenſentur: Nam quomodo ille, per quem facti ſunt Principatus, Poteſtates, Dominationes; & in quo conſiſtunt omnia, mortuorum omniſque creaturæ Primogenitus eſt, nec non & dormientium primitiæ, ſi Deus Verbum corpus, quod paſſionum erat, ſibi proprium non fecerat? Quemadmodum aũt Deus ex muliere ſecundùm carnem ortus, noſtrum ſibi natiuitatem appropriauit, quantumlibet propriam ex Patre iam ante geneſin ſortitus eſſet: ita idem etiam humane hominumq; more carne dicitur pati, etiamſi vt Deus eſt, nulla patibilitas in illum conueniat. Ad hunc itaque modum

Quomodo impatibile factum ſit patibile.

1. Petr. 2.

Verbũ eodem modo & ratione dicitur pati, vel mori quo naſci.

Chriſtus

Chriſtus agnoſcitur. Ad hunc modum eadem cum Patre maieſtate pollere cernitur. Agnoſcitur autem nō vt homo per Verbi inhabitationem honoratus; ſed vt verus Filius etiam tum, cùm homo eſt factus. Siquidem præeminentia, & dignitas, quæ eſſentialiter in illum conuenit, integra et ſemper permanſit; etiamſi œconomicos in ſerui forma apparuerit. Quare licet noſtræ naturæ conditionibus verè communicarit, cùm hoc ipſo tamen vt Deus, omnem creaturam multis paſſibus excelluit.

Deliri illorum ſententia, qui Verbum incarnatū cœlos repetiſſe, aſſerebant, ne Diaboli inſidijs impeteretur, aut caperetur.

Cæterùm audiui quendam, qui cùm reditus illius in cœlum cauſam exponeret, affirmabat abijſſe illum in locum tutum, nullique violentiæ expoſitum; tum ea rurſum dignitate & prærogatiua poſitum, vt Patri proximè aſſideret. Addebat porrò naturæ noſtræ aduerſariulo propius ad ipſum accedere, inſidijsque eundem impetere haudem in poſterum non poſſe. Ergo cœlum factum eſt illi pro munimento? Et receſſus ille à nobis de quo gloriam non aliud pro appellanda eſt, ſed fuga? Timebat fortaſſis ne malignus ille laqueum quempiam iniiceret, ac, niſi aſcenderet, etiam poſt reſurrectionem, eiuſdem inſidijs pateret? Sed quis, obſecro, ab huiuſmodi abominationibus, quàm longiſſimè non abſcedat? Quis nugamenta illa adeò turpia, & portentoſa non auerſatur? Quis ijs, qui iſtiuſmodi nugas tenere, aut docere audent, longum vale non denunciet? Apage tum ſceleratiſſima illa ſordidiſſimaque ſententia? qua nihil anilior, nihil excogitari poterat indoctius. Res enim eò in tantam degenerat abſurditatem; vt nihil eſſe, nihil imaginari queat infamius.

Portentoſa ſunt quæ de Chriſti fuga, tradunt nonnulli.

Etenim cùm Chriſtus incarnationis œconomiam conſummaſſet, Satanamque protriuiſſet, & omnem eius vim fregiſſet, & mortis nihilominus imperium debellaſſet, nouam viuamque nobis viam ad cœlum inſtauraturus, præmunituruſque, cœlos aſcendit, vultuique Dei Patris, vt ſcriptum eſt, noſtri cauſa ſeſe oſtendit. Aſſidet autem Patri, etiamſi carnem ſit indutus, non iam vt homo per ſe ſeorſum animo conceptus; neq; vt alius Filius ab ipſo Verbo diuerſus diſtinctuſque, qui peculiarē ipſius Verbi inhabitationē ſit ſortitus; ſed vt Filius verè vnus, & ſolus etiam tum, quum factus eſt homo. Aſſidet itaque ad dexteram Patris tanquā Deus Deo, & Dominus Domino, & Filius verus Patri vero; hoc ipſum quod erat ſecundùm naturam conſtanter manens; eſto carnē ſumpſiſſe nō ignoret.

Chriſtus poſt Diabolum debellatum, & mortem expugnatā ad cœlos aſcendit. Hebr. 9.

Chriſtus Patri aſſidet tanquam Deus Deo, Dominus Domino &c.

Fuerat fortaſſis non magnæ difficultatis, ſatius adhuc ruditatis iſtorum barathrū aperire, verùm nugis vſque adeò friuolis ineptijſque, pluribus velle obuiam, haud aliud fere eſſet, quàm cum ineptis ineptijs contendere. Illa nihilominus cæteris, q̃ dicta ſunt nō inutiliter adiecero, per quæ illi Dominicum cœtum, potiſſimum perterrefacere; rectoſque corde, vt ſcriptum eſt, hoc eſt, eos, qui in ſimplicitate animi vitam traducunt; & fidei traditionem veluti quoddam depoſitum, in pectoris ſcrinio retinent, integreque ac incorruptè eandem conſeruāt, veluti è tenebris iaculari ſe poſſe exiſtimant. Itaque acres illi impoſtores; ſententiarum commentis callidiſſimè contextis, rudiores à veritatis oſtio abducunt; hæreticorumque malitiam æmulati impia qualia o mirum eiuſmodi indoctis proponere ſolent, dogmata inſtillant: Parum id quod ſcriptum eſt reputantes. Væ illi, qui proximo ſuo turbidā ſcaturiginē propinat.

Ineptijs cum ineptis non eſt contendendum.

Sectarij in orthodoxos quaſi è tenebris iacula torquent. Hæretici rudioribus præcipuè inſidiantur. Edit. 70.

Enimuerò Arianæ impietatis propugnatores vnigenitum Dei Verbum heterouſion, ipſoque Generante minus eſſe definiunt; nec non creaturam, & quiddam productitium eſſe contendunt; adeoque illum, per quem omnia, & in quo conſiſtunt omnia, in creaturarum ordinem redigunt. Huc & illi quoque contendunt, qui in diſpenſationis, incarnationiſque Vnigeniti myſterium curioſè inquirentes, peruerſamq; Apollinarij doctrinam corroborantes, ac ſumma cum improbitate veritatis, virtutem corrumpentes; Deum Verbum carnem ſumpſiſſe ita admittūt, agnoſcuntque, vt humana tamen, hoc eſt, intelligēte anima perfectam fuiſſe, obſtinatè negēt. Volunt enim Verbum mentis, & animæ vices in aſſumpto corpore expleuiſſe. Certum eſt autem nequiſſimo conſilio iſtoc facere. Quandoquidem ne voces illas, quæ in humanam naturam conueniunt, diſpenſatoria quadam ratione de Domino noſtro, poſteaquàm factus eſt homo, pronunciatas arbitremur, eaſque ad humanæ naturæ conditiones referamus, adimunt carni rationem, animamque informantem; nempe quò hac ratione Filium à diuinitate eijciant; Patreque ſecundùm eſſentiam inferiorem eſſe oſtendant. Et quidem ſuæ huius ſycophantiæ firmamenta impiè ex ſacris literis aucupari conantur. Quin & hoc quoque tempore nō deſunt, qui illorum ſtultitiam ſtrenuè æmulantur. Exorti ſunt enim virulenti quidam, qui profanas vocum nouitates Neſtorij nō auerſantes, rectam inculpatamque fidem grauiter impugnant; & meras inanium ſententiarum paleas in vnum conglomerantes, multa contra veritatem allegant.

Arianorū de Chriſto ſententia.

Apollinariſtæ ad Arianos proximè accedunt.

Quo conſilio Apollinariſtæ & Ariani carni, quam Verbum aſſumpſit, adimunt animam, & mentē.

Ariani ex ſacris literis contra Chriſtum pugnant.

Neſtoriani cum Arianis conſpirant.

Et primo quidem diuinum Paulū de Chriſto omnium ſaluatore hæc inter cætera depromentem citant. *Exinaniuit ſemetipſum, ſerui formam accipiens, in ſimilitudinem hominū factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltauit illū, & dedit illi nomē, quod eſt ſuper omne nomen.* Et alio rurſum loco: *Deus erat in Chriſto, mundū recōcilians ſibi.* iterum: *Quia in ipſo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.* his & Petri quoq; voces adiūgūt, q alicubi ð Chro hūc ī modū loquutus cōperitur. *Ieſum à Nazaret.*

Philip. 2.

2. Cor. 5. Col. 2.

Actor. 10.

quomodo eum vnxit Deus Spirituſancto & virtute, qui pertranſiuit beneſaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum eo. Et infra rurſum:

Actor. 17.

Et tempora quidem huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique pœnitẽtiam agant, eò quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate; in viro, in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis. Hæc & alia id genus, quæ naturæ humanæ rectè attribuuntur, in medium proponunt, venenatisq́; ſermonibus concinnatis prauo mox animi ſenſu percunctantur. Cui, obſecro, Deus & Pater nomen dedit, quod eſt ſuper omne nomen? nunquid proprio Verbo? at quo pacto rem perabſurdam planeque incredibilem non affirmant, qui hoc dicunt? Erat enim illud ſemper Deus, naturaliter & neceſſario ex ipſo genitum. Id quod per nomen hoc, quod eſt ſuper omne nomen rectè deſignatur. Deo nanque ſecundum naturam nihil cogitari poteſt ſublimius. Rurſum quem vnxit Spiritu ſancto? aut quo cum erat Deus? Multa præterea alia huiuſcemodi coaceruantes omnia miſcet, ſimpliciorumq́ue mentes non parum conturbant.

Neſtoriani quæ Scripturæ Verbo ratione naturæ aſſumptæ tribuunt, tanquam Verbo indigna nudo homini adſcribunt.

Hæretici callidis interrogationibus ex Scripturis formatis ſimplicium mentes perturbant. Iuda.

Quod aũt vnita diuidãt, & vbiq; animales ſeſe declarent, nec Spiritũ habeant; quodq́ue vnum Chriſtum, & Filium, & Dominum in duos filios dirimant, id ex illorum commentis, inſanisq́ue ſtudijs facillime deprehendas. Simulant quidem vnum ſe Chriſtum agnoſcere, vnamq́ue ipſius perſonam conſtituere, & tamen eò mox dilabuntur, vt vnam rurſum perſonam in duas hypoſtaſes diſtinguãt, ſingulasq́ue à ſe inuicem diuulſas, & inter ſe diſcrepantes ſeorſum definiant. Denique ita hic diſputant, vt totam diſpenſationis doctrinam peruertant: Aiunt enim illum, qui ſerui forma aſſumpta, ex muliere in lucem prodijt, ſeorſum & per ſe nomen illud, quod eſt ſuper omne nomen accepiſſe, ſanctiq́ue Spiritus vnctionem ſortitum eſſe; & Deum, hoc eſt, Dei Patris Verbum indiuulsè ſemper apud ſe habuiſſe. Huiuſmodi illi ſermones omnem demẽtiæ modum excedentes paſſim eructant. Cùm enim iuxta Saluatoris vocem, mali ſint, bona loqui non poſſunt.

Neſtoriani fingunt ſe vnum Chriſti perſonam, vnumq́ue Chriſtum & Filium conſtituere, & tamẽ reipſa duos conſtituũt.

Neſtoriani totam Chriſti œconomiã euertunt.

Matth. 12.

Erat ſanè, eſtq́ue ſemper Deus & Dominus, qui inaſpectabilem ineffabilemq́ue ex Deo Patre natiuitatem obtinet, etiam tum, cùm Spiritus ſancti illapſu, diuinæq́ue virtutis obumbratione ſecundùm carnem in muliere ortus eſt; admirabiliq́ue ac noſtrum captum excedente modo, per eandem in lucem editus eſt: Verùm quia perinde ac vnus è nobis ortum ex muliere ſortitus eſt. (Hac vna enim ratione ſemetipſum humiliaſſe, & exinaniuiſſe; nec non in obedientia ad crucis vſque mortem perſtitiſſe dicitur) fit vt iure meritoq́ue nomen, quod eſt ſuper omne nomen accepiſſe, perhibeatur; omneq́; genu cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum ipſi incuruetur; & omnis tandem lingua, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria ſit Dei Patris, confiteatur. Neque enim ratione prædita creatura Deum hominem factum neſciebat. Nam etſi nobis aſſimulatus eſſet; perindeq́; ac nos carni & ſanguini communicaſſet, à diuinitate tamen non receſſerat; neque hoc ipſum, quod erat per incarnationem, amiſerat. Manebat enim & hoc modo affectus, in gloria Dei Patris adorandus. Siquidem gloriã habet Pater proprium Filium, qui vna cum ipſo regnat, vnaq́ue adoratur; etiamſi is ob orbis ſalutem diſpenſatoriè factus ſit homo.

Chriſtus admirabiliter conceptus & in lucem editus.

Phil. 2.

Per Logicam Creaturam Angelus hoc loco videtur inſinuare.

Gloria Patri habere Filium eiuſdem ſecum potentiæ & gloriæ.

Quando ergo cum à ſanctis Angelis, tum à nobis quoque qui in terra verſamur, carné iam indutus natura & veritate Deus eſſe creditus eſt, tũc illud nomen quoq;, quod eſt ſuper omne nomen, accepiſſe rectè intelligi poteſt. Nõ quaſi tum demum iſtuc veluti quoddam auctariũ conſequutus fuerit, (cum enim idem ſit, quod erat, & quod ſemper eſt, quomodo quippiam accepiſſet, quod antea non habebat) ſed quod Deus & Pater omnium tunc mentes illuſtrarit, naturalemq́ue Verbi incarnati diuinitatem clam eſſe, non permiſerit. *Nemo* (inquit) *venire poteſt ad me, niſi, Pater, qui miſit me, traxerit illum.* Simili modo & ipſa quoque vnctio circa humanam naturam accidit. Nam cùm Vnigenitus, qui ex patre genitur, natura ſanctus eſſet, non ſecus atque Pater, noſtro tamen more vnctus, hoc eſt, à Deo Patre ſanctificatus dicit; quatenus nimirum in humanis apparuit. Qua de re ſapientiſſimus Paulus alicubi ita ſcribit: *Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno omnes, propter quam cauſam nõ confunditur fratres eos vocare, dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis:* Quamuis ergo vnigenitus ſecundum naturam ſuam ſanctus eſſet, ipſamq́ue ſanctificaret creaturam, attamen cum frater noſter appellatus eſt, tunc ſecundum humanam naturam æquè ac vnus nobis vnctione quoque potitus eſt; vtpote proprietates & conditiones humanæ naturæ conſentaneas, propter diſpenſationem nequaquam aſpernatus. Ita enim Ioannem Baptiſtam quodam in loco alloquitur. *Sic decet nos implere omnem iuſtitiam.*

Quando & qua ratione Chriſtus ſortitus ſit nomen quod eſt ſuper omne nomen.

Ioan. 6.

Chriſtus ſecundum aſſumptã naturam inunctus.

Heb. 2.

Quando & quomodo Chriſtus inunctus.

Matth. 3.

Quod ſi verò Deus cum ipſo quoque eſſe dicatur, quid tum poſtea? Quo enim acuti illi ſophiſtæ non intelligunt Patrem naturaliter ſemper eſſe cum Filio. An non ipſe eſt in Filio, Patremq́ue viciſſim in ſemetipſo habet Filius? An non meminerunt quid Chriſtus dicat? *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem: Ego & Pater vnum ſumus. Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt?* Et alibi rurſum diſcipulos alloquens, ita ait: *Venit hora vt diſpergamini, vnuſquiſq; in propria, & me ſolũ relinquatis; & tñ non ſum ſolus, quoniã pater mecum eſt.* Nõ enim, vt illi, qui alienã inſipiẽtiã ſtolidè eructãt, perſuaſum habẽt, Verbũ erat

Refutatur id, quòd Deus dicitur eſſe cum Chriſto tanquã cum altero.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

cum

Verbum non erat cum Christo tanquam cum altero Filio, ſed Deus Pater erat cum Verbo incarnato.

cum altero Filio, hoc eſt, cum homine, quem aſſumpſit, tanquam alius quiſpiam Filius ab eo diſtinctus. (Iſtud nanq; opinari ſectionē, filiorumque dualitatem neceſſario induceret) ſed erat Deus Pater cum Filio, hoc eſt, cū incarnato inhumanatoque Verbo prout à Filio ſeparari nequaquam poteſt.

Quomodo accipi debeat, quod Deus iudicaturus ſit orbem per virum, quē ad id præfiniit.

Iam etſi Deus terrarum orbem in viro, quē ad id definiuit, iudicaturus perhibeatur, nemo tamen mente valens ſacram Scripturam affirmare exiſtimet, Vnigenitum Dei Filium in viro, hoc eſt, in mulieris filio per ſe ſeorſum conſiderato, terrarum orbem iudicaturum eſſe. Quin illud potius cogitet, piéque apud ſe pertractet, quòd Chriſtus quodam in loco aſſeuerat. *Pater, inquit, non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit Filio; vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem.* Etenim Deus Verbum homo factus, vtriúque nomen nobiliſſimum ſortitus, æquè hodie, & Deus, & Dominus, & Filius eſt, ac ſi incarnatus non eſſet; quippe cum Deus Pater, in eo quoq; ſtatum, quo in illo exiſtat, vt nimirum habere nanque, vt modò aiebam Patrem in ſe manentem, & ipſe viciſſim in Patre maneſt. Quemadmodum autem vnus eſt Deus & Pater ex quo omnia; ita quoque vnus eſt Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia.

Ioan. 5.

Deus vir appellatur propter naturā noſtræ ſuſceptionem.

2. Cor. 5.

Quin & illud quoque, quòd rectè beati Pauli voce pronunciatum eſt, in deteriorem quoque partem detorquent. Scribit hic autem, & quidem rectè, Deum in Chriſto, vel per Chriſtum, mundum ſibi reconciliaſſe. Ex hoc enim loco ſumpta occaſione, vni Chriſto & Filio tractionem quandam ſectionem inferunt; & Deum Verbum ab homine diuellentes, in Chriſto velut in alio quopiam à ſe diuerſo, ſeorſumque & per ſe ſubſiſtere illud conſtituunt; ita vt in homine habitaſſe veriùs, quàm carnem ſumpſiſſe intelligatur. Sed, heus ſophiſtæ, diuinarum literarum ſcopus eiuſmodi expoſitionem nequaquam patitur. Confunditis enim ſermonem; ſententiarumque vim ad ea detorquetis, quæ non decet. Cùm tamen omnem intellectum in obſequium Chriſti nos captiuare oporteret, ſicut ſcriptum eſt: Erat enim Deus mundum ſibi in Chriſto reconcilians: Chriſto namque reconciliati, viam ad Deum Patrem reconciliationem nobis præſtitimus. Quandoquidem Verbum quod ex Patre ortum eſt, quod quidem ad eſſentiæ identitatem ſpectat, non eſt quippiam ab eo diuerſum. Sed neq; illarum partem naturalem illius filiationem inſinuat, quod factum eſt homo. Nam quòd prius erat, etiam carne aſſumpta, permanſit. Quòd autem reconciliationem in Chriſto habeamus, quodq; ipſe ſit pax noſtra, quis audeat negare? ipſe eſt etiam oſtiū, & via, & in ipſo omnis diuinitatis plenitudo habitauit corporaliter.

Nestoriani illud Pauli, Deus in Chriſto erat ſibi mundum reconcilians præpoſterè exponunt.

Quomodo Deus in Chriſto mundum ſibi reconciliauit.

Chriſto reconciliati, Deo Patri reconciliati ſumus.

Ephes. 2. Ioan. 14. Col. 2.

Atrox ac virulentus anguis, immaniſque ſycophanta rurſum ſecat, auteſque ſurrigit, auditu. Si alius eſt, qui inhabitat, eſt vtique alius & ille quoque, qui inhabitari perhibetur; qua igitur ratione fieri poteſt, vt hypoſtaſes non diuidamus, ſeorſumque & per ſe vtranque ſubſiſtere nos dicamus. Aſt vbi tum vnitas perſonalis manebit? nam vnam duntaxat perſonam ſtatuere vos fingitis: Etenim duabus hypoſtaſibus per ſe ſeorſum poſitis, omnino duæ quoque perſonæ ponendæ erunt. Verum noui illi legiſlatores perſonam demum ſubingreſſi, id vnum & ſolum obtinere volunt, quod ſibi rectum videtur. Aiunt enim licet hypoſtaſes ſecernamus, vnam tamen ſolam perſonam agnoſcimus. Atqui quomodo id non eſt incredibile, rude, & impoſſibile? Si deniq; iis id aſſereret, res quæſtionis expers foret. Quiuis enim diligēter ſpeculatorie intelligit, carnem alterius eſſe ſubſtantiæ à Verbo, quod ipſi coniunctum eſt. Quia ergo diuinæ Scripturæ vnum Filium, vnum Dominum, & vnum Chriſtum nobis tradiderunt, & ita quoque, & non aliter habet fidei traditio; Dei Verbum indiſſociabili nexu cum ſua carne anima rationante informata coadunatus, vnum tantùm Chriſtum, & Filium eſſe conſtituunt. Et quemadmodum vnus tantùm eſt Chriſtus, & Filius, ita vnam quoque tantùm perſonam ipſius aſſerimus, nuſquam hoc, cum ſacram ſanctamque fidei prædicationem, tum eos quoque, qui ab initio viderunt, ipſiúsq; Verbi miniſtri extiterunt, ſecuti. Qui autem quidam ad hoc diuerſum ſapere conſueuerunt, ineptorumque ſyllogiſmorum commentis, ad ea ſeſe conferunt, ad quæ non oportebat, eos à noſtro commercio ſecludamus: Apagite dicentes, ignis veſtri lumen flammamque, qua incenditis, ſequemini.

Quot in vnoquoq; ponuntur hypoſtaſes, tot & perſonæ quoque in eo ſtatui debent.

Heretici id ſolum recipiunt, quod ſibi rectum videtur.

Scripturæ, & Patres, & fides vnū tantum Chriſtum Conſtituunt. Vnius Chriſti vna duntaxat extat perſona.

Verùm enimuerò quoniam intelligo ſtolidos quoſdam circūcurſare, ac dictitare, peruerſam Neſtorij doctrinā apud omnes piiſſimos Orientis Epiſcopos obtinuiſſe; eoſdemque pro ſyncera eandem complecti, cæteriſque anteferendam iudicaſſe; arbitratus ſum & hanc quoque fraudem retegēdam eſſe: Quandoquidem religioſiſſimi totius Orientis Epiſcopi vna cum Domino meo Ioan. dilectiſſimo Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopo, ſcripta dilucidaque confeſſione omnibus palam fecerunt, ſe profanas Neſtorianorum vocum nouitates æquè ac nos condemnaſſe, & anathematizaſſe, neque nullo vnquam loco eas habuiſſe; Verùm Euangelica Apoſtolicaque dogmata vſque ſectatos eſſe, ſanctorumque Patrum confeſſionem integram ſemper ſeruaſſe. Profeſſi ad hæc ſunt perinde ac nos ſacram Virginem Deiparam eſſe; reijciuntque illos, qui Chriſtiparam, vel hominiparam vocant, (quemadmodum id faciunt, qui miſerandas execrandaſque Neſtorij opiniones tuentur.) Aſſeruerunt præterea diſertis verbis, vnum eſſe Filium, vnum Dominum, vnum Chriſtum, Deum vnicum Verbum, qui vnus idemque

Orientales accuſantur Neſtorianiſmi: Sed id falſo poſt reconciliationem.

Hinc conſtat epiſtolam hanc poſt Eccleſiarum vnionem ſcriptam.

Confeſſio Orientaliū orthodoxa.

Orientales vocem Chriſtiparæ & hominiparæ reijciunt.

ante omnia ſæcula ineffabili modo ex Deo Patre genitus, nouiſſimis temporibus ſecundum carnem natus eſt ex muliere. Ita vt idem Deus ſit & homo, idem perfectus in Deitate, perfectus rurſum in humanitate. Credunt denique & profitentur vnam illius eſſe perſonam; nec vlla ratione vnum eundemque in duos filios, aut duos Chriſtos, aut duos Dominos diſpertiuntur.

Agnoſcunt Orientales vnum eſſe Dominum, vnum filium, vnũ Chriſtum, unamque eius demum perſonam.

Si qui igitur ſunt, qui illos diuerſa ab his ſentire falsò aſſeueranerint, nulla eorum dictis fides habeatur, verùm tanquam impoſtores, & mendaces ad Patrem ſuum Diabolum amandentur; ne quando illos, qui rectè incedere cupiunt, conturbent. Quòd ſi qui epiſtolas ab illis concinnatas exhibuerint, tanquam quæ à viris ſpectatis ſint editæ, ſint, tanquam ſpuriæ & commentitiæ reijciantur. Qui enim ſemel fidem ſuam per ſcriptum profeſſi ſunt, qui fieri poteſt, vt iam cũ orthodoxa fide pugnantia ſcribant? Quaſi verò pœnitentia ducti eò iam prolapſi ſint, vt recta ſapere diutius nolint. Saluta, quæ tecum eſt, fraternitatem; quæ mecum eſt, te ſalutat. Opto te in Domino valere.

Hæretici confictitijs literis fucum ſimplicibus faciunt.

AD TOMVM SEXTVM

APPENDIX QVINTA.

Appendicis quintæ caput I.

SERMO CYRILLI EPHESI in maiori Eccleſia, quæ appellatur Maria, habitus.

ARGVMENTVM.

HIC, inter eos, quos Cognata edito ſuppeditat, principem locum obtinet: dubito autem, an rectè inter reliquas Cyrilli homilias cõlocari queat, vtpote duas periodos non excedat.

DIONYSIO (?) hodie Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei & Patris ſortem proprium habens: Flectitur enim ei omne genu, & omnis lingua cõfitetur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris: Ipſi dominatio in ſecula ſeculorum, Amen.

Videtur hic ſolum exordij & epilogi fragmentum eſſe, totius homiliæ cum corpore.

Appendicis quintæ caput II.

THEODOTI SANCTISSIMI Ancyrorum Epiſcopi de Natiuitate Saluatoris oratio.

ARGVMENTVM.

DEclamationis huius ſcopus maiorem in modum patet ex titulo. Diſputatur hic autem non ſolum contra Neſtorium, (id & præcipuè, & quaſi ex inſtituto contra illum) verùm etiam contra Arianos, Photinum, Apollinarium cæteroſque, qui de Chriſti diuinitate, aut humanitate ſecus, quàm Chriſtiana religio ferebat, ſentiebant, vel ſenſerant aliquando. Oratio poſſet eſſe aliquãdo latinior & cultior. At hoc interim homines verè (?) à declamationis huius lectione abſterrere non debet, vt quæ res afferat grauiſſimas, ſcituque digniſſimas.

CLARA & inopinabilis præſentis cauſa feſtiuitatis. Clara quidem, quoniam communem hominibus introduxit ſalutem. Inopinabilis autem, quia rationem naturæ vicit. Natura quoque poſt partum neſcit ulterius Virginem; gratia vero & parientem oſtendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit. Gratia enim erat caſtitatem ſeruans. O terra ſine ſemine, & fructum germinans ſalutarē. O virgo, quæ ipſum viciſti deliciarum Paradiſum: Ille nanque ſine ſemine omne plantationum genus protulit, ex virgine terra exortis plantationibus. Hæc autem Virgo illa terra melior eſt. Non enim pomorum protulit arborem, ſed virga Ieſſæ fructum Saluatorem hominibus afferentem; & illa terra virgo erat, & iſta virgo. Sed illius quidem arborem naſci præcepit Deus; huius autem Virginis ipſe creator ſecundum carnem factum eſt germen. Neque illa terra ante arboris frondes ſuſcepit; neque hæc ex partu Virginitatem læſit. Virgo Paradiſo glorioſior facta eſt. Ille enim Dei cultura factus eſt; hæc autem ſecundum carnem Deum coluit, eligentem hominis copulari naturæ.

Virginitas poſt partum non eſt naturæ, ſed gratiæ.

Virgo melior eſt quam paradiſus deliciarum, multis partibus eo potior eſt.

Vide quomodo factum eſt inopinabile Sacramentum, tranſcendens naturæ rationem. Quia enim eſt Verbũ Dei, palàm eſt, & ideò Virginitatem non ſoluit. Quæ parit carnem peccata, virginitate ceſſat. Sed quoniam natus eſt carnaliter Verbum Deus, cuſtodit virginitatem, ſeipſum rationem oſtendens. Quando autem Verbum audis, ſubſtantialiter intellige, nõ hoc, quod per os effunditur. Patitur ergo vnigenitus Filius Dei, qui etiam Verbum vocatur, non principium, vt ſit Verbum, ex partu percipiens, ſed vt fieret homo principium partum faciens. Erat quidem ante ſecula Deus Verbum genitori coæternũ. Quia verò homo propter homines fieri voluit, non inopinatione diuinæ naturæ, ſed miraculo & voluntate tanquam principium, vt fieret homo, partum amplexus eſt. Neque enim noſtrum Verbum cum paritur corrumpit mentem; neque Deus Verbum ſubſtantiale partum eligens, perimit virginitatem.

Partu caro non gignitur citra carnis corruptionem.

Verbum in ſeculo naſcitur, non vt ſit, ſed vt fiat homo.

Vt noſtrũ verbum non corrumpit mentem, dum editur, ita nec Dei Verbum matris corrupit virginitatem.

Vltra rationem eſt ergo naturæ, quod factum eſt. Et nequaquam deſcendas ad rationes naturæ. Miraculum tibi dico; noli mouere ſermones; Deum natum tibi dico eligentem partũ, non inchoantem diuinitatem. Deus proprium fecit partum, non partus eum. Deus quod erat, manſit, & factus eſt, quod non erat. Hoc ergo per diſpenſationem volens fieri, quod non erat, elegit partum tanquam diſpenſationis initium. Factus eſt ho-

mo

tio non mutata diuinitate, non motis terminis diuinæ ſubſtantiæ. Tu enim idem ipſe es, & anni tui non deficient, diuina Scriptura dicit. Et tu qui ſedes in æternũ. Per hoc oſtendens diuinæ ſubſtantiæ immutabilitatem. Et rurſus inquit Deus: Idem ipſe ſum, & nõ mutabor. Non ergo mutata ſubſtantia Dei factus eſt homo, neque conuerſus in naturam aliquam: Nam non eſſet miraculum, quod factum eſt, ſi naturæ mutatio naturam ſuſcepiſſet. Multæ enim apud nos fiunt huiuſmodi rerum mutationes. Sed in hoc miraculum fecit Deus, quia manens quod erat, factus eſt, quod non erat.

Pſal. 101.

Deus citra vllam ſui mutationẽ homo factus.

In humanis nihil fit, quod ante non [illegible] ſui mutatione.

Quod etiam ſignificans magnus Paulus dicebat: Qui in forma Dei exiſtens. Qui in forma Dei exiſtens, ait, non quaſi fuiſſet aliquando, ſed naturæ permanſionem oſtenderet. Qui in forma Dei exiſtens, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Eſſe dicit æqualem Deo non fuiſſe aliquando. Deinde rurſus ait: Sed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Et illud exiſtens, & hoc factus. Miraculum factum, non naturam mutans, volens non coactus mutatione ſubſtantiæ. Quid enim dicit? Deus facit, licet vltra rationem naturæ ſit, quod fit: habet enim & virtutem miraculum facere valentem, & non expoſtulantem naturæ rationem. Propterea ſic eſt Deus, & exinanitur in ſerui formam: Et æqualis eſt Deo, & homo fit: Et eſt ante ſecula, & partum ſuſtinet: & ea miracula facit, quæ ratio naturæ neſcit.

Philip. 2.

Deus in operibus ſuis non tenetur legibus naturæ.

Hinc etiam paganis ſtultitia putatur Chriſti Sacramentum, & Iudæis ſcandalum dicunt diſpenſationis rationem, quod & Paulus ſignificabat, dicens: Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Quare ſtultitiam gentibus? Quia animalis homo non ſuſcipit, quæ Spiritus ſunt: Stultitia enim ei eſt: Nam ſic enim adhærens animalis, & rationibus animæ omnia perſcrutans, miracula Dei ſtultitiam putat, cum non habeant ſecum naturæ rationem. Audiens ſcilicet Paganus, quia clauſis ianuis ingreſſus eſt Saluator gerens hoc pingue corpus & loco egens, ridet, non credens miraculo, & quærens rationem cauſæ. Et audiens, quia Virgo pariens, manſit virgo, ſtultitiam putat ſermonem, non diſcens credere Deo neque miraculo Dei. Ergo & immutabiliter Deum hominem factum impoſsibile naturaliter putat eſſe, quod dicitur, & quærit hinc mutationes exigens. Sed non ita Paulus edocens, ſed dicens ipſum, qui æqualis eſt Deo, factum hominem. Semetipſum namque exinaniſſe dicit, non diminuentem plenitudinem diuinitatis; vnde etiam dicit: Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.

1. Cor. 1.

1. Cor. 2.

Pagani & Iudæi fidei myſteria ſtultitiam vocant.

Ioan. 20.

Et quare gentibus ſtultitiam, ſi purus crucifigitur homo? Nullo putatur ſtultum, quod naturaliter agitur. Si quid naturale eſt, quod patitur, quomodo putatur ſtulta narratio? Sed quoniam, ait Chriſtum crucifixum prædicamus, quem rurſum dicimus Dei virtutẽ, & Dei ſapientiam: Ipſis enim, inquit, electis Iudæis, & Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiã, tanquam crucifixam ſapientiã prædicantes, ſtultitiã Græci loqui putamur, credere neſcientibus miracula facienti Deo, ſed de omnium natura mouentibus rationes; & æſtimantibus iniuriam Deo fieri, qui fecit proprias paſſiones; vt, quod erat paſſibile liberaret. Non enim intentionem reſpiciunt ſalutarem, & bonitatem Dei decibilẽ; ſed ſolum quia Deus ſibi copulauit paſſiones dicunt, non conſiderantes ex hoc ſalutis humanæ correctionem. Nihil autem horũ, quæ liberant hominem, iniuriam Deo facit. Quæ oſtendunt non paſſibilem, ſed clementem.

Quomodo Paulus Chriſtum prædicans viſus eſt paganis ſtultitiam loqui.

Sed hominis, inquit, paſſiones, non præſumo Deo coniungere. Ergo neque ſanare eum paſsiones hominum dicis, neque cruce expoliaſſe virtutem Diaboli, neque noſtrũ peccatum adfixiſſe ligno, neque proprijs paſsionibus ſanaſſe hominum paſsiones, neq; morte dicis eum deſtruxiſſe mortem: Si enim nõ fecit Deus proprias paſsiones, vnde paſsionibus Chriſti tantarum correctionum ſunt factæ virtutes? Quomodo perempta eſſet morte mors, niſi Deus propriam eam feciſſet? Sed iſtæ paſsiones propriæ factæ Dei, virtutem quidem tantarum correctionum, ex diuinitate perceperunt, tanquam Dei propriæ factæ ſubſtantiæ verò diuinitatis non nocuerũt, in ſua ſemper impaſsibilitate durantis. Quomodo adfixum eſt ligno, quod contra nos erat peccati chirographum, homine puro ſuſtinente mortem? Quomodo autem crux peccatum crucifixiſſet, aut mors mortis tyrannidem deſtruxiſſet, niſi hæc facta fuiſſent, Dei & ab illo virtutem ſumpſiſſent, propria faciente, quæ ſunt noſtra, nõ patiente, ipſius natura?

Qui Verbũ incarnatũ verè paſſum negãt, omnia ea commoda, quæ ex illa paſsione conſecuta ſunt, è medio tollũt.

Homo purus mortis chirographum abolere non potuit.

Quid enim ſignificans maximus Paulus dicebat? Quia nullus principum ſeculi huius Dominicæ Paſsionis Sacramentum cognouit: Si enim cognouiſſent, inquit, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Propterea dicimus & manere eum, quod fuit, & factum, quod non fuit: Subſtantialiter namque manens quod fuit, ſuſcepit paſsiones, ſemetipſum vniens naturæ paſsibili. Sic factus factus eſt, regnum non deponens; factus eſt homo, quod erat manens. Et Deus Verbum incorruptibile exiſtens, natura impermutabilis factus eſt caro. Quomodo & quemadmodum? Non ſicut tu cogitare potes, ſed ſicut ille miracula facere poſsibile eſt. Quando enim miraculum tibi dico, deſere rationẽ: Signa enim & prodigia Dei fide roborantur, & non rationibus aduertuntur. Non enim aliquid miraculorum noſtra ratione conſiſtit, & tamen ſingula facta ſunt, licet ratio non permittat.

1. Cor. 2.

Quomodo Deus factus, quod non erat, manſerit quod erat, humana ratio non capit, ſed ſola fides apprehendit, ſicut & cætera quæque veniunt miracula.

Hæc Magi confeſsi ſunt ſtellæ credentes, & non

Hinc conſtat hominem hanc ſacra Epiphania die fuiſſe habitam. Magorum dona deſignabant Chriſti diuinitatem & humanitatem.

non naturam perſcrutantes. Barbari ſuſcipiunt fide miracula, & fideles nequaquam? Cur incredulus es in rationem humanam incideris? Qui ex Chaldæa venerunt, ſicut Euangeliſta dicebat, hodie ipſi ſuis muneribus myſterium monſtrauerunt, Auro, thure, & myrrha Barbarorum intentionem conſidera: Bone autem trinam ſpeciem munerum ei obtulerunt, Aurum, thus, & myrrham. Thus, quia Deus erat, qui natus eſt. Hoc enim ſecundum conſuetudinem offerebant eis, quos ipſi putabant Deos. Obtulerunt quoque & myrrham, paſſionem, vt arbitror, mortis, per hanc annuntiantes. Vides, quomodo etiam Magi cognouerunt, quia & Deus manſit, & homo factus eſt, ſuſcipiens mortem, factus eſt autem, quod ego, vt noſtram eleuaret naturam ad dignitatem ſuam? Vnitas enim hæc facit, quæ alterius ſunt coniungens. Propterea ergo cum Deus eſſet, homo factus eſt, vt homo fieret Deus, hac copulatione ad diuinam gloriam eleuatus, vt vnus idemque ſit, & diuina glorificatus, & quæ ſunt humana, profeſſus.

Verbum homo factum, vt homo fieret Deus.

Et hoc nobiſcum confitentur omnes, qui confitentur vnitatem diuinitatis & humanitatis. Quod enim vnitum eſt, nequaquam dub ſed vnum nominatur. Mente autem tantùm diuidis, & vnum quodque ſeorſum contemplaris. Ergo ſolutè vnitatem impoſſibile eſt, etenim ſimul & cuſtodire vnitatem, & vtrumque ſeparatim conſiderare: ſed quod eſt vnitum, inſolubiliter vnum factum eſt, & nequaquam ſunt duo. Sed mente ſola diuide inquit. Ergo hac mente, vnitatem ſoluiſti: Si enim diuiſeris ab altero alterum, huius etiam copulationem diuidiſti. Quid ergo ſoluis diſpenſationem ſalutarem, alio intelligens, & vnitatem expellens? Vide etiam magnus Apoſtolus ait, Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula, heri & hodie dixit, principium temporis dans. Ipſe & in ſecula ait, vt vnum eundemque dicens, æternum Deum, & ex temporibus hominem inchoantem, exiſtentem quidem prius, poſtea verò factum.

Vbi vnumquodque ſeorſum conſideratur, ibi vnitatis ratio nequaquam conſeruatur, ſublata autem vnione, totum incarnationis myſterium euertitur.

1. Cor. 2.

Sed quomodo, inquit, vnigenitus ſeruus factus eſt, manens quod erat, & factus eſt, quod non erat? Vis ergo hoc cognoſcere, quia factus eſt. Quomodo factus eſt ſublimium cælorum opifex nouus? Non enim tu mihi dicere poteris, quòd Aegyptiorum fluuius ſanguis eſt factus, immutabili aquarum conſiſtente natura. Etenim ea ab aqua quidem vtebantur Hebræi; ſanguis autem Aegyptijs Nilus eſt factus & factum eſt quod non erat, manens quod erat. Dic mihi modum, ſed non poteris dicere. Miraculum namque Dei eſt, fugiens rationem: Quomodo enim lumen in Aegypto factæ ſunt tenebræ, non extincto lumine, ſed manente quod erat. Dies enim Iſraelitis erat, & clarum eos circumfulgebat lumen; Aegyptijs autem hoc lumen factæ ſunt tenebræ. Et vnum erat, quod videbatur, lumen erat ſimul & tenebræ, neque

Stultè quæritur, quomodo Deus citra ſui mutationem factus ſit homo, cum nullius miraculi ratio reddi queat. Aqua Aegypti in ſanguinem verſa, manſerunt aqua. Lumen in Aegypto in tenebras verſum manſit lumen.

ex hoc mutatum, & aliud factum: Non enim luminis paſſione tenebræ, ſed factæ ſunt Diuina miracula, & rationem non ſuſcipientia naturæ. Quemadmodum ergo aqua Nili manens aqua, ſanguis eſt factus, aut quomodo in ſua natura manens lumen, tenebræ factæ ſunt: Neque enim hoc corruptum, & illud eſt factum: Non enim corrupta eſt aquarum natura, quod deſignabant Hebræi hanc habentes potabilem, ſed manſit ipſa in ſuis terminis, & facta eſt ſanguis, quod non erat, Deo quippe vltra rationem oſtendente miraculum.

Exod. 7.

Babylonia quoque flamma quomodo ros tribus facta eſt pueris: Nam & flamma ros facta eſt, & ambo hæc ipſo oſtendunt effectu: Quia quidem ros erat, teſtes ſunt pueri per hunc refrigerati. Quia verò etiam & flamma fuit, qui per hanc exuſti ſunt, denuntiant Babylonij. Vides quemadmodum ignis, manſit ignis, & ros eſt factus: Non duæ res, neque duæ naturæ, ſed vnum erat idemque, quod videbatur. Quod enim erat flamma, hoc factum eſt ros, non flamma mutata, & manifeſtant hoc Babylonij. Sed manente, quod erat, facta eſt ros, vt teſtantur iuſti. Nequaquam ergo interroges me modum ſignorum Dei: Rurſus enim dicam tibi miracula, oſtendens quidem quia facta ſunt, Deo autem relinquens miraculorum noſſe rationem.

Dan. 3.

Flamma fornacis Babylonicæ in roſcidam auram verſa, manſit flamma.

Elegantiſſima exempla, quibus oſtenditur aliquid manens, quod erat, fieri eſſe, quod non erat.

Modus operum Dei non eſt quærendus.

Proinde dic mihi hæc miracula fecit Deus, & flammam cuſtodiens, rorem fecit, neque flammam mutans, & in rorem conuertens, eccè ſoluere volens Tyranni ſententiam, & vindicare ſtudens iniuſtitiam paſſos, atque noxios conſumere Barbaros, huiuſmodi miracula aperit, ignem in ſuis cuſtodiens terminis & rorem oſtendens. Et vt tres pueri liberarentur, talia miracula fecit Deus, mundum eripiens, dubitas quia ipſe manens Deus factus eſt homo? Non indiguit flamma mutari, vt rorem operaretur, & ipſe homo fieri volens propter ſalutem hominum, non ſuam naturam indiguit permutare. Ipſe manens factus eſt ros, & medicus, quia non permanet Deus, & fit homo? Quia naturam noſtram ſanare volens Deus, non per alios ſalutem noſtram, ſed per ſemetipſum molitus eſt.

1 Cor. 2.

Quia enim omnis creatura debebat ad ſalutem noſtram qualitatem habentem ſuam malignitatis & erroris: Nam longa nequitiæ conſuetudo prona hominibus conſtat, & repellit naturam, ſicut prophetat Propheta; deficiebat quippe ratio nequitia ſuperata. Angeli miniſtri noſtræ ſalutis ſunt facti. Et atteſtatur magnus Paulus de Angelis, quia omnes ſunt miniſtri Spiritus ad miniſterium deſtinati, propter nos, qui futuri ſunt hæreditate poſſidere ſalutem. Angelis namque natura miniſtrabat ſalutem noſtram, ſed non liberabatur homo nequitijs penitus inhærens. Deficiebat ergo ad hominum diligentiam: Nequitia enim malignorum, bonorum ſtudia ſuperabat. Nõ quia victus Deus, ſed quia

Nulla creatura ſaluti eſſe nos poterat. Longa nequitiæ conſuetudo reddiderat hominem inſanabilem.

Heb. 1.

Homo nulla neceſſitate adactus ad bonum vel malum fertur ſed liberè.

arbi-

arbitrio liberæ poteſtatis virtutem commitꝭtit: Neceſſitas enim nō cogit te ad correctionem, neque nolentem trahit ad virtutem, vt tibi virtutem præparans ſpontaneamq́ue tuā faciat correctionem.

Deficiebat vis omnis creata in procuranda hominis ſalute: Quare neceſſarium erat, vt ipſemet Creator curam illius ſuſciperet.

Quid ergo? Quoniam & Prophetæ victi ſunt. Nihil operabantur doctores, & lex deficiebat, & Angeli ſtudia fruſtrabantur, voluntate hominum non ſequente, quæ bona ſunt. Ideoq́ue ipſe naturæ creator aduenit, naturamq́ue victam erigere volens, adſtitit: Non terrens tāquam Deus, neq; tonitruis auditus percutiens, neq; nube circumamictus, & ignē in nube demonſtrās, neque tubæ ſono audiētes terrens; ſicut aliquando Iudæis apparuit, timorem inijciens in deuotis, nec concutiens famulum; ſed gratia magis & bonitate euocans eum. Propterea non venit cum imperiali faſtigio, nec obſequium deduxit Archāgelorum. Non mouit Angelorum exercitus; non enim volebat perſequi recedentem, fugitiuum ſuarum legum; ſed venit omnium Dominus in ſerui forma paupertate circumamictus, vt venationem non effugaret.

Deus non in potentia, aut faſtu, aut terrore, ad hominem venit, ſed in ſumma humilitate & manſuetudine.

Incerto naſcitur prædio, agrum incertum ad natiuitatem eligens, paupercula pariter Virgine, per omnia paupera graditur, vt per eiuſmodi ad ſalutē hominem venaretur: Nā ſi gloria ſtipatus fuiſſet, & diuitijs multis circumamictus accederet, dicerent vtique infideles, quoniam diuitiarum largitas mutationem orbis terrarum fuiſſet operata. Si maximam Romanam elegiſſet ciuitatem, potentiā ciuium mutationem orbis terrarum putarēt. Si Filius fuiſſet Imperantis, poteſtati vtilitatē aſcriberēt: Si legiſlatoris factus fuiſſet Filius, præceptis vtilitatem aſcriberent. Sed quid fecit: Omnia paupera & vilia elegit; omnia mediocria, & plurimum obſcura, vt diuinitas ſola cognoſceretur orbem transformaſſe terrarum. Propterea pauperculam elegit matrē, pauperiorem patriam, egenus fit pecunijs. Et hoc exponat tibi præſepe: Cùm enim non eſſet lectus, in quo Dominus reclinaretur, in præſepi ponitur; & fit opus immenſum prophetiæ, & optima nuntiatio: In præſepi enim ideo poſitus eſt, quia nuntiabat, quòd etiam in irrationabilibus notus fieret: Dei nanque Verbum & Filius ad ſemetipſum trahit & diuites & pauperes, eloquentes & tardiloquos, cum paupertate viuens, & in præſepi iaciens.

Cur Filius Dei omnibus magnificis & ſplendidis repudiatis elegerit omnia abiecta & vilia.

Cur Christus in ſtabulo natus, reclinetur in præſepio.

Vide ergo, quomodo rerum indigētia operatus eſt prophetiam; & paupertas eum, qui propter nos homo factus eſt, acceſſibilem vniuerſis oſtendit: Nullus enim metuens ſuperbas Chriſti diuitias, tardus fuit; nullum accedere ad eum Imperij celſitudo prohibuit: ſed communis apparuit & pauper, ſemetipſum offerrens, omnibus ad ſalutem: In præſepi nanque Dei proponitur Verbū per mediū corpus, vt licentiam habeat rationalis & irrationalis participari cibo ſalutis. Et hoc puto

Chriſti humilitas & paupertas oſtendit eum omnium ſalutis cauſa natum eſſe.

etiam Propheta prius clamat præſepis huius Sacramentū narrās: Cognouit bos Creatorē ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus me non intellexit: Nam licet ſimpliciorem ſermo ſenſum habeat, oſtendens hebræorū indeuotionem irrationabilem; ſed tamen poteſt & hoc ſignificare, oſtendente Domino, quia ibi ipſe poſitus cibus irrationabilibus factus eſt: Nam non definita præſepe ſignificat; ſed hoc præſepe inquit particulam, hoc arbitror præſepe definitè ſignificatum. Sed hoc quidem philoſophetur, qui voluerint varia contemplatione Scripturæ diuinæ ſaginatus.

Eſa. 1.

Prauè & mutile ſunt hæc reddita vel tranſcripta.

Porrò nos oſtēdimus, quia pauper factus, propter nos, qui diues eſt, verbo diuinitatis ſalutem omnibus perceptibilem faciens. Quod etiam ſignificās magnus Paulus dicebat: Propter nos pauper factus eſt, cùm diues eſset, vt nos illius paupertate ditaremur. Et quis erat, qui ditabat, & quid ditabat, & quomodo iſte pauper factus eſt, propter nos, dicant nobis, qui à Dei Verbo ſeparant hominem; & quod vnitum eſt, ſeparant, memoria naturarū duo quædam dicentes Chriſtum, & mentem ſolummodo ad ſatisfactionem ferentes. Quis ergo, cùm eſset diues, dicito mihi, in ea paupertate pauper eſt factus: Putas, quia apparuit homo, quem tu ſeparas à Diuinitate: Sed nunquam iſte factus eſt diues, ſed pauper ex pauperibus progenitoribus natus.

2. Cor. 8.

Qui Verbū ab homine ſeparāt, verè dicere non poſſunt, diuitem egenū factum eſſe.

De puro homine dici non poteſt ex diuite egenum factū eſſe, cùm ſuapte natura ſit egenus.

Quis ergo diues, & quid ditauit, qui propter nos factus eſt pauper? Deus, inquit, ditauit creaturam. Ergo Deus pauper factus eſt, ſuam illius paupertatem faciens, qui videbatur: Ipſe enim diues diuinitate, etiam propter nos pauper factus eſt: Neque enim hominem dicere poteris diuitem factum, pauperem exiſtentem, natura & pecunijs; neque diuitem diuinitate per dignitatem pauperē factum; ſi ei, quæ humana ſunt, non copulaueris. Propterea & Apoſtolus coaptans gloriā Diuinitatis humanis paſſionibus, neque opinione diuidere, neque ſermone ſeparare, quæ vnita ſunt, volens, eundem ait diuitem Diuinitate, & pauperem paſſionibus factum; & aliud quidem per ſe eſſe, aliud autem propter nos paſſum fuiſſe. Qui diues eſt diuinitate, pauper fit humana paupertate. Quomodo non etiam reliqua paſſus eſt, ſemel homo fieri propter clementiam volens? Sed hæc quidem ſufficiant.

Neque homo ſine Diuinitate diues, neque Deus ſine humanitate pauper.

Tu autem reſpice mihi pauperrimum habitaculum eius, qui ditat cœlum, vide præſepe ſedentis ſupra Cherubin, vide pannis obſitum eum, qui pelagus arenæ innixit; vide deorſum paupertatem, diuitias eius ſurſum conſiderans: Sic etenim gratiæ & clementiæ videbis magnitudinem, ſi tantam Dei condeſcenſionem conſideraueris: Nam ipſa paupertate diuitiæ eius diuitis oſtenduntur. Stella Magis declarabat pauperem, & Barbaros ad præſepe pauperis adducebat: Sic etiam

Stella oſtēdit paupertatem; ſed pauper hīc adducit diuites Magos.

An-

bitat in eis, iniuriam patitur. In ſua quippe creatura Deus non indignè inhabitat.

Porrò ſi dixeris, quomodo cœlum relinquens habitauit in vulua, dicam tibi & ego, quia cùm Deus eſſet, homo per hominem factus eſt, manens Deus, & ſubſtantia non mutatus. Confitemur denique & Deum & hominem. Deum quidem ante ſecula, hominem verò factum ex partu. Deum quidem perpetuè contempiternum Patri, eſſe verò hominē incipientem ex partu. Non duos, ſed vnum. Non dicimus tanquam duo, duplicem verò intelligimus: Neque enim oportet contrariū eſſe ſermoni ſenſum. Non intelligimus duo, & confitemur vnum: Quod enim diſpenſatione coniunctum eſt, hoc ſeparat nec ſermo nec cogitatio. Si quis verò intellectus ſeparauit, quod coniunctum eſt, ſolutum intellexit, & falſus ſit intellectus, ſeparans vtique, quod coniunctum eſt ſempiternum. Confitētem habeto intellectum. Vnum dicis Chriſtū, eundem & Deum, eundem & hominem. Ergo & vnum intellige: Nam ſi dixeris quidem vnum, intellexeris autem duos, ſermonem tuo repugnare facies intellectui. Nō ergo dicas quadam differentia ſeparatos: Si enim vnieris ſermonē, ſenſum noli ſeparare. Si verò ſeparaueris cogitationibus, vnitatem negaſti.

Deus homo per hominem factus.

Oratio & mens inter ſe conſentire debent.

Hæc omnia apertè perſtringunt Neſtorianos.

Non ergo ad naturas diuiſas animum tuū deducas. Deo ſummo mirificante vnitatem; crede miraculum, & noli rationibus perſcrutari, quod factum eſt. Noli miraculum ſoluere, rationem inuenire contendens: Non enim manet & miraculum, cùm ratione cognoſcitur: In his enim, quæ fiunt ſemper ratio nota eſt. Quod nequaquam ſignum, neque miraculum eſt. Si verò hoc ſignum atque miraculum eſt, deſerens rationum cauſas, ſuſcipe fidem, & confitere vnum Dominum Ieſum Chriſtum, & Deum, & hominem eundē, neque ſenſibus, neque ſermonibus, neque rationibus diuiſum; ne ea, quæ vnita ſunt, rationibus ſeparantes, diſpenſationem ſalutarē ſine dubio denegemus: Nam ſi vnitione Dei & hominis diſpenſatio cognoſcitur, qui vnitatem diuidit, diſpenſationem negauit. Credamus ergo diſpenſationis miraculis, & vt Chriſtus cui creditur, hanc cauſam confitentibus compenſet regna cœlorum. Quæ nos omnes adipiſci mereamur gratia Chriſti, cui gloria, poteſtas in ſecula ſeculorum, Amen.

Chriſtus neque ratione, neque ſenſu diuiſus eſt.

Appendicis quintæ caput III.

PARS HOMILIAE THEOdoreti Epiſcopi Cyri Chalcedone, ad Schiſmaticorum legatos, Neſtorijq; fautores. habita.

ARGVMENTVM.

TOTA hac declamatione inſano quodam impetu fertur in Cyrillum, Neſtorio Ioannique prælatum, reliquoſque Concilij Patres. Cōparat eos aſpidibus, baſiliſcis, homicidis, alijſque id genus rebus, a quibus natura bene inſtituta abhorret quàm maximè. Sed neque atram hanc bilem in ſolos Patres euomit, ſed ipſos quoque Auguſtos minimè obſcurè perſtringit: Aegerrimè enim ferebant Orientales tam ſe vili habitos, vt ab ipſa quoque Regia ciuitate arcerentur.

CHRISTVS nobis dux ſit ſermonis, per quem & ipſi ſermones. & nos Diuinorū eius eloquiorum miniſtri Chriſtus, qui poſitus eſt in ruinam multorum, & reſurrectionem, & in ſignum, cui contradicitur; olim quidem à carnali Iſrael, nunc autem à ſpirituali. Chriſtus in fidelibus quidem lapis offendiculi, & petra ſcandali; credentes autem nō confundens pretioſus lapis eſt, fundamentū ſecundùm Eſaiæ vocem. Chriſtus lapis eſt, quem reprobauerunt ędificantes, & factus eſt in caput anguli. Chriſtus Eccleſiæ fundamentum Chriſtus lapis, qui ſectus eſt abſque manibus, & factus eſt in montem magnū, & obtexit orbem, iuxta Danielis prophetiam. Pro quo, & cum quo, & propter quem impugnamur, propter quem à regia ciuitate prohibiti ſumus; ſed cœlorum regno non excludimur: Ciuitatem enim habemus ſupernam Hieruſalem, cuius architectus & opifex Deus vt Paulus dixit: Chriſtus, per quem terribiles Propondidis fluctus tranſire auſi eſtis, vt noſtram audiatis vocem, quam veſtri paſtoris vocis effigiem putatis: Deſideratis enim audire iucundas veſtri paſtoris fiſtulas: paſtoris, quē paſtores ſocij calamis occiderunt, vt putatis; ad quos Deus per Prophetam clamat: Paſtores multi corruperunt vineam meam, coinquinarunt portionem meam, poſuerūt partem meam deſiderabilem in ſolitudinē imperuiam. Dicat de ipſis & per alium Prophetam: Secundùm multitudinem ipſorum ita peccauerunt mihi. Gloriam eorū in ignominiam ponam. Dicat & per alium iterum Prophetam; Væ filij Apoſtatæ, feciſtis conſilium, & non ex me; & pacta, & non per Spiritum meum, vt adijciatis peccatum ſuper peccatum; conuerſi eſtis, qui profundum conſilium conſultaſtis & iniuſtum.

Nominis inuocatio.
Luc. 2.
1. Cor. 1.
Eſa. 8.
1. Pet. 2.
Pſal. 117.
Dan. 2.
Non propter Chriſtum; ſed propter veſtram improbitatē excluſi eſtis.
Hebr. 12.
Excludemini omnino, niſi Schiſmatici eſſe deſieritis.
Adulatur impio Neſtorio.
Hierem. 12.
Omnia hæc ſeditionem ſpirant, contra Synodum.
Oſee. 4.
Eſa. 30.

Dicat ad eos & Eſaias: Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri peccatis. Lingua veſtra locuta eſt iniuſtitiam, & os veſtrum iniquitatem meditatum eſt. Nullus loquitur iuſta; quia concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Oua aſpidum excluſerunt, & telas araneæ texuerunt. Videte te accuſationem malitiæ, & putredinis malitię indicium, oua aſpidum, & telas aranei; partus quidem malitiam, conceptus autem infirmitatem habet. Oua aſpidum malitiæ ſpecies; tela aranei, infirmitatis argumentum eſt. Et comedens ouum eorum confractum, putamen inuenit. Vidiſti malitiam infirmantem; vidiſti offendentem, non offendentem, Vidiſti eum, qui impugnatur, coronatum? Et qui comedit ouum eorum confractum vrium inuenit. Vrium autem eſt aliquid ſterile, hoc eſt imperfectum. Eſaia promulga nobis malitiæ ſpeciem, & in ipſo baſiliſcus. Hoc

Eſaiæ 1.
Eſa. 59.
Obſcura hæc eſt, facile deprehendatur, quo tendat.

autem

autem mirabile, quod baſiliſcus in illo, & virium, hoc eſt, ſterile. Baſiliſcus autem malitiā ſignificat; quandoquidem beſtiola hæc omnium reptilium ferociſſima eſt, ei confert malitiæ ſobolē. Verùm & illa ipſa vrion eſt, propter infirmitatem malitiæ: Infirma enim eſt malitia. Sequitur demonſtratio: Tela eorum non erit in veſtimentum: Non enim veſtiuntur ab operibus manuum ſuarum. Quare? quia opera eorum, opera iniuſtitiæ. Dic ſpeciem iniuſtitiæ. Pedes eorum in malum currunt, nimirum, vt aliquid fiat. Et veloces ad effundendum ſanguinem. Quid ad hæc? Contritio & infelicitas in vijs eorum. Nam viæ eorum tortuoſæ, quas tranſeunt, & viam pacis neſcierunt.

Baſiliſci nomine malitia deſignatur.

Eſa. 59.

Vere lamentis digna ſunt hæc, quòd Sacerdotes contra Sacerdotes talia dicant. Verùm hoc dicimus, non quòd tantum accuſemus illos, quorum nos curam gerimus. Et poſt alia: Vere obſtupeſcit cœlum ad hoc, & horruit amplius terra, dicit Dominus: Quia duo hæc mala fecit populus iſte. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas detritas, quæ nō poterunt aquam continere. Dicit ad eos Deus per Hieremiam Prophetam: Tranſite ad inſulas Chetim, & videte; & in Cedar mittite, & cōſiderate bene, ſi facta ſint talia, qualia hæc, ſi mutauerūt Gentes Deos ſuos, trāſite ad inſulas Chetim. Non vultis, inquit, ferre verba mea, nō fertis Prophetas? non accipitis legem? non creditis Diuinis Scripturis? Aſſumite gentilium pueros in Doctores; ite ad Gentes, & diſcite, quomodo colantur ab illis Dij putatiui, cùm non ſint Dij. Tranſite ad inſulas Chetim, & videte; & mittite in Cedar, & bene conſiderate, ſi facta ſunt talia, qualia hæc; num mutauerint Gentes Deos ſuos, & quos? Et iſti non Dij. Et quare hæc dicis? Populus meus mutauit gloriam ſuam, vnde nullam vtilitatem accipiet. Hæc & de illis congruè dicet.

En qui nō diſſimulet, cōtra quos maledictis linguam ſtringat.

Hier. 2.

Ibidem.

Ecquid hæc oſa, Theodorete, cōtra Occidē. Patres.

Pagani ligna & lapides venerantes, vt immortalia illa ſalutant. Tu autē illis prædicans ea venerari non debere; ſed ſolùm verū Deū, qui conſtituit mōtes in ſtatera, & ſyluas in libra, & metitur manu aquam, & cœlū palmo, & omnem terram pugillo; qui conſtituit cœlum quaſi cameram; qui continet rotunditatem omnis terræ, & habitantes in illa, quaſi locuſtas. Et hunc, qui omnia Verbo fecit, & vnica momenti inclinatione exhibet ea, quæ non ſunt, vt ſint; & dedit his, qui nō erant, vt eſſent, ſola voluntate, quaſi oblitus horū omnium, paſſionibus obnoxium facis; & legem ponis, vt adoretur Deus paſſibilis. Et Pagani quidem, vt prædictū eſt auaritiæ verbo capti, etiam cœlum impaſſibile vocant; & Solē impaſſibilem appellant; & ſtellas immortales ſtatuunt; & terram, quam calcant, inter Deos numerant. Nos autem inuiſibilem, Vnigenitum, incomprehenſibilem, inexcogitabilem, paſſibilem eſſe credemus? Abſit SALVE.

Eſa. 40.

Ne paſſibilis eſt Deus, qui hæc omnia poteſt, & facit, vt, quæ id non ſunt, ſint, ſed ſolā voluntate.

abſit, vt ſecundum aſſumptā, paſſibilem nō credamus.

... noſter & benefactor, ne ſic Apoſtatæ ſimus ad orationis tuæ, ne ſic ignoremus tuam naturam, ne ſic ingrati ſimus de tuis donis, ne ſuſpicemur paſſibilem noſtrum liberatorē, qui nos è paſſionibus ad impaſſibilitatē trāſtulit; & nobis paſſionibus obnoxijs, impaſſibilitatem largitus eſt. Hanc & pro nobis legationem afferimus Deo, cui gloria in ſecula. Amen.

Appendicis quintæ caput IIII. & poſtremum.

HOMILIA IOANNIS Antiocheni.

ARGVMENTVM.

HOMILIA hæc eodem loco & tempore habita, in eundem propemodum ſcopum tendit: ... namque, licet id tectè, collectarios ſuos in Cyrillum, reliquumque ſanctorum Patrum Concilium. Quæ autem de Chriſti ... ſunt, at Cyrillus nihil vnquam diuerſum ab his docuerat.

Sancta lex eſt, vt Patribus accepta ferantur ea, quæ filiorum ſunt. Meus igitur eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes; immò non mei ſunt, ſed Dei, qui veſtram cum noſtra congregauit Eccleſiam, & hunc pro pietate zelum cū alijs donis largitus eſt. Equidē inter vos ideò ſurrexi, vt dicendo ſalutarem ſimul & vale dicerem. Etenim vobiſcum ſumus, ad fratres noſtros contendentes: Trāſit enim, quocunque vult, abſque impedimento charitatis natura. Saluto vos, & oro, vt pacem habeatis cū Deo, prius quidem fideles, nunc autē confeſſores. Quiſquis magnas facultates poſſidere cenſetur, ſtrenuè militat & impigrè, vt conſeruet, quæ poſſidet. Nullus igitur à paterna fide deſtituat, quam & nos, vt depoſitum apud filios deponimus. Reſpicite ad progenitores, quos neque tormēta, neque mors, neq; aliud quid humanum valuit à fidei ſynceritate auellere. Porrò vobiſcum paruæ quidem minæ ſunt, magna autem merces; paruæ paſſiones, ſed coronæ magnæ. Nemo deprædetur depoſitū veſtrum, nempe dogmatum certitudinē; nemo perſuadeat Deum eſſe paſſibilem, neque corporis & Deitatis naturam vnā. Illa enim per ſe eſt Diuina ſubſtantia; hanc verò, corporis videlicet, ſuſcepit. Idcirco connexionem prædicamus, & non confuſionem; vnionem, non contemperationem. Deus hoc per illud, Filius hoc per illud; omnia hoc per illud; adoratur cum illo, glorificatur cum illo; & qui cum illo adunatus eſt inſeparabiliter, primitiæ appellatur noſtræ naturæ. Hæc ſeruate, & Deus pacis erit vobiſcum, adiuuans vos modo, quem ipſe nouit, cui ſit gloria in ſecula.

Pſal. 59. Filij ſua patribus accepta referre debent.

Magna vis charitatis.

Ea & pariùs hæc eſſet admonitio, niſi grauiſſimo errore inficeretur.

Ponit enim Concilij Patres pios, & fideles perſequi, quē à veritate eſt quam alieniſſimum.

A M E N.

TOMI SEXTI ET POSTREMI MAGNI CONCILII EPHESINI
F I N I S.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

D. EISENGREIN PROTONOTARII
Apoſtolici, Paſſauienſis & Oetingenſis
Eccleſiæ Præpoſiti, &c.

CENSVRA.

Acta hæc Sacroſancti, magni, & Oecumenici Concilij Epheſini primi, opera Doctoris Peltani, Theologi excellentiſſimi, linguarumq; (vt quas pluribus annis magna cum laude in Italia & Germania públicè docuit) peritiſſimi, nunc primùm latinitate donata: propter eximiam operis ſanctimoniam & vetuſtatem: ſingularemq́ue interpretis fidem & induſtriam: nec non ob miram argumenti varietatem, ſummamq́ue eiuſdem grauitatem, quæ in lucem edantur digniſſima cenſeo. Quamobrem Typographo, non modò, vt ſuis typis illa procudat, lubens permitto: verùm etiam vnà cum præſtantiſſimis Theologis, qui nobile hoc opus magna diligentia diſcuſſerunt, ſuiſque calculis approbarũt, quæ ab omnibus Orthodoxæ veritatis ſtudioſis diurna nocturnaq; manu verſentur, digna, vt quæ maximè iudico. Ingolſtadij 17. Cal. Aprilis. 1 5 7 6.

Martinus Eiſengrein SS. Theologiæ Doctor, Academiæ Ingolſtadienſis Procancellarius, & Collegij Theologici pro tempore Decanus.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz.

Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg Hhhhh Iiiii Kkkkk.

Omnes ſunt Terniones, præter Kkkkk quæ eſt Quaternio.



VENETIIS.

Apud Dominicum Nicolinum.

M D LXXXV.

CICCIORICCIO MARIO
Via Borgo
Vittorio 26
ROMA
LEGATORIA DI LIBRI